

MICHAELIS ET MÜLLERI

PHILOS. ET MEDICINÆ DOCTORIS;

IN ILL. LIPSIENSI ACADEMIA PROFESSORIS,
Ac Practici, dum viveret, longè felicissimi & celeberrimi;

OPERA OMNIA

IN QUINQUE TOMOS DISTRIBUTA.

EDITIO NOVISSIMA,

LUGDUNENSI locupletior, FRANCOFURTENSI auctior,
VENETA emendatior,

Omnium completissima & emaculatissima.

TEXTUS SCHROEDERI, MORELLI, ET LUDOVICI

Integer adjectus.

A C C E S S E R U N T

NOTÆ, CONSILIA, DISSERTATIONES

NICOLAICYRILLI

In Regia Univerfitate Neapolitana Prim. Med. Pract. Profeff.
& Regiæ Societatis Londinensis Socii.

*Tractatum Seriem tum in Primo, tum in fingulis Tomis, & Indicem Rerum,
& Verborum locupletiffimum in calce Postremi invenies.*

TOMUS QUARTUS.



NEAPOLI, MDCCXXVIII.

Ex Officina Typographica Novelli de Bonis Typographi Archiepiscopalis.
SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

SUMTIBUS SOCIETATIS.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



H O C T O M O I V .

Comprehenditur

COLLEGIUM PHARMACEUTICI PARS I. IN SCHROEDERUM,
DE MEDICAMENTIS SIMPLICIBUS.



S E R I E S

TRACTATUUM , SECTIONUM , CAPITUM &c.

In hoc Quarto Volumine contentorum.

COLLEGIUM PHARMACEUTICUM.

P A R S I .

De Medicamentis Simplicibus . pag. 1.

S E C T I O I .

PHYTOLOGIA, seu Regnum Ve-
getabile . 3.

CLASSIS I. De Alterantibus Prima-
riis . 11.

CLASSIS II. De Alterantibus Secun-
dariis . 585.

CLASSIS III. De Purgantibus Prima-
riis . 701.

CLASSIS IV. De Purgantibus Secun-
dariis . 763.

S E C T I O II .

ZOOLOGIA, seu Regnum Ani-
male . 785.

CLASSIS I. De Animalibus Terrestri-

bus perfectioribus . 789.

CLASSIS II. De Avibus . 889.

CLASSIS III. De Piscibus . 911.

CLASSIS IV. De Insectis . 933.

S E C T I O III .

MINERALOGIA, seu Regnum
Minerale . 965.

CAP. I. De Mineralibus in genere, eorum-
que Principiis . 965.

CAP. II. De Terris, earumque Differen-
tiis . 969.

CAP. III. De Aquis . 985.

CAP. IV. De Lapidibus in genere . 1005.


CAP. V. De Gemmis . 1016.

CAP. VI. De Coraliis . 1024.

CAP. VII. De Margaritis . 1039.

CAP.

CAP. VIII. De Lapidibus minus pretiosis .	1043.	CAP. XX. De Salibus in genere .	1281.
APPENDIX continens Demonstrationem aliquot Minerarum.	1080.	CAP. XXI. De Sale Communi .	1283.
CAP. IX. De Metallis, & primum de Sole, seu Auro.	1083.1097.	CAP. XXII. De Sale Fossili, seu Sale Gemmae, & Indo .	1292.
CAP. X. De Lunâ, seu Argento.	1120.	CAP. XXIII. De Nitro.	1293.
CAP. XI. De Marte, seu Ferro.	1129.	CAP. XXIV. De Alamine.	1308.
CAP. XII. De Venere, seu Cupro.	1147.	CAP. XXV. De Sale Ammoniaci.	1314.
CAP. XIII. De Saturno, seu Plumbo.	1156.	CAP. XXVI. De Vitriolo .	1321.
CAP. XIV. De Jove, seu Stanno.	1169.	CAP. XXVII. De Arsenico.	1347.
CAP. XV. De Mercurio .	1174.	CAP. XXVIII. De Sulfure .	1353.
CAP. XVI. De Cinnabari.	1213.	CAP. XXIX. De Bitumine, & Ambra Gryseâ .	1367.
CAP. XVII. De Antimonio .	1217.	CAP. XXX. De Succino .	1370.
CAP. XVIII. De Recrementis Metallicis Naturalibus .	1271.	CAP. XXXI. De Spermate Ceti.	1377.
CAP. XIX. De Recrementis Metallorum Artificialibus .	1277.	CAP. XXXII. De Asphalto, Naphthâ, Petroleo, & Oleo Petre .	1378.
		CAP. XXXIII. De Carbone Petre & Gagate .	1380.





MICHAELIS ETTMULLERI

PHILOSOPH, ET MEDICINÆ DOCTORIS, &c.

COLLEGIUM PHARMACEUTICUM.



PHARMACEUTICA Medicinæ Pars, quæ Pharmaca, hoc est Medicamenta, subministrat, duplex est: vel enim SIMPLICIA ab ipsâ Naturâ sponte exhibita, vel ab Arte Preparata & COMPOSITA, exponit. Quare COLLEGIUM hoc PHARMACEUTICUM in duas generaliores PARTES dividemus: in

quarum Primâ de MEDICAMENTIS SIMPLICIBUS, in Secundâ de COMPOSITIS verba faciemus: etenim antequam nos accingamus ad Medicamentorum Compositionem Artificialem, operæ pretium erit singula vulgò dicta Ingredientia aut SIMPLICIA enucleatè proponere, ut ex cujusvis naturâ probè perspectâ, deinceps de ipso Composito Remedio rectiùs judicare possimus.

COLLEGII PHARMACEUTICI P A R S P R I M A.

D E

M E D I C A M E N T I S S I M P L I C I B U S.

Universa Materia Medica tribus communiter Regnis absolvitur:

1. Minerali,
2. Vegetabili, atque
3. Animalis.

Tria hæc REGNA singillatim enarrabimus, idque juxtâ JOHANNIS SCHROEDERI (A) normam & ordinem. Et si autem juxtâ hujus Autoris ductum à primo, nem-

pe Minerali Regno, jam initium faciendum esset, utpote quod reliquorum ferè fundamentum est. Cùm tamen REGNUM VEGETABILE, ex quo Medicina primordia sua traxit, sit omnium facilis, nec vulgares sint reconditæ virtutes sub Simplicibus Vegetabilibus, multumque in recessu habeant; à PHYTOLOGIA, seu illâ Pharmacologiæ parte, quâ PLANTARUM Natura, Virtutes & Preparationes enodantur, incipiemus, pro gressuri ad magis ardua.

Tom. IV.

A

SE-

(A) Johannes Schröderus apud Francofurtenses ad Mœnum Medicus Ordinarius, inter Pharmacologos ac Chymicos sui temporis facillè princeps, Pharmacopœam Medico-Chymicam in lucem edidit, eamque in quinque Libros divisit. Primus exhibet totius Operis Hægogem, seu Introductionem: Secundum inscribit de Officinâ, in eoque de Officialibus, seu in Officinâ parandis Medicamentis, sermonem habet. Tertius Liber agit de Mineralogiâ, seu de Remediis, quæ à Mineralibus petuntur. Quartus complectitur Phytologiam, seu tractatum de Herbis. Quintus demum de Zoologiâ, seu de Animalibus sermonem habet. In hanc Pharmacopœam nonnulli Autores Commentaria conscripsere: præcipuè autem Fridericus Hoffmannus, eamque titulo Pharmacopœæ Schrödero-Hoffmannianæ edidit Joh. Jacobus Mangetus. Non ser autem Ettmullerus, ut Materiam Medicam illustraret, hoc Schröderi Opus, perturbato aliquantisper Ordine, exponendum & commentandum suscepit: in hæc autem sui Collegii Pharmaceutici primâ Parte Notas addidit quarto, quinto, & tertio Libro Schröderi, ut scilicet agat de Phytologiâ, Zoologiâ, & Mineralogiâ, hoc est de tribus Materiæ Medicæ Regnis. In secundâ verò Collegii Parte, Pharmacopœæ Schröderianæ secundum Librum exponit; hoc est de Compositis Medicamentis verba facit: additis quamplurimis ex Petri Morelli Methodo deprontis. Hægogem, seu primum Pharmacopœæ Schroederi Librum, forsasse tanquam intellectu facilem, omittit.

SECTIO PRIMA PHYTOLOGIA

S E U

REGNUM VEGETABILE,

E X

SCHROEDERI

Pharmacopæe Medico-Chymicæ

LIBRO IV.

SCHROEDERUS.

PHYTOLOGIA est pars PHARMACOLOGIE, quæ agit de PLANTIS.

CLASSES PHYTOLOGIÆ sunt quatuor. Prima enodat *Alterantia Primaria*, quæ sunt *Plantæ*, harumque *Membra*. Secunda, enucleat *Alterantia Secundaria*, uti sunt *Succi*, *Olea*, *Resina*, *Gummi-Resina*, *Gummata*. Tertia exhibet *Purgantia Primaria*. Quarta describit *Purgantia Secundaria*; utraque eodem modo cum prioribus accepta.

N. Damus autem *Rerum* quarumcunque 1. *Species* usuales ab aliis distinctas. 2. *Nomina*, seu *Titulos*, quibus *Authores* celebriores & famosiores eas rubricant, id est, titulos enus inscribunt. 3. *Tempus* ac *Locum* natalem. 4. *Delectum*. 5. *Officinalia Nativa*, i.e. quid de rebus singulis crudè *Officinale* sit. 6. *Vires*. 7. *Præparata* usitata, &c.

Rubricas, seu *Titulos*, unâ cum *Authorum* *Nominibus* addimus, non modò ut eò facilis *Res* quæ sita occurrat, atque à reliquis suis *Speciebus* distinguatur; sed & innotescat quinam *Authores*, & quonam illorum *Scripta* ad ulteriorem *Rei* cognitionem consuli, adiri queant. Sunt autem *AUTORES* præcipui, eorumque *Scripta*

AMATI LUSITANI Enarrationes in Libros 5. Dioscoridis.

ANDRÆ CÆSALPINI de Plantis Lib. 16.

AUGUSTANORUM Pharmacopæa, seu Dispensatorium.

BARTHOLOMÆI CARRICHTERI Herbarium Germanicum, in 8.

CAROLI GLUSII 1. Historia rariorum Plantarum. 2. Libri 10. Exoticorum. 3. Corollaria in Dodonæum Gallicè à se redditum, ut & in Garziam, Monardem, & Acostam.

CASPARI BAUHINI 1. Pinax Theatri Botanici. 2. Nota in Matthiolum.

CASTORIS DURANTIS Herbarium in Linguam Germanicam à Clarissimo Petro Usenbachio, hujus Reipublicæ Francofurtanæ olim Medico celeberrimo, translatum.

CHRISTOPHORI ACOSTÆ Historia Aromatum & Medi-

camentorum in Orientali Indiâ nascentium, qui est Liber 9. Exoticorum Clusii.

EURICI CORDI Botanologicum.

GARZIÆ AB HORTO Historia Aromatum, & simplicium aliquot Medicamentorum apud Indos nascentium, qui Liber est 7. Exoticorum Clusii.

HIERONYMI TRAGI Herbarium, seu Libri 3. de Stirpium usitatis Nomenclaturis, &c.

JAC. THEODORI TABERNÆMONTANI Historia Plantarum Germanica, Libris 3. edita.

JOACHIMI CAMERARII 1. Hortus. 2. Epitome Matthioli. 3. Matthiolum Germanicum, quem novis Iconibus auxit.

JOH. BAPTISTÆ PORTÆ 1. Phytognomica. 2. Villa.

JOH. FRAGOSI Historia Aromatum, Fructuum, & Simplicium aliquot ex utrâque Indiâ delatorum.

JOH. GERHARDI Historia Plantarum Anglica.

JOHAN. MANARDI Lib. 20. Epistolarum Medicinalium.

LEONHARDI FUCHSII 1. Historia Stirpium. 2. Ejusdem Icones in octavo. 3. Ejusdem de Compositionibus Medicamentorum.

MATTHÆI LOBELII Historia Plantarum, seu Observationes & Adversaria, à Lobelio & Pena edita.

NICOLAI MONARDIS Simplicium Medicamentorum ex novo Orbe delatorum Historia; qui Liber est 10. Exoticorum Clusii.

OTTONIS BRUNSFELSII Historia Libris 3. comprehensa.

PEDACII DIOSCORIDIS Libri 6. de Materia medicâ.

PETRI ANDRÆ MATHIOLI 1. Commentaria in Dioscoridem. 2. Ejusdem Epitome in 4.

PETRI BELLONI Observationes Libris 3. expressæ, cum Notis Clusii, cujus Exoticis subjunctæ sunt.

PROSPERI ALPINI de Plantis Aegyptiis Liber.

REMBERTI DODONÆI Historiæ Stirpium Femptades 6. seu Libri 30.

VALERII CORDI 1. Annotationes in Dioscoridem. 2. Historia Stirpium 3. Dispensatorium.

Et hi sunt *Botanographi*, quorum hac in Parte fit mentio, omiſſis *Authoribus Pharmacopœiticis*.

UT generalia quædam consideremus, quoad ortum patet, ex *SENECA*, quòd *Medicina* notitia fuerit primò quorundam *Simplicium & Plantarum*; uti ex *DIOSCORIDE* videre est, & *GALENO*, *MESUE*, *MATTHIOLO*, *LUSITANO*, &c. qui *Commentariis* suis *DIOSCORIDEM* explicavêre. Verùm, quamplurima sunt superaddita, objicit quis, & *Exoticorum* multa accessêre. Resp. plurima quidem circumferuntur, sed ab *Agyptis*, *Aniculis*, &c. quæ incerta, dubia sunt, & fallacia. Imò, quid si *Juniperum*, *Sambucum*, *Buxum*, *Corylum*, &c. præferrem *Ligno Guajaco*, *Sassafras*, *Chinæ-chinæ*, *Sarsaparillæ*? *Lapidibus Bezoardicis* *Calculum humanum* præponerem? Et cognitio hæc, quòd cum reliquis *Artibus* successivè sumpserit incrementa, non est negandum.

Antequàm autem ipsas *Plantas* consideremus, quædam in genere monenda erunt de *SCRIPTORIBUS* partim

Botanicis, partim & de variis *Vegetabilium* *Generibus*.

Scriptores, qui studio huic botanico ex professo operam suam locârunt, sunt *duplices*: vel *Veteres*, vel *Recentiores*.

Inter *Veteres* primus omnium *Vegetabilium* *Historiam* systematicè proposuit *DIOSCORIDES*, quem secutus est *GALENUS*, omnia ferè ex prædicto *DIOSCORIDE* exscribens. Hunc *ARABES* postmodum exceperunt. In *DIOSCORIDEM* illum postea *Commentarium* scripsit *MATTHIOLUS*, *Antimadversiones* verò *AMATUS LUSITANUS*.

Inter *Recentiores* *Botanicos* duas *Classes* invenire licet:

I. Est eorum, qui *grammaticè* tantùm de *Vegetabilibus* scripserunt, *Appellationibus* nudis, & *Formis* externis contenti, ut *BAUHINUS*, *CLUSIUS*, *CORNUTUS*, *LOBELIUS*, *ALPINUS*, &c.

II. Est eorum, qui *medicè* de iisdem egerunt, *Vires* im-

pri-

primis & *Facultates* earundem scrutantes: ex quibus clarent **TABERNÆMONTANUS**, copiosus quidem, sed confusus & incertus Autor; **SIMON PAULLI**, qui est elegans, & simul tamen copiosus, atque cum iudicio scripsit; **CASPAR HOFFMANNUS** in *Tr. de Medic. Officinalib.* qui de *Nomine, Specie & Ufu* multa in ordinem reduxit, quæ alii confusè tractarunt, sed more Galenicorum, cum fuerit purus Galenicus; **KARRICHTERUS** in *Botanico German.* commendandus, qui vestigiis **PARACELSI** insistens, modum colligendi & asseruendi ostendit accuratum, quod nemo ante eum fecit: omnibus palmam præripit in scrutinio *Morborum ab Incantatione* ortorum. Quin ipse **PARACELSUS** *Herbarium* concinnavit, sed paruum, modum tamen inibi ostendens verum, studium hocce perferutandi, & quomodò *Vires Simplicium* sint cognoscendæ. (B)

Facultates aliàs *Simplicium* horum plerumque à *Qualitatibus Primis, Caliditate, Frigiditate, &c.* ut & aliis *Occultis* determinantur; sed minùs rectè: Hæc enim ratione omnes *Virtutes Specificæ* occultæ jacerent, & prorsùs laterent, quæ tamen maximam partem in curando absolunt.

Quid? quòd prædictæ illæ *Qualitates prorsùs imaginariæ* sint: cum harum nulla in *Herbis* quibusdam & aliis *Simplicibus* inveniatur, quæ tamen respectivè tantùm, prout *Subjectum* offendunt, in illud agunt: v. g. *Spina digito infixa* summum Calorem infert, cum tamen per se minùs calida sit: *Piper, & Spiritus Vini* in se actu frigidus est, in *Corpus* tamen assumptus intensissimum Calorem infert: *Spiritus Nitri* internè frigidus censetur, & rectè; externè verò est calidissimus: *Camphora* frigida est, attamen sulphurea, cum in mediâ Nive ardeat.

Residua *Virtutes Vegetabilium* determinandæ sunt à *Misurâ materiali, seu Texturâ minutissimarum Particularum*, non vi radiativâ & idealî: Nam *Amuleta*, v. g. etiam per emanationem *Esfluviorum* actionem suam in *Spiritibus nostris* perficiunt, quicquid agunt. *Radix* scilicet & fundamentum omne consistit in tali *Texturâ*, quâ mutata mutatur & effectus: sic *Purgantium* texturâ per *Acida variata*, variatur etiam *facultas purgatrix*; sic *Antiscorbutica* per *Exsiccationem* castrantur, ob mutatam *Particularum Texturam*.

Inter *Particulas* autem hæc primatum obtinent subtiliores & volatiliores *Salina & Oleosa*: inde enim est, quòd per *Sapores & Odores* subinde sese manifestent *Vegetabilia nobiliora*: v. g. *Cinnamomi virtutes*, quas obtinet, in *Sale Volatili oleoso* copiosissimo in eo contento, fundantur: hinc vis analeptica, stomachica, calefaciendi, &c. His enim per *destillationem exhaustis*, *Cortex* iners est, omni-virtutibus carens. In *Cochleariâ* vis antiscorbutica est, ob *Sal volatile acre*.

Prout autem *variat hæc Textura materialis*, ita & *variant Vegetabilium Vires*; hinc longè alia *Virtus* sæpè est in *Foliis*, alia verò in *Radice* unius ejusdemque *Plantæ*. Sic in *Sambuco*, quòd integrum *Pharmacopolium* potest implere, alia vis sese exferit in *Foliis*, alia in *Cortice*, alia quoque in *Radice*. *Radix* scilicet purgat *Hydropicos*, *Juli* faciunt *Vomitus*, *Flores* *Læ* procreant; *Succus* autem inspissatus *Dysentericæ & Erythipelati* prodest, & *Sudorem* pellit. *Gentiana* convenit in *Quartaâ*, *Myrrha* in *Menstruis* deficientibus & similibus.

Hisc præmissis jam propiùs ad *Vegetabilia accedamus*, quæ, doctrinæ melioris gratiâ, secundùm omnes illarum *Partes* distinguemus, harumque simul *Texturam materialem*, & ex his *Producta varia pharmaceutica*, considerabimus.

Inter *Partes Vegetabilium* sunt I. **RADICES & LIGNA** cum suis **CORTICIBUS**, quæ in genere conveniunt, & vim suam debent *Sali acido volatili*: Hæc ipsa enim *igne chymico examinata, in Vase clauso* dant

1. *Pblegma* iners.
 2. *Spiritum acidum volatilem*, qui in recessu habet *Sal volatile*, cum quo prodit.
 3. *Oleum* penetrans, sed *empyreumaticum*.
 4. Relinquant pro *Capite mortuo* *Carbones*.
- Tom. IV.

Quòd si verò *igne aperto* comburantur, *Spiritus & Oleum* sub formâ *Flammæ* evolantes, condensantur tandem in *Fulgine*, ex qua *Pblegma*, paucus *Spiritus acidus*, copiosum *Sal volatile* oleosum, & *Oleum empyreumaticum*, sed penetrantissimum, obtineri per *destillationem* potest: remanet *Caput mortuum*, ex *Terrâ & Sale fixo* constans, quale *Caput mortuum* sub nomine *Cinerum* etiam post istam *Lignorum* *destillationem* remanere solet.

Observandum autem, quòd omnia hujusmodi *Producta copiosiora* longè habeantur ex *Corticibus*, utpote magis resinosis, quàm ipsi *Lignis*; uti speciatim in *Ligno Guajaco* manifestum est, cujus *Cortex* longè magis imprægnatus est *particulis medicamentosis activis*, unde ista *Producta chymica* oriuntur, quàm ipsum *Lignum*.

Porro ex his *Lignis, & hisce congeneribus durioribus Corticibus & Radicibus*, mediante *Vini Spiritu Essentia resinosa* extrahi potest, quæ copiosâ *Aquâ præcipitata, Pulverem* copiosum in formâ *siccâ* exhibet; vel abstracto *Spiritu* in *Extractum* redigi potest. *Caput mortuum* verò seu *Ligna* ista, ex quibus *Essentia* ista extracta fuit, *destillando* suggerit adhuc egregium *Spiritum acidum*, sed nullum vel paucum admodum *Oleum*; adeò ut talia *Olea* *destillata* nil aliud sint, quàm *Resinæ*, vi *Ignis* in *oleosum corpus* colliquantur. Præter *Essentiam resinosam*, cum *Spiritu Vini* extrahendam, etiam mediante *Aquâ* per *cocturam Extractum* gummosum elici potest, dum *Aquæ* medio resolvuntur *Salia* in *Lignis, & horum* medio simul junctum ipsis elicitur *Oleum resinosum*, à quibus *Decocta Lignorum* vim adeò potentem *sudoriferam* obtinent.

II. Post *Ligna* considerentur ipsæ **PLANTÆ**, seu **HERBÆ**, earumque **CAULES, FOLIA, &c.** Hæ ipsæ ratione *Texturæ materialis, & inde Productorum chymicorum* commodè in *quinque Differentias* possunt distribui.

Prima Classis est illarum, quæ sunt *succulentæ, ferè insipidæ*, adeòque abundant *Pblegmate, & temperatum Alcali volatile* continent. Quales sunt *Lactuca, Parietaria, Portulaca, & Sedum majus*. Hæ in *Anatome chymicâ* pro usu medico subministrant *Aquas destillatas, & Succum* expressum in *Rob blandè inspissandum*. *Plantæ* tales vulgò *Frigidæ, aut Refrigerantes* dicuntur, atque *Humidæ*.

Secunda est earum, quæ habent *Saporem acidulum & blandè adstringentem*, gaudentque *Sale essentiali tartareo, & Pblegmate* copioso *mercuriali, & sunt absque Odore*. Tales sunt omnes *Species Acetosarum, &c.* subministrant hæc *Aquam*, sed minùs efficacem; in *Succo* enim remanet *Sal essentiali crystallinum* instar *Tartari*, ejusdem *Figuræ & Saporis*, in quo earum *efficacia* quasi concentrata est.

Tertia est earum, quæ habent *Saporem amarum, sed citra Odorem*, adeòque constant *Sale nitroso* quasi tartareo. Tales sunt *Carduus benedictus, Fumaria, Cichorium, Lupulus, & similia*. Hæ ipsæ subministrant *Aquam, & Sal essentiali*, quòd rectificatum super proprios *Cineres* simillimum erit *Nitro*, tam in *Figurâ*, quàm in *Gustu, & ardet* etiam instar *Nitri*; unde vis *diuretica*.

Quarta est earum, quæ *Saporem* habent admodum acrem & mordicantem, quales sunt omnes *Species Nasturtii, Cochlearia, Scordium, Chærefolium, Species Sinapi, & Piperitis*: in genere omnia *Raphanacea, Cepasæ, & Antiscorbutica, &c.* quæ abundant *Spiritu*, seu *Sale volatili* paulò acriori, sulphureo tamen. Hæ recentes si sunt, subministrant tam fermentando, quàm sine *Fermentatione*, cum *Spiritu Vini* affusione, *Spiritum volatilem acrem*; nam sub *Fermentationis* motu magnam aliàs *Salis volatilî* jacturam patiuntur. Sin verò paulò maturiores fuerint, & post *Florem* ad *Seminificationem* se disponunt, commodè fermentari possunt, sicque suggerunt *Spiritum inflammabilem*, de sapore & odore *Simplicis* plùs minùs participantem: quin etiam ex his sub tali statu *simplici Destillatione* *Oleum acre* destillatum penetrantissimum elicitur, quòd aliàs nullâ arte ex talibus elici potest. Huc refertur

A 2 Trifo.

(B) *Innumeri sanè sunt Autores Botanographi, qui post Schroederum & Ettmullerum floruerunt, atque Herbariam doctrinam illustraverunt, quorum Catalogum apud Recentiores Rei Botanica Scriptores, præcipuè autem apud Barrelierum à Dño Jusseu editum legere est. Illorum Nomina hic recensere supervacaneum duxi: Magnum autem Josephum Pitton Tournetortium Aquisgranensem, Doctorem Medicum Parisiensem, Regiæ Scientiarum Academia Socium, & in Horto Regio Botanices Professorum, silentio prætermittere religio est; huic enim illud præsertim debent Botanopoli omnes, quòd Botanice priùs rudem & indigestam, adeoque methodicis ingenitiis minime accommodabilem, ad certam claramque Methodum reducerit, eaque facilitate tractaverit; ut qui mentem serid illius monitis applicuerit, nullo docente præceptore, & ferè autodidactus (expertus loquor), Plantas omnes neutiquam priùs visas, certis agnitiis Characteribus, dignoscere facillè queat. De hoc Clarissimo Autore in Notis ad Phytologiam sæpè mentio nobis faciendâ occurret.*

Trifolium aquaticum, summum Antiscorbuticum, Anglis maximè in usu, & quidem pro Arcano habitum. Quinta denique Classis eas continet Plantas, quæ abundant *substantiâ volatili sulphureâ, seu oleosâ, quasi resinosa, & hinc Odorem fortem habent & penetrantem, Saporem verò nunc amaricantem, nunc suavem; communiter etiam Aromatica dicuntur. Quales v.g. sunt Absinthium, Majorana, Rosmarinus, Salvia, Thymus, Origanium, & omnia Aromatica. Hæc simplici Destillatione subministrant Aquas nonnihil spirituosas, & Olea, sicuti fermentando, Spiritus ardentis volatiles; sed tunc nullum Oleum: Nempe Fermentatione mediante attenuatur & resolvitur Oleum in Spiritum; adeo ut Olea destillata Plantarum sint, nihil aliud, quam Spiritus concentrati, vel Resinæ ab igne colliquefactæ; Spiritus verò inflammabiles sint Olea essentialia suo Phlegmate resoluta: Tandem calcinata hæc ipsa recentia *Sal fixum*, sicut Plantæ quamplurimæ aliæ in Cineribus reliquunt. Ut autem hæc ipsæ Plantæ fermentando Spiritus, ita putrescendo dant *Salia volatilia*, non secus atque reliqua omnia Vegetabilia putrefacta; quædam tamen plus, quædam minus talis Salis suggerunt, quâ putrefactione absolutâ perfectè, nullum Salis fixi vestigium superesse solet.*

III. Quoad FLORES Plantarum, hi sub triplici iterum Classe continentur: sunt enim vel

1. *Sine Odore*, v. g. Flores Antirrhini, Nymphææ, &c. in quibus latet Alkali, seu Sal volatile blandum. Hi dant Aquam blandam, & Succum inspissandum in Rob.
2. Vel habent *Odorem suavem*, sed saltem superficiale, & facillimè evanescentem: uti sunt Narcissus, Flores Jasmini, Liliorum alborum, Violarum, & ex parte etiam Rosæ. Vis eorum consistit in parte Mercuriali volatili, unde non possunt sufferre vel minimum Calorem, quin eorum Odor, Tincturæ, ac consequenter Virtus & Penetrantia evanescant: Propterea Chymici mediante Oleo Been, vel Amygdalarum dulcium, faciendo Stratum supra Stratum cum Floribus, v. g. Jasmini, &c. Odorem & Virtutem eliciunt.
3. Vel habent *Odorem fortem penetrantem & aromaticum*, ut sunt Flores Rorismarini, &c. Hi dant Aquas spirituosas, & cum his Olea destillata, item per fermentationem, Spiritus inflammabiles: quin etiam mediante Spiritu Vini affuso, & sæpius abstracto, vis eorum elici, & in formâ spirituosâ exhiberi potest, uti v. g. in Aquâ *Reginæ Hungariæ*, seu Spiritu Vini sæpius à Floribus Anthos abstracto, notum est.

IV. Flores sequuntur FRUCTUS. *Fructus medicinales* imprimis sunt *succulentis dulces*, vel *acidi*, ut Ribes, Berberis, Citrum, &c. vel *acido-dulces*; quorum vel

1. *Succus expressus* per residuum depuratus per se asservatur, aut sulphurando eos, aut Oleo-Olivarum muniendo, v. g. Succus Cydoniorum, &c. Vel
2. *Succi fermentantur*, & suggerunt Potus vinosos; qua ratione ex Succo Uvarum Vinum, item Pomaceum, Pyraceum, &c. item Vinum ex Fructibus Rubi Idæi, vel Vinum ex Passulis cum Succo Pomorum Borsdorfianorum fermentando paratur; Vel
3. *Inspissantur in Rob* Phlegmatis evaporatione; uti in Rob Sambuci, Juniperi, Sorbi, &c. notum est.

Succi dulces, aut *acido-dulces* sunt temperati nutritivi; & quæ nec Calore nec Frigore nobis infensi sunt; *acidi* e contra, ob Acidum intensius, nec à nobis assimilabile, potius rigendo, & Contenta Corporis plus minus condensando, refrigerant.

V. Sequuntur SEMINA, quorum in Vegetabilibus maxima vis est, quæ vel

1. *Turgent Succo mucilaginoso*, qui concentrat eorum virtutem, qualia sunt Semen Cydoniorum, Lini, Psyllii, &c. ex quibus Menstrui aquei beneficio *Mucilage* elici potest.

2. Vel continent *copiosum Oleum*, sed aquosum, per expressionem facile eliciendum; aut etiam cum Aquâ appropriatâ in *Emulsionis* formam redigi possunt; uti sunt Semina Pæoniæ, Papaveris, Amygdalæ dulces, &c.
 3. Vel sunt ita *temperata Principiis activis*, ut commodè fermentari possint, quo medio *Spiritus volatilis*, seu *ardens* elici potest; uti sunt non tantum Semina quædam Cerealia, v. g. Secale, Triticum, &c. sed etiam illa Semina, quæ Saporem acrem & penetrantem habent, ut Semen Sinapi, &c.
 4. Vel habent *Odorem suavem aromaticum & Saporem gratum*, & continent copiosum *Sulphur*, seu *Oleum volatile*, & dant Aquam & Oleum destillatum, uti sunt Semen Anisi, Fœniculi, Carvi, &c.
- Tandem inter *Producta Vegetabilium* sunt RESINÆ & GUMMATA, de quibus infra Classe 2.

S C H E M A

GENERALEM HERBARUM NOTITIAM COMPREHENDENS.

HERBA in stricto significato sumta, ut docet THEOPHRASTUS de *Causis Plantarum*, & GALENUS de *Antidosis*, quartum Genus Plantarum constituit. (C) Græcis *βόταν* & *πόα*, à *βίω* & *πόω*, ceu volunt, dicta.

Definitur Planta, quæ sine Caudice & Radice foliatâ provenit, potissimumque Caule Semen profert. (Subintelligenda autem illa duo Folia sunt, non quæ cunctis communia, & ex Seminis pulpâ transmittuntur, sed quæ præter hæc à Radice primò confurgunt & emittuntur). Negatur tamen à SCALIGERO contra CARDANUM, Caulem de essentiâ Herbarum esse: sunt enim quæ eâ carent, ut *Capilli Veneris* prima Species.

Conveniunt cum Frutice Stipitum multitudine nonnullam, ut in Vincetoxico, Hyperico, &c.

Ad *Essentiam* propius facit, quòd melior, quàm Arborum & Fruticum earum substantia sit.

Degenerant tamen sæpe in Frutices, ut Salvia, Ruta, Hyssopus, &c. quemadmodum & Fruticum quidam in Arbores; altitudine ad Arborum longitudinem quidam ex his adscendunt. *Causæ* sunt soli & culturæ diversitas.

Ex *Partibus essentialibus* componuntur *duabus*. Alter *locum Formæ* obtinet, & *Anima est Vegetativa*, unde *Missa animata*, seu *viventia* dicuntur: Eradicata v. g. è Terrâ Allium & Aloë Herba, vitam superstitem non modò habent, sed & iterum Terræ immissa germinant. In nonnullis *Sensûs & Motûs* quædam vestigia adunt, ut in Herbâ Christophorianâ, noviter ex Indiis allatâ (D). *Materia* Pars essentialis altera est, quam *Corpus* repræsentat. Quod iterum constat *Partibus* vel *similaribus*, *Spirituosis*, quæ ruptis Folliculis, ut in Coluteâ vesicariâ, & in ipsâ eruptione Seminum, se manifestant; *Humidis*, quæ vel aqueæ, rubræ, luteæ, &c. ut in Esulæ, Lactucæ, Cichorii, Sanguinis Draconis, &c. Succo, cum vel sine expressione; *Solidis*, quæ similes, ut Caro, Fibræ, Membranæ, &c. Vel constat *Partibus dissimilaribus*, tum perennantibus, tum deciduis, ut sunt Folia, Caulis, Flores, Fructus, Semina, Baccæ, &c.

Differentiæ sunt vel *Physicæ*, vel *Medicæ*.

I. *Physicæ* aliæ sunt *Essentiales*, petiæ vel à *Materia*, ut quædam molles, duræ, macræ, pingues, &c. vel à *Formâ*, eaque (1.) *Internâ*, unde aliæ *Calidæ*, ut Absinthium, &c. *Frigidæ*, ut Rosa; *Humidæ*, ut Portulaca; *Siccæ*, ut Beta; *Temperatæ*, ut Asparagus. Quod pertinent *Virtutes peculiare*, ex totâ substantiâ agentes, v. g. contra Calculum, Vermes, Pestem, ad promovendos Menfes, confortandos Spiritus, &c. (2.) *Externâ*, ex parte *Quantitatis*, *Coloris*, *Figure*, &c. dum aliæ sine *Folii*, ut Anblatum, &c. aliæ binis, pluribus & paucioribus, cum vel sine *Caule*, proveniunt. Videtur *Methodus Histor. Stirpium* DODONÆI, CÆSALPINI,

(C) Quod scilicet tria reliqua Plantarum genera sint Arbores, Frutices, & Suffrutices: Herbarum igitur propriè dictæ Plantarum quartum Genus constituunt. Planta enim est nomen genericum, Arbori, Frutici, Suffrutici, & Herbarum conueniens. Arbor est Plantæ genus perenne, excelsum, simplici trunco, seu caudice crasso, duro, brachiatoque donatum: ut Quercus, Tilia. Frutex dicitur Planta perennis & gemmipara, trunco ut plurimum multiplici, quæ ad justam magnitudinem Arboris non assurgit: ut Malus Punica, Rosa. Suffrutex est Planta perennis, dura, lignosa, Frutice humilior, non gemmipara, ut Thymus, Salvia. Herba demum, propriè loquendo, est Plantæ genus, cujus caulibus singulis annis perit, novo deinde renascente, vel ex radice vivâ remanente, vel radice pereunte, ex semine deciduo. Hæc ex Tournefortio desumpta clartora & veriora sunt, quàm quæ infra adducit Autor.

(D) Malè Autor confundit Christophorianam Herbam cum Mimosa; hujus enim folia ad tactum refugiunt, quare Sensitivam appellant; nequaquam autem hæc ut polles Christophoriana.

PINI, SPIGELII, SENNERTI, &c. Herbas enim in certas Classes dividere velle, quæ singulas comprehendant, inter *ἀδύνατα* à Botanicis refertur. (E)

Physicæ aliæ sunt *Accidentales*, petitiæ vel à *Loco*; quales sunt Montanæ, Aquaticæ, Sylvestres, Peregrinæ, Domestice; vel à *Ætate*, dum germinant, florent, Semen proferunt; vel à *Sexu*, ut in Mercuriali, Veronicâ, &c. laquei accersuntur.

II. *Differentiæ Plantarum Medicæ* sunt vel *Theoreticæ*, vel *Practicæ*: *Theoreticæ* cum Physicis conveniunt; à quibus tamen differunt, quod maximâ ex parte *ἰζηωπερικῆ*, non *Acroamaticæ* sint (F), & Methodi medendi, finisque Medicinæ ultimi inducendi gratiâ expetantur; ratione cujus

1. Certi reddimur de *Plantæ* alicujus *Specie*, quam Veteres usurpant in hoc vel illo Affectu, v. g. de Absinthio Pontico, Origano, Hyssopo, Majoranâ nostratâ, &c. Utrum cum Veterum illarum Descriptione & Viribus conveniant?

2. Ut queamus *unam alteri substituere*, v. g. Cinnamomum Cassiæ, Oleum Caryophyllorum aromaticorum Carpobalsamo, Acorum verum Calamo Aromatico, &c.

Practicæ respiciunt *Virtutem*, quam ad Vires, cum totius tum partium, conservandas, vel Morbos, aut Universales aut Particulares hi sint, abigendos habent; cujus gratiâ aliæ sunt *Alimentares*, quæ maximâ ex parte suâ substantiâ Corpus nostrum nutriunt; quædam *Medicinales*, quæ qualitate & formâ præsertim nos afficiant, sive sensibilibus sive insensibilibus illud fiat: sunt enim, quæ *medio modo* se habent, Nutrientes & Alterantes, ut Lens, Blitum, &c.

Utræque iterum dividuntur, & quidem primò *Alimentares*, in *κατ' ἰσχυρὸν* tales dictas, & sunt tum Frumenta & Olera, tum Legumina, præterea boni & mali succi: secundò in *Non-alimentares*, ut Lolium, atque omne Zizaniæ genus.

Ad Alimentares Aromaticæ referuntur, ut Nardus, Rosmarinus, item Salvia, Majorana, & quæ Salsamenti loco Mensæ apponuntur, ut Cochlearia, Nasturtium, &c.

Medicinales respiciunt

1. *Partes*, easque tum collectivè, tum distributivè, sumptas.

2. *Ipsum Vires*, dum agunt *Qualitatibus* modò *Manifestis* primis, secundis, &c. modò *Ocultis*; unde aliæ calefaciunt, ut Allium; aliæ refrigerant, ut Psyllium, Rosæ, Violæ, Nymphæa, &c. quædam medio modo se habent; quæ digerunt, & præparant, ut Hyssopus, Fumaria; quædam Cordialia præparant, ut Spiritus confortati, & exhilarant, ut Odorata, Rosæ, Caryophylli, Crocus, &c. Lac augent, ut Fœniculum; Genituram augent, ut Orchis; Apoplexiam & Epilepsiam respiciunt, ut Liliū convallium, Herba Paralyseos, Radix Pæoniæ; Venenis resistunt, ut Allium, Scor-

dium, Zedoaria; Angelica, &c. legantur WECKERI *Antidot. generale*, DANIELIS SENNERTI *Instit. Medicæ* l. 5. SAMUELIS SCHÖNBORNII *Man. practicæ*. TILEMANNI & MACASII *Mater. Medicæ*, & *Promptuar. Medicæ*.

Secundum quarum ordinem & viam *vivum Herbarium* concinnari posset, servato Numero Alphabetico. Aliis probatur Alphabetico ordine Plantas Officinales recensere, ut habet Auditor noster. Qui tamen Physicæ unâ contemplationi se adducunt, sint contenti *Methodo DODONÆI*, CÆSALPINI, SENNERTI, & quæ *Catalogo Cantabrigiensi* sub finem expressa est. Nam *Herbarum aliæ sunt*

1. *Bulbosæ*, ut Liliū cruentum.
2. *Tuberosæ*, ut Asphodelus, Scrophularia, &c.
3. *Umbelliferae*, ut Fœniculum, Anethum, &c.
4. *Verticillatæ*, ut Cardiacæ, Marrubium, &c.
5. *Spicatæ*, ut Lyfimachia spicata, aquatica, purpurea, &c.
6. *Scandentes*, ut Convolvuli, Clymena, &c.
7. *Corymbiferae*, ut Tanacetum.
8. *Pappiferae*, ut Taraxacum, Erygerum, &c.
9. *Capitatæ*, ut Jacea, Scabiosa, &c.
10. *Campaniformes*, ut Campanula.
11. *Coronariæ*, ut Armerius, Majorana, & Rosmarinus, &c.
12. *Rotundifoliae*, ut Asarum, Caryophyllata aquatica, &c.
13. *Nervisfoliæ*, ut Plantago, Helleborina, &c.
14. *Stellatæ*, ut Gallium, Matrisylva, &c.
15. *Cereales Fruges*, ut Frumenta, & Legumina.
16. *Αιζωα*, ut Sedum, Telephium, &c.
17. *Graminifoliae*, ut Graminum species.
18. *Oleracæ*, ut Endivia, Blitum, Spinachia, &c.
19. *Spinosæ*, ut Cardui.
20. *Linifoliae*, ut Linum, Linariæ species, &c.
21. *Tomentosæ*, ut Gnaphalium Americanum.
22. *Saxatiles*, ut Saxifragia aurea, Melilotus, &c.
23. *Lactiferae*, ut Esula, Cichorium, &c.
24. *Trifoliacæ*, ut Fragaria, Medica trifolia, &c.
25. *Repentes*, ut Nummularia.
26. *Narcotica*, ut Solanum, Papaveracea, &c.
27. *Filicæ*, ut Filix, Polypodium, &c.
28. *Musci*, ut terrestres, coralloides, caliceus, &c.
29. *Aquaticæ*, ut Hydropiper, seu Persicaria aquatica, Nymphæa, &c.
30. *Marinæ*, ut Fucus, Alga, &c. (G)

Hæc erant Generalia de Vegetabilibus præmittenda: jam ad *Specialiora*, nempe ipsas Plantas, progredimur, adeoque ad ductum Autoris nostri totum negotium certis *Classibus* includemus.

CLAS-

(E) *Quod ἀδύνατον b. e. impossibile reputabant Botanici, non solum possibile, sed facillimum reddidit laudatus Tournefortius in Institutionibus Rei Herbariæ.*

(F) *ἰζηωπερικῆ extrinsecus: quare Exoterica scripta dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, & verborum argutias conducebant, quasi extra rem essent; contra verò Acroamatica dicebantur, in quibus remotior, subtiliorque Philosophia agitabatur, quæque ad rem magis pertinebant. Quare hic fortasse erit Autoris sensus, quod Theoreticæ Plantarum Differentiæ exotericæ sint, utpote quæ ad Praxim faciendam Morbosque tollendos minimè faciant, sed tantum ad eruditionem ostentandam conducunt; Plantarum autem Differentiæ Practicæ dicte acroamaticæ sunt, quod nempe illarum ope Plantarum vires pro sublevaris agris quæmaximè facientes, Medicis revelentur.*

(G) *Si hanc Methodum servare velis in quædam Plantarum Generibus, quæ erit confusio! Convolvuli enim quamplurimæ species sunt Campaniformes simul & Scandentes: Phaseli inter Scandentes item & Trifoliaceas connumerandi: quis nescit Cardui innumeras species ad Capitatas & Spinosas Herbas reducendas esse? ut reliqua taceam. Quare si Methodum optes cognoscendarum Plantarum, easque in certas distinctasque Classes distribuere, adeas Methodum Cl. Tournefortii, qui ad Arborum, Fruticum, Suffruticum, & Herbarum Genera distinguenda, easque ad Classes quasdam reducenda, desumit discriminis Characterem præcipuè à Floris structurâ & formâ. Flores autem prius dividit in eos, qui Petalis (b. e. foliis) vel donantur, vel carent: Flores Petalis donatos vocat Petalodas; Petalis verò carentes Apetalos appellat & Stamineos, quod scilicet Petalorum loco Stamina quædam & Filamenta, Apicibus pulverulentis ornata, obtinuerint. Rursus Petalodes Flores vel sunt Monopetali, vel Polypetali, b. e. vel unico, vel pluribus Petalis constantes. Hinc juxta variam Florum sive Monopetalor, sive Polypetalor, sive etiam Apetalor formam, & peculiarem structuram, Plantas omnes in varias Classes distribuit: ut scilicet aliæ sint Floræ Monopetalo Campaniformi, aliæ Infundibuliformi & Rotatæ, aliæ Anomalo, vel Labiato: quemadmodum sunt Plantæ Floræ Campaniformi vel Cruciformi, vel Rosaceæ, vel Umbellatæ, vel Caryophyllæ &c. quæ latè & accuratissimè digesta videre est in laudatis laudati Autoris Institutionibus Botanicis.*

Verum si animus sit, Vires tantum Plantarum addiscere, nulla esse poteris in Plantis ad certas Classes, certumque Ordinem, ex illarum vi medicâ positum, reducendis Methodus: nulla enim est analogia inter Plantarum formam externam, atque illarum virtutem: quidquid de rerum Signaturis dicant quamplurimè cum Crollio aliisque. Quapropter qui Phytologiam eo animo addiscere velit, ut Plantarum usum medicum callere possit, alium non expectet Ordinem, nisi quem Alphabetum subministrat. Hic igitur usus est Schæderus, eundemque sequitur Ettmullerus: nisi quod Alterantes Plantas à Purgantibus distinguere, easque in quatuor Classes subdividere, maluit.

C L A S S I S P R I M A

D E

A L T E R A N T I B U S P R I M A R I I S .

I. A B I E S .

ABIES (alba *ἰλάμ*, hæc præfertur.
(rubra, *πίτυς*, Picea.)

Alba inscribitur Abies, *Brunsf. Trag. Matth. Cord. in D. Lob. Cast. Tab. Lon. Ger. Dod.* (cui potius Picea.) Abies alba & fœmina, C. B. 2. Germ. *Thannenbaum*, *weiße Thannenbaum*. Gall. *Sapin*. (Italis *Abete*.)

Rubra insignitur Picea *Brunsf. Matth. Cord. in D. Lon. Lob. Cast. Tab. Germ.* Abies 1. & rubra, *Trag. Abies Dod.* Picea major prima, seu Abies rubra, C. B. Germ. *Roth. Thannenbaum*, *Fichte*, *Fichtenbaum*.

N. Aded conformes inter se sunt, ut nonnullis confundantur, *differunt* tamen 1. quod Folia Piceæ sunt nigriora, latiora, molliora, læviora, minus pungentia, ramos circumquaque vestientia. 2. quod Cortex Piceæ sit nigrior, tenacior: Abjetis albicantior, fragilior; quod Piceæ rami ad terram flectantur, secus ac Abietis. *ex Matth.*

Virent perpetuâ fronde, nisi quod mense Majo foliis pristinis decidentibus, nova subinde renascantur. Montibus gaudent saxosis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Cortex (sed rard), *Coni* & *Resina*.

(*Turiones* Scorbuticis salutare cocti in Aquâ & Vino:

bibatur haustus)

N. Innascitur & *Viscum* Abjeti albæ, quod *Plinii* & *Theophrasti Stelin* reputat *Clusius*.

Vires. *Cortex* exsiccat, adstringit. Usûsque est præcipui externi in Ulceribus & Ambustis.

Coni (*Strobili*, Germ. *Thannappel*, Gall. *Pommes de Sapin*) exsiccat, adstringunt. Usûs item sunt imprimis externi in Inflammatione Hepatis, & aliarum Partium (Epithema), in Verrucis (cujus Signaturam referunt) & Glavis Pedum abigendis (Lotione).

Resina ex Abjete duplex colligi potest, *Liquida* & *Sicca*. *Liquida* (*Lacryma*, *Oleum abjegnum*) colligitur ex Tuberculis (ceu ex *Vomicâ*) Abjetum novellarum, sed pauca: Hæc Officinis *Terebinthina Venetæ* titulo venit (de qua *Class. 4.*) sed perperam, siquidem illa (abjegna) acrior ac calidior sit. (Italis dicitur *Oglio d'Abrezzo*.) *Sicca* ex Abjete & Piceâ colligitur: Hæc uti Thus figurâ ementitur, ita & usum ejus æmulatur, (congeritur à Formicis: vid. *lib. 5. cap. 103.*)

P R Æ P A R A T A .

(*Aqua* è Frondibus tenellis mundificans, adstringens.)

Oleum stillatitium. Fit ex Ligno per descensum igne leni: sic exstillat clarum.

N. *Rari* est usûs. Poterit tamen adhiberi in Odontalgia, aliisque Affectibus loco Terebinthinæ (in Prolapsu Ani).

II. AB-

ABEL MOSCHI. Semen hujus ob odorem fragrantem in Spiritu Vini, Nodulo inclusum, infunditur. (H)

1. ABIES: Hæc duplex est, *Alba* & *Rubra*, differentia est in formâ externâ, & exilis; nec multum refert, si omnino negligatur: hujus enim Folia in utroque latere; illius in altero tantum serratim sunt posita. Abies hæc Rubra vocatur etiam imprimis *Picea*, quæ non debet confundi cum propriè sic dictâ *Pino*. Inter Arborea Resinifera primatum tenet, & in recessu habet Acidum occultum volatile blandum; tota enim Arbor, ejusque omnes Species, *Resinâ balsamicâ*, ejusdem penitus cum Terebinthinâ naturæ, turgent. Unde etiam ex Conis Abietis adhuc recentibus concisis & contusis, per Vesicam assusâ Aquâ destillatis, prodit cum Aquâ *Spiritus oleosus*, seu *Oleum* subtile, instar Olei Terebinthinæ, à quo etiam reverâ nil differt. (I)

Primarius Usus est in Scorbuto, Decoctum tantum Foliorum, imprimis in Bataviâ; in specie autem, ubi Scorbutus Membra externa affligit, & vel Arthritidem vagam, vel Paralyfin notham, vel Contracturam Partium, infert: unde Abies, Picea & Pinus, à nonnullis *κατ' ἔξοχὴν* vocantur *Arbores Antiscorbuticæ*, ratione Olei balsamici, alterantis acrimoniam Salis acris scorbutici, & per Sudorem auspiciatò illud eliminantis. Veteres parùm aut nihil sciverunt de Virtute ejus antiscorbuticâ, sed superioribus tantum annis illa innotuit, tunc temporis, cum ULADISLAUS IV. *Rex Poloniae*, Bellum contra Moscovitas gereret; tunc enim Morbus talis Epidemicus in Castris grassatus fuit, in quo Militibus Pedum Nervi, & Crura ita contracta fuerunt, ut incedere non valuerint: hinc Milites fuerunt curati à D. ERBENIO, tunc temporis Exercitûs illius Medico, per Decoctum Summitatum Pini: etiam simul deprehensum postmodum fuit, quod tales Contracturæ fuerint scorbuticæ; unde postmodum ad similes scorbuticos partium externarum Affectus, Decoctum hoc Strobilorum Pini fuit adhibitum. Ab isto tempore Picea & Pinus in usum antiscorbuticum fuerunt tractæ, pro quo etiam D. MICHAELIS,

aliique commendant; nec sine causâ; tota enim ejus natura est balsamica: id quod testatur Pinguedo & Oleum balsamicum, quo viret perpetuâ Fronde, ita ut asperimas hyemis inclementias negligat. Usurpatur & in corrigendâ Lymphâ acidâ, & Affectibus Catarrhalibus.

Loco Summitatum præcipuè usurpantur *Cortex*, & *Coni*, seu *Strobili* juniores, Germ. *Die kleinen zarten Zapfen*, tactu admodum resinosi ac viscosi, & adparent adpersi quasi farinâ flavâ. Hi ipsi *Strobili*, si non præferendi, saltem æquales sunt Summitatibus Pini. Colligendi sunt in fine Martii, & initio Aprilis, qui contusi, vel solitarii, vel cum *Rasurâ Ligni Sassafras* aut *Juniperini*, aut cum *Radice Chinae*, coquantur in *Aquâ simplici*, vel *Cerevisiâ*, vel utriusque ana, ad medietatem. Decoctum hoc saporem amaricantem quasi terebinthinatum exinde acquirit, quod matutino tempore haustum in Scorbuto, præsertim quando Lymphâ sensibilis in hoc ipso alteratur, & genus Nervosum ac Artus affligit, adeoque Dolores, Contracturas, Paralyfes, Arthritidem vagam, ac similia gravia Pathemata infert, usitatissimum est pro scopo Sudorifero, quem potenter movet, *ʒiij.* vel *iv.* ad *vj.* bibendo ante pastum; quas vires antiscorbuticas videbitis in MOELLENBROGGII *Traçtatu de Vitis* hinc inde, præsertim p. 117.

Externè *Coni* & *Folia* aliàs usurpantur in *Balneis* ad Contracturas & Paralyfes scorbuticas externas: sic BRUNNERUS in *Consiliis* commendat *Pediluvium* ex Strobilis Abjete ad ciendos fortiter Menses Mulierum.

Ex his *Strobilis Pini* junioribus per fermentationem artificialem elicitur *Spiritus*, qui habet odorem instar Cumini: & cum hoc Spiritu postmodum paratur *Essentia Pini*, quæ est egregium Remedium antiscorbuticum, in specie in Arthritide Scorbuticâ vagâ, & in Paralyfi Scorbuticâ, v. g.

W. Strobil. tenell. rec.

concisi & contusi coqu. in f. q. *Aquæ simpl.* donec omnis sapor & vis medicamentosa sit elicitâ: tunc addatur *Cerevisia recens* pro fermentatione

&

(H) *Abelmosch*. De hac Plantâ nullam mentionem facit Schroederus: pauca tamen addit Ectmullerus. Ex Rajo, *Abelmosch* est *Althææ Indicæ* species: *Althæam Ægyptiam villosam* vocat Morison; *Belmuscum Ægyptiam* Honorius Bellus. Pomet Gallicè *Ambrette* (vel *Graine musquée*) vocari ait, eo quod *Ambari* vel *Moschi* odorem Semen spiret; hinc *Globulos precatorios* ex eo passim fieri scribit. Veslingius in *Notis* ad Alpinum ait, ex *Seminibus contusis*, & *bombace exceptis Vestes infarciri*, ut suavi illo, si quis Putor inhærescit membris, reprimatur odore. Hanc eandem Plantam describit, Iconemque apponit Pifo hist. lib. 4. cap. 45. *Vulgò quoque Bammiam Moschatam appellant*. Cl. Tournesortius *juncta suam Methodum* vocat *Ketmiam Ægypticam* semine molchato.

(I) *Minimè consentiunt inter se Botanici* de Abjete fœminâ, & mare dictâ: nam quæ C. Bauhino *Pin. 505.* est *Abies mas*. J. Bauhino *to. 1. 231.* est *Abies fœmina*, *ἰλάμ θεικία*, In eo tamen conveniunt, ut Abjetem rubram Piceam Latinorum credant. Tournesortius vulgatores *Abietes* sic distinguit: *Abies Taxii* folio, fructu sursum spectante: & *Abies tenuiore* folio, fructu deorsum inflexo: quæ est *Picea Latinorum*.

II. ABROTANUM.

Aβροτανον Abrotanum, αβροτανον Germ. Stabwurtz, Girtwurtz, Gertrwurtz, Gartenheil. Dicitur etiam Scojsiwurtz, Auffrusch, Garthagen, Gaufferkraut, Kuttelkraut. Gall. De l' Aurore, Garderobbe. (Italis etiam Herbs Camforata dicitur.)

Est { Mas, quod vulgariter nomen Abrotani retinet, & hujus loci est.
Famina, Cupressus, seu Cyparissus hortulana. Vide s. l.

Loco gaudet temperato, præcipuè dum adhuc in ætate adolecente constitutum est, coliturque in Hortis.

OFFICINALIA NATIVA.

Ex Abrotani maris variis generibus solum *Officinale* est angustifolium majus: Hujus extant in *Officinis Folia & Gemma*, seu *Summitates* collectæ Augusto: huic succedit minus, seu Abrotanum humile.

Majus insignitur Abrotanum mas, *Brunsf. Dod. Matth. Lob. Cassi. Tabern. masculum majus, Cam. primum, Trag. vulgare mas,*

& destillando prodit *Spiritus ardens* suavis, qui est elegantis saporis, & odoris ferè instar Cùmini & Anisi: affusus novis Strobilis *Essentiam* extrahit.

Alii *Decoctum Strobilorum Pini*, aut *Abletis* fortiter expressum ad consistentiam *Rob*, seu *Mellis* ferè solidioris inspissant: cui proprium, vel *Cochleariæ Spiritum*, vel alium Antiscorbuticum affundunt, & pro *Essentiâ* digerunt: vid. **MOELLENBROCK** de *Varis* c. 13. pag. 211.

In quibusdam locis, præsertim *Dreisdæ*, in usu est *Aquam Cymarum* seu *Summitatum Strobilorum Abletis* aut *Pini Spirituosæ*, & paratur hoc modo:

Cymæ contunduntur (quidam *Succum* exprimunt) additur dimidia pars *Vini Malvaticæ*, vel adduntur *Aquæ Cichorii* aut *Veronicæ* ana part. æqual. blando Calore digeruntur, quousque blandè fermentent; destillantur: post *Destillatum* affunditur *Strobilis Abletis* aut *Pini* recentibus, & hinc abstrahitur, *Abstractum* ad usum servatur.

Vel tempore verno, ingruente *Aprili*, *Cymæ succosæ* ex *Abiete* colligendæ (quæ tunc temporis scatent *Resinâ* odoris & saporis terebinthinati; unde *Officinis*, sed falsò, *Terebinthina Veneta* dicitur: vid. **RAJUS** *Catal. Plantar. Anglic. P. 1.*) & *Instrumento ferreo* discindendæ, exque his *Sacculis* inclusis *Succus* exprimitur: hujus *Succi* recipiantur *Mens. viij.* vel *xij.* includantur *Vasi ligneo quercino*, quod 16. vel 18. præterpropter *Mensuras* capit, indatur simul *Cymarum contusarum* tantum, donec *Dolium* ferè repletum fuerit, addendo simul aliquid *Aquæ communis*, vel *Vini*, relinquuntur in loco temperato, donec aliquali factâ *Fermentatione* spirituosum odorem emittant, si agitentur: hinc mox per *M.B.* destillantur: *Aquæ destillatæ Cymæ contusæ* indantur, in eodem *Dolio* asserventur, & dicto modo aliquoties procedatur, donec acquiratur *Aqua*, sufficienter *Strobilorum* viribus imprægnata.

Aqua hæc est egregia in *Atrophia Scorbucicâ*, *Arthritide* *Vagâ*, aliisque *Affectibus Scorbucicis & Catarrhalibus*, temperat quamcunque *Acrimoniam acidam*.

Ipsa enim Abies singulare est *Antipodagricum*, & *Antiarthriticum*, non tantummodò in *Arthritide fixâ* communi, sed specialissimè in *Arthritide Scorbucicâ* vagâ.

Juxta hos *Strobilos* etiam *Cortex Arboris* egregium *Scorbucicum* ac *Diaphoreticum* existit.

Cæterùm in *Abiete* interdum *Viscus* reperitur, sed rarè; hic est singulariter expertus in *Arthritide*, si pulverisatus à ʒʒ. ad ʒj. singulo matutino tempore propinetur. Certè maxime convenit in *Affectibus Podagricis*, non adedò *Inveteratis*.

Rarum, sed verosimile est, quod habet **MAJOR** in *Delic. Hybern. Mem. 2.* quod nempe *Nuclei Pini* masticati vim habeant inebriandi. Et credo quòd verum sit.

Ea quæ habet *Autor de Resinâ*, quòd possit esse loco *Terebinthinæ*, satis sunt clara, & omninò potest esse loco illius.

Dixi in minoribus istis *Strobilis* subinde reperiri *Farinam*

Fuchf. Abrotanum mas angustifolium majus, *Casp. Bauhino. Minus C. B. 6.* Abrotanum 3. *Trag.* odoratum, humile, densum, fruticosum, *Lob.* humile *Tab.*

Vires. Calefacit, liccat, incidit, aperit, subastringit, extergit, validè discutit, resistit *Putredini* ac *Veneno*, *Morbis* venenatorum *Animalium* medetur, *Vermes* necat, *Urinam* movet, *impetus Hytericos* discutit, *Regium Morbum* solvit. *Extrinsicus* usus ejus famosus est in *Ollibus* exsiccandis, *roborandisque*, & quia *Pilorum* *signaturam* *Summitates* ejus æmulantur, ad *Alopeciam* tollendam maximopere commendantur. (*Succus* ad *Gingivas* cruentas.)

P R E P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*: ex *Foliis* ac *Summitatibus*. (*Menses* movet.)

2. *Vinum*: *Veteribus* in usu fuit creberrimo, modò non item.

3. *Conserva*: Ex *Summitatibus & Floribus* paratur, ut *Conserva Absinthii*.

4. *Oleum* infusarum *Summitatum* in *Oleo* communi.

5. *Oleum stillatitium*: ex *Summitatibus* *Siccis*. (*Agyrtæ Balsamum Sulphuris* inde parant.)

III. AB-

quandam, seu *Pulverem flavum* adpersum, qui est reverè *Sulphur* aliquod vegetabile; nam si colligatur iste *Pulvis*, incenditur *levi igne* instar *Sulphuris* communis; unde vulgò vocatur *Sulphur Pini inflammabile*. Sic, quod obiter noto, in *Musco* terrestri itidem *maturationis* tempore similis *Pulvis flavus* semper reperitur, qui pariter est *inflammabilis*, & quidem si indatur *Cochleari argenteo*, & admoveatur *Candelæ*, inflammatur cum tanto strepitu, ac si *Sclopetum* adesset, inferiora tamen versùs, uti *Aurum Fulminans*.

Fit interdum, ut exedantur *Abieres à Vermibus* seu *Carie*: *Pulvis* iste vocatur *Wrm-Meel*, & admodum commendatur contra *Intertriginem Infantum*, si inspergatur *Parti* quodammodò *corrosæ & exulceratæ*.

Plura qui cupit de *Abiete & Pino*, eorumque *Virtutibus* antiscorbuticis, videat **CRUGNERI** *Tractatum, den Cbymischen Tannenbaum*: **PAULI** *Quadrupart. Botan. pag. 539.* & **MOLLENBROCCIIUM** de *Arthritide Vagæ. 13. (K)*

II. **ABROTANUM.** *Abrotanum*, est duplex: *Mas* angustifolium majus; & *Famina* foliis incanis, quod male inter *Absinthia* refertur à **BAUHINO** in *Pinace Botanico*, qui vocat *Absinthium Ponticum*; ut & *Abrotanum* fœmina foliis teretibus, viridibus, & etiam incanis, seu *Cupressus* *Herba*, de quibus suo loco. (*L*) Dicitur *Stabwurtz*, ex eo, quòd in *Surculos* majores robustos soleat excrecere. *Mas* hujus est loci, penetrantem spirat odorem, *Camphoræ* ferè similem: nobis tamen minus est in usu, quòd dolendum & mirandum; utut *Veteribus* frequentissimo in usu fuerit contra quævis *Mala*, ex *Hepatis oppilationibus & obstruccionibus* oriunda, & consequenter in *Ictero & Febribus Chronicis*, in quibus multum sanè præstare solet. Nam *Odor* ac *Sapor* ejusdem insigniter penetrans & eleganter aromaticus innuit, *Sal* quoddam volatile non vulgare in hoc esse, plus habere in recessu, quàm vulgò ipsi attribuitur; adedò ut etiam commendetur ad *Morbos Malignos, ipsamque Pestem*. Præterea ratione *Odoris* instar *Chamomillæ*, ut credam adducor, hoc esse egregium *Carminativum*, si nempe *Gemmæ*, seu *Summitates* collectæ, sive in *Decocto* sive *Essentiâ*, interne assumantur. *Affectibus Chronicis*, in specie *Mulierum*, optimè succurrit; hinc in *Suffocationibus* *Mulierum*, hisque cognatis, necnon *Urinariis* in *Affectibus*, frequenter adhibetur. *Validum* est *Diureticum* in *Calculo*, unde *Abrotani* *Coma* pulverisata ad ʒj. cum tantillo *Nitri* iis commendatur, quibus ob *Calculum Urina* supprimitur: vid. **SIMON PAULI** in *Quadrupart. Botan. pag. 182.* Unde arbitror, quòd cum *Absinthio* optimè ac cum *successu* continuari ac *sociari* queat. In *Affectibus Capillorum*, speciatim eorum defectu, est in usu nobis: refertur enim inter *Plantas Capillares*, ac *desfluvio Capillorum* dicatas, in specie *Decoctum* ejus pro *lotione Capitis* ad *generationem & incrementum Capillorum* commendatur; in quem finem *Basin* constituit *Unguenti Bucrettii Uratistaviensis*, *secreti & experti* contra

(K) Vulgò utimur pro *Tenesmi* *remedio* *Afferculo* *abjegno*, *Servo* *birctino* *peruncto*, ac *probd* *calefacto*, *Podicique* *aplicato*.

(L) *Abrotani* *fœminæ* *dicti* *varias* *species*, ad *Santolinæ* *genus*, *confusonis* *evitandæ* *gratiâ*, *Tournefortius* *reducit*. Adedò *Abrotanum* cum *Absinthio* *foliis & fructibus* *convenit*, ut *has Plantas* *sola* *externâ* *facie* *differre* *credat* *idem* *Autor*: imò *Cl. Ratus* *ait*, *Abrotanum* *ab* *Absinthio* *nec* *amarore*, *nec* *foliorum* *canitie*, *nec* *substantiâ* *lignosâ*, *nec* *foliorum* *diversitâ* *distingui* *posse*: quare *ad* *habitus* *quendam* *Plantæ* *peculiarem* *recurrat*.

III. ABSINTHIUM.

OFFICINALIA:

A βούδιον, Αΐδιον. (Βαρύτινον Βαθύτινον.)
 Arab. Affinthium, Afeneni, Scifurem, Alhanlais, Ba-
 rus, Buleigi. Germ. *Wermuth*, *Eiffen*, *Wiegenkraut*, Gall.
 de P. *Abfyntho vulgaire*.

Est {
 Vulgare { Majus. C. *Baubin*.
 Rusticum. { N. infra
 Noftras. { Humilius montanum.
 Ponticum. { C. B. 2.
 Ponticum. *Vide loco fequenti*.

Majus insignitur *Abfynthium Ponticum*, feu Romanum
 Officinarum, C. B. 1. *Abfynthium Mattb. Cord. in Dios. Leon.*
 Vulgare, *Trag. Fuchs. Lob. Cist. Tab. Commune Cam.*

Humilius: *Abfynthium Ponticum montanum*. C. B. 2. *Ab-*
fynthium montanum, *Cam. in Mattb.* feu Romanum. *Tab.*
tenuifolium Ponticum, *Galen.*

N. Vulgare majus, illud est quod passim nascitur. *Monta-*
num in certis tantummodò locis provenit, estque humilius
 communi. Et hoc si haberi possit, eligere monet *Taberna-*
montanus.

Florent Julio & Augusto:

Rustici *Abfynthii Folia ac Summitates*.

Vires. *Stomachicum* imprimis est, hinc *Hepaticum & Sple-*
neticum. Calefacit 1. (ad 2.) siccit 3. aperit, attenuat, astrin-

git, amarum est: hinc Vermes necat, Bilem educit, Crapu-
 lam discutit, Sudorem ciet, Febris (præcipuè Tertianis)
 convenit.

N. Capiti, quia Vapores crassos exhibet, Pigritiem ac Som-

num inferre solet, minùs tamen, si priùs per Aquam calidam

trahatur, leviterque exprimitur. Extrinsecùs ardet Vigiliis

(Temporibus ac plantis Pedum impositum): confortat Ven-

triculum, Auditum acuit (Suffitus Aure susceptus,) &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua destillata*. Ex Summitatibus, & Foliis recentibus.

2. *Spiritus*. Destillatur ex Summitatibus siccis, Aquâ affu-

sâ fermentatis.

NB. Potest ad fermentandum Sal commune, aut simile quid

addi. *Sennert. in Inst.*

3. *Succus expressus ac inspissatus*. Fit ex Summitatibus sic-

cis in Aquâ coctis.

4. Vi-

tra Capillorum desuvium ac defectum. Descriptio ejus est hæc:

F. Fol. Abrot. maris

Capill. Veneris ana M. j.

Favi Mellis,

Ladani ana ℥j.

Myrrill. ℥j.

Sem. Fœnugr.

Lini ana ℥iij.

Ol. Amygd. dulc.

Vini albi gener. ana ℥iij.

Factâ infusione per 24. horas bulliant ad humiditatis

consumptionem, post exprimatur. S.

Unguentum Capillorum.

Crescente Lunâ sit Inunctio cum eodem, & decrescente
 Lunâ abluitur Caput: post Lotionem adspargitur *Vino rubro*
 adstringente, ut firmetur Capill: continuatur tamdiu, do-
 nec sufficiens quantitas Capillorum provenit, & adhibe-
 tur sine ullo Capitis Symptomate. Aliquoties à me est ex-
 pertum.

2. *Vinum infusionis Abrotani* in supradictis Affectibus sum-
 me confert.

Per fermentationem *Spiritus*, & hinc *Essentia* aromatica
 elicitur.

5. *Oleum destillatum* credo insigne Carminativum, si ex-
 ternè Umbilico illinatur, & Partibus à Flatibus distentis;
 Scrobiculo Cordis in Inflatione Stomachi.

Oleum Abrotani coctum mistum cum *Melle*, & illitum, com-
 mendatur similiter ad generationem Capillorum.

III. **A**BSINTHIUM. *Abfynthium* duplex est: vel *Vulgare*,
 seu *Rusticum latifolium*, vel *angustifolium Ponticum*,
 seu *Romanum*. Dicitur quasi *αΐδιον*, quod *præ amarore* vix
 bibi queat, Germanis *Wermuth* ab effectu, quod Calorem
 nimirum intendant. (M)

Quoad *Vulgare*, usurpantur imprimis *Folia & Summitates*.
 Planta est reverà polychresta: vis ejus consistit in *Sale vo-*
latili acri, admodum oleoso; hinc & destillando suggerit
Oleum copiosum, calcinando verò *Sal* copiosum *fixum*. Sa-
 poris est penetrantis amaricantis cum levi junctâ adstrictio-
 ne, Bilem mirificè corrigit, eamque quocunque modo viti-
 atam in debitam crasin restituit, simulque tonum Visce-
 rum plùs minùs laxatum, speciatim Hepatis & Lienis,
 blandâ adstrictione firmat & restituit: hinc uno nomine
Analogum & Succedaneum quasi Bilis est, adeò ut quem usum
 præstat Bilis balsamum in corpore nostro, hunc ipsum &
Abfynthium sub usu medico inferre solet. *Bilem* hoc *evacua-*
re falsum est, quin potiùs illam acuit & auget, quia defecti-
 bus Bilis & *Ictero* ipsi succurrit, imprimis si illi addatur *Che-*
lidonium majus; unde in quibusvis *Carbexiis* multi usûs est,
 tam incipientibus quàm confirmatis, *Hydrope*, *Ascite* incipi-

ente, ejusque fomite removendo, & *Leucoplegmatâ*, in
 quibus inter Vegetabilia vix melius habetur Remedium
Abfynthio, & meminit D. MICHAELIS, se aliquot Hy-
 dropicos etiam desperatos Medicamentis ex *Abfynthio*, in
 specie *Essentiâ Abfynthii* potui instillata curasse; unde et-
 iam MATTHIOLUS & ERASTUS solo *Abfynthio*
Hydropicos se restituisse asserunt. Bili ergò acueudæ infer-
 vit, & Putredini resistit: hinc ad emendandum Sanguinem
 corruptum, seu, uti vocant, putridum, egregium est *Ab-*
fynthium. Quin & reliqui ejus effectus ex *Sale* volatili oleo-
 so deducendi: hinc enim *Stomachicum & Hepaticum* dicitur
 egregium, quatenus *Sale* salso suo volatili oleoso, & quo-
 dammodò nitroso potenter incidit & abstergit Mucum, &
 quascunque in Stomacho ac Intestinis Cruditates, uti &
 quodcunque in Corpore vitiosum *Acidum* corrigit & emen-
 dat, crassosque Succos incidit & attenuat: Appetentiam
 defectam ex Cruditatibus Decoctum ejus cum *Centaurio*
 minori egregiè corrigit, & Famem quasi caninam conciliat.
 In *Affectibus* porrò *Scorbucis*, & in specie quibuscunque *Fe-*
bris Intermittentibus chronicis, egregiè convenit, imprimis
Febris Tertianis, cujus integra Curatio, præmissa Vom-
 itu, in *Abfynthio* consistit, è quo Succus recens expressus
Agris propinari potest. Commendatur etiam in *Affectibus*
Spleneticis ex *Acido* vitioso, & *Muellagine* crassâ abortis;
 item in *Morbis Chronicis* ex *Hepatis Intemperie frigidâ* vul-
 gò derivatis, qui reverà ex *Bilis dyscrasiâ* derivantur, con-
 veniens Remedium est: imò vix est *Affectus Chronicus*,
 cui non medetur *Abfynthium*, in specie, si *Affectus* sit vel
 oriatur ex vitio primæ Digestionis: in Colicis torminibus,
 tam Virorum quàm Mulierum, vel in *Passione Hystericâ*, con-
 venit egregiè; in specie quando Mulieres ex esu *Dulcium*,
 quod sæpè fit, patiuntur *Passionem Hystericam*, optimum
 Remedium est hoc ipsum *Abfynthii Decoctum*, vel *Essen-*
tia ejus, uti *Amara* omnia quacunque ratione usurpata.
 Imò ad omnia ea, ad quæ commendatur *Aloë peregrina*, &
Centaurium minus, ad eadem spondeo vobis usum *Abfynthii*
 æquè salutarem; utut *Abfynthii & Centaurii minoris* vis
 laxativa quoddammodò sit minor, & amarities in *Centau-*
rio minori magis sit macra, in *Abfynthio* verò magis pin-
 guis, i. e. gustatu quidem dulcedinem, in recessu verò
 amarorem præ se fert, non secus ac quævis *Fellea*. *Fibræ*
 ejus *Corticem* constituentes saltem sunt amaræ; *Medulla*
 verò seu *Nucleus* intra *Fibras corticales* est dulcis. Inde,
 dum *Centaurium* acuit Bilem, hocce *Abfynthium* auget
 eandem, seu deficientem ac acriorem oleositate dulcificat,
 à qua oleositate volatiliori *Spiritus Animalis* nonnihil afficiun-
 tur, indeque aliqualis *Torpor* iisdem induci solet, unde vis
 etiam *anodyna* ac *Sensuum stupefactiva*, hinc blandè *somni-*
fera, dependet: unde etiam in *Vigiliis Senum*, sæpiùs ex
 Cruditare Stomachi ortis, *Abfynthium* & ejus *Essentia* con-
 veniunt. *Amaritie* suâ enecat *Lumbricos*, sive interne usur-
 petur,

(M) *Abfynthii* tria ut plurimum genera apud *Veteres*. *Plinius* de *Santonico* mentionem facit à *Gallorum urbe*, seu
 regione sic dicto; de *Pontico* à *Ponto*, & *Italico* ab *Italiâ* appellato. *Galenus* unum genus facit, & potissimum, *Ponti-*
cum, secundum *Santonico*, tertium *Seriphium*. Vulgò *Romanum* dictum præstat. At quodnam sit *Ponticum*. quodnam
Romanum, &c. haud convenit inter *Botanicos*. *Etmullerus angustifolium* vocat *Ponticum*, *latifolium* verò *vulgare*. *Tour-*
nefortius Abfynthium Ponticum, seu *Romanum Officinarum*, seu *Dioscoridis*, ait esse *Abfynthium vulgare majus* J. B. &
latifolium *Dod.* Quis has lites componat? Quum autem omnes *Abfynthii* species earundem ferè sint virium, solidè haud
 erunt hæc *Botanicorum controversiæ*: perinde enim est si hæc vel illâ potiùs specie in *Officinis* utamur.

4. *Vinum Absynthites* .
 5. *Extractum liquidum seu Tinctura* cum Spiritu Vini facta. N. Eiusdem efficaciz *Tincturam* facili negotio assequi poteris, si Summitatibus *Aquam Vitæ* affuderis, parum accenderis, atque hinc expresseris.
 6. *Conserua* . Ex Summitatibus paratur l. a.
 7. *Syrupus compositus* . Vide Dispens. August. & Noriberg.
 8. *Trochisci de Absynthio* . Vide Disp. Aug. & Norib.
 9. *Oleum infusum* . Ex Omphacio, & Summitatibus Absynthii cum Rosis . Vide D. Noriberg.
 N. *Augustani* addunt quoque Succum Absynthii .
 10. *Oleum siliurium* . Cum Aquâ ac Spiritu descendit .
 11. *Sal fixum* . Ex incineratâ Plantâ l. a. elicitur .
 12. *Sal volatile* . Ex Succo l. a. confici potest, quod raro in usu. N. *Sunt* qui Absynthium hoc Vulgare, Veterum Absynthium Ponticum esse velint, adeoque Romanum .

13. *Trochisci de Absynthio* . Vid. Disp.

IV. ABSYNTHIUM PONTICUM.

Absynthium Ponticum Officinarum, C. B. 4. 5. Absynthium Ponticum & tenuifolium, incanum, nobile. Abrotanum minus, & 1. *Trig.* Abrotanum fœmina. *Fuchs. Lon.* Abrotanum album *Cord.* Absynthium Ponticum *Matt. Fuchs. (in Iconibus) Tab.* Absinthium tenuifolium, *Dod. German. Welsch Wermuth, Garten Wermuth.* Gall. *de l' Absynthe Pontique.*

Vires. Hepaticum est præ Vulgari. Calefacit principio gr. 1. siccit in principio 3. minus amarum est: astringit, valdeque incidit, extergit, discutit, Putredini resistit, educit Bilem per Urinam; proin conuenit in omnibus Affectibus Hepatis, Vesicæ, Bilis, Ventriculi: tormina Ventris & Uteri sedat: minus com-

petur, siue externè Oleum Absinthii Umbilico inungatur, eorumque fomitem eliminat, ita ut meritò quoddam *Pauperum Pharmacopolium* dici debeat: Pauperes enim, præmissis Vomitorio, Succo ejus ex Apicibus expresso in Febribus se curant. Cæterùm observetur, quòd Absinthium ratione Salis falsi & quodammodò nitrosi *absumat Succum nutritum* Corporis, quod vocant *exsiccare*; asperum enim illud reddit, quo minùs nutrire vel assimilari queat: unde Emaciat, & Phthisicis, & in re Venereâ impotentibus, prohibetur Absinthii usus. Quantum *Capiti*, & in specie *Oculis*, infestum sit, videbitis in **BOYLE** *de Specific. & Medicam. singular. p. 115.*

2. Propter hujusmodi ergò multiplicem usum variis modis *Remedia* ex eodem eliciuntur. Inter *Præparata* ex Absinthio habet *Autor Spiritum*, qui paratur vel per *Fermentationem*, vel per *Spiritum Vini*. Prior melior est, cum posterior per Spiritum Vini nihil ferè sit, quàm *Spiritus Vini absynthites*. Verùm **FINCCIUS** in *Encheirid. Dogmat. Hermet. pag. 95.* habet egregium *Spiritum Absinthii viridem, seu cæruleum per Fermentationem ex Plantâ ipsâ, & Semine, Farinâ secalinâ, & Fæcibus Cerevisiæ* paratum, quem miris modis commendat ad quamplurimos Stomachi affectus. Quin & per *Putrefactionem* egregius *Spiritus urinosus aurei* quodammodò coloris ex Absinthio per Retortam igne aperto, cum copioso Sale volatili destillatur, saporem & odorem, adeoque integram crasim Absinthii, referens, qualem nuper **MATHÆUS** noster in Laboratorio suo, præparavit. Fit ita:

U. Absinthium viride:

Quod in magnâ copiâ cum Semine concisum congeratur in Vasculum, ut sic incalescat sponte, & nonnihil putrescat, sed moderatè quasi sub medio Putredinis progressu, antequàm fœtere incipit, dum odorem & saporem concreti retinet, tunc omnia igne aperto per Retortam terream amplam destillantur, & sic copiosissimus *Liquor* acquiritur. Hic per Alembicum igne arenæ rectificatus abit in *Spiritum urinosum, Sal volatile urinosum* admodum elegans, sed valde amarum, in recessu habentem, in quo crasis hujus Plantæ consistit. Et hoc modo ex omnibus *Vegetabilibus* potest elici *Spiritus urinosus, & Sal volatile.*

3. In usu etiam est *Succus inspissatus, Vinum absynthites, Extractum* seu *Essentia.*

4. *Vinum absynthites* paratur ita:

U. Absinthium recens,

& misceatur cum *Musso*, ut cum hoc fermentet.

Hoc optimum est, & maximè commendatur Febricitantibus (N). Huic si infundantur *Trochisci Albandal* ad ℥j. bulliant, & postmodum filtrentur; tunc fit *Vinum Catharticum* egregium pro aliquot dosibus; quod Vinum Phlegmata crassa ac acida, imprimis ex Stomacho & primis viis, efficaciter evacuat.

5. *Essentia* elegans fit juxta modum **DRAWIZII** *de Scorbuto p. 164.* Melior adhuc fit, si Spiritus proprius affundatur Plantæ nonnihil exsiccatæ, & ita fiat *Extractio*: *Essentia* extracta filtratur, in qua dissolvitur ulterius Succus Absinthii inspissatus, seu ejus *Extractum* crassum, denuò filtratur, & ita perfecta fit *Essentia.*

Et hoc modo omnes fieri debent *Essentiæ*: quæ *Essentia* Absinthii in Affectibus Stomachi, item in Febribus Intermitentibus est egregia.

HORSTIUS in *Epist. Med. 4. pag. 59.* habet *Modum secretum parandi Essentiam absynthii*, in qua Præparatione ad-

scendit *Sal volatile* Absinthii in ipsius Absinthii formâ: Nempe circa mensem Augustum colligatur Absinthium, quantum sufficit, *Summitates & Folia* abrupta indantur Cucurbitæ vitreæ, destillantur per cineres leni igne, & Aqua cum pauxillo *Olei viridiusculi* provenit: Aqua per *Chartam* filtretur, Oleum verò remanens aliquoties in Cucurbitâ vitreâ rectificetur; in fundo quæ semper remanet substantia spissior, colligenda & reservanda; hæc enim si leniter per cineres destilletur, *Sal volatile* statim in Alembicum ascendit, & formam Herbarum Absinthii instar Salis crystallini eleganter præsentabit; aucto verò igne resolvitur in *Liquorem*, qui in Vas recipiens destillabit, sapore ferè instar Salis Urinæ. Postea calcinentur scorsim priùs asservati *Caulis Absinthii*, extrahatur *Sal fixum*, ad crystallinam puritatem redigatur, solvatur in Aquâ Absinthii rectificatâ, post digestionem aliquot dierum filtretur, idque repetatur, donec Aqua nullius ferè saporis prodeat, & *Sal* ejusdem volatile cum fixo sit unitum: tum eximatur, Phialæque indatur, & addatur suprâ dictum *Sal*, vel *Liquor* volatilis sensim instilletur; sedato Ebullitionis tumultu, addatur priùs rectificatum *Oleum Absinthii*, & in Phialâ probè lutata per mensem super cineres secundum ignis gradus coquletur, & habentur ex Absinthio *tria Principia* purificata & unita.

Usus hujus Medicinæ est varius, præsertim contra *Quartanam*, aliasque Febres Intermitentes. Dosis ℥j. horâ ante Paroxysmum: Vid. **SACHSIUS** in *Ampelogr. Append. pag. 68.* **WEDELIUS** in *Tractatu 2. de Sale volat. Plantarum, in Append. ad annum 4. M. A. N. C. pag. 237.* habet *Essentiam* seu *Tincturam Martis absinthiacam*: *Liquor*, quem instillat, est ex Capite mortuo Florum Salis Ammoniaci Martialis, vel Hæmatitis.

Extractum Absinthii inspissatum subinde præscribitur in Pilulis Stomachicis, cum Stomacho egregiè conferat.

7. *Secretum de Syrupo Absynthii* videbitis in **BORELLO** C. 1. *Observat. 41. pag. 49.*

10. *Oleum Absinthii stillatitium* Umbilico illitum Vermes necat: hinc fit *Unguentum* ex Felle Tauri, Aloë & Oleo Absinthii, quod applicatur Umbilico, & ita Infantibus egregiè enecantur Lumbrici. Idem *Oleum stillatitium* illitum regioni Stomachi potenter medetur Rigoribus febrilibus.

11. De *Sale Absynthii* fixo duplici, eoque nunc alcalifato, nunc verò falso, prout scilicet in Calcinatione diversus ignis gradus adhibetur, vid. **TACHENII** *Clavis Medic. Hippocraticæ*: nempe *Sal falsum* non solum integrum Absinthii crasim maximam partem retinet, sed destillando etiam Spiritum acidum suggerit, quod alcalifato Sali est impossibile. Aliàs *Sal fixum* Absinthii propinatur in Febribus Intermitentibus tanquam Digestivum, item ante Paroxysmos febriles ad ℥j. vel ʒss. Quidam hoc *Sal fixum* imbibunt cum Spiritu Vitrioli, & sic fiunt *Crystalli Absynthii*, seu *Spiritus Vitrioli coagulatus*, uti vocant: Et hoc *Sale* ita præparato dixit quidam Empiricus, se aliquot *Hydropicos* per *Sudores & Urinas* curasse.

12. Sunt, qui dicunt, si *Salis fixi* Absinthii ʒss. vel ʒj. addatur proprii *Olei* destillat. ʒj. quod exinde, legitimè per mensem Digestione, possit acquiri *Sal volatile*, quod se sublimet, quale *Sal volatile* fit *Sal Febrile arcanum Helmontii*, in Febribus nempe Intermitentibus.

IV. **A**BSYNTHIUM PONTICUM malè ita dicitur, cum nec Sapore, nec Foliorum ratione cum Absinthio

(N) *Intellige* chronicè Febricitantibus: hoc est *its*, qui ex crassis lentisque humoribus longâ Febre laborant. Absinthium enim, & præcipuè *Vinum absynthites*, ad incidendos & attenuandos crassos Corporis succos efficacissimum est.

commodè autem in mucilaginosi Affectibus Pulmonum, imprimis ob adstrictionem adhibetur. Extrinsecus discutit tormina Ventris; adeoque & quæ Partum subsequuntur: Infantum Vomitus compescit, &c.

N. Huic affinis sunt quæ & in locum ejus substitui cum commo-
modo possunt, Absynthium Ponticum repens, ut & Absyn-
thium Nabathæum, seu tenuifolium Austriacum. C. B. 4. & 6.

P R Æ P A R A T A .

Præparata ejus rarè pro usu extant, parari tamen possunt, non secus ac ex Absynthio vulgari, *Aquæ stillatitiæ, Spiritus, Succus, Vinum, Extractum, Conserva, Syrupus, Oleum infusum & destillatum.*

V. A C A C I A V E R A .

Cacia *Dioscoridi* Frutex lignosus ac spinosus est, ex cu-
jus Semine maturo, ejusdem nominis Succus exprimi-
tur nigricans: ex immaturo rubescens, seu subfulvus. Et hic
est vera *Veterum Acacia*, quæ Theriacam ingreditur, reci-
piendaque est ubi Acaciæ simpliciter mentio fit. Ex omnibus
præstantissima perhibetur luteo-rubea, odoris grati.

Vires. Refrigerat, siccatur, crassarum partium est, incrassat,
astringit.

N. 1. Succus hic cum rarus sit, substituat ut plurimum
Acacia Germanica.

N. 2. Dat & aliam Acaciæ speciem Arbuscula, quæ *Gummi
Arabicum* profert, sed minus usitatam. (De Gummi Acaciæ
sive Arabico, vide infra.)

VI. A C A C I A G E R M A N I C A .

Ἀγριοκρομυλλία Prunus sylvestris, *Brunf. Matth. Fu-
sch. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Cast. Tab. C. B. 1.*
aliàs *Acantha, Arab. Schamuth, Schack Halepi.* Germ.

sinthio communi conveniat: est potius *Abrotanum fœmina*,
ad differentiam *Cupressi*, quæ non rectè dicitur Abrotanum
fœmina. (O)

Minus usuale est Absynthium Ponticum, quàm nostras,
& ferè eisdem habet effectus, quàm nostras habet; hæc ta-
men differentia, quòd Absynthium Ponticum minus acre fit,
magis tamen efficax, magis sit carminativum, magisque dis-
sipet flatulentias, quàm Vulgare. Vis ejus consistit in *Sale
volatili admodum oleoso*, unde etiam destillando suggerit
Oleum, calcinando *Salem fixum*.

V. A C A C I A V E R A. Acacia est vel *Germanica*, vel *Ve-
ra*. Hæc est Succus inspissatus ex Plantâ *Ægyptiacâ*,
qui uti rarus, ita apud nos est carus, imò planè incognitus:
vid. ALDINUS in *Horto Farnesiano*. (P)

Veteribus in usu fuit, cujus effectus multiplices referunt
ALPINUS cap. 4. de *Medicam. Ægyptiorum*, quorum duo
sunt potissimum principales: 1. quòd profluxionem Sanguini-
nis quæcumque strenuè compescat, & Mulieribus, immo-
dico Mensium profluvio laborantibus, promptè succurrat;
2. quòd Dolores Podagricos & Articulares quoscunque
avertat.

VI. A C A C I A G E R M A N I C A. Ex *Acacia Germanicâ*
seu *nostrate*, Germ. *dem Schleen-oder Schmarb-Dorn*,
seu *Pruno sylvestri*, apud nos in usu sunt Flores & Fructus.

Flores recentè collecti, & infusi, vel in Sero Lactis, si-
ve bubulo sive caprillo, vel Lacte ipso, blandè ebulliti,
egregiè purgant omnes Humores serosos & aquosos Hydro-
picorum; præterea in Sero Lactis decocti sunt appropri-
atum Scorbuticorum Purgans; in genere in Morbis Chroni-
cis repetito usu optimè convenit, istis præsertim, in quibus
acrius Serum, seu Lympha vitioso sapore inquinata, pecca-
verit; hinc in Scorbuto, Scabie chronicâ, variis Capitis
Infantum, similibusque Puerorum præsertim Morbis, sunt
blandum Evacuans & Sanguinis purificativum, sive infun-

Schlehdorn. Gall. *Prunier Sauvage*.

N. Prunus Sylvestris transplantatione diligentique culturâ
evadit Hortensis, Fructusque fert grandiores, quos Germani
vocant *Grosse Gartenschlebe*.

Floret primo Vere: Fructum fert maturum Autumno.

O P F I C I N A L I A N A T I V A .

Flores Pruni sylvestris, rarè Folia, rarissimè Cortices Radicum.

Vires. Folia, Fructus, Cortices refrigerant, exsiccant gr. 3.
astringunt, incrassant. Usus præcipuus est in Profluviiis Al-
vi, Uteri. Extrinsecus in Gargarismatis (ex Foliis tenellis, ad
Odontalgiam, Ulcera Oris Venerea), Balneis Uterinis.

Flores. Resolvunt, Renum fabulum educunt, Compressio-
nes cardiacas leniunt, Pleuriticam radicem resolvunt, Al-
vum laxant.

N. Accrescit nonnunquam *Muscus*, qui specificè Herniis
conferre dicitur.

P R Æ P A R A T A .

1. *Aqua stillatitia*. Ex Floribus elicita MB.

N. Alii cum *Vino* destillant.

2. *Spiritus* ex Floribus æquè ac Fructibus.

3. *Conserva* Florum.

4. *Syrupus*: fit ex multiplici Florum infusione, ut Rosarum.
Vires. Purgat leniter, prodest in Pleuresi, Tussi siccâ, Re-
nes expurgat, &c.

5. *Succus*, seu *Rob Prunorum sylvestrium solidius*. Ex Fru-
ctibus exprimitur, inspissatur, inque Taleolas formatus asser-
vatur pro Acaciæ veræ substitutione.

6. *Vinum*. Ex Fructibus maturis exsiccatis. Nimirum con-
tusi hi rediguntur in Globulos, ac in Furno exsiccantur: hinc
infunduntur.

(Lora etiam exinde paratur.)

7. *Fructus conditi*. Fiunt cum *Mellis* p. ij. & *Vini* p. j. la.
(vel cum *Aceto*.)

VII. ACE-

dantur sive moderatè decoquantur in Lacte. Alii recipiunt
Florum recentium aliquot Manipulos, quos *Vino* infun-
dunt, cujus haustus egregiè Alvum laxat, & in Ictero flavo
singulare est Experimentum.

Fructus Acaciæ eleganter adstringunt.

1. *Aqua Acaciæ Florum* ritè destillata usurpatur tanquam
aliorum Medicamentorum Vehiculum pro usu pleurítico,
sudorifero, & eliminandâ Urinâ. CORDUS scribit, quòd
habeat vim purgantem.

3. 4. Prostat & in quibusdam locis *Conserva & Syrupus*.
Hic paratur ex multiplici infusione Florum recentium in
Aquâ, & post cum Saccharo inspissatur. Recens suaviter
laxat, & Serum purgat, & Hydropi atque Scorbuto con-
fert: Flores autem exsiccati, uti & Syrupus vetus, vim pur-
gandi amittunt: Conf. ZWELFFERUS in *Append. ad
Pharmacop. Augustan. p. II.*

5. *Succus inspissatus* seu *Rob Acaciæ nostratis*, est Succe-
daneum Succu Acaciæ veræ: Adstringens est validum, &
quod rarè internè usurpatur, sed tantum externè potius, ubi
opus est Adstrictione.

6. *Vinum*, quod etiam habet Autor inter *Præparata*,
der Schleen-Wein, paratur ex Fructibus maturis, recenti
Vino infusis, ita ut unâ deserveant, & dant Potum medi-
catum egregium, Stomacho gratum, in Diarrhœis, Dyse-
nteriis, ac omnibus Hæmorrhagiis, imprimis Uteri nimis,
proficuum.

Simili modo Fructus Acaciæ si *Cerevisiæ novellæ* infun-
dantur, & unâ deserveant; dant *Cerevisiam medicatam* pro
iisdem Affectibus.

Iidem Fructus exsiccati, ac pulverisati *Vino* infusi sunt
egregium *Diureticum*.

Quidam ex Prunis sylvestribus immaturis parant *Acetum
fortissimum*: scilicet expriment Succum ex his Prunis non-
dum maturis, quem Succum per Alembicum in MB. de-
phlegmant, & ita admodum forte *Acetum* acquirunt.

VII. ACE-

(O) Intellige Chamæcyparissum, b. e. Abrotanum fœminam caulibus teretibus C. B., quam Plantam ad Santolinæ
genus refert Tournesfortius; Quod hic ait Ettmullerus de Absynthio Pontico, quòd Absynthium non sit, sed Abrotanum
fœmina, confirmat ea, quæ notavimus supra lit. M.

(P) Tobias Aldinus in suo Horto Farnesiano longam tenuit Dissertationem de verâ Acaciâ, exâstamque offert descri-
ptionem, iconemque Acaciæ Indicæ Farnesianæ, quam ipse coluit, illamque cum Acaciâ Græcorum, b. e. Ægyptiacâ,
comparat. Farnesiana hæc Acacia, Aldini temporibus rara, nunc per totam Italiam ad Hortorum ornatum frequentissima
est: baudquaquam autem fieri posse videtur, ut ex expressis Siliquis spissus adstringensque Succus, ut ex Acaciâ Ægyptiâ,
elici possit: baud enim videntur Farnesianæ Siliquæ liquore ullo turgere.

VII. ACETOSA.

Oξάλις, λάπαθον, Acetosa, Germ. *Saurampfer*. Gall. *Oseille*.

Est Acetosa { Hortensis rotundifolia.
 { Major { sylvestris, seu (plana, & hac interdum
 { Pratenfis. (Folia habet crispa.
 { Minor arvensis. (Lanceolata arvensis.
 { Non Lanceolata minima.

Ex his Officinis Major sylvestris, C. B. 1. in usu est, de qua vox Acetosa simpliciter intelligatur. Huic tamen nisi præferre volueris, sublituere, non citra rationem, poteris Hortensem rotundifoliam.

Major Sylvestris insignitur Acetosa pratenfis, C. B. 1. Lapathum 4. Diosc. Acetosa, Lon. Major, Cast. Oxalis, Trag. Matth. Fuchf. Dod. Lob. Tab. Rumicis 4. genus Cord. in Diosc. Hortensis rotundifolia, C. B. 8. insignitur Oxalis rotundifolia, Dod. rotunda, Tab. sativa Franca rotundifolia repens, Cam. Acetosa rotundis foliis.

OFFICINALIA.

Exhibent usui pharmaceutico Folia, Radices, Semen.
 N. Radices asservantur excorticatæ.
 Florent Majo, turgescunt Semine Junio & Julio,

VII. ACETOSA. In Officinis sunt quidem *Oxalis*, seu *Acetosa sativa rotundifolia*, item *Acetosa major Hispanica*, & *Vulgaris sylvestris*, quæ præprimis in usu est. Nomen suum obtinuit à Sapore subacido, quem tota Planta exhibet; quæ tamen Aciditas est blanda, volatilis, & cum Aceti, aliisque fixioribus Aciditatibus non confundenda. Pertinet ad *Lapatha*, unde & *Lapathum acetosum* audit. (Q) Quinimò in texturâ suâ Alkali simul recipit, unde Succus Acetosæ recens solutionem Saturni in Aceto præcipitat, quasi Succus cujusdam Plantæ Vulnerariæ, aut alterius Plantæ in recessu Alcalinæ, instillatus esset.

Folia & Radix expressa dant Succum, Vino rubro simillimum, & Saporis subacidi; hinc etiam Folia cum Radicibus in Aquâ simplici decocta post se relinquunt Liquorem rubicundum, visosum, saporis suavis & subacidi: Unde PLATERUS l. 2. Observat. pag. 320. quendam Phreneticum Vinum postulante decepto Decocto Radicis Acetosæ: quod etiam Semen Acetosæ in Aquâ ebullitum pariter præstare potest.

Ipsa Planta Stomacho imprimis est amica, Appetitum excitando, Sitim sedando, & acrimoniam Bilis, aut nimiam fluiditatem, indeque facilem ebullitionem, blandè compescens & mitigans; inde in Febribus, præsertim continuis Ardentibus, & Tertianis malignis, cum Æstu & Ardore, Siti clamosâ, Faucium ariditate, Præcordiorum anxietatibus, &c. Imò quælibet ex Acetosâ parata, & loco Juleporum propinata, sunt egregia, præprimis si Succus Granatorum & Ciri huic Decocto addatur. Dabo Exemplum talis Julepi, in Febribus Ardentibus & Malignis usurpandi:

℞. Herb. Acetof. rec. M. iv.

(vel in defectu hujus Rad. Acetof. ℞iv.)

Concisa vel contusa coqu. in f. q. Aquæ simpl.

Colaturæ rubræ subacidæ addatur

Succ. Granator.

Ribium ana q. f. pro subtili & gratâ aciditate,

D. S.

Julebus Refrigerans ad diversas vices.
 Saporem & Colorem vinosum egregium habebit.

Vel

℞. Decoct. Rad. Acetof. ℞j.

Succi Acetof. rec. expr. ℞iij.

Syr. ejusd. ℞iij. ad ℞ij.

Misc. pro Julepo qui gustui & visui suavissimus est, in Febribus, Continuis præsertim, utilis.

In Effervescentiâ Salis volatilis oleoli in Corpore leniendâ Tom. IV.

(Q) Tam similes inter se Plantæ sunt Acetosa & Lapathum, ut ex Tournesfortio hoc ab illâ solo sapore differat: Lapathum enim expers est insignis illius saporis acidi, quo gaudet Acetosa.

(R) Radix Acetosæ pratenfis acida non est, ut putabat Matthioli, imò amarissima, valdè adstringens, & papyrus caruleam (b. e. Tournesfortio tinctam) vix levi rubore inficit: Acida enim omnia caruleam papyrus rubefaciunt: quemadmodum Folia ejusdem Acetosæ illam tam rubram reddunt, quam ipsum Alumen. Haud mirum ergo si vires diversarum partium Acetosæ diversæ sint: Radices enim ubi Sal ammoniacale, Sulfur, & Terra sunt in prædominio, vim habent aperiendi, & Viscerum infarctus referendi; Folia verò, quæ aciditate dentes stupefaciente pollent, refrigerantia sunt, & febrilem æstum sedant. Tournesfortius hist. des plant.

(Semen antidyfentericum.)

Vires. Cardiaca imprimis est, & Hepatica, frigefacit, & siccit, aperit, resistit Putredini, Appetitum excitat, Choleram reprimit, Sitim sedat, unde in Febribus simplicibus usitatissima est, præcipue autem usu interno, hinc & externo adhibita.

PRÆPARATA.

1. Conserva. Foliorum.
2. Aqua destillata. Ex Foliis.
3. Succus ex Foliis recentibus exprimitur, clarificatur ac coagulatur.
(Hic Sal essentielle largitur.)
4. Syrupus. Ex Succo, & Saccharo. August. dimid. Norib.
3. p. Conserva ex Foliis recentibus & Sacchari dimid. aut 3. p.

VIII. ACETOSELLA.

Trifolium acetosum, Matth. Dod. Cast. Brunf. Oxys, Fuchf. Cord. Cam. Tab. Oxytriphylon, Trag. Lujula, Alleluja, Lon. Trifolium acetosum vulgare, C. B. 1. Germ. Buchampffer, Saurklee, Hasenklee, Mablerkraut, Guckgugsklee. Gall. Petite Oseille ou Oseille menuë; Pain à Coucou.

Estque (Floribus albis.

(Floribus luteis.

Floret Aprili, ac principio Maji. Locis gaudet nemorosis & arenosis.

OFFI-

& tollendâ, & Bilis acrimoniam corrigendâ, item in Phlogosis & Æstuationibus vagis, Germ. in fliegenden biben, Cholericorum, Scorbuticorum & Hypochondriacorum, quibus nimis familiares sunt, efficax est Remedium. Imò tota Planta miscetur commodè cum aliis Scorbuticis acrioribus, v.g. cum *Cocleariâ*, cum *Nastursio*, *Armoraciâ* & similibus, ut volatilis Acetosæ Aciditas corrigat blandè Acrimoniam istam Scorbuticorum, eandemque temperet, & ita eorum Effervescencias nimias coërceat.

Quod dixi de Plantâ, valet de Semine.

1. Inter Præparata est Conserva Acetosæ, quæ præscribitur cum aliis in Febribus Ardentibus & Malignis, ad resicillandum nonnihil, imprimis post Sudores; item in Biliofis, in quibus Acetosa Sal volatile acre temperat. Nam omnia ex Acetosâ Remedia nimiam Sanguinis Effervescenciam blandè compescunt.

3. Cum Succo subacido non pauci parant *Extractum Martis* egregium in Affectionibus Scorbuticis & Hypochondriacis. Nam semel pro semper obiter hic noto, quod nempe *Vegetabilium Succu* aptiores sint pro parandis ex Marte Remedis, quam *Spiritus Mineralium* nimis acidi. Hinc ergo Succo Acetosæ, vel loco ejus *Decocto Tamarindorum*, aut denique Succo *Pomorum Borsdorffianorum*, aut *Cydoniorum*, Limaturæ Martis affusis, fiunt elegantia *Extracta*, in Scorbuto & Malo Hypochondriaco.

4. Syrupus fit ex Succo & Saccharo. PETRUS JOHANNES FABER, Gallus, in suo *Myrosbec Spagyrico* addit nonnihil de *Spiritu Vitrioli*, ut Saporem eò magis acidum acquirat. (R)

VIII. ACETOSELLA. *Acetosella* etiam vocant *Trifolium acetosum erectum filiquosum flore albo* (alia enim est *repentis* species, ut & *Trifolium erectum flore luteo*) quoniam terna habet Folia aliorum Trifoliorum, & tantum Saporem acidum: quibusdam etiam *Trifolium fistulosum* dicitur. Græcè vocatur *ὄξυτριφύλλον*, aliis *Lujula*, item *Alleluja*, Germanis *Buch-Ampffer*, *Caver-Rlee*. Folia habent *Cordis figuram*, adeoque propter Signaturam, singulariter inter *Cardiaca* & *Analeptica* refertur. Unde in Febribus & Morbis Acutis atque Malignis, eorumque Æstu & Siti, Succus, & Syrupus ex Foliis paratus, usurpari solet. Orgasium Bilis temperat, Æstum, Sitim, aliaque à Bile æruginosâ orta compescit.

1. Conserva ejus soluta in Aquâ simplici, dat egregium Corpus pro Julebis.

Aliàs vix differt ab *Acetosâ vulgari*; utut sint, qui dicunt, quòd

OFFICINALIA NATIVA.

Folia Acetosellæ alba.

Vires. Cardiaca & Hepatica est singularis, Acetosæ vires nisi superans, saltem æmulans, adeoque Æstum febrilem mitigat, Sitim sedat, &c.

N. Acetosella *Lonicera* est Acetosa arvensis lanceolata.

P R Æ P A R A T A.

1. *Conserua*. Foliorum.
2. *Aqua stillatitia*. Ex Foliis.
3. *Sal Essentiale*.
4. *Syrupus*. Ex Succo, & Sacchari dimid. aut 3. p.

IX. ACORUS.

Acorus verus, sive Calamus aromaticus C. B. 1. Acorus, perperam Calamus aromaticus Officinarum *Monard.* *Trag. Matib. Cord. Lob. Acorum, Lon. Cam. Tab. Ger.* Acorum legitimum. *Clus. Hist. Germ. Calmus Ackervurs.* Gall. *Racine de Canne odorante, de l'Acore.* Italis *Herba Venerea* dicitur.

N. Acorus Officinarum dicitur vulgò *Calamus aromaticus*, cum tamen Calamus aromaticus propriè sic dictus Herba sit ab hac diversa. Vide *infra*.

Colitur in Hortis, soloque gaudet palustris.

quòd superet Acetosæ vulgaris vires, quod tamen vix credo; præ Acetosâ tamen magis Antiscorbutica habetur, mista scilicet cum acrioribus Antiscorbuticis, ut *infra* ubi de *Cochleariâ*. (S)

ACONITUM. (T)

Aconitorum plures sunt *Differentiæ*. *Aconitum Helianthemum Canadense Corn.* malè ita dicitur, cum nec Flos cucullatus, nec Semen respondeant; sed est potiùs *Chrysanthemum*, vel *Doronicum (V) Canadense foliis laciniatis*: est exoticum, & Officinis incognitum. *Nostrium Aconitum* in Horto Medico est *racemosum majus baccis nigris*, ad differentiam à *Cornuto* descripti, cum *baccis niveis & rubris*: malè dicitur *Christophoriana*, Germ. *Christophels-Kraut (X)*. *Usus* ejus nondum est receptus in Officinis, quia *vis Aconitorum maligna* creditur. De *Aconito cæruleo* seu *Napello* *infra* suo loco.

IX. **A**CORUS. *Acorus verus* Germanis dicitur *der Calmus*, vocatur etiam *Calamus aromaticus Officinarum*. *Officinarum* dico, quia non est *Calamus aromaticus verus* seu *Indus*, qui sub litera C. *infra* tractabitur, & non ampliùs apud nos, sed in Syriâ adhuc reperitur. Hodiernus hic Calamus est Planta arundinacea, Amstelodami sæpè reperitur, cujus Folia Sale volatili acri egregiè aromatico turgent. Habetur pro egregio *Antiscorbutico*. Sed rectè dicit *MONARDES l. 6. Epist. 3. p. 64. Calamum aromaticum verum ignotum esse hoc tempore*: nam quem vulgus hoc nomine vocat, Radix est non Calamus, & forsitan *Acori Radix*, vel alius Plantæ incognitæ.

Acorus verus, *Radix* insigniter aromatica, Saporis acris & fuaevolentis est, cujus vis consistit in suavi Oleo & Sale volatili acri, ad Aromatum naturam accedente. Ratione ejus Salis volatilis acris aromatici insigne est *Carminativum & Stomachicum*, quem mirè confortat; unde in Affectibus Stomachi ex Cruditare ortis, aut etiam in Appetitu dejecto, in Coctione vitiatâ, & similibus, insigniter convenit. Nam ratione istius Salis admòdum incidit & abstergit fordes & cruditates viscidas acidas in primis viis, Succum fermentativum nimis acidum temperat, & volatilifat, & hinc vi aromaticâ cum aliis Aromatis ferè conspirat. Præter hoc

(S) Oxydis succus cum Nitro crystallisato, *maximè refrigerans Medicamentum* est.

(T) De Aconito non loquitur hic Schræderus, referens forsè illius *Historiam ad Napellum*, ad cujus genus reducit: sed Napellus potiùs juxta *Methodum ad Aconiti genus reducendus*. Aliqua tamen de Aconito hic *interferit Ettmullerus*.

(V) Imò est ex *Tournefortio*, Corona Solis, foliis angustioribus laciniatis.

(X) Aconitum racemosum, an *Actæa* Plinii C. B. est *ipissima Christophoriana Morisonii*, cujus *speciem unam* habet nostratam, duas Americanas, baccis scilicet niveis, & rubris.

(Y) *Calamus aromaticus Officinarum*, qui ubique profat, pro *Acoro* vero habetur: ejus *Radix geniculata*, repens, intus alba, odore grato, amara, & acris: *Folia arundinacea*: pro *Flore Julum*, seu *Nucamentam* profert rigidum, teres, & in acumen desinens. J. B. 2. 735. *Acorum* florecentem vidi, quapropter ad *Saururi genus à Cl. Plumerio erectum*, referri posse, *facile crediderim*.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix. Rarò Folia.

Eligenda Radix albicans, Sapore amara ac acris.

Vires. Stomachicus est, calfacit, & siccit in principio, partium tenuium est, attenuat, aperit. *Usus* præcipuus in obstructione Mensium, Lienis. ac Hepatis, in Dolore Colico.

(*In Vino coctus Testibus tumentibus imponitur.*)

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua ex Radice maceratâ*.
2. *Spiritus*.
3. *Acorus conditus vulgaris*. Vide *Augustan.*
4. *Confecta Radix*.
5. *Oleum stillatitium*: cum Aquâ ascendit.
6. *Electuarium Diacorum*. Vide *August.*
7. *Extractum Radicis*. Coque in Vino, exprime & inspissa, *Vires*. Plurimum valet in Dolore Colico. *Dof. Scrup. j.*

X. ACORUS ADULTERINUS.

Acorus adulterinus, C. B. 2. *Acorus falsa Cord. in Dioscor.* *Acorum adulterinum Trag. falsum, Matth. Gladiolus luteis foliis Eris. Cord. luteus, Fuchs. (Icon.) Lon. Acorus Officinarum, Fuchs. Acorus palustris, Lob. Iris palustris lutea, Tab. Pseudoiris, Dod. Germanicè gelb-Schwertel.* Gall. *Glaugel ou Flambe*. Offi-

In Affectibus quoque Uterinis, Mensium scilicet Obstructionibus, aliisque vitiis convenit, aromatica virtute, quatenus restaurat motum fermentativum; hinc in Dolore Colico, & Passione Hysterica, qui ferè sunt unus idemque Affectus. Denique etiam in *Morbis Chronicis*, Cachexiâ & similibus, ratione blandi Salis volatilis acris commendatur. Ergò eligenda est recens gustu acri & mordicante, quò enim acrior eò melior. Ratio, quoniam exiccata aut inveterata Radix acrimoniam perdit, & jaçturam facit sui Salis volatilis, & omnium virium.

4. Propterea conditur Radix, quæ jejuno stomacho comesta, quantitate Nucis avellanæ, quascunque Cruditates & Apeptias in Stomacho corrigit, cum insigniter roborat, & Appetitum provocat: in Colicâ etiam commendatur.

5. *Oleum destillatum* est elegans Carminativum, & Anodynum putatur, quia Affectus Colicos & Flatulentos sedat.

6. In Officinis profat *Electuarium Di-Acori*, quod est insigne Stomachicum & Artheticum. (T)

X. **A**CORUS ADULTERINUS. *Acorus adulterinus, Pseudo-Acorus*, & quibusdam *Acorus aquaticus* dictus, TABERNEMONTANO optime vocatur *Iris palustris*, seu *aquatica lutea*; & est species Iridum, seu Gladiolorum.

Hujus Radix tantum est in usu, quæ commendatur *et insigne adstrictoriâ & stypticâ*, adeoque quibuscunque Alvi fluxibus, aut Hæmorrhagiis potenter medetur: unde Succus expressus in Diarrhœis, Dysenteriiis & Hæmorrhagiis Experimentum optimum fuit B.D.D. LANGII nostri, qui ex hoc præparavit suum *Nectar Adstringens* in Vomitu cruento, Dysenteria, & quibuscunque Alvi fluxibus & Hæmorrhagiis ipsi familiare. Ex Radice incisâ, si succulenta fuerit, Succum expressit; si minùs, in Aquâ decoxit, Succum vel Liquorem prolectum blandè inspissavit, & Sacchari s. q. additione in Syrupi consistentiam redegit.

Externè quidam ad Dysenteriam commendant Radicem Collo suspensam. A PARACELSO pro Amuleto contra Catarrhos de Collo suspensa deprædicatur. Aliàs etiam eadem Radix appensa singulare Amuletum dicitur contra Affectus Nervinos, & in specie Spasmus ac Convulsiones, quod pariter ex Scholâ PARACELSI prodiit, qui mense Majo Radicem hanc effodere jubet, idque die Mercurii ante Solis ortum: effossa Radix exsiccat, & postmodum die Solis ipso

Officinis raro infervit usu, eoque in solâ Radice, effodiendâ scilicet Septembri.

Vires. Exsiccat, parùm calfacit, attenuat, astringit, roborat, resolvit: vi peculiari ad Nervos generis, & Cerebri Affectus commendatur, ut & ad Dysenteriam aliosque Fluxus Alvi ac Uteri sistendos. Extrinsicus ad Dyenteriam præcavendam more nostratum, de Collo suspendi solet.

P R Æ P A R A T A.

Nonnunquam inde paratum extat *Electuarium Stomachicum*. Vide lib. 2.

XI. ADIANTUM.

Adiantum, *Matth. Dod.* Capillus Veneris, vulgò Adiantum foliis Coriandri, C. B. 1. Adiantum nigrum, *Cordi.* Adiantum nigrum verum, *Tab.* Adiantum album *Plinii*; magnum, *Trag.* Lugdunense, *Cam.* Germanicè *Frauenhaar*, *Venusbaar*. Gall. *Plante nommée Capillus Veneris, qui signifie Cheveux de Venus.*

N. Adianti vox pluribus Plantis imposita invenitur 1. Plantæ jam datæ. 2. Adianto aureo, Polytricho. 3. Rutæ murariæ. 4. Trichomani; de prioribus hoc loco, de posterioribus alibi. *Advebitur* ex Galliâ Narbonensî; *Floret astate.*

OFFICINALIA NATIVA.

Herba, seu Folia.

Vires. Caliditate & frigiditate temperatum est, exsiccat, attenuat, aperit, extergit, Pulmonum Renumque vitis medetur, Hepatis & Lienis Obstructiones referat. Urinam & Menses ciet.

N. Sunt qui Trichomani eisdem vires adscribunt, adeoque substitui posse autumant: Alii Rutam murariam.

ipso Solis ortu recipitur, & *Succini albi* ana qu. pl. includuntur *Nodulo ex Serico rubro*, qui appenditur Collo, & ita singulariter in dictis Affectibus commendatur: appendenda autem est Radix, quando Solis & Saturni aspectu trino aut sextili se irradiarunt. (Z)

XI. **A**DIANTUM VULGARE. *Adiantum vulgare, das Frauen Haar, oder Venus Haar*, primariò quidem *Adiantum nigrum* dicitur; varietate enim ejus sunt *Species*.

Hujus Adianti Herbulæ vulgò inter *Plantas Aperientes & Resolventes Viscera Abdominis*, & hinc *Pulmones* mundificantes, & *Urinam* blandè stimulantem, refertur, & imprimis ad Affectus Pectoris commendatur; unde etiam cum Alterantibus Aperientibus, præscribitur in *Morbis Chronicis*, quos ex *Obstructione* oriri volunt, in Nodulis, Decoctis, & sic porro. Post hoc etiam in Affectibus Renum laudatur; scilicet incidere & attenuare Mucum viscidam in his locis hærentem dicitur.

2. 3. Unde proflat in Officinis *Syrupus Adianti Simplex & Compositus*, qui Veteribus in frequentissimo usu fuit virtute aperiendi Venas Mefaraicas in Affectibus Chronicis; sicut adhuc interdum usurpatur ad Affectus Pectoris & Morbos Chronicos, Cachexias & similes, rarò tamen.

Omnia pariter Adianta referuntur inter *Plantas Capillares*, & in specie ad *Calvitium* commendantur, unde ingreditur cum Abrotano *Unguentum Bucretii*.

Annotari meretur, quòd *Capillus Veneris*, quamvis ad aspectum Planta arida sit, tamen illius e. g. ß i. expressa ferè tantundem Succii fundat: vid. *WEDELIUS de Sale volat. Plantarum pag. 243. in Append. M. A. N. C. ad Annum 4. & 5. (A)*

(Z) *Quis non vides, videtque vanas Paracelsi Observationes in Radicibus colligendis, appendendisque, certis quibusdam diebus dieque horis? Haud vanum tamen est Radices, Plantasque hoc vel illo potius Mense colligere, ante scilicet vel postquam floruerint, vel caulem miserint, aut matutino vel vespertino tempore; ut nempe illis succulentioribus, vel rore madefactis, aut contrâ, uti possimus.*

(A) *Innumeras faciunt Herbarum Capillarum, & præcipuè Adianti Species: Officinalis est ea, quam C. B. Adiantum foliis Coriandri vocat; vulgò Capillum Veneris appellant. Cl. Raius valdè confusus est: Adiantum enim ab aliis distinguit pedicularum nigricantium glabritate & nitore, foliorum tenuitate, seminalium exanthematum in circuitu seu margine folii. Verum meminit Adianti aurei majoris & minoris, quorum prius pileolo seu operculo villoso, posterius membranaceo tegitur. Præterea quasdam Hemionitis species ad Adiantum revocat, vocatque Adianta monophylla, seu folio simpliciter. Demum habet & Adiantum ἀπρόσπιχον, quod Rutæ murariæ congener facit, ab eâque differre ait foliis simplicibus, in bina ternave cornicula secundum longitudinem dissectis.*

(B) *Adianti aurei dicti species ad Muscos capillaceos summâ cum ratione reducit Tournesfortius.*

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Foliis.
2. *Syrupus Simplex.* Ex Decocto & Sacchari dimid. August.
3. *Syrupus Compositus.* Vide Aug. & Norib. (*Extractum etiam habetur.*)

XII. ADIANTUM AUREUM.

Polytri- (Majus. *Hoc minùs usuale.*

chum (Medium. *Hoc usuale.*

aureum (Minus. *Nec hoc Officinas subit.*

Dicitur Polytrichum aureum medium, C. B. 2. nobile vel primum. *Trag.* aureum *Apulei*, vel 2. *Lonic.* Muscus capillaris, *Dod.* Adiantum aureum minus, *Tab.* German. *gulden Widerthon.* Gall. *Polytrich doré,*

OFFICINALIA.

Integra Herba, seu Caulis cum Foliis muscosis & Floribus.

Vires. De Viribus apud Authores nihil ferè invenitur. *Carrichterius* tamen ad Morbos Incantatione introductos commendat, cujus rei gratiâ apud Mulierculas celeberrima est.

Extrinsicus ob *Signaturam* commendatur ad Capillos generandos.

XIII. AGALLOCHUM.

Xυαλον, Lignum Aloës, *Los. Tab.* Agallochos, seu Xylaloës, *Cord. in D. Lob. Cass.* Taurum, *Cord. H.C.B. 2.* Germ. *Paradiß,* oder *Aloës Holz.* Gall. *Lignum Aloës, ou Bois de Perroquet.*

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum cujus fructa rarò magna ad nos advehuntur, ut plurim-

XII. **A**DIANTUM AUREUM. De *Adianto aureo, seu Polytricho vero* Autores parùm aut nihil quoad vires sunt experti, unde rarissimi usus est, nisi quòd interdum cum aliis permisceatur pro tollendo pertinaci Mucos, Pulmonibus reliquisque Visceribus impacto; & à *CARRICHTHERO* in Morbis ab Incantatione ortis maximè, & non immeritò laudatur: vid. *CARRICHTHERI Herbar pag. 779. 381 & 475.*

Aliàs inter *Herbas Capillares* recensetur, propter *Signaturam*, adèò ut externo usu ad *Capillorum Affectus*, & in specie ad *Calvitium*, commendari solet. (B)

XIII. **A**GALLOCHUM. *Agallochum* aliàs vocatur *Lignum Aloës, Paradiesz-oder Aloës-Holz.* Est Lignum perquam resinofum, Resinâ aromaticâ suavissimâ & summè confortativâ imprægnatum, ex Arbore Indiæ Orientalis istud decidi asserunt, cujus *Succus recens est venenosus*; conf. *Aëtia societ. Regia Volum. 1. pag. 724.* asserunt ad nos ex Insulâ Sumatra, Saporis est amaricantis, ex cuius poris transsudat *Resina balsamica.* Lignum est Oleæ simile, quam Arborem recenter dissectam nullâ Odoris fragrantiam esse gratam dicunt; siccatum verò Lignum demum suaveolentiam acquirere. An verum sit nescio. Sed vix genuinum apud nos habetur, adèò rarum est, vid. *M. A. N. C. Ann. 1. pag. 332.* Nostrium potius ad naturam *Ligni Aspalathi*, seu *Ligni Rhodii*, cujus *DIOSCORIDES* meminit, accedere videtur.

Distinguitur Agallochum ab Aspalatho, dem Rosen-Holke, quod hoc in ignem injectum flammam concipiat, & in cineres abeat; Agallochum verò Resinæ instar ebulliat & prunis injectum liquecat: vid. BONTIUS Commentar. in Garziam ab Horto c. 16. Probam hanc habet Autor, quòd Carbonibus impositum instar Ligni Aloës suavem odorem efficit. Quò resinofius est eò melius.

Tan-

plurimum enim in fragmentis nobis transmittitur, quæ optima crescunt nigro-purpurea, venis cinerei coloris interfecta, amara, ponderosa, liquorem, si prunis, candentive ferro imponantur, exsudantia, suavem ac acidulum fumum, si incenduntur, præbentia, bullasque simul post se relinquuntia, haud ita facile disparentes. His adde haud postremum bonitatis signum si Aquæ supernatârint.

Vires. Calefacit, & siccatur. Confortativum est omnium Viscerum ac præcipuè Cerebri, Cordis ac Uteri: Spiritus vitales ac animales recreat: hinc medetur Lipothymia, amaritudine suâ Lumbricos necat. Externè creber ejus usus est in Cucuphis & Epithematibus Cordialibus.

P R Æ P A R A T A.

1. *Extractum.* Fieri potest ad normam aliorum Extractorum, sive gummofum solum id expetatur, sive simul viscosum: De quo vide lib. 2. c. 57.

Angelus Sala *Fragmentor. elector. pulveratorum* (in stillari potest inter pulverisandum Aqua Rosarum, ne quid avolet) *Hj.* digerit ac extrahit cum *Spir. Vin. rectificatissimi* *Hvi.* Vase clauso in Mar. Baln. per dies 3. digerendo. Decantato dein *Liquori* affundit *Aq. Rosar. Hj.* abstrahit lentissimo calore *Spir. Vin.* Restantem Essentiam resinofam lavat & exsiccat, pro libitu coquit ad consistentiam, ut exinde *Trochisci* formari possint.

Dosis gr. iv. ad x.

Residua Faces aptæ sunt, quæ admisceantur Gandelis pro fumo.

Quercetanus Extractum hoc, seu Gummi parat cum *Aq. Stillar. Hyperici aut Centauri*, atque pro peculiari Remedio habet in Lumbricis ac Putredinibus arcendis.

Tanquam Confortativum singulare laudatur omnium Viscerum totius Corporis, in specie *Resina & Extractum* ex genuino, quæ Cordialibus primariis accensentur, & cum Confectione Alchemis comparantur. In Stomachi Affectibus ex Cruditate acidâ ortis, in debilitate etiam ejus desperatâ, imprimis confert, eumque singulari vi aromaticâ mirè recreare, & hinc Memoriam Senum juvare dicitur.

Externè Lignum hoc incensum, & Fumus ac Odor naribus attractus seu haustus, admodum convenit in *Passione Hystericâ* graviori, aut *Lipothymia* cum *Passione Hystericâ* conjunctâ; *Resina* naribus admota Memoriam Senum juvat, Odoreque mirificè recreat. Insignes laudes *Agallochi* in confortando Cerebro & roborandâ Memoriam videbitis in SCHENCKIO l. 1. *Observationum*, ex LEVINO LEMNIO de oculis *Natura Miraculis*.

1. Tam cum Spiritu Vini *Aqua spirituosa*, quàm etiam ejus medio *Extractum & Essentia* internè ad Epilepsiam parari potest. Præparationes horum videbitis in Autore, qui ex ANGELO SALA & QUERCETANO describit, & ZWELFFERO *Pharmacop. Regiæ* pag. 224. (C)

XIV. **A GERATUM.** *Ageratum* quasi non facile marcescibile, (D) quòd Flores ejus non tam facile marcescant: vocatur aliàs *Eupatorium*, seu *Hepatitis Mesuæ*: tria enim habemus *Eupatoria* in Officinis.

1. *Eupatorium Mesuæ*, seu *Arabum*.

2. *Eupatorium Græcorum*, vel *Dioscordis*, quod est *Agri- monia vulgaris*; Et

3. *Eupatorium cannabinum*.

Nostrium in Hortis tantùm apud nos provenit; vocatur *Leber-Balsam*, quoniam ex Veterum hypothese conferre di-

2. *Species Diaxylaloes*. Vide Disp.
3. *Trochisci Diaxylaloes*. Vide Disp.

XIV. AGERATUM.

ἄγρωσ *Matth. Cam. Tab. Cast.* *Eupatorium Mesuæ*, *Trag. Matth. Lon.* *Mentha corymbifera minor*, *Cord. b. J.* *Cottus minor hortensis*, *Herba Julia*, *Balsamita minor. Dod.* *Ageratum foliis serratis*, C. B. Germ. *Leber-Balsam*, *kleiner Costen-Balsam*.

Colitur in Hortis, floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Planta cum Foliis & Floribus.

Vires. Calefacit, & siccatur gr. 2. substantiæ tenuis, saporis aromatici, attenuat, extergit, Putredini resistit. Hepatica est, laxat Alvum quàm blandissimè. Extrinsecus ciet Urinam. Uterumque emollit (Suffitu.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Syrupus de Eupatorio Mesuæ*. Vide Disp.
2. *Pilula de Eupatorio*. Vide Disp.
3. *Trochisci de Eupatorio*. Vide Disp.

XV. AGNUS CASTUS.

ἄγρος, sive *ἀγρός*. (Salix Amerina *Diosc. Matth.*) *Vitex Trag. Dod. Cord. D. Lon. Cam.* *Agnus castus*, *Cast. Elæagnon Theophrasti*, *Lob. Vitex foliis angustioribus Cannabis modo dispositis*. C. B. 1. Germ. *Keuschzamb.* (Agnus Castus, *Semen* aliis, id est venerandum, ob Castitatis custodiam.)

OFFI-

citur *Hepati*. Jam verò cum Hepar non ampliùs sanguificet, & ex Modernorum hypothese Hepatica sint talia, quæ læsam Sanguinis crasin emendare, ac naturalem restituere poterunt; adeoque *Ageratum* cum aliis ad corrigendam *Sanguinis crasin* vitiatam in Morbis Chronicis, quos ex Obstructionibus oriri volunt, erit ut accommodetur. Omnia, quæ de *Agri- monia* dicenda erunt, huic, & quidem in excellentiori gradu, competunt. Rarò tamen usurpatur apud nos: Veteribus sæpiùs fuit in usu: loco ejus *Eupatorium cannabinum* substituitur. (E)

XV. **AGNUS CASTUS.** *ἄγρος*, idem ac Latinis *Castus*; (F) aliàs propriè & communiter vocatur *Vitex*, Germ. *Reusch-Laß*, *Reusch-Baum*.

Hic subministrat Officinis *Semen*: quod imprimis nomen dedit Arburi ex speciali virtute, qua *Homines reddit castos*, & stimulos Libidinis ex Geniturâ abundante acriori ac fervidiori natos compescit, ac impetum istum Venereum cohibet. Genituram enim blandè temperat, ac specificâ suâ virtute in substantiâ oleosâ fundatâ acrimoniam extinguit. An Vim genitalem profus enervet, asserere nolim; sufficit, quòd *Homines Castitati* mancipare valeat. Unde etiam in Affectibus Seminalibus & Gonorrhœis, non tam ex Genituræ abundantia & turgescentiâ, quàm acrimoniâ ejus oriundis, & hinc in Gonorrhœâ nothâ, & Fluore albo Mulierum adhibetur, & etiam Penis erectionem ad tempus inhibet, sive in formâ *Emulsionis*, sive largiùs in formâ *Pulveris* propinetur. Semen hoc etiam ordinariò ingreditur *Essentiam Castitatis* D. D. *Michaëlis*, quæ in Gonorrhœâ, & imprimis in Mulierum Fluore albo, necnon Affectibus libidinosi, magno est in pretio; sicut apud Veteres Romanos

(C) *Vera Arbor Agallochi, seu Ligni Aloës, nascitur in Cochinchinâ in Regno Lao, & in Sinarum regione. Olea similis est, fructusque fert rubros, Cerasis similes. Hujus Arboris Truncus triplici gaudet colore, unde tres Ligni Aloës differentia. Prima & exterior Trunci substantia, Cortici immediatè subjacens, nigra, compacta, & gravis est, Ebena perquam similis, vocantque Lignum Aquilæ. Quæ adhuc interior est levis, venosa, & ligno putrido similis (de couleur tannée), dicitur Lignum de Calambuc, quod est verum Lignum Aloës Officinarum, gustu amarum (unde dictum Aloë), resinofum, & igne fusile, velut Cera, gratum fundens odorem. Tertia demum & intima Trunci portio est pretiosum Lignum Tambac, vel Calambac, rara avis in terris. Pomet part. 1. 103.*

Cum Schrœderus ait, postremum Ligni Aloës bonitatis signum esse, si ejus frusta Aquæ supernatârint, vel mendum est, ob particula negativæ defectum, vel loquitur de secundâ specie Ligni Aloës, quæ juxta Pomet levis est, ut modò innuimus. Lignum tamen Aloës, quod in nostris Officinis passim habemus, ponderosum est: imò illud pro ejus bonitatis testimonio ostentant plerique *Pharmacopola*, quòd Aquæ fundum petat. Ligna enim omnia vilissima Aquæ innatant.

(D) Ab a privativo, & *γῆρας* senectus.

(E) Pro *Agerato* vulgò sumitur *Eupatorium Mesuæ*. Quamquam autem una eademque planta sit, attamen nec *Eupatorium Mesuæ* est *Eupatorii veri* species (est enim *Parmica*); nec verum *Ageratum* quidquam commune habet cum genere *Eupatorii*: aliud enim est *Plantæ* genus *Ageratum* (sub quo *Ageratum purpureum Dalechampii* refertur); aliud *Eupatorium*, cujus species *Officinalis* est *Eupatorium dictum cannabinum*.

(F) Hinc *Agnus castus*, idem ac *Castus castus*: non secus ac *Canonicus regularis*.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen.

Vires. Calfacit & siccatur insigniter: discutit, Menses ciet, Appetitus Venereos cohibet, Semen immunit.

P R Æ P A R A T A.

Trochisci. Vide Dispens.

XVI. AGRIMONIA.

Agrimonia, *Brunsf. Dod. Lob. Cam.* Eupatorium, *Matth. Fuchf. Card. Cast. Tab. Vulgare, Trag.* Eupatorium Græcorum, *Lob. Cam.* (Arabum enim Eupatorium, vel Ageratum est, vel Eupatorium Cannabinum) Eupatorium Veterum, seu Agrimonia, *C. B. 4. German. Agermenig. Odermenis, Adlermenig. Bruchwurtz, Leberkletten, Kanigskraut. Gall. Agrimoine.*

Floret serè æstate integrâ, crescit juxta sepes.

nos Mulieres Folia hujus Viticis lecticiinis substernere solebant, ut eorum incubitu Vis earum Venerea nonnihil languesceret; hinc etiam in Furore Uterino commendantur, in quo Semen pulverisatum datum, vel ex Semine cum *Aquâ Nymphææ* parata *Emulso*, cui addi potest *Os Sepiæ* præparatum & *Succinum album*. Dabo Exemplum *Pulveris contra Gonorrhæam*, ex abundantia & nimia turgescencia Genituræ natam:

℥. Sem. Agni casti ℥ij.
Succini albi præpar.
Antimonii diaphor.
Ossis Sepiæ præp. ana ℥ss.
Sacch. Saturni ℥j.

M. f. Pulvis pro aliquot dosibus,
D. S.

Pulvis Cohibens.

Emulso contra Furorem uterinum est hæc:

℥. Sem. Agni casti ℥ss.
C. f. q. Aqu. Nymph. f. Emulso, cui adde
Sacch. Saturni ℥j.
Campb. ℥ss.
Syr. de Nymph. ℥vj. vel ℥ij. S.

Lac Refrigerans contra Furorem Uterinum.

Aliàs & hunc in finem *Semen Cannabis* laudatur: sed propter vim quandam narcoticam periculosum videtur. Potest etiam *Semen Agni casti* in Affectibus Urinariis ex acrimonia Genituræ ortis, adhiberi: quo in casu etiam aliàs *Semina Amygdalarum dulcium*, item *Violarum* præscribi solent, quibus & hoc commode addi potest. (G)

XVI. **A**GRIMONIA. *Agrimonia* Germ. *Odermenge*, est *Eupatorium* seu *Hepatitis*, vel *Dioscoridis*, vel *Græcorum*, quati Hepati dicata sit. Hæc *Agrimonia non est Argemone*, sed ad *Pentaphylla* potius suo modo referenda (H), & una ex nobilissimis Hepaticis, vel quæ optimè ad Sanguinis dyscrasiam emendandam, in quibusvis Morbis Chronicis ex vitio Hepatis à Veteribus, à Modernis verò vitio Bilis deductis, conveniunt: Unde *Essentia* ejus, *Decoctum*, *Infusum*, &c. insigniter commendantur in Ictero, Cachexiâ, & Febribus Chronicis. Deinde egregiè admodum est *Vulneraria*, quæ Potiones *Vulnerarias*, die *Bund-Tranæ*, unâ cum aliis ingredi solet, quæ proponantur in *Vulneribus* & *Ulceribus* inveteratis & malignis; speciatim in *Vulneribus* & *Ulceribus* Renum, & inde dependente Mictu cruento, unum ex optimis Specificis est *Agrimonia*, & à B. D. MICHAELIS usitata; vel solùm vel cum *Comis Hyperici* in *Vino* decocta, vel sub formâ *Essentiæ* vel *Extracti* usurpata: c. g.

(G) *Agnus. Placet Fabulam hic subtexere à Joh. Bauhino r. 406. narratam. Tartari serunt semen seminis Melonis simillimum, unde Planta provenit, quam Borometz, seu Agnum vocant, quod Agni crescat figurâ, pedibus, unguibus, auribus, obduciturque corio tenuissimo. Pulpa Gammarorum carnes refert, atque è vulnere Sanguis manas. Illudque miracula prodit magnitudinem, quod tandiu vivit, quandiu vicinis obsidetur herbulis, absumentis illis contabescit: demum à Luptis ipsis appetitur.*

(H) *Nec Argemone est, nec ad Pentaphylla referenda, sed proprium Genus constituit Agrimonia, ad Plantas flore rosaceo reducendum ex Tournefortio.*

(I) *Agrimonia ad Hemoptoën, Dysenteriam, & quascumque Hæmorrhagias, Inflammationes Hepatis & Lienis utilis est. Tragus Agrimoniam cum Vini facce, & Frumenti fursure ebullit, Ossibusque luxatis post reposicionem applicat.*

Agrimonoïdes Planta est à nostro Fabio Columna descripta, camque propter amarorem pro Eupatorio Arabum supponi posse putat. Tournefortius in proprium Genus Agrimonoïdem erigit.

(K) *De Alceâ hæc obiter habet Schræderus: Alceâ, Herba Simeonis, Germ. Fellierz. Ex genere Malvarum est sylvestrium. Appendunt ad Ungues Oculorum Dorso.*

(L) *Ἄλκη enim est robur, vires, auxilium.*

OFFICINALIA NATIVA.

Folia & Summitates.

Vires. Hepatica nobilissima imprimis est, hinc Splenetica, *Vulnerariaque*; calfacit & siccatur 2. substantiæ est tenuis, aperit, detergit, substringit, corroborat Hepar, ejusque Fluxus coercet, adeoque usu creberrimo venit in Morbis ab Hepatis imbecillitate turbatis, ut sunt Hydrops, Cachexia, &c. Extrinsicus adhibetur sæpissime in Balneis & Lotionibus.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aquâ destillata.* Ex Foliis, & Floribus, vel ex integrâ Planta circa finem Junii collectâ.
2. *Succus.* Ex Foliis, & Floribus.
3. *Syrupus.* Ex Succo.
4. *Sal. Com.* Ex Cinere integræ Plantæ.

XVII. AL-

℥. Ess. Agrimon.

Flor. Hyper. ana ℥j.

M. D. S.

Mixtura Renum per aliquot vices.

Dosis 40. usque ad 50. guttas, ter in die.

Inde factum fuit ut *Agrimonia* ad quascumque *Viscerum* exulcerationes imprimis *Hepatis* extensa fuerit: unde & vulgò *Germ. Das Leber-Kraut* dicitur. Est de cætero *Planta* temperata ac blandè amara, hinc in tono *Hepatis* restituendo non contempnenda: Vid. *FORESTUS l. 7. Cibirurg. Observat. 3.*

Externè atque *Ulceribus* Partium externarum, recentibus & antiquis, mundificandis, sordibus detergendis, & carne promovendâ; ubi *Herba* aut ejus *Succus* recens expressus à Rusticis frequenter adhibetur, quorum *Vulnerarium* unicum est, *Vulneribus* & *Ulceribus* instillatus, aut cum *Filamentis* impositus: sic v. g.

℥. Herb. Agrimon.

Millesol.

Flor. Hyperici ana M. j.

Musci Pruni sylv. M. ss.

Sem. Hyper. ℥ij.

Coqu. in f. q. *Aquâ simplicis* contra Mictum cruentum; quod ad *Procidentiam* quoque *Ani* commendatur.

Quin & in Contusionibus Scroti, Cataplasma factum ex *Agrimonia*, in *Vino coctâ*, insigniter commendari solet, imprimis ubi est *Tumor* & *Inflammatiô*, quæ in hujuscemodi malignitate aliàs supervenire solet. In specie quidem, si, quod sæpius evenit, oriatur *Tumor* & *Inflammatiô* *Scroti* & *Testium*, quando equitamus, *Cataplasma* ex *Agrimonia* hæc resolvit & tollit; cui si addantur *Flores Sambuci*, erit eò melius. *HILDANUS Cent. 3. Observat. 81. (J)*

ALCEA VULGARIS. (K)

Alcea vulgaris major & officinalis, Germanicè *Fell-Risz*, vel *Siegmars-Wurz*, *Planta* cognata est cum *Althæâ* & *Malvâ* vulgari, nisi quod posteriores magis sint anodynæ, magis emollientes, ac in recessu magis mucilaginosæ: differunt in eo, quod *Althæa* & *Malva Folia* habeant integrâ; *Alcea* verò *Folia laciniata*. Dicitur aliàs *Alcea ab ἄλκη*, quod pluribus usibus inserviat (L); *Fellrisz* verò dicitur, quod contra *Pannos Oculorum* valeat, in quem usum vel *Succum* ejus, vel *Radice* certo tempore effusam recipiunt, & de Collo suspendunt.

Hic sese quoque ex Horto Medico offert

AL-

XVII. ALCHIMILLA.

Alchimilla, *Trag. Dod. Lob. Tab. Ger. Vulgaris, Clus. bist. Cam. Pes Leonis, Leontopodium, Brunfels. Fuchf. Lon. Brancha Leonis, Planta Leonis, (Dioscor. Pliadium.) Stellaria, Matth. Cist. Germ. Sinaurw, gulden Gansericb, Lauenfuss unser Frauen Mantel. Gall. Pied de Lion.*
Crescit in loco udo ac humido, ac præcipuè in Pascuis, unde & in Hortos transplantari solet. Floret Majo, & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Vulneraria est, è nobilissimis non postrema, caliditate & frigiditate temperata: consolidat, astringit, extergit, Sanguinem incrassat, proin utilis Fluxui Mensium, &c. Usu-

ALCEA SYRIACA.

Seu nomine Arabico *Ketmia Arabica flore albo*; item *pureo*. Hæ sunt exoticæ, & raritatis gratiâ in Hortis coluntur.

Præsto quoque est in horto Medico nostro

ALCEA VESICARIA.

Alcea Vesicaria flore perpetuo, aliàs *Alcea Veneta*, dicitur; quæ tamen ultima propriè loquendo planè alia est: *Vesicaria* dicitur, quòd ante Floris eruptionem *Vescas* habeat, in quibus *Semen* reconditum asservatur. Conspirat probabiliter emolliendo, Dolores mitigando, & (quod *Alceæ* vulgares aliàs non præstant) detergendo cum *Alceis* vulgaribus, sed tamen in minori gradu. Aliàs in Hortis curiositatis gratiâ colitur. (M)

XVII. **A**LCHIMILLA. *Alchimilla Græcorum, Germ. gulden Gansericb, Sinnalen, ad Saniculas referenda, Ita dicitur, quòd Alchimistæ de hac multum venditent; Latinis Pes Leoni, vel Lauenfuss Germanis, à figurâ Foliorum. Planta satis nota est, subinde crescit quasi sponte.*

In officinis præstant ejus *Folia*, quæ ex *Vulnerariis* similiter ferè primatum obtinent. Vis ejus consistit in *Sale Alcali volatili*, temperato ab *Acido*, blandè *Diuretico*. Usus frequens est in *Herniis*, & alterativæ & consolidativæ *Virtutis* ratione. Vis autem hujus, ut & omnium *Vulnerariorum*, manifestatur in *Decoctis* magis, quàm *Essentiis cum Spiritu Vini*, in quibus saltem extrahuntur *Resinæ*. Nam *Vulneraria* non sunt adeò volatilia, ut in *Decoctis* volent, sed optimè solvuntur. Conveniunt autem tam externè in *Abcessibus & Ulceribus* quarumvis partium, ut & in *Sinus seu Fistulas* injiciendo, sicut & ejusdem *Succus* cum *Unguentis Vulnerariis* commodè permiscetur, quàm internè in *Potionibus Vulnerariis ac Dysentericis*, & consolidationi *Partium* internarum dicatis, ut *Rupturis*, &c. ut temperetur *Acidum* in *Stomacho*, illudque per *Urinam* eliminetur: temperato enim *Acido Stomachi*, impeditur ejus cursus vel influxus in *Vulnera*; Vid. FUCHS. p. m. 584. Ingreditur etiam *Clysmata* Consolidantia in *Dysenteria*. Italis quibusdam externè usurpatur pro *Sophisticatione Virginum*, quòd coarctentur & angustentur eorum *Genitalia*, & *Mammæ* pendulæ erigantur, & minores fiant. Modus est hic: Coquant *Alchimillam* in *Aquâ*, quòd *Decoctum* supponunt *Mulieribus*, ut *Vapor* subintret *Vulvæ*: sic enim dicunt, constringi *Genitalia*, idque adeò, ut se possint aliquoties pro *Virginibus* venditare: sed meliùs forsitan conduceret, si adderetur *Alamen*, & immediatè applicaretur *locis* istis, ita enim magis adstringeret: sicut & *Mammis* *Decoctum* hoc sub formâ *Fortis* applicant, & sic eas parvas, duras & rotundas instar *Pomorum*, uti dicunt *Itali*, efficit. Aliàs *Succus Sympbyti majoris* in *Decocto* seu *Balneo* pro augmentandis deliciis noviter nuptorum, & fallendo *Sponso*, adhiberi potest: Vid. de hoc GABELCHOVERUS in *Observat.* (N)

Cæterum in genere hic aliquid notandum

(M) *Alceam Syriacam & Vesicariam ad Ketmiæ Genus reducit Tournefortius: Ketmias enim vocat illas Malvæ similes Plantas, quæ fructum producunt in plura loculamenta divisum: quemadmodum faciunt hæc duæ Alceæ dictæ species ab Etmullero, aliisque.*

(N) *Quamvis Alchimilla vulgaris idem sit ac Pes Leonis & Leontopodium; attamen non est Leontopodium Dioscoridis. Perchepier planta Anglis dicta, est verè Alchimilla montana minima Col. nam quæ Floris petala putat Raius, sunt reverà Calicis foliola: adeoque hæc planta non flore petalode, sed flamineo existens, Alchimillis accensenda, quum reliqui Alchimilla characteres accedant.*

que adhibetur interno, in *Potionibus Vulnerariis*, tum & externo (in *Herniis* proficua.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua Fit ex integrâ *Plantâ* collectâ mense *Junio* cum *Floribus*.

XVIII. ALKEKENG I.

Aλκικαβον *Halicacabum, Cast. vulgare, Fuchf. Halicacabum, venecarium, Cam. Halicacabum, seu Vesicaria, Cord. Solanum halicacabum, Trag. Matth. Lob. Solanum vesicarium, Dod. Alkekengi, Lon. Saxifraga rubra, & 4. Brunsf. Solanum vesicarium 2. Baubini, Germ. Judenkirschben Boborellen: Gall. de l'Alkekenge, ou Cocquerelle.*

Cre-

DE VULNERARIIS.

V*Vulneraria* scilicet sunt ea, quæ usurpantur à *Chirurgis* ad consolidanda *Ulcera & Vulnera*: in qua *Vulnerum* Curatione notandum, *Chirurgo* saltem *removere Impedimenta*, quæ *Consolidationi* eorum obstant. *Impedimenta* autem illa consistunt in *Acido præternaturali*, & *vitioso*, quod in *Parte læsâ* mitius quidem est in *Vulneribus*, acrius in *Ulceribus*, & ex degeneratione *Sanguinis*, seu destructione *Nutrimenti* proficiscitur: Hoc ergò *Acidum* imbibunt & destruunt *Vulneraria* ista; Unde constat, quòd de *Alcali volatili, sed subtili*, participant. In omnibus igitur *Vulnerariis* prædominatur *Alcali* ejusmodi *urinosum volatile*, sed occultum. Hinc *Succi* omnium *Vulnerariorum* *Solutiones* ab *Acido factas præcipitant*; v. gr. *Vitriolum* præcipitatur ab omnibus *Vulnerariorum* *Succis*. Præterea & *Saporis* plerumque non nimis *amaricantis & obscure mordicantis* sunt; ex quo constat, eadem constare ex *Acido & Alcali*, illo tamen maximam partem prævalente; unde ferè *Nitrosa* sunt, & *virtute Diureticâ* pollent. *Vulneraria* omnia, utut intensissime calcinentur, *Sal* tamen *lixiviosum* præbent, non penitus *alcalinum*, sed compositum ex *Acido & Urinoso*; tandem, si ritè tractentur, in perfectum *Sal salsum*, forti autem calcinatione in purum *Alcali* degenerant. *Vulnerariorum* *Succi* quoque *Lac* facile coagulant, quia sunt *Saporis* subadstringentis, vi cujus *Lac* coagulant, & poros ejus constringunt.

XVIII. **A**LKEKENG I. *Alkekengi* seu *Halicacabum* est species *Solani*, unde dicitur *Solanum Vesicarium*.

Baccæ Alkekengi figurâ *Cerasi*, Germ. die *Juden-Kirschen*, solum in usum veniunt.

Quatenus ex *Solanorum* sunt genere, vi aliquali *anodynâ* præditas arbitror: *Sale essentiali*, vereque *nitroso* turgent, unde & ratione horum *Salium Sapore* obtinent nonnihil *subamaricantem*; ex qua *Crafi* deducitur vis insigniter *diuretica & nephritica*, in *Sale nitroso* aliter sivo fundata. *Infusum* namque harum *Baccarum*, tam succulentarum quam exsiccatarum, in *Vino*, *Urinam* remorantem blandè pellit; frequentissimi hinc usûs sunt in *Affectibus Renum*, tam in eorum *Ulceribus*, & impeditâ *Mictione*, quàm etiam in *Affectibus Nephriticis*, in purgandis *Renibus*, & *Calculo*, *Arenulis*, similibusque, tam præservando quàm pellendo. Præterea *Decoctum Baccarum* harum cum *Radice Liquiritiæ* in *Dysuriâ* commendatur; sicuti etiam *Essentias* qualvis *Diureticas* *Baccæ* hæc exsiccatae, earumque *Spiritus*, ingreditur. Porro hæc *Baccæ Alkekengi* commendantur insigniter in *lætero flavo*, præmissis præmittendis. Autor præ cæteris commendat in *Sanguine* coagulato, quem dissolvit, & vel per *Urinam* expellit, vel per *Alvum*, vel per *Sudorem* eliminat. Modus utendi consistit in *Succo expresso*, qui vel solus vel cum *Vino* propinatur: Vid. HERCULES SAXONIA.

In HOEFERI *Hercule Medico* p. 176. est *Aqua Nephritica* non contemnenda, quam inter alia *Baccæ Alkekengi*, ceu *Basis*, & *Cortices Limonum* ingrediuntur. Compositio est hæc:

℥. Malor.

Crescit in vineis inter Vites, locisque opacis: floret Junio, Fructus fert ante autumnum.

OFFICINALIA NATIVA.

Baccæ, quæ colore ac figurâ Cerasa rubra representant, colligendæ circiter finem Augusti.

Vires. Refrigerant, & siccant 2. Nephriticæ, Diureticæ ac Lithontripticæ insignes sunt. Usus præcipui in Calculo Renum & Vesicæ, in Ictero (Baccæ & Folia), in Sanguine coagulato.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. E Baccis. (Habetur in Officinis nostris Liqueor Alkekengi citratus ex D. Hoffii præscriptione.)
2. *Tinctura*. Ex Baccis cum Aquâ propriâ.
3. *Trochisci de Alkekengi*. (Diaphysalidon, sive de Vesiciâ.) Vide Dispens.

XIX. ALLIUM.

C Képodor, Dioscoridi, Arab. Cham. Allium, Brunsf. Trag. Matth. Cord. in Diosc. Lon. Lob. Cast. hortense, Fuchf. vulgare, Cam. sativum, Dod. C. B. 1. Germ. Knobloch. Ital. Aglio. Gall. Ail.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Calfacit, & siccit 4. incidit, aperit, discutit, Alexipharmacum est. Usus præcipuus internus in Colicâ flatulentâ, Lumbricis, Peste (cum Aceto), Tussi, Calculo. Extrinsecus in Scabiæ, Urinæ obstructione, Apoplexiâ uterinâ (Umbilico inungitur Succus), Tussi (inungitur plantis Pedum cum Azungâ porcinâ.)

(Ponè Aures ponitur, & ad Pulsus, in Odontalgia.)

N. Dulcius sapit si plantetur Lunâ existente sub Horizonte, eodem tempore rursus effodiatur.

(Graveolentiam tollit Ruta, Zedoaria.) (P)

P R Æ P A R A T A.

Electuarium de Allio. Vid. lib. 2.

AL-

℥. Malor. Citr. qu. v.

Abjice, quod intus est, acidum, reliquum rasum comminatumque, album imprimis, recipiendum, stet in Vase vitreo 24. horis. Post expresso Succo,

℥. bujus ℥ij.

Fruct. Alkek. rec. num. lxiij.

Contusa misceantur, & stent iterum 24. horis simul, dein ex Vitro destillentur per Arenam, ut de ℥ij. remaneant ℥ix. Hujus *Aquæ destillatæ*

℥. ℥ij. adde

Vini Rben. ℥j.

Saccb. candi ℥ij. M.

Paratur etiam *Essentia ex Succo Baccarum Alkekengi inspissato*, & aliis Plantis cum *Spiritu proprio*, per fermentationem parato; quæ egregia est in Exulceratione Renum, Suppressione & Ardore Urinæ, item in Affectibus Nephriticis. Si addatur *Opium*, fit *Essentia Urinaria anodyna Michælis*, quæ pellit Urinam, & Dolores Nephriticos sistit. PETRUS JOHANNES FABER l. 2. *Myrothec. Spagy. cap. 7.* habet *Essentiam Baccarum Alkekengi*; quam insigniter in Ictero flavo commendat.

Idem *Succus* expressus blandè inspissatus, *Extractum Diureticum* nonnihil *anodynum* suggerit, quod etiam in Ictero vi diureticâ est egregium.

3. In Officinis prostant *Trochisci de Alkekengi*, tam cum quàm sine *Opio* qui egregii sunt in Excoriatione aut Exulceratione Renum; item in Affectibus Urinariis dolorificis, *Dysuriâ* & *Stranguriâ* à FORESTO laudantur. Sed si propinetur *Essentia* suprâ dicta ex *Alkekengi Succo* & aliis, erit effectus eò magis præsentaneus. (O)

XIX. **A**LLIUM, Germ. Knoblauch, Planta satis est cognita, in specie *Radix*, seu potius *Capita*, quæ sola hîc usualia sunt, & *Sapore* ac *Odore* omnibusque proprietatibus indicant, efficaciam suam primariam dependere à *Sale volatili admodum acris*, magis Mercuriali, minus sulphureo, insigniter penetrante, hoc est, ut vulgò vocant, *Essentiæ esse penetrantis, incidentis, & attenuantis, aperientis*: cujus intuitu Allium, non secus atque omnia Cepacea, inter *Exsiccantia* & *Calida* refertur; à quo *Sale volatili acris* est *Odor* admodum morsicans, *Sapor* linguam pungens, *morsificatio oculorum*, & qui sunt similes effectus, qui *Sal volatile acris* adesse loquuntur. Hinc *virtus illi stomachica* per experientiam adscripta fuit pro *Appetitu conciliando*; unde & *Peregrinantes*, si tempore vespertino *Capita* aliquot *Allii* in *Vino generoso* adhibent, *Appetitum* inde sentiunt, cum *Pituita* & quasvis *Cruditates acidas acrimoniâ suâ alcalinâ* in *Stomacho* egregiè dissolvat & corrigat. Admodum porrò convenit in *discutiendis Flatibus*, natis per *Fermentationem vitiosam ab Acido factam*; *Acidum enim* vi-

Tom. IV.

tiôsè fermentans dat *Flatus*. Hoc *Acidum*, dum corrigitur à *Sale volatili acris Allii*, simul etiam proventus *Flatuum* corrigitur, & geniti jam discutuntur; sique per se absumuntur, per accidens verò, in *Succis* scilicet *pituitosis*, generantur. Unde insigniter convenit *Allium* in *Affectibus Inestimatorum dolorosis*, ut *Passionibus Hysterics* gravioribus, & *Colicis*, ab *Acido ortis*, & jam à *GALENI* temporibus usitatum fuit *Remedium*, sive adsint *Flatus*, sive non adsint; cum enim effectus hi oriantur ex *Acido austero & flatuoso*, utriusque verò *Allium* ratione *Salis volatilis* medeatur, hinc successu haud contemnendo adhibetur. Usurpatur verò vel *externè* illinendo *Umbilicum*, vel *internè* haustum, vel cum *Vino*, vel cum *Oleo Olivarum*: scilicet *Capita Allii* minutim discinduntur, & cum *Aquâ Chamomillæ destillatâ* assumuntur contra *Colicam*; vel *Capitulum Allii* intra dentes contritum & masticatum brevi solvit *Paroxysmum*. *Jusculum cum Allio & Olio Olivarum*, calidè haustum cum tantillo *Vini generosi*, expertum est *Remedium BORELLI* in *Colicâ*, ut habet *Cent. 4. Observat. 92.* sic jam in *GALENI* Scriptis prostat *Exemplum Colicæ curatæ* per *Allii usum* in *Rustico*; sicut ex *GALENO* recenset *SCHENCKIUS* in *Observationibus*, & *ZACUTUS LUSITANUS* l. 2. *Med. Princ. Hist. 95.* Deinde infestum admodum est *Lumbricis & Vermibus* quibuscunque *Allium*, quos enecat & expellit, sive adsint *Vermes* in *Intestinis*, sive etiam adsint *Vermes Pericardii*; qui *Affectus* rarus, quia parùm cognitus, & pauca, imò ferè nulla, apud *Autores* mentio est. *Symptomata concomitantia*, præter continuationem *Palpitationem Cordis*, sunt *Sensus rosionis & vellicationis* in interiori *Pectoris* loco, ubi *Cor situm* est, adsunt *Lipthymia*, supervenit *epileptica Convulsio*, *Facies pallet*, *Ægri inquieti* sunt: vid. *PETRUS à CASTRO* in *suis Scriptis*. In hóc tamen optimum *Remedium* est *Succus Allii expressus* cum *Succo Nasturtii* in *Brodio* seu *Jusculo Decoctionis Radicis Armoracæ* assumptus: sicuti hujus rei *Exemplum* illustre recenset *HARTMANNUS* in *Praxi Chymiatr. pag. 155.* & *GABELCHOVERUS* *Centur. 3. Curat. 1.* Præterea egregium *Diureticum* est, indeque in *Obstructione Urinæ* tempore vespertino in *Aquâ Vitæ juniperinâ* *capitulum Allii* sumptum; uti quoque *Allium & Cepæ* cum *Oleo coctæ*, & instar *Cataplasmatibus* regioni *Pubis* admotæ, eam cient: unde aciendo *Urinam*, & ita *Renes* abstergendo, in præservando & curando *Calculo* excellit insigniter. Singulis ergò *Novi*, & *Plenilunii* *Capitulum Allii* minutissimè dissectum, & cum *Gochleari Aquâ Vitæ*, seu *Spiritu Juniperini* assumptum, præservativum est expertum in *Calculo*, quem etiam depellit. Pro *Arcano* hóc habetur à *Domino Consule LORENZO*, & *Domino Edili WELSCH* *bujus Civitatis*: Vidi tamen ego descriptum hoc *Remedium* à *BAR-THOLINO* *Centur. 4. Epistolorum pag. 230.* & certè fun-

C

da-

(O) *Folia Alkekengi* sunt acris & amara, nec papyrum cæruleam rubro insciunt colore; *Fructus* verò quammaximè: hi primo gustu acidiusculi videntur, sed postmodum amarissimum exhibent saporem. *Vinum*, in quo contusæ sint tres vel quatuor *Baccæ Alkekengi*, egregium est in *Hydrope*, atque *Ischuriâ*. Paratur quoque *Vinum medicatum* ex *fermentatione Musti* cum *Alkekengi Baccis*, ac postmodum colati. Vulgò *Alkekengi* ad *Solanos* reducitur, sed ex eo peculiare *Genus* facere placuit *Tournefortio*, quod nempe *Alkekengi species Vesicâ* gaudeant, quâ omnes *Solani species* destituuntur.

(P) De *Cepæ & Allii graveolentiâ* jocosum *Thomæ Mori* Epigramma:

Denuò factorem si vis depellere *Cepæ*,

Hoc facile efficient *Allia* mansa tibi.

Spiritus at si post etiam *gravis Allia* restat,

Aut nihil, aut tantum tollere *Merda* potest.

A L L I A R I A.

Alliaría, *Alliaire*, ita dicitur, quòd ejus Folia digitis comminuta, Allium, seu Porrum sectivum cum Nasturtiò redoleant, *Baubin. Pin. 110.* Quidam *Tblaspidium secundum Cratææ*, alii *Alethorolophon* Plinii lib. 25. c. 5. putant. Olim à quibusdam pro *Scordio* habita Alliaría, ut proinde Theriacæ immiscuerint pro *Scordio*: quod tamen refutat & improbat *Greg. Horstius de conjeß. & dispens. Theriac. tom. 2. Oper. Med. Eleganter de hac Alliaría scribit Clar. Simon Pauli pag. 189. Quadrip. Botan. excitatus à Fabricio Hildano. Cent. 2. Obs. 94. pag. 171.* habere Alliaríam singularem vim & proprietatem, qua Putredini adversatur: ideoque, ait, Ulcera putrida & sordida abstergit ac mundificat, minori tamen cum efficaciâ quàm verum *Scordium*, &c. Sed pergit: Quæris forsitan cur ita sim sollicitus de Alliaría; cum *Scordium* multò fit præstantius? Causa est quòd *Scordium* in multis regionibus minimè crescat, neque nisi siccum, & ut plurimum obsoletum haberi possit, cum Alliaría ubique locorum prodeat. Sed quia in exsiccata Herbâ parum facultatis & virium remanere expertus sum, idcirco ipsam in fine Aprilis, & ineunte Majo colligere soleo, & postquam per diem unum in umbrâ exsiccata fuerit, minutim incido contundoque in mortario,

damento non caret hæc Cura; coagulum enim Calculi dependet ab Acido in Stomacho orto. Dum itaque Sal acre volatile Allii Acidum hoc in Stomacho & Renibus discutit, & Urinam pellit, eo ipso simul educit, Coagulationem hanc impedit, & ita à Calculo præservat: & quoniam Urinam promovet, ob id *Hydropicis* commendatur, de quo videri potest Experimentum in *FORESTO lib. 19. Observat. 27.* Allium etiam est singulare *Sudoriferum* & *Alexipharmacum*, si particula Radicis una vel altera cum *Pane siligineo* comedatur, ac *Æger* probè contegatur; adeoque in *Peste* ejus usus insigniter commendatur ab *ATHANASIO KIRCHERO de Peste p. 318.* aliisque: Ob id rectè vocatur *Theriaca Rusticorum*, utpote quos, & imprimis Hungaros, Capita aliquot Allii in *Aceto* simplici vel destillato assumpta potenter per Sudorem à Peste, & aliis Febribus Malignis, cum *Vino* à Benignis, liberant. Unde etiam internè solet adhiberi ab Hungaris in Curâ *Morbi Hungarici* optimo cum successu. In *Apoplexiâ uterinâ* commendat *AUTOR* noster, per quam nihil aliud intelligit, quàm *Passionem Hystericam*, in qua Sensus & Motus perit instar *Apoplexiæ*: cum enim talis *Hysterica Passio* oriatur ab Acido, vitiosè in Intestinis effervescente, propterea corrigi hoc ipsum Allium. Contra *Morsus Viperarum* internè & externè commendatur Allium. Sunt, qui destillant ex Allio *Aquam Alexipharmacam* contra Venena: Aquam nempe ex Allio destillatam superfundunt novis Allii Capitibus, & blando Solis calore per tres vel quatuor hebdomadas digerunt, clarum quod est decantatur, & ita præparata ad quælibet Venena deprædicatur. Allium cum *Stercore humano* mixtum prodest *Locis dolorificis* ab Incantatione tumefactis impositum. (Q)

ALLIUM SYLVESTRE. In usu interno est præservativum, imprimis contra *Pestem ac Morbos contagiosos*, si vel *Aceto* vel *Vino* infundatur. Omnia enim *Alliata* hisce in Morbis Malignis conveniunt; hinc etiam *Electuarium de Allio* quibusdam Officinis in usu est, cujus basis est *Radix bujus Allii*. (R)

(Q) Ex Hippocrate Allium Flatus generat, ut ex Plinio: at ex Dioscoride, Galeno, & Aëtio Flatus discutit. Ex accidenti enim, ut ait Galenus, Allium quandoque comestum Ructus parit & Flatus, quòd scilicet Humores viscidos nanciscatur, quos incidendo & resolvendo, Flatus gignit. Haud est Cicutis Allium nocentius, ut per jocum dixit Horatius, sed potius antipeffilentiale, & prophylacticum: quare verius ex Virgilio, & utilius

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu

Allia, Serpillumque, herbas contundit olentes.

Falsò creditum Magnetem Allio confectum vim amittere, ex Gilberto.

(R) Nomine Allii sylvestris, latifolii, venit Allium Urinum J. B. & Lobel.

(S) Quæ de Alliaría apposimus ex Schrœdero, transcriptimus ex Appendice ad Pharmacopœiam ejusdem Autoris. Alliaríam Tournefortius ad Hesperidem reducit, vocatque cum Morison Hesperidem Allium redolentem. Planta est valde amara, Allium olet, & papyrus cœruleam rubefacit: quare Sal continet ad Salis Ammoniaci naturam accedens, cum copiâ Sulphuris & Terræ mistâ. Alliaría ex chymicâ Analysis, præter Phlegma acidum, dat Sal volatile concretum, Sal fixum maximè lixiviale, & multum Olei, & Terræ. Ruellius directicam facti: Cæsalpius & Hildanus ad Ulcera cancerosa commendant.

(T) Alfine media est Officinalis, eamque Morsum Gallinæ, vel Morgelinam vulgò appellant: quidquid dicit Matthiolas, qui Morsum Gallinæ ait esse Anagallidem. Planta est de Sale ammoniacali participans: quare inter Refrigerantes vulgò connumeratur. Notante enim Cl. Tournefortio, quamplurima Medicamenta non aliâ ratione refrigerant, nisi quia Sanguini naturalem velocitatem conciliant: hic enim ex Viscerum insarctu restagnat, atque ex restagnatione fermentationem concipit, hinc partium vicinarum Calor: quare Aperientia dicta Medicamenta, quum meatus referent, Sanguinique fluidiori reddito motum, quem amiserat, restituant; hinc fit, ut illorum ope sedetur partium Calor. Haud igitur arguendi Veteres Medici, qui effectus potius quærentes quàm causas, Refrigerantia appellabant ea Remedia, quæ non ex aliâ ratione partibus Refrigerium inducebant, nisi quòd Humorum retardatum motum celeriore redderant.

& prælo succum exprimo, &c. quem sive simplicem, sive inspissatum Unguentis & Cataplasmatibus indo, ad Gangrænâ aliâque Ulcera putrida, sordida ac maligna.

Alliaría autem secundum *Matthiolum pag. 559.* calefacit & exsiccatur, crassos Humores attenuat & incidit: Semen Uteri strangulatum tollit externè admota.

XX. A L S I N E.

Alsines varia à Botanicis exhibentur Genera, è quibus potissimum usualis est *Alfine media*, C. B. 11. *Alfine*, *Matth. Lob. Cast.* *Alfine major*, *Fuchs.* *media Tabern. Ger. minor*, *Cord. hist.* *Morsus Gallinæ*, 1. *Trag. Germ. Hunnerdam, Hünerebis, Vogelkraut.* *Gall. Morgeline ou Mouron, Centonice, Arrobe.*

Crescit in omnibus hortis & vinetis. Provenit hyeme, floretque ad mediam usque ætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, vel integra Herba, sed ratò.

Vires. Refrigerat, & humectat 2. easdem vires obtinet quas Parietaria, præterquam quòd non adstringat: insigniter nutritre creditur, unde Atrophîa, Phthisique laborantibus esca salutaris æstimatur. (Ad Scabiem decocta adhibetur.)

XXI. AL-

ALLIARIA. *Alliaría*, Germ. *Knoblauchs-Kraut*, seu *Tblaspidium cornutum*, Allio congener odore Planta est, quæ Florem album habet.

Usus ejus est in Febribus malignis, adeoque vis ejus residet in Crasi Sanguinis, per Sal alcali suum volatile, Odore se satis prodens, reducendâ. Itaque *Scordio substitui* posse quibusdam videtur, cum attenuet, incidat, ad Putredinem conducatur. Inter *Acetaria* cum *Zingibere*, *Sale* & *Aceto*, pro crassis & viscidis Humoribus resolvendis, apta est. Iisdem ferè viribus gaudet ac Allium.

Extra, Semen nigrum contusum cum *Aceto* in formâ *Emplastri* in Strangulatu Mulierum Ventri impositum, illas iterum resuscitat; item sub formâ *Pessarii* Semen linteum exceptum eodem in casu. *Succus Plantæ*, vel *Semen* pulverisatum in Nares sufflatum Sternutationem excitat in Epilepticis & Comatosi, utrosque suscitando. *Succus* & *Pulvis* *Herbæ* vel *Seminis*, vel ipsa Planta recens, in Vulneribus & Ulceribus antiquis putridis & sordidis ob metum Cancris, necnon ad Gangrenam recentem, conducit. (S)

XX. **A**LSINE. *Alfine major latifolia mas vulgaris*, Germ. *das Maufe Gedarme, Hünerebis, Hünerebis, Vogelkraut*, rari est usus interni jam apud nos; externè verò Mulieres Plantam contusam *Mammis Puerperarum*, si lactare nolunt, ad coercendum & impediendum Lactis proventum *Mammis* applicare solent. Deinde etiam extrinsecus commendatur ad *Scabiem*, si scilicet præmissis Universalibus cum hac Plantâ contusâ fricentur Partes scabiosæ, aut si Planta decoquatur in Aquâ, & istud Decoctum postmodum loco Lotionis Manuum adhibeatur. Denique singulare est, quod habet *SCHMUCK in Thesuro Meduo Secretorum*, si scilicet *Alfine* cum *Aceto* trita *Cicutis* seu vestigio sanati Vulneris imponatur, idem Vulneris sine ullâ unctione denuò aperiri, quasi recens esset. Quòd si accedat aliquis Inflammatio, tunc cum Lacte caprino coquenda & imponenda; sic enim minùs erit metus de Inflammatione. De iis, quæ habet *AUTOR* de Atrophîa & Phthisi, Experientia consulenda. (T)

Huc quoque pertinet

AL-

XXI. ALTHÆA.

Althæa Dioscoridis & Plinii. C. B. 1. Althæa Brunsf. Trag. Matth. Fuchf. Dod. Vulgaris, Cam. Clus. hist. Malva palustris, Lon. Lob. Hibiscus, Cast. Tab. Malvaviscus, Bismalva, Ger. Germ. Erbischwuritz, Heilwuritz, Hilffwuritz. Gall. Guirnauve. Ital. Malvavisco.

N. Quatuor faciunt Althæa Genera: Althæam simpliciter sic dictam, Althæam arborescentem, Althæam palustrem, & Althæam Theophrasti, seu Abutilon Avicenna. Ex his primum Officinis in usu est.

Crescit locis humidis, floret Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Radix, (collecta Vere vel Autumno,) Semen. Vires. Herba calida est & sicca (aliis humida) gr. 1. (Radix calfacit in princ. 2.) emollic, laxat, discutit, Dolores lenit, Tumores maturat, Acrimoniam mitigat & corrigit. Ufus præcipuus in Affectionibus Vesicæ, Pectoris, v. g. Pluritide, &c. Vide Malvam, cum qua in qualitatibus omnibus con-

venit: Externus creberrimus ejus usus est in Cataplasmatibus, Clysteribus, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex Foliis & Floribus.
 2. *Mucilago*. Ex Radice extrahitur coctâ cum Aquâ.
 - N. 1. Utiliter hæc adhiberi poterit pro *Trochiscis Sublingualibus* incorporandis.
 - N. 2. Ex Mucilagine hac infigne *Extractum* cum *Spiritu Vini* parari poterit, in leniendâ Faucium asperitate utilissimum. (Ex hac Mucilagine *Forestus Linctum* in Tussi ferinâ habet, paraturque *Loeb* ad Tussim contumacem Puerulorum, *D. Witselii*.)
 3. *Syrupus Althæa Fernelii*. Vide Disp.
 4. *Unguentum Dialthæa simplex*. Ex solis Emollientibus. Vide Disp.
 5. *Unguentum Dialthæa compositum*. Ex Emollientibus & Dicutientibus, *Galbano* scilicet & *Gummi Hedera*. Vide item Dispensatoria.
- (Sal quoddam etiam exinde parant.)

XXII. AMA-

ALSINE SPERGULÆ FACIE. *Kleiner Huner-Darm*. *Spergula* aliàs est Planta ad naturam Galliorum accedens. Cum verò Alfine aliàs rari, & nonnisi externi sit usus, hæc ipsa quoque in Officinis exulat. (V)

XXI. **A**LTHÆA. *Althæa*, & quidem tam vulgaris, quàm *Theophrasti Ereffi* (successoris *ARISTOTELIS*) flore luteo, seu Arabico nomine, *Abutilon Avicenna*, ita dicitur ab ἀλθῆν seu *medendo*; Vocatur etiam *Bismalva*, quod *Malvam* in usu temperante, & imprimis malactico, bis superet; item *Hibiscus*, unde Germanis *Eibisch*, oder *Aibaen-Kraut*. Naturâ cognata est *Malvæ*.

Tota Herba est admodum suavi tactu, & glabra, & ab effectu etiam inter Plantas Emollientes & Maturantes ferè primatum obtinet Planta & Radix, ut temperatissima; emollic enim insigniter & laxat. Et cum contineat Mucilaginem quandam blandam, & in omnibus qualitatibus temperatissimam; ratione hujus quancunque Acrimoniam Humor Corporis nostri temperat & mitigat, hinc Dolores lenit, Serum urinarium, item Lymphæ catarrhalis Acrimoniam mitigat; unde Decoctum ejus in Ileo, Affectibus Urinariis, Dysuriâ, Stranguriâ, Mictu doloroso, item in asperitate Faucium, &c. frequentissimi usus est. Prodest insigniter in Affectibus Nephriticis & Calculosis Radix hæc, si coquatur in Juiculo Carnis, vel etiam si instar Potions Decoctum ejus cum aliis propinetur, quoniam Dolorem lenit, & Acrimoniam Urinæ in Calculo semper præsentem moderatur & temperat; suggerit nempe, levi in Aquâ maceratione, aut ebullitione, Mucilaginem, hujusmodi effectuum autorem. Exemplum talis Decocti elegans contra Dolorem Nephriticum, sive à Calculo sive ab alia causâ, imprimis si Ardor seu Acrimonia Urinæ simul adit, subministrat **BARBETTE**. Descriptio est hæc:

℞. Rad. Alth. ʒj.

Liquirit ʒij.

Fol. Malvæ M. j.

Sem. Melon. ʒʒ.

Coqu. in Aquâ Hordei: Colatura

℞. ʒij.

(propter Radicem Althææ mucilaginosam copiosior Liquor affunditur) adde

Lapill. Cancr crudè contus. ʒj.

Syr. Flor. Papav. errat. ʒij. M.

Et hoc est, quod egregiè lenit Dolorem Nephriticum, Ardorem Urinæ & similia, Calculosis & Nephriticis familia- Tom. IV.

ria. Vulgò dicitur, quod lubricet & laxet Vias urinarias, quod meritò ridet **HELMONTIUS**; si laxaret & lubricaret, prius lubricaret in Stomacho & Intestinis, quod tamen non est: convenit ergo temperando Acrimoniam.

Externo usu Radix & Herba est frequens Chirurgis in Cataplasmatibus & Unguentis Emollientibus, & Abscessus maturantibus, item in Cataplasmatibus Anodynis quarumcunque partium, cum ratione substantiæ perquam mucilaginosæ, ejusque temperatæ, temperando, ac Fibras irritatas relaxando, hinc emolliendo, usum suum egregiè præstet. *Clyisma Emolliens*, præsertim ubi Alvus est obstructa, & occlusa, & ubi simul urgent Dolores, vix ullum præscribitur, quod non ingreditur Althæa.

Cum Althæa hac vulgari conspirat *Althæa* dicta *Peregrina*, unde & pro usu interno, in Ileo præsertim, pro Alvo emolliendâ, & externe etiam Cataplasmatibus loco adhiberi poterit. (X)

2. *Mucilago Radicis* in Aquâ maceratæ medetur Faucibus, mitigando acrimoniam in Raucedine, Tussi sicca, &c. cum *Saccharo* edulcorata exhibetur.

3. *Syrupus de Althæa*, ab Autore, *Fernelii*, dictus, convenit in suprâ dictis Affectibus, & Potiunculis aut similibus solet addi. Sunt qui hunc Syrupum propinant ad laxandas Calculi vias; sed ridiculum hoc est: operatur enim, Acidum saltem temperando, quod Calculum producit.

4. 5. Prostat in Officinis *Unguentum Dialthæa simplex & compositum*, perquam vetustum, quod tamen insigniter prodest in Doloribus Nephriticis & Calculo, aliisque Doloribus Partium externarum, v. g. Pleuriticis &c. In Suppressionione Urinæ pariter hoc Unguentum, mistum cum *Oleo Scorpionum*, & illitum regioni Pubis, præsentissimum est Remedium: Unguentum Dialthææ enim emollic & lenit, & Oleum Scorpionum pellit. Alii miscent *Unguentum Dialthææ* cum *Unguentis Purgantibus*, v. g. *Unguento de Arthanitâ*, & ita Abdomini inungunt pro laxandâ Alvo suppressâ. *Unguentum factum ex Unguentis Dialthææ ʒiʒ*, & *Olei Amygdalarum dulcium ʒʒ*, est egregium Remedium contra Dolorem Pleuriticum, si scilicet singulis tribus horis inungatur locus dolens hoc Unguento calido, sin addatur ei aliquantum de *Croco*, vel etiam aliquot grana *Campboræ*, erit Unguentum eò efficacius, quia penetrantius. (Y)

Althæa occasione de Emollientibus in Genere, ut aliquid addam, omnia illa blando quodam lentore temperato gaudere videntur, quod Acidum temperant, quod Succos in Corpore coagulat, unde in Ulceribus utrumque acre mitigando faciunt,

C 2

(V) *Spergulæ nomine novum Genus constituit Raius ab Alfine diversum: id non facit Tournfortius; Spergulas enim dictas ad Alfinas reducit: omnes enim Alfinæ characteres in Spergulâ observantur. Quamvis autem, notante Raius, in Alfine folia in caule conjugatim sita sint, non verò in Spergulâ; id tamen ad characterem non facit. Imò advertit idem Raius, quod quamvis in Spergulis folia plura caulium nodos ambire videantur, curiosius tamen rimanti duo tantum plerumque folia apparebunt opposita ad singula genicula, è quorum sinibus reliqua oriuntur.*

(X) *Nomine Althææ peregrinæ fortasse Ettmullerus intelligit, quam Althæam hortensem sive peregrinam Dodonæus, & Althæam palustrem C. Bauhinus appellant: hæc autem est Ketmia palustris flore purpureo T.*

(Y) *Althæa est Plantæ genus foliis & fructibus Malvæ omnino æmulis, à quâ differt, ex Dioscoride, foliis lanuginosis, & ut videtur Tournfortio, canescentibus. Dicitur Althæa δια τὸ πολυκλῆδες τῆ πολυχρησον αὐτῆς. Dicitur quoque Bismalva, seu Vismalva, quasi viscida Malva: appellatur quoque Hibiscus, & vulgò Malvaviscus, quasi Malva-hibiscus. Althæa omnium Autorum consensu planta est valdè emolliens & pægorica; mucilagine enim quâ scætet, non solum resundit Salia corrosiva, sed etiam fibras nimium tensas emolliens, illis proprium tonum & elaterem restituit, atque adeò dolorem sedat. Syrupus de Althæa juxta descriptionem Charas optimus est: eo quòd Gramen, Parietaria, & Asparagus similesque plantæ additæ, Althææ vim aliquâ ratione acuant, & Syrupum reddunt ad Urinam ciendam, Sputumque scæcandum magis aptum. Mucilago enim Althææ acutiore aliquo addito est veluti animanda.*

XXII. AMARANTHUS.

Amaranthus, *Matth.* Amaranthus parvus, *Cam.* purpureus, *Fuchf.* *Dod. Lon. Cord. in D.* Angustifolius simplici spica à paniculâ, *Lob.* Amaranthus vulgaris, *Tab.* Amaranthus simplici paniculâ, *C. B. 4.* Circaea, *Trag.* aliis Flos Amoris. *German.* Flor Amor, *Tausentfchön*, *Sammetblum.* *Gall.* *Amarantbe.* (*Ital.* Fior di velluto, Fior d'amore.)
Floret Augusto, colitur in hortis.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores.

Vires. Refrigerat, & siccatur, modicè adstringit. Hinc usus in Fluxionibus cunctis. E. g. expuitione Sanguinis, Diarrhœâ, Dysenteria, Fluxu uterino, &c.

N. Sunt qui propinant ad Lactis generationem juvandam.

faciunt, ut Acidum illud præternaturale, cum Sale urinoso effervescentius abeat in Salsum tertium, quale Pus est.

ALYSSON GALENI. De *Alyss* tacet **AUTOR** noster: Planta est verticillata Hispanica, apud Veteres commendata tanquam Specificum singulare **GALENI** contra *Hydrophobiam*, seu *Morsum Canis rabidi*. Digladiantur ad huc Autores, quodnam sit verum *Alysson Galeni*? Multi quid pro quo hic substituunt. Descriptionem veram subministrat **GEORGIUS SYLVIUS** in *Operibus Medicis*, ubi dicit: *Alyssi Herba Marrubio est similis, asperior tantummodò & spinosioribus capitulis, cœruleo flore, legenda sub æstu ferventis Camiculæ: siccata recta reconditur, & usui servatur.* **RENEALMUS** in *Observat.* habet *Essentiam Alyssi*, cum qua curavit aliquot à Cane rabido demorsos, & jam Hydrophobicos redditos. (*Z*)

ALYSSON DIOSCORIDIS. Aliud adhuc *Alysson* à **DIOSCORIDE** describitur, rectius *Leucoion Alyssoides majus clypeatum*, quod in usum Medicum nondum receptum est. (*A*)

AMARA DULCIS. *Amara dulcis* seu *Dulcamara*, Græci γλυκύριπος, ita dicitur ratione *Saporis mixti*, Germanis *Je langer Je lieber*: primo enim gustatu amaricans est, sed postea dulcescens. Aliis etiam dicitur *Solanum scandens*, quod hinc inde scandere, ac Arboribus Sepibusque se circumvolvere solet; Germanicè *Hirsch Kraus*, ita dicta, quod Morbo cuidam Pecudibus imprimis familiari, quem vocant *den Hirsch* mederi solet: unde & Pastores Ovibus Plantam hanc tanquam *Amuletum* contra hunc Morbum de Collo suspendere solent.

Officinas non ingreditur: arbitror tamen, quod cum usu Solani fativi seu hortensis (*infra suo loco*) præprimis externo, in Malis ad Cancrum vergentibus, conspiret. (*B*)

XXII. AMARANTHUS. *Amaranthus*, Germ. *Tausentfchön*, dicitur Græcis, quod Flos sit quasi *ajud parvos* seu *inmarcescibilis*; Flos enim exsiccatus eodem

(*Z*) *Alyssum juxta Tournesortium peculiare Plantarum flore Cruciformi genus constituit, ad quod varias Thlaspios dicti species reducit, ut videre est in suis Institutionibus. De Galeni Alyssio magna inter Botánicos lis est, quam quidem nemo facile componet: illud tamen verum est, quod Planta illa, quas Autores Alysson Galeni appellant, ad Alyssi genus modò dictum baudquaquam reduci possunt: Alysson enim Galeni flore purpureo Tab. est Galeopsis patula segetum flore purpurascente Tournes. quemadmodum Alysson Galeni Clus. & Dodon. est Marrubium Hispanicum supinum calyce stellato, & aculeato Tournes. Reverà Alysson Galeni vel ficta planta est, vel falsus Galenus in recensendis illius viribus: nullam enim plantam bucisque invenerunt Botanici, quæ tantà adversus Rabiem vi polleat, quam Alysson (unde nomen) habere, deprædicatur Galenus.*

(*A*) *Alysson Dioscoridi est parvus frutex: Plinio fortassè Rubia minor. At Alysson Dioscoridis montanum ex nostro Fab. Columna, est Tournesortium Veronica lupina, Teucris folio: ut & Alysson Dioscoridis Dodonæo, est juxta Methodum Tournesortianam Lunaria Leucoii folio, siliquâ oblongâ majori: quæ fortassè est, quam Ettmullerus vocat hic Leucoium Alyssoides majus clypeatum.*

(*B*) *Dulcamaræ seu Solani scandentis Baccæ si bene memini, primò dulcem, mox amarum, seu potius nauseam moventem, saporem exhibent. Baccarum earundem Succus vinosus est, & cœruleam papyrum rubore maximè inficit. Tragus ad antiquum Ilierum laudat Vinum, quo truncus bujus plantæ minutim incisus lentè incoctus fit.*

(*C*) *Quamvis prima Amarantii Differentia ab Ettmullero recensita Amaranthus videri non possit; secunda tamen verè Amaranthus est folio variegato, cujus duæ species, colore scilicet hilariori & obscuriori. Ad tertiam verò Differentiam verorum Amaranthorum non quatuor species, sed innumerae reducuntur, ut apud Autores Botánicos videre est. Amaranthus ab a privativo, μαρτυρω corrumpto, & ἀνθῶ flos. Est & Amaranthoides novum genus Tournesortii, quod Amarantho affines plantas Breynio complectitur.*

(*D*) *Ammi sic dicitur, quod minutissima ejus semina Arenam magnitudine æquent: ἀμμη enim est Arena. Semen Ameos inter quatuor Semina Calida minora connumeratur. Ammi parvum foliis Fœniculi, de quo Ettmullerus, non Ammi est, sed potius Fœniculum annuum Origani odore T. Ammi Officinale, & vulgare Dod. est Ammi majus C. B.*

XXIII. AMMI VERUM.

Ammi, ἀμμη, ἀμμω: Ameos, Amios, Ammeos, Cuminum Æthiopicum, Ammi. *Brunsf.* *Trag. Cord. in D.* Lon. commune seu vulgare, *Dod. Cam. Ger.* vulgarius. *Lob.* Ammioselinum, *Tab.* German. *Ammy.* *Gall.* la Berie. Adfertur Alexandriâ Ægypti Venetias & in Germaniam.

OFFICINALIA.

Semen. Eligendum, hoc est purum. (Theriacam ingreditur.)

Vires. Calfacit, & siccatur gr. 1. tenuium partium est, incedit, aperit, discutit. Hinc convenit Dolori Colico & Uterino, in Mensibus & Urinâ obstructis, in Inflatione Ventriculi, usûsque præcipuè interni est, hinc & externi.

(Sterilibus cum Fluore albo *D. Sim. Pauli* commendat Clysterem Uterinum, & Pulverem ex Semine Ammi.)

XXIV. AMO-

nitore per plures annos manere observatur.

Triplex datur Differentia.

I. *Amarantibus Mexicanus baccifer flore coccineo*, qui potius ad Solana pertinet, unde rectius *Solanum Indicum racemosum* dicitur; nullus enim *Amarantibus* est *baccifer*: id quod tamen in Solanis observatur, præprimis in Solano isto lethali, quod *Belladonna* vocatur. De cætero usus ejus Medicus est nullus, sed ex Mexico ad nos translatus.

II. *Sese quoque offert Amaranthus tricolor*, German. *Papagegen federn*, qui malè etiam inter *Amarantibus* recensetur, pertinet potius ad *Blita*, unde rectius *Blitum variegatum* dicitur. Usus Medicum habet nullum.

III. *Dantur genuini ac veri Amaranthi*, quorum (1.) *Amarantibus Flore aureo*, seu *paniculâ aureâ*; (2.) *Flore albo*; (3.) *Purpureus spicatus*, & (4.) *Purpureus paniculatus*, seu *paniculâ sparsâ*: Dantur etiam præterea *Crispati*. Verùm non ampliùs sunt in usu, propterea in illis non inutiliter tempus teram: (*C*)

XXIII. AMMI VERUM. *Ammi angustifolium* seu *Folio fœniculaceo*, aliàs *Ammi Alexandrinum*, Germ. *Ammy-kraut*, exoticum est, & propter raritatem in Hortis colitur tantùm.

Hujus *Semen* est instar *Cumini*, cui est etiam aded affine, ut istud *Ammi*, quod in Æthiopiâ nascitur, *Cuminum Æthiopicum* nominent, quod tamen multò minus est & candidius, *Origanumque* sapit, proinde id, quod in Officinis reperitur, vix genuinum est.

Usus est nullius, nisi quod adhuc *Theriacam* ingreditur, utur non sit genuinum; vix alibi invenitur: sunt tamen, qui mirificè ad Fœminarum Fœcunditatem facere asserunt, si nempe alternis diebus ʒj. cum *Vino* temperato, aut *Jusculo Carnium* assumatur; quo die Fœmina hausit, non debet cum *Viro* concumbere, uti habet **FREITAGIUS** in *Aurora Medicor. c. 49. p. 546.* *Carminativum* est imprimis hoc *Ammi*; sed quoniam est rarum, & rarò genuinum, propterea in locum ejus nostrum *Cuminum* usurpatur, cui simillimum. (*D*)

XXIV. AMO-

XXIV. AMOMUM.

Aμωμων, Amomum Veterum quodnam sit, adhuc sub iudice lis est. Sunt enim qui Rosam Hierichontis esse velint, ut Cordus: alii aliud quid esse contendunt. Clusius eas eo nomine describit Herbas, quas tamen cum Dioscoridis Amomo minimè respondere confitetur.

Officinæ duplex Semen sub Amomi nomine monstrant, quorum alterum majus nigrum, rotundumque est instar granorum Piperis rotundi, vel Cubebarum, gustu minimè acre, quod videtur Veterum esse Sison, Simon, &c. Alterum minutum Semen & pallidum: utrumque rarè in usum venit, locoque Amomi Veterum recipitur Acorus.

XXV. AMYGDALÆ, seu AMYGDALA.

Amygdalæ Fructus sunt Amygdali Arboris, iique vel dulces, vel amari. De Amygdalo videatur Brunf.

Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Cam. Tab. Matth. Cast. German. Mandeln. Gall. Amandes douces & ameres.

OFFICINALIA NATIVA.

Utriusque Nuclei, Amygdala vel Amygdala dicti.

Vires. Dulces nutritivæ sunt, temperatè calidæ & humidæ, Humorum acrimoniam lenientes, & hinc Dolorem & Vigiliam ab acrimoniâ oriundam demulcentes, adhibenturque præcipuè in Emulsionibus.

Amaræ sunt calidæ & siccæ 2. attenuant, aperiunt, extergunt. Diureticiæ sunt, Obstructioni Jecoris, Lienis, Mesenterii, Uterique conferunt. Extrinsecus Lentigines tollunt, si masticatæ illinantur, Capitis Dolori subveniunt (in Frontalibus.)

(Gummi Amygdali ad Calculum proficiunt, Pannus sericeos hoc obliniunt.)

PRÆ-

XXIV. **A**MOMUM. Amomum res est nominetenus cognita: Quid enim sit Veterum Amomum, nescitur à Modernis, & adhuc sub iudice lis est. Officinæ quidem monstrant Semen; sed quid sit, ipsæ nesciunt, & cum sit ignotum, non adhibetur. Ingreditur Theriacam, sed hujus loco quidam Radicem Acori veri substituunt. (E)

XXV. **A**MYGDALÆ seu AMYGDALA. Reperiuntur in Hortis nostris Amygdalus nana, seu pumila, Fructu dulci & amaro, quæ species sunt exoticæ, & ornatus gratia in hortis coluntur.

Fructus dulcis omnibus est notus, cujus Nuclei Succo oleoso quasi lacteo turgidi sunt, indeque temperati, adeoque insigniter nutritivi. Cum enim vis eorum consistat in Oleo temperatissimo, & quasi aquoso, ita ut non sint graduati, seu in nullâ qualitate excedant; hinc etiam sequitur, quod

1. Cibus lactescens insigniter nutritivum, uti omnia temperata, subministrant; unde Atrophici succurrunt, & propterea à quibusdam Fructus Joviales dicuntur, cum Jupiter præsit Nutritioni.

2. Quamcumque Corporis nostri Acrimoniam, præsertim salsam, blandè leniant ac temperent.

Propterea fiunt ex Amygdalis Emulsiones, quæ Dolores, item Vigiliam, tollunt, item quæ Effervescentiam Humorum in Febribus Ardentibus nonnihil compescunt, quoniam temperant: v. g. sic talis Emulso in Vigiliis nimis in Febre Continua:

℞. Amygd. dulc. Ambr. ℥ss.

Sem. Papav. albi ℥ij.

℞. f. q. Aquæ Nymph. f. l. a. Emulso adde

Ebor. f. igne ℥ss.

Syr. Nymph. ℥ss.

M. D. S.

Lac Refrigerans & Confortans; per diversas vices, sive Lac Vespertinum.

Tempore Somni propinatur ad inducendum blandum Somnium.

In Dysenteria etiam commodè cum Decoctis Vulnerantis paratur, qualem Emulsionem habet FREITAGIUS in Aurora Medicor. cap. 34. item in Phthisicis & emaciatis, speciatim si his Sudores colliquativi nocturni imminuant; tales enim à copiosiore Amygdalinæ Emulsionis usu multum recreantur.

Oleum Amygdalarum dulcium expressum à multis usurpatur, internè quidem ad leniendam acrimoniam Serii urinarii, &

Dolorem ab acribus salinis Humoribus obortum. Urinam suppressam laborantibus, Dysuriâ oppressis, frequentius propinatur. Novi Fœminam, quæ toties, quoties Vinum bibit, Dysuriæ est obnoxia, quam tamen Oleo Amygdalarum dulcium cum Lapillis Percarum statim sedat: Remedium sanè probatissimum est. Unde ℥j. vel ℥iij. ad ℥ij. in Dolore Nephritico ebibuntur. Sic PLATERUS habet Mixturam expertam in Colicâ mox in principio propinandam, cujus descriptio est hæc:

℞. Ol. Amygdal. dulc. ℥ss.

Vini Malvat.

Syr. Papav. an. ℥ss.

M. pro haustu.

Insigniter commendatur ad compescendum Dolorem Colicum, & laxandam Alvum.

Alii Oleum Amygdalarum dulcium ad ℥ij. iij. vel iv. propinant in Pleuritide loco Olei Seminis Lini, quod aliàs expertum Remedium contra Pleuritidem est, sed admodum nauseosum. Hoc enim Oleum Amygdalarum dulcium Acidum in Pleuritide peccans temperat, atque Dolorem subito lenit; de quo usu Olei Amygdalarum vid. PLATERUS l. 2. Observat. pag. 304. item in THONERI Observat. pag. 128. in Pleuritide mox in principio Morbi, quod mira præstare sæpius observavit, dedit ad ℥iij., expectorat, emollit, Alvum subducit, &c.

Externè inungitur Oleum Amygdalarum dulcium in Dolore Nephritico ad eundem demulcendum, emollit, laxat, temperat, & ita multi usûs anodynini existit.

Amygdalus fructu amaro ornatus gratia in Hortis colitur, & Florum amœnitate potius, quam usu grata est.

Quod attinet Fructus, ut quibusdam Animalibus, præcipuè Gallinis & Anatibus, venenatæ & nocivæ sint, cum eis residuarum Amygdalarum amararum post Oleum expressum interierint, uti observatum videmus in Observat. Medicis LYSERI, annexis Cultro Anatom. Observat. 10. pag. 239. vim tamen in se continent nitrosam, qua, si in copia assumantur, extergunt & abstergunt, adeoque Diureticiæ sunt; cujus etiam ratione forsitan Ebrietatem nonnihil præcavere videntur, promovendo Assumptorum citum transitum. Rari tamen sunt usûs, & earum loco potius Nuclei Persicorum usurpari solent.

Harum Oleum Urinam pellit & promovet, laxativum est, Tussim levat, Spiritumque promovet, atque in recessu vim carminativam fovet, unde BARTHOLETUS de Respiratione ex Amygdalis amaris parat Elixir Carminativum, quod qui-

(E) Amomum frutex est ex Dioscoride, flore Viola albæ, foliis Bryonia similibus: triplex, Armenium, Medicum, & Ponticum: calefacit, adstringit, Dolorem extmit fronti impositum: Podagricis & Nephriticis prodest. Plenissima interpretatio verborum Dioscoridis habetur apud J. B. to. 2. 196. Plinius Amomi vocem mentionem facit: hæc adulteratur eâ, quæ Amomis dicitur, quæque minùs venosa, atque durior, ac minùs odorata est. Amomum, ex Galeno, Acoro similem facultatem habet.

Pro Amomo Cardamomum sumunt quidam, alii Piper vel hortense, vel caudatum, vel Æthiopicum. Multis est Rosa Hierichontis; nonnullis Botrys, vel Sison: aliis Cubebæ, Ammi, vel quid simile. Pro Amomo substituunt Cardamomum, Acorum, Galangam majorem, Calamum aromaticum, Asarum, Cubebas, Caryophyllos. Nec adhuc constat, Lignum ne an Semen sit in usum Medicum revocandum. J. B. to. 2. 191.

Verum Amomum est racemosum: quod ex Indiis advehitur Fructus est Fruticis, cujus Folia pallidè virescunt, oblonga & angusta: Grana sunt valdè conferta, & nervo adherentia: divisa sunt in loculamenta; Seminibus purpureis, quadratis repleta: sapor acer, odor aromaticus. Usus est in Theriacâ. Malè pro Cardamomo majori sumitur. Amomum Plinii est Fructus ruber baccis Alkekengi quam similis, Frutici innascens, per Gallias vulgarissimo. Est & apud Anglos, Batavosque Amomi, quod Galli Piper Jamaicae appellant, esseque Fructus Ligni Indici (Campeche). Pomet p. 1. 39.

Amomum verum quorundam est Aroma, magnitudine spicarum Stachadis Arabica, quod Arabicè Hamama nuncupant, quod est Pes Columbinus: ab hoc parùm discrepat Amomis, seu Pseudamomum dictum. J. B. 2. 268.

P R Æ P A R A T A.

Confectio Amygdalarum dulcium.

amararum.

Oleum Expressum Amygdalarum dulcium.

amararum.

Vires. Oleum dulce lenis, maturat, anodynum est, usque præcipui in Colico ac Nephritico Dolore mitigando, (propinatum dosi ℥j. vel ij. cum Mannâ, vel & Clysmati infusum); Infantulis recens natis creberrimè ad Tormina Ventris cum Saccharo penidiato exhibetur ad ℥ij. quinetiam ad mitiganda Tormina Puerperarum usus ejus creberrimus est. Olei amari Vires ex superioribus colligendæ sunt.

N. Usui interno recens expressum adhibendum est, non rancidum: Exprimitur autem tum sine igne, i. e. non calefaciendo ad ignem, vel cum igne.

XXVI. ANACARDIUM.

A Nacardium Matth. Cord. Lon. Cast. Trag. Tab. Gerb. Arab. Balado, Anacardum. Germ. Elephanten-Lausz. Gall. Anacardes.

Fructus est Arboris exoticæ, colore ac figurâ Cor representans, præcipuè si siccatus sit. Crescit in Indiâ Orientali.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus, sed raro.

Vires. Calfacit & siccât, non 4. nec 3. gradu (ut non-

nulli volunt) sed remissius. Cephalicus est, Memoriam ac Sensus acuens ac confortans.

P R Æ P A R A T A.

1. Eleſtuarium, seu Confectio Anacardina. Vide Dispens.
2. Mel Anacardinum. Ex Fructu recenti in Aquâ cocto supernatât. Vide Disp.
3. Oleum vel ex Fructibus exprimitur, vel in Corticis coctione supernatât, sed rarissimum hoc est.

XXVII. ANAGALLIS.

A Nagallis { Aquatica. Vide infra.
Terrestris { Mas flore phœniceo, C. B. 2.
Fœmina flore cœruleo, C. B. 2.
Hæ Officinales, & vujus loci.
Lutea inusitata.

Mas insignitur Anagallis, Cord. in D. Brunf. Trag. Matth. Fuchf. Dod. Lon. Cast. Ger. Anagallis phœnicea mas, Lab. Tab. Cam. Mas, Clus. Hist.

Fœmina dicitur Anagallis Fœmina, Brunf. Trag. Matth. Fuchf. Dod. Lon. Cast. Germ. Anagallis cœrulea, Tabernæm. Cam.

Dicuntur Germ. Gauchbeil, Golmarkkraut, Vogelkraut. Gall. du Mousson, Morgeline.

Crescunt in vinetis, hortis, ac arvis; Lutea tamen nonnisi in sylvestribus ac umbrosis locis provenit.

Floret Majo, & hinc per totam æstatem.

OFFI-

quidam in Secretis habent, & ita præparatur:

℥. Spir. Vini rectif. ℔j.

Amygd. amar. contus. ℥iv.

Cinnam. ℥ss. M.

Digere, ut ad fermentationem accedant, post destilla per cineres.

Dosis est ad ℥j. vel ℥ij. Mirificè valere dicitur in Colicâ, & aliis Affectibus Flatulentis, & in specie in Dolore Pleurítico notho, seu spurio. (F)

XXVI. ANACARDIUM. Anacardium, Ger. Elephanten-lausz, est Fructus exoticus, Saporis acerrimi volatilis aromatici. Adportatur ex Ægypto & Indiâ Orientali, similis est Fabæ.

1. Rari est usus, præcipuè tamen (vid. Rerum exoticarum Scriptores, in specie CHRISTOPHORUS A COSTA c. 30. hinc etiam JOHANNES JONSTONUS in sua Dendrolog. l. 2. Classe 5. Artic. 4.) Veteribus in usu fuit pro confortandis & volatilifandis Spiritibus animalibus, & hinc in Affectibus Capitis, imprimis senilibus, Apoplexiâ, Paralyfi, Memoriz lapsu & similibus usurpârunt; idè ut præpararetur exinde Eleſtuarium, quod vocatur Confectio Anacardina, quam specificè commendârunt ad contortandum Caput, & roborandam Memoriam labascentem.

Sed cum in Fructu Anacardii sint Spiritus quasi ignei, acres & volatiles, & Ingredientia aromatica acriora simul accedant, hodie paucissimi est usus; unde in desuetudinem jam abiit hoc Eleſtuarium, quoniam observatum, quòd ab abusu ratione Acrimoniz suæ volatilis Febres subinde excitaverit Ardentes, & loco Memoriz confortandæ Stupiditatem Ingenii & Amentiam quandam conciliaverit. Ergò usu moderato est adhibenda ab iis, quibus Cerebrum est siccum, uti vocant; quibus verò Cerebrum est humidum, ii sine tali metu possunt usurpare: Vid. SENNERTUS l. 1. Præxeos pag. 302. Loco hujus ergò in confortandâ Memoriz possunt substitui Cubebæ, Germ. die Kleinen, jejuno stomacho duæ vel tres masticatæ & deglutitæ; alleviant Caput,

exhilarant Spiritus, Stomachique cruditates emendant. Adhibetur etiam loco Confectionis Anacardinae Aqua Magnanimitatis, non solum quia Animum addit, sed etiam quia ad Venerem stimulat.

2. 3. Mel Anacardinum est Succus cocturâ cum Aquâ elicitus, quod Aromaticum intensè & Cephalicum existit, ac imprimis frigidis dictis Capitis Affectibus, præsertim Memoriz defectui, dicatum est. Sed hodie est rari admodum usus, uti & Oleum Anacardii. (G)

XXVII. ANAGALLIS. Anagallis satis cognita est, duæ nempe ejus Species, Terrestris & Aquatica. Terrestris, quæ hujus loci, est Planta insipida flore phœniceo, Germ. roib; quæ aliàs vocatur Mas, & Anagallis Fœmina flore cœruleo. Datur prætereà etiam Anagallis luteo flore, quæ ferè admodum est rara. Utraque quidem est Officinalis, præcipuè flore phœniceo, quæ etiam intelligitur, quando fit mentio Anagallidis terrestris per se; Fœmina enim nullius usus est. Dicitur verò ab ἀνάγειν, i. e. extrahere, eò quòd Spicula è Vulneribus extrahere valeat. Germanico idioma te venit Gauch-Blumen, Vogel-Kraut, quia avidè ab Avibus appetitur: Vernufft-Kraut, item Grund-biel, Gauchbeil, und Heil-Kraut. Dum vocatur Vernufft-kraut, innuitur, quòd conducatur contra Deliria Maniaca & Melancholica, sicut videmus in HARTMANNI Praxi Chymiatricâ Decoctum Anagallidis flore phœniceo ad Manias commendatum; quo etiam QUERCETANUS se mira præstitisse gloriatur. Curam ita instituit: præmittit Vomitorium ex Infuso Antimonii, postea per aliquot dies noctesque utitur solo Decocto Anagallidis cum successu. Et certum est, non dari meliora Simplicia contra Maniam, quàm Anagallidem flore phœniceo, & Hypericum; sicut MYSICHTIUS Tincturam Hyperici ad Dementiam habet, cujus basis est Hypericum & Anagallis. Anagallis ergò pro his usibus cum Floribus Hyperici conjungenda venit, ut habeatur melior effectus. Sed non tantum in Maniâ & Melancholiâ prodest Anagallis, verum etiam in Phrenitide, Melancholiâ, & quocunque Deliriorum

(F) Amygdalus Arbor dicitur Nux Thasia, & simpliciter Thasia, etsi ab Hippocrate lib. 2. de Morbis tamquam duo inter se distincta videantur referri. Dicitur quoque, testante Plinio, Græca Nux, etsi aliquibus Amygdalas amaras hæc vox sonet. Amygdalocatactè vocatur Instrumentum, quo franguntur Nuces Amygdalæ. Inter dulces Amygdalas Apulientes, quæ Ambrosinæ cognominantur, vulgò deliguntur. Ex amaris evadunt dulces, si stipes circumfodiatur, vel in imâ parte circumforetur, ut ait Plinius. Ex J. Bauhino tom. 1. 174.

(G) Anacardium ex Tournefortio & Raio est species Acajou, Plantæ, seu mavis Arboris exoticæ. Nomen Fruſtū dedit ejus forma, Auriculæ Cordis æmula. Liqueorem continet glutinosum, seu melliginem nigricantem (saltem si recens sit), virtute præditum causticâ. Remedium ad noxam Anacardiorum est Oleum ex eorum nucleis expressum, ex Jo: Bapt. à Porta. Ex Pomè Fructus viridis pro veneno habetur, ficus pro medicamento: Aceto paratus ventrem solvit. Quæ de Anacardiorum vi perficiendi Memoriam, meræ nugæ. Est in Horto Malabarico to. 4. 95. Arbor Depata dicta, præcella atque speciosa, cujus fructus conformes, cortice crasso ac pulvinato Amygdalæ in modum: nucleus Fabam majusculam refert, saporis amari. Fructum hunc magnam cum Anacardio habere affinitatem fatetur Jo: Comelinus in Notis, pro certo tamen affirmare nequit: At Caspar Comelinus in Florâ Malabaricâ ait, Anacardium C. B. 511. esse Arborem Indicam fructu conoide, cortice pulvinato, nucleum unicum, nullo officulo reſtū claudens. Raius Hist. 1566.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus, sed rarè.

Vires. Utraque calfacit & siccit: amara est, extergit & subastringit. Unde & pro Vulnerariâ habetur, Morfui Canis rabidi subvenire à nonnullis commendatur: adhibeturque usu interno ac externo.

(Maniacis & Podagricis.)

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua ex integrâ Plantâ.
 2. Succus. Rarè extat, cum tamen maximè commendetur in Errhismis.
- (Oleum etiam parant.)

XXVIII. ANAGALLIS AQUATICA.

A Nagallis (Latifolia) [folio subrotundo. [major, C. B. 1. minor, C. B. 2. Hæ usuales, & præcipuè minor.]
aquatica (Angustifolia) [folio oblongo. [major. minor.]

ram genere, sive sit in Febribus Ardentibus, sive Malignis: quod ipsum docuit nos GABELCHOVERUS Cent. 6. Curat. 1. 3. pag. 46. Aliàs eadem etiam à MYSICHTHIO maximi æstimatur in Affectibus Cephalicis. Dum vocatur Grundheil, Gauchheil, Hell-Kraut, &c. hęc indigitatur, quod nimirum sit singulare Vulnerarium pro abluendis Vulneribus recentibus & Ulceribus, necnon Dolore in iisdem leniendo, vel solùm cum Hyperico, quod Experimentiâ POTERII Cent. 1. Cur. 1. & 7. p. 2. & 22. constat. Idem in Pharmacop. Spagn. dicit: Decoctum Anagallidis flore phœniceo Dolores Ulcerum inveteratorum compefcit, qui urgens Symptoma, Calorem & Convulsiones, post se trahunt: Anagallidem cum Floribus Rosarum coquit, imponit, sicque Curam faciliat. SCHMUCK in Curat. Magico-Magetic. pag. 15. ceu expertissimum Specificum commendat Anagallidem flore phœniceo in quacunque Hemorrhagiâ compefcendâ, sive appendatur scrobiculo Cordis, sicque Mensium nimium fluxum certè sistit, sive manu detineatur, ut incalcescat; & sic etiam Sanguinis ex Venâ sectâ fluxum compefcere perhibet. (Idem alii de Usuâ Cranii humani pollicentur) Magnum sanè Postulatum, de quo tamen Experimentiâ consulenda.

Composuit B. D. MICHAELIS & ROLFINGIUS in Chymia, Essentiam ex Anagallide flore phœniceo, Hyperico & Sanguine Asini, cum qua ille curavit Maniacos catenis constrictos. Retulit sæpè, se aliquando Sutoris Filium ita delirantem, ut & catenis constringi necessum fuerit, mediante hujus Herbari Essentiâ restituisse. Infunditur in Potum Ægri. Sanguis Asini pro hac Essentiâ sit tempore verno post Aurea extractum, linteis novis exceptus & exsiccatus, certo Experimento contra Maniam & Delirium: ingentem excitat Sudorem. Vid. HARTMANNUS l. c. cap. 3. pag. 53. (H)

XXVIII. ANAGALLIS AQUATICA seu BECCABUNGA. Anagallis Aquatica est vel Major & Minor, Folio subrotundo vel Folio oblongo, & quidem Flore cœruleo vel albescente; dicitur etiam Beccabunga, item Berula, Germanis die Bachbungen. Beccabunga hæc folio

Dicuntur Beccabunga, Berula, Siu aquaticum, Laver. German. Bachbungen, Wasserbuncea. Gall. Cresson aquatique, la Berle.

Crescunt in rivulis. Florent Majo, & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, vel integra Planta.

Vires. Calfacit moderatè, humectat. Usus præcipuus in Scorbuto: Urinam, Calculum Renum & Vesicæ insigniter expellit, Menses ciet, Fœtum mortuum ejicit. Extrinsecus opitulatur Phlegmoni & Erysipelati (Hæmorrhoidibus cæcis dolorosis, & Condylomatibus,) Maculas Faciei abstergit (cum Furfure). Vulneribus medetur cum Sale communi & Telâ Araneorum imposta. (& Ulceribus Tibiarum Scorbuticis).

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex Plantâ integrâ, vel Succo ejus expresso.
 2. Succus. Expressus & inspissatus: qui rarè extat.
- (Syrupus Antiscorbuticus locis maritimis proflat.)

XXIX. ANE-

subrotundo est Officinale & satis nota, suo modo Portulacis respondens.

Planta hæc temperata, succulenta & insipida est, sed in recessu habet Alkali blandum volatile subtilissimum, unde & vi suâ urinosâ alcalinâ temperat Salia scorbutica.

Scorbuti occasione de Antiscorbuticis in genere observandum, ea in duplici Differentiâ esse: Quædam enim sunt Temperata, quæ temperant Acrimoniam in Scorbuto, ut Anagallis aquatica; quædam autem plena sunt Salis volatilis acris, quo corrigunt Acidum, ut Cochlearia, Nasturtium, &c. Observandum quoque, Acris ista volatilia non semper convenire Scorbuticis, quia, concurrento cum Acido scorbutico, excitant Effervescentias nimias & periculosas, unde Phlogoses illæ scorbuticæ, & varia Symptomata.

In hunc finem Beccabunga aliis quoque Antiscorbuticis acrioribus commodè associatur, ut nimirum earum Acrimoniam aequaliter temperet, & temperando Symptomata præcaveat. Certè singulare est Antiscorbuticum, sicut in Ulceribus itidem & Erysipelate scorbuticis egregiè convenit. Usurpantur autem Folia incisa, aut Succus horum expressus cum Lacte vel Sero Lactis, quod omnibus Lacticiis præripit palmam. Juxta usum in Scorbuto commendatur etiam hæc Anagallis aquatica ad Calculum Renum, proventum illius præcavet, Renes abstergit, & Urinam blandè movet. Hæc de usu interno.

Externè in Erysipelate scorbutico, Ulcera maligna propugnante, prodest, vel Balneo, vel si imponatur cum Nasturtio aquatico. Sic etiam Maculas scorbuticas in Cute adhuc hærentes provocat, si illâ fricentur, vel contusa applicetur. Præterea in Cruribus œdematosi scorbuticis Planta hæc decocta, vel sub formâ Fortis, vel Cataplasmatibus iisdem applicata, usurpatur: sicuti etiam contingit, ut post Partum difficile intumescant Puerperis Inguina, & Gangrænam dent, qualem observavit RULANDUS, ubi itidem hæc Beccabunga cum Floribus Chamomillæ, vel contusa in formâ Cataplasmatibus, vel decocta cum Fomentis, Genitalibus, in specie etiam Hæmorrhoidibus tumidis applicata, egregiè discutit ac resolvit. (I)

XXIX. ANE-

(H) Anagallidis terrestris species, præcipuè quæ Mas & Fœmina dista sunt, verum Anagallidis habent characterem. Malè confunditur Anagallis cum Auriculâ Muris, & cum Morfu Gallinæ, quemadmodum facit Matthioli. Serum Lactis caprilli cum Anagallide flore phœniceo destillatum, ad feb. plures exhibitum, Maniacos sublevasse non semel vidi: Anagallis lutea C. B. & Lobelij, est Lysimachia potius species. De Anagallide aquaticâ mox.

(I) Anagallides aquaticæ dista, sunt species Veronicæ aquaticæ. Quam Beccabungam vocant, vocat Tournefortius Veronicam aquaticam repentem, Oleæ folio. Vulgè in Officinis Sisymbrium aquaticum pro Anagallide aquaticâ exhibent. Anagallis aquatica folio rotundo non crenato C. B. seu aquatica tertia Lob. est Tournefortio, Samolus Valerandi.

A NANAS. De hoc Plantæ genere verbum nullum apud nostros Autores: ob ejus Fructus tamen excellentiam pauca hic interserenda judicavimus. Ananas, seu Pineæ Indica, folia habet Aloës, Fructum figurâ instar Strobili aut Cinaræ, cujus inter foliola prodeunt flosculi cœrulei, monopetali (Rajo tripetali, sed falsè ex Plumerio), veluti infundibuliformes eripariati. In Fructus apice veluti Planta parva succrescit, quæ decerpta, & Terræ commissa radices agit, & nova Planta fit; quemadmodum quoque & Surtuli inferiores faciunt. Ananas à P. du Tertre Rex Fructuum appellatur, quod omnium sit suavissimus, & foliosam coronam capite gessit. Dispeream, si Anguriæ nostratis Fructum sapore aquet. Ananas Sanguinem è gingivis elicit, si abundè comedatur: quare in taleolas dissectus Vino Hispanico maceratur, hinc comeditur: Vinoquo gustum odoremque impertitur suavissimum. Mirum est quod de hoc Fructu referunt Acofta & Linschotanus, atque ex his Raius, nimirum cultellum ei insertum, si unius diei aut noctis spatio (horæ mediæ Linschotanus) relinquatur, ferè consummum iri, totam scilicet partem, quæ in vulnere hæsit. Hoc si verum sit, Succum hujus Fructus valdè acrem & crodentem esse convincit: atque idcirco non sine causâ Bontius ab immoderato ejus usu cavendum monet: nec Linschotano assensendum, qui Fructus bosce communit usu hominibus vix nocere scribit, nisi supra modum comedantur usque ad gulam.

Tres

XXIX. ANETHUM.

Aνδov, αρι' ανωv, Germ. Dill, Dillenkraut . Gall. Aneth.

Anethum [Hortense, hoc usuale.
Sylvestre.

Insignitur Anethum, Brunsf. Trag. Matth. Fuchf. Dod. Cord. in D. Lob. Cist. Tab. Cam. Ger.

Crescit loco arenoso & aprico. Floret Junio, Julio, Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores, & Semen.

Vires. Calefacit in princ. 3. siccatur in princ. 2. (Radix calfacit, siccatur 2. complete) discutit, maturat, lenit Dolores, auget Lac, conciliat Somnum, Venereos appetitus minuit, Singultui Vomituque medetur: Et hæc omnia præstat usu & interno & externo. Imprimis tamen extrinsecus Clysteribus Anodynis immiscetur, Capitisque Cataplasmatibus, Anodynis & Somniferis (Summitates cum Oleo Olivarum coctæ.)

PRÆPARATA.

1. Aqua. Ex integrâ Plantâ (rari usûs est.)
2. Oleum insolutum. Ex Foliis, & Floribus.
3. Oleum stillatitium. Fit ex Semine.

XXX. ANGELICA.

Hortensis, seu fativa. Costus niger. C. B. 1.

Sylvestris [Major, C. B. 2.
Minor montana. C. B. 5.

Ex his in usu est prima; nec contemnenda tamen est secunda.

Prima dicitur Angelica, Brunsf. Lob. Cast. Tab. Angelica major. Dod. Angelica fativa, Trag. Matth. Dod. Lon. Ger. Angelica odorata, Cam. Smyrnum, Cord. in D.

Secunda describitur sylvestris major, C. B. 2. Angelica sylvestris Trag. Matth. Fuchf. Dod. Lon. Lob. Cam. Ger. Germ. Angelickwurtz, Heiligen Beistwurtz, Brustwurtz, Engelwurtz, Gall. Angeliq.

Crescit fativa locis cultis, humidis ac pinguibus; Sylvestris major

XXIX. ANETHUM. Anethum, Germ. Dille, Planta suaviter aromatica est, Culinis & Officinis nota, cujus Folia, Flores, qui umbellati, & primariò Semen, usitata sunt.

In recessu habet *Sal volatile acere & oleosum*, cujus ratione Folia & Flores sunt *Carminativum*, indeque contra Affectus Intestinorum flatulentos usurpantur, dum destruunt moderatè Acidum, horum effectuum autorem, tam solùm comestis, quàm Clysteribus Carminantibus & Anodynis incocta. Semen & Folia sunt Uterina, & Urinam & Menses provocant, & utrunque simul expurgant. Usu & effectum reverà conveniunt cum Gumino, saltem quòd aliqualem vim anodynam simul possidere videntur. Semen Lac Nutricibus auget, vel solùm, vel cum Semine Cardui Mariæ.

Extrinsecus Summitates, seu Folia suprema Anethi cum Floribus sunt usitata in Cataplasmatibus contra Catarrhos & Capitis Dolores, sicut & in Pediluvio coqui solent pro conciliando Somno, & sedandis Capitis Doloribus, per consensum cum inferioribus, ubi Intestina affligunt Flatus.

1. Aqua rari admodum est usûs.

2. 3. Oleum tam per infusionem, quàm destillatum, egregium est Carminans & Anticolicum, externè in Cephalalgia conducit pro temperando Æstu Capitis & leniendis Doloribus. Temporibus illitum suavem Somnum conciliat, imprimis cum Unguento Alabastrino mixtum. Notetur tamen, quando debet esse Somniferum, ut Oleum sit recens; aliàs quando vetus est, & rancorem acquisivit, Vigiliis profus conciliat: item in Clysteribus Anodynis in usu est. (K)

XXX. ANGELICA VERA. Angelica Vera dicitur ad differentiam Angelicæ Sylvestris. Triplex enim est Angelica:

I. Angelica Vera, seu Sativa, tam Major longè temperatior, quàm Minor montana, quæ est optima.

II. Angelica Sylvestris Minor, seu Erratica, quæ aliàs vocatur Herba Sancti Gerardi, Ægopodium, Podagraria vulgaris, &c.

III. Angelica Aquatica, seu Sylvestris major, nil valens.

Datur præterea Angelica lucida, & atropurpurea, Canadensis Cornuti.

Ex his prima sola in usu est, præprimis verò illa, quæ ex Helveticis Montibus, ubi magnâ copiâ crescit, Lipsiam transfertur; utut quidem non præcisè Helvetica, sed etiam Montana saltem, aut aliàs in loco sicco crescens, usurpari potest. Dicitur Angelica, Germ. Engelwurtz, quòd peculiare & quasi angelicas obtinere dotes credatur; hinc nonnullis quoque Herba Spiritus Sancti audit: Vocatur etiam die Brustwurtz, quo innuitur, quòd Tussientibus & Asthmaticis conveniat. Confunditur à quibusdam cum Imperatoria,

sed hæc acrior longè & intensius amaricans esse solet, Angelica econtrâ aromatica magis & oleosa.

Usitata est Radix saporis blandè acris, & odoris grati, unde patet quòd sit Aromatica, in recessu habens, tanquam craseos omnis fundamentum, Sal volatile oleosum temperatum. Nam omnes Plantæ & Radices, quæ habent saporem & odorem suavem & aerem, sunt Aromaticæ, i. e. Sale volatili acri & oleoso imprægnatæ. Unde Angelicæ usus est singulariter carminativus, ut & discutivus & resolutivus; hinc Flatus Ventriculi & primarum viarum egregiè discutit, Nervis amica est, Colicæ Virorum, Cardialgiæ, atque aliis Affectibus Flatulentis, ab Acido viscido natis, insigniter resistit; potenter est Diaphoretica & Sudorifera, atque simul Diuretica, hinc Encomium quoque ejus Alexipharmacum in Morbis Malignis promanavit, dum vi Sudoris Massam Sanguineam depurat, & venenosam Malignitatem simul, si quæ subest, expellit. Vires hæc omnes è texturâ hujus Plantæ aromaticâ, in Sale volatili acri & oleoso fundatâ, resultant; ratione cujus commendatur in Mulierum Passionibus Hystericis, quæ quasi sunt excedens Colica Virorum, hinc Menstruis tam suppressis restituendis, quàm nimis sistendis: Remedium itidem optimum ad Partum promovendum, & Dolores post Partum sedandos. Sunt qui dicunt, quòd ceu Secretum obtineat ad arcendam & abigendam Ebrietatem, si particula Radicis Angelicæ ad magnitudinem Fabæ comedatur, de quo Experientia consulenda. Odoris, ut dixi, est suavis & aromatici, unde Helveti, quibus nativa est, referunt, quòd si Radix, quæ adhuc hæret in terrâ, lædatur, exudet Gummi, quòd Moschum redolet.

3. In Officinis in specie prostat Extractum ejus cum Spiritu Vini paratum, ex quo fiunt Pilule Sudoriferae in Peste, dum illi admiscuntur Pulveres Bezoardici Minerale, Joviales, &c.

5. Oleum destillatum, in quo tota Angelicæ crasis lateret, in Affectibus internis & externis Mulierum Abdominis, uti & omnibus Morbis Malignis, adhibetur; unde cum Saccharo parantur Rotule Antipeffilentiales, quæ teneri possunt sub lingua pro præcavendâ Peste. Ad aliquot guttas additur Clysteribus Anti-colicis. Prodest itidem contra Cardialgiam & inflationem Stomachi, quando inungitur scrobiculo Cordis.

6. Ex hoc Oleo cum Oleo Nucis Moschata expresso fit Balsamum, non saltem internè usurpatum in Adultis, quàm externè contra Tormina Infantum.

Quibusdam etiam Acetum Infusionis Radicis Angelicæ, in usu est præservativè & curativè ad Affectus Malignos: cui si addatur Camphora, meliùs adhuc succedit; sicut & in Compositis Alexipharmacis multum valet.

Sal Angelicæ est diureticum, vel potiùs sudoriferum.

Occasione Angelicæ, tanquam Plantæ aromaticæ

DE

Tres Ananæ species refert Plumerius. 1. Ananas aculeatus fructu ovato, carne albidâ: qui est Carduus Brasilianus foliis Aloës C. B. Ananas Acoctæ, & Nana fructus, sive Yajama Lugd. 2. Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurâ. 3. Ananas non aculeatus, Pitta dictus. Planta hæc exotica in Horto Parisiensi & Lugduno-Batavo sata, Fructus multis ab hinc annis produxit: anno autem 1721. jussu Serenissimi Hetruriz Ducis, Amstelodamo Pisas advecta, jam Fructum Cl. Michaëli Angelo Tilli Horti Præfecto prægustandum edidit, ut mihi idem famigeratissimus Vir, de Re Botanica optimè meritis, per Epistolam retulit.

(K) Anethum Fœniculo persimilis Planta: à Fœniculo tamen differt Seminibus foliaceis, & Radice annuâ. Oculorum aciem hebetat ex Dioscoride & Trago: ustum Ulcera exiccat.

Olfactu reprimit Singultum Semen Anethi,

ex Macro.

major humidiora amat prata. Minor locis montanis, opacis & nemerofis gaudet.

Floret Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix colligenda initio Veris.

Vires. Bezoardica & Cordialis nobilissima est. Calfacit 3. (sylvestris major 3.) siccata 2. aperit, attenuat, Sudorifica & Vulneraria est: Menses movet, Fetum expellit, Suffocationi Uteri maxime conducit, Malignis Morbis, Venenis, ipsique Pesti medetur: Venena omnis generis per Sudorem pellit, adeoque usu interno præcipue, tum & externo adhiberi apta est. V. g. ad arcendam Pestem (in Amuleto, in Sublingualibus), ad Morsum Canis rabidi, in Cataplasmatibus, &c.

Dosis Drach. j.

(Semen inter Apophlegmatizonta recensetur.)

PREPARATA.

1. Aqua. Ex integrâ Plantâ.

2. Succus. Ex Radicibus recentibus.

N. Potest & ex siccis Radicibus mediante coctione elici:

3. Extractum. Fit cum Spiritu Vini.

Dosis à ℥ss. ad ℥ss.

N. Quercetanus extrahit cum Spiritu Juniperi, Hydromelite vinoso, &c. Vide Pharmacop. rest.

DE AROMATIS

IN genere, eorumque Naturâ, aliquid adhuc differendum. Aromata in genere ex Indiis, aut aliunde, ad nos transportantur, & tota illorum vis sub formâ oleosâ ab iis removeri potest; quod verò remanet, cadaver est ab omni vitali vi & virtute ulteriori depauperatum.

Bonitatis eorum signum externum est suaviter olere, & gustum gratè afficere: Hinc nostrates Plantæ, quæ simili suavi sapore & odore gaudent, Aromatica quoque exinde dicuntur, & sunt omnes illæ, quæ sub Classe V. continentur, quarum vis consistit in Particulis volatilibus acris & penetrantibus: & hinc vocantur Calidæ. Spagyrici dicunt, Vegetabilia hæc esse naturæ salino-volatilis oleosæ, ratione cujus augmentant Sal volatile Sanguinis, & Sanguinis motum accelerant, Bilisque balsamicæ proventum copiosiore reddunt, in Corpore verò Aciditates quascunque vitiosas delent.

Conducunt igitur Affectibus Intestinorum & Stomachi, qui oriuntur ex Cruditate acidâ, cujus comes Mucus est acidus viscidus, qui in Stomacho Anorexiam & Apepsiam, in Intestinis verò Flatum & Tormina generare solet. Inde est, quod Aromatica Stomachica & Carminativa dicantur. Anticolicæ præterea & Antibillica sunt, Nervisque conducunt, Acidum eorundem dissolvendo, quo inimicus illis quid unquam inveniri non poterit. Cephalica porro sunt Aromata: fermentativum quoque Sanguinis motum in Menstruis promovenit. Epilepticis, Apoplecticis & Catalepticis quoque conveniunt: Et cum ob Sal volatile in Spiritibus facile abeat, inde est, quod Aromata etiam Cordialibus, seu Analepticis, & Confortativis annumerentur. Omnia autem Aromatica in genere conveniunt in Sale volatili oleoso: Attamen, cum in quovis Aromate specialis & sapor & odor inveniantur; exinde colligere est, & specialiore crasin & mixtionem adhuc in illis latere, cujus intuitu Mentha Stomacho, Cinnamonum Viribus debilitatis & Syncopæ, Caryophylli & Lavendula in Affectibus paralyticis, Salvia, Rosmarinus, & Melissa Utero, & aliæ aliis dicatæ sint.

ANGELICA SYLVESTRIS. Angelica Sylvestris minor seu erraticâ, proprio nomine Ægopodium, Germ. Griesbart, Herba Podagaria, Herba S. Gerhardi, revera pertinet ad Angelicas, quod odor & sapor ejus satis indicant, eademque cum Angelicâ sativâ obtinet virtutes; hinc & ejus defectu hæc sine piaculo, auctâ saltem dosi, substitui potest.

Est Diaphoretica & Sudorifera, hinc & Alexipharmaca, Car-Tom. IV.

(L) Juxta Methodum Tournesfortianam Angelica sativa pro verâ Officinarum habita, de qua primo loco loquitur Ettmullerus, est Imperatoria sativa T. quemadmodum & Angelica sylvestris major C. B. est Imperatoria pratensis major T. hujus Radix sudorifera est, si scilicet Vino infundatur, & tribus hujus Infusi uncias addatur uncta Aceti scillitici: Misturâ haustâ Æger stragulis coopertus Sudorem expectet. Angelicæ contra veros characteres habet Angelica sylvestris minor live erraticâ, quæ & repens, & Ægopodium, & Herba Gerhardi, de qua secundo loco Ettmullerus verba facit. Hæc utuntur ad Podagram, unde dicitur quibusdam Podagaria. Denique Angelica lucida Canadensis Corn. vocatur potius Imperatoria lucida Canadensis à Tournesfortio.

4. Condita Radix, l. a.

5. Oleum Stillatitium. Ascendit cum Aquâ.

6. Balsamus l. a. cum Oleo Nucistæ præparato fit.

7. Sul. com. Ex incineratâ vel integrâ Plantâ, vel Capite mortuo in destillatione remanente.

N. His adjungi potest Radix præparata, quam dicunt, id est, in Aceto macerata. Verum enimverò quis dubitat, infusione hæc magnam virium partem Menstruo communicari, adeoque Radici decedere.

XXXI. ANISUM.

ANISUM. German. Anisz. Gall. Anis. (Dicunt Abiyntium dulce, Cuminum dulce, Anicetum.)

Gaudet loco optimo & stercoato; feritur mense Martio; floret Julio, Semen maturefcit Autumno.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, raro Herba.

Vires. Calfacit, siccata 3. recens mitius est, attenuat, discutit, Diureticum est, Lac auget, Pulmonicum ac Stomachicum imprimis audit: Hinc usus præcipui in Inflammatione Ventriculi, &c. Infantibus ℥j. exhibitum blandè per inferiora ac superiora saburram Ventriculi Intestinorumque ejicit.

PRÆ-

minitva, Flatuumque, præsertim primis in viis hærentium, discussiva, e. g. in Colicâ. Ad Podagram quid valeat, non æquè patet, fortè tamen ob vim suam diaphoreticam ac sudoriferam in hac suas habebit virtutes. (L)

XXXI. ANISUM. Anisum Simplex Aromaticum est, cujus Semen apud nos in usu est, cum multa in hoc latitent Arcana Practica. Herba non admodum est in usu. Sapor Seminis correspondet cum Sapore Angelicæ, naturâ & usu omnino cum Semine Fœniculi, Cumini & Carvi, adeoque est Aromaticum & Carminans, referturque inter Semina quatuor Calida majora. Oleo volatili aromatico imprægnatum est, ratione cujus Spiritus Influxos recreando à Veteribus magni æstimatum fuit in Stomacho frigido & humido, ut loquuntur, hoc est, Cruditate acidæ, & inde elevatis Ructibus ac genitis Flatibus, ex vitiatâ seu deficiente fermentativâ Stomachi seu Indigestione, & Cruditate acidâ oriundis, succurrit; unde etiam ex Stomachi defectu nata Somnia graviora, item Incubum, solet Semen hoc præcavere, sicut & inter Flatuum Remedia unum ex primariis Anisi Semen esse solet. A Mulieribus expetitur, quia Lac Nutricum auget & corrigit. Lactis certè maximum vitium est Coagulatio in Mammis, ex quo Nutricibus etiam magna impendent Mala, Scirrhi & Cancri &c. quæ præcaveri possunt Semine Anisi, corrigendo Acidum, tam in Mammis Matrum, quàm in Stomachis Infantum, & sic impediendo Lactis Coagulationem; sicut in Lacte ebullitum, & ita potatum, uberem Lactis copiam, & simul suavem Somnum, conciliare solet. Pectori, præter Crocum, specialissimè competit, & hinc Anima Pulmonum dicitur. Unde in quibusvis Pectoris Affectibus, Tussi, Asthmate, & similibus valdoperè laudatur. Infantibus mirè convenit: in horum enim Torminibus ex Pituitâ viscidâ & acidâ nihil melius est quàm Anisum, Flatum discutit, & Stomachum corrigit; sicut etiam HEURNIUS nihil melius pro laxandis Infantibus inveniri asseverat, quàm Semen Anisi grosso modo pulverisatum, & ad ℥j. cum Pulve propinatam; purgat, Intestinorum Tormina eorumque convulsiva Mala sistit, idèd ab HELMOTIO Solamen Intestinorum audit. Admisceantur ergo illi Lapilli Cancrorum, aut Corallia præparata, & ita præferendum erit Pulveri Epileptico Marchionis, magis enim Acidum vitiosum & Tormina in Infantibus compescit. In Albo Mulierum Fluxu, Affectu satis molesto, commendatur.

Pulvis cujus ut & Oleum, & Spiritus Anisi, variazque Confectiones Anisatæ, nunc laxativæ, nunc alterativæ, in usu sunt. Oleum destillatum, & Spiritus præferenda reliquis omnibus.

D

P R Æ P A R A T A.

1. *Confectio ex Semine sit.*
2. *Confectio Anisi laxativa simplex.* Fit Scammonii cum Saccharo mixtione, vel maceratione Anisi in Aquâ, in qua Scammonium fuerit dissolutum.
- N. Alii in Infusione Antimonii Anisum conficiendum macerant.
3. *Confectio Anisorum laxativa composita.* Vide August.
4. *Aqua destillata.* Ex Herbâ & Semine.
5. *Aqua Vita Anisata.* Ex Semine cum Vino destilletur. Vide lib. 2. de Spiritibus.
- Fieri itidem potest Spiritus, si remanentia ex destillatione Aquæ residua cum sacibus Cerevisiæ fermentetur, vel simili.
6. *Oleum stillatissimum cum Aquâ ascendit.*
- N. 1. Ex Aniso stillat Aqua laetæ, quæ calori Solis exposita copiosius Oleum ad superficiem mittit.
- N. 2. Anisum diu macerare oportet. Sic dat ℞j. Olei ℥ss.
- N. 3. Anisi destillatio lento igne peragenda est, quia nimis volatilior illa pars facilis est ascensus.
7. *Sal.* Ex incineratâ Plantâ, vel remanentiâ Destillationis.
8. *Species Dianisi.* Vide Disp.

XXXII. ANSERINA.

Argentaria. Argentina, Dod. Potentilla, Brunsf. Matth. Lon. Agrimonia sylvestris, Anserina, Trug. Tab. Ger-

nibus. Per Oleum tota vis volatilis extrahitur, quod quoque commendatur in Insomniis turbulentis & gravioribus, item in Incubo, in quibus præcavendis & curandis mira præstat, præsertim si in primis viis vitium hæreat. Hi enim Affectus, si non Melancholiæ, certè Ventriculo & Intestinis, ortum debent. In Asthmate, Tussi sicca, & similibus Oleum hoc, aut Spiritus aut Balsamus Sulphuris anisatus, &c. euporiston non contemnendum est; aded ut in *Pilulis Pectoralibus* præscribatur, ut compingantur nempe Pilulæ cum Oleo destillato Seminis Anisi, aliisque Remediis ordinariè addatur: unde etiam Spiritus Salis Ammoniaci anisatus Spiritus Pectoralis quibusdam dicitur. Imò sunt, qui dicunt, HELMONTIUM singularia præstitisse in Affectibus Pectoralibus superfundendo aliquot guttulas *Olei Anisi destillati rectificati Floribus Antimonii fixi*, unde leni dig estione acquirit colorem rubicundum; qui Balsamus egregius est Pectorale, & Pulveribus Puerorum commistus Torminibus ab Acido, Flatibus, &c. resistere solet. Tanta certè Olei Anisi est penetrantia, ut si brevi post exhibitionem Lac emulgeatur, odoris ejus vestigia, in eo adhuc deprehendantur. Contra Suffusiones Sanguinis, & Contusiones, in specie partium Nervosarum, sive ex Percussione, sive à Casu ab alto sint, singulare & expertissimum est. Vid. FORESTUS l. 9. *Observ.* 31. qui pro indubitato habet in his Casibus, si inungantur Partes læsæ: Imprimis quando Infantes, qui ingressum tentant, & fortè cadunt, adeoque Nares & Frontem lædunt, nihil melius est Oleo hoc, si inungantur Partes affectæ: subitò nempe Tumor disparet citra omne Sugillationis periculum. Sunt qui solvunt aliquot grana *Zibetbi & Moschi* in Oleo hoc, inungunt Umbilico, & pro Remedio præsentaneo in Colicâ venditant, sicut ipsum Zibethum Umbilico in Colicâ inunctum Secretum *Paracelsi* fuit. Quin & pro usu *Cosmetico*, ut ita loquar, seu potius *Odorifero*, inservit. Quod si enim quis suaviter olere desiderat:

℞. *Zibetbi*

Moschi an. gr. j.

& cum Oleo Anisi solvat, sic gratissimum denique odorans acquiritur Oleum, quo *Chirobecæ inunctæ* fragrantissimum odorem acquirunt, diuque illum retinent.

Ex hoc Oleo cum Corpore pro Balsamo potest etiam fieri Balsamus egregius contra Tormina Infantum, Umbilico inungendus. Anisum Saccharo confectum commendant contra Inquietudines nocturnas.

PETRUS JOHANNES FABER in suo *Myrosbec. Spagy.* habet Essentiam Anisi elegantem; ex Succo per fermentationem facit Spiritum, & elicit Sal volatile, quod postea in

man. *Grünsich. Gensericb., Grünsich, Silberkraut.* Gall. *Argentine, Anserine.*

N. Est siccus sapore & odore.

Crescit passim herbosis in locis, in pratis juxta sepes & vias. Floret apparente Ætate, quo tempore & colligi apta est.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, vel integra Planta.

Vires. Refrigerat moderatè, succat fortius, astringit, constipat. Hinc Sanguinis exspulsioni medetur, Diarrhœam, ac reliquos Alvi, tum & Uteri fluxus compescit: Hæmoptoicis & Hæmorrhœicis subvenit: Renum Calculum insigniter atterit: Vulneribus insuper admodum conducit. Externè famosa est in Doloribus Dentium mitigandis, Putredine Gingivarum arcendâ, Æstu febrili sopiendo, quem potenter compescit, si cum Sale & Aceto confusa plantis Pedum supponatur, vel Carpis applicetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aquæ.* Ex Plantâ integrâ.
2. *Aquæ.* Ex Floribus.
3. *Conserva.* Ex Floribus.

XXXIII. AN-

Oleum abit, & in Affectibus Infantum multum præstat. (M)

XXXII. ANSERINA. *Anserina* Germanis *Gansereb,* *Anseribus*, quod ejusdem passu valdoperè delectentur, & iis in locis, secundum circulum naturalem, copiosè proveniat, quæ Anseres stercoreare solent; hinc & suspicio orta fuit, Plantam hanc participare de Sale Ammoniaci nitroso, cujus intuitu dicitur Urinam pellere. Dicitur & *Argentina*, quod Folia ejus inferius colorem argenteum referant, item *Potentilla*, quod multum possit. *Pertinet aliàs ad Pentaphylla.*

Folia & Flores, imò integra Planta, sunt in usu: Saporis est nonnihil acris, penetrantis atque amaricantis, unde vis ejus resultat resolutiva; viscida enim incidit, & inde natas Obstructiones reserat; *Vulneraria* est insignis & *Febrifuga*; *Hepatica* præterea nobilis, & specialissimè *Icterus flavum* curat, quem per Urinam expurgat, & dum Urinam pellit, commendatur ad *Hydropem Ascitem* valdoperè. Unde etiam ab omnibus tanquam *Specificum Antidæricum*, præsertim *Pauperibus*, laudatur internè vel in formâ *Succi* vel *Decocti* usurpata, sicut etiam omnes ferè *Compositiones Antidæricas* ingreditur; externè verò confusa Calceis indita, sique *Pedibus* continuo calcata. TIMÆO certè in Secretis fuit contra *Nephritidem* & *Calculum Renum*, propterea transversis litteris idem exposuit *Nenafra*; vid. *Epist. Med.* 32. p. 246. Videtur enim POTERIUS in *Pharmacop. Spagy.* p. 12. Sunt, qui pro Arcano habet sequentem *Potionem contra Calculum*:

℞. *Argentina seu Anserina virid.* M. iv.

Secal. virid. M. ij.

Exprimunt Succum, & addunt

Vinum rubrum ad pondus omnium.

Mixturam filtrant pro unâ dosi in aurorâ primi diei Maji sumendam, & dicunt, si tribus annis continuis primo die Maji hoc repetatur, quod per totam vitam quis, Deo gratiam concedente, sit futurus immunis à Calculo.

Videtur quidem adesse *Superstitio* quondam primum Maji diem; sunt tamen, qui dicunt, fuisse TIMÆI Secretum supra citatum. Herbæ colligantur ante Solis exortum, & primo die Maji, dum adhuc irroratæ sunt Rose majali.

Similiter *Anserinae Succus* aut *Decoctum* frequentius hausta nimium Calorem in Paroxysmis febrilibus compescunt: sed non semper aded tutò propinatur, quia Paroxysmus exinde magis prolongatur nonnunquam. Unde potius *Herba confusa*, & cum Sale ac Aceto subacta, plantis Pedum applicatur in Paroxysmis febrilibus. Quod etiam facit *Sedum majus* cum

Fer-

(M) Anisum ab a privato & cor æquale quibusdam dicitur, quod Folia proferat minimè equalia: inferiora enim simplicia, & circumscriptione rotunda, superiora dissecta, & Petroselini foliis similia. Aliis dicitur Anisum quoddam divinos aut *ipræduarioris*, remittit enim & laxat internas statulentas tensiones, & externas. Raius Anisum genus peculiare facit: ac Tournesortius ad Apium reducit, atque Anisum vulgare & Officinarium appellat Apium Anisum dictum semine suaveolente, atque hoc vel majore vel minore.

Est Anisum Indicum, BADIANA Barbaris dictum, quod, præter odorem & saporem, nil commune (gustavimus enim) cum Aniso habet: Fructus enim est Stella septem radiorum figuram representans, quem Arbor Insularum Philippinarum Zingi appellata producit. Noster Fr. Redi Fœniculum Sinense vocat.

XXXIII. ANTHORA.

Anthora *Matth. Lon. Cast. Cam.* Anthora, *Lob. Tab. Ger.* vulgaris, *Clus. hist.* Aconitum saluterum, seu Anthora, *C. B.* 17. Napellus Moysis, Avicennæ, aliis Antithora (quod Thora pharmacum sit,) German. *Heilgiffi*, *Giffibeil*. Gall. *Antbore*. (Ital. *Zedoaria d'Avicenna*.)

N. Sunt qui Radicem Contrayervam faciunt Germanicam: alii Zedoariam Arabum, Avicennæ scilicet & Serapionis: vide *Tabern. Herbar. lib. 1.* qui posterius mordicus asserere nititur.

Crescit in Alpibus Helveticis, in Sabaudia, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Saporis amari est, calfacit & siccit. Cardiaca est: attenuat, aperit, abstergit. Usus præcipui in Morbis, ac Ictibus venenatis. Pesti specificè adversatur, & peculiariter Radici Thora.

Dosis à ʒʒ. ad ʒj.

N. Educti insuper Mucilaginem tartaream ac aquosam per Alvum.

XXXIV. ANTIRRHINUM.

Aντίρρινον, Αντίρρινον, Antirrhinum. *Matth. Dod. Lob.* 17. Antirrhinum majus alterum folio longiore, *C. B.* 2. (Os Leonis aliis) German. *Orant*, *Dorant*, *Brackentbaup*, *Kalörnusen*, *Undskopff*. Gall. *Antirrhinon*: *Musle de Veau*, ou *Mousson violet*.

Crescit locis fabulosis. Floret Majo, & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba integra, i. e. Folia cum Floribus ac Gemmis Ramusculorum, quæ representant Caput Vituli.

Vires. Rari usûs est in Medicinâ, nec adhibetur nisi à Mulierculis contra Spectra, Incantationes, Veneficia, &c. idque tam præservandi, quàm curandi intentione utriusque satisfacit Appensione, Fumigatione, Suppositione, Appositione, Balneatione. Vide *Carrichter in Herbario*. (Scorpionibus contrarium dicitur.)

ANTHOPHYLLI, vide GARYOPHYLLI.

XXXV. APIUM.

Fermento, *Aceto*, & *Sale communi*, sic enim Ardorem febrilem compescunt, & Deliria sopiunt. (N)

XXXIII. **A**NTHORA. *Antbora* seu *Aconitum saluterum*, quid propriè sit, & qua ratione scribenda? eruditè differit *VELSCHIUS Hecatoft. 1. pag. 71.* Dicitur quasi *arri dōpa*, quod *Aconito letifero* seu *venenoso*, *Thora* dicto, & *Napello*, specificum sit *Alexipharmacum*, Germanis *Giffibeil*. *Antbora Folia Napelli* sunt tenuius dissecta & splendoris illius expertia, aversâ parte albicantia, sapore amaro prædita. Flores utut convenient cum Floribus *Napelli*, tamen tanta inter has Plantas est inimicitia; ut juxta se satè crescere renuant, sed unâ intereant. *Aconitorum Charact. essentialis* est, quod Florem habeant cucullatum. De *Napello* autem notandum, quod ubi proveniat, copiosissimè insimul Muscæ ibidem reperiantur, quæ appropriatum *Alexipharmacum* contra *Napellum* habentur. Rana, Acu Succo Thoraë illitâ, læsa actutum moritur; hinc & Sagittæ Succo huic immerisæ *Vulnus* lethale reddunt; vid. *GESNERUS Tract. de Aconito primo Dioscorid. p. 19.* Antidotum autem est *Anthoræ Radix*. Dicunt reperiri *Murem*, qui rodat *Radicem*: sed nihil est; ex malè enim intellectâ voce Græcâ hic error natus est: Rari apud nos est usûs. Meretur tamen considerationem, quod habet *GESNERUS l. 2. Epistol. 51.* *Antbora est Aconitis, seu Napellis, cognata; Radicem habet Bulbis exiguis binis, ut Napellis etiam, sed albi, & gustu amari sunt, non verò erodentes, ut Napelli: ex Bulbis unus semper junior est & solidus, alter verò senior & marcescit. Vis ei mirifica inest contra Viperarum morsum, & omnia sermè Venenæ, & quidem non Thoraë solum, sed etiam Pestem, & simul Calculum Renum pellit.* Huc usque *GESNERUS*. Usurpatur *Radix pulverisata*, sicuti quoque in Febribus *Petechialibus*, & aliis *Malignis*, summo cum effectu adhibetur; unde & inter *Alexipharmaca* referri solet. Sed, ut dixi, rari est usûs, & propterea diutiùs hîc non moror. (O)

XXXIV. **A**NTIRRHINUM. *Antirrhinum*, seu, ut alii legunt, *Anarrhinum*, ita dictum, quod *Capfulæ* ejus quasi *Nasum Vituli* representare videantur. Germanis dicitur contracto nomine *Orand*, *Dorand*, *das løyven Maul*, *Hunds-Kopf*, item *Kalbs-Nasen*, und *Bracken-* Tom. IV.

(N) *Anserina*, seu *Argentina*, vel *Potentilla* pertinet quidem ad *Pentaphylla*, ut ait *Ettnullerus*; attamen à *Quinquefolio* differt foliorum situ, quæ scilicet summo pediculo nequaquam insident radiorum ordine, sed alio modo disponuntur: quare hujus generis Plantarum novum Genus constituit *Tournefortius*, illudque *Pentaphylloides* appellat: hujus generis speciem unam facit *Argentina*, quam *Pentaphylloides argenteum alatum*, seu *Potentillam* vocat. *Quamquam Scroderus* illam sine sapore & odore esse affirmet, attamen gustu modicam *salsedinem*, cum *stypicitate* conjunctam, habet: *cæruleam papyrum* valde rubefacit: scater igitur *Sale aluminoso*, & *pauco Sulphure*. *Juscula ex hac Plantâ parata*, additis *Cancris fluviatilibus*, mira faciunt in *Fluxu albo Mulierum*. T.

(O) *Anthora ad Aconiti Genus* refertur, estque *Aconitum saluterum*, sive *Anthora C. B. Antbora Radix gemina Napiformis, fibrosa, intus alba, exterius fusca: caulis bipedalis: folia Delpbinii: Flores spicati in caulis summitate, galeati, seu cucullati, sublutei (non purpurei, ut ait Matthiolus): semina subnigra, striata. Cave ne pro Antbora sumas Napelli radicem, maximam enim habent affinitatem. Radix Antbora antidotus est adversus Aconitum pardalianches, seu Thoram majorem, quæ Planta inter Ranunculos connumeranda.*

(P) *Antirrhinum*, sive *Anarrhinum* cum *Lychnide sylvestri* confundit *Dioscorides*, atque *Herbam esse caule foliisque Anagallidi similem, floribus Leucii* qui eam novit? Alii *Antirrhizon* vocant: *Apulejus* *Canis Cerebrum*: *Creditur esse Leo herba*, & *Os Leonis ex Cæsalpino*: sic *Columella lib. 10.*

Narcissique comas, & hiantis sæva Leonis
Ora feri.

baubi, Est vel *Hortense*, vel *Arvense flore purpureo*, *Kleiner Orand*, quod in arvis passim sine cultu ac sponte efflorescit. Datur aliàs etiam *Antirrhinum minus flore albo*, quod tamen rarius. (P)

Rarissimi est usûs in *Officinis*. Propter *Signaturam* *Capfularum Seminis* à quibusdam pro *Capitis Affectibus* laudatur. Aliàs contra *Incantationes* tam *Hominum* quàm *Canum*, & *Veneficia*, laudari solet, ipsis etiam *DIOSCORIDIS* temporibus, atque tam interne adhibetur, quàm externe multiplici usu pro tali scopo applicatur. Vid. *SCHMUCK in Curis Magico-Magnet. p. 26.* *TABERNÆMONTANUS* ex *MATTHIOLo* refert *Historiam*, quæ confirmat vim *Antirrhini* contra *Incantationem*: *Nimirum Canem ad Castellum ostium catenis constrictum, ne extraneis ingressus liber esset, aliquando obmutuisse refert: Castellum Dominus ex Incantatione provenisse credens, Canis casulæ Antirrhinum immisit, quo factò hic latrandi potentiam non saltem recuperavit, sed etiam pristinum accedentes invadendi morem simul repetiit.*

Quæritur autem hac occasione: *An Affectus per Veneficia & Incantationes orti Remediis Naturalibus curari queant?* Respondeo *affirmativè*. *Diabolus enim nequissimus, per se vel per Sagas & Mancipia sua, Homines istos maleficos agere solitus, aut secundum Naturam, aut contra Naturam, aut supra Naturam agit: non supra Naturam agere potest, quia non est omnipotens, nec contra Naturam, quia ordinem Naturæ institutum mutare nequit: Ergo secundum Naturam: si hoc; sequitur, Mediis Naturalibus quoque Veneficia depelli posse.*

Plantæ hujus occasione paucis enarrabo

SIMPLICIA CONTRA VENEFICIA ET INCANTATIONES.

Præter *Antirrhinum nostrum*, Germ. *vveis, roth und gelben*, *Hypericon* seu *Fuga Dæmonum*, Germ. *das Johannes Kraut*: *Artemisia rubra*, Germ. *de rothe Besney*; *Uva inversa*, seu *Herba Paris*: *Phu tertium Dioscoridis*; *Byronia*, Germ. *die Gichlrude*: *Abrotanum*, mas *imprimis*, Germ. *Itab woz*: *Herba Momordica*: *Plantago acuta*, Germ. *der Spitzige vvegerich*: *Allium*, Germ. *der rothe niche*
D 2 der

XXXV. A P I U M.

A Pium. { Macedonicum. Vide *Petroselinum Macedonicum*.
Verum seu hortense. Vide *Petroselinum Officin.*
Palustre. Apium Officinarum: de quo hic.
Montanum. Vide *Petroselinum Montanum*.
Dicitur Apium, *Fuchf. Lon.* Paludapium, *Tab.* Eleoselinum,
Dod. Lob. Apium vulgare, *Trag.* Germ. Braunes Peterlein,
Wasserpeterlein, *Wassermorellen*, *Wassereppich*, *Wassermack*.
Gall. *Perfil d'eau*.

Crescit inter Bacabungam: floret Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix & Semen.

Vires. Galefacit & siccit, ferè gr.3. incidit, aperit, unde & inter 5. Radices Aperientes recensetur. Usus præcipuus internus, Urinam & Menses movet, Calculum pellit. (Hispani Radicem mane diu mandunt.) Regium Morbum solvit. (Ma-

der voise Knoblsuch: Sorbus, Germ. *Vvulsnbbeck boltz*: Origanum, Germ. *Doff*: Conferatur de his fusiùs **CARRICHTHERUS**, Imperatoris **RUDOLPHI** Archiatr, ac egregius Paracelsista, in *Herbario Germanicè scripto*, & *Tract. von Zaubersischen Schaden*, præ aliis omnibus egregia de Morbis ab Incantatione curandis habet: item **AGRICOLA**, qui fuit Medicus expertus, sed Chymicus mendax, in *parvâ suâ Chirurgiâ*, ubi nonnulla quoque de Veneficiorum Curâ scribit. Huc etiam pertinent Flores, Folia & Semen Aquilegiæ: Semina nigra Pæoniæ maris: Viscum quercinum, vel etiam Lignum quercinum: Lignum Tiliæ: Filix: Fungus betulinus, Germ. *de rothe erd schvvam*, qui crescit sub Betulâ, German. *unter de Birche*: Viscum tiliaceum, Germ. *der Linden-Missel*, Specificum contra Epilepsiam Infantum: Corylus, & imprimis Viscum ejus è quo in **HEINRICI AB HEER** Observationibus prostat *Unguentum contra Veneficia cum Adipe Canis, Uræ, & Caponis*: sed Viscum hoc est rarissimum, unde ei substitui potest *Viscum tiliaceum*: Verbena item: Morsus Diaboli: Ricinus: Aristolochia rotunda, & Tamus: Mercurius vivus appensus, & quacunque ratione usurpatus: Asa fœtida, ex qua habet *Emplastrum fœtidum* **MYSICHTIUS** in *Armament.* contra Veneficium: Corallia rubra & alba. De Corallis, & similibus vid. **HELMONTIUS** in *Tract. Injicator.* Modus *intrandi* §. 7. & sequi. Corpus è Felle Corvi & Oleo Jasmini, Germ. *dem Jesmin Oehl*, inunctum, probatum est in curandis à Veneficio Morbis: Secundina primiparæ: Dens Hominis mortui: Tinctura Coralliorum cum Essentiâ Hyperici: & Decoctum Antirrhini cum Semine Hyperici & Pyrolæ: quin & Stercus proprium cum Allio mistum, & locis incantatis impositum, à plurimis commendatur. Si Ulcera facta per Veneficium, laudatur Stercus proprium impositum, & hinc in Vesicâ in fumo suspensum, *tunc fitim habent, ut nequeant subsistere*, & in similibus casibus Magiâ quâdam uti oportet. Vid. plura apud **JOANNEM TIBAUD** in *Thesaurio Pauperum* **PETRI HISPANI**; de quibus etiam Experientiæ fides relinquenda. (Q)

APIOS AMERICANA. *Apios Americana*, à solo **COR- NUTO** ita appellata, ac pro *Smilace exoticâ* habita, re&tiùs potius diceretur *Phaseolus tuberosus lactescens Canadensis*: id quod Flos, Semen ac Folia satis indicant; *Phaseolis enim scandentibus est similis*. Ad hæc Radix est tuberosa, de cætero recens decerpta Lacte scatet. (R)

(Q) *Quæ hic de Veneficiis, Incantationibus, & Magicis Curationibus habet Ettmullerus, extra Medicinæ cancellos exsistere videntur: proinde ad rem nostram non pertinentia, imò veluti superstitionem sapientia, Theologis dijudicanda relinquimus.*

(R) *Apios Planta dicitur, quod Radix Pyri figuram turbinatam referat; ævis enim est Pyrus: Vel quod Caricam repræsentet, dicitur Ichas: Dicitur & χαμαυβαλαρος à simili ratione. Ad Tithymalos hæc Planta referenda est, ita ut Apios J. B. sit Tithymalus tuberosa Pyriformi radice C. B. & Apios sive Ichas altera J. B. sit Tithymalus tuberosa, oblongâ radice C. B. At Apios Americana Cornuti, de qua loquitur hic Ettmullerus, non ad Phaseolos ut ipse ait, sed ad Astragalos referenda: est enim Astragalus tuberosus, scandens, Fraxini folio T.*

(S) *Apium valdè differt ab Apios, de quo supra. Sic dicitur fortasse,*

quod Apes vehementer

Illius soleant avidè decerpere flores.

Hanc Herbam Σέλιον solet Attica dicere lingua.

ut habet Macer. Apium palustre, seu Apium Officinarum, & Apium vulgare ingratius J. B. differt sanè ab eo, quod Apium dulce, & Celeri dicunt, quodque sativum est, & nobis in Mensis familiarissimum; at notante Cordo, & adprobante Tournefortio, aliud inter illa non est discrimen, nisi quod solâ culturâ palustre & ingratius reddatur dulce & suave. apii palustris succus ad ʒoj. in rigoris febrilis principio exhibitus, sudorem movet, Febresque intermittentes solvit: quomodo & illius Extractum cum Cortice Peruviano mistum Quartanas pellit. T.

ficatur ad Odontalgiam). Semen efficacius est quàm Radix, annumeraturque Seminibus Calidis minoribus. Utraque præcipuè internè usurpantur.

P R Æ P A R A T A.

Aqua. Ex Caulè, Foliis, & Floribus Junio collectis. (Unguentum ex Apio paratur, mundificativum, in Mammillarum Tumoribus suppuratis egregium compertum.)

XXXVI. A Q U I L E G I A.

A Quilegia. German. *Ageley*, *Ageleyen*. Gall. *Ancolie*. N. Diversæ reperiuntur Species Florum colore, vel plenitudine distinctæ: Officinaria simplex illa flore cæruleo, C. B. 2. vel 8. intelligitur.

Dicitur Aquilegia. *Trag. Fuchf. Lon. Dod. Cam.* Aquileia, *Matth. Lob. Cass. Tab.*

Crescit sata in hortis, ac solo pingui: nonnunquam in locis sylvestribus incultis. Floret Junio, & Julio.

OFFI-

XXXV. A P I U M. Variæ sunt Apiorum Species: *Hortense* seu *Petroselinum commune*, & *Apium Palustre* seu *Officinarum*, quod hic intelligitur. Dicitur hoc etiam *Aquaticum*, *Eleoselinum*, item *Paludapium*, Germanis *Wasser-Eppich*, *Cellerie*. Ad Apiorum Species etiam *Pastinaca* pertinent.

De hac Plantâ in Officinis usitatum est *Semen & Radix*: *Radix* inter *Radices quinque Aperientes* recensetur. Non autem in his tanti est usûs, quàm Culinis; parantur enim exinde *Acetaria* haud ingrata. Suaviter tamen *Radix* hæc est *Aromatica*, blandè *Diuretica*, & consequenter pro *Mensium & Renum Affectibus* optimè conducit: ac præterea *Carmenativa* est & discutiva: unde Apium, ejusque *Radix* in specie, in *Morbis Chronicis* commendatissima est in forma *Decocti*, sed rariùs usurpatur. *Oculis infestum* esse Apium, habet **BOYLE** de *Specif. & Simplic. p. 114.*

Externè etiam ad *Lactis abundantiam coercendam Radix*, si misceatur cum *Semine Coriandri*, & addito *Aceto* in forma *Fomenti* calidè applicari prodest, (si enim repellatur *Lac*, timendum, ne coaguletur;) e. gr.

ʒ. *Rad. Apii* ʒj.

Sem. Cumini vel *Coriand.* an. ʒʒ.

Coqu. in f. q. *Aquæ simpl.* vel *Mentha & Aceto*.

Colatura D. S.

Applicatio externa.

Calidè applicetur *Mammis* pro *Lactis* quanto imminuendo. *Semen Diureticum* est, unde *Menses* ciet, & *Renum Affectibus* medetur.

Aqua Apii, vel sola vel cum *Aquâ Mentha* mista, tam bibita, quàm cum *Linteo Mammis* calidè applicata, eodem modo *Lactis* nimium proventum impedit. (S)

XXXVI. A Q U I L E G I A. *Aquilegia* seu *Aquilina*, German. *Ackeley*, ita dicitur à figurâ, quod *Flos* *Rostrum* aduncum *Aquilæ* repræsentet. **MORISONII** opinione pertinet ad *Aconita*, non venenata, sed salutifera. Varias agnoscit Species, quarum *Differentia* consistit in magnitudine *Florum*, & horum *Colorum* diversitate.

In usu potissimum est *Aquilegia flore cæruleo*, cujus *Semen*, *Flos* & *Herba* usui Medico inservit.

Semen inter *Semina Expulsiva* primatum obtinet, & usui *diaphoretico* præsertim inservit: hinc mediante *Diaphoresi* particulas vitiosas *Massæ Sanguineæ* corrigit & expellit; unde etiam *Mulierculæ* pro expellendis *Variolis æque ac Morbillis* Infantum, item in *Purpurâ*, illo utuntur in *Nodulo Cert-*

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, tum *Flores & Herba*.
Vires. Calfacit moderatè siccatur. aperit Hepar & Lienem, ac imprimis Meatum biliarium, unde Regio medetur Morbo. Eicit Urinam & Menses, Vulnere consolidat, Ventris tormina sedat. N. B. Semen in expellendis Morbillis ac Variolis usûs Mulierculis est creberrimi. (Ad Vertiginem commendatur.) Extrinsecus frequens ejus usus est ad Putredinem Gingivarum scorbuticam emendandam, Ulceraque Oris Eauciumque solidanda.

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatisia*. Fit ex Foljis, Floribus, ac Radice Augusto collectis.
2. *Conferes*. Ex Floribus, quæ rari usûs est. (Mel Aquilegiæ utiliter paratur.)
3. *Acetum*. Ex infusione Florum. (Unguentum.)

XXXVII. ARISTOLOCHIA.

Aristolochia. Germ. *Osterlucsey*, *Hollwurtz*. Gall. *Aristolochie*, *du Mouson*.
 Est

Est	{	Longa, de l' <i>Aristolochie</i> ou <i>Sarrafne Longue</i> .
		Rotunda. (à Radice rotundâ,) <i>ronde</i> .
		Clematidis.
		Pistolochia.

Cerevisia indito; vel etiam *Emulsiōne*, quæ cum *Aquâ Florum Sambuci*, aut quacunque aliâ, vel *Decocto Ficum* parata egregia est, simulque in principio Æstum febrilem blandè coercet: Addatur autem huic *Emulsiōni Semen Napi*, vel *Cardus benedicti & Nasturtii*: c. g.

℞. Sem. Aquileg. ℥j.
 Nasturt. ℥ss.
 Card. bened. ℥ij.

c. l. q. *Aqua* cujuscunque appropriata contundantur & exprimantur in *Emulsiōnem*, quæ felici cum successu in principio Variolarum adhibetur: temperat enim Ebullitionem febrilem, expellit etiam Maculas Scorbuticas, atque usu & utendi modo cum *Semine Sinapi* convenit.

In specie egregiam est *Semen Aquilegiæ* in *Isbero flavo*, quem fortiter expellit: Vid. TIMÆUS in *Confil. Medicis*. Sartor quidam omnibus ex Hæmatite, Martialibus, reliquisque Irritis, *Pulvere* ejus curatus est, cum adhibito *Tartaro vitriolato*: Nempè

℞. Sem. Aquileg. ℥vj.
 Croci Orient. ℥j.
 Tartari vitriolat. ℥j.

Pulverem exinde factum in 7. partes divisit, cujus omni mane propinavit dosin.

Potest etiam ex *Semine* hoc cum *Aquâ Aquilegiæ* fieri *Emulsiō*, cui addatur *Eboris sine igne* quantum sufficit, ad Icterum & alios similes Affectus egregia. *Achores* item aridos Faciei Infantum, qui non efflorescunt, contusum *Semen in Pulve* vel *Potu* exhibitum expellit, viscidum Acidum scilicet repulsum iterum eliminando.

Flores Aquilegiæ externo usu commendantur contra *Veneficia*, noviter Nuptorum imprimis, quæ præservant & curant. HARTMANNUS *Decocto Foltorum & Florum Aquilegiæ* lavat Membrum virile Mariti à Veneficâ ligati, post facit *Suffumigium* eidem Membro à Dente hominis demortui, *Corallius albis & rubris*, mane & vesperi, sicque potentem reddit in Exercitio Venereo Virum.

Quoad *Præparata*: ex *Floribus Aquilegiæ* cum *Pblegmate Vitrioli*, Spiritu proprio acidulato, fit elegans *Tinctura*; & licet Flores sint coloris cœrulei, nihilominus tamen *Tinctura* elegantissimè rubet. Notetur enim, quod omnes Flores cœrulei à Liquore acido acquirunt colorem rubrum; ab Urinoso, viridem: à Spiritu Vitrioli, rubicunda fit *Tinctura*; à Spiritu Urinæ, viridis. *Tinctura* hæc prodest in expellendis *Variolis & Morbillis*, inque aliis Malignis Morbis multum præstat. Prodest etiam contra *Scorbutum*, dum expellit Maculas.

Syrupus, qui prostat in Officinis, prodest etiam in expulsionem Variolarum & Morbillorum, item Februm Petechialium. Paratur ex *Floribus* per infusionem: Externè in Scor-

butum Oris usitatus est, addito tantillo de *Spiritu Salis dulcis*.

Aliàs in Dentium vacillatione, & Gingivarum Affectibus scorbuticis, fit *Unguentum ex Aquilegiâ*, cujus descriptio prostat in TILMANNI *Aphorism. Hippocrat. pag. 128*. hoc si misceatur cum f. q. *Tinctura Laccæ Mynsichtii*, vel *Spiritus Cochlearia*, addito tamen *Spiritu Salis dulcis*, & eodem modo usurpari. Apud alios in effectu *Tinctura Laccæ* est usitata, quam descriptam habet MYNSICHTIUS; quam B. D. MICHAELIS pro expertissimâ communicavit: si misceatur cum *Tincturâ* hac *Aquilegiæ*, contra Scorbutum Oris evadet egregia. (T)

Rotunda vocatur Aristolochia rotunda vera, *Trag. Lon. Cam. Aristolochia rotunda, Matth. Dod. Cord. in D. Lon. Cast.* Aristolochia rotunda, flore ex purpureâ nigro, C. B. 1.

Utraque colitur in hortis; florisque proximum Majo, & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Rotunda Radix sola. Longa Radix & Folia.

Vires. Utraque Cephalica, Hepatica & Pulmonica imprimis est: calfacit & siccatur 2. completè; attenuat, aperit. Hinc prodest ad tartaream Mucilaginem resolvendam expectorandamque; ad Menses eiendos, Tumores internos rumpendos, Venena discutienda. Insuper *Longa* Infusio ad Scabiem exciscandam vel vulgò hic usitatissima est. Extrinsecus adhibetur usu creberrimo ad exciscanda & mundificanda Vulnere.

Rotunda tenuiorum est partium quam *Longa*, adeoque efficacior, & imprimis Mensibus ac Secundinis eiendis celeberrima: Calfacit & siccatur, 3. aperit, attenuat.

PRÆ-

PARATA.

XXXVII. ARISTOLOCHIA. *Aristolochia* ita dicitur, quod sit ἀριστὸν οὐκ ἰσχυρὸν, seu optima & convenientissima Puerperis pro *Lochiis* pellendis. Dicitur etiam *Clematidis erecta* ad differentiam *Clematidis repentis*: Verum proprio nomine genuina *Pistolochia* dicenda est. Variæ hujus sunt *Species*, de quarum differentiis vid. DODONÆUS. In Officinis præ cæteris usitata est *Rotunda & Longa*: *Rotunda* vocatur *Hollwurtz*, quia Radix hæc est cava, quæ vel *Vera* vel *Norba*. *Aristolochia rotunda Vera* rarè reperitur in Officinis; hujus loco autem substituitur *Radix Fumaria bulbosa*, seu *Radix cava salsa*; quæ ejusdem solet esse usûs, ejusdemque naturæ atque ista Aristolochia *Rotunda*, unde omnia jam dicenda huic applicari possent.

Quod attinet *usum internum*, utraque est *Aromatica*; penetrantior enim est naturæ, & volatilioribus & acrioribus salino-oleosis constat particulis, saporisque est amaricantioris. Mulieribus conducunt tam ad *Partum*, quam ad *Menses*, *Secundinas*, *Lochia*, & reliquias pellendas: unde & admiscetur reliquis Medicamentis in Uteri Affectibus: vid. FREITAGIUS in *Aurora Med. c. 22*. ubi dicit; quod Puerperis fit omnium optima & convenientissima ἀριστὸν οὐκ ἰσχυρὸν, quoniam hærentes Secundinas, *Lochia*, & reliquias à Partu soleat expellere, sicut & in Epilepsiâ per consensum Uteri valdoperè convenit. Ad hæc *Pectori & Pulmonibus* etiam conveniunt, horumque mucosas fordes incidunt, & remouent. Apud Veteres in usu fuerunt *vulnerario*, tam interno, quam externo; & rectè, ex quo etiam à CARDANO commendantur contra Phtisim; sicut & mundificandis Ulceribus unâ cum aliis adhibentur. APULEJUS. in *l. de Virtutibus Herbarum cap. 19*. Aristolochiam tanti facit, ut asserere non vereatur, Medicum sine eâ nihil feliciter curare posse; quod hyperbolem satis apertè redolet.

FABER in *Myrobec. Spagy. l. 2. pag. 35*. habet *Essentiam Vulnerarium* egregiam, & *Extractum ex Radice Aristolochiæ & Sym-*

(T) Aquilegia, Aquilina, & Chelidonia sylvestris dicitur. Veteribus an fuerit nota ambigitur. Quidam putant esse Pothon, Jasonem, Διὸς ἀρθῶ, vel Leontostomon Theophrasti: alii Leonem Columellæ, vel Egilopa Græcorum. Fabius Columna Aquilegiam flore simplici, ἰσόρροπον Dioscoridis esse putat, cui adscripsit Clulius. Ad *Isberum* ex Langio ℞. Sem. Aquilegiæ pulv. gr. xx. Rasur. Ebor. ℥ij. Pulv. Lumbric. ℥ss. M. Ad Scorbutum Oris valet *Tinctura* florum Aquilegiæ Spiritu Vini extracta, si commisceatur cum duplo *Tincturæ gummi Laccæ*, & *Mariches*, Vino ad ignem elicta. T.

P R Æ P A R A T A .

Aqua. Ex integrâ Aristolochiâ longâ, i. e. Foliis ac Radice.
(*Extractum* Rotundæ etiam utile .)
(*Tinctura* Balsamum Vulnerarium ingreditur .)

ARISTOLOCHIA *fabacea.* vide FUMARIA *bulbosa.*

XXXVIII. ARMORACIA.

Raphanus sylvestris, Sinapi agræste 3, *Trag.* Rapiſtrum albo flore, *Erucae* foliis, *Lob.* album, *Tab.* Rapiſtrum flore albo, seu filiquâ articulata, C. B. 2. Germ. *Heydenreich*, *Wild-meerrettich.* Gall. *Reffort Sauvage*, *Racine de Lafferage.*
N. Sunt qui *Lampſanam Dioſcoridis* putant.
Crescit in locis multis juxta rivulos, ac in vallibus.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix sola.

Vires. Calfacit, & fccat, Mucilaginem tartaream incēdit, attenuat, resolvit, Viscera aperit, Diuretica, Lithontripica, & Antiscorbatica est.

N. *Lac* imminuere dicitur.

Symphiti majoris, quod beneficio *Spiritus Vini* potest præparari.

Pulvis, & *Extractum Aristolochiæ cum Spiritu Vini paratum*, externè adhibetur in *Linimentis* pro Ulcerum inveteratorum, sordidorum & malignorum mundificatione. (V)

XXXVIII. ARMORACIA. *Armoracia*, seu *Raphanus sylvestris*, ut distincta à *Rusticano*, nihilominus usus obtinuit in *Officinis*, & in *Praxi*, ut confundantur, imprimis quoniam conveniunt in formâ & virtutibus. Propterea semper retinetur *Raphanus Rusticanus*, *der Meer-Rettich*. Et quod dico de *Armoraciâ*, valet etiam de *Raphano Rusticano*, cujus Sapor acerrimus, & Odor penetrans sufficienter monstrant, quod Sale singulariter volatili admodum acri, quale aliàs in *Scorbucis* deprehenditur, singulariter turgeat; quod tamen expirat, quando à *Coquis* tractatur & comminuitur; & illorum *Oculos* mordicat. Unde quod diutius coquitur, eò magis perdit *Sal volatile*, quod exhalat, ita ut instar ligni putridi remaneat, atque ideo parùm vel nihil omninò mordet, & *Coqui* reprehenduntur, quod illum nimium sinant coctione consumi. Et ratione hujus Salis volatilis acris vim habet *resolvendi*, *penetrandi*, &c. hinc inter *intensè Calida* refertur. Volatilitate hac suâ acri salinâ egregium dicitur *Aperitivum*, resolvit viscidos & acidus Mucos in *Pectore*, *Stomacho* & *Intestinis* hærentes, omnesque *Succos crassos & fæculentos* incēdit & fluxiles facit, vel, ut *Paracelsus* dicunt, *Tartarum*, seu *Mucilaginem tartaream* corrigit. In *Appetitu* dejecto felici cum successu, usurpatur *Infusum Radicis Raphani marini* recentis in *Vino absinthite*, cum *Radice Helenii* recenti, bis in die haustum: ita enim mirabiliter *Stomacho* convenit, *Cruditatem viscidam* absorbendo, hinc natam *Salivam glutinosam* attenuando, & *Appetitum* egregium revocando, imò *Famem* serè caninam inferendo. Præterea & ratione Salis volatilis potens est *Diureticum*: *Radix* scilicet infunditur *Vino Rhenano*, postmodum hauritur, & sic promovet *Arenulas* & *Urinam* copiosorem, dum *Acidum Renum*, *Calculi* coagulatorem, corrigit, & *Renes* purgat.

(V) *Ἀριστολοχία*, quod ἀρίστη πῆξις λοχλοῦσαις, ut ait *Dioscorides*: b. e. optima *Puerperis*, non *Gravidis*, ut male interpretatus est *Plinius*. Dicitur ἀδραρίζα, quod crassam *Radicem* habeat, *Melocarpon*, *Opetis*, *Ephesia*, *Clematidis*, *Pyxionos* à colore *buxeo*, *Iontitis*, *Teuxinos*, atque aliter. Ex *Dioscoride triplex*: *Rotunda que fœmina*, *Longa que mas*, & *tertia Clematidis*. *Plinius* addit *quartam*, quæ *Pistolochia* radice fibrosâ. J. B. 3. 556. 2.

Fuchsius & *Dodonæus* ajunt inter omnes *Aristolochiæ species* seligendam esse, quam vocat C. B. *Aristolochiam* *Clematitem* rectam: hæc enim satis amara & acris est, quare in *Decoctionibus* non adhibetur. Hinc *aperitiva* est, *sudorifera*, & *vulneraria*. *Pulvis* & *Extractum* ex usu sunt interno: externè *Radix* in *Lotionibus* præsertim *Vulnerum* & *Ulcerum* est opportuna.

(X) *Armoracia* seu *Raphanus rusticanus* *Officinarum* à *Tournefortio* reductur ad genus *Cochleariæ* illamque vocat *Cochleariam* folio cubitali. *Folia* enim ampla sunt, & valdè similia *Foliis Rhabarbari Monachorum dicti*, sed majora & asperiora. Si *Radix succulentæ Armoraciæ* recens è terrâ effossa in *taleolas* mediocri crassitie dissectur, atque hæc *taleola* sub terrâ defodiuntur, singulæ *Radicem propriam*, *Plantamque integram* producent: ut observavit *D. Marchand Regiæ Scientiarum Academiæ Socius*. Idque quum commune esse deprehenderit etiam multis aliis *Plantarum Radicibus*, colligit, in unâ eademque *Plantâ innumera* contineri *Germina*, non solum in *Seminibus*, sed in *universâ illius substantiâ*.

(Y) *Arnica*, quam *Saxonum* linguâ sic appellat *Schrœderus*, quamque se nescire faretur *Ertmullerus*, est sanè *Doronicum Plantaginis folio* alterum C. B. Hoc enim est quod *Dodonæus* *Chrysanthemum latifolium*, *Alyſma Dioſcoridis Matthioli*, *Nardum Celticam* alteram *Lugdunenſes*, *Damaſonium primum Tabernæmontanus* appellant. De eâ ait *Hoffmannus*, quod flores *Lixivio* incoquantur ad *Capitis* dolorem, & ad *Capillis flavum* conciliandum colorem.

XXXIX. ARNICA.

Chrysanthemum latifolium. Nardus. Caltha 2. vel *Plantago Alpina*, *Lob.* *Caltha Alpina*, vel *Damaſonium*, *Luo.* *Alyſma Dioſc.* *Matth.* aliis *Lagea Lupi*. Germ. *Mutterwurtz*, *Wolwerley*, *Saxonibus Arnica*.

Crescit in montibus ac pratis, floretque per totam sætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Planta cum *Floribus*.

Vires. Calfacit & fccat: partium tenuium, *Sudorifica* est & *Diuretica*, nonnunquam & *Vomitiva*. *Proin* *Holsatos rusticos* contra *grumofum* ac *coagulatum Sanguinem*, vel & contra *Febrem* in *Cerevisiâ* coxisse, ac cum successu propinasse observavi.

ARNOGLOSSUM. vide PLANTAGO.

XL. ARTEMISIA.

Artemisia Dioſc. *Artemisia vulgaris major*, C. B. 1. *Artemisia major*. *Trag.* *Matth.* *Cord. in D. Cam.* *Artemisia vul-*

TIMÆUS affirmat, quod *Succus* ejus recens expressus, ad ʒij. in *Vino Malvatico* haustus, *Calculum* optimè pellat. Adhæc vi gaudet *antiscorbucicâ*, citque unum ex famolissimis *Antiscorbucis*, quoniam *Acidum corruptum scorbucicum* & *hypochondriacum* corrigit: *Radix* scilicet vel in *Lacte*, vel in *Vino Nodulis* inclusa usurpata, sive sola, sive addatur *Beccabunga*, *Cochlearia*, & *Nasturtium aquaticum*. Et non vi hac ratione *Militem* reſtitutum; sicut hoc mense *Hydropicus Asciticus Scorbucicus* cum *Tumore Pedum* & *Tussi*, præmissis *Universalibus*, *Radice Raphani rustici* curatus fuit. Facit huc *Experimentum BARBETTE*, qui *Paralyſin Scorbucicam*, *Radice in Lacte infusa* curavit. *Radix* hæc infusa in *Vino*, & cum *Folii Nasturtii aquatici* confusa, per agitationem in *mortario subacta* sine *liquore*, & *Colaturâ* hausta, per superiora & inferiora evacuavit *Aquam*, continuato haustu ad aliquot dies; In *Armoraciâ* enim est vis provocandi *Vomitum*, unde nec mirum videri debet.

Extrinsecus contra *Ariduras* particulares solet applicari, sive post *Vulnus*, sive sine causâ manifestâ orientur, si cum *Spiritu Vini* infundatur, & *Membra* fricentur; loco cujus *Spiritus Formicarum* infundi posset, qui aliàs in his *Affectibus* per se commendatur: Vid. *WÜRZIUS* in *Chirurgiâ*, & *AGRICOLA* in *Chirurg. parvâ*. (X)

XXXIX. ARNICA. *Arnica* *Planta* est exotica, & apud nos non usitata, de qua non memini aliquid me legisse. (T)

XL. ARTEMISIA. *Artemisia* duplex est: *Alia sativa* *Major latifolia*, alia *Minor tenuifolia*. *Ulla* vocatur *Artemisia Alba*, & *Culiniis* potius quàm *Officinis* nota est, quoniam illa suffarciuntur *Anseres* assandi; *Hæc* verò *κατ' ἐξοχήν* dicitur à *PARACELSO* *Rubra*, Germ. *rotber Beysus*; *Caules* enim ejus semper rubent, hinc & ex ejus *Signaturâ* colligunt, quod ad *Fluxum menstruum* quoque inferviat, eundem promovendo. Inter has ergò *Rubra Alba præfertur*, quia abundat *Spiritu volatili*, & paululum participat de *Sale volatili* & *Sulphure* paulò fixiori.

UG-

vulgaris, *Fuchf. Lon. Dod. Cluf. bist.* Artemisia latifolia. Artemisia mater Herbarum *Lob. Ger.* Artemisia vulgaris, & Artemisia altera polyclonos dicta, *Diosc.* Artemisia rubra & alba, *Tab.* aliis Olus Regium, Herba Regia, *Germ. Breyfus, S. Johannis Gurtel. Gall. Armoise. Herbe de S. Jean.*

N. 1. Variat Colore tum Caulis, tum Floris: una Gaule & Flore rubro purpurascens, seu subpurpurascens; altera ex viridi albicante, vel subpallente (spadiceove.) Hinc duæ Figuræ Tab.

N. 2. Utraque etiam inveniatur, interdum Major, interdum Minor, attamen Viribus conveniunt.

OFFICINALIA NATIVA.

Summitates cum Semine incluso, quin & *tota Herba*, eaque tum rubra, tum alba.

Vires. Uterina est, calfacit, siccatur aperit, discutit, Menfes, Fœtum, Secundinas pellit, Sordes abstergit, adeoque usûs creberrimi est Mulierculis, quæ eam adhibent internè & externè, adeo ut vix Balnea seu Lotiones parent, in quibus Artemisia non contineatur.

N. Rubra efficacior habetur albâ, proin & communior.

N. Sunt qui Carbonem sacro Joh. Baptistæ die sub Radice fossim, ad Epilepsiam commendant. Exhibent autem tum in Pulvere, tum suspendunt de Collo.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Summitatibus & Foliis.
2. *Oleum stillatitium.* Rarè extat.
3. *Syrupus Compositus.* Vide Dispens. August. & Norib.
4. *Sal.* Ex Plantâ incineratâ.

XLI. A R U M.

Arum. Gall. *Vit de Prêtre, Verge d'Aron, Pied de Veau.*

Est vel

Folii maculatis.	} utrumque sine discrimine officinale est.

Prius dicitur Arum maculatum, maculis candidis vel nigris, C. B. 2. Ari 3. genus, *Trag.* Arum nigricantibus lituris signatum, *Dod.* Arum, *Matth.* majus foliis albis maculis notatis, *Cist.* Arum officinarum, *Lob.* Arum maculatum, *Lob.*

Posterius vocatur Arum vulgare, non maculatum, C. B. 3. Arum, *Brunsf.* Ari genus, *Trag.* Arum, *Fuchf. Cord. Lon. Tab.* vulgare, *Cam.* majus, *Ger.*

Crescit locis pinguibus & campestribus. Folia erumpunt mense Martio, & Flores Junio.

OFFI-

Usitata est *tota Herba*, præsertim Rubra, & in specie Sexui sequiori, eorumque *Affectibus Uterinis*, atque imprimis defectui Menstruorum dicata est, Uterum à materiâ feculentâ, illam expurgando & aperiendo liberat; adeoque in Fœtu, Lochiis & Secundinâ expellendis, & quibuscunque Uteri & Mulierum Affectibus convenit: quo in casu eam quoque PARACELSUS, hinc CROLLIUS, cum reliquis Practicis commendat. Unde *Decoctum ex Herbâ & Radice* Dolores post Partum mitigat, & Lochia pellit, imprimis si addantur *Ciceres rubri*, & coquantur in Vino vel etiam Aquâ appropriatâ, addatur tantillum *Aquæ Cinnamomi*, vel solum, vel additâ *Borracæ*.

Dixi, quod provocet Menfes, ubi tamen *noetur aliquid singulare*, quod habet *Germanus SCHMUCK* p. 56. quod si ab inferiore parte sursum versùs decidatur Artemisia, Menfes supprimit; sin verò à parte superiori deorsum versùs, eosdem promoveat: id quod etiam de Purgantibus per Alvum & Vomitum monere solent; ulterior tamen Experientia consulenda venit de his casibus. Aliàs quoque ingreditur *Essentia* ad Menfes stimulos, & Lochia pellenda.

Externè pro laxandis viis ante Partum vix reperitur *Balneum*, *Sacculus*, & *Fotus*, cui non sit admixta Artemisia. Ulteriùs contra Dolores post Partum, tam internè in Decocto, quàm externè in Sacculis usurpata, laudatur.

1. 3. In *Officinis* aliàs pro usu Medico prostat *Aqua & Syrupus*, & in quibuscunque Affectibus Uterinis commendantur.

4. *Sal fixum* ingreditur *Medicamenta Emmenagoga* seu Menfes provocantia, si misceatur cum *Croco Martis aperitivo*; vel fiat *Lixivium*, quod infundatur *Limaturæ Martis*, ut rodat illum, & det *Crocum aperitivum*, qui prodest in provocandis Mensibus. Sed prout *Salia* vulgò calcinantur, *Sal* hoc nullâ vi specificâ ab aliis calcinatis differt.

Notum est, quòd circa *Festum Sancti Johannis Baptistæ* sub Radice hujus, *Artemisia rubra*, *Carbones* reperiuntur, multæ laudis in Epilepsiâ: vid. *SIMON PAULI in Quadrupart. Botan. Classe 3. pag. 231.* Hi Carbones non sunt fabula, uti *HOFFMANNUS de Medicam. Officin. l. 2. cap. 22. §. 4. p. 110.* voluit; sed nihil aliud, quàm *Radices Artemisie annosæ demortuæ*, & ita exsiccatæ atque nigricantes, *Alcali* adhuc refertæ: Conf. *DECKERS in Commentar. Praxeos Barbess. pag. 7.* Quæ in Epilepsiâ reverà juvant. Semper quidem anile fimentum putavi; novi tamen non solum Mulierem militarem hujus loci, quæ hosce Carbones

propriis Infantibus epilepticis cum fructu, cuspis cultelli quantum capit, propinavit; sed & *JOEL in Praxi cap. de Epilepsiâ*, commendavit, vir aliàs minùs superstitiosus. Legatur etiam *PETRÆUS in Dissertat. Nosologicis.*

Quærent vulgò hos Carbones ipso Felto S. Johannis Baptistæ, inter 12. & 1. horam; sed anilis Superstitio est: Non enim necesse est, ut præcisè dies S. Johannis observetur: Conf. *VELSCHIUS Hecatost. 2. pag. 23.*

Similes Carbones interdum reperiri solent *sub Absinthio.* (Z)

XLI. **A** R U M. Arum Germanis vocatur *Zeuscher Ingber*, propter Acrimoniam excessivam, vel German. *Pfaffen-Pint*, verè enim foret *instar Priapti*, quem *includit Callix cum Bacis coccineis.* Est ex *Dracunculorum genere*, ejusque duæ sunt species, *Maculosum*, & *non-Maculosum*; hocque *Folii* vel *nigricantibus*, vel *albicantibus*; ac aded Folia differunt, dum etiam quædam Folia *rotunda*, quædam *oblonga* seu *tricuspidata* habent; quod tamen ob ætatis rationem tantùm accidit.

Utraque Species est *Officinalis.* Veteribus & Modernis usitatum satis est. Distinguitur ab *Arisaro*, quòd *Folii* gaudet *incisif*; Arum econtrâ *integrif*.

Dubitatur autem apud hodiernos Botanicos; *An Arum nostrum sit idem cum illo Galeni?* Veteres enim calidum & siccum in primo & secundo tantùm gradu; Moderni verò in quarto volunt. Potiùs tamen affirmatur, ut sit longè urentius: diversitas nempe ex Regione nascitur. *Acerrimum & Causticum* est, hinc Folia masticata *Vesicas* in Linguâ gi-gnunt; constant enim *Sale* volatili acerrimo.

Radix imprimis in usu est, tam *recentis* quàm *exsiccatæ.* *Recentis* turget particulis acerrimis volatilibus, adeoque pungentibus & quasi piperinis, ratione quarum Mucum viscidum acidum & ponticum Stomachi, Intestinatorum plicis adherentem, potenter incidit, attenuat atque resolvit, hinc consequenter egregium dicitur *Stomachicum*; Appetitum prostratum mirè restaurat, eumque mirè acuit, adeo ut *Radix* vocetur *Germ. Zebr-Wurtzel, Fress-Wurtzel*, quas in minutissimas particulas discissas cum *Spiritu Vini* assumunt ad Anorexiam & Dyspepsiam, & quidem feliciter, *efficiunt enim Famem lupinam.* Ex hoc fundamento procedit *Pulvis Stomachalis Quercetani*, dum *Radice Aronis* pro *Basi* agnoscit. Alii contra *Febres Intermittentes*, quas vulgò vocant *Germ. Magen-siber*, *Radice recentem*, vel *Pulverem siccæ Radicis,*

(Z) *Artemisia nomen habet à Regina Carix ejusdem nominis.* Plinius lib. 25. cap. 7. *hec habet:* Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia uxor Mausoll adoptatâ herbâ, quæ antea Parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilihyâ (Diana obstetrix) cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. *Artemisia duo genera cognovit Dioscorides*, quibus tertium addidit, *Artemisiam nempe leptophyllon, quamquam hoc Caput Dioscoridis adscititium & spurium existiment.* *Dicâ olim fuit βασιλικον λάρυαν, seu Olus Regium, & Anactorium: item Ephesia & Sozula. Quæ simplicis caulis est monoclonos vocata, & Cannabina, quæ fruticosa polyclonos, & fortasse Matricaria, quòd ad γυναικία valeat.* Ubi notandum, quòd haud confundenda sit vera Matricaria seu Parthenium (de quo infra) cum verâ Artemisiâ: apud nostrates enim vel ratione usûs uniformis, vel abusu vocabuli, Parthenium confunditur cum Artemisiâ, & quæ Matricaria dicenda, dicitur Artemisia.

Notante *Tournefortio*, *Sal* hujus Plantæ valdè accedit ad naturam *Salis Ammoniaci*, sed plurimo *Sulfuris & Terræ conjunctum* est. Ad *Hystericas affectiones* valet *Decoctum ex foliis & floribus Artemisie ad modum Decocti The paratum.* Carbones sub terrâ quærent nostrates die Felto S. Laurentii, non verò S. Joannis Baptistæ: & fortasse fortunatus, Augusto enim mense, ob solis præcedentem æstum, *Herbarum quamplurimarum Radices* in Carbones veluti conversæ sunt, potiùs quàm mense Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, quæ recens rari usûs est ob Acrimoniam summam, exsiccata autem crebrioris. Colligenda Radix est cum germinare Arum incipit, mense scilicet Martio.

Vires. Calfacit & siccatur. Galeno gr. 2. (quod de Aro nostrate, quippe quod Acrimoniâ maximâ & exulcerante Sale piperino præditum, intelligi nequit.) Tartarus præcipue primæ Regionis, tum quoque Pectoris & Pulmonum peculiariter incidit, resolvit & discutit. Proin usus ejus creber est in Cachexiâ, Asthmate, &c. Hernias curat, ciet Urinam, Obstructiones Viscerum resolvit.

P R Æ P A R A T A.

1. *Radix præparata*. Præparatur vulgò maceratione in Aceto stillatitio, atque exsiccatione.

2. *Fæcula*. Fit l. a. Vide lib. 2. Vide Disp. August.

3. *Pulvis Stomachicus Quercetani*. Cujus basis est Radix Vini præparata. Vide lib. 1.

ARUNDO, sive CANNA, Schilff. pro Lotionibus Pedum in Vigiliis Puerperarum adhibetur. (Π)

A S P A L A T H U S.

Aspalathum Lignum Græcis dicitur ἀσπλάθος: aliis, manucente Baubino incomparabili, Erylitæptum, Pinac. pag. 329. Varia tradunt de hoc Ligno Dioscor. lib. 1. c. 19. atque Plinius lib. 22. c. 24. & lib. 24. c. 13. Prosper Alpinus Ægyptiis vocari scribit Aspalathum Darfifuban, pag. 127. de Medic. Ægypt. illudque vidit & eruit copiosissimum prope Fraschya portum, pag. 57. de Plant. Ægypt. Gall. Bois d'Aspalathe.

Florum Aspalathi magna est suavitas: ipsa Planta Frutex est densis ramis, spinis albis, duris, horridis, cortice caudicis

albo, ad trium cubitorum & plus altitudinem in altum assurgens. Ipsi Flores, ut dixi, suavissimi sunt odoris, parvique & multi, teste Alpin. pag. 57. de Plant. Ægypt.

Usus hujus Ligni est in Trochiscis Hedychrois, ad confectio-nem Tberiaca adornandam, non tantum apud nos ad Andro-machi intentionem, sed & ad mentem & mores Ægyptiorum.

Ægyptiis enim Trochisci Hedychroi, Halindaracorum dicti, parantur ex Darfifaban, cortice Radicum Aspalathi, non minus ut Andromachi quoque illo ingrediente tument. In-grediuntur, inquam, Ligna Aspalathi Trochiscos Hedychroos & in Ægypto & in his oris, quamquam quoad cætera discrimen quoddam sit, ut ex sequentibus videre est. Trochisci Hedychroi Ægyptiorum componuntur ex Darfifaban Aspalatho, Cassabelderira Calamo aromatico, Idum balassam Xylobalsamo, Cest mur Gosto, Assaro Asaro, Mu Mei radice, Haabovan Maro, Mastich-Fe cabarber Floribus Squinanti, Ravendi Rhæ-barbaro, Selica Cassiâ, Darfimi Cinnamomo, Sambulendi Spi-câ Indicâ, Sadagendi Folio Indo, Mur Myrrhâ, Zaffaran Cro-co. M. cum Vino Gran. & Opobalsamo. Galenus Trochiscos Hedychroos componit ex Muro, Assaro, Amuraco, Aspalatho, Schenantho, Calamo aromatico, Pbu Pontico, Xylobalsamo Opobalsamo, Cinnamomo, Costo, Myrrhâ, Folio, Nardo Indi-co, Croco, Cassiâ, Amomo, Mastiche, Vin. q. s. & Ol. Caryophyll.

In defectu autem Ligni Aspalathi hîc Augustani substituunt non Myrsi Meum, sed Santalum citrinum, pag. 398. Dis-pensator, aut ipsum Lignum Aloës, uti Ægyptios Aspalatho carentes Herbam quandam substituere scribit Alpinus. pag. 137. quæ sit Hyperici species, Seminis nigri subrubescens, Picem redolentis. Renodæus in Confectione Trochiscorum, Hedy-chroorum deficiente Ligno Aspalatho, sumpsit cum Augu-stanis Santalum Citrinum, quod diversi diversa sentiant & scribant de Aspalatho, teste Laurentio Catelan, Pharmacopœo Monspeliensi, in Discursu Gallico, des Ingrédients de la The-rinque, pag. 133. Olaus Wormius Lignum Aspalathum exponit in Museo diversum ab enumerato Ligno Aspalatho Baubini, qui legatur. (B)

XLII.ASPA-

dicis, exhibent tempore matutino, hinc partes ejus salinæ macres volatiles Acidum fixius & viscidum resolvunt, Stomachum egregiè corrigunt, & si subsunt Excrementa effervescentia, ad excretionem illa disponuntur. Propter idem Sal volatile egregium est Peccorale, valetque in Cachexiâ, Tussi, Asthmate, Orthopnoeis humoralibus, Pituitam viscidam in Stomacho & Bronchiis potentissimè incidendo, at-tenuando & resolvendo. Unde D. HORNIO Pulvis se-quens contra Tussim in frequenti, & felici usu fuit:

℞. Fæcul. Ari Zij.

Antibech. Poter. Zj.

Sacch. succinat. Zijj.

M. f. Pulvis. S.

Pulvis contra Tussim.

Aperitivum prædicabat singulare, Obstructiones quascunque referans. Fæcula autem nullis est pretii, potiùs Radix usurpanda.

Ratione eadem etiam Scorbuto confert, & Morbis Chroni-cis, ut plurimum ex Cruditatibus primarum viarum natis.

Omnia hæc mitiora sunt in Radice exsiccata, quæ extrinsecus penitus insipida est; utut in medio particulas ejusmodi acres possideat.

Item tam Radix, quam ipsa Planta, recens & viridis in Aceto bullita & mitior facta, ob vim diureticam, Remedium suppeditant egregium contra Casum ab alto, & San-

guinem hinc grumofum factum: unde HELMONTIUS Traç. Dispensat. Modern. §. 40. vocat Remedium magnum in Casu magno. Ex Foliis & Radice, recentibus mixtis, paratur cum Aceto Acetarium, German. in Form, cines Salats; sic enim manifesta sua Acrimonia volatilis maximam partem quasi figitur, sicque Diureticum evadit; Acidum enim Aceti destruit Sal volatile acre, & tertium exinde Salsum fit, ad instar Nasturtii. Contra Scorbuto quoque in Saxoniam inferiori Plantam usurpant, vel Folia infusa cum Vino, vel unâ cum Radice in Aceto, vel alio quoque modo.

1. Radix præparata usurpatur in Malo Hypochondriaco, & Quartanâ, quæ rara admodum est in nostris Regionibus, absque conjuncto Scorbuto. Verum non approbata est vul-garis Radicis per macerationem in Aceto destillato, & subse-quentem exsiccationem, Præparatio; hæc enim ratione potiùs castratur. Unde hujus loco Pulvis ex medullis exsic-catæ Radicis ad omnes dictos usus infervit.

2. Alii Fæculam Ari adhibent contra Febres Scorbuticas: Verum Fæcula hæc ex Succo expresso per residuum para-to, Fæx potiùs est; & elumbe Remedium, quod omni vi acti-vâ destitutum est. Hinc vel Radix leviter saltem exsiccata usurpatur in formâ Pulveris sine præparatione præviâ, seli-gendo actiores ejus partes; vel Planta integra aut Vino aut Aceto infusa, & in acerrimam Essentiam sic redacta melior erit. (A)

XLII. ASPA-

(A) Ari folia divisa non sunt, vel leviter tantum incisa: quo differt à Dracunculo, sive Serpentariâ, cujus folia divisa sunt. Arisarum verò ab Aro & Dracunculo differt flore cucullato. Falsum igitur est, quod ait Ettmullerus hîc, Arisarum nempe folia habere incisa: Christophorus Elias Schelhasy Dissertationem Medicam curiosam de Aro, Expe-rimentis antiquis & novis illustratam, conscripsit. Fabius Columna negat Arum Ægyptium (amplissimis foliis lætè vi-rens in Horto colimus) esse Colocasiam, sive Fabam Ægyptiam: fatetur tamen Tournefortius. Radix Ari Officialis continet Sal aliquâ ratione simile Spiritui Nitri, & Salis Ammoniaci simul commistis. Fæcula Aronis nostris mulierculis ex usu est loco Amyli, ad lintea dealbanda.

(Π) ARUNDO. De Arundine hæc obiter habet Schröderus: Arundo sive Canna, Germ. Schilff, pro Lotionibus Pedum in Vigiliis Puerperarum adhibetur. Hæc Schröderus. Arundo est Plantæ genus solâ magnitudine à Gramine di-versum, ut Tournefortius fateatur, per se non stare, quin inter Graminis. species Arundo recensetur. Theophrastus duo Arundinum genera facit τὸν ἀυληκὸν καὶ τὸν ἴσπερον, b. e. Tibialem & alteram. Crassam & validam, Vallato-riam vocant, alteram Textilem. Dioscorides quinque κατὰ μὲν genera prædidit: Prima Nastos, plena & solida, ex quâ Sagittæ: II. Fœmina ex quâ Tibiarum ligula: III. Syringias παχύσαρκος ad Librorum scriptionem: IV. Donax & Cypria, circa amnes nascens: V. Phragmites, quasi sepimentis idonea. Plinius multò plura genera recenset. J. B. Of-ficialis est Arundo sativa quæ Donax Dioscoridis & Theophrasti. Hujus Radix vicem aliquo modo gerit Radicis ex-ticæ, quæ Chinæ dulcis nomine venit, præsertim in Decoctis & Jusculis. De Arundine Saccharinâ, vide Saccharum Class. 2.

(B) Aspalathus à Dioscoride dicitur ἀσπλάθητρον (fortasse ἰρίσκητρον quod Iris ei innixa odorem nota-bilem impertiat, ut ait Plinius) & frutex est, quo Unguentarii usuntur. Apud Arabes magna est Arbor. Inter Frutices spinosos recenset Theocritus eidyll. 4.

XLII. ASPARAGUS.

P R Æ P A R A T A.

ἄσπαργος, *ἀσπάργος*, Germ. *Spargen*: *Sparfchen*.
Gall. *Asperges*.

Triplicis generis est: 1. *Hortensis* sativa, 2. *Sylvestris*, 3. *Palustris*. Ex his prior Officinis in usu est. Cui substitui in defectu potest secunda, utpote quæ à primâ nonnisi solâ culturâ differt.

Dicitur *Asparagus*, *Brunfels. Trag. Matt. Fuchs. Cord. hist. Lon.* *Asparagus altis Fuchs. Tab. domestica*, *Bellon.* *Asparagus Diosc.* *Asparagus sativus*, *Cass. Ger.* *Asparagus hortensis*, *Dad. Cam.* *Asperge domestique*, *Lob.* *Asparagus sativa*, *C. B. 1.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radix & Semen.

Vires. *Radix* est Diuretica, Lithonriptica, & ex Aperitivis quinque illis famosis non postrema. Calfacit & siccit, moderatè discutit. Hepar, Lienem præcipuè & Renes infarctu liberat, ideoque in Decoctis eò respicientibus frequentissima est. Externè adhibetur (in Gargarismis) præ leniendâ Odontalgia & laxitate Gingivarum.

Semen easdem vires obtinet, sed usus est rarioris. (Frequentior *Asparagi Turionum* esus *Urinæ* mutat odorem.)

Aqua. Fit ex integrâ Plantâ cum Raccis rubris Septembri mense collectâ, quæ super recentu Herbâ rectificari potest, sed rari est usus.

ASPLENIUM. vide SCOLOPENDRIUM.

XLIII. ATRIPLEX.

Melte, *Milte*, *Molte*, *Scheisfamilte* Germ. Gall. *Arroche*.
Lat. *Atriplex*.

Est { 1. Hortensis foliis { rubris.
 ac caule { viridi-albescentibus. *Hæc præstan-*
 { *tior reliquis est, licet nec reli-*
 { *qua contemnenda fuerint.*
 { { viridi-nigris.

Alba nominatur *Atriplex sativa*, *Trag.* *Atriplex sativa alba*, *Lob.* *Atriplex*, *Mattb.* *Hortensis*, *Fuchs. Cass.* *Atriplex sativa viridis*, *Cord. in D.* *Atriplex alba-viridis Lon.* *Atriplex hortensis alba*, seu pallidè vires, *C. B. 1.*

Ru-

XLII. ASPARAGUS. *Asparagus* Græcis notat quemvis furculum recentem ex torrâ propullulantem: Hinc tamen in specie baccifero *ματ' ἐξοχην* *Asparagi* nomen impositum, Germanis dicitur *Spargen*, *Spargel*. Planta est nitrosa & satis nota?

In usu est *Radix & Semen*, atque in specie *Turiones*, qui in usu potiùs sunt culinari, in & cum Alimentis; Radicemque tamen *Asparagi* viribus imitantur. Frequentiùs *Radix* usurpatur, rariùs *Semen*. Refertur *Radix* inter *Diuretica*, & quinque *Radices Aperientes*, seu *Aperitivas*, quales sunt *Radix Petroselin*, *Feniculi*, *Rusc*, *Apii* & *Asparagi*; & hinc in Morbis Chronicis ex Obstructionibus vulgò oriundis commendantur. Ubi notandum obiter, quòd Morbi Chronici, v. g. Icterus, Scorbutus, Morbus Virgineus, &c. malè adscribantur Obstructionibus Mesenterii, cum Dyscrasiæ potiùs Massæ Sanguinæ aliorumque Succorum originem debeant: hinc & *Radices Aperientes* longè aliâ ratione operantur, corrigendo nimirum Pituitam & Acidum austerrum in Stomacho, Saleque suo volatili Bilem inertem auendo, vel Dyscrasiam corrigendo. In specie nota est *vis diuretica Turionum*, qui comesti admodum fœtidam & graveolentem Urinam reddere solent, quæ etiam à *Raphano* obvenit; hinc sunt, qui hos tanquam *Præservative* in Calculo & *Lithonripticum* commendant. Sed contrariatur his Exemplum HELMONTII, qui refert, Jure-Consultum quendam ex eorum usu in Lithiasin potiùs incidisse, eam tamen antè hac fuisset immunis: Vid. HELMONTIUS *Tractatu de Lith.* cap. 5. §. 17. & 19. item c. 7. §. 15. Nimis enim aierant: Ex usu scilicet *Asparagi* cum *Urina* reddatur fœtida, indicium est Characteris resolventis & separantis Sal Tom. IV.

Urinæ volatile, sicque *Lotium* ad sui Putredinem inducentis, cujus ratione ad promptam Lithiasin disponit. Est ergò nocivum iis, qui jam dispositi sunt ad Calculum Renum, quoniam separat Sal *Urinæ*. Unde fit, si accedat Acidum peregrinum ex primis viis, ut illud coaguletur in Calculum, adeò ut usus ejus in Officinis sit jam etiam rarior. MOEBIUS refert in *Institutionibus* ubi agit de *Asparago* pag. 664. ex QUERCETANO in *Diat. Polysist.* quòd Folia & Flores in Viris augeant Venerem, in Fœminis extinguant. (C)

ASTER ATTICUS.

Colitur in Horto Medico nostro *Aster Atticus vulgaris*, cujus apud Veteres fit mentio, constans Flore purpurascente. *Aster* dicitur à figurâ *Florum*, quòd instar *Asteris* appareat; *Atticus* audit à Regione natali. Præsto etiam est *Aster Virginianus autumnalis exotica*: Qui tamen *Asteres* non sunt in usu, sed tantùm coluntur in Hortis. (D)

ASTRAGALUS.

Astragalus præsens quibusdam est *Orobis Sylvaticus vernus* flore purpureo latifolius, ad differentiam angustifolii, quibusdam *Pannonicus* dictus. Nullius est usus. (E)

XLIII. ATRIPLEX. *Atriplex Major Latifolia*, seu *Bonus Henricus*, planta minus Officinis est usitata, in Culinis tamen inter Herbas ac Obsonia oleracea solet adhiberi: Cum hiæ enim cocta pro scopo laxandi,

Εν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάργοι κομίζονται.

Dicitur *Aspalathus* juxta Scholiastem, quòd ejus aculei non facile à *κομώδαι* avellantur. Lignum *Rhodium* dicitur à quibusdam *Aspalathus*: et Lignum *Aloës* substituendum quidam putant. Matthiolus & Cornarius Lignum nobis ignotum putant. J. B. 1. 464. 1.

Aspalathus est Lignum non minus Veteribus quàm Recentioribus incognitum. Triplex tamen in Officinis præstat. I. est nigricans, fortassè est verum Bois d' Aigle. II. est amariusculum, grave, oleaginosum, venis diversicoloribus aspersum, cortice tectum spisso asperoque. III. est Lignum *Rhodium*, sic dictum, quòd Rose odorem spiret. Pomet.

(C) Quamquam *Asparagus* vox fit ad denotanda teneriora omnia germina berbarum, fruticum, suffruticum, arborumque facta; nihilominus peculiari Plantæ tribuitur, quam *Myacantham*, hoc est *Murinam Spinam*, Antiqui appellarunt, cujus speciem fortassè sylvestrem, *Corrudam* vocant. Radices *Asparagi* sicca densibus infixæ, illos absque dolore eradica-re creduntur, ex J. B. Vulgè putant *Asparagus* sylvestrem culturâ *Asparago* sativo similem evadere: at notat *Tournefortius* speciem sylvestrem à longo jam tempore in Horto Regio cultam mutationem, nullam subisse.

(D) Amplissima est *Asteron* familia, & innumera hujus generis species, quas videre est, apud Botanicos. *Aster* autem *Atticus*, de quo loquitur hic *Ettmuller* (nil enim de eo habet *Schroederus*) dicitur *Bubonius* quoque, & *Inguinalis* herba appellatur à quibusdam, quòd ad Inguinum morbos præsentaneum fit remedium, ex *Dioscoride* & *Plinio*. *Matthiolus* putat *Asterem Atticum* esse *Amellum* *Virgilii*, *Georg.* 4.

Est etiam flos in pratis, cui nomen *Anello*

Fecere *Agricolæ*, facilis quærentibus herba.

Sed de hoc dubitat *Gæfnerus*. *Hyophthalmum* quoque vocant, quòd flos Suis oculum amuletur: atque *Herbarii* passim *Aspergulam* appellant.

(E) Valde ambigua de *Astragalo* habent Antiqui: ex *Dioscoride* frutex est parvus, *Ciceri*, quoad folia & ramos, similis. Ex *Plinio* florem habet *Hyacinthi*: intellige quoad colorem. *Cornarius* putat, eundem *Astragalitidem*, de quâ loquitur *Galenus* lib. 1. cap. 1. sec. loca, esse *Astragalum* ipsum: sed falsò. *Seminum* forma *ἀστραγαλοειδής* Plantæ huic nomen dedit: *ἀστράγαλος* *Talor* & *Talorum* lusum significat. *Astragalorum* apud Recentiores Botanicos innumera sunt species: omnium communis character est *Tournefortio* est flos papilionaceus, & pistillum vaginâ obvolutum abiens in siliquam bicapsularem, seminibus fœtam reniformibus, atque addit folia bina quasi conjugata costæ adbarentia, cui summè folium impar innascitur. *Galenus* *Radicem Astragali* inter adstringentes commutat.

Rubra dicitur Atriplex rufo folio, *Cord. in D.* Atriplex hortensis, *Dod.* hortensis rubra, *Lon.* Atriplex fativa, *Lob.* Atriplex rubra, *Tab.* sublativa, *Ger.* Atriplex purpurea grandis, *Cam.* Atriplex hortensis rubra, *C. B.* 2.

Locis gaudent arenosis, crescitque sylvestris passim juxta vias. Florent Junio, Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, sylvestris præcipue: hinc hortensis pallidè virentis. *Semen* rarioris usûs est.

Vires. Refrigerant 1. humectant 2. leniunt Dolorem: Hortensis insuper culinaris ac alimentosa est; sylvestris autem in solvendâ Alvo celebris.

Ufus officinalis præcipue externus est in Clysteribus ac Epithematibus paregoricis; v. g. Antipodagricis, tum quoque in Lotionibus Pedum Somni causâ paratis.

AVELLANA. vide CORYLUS.

XLIV. A V E N A.

B *Pænos*, vel *Sopais*. Avena, *Brunsf. Matth. Fuchf. Dod. Lon. Caji. Lob.* Avena fativa & prima, *Trag.* Avena vesca, *Lob. Ger.* Avena vulgaris seu alba, *C. B.* 1. Frumentum, *Cord. in D.* Germ. *Habern.* Gall. *Avoine.* Ital. *Vena.* Avertæ Semen Culinare potiùs est, quàm Officinale; nihilominùs tamen ab Officinis non exul prorsus est, sed adhibetur tum crudum, tum quoque in Farinam redactum. Crudum Sacculo inditur, qui Ventri optimè calefactus imponitur ad

di, ac blandè Alvim emolliendi, est egregia. Aliàs est Planta nitrosa, ac ope hujus Salis essentialis nitrosi, non secus ac quævis Blita ac Spinachia, itidem nitrosa, Hypochondriacis pro scopo alterandi debet esse commendatissima. (F)

Atriplicis minoris Folia sunt oblonga angustifolia incana.

Atriplicis aliàs genus latè est diffusum: reverà enim *Atriplices*, *Beta*, *Spinachia*, &c. Plantæ sunt congeneres, & ad unum summum Genus referendæ.

Atriplex nostra Vegetabile est ubivis obvium & cognitum, eaque vel *rubra* vel *alba*.

In usu crebriori sunt *Folia*, *Semen* rarè aut nunquam; sicut aliàs *Atriplices* rarè sunt Officinales, sed tantùm Culinare. Non tamen sub usu Dietetico planè carent usu Pharmaceutico: Sale namque blandò nitroso turgent, hinc & primas vias abstergunt Atriplices, & propter alcalinam naturam refrigerant, Alvimque emolliunt, blandè laxant, Fæces induratas fluxiles faciunt, simulque Flatus discutiunt; unde fortè illud Germanorum *Milde*, ab aliis crassiori nomine, *Scheismilde*, exprimitur. Egregiè præsertim convenit Hypochondriacis ex Abdomine situantibus, & Alvi obstructione laborantibus, accedente imprimis Corporis motu, simulque ebullientes circa primas vias acres, acidos & biliosos Succos temperat, indeque natos Ardores & Phlogoses mitigat.

Externè in *Clysmatis* recens præscribitur, imprimis *Emollientibus* & *Anodynis*, Alvim duram provocantibus, & moderatè Laxantibus. In *Catapsmatibus* etiam pro Inflammationibus sistendis, Doloribus ab Acido natis mitigandis, partium inde natis Tensionibus sufflaminandis, & hinc emolliendis Tumoribus duris imponuntur, & Doloribus podagricis leniendis: Cum *Folis Vitis*, *Herbâ Anethi* & *Chamaemillæ* ingreditur *Pediluvia* pro Somno conciliando. (G)

Superest adhuc *Atriplex Sylvestris folio sinuato*, quæ in specie *Chenopodium* seu *Pes anserinus*, Germanis *Gunsefuss*, dicitur. Planta est Culinis magis, quàm Officinis nota: Refertur enim inter *Pulmenta oleracea* (German. *grune Kanter*) conducit tamen per laxandâ Alvo, & temperando æstu Hypochondriorum. (H)

(F) Bonum Henricum ad Blitum sylvestre refert Raius. *Oxylapathi radice* nititur, caules emittit striatos, folia triangula, sifculos herbidos, semen rotundum. Vocatur Rumex unctuosus, seu Lapathum unctuosum: vulgè Tota bona Spinaciæ facie. Vulneraria est herba, Ulcerum Vermes pellit, valet ad venenosorum Animalium idus. Tournefortius vocat *Chenopodium folio triangulo*.

(G) Atriplex ex Festo ab atro colore. Dicitur *Chrysolachanon*, quasi Aureum Oluv. Antiquis ad alvum emollientem, & Icterus sanandum, Atriplex comedebatur: verum ex Plinio illius usus vetitus à Pythagorâ, quòd *Hydropem* & Icterus faceret: imò & in horti juxta Atriplicem vix nascitur quidquam.

(H) Atriplex sylvestris folio sinuato candicante C. B. est *Chenopodium folio sinuato candicante T.*

(I) Avena ab aveo inquit Vossius, quòd eam edere aveant Pecudes. Græcè dicitur *βρωμος*, à *βρωμα* Cibus. Plinius cum *Ægylope confundit*, atque *Hordeum in eam degenerare*, quemadmodum *Triticum in Lolium*. Alii distinguunt inter Avenam, Bromon, & *Ægylopa*. Terram paucis annis exhaurit Avena: unde Virgilius Georg. 1.

Urit enim Lini campum seges, urit Avenæ.

Bromus est Cibus jumentorum non hominum (ait Galenus 1. de alim.): nisi fortè in extremâ fame.

Dolores Colicos & Uterinos leniendos. *Farina Avenacea* cum Butyro cocta, conducibilis est in Scabie Capitis exsiccandâ, &c.

(N. Avena excorticata coquatur in Aquâ, quæ convenit in Inflammatione, Faucium Raucedine, Tussi contumaci.)

(Farinæ Decoctum quidam Infantibus bibendum parant pro Potu ordinario.)

(Stramen in Balneis vel Lotionibus convenit in Tineâ, Scabie scedâ, Ulceribus manantibus, Leprâ.)

XLV. A U R A N T I A M A L U S.

M Alus Nerantia, Germ. *Pomerantkenbaum*. Gall. *Oranger*, *Oranges aigres*, *douces*. Viret per integrum annum. Videatur Pomum Aurantium, *Trag.* Aurantia Mala, *Matth. Lon. Caji. Tab. Cam.* Aureum Malum. *Clus. dist.* Arantia, *Cord. in D.* Arantia, *Lob.* Malus Anarantia, *Dod.* Arantia major, *C. B.* 1.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Poma*, quæ simpliciter Arantia, Aurantia, vel Mala Aurea. Poma Nerantia, Poma Arantia dicuntur: suntque tum acida, tum dulcia, tum vinosa, seu media.

2. *Cortices*.

Vires. *Poma* acida & vinosa præferuntur reliquis, eademque virtutes habere putantur, quas Citria Mala, imbecillius tamen: *Cortices* calidiores sunt, usûsque vulgaris in Torminibus Ventris Colicisque (à Flatu subortis) inque Dysuriâ corrigendâ. Quinimò & Febrifugi comperti sunt subsequente Sudore. *Dosis* Scrup. 1. ad Drach. 1.

PRÆ-

XLIV. A V E N A. Avena Planta est cognita, ex qua usitatum Semen.

Semen duplicis est usûs: Culinaris, & Officinalis

Quoad usum Culinarem, ex eo parantur *Juscula Avenacea*, quæ successerunt hodie *Cremori Pisana* ex Hordeo excorticato factæ: vid. GORRÆUS in *Definit. Medicis*. Crebrior fit mentio apud Veteres in Febribus & Morbis Acutis sub Dietâ tenui, in Morbis Chronicis tam pro moderatâ Nutritione, abstergendis & detergendis primis viis, quàm temperandis Succis acris effervescentibus. Unde, & in Raucedine, Tussi Exulceratione & Asperitate Faucium, Oris Aphthis, à Catarrhis seu Lymphæ aciditate oriundis, &c. *Juscula Avenacea* usurpari solent; quia lentam visciditatem Lymphæ & Catarrhorum temperant & corrigunt.

Pro usu Officinali rarè usurpatur. Externè AUTHOR noster *Sacculum*, ex crudâ Avenâ factum, contra Tormina Abdominis & Passiones Hystericas calidè impositum commendat, qui etiam à Mulierculis usurpatur: sed Cura hujus dependet ex solo Calore. Melius tamen est, si contundatur Avena, & recipiantur part. ij. atque addatur *Seminis Coriandri*, vel *Cumini* & *Baccarum Juniperi* ana pars j. & in Sacculo interpassato applicentur Abdomini. N. B. Sacculi duo sint ad manus.

Usitatus est in Officinis *Syrupus Lutheri* ex *Jusculo Avenæ* cum *Saccharo* factus, qui temperat Acidum austerum, & contra Colicam laudatur. Ita vocatur, non quòd LUTHERUS Autor ejus extiterit, sed quia Colicâ afflicto illo usus est creberrimè. Aliàs rari est usûs Avena. (I)

XLV. A U R A N T I A M A L U S. *Fructus* hujus, German. *Pomerantz-Äppfel*, omnibus notus est, imprimis ex gratiâ Saporis, Odoris, & Coloris, quibus se commendat.

In usu est *Pomum* ipsum, & ejus *Cortex*.

Poma sunt vel acida, vel dulcia. *Acida* & *vinosa* maximam partem ejusdem ferè cum Citro & Succo ejus acido usûs sunt. *Dulcia* Mala dicuntur *Chinensia*, ut nonnunquam videntur Chinam. *Acida* usurpantur in Febribus Ardentibus; *Dulcia* verò usurpantur in *Scorbuto*, ita ut solo eorum usu quosdam

P. R. Æ. P. A. R. A. T. A.

1. *Aqua*. Ex Floribus. Dicitur peculiariore nomine *Nampha*, *Napha*, *Laufam*, vel *Angelica*. *Vires*. Promovet Sudorem, adhibeturque in Odoriferis. (& *Epithematis Cordialibus*.)
2. *Aqua*. E Corticibus.
3. *Succus expressus*. Ex Pomis acidis, qui tamen rari usûs est.
4. *Syrupus*. Ex Succo acido & Sacchari dimidio rari isidem est usûs.
5. *Conditi Cortices*. Ex Corticibus recentibus (purgatis, amaroque aliquantulum liberatis) & Saccharo.
6. *Conservas*. Ex Floribus asportantur ad nos ex Galliâ, Hispaniâ, Italiâ.
7. *Electuarium*, seu *Gelatina Aurantium*. Ex Corticibus exterioribus recentibus (i. e. amaro suo exutis) coctis vel &

contusis, & cum Malvatico, Saccharoque mixtis.

8. *Oleum stillatissimum*. E Corticibus.
 9. *Balsamus*. Ex Oleo: ut alii Balsami. (*Extractum Corticum* etiam paratur.)
 10. *Unguentum Aurantium*: *U. Pomum Aurantium acidum*, factò foramine, exprime *Succum*, cum quo misce tantillam *Theriaca*, *Croci* & *Aceti*: inde iterum Pomo, ac coque sub cineribus: tandem exprime.
- Vires*. Fugat Lumbricos Infantum Umbilico impositum, comescit æstum Cardiacæ inunctum, Somnum blandè conciliat Temporibus illitum.

XLVI. AURICULA MURIS.

Pilosella, Pilosella lutea. Germ. *Mauszabrlein*, gelb *Mauszabrlein* Nagelkrant. Gall. *Oreille de Souris*, *Piloselle jaune*. Eit

Zedoar.

Cinnamom. ana ʒʒ.

Macis ʒij.

Pulverifata adspargantur *Spiritu Nitri*, qui optimum est Carminativum ad ʒij. vel ʒj. etiam huic affundantur *Vini Malvat.* vel potius *Spiritus Vini Malvat.* ʒvj. Stent per triduum in Digestione, postea destillantur Igne sensim aucto. Potest destillari per Retortam, ut *Spiritus Nitri* melius promoveatur, qui hic magni momenti est propter vim Flatus discutiendi.

In *SALÆ Scriptis Chymicis*, in *Armamentario*, videmus *Aquam per fermentationem Corticum Aurantium*.

1. Aliàs prostrat *Aqua ex Floribus Aurantium*, sub nomine *Aque Namphæ*, quæ, vi carminativâ pollens, egregia est in Passione Hysterica, & pro Sudore movendâ, ut etiam pro Sapore & Odore reliquis Medicamentis conciliando usurpatur.

Neapoli habetur *Essentia ex Floribus Aurantium*, quam præparat *Monachi*, maximè pretiosa, Coloris sanguinei, seu aurei & clari, Moschum odore referens (K): est egregium Confortativum, & adhibetur in desperatis Morbis, cum summo sæpè Virium levamine.

3. *Succus*, præsertim *acidus*, ejusdem ferè naturæ ac usûs est cum Succo Citri; unde eadem etiam de eo asserenda sunt.

8. Præterea ex Corticibus Aurantium destillatur *Oleum*, quod *sudoriferum* est, simulque *carminans*, & expertum contra Colicam ex Acido austero, Stranguriam ex Acido primarum viarum ad vias urinarias delato, etiam Dysuriam; sive guttatim (6. 8. aut 10. guttulæ) assumatur, sive fiat *Elæo-saccharum*. Externè cum *Servo birctno* paratur *Unguentum*, quo inungitur Umbilicus in Stranguriâ. Ratio hujus Curæ desumitur à consensu Urachi cum Umbilico & Vesicâ. Vel etiam potest fieri *Linimentum ex Oleo destillato Corticum Aurantium* cum *Oleo Carvi*, *Angelicæ* vel *Anisi*, & *Cumini*; quod illitum Abdomini aut Umbilico, expertum est in Colicâ & in Straguriâ.

Sunt qui parant ex Floribus Aurantium *Oleum per expressionem*, ut *Oleum Jasmimi*, quod tamen aliquatenus adulteratur:

U. Baccar. Been, vel *Semin. Melon. benè confus.* part. j. Indunt Ollæ vitreatæ, & superspargunt *Flores Aurantium*: sic faciunt aliquoties stratum super stratum, & relinquunt ad aliquot dies noctesque; dehinc abijciunt *Flores*, & super *Baccas* vel *Semin. novos inspergunt*, idque aliquoties iterant: Tandem indunt *sacculo lineo Aquâ Namphæ* madefacto, & exprimunt *Oleum*, quod tamen non est ex solis Floribus Aurantium, sed etiam ex *Baccis Been*, aut *Semine Melonum*.

Hoc modo exprimi etiam potest *Oleum suaveolens ex Floribus Violarum*.

4. Prostrat insimul *Syrupus Aurantium*; cui si addantur aliquot guttæ *Olei Aurantium*, proderit in superiùs dictis Affectibus, qui ipse *Syrupus Pomorum Aurantium* (uti & ipsa Poma Aurantia non minùs, quàm Citria, multum valent) singulariter prodest in Scorbuto. (L)

XLVI. **A**URICULA MURIS. *Auricula Muris* dicitur, quòd Folia ejus *Aurem Muris* repræsentent, Germ.

dam à Scorbuto liberatos fuisse, Autores testentur: Hinc etiam in Italiâ rarè affliguntur, tam peregrini quàm incolæ Scorbuto, propter usum Pomorum Aurantium, quæ corrigunt Effervescentiam ab acido scorbutico oriundam; sicut & Poma acida contra Scorbutum profunt, cum Antiscorbuticis acribus, Cochleariâ, Nasturtio, &c. juncta. Post Scorbutum & in *Affectibus Melancholicis* commendantur.

Cortices constant copioso Sale volatili satis acri, temperato Pinguedine vel Oleo sulphureo, sponte flammam concipiente. Aciores sunt magisque aromatici Corticibus Citri. Ratione Salis volatilis etiam magis *Carminativi*, ut quoscunque Flatus certò expellant; aded ut etiam non immeritò Medicamentis pro Flatuum discussione & temperando Acido plùs minùs austero, & corrigendo Viscido, Flatuum genitore, Colicâ, Passione Hysterica, &c. admisceantur Cortices Aurantium, si Alvus priùs aperta fuerit. Unde quidam Medicus expertus habet *Pulverem singularem in Colicâ*, qui pro basi agnoscit *Cortices Aurantium*, & cujus talis est Compositio:

ʒ. Cort. Aurant. ʒiʒ.

Dent. infer. Aurata Piscis, vel in horum defectu Maxill. Lucii Pisc.

Lapill. Cancr. præp.

Succini præp.

Talor Leporis,

Zedoar. an. ʒij.

M. f. Pulvis, qui usum egregium habuit in Colicâ curandâ.

Præterea egregiè profunt in *Stranguriâ*, ortâ à causâ externâ, (Acidum illud ex primis viis exactè corrigendo) & *Dysuriâ*, necnon ad Curam *Iberi flavi*, in quo omnia profunt, quæ constant Sale volatili acri, ad corrigendum Sal volatile oleosum in Mafsâ Sanguineâ, quod tum temporis est depravatum potiùs, quàm quòd Vesica fellea obstructa, sive sub formâ *Olei destillati*, sive *Pulvis* assumatur à ʒj. ad ʒʒ., vel extemporè *Elæo-saccharum ex Succo Corticis oleoso expresso* parandum.

Flores gaudent Sale Mercuriali, & ad secundam Classem *Florum* pertinent, hinc destillari nequeunt in Oleum.

2. Quoad *Præparata*, in quibusdam locis prostrat *Aqua ex Corticibus Aurantium cum Vino destillata*, quæ est perquam egregium Remedium in Suffocatione Uterinâ: Nam certum est, quòd in multis conspirent hæc & Colica Virorum, modò non sit unus idemque Affectus; sicut & *HOEFERUS in Hercule Medico pag. 131.* habet *Aquam Flatus discussivam*, quæ pro basi agnoscit *Cortices Aurantium*; cujus elegantis Compositionis Autor fuit *D. MANNAGETTA*, quæ tamen indiget correctione. Correcta sic se habet:

ʒ. Cort. Aurant. exter. (solummodò flavum) ʒiv.

Flor. Chamom. Rom. M. ij.

Fol. Menthe crispæ M. j.

Herb. Absinth. Pont.

Rad. Angel. ana p. j.

Sem. Anisi,

Fœnic. ana ʒʒ. vel ʒvj.

Cumini,

Baccar. Junip. ana ʒʒ.

Lauri ʒij.

Tom. IV.

(K) Moschum odore refert, si Moschum addideris: imò & Ambarum, si Ambarum addas.

(L) Aurantia Mala mares & fœminas faciunt, illa rugosiore, hæc leviore cortice. Fortassis sunt Medica Mala Theophrasti: non tamen Cestiana Mala. Stuporem ab acidis Aurantiis dentibus inflatum tollunt *Portulaca*, *Panis callidus*, *Caseus*, *Nuces pineæ*, *Avellana*, *Juglandes*, *Sal aut Mel calefactum affricatum*: *J. Bauhinus. l. 97. 1.* Folia & Flores Aurantiæ videntur angustissimis foraminibus pertusa, veluti Folia Hyperici, si adverso Sole, vel microscopio observentur: sed salis, nam quæ foramina videntur, sunt vesiculæ aquâ plena, lumen facillè transmittentes: *Lemery des Drogues.*

Repens major { hirsuta.
 non hirsuta.
Erecta.
 Montana, Hispida, seu Hispidula, vide suo loco.

Præfertur autem reliquis Pilosella major repens hirsuta
 C. B. 1. Auricula Muris, Brunf. Cord. in Diosc. Auricula Mu-
 ris minor, Trag. Lon. Pilosella. Matth. Lob. Cast. Tab. Pilo-
 sella major. Fuchf. Dod. Pilosella repens, Ger. Pilosella ma-
 jor repens hirsuta, C. B. 1.

OFFICINALIA.

Integra Planta, seu Folia.

Vires. Calfacit & siccatur. astringit, abstergit, constipat.
 Sternutatoria est & Vulneraria (intus & extus adhibita) Dys-
 enteriam, Alvi, Uterique fluxus sistit, Bilem æstuantem se-
 dat, & incrassat, Hernias (Infantum præcipue) curat. Ex-
 trinsecus medetur Ulceribus Oris (in Collutionibus), Hæ-
 morrhagiam Narium sedat (Pulvis Nari inditus.)

PRÆPARATA.

Aqua. Destillatur in MB. ex integrâ Plantâ collectâ sub sine
 Maji vel circiter.

Germ. *Mause-Ochrbchen*, item *Pilosella major repens*, quod Folia
 ejus copiosis quasi Piliis sint confusa: hinc & quibusdam dicitur
Hispidula, à Foliis scilicet hispidis. Flores habet luteos.

Adstringit in Fluxu Alvi, & Sanguinis seu Hæmorrhag-
 iâ; est enim texturæ firmioris. Usus ejus in Vulneribus &
 Ulceribus curandis ab Autore quidem omissus; est tamen
 egregium *Vulnerarium*, tam interno usu in *Potionibus Vulne-*
variis, quàm externo in *Unguentis*, *Emplastris*, *Balsamis*,
 &c. *Vulnerariis*. Hinc utilissima est in *Affectionibus Peſtoris*,
 quando Sputum & Lympham, Asperam Arteriam irrigan-
 tem, nimis acidam solet corrigere & temperare; item pro-
 dest in *Calculo*, in quo commendatur à *POTERIO*. Dum
 est *Vulnerarium*, solet exhiberi Infantibus in Pulticulâ &
 Cibis, quando laborant Herniâ. Externè in *Gargarismatis*
 cum aliis, *Prunellâ*, *Salviâ*, &c. contra Inflammationem
 Tonfillarum, Faucium Ulcerationes, Laxationem Uvul-
 læ, &c. adhibetur. Per se aliàs rarissimi est usus. (M)

Præsto quoque jam est

AURICULA MURIS CÆRULEA. Præfens *Myo-*
sotis, seu *Auricula Muris cærulea*, ita dicitur ad differen-
 tiam *Pilosellæ flore luteo*. Est autem potiùs *Echium Scorpioi-*
deum, cum cacumen Florum in formam Caudæ Scorpionis
 ante sui efflorescentiam contortum sit. Germani vocant
Vergis mein nicht mit blauen Blumen.

Usus ejus adhuc ignotus est. Externè tamen Radix pul-
 verisata Oculorum canthis ulceratis inspersa medetur.

Datur etiam *Echium Scorpoides majus folio glabro*, item
Echium Scorpoides minus folio hirsuto. (N)

(M) *Auricula Muris. Quamquam idem sonet apud Latinos Auricula Muris, quàm apud Græcos Myosotis; at-
 tamen non omnes Botanicorum Auriculæ Muris ad Myosotida reducuntur. Imò Raius duo diversa Herbarum genera facit,
 Myosotida T. & Auriculam Muris. Quidquid autem de hoc sit, Schræderus hic cum Tabernæmontano Auriculam
 Muris cum Pilosellâ confundit. Pilosella autem Officinarum, de quâ loquuntur hoc loco Schræderus & Ettmullerus, est
 species Dentis Leonis, juxta Methodum Tournefortianam. Hæc planta amarissima est, & leviter rubefacit cæruleam pa-
 pyrum: sed continet ad Aluminis naturam accedens, multo Sulfure involutum, ac pauco Sali Ammoniacico mistum. Vulneraria
 ergo est, & absteriva. Pena & Lobelius asserunt, Cultrorum laminas in bujus Plantæ succo temperatas, ut ajunt, ser-
 vum & lapidem invictè secare.*

(N) *Auricula Muris cærulea, quam vocat Ettmullerus (ex Tabernæmontano) Echium Scorpoides, ad Li-
 thospermum T. reducenda; cum omnibus suis speciebus. Et quæ propriè Auricula Muris cærulea dicitur Tabernæ-
 montano, est Lithospermum arvense minus T.*

(O) *De Auriculâ Ursi nil habet Ettmullerus. Planta est Primulæ Veris affinis; proprios tamen habet Characteres
 ex Tournefortio. Innumerae sunt illius species, ad Hororum præcipue ornatum natae. Hæc antequàm floreant, hoc est,
 antequàm characterem manifestent, vulgè dignoscuntur foliis crassis, densis, glabris, Primulæ Veris foliis minoribus, ple-
 rumquè à subrotundo in acumen desinentibus. Auricula Ursi vulgè ad Saniculas reducitur: atque illam cæteris Saniculis
 præferri ajunt ad Enterocelas, & Thoracis Vulnera, si quotidie in potu sumatur: manducata Radix Dentium dolorem
 mulcet: Succus Cutis scissuras instillatus sanat: J. B. Fabius Columna in Phytobasano, Auriculam Ursi flavo flore, Alif-
 ma, seu Damasonium Dioscoridis esse putat. V. Ecphrasim p. 2.*

(P) *De Baharas hæc habet C. Bauhinus l. c. Baharas in Judæâ, Radix colore flammæ assimilis, circa vespe-
 ram veluti jubare fulgurans: quæ accedentem & evellere cupientem tam diu refugit, nec priùs fugam sistit,
 quàm Urinâ Mulebri, aut menstruo Sanguine conspersa fuerit. Josephus de Bello Judaico. Credat Judæus apella.
 Cum Aglaophide, sive Cynospasto terrestri Eliani: Marmaritime Democriti: Cynocephaliâ & Osiritide Apio-
 nis: Moly Homeri, & Pæoniâ, non Dioscoridis, sed Galeni, nisi fallor, convenit. Subdit idem Bauhinus ex
 Guilandino.*

(AURICULA URSI.)

Sanicula Alpina, Lunaria arthritica Gesneri. German. *Beer*
Sanickel.

Inter Coronarias Colore, magnitudine, numeroque Florum
 varians.

Floret primo Vere.

Vires. Herba est Vulneraria, nec parum adversus Vertigi-
 nem illi tribuitur. (O)

B

XLVII. BALANUS MYREPSICA.

Balanos *μυρεψικη* Dioscoridi, Balanus Myrepica, Cord.
in Diosc. 1. 10. Ger. Bell. Glans Unguentaria, Matth.
Cord. in D. Lob. C. B. Granum Ben. Lon. Been parvum. Mo-
nard. Arab. Habel Ben. Fructus est Arboris Myricæ similis,
 magnitudine Avellanæ Nucis, intus Nucleum continens pin-
 guem & oleosam, veluti Amygdalæ. Gall. *Grains de Been*.

Vires. Nucleus calfacit 3. siccatur 2. tergit, purgat supra ac
 infra, educitque Bilem ac Pituitam. Curat Scabiem, Impeti-
 ginesque sanat.

N. *Mesues* Been duplex facit, magnum sc. ut Avellana,
 quod *Monardes* Avellanas purgatrices esse vult: & parvum
 Ciceris magnitudine, ex quo Oleum Itali conficiunt.

PRÆ-

B

BAHARAS vel BAARAS JOSEPHI.

Baharas vel *Baaras Josephi* est Planta in Judæâ reperibi-
 lis, quæ ita vocatur; de qua vid. JOSEPHUS, &
 HORSTIUS l. 1. Dispensat. P. 1. p. 3. Cui dicit; *Vix si-*
dem mereri, quæ Josephus de hac Plantâ habet: Conf. CAS-
PAR BAUHINUS in Pinac. pag. 512. (P)

XLVII. **BALANOS MYREPSICA.** *Balanos Myre-*
psica est Planta exotica, cujus Fructus tantum
 habentur, & *Grana Been* vocantur. De formâ & virtutibus
 videatur, post TABERNÆMONTANUM, Tomus 1.
Theatri Botan. BAUHINI.

Rarioris est usus. Uti etiam *Oleum expressum*, quod emol-
 lit & discutit, rarè adhibetur, quoniam valde pretiosum,
 & adulteratum est; econtrâ *Oleum Amygdalinum* idem præstat,
 quod etiam eo propter nimiam acritatem melius substituitur.
 Utuntur eo pro eliciendis *Oleis ex Floribus odoriferis*, vid.
Hortus Farnes. TOBIÆ ALDINI: e.g. cum Floribus Jas-
mini maceratum contrahit eorum Odorem suavem, quando
 ex illis *Oleum* paratur. Nam utut Flores Jasmini suavissi-
 mum spirent Odorem, nihilominus si destillentur, planè
 illum omittunt, & malè potiùs olent. Ut ergò suavis Odor
 possit colligi pro *Suffimigio Chirothecarum*, propterea acci-
 piant *Nucleos Been*, contundunt, & expriment *Oleum*,
 quod recipiunt propter diuturnitatem, qui non facilè ran-
 cescit, ut reliqua Olea. Aliàs per se nullius est usus.

Ob-

P R Æ P A R A T A.

Oleum ex Nucleis exprimitur, & ad nos transfertur, titulo *Noci Balanini* vel *de Been*. Vide August.

Vires. Emollit, discutit, nutritivum est, Scabritiem, Lentiginem, aliaque Cutis vitia sanat, qualicumque Tinnitui Aurium subvenit (inditum Auri.)

N. Oleum hoc quia rancescere nescit, commiscetur rebus fragrantibus, E. g. Moscho, Zibettae, Coriisque illinitur ad fragrantiam impertiendam. Alii tamen ejus loco adhibent *Oleum* expressum e Nucleis Ceraforum, in quo solutum Benjovinum. *Heurnius in Meth. Prax.*

XLVIII. B A L S A M U M.

Balsami Planta Frutex, seu Arbuscula est, tres cubitos ad summum alta, Folia alens Rutæ foliis similia.

Dicitur Balsamum Syriacum Rutæ folio, C. B. 1. Balsamum Lentisci folio Ægyptiacum, *Bellon. obs.* Carpobalsamum Veterum flavum. Carpobalsamum, & Cassiam verum, *Cord. Germ. Balsambaum, Gall. l'Arbre du Baume.*

Nascitur sponte in Arabiâ Felici, unde olim in Judæam, & hodie in Ægyptum translata, loco quodam ocluso (Cayro vicino) quem Mateream vocant, colitur.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (Carpobalsamum.) *Ramusculi* (Xylobalsamum.) *Liquor Balsameus* (Opobalsamum,) de quo vide *Balsamum Class. 2.*

Observanda hic *distinctio Vegetabilium fragrantium*: Quædam sunt *Aquosa*, ut Jasminum, Narcissus, Liliū convallium, Hyacinthus, &c. Quædam sunt *Macra & Aromatica*, ut Anisum, Mentha, Salvia, &c. Ex illis nihil odoriferi Arte de se elici potest: ergo per *Oleum Been* infundendo & stratificando aliqual *Oleum*, sed *adulterinum*, producitur; ex posterioribus verò vis eorum odorifera in *Oleum* destillatum concentrari, & elici potest. (Q)

BALSAMINA LUTEA.

Balsamina lutea *Baubini*, propriè dicitur *Noli me tangere Gesneri*. Ita dicitur, quòd post Florem cucullatam deciduum Capsulæ seminales, ubi maturuerint, levi artactu soleant crepare, & Semen undique de se spargere, hic *German. Springsaamen-Kraut*. Rectius dicitur aliis *Perficaria siliquosa lutea*.

In Officinis non est in usu. Sunt qui *Malignitatem* quandam Plantæ huic tribuunt; res tamen incerta. E GESNERI enim (*Germanorum Plinii*) *Epistolis* constat, eam in Affectibus Urinariis ad propellendam Urinam fuisse proficuum; imò ipse testatur, se *Folia* hujus Plantæ contusa in Stranguriâ fausto cum successu externè adhibuisse: Denique etiam eandem recentem contusam in Doloribus & Tumoribus Arthriticis applicandam commendat. (R)

XLVIII. BALSAMUM. Balsamum vel est Orientale vel Occidentale. Orientale affertur ex Syriâ & Palestinâ; Occidentale est Balsamum Peruvianum.

Tres subministrat species: Fructus, Carpobalsamum; Ramos, Xylobalsamum; & Liqueorem, Opobalsamum.

Opobalsamum est ingrediens Theriacæ pretiosum & rarum, unde usus obtinuit, ut adhibeatur Occidentale de Peru.

Denique præter Balsamum Peruvianum provenit quoddam in Insulâ Tolu, quæ dat *Toluanum*; de quo inferius in

(Q) Balanus Myrepica siliquâ triangulari, semine minore alato Breynii, est Nux Been Zeylanica, siliquâ triangulâ, seminibus alatis Hermannio: Arbor exotica Lentisci foliis C. B. Muringa H. Malabar. 6. 19. Flora Ferr. lib. 3. cap. 21. Been tamen, vel Ben, de quò hic, non confundendum cum Behen radice, de quâ infra. Ben album appellatum est fructus triangularis, magnitudine Avellanæ, cujus Nucleus dulcis valdè, & nauseam pariens. Arborem quæ fructum hunc fert fuscè describit Aldinus in Horto Farnesiano. Hanc Balanon Myrepicam vocant Græci, Latini Glanudem Unguentariam, Arabes Ben, Avellanam Indicam Hispani. Aldinus putat hanc eandem esse Arborem Myrobalani, fuscè de Glande Unguentariâ Antiquorum differit à pag. 73. & seqq. Oleo ex fructu Been expresso utuntur Sepiasarii & Unguentarii ad fragrantium Oleorum sophisticationem: quam encheiresin fuscè exponit citatus Aldinus pag. 78.

(R) Dicitur Balsamina à balsamicâ vi Momordicæ, quæ inter Balsaminæ species connumeratur, & Balsaminam marem vocant: ad differentiam Balsaminæ fœminæ, de quâ hic. Hujus vartæ sunt species, flore nempe simplici & pleno, elegantibus coloribus variegato. Officinalis dicitur Balsamina lutea, & Noli me tangere Bauhinis: us & Dodo-nzo Impatiens herba, quòd Fructus (quemadmodum & omnium specierum) per maturitatem digitis leviter pressis, debiscant, & Semina excutiant.

(S) De Balsamo ejusque speciebus opportunior erit in secundâ Classe dicendî locus.

Fructus eligatur recens, plenus, ponderosus, gustu mordax. *Ramusculi* probantur recentes, tenues, odorati.

N. 1. Carpobalsamum, atque Xylobalsamum, quia nonnisi in Compositionibus quibusdam Veterum adhibentur, prostant rard, atque nonnisi vetustate obsoleta, unde loco Carpobalsami Cubebas adhibere receptum est, loco Xylobalsami Lentiscum recentem: Xylobalsamum autem nostras, quod Mechâ Arabiæ Felicis asportatur, esse idem cum Veterum, probat Petrus Bellonius in suis *Observation. lib. 2. c. 29.*

N. 2. Est & Arbor quædam Malo Punicâ major, sponte in Novâ Hispaniâ nascens, ex qua elicitur Balsamum Indicum, seu Peruvianum. Vide infra Cl. 2.

N. 3. Sunt & Arbores in Tolu Provinciâ inter Carthaginem & Nomen Dei sita, pumilis Pinis similes, ex quibus elicitur Balsamum de Tolu Monsurdes. Vide infra Cl. 2.

XLIX. B A R D A N A.

Major, hujus loci.

Minor, loci sequentis.

Germ. Kletten. Gall. Glouteron.

Dicitur Bardana, sive Lappa major. *Dod. Brunsv. Trag. Personata, Lon. Lob. Personata major, Matth. Cass. Personaria, Fuchs. Arcium, Cord. in D.*

Lappa major, Arcium, *Diosc. C. B. 1. Germ. große Kletten.* Crescit passim juxta vias, & in Cœmeteriis. Floret Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radices, rard Folia, rarius Semen.

Vi-

Cl. 2. de Alterant. secundar plura: Hoc saltem hîc noto, optimè sentire DOERINGIUM in *Tract. de Succino*, ubi non sine ratione innuit: *Succinum* & ejus *Oleum* optimè posse substitui loco Balsami Orientalis & Occidentalis in *Compositione Theriacæ*. (S)

XLIX. BARDANA. Bardana seu Lappa in duplici est differentiâ: vel Major, quæ specialiter Personata dicitur, Germ. große Kletten: vel Minor. Usitata est utraque.

Majorem quod attinet, est vilissima Herba, & tamen maximi momenti; de cujus Radice observavi, quòd solet commendari in Affectibus Pulmonum. Hinc etiam singularem Sanguinem congruatum resolvendi & discutiendi vim habet, convenitque in Sputo Sanguinis & Pleuritide, aut quibus in Phthisin aut Empyema degeneravit, propinando Cochlear Radicis pulverisatæ, vel Decoctum, expectando Sudorem. Sunt etiam, qui hunc usum in Affectibus Pulmonum Lappæ minori adscribunt, de quo tamen experientia consulenda. Diaphoreticum & Diureticum est egregium, præprimis in Arthritide & Podagrâ, cujus fomitem per Urinam educit: Vid. FORESTUS l. 9. *Observ. 7.* & hoc quidem ratione texturæ materialis temperatæ, nitrosæ tamen: indeque fit Resolvens & Abstergens. Unde in *Lue Venereâ Decoctum Radicis* sumatur cum pauxillo *Foliorum Sennæ*, expectando Sudorem: qua ratione curatus fuit HENRICUS IV. *Rex Gallie*: imò Radix hæc à quibusdam *Decoctis contra Luem Veneream* loco Radicis Sarsaparillæ addi solet.

Semen est Diureticum, & mirè commendatur in Phthisicis, & specificè ad Calculum, quem vel expellit, si genitus, vel generationem impedit.

Externè Folia conducunt in Doloribus Arthriticis, tam fixis Podagricis, quàm vagis cum insigni Tumore conjunctis, probè contusa & succulenta imposita: & vidi Ego Exemplum, ubi quidam Arthriticus hîc recepit Foliæ Bardanæ, modicè conquassavit, & Partibus dolentibus applicavit; ita enim

Vires. Siccatur, est Pulmonica (N.B.) Diuretica, Diaphoretica, Extergens, Subastringens. Hinc convenit in Asthmate, Calculo, Exspuptione Sanguinis, in Vulneribus inveteratis, Tumore Lienis, aliarumque partium, in Arthriticis Morbis (quibus peculiari proprietate conferre statuitur.)

Semen insigni censetur *Lithontripicum*.

Extrinfecis imponuntur *Folia Vulneribus* inveteratis, *Articulis luxatis*, *Ambustis*, &c.

P R Æ P A R A T A.

Aqua. In Peste usualis.

L. BARDANA MINOR.

ἄνθρον Diosc. *πάρυδιον*, Galen. Xanthium, *Fuchf.* Matth. Dod. Cord. in D. & bist. Lon. Cist. Tab. Xanthium, seu Strumaria; *Lob.* Bardana minor, *Ger.* Lappa minor, C. B. 6. Germ. *klein Kletten*, *Bettlerstaufe*. Gall. *petit Glouteron*.

Gaudet solo lato & pingui juxta mœnia & scrobes arefactas. Viget Julio & Augusto.

enim intra 12. horarum spatium omnes Dolores levati sunt, omni tamen mane & vesperi recentia imponendo; secus enim, si ultra dimidium diem relinquerentur, Cuticulæ adhærebant ita fixæ, ut illam simul detraherent: & quod notandum, facie versâ, ubi nervi magis prominent. Folia contusa, ut planentur, & ex nervis aliqualis Succus proluciat, debent imponi *facie versâ*, & *ided* etiam aliquantisper *contunduntur*, Dolorem ac Tumorem egregie solvunt ac discutunt. Eodem modo hæc Folia imposita *Sanguinem grumosum* ex Contusionibus mirè dissolvunt & discutunt. Singulare est, quod habet *SCHMUCK* in *Curis Magico-Mageticis* p. 37. dum refert: quod Folia Bardanz majoris Tibialibus imposita, & Pedibus conculcata, Suffocationem Matricis Mulieribus tollant; sin verò applicentur Capiti, inducant. Eadem conveniunt in Tumore Pedum hydroptico, quem potenter resolvere perhibent. Radix Bardanz, si plantis Pedum alligetur, dicitur, quod quasi per Diaphoresin sanet Hydropicos, dum Aquam expurget. *EPIPHANIUS FERDINANDUS* dicit, quod vim habeat prolongandi Membrum virile. Ex Radice sicca *FABER* in *Myrothec. Spagyric. l. 4. c. 16.* parat Oleum per descensum, cujus vires eximias non potest satis commendare ad Calculum resolvendum & promovendum, Scirrhus emolliendos, & Nodos podagricos omnemque Tartarum, dissolvendum.

Prostat in Officinis nostris *Aqua Bardanz composita*, quæ destillatur ex Radice Bardanz, *Vincetoxici*, *Cortice medio Fraxini*, &c. cum *Vino*; cui postmodum instillatur aliquod *Spiritus Sulphuris*, & additur nonnihil *Camphoræ*. (T)

L. BARDANA MINOR. *Bardana* seu *Lappa Minor* vocatur etiam *Xanthium*.

Ex hac Plantâ usitata est *Radix*, *Fructus*, (Germ. *die kleinern klettem*, oder *Bettlers laufe*) & *Herba*.

E Radice hujus in taleolas incisâ ac coctâ fit *Decoctum sudoriferum ac diureticum*, omnibus Lignorum exoticorum *Decoctis* æquivalens; hinc sunt, qui idem *Decoctum* in Arthritide, & contra Luem Veneream laudant. Porro & Medicus quidam, à CASTRO dictus, contra Pleuritidem *Decoctum* commendat, quam per Sudorem repetitum optime curat. Externè discutit & resolvit Tumores, vel Serum in partibus collectum.

Radix in *Lixivio* aut *Aquâ* simplici decocta in Capillis colore flavo tingendis singulare est, & Capillorum proventum promovet: Vid. *SCHOTTUS* in *Physicâ Cur. l. 3. cap. 23. p. 517.* ubi refert de Viro sexagenario, cui post gravem Morbum Capilli è Capite & Barbâ deciderant, quos tamen recuperavit *Lixivio*, è Radicibus Lapparum præparato, quo Caput & Mentum sæpius irrigavit. Præterea quoque Folia Bardanz minoris *Erysipelati arthritico* applicata, omni

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, *Fructus* (Lappulæ) & *Herba*.

Vires. Calfacit, & siccatur, digerit, gustu est amaro & subacri. Usus præcipuus (secundum *Martiolum*) in minerâ Lepræ educendâ (cum *Rhabarbaro* exhibitâ *Radix*.) in Lipothymia. Extrinfecis in Strumâ & Tumoribus discutiendis (Epithemate): in Capillis luteo colore tingendis *Herba Cancrorum ardori* efficax est extinguendo.

LI. BASILICUM.

ἄνθρον, *ἄνθρον*. *Basilicum*, sive *Ocimum*, *Brunsf.* *Basilica minor*, & *Baccharis Germinata*. *Trag.* *Ocimum medium*. *Matth. Cast. Cam.* *Ocimum mediocere*. *Fuchf.* *Ocimum* seu *Basilicum medium vulgatius*, *Lob.* *Ocimum magnum*. *Tab. Ger.* *Ocimum vulgatius*, C. B. 6. Germ. *Basilien*. Gall. *Basilic*.

Crescit in hortis Floret Junio, & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia ac *Semen*.

Vi-

vespere ac mane renovando, egregium afferunt solamen, ac Tumorem egregie solvunt ac discutunt; quod ipse sum expertus. Eodem modo hæc Folia imposita *Sanguinem grumosum* ex Contusionibus mirè dissolvunt & discutunt. (V)

LI. BASILICUM. *Basilicum*, Græcis *ἄνθρον* dicitur, quod ocius ac subito è propriis Seminibus crescat, Latinis *Basilicum*, tanquam Regium Simplex propter Odorem suum suavissimum; unde Germ. *Basilien Kraut*. *ZACUTUS* quidem l. 9. *Med Princ. Histor. 5.* dicit, quod *Basilicum* ita vocitetur, quia *Basilisci* moribus sit remedio, quod sanè ridiculum, cum nemo unquam viderit *Basilicum*.

Plures ejus sunt *Differentiæ*:

1. *Ratione Foliorum*: Aliud enim est *Latifolium*, ut *Ocimum Magnum*, *Indicum*, &c. Aliud *Angustifolium*, quale *Ocimum Mimus foliis serratis*, *Citratum*, &c.
2. *Ratione Colorum* in Foliis: Datur enim *Ocimum Pictum*, *Album*, *Rubrum*, *Nigrum*, &c.

Planta hæc *Sale volatili oleoso* & penetrante est prædita, Veteribus incognita; Modernis autem satis decantata, cum sit egregie *Aromatica* & singulariter *Cephalica*. Singulare est, quod in Plantâ hac humidâ ac succulentâ Odor aded aromaticus resideat; cum aliàs notum sit, Plantas Aromaticas naturâ esse sicciore, & quasi squalidas, ac faciliè arefcere; conspirat tamen cum aliis Aromaticis in eo, quod sit *Planta vivax* pro more *Menthæ*, *Salviæ*, atque *Pulegii*, ac ex solâ *Aquâ* crescat.

Usus ejus, cum nonnisi ob Odorem suaveolentem in Hortis colatur, non est aded singularis: *Folia* tamen & *Semen* in Officinis prostant.

Quoad *Vires*, *Cephalica* est & *Stomachica*: *Spiritus* enim continet in se quali ardentem, ex *Sale volatili oleoso*; unde *Spiritus* animales recreat Senibus odoretendis adhibita, & Capiti in Vertigine, similibusque Affectibus Senilibus, per consensus Stomachi natis, mirè confert, aded ut mereatur, ut quovis *Spiritus* aut *Essentias* Confortativas seu *Cephalicas* ingrediatur: Senibus præsertim convenit ordinariè Capite malè habentibus. Præterea *Uterina* est propter vim aromaticam, *Menses* ciet, & in Affectibus Uterinis prodest. Ad *Morsum Animalium venenatorum* externo & interno usu laudatur. Exsiccata ac cum Floribus pulverisata elegans præbet *Sternusatorium*, quod non tantum Membranas Odoriferas superiores *Narium* irritat ac afficit, sed Caput quoque valdè recreat, & hinc inter *Sternusatoria cephalica* refertur; sicut & *Semen Naribus* insufflatum, *Sternusatorium* optimum est in *Coryzæ* principio.

Planta contusa Lateribus duobus in medio excavatis indita, & quoad rimas abducta, radiis Solaribus si per 4. septimanarum spatium exponatur, *Scorpiones* procreare vulgò dicitur.

(T) Bardana major eadem ac Lappa major, seu Arctium Dioscoridis, & Personata Lobelii. Bardana dicitur à *βαρδός*, via, quod ubique sit obvia: Lappa, à *λαβναι* capere, quod prætereuntium vestibus barnati fructus adhæreant. Denique appellatur Personata, quod latis hujus Plantæ foliis pro personâ utebantur Antiqui. Ope *Analysos Chymicæ* innotuit, quod *Sal volatile concretum* hujus Plantæ, ad *Sal Ammoniacum* valdè accedit: imò illud idem cum Nitro commissum esse, ex eo evincitur, quod Plantæ folia igni admota aliquam Detonationem (quod Nitri proprium est) patiantur. Bardana est diuretica, sudorifera, peccoralis, hysterica, vulneraria, febrifuga. Pena & Lobelius asserunt, Radicem Bardanz Saccharo conditam ad Urinam sabulumque ciendum maximè valere. Forestus refert Vastelium Mechliniæ Pensionarium à Podagrâ liberatum, Decocto Radicis Bardanz, quo sumto magnam reddidit lacteæ Urinæ copiam.

(V) Bardana minor est Lappa minor, Xanthium Dioscoridis. Hujus Plantæ folia sunt amara, adstringentia, nec cæruleam papyrum rubefaciunt. Usus ejus est ad Strumas & Sanguinem depurandum: Succus est ebibendus ad ʒvj. vel Extracatum ad ʒj. Folia etiam contusa Strumis applicantur. Xanthium dicitur, quod *ξανθός* flavos, faciat Capillos.

Vires. Calfacit 2. humectat, digerit, resolvit, expurgat Pulmones, Menfes movet, ideoque usurpari poterit usu interno & externo, sed rariùs adhibitum deprehenditur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex integrâ fit Plantâ collectâ Junio. (*Oleum destillatum ad Singultum utile.*)

BECCABUNGA, Vide ANAGALIS AQUATICA.

LII. BEHEN ALBUM, BEHEN RUBRUM.

Binas Officinæ nostrates *Radices* monstrant nomine *Behen*: unam *Behen Rubrum* appellant, alteram *Album*. De utraque controversatur ejus sint speciei. Arabibus (ut *Serapioni*) sunt *Behen Radices* *Pastinacæ Radicibus* similes. Hinc scribit *Haly-Abbas*, *Behen & Pastinacæ sylvestris Radices* nullum inter se discrimen habere. E Modernis *Behen Album* aliqui *Polimonii*, five *Lychnidis sylvestris* speciem esse autumant, quam *Tabernaemontanus* vocat *Herbam Articularem*: *Behen Rubrum*, alii *Limonii maritimi*, alii *Valerianæ rubræ*, alii *Bistortæ* speciem esse autumant: alii verò, *Garsia* & monente & reprehendente, *Zerumbeth* esse statuunt. Hinc est, quòd aliqui in *Descriptionibus Arabum* substituunt *Eryngium*, alii *Tormentillam*, alii *Pastinacam sylvestrem*, alii *Angelicam*, alii denique *Caryophyllatam*. *Austriacus & Myrepsus* *Behen Hermodylos* esse volunt, forsan *Avellanæ purgatricis*, de quibus vide *suprà*, *Balanus Myrepsica*. (*Utrumque ingreditur Species Cordiales Alex. Benedic.*

citur; Quod etiam referunt B. D. MICHAELIS, HOFFERUS in *Hercule Medico* l. 2. c. 1. p. 116. & HELMONTIUS *Tract. de Peste* pag. 173. *Imago Ferm.* §. 13. pag. 94. & l. de *Potestat. Medicam.* p. m. 384. §. 37. HOFFMANNUS de *Medicam. Officin.* l. 2. c. 32. pag. 122. & HOLLERIUS l. 2. de *Morb. inter.* cap. 1. Sed fabula est: Confer. in hoc M. A. N. C. Ann. 3. *Observ.* 79. pag. 135. GALENUS l. 2. de *Aliment. Facultat.* cap. 36.

Inter *Præparata* Planta exsiccata, ac cum *Spiritu Vini* extracta præbet *Essentiam* *Vertigini* haud incongruam. (X)

LII. BEHEN ALBUM, BEHEN RUBRUM.

Behen *Album & Rubrum* non confundenda sunt cum *Grano Been* seu *Balano Myrepsica*. *Behen Rubrum* etiam *Limonium Maritimum majus* dicitur, quod circa *Limodas* seu *paludes*, item *littora marina*, provenire solet; Germanis *Void Mangold*; quasi species esset *Betæ*, quod tamen non est, sed est potius *Planta heteroclitia*. Utrisque *Radices* sunt exoticæ, & nullius aut rari usûs; imò sunt, qui dicunt, *Radicibus* his non esse utendum, quoniam ut plurimum sint adulteratæ. Quid ergò opus, ut iisdem utamur, cum præterea quæ & quales sint, nondum satis constet. (Y)

LIII. BELLIS. *Bellis* ita dicitur, quòd *Flores* ejus admodum sint elegantes & belli. Hujus varietates sunt Species:

I. *Hortensis flore pleno variegato, albo, & rubro*, Germ. *Masliebén, tausend-Schonchen*: Ad quam etiam spectat *Bellis Major* BAUHINO dicta, *caule-foliofo*; aut *Bellum majus Tabernaemontani*; item *Buphibalmus*, Germ. *Rinds Auge*; quæ vox tamen nimis est generalis: cum & *Chrysanthema* sint *Buphibalma*, & contrà; in *Officinis* Species hæc non est recepta.

II. *Sylvestris*, quæ *Major, Minor, & Media*, vulgò Germ. *Ganse-Blungen*.

Corymbiferæ sunt Plantæ, seminibus solidis.

Pro usu Medico usitatissima est *Hortensis simplex, flore rubro & pleno*: necnon *Bellis Hortensis flore albo pleno*. *Sylvestris* in usu Medico rarò locum habet; sed malè. Ex Plantâ enim

Cordiales temperatas, Elæuarii de Gemmis calidi & frigidi, Lætificantis Rbafis, Liberantis, Diamargaritomis, Cardamofchi dulcis, Pleris Arcbonticon, Diaplyloalôs.

LIII. B E L L I S.

Primula Veris, Germ. *Marienblumlein, Gansblumlein, Maszlieben, Zeitlosen, Osterblumen, Baubailichen*, Gall. *Marguerite ou Pasquettes*, Ital. *Fior di Primavera, primo Fiore*.

Est { Sylvestris { Major, *Trag. Matth. Fuchf. Dod. Cast. Cam. Ger. Lob. Tab.*
Media, *Matth. Lob. Tab. Cl. Dod. Minor, Cast. Minor, Matth. Fuchf. Tab. Ger. Lob. C. B. 7.*
Hortensis { Simplex.
Prolifera.

Esti singulæ *Officinales* esse non nequeant prævalet tamen *Sylvestris*, eaque minor.

Sylvestris crescit passim in pratis & pascuis: *Hortensis* colitur in hortis. Floret per integram ætatem, præcipuè verò verno tempore.

OFFICINALIA NATIVA.

Integra *Herba* cum *Floribus*, sed rarò.

Vires. *Vulneraria* est, (in *Vulneribus Capitis & Pectoris* laudatur.) Calfacit & siccat moderatè, partium est tenuium: *Mulierculis* nostris usitatum est, *Herbam* cum *Floribus Infantibus* ad *Alvum laxandam* exhibere.

(*Messoribus in Acetario comesta à Potu frigida periclitantibus salutaris. Mindererus.*)

N. Bel-

hac recenti Mense *Februario*, priusquam scilicet *Flores* e-rumpant, habetur *Decoctum* acris saporis, *Piperis* modò subtilis & penetrantis, in qua acrimoniâ vis ejus *diuretica* consistit, quæ se ad *Vulnera* extendit.

Bellis Minor Plantula est polychresta, quæ in *Morbis Chronicis* ad purificandam *Sanguinem*, ejusque *dyscrasiam* corrigendam, non incongruè aliis additur.

Tenella Folia, quæ circa *Flores rubros* reperiuntur, *hepaticarum* virium esse creduntur, & magni usûs sunt in *Potionibus Vulneraritis*, experta etiam sunt in *Hydrope*; sicut etiam B. D. MICHAELIS usu horum continuato aliquot *Hydropicos* feliciter curavit. Coquantur nempe *Folia ac Flores in Jusculo Carnium*, exprimuntur, & *Decoctum* adhibetur. Sunt etiam, qui in *Vina* adhibere solent. Hæc possent aliquam lucem affundere doctrinæ HELMONTII de *Hydrope*, cum *Bellis Sanguinem* congruatum resolvat; quæ tamen satis paradoxa est.

Succus hujus Plantulæ, ejusque *Decoctum*, multum prodest in quocunque *Sanguine grumoso* dissolvendo & discutiendo, five ex *Casu*, five *Vulnere*, five *Contusione*: hinc etiam inter *Antipleuritica*, ad *Sanguinem semicaesatum* resolvendum, ab HELMONTIO *Tract. Pleura furens* p. 70. commendatur; Vid. MINDERERUS in *Medic. Mili.* p. 77. ubi multa de hac Plantâ habet egregia, & imprimis iis tanquam singulari *Specificum* commendat, qui post nimiam *incalcentiam Corporis* subito frigidum *Potum* ingurgitant; & hinc *Acetarium ex Bellide* illis præscribere solet. Conferatur etiam SIMON PAULI in *Quadrupart. Botan.* p. 21. Confirmat hoc per Experimentum B. D. MICHAELIS in *Coquo*, qui per diem aliquem incaluit, & sitibundus arripuit haustum frigidum, unde *Althmate* aliique *Symptomatis gravissimis* correptus, ut tantumnon suffocandus videretur; hunc *Succo ex tenellis Foliis Bellidis flore rubro* recenter expresso, & in *Vino* propinato, per *Sudorem* curavit, ut sequenti die optimè sese habuerit; non secus ac alii ad *Inflammationem Hepatis* hanc ipsam commendant Plantulam.

Externè egregium *Vulnerarium* est *Decoctum* ejus, *Vulneribus* applicatum.

Fit

(X) *Basilicum Officinarum* est ipsissimum *Ocimum*, quod quidam significantius *Ozimum* scribendum existimant, & ὄζιμον redolere. Differt apud Antiquos *Ocimum ab Ocimo*: *Ocimum pabuli* genus est ex *Plinio* lib. 17. cap. 24. *Ocimum autem Planta odorata*. Verùm hic ὄζιμον canon, non perpetuus & constans est. *Basilicum* vulgò dicitur, à *Basilidis Rex*, quasi *Planta Regalis*.

(Y) Nondum constat apud Autores, quid nomine *Behen* apud Arabes veniat. *Pomet* ait *Behen album* *Officinarum* esse *Radicem similem Pyretbri*, extrinsecus griseam, intrinsecus subalbidam, sapore prius insipido, dein ad *nauseam amaro*: ex Oriente afferri ait, *Plantæque Iconem* apponit. *Behen verò rubrum Radix* idem est, crassa tamen & in *talcolas* dissecta, quæ item ex Oriente ad nos advehitur, intus rubicunda, exterius verò obscura: & hujus *Plantæ* quoque *Iconem* apponit *Pomet*. Utramque *Iconem* ex eodem archetypo desumptam habes apud *Lemery* des *Drogues*. *Behen nostras* ejusque *Species* ad *Lychnidis* reducuntur: si unum excipias *Behen rubrum*, *Limonium majus* multis J. B., quod reverà est *Limonium maritimum*, majus C. B. 192.

N. Bellis major & minor 5. 6. 7. Aprilis, mane, ante ortum Solis collectæ, valide emolliunt, attenuantque; eadem collectæ mense Junio, secundo die à Plenilunio, sub Crepusculo noctis, plurimum valent ad Hæmorrhagiam sistendam. *Carricberus*. (& Dyfenteriam.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqus*. Fit ex integrâ Plantâ florente, mense Majo collectâ.

BEN, *Vide* BALANUS MYREPSICA.

LIV. BERBERIS.

Berberis, *Brunsf. Lon. Lob. Cast. Cam.* Spina acida, *Brunsf. Dod. Oxyacantha, Trag. Oxyacantha Galeni, Cord. in D. 1. no. Crespinus, Matth. Oxyacanthus Galeni, Cam. Berberis dumetorum, C. B. 1. Germ. Saurrauch, Borfich, Reiffelbeern, Saurdorn, Erbsel.*

Gaudet locis incultis, dumetis, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (nomine *Berberis*) collecti Autumno. (*Cortex luteus ad Aphthas & Impetigines utilis.*) (*Semina etiam, sive Acini asservantur, & ingrediuntur*

Fit ex *Floribus Bellidis rubris Tinctura* cum *Plegmate Vireoli*, *Spiritu proprio acidulato*, quæ ad Sanguinem congruatum præcavendum & resolvendum optimè tempore æstivo instillatur Potui, ut non noceat: Unde in *Febribus Ardentibus* egregia est; sed majori, quàm vulgari dosi, ad guttulas scilicet 30. usurpetur: vel Potui potest instillari, ut documenta ingurgitationis frigidæ præcaveantur.

Bellis flore albo pleno vulgò commendatur contra Fluxum album Mulierum, Affectum molestum & tædiosum satis Mulieribus, sive crudè, sive decoctum, vel sub formâ *Conserve*, propinetur. (Z)

Spectat huc, ratione ordinis Alphabetici,

BELLIS UMBELLIFERA RAMOSA CORNUTI. Quæ ita dicta, quia CORNUTUS in *Plantis suis Canadensibus* primus hanc ita vocavit. Sed si Characterem ipsius consideremus, rectius ad *Asteres* refertur, & dicitur *Aster floridus sylvestris*. Est aliàs exotica Planta, & Officinis inutilitata. (A)

LIV. BERBERIS. *Berberis* tam in *Culinis & Condimentis*, quàm *Officinis & Medicamentis* nota est.

Fructus est saporis acidi. *Primaria* ejus virtus ab *Acido* blando nonnihil adstrictorio dependet, in quo convenit cum *Rubo Ideo*, item *Cerasis & Ribibus*. Hinc vulgò inter *Frigida* refertur, adeoque ebullitionem Sanguinis moderatâ Aciditate coërcet, simulque moderatè præcipitat, unde in *Febribus Acutis Ardentibus*, quin & in *Febribus Malignis*, non infructuosè utimur *Berberinis*: *Sitim* extinguunt, & *Sanguinem ebullientem* moderato coagulo coërcent: pro

(Z) *Raius tria Bellidis Genera facit* I. *Bellis major* (quæ est *Leucanthemum Tourn.*) II. *Bellis minor* cujus *notæ, caulis nudus, non ramosus*. III. *Bellis flore luteo nudo*. Vulgò *Bellidis nomine comprehendunt, non tantum sylvestris & bortenfis Bellidis species, sed etiam Buphtlum, imò & Primulam Veris, quemadmodum facit hic Schræderus: sed hæc Plantæ sunt prorsus à Bellide diversæ. Decoctum ex Bellide Sylvestri, vel ejus Extractum Sanguinem frigore excedenti inspissatum dissolvit; ut in Peripneumoniâ accidere solet: Obstructiones reserat. Circulationem promovet, Fibrisque amissum elaterem restituit: inter maxima igitur Vulneraria connumeratur. Ruellius summè commendat ad Tumores strumosos, phlegmonâdas, atque ad Podagram, Paralyfimque, Cataplasma ex Bellide & Artemisiâ.*

(A) *Morison appellat potius Asterem ramosum, annum, Canadensem.*

(Δ) *Tartarus Berberum sic paratur ex Simone Pauli: ℥. Succus Berberum ℥ij. Succus Limonum ℥ij. misce, digere per biduum in arenâ calidâ, deinde filtra, postea evapora ad dimidium, sed cave ne plus justo incalescat: colatum hunc Succum, ubi per aliquot dies in loco subterraneo recondideris, cernes Tartaro suo Vitri fundum & latera incrustare: separa Succum per Vasis inclinationem, & iterum exbalare fac ad dimidium, ut residuum in eo Tartari compares: quem ac priorem Vasi vitreo inditum blandissimo colore exsicca, & usui serva. Ori & Ventriculo gratum saporem conciliat, corruptioni humorum, & æstibus febrilibus insigniter resistit.*

(B) *Berberis præter Characteres à Tournefortio assignatos, est ex Raio spinis acutis, foliis ex rotunditate oblongis, argutè denticulatis; Fructu parvo, oblongo, rubro, acido, racematim nascente; Flores hexapetali, lutei, globosi. Connumerat inter Arbores bacciferas, non umbilicatas, fructu dipireno. Quamplurimi putant Oxyacantham Dioscoridis esse Berberim; verum Berberis potius est Oxyacantha Galeni: Oxyacantha verò Dioscoridis est Pyracantha fortassè. Vulgò Crispinum dicitur. Quamquam insuper quidam distinguunt inter Oxyacantham & Oxyacanthum; nihilominus Oxyacanthus Galeni Berberis est. A Plinio appellatur Spina Appendix, & simpliciter Appendix: J. B. Est in Horto Malabarico tom. 4. 115. Noeli Tali, quæ ex Commelino in Notis est Berberis Indica Aurantiæ folio. Radix Berberis est amara valdè, & vix rubefacit papyrum cæruleam; contra verò Succus Fructuum illam vivo rubore inficit, non secus ac Alumen. Fructus proinde nimiam humorum effervescentiam sedat; Cortex verò Radicis adstringens est & detersivus. Tournef. hist.*

Species Diarrhodon Abbat.)

Vires. Refrigerant & humectant 2. partium tenuium sunt, astringunt, Appetitum excitant, roborant Ventriculum ac Hepar. Proin usûs sunt frequentissimi in Morbis, ubi Refrigeratione & Attritione opus, quales Diarrhœa, Dyfenteria.

P R Æ P A R A T A.

1. *Conditi Fructus*.

2. *Succus liquidus*. Ex recentibus Baccis expressus. (*Tartari Berberum seu Salis Essentialis in Febribus utilissimus, meminit D. Simon Pauli Quadrip. Bot. cl. 2.*) (Δ)

3. *Syrupus de Succo Berberum*.

4. *Kotulæ*. Ex Succo & Saccharo.

N. Fiunt solâ misturâ sine coactione. Vid. lib. 2.

5. *Trochisci*. Vide Dispens.

6. *Rob de Berberibus compositum*. Vide Dispens.

LV. BETA.

T *βηλον* Dioscor. Germ. *Mangolt*, Romisch *Kobl*. Gall. *B. p.*

Beta { Alba { *Hæ sunt Officinales præfertur- que Rubra.*
Rubra { *Vulgaris. (Radice Rapæ, Rapum rubrum.*

Al-

quo scopo *Succus, & Syrupus*, qui præ cæteris usitatus, in *Julebis Refrigerantibus* est egregii usûs. Juxta hunc usum conducit *Ventriculo*, *Sitim* in ætate extinguit, Appetitumque denuò excitat. Ob *Adstrictionem* in *Diarrhœa* (biliosâ imprimis) tempore æstivo, vel ex *Fructibus horæis*, vel *Victu mutato*, *Syrupus* hunc saporis gratiâ solemus adhibere cum *Appropriatis*, & egregiè convenit. (B)

LV. BETA. *Beta vulgaris* est in triplici differentia: *Virens, Alba, & Rubra*. *Beta* dicitur Græcis, quòd curvaturâ suâ in parte superiori, *Literæ Græcorum B.* similitudinem quasi exhibeat. Germanis vocatur *Mangold*. Reverà ad *Atriplices* pertinet.

Rarò sunt *Officinales: Rubra* interdum solet usurpari.

Constat *Sale nitroso*: hinc *Decoctum* ejus *Alvum* blandè abstergit seu laxat, quoniam scatet humore aquoso acri, cujus ratione emollit *Fæces*, & elicit foràs, & propter alcalinam naturam refrigerat, simulque ebullientes circa primas vias acres, acidos & biliosos *Succos* temperare, indeque natos *Ardores & Phlogoses* mitigare solet. Præter hunc *Usum internum* *Planta hæc* nullum alium *medicum*, sed tantum *culinarem*, agnoscit; hinc inter *Obsonia oleracea*, Germ. *grüne-Krauter*, frequentius adhibetur, adeoque & *Nutritum* salubre subministrando adhiberi potest.

Externè adhibetur solùm in *Clysteribus* *Alvum* emollientibus. *Inflammationes* aliàs sistendo, *Dolores* ab *Acido* mitigando, *Partium* hinc natas tensiones sufflaminare, & hinc emollire dicitur.

Succus Betæ vulgaris recens expressus primatum ferè ducit inter *Errhina*, & satis est acris: *Pituitam* enim viscidam Na-

Alba dicitur Beta, *Brunsf. Tab. Ger. Candida, Trag. Fuchf. Cord. in D. Dod.* Beta alba, *Matth. Lob. Lon. Cam.*

Beta alba vel pallescens, quæ Cicia Officinarum, C. B. 2.

Rubra vocatur Beta rubra, *Brunsf. Trag. Lon. Dod.* Beta nigra, *Matth. Fuchf. & rubra Cast. rubra vulgarior, Lob.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radices, Folia, & Semina.

Vires. Calfacit & siccatur, in princip. gr. 3. laxat Alvum, ob nitrositatem. Errhinum est. Usus ejus internus potissimus culinaris est, in Acetariis, &c. Externus in Errhinis.

PRÆPARATA.

Succus. Ex totâ Herbâ, & præcipuè ex Radice.

LVI. BETONICA.

1. **B**etonica alba, vel Primula Veris. *Hæc inusitata.*
2. Betonica, vel Vetonica coronaria. Vide *Caryophyllus hortensis*.
3. Betonica Officinarum, *De qua hic.*

Narium, & in specie Offis Cribriiformis, solvit, sive solus, sive mistus cum Succo Anagallidis flore cœruleo, & attractus. Sed circumspectus sit ejus usus, nec aded nimius, de quo vid. *Act. Med. Hassniens. Volum. 2. p. 166.* Aliàs rari, vel ferè nullius est usus.

Cognatæ huic sunt *Rapæ rubra*; quæ ejusdem virtutis & efficaciz sunt cum Betâ rubrâ. (C)

LVI. **B**ETONICA. Betonica seu Vettonica ita dicitur, quod Vettones, Hispaniæ Populus; Plantam hanc primi excoluerint, juxta PLINIUM l. 25. c. 8. Germanis vocatur *Betonien-Kraut*. Duæ ejus sunt Differentiæ: *purpureo, & albo Flore*. Quæ Florem habet purpureum, est *Sylvestris*; quæ album, *Hortensis*.

Planta est Officinis notissima, de qua jam olim ANTONIUS MUSA, Imperatoris Augusti Medicus, integrum scripsit *Traçatum*, cujus quasi Epitomen videbitis in *Quadrupart. Botan.* PAULI, & in hunc Commentarium HUMMELBERGII de virtutibus Betonice. Notetur hic confusio in Autoribus, quod cum Autore nostro multi *Caryophyllum hortensem* vocitent *Betonicam, & Vetonicam Coronariam*.

In Officinis Folia, & hinc etiam Flores, creberrimi sunt usus propter egregias facultates, quas monstrat Acrimonia subtilis, qua Planta est imprægnata, adeoque in se habent Alkali acre; unde commendatur Betonica pro usu *Vulnerario*, imprimis in omnibus Capitis ac Cerebri Affectibus, in *Nodulis* Vino infusis; sicut & *Potiones Vulnerarias* ingreditur, uti & *Syrupos*. *Diureticum* insuper est, ut omnia Vulneraria, pro quo Scopio commendari solet *Radix*, vel in plenilunio Martii vel Aprilis collecta, quoniam tunc est tempus balsamicum optimum pro collectione; nam omnes Plantæ habent suum certum tempus, quo colliguntur, quando maximè sunt in vigore. *Folia & Flores* in *Nodulis*, vel formâ *Decocti*, post Partum difficilem laudantur, ut quod in Utero læsum erat, restituatur, & Sanguinis fluxus promoveatur. Præterea à Modernis observatum est, Plantæ huic recenti vim aliqualem inesse *anodynam* & quasi *inebriativam*, de qua vid. SIMON PAULI in *Quadrupart. Botan.*, & BARTHOLINIUS in *Histor. Anatom. Observat. 97. Cent. 3.*, ubi recenset, quod cum Operarii Hortulani hero suo evellere voluissent Betoniam pro usu medico, omnes velut ebrii & temulenti titubarent.

Externè in *Vulneribus & Contusionibus Capitis & Cranii* Planta contusa & succulenta imposita, specialissimè convenit; hinc Hortulani feliciter omnibus *Vulneribus* Succum ejus instillant: *Anodynum enim & Narcoticum* insigne est Tom. IV.

(C) Beta à figurâ literæ Bivæ, quam habet cum turget Semine, dicta putatur. Columella:

Nomine tum Graio, ceu litera proxima primæ

Pangitur in cerâ docti mucrone Magistri:

Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu

Deprimitur folio viridi, pede candida Beta.

Apud vulgus triplex est Beta: Candida, Nigra (à foliorum colore), & Rubra, non tam foliorum, quam radicis crassæ rubore. Malè quidam confundunt cum Blito. Candida solvit alvum, Nigra inbibet ex Plinio. Vinum & Piper Beta condimentum ex Martiale:

Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,

O quam sæpè petet Vina Piperque coquus.

Bayrus Emplastro è Radicibus Betæ curat Achores. J. B. 2. 960. Quam Rapum rubrum vocat Fuchsius, est Beta rubra, radice Rapæ C. B.

Dicitur Betonica. *Brunsf. Trag. Matth. Fuchf. Purpurea, Fuchf. Dod. Lob. Lon. Cast. Tab. Ger. Betonica vulgaris, Clus. hist. Vetonica, Cord. in D. Betonica purpurea, C. B. 1. Germ. Betonien, braun Betonien, Gall. de la Betoine pourprée.*

Crescit in hortis ac pratis, locisque umbrosis: Floret Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia (Majo legenda) & Flores.

Vires. Calfacit & siccatur 2. acris est & amara; discutit, attenuat, aperit, extergit, imprimis Cephalica est & Hepatica, Splenetica, Thoracica, Uterina, necnon & Vulneraria, & demum Diuretica; hinc usu interno creberrima venit, maxime in Morbis Capitis.

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Fit ex Foliis antequàm florescat, vel ex Floribus in MB.
2. *Conferod*. Ex Floribus.
3. *Syrupus Simplex*. Ex Succo & Sacchari dimidio.
4. *Syrupus Compositus*. Vide Dispensat. August.
5. *Emplastrum ex Betonica*. Vide August.

6. *Sal*

Betonica recens, hinc & laudatur in *Vulneribus dolorosis*. STOECKERUS in *Praxi* commendat *Lixivium*, in quo cocta Betonica, quod insigniter conferat ad debilitatem Capitis.

Ex Floribus rubris conficitur *Tinctura* cum *Pblegmate Vitrioli, Spiritu proprio acidulato*, quæ *Cerevisiæ* instillatur, & in eâ propinatur in *Affectibus Capitis*, in *Febris*, quæ insequi solent vel *Vulnera* vel *Ulcera*; quoniam ratione Spiritus Vitrioli corrigit Sanguinis & Spirituum organum febrilem, & ratione virtutis Betonice *Ulceribus* simul & *Vulneribus* competit. Cautè tamen ratione Spiritus Vitrioli acidi in *Vulneribus & Ulceribus* exhibeatur; cujus loco tunc potius conducet *Pblegma* vel *Aquam quandam destillatam cum Spiritu Nutri dulci* acere, & cum hac *Tincturam* extrahere.

3. 4. Juxta *Tincturam* invenitur in Officinis *Syrupus* tam *Simplex* quam *Compositus*, usitatus in *Potiunculis & Decoctis Vulnerariis*, dicatis *Affectibus Capitis*, & hujus *Vulneribus*; item *Deliriis*, in quibus est egregius, ac vi anodynâ suâ operatur, non minùs etiam in *Affectibus Uterinis*.

5. *Unguentum & Ceratum* seu *Emplastrum de Betonica* Officinale magni usus est in *Dolore Capitis*, *Catarrhis*, & omnibus *Vulneribus Capitis* aliisque, sive cum, sive sine *Contusione*, & à *Chirurgis* in hoc casu feliciter adhibetur: imprimis si malaxetur cum *Balsamo Peruviano*; tunc enim quasi vires ejus duplicantur, vel etiam, imprimis in *Contusione*, si misceatur cum *Emplastro de Tacamahaca*; quæ duo in *Contusionibus* vel *Vulneribus Capitis* mirabilia præstare dicuntur: e. gr.

¶ *Tacamahac. part. ij.*

Cerat. de Beton. part. j. M.

Ceratum hoc vel *Emplastrum* non parùm quidem participat de eâ; rectius tamen *Succus recens* usurparetur cum sufficienti quantitate *Mellis* ad consistentiam coctus addito parum *Balsami Peruviani*.

Fit interdum, ut ex nimio *Dolore Capitis* cum aliis *Affectibus Suturae Cranii* secedant & impensè doleant, cujus rei *Experientia* profant in *Observat. Chirurgico-Medicis* HILDANI; sicut & observavit B. D. MICHAELIS in *Principiis à Isennacensi*; quæ ex nimio *Capitis Dolore* incurrit in *Affectum* similem, ut *Suturae* cum sonitu secesserint; quam, præmissis *Universalibus*, imprimis *Clysteribus acris*, curavit *Emplastro de Betonica*, conjuncto cum *Emplastro de Ranis Vigonis cum Mercurio*, in eodem *Dolore Capitis* adhibito: Vid. PLATERUS. De *Suturarum discessione*. scripsit

F

BOO-

6. *Sal com.* Ex incineratâ Plantâ.
(*Extractum etiam paratur.*)

LVII. BETULA, seu BETULLA.

Betula, *Trag. Monard. Dod. Lon. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger.*
Germ. *Birckenbaum.*

Crescit in sylvis, locis gaudens asperis. Julos producit Martio, quibus Aprili Folia succedunt.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Cortex, Fungus, sed rarò.

Vires. Folia calcaciunt, siccant, resolvunt, attenuant, abstergunt, aperiunt, amara sunt. Serum proliciunt. Hinc usûs non minimi in Hydrope, Scabie (*Balneum parant ex Foliis,*

vel etiam Ramulis concisis) & simul intus & extus adhibita. (*Ad scissuras Mammillarum, Digitorumque inunctus Liqueor exsudans ex virgulis crematis commendatur.*)

Cortex item quia bituminosus, calcacit & emollit. Adhibeturque in Sufcitibus Aëri corrigendo dicatis.

Fungus vi pollet adstrictoriâ; unde ramenta ejus Hæmorrhoidibus inspersa ad miraculum Fluxum cohibent.

Succus. Ex perforato Caudice verno tempore prolextus,

Vires. Commendatur ad comminuendos Calculos Renum & Vesicæ, maculasque Cutis abstergendas. (*Succus hic in tantâ copiâ profuit, ut exinde Cerevisiam consiciant. Imò audeat asseverare Hofmannus, intra 12. vel 14. dies extillare tantum, quod Arbori cum Ramis & Radicibus præponderet.*)

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. E Succo.

LVIII. BI-

BOOTIUS de *Affectibus omissis.* Aliàs in Catarrhorum & Dolorum Capitis quorumcunque Curatione lingulare & expertum est *Emplastrum de Betonica*, imprimis si accessu *Tacamabacæ & Olei destillati Rutæ, Anetbi, &c.* augeatur.

In genere, quando Botanici aliquem laudare volunt à virtutibus, tot illum instructum esse dicunt, quot *Herba Betonica.* (D)

LVII. **B**ETULA seu BETULLA. *Betula,* Germ. *die Birche,* Arbor est invisâ Pueris, cum *Virgæ* exinde conficiantur, proptereaque cuique satis cognita, vulgaris quidem, insignibus tamen predita virtutibus.

In usu sunt *Folia, Cortex, & Fungi,* sed rarò.

Quod dicit Auctor noster de *virtutibus Foliorum, Corticum, item Fungi* contra Hæmorrhoidum fluxum, verum est.

Liber seu *Cortex tenellis & papyraceus* quasi recens, si inter duas patinas coërceatur, ut super carbonibus Liqueor ferè oleosus exsudet, euporiston est in gravi Auditu, murmuratione & tinnitu Aurium, cum Bombace guttatum usurpatus.

Liqueor per incisionem Arboris, verno tempore copiose effluens collectus, maximè laudatur apud HELMONTIUM, *Traçtatu de Lith. c. 8. §. 24 & 25. p. m. 73 & 74.* ubi habemus simul modum ejus acquirendi tempore & loco legitimo. Colligitur nempe vel ex *Cortice* ejus perforato, vel ex *Ramis* tenellis incisis, antequàm Folia erumpant; simul atque enim hæc apparent, Liqueor, qui extillat, nullius est usûs: Vid. SOLENANDER in *Consil. & Speciatim CNOEFFELIUS* in *M. A. N. C. Anno 6. Append. pag. 123. & 124.* Liqueor hic seu *Aqua* singulare est Remedium in Affectibus Chronicis, in specie Tartareis, & Præservativum æquè ac Curativum est in Nephritide, Scorbuto, Ictero, præprimis flavo, in quo sanando cum successu adhibetur. Commendatur etiam à BARTHOLINO in *Actis Hassniens.* in Hydrope. Hauitus, per Diuresin Calculum, & Renum & Vesicæ, præservat, & ipsum Paroxysmum alleviat, quod Modernorum debemus Experientiæ, & propter hanc vim singularem *Betula* vocatur *Lignum Nephriticum Europæum,* aded, ut meritò sit *sucedaneum Ligno Nephritico* ex Indiâ Orientali. Nam notum est, quòd Lignum hoc Aquæ infusum illi det colorem flavum, & insignem vim antinephriticam; quoniam verò est valde pretiosum, optimè illi potest substitui hic *Liqueor Betulæ.* CHARLETON in *Traçtatu,* quem scripsit de *Calculo,* (qui lectu dignissimus) *Betulam* in Calculo commendat. Egregium usum antinephriticum videbitis etiam in BOYLE *Philosoph. Experiment. pag. 102.* ubi simul de excellentiâ *Perficariæ* contra Calculum. SOLENANDER in *Consil. 10. Sect. 3. & Consil. 26. Sect. 24.* eundem Liqueorem commendat. Hauitus hujus Aquæ Betulæ propinatur tempore matutino jejuno stomacho. Ut major ipsi concilietur vis diuresica, cuilibet Portioni potest admisceri aliquid *Vini,* cui prius vel *Radix* aut *Semen Raphani, Semen Litbospermi,* vel *Baccæ Alkekengi* infusæ sunt. Unde ex hoc *Succo* CNOEFFELIUS *l. a. Limonadæ Antinephriticæ* paravit. Præterea *Podagricis* confert, Acidum dolens

podagricum sub Urinæ vehiculo eliminans. In *Scorbuto Cerevisiæ* recenter coctæ, & *Liquori Betulæ* ana, immittunt *Nodulum ex Antiscorbuticis,* v. g. *Caryophyllatæ Radicis, Baccis Juniperi, &c.* Præter hæc Succus hic mense Martio, id est, verno tempore, hauitus ad *purificandam Massam Sanguineam,* ejusque crasin emendandam, egregiè convenit, aded ut virtute fermentativâ Sanguinem simul fermentet, & purificet; si quæ subsint sordes in Massâ Sanguineâ, blandè nunc per Urinam, nunc per Sudorem, evacuat easdem; unde laxat Alvum moderatè virtute nitrosâ, qua imprægnatus est. Idem Liqueor in *Scabie* etiam convenit, primas vias aperit, mundificat Sanguinem, sordesque expellit, adeoque fomenta subtrahit, quò minus Fermentum scabiosum se possit multiplicare: imò aded purificat Sanguinem, ut etiam usu suo quosdam Scabiosos reddiderit, dum scilicet Salia heterogenea ex Massâ Sanguineâ secreta, & intra Cutim defixa, Pathemata illa scabiola produxerunt. In *Ictericis, Cachecticis,* item *Melancholiâ,* imprimis *Hypochondriacâ,* egregii usûs est: contra quam & alios Affectus Melancholicos HARTMANNUS *Prax. Chymiatr. cap. 5. ubi de Melancholiâ pag. 55. §. 2.* commendat *Essentiam Croci* (quæ Spiritus egregiè exhilarat, & anodyna est) cum *Aquâ Vitis,* ex illâ incisâ extillante, paratam. Verùm LINDANUS in *Colleg. super citatum locum* præfert *Essentiam Croci,* factum cum *Aquâ Betulæ,* cum hæc sit nobilior *Aquâ Vitis* contra Affectus & Deliria Melancholica. Omnes *Obstructiones Viscerum, Hepatis, Lienis, & Mesenterii,* quæ sæpius sunt ignorantia æylum, curat, quia nitroso Sale volatili suo vias aperit, & Succo crassos abstergit. Liqueor hic, præter dictas virtutes, est *Remedium contra Incantationem,* de quo vid. HELMONTIUS *citato loco,* ubi quædam habet de Ligatione Maritorum, curatâ per *Potum Cerevisiæ,* cui in præparatione fuerunt incocti *tenellæ Betulæ Serculi* conquassati & benè confusi. Curatam etiam *Stranguriam* torminosam & cruentam per Incantationem eadem *Cerevisiâ,* videbitis *eodem loco,* qui multa continet lectu digna. Utendi modus est, ut bibatur per se matutino tempore. TILEMANNUS Fermentatione parùm depuratam ad Curationem *Phthysicos* sufficere ait. Aqua enim hæc ante germinationis tempus collecta saporem habet suavem acidulum, quasi terebinthinaceum, hinc faciliè acefcit. *Servatur* autem optimè *Vasis & Lagenis probè clausis,* imprimis *sulphuratis* in Cellâ frigidâ; vel addantur *Aquæ appropriatæ Aromaticæ,* & sic permitti potest, ut leni Fermentatione, ad quam Liqueor hic multè valde proclivis est, in *Liqueorem* redigatur *potulentum,* quasi vinosum; sic enim retinet gratum saporem, & sic per totum annum pro Potu gratissimo potest asservari; vel etiam abstractione Phlegmatis insipidi redigi potest in consistentiam *Rob* seu *Extracti,* quod vel cum *Spiritu proprio,* aut cum *Aquâ appropriatis,* seu cum *Malvatico juniperino* solum, propinari poterit. Certè multum in recessu habet Succus iste. In *Atribritide* scorbuticâ, & *Podagrâ* *Balneum* ex eodem paratur, injecto insimul *Formicarum acervo,* quod multum confert. *Balneum* unum pro unâ septimanâ sufficit: vid. HELMONTIUS *loco alleg. (E)*

LVIII. BI-

(D) *Betonica* à Dioscoride Cestron & Psichrotrophon (quòd in locis frigidissimis nascatur) dicitur. In Italiâ ex Plinio *Serratula* vocabatur: ex Galeno à *Celtis Sarxiphaga.* Illud in hæc *Herba* observandum monet Raius, *Radicum facultates* longè dispares esse à *Foliorum & Florum* viribus, utpote quæ multum Stomacho Orique ingrata, nauseam, rugitus, vomitumque cieant; Folia contra odora, aromatica, & grato sapore, nonnihil roborante, Cibo & Medicamento Naturæ amica. Folia item *Betonicæ purpureæ* (*Officinalis*) norante Tournefortio, saporem exhibent herbaceum, modicè salsum, aromaticum quid obtinent, & cæruleam papyrum non rubefaciunt, quod Flores vix præstant, quemadmodum & Radices, quæ valde amaræ sunt. Folia *Betonicæ* ad modum *The* usurpata valent ad *Ischiadem, Icterum, Cephalalgiam, Paralytim, Podagram, & Hystericam passionem.* Radices haud gaudent isdem viribus, sed purgant ævo xj. xlvj.

(E) *Betula* quibusdam sic dicta videtur, quòd Bitumine scateat; Plinius enim lib. 16. cap. 18. Gallias ex eâ Bitumen excoquere ait. Alii à batuere, i. e. cædere, dictam malunt, quòd ejus viminibus cædantur Pueri. *Betula* (*Betulla* Plinio dicitur

LVIII. BISTORTA.

OFFICINALIA NATIVA.

Natterwurtz, Major Radice (minùs intortâ.) hæc sine di-
Krebswurtz. () scrimine
Gall. Bistorte. Est (magis intortâ.) Officinales.
6. B. (Maxima)
Alpina (Media) minùs Officinales.
(Minima)

1. Dicitur Bistorta, Cord. in D. Matth. Dod. Cast. Bistorta femina, Brunf. Bistorta Britannica, Lob. Serpentaria femina & colubrina, Fuchf. Colubrina, Lon. Colubrina & Dracunculus major, Brunf. Bistorta major, radice minùs intortâ. C. B. 1.

2. Colubrina & Dracunculus minor, Brunf. Trag. Serpentaria mas, seu Bistorta, Fuchf. Bistorta, Lon. minor, Tab. latifolia, Ger.

LVIII. BISTORTA. Bistortæ Officinarum duæ sunt Species, Major & Minor; quæ nihilominus non differunt in formâ. Dicitur autem Bistorta à formâ Radicis, quæ contorta & crispata apparet. Dicitur etiam Colubrina & Serpentaria: partim quia Folia ex terrâ serpentina Linguam viperinam repræsentare videntur, partim quia prodest contra Viperarum, & aliorum venenatorum morbus; unde Germanis dicitur Natter-Wurtzel. MORISONIUS ad Lapatba refert, quoniam habet Semen triquetrum; sed ad Lapatba non pertinet. Affinis Tormentillæ est, cui & rectè substituitur; saltem quòd Radix Tormentillæ acrior, & quasi magis aromatica sit, Bistortæ verò Radix mitior, sed magis adstrictoria.

In Officinis usitata est Radix & Fungus. Radix ejus Plantis Alexipharmacis, non secus ac Tormentillæ, annumeratur, tum imprimis conveniens, quando intensior Sanguinis æstus simul erit conjunctus, quem temperant hujusmodi Adstringentia, & mitigant. Insignem enim vim habet adstrictoriam, adeoque Decoctum hujus Radicis ad quoscunque, per qualvis Corporis partes, Fluores & omnes Hæmorrhagias, fausto cum successu adhibetur; quod Sapor Radicis austeriusculus, ex particulis terreis & fixis dependens, testatur. Unde Decoctum expertum in Vomitu nimio quocunque, etiam Sanguinis, item in Morbis omnibus, ubi opus est Adstrictione. Gumque in quibusdam Morbis Malignis Symptoma periculosissimum sit Hæmorrhagia Narium, quæ non satis tutè sistitur Medicamentis externis; tunc inter interna referenda Radix Bistortæ, quæ est Alexipharmaca, & Hæmorrhagiam Narium, aliumque quemvis fluxum Sanguinis nimium, compescit. Ultra hæc omnem Sanguinem congruatum dissolvit in Contusionibus, & Casu ab alto, ut ita hæc ipsâ duplici occurratur Indicationi, dum nimirum non solum adstringit, sed & Sudorem movet, omnemque Sanguinem extravasatum & congruatum dissolvit. Decoctum autem ejus rectius usurparur, quàm Aqua. In specie ad Fluxus Sanguinis Uterinos nimios post Partum, qui contingunt ex retentione particularum Secundinæ, stimulantium, ad excretionem, sicque Sanguinis Fluxum inducentium, permista cum debitis Uterinis leniter expellentibus, mira facit pro expellendâ Secundinâ, & sistendo Fluxu Sanguinis. Quæ jam dixi de nimis Uteri Hæmorrhagiis in casu retentæ particulæ Secundinæ, debeo D. SYLVIO: cum talis aliquando Casus contigit, & et-
Tom. IV.

Radix, & interdum Fungus. Vires. Refrigerat siccit ad gr. 3. astringit validè, est austriuscula, Alexipharmaca, Sudorifera. Usus præcipui in Vomitu compescendo, in Abortu præcavendo, &c. Externè in Catarrhis exsiccandis, Fluxu Uteri, Sanguineque Vulnerum sistendo. (Ad Gingivas laxas & ulcerosas.) Fungus Sanguinem in Vulneribus ac Hæmorrhagiâ Narium mirè sistit.

PRÆPARATA.

Aqua. Ex Herbâ.

LIX. BOM-

iam fieri interdum potest, ut in Partu difficili, vel ineptâ tractatione Obstetricis, remaneat frustulum Secundinæ, ut oriatur Hæmorrhagia, quæ non cessat, nisi expulsâ particulâ relicta. In hoc Casu certè res est periculosissima, & experta sequens D. Sylvii Potiuncula.

℞. Rad. Bistortæ (quæ basis est) ʒij.

Fol. Majoranæ,

Puleg. an. M. j.

Coq. in Aqua pura & Vini albiss. q. s. In Colat. ʒxx. dissolv.

Syr. Arsemif. ʒij.

Aque Cinnam. ʒʒ.

Misceantur, bis terve in die: adhibeantur ʒij. vel iij. unâ vice, & excreto frustulo Secundinæ, cessabit Fluxus.

Quòd si loco Decocti placeat adhibere Pulverem, hæc ejus est Compositio:

℞. C. C. usi ʒij.

Rad. Bistortæ,

Cinnam.

Croci,

Borac. an. ʒʒ.

M. f. Pulvis pro duabus dosibus.

qui imprimis cum Aquâ Cinnamomi, vel Confectione Alchevmes, vel Conservâ Cicerum, &c. assumitur: Quin etiam Succini ʒj. in Aquâ convenienti haustus multum proderit. Casus est periculosus, utut rarus, & ab AMATO LUSITANO observatus.

Rectè etiam ab Autore nostro ad præcavendum Abortum Radix Bistortæ laudatur, quatenus ejusdem Decoctum vitiosum Acidum Uteri corrigit, Uterique fibras firmat, ut feliciùs retineatur Fœtus. (F)

BLITUM RUBRUM.

Blitum rubrum est vel Majus vel Minus. Ita dicitur à βλίτων, satior, quòd parùm vel nihil valeat: Germanis Mayer, quod vulgò in Mayerhoffen crescere observetur.

Planta est Atriplicis, non secus ac Beta, perquam cognata, unde & usu cum Atriplice convenit: Refrigerat enim aliquali suâ nitrositate, ac Hypochondriacorum æstus solatur. De cætero parum Nutrimenti subministrat. (G)

F 2

LIX. BOM-

citur terribilis Magistratum virgis) Arbor procera, nonnumquam fruticans: rami flexiles deorsum plerumque pendent: multiplex Liber valdè condidus & in tenues phylas ductilis (unde quibusdam falsè pro Papyro habita): folia pulchrè viridia, Papuli nigra serè, sed serrata. A Theophrasto dicitur Σημύδα, non Σήμυς. Verno tempore vulnerata arbor copiosum, limpidissimumque Succum reddis, frientibus pastoribus suavem potum. Ex Trago Succus hic adversus Calculum & Morbum regium egregius. Corticis cinis oris ulcera & maculas sanat. Si Lactis coagulatum Succo Betulæ condidatur, Caseus inde confectus à Vermibus immunis erit. Ex ejus viminibus Scopæ, Virgæ pro Equis & Pueris, Quasilli, Verucula, Fasciæ, Circuli dolorum, & similia conficiuntur, quin & Retia ad Aucupium, & Piscationem. Notatur Dodonæus, quòd nihil de medico Betulæ usu ante se conscriptum dixerit; non legerat enim Tragum & Matthiolum. J. B. 1. 148. 2. Dodonæus pempt. 827.

Tragus inquit: Vidimus nos Curia oppido Rhatia superioris nonnulla Carmina in Cortice Betulæ exarata. Gualth. Needham Succo Betulæ, partim Mero, partim cum Melle misto, Phthisim Scorbaticam non semel se curasse, Raio communicavit. Ab hoc insigni Botanico Betula inter Arboreas confusas non resiniferas, foliis deciduis latis, connumeratur.

(F) Variæ Autorum de Bistortâ sententiæ. J. Bauhino est Britannica, Officinis est Serpentaria & Colubrina; quòd ubi primum è terrâ erumpit lingua Serpentis, tenui pelle vestita, formam obtineat. Bistortæ majoris Radix (quæ Officinalis magis est) pollicari gaudet magnitudine, consorta & striata, extrinsecus fusci, internè carnei coloris, fibrosa, & adstringentis saporis. Folia Lapatbi sylvestris folia emulantur. Flores carnei, semina triangularia.

(G) Blitum Latinis, Βλίτων Græcis, quasi βλίτων rejiciendum. Oulus inspidum: quare Viri inertes seminis Blitei appellantur apud Menandrum. Hippocrati βλίτων οι αποπληκτοι dicuntur, quòd stupidi & attoniti sint. Idem Autor βλίτων θερμὸν dicit esse, & εἰ διαχωρητικὸν, imò fluxum muliebrem resiccare. Amaranthi species sunt, quas pro Blito albo & rubro minori habet Hermannus. Nonnullæ Bliti, præsertim sylvestris, species, sunt Chenopodia Townesfortio.

LIX. B O M B A X.

Arbuscula est exotica, ferens Fructus instar Nucis crinitæ, in qua Semen latitat Lanugine mollissimâ involutum. Dicitur Bombax Officinis. Cottus, seu Cotta & Bombax *Serapioni*. Xylon seu Gossypium, *Matth. Xylon. Fuchsf. Lon. Gossypium, Dod. Lob. Cast. Cam. Tab. Gossypium frutescens semine albo, C. B. 1. Germ. Baumwollbaum. Gall. L'Arbre qui porte le Coton.*

Copiam ejus plurimam producit Syria ac Cyprus.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen & Lanugo quæ *Gossypium* Officinarum, Germ. *Baumwoll*, Gall. *Coton*.

Vires Lanugo calfacit & siccatur. *Semen Pulmonarium* est, Tussientibus & Asthmaticis maximè proficuum: auget Semen.

N. Usus tum Seminis, tum Lanuginis rarus est Modernis.

P R Æ P A R A T A.

(*Oleum* ex Semine expressum ad Ulcera Capitis manantia & Tineam, Lentiginis & Pusulas Faciei, adhiberi potest. Notandum autem, ubi Semina sicciora, beneficio Olei Ovorum, vel Carbonum Petræ Angliæ, digestionem & rectificationem acquirunt.)

LX. B O R R A G O.

Borrage. *Brunsf. Trag. Fuchsf. (Icon.) Dod. Lon. Cam. Buglossum, Matth. Fuchsf. Cast. Buglossum verum. Cord. in*

LIX. BOMBAX. *Bombax* est Arbusculum, cujus tam *Lanugo* seu *Gossypium*, quam *Semen*, in Officinis usitatum: est exotica, & propterea rari usûs ejus *Fructus*.

Lanugo non adhibetur, nisi quod leviter combusta applicetur pro compescendo Sanguinis fluxu ex Vulneribus recentibus.

Semen, ut rectè dicit **AUTOR** noster, *Pulmonarium* est expertum, admodum enim laudatur Tussientibus, Asthmaticis, & ad Phthisin declinantibus: temperat Acrimoniam Succorum Pulmones rodentem, unde nonnunquam in *Traqueis Antipthibicis*, & similibus à Lymphâ acriore ortis Affectibus, adhibetur. Sed rari est usûs, quia longè meliora prostant, & longè feliciter usurpantur. (H)

LX. BORRAGO. *Borrage* Germanis *Borresch*, *Plan-*ta est famosa satis: confunditur nonnunquam cum *Buglossâ*; sed facile possunt ab invicem distingui à perito Botanico. Reverà est *species Buglossæ*; hinc rectè à **BAUHINO** in *Pinace* dividitur *Buglossa* in *latifoliam*, quæ est nostra *Borrage*, & *angustifoliam*, quæ est ipsa *Buglossa*, & cum *Borrage* viribus conspirat. *Duplex* datur *Borrage*, vel *floræ albo*, vel *cæruleo*. Crescit in locis cultis. Congener huic *Borrage* seu *Buglossæ latifoliæ* est *Borrage semper virens* seu *Hispanica*, *Eupbrosyon* dicta. Veteres de *Borrage* nihil habent.

In usu sunt *Radix*, *Folia*, & *Flores*, & inter *Cordialia* referuntur.

Tota Planta est temperatissima, & commendatur in Affectibus Melancholicis, Mœrore & Tristitiâ absque causâ manifestâ. Ratio hujus est, quod mucilaginosum habeat Succum, vi temperativâ & alterativâ præditum, quo Succum Melancholicum acidum, seu Acidum Hypochondriaco-melancholicum alterare & corrigere valet: id quod inde quoque colligere est, quoniam Angli, utpote in Potionum artificio perquam curiosi, *Cerevisiam* suam ope hujus *Borrage* nis à præmaturâ acescentiâ præservare solent. Probabiliter ergo in Sanguine acriori melancholico acidulo simile quid præstare poterit & conducet: levat nonnihil, radiciter verò non curat.

Flores Borrage inter *Flores 4. Cordiales* referuntur, qua-

(H) *Quod Bombax vulgè dicitur, est Gossypium, seu Xylon Antiquorum: hoc duplex est, Arboreum & Herbacum, ut apud J. Bauhinum. Nullum Lini genus est, quod Gossypio, b. e. lanugini in fructu hujus Plantæ contentæ, candore & mollitie præferri possit.*

(I) *Antiqui serè omnes Borrage* cum *Buglossa* confundunt. *Descriptio Borrage* ex *Dioscoride Buglossa exactissimè quadrat. Quidam volunt ex Radice Borrage* confectum fuisse *Nepenthes Homeri*. à *Plinio* *ἄπορον* dicitur, quod hilaritatem exciret: unde *Versiculus*:

Dicit *Borrage*, gaudia semper ago.

Hinc apud Lucanos Corago dicta ex Apulejo, quod Cordis affectibus quammaximè opituletur. Etymon hoc improbat Hoffmannus, nec tamen melius substituit.

D. Buglossum latifolium, Lob. vulgare. Clusf. Buglossa urbana, Clusf. hist. Borrage floribus albis. Tab. hortensis, Gerar. Buglossum latifolium, Borrage, C. B. 1. Gerar. Germ. Borresch. Gall. Bournoche ou Bourrache.

Crescit ut plurimum in hortis, tum quoque locis incultis, Officialisque est sine discrimine, sive cæruleos ferat flores, sive albos, quæ hinc æquè vulgaris, ac prior.

Floret mente Junio, Julio, Augusto, usque in Septembrem.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Folia, Flores (qui inter 4. Cordiales famulos recensentur.)

N. Radix asservatur excorticata.

Vires. Cordialis est è præcipuis, calfacit & humectat atram & adustam Bilem corrigit, Spiritus vitales ac animales fuligine atrâ biliariâ inquinatos mundificat; unde & omnibus Affectibus ex Acrabile oriundis convenit, v. gr. Hypochondriacis.

(In Mensium obstructione naturis calidioribus, quæ à calidis Emmenagogis magis læduntur, quam juvantur, conveniens.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua duplex*. 1. ex Toto, 2. ex Floribus.

2. *Conserva*. Ex Floribus.

3. *Syrupus*. Ex infusione triplici Florum & Saccharo: Disp. August.

N. Alii Ψ . *Succi* ex Fol. express. ζ viiij. Flor. recent. ζ j. vel ζ ij. cum Sacchar. ζ iv. coquant in Syrupum.

4. *Succus inspissatus, sive Essentia*. Vide lib. 2. de Succis.

BO-

les *Borrage* nis, *Buglossæ*, *Tunica*, & *Rosarum*; quibus non immeritò addunt *Flores Calendule*, quoniam sunt verè cordiales seu analeptici, & alexipharmaci. *Vino* injici solent ad Mentis hilaritatem excitandam, & saporis suavitatem conciliandam; quod & tota *Planta* vulgè facere dicitur. Hi ipsi nempe in se Succum habent mitem & temperatum, quo texturâ blandè alcalinâ Acidum istud vitiosum, in viis primis quidem radicarum, & consequenter Sanguinem inquinans, & ad Melancholiam disponens, temperant. Sed observetur, ut pro usu hoc in debita, nempe largâ, dosi usurpentur, quoniam aliàs effectus erit exilis.

2. *Conserva* ex Floribus usurpatur in Affectibus Malignis & Melancholiâ, tam simplici, quam hypochondriacâ, seu per consensum, ubi Acidum melancholicum, vel Bilis atra seu adusta, viscidam reddit Massam Sanguineam, quia corrigit Acidum, Spiritus coinquinatos mundificat & corroborat, atque Hominem exhilarat. Sed opera danda, ut *Conserva* hæc, uti & reliqua Remedia, non aded saccharata sint: cum Saccharum non benè ferant Hypochondriaci & Melancholici. Adhibetur cum *Confectione Al-Cbermes*: gratissima est gustui, & retinet colorem cæruleum. Per accidens quoque movet Menses Mulierum suppressos, tempore matutino in *Vino albo* propinata; si addantur grana aliquot *Pulveris Nucis Moschata*, erit ed certior & efficacior.

3. Fit quoque ex Succo *Borrage* nis cautè depurato *Syrupus*, & *Extractum* mucilaginosum in Melancholiâ quacunque perquam usitatum. **LINDANUS** *Syrupo* huic addit *Crocum*, quem vocat *Syrupum Borrage* nis *crocatum*, pro Affectibus Hypochondriacis & Melancholicis: nam & *Crocus* per se in Melancholiâ & Tristitiâ multum præstat; sicut & **PARACELSO** Remedium Melancholiæ fuit.

Aliàs prostat in Officinis *Aqua Cinnamomi borraginata*, ex Succo ejusdem cum addito *Cinnamomo* parata, & in Affectibus itidem Melancholicis, & Cordis Palpitatione perutilis est; non minùs ac *Aqua destillata Cinnamomi cum Succo Cydoniorum* singulare est in Affectibus Stomachi, & Intestinorum.

FABER in *Myrobec. Spagy. l. 5. c. 6. Spiritum* habet *Borrage* nis, ex contusâ Plantâ per fermentationem paratum. (I)

BO-

B O T R Y S.

Botrys seu Ambrosia, referente Clarissimo D. Dn. Simone Pauli. Botrys, seu Rotrus Ambrosioides vulgaris Bauhini. Sunt ex Recentioribus nonnulli, vestigia Diosc. & P. Egineta sequuti, qui ad Thoracis Mala, & in specie Orthopnoeam, valde Botrym commendant, inter quos Matthiolum, Lobelius, Camerarius, primi sunt: quorum ille propria experientia usum Botryos, Comm. in Diosc. lib. 3. c. 113. pag. 620. hic verò in Observ. Stirpium, p. 113. autoritate Zigeri Colbergiers, apud Antuerpienses olim experientissimi Medici, fretus, miris laudibus effert. Tertius verò in Horto suo pag. 29. testatur, in Misnia fieri ex eà cum Melle Electuarium ad Pulmonis vitia. Herbam Botrym inter alias olentes in condiendis Magnatum Cadaveribus locum habuisse, etiamnum recorder. Grato enim est odore, calidaque, & sicca secundo excessu, ut facile à Putredine præservet; quare non incassum Dioscoridis suavis Vestibus interspergitur, aut implicatur, ne à Tineis excedantur. Agerius in Tragum observavit, Aquam illius destillatam lenire Dolores post Partum, qui valde exercere, ceu in Quæstionem datas, Puerperas solent. Qua deficiente commendandus est usus Zedoaria Radicis ʒss. pondere, in Vino propinandæ.

Addo hic, quòd in Gurgulionis Affectibus, & Uvulâ elongatâ, conveniat Decoctum pro Gargarismo; quòd in Diar-

rhœis Clysteribus incoquatur; Fumus Fluori muliebri conducit; ad Uteri etiam Dolores Cataplasma utile ex eâ paratur; Succus ad Defluxiones Oculorum utilis sit.

(Parari potest Conserua ex Herbâ pro Phthificis.)

(Parant etiam Syrupum Botryos hunc in modum. U. Herb. Botryos Mij. Erysim. Urtic. ana Mij. Caulium rubrorum, Tussilag. ana Miß. Coqu. in f. q. Aqu. Colatura adde Sacchar. alb. ʒiij. clarifica, & coque in Syrupum.)

LXI. BRANCA URSINA.

Σ Πορδύλιον, σπονδύλιον, Spondylium vulgare hirsutum, C. B. Spondylium, Lob. Matth. Lon. Cast. Tab. Vulgare, Dod. Branca ursina, Brunsf. Trag. Cord. in D. Acanthus vulgaris, seu Germanica, Fuchsf. Germ. Barenklau, Barwurtz. Gall. Branche ursine.

Crescit passim in locis humidioribus; floret Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia sola.

Vires. Est è 5. Herbis Emollientibus: calfacit, siccatur, & aperit. Usus potissimum externus est in Clysteribus aliisque Paregoricis quarumcunque Formularum; & ut plurimum in Cataplasmatibus.

LXII. BRA-

BOTRYS. Botrys habetur duplex: Ambrosioides Officialis, Vulgaris, & Mexicana seu fruticosa Americana, quæ præ cæteris singularem spirat Odorem. Botrys Græcis dicitur, quòd racematim Flores, tanquam Baccæ Uvarum sibi adhaerentes, soleant observari; unde & Germanis vocatur Trauben-Kraut.

Posterior non est in usu: sed prior tantum, nimirum vulgaris, ab AUFORE quidem neglecta, non tamen reticenda. In Affectibus enim Pectoralibus mirificè commendatur, in quibus & nulli cedit: unde imprimis in Tussi & Athmate humido insigniter convenit. Decoquatur scilicet in Vino, & Decoctum mane & vesperi hauriatur, sic Infarctum & Mucum pectoris referat, valdoperè expectorat, & optimum Remedium est in Athmate, in specie Orthopnoæ. Melius fit, si edulcoretur sufficienti quantitate Mellis, vel decoquatur in Hydromelite, vel contusa fermentetur cum Melle in Aquâ soluto: sic egregium fit Remedium iis, qui laborant Affectibus Pectoris, chronicis imprimis, Asperæ Arteriæ, Orthopnoæ, &c. Præter pectoralem virtutem experta est in Inflatione Hypochondriorum Infantum, German. in dem Hertz-Gespann der Kinder, in qua Succus cum Pulve permixtus, aut etiam Folia contusa, inque Cataplasmatibus formam redacta, ac externè Hypochondriis calidè applicata, profunt. Potest incoqui Oleo communi, & Umbilico inungi; sic enim Flatus discutit, & Tormina sistit: Conf. Append. SCHROEDERI nostri p. 4.

Habetur & Aqua Botryos destillata, quæ Infantibus cum Pulve miscetur, & tanquam singulare ac expertum Remedium in Inflatione Hypochondriorum Infantum pro Flatibus discutendis usurpari solet: Vid. KESLERUS in Processibus Chymicis Centur. 2. Processu 72. sed parùm valet.

Syrupus de Botryde in Athmate, & Infantibus contra Cardiacam, seu Inflationem Præcordiorum prodest.

Sunt qui Botrydem hanc ipsi Marrubio, præprimis in Affectibus Pectoris, æquiparant: unde deficiente Syrupus de

Botryde, Decoctum ejus cum pauco Melle, vel Syrupum de Marrubio, in hunc usum substituunt. Plura qui desiderat, potest videre FORESTUM l. 16. Observat. 4. in Scholio, & TABERNÆMONTANUM p. 48. & 49. (K)

LXI. BRANCA URSINA. Branca Ursina vocatur etiam Acanthus Germanica, ad differentiam Acanthi seu Branca Italica, item Spondylium Græcorum, Germanis Baren-Klaven, Barwurtz. Est flore albo. Datur præterea in hortis Spondylium flore tuteo. Acanthus Italica, lavis & spinosa, Germ. Italienische Baren-Klau, est exotica, nec in Officinis proficit. Malè refertur ad Carduos, quia non papescit.

Vulgaris recepta est in Officinis, crescit in locis multis, & eminet inter quinque Plantas Emollientes famosas, ut sunt Malva, Alibæa, Violaria, Mercurialis, Acanthus nostra, seu Branca ursina.

Quoad Usum Medicum, resolvendo & blandè laxando operatur, & ordinariò Clysmata & Cataplasmata, & similia emollientia & demulcentia, unâ cum Malvâ vel Alibæâ, ingreditur; item à Chirurgis inter Cataplasmata Sappurantia pro Apostematis, utpote temperata, recipitur. Aliàs usus ejusdem nullus est. Potest etiam adhiberi in Fomentis seu Decoctis Emollientibus contra Obstructiones, in Balneis Nephriticis & Uterinis, in Calculo & Partu difficili, pro emolliendis & laxandis viis.

In Borussia è Decocto hujus Plantæ fermentato parant Potum medicamentosum, quem vulgò Germ. Bartsch, vocant, pro scopo diuretico & antiscorbutico egregium. De modo parandi vid. KERGERUS de Fermentat. p. 182. (L)

LXII. BRAS-

(K) Quam neglexerat in Pharmacopœâ Botrym Schræderus, addit in illius Appendice, ut ipse quoque Ettmullerus notat. Botrys Veteribus, præsertim Dioscoridi, herba est fruticosa, diffusa: semen circa ramulos enascitur: folia Cicborio similia, multum odorata. Quidam Ambrosiam, alii Artemisiam vocaverunt. A Botanicis Folia Senecioni assimilantur, quercinorum divisurâ. Herba candente latere calefacta, atque hypogastrio imposita Uteri dolores sedat, ex J. B. Raius Botrym vulgarem & Mexicocanam ad Blitum sylvestre refert; Tournefortius utramque, nempe Ambrosioidem vulgarem C. B. & Mexicocanam ejusdem ad Chenopodia reducit: vocatque primam speciem Chenopodium Ambrosioides, folio sinuato; secundam Chenopodium Ambrosioides Mexicanum. Secundæ hujus speciei usus ex Hispaniâ & Germaniâ, ubi primum invaluit, ad nos translatus: illam vulgò Herbam The vocant, vel potius Sinenis Theæ succedaneum; quum ejus Decoctum usdem pollere viribus, ac Decoctum Theæ, facillè credant.

(L) Bauhinus de Acantho scribit sub nomine Cardui Acanthi, quem Brancam ursinam vulgò vocant, eamque vel mollem, vel spinosam esse ait: Folia burni fusa profundè laciniata: Caulis thyrsus florum candidorum gerit, & Radices longè lætius vagantur, sortis nigre intus albæ. Hæ notæ quidem Acantho conveniunt, sed cum Carduo nihil commune habere, manifestum est: sunt tamen & quædam Cardui species, quæ Acanthoides appellantur, quòd scilicet folia habeant ad Acanthi folia accedentia. Acanthi Folia adeo visa sunt venusta, ut ab Architectis Columnarum Corinthiacarum capitulis insculpti soleant; imò & Vestibus pretiosis Antiqui figuram Acanthi Foliorum circumtexebant: unde Virgilius:

Et circumtexto croceo velamen Acantho.

Haudquaquam confundenda est Planta hæc cum Spondylis vel Sphondylis, ut facit Schræderus & Ettmullerus; longissimè enim Spondylium ab Acantho distat. Branca ursina habetur pro vero Antiquorum Acantho; est Plinius Acanthum sopiarum Herbam faciat; Branca autem ursina operibus sopiaris omninò inidonea est: atamen Acanthi descriptio, quam tradit Dioscorides, Branca ursinæ perbellè quadrat.

LXII. BRASSICA.

Kράμβη, Caulis. Germ. Kal, Kalkraut. Gall. Choux.
Varia Brassicæ sunt genera, quæ his Classibus comprehendi possunt.

Brassica	Sativa	Capitata.
		non Capitata.
	Sylvestris.	Crispa.
		Apiana, i. e. Apii flore.
Marina, i. e. Soldanella.		

Ex his magis medicamentosa est, teste Matthiolo, non Capitata, minutis caulibus, tenerioribus foliis, lævis, tenera, C. B. 1. Brassica alba vel viridis: huic succedit non Capitata rubra.

Dicitur Brassica, Brunsf. lævis, Matth. Cist. Brassica candida, Ger. hortensis lata, alba, Lon. Brassica vulgaris, sati-

LXII. BRASSICA. Brassicæ seu Caulis cum sint varix, Species, Viridis usitata est, non Capitata.

Utraque, præsertim Viridis, in recessu habet Sal volatile viscosum, sed admodum temperatum, unde post ejus usum, copiosum Urinæ fluxum sequi constat. Imprimis Vulnerarium est egregium, Intestina abstergit, & relaxat Alvum. In specie usurpatur in Faucium, & Asperæ Arteriæ asperitate, aliisque Affectibus, Raucedine v. g. & defectu Vocis à nimia Loquelâ, similibusque Malis ab Asperâ Arteriâ oriundis, ubi Succus Caulium & Foliorum expressus mirè commendatur, mixtus cum Melle, ut Rob fiat: Decoctum cum Passulis haustum, Concionatoribus in usu est. CODRONCHIUS, qui de Asperæ Arteriæ Affectibus & Vitii Vocis scripsit, habet duas Formulas expertissimas contra Raucedinem, quas in SENNERTI Praxi videmus consignatas; primam l. 2. P. 3. cap. 4. p. 461. in fine, secundam c. l. pag. 359. Formulæ sunt hæc:

℞. Succ. Brass. depur. ℥ij.

Saccb. Penid. ℥j.

Oxymel simpl. q. s.

M. f. Elecharium, in Lymphâ crassâ, & viscidâ lambendum.

Vel

℞. Hord. opt. excortic.

Passular. major. sine nucl. an. ℥j.

Radic. Liquirit. mund. & rasæ ℥ij.

Caricar pinguium No. vj.

Capillar. Veneris,

Hysopi an. M. ℥j.

Sem. Brassicæ ℥ij.

Pincar. recent. ℥ss.

Coqu. in f. q. Aquæ fontanæ: Colaturæ unicuique libræ addantur

Mellis despum. ℥j.

Saccb. Candi ℥ss. M.

Dosis ℥vj. Vid. CODRONCHIUS de Vitii Vocis p. 143. & 144. Et quidem imprimis posterior egregiè prodest in Raucedine ex nimia Loquelâ, & Asperæ Arteriæ irrigatione Concionatoribus & Cantoribus, si de illâ ℥vj. sumantur ante somnum tempore decubitus, & tempore matutino, sorbendo paulatim; si adsit imprimis tensio, & Inflammationis vis. Altera convenit, si Aspera Arteria sit obfessa à Pituitâ viscidâ; hanc enim abstergit & incidit, Vocemque restituit. Distinguendæ tamen Causæ Antecedentes, aliàs nunquam curabitur hæc Æger.

Adhæc propter Sal volatile refrigerare, indeque Inflammationes sistere, & Vulnerum Symptomatis optimè mederi solent. Unde Folia Brassicæ seu Caulis Puerperæ solent Mammis imponere ad præcavendum Lactis abundantiam & coagulationem, dum Acidum successivè absorbent; item Abscessibus Mammarum ceu euporiston imponuntur ad Inflammationem præcavendam, & Ulceris consolidationem promovendam. A Rusticis pro mundificandis, & consolidandis Vulneribus & Ulceribus adhibentur; dum vel intilliant Succum, vel Folia confusa applicant Vulneribus & Ulceribus. Sic notum est, quòd Foltum Brassicæ seu Caulis recens expertum sit ad Vesicas in fluxu conservandas; sæpius enim fit, ut excitentur Vesicæ in Affectibus Capitis Catarhalibus in Nuchâ vel post Aures, ut ergò hæc maneat aperta, confusa & calefacta probe ad prunas super Vesicâ imponuntur, & maximam Phlegmatis copiam extrahunt, Æritum & Dolorem mitigant, Vesicæque diu apertas servant: Commendantur à LINDANO in Colleg. super Hartmanni Praxin: singulis bihoriis renoventur. Secretum Artis est, singulis horis vel bihoriis impositionem repetere, & tam calida Folia applicare, quàm Æger ferre potest; non secus atque Fonticulis, qui minùs justo fluere solent, commodè imponi possunt pro conservando eorundem fluxu, & præservandâ consolidatione. Non minùs & in Pleuritide ita adhibentur, tam pro Abscessibus resolvendis, quàm suppurandis: Quin & Unguentum Antipleuriticum paratur ex Radice Caulis, cum Caryophyllis & Melle mixtâ. Modum hunc utendi in Pleuritide præscribit BARTHOLETUS l. 5. cap. 3. de difficili Respiratione, & cujus solius beneficio plures Pleuriticos, sæpe sine Venæsectione, se restituisse testatur.

℞. Caulium Radic. mense Mart. q. s.

Eluuntur, in umbrâ siccantur, & pulverisantur:

Porrò

℞. Pulver. hujus ℥iv.

Cumini ℥ss.

Caryoph. ℥ij.

Mellis comm. q. s. pro Emplastro seu Cataplasmate.

Quo applicato, brevissimo tempore rumpitur Apostema; & sunt, qui reconduunt, & pro maximo Secreto habent.

Alii breviter hoc modo conficiunt:

℞. Pingued. porcine recent.

Succi Caul. an. ℥ij.

Semin. Cumini ℥ij.

Miscent lege Artis, & applicant loco affecto instar Unguenti, quod habet GABELCHOVERUS Centur. 4. Curat. 68. in Annotatione. (M)

LXIII. BU-

(M) Brassicæ innumeras Antiquorum & Recentiorum Etymologias legere est apud Vossium in Etymol. Brassica à Theophrasto multisque Veteribus ἡ κράμβη & κράμβη vocabatur. Hujus tria genera etiam ex Plinio κροφύλα, λεοφύλα & ἀγρία, h. e. Crispa, Lævis, & Sylvestris. Est & quam κράμβη κεφαλωτὴ appellabant, Brassicam nempe Capitatam. J. B. 2. 821. Græcis dicitur κράμβη, quasi κρόμβη, quod pupillas (κρόμα) hebetet: unde Columella, Nunc veniat quamvis oculis inimica Corambla.

Vel quòd τῶ κροφύλον ἀντίβη, quòd nempe crapulæ, satietatique adversetur.

Brassicæ & Vitis Vinique antiquissima inimicitia, quòd una alteram corrumpat, unde fabulati sunt Brassicam à lacrymis Lycurgi à Libero patre Vitis alligati ortam.

Brassicæ Cyma est ex Plinio quidam ipsorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus. Cymas, inquit Celsus lib. 17. cap. 27. seu Cymata præteneros dicimus in Brassicâ præcipuè coliculos. Columella:

Frigoribus Caules, & Veri Cymata mittit.

κροφύλας καυλὸς vocat Galenus 10. S. L. 1. ex Archigene.

Brassica bis cocta fastidio est, unde Adagium δὲ κράμβη δάνατο. Omnibus tamen Oleribus ante stat: eam esto, ait Cato, vel coctam vel crudam. Innumera Brassicæ laudes, innumerique in Culinâ & Medicinâ usus, ex eodem Cato, ut & ex Plinio, Galeno, aliisque.

Notandum ex Dodonæo. Brassicâ omnis adstringentem, atque simul abstergentem, seu alvum moventem qualitatem co-

pu-

LXIII. BUGLOSSA.

Bύλωσ-
σορ, Bu-
glossū, C. B. [Sativum [Latifoliū [Vulgatum. Vide Borrage.
Peregrinum. Hisp. inusit.
[Angustifoliū. [Majus, Hujus loci.
[Minus.)
[Sylvestre. [Majus nigrum. *) Inusitata.
[Minus 1. 2. 3.]

Dicitur Buglossa, *Brunsf.* Buglossa Italica, *Trag. Lon.* Buglossa longifolia. *Cord. bist.* Buglossum vulgare, *Matth. Cast. Tab. Ger.* Buglossum angustifolium, *Lob.* Buglossum Italicum; Hispanicum grande, *Cavn.* Cirium Italicum, *Fuchsf. Cord. in D.* Echium Italicum spinosum, *Fuchsf. Leon.* Anchusa, *Alciadiadion. Dod. Germ. Ochsenzung.* Gall. Buglossē.

Crescit nobis in locis campestribus & arvis, floret Majo, & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, Radices, & Folia.

N. Radix asservatur excorticata.

Vires. Eadem obtinet quas Borrage.

P R Æ P A R A T A.

Eadem quæ Borriginis.

N. Succus Buglossæ mucilaginosus, eoque difficilis est expressu: eapropter si nihilominus eundem desideraris, colloca in loco humido per noctem, hinc exprime.

LXIII. BUGLOSSA. Buglossa Officinarum est Borrage angustifolia major: ita dicitur à Foliis, quæ partim figurâ, partim scabritie, Linguam bubulam representant.

Buglossa Angustifolia minor vocatur Buglossa Sylvestris, Germ. Wilde Ochsen-Zungen, quæ est Echium vulgare, Planta hispida, nullibi non obvia & cognita, mâleque ad Buglossas refertur.

Ejusdem aliâs naturæ, effectûs & usûs Buglossa est cum Borrage superiùs citatâ, & Pomis Borsdorffianis, & uno horum præscripto, præscribi solet & alterum: quosque Affectus curant Borrage & Poma Borsdorffiana, illos quoque curat Buglossa. Folia enim ejus, & Flores rubri, expansione verò cœrulei, æquæ ac Borriginis in Affectibus Melancholicis, vi suâ alterativâ, item analepticâ, conducunt. Hi ipsi nempe in se habent Succum mitem & temperatum, qui texturâ alcalinâ temperat Acidum istud vitiosum, in primis viis quidem radicum, & consequenter Sanguinem inquinans, & ad Melancholiam disponens: in quem finem nonnulli Conservam horum Florum ad atram seu adustam Bilem corrigendam, Spiritus coinquinatos mundificandos, corroborandos, Hominem exhilarandum, &c. commendant. Plurima videantur supra in Borrage.

Aqua Foliorum vel Florum Buglossæ in Affectibus Oculorum, Suffusionibus v. g. & aliis, maximi usûs est.

Arbitror & inde Liqueorem Opobalmicum per deliquum parari posse, Liqueori Florum Cyani, aut alii cuidam, non absimilem, nec inferiorem. (N)

LXIV. BURSA PASTORIS. Bursa Pastoris, Germ. das Sackel, oder Taschel-Kraut, ita dicta est à figurâ Seminum, quæ Pastoris Bursam representant. Refertur ad Thlaspia. Flores habet albos. Differentia ejus duplex est: Major & Minor.

In usu maximè est Bursa Pastoris major foliis sinuatis.

Quod attinet Usum internum: ratione Succu sui glutinosi acido-volatilis, blandè coagulativi, & anodynî, maximè

LXIV. BURSA PASTORIS.

Pera Pastoris (Capsella Sanguinaria) Germ. Tescbelkraut, Hirtensackel, Seckelkraut, Blutkraut. Gall. Focbe de Pasteur, ou Bourse de Berger.

(Major, C. B. 2.
(Foliis sinuatis (Media, C. B. 3.
C. B. est ((Minima, C. B. 4.

(Foliis integris, loculis oblongis. (Major, ac
(Minor &c.

Ex his usitator est Major, cui succedunt Media & Minor. Major dicitur Bursa Pastoris major, *Brunsf. Trag.* Bursa Pastoris, *Matth. Cord. in D. Lon. Lob. Cast.* (Herba Cancrî,) *Ger.* Pastoria Bursa, *Fuchsf. Dod.* major, *Tabern.* Bursa Pastoris major folio sinuato, C. B. 2.

Media describitur Bursa Pastoris minor, *Tab.* minima, *Ger.* C. B. 2.

Minor est Pastoria Bursa minor, *Dod.* minima, *Lob.*

Crescit Bursa Pastoris passim in locis incultis. Floret Aprili.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Refrigerat, & siccatur, adstringit & constipat: hinc valet in Hæmorrhagiâ Narium, exspuitione Sanguinis, Diarrhœâ, Dysenteriâ, Mictione cruentâ, (Gonorrhœâ) Fluxu nimio Mulierum. Externè Vulneribus solidandis à plebeis adhiberi solet, nec sine successu: uti & Hæmorrhagiis Narium (sub

adstringit & constipat: indeque imprimis contra quasvis Hæmorrhagias, Dysenteriam, Diarrhœam quamcunque, vel quoscunque Humorum Fluxus, usitata est, in Vino rubro cocta, vel Succu expressus, vel Planta pulverisata, calidè ita epota: in Mictione cruentâ Specificum est; habet enim vim vulnerariam, adeoque medetur apertioni Vasorum in Renibus, eorumque & Vesicæ Vulneribus & Exulcerationibus; sicut Succus quoque Hæmoptysin & Menfes nimios sistit; unde quibusdam German. Blut-Kraut, seu Sanguinaria audit. In Gonorrhœâ ʒj. Succu, vel Decocti Herbe ʒij. cum gr. iij. vel iv. Camphoræ, maximè epota confert.

Externè in usu est vi suâ adstrictoriâ contra quasvis Hæmorrhagias, imprimis Planta hæc contusa, & Naribus indita, vel in Nuchâ, vel sub Axillis utrisque applicata, vel in eâ Manu detenta, ex quo latere Nares Sanguinem plorant, Narium Hæmorrhagias sistit. Vide SCHMUCK in Curat. Magico-Magn. pag. 15. ubi dicit, quòd solum in Manu detenta quemcunque Humorem in quocunque Fluxu & loco sistat: sicut eadem in Cataplasmatibus formam redacta regioni Pubis contra nimium Mensium fluxum, & Vulneribus recentibus, pro sistendo Sanguine cum-succesu apponitur, vel pulverisata iis inspergitur, vel Succo eluuntur. Cum Aceto contusa & imposita, Tumores calidos sedat, ac Abdomini imposita, etiam Dysentericæ confert. Item cum Aceto adhibetur à Mulierculis Carpis Manuum pro Febribus Intermittentibus imminente paroxysmo, vel sola, vel cum Plantagine acutâ contusa, ac tantillo Croci & Camphoræ in Cataplasmatibus formam redacta. Tota Planta à quibusdam in Ictero commendatur, Calceis indita, nudis Pedibus gestata. Decoctum in Gulæ Affectibus purulentis pro Gargarismate infervit.

Succum quidam expressum Naribus attrahunt, aut Linteo vel Bombace exceptum intrudunt; cum potius Turundæ Naribus commodè applicari possint. Auribus purulentis inditus sanat eas. Cum Aceto & Sempervivo domestico mixtus Inflammationes quasunque, Podagram calidam, Tumorem inflammatorium Pudendorum, & Erysiplata sedat.

Aqua

pulat: turget enim non exiguâ Nitri quantitate. Quare Succus Brassicæ, ut ejus Decoctum, alvum movet, ob Nitrum quòd Succus & Decoctum continet; Abiecto autem primo Jure, in quo Brassica cocta est, alvum siccatur & adstringit. J. B. 2. 826.

Est & speciosa Brassicæ species, quam Multifloram & Caulifloram (Lobelius Brassicam floridam botrytium) appellant: hæc in Caput glomeratur, sed mollius, minus densò foliorum incubitu formatum: inter quorum sinum Flores densissimo stipatu prodeunt exigui, pallidi, aut candicantes, velut in umbellâ positi, qui cauliculis suis cum Asparagorum tenellis germinibus teneritudine & gratiâ certare videntur: atque ob id lautioribus tantum patinis expetiti. Hujus Semen è Plantis in hortis nostris nascentibus collectum si seratur, mirabili metamorphosi, Brassicam capitatam aut albam vulgarem producit: ut oporteat quotannis Semen è transmarinis calidioribus Regionibus petere.

Demum notandum Brassicam marinam Soldanellam dictam, à Tournetortio ad Convolvulum & jure reducti, cujus dua species. Item Brassicam marinam monospermon C. B. esse Grambem marinam, Brassicæ folio T.


(N) Buglossum Verbasco simile est, ex Dioscoride; foliis tamen asperis, nigrioribus, & lingue bubulæ similibus. Reverà Buglossum à Borrage solâ Floris structurâ differre videtur. Ad Buglossi genus igitur referenda Anchusa Officinaria, eaque Buglossum radice rubrâ appellanda, floribus cœruleis & albis. Buglossum angustifolium majus Officinale est: bumescat, refrigerat, & melancholicis prodest; Sale enim ammoniacali, cum succo terreo & sulfureo permixto, turget: refrigerat ergò ex eo, quòd Sanguini restagnanti, & partium Calorem argenti, motum conciliat. Utimar Buglossi floribus ad modum Decoctiois Theæ.

(sub Alis & in Nuchâ , & plantis Pedum .) Quinimò adhibetur sæpiùs in Cataplasmatibus Febrifugis , quæ Carpis imponuntur . (item ad Pudentorum Tumores .)

P R Æ P A R A T A .

Aqua . Ex Foliis .

LXV. BUXUS, seu BUXUM.

Π  , Germ. *Buchsbaum* ,) Arborefcens . Hujus loci .
Gall. *du Bouis* .) Fruticofa .
) Foliis rotundioribus . Chamæpyxos ; Trag. Tab. Hac utuntur ad Areolas Hortorum .

Insignitur Buxus , Brunf. *Matth. Dod. Fuchf. Lon. Lob. Cast. Cam. Tab.* Buxus vulgaris , Trag. Buxus arborefcens . C. B. 1.

Viret perpetuò , Aprili tamen germina novella profert : locis gaudet asperis , & faxofis .

Vires . Rari usùs est in Medicinâ : sunt tamen qui *Oleum* ex Ligno destillant , summè narcoticum ; idque non solum fumoperè commendant in Epilepsiâ , Odontalgia (si Dentiscalpium ipsi intinctum in radicem Dentis dolentis immittatur) Dentibusque corrosis , Verminatione , &c. sed & pro *Oleo Ligni Heraclei Rulandii* venditant . Videatur *Quercetanus Trad.* p. 214. 215. 216. ubi Buxum Lignum efficacissimò Sulphure narcotico scaterere docet .

Extractum Ligni . Vid. lib. 2.

Vires . Inigne est Sudoriferum & Specificum ad Epilepsias , Vermes , Putredines .

Dosis : Exigua Pilula . *Quercetanus in Pharm. rest. cap. 46.*

(*N. Succus Buxi* recens expressus beneficio Liquoris appropriati , exhibitus cum successu Pleuriticis in Belgio : quod pro Secreto communicatum retribuo .)

(*Solo Decocto Ligni Buxi Ictericâ fanata . Foresti Obs.*)

Aqua nullius est usùs , ineptum enim , ex *Adstringentibus* velle componere *Aquam* . Quod semel pro semper dictum volo , quoniam vis adstrictoria non ascendit super Alembicum : estque , id quod destillatur , nudum Phlegma . (O)

LXV. BUXUS seu BUXUM . Buxus viret perpetuò , cujus Lignum potissimùm in usu est , & singularia in recessu habet ; continet enim in se *Sulphur narcoticum* , unde vim habet *anodynam & narcoticam* . In *Aquâ decoctum* potentissimè Sudorem ciet , & Corpus exsiccat , & in Affectibus Cutaneis sordidis multum commodi affert : quo ipso & non cedit , imò meritò *praefertur Ligno Guajaci* , partim ob insignem hanc vim hydroticam , partim , ob virtutem , quâ pollet in Lue Venereâ curandâ , teste jam olim **AMATOLUSITANO** C. 2. *Curat. 95. Cent. 5. Curat. 8. & 67.* Nam non semper opus , ut Lignis utamur exoticis , quoniam nostra etiam terra profert talia , quæ illis succedanea sunt . Possunt itaque optimè in Curatione Luis Venereâ loco Ligni Guajaci assumi Lignum Buxi ; loco Ligni Saf-

(*Spiritus acidiusculus* quo *Tinctura Coralliorum* parata Epilepticis adhibetur .

(*Acetum* dicitur Antiepilepticum .)

C

C A C A O .

DE eo sic habet *Cabræus* in suâ *Stirpium Sciographiâ* . *Cacao* Arbor est modicæ magnitudinis , quæ simul ac Sole , tuta est , contabescit ; nec nisi in Sylvis umbroso & humido loco feritur . *Fructus* Amygdali speciem refert , & rubicundo est tum Cortice tum Nucleo : per universam Americam celebris . Ex Nucleo enim *Cacao* fiunt *Sorbittiunculæ refrigerantes* adèò expetitæ , ut cum iis nihil non commutare possint , quæ illarum regionum merx præcipua . Hæcenus *Cabræus* . Fiunt autem *Sorbittiunculæ* , de quibus ille , è *Compositione* quâdam , cujus basis est *Cacao* , quæque *Chocolada* , vel *Chocolata* dicitur . In curiosorum gratiam addere lubet rationem ejus *Compositionis* conficiendæ , quæ è multis est præcipua , quamque è *Tractu* super hac re emisso excerpimus .

U. Gran. Cacao No. C. *Chili* , sive *Piperis Mexicani maj.* scilicet *Chil-pallague* dictor . , aut iis deficientibus , *Gran. Piper. Indic. latior. minusque calid.* N. ij. *Sem. Anis. M. j. Flor. Auricularum* nomine , aut *Vinacaxtilides* insignitorum M. ij. quibus si *Alyus* fuerit durior , adde totidem *Manip. Flor. qui Meclafuchil* dicuntur . (Illis in regionibus , in quibus deficient Flores ultimò notati , poterunt adhiberi *Rosar. Alexandrin. vulgò pallidarum* dictar . N. xij.) *Sacchari albillimi* lbs. *Anchiote* q. s. pro colorandâ totâ *Massa* .

Plura sane addenda forent pro describendis omnibus *Simplicibus* , quæ *Compositionem* enarratam ingrediuntur ; sed ab iis superfedemus , quoniam commodè possunt videri in *Tractatu de Chocoladâ* , ab Hispano quopiam Medico confecto , & Gallicâ civitate donato à *Celeberr. Renato Moreau* p. m. (R)

CA-

safras Juniperinum , loco Radicis Chinæ & Sarsaparillæ Radices Bardanæ , & Caryophyllatæ (P) . Sed simul hanc habet prærogativam Lignum Buxi præ Guajaco , quod singularem vim anodynam possideat ; præpter quam vim narcoticam & anodynam multi laudant *Dentiscalpia* , Germ. *die Zahnstecher* , ex illo facta .

Oleum ejus per descensum destillatum in Odontalgia , & quibuscunque partium Doloribus sopiendis , egregie convenit ; in specie autem Odontalgia & Epilepsia dicatum est . Habetur à **QUERCETANO** & aliis pro *Oleo Heraclei* genuino *Rulandi* ; sed falsò : conficitur enim ex Corvulo , de quo suo loco : Commode tamen *Oleum Buxi* *Oleo Heraclei Rulandi* substitui potest .

Spiritus internè assumptus non paucis commendatur contra Epilepsiam , egregium est Sudoriferum , & Sanguinem purificans .

Decoctum Foliorum & Ramorum Buxi in *Lixivio* acri Crines tingit colore rufò . (Q)

C CA-

(O) Bursa Pastoris malè à quibusdam cum *Thlaspi* confunditur . Hæc Planta , notante *Raio* , foliis mirè ludit : unde illa , quæ folio est integro , & non sinuato , ab aliis , quæ folio sunt sinuato , pro diversâ specie non habenda . Bursa Pastoris major , folio sinuato C. B. quæ *Officinalis* , gustu parùm salsa est : Succus vix ceruleam papyrum rubescit . Hinc arguit *Tournefortius* , *Sal ammoniacale* hujus plantæ in alia principia dominari , est dissolutum sit in *Sassis* copioso *Phlegmate* , & à multâ Terrâ , paucoque *Sulfure moderatum* . *Analysi Chymicâ* Planta hæc exiguum *Acidum* dat : omne enim ferè , quod ex eâ elicitur , *Alkalinum* est : vix Plantam aliam inveniens , ex quâ plus *Salis volatilis concretæ* , fixi , *lixivialis* , & *Terræ elicias* . Horum principiorum ope Bursa Pastoris apta est ad Sanguinem ab *Acido* concrecentem , adeoque ex Arteriis in Venas transire nequeentem , dissolvendum : præterea *Terrâ* portio facillè Serum , quo fibræ surgentes laxæ sunt , imbibit , & absorbet . Hinc omnium Autorum consensu Planta hæc *Vulneraria* est & *Adstringens* . Succus epotus ab *Ziv.* ad *vj.* Herba in *jusculo decoctâ* , ac in *Clysteribus* & *Cataplasmatibus* adhibita , ad omnes *Hæmorrhagias* quammaximè valet .

(P) Vel potius loco Radicis Chinæ , & Sarsaparillæ , *usuvenire* poterunt Radix Arundinis , & Smilacis asperæ , quæ vulgò *Sarsa* nostras appellatur .

(Q) Buxus Græcè Πύξος : unde fortassis *Pyxides* , quòd è Buxo . *Notissima* Planta est : *Dioscorides Buxum* non descripsit . *Quidam* Buxum cum Guajaco Indorum confundunt , fortè ob virtutum similitudinem : sed falluntur . *Fiunt è Buxo* *Pectines* , quorum nullus usus *Calvo Martialis* :

Quid faciet nullos hic inventura Capillos

Multifido Buxus quæ tibi dente datur ?

Ignis è Ligno hoc accensus valet adversus *Pestem* . *J. B. Buxi* folia amara sunt , malè olentia , & vix ceruleam papyrum rubro inficiunt colore . E Ligno elicitur *Spiritus acidus* , & *Oleum foetidum* : hoc rectificatum , & circulatum deinceps cum tertâ optimi Vini Spiritus parte , exhibetur ad *xv.* & *xx.* guttas cum *Saccharo* , vel *Pulvere Glycyrrhizæ* contra Epilepsiam . Idem *Oleum non rectificatum* , cum *Butyro* fusum , *Carcinomata* ferocientia cicurat : ex eo item cum *Oleo Hyperici Linimentum* conficitur ad *Rheumatismum* & *Podagram* . Ex *Tournef. histor.*

(R) De *Cacao Fructu Indico* , *lippiis* & *tonforibus* noto , nil habet hic *Ettmullerus* . *Transulimus* hæc quædam de *Cacao* ex *Pharmacopœâ Schrædero-Hoffmannianâ* . *Addenda* autem existimavimus sequentia .

Cacao Scaligero est Arbor *Castanæ* foliis , fructu *Amygdali* , *Benzo* ait , illam in *umbrosis* vivere , *Soli* *expositam* con-

CALAMUS AROMATICUS OFFICINARUM. vide ACORUS.

LXVI. CALAMUS AROMATICUS INDUS.

Calamus Aromaticus Indus, est Planta Indica & diversa ab Acoro. Super quo legi potest *Garzias ab Horto lib. 1. Aromat. cap. 23. & Annotationes Clusii in eundem.*

Inscribitur *καλαμος simpliciter, & καλαμος μυρ-λιχός Hippocr. & Galen. καλαμος αρωματικός, Diosc. Orisbas. Egin. Aëzio. Calamus Alexandrinus, Celso. Calamus Aromaticus, Cord. in D. Fuchf. Garz. Lob. Acoft. Calamus Aromaticus Indicus, C. B. 1. Inter Arundines odoratas, Germ. Wolriechend Calmus, Gall. Roseau Aromatique.*

N. Rara Planta est Officinis nostratibus, & nonnisi Foliis splummodò arundinaceis (iisque raris) nota.

Substituunt itaque *Acorum seu Calamum Aromaticum* Officinarum.

Vires. Calfacit, siccata 2. acris est, usûsque præcipui in Uteri Affectibus & Nervorum Doloribus. *Garzias ab Horto.*

LXVII. CALAMINTHA.

Kalamintha C. B. { Incana, Ocymi foliis.
Pulegii odore, seu Nepeta.
Vulgaris, vel Officinarum. *Hæc usualis.*
Magno flore.
Exiguo flore.
Arvensis verticillata.

Dicitur Calamintha, *Matth. Fuchf. vulgaris Cam. Calamintha montana vulgaris, Lob. Tab. Nepeta montana, Cord. in D. Mentha fativa rubra, Ger. Calamintha vulgaris, vel Officinarum Germanæ, C. B. ; aliis Calamentum. Germ. Ackermuntz, Calament, Wilder Poley. Gall. Calamintbe, ou Pouliot sauvage. Floret Junio & Julio, crescit in Arvis.*

OFFI-

C

LXVI. CALAMUS AROMATICUS INDUS.

Calamus Aromaticus Indus cum sit Planta exotica ex India Orientali, rara est avis in nostris regionibus, & nunquam apud nos habetur genuinus, sed apud Mercatores Belgas interdum invenitur. Genuinus *Calamus Aromaticus* est species *Gladioli*: Sapor ejus est acris & amarus, penetrans, & insigniter incidens. Prodest in Morbis, ubi peccat Acidum; in Scorbuto, cujus Sal volatile acre & acidum coërcet. Si apud nos invenitur, aut est adulteratus, aut vetustate corruptus, adeoque ut Sal volatile acre avolarit, & tunc penè nullius est usûs. Legitima est vis Stomachum roborandi & Uterum, Flatus potenter pellit & discutit, & Ardor, qui linguâ percipitur, virtutem Cruditates Stomachi corrigendi & expellendi monstrat. Præterea Suffocationi Uterinæ magno est emolumento: hinc instantes Menses ciet, & Lochia atque Secundinas pellit.

Cæterum, cum apud nos, ut dixi, non genuina, atque ideò rara, & præterea adulterata & vetustate sit corrupta, ideò loco hujus nos *Acorum Majorem* seu verum substitui- mus, qui vocatur *Calamus Aromaticus Officinarum*, & annumeratur omnibus tam Stomachicis, quàm Carminativis, ut suo loco supra dictum.

Aqua destillata est Stomachica.

Tom. IV.

Oleum destillatum egregium est Anticolicum & Carminativum.

Plura qui desiderat de *Calamo Aromatico*, potest videre *verum Indicarum Scriptores, GARCIAM ab HORTO, & qui in hunc commentatus est, BONTIUM in Traç. de Medic. Indorum, & qui instar omnium est, BAUHINUM in T. I. qui omnia ex iisdem in ordinem fideliter redegit. (S)*

LXVII. CALAMINTHA. *Calamintha Montana* Officinarum Planta est satis cognita, cum in omnibus reperiat agris, & odore se prodat. *Mentha* est simplex, & *Calamintha* elegantior aliis speciebus, ubi verticillatim congesti sunt Flores. Dicitur quasi *καλα μινθη* seu *optima Mentha*, Germanis *die Berg-Muntze*. Est vel *Montana vera Odorifera*, vel *Agræstis* seu *Arvensis*, *Pulegium agræste* aliàs dicta. Ratione Odoris monstrat, imprægnatam esse copioso Sale volatili aromatico seu oleoso, quod confirmat Effectus & Producta.

Dum dicit **AUTOR** noster, quòd sit *partium tenuium*, Chymici ita exprimunt: habet in se Sal volatile acerrimum, & penetrans. Quoad Effectus, est *Carminans* quoddam ex primariis, cum egregiè Flatus quoscunque discutiat; *Stomachica* est, & *Uterina* imprimis: omnia *Menthæ* genera in Affectibus Stomachi corrigendis commendantur; quascunque enim Cruditates, imprimis acidas, tollunt, atque Morbos inde oriundos curant, v. g. *Anorexiam, Apepsiam*.

contabescere: *Frußus Amygdalini Siliquis Cucumeri-formibus continetur. Ex Nucleo Cacao sunt Sorbitiunculæ refrigerantes apud Indos, etiam addito pauco Pipere. Benzo ait, Porcorum verius eam esse colluviem, quàm Hominum Portionem.*

Quatuor Cacao Species recenset Wormius. Et reverà vulgò quatuor ipsius Species ex America nobis afferuntur. Prima & Secunda dicuntur Magnum & Parvum Caraque, quòd è Provincia Nicaragua afferantur. Tertia & Quarta Species vocantur Magnum & Parvum Cacao Insularum, quòd ex Insulis America & S. Dominici ad nos adspertentur. Optimum Cacao est Magnum Caraque, ex quo cum Saccharo, Cinnamomo, & Vainillâ conficitur Chocolate, quâ nescio an pretiosus quid India Occidentalis nobis unquam suppeditaverit. Hæc ex Pomet.

Arborem Cacaiferam describit Piso in Mantissa Arom. Quòd hæc Arbor umbrosa amet, Incolæ patulam aliam Arborem proximè plantant, ut illam à Sole tueantur: hanc autem Cacaoquanthli, hoc est Matrem Cacaiferæ, appellent. Prima Species Cacaui Frußus Melonum fert magnitudine, in quibus Nuclei vicini, vel triceni, quorum pelliculâ sublatâ similes videntur *Reni vaccino, b. e. in parvos labos divisi. Oleum profert Frußus hic, non secus ac Amygdala. Eo utebantur Americani vice Monetæ. Ex eodem simplicem primò parabant Potionem ad sitim sedandam; postea, nonnullis aliis additis Simplicibus aromaticis, Chocolatem confecerunt.*

CHOCOLATES compositionem apud Indos familiarem, ejusque ingredientia Simplicia barbaris nominibus insignita, habet hic Schröderus: fuffus autem illam recenset Piso, & Hughesius, atque ex bis transcripsit Raius hist. lib. 24. cap. 8. 1671.

Apud Nostrates pretiosior Chocolate conficitur ex Cacao, Saccharo, Cinnamomo, & Vainillâ: Vainilla Hispanico nomine sic dicta videtur, quòd Siliquæ quædam sint, seu Vaginæ, pingui obscuraque medullâ, Moschum vel Balsamum olente, repletæ, quarum, ut & Seminum in iis contentorum, elegantes Icones dat nobis Franciscus Redi in suis Experimentis, &c. Additur suavitatis majoris gratiâ Ambarum & Moschus. Qui tamen odores metuunt, vel sumtus parcere malunt, Cacao, Saccharo & Cinnamomo pro usualioris Chocolates compositione sunt contenti. Clar. Vir, limati & exquisiti in rebus omnibus judicii, Macere solo addito, ori gratam, stomachoque amicam Chocolatem sibi familiaribusque omnibus splendidè parat, mibique manifeste copiam facit.

Anceps haud hæreo, num Chocolates ulus ad delicias potius, quàm ad remedium nunc temporis apud homines sit: ad oblectationem enim & gulæ irritamentum illam passim sorbemus, ac vix Medicamentorum ingratorum vehiculo illâ abutimur. Illud tamen de hujusmodi Potu hîc obiter notaverim: Eum nempe jejuno Ventriculo opportuniorem esse, ut scilicet faciliorem subiens digestionem, vires Corporis conservare & augere valeat: Contrarium erit, si Chocolate Intemperstivè sumtâ, inceptum Digestionis opus inturbaretur: nò tamen cum ipsis cibis, maxime levidensibus, & jejuno accommodatis, Chocolates potus copuletur; sic enim illorum mutationem, in Ventriculo debilibus, fovere aliquâ ratione poterit. Oppositum prorsus sentio de Potu Caffè, qui Ventriculum, vel Cibis Digestionis tempore, vel Muco crasso, ab ineptâ Alimentorum mutatione repletum, roborat atque abstergit: quòd si vacuo prorsus Ventriculo assumereetur, in ejusdem tunicas, non sine aliquâ noxâ, vim ederet. Quapropter si aliquid contra non obstat, sanius illud repeto consilium, ut Chocolate mane & jejuno stomacho, Caffè à prandio, & infarcto ventriculo sorbeat. De CAFFE vide infra COFFE.

(S) Calamus Aromaticus Officinarum est Acorus verus, ut dictum. Calamus autem Aromaticus verus est Planta arundinaceo caule, Calami scriptorii magnitudine, tres pedes alta, nodis interstincta, è quibus folia viridita, & flores lutei prodeunt umbellatim dispositi. Calamus hic ex Oriente Massilam afferitur: Colore extrinsecus griseo subrubro, intrinsecus subalbido, medullâ albâ sapore intensissimè amaro. Hæc Pomet, qui Plantæ integræ Iconem offert.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Calfacit, siccant, & aperit: attenuat, discutit, extergit, partium tenuium est: Stomachica ac Uterina imprimis, hinc & Pectoralis atque Hepatica: Menfes ciet, Fœtum eiecit, Urinam movet, Tussi medetur, Hepar referat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Plantâ integrâ Junio, vel Julio, collectâ.
1. *Sal.* Ex Cinere.
3. *Syrupus Compositus de Calaminthâ.* Vid. Dispens. August.
4. *Species Diacalaminthæ.* Vid. Disp.

LXVIII. CALCATRIPPA.

Videatur *Consolida Regalis*, *Matth. Cast. Cam. Tab. Ger.* *Consolida Regia*, *Lob. Flos Regius*, *Dod. Delphinium*, *Clus. Germ. Ritterfpron*, *Lerchenklau*, *S. Ottilienkraut*. *Gall. Consolide royale.*

Varia extant Genera quoad Colores, Florum multiplicita-

tem, modumve nascendi differentia: adeoque alia est Flore simplici, alia pleno, quædam Hortensis, alia Arvensis. Hortensis colitur in Hortis, Arvensis passim in Arvis reperitur, præstantiorque habetur Hortensi. Floret Majo, & Junio.

N. Sunt qui *Calcatrippam* pro *Delphico Dioscoridis* reputant, alii *Cyminum sylvestre Dioscoridis* esse volunt. Sufficit nobis scire & vires & usum.

OFFICINALIA NATIVA.

Herbæ & Flores.

Vires. Omnes *Calcatrippæ* species siccant, calore & frigore temperatæ sunt, substringunt. Vulnere consolidant, Partum faciunt intrinsecus & extrinsecus adhibitæ.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Herbâ cû Floribus collectâ initio Junii.
- Vires.* Commendatur ad Oculorum rubedinem, & Ophthalmias. Præsertim quæ è cærulei coloris Floribus prolecta est.
2. *Conserua.* Ex Floribus.
- Vires.* Commendatur ad Tormina Ventris Infantum, ut & ad Ardorem Stomachi.

LXIX. CAL-

psiam, &c. *Mentha Vulgaris* contra Cholera (est Morbus, ubi per superiora & inferiora excrementa biliosa ejiciuntur, cui sæpè subest Malignitas) commendatur, quod tamen magis Calamintha facit. Hinc est *Uterina*, quæ vis se exferit in expellendis Mensibus & Fœtu: Menfes adeò potenter ciere dicitur, ut etiam in Gravidis proliciat, & Fœtus interitum procuret; quæ enim Menfes movere debent, necessariò sint partium acrium & tenuium, ut Cachexiam corrigant, Sanguinem crassum incidendo, menstruam Fermentationem Sanguinis adjuvent, & ad Excretionem disponant. Dum dico, Menfes ciet, simul intelligenda sunt Lochia & Secundinæ. Est quoque egregium & moderate *Diureticum*, quoniam Urinam pellit, Ulcera Renum abstergit, & Mictionem cruentam sanat. In *Asthmate* & *Orthopnæâ* non vulgaris est usus, si decoquatur cum *Oxymelite*, sive *Asthma* & *Orthopnæa* sit ex vitio Stomachi, sive ex Ulcere Pulmonum. Utroque in loco Pituitam crassam & viscidam incidit & mobilem facit, ut feliciùs per superiora vel inferiora excerni queat. Dum expellit, etiam præscribi solet in *Ictero* quocumque cum aliis Specificis.

Externè discutit, attenuat & resolvit *Tumores* duros, & coagulationes Humorum, quæ oriuntur à peccante Acido: Ergo talia applicantur Medicamenta, quæ morbosum illud Acidum absumunt & absorbent. Præscribi aliàs solet vel in *Balneo*, vel *Fomentis*, ubi *Sacculus* applicatur vel Abdomini, vel Regioni Pubis; Abdomini in Affectibus Intestinorum flatulentis, & Fluxu cruento seu Dysenteria; Regioni Pubis in ciendis Menstruis, sistendis Doloribus Mulierum post Partum (in *den Nachwoben*) in Inflatione Uteri, quæ contingit, quando post Partum Aëri frigido, quod sæpè fit, se se exponunt. Etiam Capiti applicata convenit Vertiginosis, Veteriosis, & Stupidis; qui laborant vitio Cerebri à Lymphæ copiâ, quam discutit & expellit.

Quoad *Preparata*, in Officinis prostant plurima.

1. *Aqua destillata* ex usu est in iis Malis, ubi Calamintha. Observetur autem, quod debeat colligi in Junio & Julio, quando adhuc madet *Rore matutino*, & sic destillari; Ros enim inservit loco Menstrui, vires extrahit & volatilifacit, & sic fit *Aqua* egregia.

2. *Sal* communi modo paratur.

4. Omnes *Dia-Calaminthæ Species* sunt egregiæ Stomachicæ & Carminativæ.

Plura audietis suo loco, ubi de *Mentha*. (T)

LXVIII. CALCATRIPPA. Multa *Calcatrippæ* sunt Genera. Est enim vel *Sylvestris*, vel *Arvensis*, vel *Sativa*, Flore simplici & pleno, variegato, item albo, rubro, & mixto. Ita dicitur, quod Flos ejus cucullatus *Calcar* quasi repræsentet, unde & Germanis *Ritterfpron*. Dicitur etiam *Consolida Regalis*, item *Flos Regius*.

(T) Calamintha à congeneribus Plantis facile distinguitur, quod ejus Flores (labiati) in foliorum alis nascantur, atque pediculis ramosis infideant. Ex Dioscoride triplex est Calamintha: I. Montana *Ocimo similis*. II. *Nepeta Romanis dicta*, odore *Pulegii*: III. *Menthæ sylvestri affinis*. *Mentha sylvestris omnino Calamintha est ex Galeno*. Quamplurimæ tamen sunt apud Recentiores Botánicos *Calaminthæ species*: inter quas ratione *Characteris* connumeratur à *Tournefortio* *Hedera terrestris* *Officinarum*, vocaturque ab eodem, *Calamintha humilior folio rotundiore*. *Calamintha ex Aristotele nidore suo, Serpentes vel accensa vel substrata fugare solet*. *Calaminthæ Decoctum Glystere inditum Colicam sedat: applicitum duros Tumores resolvit*.

(V) Hoc est circa Solstitium æstivum: quod quidem ad rem facere potest: vana tamen erit Observatio si Luna sit in Signo Terreo, vel Aqueo.

(X) Quæ *Calcatrippa vulgò dicitur est Consolida regalis*, vel potius *Delphinium Botanicorum*. *Delphinium dictum putant, quod flores nondum explicati, Delphinum, qualis à Picioribus pingi solet, quodammodo referunt*. At-

Usitata est *Vulgata* Colore cæruleo, Flore simplici, *Herbæ & Flores*, imprimis tamen Flores.

Coincidit Flosejus ferè cum usu Florum cæruleorum Cyani, unde & in *Formulis* simul præscribi solent. *Herbæ & Flores* inserviunt præprimis usui *adstringentis*, & simul sunt *Vulneraria*: idque dicunt monstrare *Signaturam per Calcar* vel stimulum, & prodesse in *Vulneribus* ex puncturâ provenientebus; quod linquamus *CROLLIO* & sequacibus: sufficit nobis, quod experta sit ejus vis in *Vulneribus*. Vis aliàs ejus est *diuretica*, unde ex *Floribus Calcatrippæ*, ut ut insipidi sint, & *Cyani*, sunt egregia Medicamenta, quæ ciente Urinam. Etiam cum Cyano conjunctim in usu interno præscribere solemus, & sic ratione hujus solent misceri in *Hydrope Medicamentis*, *Aquas per Urinam expellentibus*. Cum *Floribus Cyani in Vino* probè macerati vel decocti *pro Potu* inserviunt *Parturientibus* in promovendo Partu, & in Partus vitiis, quod fuit *Secretum Agricola*, qui dedit *Decoctum Florum Calcatrippæ cum Floribus Cyani*, pro facilitando Partu difficili, uti *infra* suo loco dicam, ubi de *Cyano*.

Externò usu applicatur *Fotus ex Decocto Florum Calcatrippæ* in Oculorum Affectibus; quod etiam impositum Regioni Pubis convenit in Urinâ retentâ; item cum *Cepis* sub formâ *Cataplasmatibus* contra retentionem Urinæ.

1. Quoad *Preparata*, primo loco se offert *Aqua Calcatrippæ*, quæ singulare est *Ophthalmicum*. Observatur autem ex *RHUMELIO*, quod colligenda sit circa *Festum S. Jobannis Baptistæ (V)*, quando Luna versatur in Tauro, vel alio Signo Terreo: tunc demum enim *Aqua destillata* est Specifica ad Oculorum quæcunque vitia, ad *Ophthalmias* tam siccas, quàm humidas: Hinc *Aqua hæc* inservit *pro Vebiculo Liqueorum Ophthalmicorum*, si iis misceatur. *D. AGRICOLA* *Aquam destillavit ex Floribus Calcatrippæ & Floribus Cyani* per multiplicem cohobationem à novis Floribus, quæ in *Ophthalmiâ*, *Rubedine ac Ardore*, aliisque Affectibus Oculorum à *Lymphâ nimis acri & falsâ*, item *Suffusionibus* incipientibus, maximè commendatur.

Possunt etiam redigi Flores *Calcatrippæ* in *Oleum per deliquitum*, ad eum modum, quem tradunt *Autores* circa Flores *Cichorii & Cyani cærulei*, de quo *SENNERTUS in Praxi l. 1. P. 3. Sect. 2. cap. 12. pag. 786*. *Oleum* taliter ex *Calcatrippæ Floribus* paratum, *Ophthalmicum* est singulare, & non tantum in *Ophthalmiis*, aliisque Affectibus Oculorum calidis, sed etiam in *Suffusionibus & Cataractis* est egregium *Remedium*.

2. Porrò *Conserua Florum recentium Calcatrippæ* in temperando Acido Ventriculi, ejusdemque Ardore extinguendo, sicut & cum *Spiritu Salis acidulata* contra retentionem Urinæ laudatur.

Tinctura paratur cum *Spiritu Vitridi*. (X)

LXIX. CAL-

LXIX. C A L T H A.

Calendula, Chrysanthemum. Germ. Ringelblum. Gall. Soucy ou Soucy.

Est præcipue. [Vulgaris. Hæc Officialis.
Palustris. Hæc Officinis ignota.

Indigitatur Calendula, Brunsf. Trag. Dod. Cam. Caltha fativa, Tab. Caltha, Matth. Fuchs. Lon. Cast. Chrysanthemum, Lob. Calendula simplici flore, Ger. Caltha vulgaris, C. B. 1. (Verrucaria.)

Crescit in Hortis: florere incipit Majo, floretque per integram ætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores.

LXIX. C A L T H A. Caltha ita dicitur à *Figura Floris Calatbinæ*, quod Calatbum quasi repræsentaret. Calendula verò ob diurnitatem Floris; singulis enim quasi Calendis novos Flores producit. Differentiæ ejus sunt varietates: Datur enim vel Flore luteo, simplici & pleno; vel Flore Melioli, simplici & pleno, vel Flore humili ac minimo, vel Flore variegato; datur etiam præter hanc Caltha Palustris: Quarum tamen prima tantum, nimirum lutea vulgaris, in usu est, & Medico & Mechanico, & vocatur Calendula, seu Chrysanthemum, German. die Ringel-Blume, oder Dotter-Blume; cujus Flos apud Veteres Auctores non legitur in usu fuisse.

Quoad Usum Medicum, à Modernis refertur inter Flores Cordiales, quorum vulgò quatuor recensentur, nimirum Flores Borriginis, Buglossæ, Tunicæ, ac Violarum, quibus hunc ceu quintum addunt, quatenus vi alexipharmacæ & sudoriferæ polleat. Vi resolvendi & penetrandi prædita est, & nostrarum Mulieribus in usu ad Affectus menstruosos, Mensesque suppressos stimulos, præprimis Decoctum ejus in Vino cum Floribus Antbos: id quod probabile reddere videtur Odor aromaticus ferè croceus. Cum verò Crocus, uti notum est, potenter movere & stimulare soleat Menses; hinc per analogiam quandam ad eum accedens, eidem quoque usui infervire potest. Aliam suggerit rationem RIVERIUS in Observat. 30. à Pacheco communicatâ, quod scilicet Flos hujus Calendulæ idèò stimulantibus Mensibus sit dicatus, quoniam Odorem Sanguinis menstrui benè valentis de se spargat; quam Conjecturam confirmare videtur Experientia PETRÆI, dum scribit, Partum promoveri, & Fœtum atque Secundinam, & Menses potenter expellere, sive dentur in formâ Decocti, sive sub formâ Conservæ. An verò Ratio ista locum habeat, speciali Experientiæ committendum, quam instituere cuivis satis erit integrum. Inter reliquos usus commendantur Calendulæ Flores ad Icterus flavum, cujus gerunt Signaturam, si ex Floribus exprimat Sucus, & recipiatur Succus expressi ʒi. ieiuno stomacho cum ʒi. Pulveris Lumbricorum terrestrium, qui singularis sunt Specificum in quocunque Ictero: Quod si resolvantur Lumbrici in Spiritum urinosum, est Medicamentum eò penetrantius. Commendantur etiam in Morbis Malignis, hinc rectè dicit QUERCETANUS: Mirari hinc subit, quod tanta Calendulæ sit præstantia, ut mediâ hyeme vireat, reliquis emoriensibus; quare hoc egregii usus est indicio, & prodidit sese hujus nobilitas in roborandis Facultatibus, & Animalis & Vitalis. Ex Tom. IV.

siqui ex Dioscoride Delpbinorum effigiem in Plantæ foliis agnoscebant: Plinius literas AI inscriptas putat. Simon Paulli asserit, Delpbinii sylvestris, seu vulgaris, flores in Aquâ Rosarum maceratos, ac Cataplasmatibus formâ Oculis applicatos, illorum sedare Inflammationem.

(Y) Galtha Poëtarum est Calendula Officinaria, quod nempe singulis Calendis florere soleat. Quidam putant esse, Chrysanthemum Oculatum Dioscoridis. Nobilis est hæc Planta Florum splendidâ flavedine: hinc Virgilius Eclog. 2. Mollia luteolâ pingit Vaccinia Calthâ:

& Columella lib. 10. hort.

Candida Leucoia, & flaventia lumina Calthæ.

Plinius lib. 21. cap. 6. graviter odoratam esse ait: & Experientia testatur, humanum enim sudorem mihi olere illius folia videntur. Est Flore simplici, est pleno, est & prolifera. Calendulam Vulgarem, Clymenum Dioscoridis esse putat Fabius Columna Phytobaf. 52. Caltham palustrem in novum Genus erigit Raius: hanc autem Populaginem vocat Tournesfortius. Aqua Calendulæ Oculorum morbis medetur: Florum siccorum suffitus ex Utero secundinas extrahit. Folia foetentia Calthæ arvensis ad candulam accensæ detonationem aliquam Nitro accenso similem edunt: hinc eruere possumus, Sal Terræ veluti impermutatum in Plantam transisse, at cum multo fetido Sulfure, multaque Terrâ conjunctum esse. Sucus, Extractum, Conserva Calendulæ valent ad Icterus, Paralytin, Hydropsen. Acetarium ex Foliis comestum frumosos Tumores, præsertim in Infantibus extenuat. Sucus in Meatum auditorium Syringâ injectus Vermes necat: ut & Pulvis gossipio exceptus, ac Denti applicitus, Odontalgiam sedat. Folia Ulceribus callofis, Tumoribus duris, & Clavis Pedum cum emolumento admoventur.

(Z) In Elementis Botanicis Gallicè primùm editis, Tournesfortius Campanulam, & Medium, duplex Plantæ genus fecit. Et Medium à Campanulâ distinxit numero loculamentorum Fructus, quæ quinque esse in Medio putabat; Verum in Institutionibus Rei Herbariæ distinguenda illa non esse decrevit: notaverat enim Campanularum nonnullarum Fructus, modò in terna, modò in quina loculamenta distinguui. Haud recipit notam Campanulæ à Raiis & Morison acceptam, quod nempe latet.

Vires. Flores Cardiaci censentur, hinc Hepatici; calfaciunt, & siccant 2. (præcipue si sicci sint) aperiant, discutiant, subastringunt, Menses cient, Partum promovent (Fumus subditus Parturienti,) Sudores movent: Alexipharmacis censentur, Ictero medentur.

(N. Semen in Quartana exhibetur.)

(N. Capitula globosa Florum antequam aperiantur, Muria & Aceto condiri, locoque Capparum edi possunt.)

P R A E P A R A T A.

1. Aquas. Ex Foliis & Floribus, cum incipit florescere: (Menses movet.)

2. Acetum.

3. Conserva. Ex Floribus.

LXX. CAN-

tenditur quoque ejus usus ad Partes Nerveas, & ad Paralytin cum Primulâ Veris convenit. Jam notum, quod Primulâ Veris propter vim antiparalyticam vocitetur Herba Paralyseos, & huic æquales judicat QUERCETANUS Flores Calendulæ & Calcatrippæ, quæ elegantioris Coloris.

Externè Succus Florum recentium extirpat Verrucas, illinendo scilicet illum tamdiu, donec marcescant.

Usus Mechanicum quod concernit, Rusticæ Mulieres Florem hujus Plantæ cum Butyro recentis conquassant, sicque eadem tingunt Butyrum, & sapore haud ingrato illud imbunt.

1. Quoad Præparata Officialia, prostat Aqua & Syrupus Florum Calendulæ, qui à QUERCETANO in Febribus Acutis Petechialibus, aliisque Morbis Malignis commendatur. Syrupus habetur descriptus in HORSTII Dispensat. Tom. 2. l. 1. pag. 8. Fit ex Succo horum Florum cum sufficienti quantitate Sacchari; sicuti Succus Calendulæ in Febribus Pestilentialibus à quibusdam bono cum successu usurpatus fuit. Conf. M. A. N. C. Ann. 4. Append. pag. 35.

2. Acetum Calendulatum in præcavendâ Peste laudatur, cum Acetum vires alexipharmacas hauriat ex Floribus Calendulæ; ut ceteroquin omnia Acida præcaveant à Peste. (T)

His ratione ordinis Alphabetici inseritur

C A M P A N U L A.

Latè diffusa est Planta Campanula: Dividuntur enim Campanulæ in Leves, quæ Rapunculi dicuntur; & Spinosas seu Hirsutas, & dicuntur Cervicariæ, quod Veteribus in Collis Malo fuerint laudatæ. Inter Leves hac vice vobis demonstratur

1. Rapunculus vulgaris tenuifolius.

2. Rapunculus Persici flore.

3. Rapunculus Hortensis folio latiori, seu Campanula Pyramidalis, propter copiam Florum spicatum congestorum.

4. Rapuntium spicatum peregrinum flore coccineo, seu in specie Flos Cardinalis.

Ex Hirsutis Campanulis præsto tantum est Cervicaria Minor, seu Trachelium Urticæ folio angustifolium, vobis jam demonstrandum.

Ex omnibus illis Rapunculis nullus in Officinis receptus, quin potius Rapunculus esculentus Culinis tantum innotuit. (Z)

G 2

LXX. CAN-

LXX. CANNABIS.

Est [Sativa. [Fœminina. [Hæ usuales
Sylvestris. [Masculina. [promiscuæ.
Dicitur *Karyassis*, *Diosc.* Cannabis *Brunsf. Matth. Dod.*
Lon. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger. major, *Trag.* sativa *Fuchsf.*
Cord. in D. C. B. 1. vulgò Cannapus, Germ. *Hanf*, *Zabner*,
Hanf. Gall. *Chavre*.

Colitur in agris: Floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, rarò Herba.

Vires. Semen calfacit (aliis refrigerat) siccaturque, Semen genitale imminuit (usu continuato), Tussi opitulatur. Ictero subvenit: at Caput Vaporibus replet.

Herba refrigerat & siccatur, Ambustis convenit, Aurium Dolores (ab Ostruccionem natos & à Vermibus,) sanat (Succus instillatus.)

PRÆPARATA.

(*Oleum Cannabinum.*)

LXX. CANNABIS. Cannabis, German. *der Hanff*; crescit vulgari usu ex sativione in agris.

Semen imprimis in usu est, rariùs Herba.

Plantæ autem, & speciatim Seminis, vis consistit in Principio sulphureo, sed immaturo atque crudo; unde vim habet aliqualem Opiatam & Narcoticam aut stupefacivam, seu, ut Autor noster dicit, Caput Vaporibus repletivam, atque ad Deliria & Dementiam pronos facit Homines; hinc rari est usûs interni. Nihilominùs ex eo admodum commendantur Emulsiones contra Gonorrhœas, ex acrimoniâ Genituræ natas, tam temperando & orgafmos reprimendo, quàm vi narcoticâ stimulationem sistendo, præmissis imprimis Universalibus. Formula potest esse talis:

℞. Sem. Cannab. ℥j.

q. Frigidior. major. an. ℥j.

c. f. q. Aqua Mentha & Aqua Flor. Cyani, vel potiùs Aqua Calcatrippæ

f. Emulsio, cui expressæ adde

Succini præpar.

℞. Sepiæ (quod specificum est in Gonorrhœâ) an. ℥j.

Mixta edulcorentur cum Syr. de Nymphæâ q. f.

Rariùs ingrediuntur quidem Syrupi Emulsiones, quoniam illas reddant vel nigras vel rubras: sed cum Syrupus Nymphææ sit albus, nihil impedit, quò minùs possit asfumi.

Eadem Emulsio potest etiam propinari Mulieribus in Furore uterino. Præterea in Ictero singulare quid obtinet, sive exhibeatur Infusio, sive Emulsionis formâ cum Aquâ appropriatâ, sive coquatur in Lactæ bubulo; quod Experimentum est SYLVII, cujus vid. Praxis ubi de Ictero. Referunt quidam, Semen præter Narcosin Insultus epilepticos producere, quod tamen vix credo.

Vulgaris est traditio, quòd Herba Cannabis soleat imminuere Virilitatem, & infringere Venerem; cui tamen contraria est Experientia, quam habet OLEARIUS in Itiner.

Immensa sanè est Campanularum familia, ut apud Botanographos videre est. Cervicaria major Dodonæi, est Campanula vulgatiore foliis Urticæ, vel major & asperior C. B. Cervicaria idem sonat ac τραχύλιον: fortasè quòd Cervicaria radicum Decoctum adversus Trachææ, seu potiùs Tonsillarum inflammationes conferre existunt: unde dicitur Uvularia, vel potiùs à τραχύλις asperitas, quòd folia aspera sint. Pyramidalis lævis J. B. seu Rapunculus hortensis latiore folio, ut hic habet Ettmullerus, est Campanula Pyramidata altissima T. Sunt qui hanc Plantam Columnariam Plinii iudicent: Caules profert trium, quatuorve cubitorum altitudine: Flores è medio Caule ad summum usque fastigium cæruleos: plurimo lacte scatet. Viola Mariana Dodonæi, quibusdam Medium J. B. est Campanula hortensis, folio & flore oblongo cæruleo C. B. a floribus cæruleis Violæ nomen obtinuit: quidam credunt esse Medium Dioscoridis; sed si illius descriptio notetur ex J. Bauhino, erit Rapum sylvestre Dioscoridis. Radix refrigerantis & nonnihil adstringentis est facultatis, ex Dodonæo. Erinus Nicandri & Dioscoridis Columnæ, est Campanula flore minore albicante Moris. Rapunculu esculentus C. B. est Campanula radice esculentâ, flore cæruleo, H. L. B. Avicularia Sylvii dicta, est Campanula arvensis procumbens T. Rapuntii speciem, quam Florem Cardinalem appellat hic Ettmullerus ad Campanulas nullo pacto reduci posse, evidens est; nullum enim habet Campanulæ Characterem: quare Rapuntium Tournefortio peculiare Plantæ Genus est, flore monopetalò, anomalo, cujus non paucæ sunt species, ut in Initit. videre est.

(A) Cannabis duæ passim species (tres apud Plinium): Mas sc. & Fœmina: Mas fœcunda est, & semen copiosum nudum secundum Caules, & ramos profert; Fœmina verò flores muscosos, luteolos, sed steriles emittit. Caulis ut que quadratus, Cortice in fila ductili tectus. Folia in plura segmenta ad pediculum usque dividuntur serrata, atroviuentia, & odore caput tentantia. Raius in Methodo videtur Cannabi Fœminæ, semen tribuere: quod contrarium est communi sententiæ, quâ receptum est, Cannabim floridam, sed sterilem, Fœminam vocari; semen verò proferentem, appellari Mærem; at in Hist. lib. 4. cap. 2. videtur in communem tre sententiam. Utraque autem species ex eodem semine provenire certum est; sed obscuro sanè Naturæ mysterio. Cannabis Sylvestris Dioscoridi dicta ad Galeopsidea reducitur à Tournefortio. Cannabis à Galeno inter cibos connumeratur: quod verum esse notat Tragus, apud quosdam Franciæ Orientalis incolæ. Ex Cannabis luteæ duabus speciebus P. Alpini, Tournefortius novum Genus facit, vocatq; Cannabinas. Referunt Elisabetham Angliæ Reginam, contractas Variolarum suppuratione maculas, in seipsâ delevisse Emulsionem lacteâ ex Semine Cannabino, separatim corticibus, Aquâ Rosarum paratâ, & cum Gossipio admosâ.

(*Vires.* Emollit, Inflammationes arcet, ad extractionem alienorum Corporum Emplastris additur.)

CAPILLUS VENERIS. Vide ADIANTUM.

LXXI. CAPPARIS.

Frutex est exoticus, ex quo Flores antequàm è gemmis erumpant, decerpuntur, conditque ad nos transportantur. Nominatur Capparis, *Trag. Matth. Cord. in D. Lon. Cast.* Capparis 2. *Tab.* Capparis spinosa, *Bellonii*. Capparis, retuso folio, *Lob.* Capparis rotundiore folio, *Ger.* Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo, *C. B. 1.* Germ. *Cappere*. Gall. *Cappres*.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex, Radicis imprimis.

Vires, Calfacit & siccatur: est Spleneticus, acris, amarus, austeriusculus, ideoque incidens, aperiens, extergens, subastringens. Prodest in Affectibus Arthriticis, Hypochondriacis, & similibus.

PRÆ-

Perfco, & MOEBIUS in *Instit. pag. 664.* ubi refertur, quòd Persæ teneriora Folia Cannabis cum Melle subigant, exque iis Bange seu Bengi parent, & utantur crebrò ad Venerem fuscitandam, eò quòd Spiritus debeant contineri, ut diutius maneat Voluptas.

Externè Emulsio Seminis pro conciliando Somno imponitur Capiti, sed malè, quia nimium stupefacit. In laxitate Uvulæ decoquitur parum Seminis Cannabis in Poscâ vel Aquâ cum Aceto mistâ, quod colatum adhibetur pro Gargarismate, atque nunquam ferè fallere, inquit SACHSIUS in *Ampe-logr. p. 446.* Oleum per expressionem regioni Renum inunctum, Gonorrhœæ medetur. (A)

LXXI. CAPPARIS. Capparum Flores conditi, vel Sale vel Aceto, & imprimis Cortex, in usu sunt.

Totus autem Frutex nitrosus, & saporis amaricantis est, qui in muris antiquis, & ædificiis prælapsis, crescere dicitur. Flores ergò & Cortex nitrosi sunt, indeque abstergentes, & diuretici, & vulgò referuntur inter Aperientia & Resolventia; unde in Morbis Chronicis ad unum omnibus conveniunt; corrigunt enim Succos in primis viis, & per Urinam expellunt: propter Nitrum laxant Alvum, in specie Cremor Capparum salitorum ad ℥vj. assumptus. Notum est, quòd propriè Spleni & Hepati dicati sint. Ratio operationis Veteribus fuit ignota; nam dixerunt: Adstringunt, & saporis sunt amari & adstringentis; quare hac ratione oriretur potiùs Mali auctio. Ad hæc plurimi Affectus Pancreas potiùs agnoscent pro Subjecto, quàm Lienem, de quo tamen apud Veteres altum silentium, uti notum. De cætero tonum Ventriculi dejiciunt, eumque lædunt, ut præter alios rectè observat HOFFMANUS in *Clave Pharmaceut. Schræder. pag. 429.* Unde etiam Florum seu Fructuum usus magis esculentus, quàm medicamentosus exiit. In Usu Medico Cortex Radicis imprimis est, & in Affectibus Hepatis & Pancreatis, (speciatim Lienis, ubi adfunt Obstructiones, Inflammationes, Inflationes, Scirrhii & Tumores, aliisq; Morbis Hypochondriorum chronicis,

P R Æ P A R A T A.

Conditæ Flores.

Condiuntur Aceto affundendo, & Sal aspergendo.

N. Nocere creduntur Stomacho imbecilliori, Hepati eontra & Lienī conferunt, Obstructiones eorum referando.

(Languentem Appetitum excitant, nimiam aciditate ne obfint, Pectori imprimis, vel Vino eluendi, vel Saccharo, Passulifve miscendo.)

1. *Oleum Compositum*. Vide Disp.
2. *Trochisci de Capparibus*. Vide Disp.
3. *Extractum e Corticibus Radicum*. Fit secundum Quercetanum cum *Aqua Florum Genistæ* vel simili. P. R. cap. 26.

LXXII. CAPRIFOLIUM.

Περικλύμενον, Matrisylva, Volucrum majus, Liliū inter ipinas, Germ. *Waldwinde*, *Speckgig*, *Geisblatt*, *Zaungig*, *Waldlilien*, *Alyrancke*. Gall. *Chevrefeuille*.

Est [non Perfoliatum.] utrumque promiscue Officinale est.

1. Non Perfoliatum vocatur Caprifolium, *Brunsf. Lon. Germanicum*, *Dod. Periclymenum*, *Trag. Fuchf. Cord. in D. Cam.*

niciis, admodum laudatur, in *Infusis & Decoctis*. Operandi autem ratio est hæc: Cortex Radicis Capparum est subamarus, adstringens & ansterus, & hujus ratione absorbet Acidum, quod in viis primis stagnat, & ex Pancreate ejaculatur. Dum ergo absorbitur Causa Obstructionis, fit ut sublato Acido tollantur Effectus, Scirrhi, &c. Nam omnes Scirrhi sequuntur vel sunt ab Acido, coagulante vel Sanguinem, vel Succum chylosum; & nisi cautè tractentur, abeunt in Cancrum, quando nimirum levissima accedit Phlogosis & Effervescentia: in talibus ergo Scirrhis usurpanda Remedia, quæ absorbent Acidum coagulatorem, ut tollatur Coagulatio. Prostat Exemplum in BARTHOLINO Menium obstructionum, curatorum per usum *Gallarum*, quæ adstringunt: rationem autem hujus rei præstat TACHENIUS in *Hippocr. Chymico*, quoniam nimirum absorbent Acidum. Eadem ratio est in Corticibus Capparum, Polypodii, Scolopendrii, Zedoariæ, Cortice Tamarisci, Fraxini, &c. qui commendantur ad Morbos Lienis, Hepatis, Pancreatis, &c. Quod autem absorbeant Acidum, demonstratur ex Mechanicis, & per encheiresin communem, dum fit *Atramentum*: Vid. TACHENIUS. Hæc ergo ratio, cur Cortex Capparum medeatur Lienis & Hepatis Scirrhis, non minus ac Tumoribus duris Pancreatis in *Decocto*, quod quidem ingratum, & cum *Infuso* melius possunt adhiberi: In Affectibus Splenis & Hypochondriorum in *Nodulis Purgantibus* pro Purgatione leni per epicrasin. Undæ creditur, eos etiam cedere *Menses*, & convenire iis, qui habent Uterum vel Scirrhosam, vel simili Affectu affectum.

Quod dictum de Corticibus, idem de *Floribus*, tam *Sale* quam *Aceto* conditis, verum est, & propterea ab antiquissimis temporibus commendantur Cappare: Vid. imprimis SCHENCKIUS l. 3. *Observationum*, qui ex BENIVENIO refert de Splenetico per septennium, liberato solo usu Capparum, adjuncto potu *Aquæ Ferrariorum*, in qua Fabri Ferrum candens extinxerunt. Nam omnes hæ Aquæ quidem adstringunt per se; unde adhibentur eadem Aquæ in Dysenteria, quando excernuntur cruenta. Nihilominus in Splenetico, ubi Acidum obstructivum penetrat in Intestina, & in quibus Hepar, Lien & Pancreas jam tumefacta, præprimis commendantur *Aquæ Ferrariorum*: Cumque hic addit Acidum, fit, quando sese his adjungit, ut (1.) Alvum reddat fluidum; & (2.) dum absorbent Acidum, soleant impedire & Coagulationem & Fermentationem, à quibus Scirrhi & Tumores oriuntur: Unde non mirum, si his Tumor per septennium Splenetici fuit curatus. FORESTUS l. 20. *Observat.* 3. simile refert de Vetula viginti annorum Splenetica; quæ à Tumore ingenti solo usu Capparum curata. Unde etiam Capparum, vel hujus *Flores conditi* cum *Aceto*, sunt usitati in Affectibus Splenetico, tam internè quam externè. Adhuc noto: Capparum Flores, & *Flores Genistæ*, sunt singularia Antisplenetica, & solent continua-

Periclymenum non Perfoliatum Septentrionale, *Lob. Periclymenum vulgare Septentrionalium. Clus. bist. Periclymenum non Perfoliatum Germanicum, C. B. 1.*

2. *Perfoliatum* dicitur Periclymenum, *Mutth. Cast. Periclymenum Perfoliatum, Lob. Tab. Germ. Periclymenum vulgare alterum, Clus. bist. Periclymenum Perfoliatum, C. B. 1.*

Crescit in dumetis, Fruticibusque instar Convolvuli adhærescit. Floret Majo, ac Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores.

Vires. Calefacit & siccatur. Diureticum validum ac Splenicum est. Usus præcipuus in Asthmate & Tussi. Externè extergit Ulcera sordida, sanat Impetigines, aliasque Cutis Maculas abstergit.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Floribus.

Vires. Confortat Nervosum genus, auxiliatur Asthmati, Tussi, palpitationi Cordis: facilitat ac accelerat Partum, Oris siccitatem emendat (in Gargarismis.)

Succus ex Foliis raro extat, insignis tamen efficacis est in Vulneribus Capitis at Cranii curandis.

(*Oleum ex floribus* instar Olei Jasmini parare nonnulli fatagunt.)

LXXIII. GAR-

to usu conjunctim adhiberi, & ut robor conservent Ventri- li, neve usu Capparum de tono dejiciatur idem.

Fructus adjunctum habent Oleum, inimicum Stomacho; attamen, Aceto infucati optimè eidem conveniunt.

Externè Acetum seu Brodium *Florum Capparum conditorum* applicatur cum Linteo seu Spongia Lateri sub Hypochondrio sinistro pro Tumoribus Splenis discutiendis; quod si admisceatur *Semen Sinapi*, ut ejusdem Sal volatile sese jungat cum Aceto, erit singulare in Affectibus Splenetico; nam in Sinapi est egregia vis antiscorbutica & anticachectica.

Oleum de Capparibus Simplex competit externo usu similiter in Affectibus Splenis, Hypochondrio sinistro illitum, & solet hoc Oleo Capparum malaxari *Emplastrum de Cicuta*, usitatum in Tumoribus Splenetico & similibus; loco cuius *Oleum Succini*, utpote penetrantius, substitui potest.

In ZWELFFERI *Pharmacop. Regiæ, Class. 16. pag. 263.* habetur *Oleum Capparum Compositum*, Splenicum & Hepaticum singulare. (B)

LXXII. CAPRIFOLIUM. *Caprifolium*, vel *Matrisylva*, vel *Periclymenon commune*, Germ. *die Wald-Winde*, *Je langer je lieber*, rari solet esse usûs, nihilominus perperam, cum non sit nocivum in multis Affectibus. *Duæ* ejus sunt *Species*: *Perfoliatum*, & *non Perfoliatum*: ejusdem tamen usûs, & efficacis.

Usitata sunt *Folia*, & *Flores* imprimis, suaviter aliàs olentes; hinc etiam *Bacca rubra*.

Quæ de Viribus habet *Autor* noster, satis sunt clara & certa. *Diureticum* enim elegans est, præcipue sub formâ *Decocti*. *Decoctum* hoc in *Cerevisiâ* paratum itidem tanquam singulare Experimentum in Arthritide vagâ usurpatur; sicut & *Surculi* ejus, vel soli, vel cum aliis Sudoriferis, in *Aquâ decocti* usurpari poterunt in Curâ Luis Venereæ, loco *Sarsæ parilla*. Veteres speciatim in Affectibus Pectoris Catarhalibus laudantur.

Externè *Folia* à nonnullis in Tonsillarum, ac aliis Fau- cium Affectibus, & Gulæ Inflammatione, Exulceratione, & Aphthis, Gargarismatibus immiscuntur.

Baccæ suggerunt *Balsamum Vulnerarium*. AGRICOLA nempe in *Chirurg. parvâ*, sed eleganti, p. 110. facit *Liquorem oleosum ex Baccis rubris*, in autumnio maturefcentibus, contusis, & in Balneo Mariæ vel Fimo equino digestis: qua digestionem successivè resolvuntur in Liquorem oleosum, qui *Catholicum Balsamum* est in omnibus Vulneribus recentibus, non verò Ulcere sanando.

Aqua ex Floribus destillatur.

Succus ex Foliis raro prostat. Vulnerarius est, & ab AUTORE nostro ad Vulnera Capitis & Cranii commendatur. (C)

LXXIII. GAR-

(B) Capparum apud nos notissimus frutex est, nonnunquam Spinis horrens, nonnunquam mitis. Folia vulgaris circi- nata, saporis perquam amari. In rupibus saxosis nascitur: quidam cum Cynosbato confundunt, sed errore. Florum fol- liculi, & Fructus ipsi Sale, & Aceto condiuntur ad appetitum excitandum. Ex Bellonio in Arabiâ, & ex Plumerio in Americâ, sunt Capparum species Arborecentes.

(C) Frutices Periclymena vulgè dictos Tournefortius in quatuor dividit Genera. Primum vocat Caprifolium, flore

LXXIII. CARDAMOMUM ET GRANA PARADISI.

Cardamo-
mum,
C. B.

1. Granum Paradisi.
2. Majus Officinarum.
3. Medium.
4. Minus in Officinis simpliciter Cardamomum dicitur.
5. Minimum.

Ex his Officinis usualiora sunt *Grana Paradisi*, quæ Officinis *Cardamomi majoris* nomine veniunt: tum *Cardamomum simpliciter* ita dictum, quod Officinarum *Cardamomum minus* audit.

Grana Paradisi inscribuntur *Cardamomum majus*, *Matth. Lon. Cast. Grana Paradisi*, *Cord. in D. Milleguetta*, *Lob. Malaguetta*, *Garz. Cardamomum Arabum majus*, *Tab. Germ. Paradieszkoerner*.

Cardamomum simpliciter dictum videatur *Cardamomum minus*, *Matth. Lon. Tab. Cord. in D. & bist. minus vulgare*, *Lob. Clus. in Garz. Germ. Cardamomlein*.

(N. *Cardamomum* utrumque *Capfici* nomine comprehenditur, ut in *Speciebus Diamargaritonis calidi*.)

N. De *Cardamomo Veterum* disputatur, utrum generibus his quinque contineatur. Sunt qui *Cardamomum majus*, *Veterum Cardamomum esse* contendunt: alii contradicunt, obijicientes amaritudinem ac odorem gravem, quibus *Veterum Cardamomum celebre fuit*, nostrum non item.

Eligitur utrumque quod est frangenti contumax, plenum, oclufum, & Caput odore tentans, gustu acre & subamarum.

Afferitur utrumque in Europam Alexandriâ Ægypti, ac etiam ex Indiæ Orientalis Provinciis Malavar, Javâ & similibus.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus uterque, *Cardamomum* scilicet, & *Grana Paradisi*. *Vires*. Utrumque calefacit & siccatur (majus gr. 2. minus 3.) Partes principes recreat, attenuat, Flatus discutit, Coctionem juvat, proin conducibilis eorum usus est in Affectibus Capitis, Ventriculi, & imprimis Uteri.

PRÆPARATA.

1. Oleum Cardamomi.
2. Confectio.

LXXIV. CARDIA-

LXXIII. **C**ARDAMOMUM ET GRANA PARADISI. *Cardamomum* Frutex est siliquaceus exoticus, *Semina* intra capsulas recondita gerens, provenit ex Plantâ quasi arundinaceâ, de qua vid. BONTIUS in *Commentar. in Garziam ab Horio*. *Folia* ejus olent suaviter. *Aroma* sunt elegantissimum, & satis usitatum, afferitur ex Indiâ Orientali.

In usu est *Majus* & *Minus*: Et quidem si præscribitur simpliciter, & sine additamento, intelligitur *minus*. Habere saporum aromaticum gustu monstrant. Ex *Sale volatili oleoso*, sed egregie temperato, constant, unde cum penè omnia reliqua *Aromata* masticata soleant ardere Fauces, sola hæc solvuntur suaviter, & blandè penetrant, aded ut BONTIUS, eadem ex omnibus *Aromaticis* Ventriculo maximè convenire scribat. Faciunt itidem ad confortandam *Memoriam* ad

Intestinorum Affectus crudos, & flatulentos, & Acido viscido provenientes: & sicut reliqua *Aromata*, ita *Cardamomum* est *Carminativum*, & in Colicâ, Suffocatione hystericâ, & imprimis *Doloribus* Mulierum post Partum, egregii est usus; adeoque, ut omnibus præferantur, digna sunt, dum neque Fauces, neque Gulæ, neque Stomacho, neque Intestinis, Empyreuma quoddam, seu Calorem & Inflammationem, inducunt. In Affectibus Vertiginosis Juniorum, præsertim Sympatheticis ex Ventriculo debili, speciatim convenire dicuntur, sive solum Granum unum vel alterum jejuno stomacho masticatum, sive adjuncto tantillo *Zingiberis* conditi, Spiritusque animales singulariter roborat.

Per distillationem paucum fundunt *Oleum*, sed elegans. (D)

LXXIV. GARDIA-

flore tubulato; in duo veluti labia debiscente, in orbem posito. Secundum propriè Periclymenum, flore tubæ amulo, multifido, in orbem posito. Tertium vocat Chamæcerasum, floribus Caprifolii, sed binis. Quartum appellat Xylosteon, floribus Perichlymi, sed binis, in baccas gemellas abeuntibus. Caprifolium vulgè *Mattisylvam* & *Lilium* inter *Spinas* appellant, quemadmodum faciunt *Ruellius* & *Fuchsius*; sed falluntur ex J. Bauhino. Semen ex *Dodonæo* per 40. dies assuntum *Lienem* absumit. *Rondeletius* propinat ℥ij. vel iij. *Liquoris Perichlymi stillariti*, cum *semine Lavendulæ*, ad Partum facilitandum. *Decoctum foliorum Caprifolii non perfoliati vulnerarium est efficax, præsertim ad crurum Ulcera*. *Aqua ex floribus destillata Ophthalmias* sedat, mulieresque mox parituras corroborat ad ℥ij. epota, cum ℥j. *Aquæ florum Aurantiæ*.

(D) *Cardamomum quasi Nasturtium* suave: *Καρδάμων* enim est *Nasturtium*. *Raius hæc* habet in *Methodo*. *Huic florum, eisque succedentium fructuum racemus in Surculo peculiari è radice exeunte*. *Flores autem tetrapetali, tribus petalis equalibus, quartum verò prioribus adversum paulò latius (fortassè longius) & angustius est, tenui stylo, lingulâque donatum*. *Fructus cum virides, Uvarum formâ & sapore sunt, in terna loculamenta partiti, sex Seminum triangularium ordines continentes*. *Meminit quoque Cardamomi minoris Pseudo-aphodeli foliis, Sloane*.

Cardamomi quatuor genera facit Plinius lib. 2. cap. 13. Dioscorides, Galenus, & ceteri Græci unius tantum meminere. *Apud Galenum calida est facultatis: utiturque Cardamomo ἀενεπισμύων, h. e. exenterato, cui nempe detracta sit pellicula, in qua continetur*. *Avicenna tractat de Cardamomo Sacola, & de Cardamomo Cordumeni*. *Melegeta Græcorum aliquibus est Cardamomum majus, sed falsè*. *Cardamomum Græcorum diversum à Cardamomo Arabum*. *Legitimum Cardamomum hæc ætate non cognoscitur ex Matthiolo: sed Cardamomo vulgari utimur pro vero*. J. B. 2. 200.

Cardamomi genus maximum Grana Paradisi, sive Melegeta, Siliqua est Ficûs magnitudine & figurâ, in qua Semina continentur copiosa, angulosa, spadicea, sapore fervido Piperis. *Cardamomi genus minus siliquis angustioribus, & brevioribus continetur*. *Est quoque & mediocre*. J. B. 2. 204. &c.

Melegetam, Grana Paradisi Officinis dictam, non esse Cardamomi speciem, sed Fructum Plantæ genere diversæ, affirmat Garcias. *Cordus quoque errare eos ait, qui dicunt Melegetam majus Cardamomum esse: Cardamomis enim tenuis opinimeque fervens, sed gratus ac jucundus est sapor; Melegetæ verò Piperis instar acerrimus*.

Bontius lib. 6. cap. 37. ait, se millies contemplatum banc Plantam, primumque illam delineare. *Caulis arundinaceus, vix tamen ad tres pedes assurgens: Folia contrita odorem spirant*. *E Radicibus emittit Spicam, veluti Nardus, in qua Flores similes Mali aurei*. *His succedunt Siliquæ Semen fragrans Cardamomi continentes*. *Hoc Officinis est Cardamomum minus, nobilissimum Aroma, blandè calidum, & Naturæ nostræ amicissimum*. *Cardamomum verò majus Flores Hyacinthi modo profert, altius quàm minus assurgit: Folia ampliora habet, Caulem non geniculatum*. *Siliquæ denique oblongiores sunt*. *Utrumque Cardamomum in Javâ Insulâ nascitur*.

Elettari verò, quod est pssimum Cardamomum, sic describitur in Horto Malabarico tom. 11. 9. Planta est duodecim pedes alta: Radix crassa, geniculata, tortuosa, fibrosa: Caules rotundi, pollicis magnitudine, simplices instar Arundinis, vappidâ medullâ conferti: Folia quatuor spithamas longa, sapore forti, aromatico: Flores racematim tetrapetali, uno petalo difformi, Calyci insidentes, qui in Fructum orbicularem intumescit: Uvæ formâ & sapore respondentem, tricapitularem, Grana aromatica (Cardamomum) continentem. *Tres sunt cognitæ species: Prima hic descripta in Calicut, & Cochim: Secunda oblongior, sed vilior: Tertia omninò acuminata & vilissima*. *Commelinus in Notis præfert banc Cardamomi descriptionem descriptioni Bontii nox allata, quamvis hic gloriatur se primum banc Plantam exactè descripsisse*.

Attamen Pomet des Drogues lib. 1. cap. 28. hæc habet de Cardamomo. *Cardamomum majus est Semen triangulare, subrubicundum externè, internè verò album, gustu acre & prorsus piperatum, ut pro Piperis vulgè vendi soleat: Siliquæ hoc Semen continentes Ficubus assimilantur*. *Cardamomum medium continetur in Siliquâ triangulari, magnitudine minimi Infantis digiti: Planta repens est, & trifolia: rari usûs*. *Cardamomum denique minus est quod vulgè profert in Officinis, estque parva Siliqua triangularis & caudata, quæ aperta exhibet exigua Semina, figurâ & sapore Amomi ramosi: Planta ipsi incognita*.

Hæc quæ de Plantâ Cardamomi utriusque habet Pomet, nec cum Bontio, nec cum Horto Malabarico conveniunt.

LXXIV. C A R D I A C A.

Cardiacæ, *Matth. Lob. Lon. Cast. Tab. Ger. Fuchf. Melissa sylvestris, Trag. Marrubium mas, Brunsf. Marrubium Caruiaca dictum, fortè primum Theophrasti, C. B. 1. Germa. Horitzgespan. Gall. Agripaume.*

(Dicitur Agripalma, ob Foliorum scissuras in digitos.)

Crescit juxta sepes & vias, locisque gaudet frigidis: floret Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia.

Vires Calfacit 2. siccatur 3. attenuat, discutit, peculiariter medetur distentioni Hypochondriorum, & Cardiacæ Infantum.

LXXIV. C A R D I A C A. *Cardiacæ ad Marrubium nigrum pertinet, ita dicta, quod molestiis Cordis, vel potius Ventriculi, succurrere soleat: Germanis das Hertz-Gespan-Kraut audit, medetur enim Puerorum Morbis, dem Hertzgespann der Kinder dictis, i. e. Cardiacæ ab inflatione ac distensione Hypochondriorum & Ventriculi. Præter hunc in hoc Affectu usum rarum agnoscit, utut sint, qui dicunt, illam vel cum Vino haustam, vel Foru applicatam, conducere Mulieribus parturientibus. Parietariæ videtur esse species, unde & ejusdem vim diureticam suspicor obtinere.*

Externè Planta hæc concisa, & in formâ *Cataplasmati* per decoctionem redacta, in Morbis Infantum ex Muco acido materialiter, formaliter verò in Flatus resolutio, vi incisivâ & resolutivâ convenit, Ventriculo & Hypochondriis applicata, pro quo scopo aliàs non ineptè à Mulierculis *die rotbe. Butter* regioni Pectoris inungitur.

Aqua cum *Botryde* (quæ Cardiacæ non credit, si non superat) destillata, in Inflatione Hypochondriorum Infantum usurpatur. (E)

C A R D U U S.

Carduorum sylvestrium variaz sunt Species, quas inter notissimi sunt, & jam demonstrantur.

- I. *Carduus Pratenfis vulgaris*, qui vel *Folius lactiniatis* vel *integrus*, Germanis *die gemine Acker Distel*, item *Wilde-Carbenedicten*; sed malè: nihil enim cum illo habet commercii.
- II. *Carduus Lanceolatus, die spitzige Distel*, Spinis enim prælongis Folia horrent.
- III. *Carduus spinosissimus major Sphærocephalus*, seu *Polyacanthos primus*.
- IV. *Carduus Polyacanthos Theophrasti vel secundus*, seu *Carduus spinosissimus minor, flore purpureo & albo*, Germanis *die Kleine Uveg Distel*.
- V. *Carduus Palustris*, seu *Polyacanthos tertius*.

ant. Fides tamen potius habenda prioribus illis Clarissimis Autoribus, qui in Indias peregrinati, Plantas ipsas, propriis oculis contemplati sunt, quàm Pometio, qui fortasse ex Mercatorum, ut plurimum rerum Naturalium ignorantum, ore Descriptiones excerptis, atque Icones quoque confinxit.

(E) Cardiacæ Officialis quadrangulares caules, tripedales, ex nigro rubentes: Folia nigricantia, majora multò quàm Marrubii, profundis incisuris dissecta: Calyces duri ac pungentes, Flores (densi verticillis) promunt ex albedo purpureos, veluti Lamii: Semen parvum ac nigricans. Tota Herba gravi satis odore prædita, gustu amaricat. Sunt quæ Melissæ speciem faciant. A Cordis affectibus medendis nomen invenit. Hæc ex Dodonæo. Ruellius: *Lycopodos*, seu *Pedis Lupini*, nomine, hanc Plantam describit: vocatur Herba Pectoralis, & Manus S. Mariæ. Nonnulli ad Marrubium reducunt. Medetur & Boum morbis, ac à Rusticis eâ de causâ subinde expetitur. Hermannus Leonurum Africanum & Americanum ad Cardiacam refert debere putat. Ast Tournefortius notat, Leonuri Fructus Capsulam differre à Capsulâ Cardiacæ, quod illius Floris tubus admodum longus sit: quare Leonurum Genus peculiare facit.

(Δ) Nullum est nomen Græcum, quod Latinorum Carduo respondeat. *Axardæ* enim latius est, & Spinam significat; *Axaros* angustius. Hofmanno tamen *Acanos* dicitur omnis Planta aculeata, quæ in Caput assurgat asperum. Cl. Raius Carduos vocat omnes Herbas capitatas flore composito, Foliis spinosis præditas, quamvis Capitulis earum minime spinosa sint. Carduum igitur definit, Plantam capitatam, semine papposo, foliis saltem, interdum etiam capite & caulibus, spinulis rigidioribus armatis. At Tournefortius methodicè magis distinguit inter Carduum, Cirsium, & Jaceam: Carduus id habet proprium, quod Calycem habeat spinosum; Cirsium, ut Folia gerat aculeata, Calycem nequaquam; Jacea demum, ut aculeis careat.

Carduorum Differentias, quas hoc loco tradit Etmullerus, baud facillè Philobotant respicient: innumera enim sunt Carduorum species, quæ ad has Differentias reduct minime possunt, & quas ipse adducit, hoc pacto sunt appellandæ.

I. *Carduus pratensis latifolius* C. B. est *Cnicus pratensis*, *Acanthi folio*, flore flavescente T. II. *Carduus lanceolatus ferocior* J. B. est *Cnicus lanceolatus*, validissimis aculeis munitus T. III. *Carduus spinosissimus major*, quem vocat *Polyacanthon primum*, est fortè *Carduus*, seu *Polyacantha vulgaris* T. vel potius *Carduus caule crispo* J. B. IV. *Carduus spinosissimus minor*, quem *Polyacanthon secundum*, & *Theophrasti* appellat, vel est *Carduus mox dictus*, vel *Carduus spinosissimus*, angustifolius, vulgaris C. B. V. *Carduus Palustris*, seu *Polyacanthos tertius* Etmulleri, erit *Cirsium pratense*, polycephalon, vulgare T. VI. *Carduus demum*, quem ex Gerardo vocat *Moschatum*, est *Raius Carduus nutans* J. B. Quod addit Etmullerus de *Carduo Segetum*, vel de *Jaceâ luteâ capite spinoso* C. B. seu de *Carduo luteo Centauroide Segetum* T. intelligerem; vel me nescire faterer. De *Scolymo demum peculiare Genus facit* Tournefortius, sed sub illo *Scolymos*, *Chrysanthemos dictos*, reduct; *Scolymus enim Sativus*, de quo hîc loquitur Etmullerus, est *Cinara appellata*, mensis familiarissima planta.

(quem Affectum Cardiacum seu Cardialgiam appellant,) ciet Urinam & Menies, Pectus à Pituitâ detergit, difficulter parientibus opitulatur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua Ex Herbâ*, quæ præcipuè in usu est.
2. *Unguentum Cardiacum*. Vid: lib. 2.

LXXV. G A R D U U S B E N E D I C T U S.

Dicitur *Carduus Benedictus*, *Brunsf. Trag.* (qui & *Acanthus Germanicus*.) *Matth. Lob. Cast. Tab. Cam. Ger. Atractilis hirsutior, Fuchf. Acanthium, Cord. in D. Lon Cnicus sylvester alter Theophrasti, Cord. in D. Cam. Cnicus supinus,*

VI. *Carduus Moschatum*.

Presto etiam est *Segetum*, quod vulgò inter *Carduos* referri solet: Verùm enim verò nec Flore nec Semine iisdem respondet. Horum enim ratione potius referendum est ad *Scabiosas*, quamvis & Foliorum ratione aliquomodò ad *Carduos* referri queat.

Scolymum etiam nonnulli inter *Carduos* referunt; qui potius *Culinaris*, quàm *Officinalis*. Inter *Carduos* autem vix alia Species est *Officinalis*, quam *Carduus Mariæ* seu *Lactus*, & *Carduus benedictus*; de quibus nunc sermo erit. (Δ)

LXXV. C A R D U U S B E N E D I C T U S. *Carduus benedictus spectes est Cardus, & reperitur in hortis; Benedictus dicitur, quod quosvis alios Carduos vi suâ medicamentosâ superet, & propter usum suum polychrestum tantum non bened. & Planta sit: Germanis Benedicte kraut. Propriè si ad Classes suas referri debeat, ad Cnicos pertinet; qui Cnicus ita vocatur & Colore Floris, intensè croceo, & propriè dicitur Carduus spinosus mitior. Planta est saporis amaricantissimi, adeoque post Absinthium proximum locum obtinet.*

Notabile est, quod refert *AUTOR* de *Tempore collectionis* pro usu vulnerario, & hoc confirmat, quod omninò sit observandum Tempus balsamicum. Optimum aliàs colligendi tempus pro usu medico est Plenilunium Martii & Aprilis. In usu sunt Folia & Semen.

Decoctum ex Foliis egregium est, & potenter *Sudoriferum* in Febribus Malignis, cujus vires in Peste videbitis in *PALMARIO* c. 18. de *Morbis Malignis & Contag* p. 450. Præter eâ est singularè *Diaphoreticum* in Morbis Chronicis, & hinc in Febribus Intermittentibus inveteratis, etiam Quartanis, continuato aliquamdiu usu ante Paroxysmum, præmissis præsertim Universalibus, aut saltem Vomitorio, exhibitum. Hinc *RULANDUS* in *Curat. Empir.* præmisso Vomitorio Asarino vel Antimoniali, Decoctum *Cardus benedictus & Florum Centaurii minoris* ad aliquot dies cum Sudore adhibendum jubet, quæ ratione multos Quartanarios se curasse.

nus, *Cord. bist.* Carduus benedictus, & Attractilis altera species, *Dod.* Cnicus sylvestris hirsutior, sive Carduus benedictus. C. B. (4. Cnici.) Germ. *Cardobenedicten*, *gesegnete Distel*. Gall. *Chardon benit.*

Crescit in hortis: floret Junio & Julio.

N. 1. Tempus Sationi aptius est crescente Lunâ.

N. 2. Carduus benedictus si sub initium Junii collectus fuerit, Vulnere recentia mirabiliter curat; sin alio tempore, nunquam id præstabit.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, & Semen.

Vires. Herba Cardiaca, Alexipharmaca, ac Sudorifera est ex usitatissimis. Calfacit & siccit 2. attenuat, discutit. Veneno ac Putredini resistit. Febres etiam inveteratas, & Quartanas curat. Laudatur a nonnullis peculiariter in Cephalæa Clavodictâ, ut & in Surditate. Extrinsecus rarioris est usus, adhibetur tamen nonnunquam ad Grangrænam arcendam (in Epithematis, vel Cataplasmatibus.)

Semen. Vires easdem obtinet, sed usu non æquè crebro adhibetur, commendatur imprimis ad Hepar obstructum.

se testatur; & quidem vel solum, vel cum Radice Asari usurpavit: e. g.

℞. *Herb. Card. bened.* M. ij.

Rad. Asari incis. ℥j.

Coxit in aliquot libris Aquæ communis: Decocti ℥ij. propinavit mane in lecto benè sudando, continuavit Sudores per plures dies continuos, donec Febris cessaverit.

Pari modo, & loco Cardui benedicti,

℞. *Herb. Centaur. minor.* M. ij.

Rad. Asari ℥i.

Decoxit in Aqua simpliciter ad dimidias vel tertias; Hujus Decocti ℥ij. vel v. exhibuit mane calidè per aliquot dies, & ita Febres Intermittentes, præmissio Vomitorio, curavit.

Oxoniz curavi Filiam Hospitis mei à Febre Intermittente, præmissio Vomitorio, Decocto nimirum Turionum Sambucti, Summitatum Cardui benedicti, cum aliquot guttis Spiritus Salis Ammoniaci, vel Urinæ, sequente largo Sudore. Præterea nobile est Antipleuriticum (qualia etiam sunt Chærefolium, Papaver rhæas, Carduus Mariæ, & Bellis) quocunque modo usurpetur, imprimis Decoctum ejus: Unde Carduus benedictus ingreditur Spiritum Antipleuriticum D. Michaëlis, qui fit, quando Plantis Antipleuriticis affunditur Spiritus Vini, & digestionem lentâ abstrahitur per alembicum; postmodum permiscetur cum Spiritu Nitri, digeritur, & vicissim destillatur per alembicum, sic prodit Spiritus Nitri dulcis, qui per se etiam est Antipleuriticus. Conducit quoque Carduus benedictus ad Sanguinem in Corpore grumofum dissolvendum, in specie in Casu ab alto, expectando scilicet Sudorem: sicut Sanguinem congruatum resolutum etiam per Urinam expellit; utut ingrata sit Potio, quia amarissima. Singulare autem est, quod habet de Decocto Cardui benedicti BALLONIUS l. 2. Consl. 11., dum dicit: quod ad ℥ij. vel jv. assumptum solet facere Urinam crassam & fœtidam; quod observetur, ne aliquando in Praxi fiat error.

Semen ejus etiam frequenter in usu est, & in Emulsionibus, cum Aquâ Papaveris rhæados paratis, contra Pleuritidem sæpissimè datur, imperando simul Sudorem. Compositio potest esse talis:

℞. *Sem. Card. bened.* ℥ss vel ℥vj.

Papav. albi (ratione Doloris) ℥ij.

c. f. g. *Aquæ Card. bened. vel Aquæ Flor. Acæ. vel Aquæ Flor. Papav. errat.* f. l. a. Emulsio: cui addatur

Maxill. Lucii pisc.

Dent. Apri sine igne præp.

Antimonii diaphor. an. ℥j. ad ℥ss.

edulcoretur c. Rosulis Mandis Christi perlat. vel etiam Syrupu Florum Nymphææ: D. S.

Lac contra Pleuritidem.

Vim antipleuriticam obtinet ex eo, quod conveniat Sanguini, eundem coagulatum dissolvendo. Jam verò in omni Pleuritide est Sanguis talis coagulatus ex Acido præternaturali: unde si stagnat in utrâque Pulmonum parte, est Pleuripneumonia; si in unâ tantum, Pleuritis. Et quod valet

PRÆPARATA:

1. Pulvis. Datur ad Drach. j.
2. Aqua. Ex Herbâ integrâ.
3. Spiritus. Ex Herbâ fermentatâ.
4. Succus. Ex Herbâ expressus.
5. Sal. Ex Cinere.
6. Oleum stillatitium.
7. Conserva. Ex Foliis, seu Summitatibus.
8. Syrupus. Ex Succo.
9. Extractum. Ex Foliis cum Aceto destillato.

LXXVI. CARDUUS MARIÆ.

Carduus Mariæ, *Trag. Fuchf. icon.* Lon. *Cast. Germ.* Vulgaris, *Cam.* Carduus Lacteus, *Matth.* Spina alba hortensis, *Fuchf.* Carduus albus & Chamæleon, *Brunsf.* Carduus Marianus, *Cord. in D. Tab.* Carduus Leucographus, *Dod.* Carduus albus maculis notatus vulgaris, C. B. 1. Sylibum, *Lob.* Germ. *Mariendistel. Fraendistel, Benedistel, Steckkraus.* Gall. *Chardon de nôtre Dame.*

OFFI-

de Pleuritide, valet quoque de Erysipelate, Phrenitide, & omnibus Inflammationibus Partium internarum, quæ ejusdem sunt rationis cum Inflammationibus externis. Præter vim Antipleuriticam Semen hoc habet vim Alexipharmacam, quia Sudoriferum; unde Emulso hujus cum Appropriatis usitata est in Variolis & Morbillis, aliisque Febris Malignis, in quibus Oleositate temperat Effervescantias, & expellit Malignitatem per Sudorem.

Inter Præparata prostat in Officinis ejus Sal, Succus, Aqua destillata, Spiritus, Pulvis, Syrupus, Conserva, & Extractum. Omnia sunt Sudorifera.

2. Aqua in omnibus jam dictis Affectibus à Mulierculis adhibetur.

3. De Spiritu Cardui benedicti, ejusdem efficaciz, & quod saporem Lixivii ferè instar habeat, videbitis in SENNERTI *Instit. pag. 1350.*

1. Pulvis pro usu sudorifero est laudatissimum plebecularum Remedium in Febris Tertianis (Quartanis non tam facilè medetur), si ad ℥j. propinetur.

9. Extractum à ℥ss ad ℥j. cum tantillo Laudani opiati propinatum, ita Sudores moyet, ut Ægri Sudore quasi diffuant. (F)

LXXVI. CARDUUS MARIÆ. Carduus Mariæ vocatur etiam Carduus leucographus, seu Lacteus, quod Folia ejus Maculis albis notata, Lacte quasi sint perfusa; & vocatur Carduus Mariæ, quod Lacte quasi Mariæ Folia ejus sint conspersa; Germanis *Unser Fraender Marten-Distel.*

Plantæ & Semen in Officinis satis nota sunt.

Quod Vires attinet, convenit in illis per omnia cum Carduo benedicto; unde etiam eodem usu ac modo cum Carduo benedicto adhibetur. Speciatim magis ad Chronicos Morbos, Hydropem, Icterus, & similes commendatur, quam Carduus benedictus. Aliàs cum Carduo benedicto inter Plantas Antipleuriticæ primatum ferè obtinet: multum enim valet Plantæ Decoctum in Sanguine grumoso dissolvendo & per Diaphoresin expellendo. Præterea quoque Alexipharmacus est, & Febrifugus; unde præscripto Carduo benedicto præscribitur & Carduus Mariæ.

Semen quoque ejus ingreditur plerumque Emulsionem Antipleuriticam, & Expulsoas in Variolis, Purpurâ, &c. Nutricibus quoque ad augendum Lac hoc Semen, mistum cum Crystallo præparatâ, necnon Semine Anisi, vel Fœniculi, ut inde fiat Pulvis, porrigitur. Item singulare Specificum est ad Fluxum album Mulierum. Præterea commendatur pro ciendâ Urinâ & Mensibus. LINDANUS super Praxin Hartmanni specificè commendat Semen Cardui Mariæ pulverisatum, & à ℥j. ad ℥ij. in Vino usurpatum, contra Hydrophobiam, & Morsum Canis rabidi, dum egregiè Sudorem moyet, & dicit: se didicisse hoc ex quodam, qui hujus rei certam habuerat Experimentum.

STARICIUS in *Helden-Scharz* p. 82. scribit, quod Radix Cardui Mariæ, si gestetur ab uno, qui conversatur cum altero.

(F) Carduus benedictus Officinarum reverà ad Cnicos referendus, ut notat hic Ectmullerus, sed aliâ prorsus ratione ab eâ, quam ipse reddit, nempe quod Croceos edat flores; verum ad Cnicos referendus, quod Calyce squamoso, amplioribus foliis Capitelli instar circumvallato, gaudeat, ut notat Tournefortius. Recipiendum igitur nomen est, quod et tribuit C. Bauhinus: Cnicus Sylvestris, hirsutior, sive Carduus benedictus. De usu Cardui benedicti hæc notat Hofmannus: Plurimum potest in Decocto, præsertim in Vino, cum Febris abest: minus in Pulvere: item minus in Aquâ destillatâ.

OFFICINALIA NATIVA.

Semina imprimis, hinc Folia, & nonnunquam Radix.

Vires. Pectoralis imprimis Carduus Mariæ censetur. Calfacit & siccatur 2. substringit, incidit, aperit; in cæteris æmulatur Carduum benedictum. Usus præcipue in Pleuritide, Ictero, ac Hydrope.

Dosis Seminis ad Drach. j.

N. Semina in Emulsionibus crebri est usus.

PREPARATA.

Aqua. Ex Herba tenellâ.

(Sal etiam utile.)

LXXVII. CARLINA.

X *Αμυιλίον λευκός.* Apri Radix, seu Eberwurtz, Gall. Carlina. Carduus Panis, seu Pacis, Erice Cord. Chamæ-

leon albus, Matth. Cord. in D. Cast. Carlina Herbariorum, Lob. Chamæleon albus Diosc. Lob. icon. Clus. hist. Carlina humilis (vel altera,) Dod. Carlina sessili flore, Corn. Carlina acaulos magno flore, C. B. 1. alii Carlina, Cardopatium. Germ. weisz Eberwurtz. Gall. Carlina.

Crescit in locis montosis, v. g. in Alpibus Helvetiæ, & alibi.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix collecta tempore verno.

(In Apuliâ Gummi Chamæleoni in hærens colligitur à Pastoribus, & Cera di Cardo, dicitur.)

Vires. Calfacit & siccatur 3. est Alexipharmaca, Sudo rifea, Diuretica, Emmenagoga; Tineas Ventris necat.

PREPARATA.

Extracti mentio fit apud Practicos, Convulsis utilis.

LXXVIII. CA-

tero, soleat enervare alterius vires; quod etiam refertur de Chamæleonte, forsitan certiori Experimentiâ.

Aliàs vix quidquam de Carduo Mariæ est in usu. (G)

LXXVII. CARLINA. Carlina est Cardui species, quæ usitatius dicitur Chamæleon. Dux ejus sunt species: Major nempe, modò Caulescens flore albo, seu Carlina alba, Germanis die wocisse Eber-WWurzel, quæ ubivis obvia, modò *καυλός*, i. e. absque Caule; & Nigra seu Minor, quæ crescit in locis bene cultis. Carlina dicitur, quoniam fert Fabula, plantam hæc CAROLO MAGNO ab Angelo pro medellâ Exercitûs, Peste tum temporis corrupti, fuisse monstratam.

Interna Radix hujus Carlinae inter Alexipharmaca & Sudorifera refertur; unde ordinariò qualvis Compositiones Theriacales, item Aceta Bezoardica, ingreditur.

Quoad Usum externum subtilioris & sublimioris Philosophiæ scrutatores, & PARACELSI sectatores, Magica hoc ipso præstare tentant, dum imprimis Nigræ vim quasi Magneticam tribuunt: quod nempe, si debito tempore collecta gestetur ab aliquo, cum altero conversante, ille alterius robur ac vires acquirat, ita ut focus defatigetur in itinere suscepto; item, quando in Collo geritur ab altero Coniuge, invitâ unâ parte, faciat ut hæc valde debilitetur: inque hoc ferè omnes Autores conveniunt, imò nonnulli dicunt, illam ejusmodi quoque vires obtinere in Brutis, aded ut in Equili, si appendatur Equo, vel in os immittatur, derivet in se omnes reliquorum vires, ut valdoperè fortis & generosus evadat, reliquis delassatis. Sunt Tom. IV.

qui cum hac Radice Transplantationis modo volunt derivare vires & robur ex Equo in Hominem; quin & vim genitale alterius roborari, alterius minui posse. Quæ & similia videbitis imprimis in STARICIO, in Helden-Schatz, p. 80. 87. 88. 89. & 127. qui Oleo per coctionem ex Radice elicito eandem attribuit vim. Quidam etiam dicunt, quod eadem Radix fecum gestata aliquem Veneri indulgentem non defatigari in actu Venereo exercendo sinat, sed alacriorem potiùs exinde reddit. TENZELIUS in Medic. Diabaticâ, ubi tractat de Modis curandi Morbos per Transplantationem, pro arcedâ Sterilitate transplantat Fœcunditatem in Chamæleonem nigrum, qui comestus à parte sterili, fœcundatur, cap. 28. p. 151. & pag. subsequente simul facit mentionem virium per Transplantationem ope Radicis Chamæleontis translatarum. Plura alia videbitis apud STARICIUM l. c., item apud HELMONTIUM de Carlina Traß. Magnet. Vulnerum Curat. §. 24. qui pressius rem indagat, quomodo procedendum. Multa certè cum hoc Chamæleonte tentantur Magica; litem tamen inter tantos Viros hac de re decidere non ausim.

Colligitur autem Radix vel Herba pro hoc scopo intra bina Mariæ Festa, scilicet inter 15. Augusti & 8. Septembris; & sanè multum his diebus tribuitur à Botanicis; quod tempus intra hos observatur propterea etiam, quia est balsamicum colligendi Cornua Cervorum, & aliorum Medicaminum, sicque etiam Chamæleontis. Radix autem ita fossa imponatur Magneti, ut vires ejus magis acuuntur, & talem vim accipiat. (H)

H

LXXVIII. CA-

(G) Carduus albis maculis notatus, Vulgaris C. B., seu Carduus Marianus J. B. & Officinarum, Folia habet undulato macularum lactearum virulentiarumque discursu variata, longa, lataque & servis aculeis horrentia. Carduus Mariæ vulgè & Lacteus. Dodonæus Leucographum appellat, quod candidis lineis maculata habeat folia, quæ lanugine tærent. Quidam putant esse *καυλός λευκός* Antiquorum, non tamen *λευκός καρδός*, aut Leucographida Plinii. Distinguentur est Carduus lacteus, de quo hic, à Carduo galactite J. B. hic enim folia obtinet profundè laciniata, interne lanuginosa, fortuitis maculis lacteis respersa: Capitulum squamæ in longam acutam, invalidam Spinam designant: flores purpurei serè perpetui. Est Spina alba altera Matthioli. Lobelius (ut ex Schrœdero hic) Carduum Marianum vulgarem vocat Silybum: at Silybum majus annum Parac. est Tournefortio Carduus lacteus peregrinus, major, semine fusco Raii. Raius idem ait, Carduum Mariæ vulgarem Anglis culinarem potiùs, quàm Officinalem videri: nam Folia tenera demsis aculeis non incommodè Oleribus addunt, atque ex iis Acetaria parant. Notat Tournefortius Cardui Mariani folia, amara, & adstringentia esse, atque valde rubefacere cœruleam papyrum: bino conjicit, illa continere Sal valde simile Oxysali diaphoretico Angeli Salæ, b. e. Sal acre, acido saturatum: jure ergò erit hæc Planta Sudorifera & Diuretica. Foliorum succus ad ʒiv. Hydropicos subleuat. Emulsio ex ʒii. Seminum hujus Plantæ, cum Aquâ è soliti destillatâ, sanat Rheumata illa, quæ sæpiùs cum Pleuritide confunduntur: imò & in Pleuritide ipsâ & Peripneumoniâ magni est usus.

CARDUUS STELLATUS, sive Calcitrapa. De hæc Cardui specie nil habent Schrœderus, & Ettmullerus. Carduus Stellatus dicitur, quod Capitulum singula squamæ in unctales & fescunciales, rigidas, mordaces, & rectâ foras minantes Spinæ designant, ut radiatam Stellam imitari videantur. Calcitrapa vulgè dicitur, & Matthiolo Calcitrapa, quod Bestiæ borrentes Capitulum Spinæ Calcibus comprimentes in pedes præcipites ruant, & recalcitent. Quod valde splendida sit hæc Planta *καυλός* Hippocræstum à Fabio Columna appellata dicitur, ab *ιππο*, quod augmentum denotat, & *καυλός* apparet: Radix Raphano similis: Folia bumi strata, hirsuta, parùm mollia, profundè laciniata, per extremos sinus *καυλός*: Caulis cubitalis, alatus, Capitula priùs descripta promit, Floribus purpurascensibus Cyanoides, ut illam describit laudatus Columna phytobaf. 105.

Calcitrapa Sal continet ex Sale Ammoniacò & Nitro compositum, sed Sal Ammoniacum est in prædominio, Foliorum enim & Radicum succus valde rubefacit cœruleam papyrum, quod ad Sal Ammoniacum pertinet. Hoc Sal in Calcitrapâ cum hand modicâ quantitate Sulfuris & Terræ conjunctum est: hinc Planta est febrifuga, vulneraria, aperitiva. Dominus de Lamoignon publici juris fecit Remedium sibi expertissimum adversus Colicam-nephriticam: hoc autem erat Vinum ex infusione exterioris corticis Radicis Calcitrapæ, collectæ circa finem Septembris, ac in pulverem redactæ: addebat Decoctum ex Parietariâ, Ligno Sassafras, Semine Aniforum, & Cinnamomo certo quodam magisterio paratum, atque addito etiam Saccharo. V. Tournefortium Hist. des plant.

(H) Quæ de Carlinae viribus magicis vel magneticis habet Ettmullerus, mera commenta. Quod in calce ait, Radicem hujus plantæ colligendam esse intra bina D. Mariæ Festa, intelligendum est eo sensu, ut Radix colligenda sit circa finem Augusti, & principium Septembris; tunc enim temporis (omni remota superstitione) succulentior ea est, & ad Medicinam faciendam aptior. Carlina duplex, Caulifera & Acaulos, cujus Radix veluti corrofa, & vasa extrinsecus,

LXXVIII. C A R U M.

Kαρύον, καρύον, καρύον: Caros; Brunf. Trag. Careum, Fuchf. Carum, Cord. in D. Matth. Lob. Dod. Cast. Tab. Ger. Carvi, Lon. Cuminum pratense, Carvi Officinarum, C. B. t. Germ. Weiß Kummel, Feldkummel. Gall. Carvi ou Carvotés.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen.

Vires. Calfacit & siccat 3. discutit, attenuat, Stomachicum est ac Diureticum, Lactis abundantiam præbet. Hinc usus ejus insignis in Colicâ, Vertigine, &c. cum internè, tum externè applicatum.

P R Æ P A R A T A.

1. Confectum Semen.
2. Candita Radix, sed raro.
3. Aquas Stillatiss. Ex Plantâ integrâ.
4. Oleum. Ex Semine sicco l. a. destillatum.

LXXIX. CARYOPHYLLUS HORTENSIS.

Videatur Caryophyllus, Lob. Tab. Ger. Cast. Matth. Cam. Lon. Caryophylla, Tab. Vetonica, Dod. Betonica alti-

lis, coronaria. Tunica, Fuchf. Germ. Nagelblumlein. Grafz-blumlein. Gall. Oeillet de Jardin, ou Giroflée.

(Hortensis. Colitur in hortis variorum colorum, & Est (discrepantis plenitudinis.

(Sylvestris. Rari usûs.

Florescit Junio, atque in multam ætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores. Potissimum rubri.

Vires. Moderatè calfacit & siccat. Cephalici sunt ac Cordiales. Usûs præcipui in Vertigine, Apoplexiâ, Epilepsiâ, aliisque Capitis & Nervorum Affectionibus. In Syncope ac palpitatione Cordis: fugant Lumbricos, allevant Partum. Extrinsecus adhibentur in Vulneribus Capitis: extrahunt Offa Cranii fissa; leniunt Cephalalgiam, & Odontalgiam.

P R Æ P A R A T A.

1. Succus inspissatus, Essentia dictus; 2. Flor. rubr. (cum primùm Gemmæ explicari incipiunt) resectisque albidis illis partibus, conquassa irrorando, exprime, clarifica ac coagula lentissimè.

N. Calore nimio perdit vires, nimiâ agitatione cum spatulâ amittit colorem.

Dosis à Scrup ℥ ad Drach ℥.

2. Con-

LXXVIII. C A R U M. Carum seu Carvum, Cuminum sylvestre, Weiß-Kummel, Planta est nulli non nota.

In Officinis usitatum Semen, & ex hoc Oleum destillatum.

Semen naturâ & usu omninò conspirat cum Semine Fœniculi, Anisi & Cumini, in specie æmulatur vires Seminis Cumini, nisi, quòd sit fortius, quoniam saporem habet acrem, & non temperatum ab Oleo, sed est acrius; quare quodcumque Acidum invenit in primis viis, temperat & potenter corrigit. Inter Semina quatuor Calida majora refertur, quæ specialia Carminantia sunt; hinc vi aromaticâ Spiritus influus recreando, egregium est Stomachicum & Diureticum, temperat Mucilaginem acidam & viscidam, incidit & abstergit, adeoque in Affectionibus Intestinorum & Hypochondriorum flatulentis ex Cruditate acidâ in primis viis, in specie in Colicâ, convulsivis Intestinorum Malis, Herniis, &c. commendatur, & usu tam interno quàm externo his Affectionibus medetur. A THONERO expertum est Remedium in Cardialgiis. Sæpius fit, ut ex Potu nimio immoderato & nocivo oriantur Tormina Stomachi gravissima, & in his nihil melius Semine Carvi à ℥i. ad ʒss. in Juculo calido. Conjunguntur etiam his Doloribus Diarrhœæ, & solum Semen Carvi est sufficiens in omnibus his casibus. Aliàs & Trageas Stomachales post pastum sumendas ingreditur. Præter dictos usus in specie ad Lactis abundantiam restituendam convenit.

4. Oleum Carvi destillatum in iisdem Affectionibus & in Cardialgiâ, vel Dolore Stomachi conducit, à guttulis v. ad x. in Vehiculo appropriato, vel haustu Vini, de quo THONERUS in Observat. pag. 136. refert, se curasse guttis v. Olei destillati Carvi subito Dolorem totius Abdominis clamorâ; item in alio sævissimum Ventriculi Dolorem itidem hoc ipso Oleo: Guttis tamen v. Olei destillati Succini itidem præstabitur. Hic Dolor Ventriculi valdoperè est molestus propter connexionem & sympathiam Nervorum Dorsi cum Officio Ventriculi sinistro, pungit illos per totum Dorsum, usque ad Scapulas. Unde hæc Cardialgia si conjuncta sit cum Inflatione, vocari solet Colica Ventriculi,

ubi Oleum Carvi destillatum erit egregium, nam ingens est Carminans. Si ex Potu nimio immoderato & nocivo Tormina Stomachi gravissima oriantur, nihil melius erit Oleo Carvi ad guttul. v. vj. vij. usque ad x. in Juculo calido. Cum Doloribus his conjunguntur etiam Diarrhœæ, & solum Oleum Carvi destillatum in omnibus his casibus sufficit, usu tam externo quàm interno. Urinam item promovet, eamque suavis odoris reddit. De usu interno hætenus.

Externè conducit, quando pro majori penetrantiâ miscetur cum Oleo Nucis moschatae expresso, quod Carminativum est, & Stomachicum. Nam Olea destillata omnium fortissimè penetrant, quoniam nihil aliud sunt, quàm Salia volatilia Simplicium, concentrata a Acido figente, dum hoc Salia volatilia arripit; seque cum illis jungit; unde ex Oleo destillato in digestionem cum Sale fixo potest præcipitari Sal volatile. Arcanum fuit HELMONTII, de quo vid. TACHENIUS in Hippocr. Chymico. Vocantur Elixiria parva. (1)

LXXIX. CARYOPHYLLUS HORTENSIS. Caryophyllus Hortensis usitato vocabulo præscribitur in Officinis Tunica, v. g. Flores Tunica, Garten Nelcken, Syrupus Florum Tunica, & sic porro: suntque Flores Tunica duplices: Hortensis & Sylvestris. Sed Flores rubri Hortenses cæteris præferuntur, & maximè odorati sunt.

Vis & odor horum aromaticus est, valdè volatilis, & consistit in subtilioribus saltem, Mercurialibus & Spirituosis particulis promptè exhalabilibus; hinc nullâ arte potest elici Spiritus, cujus ratione referuntur inter primaria Cordialia & Cephalica; amici enim sunt Capiti, Cerebro & Spiritibus Animalibus. Conducunt igitur in horum subitaneis Affectionibus, hinc in Affectionibus Epilepticis, Apoplecticis, Catalepticis, Syncope, & Affectionibus Capitis quibuscunque, præservativè & curativè; operantur enim sine notabili agitatione confortando Caput: temperati sunt in suis facultatibus, unde ingrediuntur Flores Tunica omnia Medicamenta Antapoplectica. HOFFMANNUS in Medicam. Officin. pag. 188. cum Rosis comparat, quæ cum Floribus Tunica-

cus, intrinsecus verò candicans, odorata valdè, & grati saporis: Folia supina, profundè laciniata, & spinosa: Flos amplus, discoides, ebinatus, foliis aculeatis stipatus: Semina longa papposa.

Quamquam Tournefortius in Institut. Carlinam acaulon, gummiferam C. B., seu Chamæleonta album, Apulum, purpureo flore, gummiferum Col. inter Carlinas connumeraverit; nihilominus in Corollario idem Autor Cnicis accenset, vocatque Cnicum Carlinæ folio, acaulon, gummiferum, aculeatum, flore purpureo. Carlina caulescens, magno flore albicante C. B. est Dodonæo Leucacantha Dioscoridis. Acarnæ species Columnæ, ad Carlinas reducuntur à Tournefortio. Carlinæ Radix comesta ad Cinara saporem accedit. Eadem Radice in pulverem redactâ, vel ejus Extracto, vulgè in Febribus malignis sapientibus utimur.

(1) Carum, Caros dicitur Dioscoridi lib. 3. c. 66. Careon vel Καρύον Actio: Καρυσάδιος & Καρυσός Simeoni Setho lib. de alim. As Carnabadium Actuarii est Carvi: Carnabadium Nic. Myrepli est Cuminum. Plinio lib. 19. c. 18. dicitur Careum, à Cariâ regione, in quâ laudatissimum nascitur. Officinis vulgè vocatur Carvi: sed notat C. Bauhinus, Carvi scribendum esse u vocali non Carvi v consonanti. Est Planta umbellifera, Seminibus exiguis, longiusculis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis: Folia sunt tenuiter laciniata, costæ per conjugationes innascentia. Officinalis Radix carnosâ, gracilis, odore Pastinacæ: Caules plures ex eadem Radice prodeunt. Semen Carvi ex Trago Pani & Casco adjicitur: Jusculis, Placentis, aliisque ferculis incoquitur ad odorem: cum Erucâ usurpatum Cerebrum corroborat: ejus Asparagi dolorem Dentium leniunt. J. B. 3. 69. 2. Ex Tournefortio Panis recens è furno extractus, Semine Carvi aspersus, & Spiritu Vini irroratus, Ventri applicitus, Colicam sedat. Oleum destillatum Spiritui Vini ad guttas additum, ac Syringâ in Meatum auditorium injectum, ad Surditatem valet.

2. *Conserua*. Ex Floribus.
 3. *Aqua stillatitia*. Ex Floribus cum Herbâ lenissimo MB. calore.
 N. Ophthalmica insignis est, &c.
 4. *Syrupus*. Ed infusione Florum.
 5. *Acetum*. Ex infusione Florum. Vide lib. 2.

LXXX. CARYOPHYLLI AROMATICI.

C Harunfel *Arabibus*. Caryophylli, *Matth. Tab.* Caryophyllus, *Cord. hist. Cast.* Calatur *Arabibus*, & plerisque *Indis*. Caryophylli, *Lob.* Caryophyllus florens & Caryophylli veri, *Ger.* Caryophyllus aromaticus, fructu oblongo, C. B. 1. Anthophylli dicuntur reliqui majores, *Lon. Lob. Tab. Ger.* Caryophylli maturi, seu majores, *Cor. hist.* Caryophylli maiores *Avicenna*.

Fruſtus, seu si mavis, Flos est aromaticus exoticus, Solis radiis induratus & nigrefactus.

Duplicis fortis prostant: Nimirum

1. *Caryophylli* dicti, qui discussi sunt antequam maturerint: unde & minores esse solent, *Germ. Nelcken. Gall. Oeillets Sauvages.*

2. *Anthophylli*, *Germ. Mutternelcken*, qui maturitatem assecuti sunt: unde & majores existunt.

Delectus. Eligendi sunt suavè fragrantés, oleosam quandam humiditatem premeudo exhibentes.

Vires. Gardiacum, Cephalicum ac Stomachicum insigne exhibent: calfacit & siccat 3. discutit. Hinc profunt in Lipothymia, Odontalgia, Cruditate Ventriculi, Vertigine: arcent quoque Morbos Malignos, Uterinos, &c.

(*Gummi Caryophyllorum habetur.*)

PRÆ-

CARYOPHYLLUS ARVENSIS.

QUI ad *Lychnides angustifolias non viscosas*, flore simplici & pleno referendus. (N)

LXXX. **C**ARYOPHYLLI AROMATICI. *Caryophylli Aromatici* Fructus sunt exotici ex India Orientali, & præprimis Insulis Moluccis, in quibus in copiâ proveniunt, ad nos allati. *Duplex* eorum communiter, & quidem secundum antiquissimam Arabum distinguendi rationem, est *Differentia*, dum nempe quidam *maturi* sunt, quidam *immaturi*: Illi sunt *Anthophylli* seu mares, *Germ. die dicken, oder Mutter-Nelcken*, ita vocati, quod conducant Utero; Hi sunt *Caryophylli* communes minores seu sæminæ: hinc sunt *Aroma* admodum oleosum, gustu acerrimum calidiusve. Conf. **VELSCHIIUS Hecatost.** 1. pag. 33. Nam in principio, dum adhuc in Arbore sunt, habent colorem rubrum, & valdè temperati sunt atque suaviores; postmodum maturiores & acriores facti nigrum acquirunt.

Crescunt in *Arbore procerâ*, Lauro simili, angustiora tamen Folia habente, magnitudine ad instar Pyri nostratis, in cujus ramusculorum extremitatibus copiosè congesti reperiuntur *Caryophylli*.

Colliguntur in Octobri & Februario, exsiccantur in Aère, ut possint transportari in alia loca: Vid. *Rerum Indicar. Scriptores*, inter alios liber editus de Regno *Sinenfi* **NEUHOFFS**.

Apud nos *Fruſtus* tantum usitatus est, qui habet *Sal volatile oleosum*, quodcumque *Acidum* Corporis destruens; Indi utuntur & *Folius* & *Floribus* Arboris.

Notetur autem hinc, quod omnia *Aromata ex Indiis allata adulterata* sint; quod fit

1. Quando macerantur *Aquâ marinâ* *salsâ*, quæ in se habet Aciditatem, contrariam Sali alcali seu aromatico acri.
2. Adhuc ulterius à Mercatoribus *corrumpuntur cum Aquâ*, ut graviore fiant pondere.
3. Tempore procedente *Caryophylli* multum Odoris, exhalante *Sale volatili*, perdunt. Hunc ut recuperent Mercatores recipiunt *Vinum*, in quo macerant *optimos Caryophyllos*, & hinc *Vino* postmodum infundunt inodoros

H 2

CARYOPHYLLUS SYLVESTRIS.

Caryophyllus *Sylvestris angustifolius*, Germanis *Donner-Naglein*, species est *Floris Armerii*, sed non est in usu. Præstito est alia species, vobis jam demonstranda, nempe (L)

CARYOPHYLLUS MONTANUS MINOR
flore globoſo BAUHINI.

Incerti aliàs sunt plurimi Botanicorum, quorum hanc Plantam referre debeant? Alii enim inter *Gramina* refertur, ut **TABERNÆMONTANO**, qui eam hinc vocat *Gramen Marinum*; reverà tamen est *Species Caryophylli Sylvestris*: ab aliis etiam *Gramen Polyanthemum* dicitur: vid. **DODONÆUS**. (M)

Planta quidem est trivialis: sed cum de ejus usu taceat *Experientia*, meritò quoque nos tacemus.

Tandem se offert

Tom. IV.

(K) *Caryophyllus* *Planta* *Florum* *elegantia*, *odore*, & *colorum* *infinitâ* *varietate*, *nullis* *non* *nota*. *Ab* *odore* *Caryophyllorum* *aromaticorum*, *Caryophyllum* & *Florem* *Caryophyllæum* *Recentiores* *appellârunt*. *Synonymon* *faciunt* *cum* *Cantabricâ* *Plinii*, *Veticicâ*, *sive* *Beticicâ* *alterâ* *Dioscoridis*, *Iphio* *Theophrasti*, *Saxifrago* *Galenii*, *Herbâ* *Tunicâ* *aliorum*. *Ruellius* *tamen* (*quem* *sequitur* *Cordus* & *Matthiolus*) *putat* *Caryophyllæum* *Florem* *propris* *Veteribus* *incognitum* *fuisse*. *Et* *reverâ* *si* *Flos* *sam* *eximia* *pulchritudinis*, (*ut* *ait* *Raius*) & *fragrantia*, *quàm* *est* *Caryophyllus* *altitris*, & *hortensis*, *eis* *innotuisset*; *procul* *dubio* *non* *minoribus* *eum* *encomiis* *celebrâssent*, *quàm* *Rosam* *ipsam*, *cut* *odore* *quidem* *comparandus* *est* (*nâ* *nauseabundi* *Cathartici* *ideam* *Rosæ* *odor* *excitit*), *venustate*, & *durabilitate* *etiam* *præferendus*. *Armerii* *quoque* *Floris* *nomine* *venit*, *præsertim* *latifolius* & *barbatus*. *Hortentium* *Caryophyllorum*, *præsertim* *flore* *pleno* & *maximo*, *infinitam* *turbam* *ad* *Hortorum* *amanitatem* *comparatam*, *quis* *enumeraverit*? *Notaverim* *tamen*, *immensam* *illorum* *varietatem*, & *excedentem* *magnitudinem*, à *diligenti* *culturâ*, & *mangonio* *præcipuè* *pendere*: *quemadmodum* *quotidianâ* *experientiâ* *certum* *est*, *Caryophyllorum* *Semen* *in* *solo* *pingui*, & *benè* *subactò* *satum*, *sobolem* *producere*, *Florum* *magnitudine* & *figurâ*, *necnon* *petalorum* *multiplici* *serie*, & *colorum* *varietate*, à *Matre* *diversam*.

Simon *Paulli* *Quadrupart.* *Bot.* p. 242. *hæc* *habet*: *Innumeros* (*Deo* *benedicente*) *solo* *Decocto* *Florum* *Caryophyllorum* *vindicavi* à *Febribus* *Malignis*: & *hoc* *omnibus* *Medicinæ* *studiosis* *jurato* *veluti* *affirmo*, *vel* *potenter* *Sudores* *movent*, *vel* *Urinas* *pellunt*, *citra* *magnos* *Naturæ* *motus*, *simulque* *Cor* *corroborant*, *Sitimque* *sedant*. *Hæc* *Paulli*.

(L) *Caryophyllus* *hic* *Sylvestris*, *de* *quo* *Ettmullerus*, *erit* *fortè* *Caryophyllus* *sylvestris*, *vulgaris*, *angustifolius* C. B. seu *Caryophyllus* *montanus* *albus*. *Tab.* *icon*.

(M) *Caryophyllus* *montanus*, *minor* C. B. *est* *Tournefortio* *Staticæ* *montana*, *minor*. *Quemadmodum* *Caryophyllus* *montanus*, *major*, *flore* *globoſo* C. B. *est* *eidem* *Tournefortio* *Staticæ* *Lugdunensium*.

(N) *Sunt* *quædam* *Caryophylli* *arvensis* *species*, *quas* *ad* *Alfinem* *reducit* *Tournefortius*: *sed* *quoniam* *Ettmullerus* *hic* *ad* *Lychnidas* *propositam* *Caryophylli* *speciem* *reducit*; *puto* *eam* *esse* *ad* *Lychnidas* *pratensis* *referendam*: & *fortè* *erit*, *quàm* *Odontitum* & *Florem* *Cuculi* J. *Bauhinus*, *Armerium* *sylvestrem* *Dodonæus*, & *Lycanidem* *pratensem*, *flore* *laciniato* *simplici* & *pleno*, *cum* *Morifonio*, *appellat* *Tournefortius*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Confectio*. Fit l. a.
(Conditi etiam habentur.)
2. *Aqua*. [ut ex Aromatibus reliquis eliciuntur. Vi-
3. *Oleum*. [de lib. 2. vel 4. in *Cinnamomo*.
N. 1. *Caryophylli multum Olei fundunt*.
Vires. Oleum hoc Denti cavo inditum Odontalgiam mirifi-
cè lenit.
4. *Extractum*. Fit ex Caryophyllis cum Aquâ stillatiâ, &
Spiritu Vini l. a.
5. *Sal com.* Ex remanentiis incineratis elixiviat.
6. *Balsamus*. Fit l. a. ex Oleo Nucifæ depurato, ac Oleo
Caryophyllorum, tingiturque Pulvere Caryophyllorum.
7. *Species Dia-Caryophyllorum*. Vide Dispenfator.

LXXXI. CARYOPHYLLATA.

Caryophyllata, *Brunsf. Trag. Lon. Mattb. Cast. Tab. Ger.*
Vulgaris, *Lob. Cam. Clus. hist.* Caryophyllata hortensis,
Fuchs. Herba benedicta, *Brunsf.* 4. Caryophyllata vulgaris,
C. B. 1. aliâs Sanamunda. Herba benedicta. Germ. *Benedict-
wurtz*, *Benedickkraut*. Gall. *Salmonde*.

Crescit locis incultis pinguis juxta sepes.

OFFICIALIA NATIVA.

Radix collecta mense Martio, quæ odoris fragrantis est
(23. Martii circiter): rard *Folia*.

Vires. Calfacit & siccât 2. substringit, roborat, discutit:
Cephalica ac Cardiaca est. Usûs præcipui internè in Catharris
exiccandis, Sanguine coagulato resolvendo.

LXXXII. CA-

doros: unde fit, ut imbibant omnem vim è Vino, & sic
novum acquirunt Odorem; qui tamen non diu durat,
nisi contineantur in loco frigido.

Hinc si *Caryophyllis probare* placuerit, an boni sint, an
mali? Acum candentem iis immittunt: Quod si Oleum ef-
fluxerit, boni; sin minus, mali, & inutiles sunt.

Quod attinet *Usum* horum, nobile sunt *Aroma*, & totius
generis *Nervosi*, imprimis *Capitis* & *Uteri* confortativum,
Spiritus restaurant, etiam masticati, seu odoretens; un-
de Stomacho insigniter conducunt, & Cruditates ejus aci-
das expellunt. Admiscentur *Pulveribus*; & *Nodulis*, vel
aliis Medicamentis Uterinis & Stomachicis, quoniam Ute-
rum & Stomachum valde roborant.

Anthophylli commendantur in Fluore albo Mulierum pro
roborando & confortando Utero; Ingredientur *Decoctum*
contra *Sterilitatem Myrsiciti*: ut ut inter hos & Caryophyl-
los nulla essentialis sit differentia.

3. *Oleum Caryophyllorum destillatum* in Officinis prostat,
quod commendatur pro Cephalico & Cordiali; unde in
Confessione Theriaca, in *desedu Opobalsami veri* substituit so-
let. Propterea à *GLUDIO in Tract. de Balsamis & Oleis*,
hoc Oleum vocatur *Balsamus Naturalis*; & quidem vires
hujus videre possumus decantatas à *DEODATO*, in *ejus-
dem Pantheo Hygiast. l. 2. pag. 35.* Hoc Oleum contra Febrium
Rigores est probatissimum, internè ante Paroxysmum dan-
tur guttulæ 2. 3. vel 4. vel externè illinitur regio Sterni
vel Stomachalis. Si Mulieres Sterilitate, & Menstruis al-
bis laborant, aliisque Affectibus Uterinis, Oleo hoc utun-
tur. Externè etiam commendatissimum est contra Dolorem
Dentium, si cum Bombace applicetur Denti cavo vel lateri;
sic Acidum mordens in Dente tollit: penetrantius fit, si
miscetur cum *Oleo Camboreæ*, vel addantur aliquot grana
Camboreæ, quæ per se Acidum, omnis Odontalgie cau-
sam, compescit & demulcet.

Adulterari solet cum *Oleo Cassie caryophyllatæ*; quæ tamen
facile distingui possunt: Oleum enim Caryophyllorum
fundum petit; Cassiæ autem caryophyllatæ liquori su-
pernatat.

Sunt qui hoc modo eleganter *Oleum* hoc parant:

℥. Caryoph. ℞. ij.
Facum Vini cochl. jv.
Tartari calcin. ℞. ij.

Mixta affusâ Aquâ destillatâ stent in aliquali Fer-
mentatione, hinc per Spiritum Vini destillantur.

Ex hoc Oleo Caryophyllorum, quod etiam est ex primariis
Ingredientibus *Balsami Apoplectici*, fit cum Corpore pro Bal-
samis usitato *Balsamus*, qui inungitur regioni Ventriculi &

Cordis in Ventriculi Affectibus, & Syncope ex affectu
Ventriculo imminente.

Fit etiam ex Caryophyllis & Anthophyllis *Syrupus*, usi-
tatus in Sterilitate, Fluore albo, inflatione Uteri, aliisque
ejusdem Affectibus. Sed non ubique prostat. (O)

LXXXI. CARYOPHYLLATA. *Caryophyllata* est
vel *Montana*, seu *Alpina flore purpureo*, nu-
tante purpureo, pleno proliifero, & luteo *Mattbioli*, vel *Sylve-
stris* seu *Vulgaris flore albo & luteo*. Ita dicitur, quod *Radix*
ejus tempore verno dissecta Odorem suavem instar *Caryophyl-
lorum aromaticorum* spirare soleat. Aliis dicitur *Herba Bene-
dicta*, item *Sanamunda*. Germ. *Benedicten-Kraut*, & *Benedi-
gen-Vurtzel*.

Apud nos præfertur *Vulgaris*. In usu est *Radix* collecta
Mense Martio circa diem 23. antequam in Flores abierit.

Usu aliquali *Diuretico* in *Decoctis* & *Infusis* adhibetur. Et
quidem, si infundatur *Vino*, aromaticum illud acquirit Sa-
porem & Odorem, & rectè inter *Aromata* refertur; quod
Vinum potum corroboret imprimis Caput, & restaurat
Ventriculum, necnon ejus tonum laxatum corrigit; Ven-
triculo enim & primis viis, ob usum suum adstrictorium
& stypticum *Radix* hæc dicata est. Hinc etiam in *Oppila-
tionibus* & *Obstructionibus* Hepatis, Lienis & Mesenterii,
valdoperè conducit. Præterea quoque *Cephalica* habetur, &
specialiter *Decoctum Radicis* Affectibus Catarrhosicis chroni-
cis mediante Sudore mirabiliter medetur; & quod dicitur
de *Ligno Sassafras* exotico, quod sit *Alexipharmacum Catar-
rhorum*, teste *BRUNNERO*, valet etiam de *Radice Ca-
ryophyllatæ*, cujus loco in Catarrhis emendandis adhiberi
potest; corrigit enim *Lymphæ* p. n. acescentiam. Id quod
ex usu potissimum, quem habet, œconomico patet: *Radix*
namque, juxta *PARAGELSUM*, *Cerevisiæ indita* eam à
corruptione & præmaturâ præservat Acescentiâ: id quod
pariter in *Succis* Arborum recenter collectis, v. g. *Berulino*,
cui etiam *Radix* injecta ab Alteratione & Acescentiâ eum
præservat, quod notabile est. Conf. *Acta Societ. Reg. Mens.
April. 1669. p. 773.* Et quidem jam *PARAGELSUM*
specificè commendat *Radicem Caryophyllatæ* cum *Radice Aco-
ri* contra Catarrhos. Ex eadem *Vina* fiunt medicata pro di-
ctis Affectibus, uti & confortando Stomacho, & contra
Icterus: quale *Vinum Catarrhale* ex *Radice Caryophyllatæ* cum
Radice Acori habet *HARTMANNUS in Praxi Chymiatr.*
cap. 21. §. 2. Hoc correxit *LINDANUS in Colleg. super
hunc locum*, & nobis præscripsit talem *Hauftum*:

℥. Sassafr. ℞. ij.
Rad. Caryophyllatæ ℞. j.

Herb.

(O) *Relictis Antiquorum de Caryophyllis aromaticis descriptionibus*, atque eorum obscurâ Etymologiâ, quæ à
Juglandis folio derivatur, hæc habet *Piso Mantiss. Aromat. cap. 5.* Caryophylla primum ex *Insulis Moluccis advecta*
Tshinka ab incolis appellata. Arbor caudice crasso, Foliis Pyri nostratis: Flores conferti, oblongi, lato capite, stella in
modum coronato. Alabastri Flores continentes ipsa sunt Caryophylla. Flos & Fructus insigni odore. Ex Foliis, Floribus,
ramulisque Gummi extillat, cui egregia vis aromatica. Hæc ex *Pisone*: sed hæc afferit Caryophyllorum historiam
*Pomet. Caryophyllus est Flos cujusdam Arboris, in Insulis Moluccis, sed duritiem nascus. Batavi, ut soli hæc merca-
turâ distecerent, ex aliis Insulis Moluccis Arbores has eradicarunt, & in solam Insulam Ternate, suo subjectam domi-
nio, transferunt. Qui in Arbore reliquuntur pollicarem acquirunt magnitudinem, atque in iis durum nigrumque Gummi
conservatur, odoris fragrantissimi, & gustûs valde aromatici.*

Est & Caryophyllus *Regius dictus*, *Barbaris Tshinka-Papua*, longitudine grant *Hordei*, sed sex vel octo cuspi-
dibus simul in Coronæ formam collectis: provenit in solâ Insulâ *Maccia Indiæ Orientalis*: imò ait *Wormius*, quod unica
tantum sit hæc Arbor, quâ florente, decidunt Flores reliquarum Arborum Caryophylliferarum, atque (ne desit mysterio fa-
bula) omnes alias versus banc Arborem se inclinari, subdit. Hinc *Insulæ Rex militum satellitio Regiam Arborem munit*
ad custodiam. Quamplurima de Caryophyllorum historiâ collegit *Raius hist. lib. 26. sect. 4. cap. 2.* *Cl. Tournefortius*
Caryophyllum aromaticum in Genus peculiare erexit, in Append. Inst. atque Plantam esse flore rosaceo, plurimis
scilicet petalis in orbem positis constante, Calyci insidentibus: is autem deinde abit in Fructum ovatum, umbilicatum,
*unicapsularem, Semine factum oblongo. Qui ad nos afferuntur Caryophylli videntur esse Calyces cum Floribus nondum ex-
panfis, & exsiccati adherentibus, qui quidem à prementibus digitis facile conteruntur; Calyces verò (qui duriusculi
sunt) si in Fructus abire sinantur, fortassis erunt Caryophylli illi coronati, quos *Regios* appellant.*

LXXXII. CASTANEA.

Kάστανος, Castanea, *Brunsf. Trag. Fuchsf. Dod. Lac. Lon. Lob. Tab. Ger.* Castaneæ minores, *Matth.* Castaneæ sylvestres, *Cord. in D. Cast.* Castanea sylvestris, quæ peculiariter Castanea, C. B. 1. German. *Kastanien.* Gall. *Chatagne.*

Castaneæ esæ omnium Glandium sint præstantissimæ, teste *Galeno*, attamen præter *Membranam rubram*, Cortici ac Carni intercedentem, nihil Officinis exhibent.

Vires. Membrana sistit valenter immodicos Alvi fluores & Sanguinis rejectiones (in Vino austero sumpta.) Quin etiam cum pari pondere ramentorum Eboris, alba Fœminarum profluvia cohibet.

Dosis Drach. ij. *Matthioli.*

(Ex Castaneis Emulsionem parantur ad Hæmoptysin:

Herb. Rorismarin. rec. 385.

Infundatur in magnum Vas, & affundantur
Vini Gener. Mens. ij.

Coquantur leni igne in Diplomate, seu MB. Vase vel Amphorâ benè clausâ, horis 8. deinde removeatur ab igne, ut refrigescat.

Assumat Æger haustum bonum unâ vel alterâ horâ ante pastum, vel horâ 7. matutinâ, 10. antimeridianâ, 5. pomeridianâ, & tempore decubitûs. Et dicit *LINDANUS* de hoc, quod sit magnarum virium, & comprobatum, quod credo; minimè enim jactator est.

Convenit etiam egregiè *Caryophyllatæ Radix* in Colicâ & Casu ab alto, pro Sanguine coagulato resolvendo: vid. *THEOPHRASTUS* pag. 691. (P)

LXXXII. CASTANEA. *Castanea Fructus* usitatus autem integri Montes pleni reperiuntur.

Castaneæ crudæ flatuosa, & Stomacho nocivæ sunt, *coctæ* verò abjiciunt Flatus, & adstringunt. Nonnulli commendant in Raucedine ab Aëre contractâ.

In usu apud nos est *Cortex*, non exterior, sed *Pellicula* illa, quæ immèdiatè cingit Nucem. In aliis locis Castaneæ in substantiâ solent usurpari. *Membrana* seu *Pellicula* dicta est *adstringiva*, & prodest contra quemcunque Fluorem, sive sit Sanguinis, sive aliorum Succorum; uti & Mulieres quædam *Castaneas* cum *Rasurâ Eboris* pulverifatas in Fluore albo usurpant: sed credo vi Eboris, non verò Castanearum.

(P) *Caryophyllatæ vulgaris Radix* fragrantissimum *Caryophyllorum* odorem spirat: *Caulis* cubitalis, *birsutus*: *Folia* *birsuta*, nonnullam cum *Agrimoniâ* similitudinem habentia: *Flores* *Tormentillæ*, *luteoli*: *Capitula* longis *aristis* horrida. Ex J. B. 2. 398. *Caryophyllatæ montanæ Folia* *crassiora*, *majora*, *rotundiora*, *crenata*, *longis pediculis* insidentia, circa quas *foliola* adnascuntur: *Flores* *maiores crocei*: *Radix* *valdè crassa*, *odorata*. Ex J. B. & *Dodonæo* *Menstruorum suppressio*, certis experimentis *Simonis Lazii*, *Medici Viennensis*, *sublata est* haud semel *Decocto Radicis Caryophyllatæ* in *Vino*. *Sal Caryophyllatæ vulgaris*, ex *Tournefortio*, *accedit ad Sal Ammoniacum*, sed *Acido* *resertum est*, & *multo Oleo essentiali*, *Terrâque involutum*. *Vinum* ex *infusione Radicis* *Deobstruens*, & *Vulnerarium est*: *Extractum* *valet ad Rheumatismum*.

(Q) *Notissima Arbor* *Castanea*. *Non à Castitate dicta est*, ut *quidam opinantur*, ex eo quod *Plinius* *illius Fructus jejuniis dicatos esse* dicat. *Fructus* *maiores Marrones* vocantur. *Apud Veteres* *multæ species*, *Tarentinæ planæ*, *Balanitæ rotundiores*, *Materanæ triangulares*, *Corellianæ*, &c. *Castaneæ molles* *Virgilii*, *coctæ potiùs erunt*, quàm *maturæ*, ut *interpretatur Servius*. *Διὸς βάλανος*, h. e. *Jovis Glans*, *Theophrasti*, *est Castanea*. *Castaneæ dicuntur quibusdam*, quod ex *Oppido Magnesiæ* *advectæ sint*, quod *Castanon dicitur*: *Nicander in Alexipharm.* *Τὸ Κασάνης ἰστρον αἶα*. *Stephanus ait*, *Castanon Apuliæ Oppidum esse*, non *procul à Tarento*, unde *Castaneæ advectæ*. *Dicitur & Nux Heracleotica*. *Castaneis imprimis abundat Neapolis*: *Martialis lib. 5.*

Et quas docta Neapolis creavit

Lento Castaneæ vapore tostæ.

Castaneæ putamen adstringit: *Caro* *haud noxii nutrimenti*. *Flatuosa* *minimè est*. *Campanus*:

Ventosam qui me censent, ventrique timendam,

Falluntur: Ventos pello ego, non facio.

Cum *Pipere* & *Sale comestæ* sunt *illicita Bacchi*, & *Veneris*. J. B. 1. 121. 2. *Camerario communicavit Crato*, quod *Emulsio Castanearum cum Decocto Glycyrrhizæ extracta*, *addito pauxillo Seminum Papaveris*, *confert* *illis*, qui *ardore Urinæ laborant*. *Castaneæ tostæ*, cum *Mellæ mistæ*, *additisque Floribus Sulfuris*, in *Electuarium* *abeunt*, ad *Tussim Sputumque Sanguinis*, *egregium*. T.

(R) *Antiquorum* *Caucalis* *quænam herba sit*, *valdè dubium*. *Dioscorides ait*, *Folia habere Fœniculo*, vel *Apio similia*, atque *inter Olera connumerat*. *Plinius quoque Fœniculo similem facit*. *Gaza* *Caucalidem* *Theophrasti* *vertit* *Pedem Gallinaceum*. *Daucum Sylvestrem nonnulli vocant*.

Caucalis inter Plantas Umbelliferas, *Semine aculeato*, *echinato*, *aut hispido*, *abundè distinguitur*, ut *alias notas conquirere non sit opus*, ex *Raio*. *Illam aperitivam*, *libontripiticam*, *emmenagogam*, *ὄξυδερκικὸν*, *faciunt Autores*.

Caucalis arvensis, *echinata*, *flore minore*, *de quâ Etmullerus*, *est Echinophora*, *tertia*, *λεπτόφυλλος*, *purpurea* *Col. hanc Fuchsius habebat pro Gingidio*. *Quam vocat secundo loco Etmullerus*, *Caucalis flore rubro* *semine hispido*, *si est* *Caucalis semine aspero*, *flosculis rubentibus* *C. B. erit juxta Methodum Tournefortianam*, *Daucus annuus*, *minor*, *floribus rubentibus*. *Item* *Caucalis arvensis*, *echinata*, *flore magno*, *quam Lappulam Canariam quibusdam dictam ait Etmullerus*, *eadem est ac* *Caucalis Dodonæi* & *Echinophora πικνόφυλλος*, *an Dioscoridis* *Gingidium* *Col. Hæruscis* *Petrosello selvatico*, *ex Tabernæmontano*. *Prætereà* *Caucalis arvensis echinata latifolia* *C. B. eadem* *Caucalis est*, *quàm Echinophoram quartam*, *majorem*, *πλατύφυλλον*, *purpuream* *appellat noster* *Columna*. *Demum* *Caucalis nodosa*, *quam vocat Etmullerus*, *erit* *Daucus annuus*, *ad nodos floridus* *T.*

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. *Ad Fluorem muliebrem*.

2. *Conserva*. *E Julis*, *Vomitoria*.

3. *Unguentum*. *Prævotio* in *Alvi profluviiis*.

LXXXIIL CENTAURIUM MINUS.

Centaurium [Minus, de quo hie.
Majus. Est Rhaponticiū vulgare. Vide suo loco.
Dicitur Centaurium, *Trag. Matth. Fuchsf. Dod. Lac. Lon. Lob. Cam. Cast. Tab.* Centaurium parvum, *Lob. Ger.* Centaurea, *Brunsf. Cast.* minor *Brunsf.* Centaurium minus, C. B. 1. Alias Febrifuga, Fel Terræ. Germanicè *Tausentguldenkraut*, *Erdgall*, *Fieberkraut*. Gall. *Petite Centauree*. Ital. *Biondella*. Nascitur solo arido, & pratis sabulosis. Floret Julio, & Augusto.

OFFI-

In Galliâ præparant ex Castaneis *Syrupum Pectoralem*, quæ in Raucedine ab Aëre contractâ, & asperitate Faucium utuntur; sed apud nos non est usitatus. (Q)

C A U C A L I S.

Conspectui se vobis jam præbet *Caucalis arvensis echinata flore minore*, ita dicta à figurâ Seminis exsiccati. Ad Chærefolium accedit, unde Germanis vocatur *Kleusen-Korbel*. Datur prætereà *Caucalis flore rubro*, *semine hispido*, uti & *Caucalis arvensis echinata flore magno*, *Lappula Canaria* quibusdam dicta: necnon *Caucalis arvensis latifolia*, item *Caucalis nodosa*, à *Nodis Scirporum* ita dicta.

In Officinis non sunt usitatæ, sed in Hortis tantum pro Plantarum Differentiis cognoscendis coluntur. Sufficit earum loco adhibere *Chærefolium sativum*. (R)

LXXXIII. CENTAURIUM MINUS. *Centaurium minus*, *flore rubro* seu *purpureo* in Officinis usitatum est, & propter multiplicem & eximium suum usum, in quo vix cedit Absinthio, prostat: Germanis vocatur *tausend GuldenKraut*. Datur aliàs & *flore albo* & *luteo*: quod posterius crevit in Montibus Alpinis Italiæ. Vocari solet aliàs *Fel Terræ*, ob Saporem, quem habet, amarissimum; item *Planta Febrifuga*, ex egregio & expertissimo usu fugandi Febres Intermittentes quæcunque, sive sint simplices, sive compositæ, sive erraticæ, sive periodicæ, &c. Optimo jure sociatur *Absinthio*, utut Sapore amarissimo

OFFICINALIA NATIVA.

Planta Folii ac Floribus referta, vel *Summitates* solæ.

Vires. Spleneticum est & Hepaticum; calfacit & siccit: Amarum est extra mordacitatem; unde & leniter astringens, extergens, aperiens, Vulnerarium; Biliosos & Pituitosos Humores quàm lenissimè per Alvim educit; Serum per poros discutit. Hinc utile in Febris (unde & Nomen habet,) Ictero (Ascite, Pulvis ad ʒj. cum Semine Anisi tertio quoque die sumtus,) Menstruis suppressis, Scorbuto, Arthritide, Lumbricis, & specificè in Morsu Canis rabidi.

(*Externè* Decocto utuntur ad Furfures Capitis & Tineam.)

N. Tantæ æstimationis est, ut vix Vinum Medicatum, seu

Absinthites vulgus paret, cujus partem non constituat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex integrâ Plantâ.
2. *Spiritus.*
3. *Extractum* i. e. Succus inspissatus ex Herbis ac Floribus conquassatis, atque cum Aquâ maceratis.
Dosis ad Drach. j.
4. *Sal com.* Ex Cinere.
(*Mel Centaurii* proficit in Officinis nonnullis.)
(*Item Conserva.*)

CENTUMNODIA. Vide POLYGONUM.

LXXXIV. CE-

mo & potentiâ detensivâ Absinthium superare solet.

Usus ejus internus idem est cum Absinthio pro corrigendis vitis Bilis, cujus dyscrasie Sapore suo amaricante optimè convenit, quapropter & *Planta Hepatica* dicitur. Nam uti *Plantæ Acidulæ Anima* sunt *Stomachi*, ita *Amaræ* sunt *Anima Hepatis*. Certè quod est in Microcosmo Bilis, id est in Macrocosmo hæc Planta. Ratione enim Amaritiei suæ potenter abstergit & resolvit quasvis sordes in primis viis stagnantes, vi stimulativâ Intestinorum subinde *Alvim laxare* observatum fuit. Præterea optimè succurrit Affectibus ex *Acido* & *Viscido* natis, corrigendo Causam occasionalem, atque impedimentis Bilis elaborationi objectis; Bilemque minùs oleosam, ac aquosam, magisque dulcem acuit, & restituit ejus inertiam: hinc, ut dixi, in *Febris Intermittentibus* (ubi vitium in primis viis hæret) & consequenter in aliis etiam *Morbis Chronicis* & *Cachectis*, indeque dependentibus Mensium defectibus, est egregia; sicut etiam tempore verno adhibita in *Nodulo* unâ cum *Absinthio Cachectiam* corrigit. Certè vix ulla est *Essentia Cachectica* vel *Elixir Febrile*, cui hæc non admisceatur: sic in *Intermittentibus Febris* nullum datur *Vegibile melius*; hinc in *Tertianis Intermittentibus* sæpè *Decoctum* ejus ex *Summitatibus* ad ʒj. instar omnium est. Unde RULANDUS in *Curat. Empiricis*, Anno 1628. *Basilæ editis*, testatur, se omnes *Febres Tertianas*, etiam *Chronicas*, præmissio Vomitu, hujus *Herbæ*, ejusdemque *Florum Decocto*, curasse: e. g.

ʒ. *Flor. Centaur. minor.* M. ʒss. vel M. ij.

Rad. Mari ʒj.

Decoquatur in f. q. *Aquæ simplicis*.

Decocti calentis quotidie in lecto benè reclusus Æger exhaustus ʒij. v. vel vj. & diu multumque sudavit, necnon continuato hõc, benè convaluit, præmissio *Vomitorio* ante *Paroxysmum*.

Sæpè usus est idem RULANDUS solo *Centaurio minori*, cum *Asaro*, si fuit *Chronica*, sine *Asaro*, si fuerit tantum *Intermittens*. Certè in *Febris Intermittentibus Absinthium*, *Fumaria*, *Carduus benedictus*, & *Centaurium minus*, sunt optima *Specificæ*. Si fuit *Tertiana*, sive vera sive notha, RULANDUS conjunxit cum *Centaurio minori* *Carduum benedictum*, & in *Vino* decoxit; in *Quotidianis Cardui benedicti* Manipulos duos decoxit in *Vino*. Quæ *Decoctio* vulgaris, sed tamen egregii, sunt usûs. Alius enim *Senem sexagenarium Quotidianâ*, cum *Anorexiâ* & *Ictero*, afflictum; curavit hoc *Decocto*.

ʒ. *Herb. Orig. florecent.*

Centaur. minor.

Card. bened. an. M. ʒs.

Croci ʒj.

Baccar. Alkek. ʒj.

In *Aquæ simpl.* ʒj. coquantur ad consumptionem ʒss. POPPIUS de *Peste* tanti facit *Centaurium minus*, ut appellet *Sarsaparillam Germanorum*. Ad *Hæmorrhoides suppressas* aperiendas, partim interno usu quocunque, partim externâ affriccione, conducit. In specie præter dictas vires cum Absinthio communes, *Menstruorum suppressioni* & *Morsu Canis rabidi* mederi solet, in quo ultimocasu mirè à *Veteribus* laudatur. Confer. PAULI in *Quadrip. Botanico*, ubi de *Centaur. minori*. Valet etiam in Affectibus *Apoplecticis*, *Epilepticis*, *Uterinis*, similibusque *Nervorum frigidis*; necnon contra *Morsum venenatorum Animalium*: vid. JULIUS PALMARIUS de *Rab. contagiosa*.

Externè Clysteribus fortioribus revellentibus in *Apople-*

xiâ, *Paralyti*, & reliquis Affectibus *Capitis*, ubi stimulo acriori opus, additur, ob ejus acrimoniam, qua stimulat *Intestina* ad excretionem. Egregium est *Ulcerarium*; unde in *Abcessibus cacoethicis*, & *Ulceribus putridis mundificandis* laudatur, si hujus *Decocto* eluantur, aut *Injectionibus* *Chirurgorum*, horumque *Linimentis* addatur, sic enim à *Malignitate* egregiè mundificantur, & ad *Suppurationem* perducuntur. Si eluantur *Fistulæ* hoc *Decocto*, disponuntur ad *Maturationem*, & sic mundificando & detergendo sanantur. *Decoctum* in *Oleo* vel *Aquâ simplici* præsentaneum est *Remedium*, appositum externis *Partibus contusis* & *Sanguine suffusis*; discutit enim *Sanguinem extravasatum* & *coagulatum*, simulque dispellit.

Quoad *Preparata*, in *Usu medico*, præter *Aquam* & *Pulverem* ejus, est *Extractum* seu *Succus inspissatus*, *Essentia liquida*, & *Sal fixum*.

Pulvis Summitatum florecentium à ʒj. & ʒss. ad ʒj. præmissis *Universalibus primas vias abitergentibus*, in Affectibus *Biliofis*, & *Mensibus suppressis* est egregius, & in *Febris Tertianis* quibusdam pro *Secreto* habetur. PALMARIUS de *Morbis Contag.* c. 18. p. 460. dicit, quod si fiat *Pulvis* ex *Summitatibus Centaurii minoris*, dum adhuc turgent *Semine*, & ejus ʒj. in *Vino* vel *Aquâ Cardui benedicti* hauriatur, sic *Pestis imminens*, & jam contractæ, per *Sudorem* singulare propugnaculum.

3. Cæterum, quibus ingrati sunt hujusmodi *Pulveres* & *Potiones*, quoniam non parùm amaricant, iis potest præscribi *Extractum*, seu *Succus inspissatus* hujus vel aliarum *Plantarum Febrifugarum*, vel *solum*, vel cum *Sale Cardui benedicti*, aut aliis *Plantæ aperientis*, sub formâ *Pilularum* ante *Paroxysmum febrilem* usurpandum. In *Febris* ergo

ʒ. *Extr. Gent. rubræ*,

Zedoar.

Centaur. minor. an. gr. vj. vel viij.

M. f. *Pilula*, dandæ bihorio ante *Paroxysmum*, quæ sufficienter *Rigorem* tollent.

Vel

ʒ. *Extr. Absinth.*

Centaur. minor.

Gentiana,

Tberiacal. an. gr. v.

Olei destillat. Caryophyll. gutt. iij.

M. f. *Pilula*, quæ assumantur horâ unâ vel alterâ ante *Paroxysmum*.

Item;

ʒ. *Extr. Absinth.*

Card. bened.

Centaur. min. ʒj.

M. f. *Pilula* No. 40.

Dosis ʒs. ante *Paroxysmum*, loco *Pulverum* & *Decoctorum* satis ingratorum.

Vel

ʒ. *Distillat. Extractor.* qu. v.

adde

Laud. opiat. gr. j.

M. f. *Pilula*.

Essentia in Affectibus *Biliofis*, *Febris Tertianis* & aliis *Intermittentibus*, ubi vitium in primis viis hæret, & consequenter in aliis etiam *Morbis Chronicis*, ac *Mensibus* promovendis, egregia est.

4. Copiosum suggerit *Sal fixum*, quod, præter usum febrilem, etiam in *ciendis Mensibus* primatum ducit. (S)

LXXXIV. CE-

(S) *Centaurium minus Antiquis* *Limnesium* & *Limnæum* dicitur, *Plinio* *Libadion*, *Theophrasto* πάλαι λεγόμενον. *Veterum descriptiones* adeò non congruunt cum nostro *Centaurio minori*, ut *Fuchsius dixerit*, vel *Centaurium minus nostrum* non esse *Centaurium minus Antiquorum*, vel *falsam esse illorum descriptionem*. De *Viribus Centauræ* *Liber*, *saniorum Criticorum* *judicio*, falsè *Galeno* adscribitur. *Quamvis* *Centaurium minus luteum* *perfoliatum* aliud *Genus* *facere* *voluerit Raius*, à *Centaurio minori* *distindum*, quòd *hoc capsulas seminales oblongas*, *illud subsundas*

LXXXIV. CEPA, CEPE.

K *Pόμμιον*, Arab. *Bassal*. Cepe *Trag. Fuchf. Matth. Cord.* in *D. Cast.* capitata, *Matth.* Cepa rotunda, *Dod.* Cepa laeva, *Matth.* Cepa alba & rubra, *Lon. Tab.* Cepa vulgaris, C. B. 1. Germ. *Zwiebel*, *Zwiffel*. Gall. *Oignon*.

Ceparum etiam variae dentur Species differentes pro diverso colore Florum & Radicum, tum pro diversa Radicum figura, rotunda, oblonga, sessili, &c. atramen conveniunt Facultatibus, adeoque promiscue usurpantur, acriores tamen sunt oblongae.

Coluntur in hortis, soloque gaudent optimo: Florent Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix sola.

Vires. Calfaciunt & siccant ad gr. 4. aperiunt, incidunt, abstergunt, partium sunt crassarum, adeoque flatulentae. *Usus.* praecipui in Tartaro Pulmonum incidendo & expellendo (cum Melle coctae & usitatae); in Urina & Menstruis ciendis, in Lumbicis fugandis (in Infusione.) *Extrinsicis* maturant & rumpunt Apofsemata (coctae & impositae), etiam maligna in Peste, (impletae Theriacae vel Mithridatiae & coctae.) Urinam proritant (coctae in Axungia & impositae. Nidem facit Membranula cuilibet carnae particulae intercedens. Glandi scilicet imposita). Pernionibus conferunt (cum Adipe coctae & impositae): Menfes & Haemorrhoides proluciant (subditae): Ambustis medentur (crudae cum Sale subactae ac statim impositae.)

N. Sunt qui contagioso Aere in Conclavibus purgant, iisque Contagium colligi, adeoque Conclave purgatum iri autumant.

LXXXV. CE-

LXXXIV. **C** EPA, CEPE. *Cepa* Germ. *die Zwiebel*, cujus ex Odore, Sapore, Acrimonia & Proprietatibus colligi potest, quod constat *Sale volatili acris*, admodum subtili, seu, ut vocant, *Mercuriali*; adeo ut levi coctura vis omnis evanescat. Partici. sit aliquantulum de *Sulphure*, id quod ex Faetore colligere licet.

Interne raro usurpatur, quia Capiti & Oculis sunt nociva. Sunt insigniter *Diuretica*, & quandoque usura insigniter *Sudoriferum* habent in Febribus Malignis. PETRUS MONTANUS pro Sudore movendo in Peste sumpsit *Cepam* unam, in medio demorsam & excavatam, atque cavitati ejus indidit *Theriacam* optimam, & superimposito operculo, in linteo madefacto affavit ita sub cineribus, & *Succum* postmodum expressum, à Cochleari uno ad alterum, propinavit in Peste & Febribus Malignis. In *Aceto* item maceratae *Menstrua* acerrime provocant.

Externe adhibentur ad Urinam suppressam revocandam: vid. RIVERIUS in *Observat.* 3. à *Marvino* communicat. pag. 290. Applicatur *Placenta ex Cepis* regioni Renum. *Placenta* descriptio habetur *Observat.* 2. *antecedente proxime citato loco*; vel solum in forma *Cataplasmatum*, si *Cepae* sub cineribus calidis coctae addatur ʒss. *Pinguedinis Anserinae*, & illinatur regioni Umbilicali & Pubis, si causa sit in Vesica; sin in Renibus, *Cataplasma ex Cepis* cum tali *Pinguedine* applicatur Renibus, & sic prompte Urinam ciet. Fit etiam nonnunquam, ut ex nimio Coitu Urina supprimatur, ubi res periculi plena, & metuenda Prostatum Inflammatio & Exulceratio: in tali casu hoc *Cataplasma* imponitur Perineo, spatio inter Anum & Scrotum, secundum HOLLERII *Experientiam*, in *Observat.* 17. *Centur.* 1. Alii addunt *Cepis Allium*, & coquunt cum *Adipe Anserino* pro tali *Fomento*, c. g.

ʒ. *Cepar.* No. vj.

Capit. Allii No. ij.

Haec contusa subigantur cum *Adipe Anserino* ad consistentiam *Cataplasmatum*: cui addi potest *Oleum Baccarum Juniperi*, vel aliud appropriatum.

Loco *Adipis Oleum Scorpionum* potest substitui, quia simul est diureticum, pro varietate circumstantiarum.

Apossemata item maturat, tam Maligna quam Benigna, in quibus scilicet Sanguis Aquam mistus reperitur (uti habetur in Inflammatione Tonsillarum) iisque difficillioris Suppurationis egregie conducit *Succus Cepae*, & additis *Cataplasmatum emollientibus & suppurantibus*. Vel si *Cepae* sub cineribus coctae addantur reliquis *Suppurantibus*, adjuvant Maturationem, quando non possunt discuti alijs. Nam adest (1)

tundas obtineat; attamen ne ob duas vel tres Centaurii lutei species, novum Genus faceret Tournefortius, in *Centaurii minoris* Charactere Fructum posuit vel cylindraceum, vel ovatum. Est ut vocat Etmullerus, *Centaurium minus* flore albo J. & C. B. ut & *Centaurium minus*, luteum, perfoliatum C. B. atque ad idem Genus pertinentes *Species*.

Officinale est *Centaurium minus*, flore purpureo J. B. *Planta* notissima, cujus *Radix insipida*, *Folia & Summitates amarissima*. In *Lixivio decocta* *Capillos flavos reddit*, quare *Biondella Italica*, ex *Matthiolo*: ut notat hic etiam *Schraederus*. *Folia & Flores* bujus *Plantae*, est *amarissima* sint, valde tamen *rubefaciunt chartam caeruleam*, quemadmodum *Aloe*, *Cortex Peruvianus*, & *Ipecacuanha* faciunt: est igitur in his *Sal terrenum maximam copiam*, sed *Sulfuri*, & *Sali Ammoniaci junctum*. Hinc nil mirum si haec *Remedia sint aequae Febrifuga*, ut notat *Tournefortius*. *Febres Intermitteutes integre sanantur* ʒss. *Extracti Centaurii minoris*, & *ana Pulveris Corticis Peruviani*. *Dioscorides & Galenus Centaurio minori vim Bilem per alvum purgandi tribuunt*: sepe omnes *Practici negant*, & praecipue *Dodonaeus*: huic autem sese opponit C. Hoffmannus, qui ait *Centaurium minus purgare, si debita quantitate exhibeatur*. Et quidem si *Amara quaecumque Bilem* (*Natura clysterem*, ut vocant,) *inertem redditam acuentia*, solent *Intestina irritando, ad faecum expulsionem proritare*; eadem ratione *amarissimum Centaurium minus, deficientis Bilem in intestinis copiam adaugens, poterit Alvum sptictiorem aliquomodo solvere*.

(T) *Cepa inter Plantas Flore liliaceae connumeratur à Tournefortio; sed illud ei peculiare est, tum quod Flores in fasciculum sphaericum sine collecti, tum etiam quod Folia, Caulisque tubulata sint*. *Membranas Festus Tallas vocat*. *Cepa visu bona, esu mala*, ait *Hippocrates*: at *Cepa & Allium Aegyptiorum Numina* ex *Plinio* lib. 19. cap. 6. *Theophrastus*

Humor crudus, (2) permixtum & nimium Acidum in Massa Sanguinea: Et haec duo impediunt Suppurationem. Quando ergo additur *Cepa cocta*, *Sal* ejus volatile sese ingerit & corrigit Acidum, penetrativa sua vi incidit *Humorem crassum*, & promovet Suppurationem, impedimenta removendo. In *Tumoribus* ergo *difficiliter suppurabilibus*, pro temperando Acido, & *Humore crasso* incidendo, tale potest adhiberi *Remedium*:

ʒ. *Cepar.* sub ciner. affatar. ʒij.

Fol. Erysimi,

Cheerfol.

Nasturt. bortenf.

Sambucti an. M. ʒss.

Far. Fabar.

Lupinor.

Albi Graci an. ʒj.

Nidi Hirund. No. j.

F. *Decoctio in Sero Lactis* ad consistentiam *Cataplasmatum*.

Item in Abscessibus Malignis applicatur, in specie *Bubonibus Pestilentialibus*, pro *Materia venenosa* extrahenda, ne possit regredi in Corpus: Vel

ʒ. *Theriacae*,

Misceatur cum *succo Ceparum*:

Vel

ʒ. *Cepa cava*,

cui immittatur

Theriacae,

& applicetur.

De virtute hujus *Cepae* vid. *FORESTUS l. 6. Obs. in Scholio*; ubi refert de *Chirurgo*, quod in *Peste Delphensi* *Bubonibus* praecipue applicavit *Cepas coctas*, & contritas cum *Sinapi albo* recenter molito seu contrito. Nam si *Farina Sinapi diu steterit*, avolat *Sal volatile*, cujus ratione prodest. Quod si defuerit *Sinapi album*, ejus loco substituit *Theriacam*, quam cum *Cepis* contudit, miscuit, & subinde intra tres dies *Pestilentia* curata, *Abscessus maturatus & ruptus* fuit. Item in *Morsu Canis rabidi* *PARACELSUS* eadem commendat, si scilicet *Morsui* aut *Cepae cum Theriacae & Melle* commisceantur; aut solae sub cineribus coquantur, & parti cruentatae apponantur. Sic & in *Ambustionibus* statim *Cepae crude* recipi, & cum *Sale communi*, vel melius cum *Sapone Veneto*, vel cum *Melle* contusae, loco *ambusto* non sine commodo applicari possunt. Vel *Succus* recenter expressus applicatur recenti *Ambustioni*; qui magis sit appropriatus, si miscetur cum *Succo Canororum fluvialium* egregio in *Ambustione*. (T)

LXXXV. CE-

LXXXV. CERASA.

Cerasorum varia producuntur Genera, tam secundum colorem, quam secundum saporem differentia. Veruntamen in Usu Pharmaceuticum duo potissimum accensentur, *Subacida*, rubra scilicet (*Amarena*), *Dulcis*, nigra.

Cerasa apud omnes ferè Authores nomen suum retinent & dicuntur Cerasa. Germ. *Kirschen*. Gall. *Cerises*.

OFFICINALIA NATIVA.

Cerasa utriusque generis siccata. *Nuclei & Gummi*.

(Folia in Lacte cocta scorias educunt biliosas, curantque Icterus.)

Vires. *Acida* refrigerant, siccant, astringunt. Cor ac Stomachum roborant; hinc utilia in febrili Siti ac Æstu mitigando, &c. Fernelius Decoctum Cerasorum in Hypochondriaco affectu summè commendat. *Dulcis* temperata sunt ad humiditatem inclinantia. Cephalica, unde & in Morbis Capitis, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Paralyfi, &c. peculiariter proficua censentur.

Nuclei Calculum comminuunt, adhibenturque contusi in

Frontalibus, Unguentove refrigeranti commixti; ad Dolores febriles Capitis demulcendos faciunt.

Gummi celebratur vi lithontriplicâ.

P R Æ P A R A T A.

1. *Condita*. Coniunguntur Acida cum Saccharo. Vide suprâ.
2. *Succus*, sive *Rob*. Ex Acidulis fit, expressione scilicet, & inspissatione.
3. *Syrupus*. Ex Succo acido & Saccharo.
4. *Aqua stillatitia*. Ex Dulcibus nigricantibus.
5. *Spiritus*. Ex Dulcibus nigris fermentatis; dicitur & *Quinta Essentia*. Vide de Spiritibus.
6. *Aqua Diuretica*. Ex Nucleis utrorumque. Vid. lib. 2.
7. *Tinctura ac Extractum*. Ex nigris fit cum Spiritu Vini, vel Aquâ propriâ l. 2. *Querc. Pharm. Rest.*
8. *Dia-* (*Simplex* in Pulp. Ceras. vinos. (per cribrum)
mare (*℞*. iij. Sacch. *℞*. ij.
natum. (*Compositum*. Fit ex Simplici ac Aromatibus.
9. *Oleum*. Ex Nucleis exprimi potest, sed minùs usuale (Ineunte Vere ex Corticibus Cerasi minutim incisus per descensum igne forti destillatur *Liquor Moschi* odore. (*Hofm.*)

LXXXVI. CERE-

LXXXV. CERASA. *Fructus* hic cognitus est satis, cujus duo Genera maximè utilitata: *Acida & Dulcis*.

Quod *Acida* attinet, horum Acor blandus perquam Stomacho conducit ad conciliandum Appetitum: nonnihil astringunt, Æstum ac Sitim in Febribus Æstuosis & Malignis mitigant, adeoque Febrientium & Æstuantium solamina sunt: nimirum Sanguinis Æstum ex ebullitione intensiori blandè refrænant, unde Hepar refrigerare aliàs dicuntur. Hinc usitatissimè in Febrientium Paroxysmis ad impediendam Sitim, Æstum Faucium compescendum, & restaurandas Vires in Aceto condita propinantur, additis Aromatibus, v. g. *Caryophyllis*, *Cinnamomo*, &c. ut in Ore retineantur aut masticentur.

Cerasa lanativa parantur inde hunc in modum:

℞. *Cerasa acida condita*:

Perforata, irrorentur *Vino Infusionis Croci Metallorum*, exciccantur, & crebriùs irrorentur: quæ masticata postmodum Vomitus ciebunt.

Succus & Syrupus cum addito *Saccharo*, solet ingredi *Julebos*, in Febribus Ardentibus pro compescendo Ardore, & Siti sedandâ: e. g.

℞. *Aqua Fontan.* ℞j.

Succ. Cerasor. nigr. ℞ij.

Syr. Rubi Idæi q. s. pro grato Julebo:

cui pro majori gratiâ parum *Succi Corticum Citri* oleosi inspergatur. Vel

℞. *Decoct. Raf. C. C.* ℞jss.

Succ. Cerasor. nigror. ℞iij.

Syr. Rubi Idæi

Papav. albi an. ℞j.

M. f. Julebus.

Nuclei eorum masticati sunt quasi terebinthinati: hinc ad purificandos Renes, & in Nephritide admodum utiles sunt, & vim egregiam diureticam habere dicuntur; inde pro Nephritico cum Nucleis simul, pro usu Cephalico sine Nucleis, contundantur Cerasa.

Oleum ex Nucleis hisce expressum rarum quidem est; sed contra Affectus Nephriticos commendatissimum.

Principio Veris quidam recipiunt *Corticem interiozem Cerasi*, destillant forti igne per descensum; & sic prodit *Liquor*, qui destillatus dicitur olere instar Moschi & Zibethi, pro illitione & odore conciliando.

Quod verò jam *Cerasa Dulcis* attinet, temperata, & pro Affectibus Cephalicis in usu sunt.

Hæc destillata *Aquam egregiam*, & priùs fermentata *Spiritum ardentem*, suave Aroma spirantem, indeque Analepticum, Cephalicum, Apoplecticum, &c. dare solent. *Ufus* hujus *Spiritus* expertissimus est in Aphoniâ & Loquelâ amissâ: vid. KESLERUS in 500. *Chymischen Processen* p. 37. *Editionis novissimæ*: Quando scilicet cum paucis guttis *Olei Caryophyllorum destillati*, *Lavendulæ*, vel *Anisi*, acuatus fit, & eo Lingua illinatur; vel etiam si addatur *Spiritus Theriacalis camphoratus*, quò penetrantissimus erit, eò melior. Item in Affectibus Epilepticis, Apoplecticis, Vertigine &c. valde commendatur, & præcipuè in Paralyfi; unde & inter *Remedia Cephalica* meritò refertur, tanquam *Specificum & Appropriatum*, imprimis si *Castoreum* addatur.

Quidam etiam usurpant *Aquam & Spiritum Cerasorum lavendulatum*; cum nempe Flores Lavendulæ in quibusvis Capitis Affectibus aliisque Nervoli generis subitaneis Morbis, egregii sint.

Aqua fit pro Vehiculo hujus *Spiritus*. (V)

DE

phrastus à locis species distinguit: Gnidia, Samothracia, Ascalonica, &c. Dioscorides à figurâ, & colore, Longas, Rotundas, Flavas & Candidas appellat. Radix *Cepæ acerrima*, Oculos mordicat: unde Lucilius,

lippus edendis

Acribus assiduè fuit Cepis lacrumosis.

Esti Dioscorides Succum cum Melle illinum, ad visus bebetudines, tuberculas, & incipientes Suffusiones commendet. *Cepæ* omnes flatus signunt, appetentiam involtant, sitim movent: (antis moribus cum Aceto, Rutâ, & Melle illinum: coctam vehementius Urinam pellere ait J. B. est de crudâ id vulgè creditur. *Aqua* in quâ pe. noctem macerata sit *Cepæ* è Puerorum ventre Vermes expellit. *Cepæ* cum Sale ambustis medetur. Ex Parzo, Manu Succo *Ceparum* illite inflammati Lardi fervidâs extillantés guttas ferunt absque noxâ. Ad comesti Porri tetrum odorem tollendum, Remedium Th. Mori:

Sectile ne tetros Porrum tibi spiret odores,

Protinus à Porro fac mihi Cepe vores.

Vide quæ de tollendo *Cepæ* ipsius & Allii fœtore scriptissimum ex eodem Porro, ubi de Allio. *Cepas* contusas ad Alopecias commendant tum Veteres, tum Recentiores: post illarum Forum præscribit Fernelius, ut mane & vespertî Caput illis confricetur, ut prorsus rubescat, deinde Melle oblinatur vice Cataplasmatum. Schola Salerni:

Contritis Ceptis loca denudata Capillis

Sæpè fricans, poteris Capitis reparare decorem.

(V) *Κερασο* Arbor, *Κερασια* Fructus. Theophrastus 3. hist. 13. Cerasia & Cerasa Dioscoridi lib. 1. 157. Sic appellata à Cerasunte municipio Ponti, unde Lucullus Rom. Imperator post debellatum Mitbridatem, primùm in Italiam attulit. Athenæus lib. 2. Plinius lib. 15. cap. 25. Cerasa Aproniana rubens, Actia nigerrima, Cæciliana rotunda, Juliana grata, optima Duracina. Lauro insita Cerasus fructus dat non ingrata amaritudinis. Ex Plinio. Differentiæ desumuntur à magnitudine, figurâ, colore, & sapore: quedam sunt solitaria singulis pediculis appensa, quedam racemosa: quedam Succo sanguineo labia & manus insciente turgent: qua amaritudinem quandam præferunt Amarina vocantur. Sunt & præter Sativas Arbores etiam Sylvestres. C. B. 449.

De Ceraso loquitur Theophrastus, tribuitque solia Mespili. Plinius ait Cerasi Fructus medios esse inter Baccas, Acinosque. Athenæus rem confundit. J. B. 1. 216. Galenus Cerasorum meminit, & Diospyra vel Diosphyra addit, qua quidam putant Cerasorum species esse. Differentiæ Cerasorum à sapore, colore, figurâ, magnitudine, loco, Inventoribus. Ex Cordo Duracina Plinii sunt oblonga ex albo rubescens: qua præcocia sunt, & circa medium Majum Ma-

LXXXVI. CEREFOLIUM.

X *Ἀσπέρουλον* Chærefolium, *Brunsf. Dod.* fativum, *Trag.* Cærefolium, *Matth. Cast.* vulgare, *Ger. Lon. Lob. Carn.* Tab. Gingidium, *Fuchf.* Chærophyllym fativum, *C. B. 1.* aliàs Cerifolium. *Germ. Kerbell. Gall. Cerfeül.*

Est (Sativum. *Hoc Officinale, & jam nominatum.*
(Sylvestre. *Hoc minus usuale.*

Crescit in hortis, floret Majo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Folia & Semen.

Vires. Galfacit & siccat, discutit, est partium tenuium, Diureticum, Emmenagogum ac Lithonripticon, Sanguinem coagulatum resolvit, Somnum suaviter inducit. Extrinsecus usus insignis est in Dolore Colico, in Urinâ retentâ (impositum in Cataplasmate.)

P R Æ P A R A T A .

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ Plantâ.
2. *Sal. Com.* Ex Cinere.
3. *Oleum.*

CETERACH. Vide SCOLOPENDRIUM VERUM.

LXXXVII. CHA-

DE MEDICAMENTIS SPECIFICIS.

IN genere adhuc notandum, quod falsum omnino sit, quod quædam *huic vel illi Parti in specie*, ut Centaurium minus Hepati, Juniperus Renibus, &c. inservire dicantur, idque ob quandam *Sympatiam occultam*, quæ nulla est. Quod autem Remedia quædam in hac vel illâ Parte potentiam suam magis exerant, ex longè alio est principio. Equidem verum est, omnia Acida Stomacho pergrata esse, unde *Stomachica* dicuntur; sicut omnia Amara Bili balsamicæ conducibilia, ob id *Hepatica*; atque omnia Oleosa aromatica Renibus dicata *Nephritica* dicuntur; omnia item Aromata ob spirituositatem suam *Cordialia* rectè pronunciantur. Sed quare hoc? Remedia scilicet propinata, & Chylo communicata, mediante circulatione in universum Corpus diffunduntur, & ita ad Partes delata mechanicâ suâ conformatione certis quibusdam Partibus se insinuant, ut effectum suum exequantur. E. g. omnia Amara, quatenus Bili inserviunt, & proventum ejus promovent, poris Hepatis se insinuant. Porrò Cordialia ob spirituositatem Spiritus animales restaurant, & Cordis motui, pro Sanguinis æquali per totum Corpus distributione, inserviunt; atque aded omnia Aromata, dum in Spiritus resolvuntur, Spiritibus & systemati Nervoso sunt satis amica.

LXXXVI. CEREFOLIUM. *Cerefolium* seu *Chærefolium*, *Kerbel*, est *Chærophyllyon Græcorum*, & (1) vel *Sativum*, vel *Sylvestre*, (2) *Italicum* seu *Romanum*, aut *Hispanicum* seu *Cicutaria odorata*.

In Officinis Folia usitata sunt, & Semen.

Usus est quodammodo *Culinaris & Officinalis*: quoad *Usum Culinarem*, Chærefolium Sapore grato præditum est, blandumque & temperatum quasi aromaticum, hinc propter Saporem aromaticum in Jusculis Carnium & aliis recens in usu est, in quibus hujus Folia minutim incisa conjiciuntur; idque ided, quia Stomachum confortat, & ad assumendos Cibos aptiorem reddit. Comedi etiam possunt cum *Pane Butyrooblito*.

Usus Medicus est *Stomachicus*, ac in *Flatibus Abdominis & Hypochondriorum* egregius. Vis ejus dependet à *substantiâ aromaticâ* suavi, in particulis oleosis falsis volatilibus fundatâ, attenuativâ Viscidi, & corruptivâ Acidi visceri. Affectibus igitur Capitis Senum per consensum Stomachi, in specie Vertiginis, præsentaneum, si quid aliud, est Remedium. Hinc qui ex Vertigine Apoplexiam meruunt, uti Senes, eo tutò uti poterant. In *Sanguine* pariter congruato resolvendo, & discussione ejus promovendâ conducit; hincque in *Casu ab alto Decoctum* ejus in Aquâ vel *Cerevisiâ* propinandum. In *Vulnerationibus & Exulcerationibus Viscerum internorum* vi sanativâ & toni restaura-

Tom. IV.

(Majatische) *maturescunt*. *Actia*, & *Cæcilianæ* Plinii, *nempe nigerrima*, *Corbine* dicuntur. *Sans & Visciole*, vel *Amarene* à sapore. 219. *Cerasa præcocia* facit *Calx Arbori admota*, vel *Aqua calida*, aut *Lixivium*. *Cerasa alvum molliunt*, sed *stomacho inutilia*: Plinius. At ex *Cello stomacho idonea sunt*: quare quibusdam *Autoribus* *ἰσούμαχα*, aliis *κακόςμαχα* existimantur. *Nucleus valet ad calculum ex Scholâ Salerni*. J. B. 1. 226.

(X) Cerefolium ex corrupto Chærophyllym, à *χαίρω* gaudeo, & *φύλλον* folium, quod foliis gaudeat & luxuriet. Planta est notissima, & *Culinis* valdè familiaris. *Umbellifera* est, & *seminibus* gaudet rostri *Avium æmulis*. Sunt non pauci inter *Botanicos*, qui Chærophyllym *Gingidium Antiquorum* esse putant: sed quum Galenus asserat *Gingidii Radicem amarore & adstrictione* notabilem esse, erit sanè *Gingidium* aliâ à Chærophyllo longè dissidens *Planta*; Chærophylly enim *Radix atris potius & odorata* est, quemadmodum & *Folia*. Ad *Sanguinem* in *internis Corporis partibus*, præcipuè ex *Casu ab alto*, concretum resolvendum, *Lapides Cantororum*, & *Carbones Tilia in pulverem redige*, *Succoque vel Aquâ Chærophylly imbi*, atque *exhibe*, Cerefolium, quod vocat *Ettmullerus*, *Hispanicum*, seu *Cicutariam*, odoratam, est *Myrrhis major* C. B. seu *Myrrhis Dodonæi*.

(Y) Cerefolium aciculatum *Ettmulleri*, seu *Scandix*, est inter *Plantas Umbelliferas* connumeretur, atque Chærophyllo valdè affinis sit; nihilominus ex *Tournefortio* diversum constituit *Genus*, ratione *diversitatis* *Seminum*, quæ in *caudam longam* desunt, *Acus proorsus* referentia. Vulgò *Pecten Veneris* audit. *Casabona* putat *Scandicem* esse *Anthriscum* Plinii: Sed de *Scandice* *Creticâ* *minori* C. B. id intelligendum, quam eandem *Columna* noster appellat *Anisomarathrum Apulum*.

(Z) De *Cerinthe* nil habet *Schroëderus*: pauca addit *Ettmullerus*, sed nullâ ratione ad *Symphyta* pertinere ait.

tivâ pollet, sanat omne Malum in Corpore; item vis Diuretica, quia est Herba Vulneraria, in eo prædicatur: hinc qui patiuntur Exulcerationes Renum & Vesicæ, & quibus adest Nephritis notha scorbutica, istud adhibeant. In Tussi, si Pulmones affecti, ne horum noxa recidivet, convenit; unde *Decoctis Pectoralibus* in Affectibus Phthisin minitantibus, item in *Empyemate*, optimo cum successu additur, imprimis *Hedera terrestris* sociatum. Mulieres quoque, quibus ex vitio *Lactis* *Mammarum Abscessus* oriuntur, adhibere solent: vid. *FORESTUS* in l. de *Puerperis*, ubi scribit: se *sapius usurpasse in its Mulieribus*, quibus *Lac in Mammis* fuit *coagulatum*. Dicunt etiam nonnulli, quod si *Ægrotus* quidam desperatus assumptum *Succum Chærefolii* retineat, signum sit, illum certò reconvaliturum; sin minùs, significet *Ægrum* certè moriturum.

Externè in Colicâ, & Urinâ suppressâ commendat *AUTOR*. *Puerperæ*, si à Partu ex subito Frigoris occurso, aliâve ratione simili, Urinam emittere nequeant; *Cataplasma* ex *Chærefolio* cum *Parietariâ*, ac in *Butyro* insulso frixis, optimo cum successu imponitur.

Essentia ex Chærefolio in Officinis paratur, vel *Simplex* cum *Spiritu proprio* aut *Spiritu Vini*: vel *Composita* cum *Ocimo & Spirito proprio*, in Vertigine per consensum *Hypochondriorum & Stomachi*, Casu ab alto ad *Sanguinem* congruatum resolvendum, & discussionem ejus promovendam. (X) Chærefolio congeneri *Planta* est

CEREFOLIUM ACICULATUM.

Chærefolium *Aciculatum*, seu *Scandix*. *Herba acuta*, *Acicula*, *PLINIO* *Pecten Veneris*, dictum, *Chærefolii minoris* species est, saporis & odoris ratione; hinc ad eisdem usum usurpatur. Quibusdam vocatur *Nadel-Kerffel*.

Vis tamen *Aromaticæ volatilis* non tanta est, quanta in *geniivo*. In Officinis verò nullus est usus. (T)

CERINTHE.

Cerinthe est *Major*, & *Minor*, utraque *Flore luteo*, & *Flore purpureo*. *Minor* etiam datur *Flore albo*: Germani vocant *Cerintb-Kraut*, item *Flecken-Kraut*, à *Foliis maculis* hinc inde conspersis. Dicitur aliàs *Cynoglossum Montanum*. Reverà ad *Symphyta* pertinet; *Foliis enim* ac *Floribus* cum *Symphyto* conspirat.

Usus ejus adhuc dubius. Nam cum inter *Symphyta* referatur; ad *Vulneraria* referenda esse videretur: sunt tamen, qui eam contra *Variolas* à signaturâ, quâ *Folia* ejus maculata *Variolas* suppuratas repræsentare dicuntur, commendant. Suspicio autem, hanc inter *Vulneraria refrigerantia* commode referri posse. (Z)

LXXXVII. CHA-

LXXXVII. CHAMÆDRYS.

Trixago, Triffago, Quercula Galamandrina, Germ. *Gamanderlein*, *klein Botbengel*, *Bergiszmeim wicbt.* Gall. *de la Germandree*.

Species dantur variae, ex quibus Officinales, prae reliquis Chamædryis minor repens, C. B. 3. Chamæpityis, *Brunsf.* Chamædryis, *Cord. hist. Tab.* Chamædryis vera, *Trag. Cord. in D.* vera mas, *Fuchf.* Chamædryis major, *Lob. icon.* minor, *Ger.* Chamædryis minor repens, *Dod.* Chamædryis major, vel 2. *Clus.* Colitur in hortis, solo gaudens aspero: floret Junio, ac Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia ac Flores.

Vires. Galfacit & siccat ad g. 2. Est Splenetica ac Hepatica, saporis amari: incidit, attenuat, aperit, potenter Urinam ac Sudorem movet. Hinc confert in Febribus, Scorbuto, Sanguine coagulato, Hydrope incipiente, Mensibus obstructis, ac in primis in Arthritide. Extrinsecus in Ulceribus serpentibus, in Scabie ac Pruritu, in Catarrhis exsiccandis.

LXXXVII. **C**HAMÆDRYS. *Chamædryis* ita dicta Græcis est à χαμαι & δρῦς, quasi humilis Quercus, quia Folia ejus sunt ferè quercina; unde communiter vocatur *Quercula*, Latinis *Triffago*, Germanis *Gamanderlein*. Et ut ut ejus variae sint species, *Vulgaris* tamen, summitates nempe ejus, adeoque tota Planta, perquam usitata est; quoniam difficulter ab invicem semoventur, & præscribitur ferè unà cum *Chamæpityde*; quæ tamen præ istâ excellit, præprimis in *Affectibus Nervinis*, quibus suâ vi anodynâ succurrit, unde in *Affectibus Paralyticis* adhibetur.

Commendatur à multis etiam hæc Chamædryis contra *Arthritidem* & *Affectus Articulares*, speciatim ad Podagram, Chiragram & Dolorem Ischiadicum; Hinc in *Nodulis* & *Decoctis Sudoriferis* contra Podagram semper adhibetur. Et propterea sunt, qui dicunt, quod cum hæc Podagra sit curata: sed reverà ex hæc parum solatii promittere sibi possunt Podagræci. In *Arthritide autem vagâ scorbuticâ* præscribi potest, cum sciam, quod in *Scorbuto* frequens ejus usus sit; sicut & Veteres Medici ferè in omnibus Chronicis, speciatim Hepatis & Lienis, Chamædrym semper usurpârunt; quibus arbitror conferre speciatim, & quatenus Urinam moveat. *Quartanas* & *Tertianas* Febres curat, & propter hanc vim, quam exferit decocta tantum, obtinuit à quibusdam vocari *Febrifuga*. Sapor ejus est aliqualis amaricans instar Febrifugorum omnium; constat enim Sale volatili acri aliquantisper temperato. Unde non mirum, quod observavit *RIVERIUS Centur. 4. Observat. 84. p. 56.* de Rustico, qui quamplurimas *Quartanas* curavit Pulvere Chamædryos exsiccatae, propinatae ad aliquot dies in Jusculo, præmissis tamen Purgantibus; quod etiam dicunt de usu in *Tertianis* curandis. *Urinam* & *Sudorem* ciet beneficio Salis acris: adeoque non mirum, si in his Febribus

ait. Fortè dicitur Cerinthe à κηρός Cera, quod est Apes ad Ceram conficiendam utantur. Folia Cerintbes glauca sunt, & albis maculis non rarè notata: quare hæc notâ à reliquis dignosci solet. Cerintibom cum Cynoglossa montano confundunt Auctores, cum C. Bauhino, qui ait ex Plinio, Cerinthon folio esse candida, incano, (J. Bauhinus legit, incurvo, ut & Dalechampius) cubitalem, capite concavo, Mellis succum habente, ejusque Floris avidissimas esse Apes.

Theophrastus lib. 6. hist. cap. 7. meminit Cerinthi, illudque connumerat inter Flores æstivos: αἱ δὲ θέρια μολοῦν ἢ καὶ λυχνίς καὶ τὸ διὸς ἄνθος, καὶ τὸ κηρίνθον: Æstiva autem magis Lychnis (Lucernulam vertit ridiculè Gaza, qui quum Græca Plantarum nomina Latine reddere conetur, Botanicis ignarus, maximam partem sapenumè confusione.) Jovis flos, Cerinthum &c. Cerinthus interpretatur Gaza; at in textu legimus αἱ κηρίνθον Columella ait, ad Apes comparandas valere Apiastrum, Meliphyllon & Cerinthen: atque testimonium Virgillii 4. Georg. adducit lib. 9. cap. 8.

... . Huc tu jussos asperge saporis,
Trita Meliphylla, & Cerinthe ignobile gramen.

(A) Chamædryis à similitudine, quam cum Foliis Quercus habet, sic dicta est, juxta Dioscoridem lib. 3. cap. 112. Plinium lib. 24. cap. 15. & Theophrastum lib. 9. hist. 10. Quod humi serpat χαμαιδρῦς, & à similitudine Teucrium quoque appellatur: & reverà Teucrium Officinarum est Chamædryos species, ut suo loco: est Teucrium æterum proprium genus constituit ex Tournefortio. Chamædryis minor repens C. & J. B. est Officinalis, ut notat bñ Schræderus. Hujus Folia sunt amara, & aromatica, nec rubore insciant papyrum cæruleam, nosante Tournefortio: differunt igitur hujus Plantæ componentia à componentibus Centaurii minoris. Febrifuga est, stomachica, aperitiva, diaphoretica. Infuso Foliorum in Vino albo per noctem, addito Sale vegetabili, Pallores tollit. Drachma una Extracti Foliorum & Florum cum gutt. ij. Olei Cinnamomi ad Arthritidem. Pulvis Principis Mirandulani ad Arthritidem admittit Chamædrym banc: ʒ. Fol. Chamædr. Chamæpit. Centaur. min. Rad. Centaur. major. Aristoloch. rot. Gentianæ ana part. aquales. F. Pulvis tenuissimus, & exactè servetur ad usum. Hujus Pulveris drachma una infundatur in ʒiij. Vini optimi, vel Juris Pulli, per noctem: Sumatur mane cum Pulvere residente Vinum vel Jus per annum integrum, quotidie, vel alternis diebus, vel saltem semel in hebdomadâ, purgato per intervallum Corpore, & Vitæ ratione exactè administratâ.

Juxta Methodum Tournefortianam; non solum Teucrium vulgare, ut modò dictum, sed etiam Scordium Officinarum, & Marum Cortusi, inter Chamædryos species sunt recensenda: ut suis locis dicemus.

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex integrâ Plantâ, Foliis scilicet & Floribus.

2. *Conserva*. Ex Floribus.

N. Est & Chamædryis frutescens, quam *Teucrium* vocant, hæc iidem pollet viribus. Et præter hanc est *Chamædryis Vulgaris*, juxta sepem nascens, quæ Veræ substitui potest. (Sal etiam habetur, item *Extractum*.)

LXXXVIII. CHAMÆPITYS.

AJuga, Abiga, Arthetica, Arthritica, Iva arthetica, *Schlaffkrautlein*, *je lauger je lieber*, *Erd Pinnedrig*. Gall. *Pin*, *lve Artetique*.

Ex generibus variis Chamæpityos, *Officinalis* præ reliquis est *lutea vulgaris*, C. B. 3.

Quæ dicitur Chamæpityis 3. *Trag. Fuchf. 2. Lon.* Chamæpityis 1. *Matth. Dod. Cord. hist. vera*, *Cord. in D.* Chamæpityis major. *Tab. mas*, *Ger.* Ajuga, five Chamæpityis mas *Dioscoridis*, *Lob.* Ajuga, *Cast.* Ajuga luteo flore, *Clus. hist.*

Crescit in agris fabulosis, floret Julio & Augusto, præcipuè autem in hortis colitur. OFFI-

conducat. Est *Spleneticum*, dicit *AUTOR* noster, & hoc confirmat *STOECKERUS in Praxi*, ubi refert, quod Chamædryis in potu contra Icterus quemcumque, nigrum imprimis, & Dolorem Splenis, profuit.

Præterea *Radix* ejus & inter *Diuretica* refertur. (A)

LXXXVIII. **C**HAMÆPITYS. *Chamæpityis* apud nos reperitur vel *Vulgaris Major flore luteo*, vel *Austriaca flore cæruleo*. Dicitur ita quasi humilis *Picea*, seu *Pinus*: unde & Germanis *Erd-Pinee*, Latinis *Ajuga*, item *Iva Arthetica* communiter vocatur, quod in *Affectibus Artheticis* commendetur. Quando præscribitur à Practicis, solet poni solo nomine *Iva*.

Tota Planta sapore aliquali amaricante prædita in usu est, cum Folia vix sine Floribus, & Flores vix sine Foliis haberi queant.

Inter Plantas Nervinas Anodynas refertur, ac proximè ad naturam *Herbæ Paralyseos* seu *Primulæ Veris* vi suâ anodynâ accedit; unde primarius usus hujus est in *Affectibus Artuum & Articulorum*, speciatim ad Podagram & Chiragram, cum Chamædry, & vix una sine alterâ, in usu præscripta reperitur; hinc in *Decoctis*, *Hydromelite*, *Nodulis* & *Decoctis Sudoriferis* ad Podagram & Ischiadicum Dolorem, semper adhibentur, sicut & in *Arthritide Scorbuticâ* frequens earum usus est. Sed reverà ex his parum solatii promittere Podagræci sibi possunt. In Paralyfi, tam verâ, quam Paresi, quæ fit ex Colicâ, & in iis locis vulgaris est; ubi abundat Vinum experta est: imò sunt, quæ ulterius ascendunt, & dicunt, quod cum *Hydromelite* seu *Oxymelite scillitico* conducat ad *Affectus Cerebri frigidus*, qui potius ex impedito Spirituum & Lymphæ motu in Cerebro oriuntur. Sunt etiam, qui in *Vino decoctam* & usurpatam

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus, seu Herba tota.

Vires. Nervosum genus roborat, calfacit 2. siccacit 3. incidit, aperit, Diuretica est, & Emmenagoga, confert in Arthriticis Doloribus.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex Herbâ integrâ.

2. Pilula de Ivâ Artbeticâ.

(Solis, Extracti, Conseruæ, & Syrupi Præcici mentionem faciunt.)

LXXXIX. CHAMOMILLA.

X *Αμαίμηλον*, *ἀνδομῆς*, Leucanthemum Dioscoridis, Chamomilla. Germ. Chamillen, Harnicken. Gall. Chamomille Vulgaire.

Est { Vulgaris. Hac usitatissima.
Romana seu Nobilis Odorata. Hac itidem usualis.
Fœtida. Hac minus Officialis.
Inodorata. Itidem minus usualis.

Vulgaris, insignitur Chamomilla 3. & Vulgaris, Trag. Lon. Chamæmelum (Parthenii 3. species,) Brunf. Cast. Tab. Ger. Chamæmelum, Leucanthemum, Fucps Chamæmelum sylvestre, Dod. arvense, Cam. Anthemis, Cord. in D. Matth. Anthemis vulgarior, sive Chamæmilla, Lob. Chamæmelum vulgare, Leucanthemum Dioscoridis, C. B. 1.

Romana dicitur, Parthenium, & Nobilis Chamomilla, Trag. Lon. Leucanthemum odoratum, Dod. Anthemis seu Leucanthemis odorata, Lob. Chamæmelum odoratum, Cam. Romanum, Tab. Ger. Chamæmelum Nobile, seu odoratius, C. B. 2. Germ. Romisch Chamillen. Gall. Camomille Romaine.

Vulgaris nascitur passim in arvis aliisque locis arenosis. Romana colitur in Viridariis. Fœtida invenitur itidem passim.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores seu tota Herba; tam Vulgaris, quam Romana.

Vires. Calfacit & siccacit 1. digerit, laxat, mollit, mitigat Dolorem, Menses & Urinam ciet. Eapropter usûs insignis est in Dolore Colico, & hinc pedissequâ Pareli. Extrinsicus usitatissimus ejus usus est in Paregoricis, Emollientibus, Maturantibus, Cataplasmatibus, Clysteribus, &c.

PRÆ-

patam in Ictero flavo, seu Morbo Regio, ac Cachexiâ laudant. Veteres Medici ferè in omnibus Affectibus Chronicis, speciatim Hepatis & Lienis, usurpârunt; quibus prodesse arbitror, quatenus Urinam moveat: item P O T E R I U S in Pharmacop. Spagyr. de Ivâ Artbeticâ, in Potu aliquandiu propinatâ, in Mictu cruento multum juvasse dicit.

Quoad Præparata, in usu sunt Aqua de Chamæpityde destillata, & Pilula Composita, quæ dicuntur propter basin Pilula de Ivâ artbeticâ, notæ ac decantatæ in Morbis Articulis & Arthritide curandis. (B)

CHAMÆPITYS AUSTRIACA.

Chamæpitys Austriaca flore cœrulea planta est media. Alii enim eam ad Chamædryn referunt, vocantque Chamædryn, foliis laciniatis; alii ad Chamæpityn, vocantque Chamæpityn alteram Dodonæi; alii denique ad Botrym, vocantque Botrym Chamædryoiden, seu de naturâ Chamædryos; alii Ivâ Moschatâ Tabernæmontani audit, Germanis Iven Kraut. Propriè tamen ad Chamædryn, quam crescendi modo æmulatur, pertinet; nisi quod Folla tantum ejus magis sint laciniata.

Usu Medico coincidit cum Chamædry Vulgari, ut ut vi incisivâ propius ad Botrym accedat, quam & odore & sapore refert. (C)

LXXXIX. CHAMOMILLA. Chamomilla seu Antemis Græcorum, item Chamæmelon, quod Malum odore repræsentat, est vel Follis albis in Floribus, Leucanthemis seu Leucanthemum dicta; vel Follis luteis Chrysanthemum dicta; vel purpureis, Eranthemum dicta. Chamomilla aliàs duplex est, vel Nostras Vulgaris fœtida, vel Odorata, quæ etiam dicitur Romana, & Nobilis. Romana hæc est vel Flore simplici, vel pleno, & in hortis colitur, Odoris est suavis, & Saporis penetrantioris.

Vulgaris Chamomilla Officialis est, quam tamen Romana in omnibus virtutibus superat, tam vi aromaticâ, quam inde dependente carminativâ seu Flatuum discussivâ, anodynâ, nephriticâ, uterinâ, &c. Et quæcumque de Chamomillâ Vulgari deprædicantur, omnia de hac Nobili Chamomillâ sunt intelligenda, utpote quam superat, quia ejus Folia magis sunt pingua, Odorque magis penetrans. Utraque autem tum Odore, tum Sapore ejus penetrante, & Oleositate suâ, quam copiosam fundit, testatur esse Aroma. Vis autem hujus potissimum consistit in Sale volatili oleoso; hinc Folia & Flores, in specie Romanæ, in Affectibus Abdominis dolorosis vi carminativâ Intestinis egregiè conducit; unde, quomodocunque etiam paratur, prodest in Colicâ flatulentâ, Acidum austerum Ventriculi & Intestinatorum, & Frigus, Nervis hostilia, corrigendo, Acre quodcumque temperando, & Flatu potenter discutendo. Præterea vim habent anodynam singularem & Dolorum blandè sedativam; hinc tensiones Partium remitti faciunt, adeoque emolliunt, partibus Nervis singulariter conveniunt, quas demulcent, irritationem sensilem leniunt, hinc in Abdominis Torminibus convulsivis, sive per se sive per consensum sint, quales sunt Colicæ convulsivæ, nephriticæ &c. spasmos horum & impetum Spirituum blandè compescendo, & sic in curandâ Colicâ quæcumque vix simile habetur Remedium. Confer. SIMON PAULI Quadripart. Botanic. pag. 255. Certè in quibusvis Ventriculi & Intestinatorum Malis sine pari est, modò Decoctum ejus cum Aquâ communi solitariè, vel additis Corticibus Citri & Aurantium propinetur. Decoctum quoque Florum Chamomillæ in Cerevisiâ Dolores post Partum egregiè, & miraculi instar mulcet, quicquid etiam alii de Levistico & Matricariâ dicant. Accidit enim, ut omnibus rectè sese habentibus, nihilominus post Partum sequantur Dolores, quando Mulierculæ frigidus Aëri sese exponunt, unde Uterus inflatur, ut videantur adhuc semel parituræ; & hic nullum melius datur Remedium, quam Chamomilla Vulgaris & Romana, decocta in Vino, & mirabilia in hoc casu præstari posse cum hac, dicit ROSENCREUZERUS in Astrolog. Inferiorum. FORESTUS l. 28. Obs. 75 & 82. Decocto hoc, tanquam Arcano, semper felicissimè usus est in Doloribus post Partum. Huic Decocto non incommodè additur Artemisia. Menses & Urinam ciete dicit AUTOR, quod verum est. Rusticæ Mulieres idem quoque Decoctum in Passione Hystericâ, Colicæ specie, adhibent; sicut ipse Mulierem, Colicâ convulsivâ per octo dies noctesque pertinacissimè laborantem, Opiatis & Appropriatis frustratis,

I 2

silo

(B) Chamæpitys à χαμαί humi, & πίνος Pinus, quasi diceret Pinum humi jacentem, propter odorem resinosum. Inter herbas Flore labiato connumeratur, cujus labii superioris locum occupant denticuli, & Flores ipsi sparsim in foliorum alis, non verò verticillatim nascuntur. Tres Chamæpityos species refert Dioscorides, omnes Pinum olentes. Primam in Ponto Holocyron vocari ait, Athenis Ioniam, in Eubœâ Sideritin: herba per terram serpens, foliis ad Sempervivum accedentibus. Secunda ramos habet cubitales, in anchoræ speciem incurvatos, flore albo, semine nigro. Tertia Mas appellatur, foliola habet tenuia, alba, hirsuta, caulem asperum, album: Flores velinosi: Semen juxta alas. Ultima hæc quæ C. B. dicitur Chamæpitys lutea, vulgaris, sive folio trifido, est Officialis, de qua hic Autor. Amara, & aromatica est, atque coeruleam papyrus aliquantulum rubefacit: unde conjicimus in eâ contineri Sal volatile, aromaticum, oleosum, multo Sulfure multaque Terrâ onustum: ut ex ipsâ Analysi Chymicâ innouit, testante Tournefortio. Nil mirum ergò si optima sit ad Nervosi generis Morbos; restituit enim Spirituum animalium aliorumque liquorum per Nervos Vasque capillaria fluxum.

(C) Quam Chamæpityn Austriacam vocat hic Ettmullerus, erit fortè Chamæpitys moschata, foliis ferratis, an prima Dioscoridis C. B. quam Ivam moschatam Monspeliensem J. Bauhinus appellat, atque è radice crassiusculâ emittere Caules lignosos, palmares, hirsutos, ac Folia albicantia, villosa, nonnunquam integra, aliquando apophysi Coronopi instar donata. Flores satis magnos, & purpurascens habet, Semina nigra. Tota Planta odorata & nonnihil amara. Hæc habet J. Bauhinus de Ivâ moschatâ Monspeliensem. Nisi fortè Chamæpitys Austriaca Ettmulleri est, quam ex Clusio describit Raius hist. lib. 11. cap. 27. pag. 574. illam autem minimè ad Chamæpityos Genus referri posse, vel ex eo apertum, quod Flores non in foliorum alis sparsim (quod Chamæpityos proprium est) sed verticillatim in summis ramis suos obtineat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex Vulgari.
2. *Aqua*. Ex Romanâ.
3. *Aqua Carminativa*, seu de *Chamomilla composita*. Vid. lib. 2.
4. *Oleum stillatitium*. Ex Vulgari.
N. *Destillant* alii cum *Therēbinthina*, unde *Oleum cœruleum*.
5. *Oleum stillatitium*. Ex Romanâ.
6. *Oleum infusum*. Ex Vulgari, seu cum *Floribus ac Oleo communi*.

solo hujus in *Cerevisiâ Decocti* usu repetito, curatam observavi. Prodest etiam in *Cardialgiâ*, in qua felicissimè sæpè usus est **FORESTUS**, qui Mercatorem aliquando clamoso *Dolore Ventriculi* laborantem curavit hoc solo *Decocto* semel exhibito, sequentibus *Ructibus*, & *Doloris vanescentiâ*. Denique usu interno conducunt in *Febribus Flores Chamomillæ*: & sunt qui dicunt, quòd *Chamomilla vulgaris* sit *carbolicum Febrifugum*, & contra *Febres Intermittentes* commodè usurpari possit.

Post *Usum Internum* sequitur *Externus*. *Flores* externè vim habent penetrandi, resolvendi, discutiendi, emolliendi, & *Dolorem sistendi*, ratione *Salis volatilis oleosi*, ad *Aromatum naturam accedentis*: hinc nullus *Fotus* seu *Cataplasma Anodynum*, aut *Discutiens*, aut *Emolliens*, aut *Maturans* fit, quod non ingrediatur *Chamomilla*. In *Clysteribus* *Carminativis & Anticolicis*; in *Pediluviiis* cum *Floribus Nymphææ*, cum *Cephalicis* ad *Vigilias & Dolores Capitis* compescendos: in quibusdam *Pediluviiis* ad *Colicas* quascunque curandas egregiè conducunt: in *Contusionibus* & *Sanguine congrumato*, *Tumoribus Flatulentis*, *Tumoribus Partium genitalium post Partum*, &c. *Sacculi* exinde parati & in *Vino cocti*, *Genitalibus felici* cum successu calidè applicantur: item *Abdomini*, in *Doloribus Uteri post Partum*, & inde retentis *Lochiis*, quo in casu *Matricaria* addi potest, quæ vires *Chamomillæ uterinas* ferè æquat. **FORESTUS** in *Obs.* ad *Cardialgiam Sacculum* expertissimum, atque à **B. D. MICHAELIS** aliisque feliciter usurpatum, habet, cujus hæc est compositio:

℞. Rad. *Alibææ* ℥ss.
Flor. *Rosar. rubr.*
Chamom.

Summ. *Abfintb.* an. M. j.

Indantur *Sacculo*, qui coquatur in *Aquâ communi*, vel *Aquâ Chamomillæ*, fiat *Fotus*; cujus *Basis* est *Chamomilla & Abfintium*.

SENNERTUS in *Praxi* l. 3. p. 177. alium *Sacculum* magis compositum habet, quem etiam **AMATUS LUSITANUS** in *Cent.* 5. *Curat.* 39. & aliis locis insigniter commendat: quo ipso jam allegatus **FORESTUS** instar incantamenti *Cardialgiam* curavit. In *Clysteribus*, seu *Injectionibus Uterinis* in *Inflatione Uteri*, quando scilicet post *Partum Flatus* in *Utero* retinetur, isque extenditur, ut speciem præ se ferat, *Mulierem gravidam esse*, *Suffitus* ex *Nuce moschatâ*, & *Clyster* ex *Floribus Chamomillæ & Foliiis Matricariæ* in *Uterum* injectus est egregii usus.

1. 2. Quoad *Preparata*, prostat ex *Chamomillâ utrâque*

(D) *Anthemidem cum Chamæmelo unam Plantam faciunt Veteres, eandemque alii Leucanthemem, alii Eranthemem, nonnulli Melanthemem, quidam Chryfocomen, alii denique Calliam, & Oribasius χρυσοκαμία, appellant. Hujus autem tria genera faciunt, Flore tantum distincta. Vulgè ostenduntur Chamæmelum inodorum, sive Cotula non fœtida, & Chamæmelum fœtidum, sive Cotula fœtida.*

Tournefortius quamquam in duo genera distinguat Chamæmelum & Cotulam; attamen Cotulam non fœtidam, & fœtidam J. B. inter species Chamæmeli cum C. Bauhino connumerat: vocatque primam Chamæmelum inodorum, secundum Chamæmelum fœtidum. Cotulam verò appellat Plantam Chamæmelo affinem, sed quæ nunc Flore est radiata, nunc flosculofo, & Semina habet plana, cordiformia, & quasi alata: quibus proprietatibus à Chamæmelo differt.

Officinale Chamæmelum est vulgare, Leucanthemum Dioscoridis, quod amarum appellat J. Bauhinus. Vis hujus dolores sedandi nulli est ignota, ita ut inter quatuor Anodyna vulgè dicta recensatur. Planta hæc amara est, aromatica, & cœruleam papyrum intensè rubefacit. Videtur igitur in eâ contineri Sal Ammonicum multo Acido onussum, atque magnâ Sulfuris & Terræ copiâ involutum. Chamæmelum hoc aperitivum, diureticum, temperans, & febrifugum est. Dioscoridis tempore Florum pulvere utebantur ad Febres Intermittentes, quod tentavit & Riverius: imò Pulvis hic est Scororum & Hybernasiæ Febrifugum. Infusio summitatum Chamæmeli & Meliloti Dolores colico-nephriticos mirè sedat, ut & Ventris tormina à Partu. Vinum ex floribus Chamæmeli infusione laudatur à Sim. Paulli in Pleuristide coctum exhibitum, si eodem tempore parti dolenti Vesica suilla, ejusdem herbæ decoctio repleta, applicetur. Adhibetur quoque Chamæmelum in Clysteribus, Fotibus, Cataplasmatibus, & Insestibus ad dolores sedandos. Ad Rheumatismum misce Olei Chamæmeli, Meliloti & Spiritus Vini camphorati partes æquales, & fac Linimentum calente panno applicandum.

Chamæmelum repens odoratissimum vocant Medici Chamæmelum Romanum, sive Nobile. Nostris in Regionibus rara planta est, at in Angliâ frequentissima: atque in Cornubiâ adèd copiosè illam provenire ait Raius, ut sibi illac iter facienti odore suo naves feriente inter equitandum sæpius se proderet. Odorem spirat Malorum, sed, ut ait Hoffmanus, Cydoniorum.

(E) Non

7. *Sal com.* Ex *Cinere*.

8. *Syrupus*. De *Succo Chamomillæ*.

CX. CHELIDONIUM MAJUS.

Χελιδόνιον μέγα. *Chelidonia, Brunsf. Chelidonium majus, 1 rag. Marin. Fuchf. Cord. bist. Dod. Lob. Cast. Tab Ger. vulgare, C. B. 1. aliàs Hirundinaria. German. Schwalbenwurtz Schellwurtz, Goldwurtz-Gall. la grande Chelidoine.*

Crescit passim juxta sepes adhærescitque muris; Floret prima

Aqua, tam simplex, quàm cum Vino destillata, quæ pro Vehiculo egregiè inservit Medicamentis Anticolicis, in Doloribus post Partum, aliisque jam dictis Affectibus. AMATUS LUSITANUS Aquam hanc ex Floribus destillatam in Cardialgiâ valdè commendat, ad ℥iij. assumptam. FONSECA Aquam ex Succo Florum destillatam, & ad ℥vj. manè assumptam, Intermittentibus Febribus, in specie Tertianis, laudat; quod confirmat propriâ Experimentiâ ZACUTUS LUSITANUS l. 3. Præcos Admir. Obs. 26.

Essentia quoque utriusque Chamomillæ in usu est in Doloribus post Partum, & Cardialgiâ statulentâ. Paratur vel Simplex per Spiritum proprium, quo fit gratior, & potioris usûs, quàm cum Spiritu Vini; vel Composita, additâ Zedoariâ.

4. 6. *Oleum fundit cœruleum, in quo vis omnis quasi est concentrata, quod internè ad aliquot guttas mirum quantum convenit in Affectibus Stomachi, quâcunque Colicâ, & Doloribus post Partum, vel solum vel permixtum cum Saccharo in formam Eleosacchari Chamæmelini satis grati. Vulgè destillatur cum Terebinthina per Vesicam, & acquiritur Oleum cœruleum, seu sapphivum: vid. HARTMANNUS in Praxi Chymiat., & SENNERTUS in Inst. ubi agit de Oleis destillatis. Alii Oleum hoc destillant cum Rasurâ Ligni Pini aut Abietini; Alii cum Rasurâ Radicis Ligni Pini loco Terebinthina: sed malè, quia Chamomilla per se ex Vesicâ destillata dat Oleum cœruleum. Quidam dicunt, ex Venere in Vesicâ hoc fieri: sed hoc non verum est, quia si destillatur per Cucurbitam vitream, habetur Oleum cœruleum elegantissimum. Externè Oleum hoc, tam destillatum quàm per infusionem paratum, in Colicâ & Suffocatione uterinâ Umbilico & Abdomini illitum, mirificè prodest. Nullus Litus est his scopis accommodatus, quem non Oleum hoc, seu primum Ingrediens, constituat. Quod cum Ligni seu Radicis Pini rasurâ destillatur, egregium est Vulnerarium & à nonnullis pro Secreto habetur. (D)*

XC. CHELIDONIUM MAJUS. *Chelidonium majus* lè dispescitur in *Majus & Minus*, cum *Chelidonium minus* reverà sit *species Ranunculi*. *Majus* dicitur etiam *Hirundinarium*, Germ. *Schwalbenwurtz*, *gras Scholl-kraut*, ex traditione, quia *Hirundines* hoc ipso *Pullis* suis *Visum* deperditum restituere vulgè creduntur: *Goldwurtz* etiam vocatur, vel ob egregios usus, quos habet ejus *Radix*, & *tota Planta*; vel à *Colore aureo*, quem habent & *Succus & Flores*, *Succo* nimirum insigniter flavo, *Saporeque acri amaricantissimo* gaudet, quia *Sale volatili* admodum acris constat.

In

ma statim vere, & per multam ætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus, Radix.

Vires. Calfacit & siccat 3. validè abstergit, attenuat: Saporis est acris, & amari, Bilem per Alvum & Urinam educit, Visum acuit. Hinc conducit in Ictero, Obstructione Lienis, Hepatis, & Ureterum. Radix alexipharmaca statuitur (pro Suppultorio usurpatur.) Extrinsecus Oculorum Imbecillitati,

Ulceribus, cæterisque Affectibus medetur, (cujus rei gratiâ sunt qui Succum luteum ex rupto caule manantem, Oculis indunt.)

N. Sunt qui ad Icterum sanandum plantis Pedum supponunt.

P R Æ P A R A T A.

1. *Succus inspissatus.*
2. *Aqua.* Ex Herbâ cum Floribus.
3. *Sal com.* Ex Cinere.

XCI. CHE-

In Usu Medico est *Planta & Radix*; quæ ratione Salis volatilil acris admodum penetrant, & Diaphoresin atque Sudorem eliciunt; insignem vim obtinent abstergendi quascunque Mucilagines & Sordes in primis viis, & absterfas ad ejaculationem stimulandi. Præterea internè specificè laudant in Ictero flavo non symptomatico, in eo cumprimis, in quo Fæces Alvi apparent griseæ: & certè Remedium expertissimum est secundum FORESTUM & JOELEM in Ictero tam flavo quàm nigro, addito tunc temporis *Medicamento Martiali*, sive *Planta sive Radix*, præmissio Vomitorio, usurpatur: *Succus* scilicet hujus Plantæ recens expressus, aut *Vino* infusus, aut ipsa *Planta cum Radice* in *Vino* decocta. *Succum* expressum potavit nuper Ancilla nostra, & perfanata est; sicut & alii Ancillæ, Alvo adstrictâ laboranti, præmissio Vomitorio, Infusum hujus Plantæ in *Cerevisiâ* secundariâ fausto cum successu exhibui. Sed cum sit acerrimi saporis, simul & nauseosum, superbenda est *Cerevisia*; sicut & sunt, qui *Radices* succulentas incisas infundunt *Vino*, & propinant in Ictero flavo, certo experimento. Est quidem amaricans, sed potentissimè operatur in dicto Affectu, bis in die potum: potest edulcorari cum *Passulis minoribus*, quæ non vulgaris sunt usus in Ictero. Certè mirabili effectu in Ictero operatur insensibiliter, modò per *Urinam*, modò per *Sudorem*, adeoque meritò Icteri Specificum habetur. Hinc Veteres non tantum ad omnia *Hepatis* Mala, ejusque Atoniam corrigendam commendârunt: nempe *Bili* corrigendæ, & ejusdem per Hepar transcolationi promovendæ, singulariter conferre videtur hoc *Chelidonium majus*. Hinc FREITAGIUS in *Aur. Medicor.* *Chelidonium majus*, ejus nempe *Succum*, *Syrupis* mixtum, vel inspissatum, extollit ad Affectus Hepatis frigidiores, & quascunque *Cachexias*, non solum flavas, sed etiam albas, in genere ad omnes *Morbos Chronicos*, cum *Menstruorum* vitis conjunctos, quia Veteribus ex imbecillitate Hepatis oriri credebantur. Dicunt nonnulli, quod *Radix* fuerit Specificum Remedium HELMONTII contra *Hydropem Ascitem*. Pro *Sudorifero* quoque egregio, cum *Aceto* decoctum, in *Febribus Malignis & Pestilentialibus* propinatum habetur; unde etiam PALMARIUS *Tract. de Morbis Contag. c. 18 p. 456.* ubi dicit, quod *Succus Radicis ex Vino albo*, cum *Aceti rosæ* paucillo expressus, momentaneum in *Pesse* fuerit auxilium. Propter hos egregios usus, & hepaticos & alexipharmacos, POPPIUS *Germanorum Chinam* id vocare non est veritus, quoniam habet easdem vires, quas *China Indorum*. Sed non tantum singulare *Hepaticum* est hæc nostra *Planta*, sed etiam singulare *Splenicum*, dum confert ad Lienis dolentes atque tumentes, experientiâ certâ D. DOERINGII: vid. SENNERTUS l. 3. *Prax. p. 622.* *Succus* scilicet solus expressus cum *Vino*, vel *Cerevisiâ* exhibetur. Unum adhuc moneo, quod tamen etiam reperitur apud GARANZIER in *elegantii Tract. de Tabæ Anglicâ p. 153.* ubi valdoperè commendat *Chelidonium majus* pro *Affectibus Pulmonalibus*, & quod meritò habeatur pro *Balsamo Pulmonum*.

Externè *Herba* *Chelidonii* recens, aut *Radix* recens contusa, imponitur plantis Pedum in *Tumoribus Pedum œdematosi*, ex *Febribus Intermitentibus Tertianis* vel *Quartanis* pertinacibus, aliisque *Morbis Chronicis*, plerumque ortis; quas vires expertas habeo in Amico, quem nuperimè *Chelidonio* hoc ab eodem *Tumore* liberavi. Adhibetur etiam in ipso *Hydope*, sed cautè. In *Oculorum Affectibus*, pro iisdem clarificandis, atque *Panniculo & Nubecula* removendis, etiam in *Oculorum Ulceribus*, *Succus* ex rupto *Caule* extillans, *Oculis* instillatur, læsis pro *Curatione*, sanis pro *Corroboracione & Purificatione*. Sed quia

est excessivè acris, diluendus potiùs est cum *Aquâ* quadam appropriatâ, scilicet *Eupbragiâ*: vel destillandus, ut fiat mitior. Notum est, quod BURRHUS in *Epist. ad Bartholinum pag. 41. & 42.* ex hac *Plantâ* paraverit *Liquorem*, quo *Oculos discissos integros iterum restituit*. Comprobatum hoc videmus apud SCHOTTUM in *Technicâ Cur. l. 2. cap. 22.* ubi Anserum *Oculis* discissis, *Humoribusque expressis*, *Succus Chelidonii majoris* fuit instillatus, & elapsis tribus diebus, ut antè, videre potuerunt: quod suo relinquimus loco (E). Præterea in usu externo *Chelidonium majus* est egregium *Vulnerarium*; primario si non aded sunt recentia, sed passa alterationem ex *Aère*, & ubi *Acidum Vulnerum* corruptoruro incipit dominari, *Succus* tunc, instillato *Oleo* vel *Unguento cum Sordibus Aurium & Terebinthinâ*, sit *Balsamum Vulnerarium*, colligendum pro usu vulnerario principio Maji ante Solis ortum, ubi vires suas habet exaltatas, dum madet adhuc *Rore Majali*. *Succus* quoque *Verrucis* applicatus & sæpiùs reiteratus easdem tollit.

2. In *Officinis* prostat *Aqua destillata*, quæ ritè parata mirum est *Opthalmicum*, præsertim si præmissâ aliquali *putrefactione destilletur*, & *Oculis* applicetur. Cum hac fit *Infusum Metallicum Antimoni*, vel *Croci Antimoni*, aut *Messallorum*, singulare *Opthalmicum Rulandi*, & *Quercetani Arcanum ad Affectus Oculorum*.

Pertinet huc etiam *Aqua* illa *Opthalmica ex Cancris fluviatilibus*, & *Succo Chelidonii majoris*, quæ *Oculos læsos*, seu vulneratos, ac desperatos, imò exulceratos, certò curat. Autor hujus *Aquæ* primus fuit CROLLIUS in *Basil. Chymicâ*, quam postmodum imitatus est MYNSICHTIUS in *Armament. Chymico pag. 296.* CROLLIUS simpliciter fecit ex *Succo Florum & Foliorum Chelidonii*, quem depuratum in MB. per subsidentiam, conjunxit cum *Cancris fluviatilibus vitis contusis*: Hisce benè mixtis & contusis, expressit *Succum*, quem destillavit per MB., sicque *Aquam* acquisivit, qua utitur vel solâ in *Vulneribus & Ulceribus Oculorum*, vel inflat paucillum de *Pulvere Cancrorum fluviatilium* incineratorum, deinde superindit hanc *Aquam*: Vid. imprimis CROLLIUS in *Basil. Chymicâ*, & postmodum ex eo FINCKIUS in *Enchetrud. Dogmatico-Hermet. pag. 51.* Efficacior autem fieret, si *contusa Herba* in tepore incalescat, putrescat, & *Spiritum urinosum* odore fundens, societur cum *Succo Cancrorum recentium contusorum*, & postea procedatur ad mentem CROLLII. Dictam *Crollii Aquam* simplicem deinceps magis compositam fecit MYNSICHTIUS l. a., ubi hujus *Præparationem*, CROLLII præstantiorem, videbitis: sed, quod obiter moneo, de *Tutiâ*, *Aloë*, & *Fabis* nil ascendit super *Alembicum*, & talia multa occurrunt in MYNSICHTIO.

Præparatur etiam *Quinta Essentia* in *Officinis* ex *Chelidonio* majori contra *Tabem Anglicam*, quæ tamen toto cœlo differt à nostrâ *Phthisi*. Qui plura cupit, consultat FABRUM in *Myrobec. Spagy. l. 2. cap. 4.* & GARANZIER de *Tabæ Anglicâ c. 5. p. 156.* qui docent ex illo præparare *Quintam Essentiam*, & valdè illam decantant.

Extractum, vel cum *Aquâ*, vel *resinosum cum Spiritu Vini* paratum, *Sudores* fortiter movet, & præter hanc vim generalem, vi specificâ alterativâ convenit imprimis in Ictero flavo, præmissis præmittendis, præsertim Vomitorio & Martialibus; imò hoc solo Icterus non aded confirmatus curabilis existit, quod aliquoties observavi. Hinc Veteres non aded ineptè dixisse videntur, quod omnibus *Hepatis vitis* conferat, hoc est, ut hodie loquimur, ad vitia *Bilis* corrigenda, ejusque *dyscrasias* tollendas. In *Febribus Malignis* seu *Pestilentialibus* pro *Sudorifero* à quibusdam laudatur. (F)

XCI. CHE-

(E) Non omnes *Oculi Humores* exprimebantur, sed tantum *Aqueus*: hic autem ex *Animalium Oculis* expressus sponte regeneratur, nec *Succo Chelidonii*, nec ullo alio adhibito remedio.

(F) *Chelidonium vel Chelidonia* à χελιδών, *Hirundo*, quod, ut ait *Dioscorides*, primo statim *Hirundinum adventu* erumpat, earundemque discessu marcescat: unde apud *Theophrastum* *Gaza* *Hirundinariam* interpretatus est. *Verrucis* adverte hic *Ettmullerus*, *Chelidonium minus vulgè dictum ad Ranunculos pertinere, ut mox notabimus.* Majus *Che-*

XCI. CHELIDONIUM MINUS.

Xελιδόνιον μικρόν: Ficaria & Scrophularia minor, vel secunda, *Brunf.* Chelidonium minus, *Trag. Matth. Fuchf. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Cast. Tab. Ger.* Chelidonia rotundifolia minor. C. B. 2. Arabibus Merniten. Germ. Feigwartzenwurtz. klein Schelikraut, Schorbuckskraut. Gall. la petite Chelidoine. Crescit locis humidis & palustribus. Floret Martio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Radix & Folia .

Vires. Refrigerat, & humectat: Splenicum est. Usus præcipui in Ictero, Scorbuto, Hæmorrhoidum fluore. Extrinsecus specificè Mariscæ seu Ficos Ani curat, Dentiumque putredini maximoperè subvenit.

P R Æ P A R A T A .

Aqua stillatitia . Ex Herbâ totâ .

XCII. CHERMES.

Kermes, Coccum insectorium, *Matth.* Coccus insectoria, *Cord. in D. Cast. Tab.* Granum & Coccus baphica *Dujour.* Granum tinctorium, *Lon.* aliàs Scarlatum. Fructus est famolissimi Fructicis, qui inscribitur Ilex, in quo Coccus baphica. *Bellon.* Ilex coccigera, *Clus. Ger.* minor coccigera, *Dod.* Ilex coccifera, *Cam.* Ilex aculeata cocciglandifera, C. B. 4. German. *Schaarlachbeer, Rermekoerner.* Gall. *du Vermillon, ou Graine d' Escarlatte.*

Nascitur in Cretâ, teste *Bellonio lib. 1. Obs. c. 17.* uti & multis Hispaniæ locis, in Narbonensi etiam Galliâ, & Provinciâ, &c.

Delectus. Eligenda sunt Grana rubicundo-nigra, integra, Vermiculum in se continentia.

Vires. Cardiaca sunt Grana, calfaciunt, & siccant, adstringunt,

XCI. CHELIDONIUM MINUS. *Chelidonium minus* ad differentiam Majoris ita dicitur, ut in nullo convenient, nisi nudo nomine. Vocatur *Fewgartzenkraut* propter virtutes, quas habet in his Morbis curandis.

In duplici est Differentiâ: vel enim est ferè *insipidum*; vel etiam interdum *saporem acrem* habet, ad Cochleariæ saporem nonnihil accedens, quod capiendum pro usu Medico, atque in hoc passu simile est Beccabungæ & reliquis *Antiscorbuticis*, & in Scorbuto vel solum sub formâ *Acetarii*, vel in *Vino*, vel ejus Succus, usurpatur: est enim egregiè temperatum uti Principiis activis salinis, & non adeo excessivè acre, uti reliqua Antiscorbutica. Hinc nostratibus etiam speciatim *Scharbockskraut* dicitur, & *Spiritus Antiscorbuticus* ingreditur. Sunt qui *Capras* habent, quas alunt cum *Nasturtio*, *Beccabungâ*, *Cochleariâ*, & aliis Plantis Antiscorbuticis, ut *Lac* eò majores obtineat vires, ex vi specificâ Plantarum Antiscorbuticarum, quo postmodum utuntur contra Scorbuto. Post usum in Scorbuto peculiare quoque Specificum est contra *Hæmorrhoides*, vel nimium fluentes, vel cæcas, dolentes & tumentes, quarum Tumor adeo est difficilis curatu, & periculosus Affectus: Fit enim nonnunquam, ut sequatur Ani Ulcus & Gangræna, de qua vid. *AGRICOLA in Chirurg. parvâ.* **SOLENERANDER** *Secl. 4. Confil. 20.* non potest sufficienter commendare Chelidonium minus usu interno & externo, contra quæcunque Hæmorrhoidum vitia, quoniam, dicit, *fluentes sistit, & dolentes atque tumentes sanat.* Vitia hæc. *Herbâ* vel *Radice Scrophulariæ* exsiccata, & Potui *Cerevisiæ*, vel *Vino* infusa, feliciter curantur. Vid. **TABERNÆMONTANUS** in *Herbario*, qui Radicem tantùm appeniam instar *Amuleti*, ceu singulare Experimentum laudat. Fuit quidam Chirurgus, teste **SOLENERANDRO**, qui curavit omnia Hæmorrhoidum vitia, dolentes, tumentes & fluentes, per *Herbas Scrophulariæ & Crassulæ majoris*: quibus si addatur *Chelidonium minus*, est eò melius ad Hæmorrhoides Remedium. Quod etiam pertinet Mariscæ seu Ficos Ani, (quapropter quoque vocatur *Feigwartzenkraut*) aliaque hujusmodi Pathemata, quæ ipsa Symptomata Che-

lidonium minus, internè quocunque modo usurpatum, mirè curare solet.

Aqua destillata vel potius *Succus expressus* applicatus Hæmorrhoidibus dolentibus & tumentibus, easdem certò curat, item *Oleum*, cui *Planta* contusa fuit incocta. Ex nimio Fluxu Hæmorrhoidum interdum imminet *Hydrops*, pro cuius præcautione, ut & ipso Hæmorrhoidum fluxu nimio, propinari solet *Aqua* vel *Decoctum* hujus *Chelidoniæ minoris*.

Plura qui cupit, videat *citatum SOLENERANDRI locum.* (G)

CHENOPODIUM.

Chenopodium species est *Atriplicis*; cujus *Decoctum* contra *Urinæ* suppressionem laudant. (H)

XCII. CHERMES. Vox *Chermes* est Arabica, cui *Articulus Al* præfigitur, oritur *Alchermes*, nomen communissimum.

Grana Chermes quod attinet, colliguntur ea frequentissimè (1.) ex *Ilice coccigera* in Provinciâ Galliæ Narbonensis, in cuius Ilicis tam superficie Ligni, quàm etiam Foliolis ex parte adversâ, adhærent *Granula*, quæ simillima sunt iis, quæ *Asparago* adnascuntur, atque *Succum* *Colore sanguineo* continent.

In Poloniâ tamen (2.) similia *Grana rubra coccinea*, *Succo* *purpureo* turgentia, *Grana Radicum* dicta, reperiuntur circa *Radiculas Polygoni*, quod propterea *Coccigerum Polygonum* vocatur, de quo vid. *ELSHOLZ Ger. in seinem Gartenbau. l. 6. c. 4.* Et sicuti *Grana Chermes Chermesino* hinc dicto *Colore* tingunt; ita *Grana Polygoni coccineum Colorem* suggerunt.

Notum est & (3.) *Coccum insectorium*.

Ultra has tres species tamen genuina *Grana Chermes* ex *Insulis Americanis* novæ Hispaniæ adferuntur, quibus *Tindores* in tingendis *Pannis scarlatinis*, Germ. *Scharlach*, uruntur. Ex his *Baccis* successu temporis prodeunt *Muscæ* exiguæ saltantes & volitantes, quæ perforant *Granula*, & *Folli-*

Chelidonium & vulgare passim occurrit. Radix fibrosa Caules edit birsutos, Foliis præditos ad Aquilegiæ folia accedentibus: Flores cruciformes siliquam unicapsularem seminibus sætam subrotundis (quod Chelidonii nota characteristica est) producunt. Radix, Caules, Folia, & Flores croceo, lento, gustu amara stillant succo.

Chelidonium amarum est, acre & urens, præcipuè ejus Radix, quæ croceo succo magis turget, quàm reliquæ Plantæ partes: vix cæruleam papyrum rubefacit, odoremque reddit Ovorum incubatorum, unde conjicere est, illius Succum esse, ut ita dicam, pbagedænicum, atque aliquâ ratione similem Liquori parato ex solutione Mercurii sublimati, & Aquæ Calcis, vel Lacti in quo aliquod Sal acre ebullierit. Ex Chymicâ Chelidonii Analyti, sat Salis acris tam fixi, quàm volatilis elicitur, sed multo Sulfure & Terrâ involuti. Infusum ex pugillo Foliorum Chelidonii per noctem in frigido Sero Lactis maceratorum, additâ drachmâ Cremoris Tartari, summum est Remedium ad Icterum, & pallidos Virginum Colores: quidam ℥j. Syrupi de Cicorio addunt. Ad Hydropem infunde ʒ. ʒ. horarum spatio ℥j. Radicis Chelidonii, cum ℥ss. Tincturæ Martis, in Mensurâ Vini albi: cola, & Colaturam exhibe bis in die ad ℥iij. Ulteriùs digere octo dierum spatio Plantæ contusæ ℥xij. Cancros suviariles num. xxxvi. & Mellis ℥ij. in Alembico luto munito: hinc destilla MB. Aqua destillata optima est ad Strangulatum Uteri, Affectus Pulmonum, & Tabem Anglicam, ab ℥ij. ad iv. ut & extrinsecus ad Ophthalmias & Ulcera Oculorum egregia est. Tourn. hist.

(G) *Chelidonium minus, ut mox dictum, sanè est Ranunculi species; omne enim Ranunculi notas habet, atque ad eam Ranunculorum Classem reducendum, qui Rotundifolii dicuntur. Quare Chelidonia rotundifolia, major C. B. est Ranunculus vernus rotundifolius, major T. Chelidonia verò rotundifolia, minor C. B. erit Ranunculus vernus, rotundifolius, minor T. atque hic est, qui Officinalis magis est, & nomine Scrophulariæ, & Chelidonii minoris vulgè venit.*

(H) *Chenopodium à χλω Anser, & πούς Pes, quasi Pes Anserinus, fortè à Foliorum figurâ. Atriplicis valdè simile est Chenopodium, at ab illâ differt præsertim Fructus capsulâ, quæ in Chenopodio veluti stelliformis est, nequaquam verò in Atriplice: Atriplicis contra species altero donantur Fructu à Floribus sejuncto. Ad hoc Chenopodii Genus reducit Tournefortius Bonum Henricum, Botryn Ambrosioidem (ut priùs dictum), Linariam Belvedere dictam, Vulvariam, atque alias. Chenopodium primum Tabernæmontani quidam pro Veneno habent, ac Porcos illud comedentes interficere: si hæc vera sunt, nullius usus erit in Medicinâ.*

gunt, Vapores tetros discutiunt, Spiritus vitales reficiunt, parturientibus subveniunt, vulneratis Nervis medentur, Morbillos erumpere faciunt.

P R Æ P A R A T A.

1. *Confectio Alkermes.* Vide Disp.

Fit cum & sine Moscho; illa Viris, hæc Mulieribus convenientior est.

(Asportatur *Syrupus Chermes* pro conficiendâ Confectione, qui exhibetur ubi Confectio aromatica non expetitur.)

2. *Extractum seu Essentia.* Fit è Fructibus contulis cum

Spiritu Vini, vel Aquâ Rosarum, quæ acidula reddita sit guttulis aliquot Spiritus Vitrioli, aut Sulphuris *Quercet.*

N. Scarlatus Pannus Granis hæc (quibus tinctus est) admodum celebris est, adhibeturque non modò ad Morbillos proliciendos (Patientes in eo involvendo), sed & ad Cor roborandum, (Epithemata eo suscepta Cordis regioni imponendo), ut & ad Bubones Venereos curandos (Pannum iis imponendo). Quin & Filo serico hujus coloris, ad arcendum Erysipelas, locum affectum circumligare vulgò usitatissimum est.

XIII. CHEYRI

Folliculum solum relinquendo avolant, intraque paucos dies intereunt: ita ut Grana hæc Chermes dicta sint nihil aliud, quàm *Ovula Vermiculorum* circa Folia Ilicis depositorum, quæ Succo ex Plantâ isto loco exesâ transfundante involuta, & hinc Membranâ vegetabili cincta, Granum Chermes constituunt. In Ovo hoc successivè excluditur Vermiculus, nutritur Succo contento, tandem per *μυαμὸρρῶσις* hujusmodi Insectis consuetam, in Muscam abit. Simile ferè in *Quercibus* circa *Gallas* aliasque Quercuum *Excrecencias*, item in aliis Herbarum Arborumque Foliis subinde observamus.

Causam Granorum horum optimè suggerit ZORNIUS in *Add. ad Herbam Pancovinam* p. 318. dum dicit, quòd sint *Ovula* seu *Conceptus Vermiculorum* in centro Ramulorum hujus Polygoni, veluti in Nidulo securitatis causâ subsistentium. Nam *Grana* hæc in Vitro Soli exposita *excluserunt Vermiculos* purpureos, relicto involucro, albo capitulo hispido, multipedes, & binis cornibus instructos. Idem Phænomenon etiam observare est circa *Radicem Pilosellæ*, ubi pariter hujusmodi *Granula* reperiuntur, ex quibus etiam Vermiculi prodeunt. Conf. PAULI in *Quadrupart. Botanico.* Item etiam asserendum venit de *Coccinellâ verâ*: Nam & hæc ipsa est nihil aliud, quàm *Bacca* sui generis, ex quâ ipsâ etiam *Vermes* prodeunt, qui postea in *Muscas* convertuntur, & ex eadem *Baccâ* enutriuntur.

Cæterùm *Insectum* ex istis *Baccis* genitum, maturè exsiccatum præbet *Tincturam* elegantissimam & pretiosissimam. Conferantur quoad *Historiam Granorum Chermes*, *Acta Societ. Reg.* pag. 299. sicuti quoad *Cotichoniliam* p. 665., de *Polygono Coccigero Polonico* M. A. N. C. An. 1. pag. 27. & An. 3. p. 167.

Quoad eorum Usum, *Grana Radicum* non sunt in usu Medico; *Cocchinilla* verò in suppressione Urinæ usurpantur. Genuina autem *Chermes Grana* decantatissima sunt in Cordis Affectibus, adeoque pro roborandis Viribus imbecillioribus ad præcavendum Abortum, & roborandum Fœtum à Mulierculis adhibentur.

Grana Chermes succulenta Succum suggerunt rubicundum, amaricantem, cæterâ temperatum, in quo ipso residet vis ipsa, quam Granis tribuunt, cardiaca, Spirituum recreativa, &c. Reverà viderur mihi quoad usum Medicum Succus & Grana Chermes ferè similis *Succo Rosarum*, unde loco *Confectionis Al-chermes* similem *Confectionem ex Rosis* paratam substituit LUDOVICI in *Pharmac.* p. 308. adeoque in specie in Affectibus Melancholicis cum tristitiâ, mœrore, Cordis palpitatione, & similibus, laudatur. Nempe in Granis his, eorumque Succo, ratione *Salis Alkali* sui generis, inest vis temperandi, & specificè corrigendi *Acidum* istud, quod in Affectibus Melancholicis speciatim peccat, quo correcto & Cordis Palpitatio, & depravata Sanguinis Fermentatio cessant, ac debita hujus succedit Spirituascencia, unde exhilarari demud & confortari Homo videtur; hoc est, quod vulgò dicunt, Sanguinem purum & defæcatum reddit, Spiritus vitales vegetat, &c.

Ex basi horum Granorum, vel potiùs eorundem Succo, procedit famosa ista antiquissima *Confectio Alchermes*, Autore MESUE primùm composita, cujus vis confortativa, Spirituum refectiva, Capitis conservativa, &c. est egregia, unde in debilitate Virium, Syncope, Palpitatione Cordis, &c. admistis aliis valdoperè ex usu est. Nec inferiorem locum

obinet in roborandâ Memoriam, in abigendâ Tristitiâ, ut & metu & terrore Melancholicorum, &c. necnon Fœminis, quæ Moschum & Ambram ferè possunt pro præcavendo Abortu & roborando Fœtu usitatissimum est Remedium. In Affectibus Acutis, Febribusque ardentibus, Potionibus addita Ægros vigiles suavem Somnum acquisivisse observavi. Propter Ambram & Moschum subinde inimica esse solet Mulieribus; propterea in quibusdam locis prostat *Confectio Alchermes amara cum Castoreo*: vid. VELSCHIUS *Hecatost.* 2. p. 58. In Melancholiâ etiam Hypochondriacâ, aliisque Affectibus Melancholicis, in Paroxysmo cum Coralliis præparatis mista & adhibita, summum adfert solatium. Quæ habet *AUTOR nosser*, sunt satis certa.

Hæc autem *Confectio Alchermes* fit ex *Syrupo Granorum Chermes*, addito *Moscho*, *Ambrâ*, *Perlis*, *Cinnamomo*, &c. quæ omnia sunt *Analeptica*. Primaria tamen vis analeptica dependere videtur ab *Ambrâ*, quâ ipsa imprægnata est. Multa essent in hac *Confectione corrigenda*. Cui usut enim *Folia Auri*, *Saccharum*, & *Lapis Lazuli* ingrediuntur? imprimis cum *Lapis Lazuli* habeat vim purgantem. Accedit quòd Usus specificus, propter quem *Confectionem* hanc ingreditur, contra Affectus Melancholicos sit imaginarius, & in tam parvâ quantitate seu dosi, vi purgante nil operetur, nisi vi absorptivâ *Acidum Melancholicis* conferat. Nihilominus tamen, quoniam usu confirmata est hætenus, adhuc dum retineri solet.

Dosis hujus *Confectionis* est à ℥j vel ʒss ad ʒj cum Aquâ quâdam appropriatâ, vel variis aliis admixta. Hoc adhuc notandum, quòd Mulieribus, quæ non facillè ferunt Moschum *Confectio Al-Chermes* sine illo exhibenda; Senibus verò & Viris *Confectio* cum Moscho & Ambrâ.

Plura videbitis in JOHANNES STEPHANO STROBELBERGERO, & EICHSTADIO, qui integros *Tractatus* scripserunt de *Confectione Al-Chermes*, & ZWELFFERO in *suis Scriptis*.

Elegantem *Tincturam* seu *Essentiam Granorum Chermes à CNOEFFELIO* paratam videbitis in *M. A. N. C. Ann. 6. Append. pa. 95.* *Tincturam* hanc cum *Camphorâ* in Melancholiâ, & Morbis cum Delirio conjunctis, uti & in Passione Hytericâ, & quibusdam Affectibus Uteri laudatur, & satis famosa est, loco cujus potest substitui *Tinctura Granorum Actes*, seu *Sambuci* cum *Camphorâ*.

Prostat etiam in *Officinis Syrupus Granorum Chermes*, qui in Provinciis Gallicis copiosè paratur; cui in fine addunt *Camphoram*. In haustu Vini Gravidis propinatur in Affectibus Uteri, & ad Abortum præcavendum.

HARTMANNUS in *Praxi Chymiatr.* pag. 56. §. 3. commendat *Extractum Confectionis Granorum Alchermes*, cum *Succo Pomorum Borsdorffianorum* in Passione Hytericâ, in Melancholiâ tam simplici, quàm Hypochondriacâ, Maniâ, & similibus Affectibus Chronicis Hypochondriacis, atque Deliriis Melancholicis.

Magisterium Granorum Chermes per præcipationem conficere nititur ZWELFFERUS in *Pharmac. Regiâ ultimæ Edit. p. 179.* Sed meritò vapulata a TACHENIO *Hippocr. Chymico* pag. 135. *Alkali* enim Tartari agit in *Acidum Aluminis*, & dimittit ex se Terram, quæ hinc unâ in *Magisterium præcipitatur*, adeoque *Magisterium* hoc de Terrâ Aluminis participat. (I)

XIII. CHE-

(I) *Relictis* his, quæ de *Kermes*, seu *Cocco baphico*, vel *Grano tinctorio*, partim vera partim falsa scripsere Antiqui, quæque legere est apud J. Bauhinum to. 1. p. 2. 106. &c. illud tantum notabo, *Kermes* seu *Chermes* aliud non esse nisi *Granum*, seu *Baccam*, *Baccis Juniperi* magnitudine respondentem, rotundam, lævem, lucidam, pulchrè rubram, succo simili colore infecto repletam, odore vinoso, sapore amariuscule, sed grato. Reperitur adhærens veluti *Excrecencia Cortici* & *Foliis speciei cujusdam Ilicis pumilæ*, quam C. Bauhinus eâ ratione vocat *Ilicem aculeatam*, *cocciglandiferam*, J. Bauhinus *Ilicem coccigeram* appellat: quæ *Ilicis speciei* crescit in calidis Regionibus, ut in Hispaniâ, Lusitaniâ, Provinciâ, & Occitaniâ: imò & in Italiâ illam invenit J. Bauhinus in *Hetrusco*, Romano, & *Jenensi* agro: quare acerbè, & bis oscitantæ arguit Matthiolum, quòd in Italiâ hanc *Ilicem* non inveniri asserat, eamque Bizantio acceperisse fateatur.

Granum autem hoc, vel *Bacca Ilicis dictæ adhærens*, non est spontanea *Excrecencia* (inter illius triplicis generis *Excrementa* connumerat J. Bauhinus) ut Antiqui putarunt, sed notante *Tournefortio* in *Observationibus sur le Mal-*

ladies

XCIII. CHEYRI, KEYRI, LEUCOIMUM.

OFFICINALIA NATIVA.

Classes Leuciorum C. B. sunt 4. exhibetq; { 1. Incanum (folio incano) hortense, } *singula sunt diversorum generum.*
 { 2. Incanum maritimum, }
 { 3. Luteum folio hirsuto, }
 { 4. Luteum folio viridi. }

Ex his placet Officinis Luteum vulgare, C. B. 5. inter Leucoia folio viridi, quod est Leucoium, *Brunseif. Cord. in Diosc. Leucoium aureum, Matth. Leucoium luteum, Fuchf. icon. Dod. Lob. Cast. Cam. Leuc. sativum luteum, Clus. Keyri vel Cheyri, Lon. Viola lutea, Trag. Fuchf. Ger. Viola petraea lutea, Tab. Germ. gelbe Viole, Nagel Viole.*

Crescit nobis in hortis, raroque sponte provenit: Floret Aprili, Majo & ultrà.

Flores, seu Herba cum Floribus, & raro Semen.
 2. *Vires.* Gordiales sunt, Calfaciunt & siccant 2. attenuant, discutunt: partium sunt tenuium, extergunt. Gordiales ac Nervini sunt, Dolores mitigant, Menfes cient, Secundinam proritant.

PRÆPARATA.

1. *Conserva.* Ex Floribus.
2. *Aqua.* Ex Floribus, vel integrâ Plantâ.
3. *Oleum.* Ex infusis Floribus in Oleo veteri.

XCIV. CHI-

XCIII. CHEYRI, KEYRI, LEUCOIMUM. *Cheyri & Keyri Voces sunt Arabicæ. TABERNÆMONTANO hæc Planta audit Viola petraea lutea, Germ. gelbe Veilchen, BAUHINO verò propriè Leucoion luteum.*

Flores, vel Summitates Herbae cum Floribus & Semine, sunt in usu, imprimis in Affectibus Mulierum, facilitando Partu, pellendis Mensibus, Secundinis, Lochiis, aliisque impuritatibus ex Utero excernendis, ut & sopiendis Doloribus post Partum, sub formâ Potionum. Vim hanc confirmat convenientia ejus Florum cum Croco, similes virtutes uterinas possidente; hinc quoque gravitatem Capitis inducunt vi suâ aromaticâ volatili, qua Odorem quasi croceum spirare videntur. Similiter & in Paralyfi, Apoplexiâ, Epilepsiâ,

aliisque Affectibus Capitis usurpantur, utut non adeò convenienter, cum Cheyri magis sit Uterinum, quàm Cephalicum.

Externè Sacculi & Fomenta cum iis parantur.

2. *Aquam ex Floribus* destillatam Mulierculæ usurpant in specie ad facilitandum Partum, & Lochia, Secundinas, aliasque impuritates ex Utero expellendas.

3. *Oleum Cheyri* paratur per infusionem, quod Abdomini & regioni Pubis frequenter illinunt in stimulantis Mensibus, Lochiis, atque Secundinis retentis, ut & pro facilitando Partu, & Doloribus post Partum leniendis, &c. Hujus *Vires extolluntur, si infundantur cum Floribus Calendulæ. Pro expellendo Fœtu inungitur Abdomini, mistum cum Oleo Chamomillæ. (K)*

XCIV. CHE-

ladies des Plantes ex Cl. Domino Fagonio, est Tumor morbosus succrescens in superficie Corticis dicti Fruticis, ex eo quoddam exiguus veluti Cimex, tenuissimâ lanugine reclusus, Corticem ferit, succum ad sui alimentiam succurans: puncturam sequitur Succus nutritivus effusus, atque in poros vicinos restagnatio, quare fibris dilatatis Tumor creatur. Hic Tumor sensim increscens rotundus evadit, atque repletur substantiâ rutilante rubore insectâ, quâ obvolvitur Ovum exigui Vermiculi, postmodum (consuetâ Insectorum metamorphosi) in minimam Muscam abeuntis. Rubicunda illa substantia aliquantulum exsiccata, est Massa Scarlati, ut vocant, quâ vulgò utimur ad Lanam Sericumque Chermelino colore inficiendum, quæque est apud Pharmaceutos Basis Confectionis Alkermes. Modum Coccum insectarium colligendi, & parandi legere possumus apud cit. J. Bauhinum, Raium, & Lemery. Notandum autem ex Martino Lister, hujusmodi Grana in Angliâ Ceraforum, aliarumque Arborum surculis tenellis adnasci, eaque Insectorum sibi fœtibusque excipiendis domicilium efformantium officio laudatus Auctor tribuit: imò adeò similia hæc Grana Cocco bapbico esse ait, & adeò similiter reliquis Arboribus adherere ac illi adhaeret, ut existimet ab eodem Insecti genere efficta esse: nisi quoddam Succus in his Granis minùs tingendo aptus sit, quàm in illis, ob diversitatem nempe alimenti. Hæc de Cocco insectorio, sive Chermes.

Cochinilla verò dicta (de qua obiter hic mentionem facit Ettmullerus) quamquam à quibusdam habeatur pro Semine Plantæ cujusdam Americanæ, atque ab aliis confundatur cum Granis Chermes; attamen reverà est parvum Insectum, Lentis magnitudinis, formâ aliquâ ratione ad Cimicem accedente, sed extus albicans, intus scarlatino colore rutilans, gressu lentissimo. Illud in novâ Hispaniâ, & Mexico, vel sponte Naturæ, vel hominum industriâ adheret foliis Plantæ cujusdam (cujus speciem ad nos allatam vulgò Ficum Indicam vocant), Tuna Barbaris dictæ, atque à Botanicis Opuntia appellatæ. Postquam autem succo Plantæ nutritio Animalcula hæc adoleverint, atque sufficientem magnitudinem, rutilumque colorem integrè acquiserint; tunc maximâ curâ ab incolis colliguntur, mersione in Aquam frigidam necantur, & exsiccantur, ut in totam Europam ditissimo sanè commercio inferantur.

Cochinilla, quæ vulgò dicitur Mestech, ad nos affertur ex Regno Peru, ex Mexico, aliisque Americæ Provinciis, estque pretiosior ad Pannos vel Sericum, Scarlatino colore tingenda. Valet quoque & in Medicinâ ad Calculum, Arenulas, Diarrhæam, abortum præcavendum in pulverem redacta, atque ad gr. xij. & ʒʒ. exhibita: etsi sint, qui hæc vires non Cochinnillæ, sed potiùs Granis Chermes tribuunt: ex eo nempe decepti, quòd Cochinnillam & Chermes unum idemque existiment. Sunt & aliæ Cochinnillæ species inferioris ordinis, quas Campechanam, Tetrechalen, & Sylvestrem appellant. De dictorum Animalculorum, Plantæque ipsius culturâ vide Herreram, Pisonem, Marggravium, alioque.

Notatu tamen dignum est, quòd habet Pomet libr. 1. des Drogues cap. 25. ubi postquam transcripsit declarationem Cl. P. Plumerii, tum ex propriis tum ex aliorum Observationibus factam, de Cochinnillæ naturâ, in qua illam Animalculi speciem esse disertè docet; ipse Pomet in cujusdam Dñi de Rousseau sententiam abis, qui in binis literis ad se ex Insulâ S. Dominici datis asserit, Cochinnillam esse verissimum Semen in Fructu Plantæ Americanæ contentum: atque videri Plumerium, quòd illam Insectum esse publicè fateretur. At quis non videt pluris faciendam esse Cl. Plumerii, & tot àντοπτων eruditorum testium opinionem, quàm ipsius Pometii, & obscuri nominis Dñi de Rousseau.

Aliqua demum hic addam de Polygono Coccigero Polonico, cujus mentionem facit Ettmullerus hic. De eo plura habet Segerus Anno 1. Ephemeridum Germ. aliqua deinde addit Mart. Bernh. à Bernitz Anno 3. Obs. 104 Grana hæc, Granis Chermes maximè similia, adherent Radicibus Polygoni, quòd Polonicum cocciferum Bauhinus appellat: eaque quærent Poloni desossâ Terrâ, circa Festum S. Johannis Baptistæ, imò & à plebeis superstitionis, certis quibusdam illicitis adjunctis Ceremoniis, intra undecimam & duodecimam horam meridiam: circa solstitium æstivum illa desodiunt: quòd si hoc tempus prætereat, Grana illa non ampliùs inveniuntur, sed in Vermiculos abeunt. Usus hujus Cocci Polonici baud spernendus est, tum in Medicinâ, tum in Re Tinctoriâ ac Pictoriâ: illo enim vel solo, vel cum vero Chermes, aut Cochinnillâ misto usuntur, imò aliò mercaturæ causâ vehunt. Andreas Cnoëffelius ex istis Baccis, seu Granis in Polygono collectis, mediante Spiritu Rosarum, extraherat Tincturam pulcherrimam Cordialem, quam pro Spiritu suo Refectorio habebat, eamque vel solam vel aliis Medicamentis liquidis permistam exhibebat.

(K) *Quamquam Planta hæc Leucoion appelletur à λευκὸν & ἰορ b. e. alba Viola; nihilominus ejus species, quæ innumerae sunt, baud in colore conveniunt; sunt enim quædam flore albo, sed sunt quoque flore luteo, purpureo, & variegato: major tamen illarum pars Violæ odorem obtinet, Verùm sunt qui putant, albam Violam, seu Leucoium hanc Plantam dici, non à Florum colore, sed à Foliorum canitie: sed nec etiam omnia Leucoia incana habent folia. Officinis usitatus est Leucoium luteum, vulgare C. B.*

Planta hæc amara est, salsum præ se fert saporem, & valdè rubefacit: ceruleam papyrum. Ope Chymicæ Analyseos, præter multos acidos liquores, dat Sal volatile concretum, multumque Olei & Terræ. Florum Infusum diureticum est & deobstruens, valet ad Cachexiam, provocat Menfes, ac solamini est Paralyticis. Tournetortius hist.

XCIV. CHINA.

CHINA CHINÆ.

China radix, China radix, Chinenſibus Lampatan dicta, Fragof. C. B. 1. Cina, aliàs China, Matth. China, Garz. Acroft. Chinnâ, ſeu Cinna, Caſalp. Germ. Bochenwurtz, Gall. Chine.

Est Orientalis. Ex regione Sinarum, Chinnâ dictâ. Occidentalis. Ex Hispaniâ novâ & Peru.

Praefertur Orientalis, quæ exterius est colore rubente aut ſubnigro, interiùs candicante aut ſubrubente: & hæc quò nigrior, eò melior. Occidentalis colore est interiùs magis ruſto.

Vires. Caſcit leniter, ſiccata 2. ſubſtringit, eſt Diaphoretica, Diuretica, Diſcutiens, Aperiens, Hepatica. Hinc convenit in Cachexiâ, Hydrope, Paralyſi, Arthritide, Cephalæâ, Ictero, Lue Venereâ, Tumoribus ſcirrhoſis & œdematoliſ.

P R A E P A R A T A.

(Radix Chinæ condita antehac aſportata fuit.)

Extractum. Cum Spiritu Vini, quod tamen rari uſus: adhibetur crebriùs in Decoçtis, ſufficitque Unc. 1. vel Unc. ij. pro ſſ. 1x. Aquæ.

N. Veſalius de Chinâ Librum conſcripſit integrum.

De Chinâ Luis Venereæ rhizotomo ſuperiùs actum lib. 4. Chinam Paraquet pronuper Batavi acceperunt ad cientes Vomitus. China verò Cbrinæ dicta, Febrifugum eſt Medicamentum Peruvianum, hac tempeſtate maximè uſuale ad Drachmam unam & duas. Quidam Caſſiam caryophyllatam vendunt pro China Chinæ, ſed fallunt & falluntur. Vera China Chinæ Caryophyllis nec olet, nec ſapit. Eſt nempe Cortex, non abſimilis Cortici junioris Quercûs, ſaporis amari & paulùm ingrati. Doſis communis, ut dictum, Pulveris China Chinæ ad ſugandas Febres Drachma una ad duas, inſtante Paroxyſmo ſumenda cum Aquâ Cardui benedicti, Fumariæ, aut aliâ febrifugâ.

De Chinâ Chinæ, aliàs Pulvere Indico, Americano, Peruviano, Jeſuitico, de Lugo, (quòd 1650. ex Peruviano Regno primum à Jeſuitis Romam fuerit delatus) Kinkinna, China, Canna, Antiquartio Peruviano, Palo de Calenturas, Cortice Febrifugo dictâ, ſcripſerunt Johannes Jacobus Chiffletius, Dionyſius Jonquet in Horto Pariſ. Rolandus Sturmius, Melippus Comigius, Gaudentius Brunacius, Wolffangus Haſerus, Willis, Rolſſenecius. Arbor hujus Chinæ Chinæ, teſte Chiffletio pag. 7. & Gaudentio Brunacio Romano pag. 14. Gannana Peride dicitur, multum.

XCIV. CHINA. Radix eſt exotica, quæ ex Chinâ ad nos adfertur, unde & nomen iſtud eſt fortita. Et videri poſſunt de hac ii, qui ſcripſere de Rebus in Indiis Orientalibus (L), in quibus Morbus Gallicus eſt Endemicus; hinc Radix hæc in iſdem creſcit frequens, ut ſit Medicina in eodem appropriata. Habetur tamen & in Hispaniâ Novâ, ubi optimè creſcit, utut hodie ex Peru potiùs ad nos perveniat. Vera autem China texturâ conſtat admodùm acri, & volatili aromaticâ, ſatisque penetrante, ideo in impuritatibus Sanguinis, Leprâ, Lue Venereâ, &c. Decoçtum Radicis Chinæ per Sudorem optimè operatur. Ordinariò cum Lignis miſceri ſolet pro Decoçtis Sudoriſeris contra Luem Veneream, & Affectus Catarrhales. Radix autem noſtoſa, quæ ad nos adfertur, eſt tantùm ſlæſtris, non borſenſis, ideoque magis temperata, nec adeò acris, quàm cæteræ Radices ac Ligna; unde tutior ejus in delicatis aut bilioliſ ſubjectis eſt uſus, in quibus vi diaphoreticâ & ſudoriſerâ maximè pollet. Ejus nempe ſſ. in Aquæ ſimplicis ſſ. ad medicatam decoquitur, donec Saporem acrem acquirat; quo Decoçto uti poſſumus ad uncias aliquot pro Scopo Sudoriſero; & in Hydrope, Febris, omnibus Morbis Chronicis Galenicorum ultimum ſolacium eſt, præmiſſis Uniſverſalibus; ſicut BONTIUS Medic. Indorum pag. 33. ad omnes Morbos Chronicos & Paralyſin Indorum maximè commendat. Convenit etiam in Scorbuto, Membra exteriora aligente, Arthritide nempe Vagâ ſcorbuticâ, & Paralyſi ſcorbuticâ; ſorbillane ad tempus in Lactæ caprillo vel Sero Lactis, cui & ſimul inſtillatur Spiritus Cochleariæ. Juxta JULIUM CÆSAREM CLAUDINUM in Append. de Ingreſſu ad Infirmos pag. 534. Priapiſmum excitat. Porrò Radix Chinæ in Sero Lactis ſenibus catarrhoſis & podagricis eſt admodùm proficua In Catarrhis & Phthiſi imminente, ad corrigendam Lympham acriorem in Pulmones effuſam, Decoçtum Chinæ convenit: vid. FREITAGIUS in Aurora Medicâ, ubi tractat de Phthiſi. Cæterùm, cum valdoperè exſiccet, ſunt qui præcipiunt, ut in Decoçto addantur Paſſulæ majores propter ſaporem aliqualem; quæ etiam per ſe egregiè conveniunt in Scorbuto. Modus propinandi Decoçtum in Phthiſi eſt hic:

℞. Rad. Chinæ in taleol. incifæ ſſij. Flor. Papaver. errat.

Tom. IV.

(L) Potius in Indiis Occidentalibus Lues Venerea eſt Morbus Endemicus: non priùs enim Europæis Lues hæc tanotuit, quàm novus detectus fuerit Orbis, b. e. Indiæ Occidentales: cum Indiis tamen Orientalibus à multis retrò ſæculis vigeſſet commercium.

(M) Quamvis Chinæ Radix exotica merces ſit, & nobis à remotiſſimis regionibus afferatur; lipſis tamen & touſoribus per uniſverſam Europam, ob ſamiliaritatem ejus uſum, noſtiſſima eſt. China anno 1535. Goæ in Indiâ primum innoſcere cœpit, à Chinenſibus (unde nomen) illuc adveçta, ubi unicam tantùm perpuſillam Plantam ſe vidiffe ſateatur Garcias: inde poſtè in Europam tranſmiſſa. Imò non tam ex Indiis Orientalibus hæc aſſertur, verùm etiam ex Occidentalibus, ex novâ nempe Hispaniâ, & Regno Peru. Magnæ craſſaque hujus Plantæ Radices, apophyſibus tuberoſis inæquales, ponderoſæ, colore foris ex ſuſco rubente, intùs ex modicâ rubedine albeſcente, ſubſtantiâ compactâ notabiles, in Officinis, & Pharmacopolis vulgò proſtant. Quamquàm Amatus inter Arundines Plantam recenſeat, & Cæſalpinus potiùs ad genus Iridis illam reduçendam eſſe aſſerat; nihilominùs in eo omnes Antiqui conſentiunt Chinæ Plantam ſcandentem eſſe, atque vicinas Arbores (non ſecus ac ſacit Smilax aſpera, vel Hedera) tenaciter ampleçti: Caules ex Piſone lib 4 cap. 65. Spinis acutiſſimis obſiti, Folia emittunt Plantagini latifolia baud diſſimilia (quidam Cordiformia faciunt), Bacças in ſummo ſerunt, racematim poſitas, croceas ad aureum colorem vergentes.

Radix hæc ſeligenda eſt gravis, reſinoſa, cultrum reſpuens, ruſcentis coloris, tinea baud corroſa: & cavendum ne cariet foramina Bolo, vel ipſius Radicis pulvere, accedente Glutino quodam, à Sepſiſariis inſarçta ſint. Uno verbo, baud effeta in uſum Medicum ducenda, ſed, quoad fieri poteſt, recentior: hanc autem vix apud nos reperies.

Beton.

Scab. an. M. ſſ.

Paſſular. major. enucl.

minor. an. ſſij.

Coqu. in ſ. q. Aquæ communis ad ſſ. iiſſ. Colatura edulcoretur cum Syrupò Florum Papaver. vrbæadæ, & trajiciatur per Manicam Hippocraticam, D.S.

Potus contra Phthiſin.

Item ad temperandam Acrimoniam Salis ſcorbutici, & indenatam ſitim compeſcendam, egregium eſt Decoçtum Chinæ TI-MÆI à Guldenkleæ in Epiſt. 29. l. 3. pag. 238. Nam Mucilaginem temperatam ſimul continet, unde vis ejus attemperandi cum vi ſimul diaphoreticâ dependet; hinc etiam vim pinguefaciendi obtinere, à quibuſdam affirmatur.

Eſſentiam ex Chinâ paratam videbitis in BEGUINI Tyroc. Chymico. (M)

Praeter Chinam, qua de locutus hætenus ſum, offert ſe

CHINA CHINÆ,

DE qua tacet Autor noſter.

China Chinæ vocatur aliàs Cortex Febrifugus Peruvianus; item Pulvis Jeſuitarum, quia hi ex Peru redeuntes hanc ſecum attulerunt, & in Scholas Medicorum introduxerunt. Febrifugus dicitur, quia primùm expertus eſt contra Febres Intermitteutes quacuſque, etiam Chronicas, in ſpecie Quartanas, unde vocatur à quibuſdam Antiquartium Peruvianum. DIGBÆUS in Angliâ uſus eſt illo cum ſucceſſu in Praxi, & in Italiâ REDI adhuc adhibet illum feliciter: vid Diſſertatio D. AMMANNI noſtri, & BARTHOLINUS in Cent. 5. Hiſt. 50. In Officinis noſtris eſt nigricans quodammodo & rubescens, Saporem & Odorem habens aromaticum ſimilem Cinnamomo; ſed minùs genuinus eſt hic Pharmacopæorum noſtrorum Cortex. Magna enim hic ſubſt Merçatorum fraus. Item inſigniter illum adulterant, adeò ut vix in ſſ. reperitur ſſ. veri. Dignoſcitur adulteratus à genuino ita: Qui eſt ſaporis ſimilis ferè cum Cinnamomo, non eſt legitimus, ſed adulteratus; genuinus autem qui Româ aſſertor, ubi eſt genuinus, eſt craſſior, ſpiſſior, quodammodo albicans, ſaporis amariffimi, ſimilis omninò Radici Gentianæ noſtratis.

K

tumque differt à *Cassia caryophyllata*: à, ut videre est ex *Pisonis* descriptione, quâ proficitur Corticem *Cassia caryophyllata* saporem reddere Cinnamomi cum Caryophyllorum prædominatio, qui sapor in *China China* sincerâ non reperitur.

Ipsa *China China* calida & sicca est, vim habens aperiendi, discutiendi, attenuandi, resolvendi, Putredinem arcendi, roborandi.

Ufus est in debellandis *Febribus Intermittentibus*, & hîc quoque *Francofurti* satis frequens, quod non careat optato successu. *Corticis China China Drachmæ duæ*, secundum *Gaudentium Brunacium*, pag. 17. *tunduntur subtiliter, ac per se saccum trajiciuntur. Tribus inde horis ante Paroxysmum maseatur Pulvis in Vinj albi meracioris cyatho, dumque Frigus febrile seu Rigor irrepere incipit, in eo levi, ac primo accessione principio, Vinum & Pulvis præbetur, & Ager se in lecto panis coopertus componit.* Alii sumunt Pulverem *China China* in substantiâ; dilutum tamen præfert *Comingius*. *Essentiam* describit *Rosinccius*, aliamque *Sturmius*. Potest etiam parari inde *Spiritus, Extractum, & Oleum*. Nos hîc utimur plerumque Pulvere ad *Drachmam* unam cum successu felici.

Quoad operandi modum; *China China* Febres tollit nec sensibiliter, nec insensibiliter, sed per vim præcipitantem febrile Fermentum. Causa enim, volente *Sennerio lib. 2. de Febr. pag. 255.* Febris est Fermentum aliquod peculiare, quod quamdiu non præcipitatur Medicamentis idoneis, tamdiu Febris præsens manet in corpore.

Quoad *Chinam China* sequentia notanda dat *Willis pag. 154. de Febr. Primò*, quod hoc Pharmacum intus sumptum, in Sanguinis Massam vim suam & energiam præcipue exercet, quippe Viscera non omnino irritat, neque Excretionem quamvis, aut molestiam iis infert: insuper dummodò Sanguini virtus ejus communicetur, *Δυσκρίσις ἀναρροητική* non omnino exseritur: quare non semper Paroxysmus proximè secuturus, at secundus aut tertius deinceps ab eodem assumpto præcaveatur, atque ob hanc rationem quò citius Cruorem afficiat, usitatum est, ut unâ cum Pulvere Liquor eodem valde imprægnatus propinetur; sic enim in Sanguinis Massam ejus particulæ facilis convehuntur.

Secundò, Corticis istius virtus Sanguini impressa aliquandiu in eodem manet, idque brevius, aut diutius, juxta quod major aut minor Medicamenti portio intus sumitur; etenim Particulæ ejus Cruori confusæ, cum ipso diu circulantur, & quò plures adsunt, eò magis Massam ejus afficiunt, & effectum diuturniorem producent. Nam licet *Alimenta & alia* quædam ingesta, in quantum à Calore nativo statim subiguntur, quicquid habent virium intra paucas horas exserunt, ac deinde assimilata, aut foràs excreta cessant; tamen *Pharmaca* nonnulla intus admittuntur, quia non facile perdomantur, nec irritatione citatâ illic foràs eliminantur, per plures dies valde activa perstant, atque Sanguinem & Succos in hoc aut illo Fermentationis ritu ducum retinent. Hoc observare licet de Medicamentis quibusdam, item de *Venenis*, & plerisque *Alexiteriis*, quorum unica exhibitio per plures dies, eademque iterata longiori tempore solet Corpora nostra afficere; usitatum enim est à Medicamentis Catharticis, si quando per Vomitum aut Sedem minus operantur, post plures Hebdomadas Pusulas & Exanthemata exterius erumpere: quin etiam si à *Toxico* epoto Mors evitetur, diu admodum in Sanguine & Succis virulentiam delitescere, nemo est qui nesciat. Pariter etiam hic Pulvis, & fortassis alia quamplurima intus assumpta, in Spi-

ritus & Humores quantumvis sopita videantur, etiamnum agere perseverant.

Tertiò, licet Medicamentum istud immediate in Sanguinem & Humores agat, tamen *Dyscrasiam febrilem* in iis sitam haud radicitus tollit; quàm citò enim ejus vis absimitur, & Particulæ omnes à mixtione Sanguinis avolaverunt, Affectus pro tempore solum suppressus denuò emergit, & solito more accessio repetit; quatenus verò Natura hoc cessationis spatio fortior evaserit, ideò post Recidivam Paroxysmi (non uti prius) sed die tertio & quarto, juxta primum morbi Typum redire solent.

Quartò, annotetur, quod hoc Remedium non quemadmodum vulgaria Febrifuga Sanguinem figendo, aut etiam fundendo Accessiones febriles sistit; tunc enim Paroxysmus semper ingruens, & non secundus aut tertius postea secuturus cavereveretur.

Quibus juxta positis, ut Corollarii vice de ipso operandi Modo, quo hoc Pharmacum agere videatur, quædam subnectamus, dicimus verisimile esse, quod cum Particulæ ab eodem ingesto procedentes Sanguini permiscuntur, ipsum in novam quandam Fermentationem compellunt, quâ dum Cruoris Particulæ continuò agitantur, ne Materiam excrementitiam congerant, aut Turgescentias febriles inquant, omnino inhibentur: quemadmodum enim post Morsum Canis rabidi, aut Ictus venenatorum Animalium, ipse Sanguis & Succus nervosus diu venenatur, ne tamen magnas Anomalias statim concipiant, Alexiteria propinata eorum Liquores in aliâ Fermentatione detinendo prohibent: quorum usus si tam diu continetur donec Corpuscula virulenta penitus avolârunt, à labe isthac contractâ nullum horrendum Symptoma timetur. Sin prius absumentur Remediis nimis parè exhibitis vires, illic repullulat Venenum, & Virus pristinum explodi visum denuò in actum deducitur. Non ab simili ritu quando Sanguis Diathesin vitiosam nactus, Succum alibilem pervertit, cumque ad Plenitudinem congestum, quò rectius expellat Turgescentias febriles concipit, Cortex iste Peruvianus tritus & exhibitus, Particularum commercio Sanguinem, licet *Dyscrasiam* affictum, Fermentatione novâ concitatâ, adeò exagitat alteratque, ut Succum alibilem aliquatenus coquat, ejusque Recrementa continuò evaporet, ut in Paroxysmi materiam, non uti prius congerantur. Cum verò è Sanguinis consortio, hujus Remediis Particulæ penitus exhalârunt, totaque virtus absumpta fuerit, mala Sanguinis Diathesis prius contracta denuò emergit, ideoque Paroxysmi febriles solito more redeunt. Fortan aliquando accidit, ut dum usu istius Pulveris Accessiones supprimuntur, propter mutata Anni tempestatem, aut alius Remediis ope, aut Naturæ ipsius nisu, ista *Dyscrasia* Sanguinis sensim emendetur, adeoque Febris demum sponte dispareat; hoc tamen non nisi raro contigisse novi, quoniam æquali ferè certitudine, qua ab isto Pulvere Paroxysmos febriles supprimi, eosdem postea redire expectes.

Quod attinet ad *Qualitates sensibiles*, quibus hic Cortex insignitur, constat, ipsum *Amaritudine cum Strypticitate* quædam pollere, ut gustu indice similem ferè Saporem referat, qualis in plerisque *Alexipharmacis*, uti sunt *Radix Gentiana, Serpentaria, Contrajerva*, &c. reperiri solet; quæ enim sunt actu *Amara* in supprimendis Fermentorum præternaturalium viribus, maximâ virtute pollent; quinimò *Radix Gentiana* (ad quam refert *China China D. Glans, & Hæserus*) quæ optimè hunc Corticem similat, olim pro Curatione Februm Quartanarum

tis. Cortex autem hic est Arboris cujusdam pusillæ; quæ quibusdam dicitur *Gentiana Indica* frutescens: vid. *HOEFERUS Herc. Med. l. 6. cap. 33.* quàm delineatam habet *BARTHOLINUS l. 1. Confer. simul ejus Cent. 2. Epistol. pag. 530. & Cent. 4. p. 521.* necnon *AUTOR* noster in *Append. p. 21.*

Ufus ejus est in *Febribus Intermittentibus, Quartanâ* præprimis, & *Tertianâ*, tam simplici, quàm duplicatâ, inveteratâ: Cortex scilicet pulverisatus à *Zj. ad Zij. vel Zijj.* infunditur in haustum *Vini*; ponitur in locum tepidum per noctem, & unâ cum Infuso hauritur horâ unâ vel bihorio ante Paroxysmum Operatur per Sudorem copiosissimum, interdum per Vomitum, raro per Sedes. Sed hoc habet maligni, quod, nisi præmissis Universalibus debitis adhibeatur, semper relinquit metum *Recidivæ*: & observata quinquies, imò sexies, Recidiva in Febre, in qua solus fuit præscriptus. *BARBETTE* in *Febribus* curandis primò purgat, deinde Pulverem hunc exhibet, post rursus purgat. Præmittenda ergò eidem *Digestiva & Vomitoria* generalia, & observetur stricta *Dieta*: ita post usum ejus cessant *Quartanæ*, ubi rariùs ultra secundam vicem, si genuinus est, exhiberi debet: sicut etiam *BOYLE* in *Tract. Anglico de Philosoph. Experim.* refert, se unâ vel alterâ

dosi Corticis Febrifugi, ad *Zj.* ante Paroxysmum propinati, sæpiùs curasse *Quartanas*, quæ per dimidium annum etiam duravere. Quod si minus genuinus fuerit Cortex, periculosus sæpè & læthalis ejus usus est. *GHIFLETIUS* peculiarem *Tractatum de China China* scripsit. Ubi usus ejus suspectus, Purgans illi subjungatur.

Cæterum, cum raro apud nos genuinus habeatur hic Cortex, & *Gentiana nostras* ipsa egregium sit Febrifugum, eadem non inveterata loco *China China* ad *Zj.* commodè substitui, eodemque modo infusa usurpari in *Quartanâ* potest, & spero eosdem ab illâ effectus; sicut in Febre *Tertianâ Salia Vegetabilium fixa, v. g. Absinthii, Cardui benedicti, &c.* sæpè sufficiunt: vid. *BARBETTE* in *Praxi*: sicut *LUDOVICI* in *Pharmac. pag. 278. Extractum Absinthii* cum illis *Salibus China China* succedaneum facit.

Quartur autem coronidis loco, in quoniam ejus vis consistat? Resp. Notum est, quod omnes Febres Intermittentes ex Fermento acido, vitio Digestionis primæ contracto, orientur. Cum ergò omnia Antifebrilia Fermentum hoc febrile præcipitando, & Effervescentias febriles mitigando, operentur, ut sunt *Cornu Cervi ustum, Mater Perlarum, Febrifugum STROBELBERGERI*,

tanarum celeberrimi erat usus. Nunc autem licet hic Pulvis Peruvianus sit unicum adhuc repertum *Febris Quartanæ Alexiterion*, quod nimirum ipsius aliarumque Februm Intermitterentium Paroxysmos (licet solum pro tempore) inhibet: atamen dubitandum non est, quin alia in rerum Naturâ extent Medicamina, quæ sunt æquæ Febrifuga, atque sperandum erit, ut novi hujus Inventi exemplo ducti, ad explorandas Herbarum virtutes adhuc ignotas excitentur: ita dum sin-

gularum tentamini insillimus, & Medicinæ Rationali Empirica adjungitur, proculdubio Quartanæ aliorumque Herculeorum Morborum Curationes feliciter procedunt: quod è libentius sæculo huic, aut saltem posteris spondeo, cum manucente Corticis istius analogiâ, Medicamentum ad profligandas Febres non contemnendi usus ipse non ita pridem varia percurrere adinvenerim, quod etiam pauperibus quibusque, Succedanei vice, bono cum successu propinare soleo.

XCV. CI-

GERI, *Calcinata Animalium, Antimonium diaphoreticum, &c.* & hæc ratione Chinæ Chinæ conducere credendum est. Minus tamen tuta hæc omnia in Febris sunt, quin Febres fiant duplicatæ aut triplicatæ, si inconsultè adhibeantur. Ne ergo Febres duplicentur aut triplicentur, *Universalia*, nempe Tom. IV.

Vomitoria, aliis primò sunt præmittenda.

ZWELFFERUS in *Pharmacop. Regiæ Edit. ultimâ p. 77.* habet *Decoctum & Extractum Febrifugum ex hoc Cortice Chinæ Chinæ*; cui suadeo præferendum esse *Decoctum* vel *Extractum Gentianæ nostratis*, utpote huic viribus non inferius. (N)

K 2

CHRY-

(N) China Chinæ, vel potius Quinquina, Arbor est Peruviana, frequens in Provinciâ Quitto, in Montibus prope Urbem Loxa, ad Cerasi magnitudinem accedens: ejus Folia subrotunda, serrata: Flores oblongi, rubicundi (quidam Floribus Punicæ ob Calycis formam assimilant), qui abeunt in Capsulam Amygdalâ refertam compressâ, albâ, tenuique membranâ cinctâ. Arbor eadem vel sativa & culta est, quæ præstantior, vel sylvestris, quæ sponte provenit. Hujus Arboris Cortex ad nos magnâ copiâ asportatus, est quem Chinachinam & Corticem Peruvianum appellamus, zotissimum & invictissimum Febrifugum. Sponius ait, Corticem hunc non esse Trunci aut Ramorum Arboris, sed Radicum. Hinc Radicum Persicæ, Fraxini, & Cerasi nigri Cortex pro Corticis Peruviani succedaneo habetur.

Seligendus Cortex Peruvianus compactior, ad rubrum Cinnamomi colorem vergens, odore levi ad mucidum aliquantum tendente, sed qui naves non feriat, gustu tamen amarus. Prætermitto hic loci maximi hujus Medicamenti fortunam, quod quamvis primis temporibus aequali Auri pondere coemptum fuerit; attamen conatibus Jacobi Chiffetii, & Vopisii Fortunati Plempii, anno 1655. non solum in oblivionem cecidit, sed etiam à quibusdam pro Veneno habitum: quousque anno 1663. à Sebastiano Bado Medico Genuesi, è tenebris in lucem iterum e ductum, atque Scripto contra Plempium edito, Anastasis Corticis Peruviani inscripto, in usum denuò traductum fuerit. Circa id tempus Anglus Medicus, Talbot nomine, Parisiis Serenissimum Delphinum, Cortice Peruviano pro Secreto habito, à Febre liberavit: atque hinc Ludovicus Magnus, insigni, sed sibi familiari, liberalitate usus, Secretum à Talbot vindicatum, maximo omnium Febricitantium commodo, publici juris fecit.

De Corticis Peruviani in Febris usu aliqua notavimus Tom. 2. hujus Operis col. 541. lit. R. & col. 546. lit. T. quæ vide: lubet hoc loco addere quæ de Chinachinâ habet ex Dño Renealmo Clarissimus Fontenelle in Hist. Acad. Reg. Scient. anno 1713. Renealmus primò notat, bujus Corticis proprietates baud querendas esse in Chymicâ Analysi illius principiorum; putat enim mistum hoc (quemadmodum & quamplurima aliâ) non agere vi principiorum à se invicem se junctorum, sed cum hæc simul unita moleculas sensibiles & crassas efformant.

Quæ primò in hoc Cortice notantur proprietates sunt, ut amarus sit, absorbens, & stypticus. Ex ejus Amari tudine colligit, ipsius vi acidus Succos dulcescere: Acidum enim & Amarum constituunt Dulce. Ex eo quòd Absorbens est, sequitur quòd Acida retundit, & illorum actionem impedit, atque aded fluiditatem conservat Humorum, qui ab Acidis coagulantur. Demum ex illius Stypticitate eruius, terreis particulis ipsum scaterere, quæ Serum imbibentes, efficiunt, ut Corporis partes ob humoris copiam relaxatæ, corrugentur: atque aded Cortex Peruvianus Fibrarum vim elasticam & firmitudinem adaugere, vel ab ipsis amissam restituere potens erit. Præterea Cortex idem calefacit, quia amarus est, atque insensibilem Transpirationem faciliorem reddit, ex eo, quòd calefacit, atque auget Liqueorum fluiditatem.

Admissis his Chinachinæ proprietatibus, facili negotio ex iis deducit laudatus Renealmus varios illius Medicos usus. Quemadmodum, si Cibi vehementius in Ventriculo acefiant, & Bilis ad illorum acefientiam temperandam impar sit, aut ex ductus Choleochi obstructione, debitâ ad hoc opus quantitate influere non possit; tunc Chinachina Bilis defectui supplebit, atque Febrem ab eâ causâ pendentem tollet. Verum quamvis hoc Remedium Bilis munere fungi possit; attamen si adsit in ductibus Biliaris Obstructio aliqua notabilis, tunc etsi Cortex Peruvianus toto exhibitionis tempore posset deficientis Bilis vicem tenere, nihilominus quum Obstructionem tollere minimè valeret, nil mirum si intermissio illius usu, Febris iterum aggrederetur.

Uterius, si Febris oriatur ex Humorum crassitie ab Acidis inducâ; tunc Chinachinæ vis absorbens illam promptè, & absque Recidivæ periculo exterminabit. Si Ventriculi Fibre præter naturam laxæ Cibos nimis citò, adeoque crudos, egrediuntur; tunc Stypticitas Chinachinæ Fibris debitum tonum restituit. Simili ratione eodem calefaciente Remedio insensibilis Transpiratio ad debitam mensuram, quantitatemque reduci poterit.

Quum ergo pauca sint Febres, quæ à variis his causis, vel solis vel complicatis, ortum non trahant; hinc concludit Clarissimus Autor, paucas esse Febres, quæ usu Corticis Peruviani curari non possint. Illæ verd Febres, quæ Lentæ à Medicis dicuntur, atque ab Abscessu aliquo interno, purulentam materiam in Sanguinem infundente, oriuntur, non poterunt ullo pacto usu Corticis Peruviani curari. Imò notat idem Autor, hoc Remedium talibus Aegris noxium potius esse: nam faciliorem reddens digestionem, famem Febricitantium acuit, qui quò plus alimenti ingerunt, eò majorem Puris copiam Abscessibus addunt.

Quæ de naturâ & usu Corticis Peruviani ex Cl. Renealmo notavimus, videntur, ni fallor, Rationi atque Experientia maxime consona: ut Medicus præjudicis exutus, excusso panico quorundam in hoc Cortice exhibendo timore, poterit non solum innumeras Febres, sed etiam non exiguum Morborum aliorum numerum propulsare. Et ut verum fatear, etsi quidam non audeant tale Remedium in Febris Malignis exhibere, metuentes ab illius, ut ajunt, figente potestate, adeoque ne Abscessus suboriat, nihil tamen minus in Febris Malignis, in quibus tamen aliqua Paroxysmorum correspondentiâ & periodus observatur, nullum valentius & securius Remedium inventi, quàm Corticem Peruvianum non semel, sed iteratò, & justâ dosi exhibere. Ejus enim sum sententiæ, Medicamentum hoc potius vim habere Humores dissolvendi, quàm coagulandi: adeoque illius tempestivo usu potius Abscessus præventur, quàm generantur: etenim si neglecto hoc summo in Febris dictis præsidio, incrementibus sensim Causæ deleteriæ & Veneni figentis viribus, temporis tractu Inflammationes & Abscessus, qui non erant, tandem procreantur: quod alibi me docuisse meminî.

Nec tot tantaque pericula Hominibus ex usu Chinachinæ imminere credas, quot quantaque narrant illius osores. Ex Dño Friend Corticis decoctum in Jugularem Canis infusum illum interfecit: Cortex in Piscinam injectus Pisces inebriat, ut manu capi possint. At quis nescit Liqueores in Venam apertam, ope Chirurgiæ Infusoriæ, injectos noxiam mutationem in Sanguine excitare, etsi Aquam puram injicias? Præterea quod Piscibus vel reliquis Animalibus venenum est, nonne potest esse Homini Medicamentum, & contra?

Illud denique animadvertendum puto, quòd tamesi Chinachina ab accuratissimis Practicis, feliciter ad multos alios Morbos debellandos adhibeatur; attamen illud in Praxi mihi compertum fateor, eos Morbos Chinachinæ exhibitione superari, qui Periodorum quarundam, sive certarum sive incertarum, formâ aggrediuntur, (ut in periodicis Hysterica rum Paroxysmis non semel expertus sum): quemadmodum & de Febris ipsis verum est, quæ si Periodicæ fuerint, feliciter Cortice exhibitò tolluntur. Quod quidem si verum erit, quæcumque de hujus Medicamenti naturâ præconcepta Hypothesis labefaciabitur: semper enim illud non levis momenti explicandum restat, quâ scilicet ratione peculiarem adversus Periodicos Morbos vim obtineat.

XCV. C I C E R.

Eπεβύδος, Germ. *Kucher*, *Zifer*, *Erbfen*. Gall. *Pois chi-*
de, (album,
 (Sativum (rubrum.
 Est ((nigrum,
 (Sylvestre.

Ex his aridet Officinis rubrum sativum, cui tamen & album substitui potest.

Videatur Cicer, *Brunsf. Mattb.* (cui & Domesticum,) *Cord. in D. Cast. Tab.* Ciceris altera species, *Trag.* Cicer nigrum, *Fuchf.* seu arietinum, *Cord. hist.* Cicer arietinum, *Dod.* Cicer sativum, *Ger.* Arietinum, *Lob.*

Vires, Calfacit & siccatur. emollit, abstergit, discutit, Diure-

tica sunt ac Lenientia, proin conducibile est eorum Decoctura Nephriticis. Extrinsecus adhibetur Farina in Cataplasmatibus, &c.

XCVI. CICHORIUM ET CICHOREA.

Kίχῳριον, Σίσις, Solsequium, Intybus, Ambubeja, Cichorea, Germ. *Cichorem*, *Wegwart*, *Sonnenwendel*, *Sonnenkraut*. Gall. *Cichorée*.

(Sativum,
 Est (Sylvestre; flore [cæruleo, vel albo.
 [luteo.

Ex his usitatum Sativum, tum Sylvestre cæruleum vel album. Crescit.

CHRYSANTHEMUM.

Chrysanthemorum variae sunt Species, quas inter in Horto Medico nostro se offerunt *Chrysanthemum majus inodorum*, folio hirsuto, quod etiam *Buphtalmus lanuginosus foliis Millefolii* dicitur; *Chrysanthemum Creticum*, & *Indicum*. *Chrysanthemum majus Chamameli* species esse videtur.

Officinis non est in usu, sed in Hortis tantum ornatus gratia colitur. (O)

CHRYSANTHEMUM CRETICUM.

Chrysanthemum Creticum est vel luteum, vel mixtum ex luteo & albo, vel album simpliciter, quod tamen rarum. *Luteum Bellidi* proximè accedit, referturque ad *Chamomillas*, in specie ad *Antibomides luteas*. Nullo in Autore exactius descriptam reperietis, quam in Horto Eustadiensi, in quo æri incisa est hæc Planta.

Est aliàs exotica, nec ullum in Officinis usum Medicum agnoscit. (P)

CHRYSANTHEMUM INDICUM.

Chrysanthemum Indicum est vel latifolium, vel angustifolium, caule rubescente.

Nullius hæc sunt usus in Officinis.

Datur & in Horto Medico nostro *Chrysanthemum Peruvianum non tuberosum*, seu *Flos Solis*.

Hujus usus hætenus ferè fuit incognitus, qui tamen est duplex, Medicinalis scilicet, ac Culinaris.

Quoad Usum Medicinalem, Scapus Seminum ferè maturorum incisus ac decoctus copiosum præbet *Gummi*, quod quidam tanquam singularissimum *Vulnerarium*, in formam scilicet *Emplastri* redactum, extollunt.

(O) Chrysanthemum χρυσάνθεμον, à Floribus luteis aureo fulgore splendentibus, διὰ Πλάντα: Flores radiati sunt, Calyce sphaerico & squamoso comprehensi: Semina angulata aut striata, vel tenuia & acuta. Hoc Character verum Chrysanthemum à reliquis Plantis flore radiato distinguit Tournefortius.

Antiqui enim & Recentiores quamplurimi Plantas omnes Flore radiato, & Corymbiferas si luteo essent Floris colore, Chrysanthema appellant. Hinc magna inter Chrysanthema, Bellides, Chamæmela, Buphtalma, similesque luteo flore Plantas confusio.

Chrysanthemum majus, inodorum, folio hirsuto, quod primò loco habet Etmullerus, atque Buphtalmum lanuginosum, foliis Millefolii quoque appellat, est sanè Buphtalmum tenuifolium, folio Mellifolii ferè J. B. quod juxta Methodum est Cotula flore luteo, radiato T.

(P) Chrysanthemum Creticum Clusii, idem est ac Chrysanthemum majus, folio profundius laciniato, magno flore C. B. Est quoque apud eundem C. Bauhinum Chrysanthemum flore partim candido, partim luteo, cujus Iconem in Horto Eustadiensi (lego Eystetteni, in quo Horto Icon est Chrysanthemi Cretici mixti) æri incisam esse ait Etmullerus.

(Q) Species Chrysanthemi Indici ab Etmullero hinc recensita, atque aliæ nomine Helenii Indici, Asteris Peruviani, Chrysanthemi Americani & Canadensis, atque Floris Solis ab Autoribus insignita, reducantur à Tournefortio sub peculiari Genere, quod Coronam Solis appellat. Flos Coronæ Solis, seu Helenii Indici maximi, benè repurgatus à foliis, coctus cum Oleo, Sale & Aromatibus melioris est saporis, quam Fagi, Asparagi, Cardui, & Scolymi, ac ad Venæm infunditè stimulat, ut in se ipso expertum se esse scribit Cortusius: nec minùs esu suaves & grati sunt pediculi foliorum teneri adhuc in craticulâ decocti, Sale Oleoque priùs preparati. Rajus hist. 335.

(R) Crassum hinc subest Etmulleri mendum, qui Chylosteum vocat Plantam, quæ Xylosteum appellatur: deceptus sanè fuit ab X. Latinorum, quod pro X. Græcorum falsò sumit: sicque Chylosteum scripsit, quod Xylosteum scribendum erat. Xylosteum Planta est Periclymenis affinis: vide quæ de ipso notavimus hinc v. Caprifolium.

(S) Ciceris duo summa genera fecerunt Dioscorides & Galenus, Sativum scilicet & Sylvestre. Alii ex Plinio Cicer Columbinum seu Venereum habent, & Arietinum. Apud Theophrastum Cicer Οπισιαιον, b. e. Ervinum, quod Ervo simillimum & dulcissimum sit.

Alias Ciceris differentias faciunt à magnitudine, figurâ, colore, sapore. Aded autem omnium Ciceris specterum Semina Capiti Arietino assimilantur, ut id pro notâ Characteristicâ habeat Tournefortius, qui Cicer inter Plantas connumerat flore papilionaceo, siliquâ uniloculari & brevi. Quâ ratione Cicer Orobæum Theophrasti & Lobelii baud Cicer esse ait, sed Ervorum familiæ accenset, vocatque Ervum semine obtuso, triangulo. Ulteriùs Cicer sylvestre latifolium triphyllon C. B. quod est tertium Dodonæi, ait esse Anonidem purpuream, perennem, foliis latioribus, rotundioribus, profundè ferratis Moris. At Cicer sylvestre primum Dodonæi, & foliis oblongis C. B. est Tournefortio Aitragalus luteus, annuus, Monspeliacus, procumbens Moris.

Crescit juxta vias, floret Junio.

Sativum dicitur Cichorium domesticum, *Mastb. Cast.* Cichorium sativum cœruleum, *Lob.* Cichorium latioris folii, *Dod.* Cichorium latifolium sativum, *Lon.* Seris sativa, *Lob.* Cichorium sativum & album sativum, *Tab. Ger.* Cichorium sativum C. B. 1. Sylvestre dicitur Solsequium, *Brunsf.* Cichorea, *Trag.* Sylvestris, *Mastb.* Seris sylvestris, *Lob.* Seris picris, *Loe. icon.* Cichorium *Lon.* Intybum agreste, *Cord.* Sylvestre, *Dod.* *Cast.* agreste, sylvestre, *Fuchf.* *Cord. bist.* Cichorium, *Tab.* Hieracium latifolium, *Ger. icon.* Cichorium Sylvestre sive Officinatum, C. B. 1. Seris *πικρίς* *Dioscoridi* Germ. *Voilde Cichoreye*.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, Folia (sylvestris potissimum), Radix (sativa.)
Vires. Epaticum est nobilissimum frigidum, & siccum 2. (alii

calidum videtur ob amarorem): aperit, Diureticum est, attenuat, extergit. Usus præcipue in Hepatis Obstructione & Febribus.

N. Collectum in sua exaltatione (die Festo Nativitatis Mariæ) Hæmorrhagias sistere creditur.

P R E P A R A T A

1. *Conserva.* Ex Floribus.
2. *Condita Radix* cum Saccharo, & Confecta.
3. *Syrupus Simplex.* Ex Succo & Saccharo. Vide Dispens.
4. *Compositus* (Coridi). Vide Dispens. Norib.
5. *de Cichorio cū Rhabarbaro Florentini.* Vide Disp.
6. *Aqua.* Ex Foliis & Floribus.
(Aqua Florum Cichorii albi Oculis conducit.)
7. *Aqua Ophthalmica.* R. Flores cœruleos (collectos Sole in principio Leonis collocato,) q. v. inde Vitro orificii angusti, obtura

tur præterea Cichorium flore albo, & carneo, quod tamen rarum est. Alias *Sonchi*, *Taraxaca*, *Endivia*, *Laſuca*, ac *Intyba*, *Planta* sunt congeneres: Germanis vocatur *VVegevvart*, *Sannepvandel*, *Hindlauffte*, & quæ alia Rusticorum sunt nomina.

Generalis autem hujus rei *δοξίμοσις* est; quod scilicet

1. Fundant *Succum lacteum.*
2. *Luteos* ut plurimum *Flores* ferant.
3. *Flores* in *Pappo* degenerent.
4. Quod sint *Frigida*.

Cum autem omnia *Frigida* & *Humida* dicantur, hinc *Hepati* conveniunt.

Hortense & *Sylvestre* usitatum est, & quidem imprimis apud Veteres in maximo fuit pretio, & ab iis propter maximas utilitates vocari consuevit *Polychrestum*, item *Pancreaticum*; quemadmodum etiam Medicamenta, quæ multis medentur morbis, dicuntur *Polychresta*, & *Pancreatia*.

Ex Plantâ in usu sunt *Folia*, *Flores*, & *Radix*.

Planta hæc *lactescens*, sicut etiam *Radix*, moderatè amara ac cum aliqua stypticitate conjuncta, unanimi consensu dicta fuit *Planta Hepatica*, quod nihil præstantius in Hepatis vitiiis quibuscumque, ubi Sanguis à debitâ deficit Crasi, tollendis, & Subjectis Biliofis, in *Juvenibus nimio calore abundantibus*, hæc esse dicatur. Hepati namq; calido, i.e. Hypochondriis æstuantibus ac inde natis Phlogosisibus, cum *Planta*, tum *Radix* insigniter mederi observata; refrigerat enim tali in casu, quippe etiam inter *Plantas Frigidas* numeratur. Quando nempe aliâ Phlogosisibus laborat Corpus, tunc Hepar laborare dicunt; sed falsò Oriuntur enim illæ ex vitiosâ Effervescentiâ Salis volatilis, in Bile existentis, cum Acido peregrino vitio Digestionis primæ orto, unde non tantum Phlogoses, sed & *Tormina* in iisdem percipiuntur. Affectus hic, qui à Medicis plurimis, imprimis *Italici* & *Gallis*, *Intemperies Ventriculi frigida*, & *Hepatis calida* vocatur, atque *Radix Mali Hypochondriaci*, *Febrium Chronicarum*, omnisque *Cachexiæ* itatuitur, sæpè est *Ignorantia assilum*.

Ut autem dicam hic, quod res est, notetur, quando de *Ventriculo frigida* & *Hepatis calida* Intemperie reperitur apud Autores, semper credendum, adesse *Fermentum nimis acidum* & *fixum*, *Ventriculumque Pituita viscidâ crassâ & acidâ esse obsessum*, judicandum. Quando igitur talis est constitutio, Autores dicunt: *laborat Ventriculus Intemperie frigida*. Quod si ex hac labe fiat corruptio Chyli, quæ etiam necessariò sic, faciliè deinde, quando ille præterit insertionem Pori Cholechochii in Duodeno, oritur *Effervescentia*, cujus comes individuus est *Phlogosis*, ut jam dixi, & tunc dicunt: *laborare Hepar Intemperie calidâ*.

In *Intemperie hac dictâ* commendatissimum est *Cichorium*, de quo vid. *PANAROLLUS* in *Pentec.* 3. *Observ.* 47. ubi in *inæquali Viscerum Intemperie* nil melius, quàm *Cichorium* convenire credit. Probatum hoc ex *Sapore amaro*, quo innuit, constare Sale nitroso acri volatili, non admodum penetrante; sed admodum temperato, ita, ut in hoc præponderet Alkali; quod

1. *Acidum* in *Ventriculo* ex primâ digestionem relinquitur emendat, & *Muciliginem* incidit, resolvit, & detergit, atque per *Alvum* & *Urinam* blandè eliminat. Unde
2. *Remotione impedimentorum factâ*, sic ut *Chylus laudabilis* præparetur, & *Phlogoses* cessent; & sic admodum convenit in *Morbis dictis Chronicis*.
3. *Emendat Oleositatem Bilis*, auget ejus *Acrimoniam*, & abstergendo hinc inde vitiosas Sordes primarum viarum, partim *Alvum apertum* servare, partim aliqua *vi diuretici* pollere observatur.

Propter quam *vim salino-nitroso-volatilem* evenit, quod libenter loca pingua probè culta, adeoque nitrosa, incole refoleat. *Conf.* in specie *SENNERTUS de Natur. Ci-*

chor. in *Paralip.* pag. 77. Hinc propter plures Affectus subalternos polychrestum solet esse Remedium, dum Ardorem Stomachi restinguere, Sanguinis acrimoniam & fervorem temperare, Hepati & Renibus prodesse, ob insignem amaritudinem Ductum Choledochum referare, adeoque quicumque vitam prolongare conantur, hanc Plantam sibi commendatam habere debent, autore *THEODATO* l. 1. pag. 257.

Lis est inter Autores, an frigidum sit Cichorium? an verò calidum? Sed lis est de lanâ caprinâ; si saltem consideretur Sapor acris amaricans, apertum erit, quod sit *calidum*.

Juxta *Centaurium minus* & *Abinthium*, *Cichorium* est *primarium ex Febrifugis*: Valdoperè enim convenit *Stomacho*, propter vim Ardorem & Effervescentias compescendi, ab Acido oriundas, & propter vim abstergendi, incidendi *Mucilagines crassas primarum viarum*, & incisas per inferiora educendi; dumque simul habet *Saporem subadstringentem*, moderatè *adstringit*, & firmat *Partes*, ne laxentur, in aliamque illabantur infirmitatem. Ii, qui post graviore Morbos dispositi sunt ad *Cachexiam*, *Hydropem*, aliosque Affectus, propter crasin Sanguinis nondum perfectè restauratam, coquant *Radice Cichorii* in Jusculo, & *Decoctum* assumant.

Sunt, qui commendant *Flores Cichorii albos* contra *Hæmorrhagias Narium*, si scilicet vel comedantur, vel extrinsecus applicentur. Sunt etiam, qui hic præferunt *Radice Cichorii albi*, tempore exaltationis in Festo S. Jacobi circa meridiem collectam, & Dentibus contritam; sic enim *Hæmorrhagias Narium* sistere creditur. Sed hoc non tantum dicunt de *Radice Cichorii albi*, verum etiam de cœrulei *Radice*, eodem modo adhibitâ, *Dentibus contritâ*, & sub *Linguam* detentâ. Vid. *ROSENCREUZERUS* in *Astrolog. Infer.* pag. 433. Juxta hanc vim usitata est in *Sputo Sanguinis* masticata, & sub *Lingua* detenta, vel etiam sensim sensimque deglutita. Sunt, qui se reddere volunt *impenetrabiles ab Armis* cum hac *Radice*, si assumatur simul *Uinea Crani humani*; quod tamen fabulosum puto esse.

Inter *Preparata* est *Succus Cichorii amaricans*, ac *Sale essentiali* serè nitroso imprægnatus, qui forti *Decoctione* elicitus, ita inspissando in *Extractum*, cuiusvis usui accommodabile, redigitur; qui in vitiiis Bilis corrigendis est egregius. Acuit namque Bilem torpescens, particulasque ejus salinas auget ac intendit, ejusque secretionem adjuvat.

1. *Conserva* cum aliis Appropriatis in *Cachexiâ* post graviore Morbos, aliisque Affectibus supradictis, Hepati vulgò tributis, ex crasi Sanguinis nondum perfectè restauratâ oriundis, necnon in *Sputo Sanguinis*, præscribi solet. *Formula* posset esse talis, quam habet *ZACCHIAS*:

℞. Conf. Flor. Cichor.

Rosar.

Summit. Rubi an. ʒj.

Santali rubri ʒij.

Boli Arm. ʒj.

Syr. Myrtillar. ʒj.

M. f. Electuarium.

Hujus *Misturæ* horâ unâ ante pastum exhibeatur ʒʒ. in *Hæmorrhagiâ*, & *Narium* & aliarum partium, imprimis in *Sputo Sanguinis*.

2. *Radix Cichorii condita*, *Eingemachte Hindleuffte*, in jam dictis Affectibus *Cachecticis* assumitur; sed parum virtutis superest, quam per diurnam coctionem perdidit.

3. *Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro* moderatè laxat, & solet præscribi in *Mixturis* contra *Cachexias*, & species *læterorum*. Infantibus recens natis admodum proficius est, si tantillum, drachma una vel altera, cum *Pulpa Passularum* ad lambendum detur, antequam *Lac* sugant, quia *Ventriculi Cruditates* in *Utero* collectas abstergit, *Meconium* expurgat, & *Mala* inde oriunda, v. g. *Epilepsiam* & *Tormina*, præ-

obtura optimè, & Massâ Panis circumvolutum committe Clibano, ut pintatur cum Pane; hinc exprime ac destilla in B.M. Vires. Convenit omnibus Affectibus Oculorum, Albugini, Nubeculæ, Ungui, Suffusioni, Caligini, &c. Inungitur Palpebræ mane, & vesperi. *Hartmannus in Pract. Poppius in Herbar.*

8. *Sal Com.* Ex Plantâ incineratâ. Attenuat, discutit, Febrifugum est. (Extractum.)

XCVII. C I C U T A.

Kύκκω Germ. *Wunsterich, Schierling.* Gall. *Ciguë.*
Ex generibus Cicutarum infertur in Officinas Cicuta major, C. B. 1. quæ Cicuta, *Trag. Matth. Fuchs. Dod. Lob. Lon. Cast. Tab. Ger.* Cicuta major, *Cord. hist. Cam. Vera, Gesn. hist.* Cicutaria vulgaris, *Clus. hist.*

præcavet, additis Coralliis rubris præparatis, Lapillis Cancrorum præparatis, &c. Maximi enim Infantum Morbi oriuntur ex corruptione acidâ Lactis, ad quam disponunt Sordes relictæ post Partum, sive hæreant in Ventriculo, sive instar Meconii in Intestinis. Hi autem præcaventur exhibitione vel Syrupi de Cichorio, vel Olei *Amgdalarum dulcium cum Saccharo penidiato*; Saccharum enim prohibet Lactis acescentiam, & Rhabarbarum sordes abstergit.

7. Ex Floribus cœruleis fit elegans *Aqua Ophthalmica per deliquium* in Clibano, quæ vel sola, vel cum *Spermate Ranarum*, in Ophthalmiâ ex Lymphâ nimis acri, Sugillationibus, Albugine, & aliis Oculorum Affectibus, vi deterfivâ & mundificativâ admodum egregia est: Idè & maximè laudatum existat Remedium contra Oculorum Affectus ex Cichoriorum genere. Modum habet *AUTOR noster*, & *SENNERTUS in Praxi de Affectib. Oculorum*, & alii Auctores plurimi.

8. *Sal fixum* est ex usitatissimis Febrifugis in Febris Intermittentibus, tam die Intermissionis, quàm ante Paroxysmum. Commodè additur in Febris Chronicis, & quibus Imminet Cachexia, *Antimonium diaphoreticum Martiale*. Unde quidam ex Cichorio incinerato parant *Lixivium*, quod superaffundunt *Limaturâ Martis*, & exponunt Calori vel Solis vel Furni: hinc fit, ut Antimonium fatiscat in *Crocum aperitivum*, quem laudant in Morbis Chronicis & Cachexiis. Sed præparatio hæc nil valet, quia Mars in Calcem terream irrefolubilem mutatur. (T)

XCVII. C I C U T A. *Cicuta seu Cicutaria aquatica minor.* Germ. *Schierling*, Petroselinum quoad formam simillima est, & vulgò inter *Herbas Venenatas* refertur: Radix enim ejus non minus Brutis, quàm Hominibus, perquam nociva deprehensa fuit. Propter similitudinem namque faciei hujus cum Petroselino, factum, ut ex Radice, pro Petroselini Radice, comestâ, non rarè Convulsiones, imò ipsam quoque Febrim Petechialem, aliaque gravissima Symptomata, exorta sint. Exempla prostant quamplurima; imprimis in *KIRCHERI Scrutin. Pestis p. 204.* curiosum est, quod refertur de duobus Monachis, qui ex esu Cicutæ Radicis, pro Petroselini Radice, in Delirium inciderunt, ut putarint sese esse Anseres & Anates, & propterea in Aquam se contulerunt, & natârunt, donec interierunt. Præ-

(T) *Cichorium peregrina Græcis vox, ex M. Virgilio, quæ omnia Intyborum genera indicat, agreste nempe, & sativum: at Picris semper agreste, Seris plerumque sativum Cichorium indicat. Apud Nicandrum est Κίχωρ binc Κίχωρον; cujus diminutivum est Κίχωριον. Poëticè tamen apud Horatium Κίχωρα. Quamplurimæ sunt Plantæ, quæ Cichoraceæ à Practicis vocantur, quod frigida & humida sint, succo lacteo turgent, & flores foliosos περιστερευόμενος b. e. in pappos abeunt obtineant. Has Plantas Cichoraceas decem numerat C. Hofmannus: Cichorium nempe propriè dictum, Chondrillam, Cyanum, Sonchum, Lamplanam, Hieracium, Pilosellam, Senecionem, Lactucam, Tragopogona. Sunt qui Dentis Leonis species Cichoraceis accensent.*

Cichorium Officinis & Culinis familiarissima Planta: Officinale magis est sylvestre quàm sativum: utrumque tamen culinaris usûs est. Endivia vulgaris, tam latifolia quàm angustifolia, species sunt Cichorii. Fortè ab Intybus dicta est, unde Intybia, & Endivia: quemadmodum & à Seris Seriola, unde Italarum Scarola, ut autumat laudatus Hofmannus. Hinc fit ut pro compositione Syrupi de Cichorio cum Rhabarbaro, nomine Scariolæ veniat Endivia vulgaris, b. e. Cichorium hortense, vel latifolium, vel angustifolium.

Cichorii sylvestris Radices & Folia sunt amarissima, lacte turgida, & vix rubefaciunt cœruleam papyrum: Flores autem magis illam rubefaciunt, minus amari sunt, & viscido sapore præditi. Cichorii Sal vix differre videtur à Sale Terræ naturali, sed cum notabili portione Sulfuris & Terræ conjunctum est. Ex Chymicâ illius Analysis multum Olei & Terræ elicitur, aliquid Liquoris acidi, parum spiritûs urinosi, & Salis volatilis concreti. Dens Leonis ferè eadem promiss principia, sed nihil reddit Salis volatilis concreti: utraque tamen Planta usdem fermè viribus prædita est.

Radices & Folia Cichorii sunt aperientia, diuretica, refrigerantia (quamquàm Etmullero Planta calida dicatur ex eo, quod sapore sit acri, & amaricante:) refrigerat autem eâ ratione, quod Obstructiones reserans, motum Liquoribus conciliat, ex quorum in Visceribus morâ Calor intendebatur. Syrupus Cichorii simplex, & compositus deobstruens est. maximè si ejus uncia addantur ℥ij. vel iij. Tincturæ Martis. Conserva Florum Cichorii maximi usûs est in Bolis, & Opiatis deobstruentibus, præsertim in Hydrope, Cachexiâ, Affectione Hypochondriacâ, Febris Intermittentibus &c.

Nascitur passim in pratis, locis incultis, & umbrosis: Floret Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia & Radix, sed rarè.

Vires. Quamvis summè frigida censeatur, atque inter *Venenata* referatur à *Dioscoridè*; nihilominus tamen frequens ejus usus Modernis est in Tumore, ac Inflammatione Lienis; Succus *Emplastro Splenetico* incoctus extrinsecus adhibetur: hinc in Inflammationibus aliis, quinimò adhibetur quoque nonnunquam in *Collyriis*.

Sunt qui Radicem fodere monent tempore Conjunctionis Saturni & Solis.

PRÆPARATA.

Emplastrum de Cicutâ Splenetico. Vide lib. 2.

XCVIII. CIN-

ter hoc *KIRCHERI* prostat Exemplum in *BARTHO-LINO Centur. 4. Hist. 46.* item in *SIMONIS PAULI* elegantissimâ *Digress. de Febris Malignis p. 101.*, ubi aliquot habet Exempla cum Symptomatis, qualia adesse solent in Febris Petechialibus, quæ curavit quasi Venenum fuisset assumptum; sicut etiam *AMATUS LUSITANUS Cent. 5. Obs. 98.* refert Exemplum de Puero, ex esu Cicutæ mortuo. Plura de his videbitis in *M. A. N. C. An. 3. p. 552.* *RAGENDORN Miscell. Med. p. 396.*, & *WEPFFERO de Cicutariâ*, qui legi meretur. Benè observandum ergò, ne Folia aut Radix Cicutæ confundantur cum Foliis & Radice Petroselini, utpote maximè illis, quoad faciem externam, similibus.

Cæterùm utut habeatur pro malignâ & venenosâ, & propterea etiam ab usu Medico interno exulet; Nihilominus *RENEALMUS in Observ. 3. & 4.* solus usque eò audaciæ accessit, & *Pulvere* hujus Radicis partim in substantiâ à ℥j. ad ℥ss. cum *Vino*, partim in *Infuso* à ℥j. ad ℥ij. idque felici cum successu, in Scirrhis Hepatis, ac Lienis, ut & Pancreatis gravissimis usus est: sed faciat hoc suo periculo. Non minus rarum est, quod refert *VERBEZIUS in suo Tract. contra Castellum de Vitriolo*, in quo p. 46. ex *GALENO* de quadam Ano, quæ consuetudine ita familiarem sibi fecit Cicutam, ut eâ vesci potuerit sine detrimento in magnâ copiâ. Tanta vis est Naturæ & Consuetudinis in amicis nobis reddendis inimicis, seu Venenis.

Externè ejus usus est frequentior: imprimis Cicutæ Succus expressus, vel ipsa contusa Planta aut cum *Infuso* applicata, Mammarum incrementum coërcet, duras & parvas reddit. Sunt, qui non ineptè externè Mammis ad nimium Lactis proventum in iis, qui non volunt lactare, vel sub metu coagulationis Lactis coërciti, & inductionis Mammarum, Plantam hanc contusam, ac in *Lacte*, vel *Aquâ Chæresfolii*, vel in *Aquâ & Aceto*, decoctam, sub formâ Cataplasmatum, vel Succum cum *Aceti* tantillo temperatum applicant. *HENRICUS ab HEER in Observat. 7.* valdoperè commendat Cicutam ad Inflammationem & Tumorem Penis ex nimia Venere, sive recens applicetur, sive cum *Aquâ Florum Sambuci*, vel cum *Aquâ simpliciter* decocta applicetur: discutit enim & Tumorem resolvit: Cicutæ nempe Folia lota & contusa, si humida; si exsiccata, prius macerentur in *Aquâ* & immittantur intra Præputium, cui si additur tantillum *Campobora*,

XCVIII. CINAMOMUM.

Cortices sunt Arboris cujusdam exoticæ ejusdem nominis. Germ. *Zimmetrinde*, Camel. Gall. *Canelle*.

N. De *Cassia* & *Cinamomo* *Officinarum*, quod & *Canella* dicitur, controversæ occurrunt *Opiniones*. Sunt enim qui inter se confundunt, & pro uno & eodem utrumque habent Cortice, solisque Nominibus differre, non reipsa; alii ex solâ Locî va-

rietate ea distinguunt, non ex diversâ Specie Arboris: alii ex unâ eademque Arbore utrumque delumi volunt, cujus Corticem exteriorem & cralliorem appellant *Cassiam ligneam* seu *odoratam*; interiorem & tenuiorem *Cinamomum*. Alii diversæ Speciei Arborum Cortices faciunt, inter quos tamen maxima similitudo intercedat, aded ut *Cassia Arbor* in *Cinamomi Arborem* transplantari facile queat: Hæc opinio *Gale- ni*, *Recentiores* primæ ut plurimum subscribunt Opinioni, Ci-

n. n. o.

phora, erit eò melius. In emolliendis Tumoribus tam Lienis & Hepatis, quàm etiam Partium externarum duris, nempe scirrhosis, strumosis, grumosis, &c. Radix est egregia, quâ- cumque sub formâ applicata.

Prostat pro hoc usu in Officinis *Unguentum* & *Emplastrum de Cicutâ*, quæ vel sola, vel cum *Gummi Ammoniaco*, in Aceto scillitico soluto, mixta, ad Strumas, & omnes Tumores duros emolliendos, idque imprimis in Tumore duro & scirrhoso Lienis, & postmodum etiam in Scirrho Mammarum, expertissima sunt: Vid. *DOERINGIUS in Tr. de Opio* p. 92. Omnes enim Plantæ plûs minûs Narcoticæ, uti sunt *Mandragora*, *Solana somnifera*, *Nicotiana*, *Bryonia*, *Cucumis aluminus*, nostra *Cicuta*, &c. in hujusmodi Tumoribus duris, sine Suppuratione, emolliendis, sub qua facile in Canceri naturam degenerant, egregie profunt. Aliquot *Compositiones Emplastrorum contra Scirrhos* reperimus in *SENNERTI Tom 3. Prax. pag 492.*, ubi allegat præscriptionem *HERURNII Emplastri de Cicutâ & Gummi Ammoniaco*, quod ad omnem Duritiem molliendam valdoperè fuit expertum, & in *AUTORE nostro Parte Anteriori p. 199.* atque in *Scriptis HILDANI de Acidulis p. 657.* Quando applicatur pro usu contra Scirrhos, solet subigi cum *Oleo Capparum*, vel *Oleo destillato Succini*, vel *Oleo Cocleariæ*. Præstat *Oleum Succini & Capparum*. Ergo si hõc malaxetur idem *Emplastrum*, erit eò melius. (V)

Ad Cicutariam pertinet etiam

CICUTARIA PALUSTRIS.

Seu *Phellandrium*, Modernorum decantatum *Antiphthisicum* præservativè & curativè. Semen nempe crudum sæpius assumptum, & usurpatum. (X)

XCVIII. CINAMOMUM. De *Cinamomo* seu *Cortice Aromatico*, in genere *Canella* dicto controversia, an idem sit cum *Canellâ*? & si hoc, an sit idem cum *Veterum Cassiâ* seu *Ligno Aromatico*? inter Botanicos orta est, de quo *BAUHINUS Tom. 1. Theatri Botanici*. Multæ enim sunt Arborea, quæ *Canella* dicuntur, cæteræ ejus varietates *Cassie lignæ*; cujus plures sunt *Differentiæ*, quas videbitis in specie in *PISONE in Mant. Aromat.* & ex eodem in *FRANCISCI LUSTGARTEN p. 686 & 695 Conf. M. A. N. C. Ann. 4. p. 139.* Sic ad *Cassias ligneas* pertinet Modernorum *Cassia caryophyllata*, quam esse *Kersam Arabum*, videbitis in *VELSCHII Hecat. 1. p. 19.* Sic ad *Canellas* has pertinet *Anglorum Cortex VVinteranus* dictus, de quo vid. *Hist. Plantar. Tom. 1. p. 1. p. 400.*

Arbor est instar *Oleæ*. Abraditur *Cortex extimus*, qui ex se est viridis, neque olet; dum abrasus est, exponitur Soli, ut putre-

(V) *Cicuta* sic dicitur, quod internodiis sit cavolis & fistulosis: teste enim *Servio* in *Ecl. 2. in Cannis, Calamifve*, quod inter nodos interceptum est, *Cicuta* appellatur: hinc *Lucretius* lib. 5.

Agristes docuere cavas inflare Cicutas.

Planta est umbellifera, in paludosis locis frequens, gravi odore se facile prodens: Semina gemina ferè globosam habent figuram, singula exigua sunt, hinc gibba & striata, inde verò plana. *Cicuta major* C. B. ea est, de quâ loquitur *Ettmullerus*, atque cum *Petroselinio* confundi.

Cicuta inter lethalia Venena connumeratur, cujus Succus apud *Athenienses* capite multandis ebibendus exhibebatur: vide *Socratis obitum apud Platonem*. Summâ frigiditate interficere credebant: hinc illius *Antidotus Vinum*, & ex *Aëtio Apii semen*, *Iridis radix*, *Nitrum ex Aquâ copiosiore epotum*. Caput primò petit, *Vertigines* enim, *Convulsiones*, *Singultus*, *Delirium* & *Amentiam* parit. Quidam non omnes Plantæ partes venenosas reputant, nec omnibus Animalibus illam comedentibus. Sic *Lucretius* canit,

Pinguescere sæpè Cicutâ

Barbigeros pecudes, homini quæ est acre Venenum.

Quemadmodum innoxiam vulgò credunt *Coturnicibus*, *Sturnis* & *Afinis*: hi tamen nisi intereant, profundo tamen sopuntur lethargo, ut vix detracto corio expergiscantur. Si autem quandoque *Hominibus* non obsuit, id vel ex certâ corporis constitutione, vel ex doseos exilitate fortassè accidit: *Galenus* enim ait: Si quis modicè utatur, condensare: si liberalius, obtupescere: si plurimum, necare.

Ex *Tournefortio* *Cicuta major* saporem habet *salsæ Plantæ*, *Oleum* fetidum olet, & vix rubefacit *coeruleam papyrum*: unde conjicere est, in *Cicutâ* contineri *Sal ad Sal Ammonicum* accedens, multo *Oleo* & *Terrâ involutum*: quæ principia ferè in ipso *Opio* inventiuntur. Folia in *Lacte cocta* dolentibus *Hæmorrhoidibus*, & *Articulis Podagrâ affectis* cum *doloris levamine* applicantur. *Cataplasma ex foliis Cicutæ*, cum *Limacibus contritis*, ac cum *quatuor Farinis malaxatis*, excellens est ad *Scroci Inflammationes*, *Podagram*, atque *Ischiadem*.

(X) *Cicutaria palustris*, quæ *tenuifolia* C. B. nec *Cicuta*, nec *Cicutaria* est, juxta *Methodum* (quamvis omnes sint Plantæ *Umbelliferae*); sed ipsissimum *Phellandrium Dodonæi*: habet enim semina exigua, hinc gibba, leviter striata, inde verò plana, quo differt à *Cicutâ*. At *Cicutaria vera* *Tournefortii* semina obtinet crassa, longa, gibba, & quasi lunata, ac valdè striata. *Cicutaria*, inquam, palustris, tenuifolia, est *Phellandrium Dodonæi*, ut dictum: at *Cicutaria palustris* alba, & rubra C. B. sunt species *Myrrhidis*. *Phellandrium* ex *Dodonæo Urinam* & *Menfes* provocat: ad *Vesicæ frigidus affectus* utile, & ad *friabilem Calculum comminuendum* aptum.

Mirum est quod *Regiæ Scientiarum Academiæ* retulit *Dominus Jaugeon* anno 1715. Tres scilicet *Germanos Milites Ultrajecto* profectos, incipiente Vere anni 1714. vix semiboræ spatio mortuos, quod *Cicutariam aquaticam*, vel *palustrem*, pro roborando stomacho, *Calanum aromaticum* existimantes, comedissent. Unius *Ventriculus* prorsus pertusus, in alitis duobus *Membrana tantum corrosæ*; in omnibus *Ventriculi* cavum *albicans spuma* replebat: reliqua imi *Ventris viscera* vix alterationem passa: *Pulmones* & *Cordis Musculi flacciscentes* & *marcidi*, *Vasæque omninò fluide sanguine repleta*. Haud crediderim, lethales hos effectus à *Cicutariâ palustri*, seu *Phellandrio*, de quo hic sermo est, orti potuisse; eâ enim virulentia hæc *Planta* non pollet. *Cl. Fontenelle* hæc referens *Observationem* ait, in *Wepferi* tract. peculiari de *Radice Cicutariæ*, plura proflare ejus Veneni, etsi non tam violenter necantis, *Exempla*: Quum autem *Citatus* *Traçtatus ad manus* non sit, haud locus datur in apertum ponere, quænam hæc *Planta* aded lethalis sit, quæque cum *Calamo aromatico* tam facile confundi possit. Fortassè erit verè *Cicutæ* species aliqua, vel *Cicutaria latifolia* *hirsuta* J. B. quæ est *Cicutaria palustris latifolia*, vel *rubra*, vel *alba* C. B. quæque inter *Myrrhides* reponuntur, ut dictum: at de barum virulentia nil habet J. Bauhinus, nec *Dalechampius*, qui eas describunt. J. tamen *Bauhinus* to. 3. p. 2. 181. *Cicutariam* vulgarem à se dictam, venenatam esse non solum suspicatur, & ab ipso usu cavendum monet, sed *Historiam* addit *duarum Familiarum Montbelgardi*, quæ existimantes se colligere *Pastinacas Germanicas*, brevmali tempore, *Cicutariam* banc fortè fortunâ offenderunt foliis destituta, ex cujus *Radice* esu, licèt pauco, inciderunt in grandia *symptomata suffocationis*, *Torporem*, ac *Vesantiam*, ita ut ebrios verius exprimerent: curavit bos vomitu. Ravius tamen notat, *Anglos* suos afferere, *Pastinacas ipsas vetustiores Torporem* hunc, & *Delirium* inducere, ut eas *Pastinacas insanas* vocent. Si igitur *Cicutaria hæc vulgaris* J. B. venenata est, quum hæc eadem sit ac *Myrrhis sylvestris*, seminibus lævibus C. B. erit juxta *Tournefortium*, *Chærophyllum sylvestre*, perenne, *Cicutæ folio*: hanc autem *Chærophylli speciem* nemo, quod sciam, noxiam fecit.

namomumque Officinarum, vulgò Canellam dictum, legitimam Antiquorum Cassiam dicunt. Et in Compositionibus Græcorum Xylocassiam, id est Cassiam ligneam, seu odoratam postulantibus, Canellam nostram esse adhibendam. Si qua tamen distinguere libet, crassiorem Cassiam appellare licet, tenuiorem Cinamomum; differentiâ subortâ à differente Loco natali Arborum.

Videantur Garzias ab Horto lib. 1. Arom. hist. c. 15. Job. Martardus lib. 3. Epist. 1. Matthiolus in Dioscor. Caspar Bauhinus Theatr. Botan. lib. 11. f. 3. & sim.

Frequentes sunt hæc Arbores in Zeilan, Cinamomumque præbent præstantissimum: ignobilius e contra Cinanomum præbent Arbores in Provinciâ Malavar, & Jaba seu Java.

N. Roseum, sive ex cinereo vinosum Colorem contrahit Cinamomum ex Solis calore, cui Cortex detractus exponitur: non probè idem paratus, candicans, sive cinerei coloris fit;

putrescat, & Vermes in illo generentur; acquirit Odorem & Saporem aromaticum, qui antea erat sepultus, & Colorem videm mutat in rubrum: & si minus siccatur, albicat; si nimis, nigricat. Et dum in Sole exsiccatur, induratur, & Cortex se contrahit, & in plicas abit, cum aliàs sit mollis satis.

Quoad Usus, vi summè restaurativâ præditum est & analepticâ, in quo passu mirè afficit, & recreat Spiritus Animales Influxos, adeoque in imbecillitate & Virium defectu, Lipothymia & Syncope, Nauseâ, Ructu, aliisque Affectibus Stomachi, præstantissimum est Cinamomum, sive usurpetur in substantiâ Pulvis, sive Tinctura, sive Essentia, sive Oleum destillatum. Imprimis egregiè convenit in Affectibus Mulierum Gravidarum. Cautus tamen sit ejus usus, quoniam insigniter irritat Matricem ad stimulos Menses, & promovendum Fœtum: unde etiam iis, è quibus expellendæ Secundinæ & Lochia, item quæ Partu difficili laborant, tam notabilem præstat usum, ita ut dicat LINDANUS, nulla Medicamenta Fœtus vel Menses pellentia adhibenda esse, nisi admisso Cinamomo. In specie, quod sæpius fit, ubi Mulierculis ex Partu difficili & Partium debilitate deficiunt Dolores, & amittitur Conatus, ut renoventur Dolores, propinetur Cinamomi momentum, ut animetur de novo refocillatis Spiritibus ad Partum Gravidæ. Unde jam patet sponse ejus usus in quibuslibet Affectibus subitaneis ex Spirituum quasi eclipsi natis, Apoplexiâ, Syncope, &c. idque tam interno quàm externo usu.

Usendi modus est imprimis internè in Aquâ Cinamomi cum Kino prolicitâ, hinc Tincturâ, seu Essentiâ, & hinc denique Oleo cum Saccharo, vel Pulvere appropriato subactò: Nam istis Præparationibus omnis Cinamomi vis elicitur, non secus ac in Oleo Caryophyllorum, ita ut, Oleo extracto, Cortex iners & insipidus remaneat, usui adstrictorio accommodatus ad Dysenteriam, Diarrhœam &c. quibusdam multùm laudatus: Periodicam tamen vigoris nonnunquam in Cinamomo varietatem observavit LUDOVICI in M. A. N. C. Anno 4. & 5. Observat. 202. p. 278. & 279.

5. Quod attinet Præparata, & primo quidem loco Oleum Cinamomum ritè destillatum modo Septaliano lampadis igne, suggerit primò Phlegma hinc Spiritum acidum instar Aceti destillati (est enim Cortex quidam), cum quo simul ascendit Oleum destillatum duplex, Subtile & Æthereum, Aquæ seu Phlegmati supernatans, quod Oleum communi modo destillatum non præstat. Post hoc demum ascendit Oleum crassum, commune, rubicundum, quodque in Aquâ subsidet. Curiosum est, quòd Acidum sensibile, seu manifestum ex Cinamomo eliciatur, adeò ut MARGGRAVIUS retulerit, se ex Cinamomo tam potens Acidum habuisse, ut cum Sale Tartari sensibiliter efferbuerit. Existimo ergò, plura Aromata cum maximam partem sint Cortices, Ligna, Radices ligneæ, aut Fructus quasi lignosi, simili modo tractata etiam Acidum subministrata, ut vulgò de Sale volatili oleoso saltem participare dicant. Et sanè resinosa eorum substantia Acidi præsentiam non obscurè innuit: adeoque reverà duplex Oleum est in Cinamomo; Æthereum unum, subtile, atque supernatans; Crassius alterum, magis concentratum, quod nempe vulgò proficit, in Aquâ subsidens. Quam Differentiam Oleorum in Cinamomo etiam observavit WEDELIUS Pharmac. pag. 154. & 159. Adeoque rectè sentit PECHLINUS de Purgantib. pag. 102. quòd in communi Oleo Cinamomi Spiritus delitecat, non Aromate tantùm, sed & ipso Oleo penetrantior &c., ut quæ in Aromatibus est efficacia, huic se debeat Spiritui Æthereo.

Concinnior ergò præ vulgari Olei Cinamomi destillatio fit, inspergendo tritula Cinamomi modico Vini, & postea ex VB per Retortam destillando; quoniam in Destillatione vulga-

nimiis verò ardoribus Solis combustus, niger.

Delectus. Probatum subrubrum, Odoris fragrantissimi, Saporis subastringentis, & acris.

(Ita selectum dicitur Darsenum.)

Vires. Calfacit & siccatur, aperit, discutit, Menses & Partum accelerat, omnia viscera, Spiritusque singulos recreat, Concoctiones juvat. Hinc usus ejus frequentissimus est in Virium imbecillitate, Lipothymia, Capitis, Ventruculi, & Uteri Affectibus frigidioribus.

P R Æ P A R A T A.

1. Confectio Cinamomi.
2. Aqua Cinamomi. Fit l. a. ut ex aliis Aromatibus. Vide lib. 2. vel uti in destillatione Olei. (Habetur etiam Rosata, Buglossata, Citrata, Cydoniata, cum Malvatico parata.)
3. Tinctura, seu Extractum. Ex Spiritu Vini tartarificato.

4. Elixir.

si per excessivum ignem Oleum comburitur; in hac verò sine combustione acquiritur. Nempe par hæc videtur ratio, atque cum Terebintina aliorumque Resinosorum Destillatione, in quibus etiam primò Oleum Æthereum, seu communiter dictus Spiritus Terebintinae, dein Oleum crassius, & tandem Oleum spissum, seu Balsamum Terebintinae prodeunt.

Oleum hoc, cum sit valdoperè carum, solet adulterari. Cum verò præ aliis Oleis hoc habeat peculiare, ut contra Oleorum naturam (excepto Oleo dicto Æthereo, & destillato Caryophyllorum) subsideat in fundo, Nota hæc potest esse, pro dignoscendo Oleo genuino Cinamomi. Aliàs, quando Oleum Cinamomi cum Oleo Seminis Cannabini, ut sæpè fit, adulteratur, fundum petit, fit squalidum, odorem amittit, & successu temporis nigredinem contrahit: Vid. HOEFFERUS in Hercule Medico pag. 397. Mirum est, quod refert de hoc Oleo in Traß. de Lasse Lunæ MAJOR cap. 5. §. 7. quòd temporis progressu sponte se coagulet in Crystallos salinas; quòd confirmat, quæ dixi de Oleo destillatis, quòd nihil aliud sint, quàm Salia volatilia concentrata, adunita & congregata, adeoque ita penetrantia. Si hoc Oleum addatur Saccharo, abit in Oleo-saccharum, elegans restaurativum, quod admisceri potest Medicamentis, sive liquidis sive siccis. Vim suam exferit præprimis in Lipothymia, Syncope & aliis Spirituum Animalium defectibus, ubi nil melius Oleo hoc. Mulieribus quoque valdè conducit ad omnes Uteri Affectus, Uterum & Fœtum roborandum; in Partu difficili Matrem confortat, & Fœtum expellit. Agonizantibus ad aliquot guttas propinatum, ad tempus illos conservat & roborat. MYNSICHTIUS cum hoc Oleo parat Aurum portabile.

Quibus lubet in copiâ Oleum Cinamomi destillare, ita procedant.

V. Oleum destillat. Cort. Citri:

Hocque per Retortam tam diu rectificetur, donec Odorem amiserit: affundatur postmodum Cinamomo grossè contuso, relinquatur per plures dies in digestionem: postea destillatur, & prodibit Oleum virtute & sapore Cinamomi imbutum.

Imò, qui Oleum Compositum medicinale expetunt, Oleum destillatum Corticum Citri, proprio odore & sapore præditum Cinamomo affundere, & ita elegans Oleum destillatum compositum pro usu externo & interno acquirere possunt.

Alii sunt, qui Cinamomum priùscum Phlegmate Vitrioli digerunt, ut compages ejus nonnihil referetur, & Lunâ crescente ex VB destillari jubent, & sic majorem & fragantioris Olei copiam promittunt.

2. Aqua Cinamomi insigniter restaurat collapsas Vires, & non secus ac Oleum maximè quoque commendatur ad omnes Uteri Affectus, Uterum & Fœtum roborandum, &c. Destillari solet per B. vel meliùs per Vesicam: Vid. WEDELIUS Pharmac. pag. 75.

Benè autem notandum est, quòd si destilletur cum affuso Phlegmate Vitrioli Lunâ crescente, fiat fragrantior & copiosior, quàm Lunâ decrescente, & Oleum etiam acquiritur copiosius.

Aqua Cinamomi cydoniata est elegantissimum Remedium in Vomitu, Ructu, Nauseâ, Diarrhœâ, Dysenteria, &c. Remanet in fundo Syrupus Cinamomi cydoniatus elegans: Vid. WEDELIUS l. a. pag. 68.

Prostat etiam Aqua Cinamomi borraginata, seu cum Succo Borraginis destillata, quæ valdoperè convenit in Affectibus Melancholicis, Malo Hypochondriaco, in Lipothymia, Syncope, & aliis Affectibus seu Morbis.

3. Potest etiam præparari Essentia seu Tinctura Cinamomi sequenti modo:

W. Spiritus Vini probè tartarificatus:

Affun-

4. *Elixir Cinamomi*. Fit ex Tincturâ Cinamomi, additis & Croci & Santali citrini Tincturis.

5. *Oleum*. Elicitur unâ cum Aquâ beneficio destillationis, l. a. *Hb.* dat Zij. vel Zijß.

Nota de Menstruo. Alii adhibent solum Vinum, alii Vinum cum Aquâ misum: quibus quoque Tartarum, aut Sal com. insuper admiscunt.

6. *Sal* Ex Fœcibus incineratis elixivatur.

7. *Balsamus*. Ex Oleo Cinamomi, Oleo Nucisæ depurato. Tingitur Bolo Orientali, vel Pulvere Cinamomi.

8. *Syrupus*. Vide Dispens. Norib.

9. *Magisterium*. Extrahitur cum Spiritu Vini optimo ac præcipitatur cum Aquâ fontanâ, vel cum Aquâ Cinamomi primùm stillante, retinetque colorem Cinamomi.

10. *Species Diacynamomi*. Vide Dispens.

XCIX. C I

Affundendo *Cinamomo*, & exinde abstrahendo, sapore & odore dives prodit: *Spiritus* hic novo *Cinamomo* reaffundatur, ut magis adhuc imprægnetur, addaturque *Olei destillati* ejusdem tantum, quantum capere potest. Nam si *Spiritus Vini* probè tartarificatus fuerit, quantitatem *Olei bonam* imbibit, hinc *Tinctura* evadit elegans & efficacissima, in defectu & casibus subitanis *Spiritu*um, vel sola, vel cum *Spiritu* aut *Essentiâ Ciri* propinata; item pro Mulierculis pro Affectibus Tom. IV.

Uteri non minùs quàm Stomachi.

8. *Syrupus*, qui vulgò proffat, nihil valet, potiùs *Tinctura* seu *Essentiâ Cinamomi* cum tantâ *Sacchari* quantitate imbueda est, ut *Syrupi* consistentiam acquirat.

Alia curiosa quoad *Arborem Cinamomi*, & *Camphoram artificialem* ex *Radice* parandam, item de *Oleo* singulari ex *Follis* elicendo, videbitis in *Actis Societ. Regiæ Volum. 1. pag. 724.* item *Actis Medicis Hassniens. Volum. 3. p. 37.* item p. 167. (T)
L
Cina-

(Y) *Canella*, *Cinnamomum*, & *Cassia lignea* *synonyma* sunt apud *Raium*: *Character*, *Folia trinervia*, *fructus*, *calice excepto*, *Glandis quercinæ similis*, *Cortex aromaticus*. Inter *Arbores*, *flore basi fructus coherentis*, *pruniferas numerat*. Meth. 150.

Ex Oriente duo *Cortices* in nostras *Officinas* transmittuntur, *facie & genere consimiles*: *Cassia nempe Cinnamomea*, *Cinnamomum* seu *Canella vulgò dicta*, & *Cassia lignea*. Prior frequens est in *Zeylan*, posterior in *Malabarâ*, *Sumatrâ*, *Javâ*, & *Philippinis*, quæ à priori *acrimoniâ*, *suavitate*, & *virtutis præstantiâ* superatur, *caeterum similis*. In *Appendice H. L. Bat.* habes duas *Icones Cassiæ Cinnamomeæ*, sive *Cinnamomi*, *unam Arboris integre*, *alteram Rami cum floribus*, & *fructibus*: *utramque*, ut *Auctor* ait, *ad vivum expressam*.

De *Cinnamomo* & *Cassia* varia *fabulati* sunt *Antiqui*. *Aristoteles* ait, esse in *Arabia* *Cinnamomum Avem* (*Solinus Cinnam*, *Plinius Cinnamologon appellat*), quæ *Cinnamomum* (*Plantam*) *comportat*, *atque ex eo nidos conficit*, *illud autem sagittis plumbatis incolæ excutunt*: *Aristoteles* 9. *hist. animal.* cap. 13. *Fabulosa sunt quæ habet Theophrastus* lib. 9. *hist.* cap. 5.

De duplici *Cassia* videtur loquutus *Virgilius* 2. *Georg.*, de *Aromaticâ nempe*, dum ait,

Nec *Cassia* liquidi corrumpitur usus *Olivi*:

atque de *Cassia* *Apibus* gratâ, dum eodem libro *humilem appellat*. Est & *Cassia frondens* apud *Columellam*.

Dioscorides quamplurima *aromatica genera* narrat, *barbaris nominibus insignita*: *inò & Cinnamomum à Cassia distinguit*, *illiusque non paucas refert species*.

Cinnamomi delectus tempore *Galeni* ad *Antidotorum compositionem*, *accedente Imperatorum sui ævi auctoritate*: *M. Antonino Imperatore à Barbarorum terris integra Cinnamomi Arbor Romam advecta* fuit. *Gal.* 1. de *Antid.* 13. *Cassia per eundem Cinnamomo genere proxima*.

Non minor *ambiguitas* de naturâ *Cassie & Cinnamomi* apud *Arabes Scriptores*, qui videntur *Græcorum fabulas absque examine secuti*. *Rationabilis igitur est credere Veteres omnes perfectam Cinnamomi & Cassiæ notitiam non habuisse*, præsertim cum in *Arabia & Æthiopiâ* illam nasci asserant, quod est falsum: præterquam quòd *diversas & sibi ipsi pugnantes Descriptiones* horum *Simplicium*, quæ modò *Arbotes*, modò *Plantas*, vel *Frutices* appellant, asserant. Sanè tamen quæ de *Cassia Fistulâ* *Galenus* ait, *respondere aliquo modo videntur nostro Cinnamomo*. *J. B.* 1. 440. &c.

Inter *Recentiores* verò non minores *angustiæ*. *Cordus Cinnamomi* sive *Canellæ vel Cassiæ Descriptionem* ex *arbitrio confinxisse* videtur. *Garcias Arborem Canellam* dicit *magnitudine Oleæ*, *foliis colore ad Lauri*, *formâ ad Citri folia accedentibus*. *Cardanus* ob *similitudinem Laurum Indicum* putat. *Amatus* ait, *folia Cinnamomi Juglandis foliis simillima* esse. *Cinnamomum Matthiolo* incognitum; *est Cassiam Veterum* *inventiri fateatur*: *sunt qui utrumque reperiri ajunt*. *J. B.* 1. 446. 1. &c. *Varias quoque ibi adducit Canellæ vel Cinnamomi species*, & præcipuè *Canellam albam quorundam*.

Canella, ut & *Cassia*, sunt *Cortices ejusdem faciei & generis Arboris incultæ*, *Insulis Ceylon*, & *Floris indigenæ*: *Regio Malabar*, ut & *India*, *Canellam proferunt*, sed *ignobiliorem*. *Arbor ad magnitudinem assurgit Mali Medicæ*: *Rami multi*, *enodes*, *crassi*, *recti*: *Folia magna satis*, *figurâ Lawro-Cerasi foliorum*, *nervosa ut Plantaginea*: *Flosculi nivei*, *odori*: *Fructus Olivæ magnitudine & figurâ*. *Ligni materia saporis*, & *odoris experts existit*: *universæ virtus in Corticem collata*. *E Radice exudat Succus Camphoræ non absimilis*. *Canellam*, *Piper*, *Caryophyllos*, & *Nucem Moschatam*, *Aromata Cardinalia* vocat *Piso Mantiss.* *arom.* cap. 1. 165.

Duæ referuntur in *H. Malabarico* *Canellæ Malabaricæ species*, *utraque sylvestris*. *Primam habes* Tom. 1. 107; *sub nomine Carua*; *è cujus Radice Oleum sale volatili referuntur exstillat*, *Camphora appellatum*. *Cortex Canella matta*, vel *del matto* dicitur, *Ceylonensi longè ignobilior*. De *Ceylonensi Cinnamomo* hæc scribit *Dñs Hermans*: *Miva naturæ diversitas in hæc Arbore conspicitur: destillatur ex Radicis cortice Camphora, ejusdemque Oleum: ex Trunci cortice Oleum Cinnamomi: ex Follis Oleum Caryophyllorum: ex Fructibus Oleum Juniperino simile, cum pauçilla Cinnamomi, ac Caryophyllorum mixtum: ex his & excoquitur Oleum pingue, crassum, instar Cerae, ad Emplastra, Unguenta & Candelas consiciendas commodissimum: Medicamentum itidem internè & externè usurpatum, summè amodynum. Hanc Canellam Malabaricam, Carua & Bahema dictam, vocant quoque Cassiam Malabaricam* *Herm.* *Catal.* 130. *Arborem Canelliferam Malabaricam, cortice ignobiliore, cujus Folium Malabatrum Officinarum, Breyn. part. 2. 18. Cassiam vulgarem, Calihacha dictam Pison. mantiss. arom.* 165. *Cinnamomum, & Canellam Malabaricam, & Javanensem C. B.* 409. *Cassiam ligneam Officinarum, Dale pharmac.* 429. *Vide Floram Malabaricam* 19.

Alteram speciem *Canellæ Malabaricæ sylvestris* habes tom. 5. 105. *sub nomine Katou-Karua, cujus Folia item prægrandia & nervosa: quæ fortasè Malabatrum, seu Tamalapatrum Dioscoridi & Plinii. Commelinus in notis, ait, banc Katou-Carua esse Canellam do mato dictam; Carua verò, de qua to. 1. 107. esse Cassiam ligneam Officinarum. In Florâ Malabaricâ hæc habes synonyma. Canella sylvestris Malabarica Raii hist.* 1562. *Canella, sive Cinnamomum vulgare crassiore cortice J. B.* 1. 451. 1. *Canella Arbor sylvestris Munting. 120. Tamalapatrum, sive Folium C. B.* 409. *Malabatrum, & Folium Indum J. B.* 430. 1. *Katou-Karua, Mal. Dayo-Bahena & Tiqui Bram. Canella do mato Lusit.*

Canella à Veteribus Cinnamomum dicta, est Cortex medianus ramorum Arboris magnitudine Salicis, cujus folia simillima sunt Folio Indo appellato: non est tamen idem Folium Indum cum Arbore Canellæ; hujus enim Folia Cinnamomi spirant odorem, & saporem, illius verò Folia nequaquam. Flores albi calyciformes, unde Baccæ figurâ Olivæ nucleum imitantes. Figuram ex Tournefortio habet Pomet.

Canella nascitur in Insulâ Ceylan: modum decorticationis Arborum tradit Pomet ex Tavernier. Ex Fructibus & Ramorum summitatibus decoctione elicitur Massa quadam veluti Cera, ex quâ Candelæ conficiuntur, suavissimum acense diffundentes odorem. Pomet.

Canella matta, quam vocant, ait Pomet, Corticem esse trunci, & majorum ramorum Arboris Canellæ.

XCIX. CITRUS.

Malus Citria, Medica, Assyria. Arbor est exotica per totum annum virens, Fructum tenellum cum maturiscente simul ferens.

Videatur Citrum, *Brunsf. Citria, Trag. Citrius, Tab. Cord. Hist. Malus Medica, Matth. Cord. hist. Dod. Lob. Malus Citra,*

Gesn. hort. Lon. Cast. Clus. hist. Cam. Citria & Mala Medica, Bellon. Malus Medica, C. B. 1. Germ. Citrenbaum, Gall. Pommes de Citrons.

Dicitur *Medica & Assyria*, quia apud Medos & Assyrios, & imprimis apud Persas frequens est. Hinc in Italiam translata fuit, postea & in Hispania in usum devenit, ut nemora & campos occuparit hodie. Colitur & apud nos in Hortis.

OFFI-

Cinamomo ferè similis est

CORTEX WINTERANUS

Anglis dictus, quoniam allatus ex India Occidentali ab eorum Capitano, *Wintero* dicto. Saporis est acris & amaricantis, coloris albicantis, vel potius flavescentis.

In *Uso Antiscorbutico & Malo Hypochondriaco* apud Anglos est frequentissimus, & cum *Lapillis Cancrorum* sæpè & feliciter propinatur. Adhibetur etiam in *Affectibus Stomachi*, *Appetiti & Anorexiâ*; sive crudus sub formâ *Pulveris*, sive infusus in *Aquâ* appropriatâ. *Dosis* ℥j ad ʒʒ. Vid. **BAUHNIUS** l. a. pag. 402. (Z)

CIRCEA.

Circaea *Vulgaris Solanifolia*, Germ. *Stephans-Kraut*, à quibusdam ad *Auriculas Muris* refertur: In *usu Medico* est nullo. (A)

CIRSIIUM ANGLICUM.

Cirsium *Anglicum* seu *Maximum radice Asphodeli*, Planta rara est & exotica, cuius Flos quoque Carduorum more pappescit. (B)

XCIX. CITRUS. Citri Fructus est egregius, & exoticus, & in Culinis & Officinis notus.

In usu sunt *Poma*, & ex iis *Semen, Cortex, atque Pulpa*.

Poma quod attinet, tota sunt *Alexipharmaca*, aded ut non sine ratione præferantur omnibus *Theriacis, Mithridatis, & Confectionibus Magistralibus*, in usu *Antipestiferis & Alexipharmaco*. Juxta facultatem hanc singulariter sunt *Antiscorbutica*; teste enim **RONSEO** in *Epist.*

folo Succo Citri & Malorum Citriorum esu curati Scorbutici etiam gravissimi. *Calidus* dicitur, respectu Corporis flavi aromatici, & *Frigidus* respectu Succi Pulpæ acidi. Hinc tota ejus vis pro utroque scopo citra laboriosiores præparationes facile obtineri potest; Illa quidem, *Calida nempe*, ex Succo oleoso Saccharo excepto, ex *Gortice expresso*; hæc verò ex *Pulpâ acidâ* Succum eliciendo. Par ratio est quoad *Aurantia*.

Ex *Semine Citri* ordinariò fiunt *Emulsiões* in *Febribus, aliisque Morbis Malignis, Variolis, Morbillis, & Febribus Petechialibus*, v.g.

℥. Cort. Citri minutim incis. atque contus.

Sem. Citri.

Card. bened.

Am. gda. dulc. an. p. æqu.

c. f. q. Aquæ approp. f. Emulso, quæ edulcorata in Morbis Malignis palato & naribus grata est.

1. *Cortices* sunt admodum oleosi volatiles, & ita egregiè aromatici, aded ut *Succus* eorum expressus & *Candelæ* admotus, oleositate hac volatili ardeat. Commodè ex his & compendiosè *Essentia Citri* & suave *Vinum Hippocraticum* parari potest, hunc in modum.

℥. Cortices flavi Citri, vel Aurantium ab albedine liberati:

Hi incis. exprimuntur per linteum in *Saccharum probè pulverisatum*, ita ut saltem oleositas ejus Saccharo excipiat. Quo facto

℥. Pulpa eorum alba à succo liberata, addatur

Aqua quæcumque,

& fermentare permittatur: postmodum *Destillatione Aqua spiritiosa* eliciatur, cui *Saccharum* hoc oleosum addatur ad gratam dulcedinem, atque sic *Remedium* habebitis *Stomacho convenientissimum*, quod imprimis iis

Batavi Oleum Cinnamomi eliciunt hoc pacto. Cinnamomum in *Aquâ* frigidâ macerant spatio 24. horarum, deinde aliud atque aliud in eadem *Aquâ* macerant, eodem temporis spatio, donec *Aqua* rubicundissima reddita sit: hæc *Aquam Alembico* indunt, adduntque certam dosim *Spiritus Vini*, sed secreto quodam modo parati, demum incredibilem *Olei Cinnamomi vim* destillatione eliciunt. *Pomet* 127.

Cassia lignea est *Cortex* item *Arboris*, quæ nascitur in eadem *Insulâ Ceylan*, simul cum *arboribus Cinnamomi*. *Pomet* 129.

Canella alba, Costus albus, & Cortex Wintheri, quæ *Guillelmus Wintherus* primus ex *Guadalupe* in *Angliam* asportavit, *Cortex* est trunci & ramorum *Arboris Pyro* nostræ similis. E *Trunco* exsudat *Gummi nigricans*, pingue & odoratissimum, *Alonchi* appellatum, pro *Suffimentis* ab incolis adhibitum. *Pomet* 130.

Canella Caryophyllata est secundus *Cortex* trunci & ramorum *Arboris*, quæ folia habet *Laurinis* similia: *Fructus* præfert magnitudine *Gallarum*, in quibus *Semina* inveniuntur, ac *Caryophyllos* sapiunt, unde *Nuces Caryophyllorum*, vel de *Madagascar* (quæ in *Insulâ Madagascar* frequens hæc *Arbor* sit) vulgè appellantur. *Pomet* 131.

(Z) De *Cortice Winterano*, præter ea quæ modò dicta sunt ex *Pomet*, notandum ex *Parkinsono*, *Corticem* hunc *Canellam albam* non esse, ut à multis falsè creditum fuit: nam *Canella alba* dicta *Cortex* est albus, in tubulos convolutus ad modum *Cinnamomi*, nec eo multò crassior, saporis quidem fervidi, sed neque *Cinnamomum*, neque *Piper* referentis. At *Cortex Winteranus* multò crassior est, nec in tubulos convolvitur, sapore acriore, colore obscuriore, & ad *Cinnamomum* accedente. *Arboris* ipsius *Folium* è viridi albicat, *Populi* in modum: *Baccas* fert racematim compactas, vel plures simul confertas, *Orxycanthæ* instar, cum pluribus in singulis granulis. Ex *Raio* hist. lib. 32. pag. 1081.

(A) *Circaea Lutetiana Lobelii* est *Solanifolia* *Circaea* dicta, major *C. B.* quæ *J. Bauhino* dicitur *Ocimastrum verrucarium*. *Folia* ad *Solani vulgaris* formam accedunt. *Flores* hujus *Plantæ* id habent peculiare, ut duobus tantum petalis consistit, *Calyci* item bifolio insidentibus: quod *Lobelio* & *Johanni Bauhino* imposuit, qui *quadrifolium* *Florem* fecerunt, ei bina *Calyci* foliola addentes. *Singulis Floribus* singuli succedunt *Fructus pyriformes*, in duo loculamenta divisi semine sæta oblongo. *Fructus* *Capsula* lappulata sunt, & dorsum reflexæ: unde *Circaea* nomen *Plantæ* factum esse credunt, nam ejus bispidi *Fructus* prætereuntem vestibus adhaerent, non secus ac *Pœtarum* *Circe* homines incantationibus attraherat. Est & apud nostrum *Columnam* *Circaea* alia minima ab ipso appellata.

(B) *Cirsium à xipho* & *Varix*: quæ, ex recensione *Dioscoridis*, memoria prodiderit *Andreas*, laboranti loco *Cirsii* *Radicem* applicatam dolores *Varicum* sedare. *Plantæ* Genus est *Carduis* & *Jaceis* affine: hæc enim tantum inter se differunt, quæ *Cirsium* *Folia* gerat aculeata, *Calycem* nequaquam; *Jacea*, ut aculeis omninò careat; *Carduus* verò, ut *Calycem* habeat spinosum. Quamplurimæ sunt *Cirsii* species. *Cirsium Anglicum*, de quo loquitur *Ettmullerus*, videtur esse *Cirsium Anglicum*, *Radice Hellebori nigri* modo fibrosa, folio longo *J. B.* quod fortasè malè ab ipso confunditur cum *Cirsio maximo*, *radice Asphodeli* *C. B.* quod *Cirsium Anglicum* non est: est tamen magis *Officinale*. *Cl. Raius*, *Anglus Botanicus*, notat *C. Bauhinum* (& jure ex *Tournefortio*) quod hoc *Cirsium Anglicum* capitulo magno esse dicat, & foliis variè dissectis, in quo non leviter errare ait. *Ettmullerus* *Plantam* exoticam hoc *Cirsium* facit, sed fortè quia *Anglica* est. Est *Cirsii* species, quam vocat *Tournefortius* *Cirsium arvense*, *Sonchi* folio, radice repente, caule tuberoso, atque hanc *Plantam* à reliquis *Cirsii* repentis speciebus non aliâ ratione differre, nisi quod ejus *Caules* *Tuberculis* quibusdam inæquales sint, ortis fortasè ab *Insecti* cujusdam morsu, quo fiat, ut aperta *Vasa* *Succum nutritium* effundant, ad *Tumoris materiam*. *Tumores* hi pro *Nido* sunt *Ovulis* ab ipso *Insecto* relictis, temporis tractu excludendis. *Fama* est, quod *Tubercula* hæc in crumenâ asportata *Hæmorrhoidas* efficiunt: quidam tria in *indusi limbo* nodulo stringunt. Ex *Tournefortio*.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus, seu *Poma Citria* (Citrea), *Cortices* & *Semen*, raro *Flores*. Fructus variant magnitudine, quædam sunt majora instar Melo-peponum; alia mjnora & vulgaria; alia Limonium magnitudine. Sic alia prælonga sunt, alia rotundiora; in Officinis usitatiora sunt minora, utpote quæ carnosiora, tum quoque majora.

Vires. Citrinum Malum (cum Cortice ac Carne) Alexipharmacum putatur cujuslibet Veneni, resistit Putredini, Morbilique Malignis, Lumbricos fugat, Diaphoreticum est. Cortex calfacit 1. siccatur 2. (aliis calfacit & siccatur 3.)

Caro, seu Pulpa refrigerat & humectat, & hinc Succus expressus.

Semen. Gall. *Pepins de Citrons*, Angl. *Citronseed of kernels*, calfacit & siccatur 2. attenuat, digerit, abstergit, Lumbricos fugat.

PREPARATA.

1. **Conditæ**. 1. *Poma* maxima condiuntur nondum satis matura, cum Cortice ac Carne incisâ, Nucleis exemptis; dicuntur nostraribus *Citronatæ*.

N. Eodem modo condiuntur & minora integra, vel in tabulas dissecta.

2. **Cortices**. Condiuntur post mitigationem amaroris cum Saccharo.

3. **Flores conditi**.

2. **Conserua**. 1. *Ex Floribus*.

2. *Ex Medullâ*, remotis scilicet Corticibus, ac Semine Succoque expresso.

(Ex Italiâ asportata nomine *Agro di Cedro*, Acredo Citri egregia ad Virium imbecillitatem, & Æstum febrilem.)

3. **Confectio Corticum**.

N. Majores Cortices conditi dicuntur, *Citrinata Confectio*.

4. **Aqua**. Ex Corticibus.

(5. **Spiritus** Cordialis interno & externo usui aptus.)

6. **Oleum** itidem cum Aquâ ex Corticibus exstillat. (Ex non fermentatis suavius.)

N. Potest & exprimi Oleum ex Semine, sed minùs id usitatum.

7. **Succus**. Ex Carne exprimitur, & reservatur pro usu, diciturque nonnullis *Vinum Citri*, præcipuè si cum tantillo Sacchari sit fermentatus.

8. **Syrupus acetositate Citri**. Ex Succo & Saccharo.

Syrupus Citri simplex. Ex Corticibus. Vide Disp. *compositus*. Vide Disp.

9. **Morsuli Citri**.

Citri laxativi.) Vide suis locis,

10. **Balsamus**. Ex Oleo stillatitio, & Oleo Moschato.

11. **Electuarium de Citro solutivum**.

12. **Acetum Citratum**.

C. CITRULLUS.

Citrullus, Anguria, Germ. *Angurien*.

Species Cucumeris est, Fructu rotundo, quo reliquas Cucumeris species quoad magnitudinem exsuperat.

Dici-

iis conducit, qui Ægros Morbis Malignis afflictos necessarii visitare tenentur.

Dicto **Eleosaccharo**, si affundatur **Spiritus Vini rectificatus**, qui imbibit Oleum illud expressum, & postmodum separatim decantetur, **Essentia Citri** gratissima itidem habetur. Si aliquot guttæ haustui **Vini** insillentur, insignis gratia Vino conciliari potest.

Cortices ergo Citri sunt egregiè *aromatici*, *Stomachici*, *carmenativi*, & eleganter *analeptici*, Flatus discutiunt, & ad Stomachi Cruditates, eodemque usus, ad quos **Cortices Aurantiorum** laudantur, commendantur.

Cortex albicans est *Lithonripticum*, & Calculo succurit: id quod videre est ex **HOEFER** *Hercule Medico* p. 176. qui ex hoc **Cortice albo** cum **Fructu Alkekengi** destillat **Aquam elegantem Nephriticam**.

6. **Oleum destillatum Citri**, in quo vis Corticum concentrata est, non, ut communiter fit, ex Pomis putridis, sed potiùs ex Pomorum recentium Corticibus parandum. Conf. **ZWELFFERUS** *Pharmacop. Regiæ* cap. 21. & 121. Magis in Morbis Malignis, quàm in Affectibus Ventriculi adhibet. In Colicâ ex Acido austero, & Stranguriâ ex Acido viarum primarum ad vias urinarias delatos Remedium elegantissimum & egregium est.

Post Olei ex Corticibus destillationem hi ipsi, asserventur, & affusâ **Aquâ** ad putredinem seponantur putrefacti, & destillati, dant **Spiritum** & **Sal volatile** urinofum, si ritè rectificentur.

Pulpa Citri acidum volatilem **Succum** in se continet, ac commendatur inter **Alexipharmacæ**: estque egregium Remedium, non minùs quàm **Pulpa Aurantium** in Picâ **Gravidarum** & **Cruditæ** nidorosa.

7. **Succus Citri** nobile est **Alexipharmacum**, de quo conf. **HOFFMANI Clavis**, ubi de **Citro** p. 44. utur cum grano salis legenda videatur **Observatio**. Hoc interim verum est, quòd in Morbis & Febris Ardentibus Malignis, tam præservandis quàm curandis, usitatissimus fit, qualis penetrantior, & simul etiam blandus, in Regno Vegetabili non reperitur. Nulla certè in dictis Febris Medicamenta adhiberi debent, in quibus dictus Citri Succus non habetur, sive assumatur cum Potu, sive exprimatur super **Alimenta**: nam quando cum Sudoribus deficient Spiritus, & imbecillitas oritur, assumpto **Succo Citri** aliisque ex hoc paratis Remediis, item **Decoctis Pomorum Citriorum** ad imitationem **MYNSICHTII**, horum Aciditas sanguinem nimis fluxilem moderatè coagulat, & debitam ei consistentiam concedit, simulque **Malignitatè** resistit, ne possit cuniculos agere, & se

Tom. IV.

multiplicare, & egregiè confortat. Præterea **Succus Citri** egregiè *diureticus* est, indeque ad **Affectus Nephriticos** commendari solet. Tandem **Succus Citri in Scorbuto**, ex Aëris inquinamento contracto, præsens est Remedium. Belgæ certè, quando in Indiam Orientalem, aliaque absita loca, Navigationes diuturniores instituunt, ubi tantumnon semper Scorbutum contrahunt, ut se præservent ab eo, utpote qui sub Zonâ torridâ est endemicus, assumunt secum **Poma Citria**, & lagenas plenas eorum Succo pro Scorbuti medellâ. Acidum scilicet volatile Citri corrigit Acidum rancidum Scorbuti.

2. Hunc in finem & habetur **Conserua Pulpæ Citri**, quæ in Morbis Malignis & Febris Ardentibus miscetur cum **Electuario Diascordii Fracastorii**.

5. **Essentia** hujus Corticis aromatica elegans potest fieri, si **Corticibus** Citri minutissimè concisis superfundatur **Spiritus Citri**, à Corticibus nempe abstractitius: digerantur per aliquot dies noctesque, colentur, & hinc **Eleosaccharo Citri** imprægnentur; suave & efficax Remedium, in Flatibus Stomachi & Intestinorum discutiendis multum juvans.

8. **Syrupus Citrorum & Aurantium** usurpari potest in Picâ **Gravidarum**, si combinetur cum **Aquâ destillatâ**, vel **Elixir Citri**: quod fit ex **Spiritu Citri**, affuso super **Cortices Citri**, & cum **Saccharo** misto.

Vel juxta alios affundatur **Corticibus** minutim incisus **Spiritus Vini**, sæpiùs abstrahatur digerendo, dein cum recentibus aliis **Essentiâ** extrahatur, quæ filtrata, & **Eleosaccharo Citri** antè dicto imprægnata, erit **Elixir Citri** perquam gratum, & potens pro Stomacho & Intestinis. In **MOELLENBROCCII Tractatu de Varis** habemus elegantissimas descriptiones **Spiritus** & **Essentiæ Citri**.

12. Habetur & **Acetum infusionis Corticum Citri**, quo utitur in Morbis Epidemicis acutioribus Malignis, dum propter Sudores Ægri Vires deficient, ubi Temporibus & Pulsibus applicari, & Naribus objici solet.

1. **Flores** dum condiuntur, egregiè confortant, & solent præscribi in **Electuartis**.

11. Ex **Pulpâ** fit **Electuarium de Citro** non inelegans.

Plura qui cupit, potest adire **Dispensatorium Horstii** p. 137. ubi prolixè virtutes Citri simplicis explicat, & egregias aliquot Compositiones ex Citro habet **HOFFMANNUS in Clave** cap. 1. & **LUDOVIGI** *Pharmac.* pag. 597. (C)

C. CITRULLUS. *Citrullus* est *Cucumeris* vel *Cucurbitæ* species: *Cortex* est viridis magnus, adpersus hinc inde Maculis flavescens.

L 2

Semen

(C) Malus Citrea, Pomumque Citreum, notissima Arbor Fructusque sunt: & quamvis exotica primùm Arbor (unde Malus Medica & Assyria dicebatur, quòd è Mediâ & Assyriâ primùm in Italiam inuenta), nobis tamen, imò & calidis omnibus Europæ regionibus, familiarissima. Haud confundenda est Arbor hæc cum Cedro, ut nonnulli etiam Veteres Autores faciunt, scripturæ nempe & pronuntiationis affinitate decepti. Cedrus enim nobilis & procera Arbor est, Ligni pretio celebrata. Hinc notat C. Hoffmannus, ubicumque apud Veteres legitur, pretiosa utensilia, ut Lectos, Tabulas, Arcas, similiaque facta esse ex Citro, ibi mendum esse, & legendum ex Cedro. Atque in eundem errorem incidisse Robertum Stephanum in suo Thesaurò Latinæ Linguæ, animadvertit idem Hoffmannus.

Dicitur Citrullus, *Trag. Lon. Tab. Officinarum, Lob. Ger. Anguria, Matth. Cass. Cam. Cucumer, vel Cucumis Citrullus, Fuchf. Anguria, Citrullus dicta, C. B. 1.*

N. Variat Corticis colore, qui aliis viridis seu herbaceus, aliis candidis maculis aspersus; Caro aliis rubens & dulcis, aliis candida; *Semina* colore nigro, rubro, fulvo.

OFFICINALIA NATIVA.

Officinis tantum *Semen* in usu est, idque adhibetur vel cum, vel sine Cortice.

Vires. Est ex 4. Seminibus Frigidis majoribus. Refrigerat itaque & humectat ad gr. 2. est Diureticum, Aperiens, Acrimoniam obtundens. Insevit præcipue Renibus ac Vesicæ abstergendis. Bilis ac Sanguinis æstui compescendo.

COCCULÆ.

Cocculæ, Cocculi, Cocci Orientales, Gall. *Grains des Indes Orientales, Coques de Levant*, racematim pediculis hæ-

rentes, Hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Contra Pediculos nullum præstantius Remedium pronunciat *Baubinus pag. 511. Pinac. Codronchius* peculiari libello usum & virtutem Coccularum exponit. Quidam *Solanum inaniaci*, quidam *Tithymali*, quidam *Clematidis* Fructum putant. Dicuntur aliæ *Bacca Levantica, Bacca Orientales, Bacca Cocculæ Elephantina, Cocculus Indicus*. Contra Podagram has Cocculas commendat *Riverius*, dum de *Baccarum* harum *Orientalium*, quas Galli vocant *Coques de Levant, & Myrrhæ ana* sss. miscetque cum *Acetosortii* pro Cataplasmate, pag. 342. *Bacca Piscatorie* dicuntur, quod illarum ope Piscatio instituitur, de qua *Paulus Zacchias Quæst. Med. legal. pag. 432.* ubi in genere de *Piscatione Medicâ* differit doctè & eleganter ex *Plutarcho, Galio Rhodigino, Avicenna, Bruerino, Plinio. Ruellius* hoc pulchrè confirmat pag. 474.

CI. CO-

Semen externâ facie quodammodo rubens, inter *Semina* 4. *Frigida* majora refertur, substantiam oleosam temperatam continet, saporis est amaricantis, adeoque cum Amygdalis amaris ferè convenit, hinc & vim blandè diureticam, somniferam, &c. obtinet, magisque simul absterivum existit. Unde *Emulsiones*, in Febribus Ardentibus & Malignis usuales, crebrò ingreditur, quæ tamen Stomacho debili non semper æquè gratæ sunt, cum de facili Acorem contrahant, & oleosâ substantiâ tonum Stomachi laxent. Usurpatur itidem in Dolore Nephritico & Ardore Renum, acrimoniamque Succorum Corporis temperat. Et non opus, ut multa de hoc dicam. (D)

CLEMATIS VIRGINIANA.

Clematidis aliæ variæ sunt species: hujus vice autem in Horto nostro Medico se offert *Virginiana flore pleno*. Planta est exotica, & usum in Officinis agnoscit nullum, (E)

CLEMATIS URENS.

Clematis Urens est *Flammula Jovis*, de qua suo loco.

CLINPODIUM.

Clinopodium est vel *Majus*, vel *Minus*, quod etiam vocatur *Acinos*, vel *Clinopodium Sylvestre Lugdunense*. *Clinopodium Majus* species est *Origani*, & ita dicitur, quod Flores ejus non per modum umbellæ, sed verticillatim sint formati, unde Germ. vocatur *Vurbeldost*.

Rari est usus. MELICHIUS tamen in sua *Pharmaciâ Decoctum* ejus in Ischuriâ commendat, cum *Origanum vulgare* hocce quoque in casu commendetur. (F)

COCCULI ORIENTALES. Cocculi Grana sunt, quorum origo nondum inclaruit. In *Phibitriâ* & *Pediculis* fugandis non melius datur Remedium: pulverisantur, & cum *Butyro* non salito subiguntur, & adhibentur, illinendo Capiti, in Margine primò, deinceps Vertici & toti Capiti; sic citò moriuntur. Ad *Pisces* capiendos exponuntur, ut *Pisces* hisce comestis manibus capi queant. (G)

CI. CO-

(D) Citrullus Schræderi hinc est Anguria Citrullus dicta C. B. quam vulgè nostrates Melon d' Acqua appellant. Neque confundendus Citrullus hic cum Cucumere propriè dicto, quem vulgares Citrulo, vel Cedriuolo vocant. Maxima enim est nomenclaturæ confusio in Plantis Cucurbitaceis, nempe Cucumere, Melone, Pepone, Melopepone, Anguriâ, Cucurbitâ, Colocynthide, denominandis. Sufficiat hic adnotasse Anguriam, de qua sermo est, juxta *Methodum Tournefortianam*, à cæteris Cucurbitaceis differre Folio in profundas lacinias dissecto, & Fructu eduli. Reliquarum Cucurbitacearum characteres suo inventis loco. Quamvis Anguria apud nos vulgaris, & nullibi non obvia sit; dubium tamen est, an apud Græcos notus ejus fructus fuerit. Æstivo tempore in deliciis, atque ad æstum temperandum, boris præsertim pomeridianis comedentes, habemus: sunt qui Febricitantibus, ex Febre quidem Ardente, pro remedio, alterationis gratiâ, præcipiunt. Sed nonne securius erit Frigidæ potu æstuosos Febricitantes alterare, quàm Anguriâ succosâ carne, quæ nonnunquam cum pravis Corporis succis fermentationem concipiens, poterit majorem Morbo vim addere? præsertim quum non omnes hi Fructus simili, atque æquè sano succo turgeant: sunt enim quidam (præcipuè jussam maturitatem adepti) dulces, facili digestionis, & qui promtè urinæ vias pervadit succo scatentes; sunt contra qui succum continent ærem, exstimulantem, & facili in ventriculo acrescentem, adidque impensè noxi.

(E) Clematis hæc Virginiana flore pleno, de qua Etmullerus, est sanè species quædam *Pervincæ* flore pleno.

(F) Clinopodium, quasi *Lectipes*, à κλιν Lectus, & πους ποδός pes: quod floribus verticillatim dispositis Lecti pedum speciem representet, ex *Dioscoride*: quo characterè à congeneribus Plantis, flore labiato, cujus labium superius erectum est, præcipuè differt. Clinopodium, quod majus appellat Etmullerus, non est *Origani* species, ut ipse ait, sed Clinopodium *Origano* simile, elatius, majore folio, appellatur à C. Bauhino. Odoratissimum est, sed odore minus vegeto, quàm *Calamintha*. Est quoque Clinopodium *Origano* simile, humilium, alterum, minore folio C. B. quod fortè est Clinopodium minus Etmullero: at magis Officinale est Clinopodium arvense, Ocimi facie C. B. quod ex J. Bauhino est *Acinos* multis. Odore ad *Serpyllum* accedit: illudque *Dodonæus* ad Partum & Menses pelendos valere ait.

Utraque hæc *Clinopodii* species *Acinos* à quibusdam Autoribus appellatur. *Acinos* autem ex *Raio* peculiare Plantæ Genus est, cui *Folia Serpylli*, aut *Ocimi minoris*, *Florum calyculos oblongos, striatos, collo angusto, ventre turgidiorè* tribuit. Flores eosdem habet secundum caues, ex alis foliorum exeuntes, non in capitula congestos in summitatibus, quo à *Serpyllo* differt. At accuratissimus *Tournefortius* *Acini* species ad *Ocimum*, vel ad *Clinopodium* reducit. *Acinos* ab α & κινά, quod non moveat Menses & Aluum, ex *Columna* in *Phytobas*. Ex *Dioscoride* *Acinos* ακινά vel *Ισασι κοιλία*, η̄ ἰμμια πιρομην. Idem ακινον & ακονον vocat: Verum *Hermolaus* *Acinos* *Ocimastrum* dicit, *Aconon* verò *Herbam Eryngio* congenerem. Haud sanè igitur varione à quibusdam *Acinos* cum *Calamentho* inodoro confunditur; quum *Calamenthum* hoc Menses cieat, *Acinos* sistat. V. J. Bauhinum to. 3. 258. 2.

(G) Cocci Orientales, vel *Cocculæ* Officinarum, & di Levante, sunt Fructus, vel *Bacca*, *Pis* magnitudine, ferè rotunda, fusco colore, quæ sicca ad nos ex *Indiâ Orientali* afferuntur: singulæ *Semen* flavescens, friabile, & corruptibile continent, quo corrupto *Cocculæ* vacuæ valdè leves evadunt: sapore sunt admodum amaro. Exiguus iis adhaeret *Pediculus*: cujus autem *Herbæ* vel *Arboris* Fructus sint, adhuc ignotum: quidam *Solanum manicum*, alii *Tithymali*, vel *Clematidis* speciem, nonnulli *Arborem* veram illam esse reputant. *Codronchius* peculiarem de *Cocculis* *Træstatum* conscripsit. Illarum Pulvis Adipe vel *Pomo-cocto* mistus, & Capiti appositus, *Pediculos*, feliciter quàm *Staphysagria*, tutiusque quàm *Hydargyrus*, interficit. Præcipuus illarum usus est ad *Pisces* capiendos: si scilicet ex illarum Pulvere, & *farinâ Tritici*, Aquâ contemperatis fiat *Massa*, ad *Pisces* attonitos reddendos, & tandem interimendos. *Piscibus* sic captis tuò absque *Veneri* suspicionè baud vescemur, nisi ex *Codronchio*, cum primum capti sunt illi evi-

CI. COCHLEARIA.

Cochlearia, [Folio subrotundo, Cochlearia Batavica, quæ usualis.
Laffelkraut. [Folio sinuato, Britannica, Lob. hæc nobis inusitata.

Vocatur Cochlearia, Dod. Cam. Ep. Matth. Tab. Cochlearia Batava, Lob. Cochlearia folio subrotundo. C.B.1.

Crescit apud nos in Hortis, loca amans palustris, rigua & umbrosa: floret Aprili, & Majo. Videlicet anno secundo à satione.

CI. COCHLEARIA. *Cochlearia* à Foliorum formâ ita dicta, planta est Veteribus incognita, nobis satis cognita. Crescit in Grœnlandiâ tam copiosè, quàm Gramen aliquod commune. A nonnullis vocatur *Britannica Plinii*, eam ob causam, quoniam hæc itidem est *Antiscorbutica*. Verùm *MUNTINGIUS* in *Britannicâ* suâ falsam hanc esse denominationem ostendit, eamque potius ad *Tblaspia*, & *Nasurtia* refert; quò etiam *Eruca*, *Sinapi*, &c. pertinent; idque ex Capsulis istis seminalibus patet. *Britannica* enim vim adstringendi obtinet; *Cochlearia* autem nostras, & omnia jam dicta *Antiscorbutica*, *Sale acri volatili* prædita sunt, & vel Saporem acrem penetrantem & pungentem in Plantâ obtinent, vel saltem *Semen* penetranti tali Sapore imprægnatum suggerunt. Et licet *Cochlearia Britannica* Dentium laxitatem ac vacillationem corrigat, hoc tamen vi suâ adstrictivâ & resolutivâ efficit; vid. *Acta Erudite. Lipsiens. Anno 1682. p. 16.* Quibusdam audit *Herba Scorbutica*. Floret Aprili & Majo.

Ex usu sunt *Folia recentia*, quod benè observetur; exsiccata enim parùm vel nihil habent virtutis. Continet enim hæc Planta egregium *Sal volatile* quoddam *acre*, quod tamen aded volatilis non est, uti quidem vulgò creditur; quin multum substantiæ fixioris etiam continet, ut infra patebit. An verò sit *acida*? an *alkalina*, seu alius naturæ? jam non disputabo. Illud verum est, posse ex hac Plantâ egregium *Sal volatile urinoso-acidum* parari. Dum ergo ipsius *Sal volatile* avolvit, propterea nihil valet exsiccata. In *Scorbuto* curando apud Belgas, & nos pariter, primum ducit, nec habetur magis conveniens Remedium: Vid. *WIERUS* in *Obs. de Scorbuto pag. 30. seq.* *Diuretica* est egregia in quibusvis *Morbis Chronicis*; sicut & rectè *AUTOR* dicit, in *Morbis Tartareis*, h. e. *Chronicis*, ex *Acido viscido* oriundis *Spleni* vulgò dicatis, quales sunt *Malum Hypochondriacum*, *Scorbutus*, *Malum Ischiadicum*, *Arthritis vaga & fixa*, *Affectus Stomachi*, &c. esse utilem & celeberrimam, & speciatim in corrigendo Sapore scorbutico peccante mirè commendatur, ac reverà in *Morbis Chronicis* polychresta est. Nonnulli hanc *Cochleariam* contra *Scorbutum sulphureum* adhibent, alii contra *Scorbutum salinum*. Verùm, cum hæc differentia non sit essentialis, sed accidentalis, tutò quidem in utroque *Scorbuto* adhiberi potest, sed non omnibus Subjectis conducit; Phlogosi enim vagæ, Rubori Faciei, Palpitationibus Cordis, Hypercatharsi, Cephalalgis, & aliis Symptomatis qui sunt obnoxii, acria hæc non conducunt, sed potius augment: Vid. *MAJOR* in *Chirurg. Infusor. pag. 277.* nisi cum *Acetosa*, *Acetosella*, *Beccabungâ*, vel *Lacte*, sive bubulo sive caprillo, vel *Sero Lactis*, aut & *Vino* propinetur; ut ita temperetur *Acrimonia* ejus salta volatilis: quippe *Lac & Serum Lactis* per se est laudatum in *Scorbuto* Remedium. Unde iis, qui laborant *Febre Intermitteente Scorbuticâ*, cujus norma est *Typus erraticus*, dantur Medicamenta *Antiscorbutica* in *Sero Lactis*, quod ratione *Salis nitrosi volatilis* egregiè abstergit, & omnibus præfertur: In quibus nullus metus *Scorbuto*, dantur in *Lacte caprillo*; *Lactis* enim oleositas temperat *Humores* in Corpore, & *Sal acre* *Scorbuticarum Plantarum* restaurat *Fermentum sanguineum* à *Salibus deficientibus acidis* destructum. Quidam *Emballata* parant ex *Cochleariâ*, dum recentia ejus *Folia* conscindunt, contundunt, & addito *Vino generoso* aut *Aceto*, & parum *Sacchari* temperant. In quibusdam locis exinde parant *Vina & Cerevisias medicatas*. In *Cachexiis*, in *Scorbutum* præprimis degenerantibus, & ubi depravata est *Sanguinis Fermentatio*, egregiè convenit; quia *Bilem inertem* acuit, *Mucilaginemque tartaream* penetrat.

Externè in *Scorbuto Oris*, v. g. Tumore cruentativo Gin-

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, quæ recentiora adhibere præstat, quàm siccata; quippe *Sal volatile*, quo potissimum efficacia sunt, arecendo evanescit.

Vires. *Calfacit* & siccatur 2. ad 3. aperit: est *Splenetica*, ac *Diaphoretica*, fixos ac crudos *Humores spirituales* ac *volatiles* reddens, *Putredinique* resistens. Hinc utilis in *Hypochondriacis*, *Morbisque Tartareis* primæ regionis, ac præcipue in *Scorbuto*, in cujus medicatione celeberrima audit, adhibeturque intus & extus in *Gargarismis* (ad *Putredinem Gingivarum*), *Balneis*, ad *Artuum resolutionem*.

PRÆ-

givarum & Inflammatione, *Dentium vacillatione*, experitissima est. In his à *Sale scorbutico acido* in *Salivâ* oriundis, *Decoctum Cochleariæ*, seu *Gargarisma cum Salviâ & Cochleariâ* applicetur.

Quoad *Præparata*, in usu est *Spiritus*, qui fit triplici modo: partim per *Fermentationem*, partim per *Spiritus Vini Cobobationem*, partim per *utrumque modum simul*. *Primus Modus per Fermentationem*, quando contusis *Folitis* adjiciunt vel *Fermentum commune*, vel *Fæces Vini*, vel *Cerevisiæ*, reponunt & fermentant tamdiu, donec spirent aliquid *Acidi*: postmodum destillata dant *Spiritus ardentissimum & volatillissimum*.

Occasione hujus *Fermentationis* moneo quædam de *Medicamentis Antiscorbuticis*, quæ sunt *Cochlearia præprimis*, *Nasurtii* omnia genera, *Piperitis*, *Raphanus rusticus*, *Perficaria*, *Flammula*, *Trifolium aquaticum*, *Plantago aquatica*, *Sinapi*, *Fumaria*, *Sedum vermiculare minus*, *Barbarea*, *Semen Eruca*, & hujusmodi alia, quorum vis, uti apparet ex *Sapore & Odore*, consistit in *Salis volatili acri*. De his, quoad eorum *Præparationem*, moneo, quòd illa *Sal suum volatile* obtineant, quicquid alii dicant, utut vel coquantur, vel fermententur.

Quod attinet *Antiscorbuticorum Fermentationem*, de hac dicunt multi, quòd sit frustranea, quoniam tempore *Fermentationis* copiosum *Sal volatile* exhalet & avolet. Verùm dico; utut avolent nonnullæ partes subtilissimæ, nihilominus reliquæ, magis connexæ vinculis materiæ, sese exerunt mediante *Fermentatione*, & dant *Spiritus acutum*. Probo: si *Cochlearia recens*, vel similis *Planta* in *MB.* destilletur, prodit *Aqua*, quæ nihil aut parùm participat de *Odore*, minimum ferè de *Sapore Cochleariæ*, dum *Caput mortuum* relictum ferè omnem penetrantem *Saporem* amiserit. Nihilominus, si *Cochlearia recentis Succus* inspissetur, admodum amaricat, plenusque est *Sale essentiali*, ulteriore calcinatione in *Sal fixum* abit; aperto argumento, quòd non aded superficialis sit ejus *textura*, quin multum substantiæ fixioris etiam continet, quæ inspissatione recludatur. Quòd si verò fermentetur, & post *Fermentationem* *Spiritus* abstracto relictus *Magnatis Succus* inspissetur, parum vel nihil hujusmodi *Salis fixi* reperitur; quoniam *Fermentatione* resolutum & volatillatum fuit.

Quod attinet *Decoctionem*, etiam dicunt, multa *Salia volatilia* exhalare. Verùm, utut & hinc amittatur aliquid, tanta tamen non est jactura, ut communiter putatur. Nam quoniam in *Destillatione* parum *Salis volatilis* exhalavit, idem etiam de *Decoctione* statuendum, cujus substantiæ volatilis defectu *Sapor* iste incidens & attenuans oritur; modò non nimis, & *Vase* aperto coquantur.

Secundus modus per Cobobationem fit, quando affunditur *Vinum generosum*, vel ipse *Spiritus Vini*, cum quo destillatur per *Alembicum*, novis *Plantis* destillatum affundunt, quod adhuc aliquoties iterant, semper *Spiritus destillatum* novis affundendo: unde quoties hoc faciunt, toties *Spiritus* de novo majores acquirunt ex *Plantis vires*, & fit potentior: Vid. *MOELLENBROCCIUS* de *Arthrit. Vagâ* p. 114.

Tertiò, & quidem optimè, utroque modo simul *Spiritus Cochleariæ* destillari potest. Nempe si recipiatur *Spiritus Cochleariæ* per *Fermentationem* paratus, hic affundatur *Cochleariæ* coacervatim in *Vase clauso* per duos dies noctesque positæ, ita ut incallescere, & *Putredinem* aliqualem inchoare queat. Hæc invicem *blando igne* destillentur & cohobentur, & ita *Spiritus Odoris*, & imprimis *Saporis Cochleariæ* appropriati, acquiruntur. Nam si simpliciter *Cochleariæ recentis Spiritus Vini* affundatur, abstrahatur, hinc recentis affundatur, idque, ut jam dixi, aliquoties reiteretur, tandem

scerentur & coquantur. Sed cavendum à *Coccularum harum vi deleteriâ*; non rara enim sunt *Historiæ ab assumptione hujus Veneni interemtorum*. *Padagogus* *Cubebas* poscens, quatuor *Cocculas* ab ignaro *Pharmacopola* traditas comedit; hinc in *nauseam*, *singultum*, & *animi angustiam* incidens, nonnisi *Vomitivo exhibitio* ab eo periculo liber est factus. Ex Amato.

P R Æ P A R A T A.

C O F F I.

1. *Conserua*. Ex Foliis.
2. *Aqua stillatitia*. Ex Foliis recentibus,
3. *Syrupus*. Ex Succo & Saccharo.
4. *Sal com. volatile*. Ex Succo.
5. *Spiritus*. E Foliis fermentatis.
6. *Succus expressus*.

N. *Recens* maximæ est efficaciz ad arcendam Oris ac Gingivarum Putredinem, etiam post Morbillos. *Inspissatus loco Extracti* assumi poterit.

7. *Oleum stillatitium*.

Olim Africa fuit novitatis studiosa, nunc Germania non contenta usu *Tabaci* & aliorum Exoticorum, Sorbitionem *Potus Coffi* prolixè usurpans. Ex *Fabis Bon* torrefactis, & assatis *Pulverem* struunt, & ex illo nigram *Tincturam* per *Aquam feruentissimam* extractam, pauxillo *Sacchari* edulcoratam, calidam forbillando bibunt. Fusiùs hanc rem exposuit pronuper D. Laurentius Straussius in *Disputatione*, respondente Francisco Peters, Gissæ habitâ.

CII. LI-

tandem rectificando, *Spiritus Cochlearia* elegans acquiritur.

Sed observandæ sunt *Enchetræses* in *Destillatione* & *Rectificatione* hujus *Spiritus*: Nempe omnia hæc, sive per *Vesicam* sive per aliud *Vas* destillentur, ut *lento igne* procedatur: idque saltem tamdiu, quamdiu volatiles *Spiritus* striatim prodire observantur; his enim disparentibus, mox removeatur *Receptaculum*, ne *Phlegma* uniatu *Spiritu*, hoc ipsum enim postmodum rectificando ab illo separari nequit, quin semper magnam patiatu *jecturam*; hinc cum novâ *Cochleariâ* eundem *Spiritum* reassundendo simili modo procedatur.

Ex quibus *Præparationibus* arbitror; parum esse acrioris & volatilioris *substantiæ*, quæ immediatè *linguam* afficit, & maximam ejus partem in ipso *Concreto*, ejusque *texturâ*, ab aliis particulis, mediante *mutua texturâ* concentratam esse, vel mediante *Spiritu Vini*, vel mediante *Fermentatione*, inchoatave alicui ad *Putredinem* dispositione, eliciendam.

Aliàs *Spiritus* hic ritè paratus reverà totam *crasin* medicamentosam *Cochleariæ* retinet. Prodest in *Malo Hypochondriaco*, *Scorbuto*, *Affectibus Stomachi* ex *Mucilagine* viscidâ & acidâ; unde miscetur cum *Essentiâ Absinthii*: Vel potiùs *Essentia Absinthii* fiat cum *Spiritu Cochleariæ* affuso, & erit egregium *Antiscorbaticum* & *Stomachicum*: propinatur etiam cum *Elixir Stomachali Michaëlis*. Volatilem penetrantiam habent *Remedia* ex *Cochleariâ* parata, unde *Spiritus* ejus quibusdam *Cephalalgiam* concitat, teste *MAJORE de Chirurg. Infusor. pag. 270*. Unde bene observanda est *Observatio BARTHOLINI Aſtorum Medicor. Hassniens. Volum. 1. pag. 35*. *Cochleariam* unâ cum *Acetosâ* pro *Curâ Scorbuti* assumendam ostendentis. *Externè* in *Scorbuto* Oris accipiatur *Spiritus Cochleariæ*, & in eo humectetur *Linteam*, quod postmodum affricetur *Gingivis*, & partibus *Palati* Oris, *Scorbuto* affectis. Alii recipiunt *Pulveres Dentifricios*, eosque in *Mortario* imbuunt, & imprægnant *Spiritu Cochleariæ*, & sic *Pulveres Dentifricios* *Scorbuto* appropriatos redunt. Prostant etiam appropriati *Pulveres Dentifricii* ad *Scorbutum*, qualem contra *Scorbutum* Oris videbitis in *BARTHOLINI Centur. 6. Histor. 54.*, qui, si adhuc impregnetur cum *Succo* vel *Spiritu Cochleariæ*, erit eò melior.

Sunt, qui ex *Cochleariâ* perfectè *putrefactâ* *Spiritum urinosum* & *Sal volatile* eliciunt; sed nihil differt ab alio simili *Spiritu* & *Sale* volatili, quatenus *substantia oleosa* & *crasis seminalis Cochleariæ* per istam omnimodam *Putrefactionem* penitus fuit destructa.

4. **AUTOR** noster *Salis volatilis* ex *Cochleariâ* parati mentionem facit; quod nihil aliud est, quàm *Tartarus*. Verumtamen & egregium *Sal volatile* potest parari, quod vel per se destillando fit, vel putrefaciendo, non autem fermentando; postea sublimatur in *Phialâ* altissimâ leni igne subiecto; sic enim fit, ut *Phlegma* propter lenem ignem non possit ascendere. Hoc modo *Salia* in formâ siccâ elevantur.

6. Exprimitur etiam è *Foliis Succus* quidam, qui cum *Decocto Seri Lactis* propinatus, egregiè prodest in *Affectibus Urinariis Scorbuticis*: In *Affectibus Scorbuticis* Oris & *Gingivarum*, si cum eo fricentur *Dentes* & *Gingivæ*. Acredo ipsius nimia cum paucâ *Aquâ* simplici imminui potest.

Succus hic fermentando depuratus, cum *Spiritu* proprio egregiam præbet *Essentiam Antiscorbaticam*, de qua fusiùs vid. *SIMON PAULI in Quadripart. Botan. pag. 268*

7. Porro nonnulli *Oleum* quoque elicere tentant, id quod admodum difficile, & rara avis est. Potest tamen elici, si justo tempore *Flores* colligantur; nimirum dum *Cochlearia* incipit seminescere (ut sic loquar) *substantiamque* suam quasi concentrat, vel *quintam* suam, ut sic dicam, *Essentiam*, tunc absque morâ *Planta* recipienda, & destillanda; sic copiosum *Oleum* fundit acerrimum & penetrantissimum: aliàs nullo alio tempore elici potest. Sed integer *Cophinus* vix dabit *Olei rectificati* ℥ss. aut ℥j.

HILDANUS in Observat. pag. 646. Tract. de Valetud. servandâ, habet *Oleum Cochleariæ per infusionem Olei communis*, quod externè inunctum *regioni Lienis* excellens est *Remedium* contra *Tumores Scirrhusos Lienis*.

1. *Conserua* non benè paratur, quia *Sal volatile* avolat sub *preparatione*.

Elaosaccharum etiam, seu, ut alii loqui solent, *Magisterium Cochleariæ*, paratur, de quo vid. *MEOLLENBROCC. in Cochlear. Cur. pag. 118.* & pro *Affectibus Scorbuticis* & *Spleneticis* maximum est *Remedium*.

Plura videbitis in *MOELLENBROCCII jam citato Tractatu* per totum *Librum*. (H)

C O F F E.

Granorum horum *Decoctum* in hoc cum *Decocto Thee* convenit, quod alacrem reddat bibentem, Somnum arceat, *Vigilias* absque debilitate intendat, adeoque *Spiritus* animales peculiariter efficiat. *Porus* olim *Turcis* saltem familiaris, nunc etiam *Europæis* maritimis communis. *Col. f. SCHROEDERUS Append. pag. 29.* item *WILLISIUS in Pharmac. Ration. Volum. 1. pag. 327.* (I)

CII. LI-

(H) *Cochlearia Septentrionalibus regionibus familiarissima Planta*: idque non sine *Naturæ Autoris* providentiâ factum, ut scilicet *Scorbuti*, *regionum illarum Endemici Morbi*, *Cochlearia* inter *Antiscorbaticas prima*, præsentissimum esset *remedium*. Apud nos satum *semen* agrè inolefcit, nec *Planta* hic germinans tantam ostendat acritatem, quantam apud *Belgas* & *Batavos*: ob soli fortasse nostri mitiorem indolem. *Cochleariæ nomen* habet, quod *Officinalis Folia Cochlearis ferè in modum efformata* sint. *Habitâ tamen Characteris Tournesfortiani ratione*, sunt & aliæ *Cochleariæ species*, quæ *diversæ formæ Foliis* ornantur: sic & *Raphanus rusticanus dictus*, sive *Armoracia*, *species est Cochleariæ*, ut priùs notavimus. *Colimus in nostro Horto Cochleariam altissimam*, *Glasti folio T. quæ nil minùs habet*, quàm *Folia ad Cochlearis formam efficta*. *Cochleariæ vulgaris vis & utilitas in particulis admodum volatilibus consistit*, quare *baud Scorbutorum necessitati consulunt*, qui illam in *Lacte* aut *Vino* decoquunt: satius est *Succum Herbe expressum*, aut ejus *Infusum* adbibere. *Angli ex Raio recentem Plantam Cerevisiæ*, pro *potu Scorbutorum* adbibendæ, infundunt: non tamen ultra tres vel quatuor dies, ne diuturniori infusione, partes volatiles avolent, terreis & fixioribus (inutilibus) remanentibus. *S. Pauli habet Tincturam*, seu *Essentiam liquidam Cochleariæ*, quæ *passim in Germaniâ usurpatur* ab iis, qui *Succum* respuunt. *Cochleariæ Succus*, cum *Herbâ contusâ*, *impositâ*, & *alligatâ*, *Faciet maculas sexborarum spatio tollit*; sed postea *Facies Decocto Furfuris est abluenda*. *Spiritu Cochleariæ Epilepsiam sæpius fugatam scribit ex Soame Dolæus*.

(I) *Buna*, *Bunnu*, & *Bunchos Arabum sanè est*, quod vulgi *Cassè* & *Coffè* appellamus, si attentè consideretur *descriptio J. Bauhini de Buna &c. to. 1. 421*. *Fructus est*, ex eodem, *olivari figurâ*, unâ vel utrâque parte *sulcatus*, dupliet *cortice* reclus: *Nucleus Dactyli officuli effigie*, *lacunâ item sulcatus*, *pallentis cinerei coloris*, *saporis amaricantis*. *Arbor eadem est*, ex eodem *Bauhino*, cum *Bon* vel *Ban Alpini*, *cujus Folia Evonymo similia sunt*, sed *crassiora*, & *perpetuè virentia*.

De *Coffè* (quod *Coffi* vocat) ea habet in *Appendice Pharmacopœæ Schrœderus*, quæ in ejus *textu* appositimus: imò *integram addit dissertationem Straussii de Coffi*, è quâ (ob *prolixitatem* & *gratis consarcinatam cruditionem*

CII. LIGNUM COLUBRINUM.

Lignum Serpentarium. Clematidis Indica, C.B. 2. Ligni Colubri alterum genus Garzia, & Lignum Colubrinum, Tab. Germ. Sresfholz. Gall. Bois de Coleorier, ou Coleore. (Indis Comexi.)

Advehitur ex Insulâ Zeilan. Eligendum amarum, non ca-
riofum, grave.

Vires. Calidum est & siccum (ut Amaror arguit), abstergit, Moribus Serpentum, aliisque Venenis medetur: Bilem ac Mucilaginem per Alvum (nonnunquam etiam per Vomitum) educit, unde usus præcipuus est in Febribus Intermittentibus, Ter-

CII. LIGNUM COLUBRINUM. Videantur de hoc Rerum Indicarum Scriptores, imprimis PISO in

Medic. Brasiliensium.

Rari apud nos est usus, quoniam est pretiosum, & nostra etiam

nem, omisâ) hæc excerptere contenti sumus. Coffi, inquam, Fabam Arabicam vocat, Bon incolis dictam. De eâ primùm nono seculo scripsisse putat Rasem, sub nomine Bunchi, post hunc Avicennam. Prosper tamen Alpinus de Med. & Plant. Egypt. Bon & Potum ex eo decoctione confectum, quem Chaova appellat, penitus describit. Decoctum autem hoc duplex esse ait idem Alpinus, vel ex Seminibus à folliculis mundatis, & rosis, vel ex Seminum ipsorum Folliculis ferventi Aquâ incoctis. Utrumque ad Ventrículo robur assatum in publicis tabernis ebibunt: Mulieres ad menses ciendas potant. Arborem Fabas has ferentem Evonymo similem facit citatus Alpinus, sed tamen Folia crassiora, durioraque habere, viridiora, & perpetuè virentia, ipse subdit. Simon Pauli in Comm. de abusu Tabaci & Herbæ Thee, Potum Caffè planè damnat, quòd Corpora, & Animos effeminet: non quidem, quòd hic Potus aded refrigeret, sed quòd Sulfure proprio instar Tabaci, & Agni casti, clanculum & sensim exiccet. Sed id intelligendum esse de illius abusu, subdit Straußius.

Sed relictiis innumeris aliorum Arboris Caffè ferentis Descriptionibus, illam pro omnibus offeremus, quam Regiæ Scientiarum Academiæ obrulit Clarissimus Vir Antonius de Jussieu, ejusdem Academiæ Botanicus. Hic Autor, quem ipsam Arborem, Bataworum curâ primùm in Europam translata, Ludovico Magno oblatam, ac dein in Horto Regio Parisiensis excoltam, præ oculis haberet, curiosam illius textit Historiam. Hoc ei nomen primùm tribuit: Jasminum Arabicum, Lauri folio, cujus Semen apud nos Caffè dicitur: (ad Jasminum refert ob Floris & Fructus characterem, juxta Methodum Tournefortianam). Arbuscula in Horto Regio altitudine quinque pedes, crassitie pollicem æquat: Bataworum tamen testimonio in solo natali ad quadraginta pedum altitudinem attingit, esu truncus quatuor vel quinque pollices crassitie non excedat. Rami per intervalla bini ex opposito exeunt, cortice, quemadmodum & truncus, albido tecti: Lignum duriusculum, & dulcedinem quandam præferens. Folia nec serrata nec crenata, bina sibiipsis opposita, ad Laurinorum figuram accedentia, brevibus pediculis adhaerent. In Foliorum alis Flores usplurimum quinti subnascuntur, brevibus item pediculis insidentes, albi, Jasmini Hispanici formam æmulantes, sed breviori tubo, angustioribusque scissuris, ac quinque staminibus ornati, fugaces, & grato odore. E calyce viridi quadrifido surgit Pistillum, Embryoni adhaerens, qui abit in Fructum Duracino Ceraso similem, seu Baccam umbilicatum, primùm dilute viridi, hinc rubescente, postea intense rubro, maturitate demum obscure rubro colore præditam. Ejus Caro glutinosa est, (quâ exsiccatâ, Fructus ad Lauri Baccæ magnitudinem accedit) atque involucrium præstat duabus Testis ovalibus, simul conjunctis, externâ parte gibbis, internâ, quâ se mutuo tangunt, planis, colore ex albo flavescente: singule continent Semen callosum, ovale, in dorso fornicatum, alterâ verò facie profundo sulco per totam longitudinem excavatum: si alterutrum ex his Seminibus abortiatur, alterum crassius evadit, utrinque magis convexum, & Fructus medium occupat. Fructum integrum exsiccatum vocant Galli Caffè en coque, Semina verò integumento proprio & communi spoliata Caffè mondè appellant. Hac genuinâ Arboris Caffè Descriptione arguit Cl. de Jussieu, quòd quàm verè hæc Planta sub Jasmini genere est reponenda, tam falsa sit opinio illorum, qui Fructum Caffè inter Fabas reponunt, & quàm à vero aberret RauWolfius, qui putat Bunk Avicennæ, & Bunca Rafis esse verum Caffè Arabicum, ut prius notatum.

Notat insuper laudatus Autor, falsam esse illorum opinionem, qui existimant, Semen Caffè jam in Aquâ elixum, vel Igne exsiccatum, ad nos ex Arabiâ devehi: idque eâ industriâ ab Arabibus mercatoribus factum putant, ne Semen illud ullo pacto apud nos germinare possit. Reverà tamen si Caffè apud nos non germinat, id baudquaquam invidæ Arabum versutiei tribuendum est, sed potius peculiari Seminis bujus indoli: hoc enim nisi omninò recens, & ferè ex Arbore tunc deciduum, vel sponte vel arte seratur, baud germen ullum edet. Sic Semina à Dño Commelino in Horto Amstelodamensi recentissima sata Plantas produxere; quæ vero Dño De Jussieu idem Commelinus misit Parisios, baud germinarunt: germinarunt autem post sex hebdomados Semina, ab eodem de Jussieu recens ex Arbore Horti Parisiensis collecta, ac sata.

Ex Caffè Seminibus prius tostis, hinc in pulverem redactis, & in Aquâ coctis, tum Arabes, tum Ægyptii, tum Turcæ omnes, Potionem parant Coava vel Coffè dictam. Hujus Potus usus aded Europæis familiaris factus est, ut nihil familiarius: intra domesticos enim parietes, ac in publicis tabernis, hinc Potui propriè dicatis, mane, vesperi, prandentes, cœnantes, ex Testis & Porcellanis, calidissimum Caffè Decoctum vulgò pitissando sorbillamus, vel valetudinis gratiâ, vel ad otii oblectamentum. Primum bujus Potus usum sunt, qui Cœnobiarcho cuidam in Arabiâ tribuunt, qui ut Monachos suos ad divinas Preces noctu recitandas vigilantiores redderet, Decoctum Caffè itis potandum exhibuit: experimento ductus, quòd Capræ hunc Fructum comedentes somno non indugerent. Sunt tamen alii, qui Mahometanæ Religionis Mystam hanc Potionem primùm ebibisse credunt, quâ nempe Somnum arcens, prolixis orationibus longius incumbere valuisset. Et reverà Potus Caffè (quemadmodum & Chocolates) antihypnoticus est, præsertim in non assuetis.

Potus Caffè triplici modo parari solet: vel enim Semina munda adbibentur, absque ulla præparatione, sed simplici decoctione: vel Semina prius tosta, & in pulverem redacta, in Aquâ fervente incoquantur: vel demum Seminum Cortex seu involucrium, tum proprium tum commune (quòd Flores Caffè, sed falsò, appellant) in Aquâ decoquitur, atque id Potus genus Caffè à la Sultane Galli appellant. Dñus Andri Medicus Parisiensis primum Modum probat, atque, partem volatiliorem & magis medicamentosam Caffè torrefactione evolare: Drachmam igitur crudi & mundi Seminis ebullendam jubet, intra quadrantis horæ dimidium, in Aquæ uncis octo: deinde vas ab Igne remotum exactè clausum ad aliquod tempus contineatur; liquor denique citrinum colorem adeptus cum Saccharo ebibatur. Hunc, præter vulgaris Decocti vires, maxime valere ait ad Dysuriam & Tussim. Eadem Semina iterum & tertio decoqui possunt. Quamquam autem hæc doceat Dñus Andri; attamen secundus modus reliquis vulgò præfertur. Quoad Decocti præparationem hæc notanda. Vasa ad Caffè torrefaciendum testacea sint & vitriata, non metallica; ne noxium quid Seminibus communicari possit. Justæ torrefactionis gradum monstrat Seminum color ad violaceum tendens. Ea tantum tosti Caffè portio in pulverem redigatur, quæ ad Decoctum tunc temporis parandum sufficiens est. Efficacior erit Potio, si Pulvis in ebullientem Aquam injiciatur, quàm si in frigidam injectus, deinde ebullierit. Post mediocrem ebullitionem remotum ab Igne Vas, ad aliqualem Pulveris subsidentiam, aliquantulum detineatur; hinc rostro superiori Vasis parti adhaerente, Decoctum in Pocula fistilla, sed apud Magnates è pretiosis terris, vivis coloribus depictis, auroque micantibus infunditur, vel cum vel sine Saccharo calidissime potandum.

Quoad vires Potus Caffè notat laudatus de Jussieu, satis manifestum esse Semina hæc Oleo, volatilibus principiis salinis & sulfuris turgido, abundare: atque ex horum principiorum cum Sanguine mixture illius præcipuam vim antihypnoticam pendere putat: hinc Ciborum digestionem juvat, Ructus reprimat Acidum Ventrículo recundis, præsertim à prandio sumtus: hinc quoque fit ut opportunior sit obesis & pituitosis corporibus, quàm macilentis & biliosis. Non ergò præter rationem est, quòd alibi notavimus, opportunior esse Potum Caffè infarcto, quàm omninò vacuo Ventrículo.

Tertianâ ac Quartanâ . Lumbricos necat ac fugat. Extrinsecus
Maculas Cutis abtergit .

P R Æ P A R A T A .

Extractum . Cum Aquâ Centaurei, vel simili factum .

Dosis ad Scrup. j.

CIII. CONTRAYERVA .

Contrayerva, Radix Yerva, Radix Contrayerva, Radix
Bezoartica, Alexipharmaca, Radix contra Venena, Dra-
kena, Radix Venenis adversa. *Monar. Germ. Siffwurtz. Gall?*
Racine de Yerva, ou Venimeuse .

Est Radix Iridis, vel Cyperi Radicibus non abſimilis, quæ
annis abhinc aliquot ex Provinciâ Peruanâ Charcas asportari
cepit .

N. *Baubinus facit speciem Cyperi, vocatque Cyperum lon-*
gum, odorum, Peruanum .

Eligatur densa non cariota, quæ aromaticum quiddam sa-
pit, cum acrimoniâ conjunctum .

Vires . Calida est 2. Alexipharmaca & Sudorifera, præstan-

etiam Terra talia, & forsan meliora, suppeditat, quæ lo-
co illius usurpari possint. (K)

CIII. CONTRAYERVA. *Contrayerva* Radix est Pe-
ruviana exotica, & *species Cyperi*, cujus for-
mam refert, esse videtur; adeoque ejus natales non æquæ
sunt cogniti, nec natura ejus sufficienter perscrutata: Eam
tamen *Caryophyllaræ* cujusdam *Radice* esse existimat PAU-
LI in *Quadrupart. Botan. pag. 40.*

Decantata est vi *alexipharmacâ* Contrayerva, i. e. quævis
Venena, quæ per Sudorem pellere dicitur, ʒj. dosi assumpta:
unde à Modernis solet misceri cum *Pulveribus* & *Eleſtuariis*
Alexipharmacis contra *Pestem*, aliosque Morbos Malignos &
Venenosus. Præter vim contra Venena commendatur
contra *Philtia* hausta, quæ emendat, ne sint nociva. Vid.
NARDUS ANTONIUS RECCHIUS *Rerum Medicar.*
novæ Hispan. 8. cap. 58. qui hujus virtutes scripsit.

Dosis est à ʒʒ. ad ʒj. pro Sudore excitando.

De cætero, cui natura & origo ejus incognita suspecta
est, is ceu succedaneum commodè *Zedoariæ Radicem* ipsi
substituere poterit, Autore LUDOVICI in *Pharmac. pag.*
253. & 255. (L)

(K) Colubrinum Lignum sic appellatur, vel quoddam Colubri morsus valeat, vel quoddam ejus Cortex maculis
aspergatur, Colubri exuviam referentibus. Ejus variae sunt Species, quas sub genere Clematidis reponit C. Bauhi-
nus ex eo, quoddam sarmentitiae sint, & per arbores repant. Illarum descriptiones reperies apud Raium hist. 1806.
Quod ad nos offertur Lignum est (vel Radix lignota) durum, grave, intus album, Cortice tenui rubescente, &
maculoso, gustu amarissimum. Pomet Historiam affert duplicis Ligni Colubri, Cl. Pauli Hermanni propriis verbis
descriptam. Unum ait nasci in Insulâ Timorensi, atque Radicem esse lignosam, brachium crassam, sub Cortice ex
fusco ferrugineam, subinde maculis cinereis notatam, materiam solidam includentem, densam & ponderosam, saporis
amarissimi, odoris nullius. Aliud Lignum Colubrinum ait Hermannus Zeilanicum dici, quod eandem habet notam
cum Timorensi: illud autem inter ea intercedit discrimen, quoddam Noces quas fert Zeilanicum, sunt quadruplo majores
eis, quas fert Timorensi. Subdit demum Autor Noces has, seu Fructus Ligni Colubri esse ipsissimas Noces Vo-
micas Officinarum. Quod ex eo verum esse suspicatur Raius, quia Experimentis quibusdam constat, ex assumpto
Pulvere Ligni Colubri lethalia supervenisse symptomata, valde affinia eis, quæ Canibus ex assumptâ Nuce Vomica
accidere videmus. His tamen non obstantibus, Autores Lignum Colubrinum commendant adversus Febres Intermitten-
tes, Malignas, Vermes, & Morsus omnium Animalium venenosorum: ut sint qui credant, in Insulis Zeilan & Ti-
mor Serpentes solo hujus Ligni actu repente emori.

(L) Contrayerva in Officinis Radix est Peruviana, ad Fabæ magnitudinem crassa, nodosa, longis fibris ornata
subrubro extus, albicante intus colore, odore Ficus folia referens, gustu aromatica aliquantulum acris. Planta Follis
ornatur viridibus, cordiformibus, nervosis, buni fufis: Caulem emittit nudum in summitate Flores ferentem. Etmul-
lerus citat Nardum Antonium Reccum: hic autem, etsi loco citato agat de Contrayervæ virtutibus; attamen nec
Plantæ descriptio, nec Icon apposita, cum Officinarum Contrayervâ, & Recentiorum descriptionibus illo pacto convenit,
ut videre est. Contrayervæ Radix alexipharmaca est, sudorem movet, & Vermes necat. Nonnulli in locum Contra-
yervæ Peruvianæ substituunt vel nostratam Radicem Vincetoxici, quod est Asclepias flore albo C. B. vel Fraxi-
nellæ speciem, quam Diſtamnum album appellant.

Est quoque Contrayerva Virginiana dicta, quam Serpentariam & Viperinam Radicem vocant: eo quoddam Plan-
tæ hujus solius halitus lethalem Serpentem, Boicininga incolis dictum, protinus interficiat: Serpens hic ad Viperæ ma-
gnitudinem accedens tintinnabula quædam sub caudâ habet, quorum sonitu monentur viatores, ut venenosissimam bestiam
evitent, vel ut Herbam modò dictam baculi extremo imponentes, occurrant Animali objiciant, solo illud odore necantes.
Hæc est Planta, quam Cl. Tournefortius inter Aristolochias connumerat, vocatque cum Plukenetio, Aristolochiam
Pistolochiam, seu Serpentariam Virginianam, caule nodoso Banister: habet enim omnes veræ Aristolochiæ Chara-
cteres: caules habet sarmentosos, folia bederacea: Radix crassiuscula est, filamentis quamplurimis instructa, aromatica,
& odorem ad Lavandulam accedens. Alexipharmaca item est, sudorifera, & antihelminthica à ʒj. ad ʒj. assumpta.
Dñs Daquineus ad Theriacæ reformatæ compositionem illâ utitur.

Illud denique notandum, esse quoque & aliam Contrayervæ speciem, quam Contrayervam Hispanorum, & Dra-
kenam Radicem cum Clusio appellant, quoddam illam Franciscus Drak primus ex Peruviano Regno in Angliam inve-
nerit. Radix valde similis est Radici Contrayervæ, ejusque vires prorsus obtinet: ita ut Raius facillè cum Johnso-
no, & Parkinsono conveniat, qui ajunt, Drakenam radicem Clusii esse ipsissimam Contrayervam Officinarum: imò
huic Plantæ Synonyma facit Cyperum longum, odorum & inodorum Peruanum C. B.

tissimumque Remedium adversus omne Venenum, cujuscum-
que sit generis (excepto Mercurio sublimato) Vomitione id
rejiciens, aut per Sudores evacuans. Sed & Amatoria Pocula
ex Pulvere hausto educi ferunt. Ventris etiam Animalia pel-
lit. Quin & in Peste felix ejus usus compertus est, ut & Mor-
billis nigris. Dosis Drach. i.

CIV. CONSOLIDA .

1. **C**onsolida, seu Consolida major. *Vide Symphytum .*

2. **C**onsolida media. *Hæc hujus loci .*

3. **C**onsolida minor. *Vide Bellis bortenſis .*

4. **C**onsolida Regalis. *Vide Calcitrippa .*

5. **C**onsolida aurea & Sarracenicæ. *Vide Virga aurea .*

(Flores cœruleo. *Hæc usualior .*

Est (Flores purpureo. *Hæc rari usus .*

Dicitur Consolida media, *Brunſf. Matth. Fuchſ. Tab. Cass.*
media, prima, *Tab. Prunella cœrulea, Trag. Bugula, Dod.*
Cluſ. biſt. Ger. Bugula & Prunella quibusdam, Lob. Consolida
media, pratensis, cœrulea, N. 1. G. B. Germ. *Gulden Günsel.*
Cicuit

CIV. CONSOLIDA. *Consolida Media* Germ. *Gulden*
Günsel, aliàs dicta *Bugula Dodonæi*, ita vocatur
ob egregiam vim *Vulnerariam*, quam tam internè, quàm
externè, applicata exhibet. *Symphyti species* est, quæ aliàs
tres sunt: *Major, Minor*, seu *Prunella*, & præsens *Media*;
& hæc flore est cœruleo, purpureo seu carneo, & albo, quæ
rara. Dicitur quoque *Prunella*, sed malè, hæc enim, ut di-
xi, est *Consolida Minor*.

Uſus est egregiè *Vulnerarius* in *Vulneribus* & *Ulceribus*.
POTERIUS in *Pharmacop. Spagy.* in *Jusculo vervecino*
decoquit, & *Decoctum* valdoperè commendat in *Phthiſi*, &
intrinsicis *Vulneribus* & *Abscessibus* seu *Exulcerationibus*
Hepatis, seu *Diarrhœâ*, & *Fluxu Hepatico*, potiùs tamen
Hæmorrhoidum Fluxu dicendo. Nam, quod obiter hîc
moneo, omnia Partium internarum *Ulcera*, five sint *Pul-*
monum, five *Lienis*, five *Hepatis*, seu *Pancreatis*, inſe-
quitur *Phthiſis*, *Febris Lenta* & *Hæctica*, ut aded non sit
ex *Ulcere Pulmonum* solùm: taceo illam sæpè *Ulcerâ* ex-
terna inſequi. Laxat etiam crebriori usu blandè *Alvum*
contra naturam aliarum *Consolidarum*: id quod propter ali-
quam *Nitrositatem urinosa*, primas vias abstergentem,
evenit. Vis ejus *Vulneraria* consistit materialiter in *Mucila-*
gine viscidâ temperatâ, formaliter in *Alkali* temperato, quo
im-

Crescit in locis campestribus; floret Majo.

OFFICINALIA NATIVA.
Herba.

imprægnata est, hincque æstum Hepatis extinguere dicitur. Sapor ejus est insipidus, vel potius moderatus, & propterea dicitur ab HELMONTIO, quod habeant in se occultum Alkali omnia Vulneraria, quoniam Acidum, inimicum Vulneribus, absumunt. In Vulneribus recentibus Acidum corrigendum mediocre inest, ideoque & talia temperata satisfaciunt; e contra ad inveteratorum Curationem, in quibus Acidum jam auctum, ex usu sunt Acris; quoniam Acido majori corruptivo opponenda Medicamenta acris: v. g. in inveteratis Ulceribus convenit *Chelidonium majus*, *Aristolobelia rotunda*, &c. quæ acris: minimè verò moderata & temperata Vulneraria hæc faciunt. Itali verno tempore Radicem cum Foliis mundificant & propinant pro Acetario, palato gratissimo, quia videtur præcavere Cachexiam & mediantibus facultatibus fermentativas promovere Fermentationem in Malsâ Sanguineâ: ciet Urinam, uti omnia Vulneraria, quæ dicuntur *Diuretica*, & quæ Diuretica, usitatissimè sunt Vulneraria.

Succus in Ulceribus Malignis egregium est Remedium. (M)

CONSOLIDA SARACENICA.

Consolida Saracena, Germ. das Heilnische WWund Kraut, est species *Virga Aurea*, & cum hac, aliisque Vulnerariis, ejusdem potentis atque virtutis cum communi: amarioris aliquantisper est saporis, & magis deterfivi, adeoque in Vulneribus antiquis & in Ulcera abeuntibus convenit, & in aliis Vulneribus seu Ulceribus Malignis dyspepulis & cacœtheis.

Externè Planta contusa usûs est egregii; quoniam Acidum corruptivum temperat, purificat & mundificat, ut sponte sequatur consolidatio Ulcerum.

Succus expressus Unguenta & Emplastrâ Vulneraria ingreditur. (N)

Tom. IV.

(M) Ut Tournefortius tot Plantarum species, sub Consolidæ Genere falsè relatas, methodicè disponeret, ex Consolidis majoribus dictis constituit Genus Symphyti; minores sub Genere Brunellæ reduxit; ex Consolidis mediis seu Genus Bugulæ: de quâ hic Schræderus & Ettmullerus. Consolidam verò (quam Solidaginem Saracenicam vocant) ad Virgam auream reducit. Bugula igitur inter Plantas flore unilabiato connumeratur, labii superioris locum occupantibus denticulis quibusdam: Flores specierum Bugulæ verticillatim disponuntur. Ea Bugulæ species Officinis est familiarior, quæ Consolida media, pratensis, flore cœruleo dicitur C. Bauhino. Huic illud peculiare tribuunt, ut scilicet sit διασκαυλος, quoniam duum generum Caules obtinet: alios scilicet tenues, teretiusculos, humi repentes, quibus se propagat; alios erectos quadratos, flores sustinentes. Vulgaris Planta, atque à Mulierculis in fenestris colitur ad Ulcerum præsertim Tibiarum, curationem. Parkinsonus parat Unguentum à Foliis Bugulæ, Scabiolæ & Saniculæ, suffi, & in Axungia bullitis ad siccitatem usque, & deinde expressis: eoque utitur ad omnis generis Ulcera, Contusiones, & Vulnera sananda. Ex Tournefortio Bugula hæc amara est, detergens, & parùm rubefacit cœruleam pappum. Usus ejus in Potionibus Vulnerariis, Decoctis, & Apozematibus, ad Sanguinis sputum, Dysenteriam, Fluxum album, Faucium morbos, atque Aphibas paratis: ad idem valet ejus Succus clarificatus. Camerarius & Dodonæus in Hepatis adhibent obstruione: continet reverà Planta hæc Sal ammoniacum Sulfure obvolutum.

(N) Consolida Saracena, quam dicit Ettmullerus esse speciem Virgæ aureæ, reverà est Virgæ aureæ species, tunc potissima species, & Officinalis, nempe Virga aurea, latifolia, serrata C. B. de quâ suo loco

(O) Tamesi Convolvuli nomen à convolvendo factum sit, eo quod quamplurimæ illius species se convolvunt, ac vicinas Plantas scandant; nibilo tamen minùs sunt non pauca quoque Convolvuli species, quæ se non convolvunt. Ad has sanè refertur Convolvulus Hispanicus, flore cœruleo, quem hic habet Ettmullerus: illum autem puto esse Convolvulum Lusitanicum, flore cyanæo Bross. quem C. & J. Bauhini Convolvulum peregrinum, cœruleum, folio oblongo appellant.

Convolvulus purpureus, folio subrotundo, quem subdit Ettmullerus, sic appellatur à C. Bauhino; à J. verò Bauhino dicitur Campanula Indica, & in Horto Eystetteni Convolvulus Indicus flore violaceo: familiarissima ad Fenestrarum & Murorum ornatum apud nos Planta.

(P) Convolvulus hic arvensis, flore cœruleo, quem addit Ettmullerus, videtur sanè esse Convolvulus minor arvensis C. B. hic enim Floris colore variat, notante eodem Bauhino; nam nunc candidos, nunc roseos, nunc albos cum purpureo umbilico, nunc puniceis lineis aspersos, nunc purpureos profert albis radiis depictos: item hic idem Convolvulus vocatur à Dodonæo Smilax lævis minor. At quoniam succo lacteo non turget, quem suo Convolvulo tribuit Ettmullerus, illum Campanulis accensens; idè Convolvulus arvensis, flore cœruleo Ettmulleri non erit Convolvulus minor, arvensis C. B. ut jam diximus. Dicant qui sciunt.

Convolvulorum amplissima est familia: atque inter eos species quamplurimæ connumerantur ad maximos usus accommodatæ. Convolvulorum enim species Soldanella, Scammonium, Turbith, & Mechoacanna, de quibus suis locis.

(Q) Conyza sic dicta Dioscoridi, quod κώνυκας seu Culices suo lentore capiat, vel quod bestiolas has fuget, Culices abigat, ac Pulices quoque necet: hinc Conyzam Theophrasti Gaza vertit Pulicariam. Hoc Etymon haud probat J. Bodæus, est enim inter κώνυκας & κόνυζα magna sanè differentia. Raius Conyzam dictam putat τὰ κόνυζα quod pulvere læderetur, ob pinguedinem scilicet, quo fit ut sæpè obsolete videatur coloris. Apud eundem Theophrastum Conyza alia quidem mas est, alia verò fœmina. Dioscorides, ut & Galenus, tres habent, majorem nempe, minorem, & inter has mediam. Genus Conyza Tournefortio refertur inter Plantas flore flosculofo, semine pappi instructo: sub illo quamplurimæ species recensentur.

Quam

Vires. Utraque Vulneraria est, tam intrinsecus, quàm extrinsecus adhibita: confert & lœtero, Hepatis obstructioni, Urinæ retentioni, Herniis, &c. Brevibus: ut ea cum Iru-nellâ & figurâ ferè convenit, ita & viribus.

CV. CO-

CONVOLVULUS HISPANICUS.

Convolvulus Hispanicus flore cœruleo κατ' ἐξοχήν dicitur Convolvulus non Convolvulus, quia more Convolvulorum se non convolvit, sed Caule longiore pendet.

Datur etiam Convolvulus purpureus folio subrotundo.

Nullus verò usus inest Medicus, nisi quod ornatus gratiâ in Hortis colantur. (O)

Offert se porro

CONVOLVULUS ARVENSIS,

Flore cœruleo; qui in genere dicitur Smilax, & multis tribui solet Plantis. Quod etiam pertinent omnes Campanularum species. Planta aliàs est lactescens, usumque Medicum nullum agnoscit. (P)

CONYZA.

Conyza Græcis dicitur, quia κώνυκας seu Culices ejus tactu ac viscedine interficiantur; unde & Pulicaria, Cunilago, Germanis Beruff-Kraut Divourrz vocatur.

Tres se offerunt Differentiæ in Horto Medico nostro:

1. Conyza Major Tabernæmontani.
2. Conyza minor flore purpureo.
3. Conyza Thyrsoides, Linariæ folio, Canadensis.

His accendendus venit

4. After Conyzoides odoratus sylvestris, seu Conyza Medica, de quo mox dicam, quæ quidem non propriè, proximè tamen ad Conyzas accedit.

Ita omnes Conyza Germanis dicuntur Beruff Kraut.

Veteres de harum usu nil fide dignum tradiderunt. Aliàs contra Fascinationes Infantum, nunc ejus Fasciculum in lecto seponunt, nunc Balneis incoquant, ac Infantes fascinatorum iisdem lavant. Præter hunc usum Medicum Conyza agnoscunt nullum. (Q)

M

CONY-

CV. CORALLINA.

B *Πύρον θαλάσσιον*, *Dioscor.* Mucus marinus. *Matth. Cord.* in *D. Cast.* 1 ab. Corallina, *Lob. Lon.* Mucus Maritimus, seu Corallina Officinarum, C. B. German. *Meermoos*, *Corallenmoos*.

Inhæret Scopulis & Piscium Testis, Corallisque, eo sanè modo, quo Mucus Arboribus innascitur, optimaque est, quæ à Corallis detrahitur.

Eligatur colore, cum secca est, subrubescente, falso sapore, odore Concharum marinarum simili.

Vires. Refrigerat & siccatur, astringit, incrassat, vi Lumbricos necandi & expellendi celeberrima est, intus & extus adhibita.

Dosis ad Drach. j.

P R Æ P A R A T A.

Magisterium. Fit cum Lixivio forti. *Vid. lib. 2.*
Dosis Scrup. j.

CVI. CORIANDRUM.

K *ῥῖον ἢ κοριάνδρον*, *Dioscor.* Coriandrum. *Gerin.* *Coriander*. *Gall.* *Coriandre*.

(1. Majus. *Hoc usuatè solùm.*

Est C. B. (2. Minus testiculatum.) *inustata*.
(3. Sylvestre.)

Insignitur Coriandrum, *Brunsf. Trag. Fuchs. Matth. Cord. bist. Lon. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger.*

Colitur nobis in hortis, solo gaudens pingui: floret Julio.
OFFI-

C O N Y Z A M E D I C A.

C *Onyza Medica*, flore magno, vel *Aster Conyzoides odoratus sylvestris* (datur enim quoque *Aster Conyzoides Gesneri*, & *Parkinsonii*, flore pariter luteo). Aliàs non benè refertur ad *Conyzas*, sed potius ad *Asteres*; unde & adjectione Vocis *Asteris Conyza* vocatur. *Asterum* aliàs signum est, quod in pappam abeant, Germanis *Sternkraut*, item *gestirnete*, *Dirrwurtz*, ad differentiam *Conyzarum*, quæ simpliciter tantum, nullaque alià adjectione, German. *Dirrwurtz* vocantur.

An cum cæteris Conyzis, imprimis in Fascinationibus & Incantationibus Infantum conspirat, fides sit penes Experimentiam. (R)

CV. CORALLINA. *Corallina* seu *Mucus Marinus*; *Ger. Meer-Moos*, *Corallen-Moos*, *Musci species*, Planta est marina, saltem ad Lumbricos enecandos Infantum valens, in quibus debellandis Remedium est præ omnibus aliis Vegetabilibus convenientissimum, atque longè melius, quam Semen Cinæ. (S)

Dosis ejus est à ℥j. ad ℥ss. Adultis ℥j. Miscetur cum aliis

Appropriatis, vel cum Aloë, Cornu Cervi, Oleo Hyperici, Syrupis, & similibus. Aliàs ulteriorem usum habet nullum. (T)

CVI. CORIANDRUM. *Coriandrum* videtur ad *Caulidit* species pertinere, & quando viridis, prodit se odore gravi.

Usitatum tantum est Semen.

Optimum est *Stomachicum & Carminativum*, atque in Affectibus Stomachi quoque operatur; unde basin constituit *Tragearum Stomachicarum*. Operatur vi aromaticâ, & simile est in suâ naturâ *Anetho*, *Aniso*, *Feniculo*, *Cumino* & similibus, & imprimis quæ quoad usum & vim aromaticam de *Aniso* dicta fuerunt, *Coriandro* etiam, ejusque *Semini* applicabilia sunt. Constat blando Sale volatili oleo aromatico temperato, ratione cujus prodest in laxitate Stomachi, Cruditates Stomachi præcavet, Acidam præprimis, & inde natos Ructus & Inflationes; vel quando post Partum oriuntur Phlogoses & Rubores Faciei, tunc temporis Semen *Coriandi* est expertum. Quando dico: est *Stomachicum*: intelligo simul *Intestina*. Hoc saltem observandum, *Coriandri*

Quam primo loco ponit Etmullerus est *Conyza* major *Tabernæmontani*, quæ est *Conyza* major vulgaris *C. B.* cui Radices lignosæ, odoratæ, amaræ; Caules incanè lanugine hirsuti; Folia *Verbasci nigri*, sed minora; Flores conferti, lutei, graviter olentes. Ex Clusio, Radicem in Vino decoctam propinabant quædam vetulæ ad profligandam *Scabiem*; in quem usum & nonnulli *Mosachi* ex ejus Radice & Foliis Unguentum parabant.

Secundo loco habet Etmullerus *Conyzam* minorem flore purpureo: sed nulla est. quod legerim, *Conyza* nostras flore purpureo; sunt tamen *Conyzae* arborecentes quædam species *Americanæ* purpureæ ex *Plumero*, de quibus sanè non loquitur Etmullerus. Fortasè pro purpureo cæruleum intelligere voluit, ac pro secundâ *Conyza* specie habuit *Conyzam* cæruleam *Alpinam*, minorem C. B. quæ est *Aster Atticus*, cæruleus minor T.

Tertio loco recenset *Conyzam* thyrsoideam, *Linariz* folio, *Canadensem*: hæc videtur esse *Virga aurea Virginiana*, annua *Zan* seu *Conyza* *Canadensis*, annua, acris, alba, *Linariz* folio *Bocc.* Hæc Planta quamvis exotica sit, nihilominus adeò frequens in *Europâ* facta est, ut non solùm sponte & ubique, singulis annis, nascatur, sed necesse est ut *Herbarum* cultores, tanquam *Hororum* pestem, illam eradicens, antequam *Sciem* spargat. Semen enim valdè exiguum, & pappis levissimis instructum, vel levi vento facillè rapitur, & ad longinquas regiones transfertur, ac propagatur. Adeò per totam *Europam* frequens est hæc Planta, ut *Morisonius* putet haud illam exoticam esse, & ex *Canadensi* regione hæc transvectam. At notante *Tournefortio*, ex communi *Parisiensium* *Botanicorum* consensu, hæc *Virga aurea* species est *Americana*, non *Europæa*: nam quum in agro *Parisiensi* ea sit Planta omnium maximè obvia, haud credibile est, illam nec cognitam nec descriptam fuisse ab aliquo *Botanico* ante annum 1655. quo tempore *Dñus Brunyer* eam in *Catalogo* *Plantarum Horti Blesensis* primùm inseruit. Reverà igitur *Americana* est hæc Planta, sed breviori temporis cursu totæ *Europæ* familiaris reddita, ob facilem *Seminum* ope venti translationem, ut modò dictum. *Plantæ* descriptionem habet citatus *Zanoni* cap. 107. atque non ineptam *Iconem* apponit. Folia serrata acrem excitantè saporem, & tota *Planta* ad *Raphani* odorem accedit.

De quartâ *Conyzae* specie juxta Etmullerum mox.

(R) Haud leve mendum sanè est in Editione *Venetâ*, ubi ter legitur *Conyza Medica*; *Mediam* autem habemus apud *Autores*: atque ratio exposulabat, ut inter *Conyzam* *Majorem*, & *Minorem*, de quibus loquutus erat Etmullerus, *Media* interponeretur. Erit igitur hæc *Planta* *Conyza Media* *Dod.* seu *Conyza Media* *Matthioli*, flore magno, luteo, humidis locis proveniens J. B. quæ *Conyza vera* non est, ut notat quoque Etmullerus, sed *Aster*. *Tournefortius* autem illam non tam *Asterem* *Conyzoidem*, quam *Asterem* *pratensem*, autumnalem, *Conyzae* folio appellat. J. *Bauhinus*, qui eam describit, Flores tribuit radiatos *Buphtalmi*: atque ad *Præstigia* & *Incantationes* illâ *Vetulas* superstiosè abuti. Quem intra parenthesim vocat Etmullerus *Asterem* *Conyzoidem* *Gesneri*, & *Parkinsonii*, fortè est *Aster Conyzoides*, odoratus, luteus *Eyfleet*.

(S) Semen *Cinæ* est, quam vulgò *Semenzinam* appellant; b. e. Semen *Santonici*, vulgatissimum *Anthelminthicum*, de quo suo loco.

(T) *Corallina* juxta *Tournefortium* est *Plantæ* genus in aquis nascentis, tenuissimè divisum, ex partibus constans articulatione quâdam veluti junctis, vel in ramos capillares divisi. Quâ descriptione vides quomodo differat *Corallina* à *Lithophyto*, quæ *Plantarum* genera aliquâ ratione videtur confundere *Cl. Raius*, cum ait *Corallinas* nihil aliud esse, nisi *incrustationes* quasdam *materiæ corallinæ Fucis* accrescentes: quod *Lithophyto* potius convenit. Habent quidem *Corallinæ* & *Lithophyta* aliquam inter se similitudinem, ut non paucas *Corallinas* ab *Authoribus* dictas plantas *Tournefortius* ad *Lithophyta* reducat; attamen verum *Lithophyton* est, ex eodem *Autore*, *Plantæ* genus, substantiæ veluti *corneæ*, & *lapidem* inter ac *lignum* mediæ, cui plerumque adhaerescit *Cortex*, vel *Fibris* contextus, vel *Tartari* *emulus*.

Officinarum *Corallina* vulgò *Mucus Marinus* dicitur: bujus ramuli graciles, incani, cinericeique coloris, odore nauseoso, pisculento, sapore salso ingrato, ac facillè in Pulverem fatiscunt. Hujus Pulveris recens parati ℥ss. ad ℥j. Infantibus & Pueris exhibetur ad Vermes necandos: Pulvis autem sic crassusculus, ut moram in ventriculo & intestinis trahens, Vermes promtiùs necet.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen granosum, quod primum halitum gravemhalat, reficcatum autem suavem acquirat odorem.

Vires. Stomachicum imprimis est, calcit & ficcat ad gr. 4. astringit. Hinc celeberrimum in laxitate Stomachi, si post cibum assumatur, claudit enim Ventriculum, Exhalationesque supprimit, quod minus Caput gravent, Ru&usque producant.

PRÆPARATA.

1. *Præparatum.* Præparatur Semen Coriandri maceratione per noctem in Aceto, dein exsiccat.

N. Præparatio hæc fit ob castigationem qualitatis noxiæ (crudioris & excrementitiæ,) quam tamen & arefcentiã amittit.

2. *Confectio.* Ex Semine præparato.

3. *Aqua stillatitia.* Rari usûs est.

4. *Oleum.* Gum Aquâ ascendit.

CVII. CORNUS.

Cornus, Germ. *Cornerbaum*, *Welsche Kirschen*. Gall. *Cornillier*.

Est [Mas [Hortensis, sativa. Hæc usualis,
Sylvestris.
Fœmina. Lon. Sylvestris.

Indigitatur Cornus, *Brunsf. Trag. Matth. Lon. Dod. Lob.* Cornus mas, *Tab.* Cornus sativa & mas *Cord. in D.* Cornus

vulgaris mas, *Clus. bist.* Cornus hortensis mas, *C. B. 1.* Florere incipit initio Veris; colitur in Hortis.

OFFICINALIA NATIVA.

Fru&us, rarissimè *Folia*.

Vires. Utraque refrigerant, exsiccant, astringunt, constipant. Hinc conveniunt præcipuè in Diarrhœa & Dysenteria. Exhibentur Fru&us exsiccati & pulverisati ad Drach. i.

PRÆPARATA.

1. *Conditi Fru&us.* Cum Saccharo l. a.

2. *Rob de Cornis.* Vide Disp. August. Ex Succo pulpæ p. ij. & Sacchari p. i.

CVIII. CORYLUS ET AVELLANA.

(Fru&u albo minore. *Corylus vulgaris.*)
(Sativa (rotundo, maxi-
Fru&u ma- mo: oblongo,
jore. (rubente.
No&ras (Sylvestris Fru&u est minore, albidio-
& rotundiore, quàm nativa.
(Fru&u purgante.) *No&ratibus*
(*Monardes.*) non sunt
Peregrina (Fru&u osculi tri- *usuales.*
Humilis (fidi, &c.)

Corylus, Germ. *Haselstaude*. Gall. *No&settier*.

Ex

dri Semen Capiti nocere, hocque quasi obnubilare seu turbare; propterea, & quia Planta sædè olet, invaluit apud Veteres Opinio, quod *Semen Coriandri sit malignum*, & obtineat pravam qualitatem.

1. Vulgò cum *Aceto* macerando corrigunt & præparant, sed labore prorsus inani; quia reverà *Correctio* hæc videtur *Seminis*, aliàs non inelegantis, *Castratio*, nec vis ejus Capiti inimica tanti videtur, ut propterea tam speciali præparatione indigeat. Et meritò irridet hanc Correctionem **ZWELFFERUS** in *Pharmacop. Regiã*, atque immunitatem Coriandri defendit. Saltem ergò nudè usurpetur, cum quotidie inter *Ciborum diversorum Condimenta* adhibeatur.

2. *Confectio Laxativa* ex eo etiam est in usu, & fit hunc in modum:

℞. Sem. Coriandri qu. v.

Hoc binâ vice *Saccharo* incrustetur: & quando primâ vice incrustatum, postmodum *Pulvis Scammonii* adspargatur, & denuò abhinc *Saccharo* obducatur: ita egregiè laxat. (V)

CVII. CORNUS. Cornus est in duplici Differentiã: Mas & Fœmina.

Tom. IV.

(V) *Coriandrum* ἀρό τῆ κόρις, & diminutivo κόριον *Cimex*, & ἀρόρον *Anethum*, quasi *κοριανρόρον*, & corruptè *κοριανρον*: quod scilicet Coriandri odor missus sit ex ingrato *Cimicum*, & grato *Anethi*. Hæc *C. Hofmannus*. Coriandri majoris (duplex enim est, majus, & minus testiculatum) Semen, & nudum, & *Saccharo* obductum, *Officinis Culinisque vulgatissimum est*. Inter *Carnivora* reponitur. Planta sætidissima Semen profert suaveolens. Quidam ex *Antiquis* putabant, Caput ab ejus usu tentari: sed forè de Plantâ id intelligendum, non de Semine.

Aguas Medicatas Coriandri Semine tosto, si adhuc ebullientibus & ab igne remotis illud addamus, suaviores potantibus reddimus. Coriandrum frigidum esse scribit *Dioscorides*, argumento quod *Erysipelas* curat. *Dioscoridem* prolixè refutat *Galenus*. *Galeno* refragatur *Avicenna*, & pro *Dioscoridis* sententiã pugnat. Vulgò aromaticum b. e. calidum censetur. De Coriandri facultate venenatâ non convenit inter *Botanicos*. Nos sanè *Semina* & *saccharata*, & non *saccharata innoxie* comedimus. *Lobelius* & *Alpinus* ajunt, *Herbæ etiam viventi* usum in cibo esse apud omnes *Aegyptios* familiarissimum.

(X) *Cornus*, Græcè κάρνεα, inter *Arbores* recensetur *Flore rosaceo*, cujus calyx abit in *Fru&um Oliveformem* vel *globosum*, mollem, cornosum, ossiculum condentem in duo loculamenta divisum, nucleis facta. Duplex erat apud *Veteres*, *Mas* scilicet, quam absolutè κάρνεα, & *Fœminam* quam θηλυκάρνεα *Theophrastus* appellat.

Mas est hortensis, & sativa, satis procera Arbor, quam πανύφλιον, hoc est *Corticulam*, vocat *Homerus*. *Vulgatior* & *Officinalis* est, quæ *Fru&um* fert, cum jam maturaverit, intensè rubentem, & sanguineo colore conterentes digitos insipientem, atque lapideo ossiculo factum. Hinc *Horatius* rubicunda *Corna*, & *Virgilius* lapidosa *Corna* bujus *Arboris* *Fru&us* appellant. Sunt tamen & aliæ *Corni hortensis* species, quæ *Fru&um* vel album, vel saturatiùs rubentem, vel cere prorsus colore ferunt. Eadem sapor primò acerbus, postmodum, cum per maturitatem remollitus fuerit, acido-dulcis & suavis cum quâdam astringentiã. *Corna alvum* sistunt, & acerba sunt. Vulgò *Stomacho grata* censentur; at *Schola Salerni* ait:

Corna nocent Stomacho brumâ malè grata rigenti:

Si tuus illa voret venter, avarus erit.

Corni lignum validissimum est: hinc apud *Antiquos* illo ad *Jacula*, *Rotarum dentes*, *Securium manubria*, *Virgas* pro contundendis *Lanis*, similiaque paranda utebantur.

Cornus verò *Fœmina* est, quæ vulgò *Virga Sanguinea* appellatur. Hæc potius ad *Frutices* quàm ad *Arbores* referenda: multis *Stolonibus* luxurians ramos ferè oppositos emittit, colore sanguineo, odore vinoso. *Folia* ad *Corni* sativæ quamproximè accedunt. *Flores odoratos candidos* sequuntur *Baccæ Juniperinis* pares, primum virides, hinc per maturitatem nigrescentes, insuaves, est à quibusdam *Avibus*, præsertim *Turdibus*, & *Ficedulis*, avidissimè expetitæ: *Ossiculum* continent durum, bino semine albo & amaro factum. Apud *no&rates* *Sanguinello* dicitur. Ex *Tournefortio* *Corni Fœminæ Fru&us* amarissimus & stercoricus est, atque *papyrus* *caruleam* satius rubefacit.

Ex his Officinis in usum veniunt nostrates Coryli, quæ describuntur ab Auctoribus vel *Coryli* vel *Avellana* titulo, &c. Præfertur autem Fructus oblongus rubens in Compositionibus.

Solo gaudet arenoso & opaco.

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum, Fructus, & Viscum.

Vires. Lignum per se raro Officinale est, nec asservatur, nisi pro parandis inde Spiritu ac Oleo. Adhibetur autem Corylus sylvestris.

N. 1. *Serpens* Virgâ corylinâ percussus torpescit; unde conjectare licet, facultate Antiserpentinâ Corylum abundare.

N. 2. Faciunt ex ejusdem Coryli sylvestris bifido Surculo *Virgulam*, quâ Metalla scrutantur.

(*Viscum.* Germ. *Hafelmistel.* Gall. *Du Visc*, *Glas*, ou *Guy de Noissetier.* Inter Antiepileptica refertur.)

Fructus Avellanae (*καστορέυα*) exhibent usui medico *Nucleum*, *Putamen*, & *Membranulas*.

Nuclei, teste Galeno lib. 7. *Simpl. Med.* plus habent Essentiæ terrestris ac Iridicæ, quàm Juglandes, Venenis resistunt, ve-

nenosorumque Animalium ictibus (cum Rutâ & Ficibus impositi), ex Mulso hausti veteri Tuisi medentur, Urinæ odorem mitigant.

Putamen crudum in Pulverem contritum astringit, obstruit, ac proinde sicut Diarrhœam, albaque Fœminarum Profluvia. *Quercetanus* Specificum Antipleuriticum inde facit, cum Corallis rubris, & Mandibulâ Lucii.

Membranulæ Nucleum ambientes ejusdem cum Putamine sunt facultatis, eidemque præferendæ.

(*Jalorum* Farina Vere colligi potest pro Epilepticis.)

P R Æ P A R A T A.

E X L I G N O.

1. *Spiritus*, fit per Retortam igne nudo ex Sarmentis exsiccatis.

(*Acetum destillatum* Ligni Coryli ad Gonorrhœam in Luce Venereâ utile.)

2. *Oleum* fit itidem per Retortam, vel per descensum.

Vi-

solent, decidendo eas præcisè in meridie Festi S. Johannis, ita ut unusquisque Surculus uno ictu amputetur. Sic *Baculum Sympatheticum* ex Corylo ad Fracturas & Luxationes videlicet in BORELLO *Centur. 3. Observat. 77.*

Nucleus raro in usu est, cui tribuitur vis *Venenis reflendi*; quod an verû sit? Nescio. A SCHOLZIO in *Consil. 141.* cõmẽdatur contra *Calculum* & promovendâ *Urinam*, habet etiâ *AMATUS LUSITANUS Centur. 7. Curat. 78.* insigne Experimentum *Avellanæ* virtutis contra *Calculum* & *Nephritidem*, ubi refert de Viro, qui Lapillos rubentes per Virgam cum Urinâ ejaculavit, curato usu *Avellanarum* in victu initii Urinæ & cœnæ, & insuper confirmat, alios plures usu *Avellanarum* evasisse immunes à *Calculo*.

Putamen externum est adstrictivum; & sunt qui contra *Dysenteriam* volunt commendare. *Pulvis* horum cum *Pulvere Seminis Anisi* mistus, ad Fluorem album confert, uti habet *AUTOR*.

Membranulæ Nucleum ambientes sunt *Lithonripticæ*, adeo ut sint, qui vel solas, vel cum *Nucibus* conjunctas, expertissimas dicunt contra *Calculum* vel *Lithiasin*.

Habetur & *Viscum* in Corylo, cui magni effectus adscribuntur, ut rarissime reperitur. Certè in *Epilepsiâ* curandâ, & huic cognatis Affectibus *Convulsivis*, tam in specie in Infantibus, seu Pueris, quàm in Adultis, præmissis Universalibus, *Viscum* hoc Corylinum pulverisatum sui simile Remedium vix invenit: Et quamvis etiam *Viscum Quercinum* sit decantatum in tali casu, præfertur tamen Corylinum, cujus *Rasura* vel *Pulvis* detur à ʒi. vel ʒss. ad ʒi. pro ratione ætatis, Adultis & Junioribus. Præsertim excellit certo tempore collectum, nempe Lunâ crescente inter duos dies B. *MARIÆ*, id est, à die 15. Augusti usque ad 8. Septembris (T). Nam tale *Viscum Amuleti* instar Collo appensum contra *Epilepsiam* & *Paralysin* valere dicitur, sicut & contra Morbos ab Incantatione ortos frequens & laudabile est Remedium. Vid. *HENRICUS ab HEER in Observat. oppidâ rar. Observat. 8. p. 128.*, ubi singulare prostat *Unguentum* cum *Pinguedine Canis & Ursi* contra *Veneficia*. Et quidem non tantum *Viscum Corylinum*, sed etiam tota *Corylus* in hoc casu est usurpata: sic celebris quidam Medicus ceu singulare Secretum habet *Unguentum*, quod præparat, dum Recipit *Folia & Apices tenues viridis Coryli*; hæc bene contundit in *Mortario*, confecto ex *Ligno siliaceo*, & contusis addit *Pinguedinem Galli* atque *Caponis* q. s. post exponit radiis solaribus, ut lentâ digestionem abierint in *Unguentum* viride, expertum *Secretum contra Veneficia*. Nobiles virtutes ergo *Coryli* anam etiam dederunt superstitionis *Fabulis*, quod nempe *Viscum* sit alimentum *Serpentum*, & circa *Corylum* semper cum *Visco* reperitur *Serpens* albus, qui *Visco* vescatur: vid. *STOECKERUS in Praxi*, *GOELENUS de Admir. Naturæ*. Huic accedit, quod quidam dicunt: non nasci *Viscum* in *Corylo*, nisi sit 100. annorum. Conf. *HENRICUS ab HEER l. a.* Sed quis quæso hoc expertum habet? *Fabulæ* ergo hæc transeant.

Sulphur Vegetabile ex Coryli Julis, quale etiam ex *Musco clavato* ætate colligitur, nobile Simplex est, non tantum ad

Epilepsiam, sed etiam ad *Febres*, *Atrophiam*, *Hæcticam*, & alios complures *Infantium Affectus*. Hæc ipsa enim ex *Corylo* Remedia singulari vi anodynâ videntur prædita, unde etiam ad *Dentium Dolores* solent adhiberi.

1. Quoad *Præparata*, *Lignum destillatum Aquam spirituosam acidam & Oleum* suggerit; sed necesse est, ut collectum sit *balsamico Tempore*. *PARACELSUS* Lunâ in Cancro existente colligi jubet, & quidem die *Veneris*: id quod fit singulis annis bis vel ter, ut videri potest in *Ephemer. Astronomicis. Conf. Traçt. PARACELSI de Terebintinâ, & Nota in Tyrocin. Chymicum Beguini à GLUCKRADIO addita ad Spiritum Terebintib. pag. 133.* Et hoc Tempus balsamicum est verum, & universale Tempus omnium Balsamorum. *HAGENDORN in Curat. seu Secretis Empiric. Rulandi* dicit, Solem attendendum esse: id quod fallum. Loco Ligni eligendi sunt *Surculi juniores*, qui saltem per annum viguere, atque destillandi per descensum, ubi *Pblegma & Spiritus acidulus* prodeunt cum subsequente *Oleo*, quæ omnia legitime rectificanda sunt. Conferantur quoad cætera *Secreta Rulandi ab Hagendornio edita p. 72.*

Spiritus est acidus, sed acidus volatilis, ardens instar *Spiritus Vini*. Quod verum est de omnibus *Spiritibus* ex *Ligno*: quoniam in omnibus *Lignis* est *Sal volatile ex Acido fixum, & Spiritus ardens instar Spiritus Vini*. Probatur: si affundatur *Spiritus acidus* Corpori terrestri, *Lapillis Cancrorum, C. C. usto, &c.* tunc fit, ut *Acidum* aggrediatur illud *Subjectum* & corrodat, atque imbibatur. Unde si imponatur *Cucurbitæ*, dimittit de se *Spiritum volatilem*: & adeoque ex *Spiritu ardente & Sale volatili acido* constat *Lignum Corylinum*, ut & reliqua omnia; sicque etiam *Spiritus* exinde paratus. Hic *Spiritus* in *Epilepsiis Infantum*, æquè ac *Adultorum*, mirificus & satis frequens est. Præter dotes has valdoperè commendatur contra alios *Affectus Capitis*, *Apoplexiam*, *Paralysin*, & similes, si detur in convenienti *Vehiculo Aquæ Liliorum convallium, vel Aquæ Florum Tiliæ*. *Vires* obtinet egregiè penetrativas, & hinc etiam conjunctas habet vires anodynas, & quasi soporiferas. In *Malo Hypochondriaco* non sine fructu adhibetur, moderatè laxat *Alvum*, & evacuat per inferiora. Singulariter pellit, enecat & exturbat *Vermes Infantum & Adultorum*.

Dosis est à guttis x. ad xv.

2. Dum destillatu: *Spiritus* ex Retortâ igne aperto, simul prodit *Oleum*, quod super *Corpus terrestre*, v.g. *Calcem vivam, C. C. usum, &c.* est rectificandum; sic amittit odorem foetidum, & reverà prodit *Oleum decantatum Heraclinum Rulandi* aurei coloris, quo ipse tanta miracula præstitit in *Curis*. Imprimis triplici virtute claret; est *Anti-epilepticum*, summè *Anodynum*, & contra *Vermes*: *dosis* guttular. vij. viij. vel ix. ad x. Virtutem *Anti-epilepticam* sufficienter demonstrat *RULANDUS*, Medicus Cæsareus, in *Curat. Empiricis*, ubi tractat de *Epilepsiâ*, dum refert de Puellâ 10. annorum per tres menses *Epilepticâ*, quæ purgato Corpore per *Oleum* dicti guttulas tres propinatas curatâ: Sic *Infantem* semestrem dies noctesque *Epilepticum* liberavit per hoc *Oleum*, in *paroxysmo* & ante *paroxysmum* propinatum. Plures *Obser-*

(Y) Haud superstitiosum hoc erit reputandum, si scilicet eâ ratione intelligas, *Viscum corylinum colligendum esse* inter duo Festa B. M. Virginis, quod à medio Augusto, usque ad serè medium Septembrem illud ad Medicinam faciendam aptius sit, quàm si aliis temporibus colligatur. Vanum tamen, ne dicam superstitiosum, puto, quod inferius subdit *Ettmullerus* ex *Paracelso*, ut scilicet *Lignum corylinum ad Spiritum & Oleum parandum, colligendum sit* Lunâ existente in Cancro, & die *Veneris*.

Vires. Vim habet utrumque calfacientem, incidentem, anodynam, antiepilepticam, ac præcipue odontalgicam.

N. Sunt qui *Oleum hoc*, *Oleum Ligni Heraclei Rulandi* dictum autumant, nec sine causâ quidem. Etenim non modo viribus iisdem celebre est, quas *Rulandus* Oleo suo *Heracleo* adscribit, sed & nominis rationem habet. *Corylus* enim, quia primum ex *Heracleâ Pontii* in *Græciam* translata fuit, *Heracleotica* seu *Pontica* dicta est, adeoque & *Nuces Heracleotice Fructus* ejus dicti sunt.

EX AVELLANIS,

Oleum expressum.

Vires. Articularum Dolores inunctum juvat.

N. Ingrediuntur etiam nonnullas Compositiones Alexipharmacas, ubi præferendâ sativæ, rubescentes, & præcipue oblongæ, ut dictum supra.

CIX. COSTUS.

K *Costus*, *Germ.* *Costwurts*. *Verus* [*Amarus*.) (*hic Officialis*.)
[*Dulcis*.
[*Costus*, *Mattb.* & *Lon.* id est, *Panax costinum*, *Pseudocostus*.
[*Falsus* [*Costus Hortensis minor*, *Gesn.* i. e. *Ageratum*.
[*Costus Hortorum* *Lob.* i. e. *Mentha*.

N. *Officina* in *Dulcem* & *Amarum* dividunt, quam divisionem non diversæ speciei, sed diversæ ætatis *Cladius* non sine causâ statuit. Nimirum recentiores *Herbæ dulciores*, cum vetustate tandem amarescunt.

Costus verus *Officinis* nostratibus usitatus, est *Cortex extrinsecus cinereus*, & *intrinsecus candicans*, *C.B.* 6. & 7.

Eligatur *Costus recens*, *densus*, *odoratus*, *subamarus*, non *cariosus*.

Costus Amarus dicitur, *Helenij Comagenij Radix*, *Cord.* in *D.* *Costus Comagenius*, *Adulterinus Officinar.* *Lob.* *Costus Officinarum amarus*, *Lon. Cast. Tab.* *Costus amarus Officinarum*, seu *Helenium Comagenium*, *Dioscor.* *C. B.* 6.

Costus Dulcis dicitur, *Costus dulcis Officinarum*, *Lon.* sed *Adulterinus*, *Tab. Costi Pharmacopolarum* species major, *Cam.* in *Mattb.* *Costus dulcis Officinarum*, *Centaurio magno cognato*. *C. B.* 7.

Vires. *Stomachicus*, *Hepaticus*, *Uterinus*, ac *Nephriticus* est: calfacit, siccatur, attenuat, aperit, discutit. Hinc convenit in *Colicâ*, *obstructis Mensibus*, & *Urinâ*, *Hydrope*, *Paralyti*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum Costinum* *Mesue*. Vide *Dispens.* ex *Costi* p. ij. *Castiæ lignæ* p. i. major. p. viij. cum *Vino* ac *Oleo sesamino*.

N. *Febrilem* rigorem *Spinæ inunctum* mitigat.

2. *Pilula Marocostina*. Vid. lib. 2.

3. *El. Caryocostinum*. *V. D. N.*

CRASSULA, vide FABARIA.

CX. CRO-

Observationes videri possunt in citato *Tractatu*. Succedit huic insignis vis *Anodyna*, ratione cujus in *Odontalgis*, *Dentibus* cum *Bombace* inditum, eisdem felicissimè sopire solet, quales *Dolores gravissimos RULANDUS* in eodem *Tractatu*, ubi agit de *Dentium Doloribus*, cum hoc *Oleo*, *Denti carioso* ad guttulas tres instillato, instar incantamenti sopivit. Sæpius fit, ut in *Dentibus* nascantur *Vermiculi*, qui aded exasperant *Dolores*, ut vix sisti queant sine *Suffitu ex Hyoscyamo*; in tali casu etiam expertum est *Oleum Heracelinum Rulandi*. Tandem & in *Vermibus intestinalibus* enecandis & expellendis expertum est *Remedium*; contra quos etiam commendat *AUTOR nosser*, si gutta una vel altera cum *micâ Panis* propinetur: vid. *STOCKERUS in Praxi*. *Adultis* datur à guttis ij. ad iv. & educit per secessum *Vermes*: quin & *Pediculos* fugat, quod videmus, si tantillum *Insecto* imp. natur, illud interimit, atled ut videatur præferri *Oleum Corylinum Oleo Spicæ*, contra *Pediculos* aliâ usitato (*Z*). In *Partu* quoque difficili guttulæ ix. vel x. in *Vino generoso* exhiberi, & *regioni Umbilicali* non sine commodo illini solent.

Oleo isto laudato *Heracelino* quidam *Guajaci* substituunt; sed malè, cum potiùs *Oleum destillatum Buxi* ipsi substituendum foret. (A)

CIX. COSTUS *Costus verus* est *Aroma*, adeoque nostris *Regionibus* exoticus, & ex *Arabia* affertur. Hujus *Vulgaris* *divisio in Dulcem & Amarum* nihil valet, cum unus idemque *Cortex* sit, qui pro *maiore* vel *minore* maturitate aliqualem in sapore *varietatem* repræsentat. Vid. *VELSCHIUS Hecatost. l. pag. 18*.

Inter *Aromaticas* referri meretur, tanquam *acris* & *oleosus*, cum & iisdem, cum *Aromatibus*, viribus gaudeat. Ad *Cinnamomum* in multis accedit, minùs tamen est *oleosus*, unde *Cortex* hic vocatur à quibusdam *Cinnamomum album*, quodd respondeat illi *sapori*. Alii aded extollunt, ut dicant, in *Costo* esse omnium *Aromatum* vim & *virtutes collectas*:

(Z) *Non solum* *Oleum Corylinum* *Pediculis impostum* illos interimit; sed si *Oleo quocumque*, & *Oleosis omnibus*, vel *leviter* tangantur *Pediculi*, & *ferè* cuncta *Insecta*, illicè *intermori* videntur. Quod ex eo pendet, quia *viscidâ* *Olei substantiâ* obturantur *Tracheolarum* *orificia*, quibus *Insecta* ad *vita conservationem* *aerem* trahunt, expelluntque. Hinc si *Oleo oblita* *Insecta*, ac *jam* veluti *mortua* *jacentia*, *Cinere* vel *quocumque* *ficcò pulvere* cooperiantur, illico *motum recuperantia* *resurgere* observantur: *absorptio* scilicet *ope* *ficcò* *Cineris* *Oleo* *Tracheolarum* *orificia* *obstruente*, & *respirationem* *impediente*.

(A) *Corylus* fortè à *voce* *Græcâ* *καρύα*, *Nux*, quasi diceretur, *Nucula*: *Fructus enim* *Coryli* *inter* *Nuces* *communerant*, eosque *Nuces* *Avellanas*, ab *Avellis* vel *Abelli*. *Campaniæ* *Oppido*, appellant. *Theophrastus* *ἡρακλειώτικη* *καρύα*, b. e. *Heracleoticam* *Nucem* vocat: hinc *Heracelinum* & *Heracleoticum* dicitur *Coryli* *Lignum*. Aliis *Pontica* *Nux* appellatur, quodd in *Asiam*, *Græciamque* è *Ponto* venerit. *Notissima* aded *Arbor* (potius *Frutex*) ejusque *Fructus* est, ut *descriptione* non indigeat. *Nuces* *Avellanas* *Stomacho* *infectas* esse, & *caput* *gravare*, præsertim *largius* *assumptas* testatur *Experientia*: est quidam *Avellanis* *ostis* *Ventriculum* *robore* *scribant*. *Vulgatissimum* est quod *innuit* *hoc* *loco* *Schræderus*, ex *Ligno* *Corylino* *bifurcato* *parari* *celeberrimam* *illam* *Virgulam* *Divinam*, seu *Divinatoriam*, cujus *ope* *nonnulli* *non solum* *Metallorum* *venas*, *Aguas* *subterraneas*, *Tesaurus* *absconditos* *detegunt*; sed etiam *bomicidas* & *fures*, est *longè* *diffitos*, *deprehendunt*. De quâ *re* *elegantissimum* *conscriptis* *Tractatum* *Dñus* *de Vallemont*, *inscriptum*, *La Phytique* *occulte*, ou *la Baguette* *divinoire*, quem *legisse* *baud* *pigebit*.

(B) *Cost* aut *Kast*, *autore* *Garcia*, est *vox* *Arabica*, à qua *Costus*. *Unica* *olim* *fuit* *Planta* *hoc* *nomine* *insignita*: *apud*

CX. CROCUS.

K Póxo, Planta est bulbosa, Florem primo autumnō ferens purpureum, cujus flammea Stamina (instar Antheræ) Officinatum *Crocus* est, German. *Saffran*. Gall. *Saffran*.

Ex Croci generibus plurimis Officinalis est *Crocus sativus*, C. B. 1. Hujus differentiam Officinæ faciunt à natali loco, unde *Crocus Viennensis*, i. e. qui ex Viennensi agro ad nos transportatur, ubi optimus hodie nascitur. *Orientalis*, qui ex locis orientalibus, ac præcipuè ex Sicilia transmittitur, in cuius Monte (*Caryco* nomine) omnium præstantissimus provenire censetur. Vulgoque dicitur *Crocus de Aquilâ*. German. *Saffran Zimnat*. Gall. *Saffran*.

Videatur *Crocus*, *Brunsj. Trag. Fuchf. Dod. Cord. Lon. Tab. Crocum*, *Matth. Cast. hortense, Cam.*

Eligatur *Crocus* flexilis, tritu difficilis, albicantibus nonnquam filamentis permixtus. Reprobatur econtra saturatissimo colore rubro, odore fugaci, utpote qui vel Gnici floribus, vel Carnis bubulæ salitæ villis adulteratus.

bus, vel Carnis bubulæ salitæ villis adulteratus.

N. Adulteratio Croci adeo Impostoribus communis est, ut Emporiorum nonnullis visum sit certos deputasse Inspectores, quorum iudicio ut bonus *Crocus* venalis pronuncietur, ita adulteratus Neptuno, Vulcanove, non citra venditoris ignominiam consecratur. Cujus rei Exemplum hinc Francofurti aliquot abhinc retrò annis observare licuit.

Vires. Cordialis est ac Pulmonicus (ut quoque *Anima Pulmonum* audiat), Uterinis, & hinc cæteris Visceribus familiaris. Galfacit 2. siccit 1. aperit, digerit, emollit. Anodynus est, Somnum conciliat, Menses ac Fætum pellit. Ulus frequens in Syncope, Apoplexiâ (gutta 1. ac 2. Tincturæ aspergitur Lingvæ), in Hytericis Affectionibus, in Ictero, in Peste, aliisque venenosis Morbis, in Asthmate (cum Oleo Amygdalarum dulcium.)

Dosis ad Scrup. j.

Extrinsecus in Collyriis, & similibus adhibetur.

NB. Ulus ejus immodicus (scilicet ad Drach. ij. vel iii.) lethalis censetur.

PRÆ-

CRITHMUM.

C Rithmum præfens, seu *Crithmum Quartum Tabernæmontani*, Germ. *Bacillen kraut*, optimè *Eryngium folio serræ instar inciso* dicitur. Non verò memini unquam Plantam hanc à quoquam Medicorum esse in usum Medicum tractam. (C)

CX. CROCUS. *Crocus* est medietas Floris ex ipso *Croco* collecta, Flos aromaticus, sapore acri, odore penetranti, cuivis satis cognitus. Optimus est *Orientalis*, hinc *Anglicus*, tandem *Austriacus*. Planta quidem est elegans, nihilominus sunt mala mixta bonis, sunt bona mixta malis.

De Adulteratione Croci vid. **AUTOR noster**.

Hujus Flores in usu sunt, & præprimis *Stamina coccinea*. Flos est polychrestus, multum habet in recessu, sed debitis cautelis usurpetur. Vis & textura ejus materialis consistit primariò in *Oleo volatili*, *Sale acri* comitato, & admodum spirituoso fortiter penetrante, cujus intuitu simul vim obtinet *inobriantem*, & tandem *narcoticam*; quæ tamen Narcosis non confundenda est cum cæteris *Stupefactivis*. In Sale verò acriori penetrantia quædam *Uteri irritativa*, & simul *aromatica* residet. Utraque arctius in concreto combinata sunt; unde difficulter, atque etiam adeo parum *Olei* ex *Croco* elici potest, quin faciliè *Empyreuma* contrahat *Crocus*, & comburatur.

Effectus Croci conveniunt in quibusdam cum *Opio*, in specie tamen magis *Cordialis* seu *Analepticus* existit, de qua vi possumus videre **VELTHUSIUM** *Tract. de usu Lien. p. 148* dum nonnihil figendo, aut quasi condensando, facilem eorum dissipabilitatem coercet, indeque vires quasi firmiores reddit: propter quam vim non immeritò à **POLEMANNO** in *Tractatu de Sulphure Philosoph. pag. 86.* aliisque vocatur *Rex Vegetabilium*, quòd ceu *Rex* inter *Vegetabilia* emineat: propter quam vim cordialem admiscetur meritò Medicamentis Corroborantibus, *Cordialibus* dictis. Corroborat quidam *Crocus*, & exhilarat Spiritus nostros, sed nimio usu *Caput gravat*, & propter vires cordiales, seu Spiritus exhilarativas, vocari solet *Aurum Vegetabile*. In Syncope & Apoplexiâ est egregium Remedium. Virtute item stimulandi quascunque *Uterinas Excretiones* maxime pollet, potentissimè Menses & Lochia promovet, Fætumque vivum, æquè ac mortuum & familia educit. Sunt Mulieres, quæ eo usæ sunt ad promovenda Menstrua, tanto cum successu, ut & tandem ingens *Uteri Hemorrhagia* successerit. Hinc refert **RIVERIUS** in *Instit. Medicis l. 4. cap. 22.* de Muliere, quæ ad provocanda Menstrua *Crocum* tantum, quantum 5. Assibus coëmerat, assumpserat, ex nimio inde citato Mensium fluxu intra triduum mortua fuerit: Conf. **PAULI** in *Quadrupart. Botan. pag. 57.* Unde & observatum

fuit, quòd *Crocus* vim habeat Fætum in Utero tingendi: Conf. **M. A. N. C.** *Anno 1. Observat. 60. pag. 157.* Hæc vis Menses stimulandi valde illustratur *Observatione BORELLI*; Equos nimirum, qui vehunt Sacculos *Croco* repletos, *Misum Sanguinis* incurrere: Vid. *Centur. 2. Observat. 98. & Centur. 4. Observ. 35.* Hunc autem in modum illum applicant: scilicet parant *Jusculum* ex *Cerevisiâ*, *Croco* insigniter tinctum, & ita hauriunt. Singulariter etiam est *Pulmoniacis*, *Phthibicis*, *Tussentibus*, Pulmones plùs minùs læsos habentibus conveniens; hinc quibusdam vocatur *Anima Pulmonum*, non secus ac *Rhabarbarum Anima Hepatis*, *Hermodactylus Anima Articulorù*: adeo ut scribat **DODONÆUS**, quòd *Crocus* subinde *Phthilicos* in summo vitæ discrimine constitutos in vitam revocare queat, si adhibeatur à ʒss. ad ʒi. in potu *Vini dulcis* vel generosioris. In specie *Asthmaticis* ac *Dyspnoicis* dicto modo commodè propinatur, Imprimis si *Asthmata convulsiva* fuerint, quod confirmat **RIVERIUS** in *Institutionibus*, & **MYNSICHTIUS** in *Arment. Chymico*. In Ictero egregium est Simplex, adeo ut in expellendo, & hinc delendo Ictero multum possit, unde quibusvis Remediis Ictericis addendus venit. Ad *Dysenteriam* multum laudatur. Sic & Specificum est singulare in *Affectionibus Melancholicis*, pro restaurando vigore Spirituum Animalium; vel dum habet vim cordialem, tribuitur ipsi quoque vis lætificandi, adeoque *Mæstis* & *Melancholicis* conducit, quatenus *Tristitiam*, & *Morositatem* *Ægrorum Melancholicorum* valet mitigare: vid. **FREITAGIUS**.

Sed præter hos egregios effectus, *Crocus* suâ interim *Malignitate* quoque non caret, si scilicet in *majori Dosi* usurpetur; vi enim *narcoticâ* & *stupefactivâ* admodum turget, & admodum ebriosos reddere solet Homines, si ejus paululum *Vino* addatur: unde *Vinum* cui tantillum *Croci* admixtum in lagenâ, citius inebriat, quàm aliud satis generosum; quare ingreditur *Laudanum Opiatum*, quod vocatur *Nepenthes Vegetabile*. *Delirium* in specie *Ridiculum* seu cum *Risu* infert; imò si *Dosis* ejus nimis excessiva sit, ultra nimirum ʒij. vel ʒiij. *Hominem* prorsùs interimere valet: Vid. **SCHENCKIUS** *l. 7. Observat. 109.* sicuti etiam **BORELLUS** *Cent. 4. Observ. 35.* item **DOERINGIUS** in *Opiologia*, ubi inconcinnè tractat de *Croco*, & refert, quòd habeat vim excitandi *Risum*, p. 199. adeo ut ii, qui nimium utuntur *Croco*, dum fiunt ebrii incipiunt ridere, & tamdiu rident, donec moriantur.

Externè pariter *Somnum* inducit. Ubi tamen non minori cautione opus est: nam *Somnum* facit narcoticū & gravè. Sic si iis, qui *Agrypniis* laborant, *Sacculus Croco* repletus supponatur, ut *Capite* illi incumbant, extemplò levantur; in Infantibus verò aut *Ægris* nimis debilibus hoc non succedit. **DOERINGIUS** *l. a.* habet *Historiam* de quodam super

apud **Dioscoridem** & **Plinium** tres sunt *Costi* species: **Bauhinus** novem refert *Plantas Costi* nomine appellatas. Apud **Schræderum** *Costus* est vel *Verus*, vel *Falsus*. *Verus* vel *amarus* vel *dulcis*: *varius autem hic sapor*, vel à *regionum* in quibus nascitur *varietate*, vel à *vario maturitatis gradu* pendet. *Falsus* autem *Costus* triplex recensetur à **Schrædero**: 1. *Panax coccinum*, seu *Pseudocostus*, qui est *Pastinaca sylvestris* altissima **T. 2.** *Costus hortensis* minor, seu *Ageratum*: quod est *Tournefortio Ptar mica* lutea suaveolens. 3. *Costus Hortorum* **Lob. i. e.** *Mentha Græca*: hæc autem est *Tanacetum hortense*, foliis & odore *Menthæ* **H. L. Bat.** Hic tamen tantum sermo est de *Costo vero*. Ex *Arabia* in nostras *Officinas* invehitur: *Radix* est pollicaris magnitudinis, gravis, compacta, cinerei coloris, sapore acri aromatico, amaritudinem odoremque non ingratum præferens. Inter *Aromata* connumeratur.

(C) Notat **C. Hofmannus**, in **Plinio** legi semper *Crethmum*, non *Crithmum*: ait tamen se non trahere illis, qui secus scribunt. Connumeratur *Crithmum* à **Tournefortio** inter *Plantas floribus umbellatis*, quæ semina habent plana, satis ampla, & involucrem plerumque deponentia: id autem peculiare *Crithmo* est, quòd *Folia* carnosâ obtineat, angustâ, & trifariam divisa. Vulgò *Fœniculum marinum* appellatur, quòd manibus contritum odorem spiraret *Fœniculi*. Solet *Aceto* vel *mutiâ* condiri, & velut *Cappares* mensis apponi. *Urinam* movere scribunt quidam.

P R Æ P A R A T A.

1. *Species Diacurcuma*. Vid. Dispens.
 2. *Tinctura* seu *Essentia Croci*. *ꝛ. Croci Orient.* q. v. extrahe cum *Spir. Vin. opt.* abstrahere lentissimo igne, ad consistentiam debitam. *Beguim.*
 N. 1. Alii extrahunt cum *Aquis Cordialibus*, e. g. *Rosarum*, iisque gustulâ unâ ac alterâ *Spir. Vitrioli*, vel *Sulphuris* roboratis; aliis fit *Extractio* cum *Aq. Vitis*, vel *Sero Lactis*.
 N. 2. *Spiritus Vini* abstractus Croci facultate est imprægnatus, ideo cum successu in utum Medicum venire poterit.
 N. 3. Alii collocant *Crocum* cum *Sindone* in *Alembicum*, destillantque *Spir. Vini* ex *Cucurbitâ* tantisper, donec colorem ex *Croco* susceperit. *Tinctum Spir. Vini* iterum destillant ad remanentiam *Tincturæ* in fundo. *Tenzelius*.

3. *Extractum*.
 4. *Oleum Croci Mesua*. (compositum.)
 5. *Oleum stillatitium* paratur ut *Olea* reliqua ex *Floribus*; sed rarissimum est, ob nimios scilicet sumptus, quos requirit. Nimirum ex *Croci* *ꝛ. j.* vix *Drach. j.* elici poterit.
 N. 1. Alii *ꝛ. Croci. Or. ꝛ. ꝛ. Terebinth. ꝛ. ꝛ. Spir. Vin. opt. q. l.* destillant, sæpiusque à facibus cohobant. Alii *ꝛ. Croci opt. ꝛ. ꝛ.* terunt grossè ac admiscunt *Tarbari*, *Sal. communis* *ꝛ. ꝛ.* circiter, cum *Albumine Ovi*. *F. Pulmentum*, cui superfundunt *Aquam fontan.* calidam (vel *Aquam Mellis*) digeruntque dies (3. 4.) hinc destillant per *Alembicum* ex cinere. *Medull. destillat.*
 N. 2. Habet potestatem prosterndi *Appetitum*.
 6. *Trochisci de Croco*. Vide *Dispens.*
 7. *Electuarium de Ovo* dictum *Golden-Ey*. Vide *Disp.* (*Elisiria varia Crocata* sunt, præcipue *Uterinum*.)

CXI. CU-

per duobus Sacculis Croco repletis noctu dormiente, qui mortuus mane repertus est. Conf. BORELLUS l.a. Unde non rarum, quod continuato Croci odore quidam *Temulentiam* visi sint contrahere. Et ex hac vi anodyno-narcoticâ videtur oriri, quod *Sacculus Croci* *Ventriculo* impositus, sistat *Vomitum*, & *Morbum Navigantium*, quod casu expertum fuit. *Historia* ejusmodi refertur apud FRANCISCUM BACONEM de VERULAMIO in *Histor. Vitæ & Mortis* pag. 211. de *Mercatore* quodam Anglo, qui trans *Mare* veteris *Sacculum Croco* repletum *sinui* indiderit, ut *sub tunicâ* celaret, ne ejus gratiâ vestigal exsolvere teneretur: & nullam sensit molestiam, aliâs satis vulgarem *Navigantibus*. Cum autem eundem justo diutius illic detineret, vi Croci narcoticâ prorsus interemptus est. DOERINGIUS refert, quod *Equi* vehementer *Crocum*, *Torpore* obruantur ex ejus vi. Cæterum ipse quoque *Crocus Nodulo* inclusus, & cum *Camphorâ* de *Collo* è regione *Ventriculi* suspensus, *Remedium* est *Melancholicis* & *Tribus* exhilarandis apprimè conveniens: vid. BORELLUS *Centur. 2. Observat. 99*. Hinc & *Spiritus Vini crocatus*, seu *Crocus* cum *Spiritu Vini* maceratus, extremitatibus *Manuum* *Pedumque*, *Frigore* ad imminendam *Gangrænâ* usque læsis, cum *Linteo* applicatus admodum conducit, & partes morientes denuò revivificat. Medicamentis etiam *Externis Ophthalmicis* admisceri solet *Crocus*, & facile principatum in illis obtinet: Vid. LÆLIUS à FONTE *Consil. 27*. Sunt præterea, qui *Sacculos*, in quos *Crocus* aservatus fuit, supponunt *Culcitraz*, vel applicant *Capiti* contra *Vigilias*, & *Dolores*: quod tamen reverà periculosum, & vix imitandum: potiùs imitandus RULANDUS, qui Croci tantillum miscet cum aliis *Aquis appropriatis* in *Doloribus Capitis* & *Phrenitide*, dum

℥. *Aquæ Rosar. rubr.*

Semper.

Bursa pastor.

Solani an. ꝛ. iij.

Croci ꝛ. ꝛ.

M. & fiat *Frontale* in *Cephalalgia* à *Causâ calidâ*.

Quâ *Misturâ* cum *Linteo* *Fronti* applicatâ, & hoc sæpiùs iteratâ, omnis mitigatus fuit *Dolor*.

Item in *Phrenitide* gravi:

℥. *Aquæ Rosar. ꝛ. vij.*

Opii ꝛ.

Croci ꝛ.

Quâ *Misturâ*, *Opio* benè *dissoluto*, *Fronti* applicatâ, & hæc sæpiùs iteratâ, liberavit *Phreniticos* & *Maniacos*.

Porrò:

℥. *Aquæ Rosar. ꝛ. x.*

Opii ꝛ.

Croci ꝛ.

Hæc *Epithemate* sæpiùs *Fronti* admoto, & sæpiùs reiterato, feliciter curata tuit *Mania* periculosa.

Ulteriùs *Crocus* insignem vim emolliendi, concoquendi & maturandi *Tumores* & *Abscessus*, item *Dolores sistendi* obtinet, *Experientiâ* teste: unde frequenter *Cataplasmatis* & *Emplastris* pro hoc scopo immiscetur.

Usurpatur *Crocus* in ipsâ *substantiâ*, quatenùs parum facultatis non medicamentosæ obtinet. Aliâs inter *Præparata* in *Officinis* prostat *Spiritus*, *Essentia*, *Tinctura* &c.

1. *Tincturâ* & *Essentia* omnium optima est, quæ præferenda etiam *Extracto*; quoniam in hoc sub inspissatione (1.) maxima ejus vis volatilis cum *Menstruo* expirat: (2.) nec benè potest destillari aliquid ex *Croco*, quoniam particulæ fixiores remanent in *Capite* mortuo, utiles adhuc in *Medicinâ*. Propterea *Tinctura* & *Essentia* optima est, quæ fit, quando affunditur *Menstruum* & separatur per *Filtrum*. Sed quaeritur: quodnam sit *Menstruum magis commodum*? Resp. Cum *Spiritus Vini* principio sulphureo infectus, minus congruus videatur; alii *Serum Lactis* vel *Aquam Serâ Lactis destillatam* sumunt, & non inconvenienter in *Affectibus Melancholicis* usurpant. Alii *Aquam Vitis* destillatam. Alii denique, ut LINDANUS, *Aquam betulinam* recipiunt. Optimum *Menstruum* videtur *Aqua Vitis destillata*, qua per simplicem infusionem *Crocus* extrahatur: non tamen sub *Extracti*, sed *Essentiæ* formâ reservari debet.

Tinctura hæc in *Dysenteria* internè est elegans, & à ZWELFFERO *Pharm. Reg. p. 331. seq.* in HOFFMANNI *Clave Pharmaceut. Schræderi p. 460.* commendatur. Est insuper *Pectoralis*, *Uterina* *Stomachalis*, *Anodyna*, per hie *Fætum*, convenit in *Affectibus Soporosis*, *Melancholicis*, *Pulmoniacis*, & quæ sunt virtutes aliæ, ipsi *Croco* propriæ.

5. *Oleum* quod attinet *stillatitium*, cujus *Præparationem* videbitis in *AUTORE* nostro, est paucissimum, & reverà labor videtur omninò inutilis. Præ cæteris tamen, quoad hoc negotium de *Sale volatili* & *Oleo* ex *Croco* destillato vid. HEERTODIUS in *Crocolog. pag. 38. 39. & 47.*

De hoc *Oleo* dicit *AUTOR*, quod prosterndi *Appetitum*; quod verissimum est. Nam utut *Oleum Croci* sit optimum remedium in *Cephalalgia*, *Melancholia* & *Stranguria*, quoniam omne *Acidum* corrigit & volatillat, nihilominus rectè monet, quod illo non utendum sit ante pastum, quoniam habet vim singularem prosterndi *Appetitum*.

7. Prostat & *Electuarium de Ovo* dictum in *Officinis*, cujus *Basis* est ipse *Crocus*, quod conducit in *Morbis Ardentibus Malignis* & *Pelle*, excitando *Sudorem*. (D)

CRU-

(D) *Quamvis* *Crocus*, præsertim *Orientalis* dictus, *Planta* sit *exotica*, adeò frequenter per totam *Europam* colitur, ut inter nostrates facillè connumerari queat. *Crocus* *Plantæ* genus est, *Flore* *Liliaceo*, tubo *monopetalo* in sex partes amphato: *Pistillum* in terna *Capillamenta* capitata & cristata dividitur, quæ collecta & exsiccata, flammæ ruboris, & odoris peculiaris, sunt *Offinarum* *Crocus*, à voce *Græcâ* *κροκῆ* trama, filum, villus, quod flammæ inferitur. Illud *Plantæ* huic inter *Liliaceas* est peculiare, quod geminâ, tuberosâ radice gaudeat, quarum altera, quæ minor est, alteri majori, carnosæ & fibratæ insidet: utraque verò involucre membranaceo obducitur. Innumeras *Croci* species, præsertim *Verni* & *Autumnalis*, reperies apud *Autores*. *Officinalis* est, quam *Crocum* sativum *C. Bauhinus* appellat.

Croci usus adeò *Officinis*, & *Culinis* familiaris est, ut nullo pacto illum noxium cum quibusdam reputare possis. *Hispani* in *Cibus* tam copiosè *Croco* utuntur, ut illo abuti videantur. *Vitanda* tamen & in *Medicamentis* illius excedens *Dosis*. *Rhasis* experimentum laudat *Serapio*: Fuit *Mulier* quædam, inquit, quæ aliquot diebus laborat in *Partu*, & dedi illi in potu *ꝛ. ij. Croci*, & peperit statim. Et expertus tui hoc postea, statim sæpè, & semper fuit ita. *C. Hofmannus* tamen ait sibi suspicam esse fidem *Librariorum*, qui *ꝛ. ij. pro ꝛ. ij. scripserint*. Idem *Dodonæum* erroris infirmulâ, quod *Crocum* *Vigilias* facere scribat in *nimiâ Dosi*, quum contra *Somnum* faciat, & *Caput* gravet. *Nostrates Mulierculæ*, *Hispanas* fortè sequute, *Lacte Croci tincturâ* infecto, *Infantum*, quibus eruptura sunt *Variolæ*, *Palpebras* depingunt, ut *Oculos* à *Variolarum Pustulis* præservent.

Est & *Crocus Spurius*, quem *Saracenicum* appellant, eoque verum *Crocum* corrumpunt, bujus filamenta cum illius

CXI. CUBEBAE.

Kουβίβας, Cubebe, Quebube, Cubebae vulgares, Germ. *Cubeben*.

Fructus sunt aromatici exigui, formâ & magnitudine Piper rotundum referentes, nisi quod ferè paulum sint minores. Advehuntur ex Java, Indiæ Orientalis Insulâ, ubi decoquantur antequàm vendantur, ne apud exterôs plantentur, Præstant majores, recentes, ponderosâ.

Dicuntur Cubebae, *Garz. Acost. Fragos. Cord. b. Cast. Tab. Matth.* (qui eas nec *Arabum* Cubebas, nec *Galenii* Carpesium demonstrat), Cubebae vulgares, C.B. Officinarum, Carpesium Græcorum, *Lon.*

N. Quid sint Cubebae, ambigitur; alii ex genere Piperis, & nigro Piperi congeneres esse, *Theophrastoque* Piper rotundum dici volunt; alii Viticis fructum (at facultates sunt diversæ) existimant; *Sylvaticus*, Rufci fructum, alii Carpesium Galeni statuunt. At *Casalpini*, Amomi legitimi Fructum pronunciat. Est autem Fructus racemosus Arboris cujusdam, Malo vulgari similis, Foliis verd Piperis, sed angustioribus.

Vires. Calfaciunt 2. completè, siccant 3. completè, attenuant, discutunt. Viscera omnia roborant; atque imprimis Caput, adeoque plurimis inserviunt Compositionibus. (*Indi ad Stimulandam Venere utuntur.*)

OFFICINALIA NATIVA.

1. Confectio. Cum Saccharo.
 2. Oleum Cubebarum stillatitium.
- N. Rari usûs est.
3. Species Diacubebae.

CXII. CUCUMIS.

Cucumis) *gicus* [Cucumis Officina- (Sativus. Hujus loci. in genere notat [rum qui vel (Sylvestris Alpinus omnes Fructus hora- (Pepones, Vide in Class. 4. rios, adeoque sub eo [Melones, ELATERIUM. comprehenduntur [Anguria, &c.]

Dicitur Cucumis sativus, *Brunsfels. Matth. Fuchs. Lon. Cast. Cucumis, Trag. Tab. Cucumis vulgaris, Dod. Ger. Cucumer sativum, Cord. in D. Cucumis sativus & esculentus, Lob. Cucumis sativus vulgaris, C. B. 1. German. Sucumern, Gurcken. Gall. Cocombre.*

Suntque Cucumeres virides, albi, longi, recurvi, læves, asperi.

OFFICINALIA NATIVA.

Solum Semen, cui & ipsi Fructus addi possunt: hi enim estis sunt Culinæres, atamen Cibum præbent medicamento- sum.

Vi-

CRUCIATA.

Crucia *ta hirsuta Dodonæi* est Planta nullius usûs. (E)

CXII. CUBEBAE. Cubebae sunt Fructus Aromaticus Indicus. Quid sint? de hoc non conveniunt Authores. Optimum est FREITAGII judicium in *Aurora Medicor. pag. 498.* de nostratibus seu usitatis, quod non conveniant cum *Cubebis Arabum*; sed potius, quod sint Fructus Plantæ cujusdam, *similis Smilactis Fructibus*, Hederæ in morem Arboribus se circumvolventis, & racematim Grana, longis petiolis cohærentia ferentis.

Grana hæc in usu sunt. Aroma sunt acre, sapore penetranti volatili & acri præditæ; adeoque Sale volatili acri, & Oleo minùs temperato constant, minùsque propterea temperatæ sunt.

Virtutes quod attinet, conducunt Affectionibus Capitis, præprimis Vertigini, siue sint per essentiam, siue consensum Stomachi, ubi Grana cruda, jejune manducata & deglutita, valde conducunt. Ad confortandam quoque Memoriam satis sunt egregiæ, & Ingenium summè acunt; quia subtilisunt admodum & volatilifant Spiritus Animales, & impetum ac vigorem eorum naturalem intendunt. Propterea habet SENNERTUS in *l. 1. Prax. P. 2. cap. 3 p. 307. Pilulas* quas ex MONTAGNANÆ *Confil. 71.* desumpsit, & vocat bonum Secretum contra Memoriam amissam, quoniam Virum antea doctum imbecillitate Memoriam laborantem illis restituit. De his deglutiri debet sub introitu in lectum Dosis una, & dupla mane jejuno stomacho. Basis sunt Cubebae. Cavendum tamen, ne cum nimis frequens earum usus sit, Spiritus animales disturbentur, & pro acumine Stupiditatem inducant. Somnolentiam arcent, sed Vires sustentant, atque in

omnibus Soporosis Affectionibus conducunt. Venere ratione Salis volatilis paulò acrioris insimul egregiè stimulant, quod ferè omnia reliqua Aromata præstare solent, quæ Memoriam dicata sunt; sicut pro excitandâ Venere Cubebae apud Indos frequenter usitatæ sunt. Post Caput sunt singularæ Stomachicum, dum Ventriculum frigidâ & acidâ Pituitâ onustum egregiè evacuant, abstergunt, & Sale penetrativo egregiè confortant. Tandem & frigidis sic dictis Uteri Affectionibus, imprimis in Sterilitate, Fluore albo, &c. conveniunt.

1. 2. Inter Præparata Confectio & Oleum rari sunt usûs.
3. Species Diacubebae sæpius præscribi solent. (F)

CXII. CUCUMIS. Ex Cucumere Semen tantum in usu est; raro Fructus.

Semen inter Semina 4. Frigida majora refertur, adeoque solet ingredi Emulsionem Refrigerantes, quas vocant, in Febribus Ardentibus; & sic, quæ de Citerullo dicta sunt, applicari possunt ad hoc Semen. Reliqua habet AUTOR noster.

In Phrenitide Caro Cucumeris applicata Capiti, est singulare Experimentum BORELLI *Cens. 2. Observat. 94.* qui refert, quod Rusticus quidam alterum Rusticum Phreneticum curaverit cum taleolis Cucurbitæ Capiti impositis. Vocat quidem Cucurbitas, sed potius puto, illum intelligere Cucumeres, quoniam promiscuè sæpè uruntur Autores his vocibus. Simile habet BARTHOLETUS in eleganti *Traçtatu de Respiratione*, qui in fervidâ maximè Phrenitide commendat Carnem Cucurbitæ tusam, Niveque refrigeratam, abrafis Capillis Capiti impositam: Nam tali impositâ quidam Phreneticus præter spem liberatus fuit, teste BARTHOLETO. Aliàs in tali casu Sedum majus contusum, & plantis Pedum & Capiti applicatum, commendari solet: huic tamen præfert RIVERIUS Cucumerem.

Prostat

Illius commiscendo. Crocus autem adulterinus sunt Filamenta seu Stamina Carthami Officinarum, flore croceo, quem Cnicum quoque vocant. Plantam hæc in Germaniâ colunt, ut hæc Croci speciem colligant. At ex Pomet etiam ex Oriente & Alexandriâ similia Carthami (sed minoris) Filamenta ad nos advehuntur, quæ Safranum (Zaffranone) Tinctores appellant, usque ad delicatiores carnosos, rubellosque colores parandos utuntur. Paratur quoque ex hæc Croci specie rubrum Pigmentum, quod scutellis quibusdam tenui superficie adhærens, magno coëmunt pretio pallidæ Mulieres, ut vesco fuco sibi medicinam faciant.

(E) Cruciatâ dicitur à Cruce, quod ejus folia in Crucis formam sint disposita: quo differt ab Aparine, & Gallico, Plantis congeneribus. Cruciatâ hirsuta Dodonæi, de quâ loquitur Etmullerus, creditur Inguinaria Plinii à quibusdam, fortè quia in Herniis plurimum præstare sibi persuadent. J. Bauhinus appellat Gallium latifolium, Cruciatâ quibusdam, flore luteo. Dodonæus inter Adstringentes & Exiccantes connumerat. Recentiores Vulnerariam existimant, illiusque Decoctum Herniosis potandum exhibent, ac Plantam rupto loco applicant.

(F) Cubebae ab Arabico Cubeb, vel Quabeb: Grana sunt Piperi similia, sed adhuc exillora & caudata, cortice rugoso, fusco: aliquando casta, quandoque nucleo facta: sapore præferunt aromaticum acrem, sed qui Piperis acrimonia multum cedit. Ex Indiâ ad nos afferuntur, præsertim ex Insulâ Javâ. Quidam ex Linschotano ajunt: Cubebas Fructus esse Arboris Pomis nostris haud abfimilis: alii referunt Arbusculam, vel Fruticem esse Indicam, vicinas Arborea scandentem, ac illas velut Hedera amplectentem, quæ folia ferat parva, longa & angusta, Flores maximè olentes, ac demum Baccas racematim dispositas: hæc collectæ, & sole exiccatae, ad nos asportantur, Cubebarum nomine. Quidquid de hoc sit, illud tamen verum est, quod Cubebae nec Piperis species sunt, nec Carpesium Galeni, nec Fructus Oxymyrsines, nec Viticis Semen. Vulgò credunt à Javâ incolis Cubebas incoqui, antequàm Europæis divendantur, ne alicubi satæ germinet: id autem falsum putat Lemery, ex eo quod si Baccæ hæc elixatæ essent rugas non haberent, imò potius surgerent, ut Piper album, atque aromatico sapore orbarentur. Cubebae cum Mastiche commansæ ἀπολεγματίζουσι: in Vino maceratae, Ventrem excitant: imò si ore detineantur, majorem in Coitu voluptatem excitare tradunt: quasi verd, ut inquit J. Bauhinus, non sit in eâ titillatione mens commota satis, nisi doceamur quemadmodum nos Venus adminiculatior, & violentior transversos auferat.

Vires. Semen (seu Nuclei) ex numero est famosorum 4. Seminum frigidorum majorum. Refrigerat (præcipue si aridum sit, aliàs humectat) in sine grad. 1. abstergit, aperit, Urinam ducit, usûsque creberrimi est in Emullionibus Antipleuriticis, Antiphreniticis, & similibus.

Ipsa Cucumerum Substantia refrigerat & humectat. Excrementitij est Succus, adeoque nonnisi robustioribus Ventriculis edenda, idque non sine corrigentibus Condimentis, v. g. Piperis, & similibus.

P R Æ P A R A T A.

Conditi Fructus: cum Sale communi.

CXIII. CUCURBITA.

K *Ολοκυρδης (Sylvestris. Vide COLOCYNTHIS Class. 3.*

Nomen Cucurbitæ omnibus familiare est Botanographis.

N. Cucurbitæ sativæ est variant magnitudine, colore, figurâ; conveniunt tamen naturâ & viribus.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Solum Semen, & nonnunquam Folia.

N. Semen recensetur in numero Seminum 4. Frigidorum majorum, venitque in usum cum vel sine Cortice.

Vires. Cucurbita convenit viribus cum Cucumere, tam in qualitibus Carnis, quàm in Seminis facultatibus. Folia recentia Puerperarum Mammis adhibita, monente Mattbiolo, Lac imminuunt.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Fructu immaturo.

Prostat Aqua destillata Cucumeris in quibusdam locis, quæ valdoperè commendatur contra Febres Ardentis, quod soleat refrigerare & compescere Effervescentias ardentis. (G)

CXIII. CUCURBITA. *Cucurbitæ Planta & Fructus omnibus est notissimus, cujus variæ sunt Species, unius autem ejusdemque virtutis & facultatis.*

Usitatum est Semen & Caro; raro aut nunquam Folia.

Semen refertur inter 4. Frigida majora, ex quibus fiunt Emulsiones in Febribus Ardentibus, quæ tamen Stomacho debili non semper æquè gratæ sunt, cum de facili acorem contrahant, & oleosa substantia tonum Stomachi laxet. Aliàs in viribus & facultatibus convenit cum Citrullo & Cucumere, uti & Aqua destillata cum Aquâ Cucumeris. (H)

CXIV. CUMINUM. *Cuminum est quasi Aroma quoddam nostras, cujus Semen elegans est pro usu Medico, & pertinet ad quatuor Calida majora.*

Vis ejus, uti Seminis Anisi, Fœniculi, Aneti, Carvi, &c. cum quibus omnino conspirat naturâ & usu, consistit in Oleo salino temperato aromatico, adeoque, ut illa, vi aromaticâ Spiritus Animales recreando, conducit Stomacho, & in Affectibus Intestinorum cum inflatione Stomachi & Tympanite, ex Cruditate acidâ in primis viis, egregium est.

Tom. IV.

(G) Cucumis sanè inter Cucurbitaceas Plantas connumeratur; sed quæ propriè ea sit, non convenit inter Autores. Sunt qui Cucumeris nomine Anguriam intelligunt, seu Plantam foliis in profundas lacinias dissectis, & fructu eduli, quamque sub Verbo Citrullus supra descripsimus: quæ vocis acceptio eò rationi consona magis videtur, quod Anguria vera Citrullus à quibusdam dicatur, & Citruli nomine veniat apud Italos Fructus Cucumeris, de quo hic sermo est: atque ob id se miratum esse Italos, ait Raius. Reverà tamen Cucumis, de quo Schröderus & Ettmullerus hic verba faciunt, Planta est ab Anguria diversa. Cucumeris Generi hunc characterem tribuit Tournefortius, ut Floribus sit monopetalis, campaniformibus patentibus & multifidis: ex quibus alii steriles sunt, alii sæcundi, insidentes Embryoni, qui deinde abit in Fructum, in quibusdam speciebus teretem & longum, in aliis lageniformem, in sex loculamenta plerumque divisum, Seminibus sætum planis, oblongis, hinc obtusis, inde latoribus, & quasi introrsum emarginatis. Raius Cucurbitæ Semen vocat Thyreoides, duobus in summis eminentibus angulis velut cornutum. Hinc patet Cucurbitas longas dici ad hoc Genus pertinere: atque hæc sunt Officinales.

(I) Cuminum à Græco Κύμινον, quibusdam παρὰ τὸ νέον, prægnans esse, dicitur: est enim teste Theophrasto sætundissimum. Apud Veteres est Cuminum Sativum, & Sylvestre, Æthiopicum & Africanum, quod quidam Ægyptium vocant. Est apud Hippocratem Cuminum Regium, quod Æthiopicum esse creditur. Apud Botanicos recentiores est Cuminum Sativum, Pratense, & Sylvestre,

Vires. Fert opem omnibus Inflammationibus externis, Oculorum, Aurium, Podagricis, &c. Intrinsicis quoque mirabiliter æstum Corporis mitigat.

N. Succus expressus idem facit.

CXIV. CUMINUM.

C Uminum. (Sativum: quod hîc. (Pratense: quod Carum.)

Κύμινον. Cuminum sativum, Brunfels. Trag. Matth. Cord. Hist. Lov. Cast. Cuminum, Lon. Cuminum Officin. Cumini sylv. 1. genus, Dioscor. Cyminum, Cord. in D. Tab. Sativum, Cam. Cuminum semine longiore, C. B. 1. aliis Cuminum domesticum, Romanum. German. Kummich, Kummel, Ravniscb, Kümmel, Pfeffer Kümmel, Kramkummel, Gartenkummel. Gall. Cumin. Cumin cultivé, Cumin sauvage, Cumin de Rome.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Herba, seu Folia, sed raro.

Solum Semen.

Vires. Calfacit & siccit 3. attenuat, digerit, resolvit, Flatul discutit; utile in Colica, Tympanite, Vertigine.

P R Æ P A R A T A.

1. Semen præparatum in maceratione in Aceto.
2. Confectio.
3. Aqua. Ex Semine l. a.
4. Oleum stillatitium. Ex Semine l. a. cum Aquâ elicitur. (Gonorrhææ pituitosorum utile.)
5. Species Diacumini. (Ex Speciebus Tabulæ.)

CXV. CU-

Non aded est diureticum, uti Fœniculum: & notandum, quod omnia ea, quæ de Aniso dicta sunt, ad Cuminum quoque applicari possint; hoc tamen excepto, quod illud Lac promoveat, hoc verò istud intercipiat. In Affectibus Colicis & convulsivis Intestinorum Malis à ʒss. ad ʒj. usurpatur; sicut & in Herniis ejus usus est egregius. Porro Menses stimulat, & in specie dolorosos & molestos promovet, & Tormina Abdominis convulsiva juncta, item Tormina Parturientium notha, egregiè compescit, in Cerevisiâ calidâ ebullitum & propinatum; aded ut rectè Semina 4. Calida HELMONTIO dicantur Intestinorum solamina.

Externè ad Lactis fluxum nimium arcendum applicatur cum Linteis; in Affectibus Colicis & Flatulentis in Sacculis applicatur Abdomini, vel incoquitur Clysteribus.

Oleum ejus destillatum quoque notum est, quod odorem suum Urinæ fortiter affricare solet. Commendatur contra Tormina & Inflationes Infantum, & Suffocationem eorundem hypochondriacam, das Herx, gespan, moderatè Urinam promovet, sanat tamen Stranguriam ratione Salis volatilis oleosi, quod demulcet Acidum, & Colicæ, & Stranguriæ autorem, nunc externè Umbilico, & in Suffocatione hypochondriacâ circa Costas nothas illitum, atque Clysteribus permixtum. Sunt qui dicunt, quod album Mulierum Fluxum, uti etiam Mensium abundantiam, cohibeat. (I)

N

CXV. CU-

totusque per herbam

Cresceret in ventrem Cucumis.

Cucumis sylvestris, Asininus dictus C. B. est quidem vera Cucumeris species; sed de eo suo loco.

(H) Quamvis Κολοκυρδης Cucurbitam significet; attamen Colocynthidis nomine apud Medicos Planta & Fructus venit, à Plantâ & Fructu Cucurbitæ longè diversus. De Colocynthide propriè dictâ alibi sermo erit. Nunc quoad Cucurbitam advertendum, illius characterem juxta Tournefortium esse, ut Floribus gaudeat monopetalis campaniformibus patentibus, sed plerumque ita scissis, ut ex quinque petalis constare videantur: ex his Floribus alii steriles sunt, alii sæcundi insidentes Embryoni, qui deinde abit in Fructum, in quibusdam speciebus teretem & longum, in aliis lageniformem, in sex loculamenta plerumque divisum, Seminibus sætum planis, oblongis, hinc obtusis, inde latoribus, & quasi introrsum emarginatis. Raius Cucurbitæ Semen vocat Thyreoides, duobus in summis eminentibus angulis velut cornutum. Hinc patet Cucurbitas longas dici ad hoc Genus pertinere: atque hæc sunt Officinales.

(I) Cuminum à Græco Κύμινον, quibusdam παρὰ τὸ νέον, prægnans esse, dicitur: est enim teste Theophrasto sætundissimum. Apud Veteres est Cuminum Sativum, & Sylvestre, Æthiopicum & Africanum, quod quidam Ægyptium vocant. Est apud Hippocratem Cuminum Regium, quod Æthiopicum esse creditur. Apud Botanicos recentiores est Cuminum Sativum, Pratense, & Sylvestre,

1. Cu-

CXV. CUPRESSUS.

K *κρηπύρας* (Mas.
Fœmina.

Arbor est procera, conifera, Foliis Pinum æmulans, iisque semper viridibus.

Provenit copiosè in Insulâ Cretâ.

Insignitur Gyparissus, *Cist.* Cupressus altera, sive sylvestris, *Ger.* Cupressus, *Muttb.* Dod. *Cord. in D. Lon. Lob. Cam. Tab. C. B.* 1. German. *Cypressbaum.* Gall. *Cypres arbre.*

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum, Fructus, & rarè Folia.

Vires. Lignum refrigerat, siccatur, astringit.

Fructus & Folia calfaciunt parùm, exsiccant ad gr. 3. astringuntque validè: proin usûs sunt præcipui in Hæmoptysi, Diarrhœâ, Dysenteria. Commendantur itidem in Mictione involuntariâ, ut & in Herniis curandis, intus & extus adhibita.

N. Fructus, sive Conos, Nuces vel Pilulus Cypressi, Officinæ nominant; aliis Gabulæ dicuntur.

CXV. CUPRESSUS ARBOR. *Cupressus Arbor* in Italiâ vulgaris est, apud nos rara, cum in paucissimis Hortis colatur.

In usu sunt *Lignum, Fructus, & Folia.*

Tota Cupressus refertur inter *Antispasmodica.*

Fructus inter *Astringentes* sunt celeberrimi usûs; si enim infundantur in *Vino*, profunt in Sanguinis rejectione, & aliis Fluxibus.

Externè conveniunt, ubi Porulorum occlusionem, & Fibrarum laxatarum contractionem opus.

Ex Ligno destillatur *Spiritus acidus volatilis ardens*, uti ex *Ligno Corylino*, de quo paulò antè, qui in Affectibus Splenicis commendatur. (K)

CXVI. CUPRESSUS HERBA. *Cupressus Herba* alio nomine vocatur *Abrotanum Fœmina*: nam promiscuè apud Autores hoc nomine venit, & in omnibus convenit cum *Abrotano Mare*, nisi quòd Fœmina magis tempe-

CXVI. CUPRESSUS HERBA.

C *Hamæcyparissus, Trag. Fuchs. Cord. Lon.* Santolina altera, *Dod.* Abrotanum fœmina, *Brunsf. Matth. Lob. Cast. Clus. b. jr. Tab. Ger. Cam.* Cupressus herba, *Cord. in D. Santon.* cum minus, *Cord. hist. Polium, Theophrast. Dioscor.* Absinthium marinum, *Tab. Abrotanum fœmina foliis teretibus, C. B. 1. Germ. Gartencypress. Gall. Cyprés, & Auroanne.*

Colitur in hortis nostratibus.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba, seu Folia, sed rarè.

Vires. Convenit qualitatibus cum *Abrotano*, usûsque præcipui est in obstructione Hepatis, Renum, & Ureterum; curat Ictærum, Lumbricos fugat. Extrinsecus subvenit Morbis Uteri, &c.

CXVII. CURCUMA.

C *yperus Indicus, Dioscor. & Curcuma Officinarum, Cord. hist. Clus. coroll. Lon. Lob. Tab. Curcuma longa & rotunda. Cora. hist. Cyperus altera, radice luteâ, Cast. Terra merita, Ruel. Lob. Cyperi genus ex Indiâ, Muttb. Fuchs. C. B. 1. (Crocus Indicus.)* Est

rata sit, & minus acris: in iisdem tamen Affectibus ambo adhibentur promiscuè.

Inter *Plantas Aperientes & Deopillativas* refertur: adeoque in Affectibus Splenis & Tumoribus Viscerum speciatim commendatur. *Folia* sicca pulverifata ad ʒʒ. in *Aquâ Martiarâ*, dicuntur sistere Fluxum album Mulierum. (L)

CXVII. CURCUMA. *Curcuma* est Radix exotica, alia *Græcorum*, alia *Arabum*. *Græcorum* est Planta ex Indiis Orientalibus, ex generibus *Cyperorum*; unde *Dioscoridi* aliisque Veteribus alio nomine vocatur *Cyperus Indicus*. *Serapionis* verò *Curcuma*, & hinc dubio procul etiam aliorum *Arabum*, est Radix *Chelidonii majoris*, hæc enim est Radix intensè flavescens, saporis amaricantis, de quo vid. *Histor. Plantar. Tom. 2. p. 746.* *Græcorum* verò Radix *Curcuma*, seu, ut rectè dicitur, *Crocus Indicus*, Radix est amara aromatica, quæ frequentissimo est in usu in locis Orientalibus, tam pro Pigmento externo, quàm pro usu interno Mor-

I. Cuminum Sativum, de quo hoc loco, est juxta Tournefortium Fœniculi species, omnes enim Fœniculi notas habet, vocaturque Fœniculum Orientale, Cuminum dictum. Parva & Umbellifera Planta est, Foliis Fœniculaceis, Floribus candidis, Seminibus oblongis, utrinque acuminatis, colore subflavo, gustu subamaro, mediocriter acuti, & cum gravitate suaviter odorato. Cumini Semina culinaria sunt: Linteamina fumo combustorum Seminum infecta, Infantum tormina demulcent, crepitisque excitant, si ventri applicentur: quod sæpè expertus sum.

II. Cuminum Pratense est Carvi Officinarum C. B. de quo suo loco dictum.

III. Cuminum denique Sylvestre appellatum, ex Tournefortio peculiare constituit Genus, quod Cuminoides vocat: non enim inter Plantas Umbelliferas connumerat, sed inter Herbas flore rosaceo, cujus calyx abit in fructum siccum. Quare Cuminum Sylvestre, capitulis globosis C. B. est ipsi Cuminoides vulgare. Pulchella est Planta Foliis ad Pimpinellam accedentibus. Extremis ramulis hærent glomerata Capitula, è villosis candidis penicillis, quibus post Flores Semina adherent, congesta, iisque subjecta sunt radiata foliola. Hæc ex J. Bauhino: at Morisonius Semina hæc curiosè magis describit: notatque illa singularia esse, non binatis juncta, ut in Umbelliferis, oblonga, in superiore & tenuiore parte hirsuta, seu villis pappisve plurimis donata, reticulo quodam è quatuor pinnatis seu plumosis carinis, & lobis plurimis angulosis veluti lanceis, composito, mirabili Naturæ artificio circumvallata.

(K) Cupressus notissima nobis Arbor: à Tournefortio connumeratur inter illas, quæ Flore sunt amentaceo, in eadem Arbore separato à Fructu squamoso, ut est Abies, Pinus &c. Flos amentaceus seu Julus dicitur, qui non petalis, sed nunc flaminibus tantum aut apicibus, nunc foliolis quibusdam componitur, aut cuidam affixis, Amenti, seu Lori formâ. In Cupresso Flos amentaceus plurimis foliolis seu squamis constat, sed sterilis est: at in squamarum aliis apices sunt pulverem tenuissimum effundentes (fortassè ad Embryonis fecunditatem, juxta ea, quæ alibi exposuimus), in plures veluti clavos debiscentem, seminibusque særum plerumque unguatis. Apud Plinium est Cupressus fœmina, seu Cupressus metâ in fastigium convoluta, & Cupressus mas, seu Cupressus ramos extra se spargens. Tournefortius habet Cupressum Lusitanicum, patulam, fructu minori.

Plinio Cupressus Arbor est natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, odore violento, ac ne umbrâ quidem grato, materie rarâ, ut penè fruticosi generis, Diti sacra, & idèd funebri signo ad domos posita. Mulsum sanè invisa Plinio fuit Cupressus: verum non eos sibi adstipulantes habebit, qui Arborum harum (præsertim si plures simul constitæ fuerint) miram celsitudinem, quieti & silentio consecratam umbram, ligni fragrantissimum odorem, & mechanicis usibus faciliè accommodabilem texturam mirati fuerint. Ajunt valvas Templi S. Petri Romæ ex Cupressi ligno factas à temporibus Constantini Magni ad Eugenium IV. Papam, per sexcentos plus minus annos, non tantum incorruptas, sed nitentes & novis similes permansisse: sed vel erunt anni 1100. vel fortè de Eugenio II. id intelligendum.

Fructum Cupressi, vel potiùs Seminum è Fructibus depluentium Pulvis, est optimum ad Intermittentes Febres remedium, & Corticis Peruviani non spernendum succedaneum, si purgato priùs Corpore, à ʒʒ. ad ʒj. singulis quatuor horis, tempore æmulsæ exhibeatur.

(L) Cupressus herba, quæ & Chamæcyparissus, vulgè dicitur Abrotanum fœmina. Quoniam autem non pauca sunt Abrotani fœminæ species, quæ ab Absinthio & Abrotani maris speciebus differunt, non solum facie externâ, sed etiam Floribus, qui Absinthii & Abrotani maris Flores magnitudine superant, & Calyce squamoso quasi hemisphærico continentur; hinc Cl. Tournefortius Abrotani fœminæ species, majoris claritatis gratiâ, in novum Genus erexit, quod Santolina appellavit. Hujus species vulgarior & Officinalis est Santolina foliis teretibus T. quæ est Chamæcyparissus J. B. b. e. humilis Cupressus: Frutex enim est facie ad parvam Cupressum accedens. In hortis colitur: incana Planta est, forti sed grato & medicamentofo odore notabilis; turget enim Oleo exaltato & Sale volatili. Singulis ramulis singuli insident Flores, Tanacetii floribus similes, lutei. Vulgare ad Ventris Lumbricos enecandos remedium.

Est Radix Officialis exotica, non tantum croceo colore apprensens, sed & eodem colore alia tingens. Germ. *Gilbwurtz*, *Geelwurtz*. Gall. *Curcuma*.

Duplex communiter est, aliquando longâ, aliquando Radice rotundâ: Hæc multo ærior priori existit, atque cum Zingibere sæpe affertur.

Vires. Dicata est Vesicæ biliaræ, Stomacho & Hepati, hinc & Lienis ac Utero. Calfacit & siccatur. amara est, abitergit, attenuat, aperit, digerit, discutit, Menses movet. Usus in Ictero Hydrope, Cachexiâ.

P R Æ P A R A T A.

Species Diacurcuma.

N. Reçtius Species Diacroçum nominantur, quippe Curcuma non admittunt.

CXVIII. CUSCUTA.

Est Major, colore scilicet albo vel rubro: hæc bujus loci. Minor. Vid. Epithymum, in Purgantibus. Dicitur Androsaces, vulgò Cuscuta, Trag. Matth. Lon. Cast.

Clus. Ger. Cassytha, Lob. Tab. Cassutha, Fuchs. Dod. major, C. B. 3. (Lini Poulagra.) Germ. Filtzkraut, Flabscheyden, Todtern, Scydenkraut. Gall. Goute de Lin, Augure de Lin.

Floros Junio, Julio, Augusto: adnascitur passim Herbis & Fruticibus, potissimum Urticæ, Lino, Lupulo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia seu Herba tota villosa cum Floribus, præcipue Lino adnata.

(Semen interdum accipitur ad Compositiones Splenicæ.)

Vires. Splenitica in primis est, hinc Hepatica. Calfacit & siccatur. abitergit, subastringit, aperit, melancholicum Humorem corrigit, utilis in Scabie, Ictero nigro, Obstructionibus Hepatis ac Lienis.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex totâ Plantâ.

(N. Hæc apprime convenit in rubedine Faciei.)

(Profare etiam debet Syrupus, in Febris Chronicis effiçax, à Langio expertus.)

CXIX. CYA-

Morborum Chronicorum, Mensium suppressorum; de quo conf. in specie BONTIUS in Com. pag. 9 item ERASMUS FRANCISCI in den Ost-Indischen lust-Garten pag. 483.

Apud nos Radix hæc equidem rarioris, non tamen contemnendi, usus est in Hydrope & Ictero flavo, quem specificè curat; præsertim cum Salibus usurpata; unde à Germanis vocatur die gelbe Suchtwurtzel. Usurpatur autem hoc modo:

℞. Rad. Curcuma,

Antimonii diaphor. an. gr. xv. ad ℞j. M.

Bis in die exhibeatur expectato blando Sudore.

Addi possunt Salis volatilis Cornu Cervi aut Succini gr. vj. & eò melius proficuum erit Remedium.

Usus etiam ejus in exturbandis Calculis Felleæ Vesicæ, & curandis inde natis Doloribus Hypochondrii dextri, curiosam Historiam recenset HOFFMANNUS in Clave Pharmaceut. Schræder. p. 463. Convenit etiam omnibus Affectibus Cachecticis, & in Affectibus Splenis atque Mesenterii, aliisque Morbis Chronicis, ubi Bilis peccat, valdeperè laudatur. Ingens est Aperitivum in quibuscunque Morbis, mucosa in Ventriculo imminuit, incidit & attenuat, atque ad eò multorum Morborum fomitem expurgat.

Inter Præparata sunt Species Dia-Curcuma, de quibus rectum est AUTORIS nostri judicium, quod, quoniam nihil de Curcuma illas ingreditur, potius dicendæ sunt Species Dia-Crocæ, qui est Basis.

Essentiam ex hac Radice Curcuma cum Nitro fixo parare docet LUDOVICI. (M)

CXVIII. CUSCUTA. Cuscuta seu Cassuta; item Epithymum Græcis, Germ. Flacs-Seidem & Miltz Kraut: item à modo crescendi Filtz-Kraut. Planta est sui generis ubivis obvia, ex proprio Semine scandens, & Foliis propriis constans, aliisque passim Plantis adhærens, easque ex fugens, non secus atque Hedera Arboribus adnasci solet, unde in iisdem Radices suas figens propriam amittit Radicem, Succoque Plantarum harum alieno nutritur, unde hæc ab hac suppressæ marcescunt. Sic hæc Cuscuta tam fortiter adhærescit Cauli sylvestri, item Lupulo, ut vix ab iisdem separari possit; hinc etiam pro varietate Plantarum, quibus Tom. IV.

adhæret, varia quoque sortitur Nomina: sic quando v.g. adhærescit Thymo, vocatur Epithymum, si Saturejæ seu Thymbro, Epithymbum; si Hyssopo, Epbyssopus; si Lino denique, Lino-podes vocari solet, & sic porrò. Observetur adhuc, quando adhærescit Plantis non ad eò magnis, vocatur Cassuta minor; & major, quando super magnas.

Quæritur autem: an hæc Cuscuta sit Planta propriè sic dicta, aut peculiaris Herba Species? Dicunt esse Plantam: negant nonnulli cum SIMONE PAULI, eamque nihil aliud quam Scirrubum p.n. Herbis adnascentem, quo implicitæ suffocantur, esse volunt.

Rectè HOFFMANNUS dicere solitus est, quod omnes ejusmodi Plantæ sint naturæ nitrosæ, atque eo ipso pro Laxantibus Diureticis habeantur, unde inter Officialia sua quoque obtinent locum. Observantur enim, hanc vi aliqui laxativâ ac absterisivâ pollere, ideo & à quibusdam inter Melanagoga mistora, in Affectibus Melancholicis proficua, refertur; si nimirum in Infuso Sennæ imprimis, vel Polypodio sociatum propinetur; si enim per se coquatur, vis ejus per coctionem perit. Usitatum aliàs Epithymum præscribere in Nodulis Sanguinem purificantibus, ubi subest Scorbutus, vel Malum Hypochondriacum. Cum Absinthio, quacumque in formâ, quibuscunque in Viscerum noxiis convenit. Quartanis etiam aliisque Februm noxiis dicata dicitur.

Præterea etiam observatum, Cuscutam pro varietate Plantarum, quibus adnascitur, vi earum appropriatâ magis aut minus turgere, unde ratione Succu nutritii diversi diversas acquirere virtutes: Vid. FREITAGIUS in Aurorâ Medicor. ubi tractat de Purgantibus pag. 260 qui ita discursit: Cuscuta quæ crescit super Linum, humidior reliquis suæ familiæ speciebus est; sicuti econtrâ, quæ Genistæ adhæret, Urinam & Alvum promptius movet, Lienisque affectibus convenit; permissa Thymo, Urinam & Alvum ciet; ea, quæ super Lupulo & Ericâ, etiam Spleni singulariter dicata est.

Porro ex Signaturâ quoque, ob variam suam circumvolutionem, qua Vaforum Mesaraicorum divaricationem repræsentat, hisce quoque infarctis, & Hepati ac Spleni malè se habent, aliisque Morbis Chronicis succurrere aliquatiter dicitur.

N 2

Quoad

(M) Curcuma à voce Arabicâ Curcum, vulgò dicitur Crocus Indicus, & Cyperus Indicus, quibusdam Terra merita. Notandum tamen, quod apud nonnullos Curcumæ nomen multis rubris, & flavis Radicibus, ut Chelidoniæ majoris, Rubiæ, Lapathi &c. tributum sit: Curcumæ verò propriè dictæ Radix est, quam ex Indiâ in nostris habemus Officinis, Radici Zingiberis valde similis, dura ad lapideam naturam accedens, intus & extus flava. Plantæ descriptionem & iconem habes apud Bontium & Hermannum. Bontius Radicem Curcumæ Radici Gentianæ valde similem esse ait. Curcuma flavo colore tingit, non secus ac Crocus, unde Garcias Crocum Indicum appellat, & Lustanâ Safran de Tierra. Ex bujus Radicis Pulvere cum Pulvere Santali, aliorumque Florum, Unguentum Javani conficiunt, quo totum corpus perfriçant, tam viri, quam femine: sædum sanè visu, sed adversus Solis & Februm ardores, atque Culicum morsus præsentissimum remedium. Excellens item est Medicamentum in Obstructionibus Viscerum, Nephriticis doloribus à calculo, atque ad Menstrua cienda. Peculiare tamen & specificum est remedium in Ictero: quod non semel expertus sum, illius drachmam, ebullienti ex Aquâ bubulæ carni addens, ac colatum Jusculum ad plures dies exhibens. Malati Radicem Curcumæ cum Piscibus & Carnibus coquunt, condimenti & sanitatis gratiâ: quod & Batavos etiam facitare ait Robinson. Chineses eam, propter Icterum curandum, Saccharo condiunt: imò in Sternutatoriis eadem Radice, instar Radicis Hellebori albi, utuntur.

Curcumam Genus peculiare facit Raius in Methodo, eamque inter Bulbosos affines connumerat. Cl. verò Tournefortius ad Cannacori Genus Curcumam reducit, vocatque Cannacorum radice crocæ; sive Curcumam Officinariam. Ad quod Cannacori Genus reducit quoque varias Cannæ seu Arundinis Indicæ species.

In Horto Malabarico tom. 11. p. 19. 21. duas habes Curcumæ species, quarum prima radice rotundâ dicitur Manjakua, altera radice longâ Manjellakua, quæ est Terra merita Offinarum J. B. Ex Florâ Malabaricâ.

CXIX. C Y A N O S.

Baptifecula, Blaptifecula, Flos Frumenti. Germ. Kornblum, blan Kornblum. Gall. Blaveola, Bivet, Bleuets,

Cyanos { Montanus.
Sylvestris { Segetum, Hic Officinalis,
(Repens. (Latifolius,
(Angustifolius,
Hortensis,

Dicitur Cyanus, Lon. Cyanus Flos, Dod. Cyanus major, Matth. Cast. Ca. n. Cyanus sylvestris, Fuchf. Cyanus vulgaris, Lob. Ger. Cyanus caeruleus, Tab. Baptifecula, Trag. Lichnis agria & Flos Frumenti, Brunfels. Cyanus Segetum, C. B. 2.

Crescit passim inter Segetes; Floret Majo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Flores.

Vires. Frigefaciunt & siccant. 2. astringunt; utiles in Oculo-

rum Inflammationibus, Rubedine, Lippitudine, Doloribus; in Hydropes (propinant.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Floribus.

CXX. C Y C L A M E N.

Vocatur Cyclaminus, Matthiol. Cord. in D. Lon. Tab. Cyclaminus major, Cast. Cyclaminus rotundus, Fuchf. Cyclaminus orbicularis, rotundifolius, Dod. Cyclamen Officinarum orbiculato folio, Panis porcinus, & Arthanita, Lob. Cyclaminus flore odorato, Clus. bist. Cyclaminus vulgaris, & Cyclaminus prior, Matth. & Lob. Lugd. Cyclaminus æstivus vulgaris, Cam. Cyclamen orbiculato folio, Ger. Cyclaminus minor, & Umbilicus Terræ, Trag. Cyclamen orbiculato folio, infernè purpurascens, C. B. 1. German. Erdapffel, Sambrodt. Gall. Pain de Pourceau.

OFFI-

Quoad Preparata Syrupus de Epithymo pro Morbis Chronicis tollendis. (N)

CXIX. C Y A N O S. Cyanus vulgaris pertinet reverà ad Jacearum species. Dicitur ita à cyaneo eleganter cœruleo Colore, quo ipsius Flos gaudet. Dicitur etiam Baptifecula, item Herba Frumenti, Germanis die Korn-Blume. Datur etiam Cyanus Montanus latifolius, & angustifolius.

Veteres de hac Plantâ nil scivere. Ubique crescit, & à Rusticis de illius natali solo informamur.

In Usu officinali est Flos cœruleus; tam internè, quàm externè; & cum Calcatrippâ, quoad Flores, & Effectus, convenit.

Internè vim habet ophthalmicam & diureticam; hinc solus Flos, vel junctus cum Flore Calcatrippæ, seu Consolidæ regalis cœruleo, Vino infusus, vel in Aquâ decoctus, Urinam, Menfes, & Lochia suppressa, suaviter promovet; unde AGRICOLA in Chirurgiâ parvâ Decoctum Florum Cyani & Calcatrippæ commendat in Affectibus Urinariis: Quod si his addantur Flores Calendulæ, erit Decoctum appropriatum Uterinum.

Externè in Affectibus Oculorum, eorumque Rubedine, Lippitudine, Nebulis &c. commendatur. Singulare habet, SCHMUCKIUS in Curâ Magico-Med. pag. 54. dum inquit: Radix Cyani collecta die Corporis Christi, Germanis Fron-Leitcham, qui & dies 10. Junii, detenta in manu, ut incalescat, omnem Hæmorrhagiam sistit: quod si alio tempore colligatur, tale quid non præstare perhibetur. (O)

Tinctura paratur cum Spiritu Vitrioli consueto modo, quæ cum Tincturâ Florum Calcatrippæ propinatur in iisdem Affectibus, difficili Partu, suppressione & Mensium & Urinæ; unde interno usu à quibusdam commendatur in Hydropes, quod debeat educere Aquam sub formâ Urinæ.

Aqua Florum Cyani loco Vehiculi inservire potest, quando in suppressione Urinæ & Calculo debet fieri Emulso ex Seminibus Violarum. Externè in Affectibus Ophthalmicis, ex

Variolis in specie ortis, utramque paginam facere dicuntur. Aqua etiam Florum Cyani mista cum Aquâ Cbæresfoliæ est egregium experimentum in Suffusione Oculorum, calidè cum linteis applicata: quod si admisceatur tantillum vel Croci vel Camphoræ, erit efficacior ejusdem effectus.

In Ophthalmiis, Rubedine, Lippitudine, Nebulis & Maculis, ex Floribus Cyani per deliquium paratur Liqueor, uti ex Floribus Cicorii: quem modum parandi docet SENNER-TUS l. 1. Præcos P. 3. sect. 2. cap. 12. pag. 786. & TIMÆUS von Gulden-kee in Epistolis suis pag. 64. Flores nempe contusi, & Vitro inclusi, tandem sponte sua rubescunt. Ratio est, quoniam motum quodammodò intestinum & calorem spontaneum concipiunt, hincque acorem contrahunt, quo præterito rubescunt, tandem in Furno pistorio in Liqueorem abeunt, dictis usibus inservientem. (P)

CXX. C Y C L A M E N. Cyclamen Majus folio rotundo, inferius purpurascens seu rubescens, Germanis Erdapffel, Latinis usitato nomine Panis porcinus, unde Germanis Sau oder Schweins-Brodt, à formâ Radicis ingentis, formamque Panis repræsentantis, qui tamen ob virulentiam suam magis Porcis, quàm Hominibus inservit: Græcis dicitur Arthanita.

Planta est suavis odoris, ac propter Floris gratiam tantum in Hortis colitur. Crebrius crescit etiam in locis montanis umbrosis; hinc ipse in Montibus Tyrolensibus copiosius crescere observavi.

Officinas Radix ejus ingreditur.

Hæc inter Purgantia fortiora refertur, ut ut etiam vi alterativa, imprimis Spleni succurrente, polleat; hinc cum Asaro (quod itidem in Splenis vitiis commendatur) convenit, etiam quoad externam figuram. Ejus Zi. internè propinata, solet commendari in talibus usibus. Egregiè aperit obstructos & infarctos Lienes, & tollit Scirrhos: Menfes ciet, & expellit Fætum mortuum, ac in promovendo Partu convenit. Quia verò acris & virulenta est, propterea rarè interior ejus est usus. Ex-

(N) Cuscuta, recentioribus Græcis κωσίδα: ab aliquibus Androsace Dioscoridis, ab aliis Cadyta Theophrasti & Plinii reputatur. Vulgò Podagra Lini, & λιόδιμον dicitur, quod crescentem Linum præcipuè amplectatur. Planta est parasitica, quippe quæ alienâ vivat quadrâ: quamvis enim primum è terrâ erumpens radiculis obtineat; quamprimum tamen vicinis Herbis, & Fruticibus, ope longissimorum rubensium clavicularum, adhaeret, arefactâ propriâ radice, illis integrè incumbit, sed ingrata hospes Plantas, quibus adhaesit, tam arcto nexu complectitur, ut subductio alimento, eas penitus enecet. Cuscutæ enim capillamenta haud tantum complectuntur Plantarum ramos, sed, ope exiguarum papillarum seriatis dispositarum, sese in poros illarum Corticis insinuant, ac disruptis Succo nutritii vasis, alimentum effusum velut exsugunt.

Cuscutam in peculiare Genus erexit Tournefortius in Appendice Institutionum, eique Florem monopetalum (quæ suor foliis radiatum credidit J. Bauhinus, sed falsò) tribuit, sed multifidum, Fructumque membranaceum, subrotundum, angulatum, Seminibus fætum tenuissimis. Hujus duas facit species, Cuscutam nempe majorem & minorem. Major est propriè Cuscuta Officinarum; Minor verò, quæ Officinis dicitur Epithimum, de quo suo loco.

(O) Ridiculum sanè id est & superstitiosum.

(P) Cyanus Plantæ Genus aded ad Jaceam accedere videtur, ut per Tournefortium non fiet, quin unicum Genus constituatur ex Cyano & Jaceâ: sunt tamen in Flore Cyani flosculi, qui Floris circumferentiam occupant, aliquantulo majores iis, qui eundem Floris limbum in Jaceâ ornant. Flosculosus in utroque Genere Flos est, Calyce squamoso comprehensus, ac Semina pappis instructa: quo præcipuè differunt à Scabiosâ, cujus Semina non papposa, sed coronata sunt.

Cyani species Officinalis est Cyanus segetum, flore cœruleo C. B. qui cyaneo floris colore post seclum Frumentum in agris passim se prodit. Florum horum usus maximus est in Oculorum Morbis, & Visu acuendo: unde Aquam ex illis destillatam vocant Galli Eau de Casselunette. Huic Aquæ si Crocus & Camphora addatur, efficacissimum habebimus remedium pro Rubedine & Ophthalmiâ. Ex Camerario Aqua è Cyano destillata, cum Succo Cancrorum mista, Dentium ortum in Infantibus facilem reddit, si eâ confricentur Gingivæ.

Sunt Cyani montani species, de quibus Schrœderus & Ettmullerus: at Cyanus repens Schrœderi, est Tournefortio Jacea pumila, supina, purpurea. Sunt quoque & quamplurimæ Cyani species odoratæ, quas Turcicas, Orientales & Constantinopolitanas appellant (vulgò Ambrette), quasque elegantè varioque colore in Hortis florere per æstatem videmus.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix. Colligenda Autumno.

Vires. Calfacit & sicut 3. potenter incidit, aperit, abstergit, Errhinum est. Usus præcipui in (Auditus gravitate ex Spiritu Vini infusa) obstructis Mensibus, in pellendo Fætu mortuo, in Ictero, in Calculo expellendo, Strumis ac Tuberculis discutendis. Internè cauto opus habet, magisque externo usui præstat.

P R Æ P A R A T A.

Succus. Hic cum raro nostratibus in promptu sit, ejus locum subit *Decoctum*.

Unguentum de Arthanitâ majus. V.D. minus. V.D.

CXXI. CYDONIA MALUS.

Mηλία κιδωνία, Cotonea Malus. Germ. *Quittenbaum*. Gall. *Cognier, des Coings*.

Malus Cotonea	[Hortensis	[Mala minora, quæ præferuntur. Mala majora, vulgò Pyra, seu Struthia. Mala media, i.e. Notha, quæ proveniunt ex Cotoneis, quæ Struthiis insita fuerit, vel contrâ,
		serens	
		Sylvestris	

Videatur Malus Cotonea, *Brunsf. Trag. Matth. Fuchs. Cass.* Malus Cydonia *Lon. Tab. Cam.* Cotoneus *Cord. pist.* Cotonea & Cydonia Mala *Lob.* Mala rotunda minora, nonnullis *χρυσόμυλα* ab exteriori cutis colore, *Dod.* Mala Cotonea minora, *C, B, 1.*

OFFICINALIA NATIVA.

Mala ipsa exsiccata. Semen, seu Grana.

Vires. Mala Cotonea Stomachica sunt, refrigerant 1. siccant 2. astringunt, nutriunt. Usus præcipuus in Vomitu, Alvi fluxu, Singultu, laxitate Stomachi.

N. Ante cibum sumptâ Alvum consipere creduntur, econtrâ à pastu laxant.

Semen. Refrigerat, & humedat, mucilagine suâ lenit, acrimoniam obtundit. Usus præcipuus ad Linguae ariditatem leniendam (Gargarismate), ad Dolorem Hæmorrhoidum sedandum (in Clysteribus), ad Ophthalmiam sanandam (Mucilago cum Aquâ Rosarum factâ & imposta), ad scissuras Mammarum solidandas, Ambustaque curanda, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Condita*, Condiuntur Cydonia (sive integra, sive in frusta concisa) separato Cortice, Semineque exempto; aromatizanturque Cinamomo, Caryophyllisque infixis.

2. *Vinum.* Est Succus liquidus, cui admixtum est tantillum Sacchari,

3. *Rob*

Exterior est crebrior. In Mensium obstructione convenit, si Suffitus Radicis Cyclaminis Genitalibus excipiatur, quo omnibus asserentibus, certò Menses provocantur. Sunt, qui dicunt, quòd *Radix*, si appendatur instar *Amuleti*, Collo, ita, ut Lienem, vel tumentem vel obstructum attingat, egregiè solcat mederi Affectibus Splenicis.

Radix hæc Succum acrem suggerit, omnia Membra turbantem: ergò rarissimus est usus ejus internus. *Externè* si inungatur recens Abdomini aut Ventriculo, expurgat per Alvum Aquas Hydropicas collectas, & Fætum abigit. Unde quicumque *Succo* hoc attigerit Anum, mirâ celeritate Alvi solutionem sentiet; Linete etiam exceptus, & Ano blandè applicatus, in Affectibus Hæmorrhoidalibus cæcis suppressis conducit: vid. HEINRICUS ab HEER in *Observat. oppidâ raris*, *Observat. 6.* Præterea denique usu externo convenit in Mensium obstructione, si applicetur cum Appropriatis sub formâ *Pessæ* in Sinum muliebrem. Alii recipiunt *Succum Radicis Cyclaminis*. eumque cum *Gummi Ammoniacò* coquunt in *Emplastrum* egregiè *Spleneticum*. Unde etiam videmus, quòd in *Emplastris* omnibus ad Scirrhos & Tumores duos emolliendos & resolvendos, item ad Scrophulas, Strumas, & Tumores partium externarum, recipiatur usitatissimè *Radix Cyclaminis* & ejus *Succus*, item *Bryonia* cum *Succo*, necnon *Cucumeres asinini* cum *Succo* & *Gummi* appropriatis, *Ammoniacò*, *Galbana*, & cum *Seminibus* etiam appropriatis, & coquantur in *Emplastrum*, quod durissimos emollit Tumores & resolvit. Instar omnium Exemplum habetur in SENNERTO *lib. 2. Præxor*, ubi agit de *Strumis*, pag. 133. & 134. quòd sit instar cujusdam Schematis pro præscribendis similibus *Emplastris* contra quoscunque Tumores duos internos Lienis, & externos, in quibuscumque partibus ex quacunque causâ.

Ingreditur *Unguentum de Arthanitâ dictum majus*, & *minus*, cujus basin constituit, quod Splenicis & Hydropicis usitatum; Insternitur nimirum hoc Abdomini toti, & sic potenter Aquas Hydropicorum purgat: vel in formâ minoris Unguenti parti Abdominis insternitur ad obstructiones Alvi referandas. Alii etiam ex *Radice Unguentum Anispleuriticum* parant.

Alii è *Radice Oleum Acousticum* parant sequenti modo:

Recipiunt nimirum *Radice* hanc excavatam, eamque replent *Oleo infusionis Vermiculorum*, intra Cortices *Quercinos bespiciantium*, hinc eandem coquunt sub cineribus, ac in Sole digerunt, uti hoc *Oleum* descriptum est in PETRÆI *Nosolog. Galeno-Hermeticâ*. B. D. MICHAELIS, fortunatus ille in suâ *Empiriâ*, felicissimè *Olea* hoc in difficultatibus Auditus usus est.

Rarum est, quod HOFFMANNUS in *Thesaurò suo Pharmaceutico*, *Clavi Schræderianæ annexo*, *Oleum* ex infu-

sione *Florum Cyclaminis*, eâque sepiùs repetitâ, parari possè dicit, pro externo Litu contra Pleuritidem. Sit tamen fides penès *Experientiam*. (Q)

CXXI. CYDONIA MALUS. *Malus Cydonia*, Germ. *Quitten-Baum*, sufficienter cognita est, tam in Culinis, quàm Officinis, ex qua imprimis *Mala*, unâ cum *Seminibus* suis contentis, frequentè in usu sunt; utut sint, quòd commendant *Decoctum Foliorum* tanquam singulare *Adstringivum*, nihilominus est in usu rariori.

Quoad *Usum Malarum internum*, insigniter conferunt ad firmandum *Stomachi* tonum, ubi *Fibræ* laxatæ, adeoque *Alimenta* non ritè recipiant, neque contineant, neque expellant. In tali casu præ reliquis omnibus convenit *Cydonium*, & omnia exinde parata *Medicamenta*, ne Vomitus vel *Nausea* subsequatur; adstringunt enim, indeque *Dysenteriam*, *Diarrhœam*, *Lienteriam*, & *Cœliacam passionem*, & similes *Affectus* curant, & *Appetitum* maxime provocant, si ante pastum sumantur. Et cum tonus *Ventriculi* requiratur pro meliori *Coctione* & *Chyli* expulsionè; propterea ab omnibus singulariter commendatur ad *Ventriculi læsam Coctionem*, *Anorexiam* & *Apepsiam*. In Vomitu certè non potest sufficienter commendari ab Autoribus. SCHENCKIUS *l. 3. Observat. p. 334.* ubi agit de *Ventriculi Affectibus*, commendat *Cydoniatâ*, tam interno quàm externo usu, simulque parat ex *Pulpâ* cum aliis appropriatis *Cataplasmâ*, quod applicat *Stomacho* ad *Affectus Stomachi* corrigendos: Vid. etiam RIVERIUS & HARTMANNUS *Vis eorum in Sale acido austero, falso* tamen, seu propriè *alcalisato*, consistit; unde blandè adstringunt. Lectu digna sunt, quæ habet BARTHOLINUS *Centur. 5. Histor. Anatom. 22.* de vi *Cydoniorum adstrictivâ*, & in certo quodam subiecto *diureticâ*; ubi simul quædam curiosa reperiuntur de *Sale* quodam crystallino, *Sal Essentiale* seu *Tartarus cydoniatus* dicto, qui in *Cydoniorum Succo* inspissato ad oculum apparet, & egregium *Diureticum* est.

Quod dicitur de *Cydoniis* in genere, dicitur etiam de *Præparatis*.

In usu autem sunt *Cydonia condita*, *Syrupus* vel *Miva*, *Succus* sub nomine *Vini cydoniati*, *Panis*, & *Gelatina Cydoniorum*, atque *Oleum coctum*.

2. *Succum* seu *Vinum Cydoniorum* tanquam miraculosum in laxitatibus & atoniâ *Stomachi*, indeque in Vomitu, *Diarrhœâ*, &c. omnes vocant: vid. GABELCHOVERUS *Cent. 3. Curat. 70.* unde *Mistura* talis commendari solet in Vomitu:

℞. *Aquæ Menthæ* ℥j.
Cinnam ℥vj.
Succi *Cydonior.* ℥j.

Spl-

(Q) *Cyclamen* à voce Græcâ κύκλω & circulus, eo quòd *Radices* (quæ ut plurimum suberosæ) & *Folia orbiculata* sint: *Folia* autem maculis albicanibus variegata observantur. *Cyclamen* recensetur à Tournefortio inter *Plantas flore monopetalo*, vocato: sed si *Florem* hunc primâ facie inspicias, vix vocatum credes, etenim ipsius segmenta sursum revoluta sunt. *Officinalis species* est *Cyclamen orbiculato folio*, infernè purpurascens C. B. *Planta* ubique obvia, & *Radice* medicinali mulierculis notissima. Narrat Lemery, quòd hujus *Plantæ Radix*, è terrâ defossa, ac in umbrâ detenta us exsiccaretur, post duos menses, est media exterior pars prorsus exsiccata esset, attamen ex intimo meditullio adhuc vidi existente, duodecimo vel tridecimo teneros & succulentos pediculos emisisset, totidem elegantissimos *Flores* ferentes.

3. *Rob Cydoniorum*: Est Succus inspissatus ad Mellis consistentiam. Dicitur aliàs *Syrupus Ferdinandi Imperatoris*.

4. *Diacydonium*. Ex Succo acido & Sacchari dimidio. Vide *Disp.*

5. *Marmelata*. Est Cydoniorum dulcium Decoctio (per Manicam Hippocratis) filterata, cum Saccharo inspissata, & in Scutulas, ut congelescant, effusa.

6. *Mixa Cydoniorum simplex*. Syrupus est ex Succo dulciorum p. xij. Vini p. v. & Sacchari p. iij.

7. *Mixa Cydoniorum aromatizata*. Syrupus est ex Succo acidorum p. xij. Vini p. v. Mellis p. iij. & Cinamomo. V. *Disp.*

8. *Diacydonites*, vel *Diacydonium simplex*. Ex Carne Cydoniorum scilicet, atque Saccharo ana. V. D.

9. *Diacydonites*, vel *Diacydonium compositum*. Diversæ Descriptiones extant. V. *Disp. A. & N.*

10. *Diacydonites Laxativum*. Vid. *Disp. Aug.*

(Est vel *Diagrydiatum*, vel *Jalapinum*, vel cum *Gummi Gutta*.)

11. *Essentia*, seu *Spiritus*. Ex Succo dulci fermentato: *rard in usu est.*

12. *Oleum per infusionem*. Ex Cydoniis non excorticatis, Succo Cydoniorum, & Oleo Omphacino. V. D.

CXXII. CY-

Spiritus Vitrioli gutt. vj.

Olei destillati Cinnam. gutt. iv.

vel saporis gratiâ *Elaeosaccb. Cinnam.* ℞. M.

Quæ expertissimum est contra Vomitum, & similes Affectus à Vomitu oriundos Remedium.

Cum Aquâ dilutus, addendo parum Vini, præbet *Julebum* suavissimum in Febris Acutis, Ardentibus, & similibus, præsertim cum Diarrhœa colliquativâ seu symptomaticâ junctis. Et hoc imprimis commodi afferunt Cydonia, eorumque Succus in Morbis Acutis, ut Appetitum provocent, & Sitim econtrâ mitigent. Idem *Succus Alexipharmacum est Hellebori albi*, ex quo arte paratum Venenum specificè corrigit: de quo vid. *PECHLINUS de Purgantib. pag. 306. Externè* in Vulneribus venenatis, tam à Telis infectis ortis, quàm à Sclopetis inflatis, recenter instillatus insigniter conducit: vid. *STARIGIUS Germ. in Heldem-Schatz, p. 130.* qui dicit, quod Succus Cydoniorum expressus & instillatus Vulneribus venenatis Sclopeto inflatis, cerrò tollat Venenum. Et hoc ipsum ante eum dixit *FORESTUS l. 6. Observat.* 10. qui refert, quod in Bello Turcico plures vulnerati fuerint Telis venenatis, & quamplurimi etiam mortui propter Venenum: deque veterano Medico, quod Vulneribus venenatis imposuit *Carnem Cydoniorum* dentibus contritam, atque *Salivâ jejunâ* permistam, & curati sunt omnes taliter vulnerati, nullis aliis Remediis juvenibus.

Panis Cydoniorum commendatur contra Apepsiam & Anorexiam, si solvatur super ignem in *Vino Malvatico* ad consistentiam Pulmenti, cui addatur

Muc. moschat. no. j.

Zedoar.

Caryophyll. an. ʒj. M.

De qua quantitas Nucis moschatæ interiùs assumpta valdoperè commèdatur in laxitate & atoniâ Ventriculi, uti etiam calidè applicetur Ventriculo, & interdum reiteretur: Vid. *ZACUTUS LUSITANUS l. 2. Medic. Princip. Histor. 62.* ubi egregia habet de *Pane Cydoniorum* contra Stomachi Affectus: adstringit enim.

10. Aliàs etiam *Gelatina Cydoniorum Laxativa* paratur, quæ citra tormina graviora purgat, Elegans modus est hic:

ʒ. Pom. Cydonior. no. xxx.

Hæc coquantur in f. q. *Aquæ fontanæ* ad consumptionem medietatis.

Ad hujus ʒiv. adde *Sacchari albiss.* ʒiij.

Inspissa ad consistentiam debitam *Gelatinæ*: cui circa finem adde *sequens Extractum*:

ʒ. Turpethi el. ʒiv.

Scammon. ʒij. vel iij.

Extrahe cum *Spiritus Vini* f. q. *Spiritus abstracto* adde *Olei destillat. Macis*,

Caryophyll. an. ℞.

Addatur ad Gelatinam, & erit *suave Purgans*:

Aliàs *Purgantia Cydoniis* corriguntur.

12. *Oleum Cydoniorum* decoctum extrinsecè commendatur in talibus Stomachi Affectibus, ubi opus est adstrictione.

Hæc de Cydoniis: sequitur eorum *Semen*.

Semen Cydoniorum pertinet ad ea, quorum vis consistit in *Mucilagine* quadam, & non tam usurpatur in substantiâ, quàm ex eo extracta *Mucilago* mediante coctione. *Mucilago* autem hæc ad quamplurimos Affectus est commendatissima: cum *Aquâ Acetosâ*, vel cum *Pblegmate Vitrioli*, vel *Spermate Ranarum* hujusve *Aquâ*, parata, vel solitaria, vel cum *Syrupo Rubi Idæi* mista in æstu nimio Febris Castrensis, Morbi Hungarici, aliarumque Februm Ardentium, & Faucium atque Linguæ ariditate & squalore, cum crustâ pituitosâ, optimè conducit. Illinitur Linguæ, & per tempus ibi relinquatur; post Ligno acuminato, seu Spatulâ abraditur *Mucilago*. Quod si misceatur cum *Succi Sempervivi majoris* ana, vel addatur tantillum *Salis Ammoniaci*, erit Remedium efficacius, & eò magis præsentaneum. Imprimis experta est *Mucilago Cydoniorum* in *Ambustionibus*, & in tali casu miracula ei adscribuntur, si extrahatur cum *Aquâ appropriatâ*, per macerationem ex *Pomis putridis* destillatâ, quæ aliàs etiam contra *Gangrænâ* laudatur: item si extrahatur cum *Aquâ Spermatis Ranarum* (quod egregium in se habet *Sal alcali vulnerarium*) aut cum *Aquâ destillatâ* per alembicum ex *Ranis vivis*, quæ etiam habent *Sal vulnerarium*. Quod si huic *Mucilagini* addatur *Camphora* & *Saccharum Saturni*, vel misceatur cum *Succo Cancrorum fluviatilium* recenter expresso, Remedium erit eò efficacius & potentius: Nam in *Saccharo Saturni* & *Camphorâ* est vis absorbendi & temperandi Acidum, quam monstrat *Acetum*, quod per infusionem horum dulcescit. *SCHMUK in Thesaur. Magico-Maguet. Tbes. 2. Secr. Med. 20.* hanc *Mucilaginem* cum *Aquâ Solanâ* extractam specificè commendat contra *Refrigerationem Partium*, sive sint clausæ, sive apertæ & exulceratæ.

Idem asserit, posse eandem, cum *Aquâ*, vel *Decocto Linariæ* extractam, cum *Oleo Lini* applicari in ardore *Hæmorrhoidum cæcarum*, in quarum Dolore sanè expertum Remedium est: sicut & *Mucilago* cum *Spermate Ranarum* hujusve *Aquâ* extracta, & cum *Saccharo Saturni* mista, dolentes *Hæmorrhoides* mitigat. *Ophthalmias* à causâ externâ natas eadem *Mucilago* egregiè curat. (R)

CYMBALARIA.

Cymbalaria Italica foliis hederaceis, Planta est exilis, sed propter Folia hederacea elegans. Dicitur verò ita à *Cymbalis*, quæ Flos ejus in anteriori parte quasi repræsentat. Pertinet reverà juxta *MORISONIUM* ad *Linarias*, hinc *Linaria foliis hederaceis* non incommode dici potest.

Usum Pharmaceuticum habet nullum, sed tanquam *Exoticum* colitur: si tamen suspitioni indulgendum est, inter *Plantas Temperantes & Refrigerantes*, quales sunt *Hedera*, *Alfina*, *Nymphaea*, &c. referri potest. (S)

CXXII. CY-

(R) *Cydonia Malus* à *Cydone Cretæ oppido*, unde primùm allata, ex *Plinio*: hinc *Serenus*:

Aut quæ *Poma Cydon* *Cretæis* misit ab oris.

Arboris Genus est Flore rosaceo, cujus calyx abit in Fructum turbinatum, carnosum, in loculamenta divisum, Seminibus facta oblongis & callosis. Fructus Mala Cydonia & Cotonea vulgè appellamus, an quod Cotone seu Lanugine vestiantur? Sed barbariem hæc etymologia sapit J. Bauhino. Vis Cydoniorum adstringens nulli non nota. Cydoniatum seu Marmelata Cydoniorum in usu est frequentissimo in Bellariis, ad secundas mensas instruendas. Sylvius Deleboë Succo ad Syrupi consistentiam blando igne decoctio, utitur ad cochlearis dosim, Eclegmatis formâ, ad pituitam glutinosam incidendam, atque è Pulmonibus educendam; imò quandoque etiam vomitu & dejectione deturbandam: idque cum Ægrovum, præsertim Infantum medicamenta respuentium, commodo, viriumque robore accidisse fatetur.

(S) *Haud video quomodò Cymbalaria à Cymbalo, cujus in Flore figuram præferat, ut ait Ettmullerus, dici possit. Et sanè inter Linariæ species connumeranda: imò quum duplex sit Cymbalaria, vulgaris, & Alpina Triumfetti, prima glabra, altera villosa; hinc Tournesfortius primam vocat Linariam Hederaceo folio glabro, seu Cymbalarium vulgarem; alteram verò Linariam Hederaceo folio villosa, seu Cymbalarium Alpinam. Hanc in nostro Horto colimus; illa ex humidorum parietum rimis caulibus teretibus, tenuibus, longis, ac Hederaceis, exiguis foliis ornatis, pendet. Flores Linariæ, calcari donati, ex albo cœrulei, Plantulam elegantem reddunt. Usus pharmaceuticum Cymbalaria habet nullum, ut notat Ettmullerus: sed haud tacendum, quod in compositione venenosa, & leibifera Aquæ cu-*

CXXII. CYNOGLOSSUM.

Kυνόγλωσσον, Cynoglossa, Lingua canina. Germ. *Hundszung*. Gall. *Langue de Chien*.

Diversorum est Generum, è quibus magis Officinale, quod indigitatur Cynoglossa major, *Brunsf. Cord. in D.* Cynoglossum vulgare, *Matth. Lob. Cast. Clus. hist.* Cynoglossum, *Dod. Tab. Ger.* Officinarum, *Lon.* Cynoglossum majus vulgare, *C. B. 2.*

Crescit passim locis aridis ponè muros. Floret Julio.

OFFICINALI NATIVA.

Flores, Folia, ac Radix, sed rarò.

Vires. Refrigerat & siccatur. 2. incrassat, lenit, obstruit. Usus in sistendo fluxu Alvi, in Gonorrhœa, ac Catarrhis incrassandis. Verùm quia in numero Herbarum est, quæ ob Narcosis virulentam suspectæ sunt, rarissimè à Practicis adhibetur.

FRÆPARATA.

1. *Pilula de Cynoglosso*. Vide Disp.

N. Somnum conciliant, Narcoticæ sunt.

2. *Unguentum*. Vide Disp.

CXXIII. CYNOSBAMOS.

Kυνόσβαμος Rosa sylvestris, arvensis, canina, Rubus caninus. Germ. *Wilde-Rosen, Feld-Rosen, Heckerrosen, Heiderosen, Heiderosen, Hainbecke*.

Varia comprehendit Genera. Est enim Rosa Sylvestris vul-

garis, Flore odorato incarnato, Flore majore & rubente, &c. Verùm in Officinas non nisi Rosa Sylvestris, Flore odorato incarnato, infertur.

Insignitur Cynosbatos, *Diosc. Lon.* Cynosbatos procerior & Cynorrhodos, *Cord. in D.* Sentis Canis, & Cynosbatos, *Brunsf.* Rosæ Sylvestris 1. genus *Trag.* Rosa Sylvestris *Matth. Dod. Tab. odora, Ger.* Rosa Sylvestris vulgaris, *Cam. epit.* Rosa Canina odorata & sylvestris *Lob.* Rosa Canina, *Cam.* Rosa Sylvestris vulgaris flore odorato, *C. B. 1.*

N. *Matthiolus* Cynosbaton & Cynorrhodon inter se differre statuit. Verùm non malè faciunt qui pro uno & eodem Frutice habent.

Crescit in dumetis, floret Majo.

OFFICINALI NATIVA.

Flores, Fructus, Spongis, & interdu Radix.

Vires. Flores conveniunt in qualitatibus cum Rosis fativis, sed majorem vim astringendi habent, proinde in Profluvio Uteri rubro & albo summæ sunt æstimationis.

Fructus. (Germ. *Hagenbudden*, Gall. *des Grates-culs è pluches*.) Vi Lithontripicâ maximoperè commendantur, in qua tamen excellunt exempti *Arilli*.

Spongia (Bedeguar.) Germ. *Schlaffkuntz, Schlaffapfel*. Item Calculosus efficacissimè juvare dicuntur, & imprimis qui inibi continentur Lapilli ac Vermiculi, quorum hi quoque ad Lumbricos fugandos commendantur. Potest propinari Spongia pulverisata, vel aliter præparata.

Radix. Spicula ex Corpore extrahit (imposita.)

PRÆ-

CXXII CYNOGLOSSUM. Cynoglossum, Germ.

Hundszung, Planta est hirsuta, & ubivis obvia: & hujus utut varia sint Genera, usitata tamen est *Majus vulgaris*. Pertinet ad *Echia*, & apud Veteres, speciatim Radix, innotuit vi narcoticâ & stupefactivâ; atque harum virium ratione illa omnia præstat, quæ Narcotica, v.g. *Papaver* & *Opium*, dum Catarrhos sistit. Præterea observata fuit in hac Plantâ vis astringens, hincque Dysentericæ curativa: Astringentia enim cum Narcoticis in Dysentericâ utramque absolvent paginam: Hæmorrhagias quascunque impedit & sufflammat, & qui sunt talismodi effectus alii à simplicibus Narcoticis.

Prostant in Officinis *Pilula de Cynoglossa* narcoticæ, cum *Opio* & aliis, quas Veteres in Tussis liccâ nocturnâ ferinâ, Raucedine, & aliis Affectibus Pectoralibus ac Faucium catarrhalibus à Lymphâ acri, incipiente Phthisi, & Doloribus Dentium, usurpârunt. Verùm, cum sint crudæ, & paratæ ex Narcoticis admodum violentis, non amplius sunt in usu, sed in locum earundem substituitur *Laudanum opiatum*. Si tamen lubet uti his *Pilulis de Cynoglossa*, imitandus *BENEDICTUS FAVENTINUS*, *Medicus Bononiensis*, qui habet *Pilulas Catarrhales*, & impediendæ confluxum matericæ ad Fauces, quarum Compositionem videbitis in *ZWELFFERO Edit. penult. pag. 14.* egregii usûs in Catarrhis, ut dixi, sistendis, corrigendis, & aliis similibus Affectibus curandis.

Præparata qui vult alia, videat *WILLISIUM Pharmac. Ration. Part. 1. pag. 322.* (T)

CXXIII. CYNOSBAMOS. Cynobatos dicitur etiam

Cynorrhodos, quamvis *MATTHIOLUS* hæc duo inter se differre statuat: item *Rosa Canina, Arvensis, Rubus Caninus*, Germanis *Hage*, vel *Hanbudden*, die *Wilden Rosen*. Et quidem *Cynobatos* communiter innuit saltem *Fructum*; *Cynorrhodus* autem, seu *Rosa Canina* notam Plantam *Rosæ sylvestris*.

cujusdam Arsenicalis (cujus, pessimo nostro fato, sat frequens nostris temporibus, ad clandestinam hominum interfectionem factus est apud nos usus) Cymbalaria hæc ingrediatur. Verùm, si quid sentio, non ad augendam Veneni vim; id factum esse reor (hæc enim venenosa planta est); imò potius ad illius ferociam aliqua ratione refrænandam: ne scilicet arsenici potestas, nullis compedibus coercita, ob manifestam & citam necandi vim, nimis aperte se & Veneni propinacorem proderet: id ergò securius factum putavi perditus Veneni Autor, ut perniciofa Aqua, Antidoto veluti munita, lenitè & sine strepitu in Hominum vitam insidias frueret.

(T) Cynoglossum dicitur à vocibus Græcis *κυνος* Canis & *γλῶσσα* lingua: quod ejus Folia Canis linguam representent. Plantæ Genus est *Echio* congener quidem, non verò ad *Echium* tanquam ad Genus pertinens, ut innuere videtur hîc *Ettmullerus*. Ab aliis congeneribus Flore infundibuliformi ex eo differt, quod Fructus est quatuor capsulis asperis constet: hæc Lappulas vocant, quod transeuntium vestibis adhareant. Species Officinalis est Cynoglossum majus vulgare *C. B.* Immeritò quibusdam suspèctum esse convincunt Experimenta Medicorum summæ fidei, qui illo sæpissimè utuntur, tum externè in Emplastris, & Cataplasmatibus, ad Ulcera & Tumores, præsertim strumosos, tum internè sub formâ Pilularum de Cynoglosso. Ulcus Mammarum, Cynoglosso in Vino & Aquâ part. equal decocto lorum, & Foliis impoitis, sanatum vidit *Jerem. Martis*, ex *Raio*. Ex *Tournefortio* Radicis Cynoglossi Cortex subamarus est, salsus, stypticus, viscidusque, papyrusque ceruleam satis rubefacit: videtur quidem *Sal Ammoniacum*, quod in Sale Terræ inest, in hac Plantâ dominari; at à multo Phlegmate, Terrâ, & Oleo fatido modificatur. Analysi Chymicæ subiecta non exigua dat indicia Salis acris & Sulfuris: hinc Radix hæc ad fluxiones sistendas, & acres humores temperandos optima est.

In usu Flos est, item Spongia seu Excrementum muscosum Germanis *Schlaaff Kunst: & Fructus*.

Flores quod attinet, Odor eorum longè suavior, volutilior, & penetrantior est Rosis hortensibus, quæ nimio quasi Phlegmate sunt oppletæ, atque magis aromaticus: unde etiam magis commendatur pro destillanda *Aquâ Rosarum*. In concreto suo substantiam alcalinam & terream continent; unde Usus eorum idem est cum *Floribus Rosarum rubrarum*, quod nempe astringant eleganter, & sic commode adhibentur sub *Decocto* vel *Conservâ*, ubi opus est adstrictione, in Alvo & Hæmorrhoidibus apertis, aliisque Fluoribus, ex Acido imprimis enatis, speciatim Uterinis. Texturam hæc materialem confirmat, quod harum & aliarum Rosarum siccatarum Infusum vel *Decoctum Solutionem Vitrioli* in Atramentum præcipitet.

Fructus vi diureticâ in usu sunt, præsertim Arilli; unde insigniter commendantur ad Calculi affectus prætervandos & pellendos, simulque corrigendas Aciditates primarum viarum; necnon Hypochondriacis æstuantibus, cum *Passulis* cocti sunt egregii. Præterea Fructus hi exsiccati exemptis Arillis egregii sunt in Sodâ, seu Stomachi ardore compe-scendo.

Spongia & Concrementum ligno-muscosum, in quo Vermiculi albicantes reperiuntur, vocantur German. *die Schlaaff Kuntzen*, seu *Schlaaff-apffel*. Hæc singularem vim habent diureticam & lithontripicam, & in conciliando Somno non minimam efficaciam: Conf. *M. A. N. C. Anno 2. Observat. 188.* Illos autem Vermiculos in f. q. Aceti contundunt, quo illinenda sunt Tempora pro conciliando suavi Somno. Prostant quoque Vermiculi hi viventes in Epilepsiâ Infantum; Hinc *Clarissimus Dn. D. MAJOR, Professor Kiloniensis*, horum Vermiculorum num. 4. vel 5. Infantibus Epilepticis fausto cum successu propinasse, alicubi asserit. An autem vi anodynâ hoc præstent? in medio relinquo.

Modum, quo in Muscas transformantur hi Vermiculi, videbitis

P R Æ P A R A T A .

1. *Aqua fragrans.*2. *Fructus Cynosbati conditi.*

Condiuntur abrasâ lanugine, & exemptis prius Arillis.

3. *Rob Cynosbati.* Fit leg. a.4. *Spiritus seu Aqua Spongiarum* quæ fit :

Glomi mense Majo vel Junio collecti inciduntur, remotisque Vermiculis aut Insectis inibi reperibilibus, digeruntur cum *Aquâ & Fermento* ut putrescant, dein elicitur *Aqua seu Spiritus* per *Velicam*.

5. *Spiritus alcalisatus.* Ex Capite mortuo (in destillatione præcedenti residuo) ulterius incinerato, elicitur *Sal com.* idque purificatum cum *Spiritu* conjunge, & aliquandiu macera. Tandem cum *Argillâ misce*, & propelle per *Retortam igne nudo*, ut nempe totum *Sal com.* simul transeat. Postea rectificata si opus sit. *Hartmannus in pract.*

Vires. Spiritus hujus guttulæ aliquot (ad 20.) in Liquore conveniente adhibitæ, Calculum insensibiliter expellunt.

6. *Conserua.* Florum, quæ interdum laxat.7. *Syrupus.* *Regius*, seu *Aureus* nonnullis dictus.

CXXIV. CYPERUS.

K *κίπρος.* Germ. *Wilder Galgan.* Gall. *Soubet.*
Est (Longus.
(Rotundus.

tis in M. A. N. C. Anno 3. Observat. 217. p. 398.

4. Inter *Præparata* eminet *Spiritus Antinephriticus*, quem *Autor noster* ex *Spongiis* parare docet, in Affectibus Nephriticis & Diureticis: cujus uberiorem Compositionem videbitis in *HARTMANNI Praxi Chymiatr. cap. 291. §. 5.* Vim harum Antinephriticam *SIMON PAULI* deducit à vi adstringente, quæ tamen potius à Vermiculis deducenda.

Modum *Liquorem ex Vermiculis* earum parandi tradit *BARTHOLETUS* in *Traſtatu de Respirat.* quando dicit; quod sint aperiendæ *Spongiæ*, Vermes eximendi, & inter duos lapides conquassandi; qui Vitro inclusi præbent *Liquorem pinguem & oleosum* vix corruptibilem, qui colligi potest & asservari ad suavem Somnum promovendum, si hoc ipso inungantur Tempora.

2. *Fructus conditi* sunt Alimentum medicamentosum contra Calculum, quem expellunt, & quod minus generetur, præcavent. Aliàs etiam referuntur inter Remedia Hepatica, ad corrigendam dyscrasiam Sanguinis, & imminentem Cachexiam.

6. In Sodâ seu Ardore stomachi, ex *Fruſtu*, remotis *Lapillis*, *Staminibus* verò manentibus, c. f. q. *Sacchari* paratur *Conserua*, quæ in dicto Affectu fuit *Secretum Principis Magdeburgensis*, qui hac curatus est, aliis nihil omnino juvantibus.

Oleum ex Arillis expressum egregium diureticum est.

1. *Aquam Cynosbati* cum *Vino Malvatico* elegantem diureticam videbitis in *Florileg. GRULINGII pag. 484.*

Plura videbitis in *HAGENDORNII, Medici Gœrlitensis, Cynosbatologiâ.* (V)

(V) *Quamquam* Cynorrhodos à *πόδος* Rosa, & Cynosbatos à *βαίος* Rubus dicatur; haud tamen Cynosbatos ad Rubi Genus est referendus: una enim eademque Planta est Cynosbatos & Cynorrhodos, ad Rosam pertinens. Et propriè est Officinalis, Rosa sylvestris, vulgaris, flore odorato, incarnato C. B. quæ à J. Bauhino Rosa sylvestris alba, cum rubore, folio glabro appellatur. Sponte in sepibus nascitur, folio ad sativam Rosam accedente, sed glabro. Flos pentapetalos est, albus, sed ad carneum colorem tendens, odor & fugax. Calyx foliosus abie in Fructum ovalem, primò viridem, sensim maturitate rubescentem, ac Seminibus factum. Semina autem Pilis quibusdam tenuibus, sed rigidiusculis absconduntur, qui tangentes digitos facilè subeunt, & ingentem pruritum excitant. Fructum hunc propriè Cynorrhodon appellant. Fructuum Cynosbati pulpa subacti grati saporis est: quare ex eâ cum Saccharo Conserua parata Stomacho grata Appetitum ciet, ac Ciborum digestionem promovet.

Trunco autem & Ramis hujus Rosæ sylvestris adnascuntur *Spongiæ quædam*, ad *Pomî* magnitudinem accedentes, leves, & rusæ, quæ sæpè *Lapillos & Vermiculos* claudunt, in *Muscas* Mense Majo abundos. Fortè *Insectis*, *Ramos*, & *Truncum* hujus Fruticis morſu lædentibus, & ibi *Ova* deponentibus, id tribuendum: ut qui *Lapilli* videntur, sint *Ova*, è quibus nondum *Vermiculi* exclusi sint, qui denique, solitâ *Insectorum metamorphosi*, in *volitantes Muscas* abeunt. *Spongiarum* harum *Pulvis summum* in *Diarrhœis* remedium.

(X) *Cyperus κίπρος* (unde à quibusdam *Cypirus* scribitur) à *κίπρος* pyxidula, aut vasculum pusillum, quod quarundam specierum hujus Plantæ Radices nodos habeant, qui pyxidulam vel vasculum representent. Antiquiores nonnulli vel cum *Gladiolo Cyperum* confundunt, vel *Gladioli* speciem faciunt. Laudatissimum habebant, qui in *Insulâ* *Cretâ*, hinc *Naxo*, & demum qui in *Phœniciâ* nascebatur.

Cyperum recenset *Tournefortius* inter *Herbas* flore apetalò, in capitulum squamosum collecto: ipsi autem præcipuè tribuit *Semen & Caulis triangularia*. Officinalis species est *Cyperus* odoratus, radice longâ, five *Cyperus* Officinarum C. B. Huic *Folia* sunt *arundinacea*, sed tenuia & dorſo extante: *Caulis* bipedalis, enodis, & triangularis: *Flores* staminei in *Capitula* squamosa colliguntur: *Radix* demum longa est, geniculata, repens, flexilis, fibrosa, extus obscura, intus subalbida, dulce & suaviter olens. Hæ *Radices* Aceto maceratæ, ac apertis *vasis* expositæ, gratum per *conclavia* diffundunt odorem: à *Gallis* vestibis interponuntur, ut benè olentes reddant.

Rotundus potissimi quidem usûs est, tamen *judicio* *Viro-*rum etiam *eruditorum*, parùm vel nihil longum superat; suntque partus diversi ejusdem Radicis.

Crescit sponte in *Regionibus* calidis, *Italiâ*, *Syriâ*, *Alexandriâ*, & similibus *Nostratibus* colitur quandoque in *Horto*, gaudetque *Solo humido*, sed minùs efficax est peregrino.

Dicitur *Cyperus*, *Diosc. Alpin.* *Cyperus* rotundus *Orientalis* major, vel *Babylonicus*, *Rauwolf*, *Cyperus* major *Syriacus*, *Cum. in Matth.* *Cyperus* rotundus *Orientali* major, C. B. X.

OFFICINALIA NATIVA.

Sola Radix, quæ eligenda gravis, densa, fructu contumax, plena, aspera, odoris cum quadam acrimoniâ jucundi.

Vires. Utraque *Stomachica* est, ac *Uterina*. Calcificat & siccatur. aperit. Usus præcipuus in *Urinâ* ac *Mensibus* ciendis, *Cruditate Ventriculi* consumendâ, *Hydrope* inchoato præservando, *Colicâ* ac *Vertigine* discutiendâ, *Ulceribus Vesicæ* solidandis; masticata emendat *Oris fœtorem*. *Coctâ* in *Oleo* contusa & imposita *Renibus* ac *Pectini* *Urinam* proterat.

Varias quidem ingreditur *Compositiones*, sed alieno titulo insignitas.

D

D ACTYLUS vide PALMA.

CXXV. DAU-

CXXIV. CYPERUS. *Cyperus*, longus & rotundus, German. *Cyper-VVurtzel*, oder der *VVilde Galgan*, Radix est *Aromatica*, ex genere tamen *Plantarum Arundinacearum* seu *Gladiolorum*, acris & subamara, perfectè *Aromatica*, in locis *Asiæ* calidioribus & paludosis, in specie *Indiâ Orientali*, nascens. Notum enim est, quod omnes *Herbæ* acres, & *Sale* volatili constantes, plerumque in paludosis & humidis locis crescere soleant. Cum igitur noster ejusdem sit naturæ, eadem quoque loca amat.

Prodest in Affectibus *Stomachi & Intestinatorum*, simulque est *Alexipharmaca*; & eo ipso, quo est *Aromatica*, convenit in *Flatibus*, *Cruditate acidâ*, *Ructibus*, *inflatione* *Stomachi*, & similibus Affectibus. *Pulvere* ejusdem ad *ʒj.* propinquo in *Aquâ appropriatâ* contra *Pestem*, plures curatos fuisse refert *PALMARIUS Traſt. de morbis Contag. cap. 18. p. 485.* Attamen rarò est in usu. Convenit aliàs cum reliquis omnibus *Aromatibus* quoad virtutes, uti videbitis in *Autore nostro*, sed est paulò acrior, minùs tamen quàm *Zingiber*.

Plura qui cupit, adeat *Scriptores rerum Orientalium.* (X)

D

D A T U R A I N D O R U M .

D *aturam Indorum* neglexit *AUTOR*. Ego autem dico, quod sit *Planta* ex generibus *Stramoniorum*; *Solanum* nempe *pomiferum fœtidum, fructu spinoso oblongo*, & vim habeat insigniter *anodyno-narcoticam*, nihilominus mitiorem, adeo,

CXXV. DAUCUS.

DAUCUS, Daucus, Daucum, & Daucium, Germ. *Mobren-kummel*.

N. *Dauci* nomine *Planta bina* Officinis veniunt. Daucus scilicet Creticus, de quo hic; & Daucus vulgi, seu Officinarius. Vide *Pastinaca sylvestris*.

Dicitur Daucus .1. *Mattb.* Daucus Cretensis verus, *Diof.* *Lob. Ger.* Daucus Creticus, *Cass. Tab.* Daucus foliis Fœniculi tenuissimis, C. B. 1.

Nascitur sponte in Insulâ Cretâ, unde Nomen quoque habet: jam quoque in Italiâ. Semen solum nostratibus Officinale est. Vires. Uterinum in primis est & Diureticum. Calfacit &

ficat 2. aperit, incidit, Flatus discutit. Usus præcipuus in Mensibus obstructis, Suffocatione & Dolore Matricis, in Colicâ flatulentâ, in Singultu, Dysuriâ, Tussi chronicâ.

N. Ingreditur Compositionem Theriacâ.

P R E P A R A T A.

Oleum. Ad Calculum utile.

CXXVI. DICTAMNUS CRETICUS.

Dictamni Officinales sunt. (Dictamnus Creticus. Germ. *Cretischer Dictamn*. Gall. *Dictam de Cret.* De quo hic, Dictamnus Vulgaris, seu albus Officinar. Vide *Fraxinella*.)

Di-

aded, ut sint, qui præferant hanc *Daturam* Indorum vel Turcarum ipsi *Opio*.

In Indiâ Orientali usurpata singularis est virtutis narcoticæ, ex cuius usu aded dementantur Homines, ut vigilantes, & sentientes, quid secum fiat, nesciant. De ejus virtutibus, & modo in Indiis usitato utendi, vid. BARTHOLINUS *Centur. 6. Histor. 76.* ubi egregia & lectu digna refert; inter alia quoque, quomodo decipere soleant Mulieres Indæ Maritos, iisdem præsentibus cum aliis concubentes; item Germ. MANDELSLOH in *der Ost-Indischen Reise Beschreibung. pag. 133.* & BORRICHIIUS *Hermet. Sapiens. pag. 119.* Medela hujus Veneni consistit in Aceto, de quo vid. HOCHSTETTERUS *Obs. Dec. 7. Obs. 7. p. 156. & 257.* Ex hoc præparat singulare *Pharmacum Phantasticum BARTHOLETUS in elegantissimo Tractatu de Dispnoâ, seu Respiratione læsâ, cuius Basis est hoc ipsum Semen Daturæ.* Compositio est talis:

Vini albi gener. part. xij.

Aquæ Vitæ part. iv.

Salis comm. part. ij.

Sem. Phantast. ex Ind. advecti, seu Sem.

Daturæ part. iv.

Coccolæ Ind. Orient. part. ij.

Croci part. ij.

Rad. Cyperi,

Lign. Aloës an. quadrantem partis unius.

Contusa digere sub Fimo equino horas 40. factâ expressione circula in Balneo Mariæ, vel Fimo equino per 15. dies noctesque, usque dum planè clarescat; Liqueorem clarum à Fæcibus segrega & serva.

Uti solet hoc ipso medicamento BARTHOLETUS contra *Phantasmas* in Morbis Melancholicis, ut scilicet determinet Imaginativam Hominis vi *Daturæ* narcoticâ id certum subiectum; cui addit *Specificâ*, ut cogitet & imagineetur sibi hoc vel illud: e. g. si quis putet, se carere Pene, addit Venerem stimulantia; tristi addit exhilarantia Spiritus; sicque in reliquis Affectibus addit *Specificâ*, & Imaginativæ læsæ contraria. Quod, quomodo contingat? & an ab Ideis, non est discurrendi locus. (Y)

CXXV. **DAUCUS CRETICUS.** *Daucus* est duplex: vel vulgaris, *Apit folio minore*, & *Creticus*, magis aromaticus, adeoque præstantior, qui etiam intelligendus, & cuius *Semen* tantum est Officinale. Falsè autem *Daucus* hic *Italicus* dicitur *Creticus*, cum hic habeat Folia læniculacea, & sub nomine *Cretici* vendatur; Germanis dicitur Tom. IV.

(Y) Inter *Stramonii species* recensetur *Datura Indorum*, de quâ loquitur hic Etmullerus. Est *Stramonium Plantæ genus Flore monopetalo, infundibuliformi, cuius Pistillum abis in Fructum sæpè aculeatum, in quatuor loculamenta divisum, quorum placentis Semina reniformia adhærescunt. Hujus Plantæ Folia ampla sunt, angulata, fastida, obscure virentia. Species nobis familiarissima est Stramonium fructu spinoso, rotundo, flore albo, simplici Tourn. Species verò, quam *Daturam* familiarior vocant, appellatur à Tournefortio *Stramonium fructu spinoso, oblongo, flore albo: (est & flore purpureo & violaceo).* Fabio Columnæ creditur *Solanum Manicum Dioscoridis. Fructus hujus speciei oblongi sunt, Juglandem suo callo obduam æquant, ac spinis circumdantur, haud tamen rigidis, sed mollibus & flexilibus. Acolla tres Daturæ species describit, solo Florum colore discrepantes, cæterum similes. Apud Indos si Seminis Daturæ in pulverem redacti semidrachma deglutitur, sensus hebetat, ac vel ad risum, vel lacrymas, vel somnum vergit Homo: si major dosis assumatur, Venenum erit: cuius Antidotus vomitus est & sudor.**

(Z) Sub Genere *Dauci* juxta Methodum Tournefortianam, comprehenditur quidem *Daucus vulgaris*, & Officinarum, quam *Pastinacam sylvestrem* plerique vocant: habet enim hæc *Planta Umbellifera Semina exigua, villis cilioliarum æmulis instructa & cinctâ: qui est Dauci veri character. Quâ ratione Pastinacas omnes sativas sub eodem Dauci Genere reducit Tournefortius. Daucus autem Creticus Officinis dicitur, potius est ad Myrrhidas referendus; Semina enim habet angusta, oblonga, & rostri avium æmula, hinc gibba, inde plana: quo character Myrrhis à reliquis congeneribus distinguitur. Daucus ergo Creticus, semine hirsuto J. B. seu *Daucus foliis Fœniculi tenuissimis C. B. est Tournefortio Myrrhis annua, semine striato, villosa, incana Moris. Plantam hanc non sola Creta fert, sed Alpes Germanicæ, & Italica eâ abundant. Caulem profert bipalmarem, seretem, striatum, hirsutum: Folia sæniculacea. Umbella mediocris magnitudinis Flores exiguis candidos sustinet: Semina ut Myrrhis, sed acria & aromaticiora sunt, quæ nobis ab Oriente afferuntur. Decoctum Seminum diureticum est, & emmenagogum, quemadmodum & illorum Pulvis à ʒss. ad ʒj. carundem est virium.**

CXXVI. **DICTAMNUS CRETICUS.** *Dictamnus* Creticus est vel verus, vel falsus: *Dictamnus falsus*, sive *Pseudodictamnus Creticus*, sæpius substituitur pro

Dicitur Dictamnus, *Brunsf.* Dictamnium, *Matth. Lob. Cast.* Dictamnium Creticum, *Matth.* verum, *Dod.* Dictamnus verus, *Cord. in D.* Dictamnus Creticus, *Trag. icon. Cam.* Dictamnus Creticus, C. B. 1.

Nascitur in Cretâ foliis crassioribus, villosioribus, in Hortis Italiæ, majoribus, minusque incanis.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Uterina in primis est Herba ac *Alexipharmaca*, calfacit & siccat, attenuat, abstergit, aperit. Usus præcipuus in obstructis Menstribus, in Partu accelerando (intrinsecus & extrinsecus in Ictibus venenatis, in Spiculis extrahendis.

CXXVII. DIPSACUS.

E (Sativus. (Major. *Hic usualior.*
St (Sylvestris. (Minor. *Et hic adhiberi potest.*

Videatur *Δι-Λακος Fuchf. Dod. Tab. Ger. Labrum Veneris, Matth. Cord. in D. Carduus Veneris, Carduus Fullonum, Lob. Trag. Dipsacus sylvestris, aut Virga Pastoris, C. B. 3. & 4. German. Kartendistel. Gall. Verge à berger. Chardon à foulon, ou Chardon à carder.*

Crescit in locis asperis, arenosis: Floret Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, sed rarissime: hinc *Vermiculi* in Echinis reperti: *Vires. Radix*, teste *Matthiolo*, siccat, abstergit. Usus præcipuus

pro vero in Officinis, qui solus est Officinalis, inodorus, floribus verticillatis: Nil serè cum Dictamno Cretico commune habet, sed potius ad *Stachades* pertinet. Ut ergò à se invicem discernantur, observentur saltem *Summitates*, quæ in Vero sunt instar Florum Lupuli; & Caulis, qui in Vero est niger, in Falso verò albus: in Foliis enim planè conveniunt. Verus Florem habet elegantissimum purpureum suavissimi odoris. Rarus admodum est, inque Germania vix reperitur; semel tamen eundem in Horto Patavino vidi.

Dicitur verò Dictamnus à τῖκτυρ, idèd, quòd difficulter Parturientibus ante & post Partum succurrat. Antiquiores enim in frequentissimo hunc habuerunt usu, in Doloribus in & post Partum, Passione Hysterica, Mensium difficultate, & suppressione, aliisque Uterinis Affectibus hactenus recentitis: sicuti etiam valde fuit usurpatus & celebratus contra Venena: hinc propter usum alexipharmacum Theriacam ingreditur. Sed quoniam partim saltem obsoleta Planta, adeoque viribus magnam partem castrata ad nos affertur, partim Pseudodictamno subinde adulteratur, propterea, quoniam alia æquè commoda, & magis præsentanea prostant Remedia, rarè à Modernis usurpatur. (A)

DIGITALIS.

Digitalis ita dicta est ob formam Florum, Germanis *Fingergewurbskraut*. Datur alia *Folii Verbasci*, it. *Flore purpureo, luteo, & albo*. Si eandem velimus referre ad Genus suum, ratione *Floris* ad *Symphyta*, ratione verò *Foliorum* pertinebit ad *Verbasca*. Usus, an cum Verbasco conspiret? nescio: in Officinis namque non recepta est.

Habetur & Digitalis major ferruginea, ita dicta à Floribus ejus obsoletis, & quasi ferrugineis. Rara est & exotica, pariter ad *Symphyta* sive *Verbasca* referenda. (B)

CXXVII. DIPSACUS. *Dipsacus* Latine *Labrum Veneris*, Germ. *Distel*, malè ad *Carduos* refertur; cum non pappifcat, sed Semina ferat solida. *Dipsacus* dicitur à *Siti*, quòd inter Folia ejus excavata Aqua pluvialis soleat colligi, & hac ratione quasi sitibunda esse videantur. Dicitur etiam aliàs *Carduus Fullonum*, quòd Fullones aliàs Pannos hocce Carduo soleant emendare, Germanis *Tuch damit zu Karten oder zu Krampeln*, unde & Germanicè *Karten-distel*.

Planta hæc ubique crescit. Sed in Officinis est *rari*, & serè nullius usûs, aded, ut non meminerim, me unquam aliquid de illo legisse, nec præscriptum vidisse. Nihilominus quod

(A) Dictamnus vel Dictamnium omnis generis, quibusdam à τῖκτυρ sic appellatur, nam οὐκ ὄνομαζον b. e. partum accelerans est: fortè meliùs à Dicte Insulæ Cretæ monte, quasi Δικτῆς θάμνος, unde Cretici quoque cognomen tum desumpsit. Dictamni duas vulgè faciunt Species: Creticum nempe, & Vulgarem sive Album. Juxta Methodum tamen Tournefortianam, Dictamnus Plantæ Genus peculiare non constituit: nam qui Creticus dicitur, est vera Origanii species; qui Album, ad *Fraxinellæ* Genus reducendus est. Et reverè Dictamnus Creticus omnes Origanii notas habet: Flore enim est monopetalo labiato, cujus labium superius surrectum est, subrotundum, inferius verò tripartitum: præterea & illud cum reliquis Origanii speciebus commune habet, quòd Flores in Spicis squamosis Muscarit æmulis nascantur, quos singulos quatuor Semina sequuntur: quidquid dicat Dioscorides, qui Dictamnium nec Florem nec Fructum ferè docet. Vocatur ergò à Tournefortio Origanum Creticum, latifolium, tomentosum, seu Dictamnus Creticus. Planta est quamvis exotica, nobis tamen familiarissima reddita, Hortorum & Fenesstrarum elegans ornamentum, Folia Pollicis unguem æquant, alboque tomento undique teguntur, gratè olentia, & gustu acris: Flores ipsorumque spicæ squamosæ ad colorem purpuro-cæruleum vergunt.

De Dictamni viribus maxima deprædicabantur Antiqui: Cicero 2. de Naturâ Deorum, ait, Capras auditum est in Cretâ feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ Dictamnus vocaretur, quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore. Et Virgilius 12. Æneidos:

----- Non illa feris incognita Capris

Gramina, cum tergo volucres hæserè sagittæ.

Idem dicit Plinius lib. 26. cap. 14. Quamquam autem id pro falso habere velis, illud tamen verum est, Dictamnium Creticum inter efficacissimas Vulnerarias Herbas principem locum tenere.

Pseudodictamnus verò, de quo loquitur hic Etmullerus, est juxta Methodum Tournefortianam Plantæ item Genus Flore monopetalo, labiato, sed cujus labium superius fornicatum est, plerumque bifidum, inferius verò tripartitum, quem Semina quatuor sequuntur oblonga, in Calyce infundibuliformi maturefcentia. A Dictamno igitur Cretico, seu ab Origano, longè differt: dicitur autem Pseudodictamnus, quòd Foliis canescentibus & subrotundis Dictamnium Creticum referat. Pseudodictamni species, quam ait Etmullerus pro vero Dictamno Cretico supponi, est Pseudodictamnus verticillatus, inodorus C. B. quem Gnaphalium Veterum putat J. Bauhinus. Hic cespes amplius est, virgits numerosioribus, altioribus, & candidioribus Marrubio: Folia candidioribus adhuc lanugine vestiuntur: Verticillos inter Folia fert molles, in quibus Flosculi purpurascetes.

(B) Digitalis Planta sic dicta à similitudine Floris cum Digitali, qua mulieres inter consuendum digitos muntre solent: hinc Tournefortius inter Plantas connumerat Flore monopetalo, anomalo, tubulato, utrinque patente. Species magis familiaris est Digitalis purpurea J. B. cujus Caulis bicubitalis, pollicem crassus, angulosus, hirsutus, subrubens, concavus, Flores emittit in thyrso longioris morem, frequentes, atque ab uno latere pendulos. Folia oblonga, in acutum desinentia, hirsuta, in ambitu serrata, supernè atrovergentia, infernè incana: hæc ex J. Bauhino. At notat Tournefortius hujus Plantæ Folia non aspera esse, sed valde lævia: & reverè talia nos deprehendimus. Digitalis hæc inter Vulnerarias Plantas connumeratur: atque Gælnerus ait, Bononiæ appellari Aralda, atque de eâ id vulgè circumferri, Aralda che tutte piaghe falda. Parkinsonus Cerevisiam parat ex decoctione Digitalis & Polypodii ad Epilepsiam: ejusque Folia contusa Tumoribus strumosis applicat, atque ex iis Unguentum parat valde resolutivum.

Recentet hic Etmullerus Digitalis speciem flore ferrugineo: sed plures sunt Digitalis flore ferrugineo species, quas videre est apud Parkinsonum, & Hort. Reg. Parisiensem.

Notandum præterea, Gratiolam Officinarum esse ex Morifonio Digitalis speciem, quam idem Digitalem minimam, Gratiola dictam vocat. Demum Sesamum Antiquorum à Tournefortio ad Digitalem reduci: vocatur enim ab ipso, Digitalis Orientalis, Sesamum dicta. De Gratiola & Sesamo suo loco.

eipuus in Rhagadibus Ani solidandis (decocta cum Vino) commendatur in Verrucis abigendis.

Vermiculi (vel *Radix*) de collo suspensi Quartanam arcere creduntur: eisdem cum Oleo rosaceo vel simili contusos Paronychiam sanare, author est *Matthiolus*.

GXXVIII. DORONICUM.

Aconitum pardalianches Theophrasti, *Matth. Tab.* Doronicum cum Austriacum alterum, *Clus. Cam.* Doronicum 2. longifolium, *Tab. minus*, *Ger.* Doronicum radice repente, *eidem.* Doronicum radice dulci, *C. B. 1.* Germ. *Gamschwurtz*, *Schwindelkraut*.

Crescit in Austriâ, Syriâ, Helvetiâ, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

quod habet AUTOR noster, in Rhagadibus, item Verrucis Ani commendatur.

Sunt & qui *Vermiculos* in Capitulis hospitantes cum *Seminibus* contra Morsum Canis rabidi commendant, quod tamen *Experientiâ* nondum confirmatum. (C)

GXXVIII. **D**ORONICUM. *Doronicum* datur vel *rotundifolium*, vel etiam *acutifolium*, Germ. *die Gamsen Wurtzel*, *Schwindel-kraut*. Prioris Nominis *appellationem* plurimi ex traditione vulgari deducunt, quoniam *Rupicaprae*, Germ. *die Gamsen*, quæ summities Montium, potissimum Alpes, ascendunt, ne à Venatoribus ipsis insidiantibus capiantur, tumque rupibus celsissimis se dimittentes, ne Vertigine corripiantur, hujus Plantæ & Radicis esu tutæ putantur: Vid. CASPAR HOFFMANNUS l. 2. cap. 4. p. 110. *Ger. Schwindel-kraut* dicitur, quod pro *Vertiginis* præservatione & curatione specificè faciat: Qua de causâ eum quoque Venatores usurpare solent. Unde & ipsi quoque *Funambuli*, Germ. *die Seiltantzer*, Funem jam conscensuri, & similes, hac *Radice* comestâ, contra *Vertiginem* se præmunire dicuntur, ne decidant de Fune, & risum moveant Spectatoribus. Et hinc *Radix* hæc pulverisata contra *Vertiginem* maximè decantata est, sicuti *Pulvis* sequens *Funambulis* contra *Vertiginem* usitatus:

℞. *Rad. Doron. ante ortum Solis Mense Septembri collectâ.* ʒiʒ.

Cubebar.

Cardamom. an. ʒiʒ.

Rad. Ireos Flor. ʒij.

Sem. Coriandri,

Peon. an. ʒj.

Fœnugr. ʒiʒ.

Olei destillat. Major.

Rorismar. an. gutt. vj. M.

Tom. IV.

(C) *Diplacum* à *διπλω* sitio dictum volunt, quasi sitibundum, propter concavos sinus, qua parte bina. Folia ad geniculum copulantur, quibus aquas ex rore & imbris in se colligunt, ut ait Dioscorides; sed quomodo fiet, qui nunquam aquis caret? forte *Diplacus* à contrario sic dicitur, quod nempe non sitiât. Inter aculeatas stirpes recensetur à Veteribus, quo factum est, ut à nonnullis Carduorum familiæ adscribatur. A Tournefortio reductur ad Classem *Herbarum Flore flosculo*, sed cujus *Flosculi* collecti in capitulum faciunt emulum, embryonis parti coronatæ insidentes, abeant deinde in *Semen* plerumque striatum. *Diplacus* sativus C. B. appellatur vulgò *Carduus Fullonum*, quod *Fulones* illius *Capitulis* ad Lanam carminandam, & *Pannos* depeccendos utantur. *Diplacus* verò sylvestris est, qui *Virgæ Pastoris* majoris, & *Labri Veneris* nomine venit. Aquâ in Foliorum concavo contentâ utuntur formæ sudiosæ mulierculæ, ad maculas faciei exterendas: imò & caliginosis & rubentibus oculis prodesse creditur. *Vermiculos*, qui solitarii in singulis *Diplaci* Capitulis inveniuntur, impari numero, pennâ anserinâ inclusos, Collo Amuleti loco ad *Quartanam* arcendam appendere solet Anglorum vulgus, ex *Raio*. *Diplacum* *Scrofulas* sanare, & coctum per urinam purgare, ac *Phibiscis* prodesse, idem Autor scribit ex *Soame* & *Gaffero*.

(D) *Inextricabiles* de *Doronicis* apud *Botanicos* sunt controversiæ: quæ tamen non sunt de nihilo: quidam enim illud inter *Aconita* referunt, b. e. Plantam lethalem esse ajunt: quidam contrâ ab *Aconitis* separant & Plantam summè medicinalem, maximumque adversus *Vertiginem* præsidium, *Doronicum* existimant: denique sunt qui putant *Doronicum* salubrem esse *Homnibus* Plantam, at lethalem *Canibus*, *Lupis*, *Pardisque*; quare *Aconitum* *Pardalianches* vel *Lycostonum* appellant. Et *muller* hic ait, *Gesnerum* ipsum sine damno *Doronicum* assumpsisse: attamen, ut refert *Hofmannus* *Medic. Offic. lib. 2. cap. 4.* *Gesnerus* post *Doronicum* assumptionem per octo quidem horas bene habuit, verum iis elapsis ventrem & stomachum inflari, & corpus totum infirmari sensit, quæ symptomata post biduum calidæ Balneo sedata fuerunt. Subdit attamen *Hofmannus* relatum *historiam* à *Matthiolo* ipsi *Gesnero*, ad *Cortusum* per epistolam communicanti, tribuit. Sed dubitant de *Matthioli* fide *Botanici*, quippe quòd is pro vi *Doronicum* lethali adversus *Gesnerum* pugnaret. Sed haud piget, quæ *Raius* de hac re agens scribit, hic subjicere: Fruatur ille (*Gesnerus*) suo judicio: ego certè mallem suffragari *Matthiolo*, quàm in humano Corpore experiri, quod *Canibus* aliisque quadrupedibus fortè perniciosum comperitum est.

Doronicum Plantæ Genus peculiare est, Flore radiato juxta *Tournefortium*, Calyce pelvisiformi, & multiformi comprehenso, cujus *Semina* pappi instructa sunt. Hujus multæ sunt species: Officinalem volunt quam *Doronicum* radice *Scorpii* appellat *C. Bauhinus*. Planta est lata habens Folia, rotunda, viridia, lanuginosa. Caulis pedem altus, rotundus, striatus, in summo plures emittit ramos, Floribus flavis instructos: *Semina* exigua, nigricantia. *Radix*, quæ *Officinalis* est, formatur ex albis tuberculis, repentibus fibris, Graminum more connexis, ut integra *Scorpionem* aliquo modo representet.

Vires. Accedit ad calfacientia & siccantia gr. 3. discutit, *Alexipharmaca* est. Usus præcipuus in *Vertigine*, Uteri inflatione, palpitatione Cordis, venenosis Morbis ac Moribus (nimirum *Signaturam* *Scorpionis* habet.)

N. Sunt qui *Aconitum* *pardalianches* esse volunt, adeoque noxium (ut *Matthiolus*). Cui tamen *Moderni* minimè subscribunt.

E

CXXIX. EBENUS.

Lignum Exoticum est, in Medicinâ nullius usûs, præterquam quòd *Paracelsus* *Oleum* ac *Sal* ejus maximè commendat. *Oleum stillatitium* collaudat in *Doloribus* arthriticis, *Podagrâ*, *Paralysi*, *Morbis* *Veneris* & *Pustulis* (extrinsecus scilicet loco affecto inunctum). *Sal* celebrat vi purgandi (forte

Media pars servatur pro usu interno; altera medietas irroratur Aceto destillato rosaceo, includitur Nodulo ex *Sindone* rubrâ, quam sæpius olfaciunt.

Sed Assertum hoc, quod nudâ Conjecturâ nititur, haud prius approbari potest, quàm de eo certa in *Homine* facta fuerit *Experientia*.

Lis autem usque dum viget inter *Botanicos*: an *Doronicum* sit *Planta salubris*, *alexipharmaca*? an maligna sive venenosa? **MATTHIOLUS** enim *Doronicum* esse *Aconitum* *Pardalianches* *Veterum*, pro *Canibus* & *Lupis* interficiendis, adeoque valde noxium putat. Sed **GESNERUS**, ille *Germanorum* *Plinius* meritò vocandus, l. 1. *Epist. pag. 18.* & l. 2. *pag. 74.* & alii hoc negant, & ad *ʒij.* **GESNERUS** ipse assumit sine omni damno, qui *Peste* tandem in senio mortuus est. Et verum est, hanc Plantam egregiam habere vim *alexipharmacam*, quam quoque ipsi adscripserunt **HOFFMANNUS** *Medic. Offic. l. a.* **PAULI** in *Quadr. Bot. Cl. 2. p. 14.* **WORMIUS** in *Musæo cap. 6. p. 14. seqq.* ubi defendit vires *alexipharmacas*, impugnatas à **MATTHIOLIO**, & **VELSCHIO** de *Egagropilis*, Germ. *won den Gamsen-Kugeln*, quæ reperiuntur in *Ventriculis* *Damarum*, & crescunt, quando *Rupicaprae* comedere solent de *Doronicis*. Unde **VELSCHIUS** vim illam *alexipharmacam* à *Doronicis* derivat & deprædicat, minus tamen usitatæ sunt in *Officinis*. (D)

E

CXXIX. **E**BENUS. *Ebenus*, uti *Lignum* exoticum est, ita etiam rarum & carum in *Officinis*, raroque præscribitur à *Medicis* *Practicis*. Sed potius omnibus hujusmodi *Lignis* exoticis præferendum est *Lignum Juniperinum*, in quo reverà est *Balsamum Occidentale*. *Virtutem* ejus

O 2

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

ejus

tè facultatem purgatricem stimulandi) in Podagricis , Paralyticis, item virtute mundificandi Vulnera. Vide *Paracelsum de Xylo-Ebeno*. German. *Ebenholtz*. Gall. *De l'Ebene*.

CXXX. EBULUS.

X *Αμυιάκρον* Dioscoridis , h. e. Sambucus humilis, Ebulus, *rag. Matth. Fuchf. Lob. Cast. Tab.* Ebulus, seu humilis Sambucus, *Dod.* Ebuli & Sambuci alterum genus, *Lob.* Sambucus humilis, seu Ebulus *C. B. 5.* Germ. *Næberholder, Atsch.* Gall. *Hieble*.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, Folia, Cortex interior, Semen, & Bacca.
Vires. Flores calfaciunt & siccant, discutiunt, emolliunt, resolvunt, Sudores movent, ut Sambuci Flores.
Eâdem vi pollent *Folia*, & in primis ad Podagricos Dolores sopiendos, Tumoresque aquosos discutiendos, adeoque & Herniæ aquosæ conveniunt.

Cortex interior maximè Radicis (præterquam quòd aquosos & serosos Humores totius Corporis per Alvum educit,) calfacit & siccant, discutiunt, emolliunt. Usus præcipuus (ut Florum) in Inflammationibus, Erysiplate, & similibus.

PRÆPARATA.

1. *Aqua Stillatitia.* Ex Floribus.
2. *Spiritus.* Ex Floribus fermentatis.
3. *Rob Ebulinum*, seu *Pulpa Baccarum*.
4. *Tinctura*, seu *Essentia Granorum Ebuli.* Fit & usurpatur eodem modo quo Tinctura Sambuci.

tur eodem modo quo Tinctura Sambuci.

Vires. Tinctura hæc specificum est Remedium contra Hydrophem, Cachexiam, Uteri Strangulatum, cujus Paroxysmum Sudore mediante fugat.

(*Unguentum de Ebulo Lacunæ* ; ad Dolores Podagricos.)
De *Cortice, & Semine*, vide in *Purgantibus*.

CXXXI. ENDIVIA.

Σίσις, Intybus sativa. Germ. *Endivien*. Gall. *Endive*.

(Major latifolia, qua intelligitur simpliciter sic dicta.

Est (Minor angustifolia dicitur Scariola, quæ priori substitui potest.

Prior dicitur Intubus sive Endivia, *Trag.* Intubus major, *Matth.* Intubum sativum latifolium, *Fuchf. Lob.* Intybum sativum, *Cord. in D. Dod. Ger.* Intybus sativa major, *Cast. Seris* (sive Endivia alba,) *Lob.* Endivia hortensis, *Cam.* Intybus major sativa, sive Cichorium domesticum, *Tab.* Scariola *Arabum Interpretibus*. Seris domestica latifolia, *Dioscor.* Intybus sativa latifolia, sive Endivia vulgaris, *C. B. 1.*

Colitur in hortis, solo gaudens optimo. Floret Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia Semen, rarissimè Radix.

Vires. Hepatica est nobilissima, refrigerat & siccant. abstergit, aperit, Diuretica est. Usus frequentissimi in Febribus Biliofis.

PRÆ-

ejus Sudoriferam deprædicat ZACUTUS LUSITANUS l. 3. *Prax. Admir. Observ.* 112.

Quæ in usum veniunt ex *Ebeno*, videantur apud AUTOREM ex PARACELSO, qui solus primus in usum revocavit *Lignum Ebenum*, & multa de hoc prodidit: Hunc tamen nemo inter Practicos hætenus fuit secutus: Interim an putet *Lignum illud nigrum*, quæritur? Quòd si tamen rem probè consideramus, usus ejus nullus est. Ergò relinquimus. (E)

CXXX. EBULUS. Ebulus cum Sambuco in omnibus convenit, differt saltem magnitudine; quare usus ejus reservandus est partim usque ad Sambuci explicationem, partim ad *Classem 3. de Purgantibus*, ubi ab *Autore* virtutes ejus denuò recensentur.

CXXXI. ENDIVIA. Endivia est princeps inter omnes Plantas Intybaceas, uti sunt *Lactuca, Cichorium*, &c. quæ pro varietate *Foliorum* vel *major* est, vel *minor*: & uti nota in *Culinis*, ita ingreditur *Officinas*. *Semen* quidem rarè, imò rarissimè, frequentissimè *Folia*; *Radix* verò solùm condita, solet usurpari.

Si consideremus ejus compositionem materialem, est Planta aquosa, & valde succulenta; propterea nihil *Olei* in distillatione ejus largitur: & omnino non est & odoris & saporis penetrantis, sed potius est *Succus aquosus*, qui imprægnatus *Sale admodum subtili volatili*, ratione cujus temperat & refrigerat. Dico, quòd sit subtilis, ratione cujus non ferit linguam, sed insipida apparet: Videatur de ejusmodi plantis TACHENIUS in *Hippocrate Chymico*, ubi egregiè discurret, & dicit: refrigerare illas, quoniam Acidum, quòd effervescente dat incalescentiam, moderatè temperant.

Hepatica est nobilissima, dicit AUTOR, dum blandè corrigit Sale suo volatili Sanguinis crasin, sine ullà turbulentiâ, & aliis Symptomatibus concurrentibus, quæ aliàs solent contingere à Salis acrimoniâ. Conducit Inflammationibus & Ardoribus Corporis ab Acido, quatenus Sal volatile temperat Acidum morbificum. Convenit etiam in Febribus Biliofis dictis, scilicet in iis, in quibus Sal volatile urinosum imprægnatum est Oleo copioso, cujus ratione oriuntur plurima Symptomata. Dum ergò Sal Endiviæ volatile imbibit Oleum, illud temperat, sicque Bilis oleositate

& acrimoniam corrigit: de qua correctione Bilis per talia Medicamenta, vid. SYLVIUS in *Praxi*, ubi agit de *Febribus Biliofis*. In Inflammatione Hepatis, tam verà quàm apparente, prodest; in verà ex Sanguinis stagnatione, apparente ex Effervescentiis: omnes quippe Inflammationes oriuntur vel à Sanguine stagnante, vel conrumato, vel à Salibus vitiosè effervescentibus. Dum igitur Sal temperatum Endiviæ Acidum emendat, ita simul effectus ab illo orti corriguntur.

Externè *Folla* imprimis recentia commendantur ad *Pediluvia*, pro conciliandâ quiete & Somno, vel tempore æstivo, vel in ardoribus febrilibus:

℥. *Fol. Vitis*,

Nymph.

Endiv. an. M. ij.

Flor. Nymph. alb.

Chamom. an. M. iß.

Cap. Papav. cum Seminib. No. vj.

Incisa & Contusa D. S.

Species ad Pediluvium.

Coquantur in *Aqua communi*, & in tali *Decocto* immittantur *Pedes* recti probè, nec abstergantur, sed relinquuntur humidi, & involvantur tantummodò *Linteis*, sicque *Æger* ad Somnum disponitur.

Eadem hæc Endivia commodè ratione Salis volatilis temperati applicatur externè in Inflammationibus ac Tumouribus Erysiplaceis. Nam utrum non facilè soleant applicari Humida in Rosâ, quòd tantum de Acidis & Adstringentibus est intelligendum; non tamen sunt nociva talia, quoniam eorum Sal volatile alcali corrigit Sal volatile acidum in ejusmodi Inflammationibus Erysiplaceis; sicuti etiam solet applicari *Aqua Spermatis Ranarum* cum tantillo *Croci*, egregium Arcanum in Rosâ.

Quæ valent de Endiviâ, valent de omnibus Plantis Refrigerantibus, *Plantagine, Portulacâ, Cichorio, Soncho, Sempervivis*, & similibus, quæ sunt succulentæ, & quoniam Succus imprægnatus est de sale volatili temperato sive occulto. Nam quæ habent Sal volatile acre, potius *Calidæ* dicuntur & *Antiscorbuticæ*, uti exinde pateat, quid habendum sit de Potentiis vel refrigerandi vel calefaciendi, &c. nimirum respiciendum est ad Principia materialia, à quibus dependent istiusmodi Effectus.

Inter *Preparata* est in usu *Aqua destillata & Succus Endiviæ*;

(E) *Quamquam Ebenum Lignum sit exoticum, (quippe quòd*

----- Sola India nigrum

Fert Ebenum,

ut ait Virgilius); nihilominus tantâ copiâ ad nos advehitur, ut omnibus sit notissimum. Ex hoc enim Ligno, nigritudine, lævore, & soliditate, adeoque splendore celeberrimo, innumeras ad conclavium ornamenta conspiciamus operase *Tbecas nempe, Abacos, Pectines, Imagunculas*, atque alia propemodum infinita. Ebenus Arbor celsa & crassa est, crassoque *Cortice tecta*: *Folia Laurina*, *Frustrumque quernum* illi tribuunt, longo *pediculo pendentem*. Sunt duæ Ebeni species ex J. & C. Bauhinis, quarum una pretiosior, alia sylvestris. *Decocto Ebeni* ad 40. dies usus est, ad *Convulsionem flatulentam sanandam*, *Zacutus Lusitanus*, copioso prolesso sudore.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex integrâ Plantâ.
2. *Succus*. Ex Foliis.
3. *Syrupus de Endiviâ simplex*. Ex Succo, & Saccharo dimid.
4. *de Endiviâ compositum*. Vid. D.
5. *Syrupus Byzantius*. V. D.
6. *Diapheris Andernaci*. V. D.
7. *Sal com.* Ex Plantâ incineratâ.

CXXXII. EPATICA NOBILIS.

E Patica alba, Trifolium nobile, Epatica, *Bransf. aurea*, *Bransf. Tab.* Trifolium magnum seu aureum, *Trag.* Trifolium, *Dod. Lon.* aureum magnum, *Cast. Trinitas, Matth. Cord. b. Cast.* Hepaticum Trifolium, *Lob. Cam. Ger.* Hepatica trifolia, *Clus. hist.* Trifolium Epaticum flore simplici, C. B. 1. Germ. *Hertz oder Leberblumlein*, *gulden Leberkraut*, *edel Leberkraut*. Gall. *Hepatique d'or*.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, ac *Flores*.
Vires. Calfacit & siccat moderatè (aliis refrigerat) subastrin-
 git. Sanguinem mundificat, Epatis ac Lienis Obstructiones
 referat, Urinas ciet, Renes & Vesicam abstergit, Herniam cur-
 rat.

vie; quæ Sale volatili occulto prædita sunt, & ad eisdem
 Affectus commendantur. Nam ex iisdem Plantis, quæ ita
 sunt succulentæ, in destillatione Sal subtile super alem-
 bicum ascendit, quod in omnibus non habet locum, demon-
 strante TACHENIO in *Hippocrate Chymico*.

AUTOR habet *Sal Endiviæ fixum*. Cum verò dixerim
 esse succulentam, & abundare Sale volatili, pater, quòd vel
 nihil, vel parum Salis fixi elici possit ex cineribus. (F)

CXXXII. EPATICA NOBILIS. *Trifolium Hepa-*
ticum in specie dicitur *Hepatica nobilis*, live
κατ' ἑξοχὴν dicta *Hepatica*, sine additamento, Germ. *Edel Le-*
berkraut, & quidem non ineptè. Vulgò refertur ad *Trifolia*;
 quamvis potiùs ad *Ranunculos* pertineat, ratione Floris,
 Odoris, & Saporis acris. Habetur Flore cœruleo, albo,
 carneo. Cœrulea semper in usu est.

Veteribus fuit incognita; nihil enim apud Græcos de
 hac Plantâ reperitur; Recentiores verò ex effectu & usu,
 præprimis in *Hepate*, ejusque tono restituendo, vel potiùs
 in Sanguinis dyscrasiâ & depravatâ fermentatione corrigendâ,
 nomen hocce imposuerunt. Observârunt enim in
 Morbis Chronicis (quos Veteres vulgò à vitio Hepatis ac
 imprimis ejusdem Hæmatosi læsâ derivârunt) imprimis
 verò in Affectione Hypochondriacâ & Scorbuto, nostro
 Climati familiari, porrò in Viscerum incipientibus Oppi-
 lationibus, Sanguinis impuritate, ejusque Fermentatione
 depravatâ, ac Cruditate, imò in ipsâ quoque Bilis inertia,
 Plantam hanc perquam esse egregiam: nam Sale volatili
 copioso acerrimo, simili *Antiscorbuticarum Herbarum*, in re-
 cessu, non in superficie, turget: quod demonstrat WEDE-
 LIUS de *Sale volatili Vegetabilium* P. 2. pag. 81. item *Phar-*
maciâ pag. 70. ratione cujus egregia *Antiscorbutica* existit,
 Morborumque Chronicorum, interdum Remedium. Un-

(F) *Endiviæ vocabulum ab Intybo vel Intubo ducit* C. Hofmannus. *Ab Intybo enim facta est* *Entivia* & *En-*
divia. Intybi autem nomine apud Antiquos veniunt omnia Cichoracea dicta, ut Verbo Cichoreum exposuimus, ubi
 Scariolæ (quo nomine *Endiviam vulgò appellant*) quoque *eymon* habes. Quamquam Cichorium ab *Endiviâ differre*
fateatur Raius, eo quòd *Endivia foliis brevioribus minus sectis*, & *annua Planta sit*, Cichorium verò *longioribus*
foliis gaudeat, & *perennet*; nihilominus quum hæc ad *Charactere*m non pertineant, meritò à *Tournefortio* *Endivia*
inter Cichorii species recensetur, vocaturque Cichorium latifolium, vel angustifolium, vel crispum &c. pro variis
 nempe *Endiviæ apud Botanicos differentiis*. *Endiviâ præcipuè in mensis utimur*: ex eâ enim primum terrâ, mox pro-
 priis foliis sepultâ, adeoque albâ fragilique redditâ, Acetaria, ad *Anorexiam arcendam*, & *Gulæ irritamentum*,
 per totum annum paramus.

(G) *Quamvis Raius in Methodo Hepaticam nobilem (quam barbarè Epaticam scribunt) peculiare Genus ve-*
lit, cujus notas esse ait, quòd *Caule careat (est in hist. 580. Caules vocet pediculos Flores sustinentes)*, *Folia habeat*
tripartitò divisa, & *Radices fibrosas*; nihilominus qui *notaverit Plantam hanc Ranunculi characteres omnes præferre*,
non dubitabit, quin illa ejusque species sub *Ranunculi Genere sint reponenda*: quemadmodum facit *Tournefortius*,
 qui *Hepaticas omnes trifolias dictas Ranunculos appellat*, illasque eâ *Ranunculorum Classe comprehendit*,
 quos vocat folio subrotundo. *Hepaticam igitur nobilem, sive Trifolium Hepaticum, vel Herbam Trinitatis ap-*
pellatam, omnesque ei tributas à Botanicis species, vocat Tournefortius Ranunculos tridentatos, vernos, flore vel
simplici vel pleno, eoque vel violaceo, vel rubro, vel albo, &c. Officinalis magis est flore simplici, cœruleo.
Huc Folia sunt ex longis pediculis triquetra, albis quibusdam maculis respersa, Cyclaminis modo: Flores & Semina Ra-
nunculi: Radices tenues plurimæ subrubentes, è quibus quotannis progerminant primò Flores, deinde Folia. Planta probatur
ad Vulnera glutinanda, tam foris illita, quàm intus assumta: decoquitur in Vino ad columellæ fauciumque inflammationem.

(H) *Quam Hepaticam stellatam vocant cum quamplurimis Schrœderus & Ettmullerus, quamque hic ait ad*
 Cru-

P R Æ P A R A T A.

Aqua. Ex Plantâ integrâ.

EPATICA SAXATILIS. Vide LICHEN.

CXXXIII. EPATICA STELLATA.

Hepatica stellata, *Tab. Matrifsylva, Trag. Cord. in D. Lon.*
Asperula, Lob. Ger. *Asperula odorata, Dod. Cast. Clus.*
hist. *Aparine sylvestris quædam, Cord.* *Asperula seu Rubedo*
montana odorata, C. B. 1. Caprifolium alius. Germ. Stein-
Leberkraut, Herltzfreud, Vwaldmeister. Gall. P'Hepatique en for-
me d'étoile.

Gaudet solo nemoroso: Floret Aprili, & Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit & siccat, seu temperata potiùs est, Epatis ac
 Cordi familiaris. Usus præcipuus in obstructo Epate, ac Mea-
 tu biliario, & hinc in Ictero, in Epate calidiore refrigerando.
 Extrinsecus in temperie calidâ Epatis (Cataplasma), in Tu-
 moribus calidis. Quin & Pedibus alligata parturientium Par-
 tum accelerare dicitur.

N. Plantula est nostratibus familiarissima, quippe vix qui-
 dam è *Francofurtensibus* erit, cujus potum Majo mente non
 subornet, saporem conciliando gratissimum.

CXXXIV. EQUI-

de & *Nodulos Laxativos temperantes*, quæ verno tempore
 solent præscribi, ordinariò ingrediuntur *Flores Hepaticæ*
nobilis. Aliàs hæc Planta est *temperata*, similiter ferè ut
Endivia: nihilominus in compositione materiali particu-
 las obtinet asperiores, ratione quarum solet adstringere.
 Penes vulgum in Phthisi, & aliis Affectibus commendatur,
 sed falsò. Valet ad Obstructiones referandas, & *Fibras la-*
xatas contrahendas. Præterea est egregia *Vulneraria*, dum
 adstringit & Acidum emendat.

Planta hæc per Vesicam destillata tempore verno sug-
 gerit *Aquam acerrimam instar Aquæ alicujus Antiscorbuticæ*:
 item *Piperitidis*. Hinc & externè *Aqua hæc cum Aquâ*
pluviali, vel Rose Majali destillata extollitur inter *Cosmetica*,
 Nævis & Maculis faciei dicata, quæ ab Excrementis in
 poris per insensibilem Transpirationem vel Sudorem re-
 stant. Vid. PAULI *Quadripart. Botanico*. (G)

CXXXIII. EPATICA STELLATA. *Hepatica stel-*
lata sic dicta est, quoniam Flores ambiunt
 caulem in formam *Stellarum*. Est elegans Plantula, & ad
 Cruciatas & Rubias referenda, Germ. *Stern Leberkraut*.
 Vocatur etiam *Matrifsylva* & *Asperula odorata*, Germ. *Wald-*
meister.

Usitata est Herba, quæ in Franconiâ contra Obstructio-
 nes, aliosque Morbos Chronicos aperiendi gratiâ adhibetur.
 Sanguinis enim dyscrasiam alterat & emendat, & im-
 primis depravatam corrigit. Et quæ de *Endiviâ* dicta sunt
 possunt quoque dici de hac Plantâ: est tamen aliquantisper
 acris, & saporis subamari. Penes vulgum in Phthisi & si-
 milibus Affectibus commendatur, sed falsò: *Vulnerarium*
 autem egregium est, imprimis, ubi superveniunt Febres,
 Phlogoses, &c. *Vulneribus*. (H)

CXXXIV. EQUI-

CXXXIV. E Q U I S E T U M.

Ἰππύρις: Herba Equinalis, Cauda Equina. Germ. *Rosf. s. browniz, Schaffienzeuv.* Gall. *Queue de Cheval, ou Queue de Chat.*

Varij est generis. Est Enim *Equisetum Palustre* varium, est *Sylvaticum*, est *Pratense*, est denique *Arvense*. Et hæc etiam viribus conveniant, attamen usuale magis est *Pratense*.

Dicitur Hippuris altera, *Trag.* Equisetum alterum, *Matth.* Equisetum, *Fuchf. icon. Cord. in hist.* Hippuris major prima, *Lon.* Hippuris fontalis & Equisetum 2. *Diosc. Lob.* Hippuris minor, *Lob.* Equisetum pakistre majus, *Tab.* palustre. *Ger.* Equisetum pratense longissimis fetis, C. B. 8.

OFFICIALIA NATIVA.

Caules cum Foliis suis.

Vires. Vulnerarium est, frigidum siccum 2. inspissat;

astringit. Usus præcipuus in Hæmorrhagiis sistendis, in Exulceratione & Vulneratione Renum & Vesicæ, Interancorum tenuium, &c.

F R Æ P A R A T A,

Aqua stillatitia.

Sal. Ex Cinere.

CXXXV. E R U C A.

Ἐρουκα, Arab. *Legir.* Germ. *Rauschen.* Gall. *Roquette.*
 (Palustris. Crescit juxta rivulos.
 Sylvestris. Crescit in locis arenosis, floret Junio,
 Julio, &c.
 Hortensis, *Ἐρουκα*. Arab. *Legir.* Germ. *Weisser Senff.* Gall. *Moustarde, ou Senevè de jardin.*

Ex his inferitur in Officinas potissimum Hortensis latifolia C. B.

CXXXIV. E Q U I S E T U M. Inter varias hujus Species utilitata est *vulgatissima*, *Pilis in orbem confisis* adornata, Germanicè *Katzenzangel*.

Planta cum Foliis est potenter *Adstringens*, & roborat Partes; unde valdoperè convenit in restituyendo tono *Viscerum laxato*, vel uti dicunt Veteres, in *læsâ Expultrice* vel *Retentrice Facultate*, ubi hæc contingunt, & propter hunc tonum laxatum aut retentiones, aut expulsioniones non rectè fiunt: item, dum Fluxus adfunt vel Humoribus, vel Sanguinis per Uterum, Hæmorrhoides, Nares, Renes, &c. pro his sistendis Equisetum est egregium; hujus enim *Decoctum* validè adstringit, & imprimis valet in Hæmoptysi, aut eruptione aut apertione & incisione ramuli in Pulmonibus. Ut taceam, tales Plantas habere vim incrassandi Sanguinem, ratione cujus crassitie non potest facillè penetrare Vasa Capillaria. Unde sic duplicem dant effectum, quatenus occludunt Vasa, & quatenus Fluxum Sanguinis per Capillaria impediunt. In Vulneribus & Ulceribus partium internarum egregium quoque est *Equisetum*, & permiscetur aliis in *Potionibus Vulnerariis*; & cum habeat saporem subacrem, qui testatur de Sale volatili temperato: non immeritò inter *Vulneraria* refertur, tam internè in *Decoctis Vulnerariis*, quàm externè in Vulneribus constringendis; adedque in *Decoctis* pro eluendis Ulceribus, & cum *Unguentis* commendatur. Sed rarè usurpatur.

Aqua ejus destillata pro *Vehiculo Medicamentorum* in *Nephritide* habetur. Sed *Aqua hæc* & ex aliis *Adstringentibus* est nihil aliud, quàm purum putum *Pblegma*, quoniam *particulæ adstringentes non ascendunt super Alembicum*, de quo suo loco. (I)

CXXXV. E R U C A. *Eruca* variæ sunt Species, ex quibus tantum est *Officinalis Eruca hortensis* la-

tifolia, lutea, Barbaræa etiam dicta, quòd more Plantarum perennium, quales sunt pleræque *Herbæ Antiscorbuticæ*, e. g. *Cochlearia, Nasturtium*, &c. tempore brumali, imprimis circa diem *D. Barbaræa*, virore, & sapore esse soleat (K); hinc Germanis *Barbarbraut* & *Winterbirse*, rectius tamen *Winterkresse* dicitur. Sapor Foliorum indicat pertinere eam ad *Sinapi*: Omnes enim Plantulæ, quæ Bursas habent, & quasi siliquosas, sunt sub eodem Genere, saporis acris, & quasi mordicantis, item penetrantis, propter abundantiam Salis volatilis acris.

Utilitatum est *Semen*, quod instar *Sinapi*, saporis admodum acris, & penetrantis, aded, ut prodat sapore, instar *Sorvici*, quod dicitur, *Sal volatile* admodum acre & satis copiosum, ratione cujus commendatur in *Anorexiâ, Apepsiâ*, & facilitandâ *Stomachi Digestione*, & *PARACELSO* præcipuè magno in usu fuit; inde cum *Esculentis* quoque imponuntur *Embammata* ex *Eruca* aut *Sinapi* pro *Appetitu conciliando*. Item ratione *Salis* hujus volatilis in *Scorbuto*, & *Malis chronicis* prodest, si ve cruda masticetur, si ve recens contusa cum *Vino* hauriatur; aut quocumque alio modo sumatur: Atque in hoc passu inter *Plantas Antiscorbuticas* non est ultimum. Sicut & ex ejusmodi *Seminibus* hoc habemus commodi, quòd, dum tempore hyberno in *Officinis Galenicis* Plantæ virides *Antiscorbuticæ* haberi nequeunt, possunt præscribi talia *Semina*, quorum vis *antiscorbutica* in mediâ etiam hyeme latet tecta factaque sub cortice. Dico in *Officinis Galenicis*; *Chymici* enim commodè utuntur *Spiritibus*, & aliis *Medicamentis Antiscorbuticis*, v. g. *Spiritu Cochleariæ*: Sic e. g. tempore hyberno potest fieri talis *Misura Antiscorbutica*.

℥. Pulv. Stomachal. Querc. (cujus Basis est Crocus Martis aperitivus) ʒij. (L)

Sem. Cochlear.

Nasturt.

Cruciatas & Rubias referendam, reverà juxta Methodum inter Aparines species connumeranda: à Rubiâ enim differt fructu sicco; à Cruciatâ foliis non quaternis ad caulium nodos, sed vel quinis vel pluribus: imò & à Gallio dignoscitur foliis asperis & villosis, quæ omnia ad Aparinam pertinent. Vocatur Hepatica Stellaris Tournesfortio Aparine latifolia, humilior, montana. Hujus Radicula senella summâ tellure serpit: unde Cauliculi surgunt tenues, palmates & dodrantes, qui circa fastigium in binos ternosve ramulos dividuntur, iisque flosculi candidi suaviter, & Liliorum convallium flores, olentes adhaerent. Flosculos hos quadrifolios esse ait J. Bauhinus, sed, notante Tournesfortio, monopetalis sunt, campaniformes, patentes, & multifidi. Hos ad Epilepsiam & Paralyysin commendant: parant proinde ex iis Conservam, Tincturamque ope Spiritus Vini extrahunt. Infusum ex totâ Plantâ aperitivum est, & Viscera corroborat. In Vinum conjecta hilaritatem efficere, & saporem ei gratissimum conciliare fertur: unde Germanis in frequenti usu est.

(I) Equisetum à Foliorum formâ dicitur, quasi Equisetam, seu caudam dices: Græcis ἰπποῦρις, Hippuris, ab ἄνθρωπος Equus, & οὐρα Cauda. Hoc Plantæ Genus refertur à Tournesfortio inter eas, quæ sunt *Floræ flamineæ*, atque aliæ in eodem Genere Floribus, aliæ vero Fructibus donantur, ut *Spinacia, Mercurialis, Urtica* &c. Fructus seu Grana Equiseti sunt *Cæsalpino nigra, aspera, & sarçia*: atque notat idem Autor, Folia internodiis consistere invicem commissis, ut unum in alterum inferatur, Tubarum modo: quod pyxidatim articulati, eleganter vocat *Raius*. *Officinale est ex Schrædero Equisetum, quod ipse vocat, arvense*: at Equisetum palustre, longioribus & brevioribus fetis, ex usu est. Utrumque valdè adstringit: quare ad *Hæmorrhagias, Profluvium muliebre, Dysenterias, generosum est remedium, si Herba ex Aquâ vel Vino potetur, vel Aqua stillatitia ad Cochlearia tria bauriatur*. Exterius *Emplastrum modo imposita conglutinat maxima Vulnera, etiam ubi Nervi sunt incisi*. Hæc habet de Equiseto palustri, longioribus fetis Tournesfortius: saporem herbaceum habet, salsum deterisivum, & vix rubefacit cœruleam papprum: verisimile est, quòd hujus Plantæ Sal cum Sale Coralliorum conveniat, sed aliquid Salis ammoniaci, & Sulfuris admixtum habet. *Analyses Chymicæ ope educuntur ex Equiseto plures acidi Liquores, parum Olei, multum Terræ, & nil prorsus Salis volatilis concreti, aliquantulum tamen Spiritus urinosi. Sal fixum hujus Plantæ baud facillè solvitur, si aëri exponatur, nec solutionem Sublimati corrosivi flavo-rubram reddit*. *Tabernæmontanus præscribat ʒj. Pulveris Radicis hujus Plantæ ad Spumum Sanguinis: Pulverem totius Plantæ cum cibis Pulmontacorum commiscebat: ac Dysenteritis ʒij. vel iij. Succus ejusdem exhibebat. Eodem Succo utebatur Tragus in Mîdu cruento, & Herniis.*

(K) In Editione *Francofurtenfi* loco, virore & sapore esse soleat, legitur, florere soleat. Utrumque fortassè falsum: nam *Majo & Junio* mensibus plerumque floret, *Semenque maturum reddit Junio* mense. *Virere autem solet non tam Decembri mense, & die S. Barbaræ sacro, sed etiam per totam hyemem.*

(L) *Crocus Martis aperitivus potius est Basis Pulveris Cachectici Quercetani, quam Pulveris Stomachalis ejusdem, de quo hic.*

C. B. 1. quâ tamen acrior est Sylvestris.

Dicitur Eruca, *Brunsf. Matth. Cord. in D. Cast.* Eruca sive Rucula marina major, & Sinapi 8. *Trag.* Eruca sylvestris, *Fuchf. icon. Lon.* Sinapis alterum genus, *Fuchf.* Erucula major, *Cord. b.* Eruca fativa, *Matth. Lob. Dod.* Eruca major, *Cam.* Eruca latifolia, alba, fativa *Dioscor. C. B. 1.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Semen.

Vires. Calfacit siccit intense (3.) Usus præcipuus in Venere stimulantâ, Apoplexiâ præservandâ. Extrinsecus (imposita Radix) extrahit Officula fissa, Pituitam è cerebro prolicis (in Apophlegmatismis.)

P R Æ P A R A T A .

Confectio Seminum.

Nasurt.

Erucæ an. ʒj.

Aloës succotr.

Myrrba el. an. ʒij.

M. f. Pulvis, S.

Pulvis Scorbuticus pro Stomacho.

Qui habet Spiritum, ut dixi, *Cochlearia*, & alia Medicamenta cum illo præparata, non opus habet hac *Mixturâ*. Quin & Spiritum Antiscorbuticum ex Erucâ & Sinapi Semine præparant hunc in modum:

ʒ. Sem. Erucæ vel Sinapi contus.

Calcis vivæ an. part. æqual.

Infundantur in Aquâ, & cum Alembico in locum tepidum deponantur: postmodum destilletur exinde Spiritus urinosus ratione Salis volatilis acris, qui in curando Scorbutico, & Apoplexiâ Senum præcavendâ, commendatissimus est.

Præter vim enim antiscorbuticam in præservandâ Apoplexiâ certè ex tribus Regnis melius interdum Semine Erucæ aut Sinapi non datur; unde & horum grana 15. ad 20. vel sola, vel Semine Cumini mista, tempore matutino sæpius masticata à Senibus eos ad longos annos præservant ab Apoplexiâ: vel

ʒ. Sem. Erucæ vel Sinapi ʒʒ.

Co. iandri ʒij.

Cubebar. ʒj.

Hæc mista pulverifata mane & vesperi assumantur in Vehiculo convenienti in præservatione Apoplexiæ.

Et sanè satis experta est vis in Semine Erucæ & Sinapi circa præservandam Apoplexiâ, propterea potest fieri talis *Mistura Apoplectica* sub formâ *Electuarit.*

ʒ. Conf. Flor. Salvie ʒʒ.

Zingib. cond. ʒij.

Succini præpar. ʒʒ.

Sem. Sinapi,

Erucæ,

Cum. an. ʒj.

Cardam.

Cubebar.

Cinnam. an. ʒj.

c. f. q. Syr. Florum Tunice f. Electuarium.

De quo capiat Senex jejuno stomacho ad quantitatem Castaneæ, inprimis cum Zingiber etiam conveniat Oculis, qui in Senibus sunt debiles.

Loco *Conserve Florum Salvie* potest etiam assumi *Conserva Florum* aut *Foliorum Anthos*, vel *Conserva Florum Primula veris*, seu *Herba Parahseos*.

Cum Pulpâ Ficum quoque *Electuarium* ex ana Seminis Erucæ & Sinapi hunc in finem paratur, quod non tantum in Apoplexiâ & Vertigine, sed & in stimulantâ Venere admodum commendatur, & hinc omni die mane & vespere sumenda est. Semen enim Erucæ est ex celeberrimis Venerem stimulantibus. Propterea dicit SCHOLA SALTERNITANA:

Excitat in Venerem tardos Eruca maritos:

De quo videatur SOLENANDER Sect. 4. Confl. 17.

(M) Erucam Plantam distinguere oportet ab Erucâ Insecto, quod καμνη Campe est Græcis. Eruca Planta (& fortè etiam Insectum) ab erodendo dicta, quod linguam fervido suo sapore quasi erodat: Græcis dicitur εὐζωμὸν quod sapida faciat Juscula quibuscum commiscetur. Notissima Planta est de genere siliquosarum, flore cruciformi: usus ejus in Mensis Culinisque ad appetitum ciendum frequentior, quàm in Officiis. Tam sativæ quàm Sylvestris species vulgarissimæ. Eruca tenuifolia, perennis, flore luteo J. B. quam vulgò Erucam sylvestrem vocant, sapore est omnino acri, & fervido, aliquam amaritudinem in fine præferente: satis rubefacit cæruleam papyrus, ejusque odor ad odorem Oleorum sætidorum calce vivâ rectificatorum accedit. Hinc conjicere est in illâ contineri Sal acerrimum Sali Ammoniaco proximum, sed cum multâ Terrâ Oleoque sætido mistum. Jure ergo est Planta hæc aperitiva, incisiva, diuretica. Ex Matthiolo coctæ cum Saccharo Infantum Tussim, à glutinosa materiâ in pulmonum bronchiis acrescente ortam, mirè sedat.

CXXXVI. ERYNGIUM.

Eryngium, Aster Atticus, Centum capita, Inguinalis, Germ. *Mannstreuv, Radendistel, Brackendistel.* Gall. *Racine de Panicaut.*

Gaudet locis herbosis, arenosis; floret Julio.

Ex Eryngiorum generibus Officinale est Eryngium primum, *Trag. Lon.* Eryngium montanum, sive campestre, *Matth. Cast.* Eryngium, *Fuchf. Cord. in D. Tab.* Eryngium mediterraneum. Ger. Eryngium campestre, *Dod. Cast. vulgare, Clus. bist.* Eryngium campestre mediterraneum, *Lob. Eryngium vulgare, C. B. 2.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Radix colligenda Sole existente in Cancro.

Vi-

unde solet ingredi *Electuarium Magnanimitatis*, vel similia quæ solent stimulare Venerem.

Aliàs, & ad excitandas Vesicas commendantur hæc Semina sub nomine *Sinapismi*, cum Fermento miscendo, & Curi imponendo ad excitandas Vesiculas. Denique masticata, non secus ac Sinapi, acri suo stimulo copiosum Phlegma salivale ex ore eliciunt, & hinc dicuntur *Apophlegmatismi*. De cætero penitus ejusdem naturæ est & usus cum Sinapi, unde in omnibus cum hoc convenit. (M)

CXXXVI. ERYNGIUM. Eryngii cum varia sint

Species, usitata tantum est communis sive cærulea, & quidem Radix & Semen. Dicitur Germanis die *Mannes-Treue*, quoniam stimulat in Venerem, & non relinquit, sed fideliter adstat Maritis, ut Viros se præstare possint Uxoribus: Videatur FORESTUS l. 26. Observ. 18. ubi egregie deprædicat vires Eryngii Veneras; unde imprimis in Virorum Impotentia convenit Semen sub quacunque formâ. Post tales vires, conservationem Speciei spectantes, Eryngium etiam est conservativum Individui: est enim Antinephriticum, ciet Urinam, & Sabulum partium urinarum Renumque abstergit, forasque educit, & infimi Ventris Viscera abstergit; unde etiam admisceri solet Medicamentis in provocandis Mensibus obstructis vel impeditis. Alias refertur etiam hæc Radix inter 5. famosas illas Aperientes; hinc Veterum *Misturas* & *Potiones longas* in Morbis Chronicis, Tumoribus Viscerum, eorumque ab Humoribus acidis infarctu, loco Aperientis cujusdam, ingreditur, & quia corrigit Sanguinem, dicitur *Hepaticum*. Sed propter vim Venerem, Antinephriticam & Aperitivam commendatur.

Prostat etiam Radix condita, quæ ordinariò *Electuarium* & *Morsulos* Venerem stimulantia ingredi solet, & in ejusmodi Medicamentis Veneris cum Radice Satyrionis balin constituit. Habetur hinc Opiata seu *Electuarium pro maleficiatis Maritis*, quod à quibusdam singulariter commendatur, cuius hæc est compositio.

ʒ. Conf. Radic. Eryng.

Satyr. an. ʒiij.

Zingib virid. condit.

Cori. Citri condit. an. ʒʒ.

Amygdal. dulc.

Nucl. Pin.

Pistac.

Avellan.

Dactylor.

Pulpæ Nucum virid. an. ʒj.

Priapi Tauri,

Testic. Leporis an. ʒʒ.

Sem. Pastinac.

Cinaræ.

Erucæ,

Sinapi an. ʒj.

Piper albi,

Galangæ,

Cinnam. an. ʒʒ.

Tritis

Vires. Epatica, Nephritica, & Alexipharmaca est, temperatè calida, mediocriter siccata aperit, discutit. Usus præcipuus in obstructis Menstribus, Urinâ, Epate, Vesicâ biliariâ, Liene, &c. & hinc in Ictero, ut & (teste Galeno) in Colicâ.

P R Æ P A R A T A,

Conditio Radix.

CXXXVII. E R Y S I M O N.

Variorum est generum, è quibus usualis est *Ερυσίμων* 1. Tab. Erysimon vulgare, C. B. Irio, *Matth. Cord. in D. Lon.* Verbena fœmina, & Sinapi 7. *Trag. Germ. Wegsenff-Hederich.*

Crescit juxta vias: Floret Julio, Augusto.

OFFICIALIA NATIVA,

Semen, ac Herba.

Tritis terendis misceantur omnia, f. *Electuarium*, quod communicatum fuit contra Viros maleficiatos pro fetidissimo.

In omnibus enim *Venerem stimulantibus* observetur adenda esse

1. Remedia pro augmento *Geniturae*, qualia sunt *Amygdalæ*, *Nuclei Pini*, *Pistaciæ*, *Pulpa Nucum viridum*, &c.
2. Admiscenda etiam talia, quæ *Geniturae vim titillantem* tribuunt, quæ nimirum Sale volatili acri constant: ut sunt *Aromata & Semina.* (N)

CXXXVII. E R Y S I M O N. *Erysimon* vel *Sinapi sylvestre*, seu *Eruca folio*, proprio nomine vocatur *Irio*, Germanis *der wegesenff*, oder *wilder-senff*, Flores enim ac Capsulæ feminales ad *Erucas* vel *Sinapi*, *Tblaspi*, & similia pertinent; id quod ipsa *Semina* in Capsulis relicta acria testantur, hinc sapore ac virtute cum *Sinapi vulgari* conspirat, & quidem usu interno Stomachico, Antiscorbuto, Antihypochondriaco. Olim non fuit ita in usu: **LOBELIUS** tamen primùm eam magnificat, observans, Plantam hanc egregiè esse *Arteriacam*, in infarctu scilicet Pulmonum, & Muco *Asperæ Arteriæ* dissolvendo ac attenuando. Vis ejus incisoria attenuativa & caustica consistit in particulis volatilibus admodùm acris penetrantibus, de Acidorum volatilius naturâ, quarum testis est Sapor acris amarus & penetrans: hinc non dubito, quin etiam, præter usum in Asthmate & Affectibus Pulmonum, in Tussi diurnâ & chronicâ, & expectorandâ Mucilagine crassâ, Laryngem, & Pulmonum meatus & Bronchia infarciens, in specie Faucium affectis & Raucedine, locum obtinere queat. In Raucedine & Asthmate humido pituitoso Planta maceratur in Vino cum paucis Melle, sicque per expressionem egregium habetur Medicamentum; Materiam enim crassam attenuat, & fluxilem facit, ut possit expectorari.

Propterea **LOBELIUS** exinde paravit primus *Syrupum de Erysimo compositum*; qui *ατ' ἐξοχόν* quoque dicitur *Syrupus pro Raucedine*; attenuando, resolvendo & expectorando operatur, atque in Asthmate & Pulmonum Affectibus, in infarctu à crassâ Materiâ, Tussi item chronicâ, à Sto-

Vires. Calfacit & siccata 3. attenuat, aperit, expectorat. Usus præcipuus in Mucilagine contumaci Pulmonum, atque Tussi chronicâ. Extrinsecus in Cancro non exulcerato, Tumoribusque renitentibus Mammarum.

P R Æ P A R A T A,

Syrupus de Erysimo Lobelii. Vid. lib. 2.

CXXXVIII. EUPATORIUM.

Eupatorium (Veterum seu Græcorum. Vide *Agrimonia*. (Mesue. Vide *Ageratum*.

(Cannabinum. Describitur hoc loco.

Dicitur Eupatorium Cannabinum, C. B. 1. Herba S. Kunigundis, *Trag. 1. Tab.* Eupatorium aquaticum, *Gesn.* Salvia, *Brunsfels.* Eupatorium vulgare, *Matthiol. Dod. Gess.* Eupatorium adulterinum, *Fuchs.* Eupatorium Avicennæ creditum,

machi Muco ortâ, in Raucedine ex nimia humectatione Bronchiorum *Asperæ Arteriæ*, ab abundantia Lymphæ, per tunicam *Asperæ Arteriæ* transfudantis, non inelegans est: Videatur compositio in **SENNERTO** l. 2. *Præcox* 3. cap. P. 3. p. 360. Hujus Basis est *Erysimum* totum recens cum aliis quibusdam additis, quod operatur propter Sal volatile acre, confirmante id ipsum *Aro cum Aceto preparato*, qui similiter expertus in Asthmate & Affectibus Pulmonum, in quibus *Erysimum* solet commendari.

Semen denique expertum est in Ischuriâ, seu suppressione Urinæ, ad ʒj. in Pulvere propinatum cum conveniente Vehiculo, imprimis Vino albo, de quo videre possumus **FONSECAM** in l. 2. *Consilio* 96. & 100.

Externè pro usu rubificandi & nonnihil caustico, in Seminis Sinapi defectu substitui potest. In Cancris & Tumoribus occultis ac scirrholis ad Cancrum degeneraturis, *Semen* hoc & *Planta* ipsa in Mortario plumbeo contunduntur & miscendo cum Melle in *Unguentum* redigitur, quod dictis Tumoribus illinendum. Hoc observetur in omnibus *Medicamentis Cancro applicandis*, quod debeant fieri in *Mortario plumbeo*, quoniam in Cancro peccat Acidum: unde *Unguenta* talia acquirunt colorem griseum à *Plumbo*, quod omnè Acidum per se absorbet, & adhibentur tam in Cancro, quàm in Scirrho cancroso, qui difficulter admodùm, & sæpiùs palliativè tantùm, curantur. (O)

CXXXVIII. EUPATORIUM. *Eupatorium Avicennæ* propriè tantum dicitur *Cannabinum*, *Chrysanthemum*, quod Folia ejus *cannabinis* vel *trifidis* seu *incisis* Foliis sint similia, utur etiam detur *Foliis integris*: in specie dicitur *Herba S. Kunigundæ*; Germanicè *Sand Kuntgundi kraut*. *Eupatorium* dicitur ab **EUPATORE** Rege quodam, sive **ANTIOCHO** sive **PTOLEMÆO**, cognomento **EUPATOR**, quem volunt *Inventorem* hujus *Plantæ*; quemadmodùm *Telephium* vocatur à Rege *Myssiæ TELEPHO*, qui Ulcera & Vulnera hoc ipso persanavit & curavit; & **LYSIMACHUS**, Macedoniæ Rex, *Lysimachiam* invenit, & nomen illi suum impertitus est: & hujusmodi Exempla plura prostant in Botanicis. Alii dictum volunt *Eupatorium*, quali *Eupatorium*, quoniam Affectibus He-

(N) *Prætermitto quæ de Etymo Eryngii commenti sunt otiosi Etymophili. Sufficiat innuisse, Eryngium à quamplurimis Botanicis, quod aculeis munitum sit, inter Carduorum species, vel Carduo congeneres Plantas, fuisse communeratum. Tournesfortius Umbellatis accenset, sed iis quæ Flores habent in Capitulum conglobatos: illud autem peculiare habet quoque Eryngium, quod Foliorum coronam habeat ad basin Capituli Florum positam. Officialis species est Eryngium vulgare C. B. Huic Radix longa, candida: Caulis striatus, medullâ fungosâ albâ plenus, atque circa summum in crebros Ramos divisus: Folia lata, profundè laciniata, glauca serè, & sævis spinis undique minantia: Capituli spinosissimi Flores proferunt albicantes. Planta masticatione acritatem præferet: ejus Folia aliquantulum rube-faciunt cavulam papyrum, sed magis illius Radix. Videtur inde Plantæ Sal ad Sal ammoniacum accedere, sed Sul-furi & Terræ junctum. Ope Chymicæ Analyseos elicitur ex hac Plantâ parum Salis volatilis concreti, multumque Olei & Terræ. Radices Eryngii vulgaris sunt aperientes & diuretice, in Juribus, & Decoctis adhibite: sed his præparacionibus Ferrum addendum est, & Fructus Alkekengi. Aqua destillata ex tenellis Eryngii Foliis, pluribus cyathis eposita, vel sola, vel cum Aqua corticum Nucum ad medietatem mista, Febres fugat, & Sanguinem detergit. Tourn.*

(O) *Erysimum an ab ἐρύσω salvum conservo? vel quasi ἐρίτιον, quod sit pretiosum? vulgo dicitur Irio. Erysimum vix à Sinapi differre ait Raius. Siliquis enim est longis & tenuibus, sed striatioribus. Tournesfortius Sinapi saporem, Erysimum faciem quandam propriam tribuit. Inter Herbas Flore cruciformi, fructu siliquoso, bicapsulari connumerat. Erysimum vulgare C. B. Radicem habet lignosam, & Rapæ sapore: Caulem rubescentem & hirsutum, Foliis ad Erucas accedentibus stipatum: Flosculi lutei desinunt in siliquas longas rechasque, Semine pusillo & fervido factas. Nulli nota non sunt Erysimi vires in Asthmaticis à Pulmonum infarctu sublevandis, atque in Vocis raucedine tollendâ. De Syrupo Erysimi Lobelii alibi: notat tamen interim Tournesfortius, illius esse valde operosam compositionem: adeoque ipsi præfert Syrupum simplicem, ex solo Succo & Saccharo confectum. Erysimum hoc valde rube-facit cavuleam papyrum: unde infertur Sale ipsum gaudere ad Sal ammoniacum accedente, sed Phlegmate, Sulfure & Terrâ moderato. Aprissimum igitur est ad crassam Lympham, Pulmonum bronchiis adhaerentem, incidendam, atque expectorandam: ad quem scopum valet crasse incisæ Herbæ pugillus in Aquâ prius infusus, ac deinde cum Galli veteris carnis decoctus, sicque Jus hoc modo paratum ad plures dies assumatur.*

tum, *Lac. Lon. Cam.* Cannabina aquatica mas. *Lob. German.* *Wasserdoft*, *Kunigkraut*, *Hritzguntzel*, *Albkraut*, *Gall. P.* *Eupatoire ou Agrimoine.*

N. Plerique hanc Herbam Eupatorium Avicennæ censent, *Baubinus* verò Agrimoniam præ Eupatorio, & Græcorum, & Avicennæ habendam esse monet.

Crescit locis uliginosis: Floret Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores & Folia, sed rarò.

Vires. Galfacit & siccit: saporis est amariusculi, attenuat, aperit, subastringit. Epatica est & Vulneraria. Usus præcipuus in Cachexiâ, Catarrhis, & Tussi, Mensibus recentis. Extrinsecus è nobilissimis est Vulnerariis (ut & intrinsecus) Menses ciet Balneatione, &c.

PREPARATA.

1. Aqua. Ex Foliis & Floribus.
2. Trochisci de Eupatorio. A.

CXXXIX. EUPHRAGIA.

Ε'υφροσύνη. Euphragia, Euphrasia, (A. Argentrost.) Gall. *Euphrasie.*

Eligatur Euphrasia vulgaris, seu Officinarum, C. B. 1. Euphrasia alba, *Brunsf.* Euphrasia, *Matin Cast.* Euphrasia & Euphrasia, *Fuchf. Dod. Lob. Tab. Ger.* Vulgaris, *Lon.* Euphrasia Argentinænum, vel 2. & 6. *Trag.* Ophthalmica, sive Ocularia.

Crescit locis apricis, sabulosis. Floret Junio, Julio, Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Ophthalmica est, & Cephalica, calfacit & siccit 2. adstringit, discutit, saporis subacris: Usus præcipuus in Oculorum Suffusionibus, Caligine, Memoriâ debilitatâ.

PREPARATA.

1. Conserva. Ex totâ Herbâ cum Floribus.
2. Aqua. Ex integrâ Herbâ Julio collectâ. (Essentia Spiritu Vini parata.)
3. Vinum nonnullis usitatum est: fit infusione Summitatum pro Potu ordinario.

CXL. FABIA

Hepatis medeatur. Malè verò ad Eupatoria refertur; pertinet potiùs ad Conyzas, unde rectè ab aliis Conyza palustris vocatur. Nascitur in locis paludosis.

In Officinis hujus Folia & Flores prostant, utut rarò Folia, sæpiùs Flores.

Apud Priscos rarò, vel nihil de ejus usu reperitur; à Modernis tamen Decoctum ejus in purificandâ Mafsâ Sanguineâ, ac tono Hepatis roborando ac restituendo, v. g. in Maculis Hepaticis, hinc & in Ictero, multùm laudatur. Certè LINDANUS (Belga) super Hartmannum hoc Decoctum in Malis Ventriculi & Hepatis, Cachecticis, Morbisque aliis chronicis ad tempus longum contractis, ex vitio Hepatis oriundis, id est, ut vocant, in Intemperie Ventriculi frigidâ, & Hepatis calidâ, valdè commendat. Unde etiam MINDERERUS in *Medicinâ Militari* p. 27. laudat Decoctum hujus Eupatorii, tanquam singulare Specificum ad curandos tumidos Ventres, quasi Asciticos: Hepaticum enim dicitur singulare, & pro ciendis Mensibus, & corrigendâ Cachexiâ Virginum usurpatur. Curiosum est Experimentum GESNERI l. 2. *Epist. p. 62.* dum refert, quòd quidam decoxit Radicem hujus Eupatorii in Vino, & Decocti Colaturam hauserit, ex cuius usu intra horæ spatium & Alvus & Urina commotæ fuerint copiosissimè, Vomitusque duodecim fortes, citra nauseam & molestiam, secuti, quo ipso excreta fuerit copiosa Pituita, adeoque longè tutiùs ac faciliùs Purgationes peragi hoc ipso dicit GESNERUS, quàm fieri solent per Helleborum. Laudatur quoque Herba in Tumore hydropico incipiente.

Extrinsecus est ex famosissimis Ulcerariis & Vulnerariis, ea fortiter conglutinando & ad sanationem perducendo, imprimis, si sint recentia. (P)

CXXXIX. EUPHRAGIA. Euphrasia vel Euphragia dicitur ita Græcis, quali Ε'υφροσύνη, quòd O-

Tom. IV.

culos detergendo ac clarificando quasi exhiberet: Germanis der Augentrost, quem habet ocularem ab effectu: hinc à quibusdam κατ' ἔξοχὴν Planta Ocularia, & Ophthalmica, & Luminella dicta.

Cephalica, & speciatim Ophthalmica habetur, ita, ut in quibusvis Oculorum Affectibus, & ad roborandum Visum, multis laudibus extolli soleat, quæcunque modo usurpata.

Aliàsinter Remedia Oculis dicata hæ tres numerantur; Chelidonium majus, Fœniculum, & Euphrasia, quæ tres primum ferè obtinent. Chelidonium enim & Fœniculum purificant Oculos; Euphrasia verò eosdem confortat, ac Humores Oculorum depurat, tam interno quàm externo usu, cujus virtutes egregias ophthalmicas sæpiùs vidimus Experimentâ declaratas, imprimis in HARTMANNI *Praxi Chymiatricâ* c. 25. §. 1. & 2. ut etiam videre possumus GABELCHOVERUM cap. 3. *Curat. 100. in Scholio*, ubi vires Euphrasie, pro rectificando Visu insigniter commendat ex variis Autoribus.

Hinc ARNOLDUS VILLANOVANUS Vinum inde parat, pro roborando Visu in hebetudine Oculorum & in Senio conveniens. Infundit scilicet Euphrasiam in Mustum recens, ut unâ quasi ebulliat: quò factò per fermentationem quasi imprægnatur Vinum viribus Euphrasie, Visus quodcunque impedimentum potenter removens. Huic substituitur per se Vinum, quod infundit super Flores: sed non sine ratione ARNOLDUS VILLANOVANUS Mustum fermentationi cum Euphrasiâ committit. Interim tamen hæ laudes non absque limitatione accipiuntur; id quod concinnè docet PAULI in *Quadrip. Botanico*.

1. Conserva eadem vires habet.
2. Aqua destillata est purum Phlegma, & pauci effectûs. Quando verò Euphrasia cum Fœniculo jungitur, magis in Oculorum Affectibus conducit. (Q)

Datur etiam

EU-

(P) Eupatorium ab Eupatore Rege dicitur Plinio, quoddam Herba sit regiam habens potestatem. Quocumque autem nomine appelletur, Eupatorium triplex est apud Antiquos: Primum est Eupatorium Græcorum, quod Botanici Agrimoniam vocant, ut suo loco dictum. Secundum est Eupatorium Avicennæ, de quo hic. Tertium denique est Eupatorium Mesuæ, quod putatur esse Ageratum Dioscoridis: verùm Planta hæc inter Parmicas à Tournefortio connumeratur: Ageratum verò novum Genus constituit juxta illius Methodum.

Eupatorium igitur verum, seu Avicennæ, Planta est Flore flosculo, calyce tereti, squamosoque comprehenso, ac Semine papposo. Officinalis species est, quam C. Bauhinus vocat Eupatorium Cannabinum, eo quòd Folia digitata sint, ad Cannabinorum foliorum similitudinem: Caules recti, teretes, tomentosi, aromaticum odorem incisi spirantes: Flores in Muscariis conglomerati, longis staminibus ornati: procera Planta est, ac aquarum ripas amans. Radicibus vim purgativam inesse proprio experimento dicit Gesnerus, qui ait: Eupatorii aquatici vel Avicennæ quorundam Radicis fibras in Vino nuper decoxi, bibi colatum, unde per horam post, alvus, urinaque copiosè mota sunt: postea duodecies ferè pituita quamplurima evacuata, multò tutiùs, & faciliùs, quàm ab Helleboro fiat. Succus foliorum Plantæ hujus ad uncias duas potus, vel ejus Extractum ad ʒj. ut & Decoctum ex eâ paratum, atque ad cathos exhibitum, mira facit adversùs Viscerum obstructions, præsertim eas, quæ intermittentibus Febribus succedunt. Folia in Juribus decocta, vel ferventi Aquæ insusa, Hydropicorum molestias, maximè post paracentesim, non parùm levant: quemadmodum & Crurum balneationes ex universæ Plantæ decocto paratæ. Eupatorium cum Fumariâ Serum Lactis valdè medicatum facit, adversus Chlorosim, Scabiem, reliquosque Cutis affectus. Demum Summitates florentes inter maxima Vulneraria recensentur.

(Q) Euphrasia numeratur à Tournefortio inter Plantas flore monopetalo, anomalo, personato, cujus Fructus testa est oblonga in duo loculamenta divisa, Seminibus facta exiguis. Congener est Melampyro, & Pediculari: imò ad Pedicularis genus varias Euphrasie dictas ab Autoribus species reducit. Euphrasia Officinarum exigua est Planta, multicaulis, exiguis, venenosis, & dentatis Foliis ornata, è quorum alis flosculi albi purpureis & flavis maculis interpancti exeunt. Nobis quæ ex Aprutii Montibus advehitur, magis commendata est. Amariissima Planta: humores fundit, adeoque ad circulationem aptiores reddit; refertur ergò obstructa loca. Omnium voto princeps est Oxydercica, seu visum acuens: fama est, Cl. nostrum Imperatorem Euphrasie Vino acutissimam Oculorum aciem ad annos ferè centum, absque perspicillorum adjumento conservasse. At Pena & Lobelius fatentur ipsorum amicum ob levem Ophthalmiam Vno Euphrasie, spatio trium mensium, usum, in cæcitatem ferè incidisse.

F

CXL. F A B A.

Faba est $\left\{ \begin{array}{l} \text{Vulgaris (Sativa)} \\ \text{(Sylvestris)} \end{array} \right. \begin{array}{l} \text{(Major)} \\ \text{(Minor)} \end{array} \left. \begin{array}{l} \text{de quibus hic.} \\ \text{Phaseolus, Germ. Fafeln, welfche Bonen, Gall. Faf-} \\ \text{seoles.} \\ \text{Lupinus Germ. Feigbonen. Gall. Lupins.} \end{array} \right.$

Videatur *Kvaquds*, Faba *Brunsf. Tab. Matth. Fuchf. Cord. in D. Lon. Cast. Cam.* Faba vulgaris, *Trag. Fuchf. Cord. bist. Boona*, sive Phaseolus major *Dod.* Faba major Recentiorum, *Lob. hortensis, Ger. C. B. 1. Germ. Bonen, gemeine Bonen.* Gall. *Faves communes.*

N. 1. Sunt qui inter *Fabas* & *Boonas* distinguunt, Fabisque nos carere volunt, Boonis econtra frui. Verum enimvero est confect, Fabas nostrates à Veterum descriptione nonnihil differre: attamen verisimile videtur, differentiam hanc à diverso loco natali potius dependere, quam ex diversâ Plantarum specie, adeoque secundum Botanicum hujus seculi sagacissimum & peritissimum *C. Baubinum*, Fabas magnitudine, figurâ, coloreque differre, & quò majores, eò magis in longitudinem eas esse deprellas; quò minores, eò rotundiores. Utut sit, sufficit nobis quòd viribus convenient.

N. 2. *Fabarum usus* prohibitus est à *Pythagorâ*, quia Flo-

res lituris suis nigris signaturam referant lugubrem, & Animas mortuorum, quæ in iis habitant: ab aliis interdicitur, quia existiment Sensus iisdem hebetari, Insomnia turbulenta excitari.

N. 3. Est & *Faba Indica purgatrix*, cujus historiam si quis velit, ipsemet legere poterit 1. apud *Clussum lib. 2. Exot. c. 30. 2. in Annotat. ad Monard. 3. apud Tabernamontanum.* Nimirum quia nostratibus in usu non est, eam describere superfedeo.

OFFICINALIA NATIVA.

Farina Fabarum sativarum, & præcipue majorum.

(*N. Faba fressa* dicitur molâ leviter fracta.)

Vires. *Emplastica* est, refrigerat & siccât 1. incrassat, ex-tergit, utilis intra corpus in Diarrhœâ, Lienteriâ, &c. Extra, in Maculis à Sole contractis, aliisque Cutis sordibus extergendis (si illâ fricentur), in Suggillatis discutiendis.

(*Decoctum Siliquarum recentium Fabarum injicitur Peni in Urinâ acrimoniâ.*)

PRÆPARATA.

1. *Aqua.* Ex Floribus.

Vires. *Diuretica* est, maximique usûs in Maculis Faciei extergendis, eaque fucandâ.

2. *Sal com.* Ex Stramine incinerato.

Vires. Summum *Diureticum* est, usitatissimumque in *Hydrope*, *Calculo*, in *Urinâ* retentâ.

CXLI. FA-

EUPHRASIA SYLVESTRIS FLORE PURPUREO.

Germanicè *der blauc Augen-trost*. *Sideristidis* est species, quòd Floris verò gratiam *Euphrasia* dicta. **TABERNÆMONTANO** dicitur *Odonites*, eo, quòd *Odonites Plini* ferè sit similis.

Officinis est incognita. (R)

F

CXL. FABA. *Faba* Germ. *die Bohne*, Rusticis pariter ac Civibus notæ sunt, *maiores & minores*, Germ. *nigra & alba.*

In usu *Officinali* sunt *Farina Fabarum & Stipites*; quæ tamen internè rarè usurpantur, externè autem usûs sunt non adeò vulgaris.

Pulvis seu *Farina Fabarum*, ex *Fabis* per trituram parata, internè rari usûs est: Externè in specie in *Contusionibus*, & *Inflammationibus* partium glandulosarum discutiendis & resolvendis multum confert, aded, ut ordinarium sint *Ingrediens* in talibus *Cataplasmatis & Emplastis*, præprimis in *Testium Inflammationibus & Tumoribus*, à *Contractione violentâ*, *Casu*, *Contusione*, *Suppressionione Genituræ*, & similibus. Fit scilicet *Cataplasma* ex eâ solâ, coctâ cum *Oxyrato*, seu *Aquâ simplici & Aceto*, vel eum dimidio *Pulveris Seminis Cumini*, & calidè *Contusionibus*, *Tumoribus Testium & Scroti*, aliarumque glandulosarum partium applicatum, est egregium *Discutens & Resolvens*. Quòd si acrius videatur *Cataplasma*, addito pauco *Lithargyrio*, acrimonia *Aceti* frangi, & ita pro resolvendis *Inflammationibus* quasi appropriatum reddi potest. Experimentum hujus rei debemus *RIVERO C. 2. Obs. 39. & C. 3. Obs. 1.* ubi notandum, quòd curaverit *Inflammationem Testium* post *Curationem Gonorrhœæ Gallicæ*, qui difficilis curatu est *Affectus*, item *Observat. 2. communicatâ à MARVINO*; uti etiam in *Observatione 4. communicatâ ab ESTANORE*,

& *C. 4. Observ. 74.* Item *Cataplasma* commendatur etiam à **FABRO** ad *Tumores Scroti duros*, & *scirrhosos*. Præscribitur ergò tali in casu hoc modo:

℞. *Far. Fabar.*

Sem. Cumini,

Aceti destillati,

Vini albi an. q. s.

F. l. a. *Cataplasma* expertum in *Doloribus & Tumoribus Testiculorum.*

Concinnius erit sequenti modo:

℞. *Far. Fabar.* part. iij.

Pulv. Semin. Cumini. part. j.

Aceti destill.

Aquæ simpl. an. part. ij.

Lithargyr. parum.

M. l. a. ad *consistentiam Cataplasmatis.*

Item in *Tumore Mammarum* simile *Cataplasma* ex *Farinâ Fabarum* est congruum.

Eadem *Farina Fabarum* etiam inter *Cosmetica* refertur, si nempe cum *Aquis Cosmeticis*, v. g. *Sigilli Salomonis*, permixta formâ *Mixturæ candidæ*, *Faciei Lentiginibus*, item *Oculis* suffusis, applicetur.

1. Prostant etiam *duæ Aquæ* paratæ per *Alembicum* in *Balneo Mariæ*. *Prima* est *Aqua Florum Fabarum*; pro *Vehiculo* eorum, quæ in usu cosmetico pro ornandâ *Facie* faciunt, esse potest: extergit *Lentigines*, & *Faciei Maculas* detergit. *Alterâ* est *Aqua destillata ex Corticibus Fabarum*, quæ egregium *Nephriticum*, & *Urinæ* eleganter pellit; de qua videatur **BARTHOLINUS Cent. 1. Epist. pag. 238.**

2. Denique ex *Stramine & Stipitibus* calcinatis in *Officinis* etiam *Sal præparatur*. Nam si ritè calcinati fuerint isti *Stipites*, reverà nobile *Sal diureticum acido-salsum* ex iis obtinetur, pro usu speciatim *diuretico & antihydro-pico*. *Elixiviatio* fit cum *Vino*. Ut fiat magis *salsum & nitrosus*, addunt quidam *Fimum columbinum*. Ex hoc *Sale* cum *Aquâ* conveniente fit *Lixivium*, quod potum *Aquas Hydro-picorum* potenter per *Urinâs* educit. (S)

CXLI. FA-

(R) *Quam hic Ettmullerus vocat Euphrasiam sylvestrem, flore purpureo, puto esse Euphrasiam sylvestrem majorem, purpuream, & latifoliam pratensem, quam exactè descripsit & icone expressit Cl. Columna p. 1. 201. Hanc autem Plantam Tournefortius vocat Pedicularem serotinam, purpurascens flore.*

(S) *Quamquam Faba (Græcè κίμω) notissima Planta sit, ejusque Fructus Culinis mensisque familiarissimus; non leves tamen sunt inter eruditos Botanicos controversiæ, an Faba nostra, sit eadem ac Faba Græcorum. Controversiarum occasio ea fuit, quòd Græcorum Faba esset circinata rotunditatis, ut Pisa; nostram verò Fabam oblongam & compressius lateribus videamus. Litem agitarunt primùm Tragus & Cordus, postmodum Jul. Alexandrinus & Dodonæus. Hæc prætermittimus: vide tamen, si lubet, J. Bauhinum to. 2. 280. Minime tamen prætermittimus notissimæ illius Enigmatis interpretationem: ἀπὸ κίμων ἀπὸ κίμων: A Fabis abstineto: quod Pythagoricum putant effatum; est id refellatur ab Aristoxeno, qui affirmat, Pythagoram nullo Legumine sepius usum, quam Fabâ, quòd is cibus sensim alvum subduceret, & levigaret. Quidam idè à Fabis abstinendum esse putant, quia sunt flatulentæ, Venerem excitantes, Insomnia turbulenta efficietes, & mentis tranquillitati contrariæ, ut ex Platone videtur putavisse Cicero. Alii verò, teste Plinio lib. 18. cap. 12. quia in iis Mortuorum animas esse credunt, & quia in illarum Floribus lugubres literæ legantur. Sunt & alii, qui nomine κίμων, non Fabas, sed Testiculos venire ajunt: quare non à Fabarum esu, sed à rei Veneræ proluvio abstinendum esse homini philosopho autumant. Denique ex Plutarcho illum Enigmatis*

CXLI. FABARIA.

T Ηλσφίον, Crassula, Crassula major, Faba inversa. Germ. Knabenkraut, Wundkraut, Donnerkraut, Donnerbonen, fette Heune. Gall. Joubarbe des Vignes.

Usuale est Telephium vulgare, C. B. 1. quæ est Fabaria, Matth. Telephium, Matth. Lob. Tab. Cast. Cam. Telephium album, Fuchf. Acetabulum alterum, Cord. in D. album, Fuchf. icon. Faba inversa, Loë. Telephium alterum, sive Crassula, Dod. vulgare sive secundum, Clus. hist. Crassula, seu Faba inversa, Ger. Cotyledon alterum Dioscoridis, Col. Scrophularia media, vel 3. Brunf.

Floret Julio ac Augusto. Crescit circa muros, locisque saxosis.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia tantum.

Vires. Matthiolo refrigerat & humectat. (Dodonæo refrigerat & siccat) Vulneraria est, astringit, mundificat, præcipuique usus est in consolidandâ Intestinorum erosione per Dysenteriam introductâ (Ulceribus Uteri,) in curandâ Herniâ, in Maculis Cutis detergendis, in Ambustis medendis.

(Radix appenditur inter Scapulas ad Hæmorrhoides cæcas.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua. Ex Foliis & Floribus.

FARFARA, vide TUSSILAGO.

CXLII. FICUS.

Σύκκη; Ficus, Brunf. Trag. Matth. Dod. Cord. hist. Bellon. Lon. Lob. Cast. Tab. Ger. Ficus fativa, Fuchf. communis; C. B. 1. Germ. Feigenbaum, Gall. Figuier.

OFFI-

CXLI. FABARIA. Fabaria seu Sedum Telephium, Germ. Fette Henne, Latine communiter vocari solet Crassula, à crassitie Foliolorum, item Fabaria à Foliis, Fabarum Foliis simillimis; item Ficaria, quod merito à quibusdam contra Ficus Ani commendatur: Vocatur etiam Scrophularia media, uti dicit AUTOR noster, quo ipso innuitur, quod conveniat cum Scrophularia verâ, quæ decantata est in Hæmorrhoidibus, ut aded etiam non sine fructu applicetur. Botanicis usitato nomine Telephium dicitur, à TELEPHO, Myfiæ Rege, qui ab ACHILLE vulneratus Ulcera diuturna & ferè deplorata mediante hâc curavit, & ad senectutem usque se conservavit. Unde adhuc hodie Ulcera ejusmodi inveterata diuturna Ulcera Telephia dicuntur: Vid. RUELLIUS de Naturâ Stirpium l. 1. cap. 20. p. 82. & l. 2. c. 116. p. 435. item HOFFMANNUS in Clave l. 4. p. 473. Merito enim Succus hujus Fabariæ Ulceribus inveteratis est dicatus; Hinc & Germanicè Voundebalsam & Voundkraut vocatur. Inter Telephia refertur

1. Telephium majus, flore rubro.
2. flore albo.
3. Telephium majus, Hispanicum.
4. Telephium minus, flore albo.
5. Telephium repens, minus, folio deciduo.
6. Telephium Portulacæ folio, &
7. Radix Rhodia, de qua suo loco.

In usu tantum est Telephium majus, seu Fabaria, quæ species est Sedi; quo innuitur participare de naturâ Sedorum, & esse ex Plantis Refrigerantibus, quarum vis consistit in Sale volatili, diluto nimis copioso Phlegmate.

Internus ejus usus ferè nullus vel rarissimus est, nisi cum Scrophulariâ & Cbelidonto minore contra Affectus Hæmorrhoidum, quomodocunque in poru usurpata, laudetur. A quibusdam pro usu vulnerario usurpari solet in Decoctis, ad consolidanda Ulcera Intestinorum in Dysenteria, præmissis præmittendis, cum reliquis Vulnerariis, imprimis cum Symphto.

Externè præprimis Planta contusa, inque Cataplasmatibus formam redacta, vel ejusdem loco Succus expressus, mirum

Tom. IV.

præstat levamen: Videatur SOLENANDER S. 4. Conf. 20. ubi commendat Crassulæ majoris Radicem collectam, quando primo vere turgentibus Foliis erumpere incipit, jubendo Plantam cum Foliis contundere, & cum Oleo rosaceo terere; idque, si adsit vel Inflammatio vel Ardor, simul in mortario plumbeo, sin secus, in mortario tantum marmoreo, vel alio; & sic applicare Hæmorrhoidibus externè in earum dolore, calore, & ardore, aliisque similibus Symptomatibus.

Radix loco Amuleti de collo usque ad os sacrum suspensa ab ipso WEDELIO egregia experta est, cujus rei veritatem propriâ experientiâ in Studio quodam probavi. Cum enim jam præscripta quædam Unguenta nihil conferrent, experimenti gratiâ Radicem dedi, eamque in dorso suspendere jussi, optimè successit Remedium, ac Hæmorrhoidum vitia evanuerunt.

In Daniâ quoque Mulieribus, ex Partu difficili Hæmorrhoidum mala perpeffis, Radix hæc ea de ratione loco Amuleti adhibita, maxime quoque proficua esse dicitur. Celebris dicitur Vulneraria, quatenus confusa applicatur Vulneribus, quæ egregie consolidat: propterea & TABERNÆMONTANUS in Herbario componit Unguentum non inelegans, cujus usus satis est receptus: propterea etiam in Clysteribus ad consolidanda Ulcera Intestinorum in Dysenteria, præmissis præmittendis, cum reliquis Vulnerariis, imprimis cum Symphto, infundi solet. (T)

CXLII. FICUS. Ficus Germ. Feigenbaum, est vel nostras, vel Indica, quæ etiam vocatur Opuntia; quæ est vel major vel minor, in nostris hortis obvia. De Ficu Indicâ sive Opuntia hoc potest notari, quod si comedatur, sanguinolentam reddat Urinam, utur nihil sanguinei coloris in illâ conspiciatur; quod ipsum non parvum terrorem injecit Nautis & Mercatoribus, illam ex India primùm advehentibus. Quod autem excernitur, non est Sanguis verus, sed Urina saltem tincta. Radix Rubiæ tinctorum solet etiam tali colore tingere Urinas, de quo suo loco. Ficam Europæam sive nostratam quod attinet, hujus Fructus

P 2

Sua

nigmati sensum tribuunt, quod à Republica muneribus, Pythagoræ consilio, abstinere oporteat: idque eâ loquendi formulâ dictum putant, quod Veteres, vice Calculorum in Magistratibus eligendis, Fabis userentur. Sed quid veteris quidem Lucianum, in Somnio seu Gallo, vera dixisse putemus? Eo Dialogo Gallus, (in quem ridiculâ metamorphosi Pythagoræ animam transmigrasse finxerat) Micyllo interroganti, quid Philosopho illi venerit in mentem, cum à Carnibus & Fabis abstinendum esse suis discipulis jussisset; lepidissimè (Erasmo interprete) respondet: Nihil sanè neque præclari quidquam erat: verum animadvertēbam, si consueta modò, ac eadem quæ vulgò traduntur à multis, præcepissem, non fore, ut mortales in admirationem adducerem, sed quod peregriniora magisque aliena proposissem, futurum, ut hâc magis novus magisque viderer admirandus. Proinde institueram animo, novæ quidam rei designare, ejusmodi proposito Decreto, cujus causa esset inexplicabilis, quod videlicet aliis aliud coniectantibus, omnes redderentur attoniti: quemadmodum in obscuris Oraculis solet usvenire. Utinam & quamplurima Philosophorum reconditam sapientiam ostentantia effata non essent ejusdem farinae.

(T) C. Hofmannus notat, Fabariam non esse Telephium Dioscoridis, fatente C. Bauhino, quod scilicet ad folia alæ non sint: non esse Chrysocomem Dioscoridis, ut putabat Tragus: non esse Cotyledonem, seu Umbilicum Veneris alterum Cæsalpini: nec quoque esse Scrophulariam Dioscoridis: tandem non esse Anacamperon Plutarchi, ut Gesnerus voluit. Est tamen ipsi Telephium vulgare C. Bauhini, quod & Crassula major Dodonæi. Quamvis autem vulgò Fabaria, seu Crassula Officinarum, inter Telephii species referatur; attamen ad Telephium non reducitur à Tournefortio: Telephii enim Fructus est unicapsularis, Fabariæ verò Fructus ex quamplurimis capsulis vaginarum æmulis, atque in capitulum collectis, compositus est. Reducit ergò ad Genus Anacamperos, quod aded cum Sedo & Flore & Fructu convenire ait, ut aliud inter hæc Genera non admittat discrimen, nisi quod Cl. Raius agnoscat: ut scilicet Anacamperos à primâ statim germinatione excaulescat, quum Folia Sedi in globulos Oculi bovilli æmulos congerantur. Verum notas has Raius, tum in Methodo tum in Historiâ, Telephii potius Generi tribuit. Quas hâc adducit Telephii species Ettmullerus ad Anacamperon sanè reducendæ.

Quæ Fabaria & Crassula Officinalis est, est Anacamperos, vulgò Faba crassa J. B. Pedalis ferè Planta, caulibus rectis, teretibus: crebris crassis & succulentis Foliis, glaucis, & Portulacæ foliis longioribus. Flores albi in umbellas digesti: Radix tuberculis glandulosis strumosa est, nullo sapore nec odore notabilis. Vulgò Faba inversa appellatur.

OFFICINALIA NATIVA.

Fruſtus ovinae. Germ. *Laubſeigen*, *groſſe Rorbſeigen*. Gall. *Figues d'Espagne*. Germ. *Rorbſeigen*, *ſleine Murſilienſeigen*. Gall. *Figues de Marſeille*, *petites Figues*.

N. Primitivæ Fruſtus dicuntur *groſſæ Ficus*; ſiccæ in furno aut Sole exſiccatae *Caricæ*, aliis *Paſſæ*.

Vires. Caricæ calfaciunt 2. (recentes moderatiùs), utræque humectant. Pulmonariæ ſunt, & Bechicæ, arenulis Renum &

Ficus imprimis eſt Officinalis, & propter dulcedinem guſtus ſatis cognitus, quique communi nomine *Ficus* dicitur. Hæc ſunt vel *recentes* vel *exſiccatae*: *Recentes* vocantur *Ficus*, & ordinariè ſic ſolent præſcribi: *F. Ficum pinguium* tot vel tot. *Exſiccatae* ordinariò *Caricæ* in Formulis vocantur.

Ejuſdem ſerè *uſus* ſunt, ac infra explicanda *Glycyrrhiza*, quarum temperata dulcedo commendat eadem ad temperandam & obtundendam acrimoniam acido-ſalfam, Lymphæ præprimis & Urinæ. Hinc valdoperè proſunt in Affectibus Peſtoris & Renum, aliarumque Partium urinariarum ex cauſâ prædictâ excoriatarum, aut plùs minùs exulceratarum, in *Decoſto* ſpeciatiim uſurpatæ. Non enim tantùm eſt conſenſus Partium Peſtoris cum Partibus genitalibus, ſed etiam cum Renibus, ita ut ſimpliciter quæ conveniunt in Affectibus Peſtoris, conveniant etiam in Affectibus Renum: & contrà. Propterea *Caricæ*, uti in Affectibus Pulmonum, Tuſſi, & Aſthmate, admodùm ſunt congruæ, & pro corrigendâ Lymphâ temperandi, incidendi, & educendi vim habent; ita etiam conveniunt in Dolore Renum Nephritico & Calculo, item Renum & Veſicæ exulceratione, Iſchuriâ, Miſtu cruento, &c. Tantam proſuſionem ad Renes habent *Ficus*, ut earum *Decoſtum* non benè percolatum, ſed quod admixta habet granula, per Urinam illa denuò reddat, in quâ conſpicua ipſum *Decoſtum* & grana *Ficum*. Uſitatum Mulieribus noſtratibus ad Rauceſcedinem, aſperitatem Faucium, atque Tuſſim, inſundere *Caricæ Spiritui Vini*, & poſtmodùm incendere ac haurire; eſt Remedium non contemnendum & expertum. Quòd ſi loco *Spiritus Vini communis* accipiatur *aniſatus*, vel appropriatus Pulmonibus & Peſtori, erit Medicamentum convenientius, & elegantius in talibus Affectibus. Leniter abſtergunt, hinc ſimul *Decoſtum Ficum* vim habet Alvim laxandi. In Variolarum quoque & Morbillorum Curâ frequentius uſus ſunt, & ſingulariter proſunt, Experimentiâ teſte idque multiplici nomine. Propterea earum *Decoſtum* mirè commendatur à SALA, ut promoveatur eruptio; hinc etiam, poſtquam eruperint, præcavent, ne veſtigia diuturna relinquunt. Nam (1.) temperatur Ebullitio, (2.) temperatur Acrimonia, quæ aliàs Pulmones excoriat & dilacerat, atque Fibras intercutaneas corrodit, & profundas foveas facit. De ſingulari earum uſu in *Variolis & Morbillis* nonnulla FORESTUS habet *lib. 6. Obſervationum*, ubi de Morbillis: verba ejus hæc ſunt: *Morbilli aded graſſabantur in Civitate, ut vix immunitis quiſpiam Puer ab illis viveret, quos omnes curavi Decoſto Ficum*. Sed cautè in Variolis uſurpantur propter Alvi laxationem, quæ eſt ſuſpecta in hujusmodi Affectibus, expulſione ad cutem opus habentibus: Unde Moderni *Decoſtum* earum cum *Milio* admodùm commendant pro uſu blandè adſtrictorio: quod ipſum pro Variolarum Curâ non inconueniens, quia corrigit vim *Caricarum* laxativam, in qua cum *Paſſulis* conſpirant, quatenus utræque blando fermentationis motu ſtimulant. In hoc *Decoſto* ſi diſſolvatur *Syrupus Scabioſæ* vel *Feniculi*, fit palato gratius & efficacius, quatenus ſunt Peſtoralia, & impediunt, ne Phthiſis à Variolis, Pulmones obſidentibus, fiat;

Veſicæ medentur, Venenis reſiſtant: præcipui uſus ſunt in Variolis & Morbillis ad cutem pellendis: maturant, molliunt, attrahunt, unde & Bubonibus Peſtentialibus (innuente Scripturâ) conferunt: Mulierculis noſtratibus, appropinquante Partu, *Ficum* toſtarum eſus ad Partum faciliſtandum eſt familiariffimus: quin & familiare eſt ſuper *Ficus Spiritum Vini* accendere, Brodiumque ad Tuſſim ſedandam propinare. (In Colicâ Cataplaſma ex *Ficibus*, ut & in Hæmorrhoidibus cæcis.)

CXLIII. FI-

item cùm *Caricæ* ſint *vulnerariæ*, præcavent, ne profunda Ulcuſcula ſive Foveæ fiant à Variolis: v.g. poſſet fieri talis Formula:

F. Caricar. pingui. No. xv.

Sem. Milii ʒiſſ.

Paſſul. Min. ʒvj.

Decoq. in ſ. q. *Aquæ ſimplicis*. Colat. ʒiſſ. adde

Syrup. Scabioſ.

Fenic. an. ʒiſſ.

M. ſ. Potus.

Nam & *Decoſtum Feniculi*, imprimis *Radice*; commendatur pro expellendis Variolis.

Videmus magis compoſitum *Decoſtum Ficum* eodem uſu in MYNSICHTII *Armamentario Chymico Sect. 25. pag. 386*. Nihilominùs obſervetur, quòd adſit *Pulpa Tamarindorum*: jam verò, quoniam hæc ſolet purgare, quæ Purgatio vel ſaltem Laxatio, eſt morbifica & lethalis in Morbillis & Variolis, ideò, ne interficiamus, quos ſervare debemus, abſtinendum ſedulo à Purgantibus. In iſdem Variolis & Morbillis Symptoma ſæpè lethale eſt Miſtus cruentus. Multipliciter etiam convenit *Decoſtum Ficum*, quoniam partim præcavent, partim curant talem Miſtum cruentum. Multiplici ergò nomine conducunt in Variolis & Morbillis *Ficus*. Aliàs obſervetur & hoc, quòd ex nimio uſu *Ficum* copioſi ſoleant generari *Pediculi*, & per poros Corporis Sudoris facie prodire: id quod antiqua eſt traditio, confirmata tamen à Modernis, ab HEINRICO AB HEER *Obſervat. oppidò rar. pag. 271*. SEBIZIUS in *Traſtatu de Alimentis p. 1538. Problem. 169. An Ficus generent Pediculos?* negat quidem, propterea, quia GALENUS tantùm dixit: ſed non eſt negandum contra Experimentiam.

Quoad uſum externum, ingrediuntur *Fomenta & Cataplaſmata* emollientia, ſuppurantia & maturantia, ita, ut nullum ſit in Scholâ Chirurgorum *Cataplaſma* emolliens, ſuppurans, & maturans, quod non ingredientur aliquot paria *Ficum*, pro temperandis Humoribus in Tumoribus fermentantibus, iſtiſque Tumoribus emolliendis, & maturandis, & inde natis Doloribus blandè demulcendis: imò *Ficus aſſatæ*, & calidè impoſitæ conducunt, & Abſceſſus ruptionem juvant; inſigniter enim maturare dicuntur. Hinc in Inflammationibus & Tumoribus ſuppuratis Gingivarum prope radices Dentium, ſi apponatur Fruſtum *Ficis*, ſive crudum ſive aliquantisper toſtum, ſive in Lactè *decoſtum*, maturat valdoperè, quanvis non ſine exacerbatione Doloris. Aliàs STROBELBERGERUS de *Podagrâ Dentium c. 5* dicit, quòd *Ficum* etius officiat, pariter ac *Saccharum Dentibus*.

Ficus Folia Lac ſuggerunt, dulce prius, ſed in reſeſſu acre, ratione cujus *Folia Ficis* recentia affricare ſolent Hæmorrhoidibus cæcis, ut eas aperiendo fluxum ſtimulent. Eodem *Jucco lacteo* Veteres Lac in Caſeum coagularunt; unde hunc Succum lacteum Lac inſtar Aceti præcipitare aſſerit HELVETIUS in *Dirib. pag. 168. (V)*

CXLIII. FI-

(V) De *Ficu notiffimâ Arbore*, ſuaviſſimos Fruſtus ferente, præſtat nihil, quàm pauca dicere. Illud tantùm noſtaſſe ſufficiat, quòd Valerius Cordus, duobus ſerè retro ſæculis, (notante Cl. Tournefortio) primus agnoviſſet, Arborem hanc Flores habere in ipſius Fruſtus cavitate naſcentes, qui Capillamenta quidem tenuia ſunt ex involuſtro quodam prodeuntia, quod Semen complectitur ut plurimum ſubrotundum. Hoc negotium clariffimè patefecit Dn. De la Hire junior, qui anno 1712. Regiæ Scientiarum Academiæ offendiſſet, *Ficis Flores* in Fruſtu abſconditos non petalodes eſſe, ſed apetalos, b. e. ex Staminiſque quibusdam compoſiti, quæ Apicibus ſuis prædita pulvere ſcatent ad Semina ſibi ſubjecta ſæcundanda apto, juxta ea, quæ alibi de Seminum in Plantis ſæcundatione expoſuimus. Dividit hunc Fruſtum de la Hire in tria ſpatia. Horum primum *Pediculo proximiùs*, amplitudine reliqua longè ſuperans, continet Semina, ex parte carneo parenchymate, ex parte Calyce multifido, involuta. Secundum ſpatium continet Florum Stamina, quæ trifida ſunt, adeoque triplici Apice prædita: Apices autem bi ſunt reverà *Capsula* exigua, exiguo pulviſculo repletæ, ad Seminum ſæcundationem, ut dictum. In tertio demum ſpatio, quòd ad Fruſtus Umbilicum pertinet, Foliola quædam continentur: forte ad Umbilici foramen aliquâ ratione claudendum.

Ficus occaſione aliqua dicit Ettmullerus de *Ficu Indicâ*, quam Opuntiam (Indi Tunam) Botanici appellant, ex eo quòd circa Opuntem Bæotiæ oppidum, Herbulam naſci ſcribat Theophrastus, quæ ex Foliis Radicem dimittat, quemadmodùm nos in vulgari Opuntia ſpecie fieri obſervamus, cujus Folia craſſa & ſpinulis borrentia (eſt hæc non Folia, ſed Ramos appellari debere contendat Raius;) ſerrâ ſemiſepulta Radices, & nova Folia, Fruſtusque produciunt. Opun-

CXLIII. FILIPENDULA.

Φ *Ἰλιπένδουλα*, Filipendula, Oenanthe, Saxifraga rubra, Germ. *Korber Steinbrech*. Gall. *Saxifrage rouge*.

N. Dicitur Oenanthe Veterum, quia viribus aliquantum conveniunt.

Usualis est Filipendula vulgaris, C.B. 1. Filipendula, *Trag. Dod. Matth. Cord. bist. Lon. Cast. Tab.* (cui & Saxifraga rubra,) Ger. Oenanthe, *Fuchf. Cord. in D. Lob.*

Nascitur solo herbofo. Floret Junio & Julio.

OFFICIALIA NATIVA.

Folia & Radix.

Vires. Galfacit & siccit 3. attenuat, abstergit, subastringit, discussit: Diuretica est. Usus præcipuus est in tartareâ Mucilage Pulmonum, Renum, Vesicæ ac Articulorum, in Colicâ flatulentâ, in albo Mulierum Profluvio. Extrinsecus in Tumore Hæmorrhoidum.

Dosis Drach. j.

(Syrupum quidam ex Filipendulâ parant in Flure muliebri proficuum, tempore Somni pondere ʒj. sumptum. (Extractum.)

CXLIV. FILIX.

Π *Ἰλίξ*, *πρίριον*, Germ. *Fabr*, *Fabrukraut*, *Waldfabr*. Gall. *Fougere*, ou *Fouchere*.

(Mas non ramosa, plurium (utraque

(pedicellorum, (promi-

(Fœmina ramosa, unius pe- (scuè

(dicilli, (usualis.

Mas dicitur Filix, *Brunsf. vulgaris, Trag. Mas, Matth. Fuchf. Dod. Lon. Lob. Cast. Tab. Ger. Fœmina, Gesn. Cæsulp.* Filix non ramosa, dentata, C. B. 3.

Fœmina inscribitur, Filix sylvestris, *Brunsf. Filicis majoris genus, Trag. Filix Fœmina, Matth. Fuchf. Dod. Lob. Cast. Tab. Ger. Thlypteris Filix Fœmina Cord. in D. Filix Mas major*

CXLIII. FILIPENDULA. Filipendula ita dicitur, quòd Radix ejus habeat plures Nodos, qui multis quasi Filis connectuntur. Dicitur etiam Oenanthe Græcis à *Vino*, eò quòd tunc, quando Vitis floret, eadem quoque floreat. Vocatur etiam Saxifraga rubra, Germ. *Korber Steinbrech*, quòd in Calculo conveniat: rubra dicitur propter Radicem rubram. Hujus plurimæ sunt Species, *Montana, Aquatica*, &c. in sylvestribus locis crescit.

Usitata sunt in Officinis Folia & Radix.

Tota Planta, & imprimis Radix, vi diureticâ, & simul incisivâ & attenuativâ pollere solet; unde usus ejus satis frequens est in Nephritide ad diffringendum & stimulantium Calculum, Renes abstergendos, Renum atque Vesicæ sabulum, rudimentum Calculorum, expellendum: Verùm, quòd speciali vi lithontripicâ polleat, vix sperandum. Alias etiam à quibusdam commendatur adversus Scrophulas & Strumas, dum eadem cum Radice Scrophulariæ, & Radice Ruscii solet misceri, vel in Decoctis, vel in Pulveribus contra Scrophulas: Sic habemus in SENNERTO lib. 2. *Præcos P. 1. c. 25.* tale Decoctum contra Strumas p. 132. ex eadem Filipendulâ & Scrophulariâ cum aliis Ingredientibus non inelegans, quatenus resolvit & incidit materiam Strumarum, eamque educit per Urinam. (X)

CXLIV. FILIX. Filix Planta est ubivis obvia, præprimis crescit in locis asperioribus. Habetur Mas & Fœmina: Hæc præ illo est ramosa; Mas verò non ramosa, & Foliis incis. Græcis dicitur *πρίριον*, quòd *Alas Avium*, Foliolorum multiplicitate, ac incisurarum varietate, æmuletur; Germanis *das Farrenkraut*. In dorso Alarum conspicua sunt corpuscula nigricantia, quæ sunt Capsule seminales, in quibus maturis plura Semina continentur, quæ se sponte suâ vi elasticâ deinde pandunt. Alias inter Plantas steriles Semine carentes, non fecus ac Polypodium, fuit relata: sed malè. Elegantem Historiam habet SCHRADERUS in *Traçtatu parvo de Microscopiorum*

usu, ubi Semina hæc ope Microscopii fuerunt conspecta. Vanæ de hac Radice relationes, quòd nempe discissa representet Aquilam, discussæ sunt à VELSCHIO *Hecatoft. 1. p. 105.*

Planta tota, unâ cum Radice antiquitùs in frequenti admodum fuit usu in Morbis Chronicis, ex Melancholiâ seu Acido vitioso natis, præsertim in quibus Splen simul affectus fuit, in specie in Malo Hypochondriaco, Scirthis Lienis & Pancreatis. Nam ex Vegetabilibus omnibus Splenicis palmam facit dubiam, adeoque maximè commendatur contra Splenis vitia, ut vocant: & reperimus, quòd omnia ea, quæ conveniunt Spleni & Pancreati, sint quasi naturæ terrestres duræ, & imprimis consistentis. Nam hæc Plantæ, quæ dicatæ sunt Marti vel Saturno, potius habent vim destruendi Acidum, & conducunt in Affectibus Lienis, quæ ab Acido primariò oriuntur; unde commune est Ingrediens omnium Potiorum, Decoctorum, Nodulorum, Essentiarum Aperitivarum & Antisplenicarum. Decoctum Filicis, præsertim Radicis, ex blando dulci nonnihil amaricans, Urinam pellere solet, & multi usus est in Lienis Tumore ac Inflatione humidâ, sive in Magnis Lienibus. HIPPOCRATI dictis; item in eorum Obstructionibus, vel per se, vel per consensum natis, Veteribus fuit. FORESTUS valdè commendat Decoctum Radicis Filicis cum Cuscutâ in Vino, seu Arcanum expertum, in Affectibus Splenis. Vid. SENNERTUS P. 4. *Præcos cap. 6. p. 488.* Alii commendant singulariter sequens Decoctum in Scirrho Lienis, & dicunt expertum esse ad Tumorem & Duritiem Lienis.

W. Herbar. Filicis c. suâ Radice,

Sabine,

Abstinb. an. q. f.

Decoquantur in l. q. Aquæ Ferrariorum (imprægnata est particulis Martialibus & ferreis) ad consumptionem tertiæ partis (nam quæ sunt naturæ fixioris diutiorum requirunt Coctionem, quàm quæ Salia habent in se volatilia; & contrarium fit in Antiscorbicis acri-

Opuntia Planta Indica est, at nobis familiarissima reddita. Tournefortio Genus constituit Flore rosaceo, cujus Calyx abit in Fructum carnosum, umbilicatum, unicapularem, & Seminibus fœtum, sæpè anulatis. Sub hoc Genere non pauca Species continentur, quas videre est apud Breynium, Hermannum, & Plumerium. De Animalculis hujus Plantæ Foliis hærentibus vide quæ diximus, ubi de Cochinillâ in Notis ad Chermes. Folia Opuntia Herbariorum, eorumque succus, Vulnere recentia mirabiliter sanat: Tumores item & Apostemata discutit: præsertim si Folia chartâ madefactâ involuta, & sub cineribus tosta, Cataplasmatibus formâ applicentur.

Notandum autem, quòd baud confundenda est hæc Ficus Indica, Opuntia dicta, cum verâ Ficu Indicâ Theophrasti. Hæc enim Arbor est procerâ, in Indiis circa Goam nascens, foliis Cydoniæ, Fructu ad Fici Fructum accedente, è quarum Ramis Capillamenta quædam, veluti Cuscuta, pendentia, cum terram attigerint firmitudinem acquirunt, radices emittunt, ac in novas procerasque similes Arborea evadunt, nova item Capillamenta è suis ramis prædeuntia producentes: ut sic sensim in Nemora, ad Solis radios arcendos aptissima, sensim propagentur.

(X) Filipendula vera & vulgaris (quam Molon Plinii putat esse C. Bauhinus) non confundenda est cum verâ Oenanthe; hæc enim inter Plantas umbelliferas connumeratur, Filipendula verò Planta est flore rosaceo, Ranunculo congener, nisi quòd ab eo differt Calyce monophyllo, Fructumque profert globosum, cujus Semina in Capitulum. Doli æmulum colliguntur. Filipendula Officialis Radices obtinet ex Glandulis olivaribus, veluti filo pendentibus, consparfas. Folia Pimpinellæ atro virore splendentia, quæ minima bederacea Foliola intercedunt: Caules cubitum unum aut duos alti, solidi, teretes, alati, Flores sustinent in panicula modum sparsos, suaveolentes, albidos: Semen denique muscosum, squamosum, rotundum, Pimpinellæ. Hæc ex J. Bauhino: hujus ramentum Icon cum descriptione minimè consonat, notante Tournefortio, qui nec Semen Filipendulæ cum Pimpinellæ Semine convenire, advertit. Notat insuper quòd Filipendula styptica sit, odorata, tenax, salisque saporis, quòdque Folia cœruleam papyrus satis, Radix verò styptica item & amariuscula, summè rubefaciat. Continetur in hæc Plantâ Sal ad Alumen accedens, sed multo Sulphure mistum: Analysi enim Chymicâ multum Acidi, Terræ, & Olei è Filipendulâ extrahitur. Hinc omnium Autorum consensu Planta hæc est valdè diuretica & aperitiva: Tabernæmontanus ex aliorum quoque sententiâ ad Epilepsiam commendat.

Ettmullerus de Filipendulâ Aquaticâ & Montanâ hic mentionem facit, sed neutra est Filipendula: Montana enim ad Pedicularem; Aquatica ad Oenanthem est referenda.

major, five Fœmina credita vulgò, *Clus.* Filix ramosa major pinnulis obtulis, non dentatis, C. B. 1.

Nascitur locis opacis nemorum: viret totâ æstate, nocte D. Johannis sacrâ Semen profert: novi qui dicto tempore id collegerunt, verùm quâ utilitate, ignoro.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, in primis Filicis Fœminæ.

Vires. Splenetica est, calfacit & siccat; amara est, subastrin- git, aperit. Ufus præcipuus in obstructionibus Viscerum, & in primis Lienis & Uteri. Extrinsecus commendatur ad

acribus, Cochleariâ, Nasturtio, & similibus, quæ diu- turniore Decoctionem non, sed blandam tantùm & vase cooperto institutam, aut saltem Infusionem, postu- lant; quod observetur in Formulâ præscribendis, quo- niam multum interest) addendo

Passular. minor. contusar. q. s. pro grato sapore.

De quo sub ingressu lecti bibatur bonus haustus.

Possunt addi *Passula* circa finem Decoctionis, ut saporis gratia remaneat, quoniam aliàs facili acescunt in diurnâ Decoctione.

Præterea quoque in Affectibus Melancholicis *Radix* hæc cum *Sabinâ* in *Vino*, vel cum *Aquâ simplici*, vel speciatim cum *Aquâ Ferrariorum* decocta, non absque fructu adhibita fuit; sed cum hodierno tempore delicatioris sint palati Homines, ac ad ejusmodi Decocta diu continuanda nauseant, nec quorumvis Ægrorum stomachus eadem continuare valeat, rariùs hodie usurpantur.

Sanè, quæ hodie nos per *Martialia* & *Volatilia* præsta- mus; illa Veteres cum *Polypodio*, *Filice*, ac *Adianto* præsti- terunt, quod tamen in desuetudinem abiit. Interim *Cere- visia* ejusmodi medicata, ac per fermentationem parata, non secus ac cum *Scolopendriâ* parata *Cerevisia*, Remedium sunt non contemnendum. (T)

FLAMMULA.

Flammula est duplex: vel *repens* vel *surrecta*. *Flammu- la repens*, five *Clematis urens*, quæ κατ'ἰσχυρὴν etiam dicitur *Flammula Jovis*, Germanicè *Breun wurzel*, nomen acquisivit ex vi suâ causticâ & acri, quæ ut plurimum con- sistit in particulis acribus, acidis, volatilibus, maeris, non oleosis; hinc comesta Pustulas & Vesiculas in linguâ exci- tat.

(Y) Filicis Fructus Folli innasci omnibus notissimum. Nequaquam tamen credas cum Cæalpino fursuraceam il- lam lanuginem, quæ in adversâ parte Foliorum Filicis est, quæque copiosus in tenellis nuper è terrâ erumpentibus abundat, in terram ipsam aspergenda, Filicis Semen esse: ea enim ab bujus Plantæ Semine longè differt. Fructus enim Filicis bino ordine Foliorum pinnulis affixi, si Microscopio cernantur, Membranam quandam convexam corrugatamque, Ferri equini formam habentem, ostendunt: hæc detractâ sese oculis obijci numerosa congeries Vesicularum, anulo elasticâ vi donato munitarum, cujus contractione, rumpuntur illæ, Seminaque effundunt minutissima. Innumera sunt Filicis sum per Europam, tum per reliquas Mundi regiones, species. Cl. P. Plumier integrum Volumen edidit de Filicibus A- mericanis accuratissimis descriptionibus, nitidissimisque iconibus exornatum.

Filix ramosa, major, pinnulis obtulis non dentatis C. B. quæ vulgò Filix fœmina dicitur, est *Officinalis*. Hujus Plantæ *Radix tenax* est, parùm amara, & ingrati saporis, nec papyrum cæruleam rubefacit. Ope Chymicæ A- nalyseos Filicis *Radix* præbet multum Liquoris acidi, multum Sulfuris, multumque Terræ. Hæc eadem principia ex Folis quoque educuntur, sed aliquid Spiritus urinosi elicitur. Videtur hæc Planta vim suam exerere ope Salis salt Coraliorum analogo, sed impliciti Succo quodam viscido, quem Ignis destruit, quique aliud non est, nisi Mistum ex Pblegmate, Acido, & Terrâ: hinc mirum non esse, notat Tournefortius, si Filicis *Radix* inter Edulcorantia & Ape- tientia remedia connumeretur. Drachma bujus Radicis Vermes necat: quod pro maximo Arcano venditant Empirici, ut notat Paulli. Si è Radicis Succo, in *Aquâ Rosarum* macerato, Mucilaginem extrahas, egregium habebis ad *Ambusta* remedium.

(Z) Non tam Flammula surrecta, quàm Flammula repens est species Clematidis: utraque enim Flore gaudet rosaceo, plerumque tetrapetalo, Calycis experte, cujus Pistillum abit in Capitulum, in quo colliguntur Semina, in tenue Capillamentum, quasi plumatum desinentia: quæ nota sunt characteristica Clematidis. Quare Flammula repens di- citur C. B. Clematidis, seu Flammula repens; Flammula verò surrecta dicitur J. B. Clematidis five Flammula surrecta, alba. Clematidis seu Flammula repens infirma & sarmentosa Planta est, & proximis fulta in altum tol- litur, sepesque amplectitur: à vulgari Clematide longitudine, angustâ, & soliditate Foliorum differt, tota enim Planta illâ minor est. Folia fervido & acri sapore os feriunt: imò Flores albi, odorati, uridâ vi, labia, si imprudenter at- tigerint, inflammant. Clematidis verò, seu Flammula surrecta vix à repente distans, nullis opis indiga, sarmenta sua ad duorum & trium cubitorum altitudinem emittit: nec minùs uridâ vi vesicas excitat, atque exulcerat.

(A) Flos Africanus, de quo hîc Ectmullerus, est, quem vulgò Caryophyllum Hispanicum, seu potiùs Indi- cum, appellamus. Hujus multæ sunt species: Flore scilicet simplici & pleno: quarum quamplurimas Botanici nomi- ne Tanacetis Africani indigetant. Tournefortius omnes reducit sub uno Genere, Tagetes, appellato: quod nume- ratur inter Plantas Flore radiato, sed Seminibus capitulo foliato instructis. Folia Tagetis fœtore, & incisurâ ad ner- vum ferè usque dignoscuntur.

Quamquam Hernandez in histor. Plant. Mex. asserat, Succum ex Folis Tagetis expressum, atque cum *Vino* vel *Aquâ eposum*, Stomachi frigiditatem emendare, Urinam prolificere, Menstrua & Sudorem citere, ac Obstructiones resera- re, & similia; nibilo tamen minùs Dodonæus Tagetem omninò Venenum esse contendit: idque Experimentis in Fele, Muribus, Porcis aliisque animalibus institutâ confirmat. Multi tamen Dodonæo adversantur, atque Lemery ait, se Tagetem à Canibus comestum innoxium observasse: idem tamen monet, Plantam hanc internè non esse adbibendam, donec non esse venenatam, omninò conspiceris.

Ambusta (extracta Mucilago.)

P R Æ P A R A T A.

(Extractum) habetur ex Radicibus.

(Spiritus Splenetici utilis.)

CXLV. FOENICULUM.

Mάραδρον: Fœniculum, *Brunfels.* Trag. Fuchf. Cord. in D. 1 ab. Vulgare, Ger. Fœniculum nostrum vulgare, quibusdam Hippomarathrum putatum, C. B. 1. German. Fen- chel. Gall. Fenouil. Ital. Finocchio. Crescit

Flammula surrecta species est Clematidis & magni usûs in Medicinâ; colitur hîc in Hortis: in agro Norico motu spontaneo crescit. Convenit ferè cum Cochleariâ vel Na- sturtio, quia obtinet Sal volatile insigniter acre, ratione cu- jus conspirant vi antiscorbuticâ alterativâ, sicut nonnullis hodie singulariter laudatur internè contra Scorbutum: unde à Belgis, imprimis à LINDANO in Collegio privato super Hartmanni Praxim Chymiatricam, ubi huic absolutam Cu- rationem Scorbuti attribuit, in Experimentiam practicam translata; siquidem Sapor ejus acris valdè penetrans ad Saporem ferè Piperis Indici accedit, hinc penetrantiâ suâ volatili Acidum fixum macrum alterat & enervat, Viscidum incidit & abstergit, adeoque est Splenetica, Hepatica, & Aperitiva. Potest usurpari in substantiâ cum Aceto, vel De- cocto, vel Infuso. Vel potest Plantæ affundi Vinum genero- sam, & ita simul per Alembicum destillari; sic enim pro- dit Spiritus Flammulae, five Sal volatile; vel potiùs per fre- quentem Spiritus Vini cohobationem Spiritus egregius Anti- scorbuticus inde elicitur.

Extrinsecus adhibetur ob Sal istud acre ad Rubores & Pustulas vel Vesiculas excitandas in cute. (Z)

FLOS AFRICANUS.

Flos Africanus Germanis *Schreiber Rosen*, item *Studenten- blume*, ita dicitur, quia à CAROLO V. primùm ex Africâ in Europam fuit translatus. Vocatur etiam *Caryo- phyllus Tunetanus*.

Utum nullum in Officinis habet. (A)

CXLV. FœNICULUM. Fœniculum Græcè *Μάραδρον*, Germanicè *Tenchel*. *Μαράδρον* dicitur από τῆ μαρίνου, quòd, ubi emarcuit, condensis cibus inferviat. Fœ-

Crescit locis cultis, aridis. Floret Julio, Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba seu Summitates . Radix, (quæ una ex Radicibus quinque Aperientibus famosis.) *Semen*.

Vires . Folia calfaciunt 2. siccant 1. aperiunt, resolvunt, discutunt; Diuretica, Carminativa, & Bechuca sunt, Ventrículum roborant, Lac augent, Visum confortant, Asperam Arteriam leniunt.

Radix & Semen calfaciunt 3. adeoque insuper usûs creberrimi in Humoribus & Flatuum discussione, & ad peripheriam expulsiõe.

N. Semen adhibetur sæpissimè ad corrigenda Purgantia, ut & ad Flatum discutiendos.

(*Majus Creticum, sive Vene-Theriacale.*)

PRÆPARATA.

1. *Confectum Semen.*

2. *Aqua.* Ex integrâ Plantâ incisâ.

3. *Aqua.* Ex Semine.

N. Ophthalmica est inter usitatissimas.

Feniculum autem ob copiam *Seminum*, quæ largo *fœnore* reddit, *Planta* est *Culinis* & *Officinis* nota. In usu sunt ejusdem *Summitates*, cum *Herbâ*, item *Caules concavi*, & *Semen*, uti etiam *Radix*. *Planta tota* est suaviter aromatica, testante id *Odore* & *Sapore* suavi, blando & aromatico. *Vis* ejus consistit in particulis falsis, oleosis volatilibus, suavi inter sese commercio sociatis, & particulæ ejus acidæ volatiles pingues sunt, in quibus primariè vis aromatica consistit. Ab his effectus calefaciendi dependet. *Nepbriticum* est egregium, mirificè abstergens *Renes*, & promovens *Urinam*; unde in *Renum Doloribus*, *Stranguriis* & aliis *Affectibus*, *Feniculi Planta* polychresta est. In defectu item *Lactis Decoctum Feniculi* recentis mirum in modum conducit: quod expertum ab *AMATO LUSITANO Centur. 6. Curat. 86.* & *HARTMANNO in Praxi Chymiatr.* Unde in frequenti sit usu *Nutricibus Lacte* destitutis. Imò dicunt *Lac* tale emulctum spirare odorem *Feniculi*. Dicunt quoddam *Mulieres* recipiant *Folia Feniculi viridia*, decoquant in *Vini* vel *Aquæ* s. q. & hæc utantur pro *Potu ordinario*, sic impossibile perhibent esse, quod non semper abundent *Lacte*: quod etiam *Decoctum* commendatur ad expellendas *Variolas*, quod notum, & *Menstrua* retenta vel impedita. In *Oculorum* verò *Affectibus tota Herba*, ejusque *Semen*, est commendatissima, iis imprimis, qui *lucubrationibus nocturnis Oculis* nocere; unde & *Liquor* ejusdem *saccharatus* pro usu *ophthalmico* à *BARTHOLETO in Encyclop. p. 171.* tantè æstimatur, quem ita parat: *Recipit* nempe *Sarcules Feniculi*, eorumque *cavitatem Saccharo pulverisato* replet, ac ita per integram noctem relinquit, ut hac ratione *Rore* deciduo dissolvatur *Saccharum*, sicque *Liquor saccharatus*, *BARTHOLETO & RIVERO* multum laudatus, emergat, qui in *Pannorum & Macularum Oculi* detersione, discussione ac consolidatione, omnibusque *Oculorum Affectibus*, est præstantissimus. *PLINIUS* habet, *Serpentes* primò monstrasse *Feniculi* mirabilem vim *ophthalmicam*; siquidem verno tempore dicuntur cæci propter *inductam Oculis cuticulam*: hanc ut deponant, visumque hybernâ latebrâ obscuratam recuperent, vescuntur *Feniculo*: de quo videre possumus *MINDERERUM in Aloëdet. cap. 11. pag. 120.* & *STROBELBERGERIUM de Feniculo p. 18.*

Radix & Semen ejus, quæ *Aroma* suave ac blandum *Ventrículo*, & hinc toti generi nervoso conveniens continent, inter *Aromata nostratia* referuntur; hinc etiam *Semen* inter *Carminativa quatuor Calida majora*, *Viscidum* nimirum attenuando, & *Stomachi Intestinatorumque Flatum* potenter discutiendo, primatum obtinet. Egregium est *Stomachicum* dum præter alia commoda, vi aromaticâ *Spiritus influos* recreat, *Digestionem* validè promovet, *acidas Cruditates* in primis viis, & inde natos *Flatum internè* aut *externè* egregiè discutit, & resolvit. Unde in *Trageas Pepticas* post pastum assumitur *Semen Feniculi*, hinc in *Colicis Pathematibus*, in convulsivis *Intestinatorum Malis*, *Herniis*, &c. horum

4. *Oleum stillaritium.* Ex Semine.

5. *Sal com.* Ex Plantâ incineratâ.

CXLVI. FOENUM GRÆCUM.

FOENUM GRÆCUM. Germ. *Fenugreck*, *Bocksborn*. Gall. *Fenugrec.*

Est (*Sativum . Hoc usuale.*

(*Sylvestre . Minus usitatum.*

Dicitur *Fœnum Græcum*, *Trag. Matthiol. Lob. Lon. Dod. Cast. Cam.* *Fœnugræcum*, *Fuchf. Cord. in D.* *Fœnum Græcum sativum*, C. B. 1.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen solum, ex sativo scilicet desumptum.

Vires. Calfacit 2. siccant 1. emollit, digerit, maturat, discutit: *Paregoricum* est, usûsque ad eò famosi, ut *Cataplasma* distarum intentionum *Chirurgis* vix usitatum sit, quin *Fœnugræcum*, vel hujus *Mucilaginem* contineat. *Erebrique* usûs est in *Clysteribus* emollientibus; *mucilaginosâ* quippe suâ *substantiâ* obtundit *acrimoniam*, *Intestinaque* erosa oblinet. Insuper conducit ejus *Mucilago* ad *Oculorum Suggillationes* di-

usus est egregius. Convenit *Pectori & Renibus*, dum scilicet, ut dixi, semper est inter hæc convenientia, dum *Tussi & Asthmati* medetur, postmodum *Renes* detergit, neve *Calculus* concresecat, impedit, quatenus *Sal volatile* temperatum corrigit *Acidum Calculi coagulatore*. *Stranguriæ* ab *Acido oriundæ*, & *Renum Doloribus*, à quacumque causâ, potenter medetur, quocumque modo usurpatum. Præterea, præter *Semen Euphrasæ*, nullum præstantius est *Ophthalmicum* internum hocce *Semine Feniculi*. Propterea, cum etiam sit *Pectorale*, *Gravidæ Mulieres* illud debent comedere in *Tussi & Affectibus Pectoris*, ut remittat. Et dicunt *Autores*, quòd *Fœtus* in *lucem* postmodum editus clareat elegantibus *Oculis*. Qui ergo vult *Filios Oculis pulchris* habere, commendat hoc *Semen Gravidæ Conjugi* in *Tussi*, & aliis *Pectoralibus Affectibus*. Imò sunt, qui dicunt, quòd si *Fœminæ* comedentes *Feniculum*, halitum inspirent *Oculis Infantum*, & illis *Oculos* reddant clariores, & lucidiores; quod etiam ad *Oculos Variolis clausos* jubetur applicari.

Radix est *primaria ex Radicibus quinque Aperientibus*: *Viscidum* nempe attenuat, *Pectori*, *Renibus*, *Utero*, ac *Mensibus* ciendis dicata est. Porro *Decoctum Radicis* hujus vel *solitariè*, vel etiam (quod quibusdam placet) *Floribus Sambuci*, aut *Lumbricis* sociatum, ad *Lactis* abundantiam commendatur; sicut & *HELIDÆUS PADUANUS in Curation. pag. 83.* pro *Lacte* generando commendat *Decoctum Lumbricorum* in *Brodio* vel *Decocto Feniculi*. Egregium quoque est *Diureticum*. In *Variolarum Curâ* sæpius adhibetur, quarum *expulsionem* promovet, & *Oculos* ab *Exulcerationibus* protegit.

Oleum Feniculi destillatum, sub formâ *Elæosacchari* propinatam, in iisdem *Affectibus* adhiberi potest, imprimis ad *Visum* clarificandum, contra *Flatum*, & *Nutricibus* pro augendo *Lacte*.

Syrupus adhibetur ad expellendas *Variolas*. (B)

CXLVI. FOENUM GRÆCUM. *Fœnum Græcum* habetur *Sativum & Sylvestre*; & hoc vel *Silviquis oblongis*, vel *Polyceratone*, ita dictum à *multitudine Cornuum* in *Floribus*: quot enim *Flores* sunt, tot prodeunt *Cornua oblonga rotunda*, unde & *Germanis*, *Bocks-born*, aliàs etiam *Glaucus* dicitur.

In usu tantum est *Fœnum Græcum vulgare sativum*, & in specie ejus *Semen* pro scopo *anodyno & resolutivo*, quia turget *substantiâ mucilaginosâ*, qualis *Mucilago*, vim habet temperandi & obtundendi & quasi inviscandi acres *aculeos salinos* quorumvis *Succorum* in *Corpore peccantium*, ratione cujus emollire, maturare & suppurare, & hinc blandè *Dolorem* demulcere assolet, unde in *Tumoribus* resolvendis *Fomenta & Cataplasmata* discutientia & maturantia ingreditur, cui utrique scopo satisfacit. Pro *Collyriis* in *Ophthalmiis Mucilago* hæc usurpatur, quin &, ut rariùs, *Clysteribus* pro emolliendis *Fœcibus*, & temperandâ *acrimoniam* *Humorum*, sæpius nimiam *corrodente Intestina*, & referandâ *Alvo* in-

(B) *Feniculum sive à Fœno, sive à Fœnore dicas, parùm refert.* *Feniculum vulgare Planta est Culinis & Mensis familiarissima, cujus Semen etiam Officinas Medicas ingreditur.* *Feniculi Genus inter Umbellatas numeratur, sed quarum Calyx abie in duo Semina crassiuscula, oblonga: Folia verò in laciniâ capillaceâ divisa Costæ innascuntur.* *Inter Feniculi Species recensetur Cuminum, ut prius notatum.* *Vis Carminativa Seminum Feniculi cui non nota? notissimum quoque est Scholæ Salerni sædum Leonium, Semen Feniculi referat spiracula culi.*

discutiendas (imposita.) Vide *Harm. praef.*

P R A E P A R A T A.

Mucilago. Extrahitur beneficio coctionis in Aquâ.

CXLVII. FRAGARIA.

K *ἀμύγδαλον*. *Fragaria*, *Brunsf. Trag. Matth. Fuchs. Dod. Lon. Lob. Cast. Ger. Fragaria vulgaris, C. B. 1. Fragula, Cord. bist. Fragula, & Trifolium fragiferum, Tab. Germ. Erdbeer-kraut. Gall. Herbe des Fraises.*

Crescit locis opacis: Floret Martio & Aprili.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia seu *Herba*, & *Fructus* in *Præparatis*.

Vires. *Herba* refrigerat & siccat, moderatè subastringit, Diuretica est, usûsque crebri in Ictero, ut & in *Gargarismis* & *Balnois*, in *Cataplasmatibus*, &c.

Fructus (*Fragâ*). Refrigerant & humectant. Splenetica sunt ac Nephritica, Venenis resistunt; quia autem faciliè putrescunt, non admodè comeduntur.

P R A E P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex integrâ Plantâ floridâ. Abstergit Lentiginis & Maculas.

2. *Aqua*. Ex *Fructibus*,

N. Sitim & æstum febrilem extinguit, *Urinam* ciet.

3. *Syrupus*. Ex *Succo* *Fragorum*.

4. *Spiritus*. Ex *Succo* fermentato, qui tamen usûs rarioris.

5. *Tinctura*. E *Baccis* cum Aquâ propriâ.

CXLVIII. FRAXINUS.

E *Schbaum. Eschern.* (*Excelsior. Hic Officialis.*
Gall. Fraxno. (*Humilior. Minus usualis.*

Dicitur *Fraxinus*, *Brunsfels. Trag. Matth. Lon. Lob. Tab. Cast.* *Fraxinus excelsior, C. B. 1.*

Floret Aprili & Majo; Semen fert Autumno. Crescit in sylvis opacis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia, *Cortex*, *Lignum*, *Semen*.

Vires. *Folia* siccant valdè, curantque ictus *Serpentum*, sed usûs sunt rarioris.

Cortex & *Lignum*, siccant, itidem attenuant; Splenis duritiem specificè emolliunt; Diuretica sunt, Lithonriptica, eaque non è postremis.

N. Sunt

incoquitur. Uno nomine: omnia ea præstat, quæ ipsi ascribuntur ab **AUTORE**. Ad eadem etiam valet, ad quæ *Tragacantha Mucilago* utilis est, de qua suo loco dicitur. (C)

CXLVII. **F** R A G A R I A. *Fragaria*, Germ. *Erdbeer-kraut*, etiam dicitur *Trifolium fragiferum*, quia *Folia* tantum tria habet. Profert *Fructus*.

In usu sunt *Fructus*, *Radix*, & *Folia*.

Fructus, uti sunt noti in *Culinis*, ita non admodè cogniti in *Officinis*, quoniam rarè præscribuntur. Succulenti sunt, sed admodum temperati; & ex eo, quod faciliè effervescebiles sint, blandissimum *Alcali volatile*, sub occulto tamen *Acido*, demonstrant. Copiosam *Urinam* fundi faciunt; exinde habent vim *nephriticam*, *Renes* purgant, & *Calculum* eliminant. Unde & quibusdam in usu est *Spiritus Vini* asfunderere, & ita hunc *Spiritus* pro usu diuretico & *Calculi* præservativo administrare. Præterea *Phlogoses* & *Æstuationes Corporis* blandâ temperaturâ solent sistere, quo scopo etiam ex *Fragis* potest fieri elegans *Julebus* ad imitationem **TIMÆI** in *Responsa* 8. p. 16. ubi *Fragis* conquassationem addit ana *Aque Cichoris*, atque *Endivia* & *Fragaria* partem dimidiam, & *Spiritus Vitrioli* tantillum; non secus ac ex *Rubro Ideo* similis *Julebus* elegans & suavis paratur in **TIMÆI** *Dirib. Med.* p. 433. Cavendum tamen interim est, ne nimio eorum abusu *Choleram* aliosque *Affectus Intestinalium* excitemus. Rarum est, quod singularem vim *diaphoreticam* in *Fragis* observaverit **BARTHOLINUS** *Cent.* 3. *Hist.* 57. p. 112. quæ alibi non reperitur.

Herba ipsa Fragaria dicitur *Hepatica*, quia egregiè convenit in temperando *Hepate*, & tono, ac *dyscrasiâ* sic dictâ *Hepatis*; Unde in *Affectibus Chronicis*, in specie *Cachecticis*, *Ictericis*, & similibus, haud minimum præstant usum: sicut & **LINDANUS** huic *Plantulæ* vim mirabilem attribuit pro temperando *Hepate*, vel pro restituendâ *crasi Sanguinis*. Propterea ejus *Decoctum* cum *Passulis* est usitatum in talibus *Affectibus*, imprimis, si usurpetur pro *Potu ordinario*. Hinc etiam **RULANDUS** in *Curat. Empir. Decoctum* ejus cum *Passulis* pro *Potu ordinario* in *Affectibus* & *Morbis Hepatis* frequenter præscribit sequenti modo:

℞. *Herbæ Fragar.* M. ij.

Passul. min. cont. ℥iv.

Decoquitur in Aquæ font. q. s.

Quod *Decoctum* optimè valere dicit in *Ictero flavo*: ipsi tamen est usitatum in aliis *Cachexiarum* generibus. In de-

licatulis additur aliquid *Cinnamomi*.

Virgini cuidam, *Asthmate*, & *Tussi afflictæ*, hanc præscripsit *Potionem*:

℞. *Herb. Fragar.* M. iij.

Rad. Liquirit. rasæ ℥ss.

Uvar. passar. ℥iij.

Cinnam. ℥j.

Coqu. in s. q. Aquæ simplicis.

Idem **RULANDUS** curavit *Ictericum* longo tempore detentum, & consistentis ætatis sequenti *Decocto*.

℞. *Flor. Centaur. minor.*

Fol. Fragar. an. M. j.

Insundantur per horas tres in *Aquæ & Vini* an. ℥iij. postmodum decoquantur lentè ad consumptionem medii.

Hujus *Decocti* ℥viiij. mane bibit, sudavit, & curatus est.

Succus Fragorum valde diureticus, *Renum absterisus*, & in purgandâ *Massa Sanguineâ* quoque non otiosus est. Vulgò refrigerare dicuntur; unde & *Julepos* exinde conficiunt in *Febribus Ardentibus* & *Malignis*.

In usu quoque est magno *Syrupus Fragariæ* exinde paratus. (D)

CXLVIII. **F** R A X I N U S. *Fraxinus* ita dicitur à *frangendo*, quia facili negotio frangitur, Germ. *Eschbaum*. Arbor certè singularis est, apud nos incognita, in agro *Norico* & *Angliâ* sponte suâ copiosissimè crescit.

Plura ex hac *Arbore Natura* pro usu *Medico* suggestit: *Folia* nempe, *Corticem*, *Semen* & *Lignum*. In *Foliis* enim residet vis *vulneraria*: in *Cortice* vis *splenetica*, *diuretica*, & *febrifuga*; in *Semine* vis *diuretica*, & *aphrodisiaca*; in *Ligno* denique vis *sympathetica vulneraria*.

Arborem in genere quod concernit, quidam existimant, *Serpentes* ad hanc *Arborem* non appropinquare, nec sub umbrâ ejus commorari posse, cum umbra ista sit ipsis *lethalis*. Sed de hoc ulterior est consulenda *Experientia*.

Quod attinet verò *Folia*, interne rarè adhibentur. Si verò eadem recentia contusa *Vulneribus* recentibus, & locis quibus *Hæmorrhagiæ* contingunt, imponantur, reverà *Balsami vulnerarii* vices sustinent, quæ vulgaris *Rusticorum* est *Curatio*.

Succus recens Foliorum Fraxini specificè contra *Morsum Viperarum* commendatur: de cuius *Succi* verà & certè *Experientiâ* vid. **ZACUTUS LUSITANUS** l. 3. *Prax. Admir. Observ.* 90. *Vulneribus* infusus valdè conducit.

Aqua

(C) *Fœnum-Græcum Plantis Flore papilionaceo accensetur, sed quæ Foliis gaudent ternis (quare à quibusdam inter Trifolii species connumeratur): Siliquæ planæ nonnihil sunt, & corniformes, Seminibus plerumque rhomboidiformibus, vel reniformibus factæ. Fœnum-Græcum sativum, seu Officialine, semicubitum altitudine non excedit, ramisque edit Foliis ornatis: quæ terna sunt, majuscula, crenata, supernè virentia, infernè glauca. Flores è Foliorum alis papilionacei, subcandidi; quos insequuntur Siliquæ palmares, & sesquipalmares, falcate, mucrone tenui, longo, inani, Semina continentes ferè quadrata, & odore quodam medicato, mucilaginem reddentia. Hæc cum Seminibus Lini inter Anodyna primum locum tenere, lippis, & tonsoribus notum.*

(D) *Fragaria à fragranti sanè Fructus odore (potius quàm à fragilitate, ut putat Vossius, citans Mollia Fraga Ovidii): hic autem ex sapore & odore notior est ipsâ Plantâ. Fragariæ Genus Flore est rosaceo, cujus pistillum abijt in Fructum ferè globosum, ut plurimum carneum, nonnunquam siccum, cui Semina adhærescunt. Folia item Plantæ terna sunt, summo pediculo insidentia. Multæ sunt Fragariæ species, quæ vel Foliorum varietate, vel Fructus Florumque colore distinguuntur: sunt & Fragariæ species steriles, quas non velcas appellant. Vulgaris est quæ Fraga fert rubra: sapidissima Veris incipientis primitiæ. Habent Fraga succum, saporemque vinosum, ut quandoque copiosius ingesta caput tentent, & inebriant: non paucis stomachi dolorem excitant.*

N. Sunt qui Lignum die Johannis Baptistæ cæsum, Vulneribus ac Contusionibus solo affricatu mederi credunt: cædunt autem id alii ante Solis ortum, alii ipso meridiano temporis puncto, *Wundholz* dicitur vulgò.

Semen. (Foliis adhærescens) calcificat & siccat validè, condu-

cit Epaticis, Pleuriticis, Calculosis. (Venereum est.)

N. Colligendum hoc est autumnali tempore.

(Dicitur *Lingua Avis.*)

P R Æ P A R A T A.

Extractum. Ex Corticibus per Aquam appropriatam, Li-
quore

Aqua ex tenellis Fraxini Foliis destillata ad Surditatem valdè commendatur: uti etiam hæc ipsa *Aqua* valdè laudatur pro *Lozione* in Tremore Manuum, in quo experta dicitur.

Cortex Arboris adultæ subnigricans, ejusque *Decoctum*, non secus ac *Cortex* & *Decoctum Tamarisci*, item infusum & fermentatum, in quibusvis Morbis Chronicis, in quibus Splen ac Hypochondria malè se habent, est egregium. Observarunt enim, quòd Sale essentiali blandè adstringente, nihilominùs tamen etiam partim resolvente, ac attenuante, turgeat. Sapore convenit cum *Gallis* & *Tormentilla*; præcipitat enim *Vitriolum* etiam in Atramentum: hinc loco *Digestivi* in Splenicis *Decoctum* ejus usurpari potest. Præterea Acidum corrigit & detergit. Nobilissimum *Sudoriferum* & singulare *Diureticum* est *Cortex*, quippe quòd Diuresis est optima Morborum Chronicorum evacuandi ratio. Jam verò omnia Medicamenta, quæ habent vim diureticam, sunt optima. Unde etiam *Cortex Fraxini* & *Tamarisci*, cum simul sint *Splenetica*, optimè conducunt in Splenis Morbis, & simul quoque in *Essentiis Splenicis* præscribuntur. Denique *Cortex Fraxini* nobile quoque est *Febrifugum*; ita, ut Moderni, imprimis Angli, *Corticem* hujus *Fraxini* in locum *Chinae China*, seu *Febrifugi* illius *Peruviani*, substituere non dubitarent. Verùm optimè etiam huic *Chinae China* substituitur *Radix Gentianæ*, aut etiam *Lignum Colubrinum*, quippe quæ æquè ac *Chinae China*, teste *Experientiâ* propriâ, *Tertianas* curat. Sic nonnulli ex *Cortice Fraxini* parant quoque *Febrifugum*; *Cortex* enim *Fraxini* vim habet detergentem, per sudores evacuantem.

Sal Corticis Fraxini calcinatum, non verò exactè aded al-
califatam, potentissimum est *Diureticum*.

Sequuntur *Semina*, quæ ob figuram, quæ *Avicularum Lin-
guas* repræsentant, *Lingua Avis* vocari solent. Sale volatili acri nitroso turgent, unde sunt *diuretica*, propterea quoque *Nephriticis* & *Calculosis* singulariter prosunt, in quibus *Affectibus* commendantur à GLAUBERO in *suis Scriptis* pag. 23. Præterea eadem quoque *Semina* acrimoniam *Genituræ* acuunt, & *Viros* ad *Venerem* valdè stimulant.

Semina hæc destillata subministrant *Oleum empyreumaticum* (quod tamen per rectificationem ab empyreumate liberandum, perquam acre, potentissimè *diureticum* & *nephriticum*, & cui vix par exiit. Unde à GLAUBERO in *sua Pharmaciâ Spagy.* tantoperè laudatur.

Lignum denique à quibusdam *Germanorum Guajacum* dicitur, & non immeritò: quia similiter nitroso Sale volatili turget, & exinde *sudoriferum*, & hinc singulariter *diureticum* est; aded ut incertum sit, an magis *Sudorem* vel *Urinam* pellat? Habet enim *Lignum* hoc & *Cortex* omnes *Guajaci Indici* proprietates, & conducunt in usu *Antivenereo*, atque per *Urinam*, quicquid adversi offendunt, expellunt, eorumque vis efficacior dicitur *Guajaco Indorum*: videatur *AGRICOLA* in *Chirurgiâ parvâ* pag. 903. Ratione Salis hujus nitrosi, licet viridis sit *Fraxinus*, tam facile inflammabilis est. Conf. *MAYOVV. de Nitro* p. 57. Prodest etiam in *Affectibus Splenis*, aliisque *Morbis Chronicis*. *Lignum* hoc egregium est *Sympatheticum* in curandis *Vulneribus*, vim *Unguenti Armarit* imitans, unde vulgò dicitur *Germ. das Heylocher, wundholz*, quibusvis enim *Vulneribus* cæsim aut punctim inflictiis applicatum, eorum *Consolidationem* brevi promoyet, *Inflammationes* arceat, ac *Dolores* sedat; sive recentibus istis affricetur, sive *Instrumento* cruento illinatur, & in locum tepidum seponatur. Imò omnem *Hæmorrhagiâ* quoque *Vulneribus* junctam, modò *Lignum* admoveatur, ut hocce *Sanguinem* calidum excipiat, mirè sistit. Vidi aliquando non sine stupore & admiratione *Virginem* hîc locorum, tantâ *Narium* habi-

tuali *Hæmorrhagiâ* laborantem, ut *Capillorum* profusivum passa, ac *Anasarca* immineret, aded, ut nec ullum *Remedium* huic *Malo* sufficiens potuerit reperiri; quæ tamen hoc *Ligno Fraxini* *Naribus* applicato, se post planè immunem ab omni *Hæmorrhagiâ* reddidit: Aliàs & in *Dentium* *Doloribus*, *cavitatibus* eorum intrusum, *Dolorem* fugat, ubi & *Gingivis* affricari poterit. Cessante tamen *Hæmorrhagiâ*, secutæ sunt *Cephalalgie* per biddum horrendæ. Atque sic *Lignum* hoc *Fraxini* certo & determinato tempore cæsum, est *Succedaneum Pulveris Sympathetici*, de cuius vi *Sympatheticâ* videri potest SCHOTTUS in *Jocoserilis Naturæ & Artis*. Totius rei cardo vertitur in hoc, quòd nimirum tempore cædendum sit *Lignum Fraxini*? quod à variis variè determinatur. Solent tamen & multæ *Superstitiones* concurrere ad *Ligni* hujus efficaciam: ut quando quidam dicunt, *Lignum* hoc cædendum esse die *S. Johannis Baptistæ*, præcisè tempore meridiano. Alii circa *Festum S. Jacobi* (seu uti vulgò vocant inter duo festa *B. Mariæ*, hoc est circiter diem 12. Aug. & 16. Septembris, mane ante Solis ortum. Vel juxta alios, tempore *Conjunctionis Solis & Lunæ* in *Tauro*, *Mense Aprili*, vel in *Conjunctione Solis & Lunæ* in *Leone* *Mense Julio*; in *Plenilunio* autem meridie, si est *Sol* in *Exaltatione*, domo 10. vel tempore *Conjunctionis*, uno ictu cædendum; quidam ipso festo *S. Jacobi*, inter 11. & 12. horas, & quidem nonnisi à *Juvene Venerem* nondum experto, & *Securi* omnino novâ, tribus ictibus, lavatis manibus, & in recessu non loquendo. Alii noctu volunt cædere hoc *Lignum*, & in his sunt, qui dicunt, latere *Quædam* contra *Veneficia*. In hac *Superstitione* PARACELSUS in *Scriptis suis primis* aded operosus fuit in demonstrandis modis, & temporibus *Herbarum* colligendarum, utut vagus, & confusus; observari enim vult *quinque Tempora* collectionis.

1. *Tempus Anni Solaris*, id est, in qua *Solis* statione sint colligendæ.

2. *Tempus Mensis Lunaris*, seu an circa *Novi*, vel *Plenilunium* sint colligendæ.

3. *Tempus Diet naturalis*, id est, an matutino, vespertino, an meridiano tempore.

4. *Tempus vigoris Plantæ*, ubi tunc est in vigore ipsa *Planta*, quando florere incipit, & *Semina* generat.

5. Denique *Modum colligendi Plantas*, qui adhuc maximè suspectus mihi videtur, utut non de nihilo esse, & plurima *Exempla* etiam *vulgaria* probent.

I. *Primum* ergò quod attinet, nempe *Tempus Anni Solaris*, multum sanè refert, an circa *Solstitia*, an alio *Anni* *Tempore* colligantur *Herbæ*, vel *Flores*.

II. Quoad *secundum*, nempe *Menses Lunares*, observandum, an *Plenilunio* magis, an *Novilunio* *Herbæ* sint colligendæ, vel *Semina* serenda? sic constat *Ligna* tempore *decrementi Lunæ* ante *Novilunium* cæsa durabiliora, & à *Vermibus* libera esse (E); non secus ac *Poma*, *Pyra*, &c. eodem tempore collecta durabiliora sunt. Nec ignotum, quòd *Semina*, quæ circa vel ante *Plenilunium* seruntur, plures *Flores*, paucos verò *Fructus* proferant; econtrà verò, quæ circa *Novilunium* seruntur, paucos *Flores*, multos verò *Fructus* ferant.

III. Quoad *tertium*, nempe *Diet naturalis Tempus*, aliæ *Plantæ* convenientiùs mane, aliæ meridie, aliæ verò vespere colligantur.

IV. Et alius *quartò* *Planta Vigor* est in *Radibus* tempore verno, & sic dicatæ sunt *Capiti*; alius in *Floribus* tempore æstivo; allus in *Brumâ* in *Conjunctione Solis & Lunæ*, &c. in *Plantis* est *Vigor*, quando incipiunt *Semina* generare; *Seminum Vigor* est, antequàm maturare perfectè. (F)

Q

V. Quoad

(E) Jam omnibus satis innotuisse puto, *Arborum cæsarum* caviem, non ex eo orti, quòd illæ crescente *Lunâ* cæsa sint; sed potiùs cum cæduntur succo nutritio adhuc turgentes, b. e. verno tempore: tunc enim cæsa, sive crescat, sive decrescat *Luna*, semper cariosæ evadunt; contrà verò si hyberno tempore, b. e. cum minimo pollent succo nutritio, sive crescente, sive decrescante *Lunâ* cædantur, tunc diutissimè à carie immunes permanent.

(F) De hoc sanè Tempore colligendarum *Plantarum* habenda potiùs ratio est, quàm aliorum, quicquid dicat *Paracelsus*. Vigor enim *Plantæ* est attendendus, cum scilicet vel in *Plantâ* totâ, vel in ejus parte, quæ ad *Remedia* paranda quaritur, *Succus nutritius* luxuriatur: frustra enim aliquid *æstivum* & *medicamentosum* in *Plantâ* excus-
sâ jam & effusâ quaesiveris.

quore aliquo acido acuatam, ubi excellit Aqua ex tenellis Fraxini Folijs destillata. *Quercetan. in Pharm. Rest.*

2. *Oleum ex Ligno*. Fit destillando modo communi.

3. *Sal oom.* Ex Cinere Corticum.

N. Sal ex Ligno incinerato, Vulneribus intus & extus cum felici successu usurpatum vidi.

CXLIX. FRAXINELLA.

Dictamnus albus, (propter Radicem albam) sive Fraxinella, C. B. 5. Polemonium, *Tab. Dictamnus putatus, Brunfels.* Dictamnus vulgaris, *Trag. Cam. Officinarum, Lon. Dictamnium album*, nonnullis pumila Fraxinus, *Matthiol. Cast.* Tragium primum, *Dioscorid. Lob.* Dictamnus nostra, *Cord. in D.* Fraxinella, *Cor. hist. Dod. Clas. Ger. Germ. weisser gemeiner Diptam, Escherwurtz, Gall. Du Dictam blanc.*

Crescit in rupibus: Floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix verno tempore colligenda.

V. Quoad quintum, nempe *Modum colligendi*, dicunt: quod vires varient pro diversâ collectione; unde aliæ Herbæ sursum, aliæ deorsum debeant evelli: *Radices Asari*, Germ. *Hafel wurzel*: sursum versus evulsis Folijs, Vomitus cient, deorsum versus Secessus movent: sic & *Sambuci summitates* sursum versus evulsæ magis Vomitus; deorsum verò per inferiora purgant: atque idem de *Esulâ*, *Iride nostrate*, &c. dicunt.

In his ergò quinque enarratis Circumstantiis maxima pars *Herbarum Balsamica* consistit. Optimum autem *Ligni Fraxini Tempus* videtur ante Solis ortum die S. Joh. Baptista; vel cæditur Lunâ & Sole in Leone existentibus, circa punctum meridiei. Alii Conjunctionem Luminarium in Ariete eligunt: Vid. *BORELLIUS Cent. 3. Obs 78.*

Alias & Plantæ à nonnullis secundum certa *Signa celestia* dividuntur variè & superstitiosè; sed effectus illorum Signorum nulli sunt: Vid. *HELVETIUS in Amphibeatro Naturæ*, & *CARRICHTHERUS in Herbario*, qui sub certis Planetas distribuit.

Alias *Lignum Fraxini recens* unâ extremitate igni commissum, alterâ exsudat *Liquorem* seu *Aquam*, ut omnia Ligna solent, quæ *Aqua maxime* commendatur in Affectibus Aurium, scilicet *Surditate*.

Quoad *Preparata*, omnia ex illo parari possunt eodem modo, ac de *Ligno Guajaco* dicitur.

In usu quoque est *Sal ex Ligno incinerato*. (G)

CXLIX. **FRAXINELLA.** *Fraxinella*, malè *Dictamnus albus* dicta videtur, quod Folia hujus Plantæ *Fraxini* Folia imitentur. Planta in hortis colitur, & fortem, aromaticum ex parte, odorem habet.

Quo ad *Usus* ejus, iisdem Affectibus consecrata est, quibus *Dictamnus genuinus*. Ab Autore quidem multa dicuntur, Ego autem nil habeo, quod moneam, quoniam nunquam aliquid de eâ memini me legisse.

Interim, cum hujus loco *Cbelidonium majus*, vel *Zedoaria* usurpari possint longè potentiora, non ampliùs usurpari solet. (H)

(G) *Quamquam Fraxinum varam in Germaniâ Arborem esse, scribat Ettmullerus; attamen in Italiâ integras ex eâ sivas habemus, ejusque ligna Culinis familiarissima. Fraxinus Arbor est Flore apetalò cum Fructu conjuncto: Fructus autem quoddam planus, membranaceus, & linguiformis sit, Ornithoglosson, b. e. Lingua Avis, vulgò dicitur. Illud Fraxinis omnibus commune est, ut Folia habeant per conjugationes costæ innascentia. Species Officinalis est Fraxinus excelsior C. B. Fraxini quoque species est Ornus, de quo alibi. Lubet quæ de Fraxino excelsiori scribit Cl. Tournefortius hic transcribere. Hujus Arboris Folia ope Chymicæ Analyseos multum acidi Liquoris reddunt, parum Spiritus urinosi, nil Salis volatilis concreti, multum tamen Olei & Terræ, sed satis Salis fixi. Hinc conicere est, quod hujus Plantæ Sal, valdè accedit ad Oxyfal diaphoreticum Salæ, sed in Fraxino Sal hoc conjunctum est cum multo Sulfure, multaque Terrâ; nil mirum ergò si Planta hæc sit aperitiva, diuretica, & sudorifera. Ex Trago Aqua de Fraxino destillata liberat ab Ictero, & Calculo: item Decoctum Foliorum ex Vino tollit Hepatis & Lienis obstructions. In Variolis & Morbillis Simon Paulli commendat usum Salis Fraxini, ac Ligni Guajaci: quemadmodum & optimum esse Antivenereum, fatetur Lobelius. Corticis Radicis cinis (inquit laudatus Lobelius) nodulo exceptus Caeterii potentialis supplet vicem, madefactus & impositus, indeque foraminulum contractum referatum, immisso Hederæ folio fovetur. Ex eodem Suffitus ex Follis, Cortice, vel semine Fraxini, Surditatem sanat: valdè enim resolutivum est Medicamentum: imò Aqua destillans ex Fraxini viridi surculo, cujus altera extremitas incensa sit, iisdem pollet viribus, si Syringâ in Aures immittatur, hujusque foramen Gossypio eadem Aquâ imbuto, oppleatur. Demum præscribitur Cortex Radicis Fraxini ad Hydropsen, Ischiadem, Rheumatismum, atque ad eos morbos, in quibus exundans serum est educendum.*

(H) *Fraxinella dicta sanè videtur à Fraxino, ob Foliorum similitudinem, sed cur appelletur Dictamnus albus, non video. Fraxinella Planta genus est Flore polypetalò, anomalo, cujus pistillum abis in Fructum ex vaginulis quibusdam compositum: ab his autem complectitur Capsula, vi elasticâ bisariam dissilens, cornuum Arietis in modum sese inflectens, Seminibusque sæta turbinatis. Officinalis est Fraxinella Clusii, seu Dictamnus albus Officinarum: hujus Radices candidæ & multifidæ: Scapi sesquicubito proceriores, Florum pulcherrimorum sed graveolentium thyrsum sustinent: Semen nigrum, lucidum, paulò majus quam Milii Solis. Radicis drachma assueta Vermes necat.*

Vires. Est Cordialis, Alexipharmaca, Uterina, Cephalica, amara, calfacit & siccant, aperit, Vermes necat. Usus præcipui in Morbis Malignis, in Epilepsiâ, aliisque Affectibus Capitis, in obstructione Uteri (etiam pro Pessò,) &c. (ad Secundinas pellendas). Extrahere quoque dicitur Spicula Guli infixæ.

PREPARATA.

(Aqua. Alexipharmaca & Ophthalmica.)

Condita Radix ad Fluxum album.

Oleum ad Faciem dealbandam, & Articulorum Dolores.

CL. FUMARIA.

Kærrus, Fumaria Officinarum & Diosc. C. B. 1. Fumus terræ, *Brunfels. Cam. Fumaria, Trag. Matth. Fuchs. Cor. in D. Dod. Lon. 2.* Flore albo, *Tab. Capnos, Lob. Cast. Fumaria major, Cast. Fumaria purpurea & alba, Ger. German. Daubenkröff, Daubenkröbel, Erdrauch, wilde Rauten. Gall. Fumeterre, ou Pied de Geline.*

Crescit

CL. **FUMARIA.** *Fumaria* vel *Fumus terræ*, dicitur etiam *Capnos minor*, Germanis *Erdrauch*. Flores fert purpureos & albos; Semen fert ut *Coriandrum*, nigricans tamen. Egregia est Planta, Saporis admodum acris amaricantis, penetrantis, adeoque innuit, vim ejus in Sale nitroso volatili temperato, non tamen adeò copioso, residere.

In *Officiis* tota *Planta* cum *Folijs* adhibetur. Nullum mundificans Sanguinis præscribitur, quod non ingrediatur: nostris enim Corporibus apprimè convenit in depurandâ *Massa Sanguineâ*, & dyscrasiâ ejusdem corrigendâ; unde in Morbis Hepatis & Lienis sic dictis, Cachexiis, aliisque Morbis Chronicis, uti & in Morbis vocatis Melancholicis, pro corrigendo sapore vitioso *Causæ morbificæ*, & Sanguinis fermentatione, nulla *Planta* magis est usitata. Præter vim autem *Alterantem, Spleneticam, Hepaticam, & Attenuantem, Urinam* egregiè ciet, laxat quoque leniter, & purgat serosos, biliosos, & adultos Humores sensim. *Viscera* referat, roborat & purificat; adeò, ut in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, Morbis Mesenterii, Lienis, Quartanâ, Ictero nigro, & Scabie recenti, utramque faciat paginam, recens infusa & epota. In *Scabie* enim, & Morbis similibus, ubi adhuc est infecta *Massa Sanguinea, Fumaria* commendatur; imprimis si sit *Scabies Scorbutica*, in qua Flores & Folia coquantur in Lacte caprino, bibuntur, & sic egregiè talis *Scabies Scorbutica* curatur. Sunt etiam, qui commendent hanc *Plantulam* in *Curâ Morbi Gallici*; in quibus casibus pro Sanguine purificando non datur præstantius Remedium, cujus efficaciam videbitis confirmatam in *PAULI Quadr. Botan. p. 63. Cognitionem autem diuturnam* non fert hæc Herba, quia avolat *Sal volatile*. Unde laudatur imprimis recens eadem in *Infusis*, aut etiam in *Succo* usurpata, cum non parum virium exsiccatione successivâ perdat.

Succus hujus *Herbæ* recens expressus cum *Succo Buglossæ, & Seri Lactis caprilli* part. ij. mixtus, & in vere calidè mane sumtus, in dictis Affectibus egregiè confert; unde & præprimis

Crescit passim in hortis, vineis, &c. Flores Majo & Junio.

O F F I C I N A L I A.

Herba cum Floribus.

Vires. Splenetica est ac Epatica: attenuat, serosos, biliosos, ac adustos Humores sensim expurgat, Viscera referat, reserata roborat, Sanguinem purificat. Hinc usus præcipui ad expellendas Variolas & Morbillos, in Scorbuto, aliisque Morbis Mensenterii & Lienis, in Ictero, in Scabie omnis generis & similibus.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex Herbâ cum Floribus,
2. Oleum stillatitium, quod rarum.
3. Succus inspissatus, Dosis ad ʒj.
4. Conserva, Summitatum.
5. Syrupus Simplex. Ex Succo.
Compositus, Vide Disp.
6. Pilula de Fumariâ. Purgant Bilem serososque Humores.
Dosis Drach. j. ad Drach. jss.
7. Sal Fumariæ. Ex Herbâ incineratâ.
8. Extractum.

GLI. FUMARIA BULBOSA.

Fumaria Bulbosa (Radice cavâ 1. Hæc usualior.
(Major 2. Hæc Subrogari priori potest.
(Radice non cavâ)
(Minor 3.)

primis in Scorbuto, Malo Hypochondriaco & Scabie & Splenis Affectibus assumitur, vel solus, vel mistus cum ana Succo Cochlearie, & Sero Lactis, cujus volatile Alkali nitrosum egregie confert in promovendis Fumariæ effectibus, hoc est, quod vulgò dicunt, Fumariam corrigere adustos, falsos, acres Humores, eosque abstergendo per alvum evacuare. Sanè FREITAGIUS in sua Aurora Medicorum p. 254 dicit: se Hypochondriacis, quos simul Scorbutus infestaverit, quique aliis Remediis diu exagitati frustra fuissent, Succum Fumariæ & Cochlearie ana in Sero Lactis caprilli, idque imprimis verno tempore, cum successu exhibuisse. Externè Succus acris ex parte Visum acuit, & Lacrymas movet in modum fumi; hinc Germanis dicta videtur Erdrauch. Cum Gummi distemperatus Oculis illicit præcavet duplicaturam Ciliorum. Cum Lapatbo, Germ. oder Mengelwurrtz, & Aceti aut Mellis pauxillo mixtus, pro Scabie & scæditibus Cutis, præmissis præmittendis, & evacuato Corpore, commendatur.

Essentia usurpatur in Scabie, Malo Hypochondriaco, & Scorbuto præprimis, in quo sanè B. SENNERTUS quotannis aliquot libras Essentiæ Fumariæ consumpsit.

In nostris Officinis prodest quoque Essentia Fumariæ composita ex Fumariâ, Radice Helenii, aliisque similibus cum Spiritu Vini tartarificato, concinnius cum Spiritu quodam Anisicorbutico, præparata; quæ egregia est in suppressione Mensium, & aliis Chronicis Affectibus.

1. Aqua destillata sudorifera est, cum Theriaca vel Mitridatio, aut alio composito mixta.

4. Conservâ Fumariæ SENNERTUS sæpissimè usus est in Affectibus Scorbuticis, Hypochondriacis, & Splenetis, aliisque Morbis Chronicis, ut ei vix duo centenaria successerint ut ejus Pharmacopola B. DOCTORI MICHAË. Tom. IV.

(I) Fumaria à Fumo: Plinius de eâ ait: Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu Fumus: unde nomen. Græcis eadem ratione Καπρός Fumus, appellatur. Planta est Flore polypetalò anomalo, papilionacel emulo, rostrato, cujus pistillum ab in Fructum membranaceum, Semine factum subrotundo. Fumariæ species Folitis tenuiter dissectis castis gaudens.

Vulgaris est Fumaria Officinarum & Dioscoridis, flore purpureo C. B. quæ & major quoque dicitur. Planta est tota amara: Radix crassa, alba, fibrosa: Caules multi, brachiati, quadratique: Folia ex longis pediculis tenuissimè tritisa, glauca: Flores in spicam congesti purpurascetes: Semen minutum, rotundum. Planta hæc quamvis amarissima, rubefacit tamen cæruleam papyrus, non secus ac Aloë: videntur ergò iidem principis consistere, hoc est ex Sale Salis Terræ naturalis emulo, sed in quo Ammoniacum in Nitrum & Sal marinum dominetur: præterea Sal Fumariæ cum multo Sulfure, multaque Terrâ conjunctum est, atque in maximâ Phlegmatis quantitate dissolutum. Analysi Chymicâ Fumaria multum dat Salis volatilis concreti, fixique lixivialis, multumque Olei crassi. Horum principiorum ut Planta hæc laxativa est, diuretica, ad sanguinis depurationem, Viscerumque obstructiones reserandas aptissima: Specifica est in omnibus Cutis Morbis, in Melancholiâ hypochondriacâ, Cachexiâ, & Hydropè. Aqua Fumariæ destillata ad Ulcera oris detergenda efficax est. Serum Lactis caprilli cum Herbâ recenti vase vitreo destillatum, atque ad uncias sex diu epotum, ad salsâ Cutis repurgamenta, Sanguinisque asperitatem demulcendam, efficacissimum pluries expertus sum.

(K) Fumariæ bulbosæ dictæ species, nequaquam ad Aristolochiam referenda, sed ad Fumariæ genus omninò revocanda: omnes enim veræ Fumariæ characteres obtinent; Radice tamen non fibrosâ, sed bulbosâ gaudent, quæ in quibusdam cava, in aliis non cava observatur. Quæ cava Radix est interdum non minor Nuce Juglandæ, alias pugno maximo major, quasi ex compluribus bulbis compacta, ut Brutorum Renes quodammodò representes. Quæ non cava, sed solida est, & major, ad Avellanæ magnitudinem accedit, ad quam vix minor pertingit. Viribus cum cæteris Fumariæ speciebus conveniunt.

1. Dicitur Aristolochia rotunda, Brunsfels. Aristolochia rotunda vulgaris, 1 rag. Fuchs. (cui & Pistolochia,) Cam. Fumaria altera, Matth. Cast. Capnos Chelidonia, Lon. Radix cava major, Dod. Clus. hist. Fumaria cava Herbariorum, Lob. German. Erdkraut, falsch Holwurrtz. Gall. Fumeterre.

2. Fumaria bulbosâ Radice non cavâ dicitur Aristolochia rotunda vulgaris, radice solida, 1 rag.

Crescunt in dumetis, locis frigidis & opacis, ut & in vineis. Florent Aprili.

3. (Fumaria bulbosa Radice non cavâ minor, five 3. Capnos altera, runde kleine Osteriucey, Bonges Holwurrtz. Mulierculis in frequenti usu est ad Scabiem & Pectoris angustiam: imponitur Cerevisiæ tam Nutricibus quàm Infantibus.)

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix: rarè Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit 2. siccit 3. abstergit, substringit, aperit. Epatica est, Uterina, Alexipharmaca, Sudorifera, Diuretica & Vulneraria. Usus præcipuus in cendis Mensibus, Lochiis: Fœtum mortuum expellit. Ictero medetur, Sanguinem mundificat, adeoque & Scabiei succurrit. Extrinsecus commendatur quammximè ad Vulnèra etiam inveterata & fistulosa, utpote quæ mundificat & consolidat; ad Scabiem, ad Dolores podagricos (à frigidis Humoribus) ad Sanguinem coagulatum in Contusionibus, ad putredinem Oris.

FUN-

LIS retulit.

5. Syrupus Fumariæ est egregius pro purgatione Massæ Sanguineæ.

6. Pilule de Fumariâ quoque in usu sunt, quæ usurpantur in purificando Sanguine, in Scabie, Lue Venereâ, Scorbuto, & similibus Affectibus; imprimis, si misceantur cum Mercurio dulci, in quo consistit radicalis Cura talium Affectuum. Observetur tamen, quòd is, qui laborat Scorbuto, non sine periculo ferat Mercurium; unde apud Belgas, & apud nos inusitata est Curatio Luis Venereæ per Mercurium propter metum Scorbuti, qui exasperatur à Mercurio. (I)

GLI. FUMARIA BULBOSA. Fumaria bulbosa etiam Capnos Chelidonia Plinii, vel Pistolochia, vel Corydalis, Hirundinaria, & absolute Radix Cava, ob cavam Radicem, vocatur: Germanis Erdkraut, falsch Holl-wurrtzel. Est vel flore rubro, vel albo. Radix est rotunda, exterius nigricans, interiùs flavescens, amari saporis.

Usurpatur in Officinis Radix & Herba, valdoperè cognata & naturæ & figuræ Aristolochiæ rotundæ, cui substituitur. Hinc quæ de Aristolochiâ dicta sunt, etiam hic conferantur; adeoque non magis quàm ipsa est Uterina, insignis Hepatica, Sudorifera & Alexipharmaca, Abstergens, Subadstringens, Aperiens, Diuretica, Vulneraria, &c. Imprimis tamen internè convenit in Affectibus Uterinis, in Suppressionè & Decoloratione Mensium, Fœtu mortuo, Lochiis & similibus pellendis, Ictero, Scabie &c. Confert etiam ad Vermes, Vulnèra, Fistulas, & Ulcera antiqua sordida, quæ egregie abstergit, & sordes detergit. In Tonillarum antiquis affectibus tumentibus, putredine Oris, Hæmorrhoidibus dolentibus & tumentibus cum Unguento Populeo: item Scabiem & Dolorem podagricum à frigidis Humoribus sanare dicitur. (K) Q 2 GLII. GA-

F U N G U S.

Inter *Arborum Fungos* præcipuus est *Laricis*, scilicet *Agaricus*. Inter *Terrestres*, qui quidem majori ex parte *Culinarii* sunt, stomacho tamen graves, sæpè etiam Cholerae causa, Orbicularis, sive ovatus, *Crepitus lupi*, Germ. *Wolffsfiß*, *Bubensfiß*, vulgò *Böfsfiß*, variæ magnitudinis, cranium interdum æquans, initio albicans, pòst pallens, ubi inaruit subflavus, pulverem emittens, ad Sanguinis profluvium sistendum Chirurgis familiarissimus. (A)

G

CLII. GALANGA.

Galanga. [Major radice crassiore, rubrà, minùs odoratà, &c.
Germ. [Minor, radice tenuiori, nodosà, intùs & extrà rubescente, sapore acri instar *Piperis*, odore suavi.
Galgan. Gall. [*Souchet.*

N. Hæc priori præfertur.

Dicitur Galanga minor, *Matthiol. Cord. hist. Fuchf. Lob. Lon. Tab. Acost. Ger. Galanga minor Officinarum, C. B. 2. Galanga Indica, Amat.*

Major vocatur, Galanga major, *Matth. Cord. hist. Lon. Fuchf. Lob. Tab. Casalp. Gal. crassa, Amat. Iridis genus, Clus. in Acost.*

N. Galanga (*γαλαγγα*) quibusdam *Acori*, nonnullis *Iridis* species videtur; minor à recentioribus Græcis *Cyperus Babylonica* nominatur. Arab. *Galingia*.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, quæ eligenda saturato-rubra, ponderosa, benè odorata, saporis acris.

Vires. Stomachica est, Cephalica ac Uterina; calfacit & siccat 3, saporis acris, incidit. Usus in cruditate ab

inflatione Ventriculi; Vertigine, Uteri obstructione aliisque totius Corporis Affectibus à frigiditate ac flatulentia oriundis. Extrinsicè commendatur ad roborandum Caput. (in Errhinis.)

P R Æ P A R A T A.

(*Condita Radix interdum apportatur.*)

Species Diagalanga. Vid. *Disp.*

(*Extractum.*)

CLIII. GALEGA.

Galegia, Ruta capraria, *Matth. Cast. Com. Ruta Capraria, Tab. Galega, Lon. Dod. Lon. vulgaris, Clus. Galega vulgaris C. B. 1. Germ. Ganskraut, Fleckenkraut, Geisakraut. Gall. V. se sauvage, Ruë de chevres.*

N. Quidam *Onobrychin*, alii *Glaucum*, nonnulli *Polemonium*, alii *Polygalam* Veterum esse judicant; verùm his omnibus *Dioscoridis* descriptiones contradicunt.

Colitur apud nos in hortis; Floret æstate.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba. Collecta Junio & Julio.

Vires. Celeberrimum est Alexipharmacum ac Sudoriferum Venenum imprimisque pestilentiali insigniter discutiens. Usus ejus præcipuus est in Petechiis expellendis, aliisque Morbis pestilentialibus, ipsaque Peste curandâ. In Morbilis. In Epilepsiâ Infantum (exhibetur Succu cochlear 1.) in icibus Serpentum, in Lumbricis, (quos etiam extrinsicè applicata fugat).

N. *Herba* hæc secus ac aliæ citra saporem est, & insuper qualitatibus primis temperata.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex integrâ Plantâ Julio collectâ.

2. *Conserua.* Ex Summitatibus, seu Floribus.

3. *Syrupus.*

CLIV. GA-

G

CLII. GALANGA. *Galanga Radix* est aromatica, ex *Cyperorum* classe; sive sit major, sive sit minor: qui *Cyperii* sunt referendi ad *Irides aromaticas*, quarum Radices sunt nodosæ, elegantemque spirant odorem, ex quibus etiam est *Galanga*. Videantur *rerum Indicarum Scriptores, BONTIUS & PISO.*

Galanga hæc ratione virium convenit cum *Zedoaria*, aut etiam *Acoro nostrate*; cum enim habeat odorem & gustum aromaticum, satis patet, quod constet Sale volatili acri non admodum oleoso, ratione cujus pro usu stomachico valdè usurpatur, aded, ut *PARACELsus* eandem non inconcinne *externum Ventriculi* vocaverit, propter vim restituenti Ventriculi interni labes & defectus: atque hinc in omnibus Affectibus Abdominis & Ventriculi flatulentis, ex Cruditate acidâ ortis, frequenti est in usu, præcipuè, quoniam Fermentationem Humororum, ab Acido oriundam sopit, & hinc Flatus productos discutit, & corrigit. Unde non immerito unum ex primariis *Stomachicis*, *Nervinis* & *Uterinis* est, atque aded etiam in *Passionibus Hystericis* Mulierum commendatissimum est Remedium. Similiter, quando ob imbecillitatem Ventriculi affligunt tempore matutino Vertigines Caput, vel, quando propter consensum Ventriculi sunt Suffusiones nothæ, quando videntur *Atomi circumvolitare ante oculos*, in talibus casibus *Galangæ Pulvis* est egregius. (L)

(Δ) De Fungis pauca hæc habet *Schröderus* in Appendice ad Pharmacopœam. Quoniam autem de his verbum nullum hoc loco apud *Etmullerum*, sed sermonem de Fungis habet verbo *Agaricus*; idè aliqua de illorum natura à nobis adnotanda, in eum locum datâ operâ differimus.

(L) *Galanga* vox est Arabicae originis. Sicca Radix est, quæ ad nos ex India adportatur. Quidam *Schœnanthi*, alii *Acori*, nonnulli *Cyperii Radicem* esse volunt: sanior est opinio eorum, qui putant Indicæ *Iridis Radicem Galangam* existere. Duplex est, major, & minor. Major satis crassa est, gravis, albida, sed rubescente Cortice tecta, gustu acri & amariuscule. Hujus Folia ad Iridem accedere fatentur. *Galangæ* verò minoris Radix est digni magnitudine, in calcolas ab Indis divisa, ut commodius excutatur: dura est, intus & extus rubescens, sapore verò acri & aromatico majorem *Galangam* superans. Plantæ Folia *Myrti* foliis similia faciunt. In Officinis minor præ majori usitator est. Viribus cum *Zingiberis Radice* convenit: conditi ab Indis solet, ejusque usus ad orexim excitandam familiaris apud illos est, non secus ac *Cappares* & *Oleæ fructus conditi apud Europæos.*

(M) *Galega* ignoti idiomatis C. Hofmanno. Officinis *Ruta Capraria* appellatur, ignoto item argumento: nullam enim cum *Ruta* affinitatem habet, nisi fortè virium ratione. Plantæ genus Flore papilionaceo, cujus pistillum abit in Siliquam quasi cylindraceam, Seminibus sætam us plurimum reniformibus. Addit huic characteri *Tournefortius Folia conjugata, costæ affixa, cui summæ impar innascitur.* *Galega* vulgaris floribus cæruleis C. B. quæ Officinalis, *Caultibus* assurgit bicubitalibus, striatis, inanibus, ramosis: Flores surculis insident ex Foliorum alis exortis, ex albo violacei: Siliquæ tenues, teretes oblongæ. Maximam vim alexipharmacum Plantæ huic tribuunt Practici: sed fortasè unus alterius authoritati potius nisus, quàm propriæ experientie. Planta sanè fatua est, & nullius saporis.

CLIII. GALEGA. *Galega Græcorum* unde dicatur? Interpretes hærent: Latinis dicitur *Ruta capraria*: Germanis *Geis oder Ziegenraute*. Datur *Simplex cærulea, & alba.*

Utraque quoad integram Plantam est *Officinalis.*

Galega utut Simplex sit aded temperatum in qualitatibus, ut neque sapore, neque odore, neque alio aliquo modo afficiat sensus, atque ideo valdè contemptum sit; usitatissima tamen est in usu alexipharmaco, & sudorifero, epileptico, &c. Sed miror, qua ratione, aut qua experientia ad asserendum hoc inducti fuerint Practici? Utriusque sanè defectu nihil *Galegæ* tribuendum censeo. Vis ejus alexipharmacica in specie est contra Morsum *Viperæ*, qua *Lacerta* cum *Viperâ* pugnant se munit, & ab hac demorsa se curat, & quam describit *FORESTUS l. 2. de incerto Urinarum Judicio pag. 209.* & *MEIER in Selectu Medico pag. 27.* Sublestæ tamen fidei esse videtur, modò non fabula sublit. Olim tanquam *Alexipharmacica* in Peste, in Febribus malignis frequentius fuit in usu, quàm nunc. Legimus enim *Aquam* imprimis pro scopo sudorifero adhibitam fuisse in Febribus Malignis, ac continuo Ardentibus, item Epilepsiâ Infantum, in qua etiam illis terna superiora Folia propinabantur: sicut & adhuc *Misturis* & *Emulsionibus* propinandis in Febribus Petechialibus, aliisque Morbis Malignis, à multis usurpatur. (M)

CLIV. GAL-

CLIV. G A L L I U M.

Γάλλιον, Γάλιον, Γαλάιον, Γάλαρον. Germ. Meyerkraut, W. idtrob, unfer Krauten Betstrob, Westrob, Lebkraut. Gall Petit Muguet.

N. Nonien habet, quod Coaguli vice γάλα, i.e. Lac, coagulet.

Luteum, flore luteo [Vulgare. Palustre.
Est [Album, flore albo [Palustre. Minus.

Ex his præfertur primum C. B. seu Gallium luteum, quod Dioscoridis Gallium putatur.

Dicitur Gallium Fuchf. Dod. Lon. Gallium luteum primum Tab. Gallium, Mattb. Cast. luteum, Cord. in D. Lob. Cam. Ger. Gallium luteum, C. B. 1.

Crescit passim locis aridis & arenosis, juxta vias, &c. Floret Majo, & hinc tota æstate.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit & siccit moderatè. Usus ejus potissimum externus est in Hæmorrhagiâ Narium sedandâ (Pulvis inflatus), in Scabiè simplici & malignâ, adeoque in Cancro Mammarum, &c.

N. Rari usûs est apud Præcticos, solumque asservatur pro Compositionibus, quas ingreditur, ut Unguentum Martiatum, &c.

CLIV. G A L L I U M. Gallium triplex sese offert: luteum, album, & molluginosum, seu latifolium album, German. dicitur Meyer kraut, item unfer Frauen Betstrob. Planta est vulgatissima. Dicitur autem Gallium à γάλα Lac, quod hujus usu Lac coaguletur, si nimirum Planta recens contrusa Lacti injiciatur: Vid. BORRICHIVS in Abis Hoffnienfibus Volum 1. ubi refert, Plantam hanc suppeditare Phlegma sive Aquam suaviusculo sapore imprægnatam, quæ Lacti affusa in momento id coagulat.

Usus in Officinis habet nullum, nec memini, me legisse apud Præcticum illam præscriptam fuisse, de quo testatur etiam AUTHOR. Externè dicit contra Hæmorrhagiam Narium & Scabiem prodesse, quod tamen, an verum sit, nescio, utut Compositiones ingredi solet. (N)

CLV. G E N I S T A. Genista varix sunt species, ac idem est, quod σπάρτιον Græcorum, unde & Germanis Genst kraut, ac in specie Pfriemen kraut dicitur. Duplex est: Genista spinosa minor, seu Germanica, & non spinosa.

Genista spinosa Officinis planè est incognita, & fortè cum genuinâ Genistâ conspirat. Non spinosa verò Genista simpliciter dicta, & cum additamento tinctoria, Germ. Farbergenst, Farber-pfriemen, flore luteo, & Officinis sat nota est, & in pratis cultis provenit. Ita dicitur, quod Tinctores Floribus ejus frequentius pro Lanis & Pannis colore flavo tingendis utantur; unde etiam Magisterium tingens è Floribus cum solutione Aluminis per lixivium parari solet.

In Officinis tota Genista inter Herbas Diureticas refertur, in specie Decoctum, quia egregiè Urinam ciet; unde excellens est Medicamentum contra Hydropem, Aquam Hydropicorum potenter & efficaciter per Urinam pellens. Usurpantur tam Semen, quàm præsertim Flores. Utrumque partim est alterativum, partim laxativum.

Flores, si in Decocto propinentur, per inferiora educunt, si in substantiâ, Vomitus cient. Ex omni conveniunt cum Floribus Capparis; hinc cum Aceto conditi usu diuretico sunt egregii, & loco Capparum Embarrasatis quibusdam apponuntur. Vis est nitrosa & oleosa; hinc, quæ de Capparibus dicta, hic applicari possunt in Affectibus Mesentericis & Splenicis. Singulariter enim di-

(N) Si Gallium à γάλα Lac dictum est, quod scilicet Lac coagulet; potius Galium scribendum erit, ut notat Hofmannus. Gallium Plantæ genus est flore campaniformi, patente & multifido, cujus Calyx abijt in Fructum ex gemellis Seminibus constans, siccis (quo differt à Rubiâ) & usplurimum lunatis. Folia item verticillatim Caulem ambiunt, sed nec aspera, nec villosa (quo distinguitur ab Aparine) sunt demum vel quina vel plura, quo differt à Cruciatâ, cujus Folia quatuor tantum decussatim ad caulium nodos oriuntur. Gallium Officinarum est Gallium luteum C. B. cujus repens & lignosa Radix Virgulas emittit cubitales, tenues, birsutas, quas Folia levita nitentia radiatim ambiunt: Flores copiosi racematim dispositi, odorati; in bina sicca Semina desinunt. Planta hæc vulneraria est: alicubi ad Epilepsiam adhibetur; quidam ejus Decoctum in Podagrâ propinant. Syrupus ex illius Florum succo paratus valdè aperiens est, & emmenagogus. Tabernæmontanus utitur bujus Plantæ Decocto, Balnei formâ, ad siccam Insaniam Scabiem sanandam.

CLV. G E N I S T A.

Genista, Genst, Genster, Pfr immenkraut. Usualis est è Genitis non spinosis, C. B. 1. Genista angulosa, & scoparia, spartium, Lob. Genista, Brunf. Trag. Fuchf. Dod. Cord. in D. Cam. Tab. Ger. Genista angulosa, Cord. bist. Genista minor seu non aculeata, Lon. Genista scoparia vulgi, Lob.

Solo gaudet arenoso & aprico. Floret integrâ ætate.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, & Semen.

N. Flos communiter luteus, rariùs albus est.

Vires. Splenetica & Nephritica censetur, hinc & Epatica, calfacit & siccit 2. aperit, attenuat, abstergit. Calculum pellit, aquosos Humores educit, tam per vomitum, quàm per alvum & urinas. Hinc usus ejus insignis in Obstructione Epatis, Lienis, & Mesenterii, adeoque in Hydrope, Catarrhis, Arthriticis Affectibus.

N. Semen extrinsecus applicatum Scrophulas consumere dicitur.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex Floribus & Foliis.

2. Conserva. Ex Floribus.

3. Sal. Ex incineratâ Herbâ.

4. Conditi Flores.

Condiuntur autem Flores (seu potius Gemmæ) collecti mense Aprili, antequàm aperti fuerint, cum Aceto & Sale, adhibenturque loco Capparum, unde & nostratibus Capparea Germ. dicuntur Teutsch Zapern.

N. Citra vomitum assumi poterunt.

(De Rapo Genistæ Hypospartio vid. Advers. Pona, & Lobelii.)

CLVI. GEN-

cuntur Splenetici, & cujus saburram, vel ex vitio Lienis coacervatos Succos promovent, hinc in Ictero nigro, Cachexiis Maculorum ac Virginum, aliisque Morbis Chronicis, Nodulis alterantibus Splenicis & Hepaticis, vel Essentiis aut Elixiribus ordinariè adduntur, testantibus id ipsum omnibus Autoribus.

Semen imprimis solet movere per Alvum, & per Vomitum; unde si assumatur & frequentes cieat Vomitus, summopere in Arthritide prodesse dicitur. Urinam etiam pellere dicitur, abstergere Renes, ut nullum Sabulum, vel aliud quid adhærere, & crescere possit.

Singulare refert BORELLUS C. 3. Obs. 18. quod, si Genista viridis circumvolvatur Arboribus in stipite, omnes Erucæ ab illis fugentur.

Sal Genistæ è Cineribus elicatum est anum ex primariis ad præservandum à Lithiasi; hinc dissolutum in Vino usurpatur pro usu diuretico in Hydropicis, quorum Aquas potenter & efficaciter per Urinam pellit. Sed cautè calcinatum sit, ita, ut falsum maneat.

In ROSENKREUZERI Astrologiâ Infer. pag. 58. & 60. habetur, quod in Calcinatione Genistæ in Cineribus verum Stannum fuerit repertum: id quod non tantum habet ROSENKREUZERUS, sed confirmatur etiam ab aliis Scriptoribus. Hinc Quæstio orta est inter Medicos: quid habendum sit de tali Stanno? CROLLIUS quidem dicit, quod detur consensus & correspondentia Microcosmi cum Macrocosmo, & sit consensus Planetarum superiorum & Plantarum. Dicitur ergo Chymici: quod est Jupiter æthereus, id esse Jovem terrestrem; & propter hanc correspondentiam Stannum habere Genistam. Unde ulterius quæritur: an non ex Plantis Mercurialibus possit haberi Mercurius? an non ex Martagone, Hyperico, & Plantis Solaribus possit parari Aurum, uti ex Lunaribus Luna? & à multis affirmatur. Imprimis KIRCHERUS illi aliquam affundit lucem in Tr. de Magnetismo, ubi statuit: posse aliquid attrahere Vegetabilia ex Mineralibus; sicuti certum est, in Montibus Mediolanensibus Plantam reperiri, ex qua elicatur Mercurius vivus. In Ungariâ Vites profertur Uvas lineis aureis tinctas, quoniam tota Hungaria ditata est Auro, quod credunt etiam quidam in Genistâ. Sed reverà vanum est, & vel

CLVI. GENTIANA.

Gentiana (à Gentio inventore sic dicta) Germ. *Entzian*, *Erenzwurta*, *Bitterwurtz*.

Gentiana. { Alpina. { Major,
 { Pratenfis. { Minor, Gentianella;
 { Palustris.

Usualis est ex his Alpina major, lutea, C. B. 1. de qua notandum, quod reperitur quoque Floribus flavis, imò & albis, punctis carentibus.

Dicitur Gentiana, *Brunsf. Matth. Fuchs. Dod. Cor. in D.*

Lon. Cast. Gentiana major, Matth. Lob. flore luteo, Cam. Gentiana Veterum, Clus. hist. Gentianæ 1. species, Trag.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix collecta mense Augusto ac Septembri.

Vires. Calfacit & siccat 2. Alexipharmaca est, aperit, attenuat. Usus præcipui in Peste, aliisque Venenatis Affectibus, in Obstructione Epatis, Lienis, &c. Et hinc in Hydrope, tum in Suffocatione Uteri, in imbecillitate Ventriculi, Lumbicis, in Febribus, in morfu Canis rabidi, &c. Extrinsecus adhibetur creberrimè in Vulneribus ac Fonticulis mundificandis, renovandis, &c. in morfu Canis rabidi, Veneno arcano (cum Theriaca imposita),

PRÆ-

vel casu Stannum simul commistum, vel tota Historia commentum est. (O)

CLVI. GENTIANA. *Gentiana*, utut plurimæ sint *Species*, nihilominus *Flore cæruleæ* tantum est usitata, quæ dicitur *Gentiana Cruciata*, quoniam *Folia* sese *cruciatim* interfecant & dissecant.

Quia non crescit in nostris hortis, usitata tantum est *Radix*, quæ ex aliis locis affertur.

Quoad *Vires*, saporis est acris & amarissimi, hinc fortiter penetrantis, & aliquantisper adstringentis; unde monstrat Sal volatile acre, adstringens & amarum, ratione cujus acidus in corpore Humores temperat, & coërcet. Unde etiam inter *Simplicia Alexipharmaca & Febrifuga* non est ultimum: pulverisata à ʒʒ. ad ʒj. ante insultum Paroxysmi in *Vino* calido exhibita elicit *Sudorem*, & repetito usu perfèctissimè fugat Febres Intermittentes chronicas, imprimis *Tertianas* nothas, & *Quartanas*, ut *GESNERUS* affirmat; hinc ab usu sudorifero in Febribus Malignis, Contagiosis, & Pestilentialibus, à *PALMARIO* 18. c. pag. 155. *Tract. de Morbis Contagiosis* commendatur, quam Malignitatem præservare, vel contractam curare dicit. Unde & *Theriacam* ex quatuor Simplicibus ingreditur, *Dia-tessarum* dictam. Propter hanc vim febrifugam non immeritò usurpari potest ad instar *China*, sive *Pulveris Jesuitarum*, cujus succedaneum fere est: nam hæc habet similiter saporem amarum ut *Gentiana*. Cæterum cum Cortex ille sit (1.) carus, (2.) relinquit recidivam, & (3.) à Mercatoribus adulteretur; consideratè illi substituitur *Gentiana* in curatione Intermittentium *Tertianarum* & *Quartanarum*. Optime quoque confert in *Morsu Canis rabidi*, vel internè cum *Lapillis Cærorum* præparata, aut *Myrrhâ* mixta & deglutita; vel externè pulverisata cum *Theriaca*; Morsui à Cane rabido inflicto, applicatur. Præterea sapore amaro in substantiâ resinosa fundato Aciditates viscidas, sive Fermenta acida, specialiter Acidum austerum Stomachi & primarum viarum mitigat; hinc in Doloribus Colicis pituitosis cum *Vino* calido à ʒj. propinata conducit, ut & in Passionibus Hystericis euphoris non contemnendum est; pulverata dosi ʒʒ. ad ʒj. assumpta. Et cum ratione Amaritiei specialiter contrarietur Acido, & Affectibus ab illo oriundis;

inde facile judicare possumus, quomodo, quod **AUTOR** habet, conducat Hepati, Hypochondriaci &c. sicut etiam in Cachexiâ, & dyscrasiâ Sanguinis elegans Remedium est; unde in *Nodulis* Sanguinem corrigentibus præscribitur, utut sit valdoperè amara.

Externè in excitatis *Fonticulis*, si fluere renuunt, *Gentiana Pulvis* inspergitur, & res optimè succedit; vel *Globuli ex Gentiana* imponantur. *Radix* quoque sæpius *Fistulis* angustis immittitur, ut Callum Ulceris fistulosi exedat. Videatur **HOEFERUS** in *Hercule Medico*.

Succus inspissatus, & in Vehiculo appropriato assumptus, cum *Myrrhâ* in Morsu Canis rabidi, in Cachexiâ, & dyscrasiâ Sanguinis, necnon Febribus Intermittentibus chronicis & nothis, in specie Quartanis, ante Paroxysmum exhibitus & repetitus, per *Sudorem* insignem vim exerit, & à Rusticis expertus est, quem etiam *GESNERUS* libro 2. *Epistolarum* pag. 62. valdoperè laudat, & dicit: se illo aliquoties tutò, citòque sanasse *Tertianas* longas, & nothas, & hujusmodi alias. Ex hoc fit *Febrifugum Extractum* cum *Spiritu Vini tartarizato*, quod potentissimè *Sudorem* movet, specialiter verò virtute ejus alterativâ ad Febres Intermittentes, præsertim chronicas & nothas, ante Paroxysmum exhibitum & repetitum, est egregium. Aliis quoque permiscetur & sunt *Pilule Antifebriles*, e. g.

ʒ. Extr. Gent.

Centaur. minor.

Abstinb. an. ʒj. vel potius ʒʒ.

f. Pilule No. LX.

D. S.

Pilule Febrifugæ.

Quarum xx. adsumantur horâ unâ ante Paroxysmum, præmissis Universalibus, & sæpè solis hæc Febris curata est.

Miscetur quoque *Extractum Gentianæ* dosi ʒj. ad ʒj. cum *Spiritu Salis Ammoniaci simplicis* ʒʒ. ante Paroxysmum cum *Aquâ appropriatâ* propinando, quod in *Tertianis* & *Quartanis*, si quid aliud, præmissis tamen præmittendis, feliciter mihi usu cognitum. *Misura* hæc in Praxi admodum proficua observatur, sociata cum *Salibus volatilibus*. Valdoperè alii commendant *Extractum* hujus *Radicis* contra Asthma, ortum vel propter Ventriculorum copiosâ *Mucilage* acidâ refertum, vel ex vitio Pulmonum ex infarctu

(O) *Ut longas Botanicorum de Genistâ & Spartio lites dirimeret Tournefortius, varias Arborum vel Fruticum Species, alterutro nomine ab Autoribus insignitas, ad certa quedam Genera propriis characteribus distinguenda reduxit. Hæc autem sunt Genista, Crotalaria, Spartium, Genista-Spartium, Erinacea, Genistella, & Cytiso-Genista. Omnia Flore gaudent papilionaceo: sed Genista Siliquam habet planam; & Folia alterno, vel verticillato ordine disposita. Crotalaria differt à Genistâ Siliquâ Anonidis more surgente; ab Anonide verò foliis singularibus. Spartium Siliquam obtinet brevem, subrotundam, turgidulam. Genista-Spartium aculeis à Genistâ & Spartio distinguitur. Erinacea à Genista-Spartio differt, quod aculeis densis Erinaceum referat. Genistella (quæ & Chamægenista) à Genistâ distinguitur foliis velut inarticulatione quâdam sibi innascentibus. Demum Cytiso-Genista foliis est partim ternis, ut Cytisus, partim singularibus, ut Genista. Qui hos characteres noverit, facile multarum congenerum Plantarum discrimen distinguere valebit.*

Verior Genistæ species esset Genista juncea J. B. quæ Genista Hispanica vulgò dicitur. Hæc Frutex est ad quatuor vel quinque cubitorum altitudinem excrecens: Vimina Juncea, teretia, obsequiosa, sparsis & singularibus foliis ornatur: Flores in virgultorum summitatibus multi, lutei: his succedunt Siliquæ, uncias quatuor vel quinque longæ, compressæ, viginti circiter Semina compressa, rubentia, lucida continent. Hanc Genistam putant esse Spartium Dioscoridis. Attamen quæ in Officinis nomine Genistæ vulgò venit, est Cytisus, vel potius Cytiso-Genista scoparia, vulgaris, flore luteo T. quæ est Genista Dodonæi. Hæc Frutex, est sarmentosus, duos vel tres cubitos altus, densis ramis, angulosis & flexilibus præditus, in quibus Folia crebra birsuta, nunc singularia, nunc ternata: Flores item lutei & Siliquas aberunt compressas, latas, nigras, hirsutas, Seminibus fuscis, compressisque factas. Tota Stirps malè olet & amari est saporis: Lobelius ait, ejus odorem ad Sambuci odorem accedere: sed Tournefortius ad hoc fortorem putat, & Oleorum fetidorum odori assimilat. Folia amara sunt, nec cæruleam papyrum rubefaciunt: unde conjicere licet, Sal in ipsis contineri Sali Terræ analogum, sed multo Oleo fetido mistum: hinc vis aperitiva, & diuretica. Pena & Lobelius asserunt in Aquitaniâ & Arvernâ vulgò Acetarium confici ex hujus Genistæ Floribus, absque ullâ Ventriculi molestiâ: at Simon Paulli notat, quod binæ horum Florum drachmæ in Hydromelite infusæ validè alvum purgant: ante Florum vis purgatrix Aceto revunditur? Acidis enim Cathartica castrari vulgò notum est. Belgæ Florum Genistæ non ad hoc exclusorum Folliculos Aceto & Sale condiunt, isque, non secus ac nos Capparis eadem ratione conditis, in mensis usantur. Jul. Cæsar Claudinus in secretis ad Hydropem sanandam habet Genistæ cinerem, cum Sale Abstinbii mistum.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. In Tertianâ utilis.
 2. *Succus inspissatus*.
- N. Creberrimi usûs est in Febribus Intermittentibus, in quibus ante Paroxysmum à ʒss. ad ʒj. vel ʒiiij. adhibetur, felici cum successu.
3. *Extractum*. Cum Spiritu Vini factum.

CLVII. GERANIUM.

Geranii multa recensentur genera, Officinis nostris maximâ ex parte inusitata. Usitatus tamen præcæteris est, quod Geranium Robertianum dicitur, aliâs Gratia Dei. Germ. *Rupprechtskraut*, *Gichtkraut*, *Gottes Gnad*, *Rothblaukraut* (quia Erysipelati mederi dicitur.) Gall. *Geranium*, *ou bec de Gruë*, *hec de Cigogne*.

Dicitur Geranium, *Brunsf. Matth. Fuchs. Lon.* Geranium Robertianum, *Lob. Dod. Cam. Tab.* Gratia Dei, vel Geranium quibusdam, *Trag.* Herba Ruperti, & Geranium, 2. *Diosc.* Geranium Robertianum primum, C. B. 5. videlicet inter species Geranii folio Cicutæ vel Myrrhidis.

(Dicitur etiam Rubrificonia, *Brov. p. 6. Resol. pag. 553.*) Gaudet locis opacis ac desertis. Floret potissimum Aprili & Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Temperatum est in calfaciendo & frigefaciendo; moderate siccatur, subastringit, extergit, Sanguinem in Corpore coagulatum resolvit, Vulneribus convenit, Sanguinem scilicet cohibendo, Vulneraque mundificando. Usus externus (omnium generum Geranii) vulgaris est in Cataplasmatibus,

et in Bronchiorum à materiâ crassâ, quæ non permittit liberum Aëri per Bronchia ingressum, & aditum: & ne Sapor amarus admodum afficiat linguam, sub formâ *Pulverum* propinatur, uti etiam in Cachexiâ & dyscrasiâ Sanguinis.

Plura, qui cupit de *Gentianâ*, ZAPATAM in *Clave Medic. c. 8. & 9. pag. 99.* videre potest. (P)

CLVII GERANIUM. Ut ut plurimæ *Geraniorum* sint species, à Rostris vel Capsulis seminalibus sic denominatæ, præsto tamen sunt 7. Species demonstrandæ:

- (1) Est *Geranium commune*, passim obvium, *Fetidum*, *Robertianum*, *Parckinsonii*.
- (2) Est *Geranium montanum fuscum*, à Flore, seu *Creticum tuberosum Montalbani*.
- (3) *Geranium Macrorhizon*, longius radicatam, in Horto Eyltetenfi descriptum.
- (4) *Geranium Batrachoides minus*.
- (5) *Geranium Cicutarium*, sive *Cicutæ folia, majus*, Geranio Robertiano in omnibus simile, quod internè est vulnerarium, & externè in Tumoribus Pedum œdematosis conducit.
- (6) *Geranium Cicutarium minus*; &
- (7) *Geranium Fraxinarium*, quod in Hæmorrhagiis sistendis est egregium.

Hæc inter, *Geranium Robertianum*, German. *Rupprechtskraut*, seu propter figuram *Storchschnabel*, tantum in Officinis adhibetur, quod provenit in muris antiquis, & locis derelictis, fertili tamen solo gaudentibus: unde, cum *Geranii Robertiani* sit mentio, generaliter dicitur *Rupertinum*, seu *Robertianum*, quod observetur in lectione Chirurgorum. Flores purpuriscentem habent colorem.

Usitata sunt *Folia & tota Planta*.

(P) Non tam *Gentianas majores, quam minores, seu Gentianellas dictas*, Tournefortius sub uno *Gentianæ* Genere complectitur: cujus character est *Flos monopetalos campaniformis, cujus Pistillum abis in Fructum membranaecum, bivalvem, unicapularem, Seminibus factum plerumque plantis, orbiculatis & marginatis. Quamvis Etmullerus pro usitatâ specie proponat Gentianam Cruciatam C. B. nihilominus in nostris Officinis ex usu est Gentiana major, lutea C. B. Hæc Folia Hellebori albi obtinet ex J. Bauhino, Caules pediculis connatis amplectentia, nervosa, glabra: Caules cubitales, quandoque hominis altitudinem assequuntur. Flores in summitatibus verticillatim dispositi abeunt in Vascula oblonga bifariam debiscentia, Seminibus rubentibus, Leucoti Semina emulantibus, facta. Radix (cujus usûs familiarissimus) crassa, longa, multifida, intus flavescens, sapore insigniter amaro: siccescens rugas, ac rufum colorem contrahit. Gentianæ verò Cruciatæ reptant cum Radice Rami sesquipalmares, subrubentes, quos Folia minuta bina ex adverso tamquam vagina involvunt: Flores in ramulis extremis cærulei: Semen copiosum minutum, Vasculis bipatentibus contentum. Hujus Gentianæ Cruciatæ Radicem Stomachicam faciunt, & Febrifugam: de Gentianæ majoris viribus alexipharmacis satis apud Schræderum, & Etmullerum.*

(Q) *Gépar* significat Gruem, unde Geranium. *Planta enim Genus est Geranium Flore rosaceo, cujus pistillum abis in Fructum rostratum (aliquâ ratione Gruis rostrum referentem) quinque stris per longitudinem incisum, quibus totidem adhaerescunt Capsulae in longam caudam desinentes, per maturitatem à basi ad apicem extrorsum se revolvunt*

plantis Pedum cum Sale & Aceto applicandis, ad febrilem æstum compescendum. Adhibetur itidem ad Mammiarum fistulas, Lactisque discussionem (Robertianum impositum.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex integrâ Herbâ in fine Aprilis collecta.

EX APPENDICE.

Geranii multæ Species numerantur à Botanicis, uti videre est in Pinace *Baubini*, ortæque sunt circa hanc Plantam varix difficultates, *Ruellii, Hermolai, Brasavoli*, quas exponit *Mattbiolus* pag. 566. Omnibus tamen, volente *Paulli*, eadem ferè virtus indita creditur; illud quod *Robertianum* dicitur, numero quintum apud *Baubinum*, potissimum experitur, ut eo ad Mammiarum scissuras, Pudendorumque Ulcera extergenda utamur: quod tamen præter abstergendi vim, etiam siccandi facultatem possidet, ita ut mox ea consolidare valeat. *Gulielmus Fabricius Hildanus* Aquam stillatitiam Geranii commendat ad Cancrum tollendum. *Jacobus Cornutus* in Hist. herb. Canad. describit *Geranium triste Canadense*, quod noctu solum odorem spargat, ut nostræ *Hesperides Violæ nostris*, Influxum illucis Solis aded asperrari videntur, ut integro die odorem negent, cum Lunæ accessu gratissimo odore moschato, quasi thure libent, qui odor intempetâ quoque nocte ad auroram usque perseverat, statimque Solis præsentia evanescit. Nostrum *Geranium Moschatum*, quod ingreditur *Unguentum Martiatum*, *Tabernæmontanus* pag. 121. num. 5. exponit, refertque ad 1. *Dioscoridis, Herba moschata, Acus moschata*, aliâs dictum.

GINGIDIUM. Vide CHÆREFOLIUM.

GLY-

Ex *Signaturâ Fructuum*, vel *Seminum*, quæ repræsentant aliquomodo *Gladium*, putarunt primum convenire in Vulneribus, vel punctis, vel cæsim productis, interno & externo usu: quod etiam Experientia confirmavit, cum sit *Vulnerarium* usitatissimum, & præstantissimum præ cæteris temperatum; dum internè in omnibus ferè *Potionibus & Essentiis Vulnerariis* adhibetur, quoniam Sanguinem grumosum dissolvit, & Contusiones & lacerationes ita disponit, ut dispareant, & facile consolidentur.

Externè conspirat ferè cum *Chelidonio majore*, quippe non minus, quàm *Chelidonium majus*, tollit Tumores Pedum œdematosos, qui sæpius post Morbum Chronicum vel Acutum apparent. Quod si *Geranium* non videtur sufficiens, potest misceri cum *Stercore columbino vel caprino*, contundi, atque in formâ *Cataplasmatibus* applicari, & sic Tumores œdematosi, disparebunt, & dissipabuntur. Ulteriùs exquisitissimum externo in usu est contra Tumorem Pedum, qui est à Lymphâ adveclâ in Pedes, & coacervatâ, sive subtili, unde Tumor Serofus, sive crassâ, unde Pituitosus. In genere in Tumore Pedum Hydropico contusum & instar *Cataplasmatibus* plantis Pedum applicatum, vel solum, vel cum *Sale & Aceto* subactum; quod etiam valet in æstu febrili. *Succus* ingreditur *Unguenta & Emplastrâ* cum *Terebinthinâ* subactus, & recentia Vulnera citò, tutò, & jucundè percurat. Quod si contraxerint labem vitio Aëris, vel aliâ ex causâ, Vulnera facile degenerant in Ulcera. Ne autem hoc fiat, singulare est *Geranium*; quoniam Vulnera mundificat, & Acidum corruptivum ratione Salis volatilis alcali, uti reliqua *Vulneraria* omnia, mortificat. Solet etiam commendari interno & externo usu in Cancro Mammarum, si scilicet usurpetur internè, & in *Unguentis & Emplastris* contra Cancrum, sive sit exulceratus, sive non exulceratus. (Q)

GLA-

GLYCYPICRON.

Solanum) ἡλυκίπικρον, Tbal. Solanum scandens, Dulcamara Trag. Dulcamara, Dod. Circa Montpelientium, Lot. Germ. Je Langer je Lieber. Hundschkraut.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba integra . Cortex.
Vires. Galida 2. gradu, Febrifuga est, Pneumonica, Vermes necat. Ulus externus est in Cataplasmate ad Mammarum tumores ex Lacte coagulato, Maculas faciei abstergit (Succus Acinorum.) (Π)

GLADIOLUS.

Est Iridis species. Radix specificum Purgans est pro fanandis Scrophulis. Vid. ZAPATA lib. 3. Clav. Med.

Superior pars Radicis extra terram eminens tanquam Cataplasma impositum omnes Ardores sedat, Tumores discutit, Spicula & Ligna evellit, &c. Inferior verò & terrâ tecta omnia

es, & Semine facta ut plurimum oblongo. Quamplurima sunt apud Botanicos Geranii species. Etmullerus hinc septem recenset.

I. Geranium Robertianum. Hoc ubique ruderibus obvenire ait J. Bauhinus, Radice tenui, Caulibus hirsutis, & ramosis, Foliis Matricariæ ferè divisurâ, sed segmentis primariis dumtaxat tribus, Floribus demum purpureis. Succus & Decoctum cruenta mingentibus proficua. Tournefortius vocat Plantam banc sgypticam esse, salsam, ac subacidam: Bitumen & Petroleum olet, atque cæruleam papyrus satis rubefacit. Videtur ergò in eâ Sal contineri ad Alumen accedens, sed paucò Oleo fetido, tantilloque Salis ammoniaci admisso; nam Planta hæc ope chymicæ Analyseos multum Acidi, parum Olei, nil Salis volatilis concreti, sed parum Spiritus urinosi reddit. Valde adstringens & vulnerarium est hoc Geranium: Vinum, in quo ejus trita Folia per noctem fuerint infusa, omnes fistit Hæmorrhagias.

II. Geranium montanum, fulcum C. B. quod est Geranium phæzum, sive fuscum, petalis reflexis Moris. Speciosa Geranii species, Foliis amplis, & in octo plùs minùs segmenta divisis, nigricantibus maculis conspersis: Flores purpurei, & ferè fusci, satis magni, atque retrorsum reflexi.

III. Geranium macrorhizon, seu longiùs radicatum. Si hoc est Geranium Alpinum, longiùs radicatam Ponæ, erit ex Tournefortio, Geranium argenteum, Alpinum C. B. cui Radix crassiuscula rubens, mediocri longitudinis; Folia pilosa in quinque divisas laciniâs scissa, longis adherent pediculis; Flores purpurei. Planta est perennis. J. B. Sed fortassè erit Geranium Batrachoides longiùs radicatam, odoratum J. B. quod spectabili Florum amœnitate nulli cedit. Folia ad Saniculam accedunt: Radix verò serpens longa est, minimi digiti crassitudine, fibris & geniculatis tubibus donata, foris rubens, intus alba, & nonnihil aromatici præferens.

IV. Geranium Batrachoides, minus. Dicitur Batrachoides à βατραχῶν Ranæ, seu potius Ranunculi, similitudine; minùs verò, quòd magnitudinè Batrachoidi majori cedat. Utrumque Gratia Dei Germanorum appellatur. Radix pollicaris crassitie: Caules cubitum aut sesquicubitum æquant: Folia Aconiti rugosa, & profundè incisa: Flores magnè cærulei.

V. Geranium Cicutarium, sive Cicutæ folio, majus. Hoc sanè erit Geranium Cicutæ folio, acu longissimâ C. B. quod describit Prodr. 138. atque esse Caulibus bicubitalibus, hirsutis, brachiatis; Foliis Cicutæ modo divisis; Flores demum subpurpurei desinunt in Acus uncias quinque longas. In nostro Horto colimus. Hoc Geranium idem facit Tournefortius cum Geranio Apulo, Coriandri folio, altero, odore Col. at Raius Hist. 1056. duo facit, quorum unum num. 5. alterum num. 7. describit.

VI. Geranium verò Cicutarium, minus Etmulleri, erit Geranium Cicutæ folio, minus & supinum C. B. quod Moschatum appellat J. Bauhinus. Huic Caules plures & supini, pilisque hirti: Folia palmum plùs minùs longa, ad Myrrididem accedentia, singularibus foliolis intermixtis, ac villosis pediculis innixa. Hæc si manu incallescant Moschæ odorem exhibent, unde epibeton Moschati. Nos sanè in nostris agris duplex esse hoc Geranium sæpè notavimus, Moschatum nempe, & non Moschatum: quas species vix, nisi odore, dignoveris.

VII. Geranium Fraxinarium. Hanc Geranii speciem nec in Pinace Bauhini, nec alibi inventi: puto mendum subesse, & pro Geranio Sanguinario, Fraxinarium irrepisse, quod ab usu, quem illi A. tribuit, erui fortassè poterit. Geranium autem Sanguineum, maximo flore C. B. crassâ gaudet Radice, rubrâ, sgyptici saporis: Caules plures cubitales, rubentes, hirsuti, geniculati: Folia circumscriptioe rotunda, sed in quinque trifidas laciniâs profundè dissecta, supernè virentia, subtùs incana. Flores solitarii Rosulæ æquales, purpurei, in rostra desinentes. Sclavonica Mulieres (referente J. Bauhino) bujus Geranii Decoctum, ex profluente Aquâ paratum, commendant in Capitis gravedine, si eo Syn-ciput abluatur, herbaque decocta superimponatur, deinde (quod superstitione non caret) si Aqua in profluentem, unde hausta, abjiciatur. Ex Tournefortio bujus Plantæ Folia sgyptica sunt, & aliquantulum salsa: cæruleam papyrus intensè rubefaciunt, non secùs ac Alumen. Hinc conjicere licet, illa Valneraria esse, nonnisi vi Salis aluminosi, quo polent, sed cum multo Sulfure & Terrâ conjuncti. Id non tollit, quin Planta hæc aliquid contineat urinosi: Analyse enim egypticâ, præter Liquores. acidos, oleososque, parum Salis volatilis concreti ex eâ elicitur. Folia bujus Geranii adhibentur in Decoctis & Jusculis vulnerariis, & ad fluxiones sive internas, sive externas cobibendas.

Schröderus in hoc textu mentionem facit Geranii noctu olentis: bujus autem multæ sunt species à Plukenetio & Parkinsonio præsertim relatæ, ex Africâ advectæ.

GIN-SENG. Adèd admiranda de hæc Plantâ leguntur apud exoticarum rerum Scriptores, ut illam hoc loco præmittere, piaculum visum fuerit. Gin-seng est Planta, quæ in magnâ Tartariâ crescit, indeque ad Sinas transfertur, eique Sinenses maximas tribuunt vires. Satis imperfectè descripserunt P. Martinius, P. Nierembergus, P. Kircherus, Pifo, Menzelius, Breynius, & Kæmpferus; accuratius verò P. Jartoux S. J. qui in loco natali illam observavit, cum jussu Sinarum Imperatoris, 10000. militum custodia, colligeretur. Attamen P. Lafitau item S. J. in Provincia Canadensi, seu novâ Galliâ, ipsissimam Plantam Gin-seng se invenisse fatetur, eamque exactissimè describit. Ejus Radix (quæ ferè sola ex omnibus Plantæ partibus ex usu est) napiformis est, subalbida & scabra, quæ transversim cæsa Corticem crassum exhibet, & Corpus lignosum formam radiantis Solis præferens: quandoque singularis est, nonnunquam in duos (quandoque tres) ramos dividitur, ut Radix Mandragoræ. Quis autem bujus Radicis vires à Scripto-ribus decantatas pro viribus exponet? Pro Panacæ ferè habent: illud autem imprimis ei proprium esse communi voto restantur, ut Spiritus vitales reficiat, Corporisque vires labantes citò refocillet, ut ex Pulsuum observatione, bore spatio post Radicem assumtam in seipso expertum esse, fatetur P. Jartoux. Quod adèd verum esse notant, ut forti, calido & robusto temperamento præditi ab bujus Radicis usu longè arcendi sint; si enim illâ utantur, vitæ periculum subeunt, ob nimium Spirituum robur, calorisque incensionem. Extremè igitur debiles, moribundi, & in Orci faucibus constituti Radice Gin-seng utantur, ut veluti in vitam revocati, ad ulteriora Remedia suscipienda apti reddi possint. Excellens hoc Remedium haud vulgare est apud Sinenses, sed pretiosum, & nonnisi à Magnatibus vel auri pondere comparatur. Usus ejus est, vel formâ Infusi ex pulvere, vel Decocti ex Radicis taleolis, ad cyathos calidè sumti, non secus ac Theæ Decoctum vulgè potamus. Planta Gin-seng ex Canadensi Regione industriâ P. Lafitau in Hortum Regium Parisiensem translata, anno 1718. Flores promittebat: an ediderit, nescio. Idem Pater hoc nomine illam insigniendam censuit: Aureliana Canadensis, Sinensibus Gin-seng, Iroqueis Garent-Oguen; ut scilicet summa Botanico-rum erga Serenissimum Aurelianensium Ducem gratitudinis & observantiæ perpetuum extaret monumentum.

(Π) Glycypticron (vel potius Glycypticros) de quo hinc Schröderus, est Dulcamara vel Amaradulcis Officinarum. Planta autem hæc est species Solani, vocaturque Solanum scandens, seu Dulcamara C. B. de hæc loquitur Etmullerus hinc verbo Amaradulcis. Solanum hoc Sarmenta profert lignosa, sed nisi sustineantur procumbentia: Folia Solani borten- sis atrovirentia, nonnunquam aurita: Flores fetidi, purpurascens, pulbelli, in Bacças coccineas dulcamaras abeunt. Hujus Plantæ Folia vix cæruleam papyrus rubefaciunt, insipida sunt, & odore stupefactivo; Bacca autem vinosum quid referunt, & validè rubefaciunt cæruleam papyrus. Ex Trago Vinum album, in quo Caulis incisus ebullierit, plurics exhibitum antiquam curat Idertiam

CLVIII. GLYCYRRHIZA.

Liquiritia, *Brunf.* dulcis Radix, *Trag.* Glycyrrhiza, *Fuchs.* *Cord. in D. Cam.* Glycyrrhiza altera, *Matth.* vulgaris, *Dod. Cam. Epit.* Glycyrrhiza siliquosa, *C. B. 2. Germ. Sussaboltz.* *Gall. de la Reglisse.*

Crescit locis sylvestribus & fabulosis. Floret Julio.

OFFICINALI NATIVA.

Radix ex Episcopatu Bambergensi, ubi in copia crescit, ad nos transmissa, quæ Sole exsiccata biennium integra manet. Vires. Caliditate & frigiditate temperata est (seu modera-

tè calefacit) in reliquis ad humiditatem inclinat: Pulmonica ac Nephritica est, Acrimoniam mitigans, Expectorationem promovens, Asperitatem leniens, Alvim Infantum leniter molliens. Usus præcipui in Tussi, Raucedine, Velicæ erosione, Urinæ acrimoniâ.

P R Æ P A R A T A.

1. Succus inspissatus.
2. Liquiritia cocta, sive Bacilli Pefforales.
3. Syrupus Compositus. Vide Disp.
4. Extractum.
5. Unguentum.

CLIX. GRA-

omnia deorsum & ad interiora premit: unde in Curâ Fistularum profundarum cum *Oleo Tartari & Ærugine* mista, hæc Medicamenta ad fundum pellit, & fundamentaliter eas curat. Vid. *SCHMUCK Cur. Magnet. pag. 24.* (R)

CLVIII. GLYCYRRHIZA. *Glycyrrhiza* est duplex, vel *Echinata*, ubi Semen Capitibus hispidis est inclusum; vel *Siliquosa*, seu *Germanica Officialis*, cujus Semen Siliquis est inclusum. Prior Veteribus in usu fuit, posteriore autem hodie nos utimur, & quidem eâ, quæ provenit circa Bambergam. Vid. *PAULI Quadrip. Botan. Class. 3.* Ita dicitur à *γλυκύς dulcis & ῥίζα Radix*: Est enim Radix suavissimo dulcore imprægnata, unde & Germanis *Suss-boltz* dicitur, in fine tamen masticationis semper aliquid amaritiei sentitur.

Radix saltem est in usu.

Ratione Saporis sui dulcis in recessu tantillum amaricantis, conjuncto aliquo Odore aromatico, ut rectè observat *HOFFM. de Med. Officin. p. 313.* vim habet egregiam *temperandi*, & obtundendi quancunque *acrimoniam* Serii & Sanguinis, & speciatim *salsam*. Hinc, ubicunque Dolor ex acrimoniâ oritur, illic *Glycyrrhiza* suam exerit virtutem. In Raucedine ergo, Aphthis, asperitate, & aliis Affectibus Faucium, vitiiisque Vocis & Sermonum, à Lymphâ nimis acidâ ex Glandulis vicinis destillante, crebrius masticata, ac cum aliis decocta est egregia. Præterea *Decoctum* hujus Radicis ordinariè *Potiones* Lignorum Sudoriferas vel Vulnerarias, Pectorales, vel Diureticas ingreditur ad Tusses siccas, & Asthmata, & Sputa cruenta, quoniam, ut dixi, Lympham nimis acrem dulcificat, & sic causam talium Affectuum tollit. Nam *Glycyrrhiza Pefforale* principale & *Pulmonarium* dicitur. Denique hoc *Decoctum* etiam in Dysuriâ, Stranguriâ, & Doloribus Renalibus multum laudari solet; unde *Autor noster* rectè *Nephriticam* dicit, in Nephritide enim, & aliis Calculi Affectibus mitigandis mirè confert, quoniam temperat Humororum acrimoniam, Sanguinis materiam glutinosam dissolvit, penetrat Renes. *Nephritica* autem sunt *triplicia*: quædam sunt *purè Alcalina*, quæ destruant Acidum; quædam sunt *Nitrosa salsa*, quæ fundunt Serum Sanguinis per Renes: quædam verò *modestè temporant*, cujus quoque generis & noitra *Glycyrrhiza* est. Plures específicos Affectus, in quibus convenit, habet *AUTOR noster*.

Præ cæteris autem Dulcibus commendatur, quia minùs effervescebilis est; hinc qui aliàs à Dulcibus offenduntur, ut sunt Hypochondriaci, Hytericæ Mulieres, & id genus alii, hac *Glycyrrhizâ* turò uti possunt, citra nauseam. Id verò notandum, ut, si *Decoctum* aliquod ingrediatur, in fine

Decocti infundatur, aliàs dulcedinem suam amittit.

Præterea ex Radice hac, mediante cocturâ, *Succus* elicitor & inspissatur, aliàs Germ. *Lucretien oder Lacritzen Saft* dictus, qui polychrestus est in temperandâ & obtundendâ Humororum in Corpore contentorum acrimoniâ salsâ, speciatim in Sero ac Lymphâ acriori Corpus nostrum turbante, & hinc in Partibus solidis ab hac acrimoniâ excoriatis ac arrosis leniendis, demulcendis, ac restituendis; unde idem Succus tum in Affectibus Urinariis dolorosis, tum in Affectibus Pulmonalibus est egregius; si nimirum in asperitate, aliisque Affectibus Faucium, Linguæ & Laryngis, qui ortum itidem habent ex Lymphâ nimis acri, Succus sub Linguâ aliquandiu detineatur, ut sensim sensimque liquefcat in ore. Solet etiam hic *Succus Cerevisiæ* ad Tusses infundi, sicque propinari.

Succus autem hic variis quisquiliis, pulveribus, arenulis, & aliis rebus inquinatus est, quò pondus ejus aggravetur: unde ut purus habeatur, in *Aquâ appropriatâ*, v. g. *Hyssopi* dissolutus, filtratus, ac transcolatus, & ita lento & moderato igne iterum inspissatur, præscribens est: qua ratione abjicit impuritates ex parte, & quisquiliæ in fundo manent. Dico lento & moderato igne; quia intensior ignis facile empyreuma illi inducit. Ex hoc apparebit, quòd ex *3j. Succ. Glycyrrhizæ vulgaris 3ij.* ad *3vj.* acquirantur, reliquum pondus æquant quisquiliæ, quæ potius exasperant, & augeant Malum, quàm quòd levant. Præterea dicto modo prius, quàm præscribatur, depuretur, & inspissetur. *LINDANUS Pilulas* quasdam *Catarrhales* præscribit ex tali *Succo* in Catarrho ex Lymphâ acri orto, sequente rejectione *Materiæ purulentæ* & Pulmonibus in illorum Tabæ.

4. Succ. Liquirit. in Aquâ Hyssopi soluti, colati & demùd inspiss. 3ij.

Mass. Pilul. de Cynogloss. 3j.

Laud. opiat. gr. iij.

M. f. Massa, è qua formentur *Pilule*.

Modus hic est legitimus præscribendi, & convenit in Catarrhis, & similibus vitiis. Aliàs etiam in Affectibus Renum similibusve convenit, ac *Ficus*. (S)

GNAPHALIUM.

Gnaphalium in Officinis est duplex: *Vulgare Majus, montanum*, & *Minus, repens*. Dicitur autem quasi ἀπὸ γναφάλα, quòd Folia ejus pro Tomentorum usu in Vestimentis antiquitùs fuerunt adhibita. Græcis *χρυσόκομιν*, quæ est genus quoddam, plures sub sese comprehendens species; ad hanc enim pertinent omnes *Stæchades*, *Gnaphalia*, aliæque Plantæ tomentosæ.

R

Gna-

(R) *Quamvis Ἰρίδιον apud Græcos idem sonat, ac apud Latinos Gladiolus; attamen majoris claritatis gratiâ Cl. Tournefortius synonymis bis duo Plantarum Genera insignivit: Xiphia enim appellavit Iridis illas species, quæ Radice bulbosâ & tunicatâ sunt, ut à verâ Iride distingueret, cujus Radix carnosâ est; Gladiolorum verò nomine vocavit liliaceas illas Plantas, Iridi & Xiphio congeneres, quæ Radicem habent geminam, carnosam, tuberosam, alteram alteri incumbentem. Officialis est Gladiolus floribus uno versu dispositis, major & procerior, flore purpuro-rubente C. B. Hujus Folia cultrata, Caulem sesquicubitalem, geniculatum, aliquosque circumplectentia: Flores Iridis Floribus multò minores longâ serie è vaginâ proflunt: Radix gemina, gustu acri.*

(S) *Glycyrrhizæ (vulgò corrupto vocabulo, Liquiritiæ) etymon tradit Etmullerus, quibusdam ἀδίϋο dicitur, quòd sitim famemque sedare credatur. Plantæ Genus est Floris papilionaceo, cujus pistillum abis in Siliquam brevem, Seminibus factam reniformibus. Addit huic characteri Tournefortius Folia bina, conjugata, costâ adhaerentia, cui summæ Foliolum impar innascitur. Duas Glycyrrhizæ species recenset Tournefortius, quemadmodum facit Etmullerus ex C. Bauhino: unam capite echinato, alteram Siliquosam, vel Germanicam. At Raius in Methodo Tournefortium carpit, quòd Glycyrrhizam echinatam veram Glycyrrhizam existimaverit; hæc enim ex J. Bauhino siliquas monospermas non polyspermas (ut Glycyrrhizæ character fert) edit; imò addit ex D. Preston, quòd hæc Planta in Horto Regio Parisiensi, duplici alveolo duas Seminum continet, ideoque ad Astragali genus illam relegendam putat. Quidquid autem de hoc sit, Officinæ & vulgaris Glycyrrhiza, est Glycyrrhiza Siliquosa vel Germanica C. B. Hujus Radices longè latèque implexu vago reptant, colore buxæo, foris nigricantes, sapore melleo: Folia Fraxini: Flores racemosi purpurantes vel dilutè cærulei: hos excipiunt Siliquæ glabræ, in quibus Semina parva. Tragus Glycyrrhizæ Radicem ejusque Succum ipsi Saccharo præfert; Saccharum enim suum excitat, quam Radix dulcis restinguit. Glycyrrhiza cum tantillo Cinnamomi in Aquâ decocta, inservit nonnullis pro potu ordinario, & post fermentationem inebriat, non minùs quàm Cerevisia.*

CLIX. GRAMEN.

Gramen absolute sic dictum, Officinis Graminis speciem denotat, quam Dioscor. ἀγρίων, κατ' ἴχθυον vocat; estque Gramen Caninum, seu arvense, C. B. 1. Gramen, Dod. Cord. in D. Cast. Gramen canarium medicatum, Lob. Gramen Caninum, Tab. Ger. German. Reb oder Hucckengrasz. Gall. Du Chiendent.

Passim sponte provenit, felicius autem in terrâ aridâ & arenosâ.

OFFICINALIA NATIVA.

Potissimum Radices (collectæ mense Majo vel Septembri); raro Caulis cum Foliis, rarius Semen.

Vires. Radix cujuscunque Graminis refrigerat & siccatur, aperit, subastringit: substantiæ est tenuis ac penetrativæ.

Herba sep. Folia intra siccitatem & humiditatem moderata sunt, frigida gr. 1. Usus præcipuus in Obstructionibus Epatis, Lienis, Ureterum, in exspuitione Sanguinis (ubi Succus ex integrâ Plantâ valet) in Lumbricis necandis. Extrinsecus in Dolore Capitis leniendo (feligunt Gramen septem no-

Gnaphalium majus Germanis dicitur *Rubkraut*, quod Veteres *Decodum* ejus in Vino mediocri (non generoso) multum conferre in Dysenteria putarint: hodie tamen pro scopo hoc raro usurpatur. *Gnaphalium minus*, sive *Filago minor*, Germ. das *Kleine Rubkraut*, conspirare videtur cum majore. Imprimis contra Dysenteriam, ac in eo casu, ubi exulceratio est Intestinorum, *Infusum* ejus pro potu ordinario, aut ejus *Decodum*, inservire potest. (T)

CLIX GRAMEN. Hic intelligitur *Gramen vulgare Caninum*, ex quo apud Veteres in usu fuit *Semen & Radix*. Commendatur à Veteribus ad Hypochondriaca Mala, ad Hepatis & Lienis infarctus. Occasionem hujus effectus suggestit Experientia in Bobus, qui hyemali tempore serè Obstructioni Foliculi fellei, Ductusque ejus cystici, vel à mucilagine viscosâ, vel concremento calculoso obnoxii sunt; æstivo tempore esu *Graminis* iterum curantur & liberantur: Hinc apud Galenicis, præsertim Practicos, *Decodis* ac *Syrupis Magistratibus longis* frequenter addi *Radices* solent. Hodiè autem vix adhibentur, nisi *Decodum Radicis*, quod à BARTHOLETO in *Encyclopædia* p. 185. in enecandis & abigendis Infantum Lumbricis commendatur; sicut etiam SIMON PAULI in *Quadrupartito Botanico*, in quo multa de eo refert, ubi *Ossifragi* titulo illud dignatus est. Aliàs contra Hæmorrhagias fortiores commendatur propter vim adstrictoriam.

Aqua ex Gramine destillata eodem usu convenit in Ver-

(T) *Gnaphalium verum* Tournefortio non est nisi solum *Gnaphalium maritimum* C. B. quod *Plantæ genus est Flore strobiloso, Semine verò pappi destituto, sed calyptâ munito*. *Gnaphalii verò species duæ ab Ettmullero hæc recensitæ ad Helichrysum potius & Filaginem sunt referendæ. Et quidem Gnaphalium majus, quod Montanum appellat, est Helichrysum montanum (nisi fortè Gnaphalium majus C. B. intelligere velit, seu Gnaphalium Germanicum J. B. quod propriè est Filago, seu Impia Dod.) cujus variæ species à vario Florum colore & formâ. Gnaphalium verò minus, repens, est ipsissima Filago minor, ut notat idem Ettmullerus. Helichrysum autem à Filagine præcipud ex eo differt, quod Helichrysi calyx squamosus & splendidus sit, atque aureo, argenteo, aliove insigni colore præditus; Filaginis verò calyx squamosus quidem sit, sed nequaquam splendens & speciosus. Utrumque tamen hoc Genus à Gnaphalio differt ex eo, quod Helichrysi & Filaginis Semina pappi sint instructa, Gnaphalii verò nequaquam.*

In Officinis ex usu est *Gnaphalium vulgare, majus* C. B. b. e. *Filago, seu Impia* Dod. cujus *Aquam destillatam summis effert laudibus* Dodonæus, ad *Mammarium Cancrum*, si *multiplex linteum eâ madefactum quotidie applicetur*. *Lobellius parat Balsamum ad Ulcera & Contusiones ex Oleo, cui Planta hæc infusa sit.*

(Δ) Schröderus hæc mentionem facit Graminis Mannæ, quod C. Bauhinus vocat *Gramen Dactylon* esculentum: *Dodonæus duas Graminis Mannæ species exhibet: primumque Militi sylvestre ac spurium sibi videt genus ait. Bohemi cum pinguium Carnium jure illius Semen coctum edunt, & sic apparatus gratum ac suave edulium est.*

(V) *Gramen inter Plantas Cereales flore apetalato connumerat Tournefortius: illius Stamina è calyce squamoso surgunt: pistillum abit in Semen subrotundum vel oblongum, parum farinaceum, calyce ipso obvolutum. Graminum innumeræ sunt species, quas ut certo ordine digereret Cl. Raius, Methodum peculiarem Graminum excogitavit. Tournefortius in has Classes distribuit: Gramen Loliaceum, Gramen Spicatum, Gramen Dactylon, Gramen Paniculatum, & Gramen Avenaceum. Nuper Dominus Josephus Monti, Bononiensis Horti Præfectus, (quem hæc bonoris & amicitie causâ nomino), Prodrum edidit, Gramina ac hujusmodi affinia complectentem: ubi ad intricatas Graminum differentias distinguendas novâ accuratâque Methodo procedit. Officinis ex usu est Gramen Dactylon, radice repente, seu Officinarum T. quod est Gramen legitimum Clusii. Hæc nihil vulgatius. Ejus Radices ope Chymicæ Analyseos multum Olei præbent, plurimosque acidos Liquores: parum tamen ex his Salis fixi, & nihil volatilis elicitur. Agunt ergo ope Salis Sali Coralliorum analogo, ad humores temperandos, ac viscera deobstruenda.*

(X) *Gramen Parnassi dictum (quod in Monte Parnasso nascatur, teste Dioscoride) nihil sanè commune habet cum Graminis charactere: proinde à Tournefortio inter Plantas flore rosaceo connumeratur, vocaturque Parnassia. Floris petala quædam ampliora sunt, quædam minorâ & fimbriata: pistillum abit in Fructum membranaceum unicapitularem, Seminibus factum, quadruplici placenta affixis. Unicam agnoscit speciem, quam vocat Parnassiam palustrem & vulgarem: hujus synonyma sunt quæ recensit Ettmullerus. Radix fibrata Folia emittit frequentia Hederacea, longis pediculis insidentia: Caules angulosi, sesquipalmares, indivisi, folio unico amplexicauli præditi, Flores singulos sustinent speciosos, albescentes: Semen in Capsulâ Ciceris majusculi magnitudine continetur copiosum, minutum, rufum.*

dorum), in Oculorum Inflammationibus: (Hæc sedare dicitur Gramen trium nodorum, decrescente Lunâ evulsam ac collo circumligatum): in Auribus purulentis, in Odontalgia, in Tumoribus Podagricis discutiendis.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Radice Majo mense collectâ.

N. Diarrhœam sedat Infantum, si Abdomen eâ lavetur.

Est & Graminis species, *Gramen Mannæ* dictum, inter Gramina Dactyloidea C. B. 8. Cujus Semen in cibum venit nomine *Mannæ* in Germaniâ, ex Silesiâ ac Poloniâ confinis transportatum, Semini Milii Solis non absumile. De hoc vulgi opinio, quod ex Aère decidat, unde & *Mannæ* nomen impositum est. German. *Himmelbau, Schwaden.* (Δ)

CLX. GRANATA.

Malus Punica [Domestica, quæ Pomifera est. Sylvestris, quæ Flores solum fert. Videatur Malus Punica, Trag. Matth. Dod. Cord. hist. Lon. Cam. Mala Punica, Cord. in D. Bellon. Malum Punicum, Lob. Cast.

mibus Puerorum. (V)

GRAMEN PALUSTRE, Flore simplici & Albo, seu UNIFOLIUM PALUSTRE.

Gramen Parnassi, sive Gramen Hepaticum, item *εὐραδὺν ἄριστον* Polonorum, reverà juxta omnia indicia ad *Pyrolarum* species referendum, unde & *Pyrola bederacea alba* propriè dicitur, item *Hepaticum bederaceum*, Germ. *Leberkraut*, & elegantissimè gratiâ in hortis colitur.

Dicitur verò *Hepatica*, quoniam ad intemperiem, hoc est, atoniam ac dyscrasiam *Hepatis* conducatur. Quibus verò, in specie Morbis Hepatis, medeatur, altum est silentium; unde de vi ejus dubia potius, quàm vera habetur relatio.

Externè quidem, quia est Planta temperata, inter *Vulneraria*, uti omnes *Pyrolæ* talia sunt, refertur. Cum verò *Vulneraria* alia meliora prostant, facilè hac carere possumus. (X)

CLX GRANATA. *Malus Granata* Arbor est exotica, cujus Flores vocantur *Balaustia*, imprimis si sint ex *Malo Granatâ sylvestri*, quæ habet *Florem plenum*; Domestica verò saltem *simplicem*. Vocatur aliàs *Malus Punica*. *Granata* dicitur à *Granorum* copiâ, quibus Fructus est fertissimus. In *Flore* duæ partes sunt, sed inter se distinctæ:

I. Ca-

Cast. Malus Granata, Tab. Malus Punica, C. B. Germ. *Granatem*. Gall. *Grenadier*.

OFFICINALIA NATIVA.

Utraque Arbor, quamvis exotica sit, nostratibus tamen in hortis colitur.

1. *Poma*, eaque vel dulcia, vel acida, vel acidodulcia, i. e. vinosi saporis. 2. *Flores* collecti ex Granatâ sylvestri (*Balaustis* dicuntur) tum quoque interdum ex domesticâ (appellantur *Cytini*). 3. *Cortex* Pomorum (*Malicorium, Psidium*). 4. *Nuclei*.

Vires. *Poma* in genere censentur boni succi, Ventriculo convenientia, sed pauci nutrimenti. Dulcia adhibentur in Tussi chronicâ.

N. Quia Ventriculo Inflationes causantur, in Febribus minus commodè adhibentur.

Acida frigida sunt ac astringentia, Stomachica. Usûs præcipui in Febribus biliosis, in Gonorrhœâ, in Picâ Gravidarum compescendâ, Orifque putredine corrigendâ, & similibus.

Vinosa (acidodulcia, *Granata Maza*) mediæ sunt naturæ inter dulcia ac acida, ad frigiditatem tamen aliquatenus accedunt. Cardiaca sunt ac Cephalica. Usûs præcipui in Syncope ac Vertigine, &c.

Flores: tam *Balaustis*, quam *Cytini* ejusdem sunt naturæ,

terrestris scilicet validè astringentis, inspissantis, refrigerantis, siccantis, unde & Balaniorum creberrimus usus esse solet in omnis generis Fluxionibus. E. g. Diarrhœâ, Dysenteriâ, Uteri fluore, & similibus: in Sanguine Vulnerum cohibendo, in Gingivarum laxitate emendandâ, in Herniâ curandâ &c.

Cortex. (*Malicorium, Psidium*) Ejusdem cum Floribus censetur naturæ, præcipuique usus est in sedando fluxu Hæmorrhoidum, Narium, Uteri, &c.

Nuclei refrigerant itidem, astringuntque, in primis qui ex Pomis acidis collecti.

P R Æ P A R A T A.

1. *Succus liquidus*. Ex Pomis expressus, fermentatus & depuratus, qui nomine *Vini Granatorum* venit.

N. 1. Præstat Vinum ex Pomis acidodulcibus.

N. 2. Ante præparationem hujus Vini, extremam cutem Granis detrahere solent.

N. 3. Ad conservationem, nonnihil Seminis Coriandri pulverisati in Vino eodem suspendunt.

2. *Syrupus*. Ex Succo Granatorum dulcium, ac Saccharo 3. p. Vid. Disp.

GRANA PARADISI vide GARDAMOMUM.

CLXI. GUA-

1. Calathus Floris domestici, seu *Cytinus*, &
2. Flos sylvestris, seu *Balaustum*: quæ in Officinis confundi solent.

In *Fructu* verò distinguenda sunt tum *Cortex*, qui Cordis formam refert, & speciatim *Malicorium* dicitur; tum *Pulpa* ipsa seu *Nucleus*.

Officinas nil ingreditur ex *Balaustiâ flore pleno* (nullum enim fert Fructum, uti reliquæ Plantæ, e. g. Rosæ flore pleno) sed tantum ex *Granatâ flore simplici*.

In *Officinis* recipiuntur *Flores, Fructus, Malicorium & Grana succulenta*.

Flores seu *Balaustia* quod attinet, ubique commendantur usu adstrictorio, & ut heri dixi, in hoc puncto cum *Rosis rubris* exsiccatis conveniunt: & rectè: nam & Mechanicè & Medicè conspirant cum *Gallis*. Uti enim *Decoctum Gallarum, Rosarum* item *rubrarum*; ita & hoc *Decoctum Florum Balaustiorum, Vitriolum* in Atramentum præcipitat; Acidum nimirum Vitrioli absorbendo, & hinc naturam aluminosam acquirendo. *Interne* propter colorem sanguineum non incommodè eosdem usurpare solemus in sistendo Fluxu Sanguinis quocunque, unde in *Decoctis adstrictoris* solent adhiberi.

Externè Gargarismata ingrediuntur ad firmandas Fauces, & *Pulveres Dentifricos, & Decocta* ad firmandos Dentes, & illorum absterisionem. Colorem simul conciliant rubicundum & elegantem: sicut etiam *Pulvis Balaustiorum* cum *Melle* ac paucò *Sale* in *Linimentis* formam redactus, Gingivis affectis illiniri solet. *Infusum* quoque *Florum* cum *Aquâ Theriacali* instillatur Oculis Variolis laborantium, ut caliginem, exulcerationem, & suppurationem eorum impediatur: Videatur AUGENIUS.

Malicorium seu *Cortex* cum *Gallis* ejusdem naturæ ac usus est: vis tamen adstrictoria in hoc est potentior, quam in *Floribus*; propterea tonum Partium, ubique opus est, roborat. *Interne* neminem turbare debet Historia illa apud BARTHOLINUM *Hist. Anat. C. 4. Obs. 39. & Epist. Med. C. 3. Ep. 63.* de Muliere Mensium obstructionem passâ, & usu *Corticum Granatorum* penitus curatâ. Origo enim Affectus hujus à vi Acidum absorbendi, in *Balaustis* jam jam explicatâ, dependebat: Conf. TACHENIUS in *Hipp. Chym. cap. 17. p. 113.* Sed etiam benè consideranda ea, quæ ad hanc Observationem habet BARTHOLINUS in *Epist. l. a. p. 255.* quod nempe Cortices non in substantiâ, sed in *Decocto* cum *Cerevisiâ* factò propinandi.

Imprimis ejus *Decoctum* solet usurpari externo usu in Variolis pro præservandis Oculis, Naribus, & Faucibus: nam Variolarum hæc est malignitas, ut Oculos, Fauces, & Nares valdoperè lædere soleant. Ut ergò hoc non contingat, hæ partes muniendæ. Equidem testatur Experientia, quòd Variolas infecuta fuerit Cæcitas, & Gutt: alba, partim in uno Oculo, partim in ambobus. Propterea usitatum est, ut

Tom. IV.

præcaveatur læsio Oculorum per quandam *Lotionem*, inter quæ primatum obtinet *Decoctum Granatorum*, e. g.

℥. *Cort. Granator. seu Malicor.* ℥iij.

Infund. s. q. *Aquæ rosæ*. vel *Plantag.* stent in loco calido, postea filtretur & addatur:

Smaragd. præp.

Margar. præpar. an. gr. vj.

Croc. gr. iv.

Campb. gr. iij.

M. D. S.

Aqua Ophthalmica externa benè circumagitanda.

Periculosæ enim sæpè sunt Variolæ in Oculis & aliis vicinis partibus: propterea sunt præservandæ.

Longè alia est ratio *Fructus*, imprimis ratione *Saporis*, quo est imprægnatus. *Granata* enim sunt in triplici differentiâ; alia *Dulcia*: alia *Acida*: alia *medii saporis*, & ut alii loquuntur, *Vinosa*. In genere conveniunt Stomacho in Morbis calidis. *Dulcia* temperata sunt, & pro conservandâ *Massa Sanguineâ* commendata; hinc & *Hepatica* rectè dicta sunt, quia ex hypothesi Veterum putatum est, illa Hepati succurrere. Sed rari sunt usus *Poma Granatorum acida*: cum *Succo Citri* & *Limonum* conveniunt, & singulare sunt *Stomachicum*. *Vinosa* media imprimis confortant; sic enim fit, ut Vomitus, & Nauseam corrigamus potentissimè *Granatorum Vinorum* usu.

Succus Granatorum dulcium temperatus est, acrimoniam Bilis imprimis mitigans & temperans; unde BACO VERULAMIUS in *Historiâ suâ Vitæ & Mortis*, ad Hepar fervidius, & ejus Phlogoses temperandas, eundem satis laudare nequit. Potentior in hoc scopo est *Succus Granatorum acidus*, qui convenit cum *Succo Citri*, Sanguinem fervidiorem demulcet, Ventriculo quoque nidroso conducit, ac in Febribus Ardentibus & Malignis optimum levamen Aëgris est; non tamen per se sumendus, sed *Juleporum* formâ propinari potest. Sic & in Gonorrhœâ, à turgescente Liquore seminali, compescendâ ac emendandâ, non secus ac *Succus Citri* valdè conducit, vel solitariè, vel cum *Succo Citri* mistus. In Appetitu vitioso Gravidarum, seu Picâ, Specificum est, non minus, quam *Succus* ac *Syrupus de Corticibus Citri*, qui sunt in tali casu experta Remedia; uti etiam *Succus* vel *Miva Cydoniorum* in tali Picâ vel Appetitu depravato: item in Hæmorrhagiis ab Aëstu oriundis quibuscunque, & nimis Hæmorrhoidum fluxibus convenit; sive solus, sive cum *Coralis rubris* haustus. *Succus* denique *vinosus* mediis saporis, mediæ quoque naturæ se habet, & modò in hoc, modò alio in casu, pro aliquali confortativo, Aëstu, Siti Morborum acutorum, &c. potest usurpari.

Quæ dixi de Succo, valent de *Syrupo*, utut magis sit fermentescibilis, propter admixtum *Saccharum*: quod de omnibus Syrupis verum est, & propterea rarò soleo præscribere Syrupos, præsertim in majori dosi. (T)

R 2

CLXI. GUA-

(Y) Malus Punica dicitur notissima illa Arbor, quæ Mala Granata vel Punica fert. Hæc Flore est rosaceo, cujus Calyx campaniformis, multifidus, abis in Fructum ferè globosum, coronatum, in plura loculamenta divisum, acinis succulentis, & Semine oblongo surgentibus, facta. Ejus Species, vel Floris magnitudine, vel Fructus sapore distinguntur Flores

CLXI. GUAJACUM.

Lignum Indicum, Lignum Sanctum. Guaacan, Guajacan. Palus sanctus. Germ. *Frantzosenholz, beilig-Holz*. Gall. *du Guajac, ou bois Saint*. Arbor est exotica, procerâ, quæ ex Indiâ Occidentali ad nos transportatur.

Estque Guajacum { magnâ Matrice. Guajaci 1. genâs, *Monard. & Matthiol.*
propemodum sine Matrice, quod priori præstantius. Guajaci 2. Genus, *Monard. & Matth.*

N. 1. Sunt qui prius *Guajacum* appellant, posterius *Lignum Sanctum*; Verum quia apud Authores Synonyma sunt, præstat Matrice, uti dictum, ea distinguere.

N. 2. Posterius dividitur à nonnullis in plura genera, quæ tamen non re seu essentiâ, sed solo colore differre vult *Matthiolus*, idque pro diversitate maturitatis, quo enim maturius, eo ipso nigrius est, & quantò minùs adoleverit, tantò magis albicat.

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum, Cortex, & Gummi (sed rarè.)

Eligendum est Lignum recens, ponderosum, succulentum

(quod Carboni impostum fumigat.) Posterius præstat, quod colores rufum, spadiceum, flavum, lividumque simul mixtos habet.

Vires. Lignum calcificat & siccatur: Sudorem ac Urinam largiter promovet, adeoque Sanguinem mundificat, Putredini resistit. Usus præcipui in Arthritide, Hydrope, Catarrhis, aliisque Morbis à Phlegmate tartareâve Mucilagine, aut Flattibus oriundis: peculiariter ac specificè curat Luem Gallicam.

Cortex. Minùs calidus est quàm Lignum.

Gummi (Resina.) Gummi hoc mecum communicavit Vir rerum novarum curiosus *Adrianus Sonnemann*, Materialista hujus Civitatis, affinisque mihi dilectus, idque cum felici successu aliquoties in curandâ Lue Venereâ fuisse adhibitum affirmavit. Sapore est acri, colore ac figurâ Laccam ferè representante, pellucidum, friabile.

PREPARATA.

1. *Decoctum.* *ij. Gujac. incisi* *℞i. Aqu. fontan. ℞xij.* post infusionem 24. horarum coqu. ac *℞vij.* plus minùsve; coletur pro *Sudorifero*; reliquum coquatur cum *Aqua* tantundem pro *Potui* ordinario.

N. Pos-

CLXI GUAJACUM. *Lignum Guajacum, seu Lignum Sanctum,* sunt unum & idem, cujus notas genuinas, & debitum inde instituendi selectum, videbitis in **HOFFMANNO** de *Medic. Offic.* pag. 380. Ipsi Ligni *Decoctum* quidem frequenti in usu est, acrem & amaricantem habet saporem, plus minùs tamen, prout magis vel minùs recens fuerit. Fit enim interdum, si bonum sit Lignum, ut *Decoctum Piperis* instar sit acerrimum. Imò notabile est, quòd observavit **MAYOVV** *Traß. de Nitro p. 37.* quòd nempe *Decoctum Ligni* cum instillato *Spiritu Vitrioli* effervescat. Ab effectu Germ. dicitur *das Frantzosen Holz*, quia in *Curatione Luis Venereæ* nunc solum ejus *Decoctum*, nunc verò aliis junctum, in diebis vel ter ab *℞vj.* ad *℞viii.* haustum, & specificum & potentissimum *Sudoriferum* est, simulque *Diureticum* multiplici usu expertum. Insigniter enim prodest hoc Lignum, ejusque *Decoctum* ad Sudorem, & hinc Urinam ciendam. Quia usitatum est apud Galenicòs in Morbis Chronicis, ut Arthritide, Morbis Catarrhalibus, Asthmate, Febribus Chronicis, & id genus Morbis aliis, ceu ad ultimum asylum refugere ad *Decoctum Ligni Guajaci*, ut ita per Sudorem tandem curent necessariò suos *Ægros*. Post *Catarrhos* usurpatur in *Phthisi* imminente, aut jam inchoante, à Lymphâ nimis acriore & acidiore oriundâ, *Decoctum* hocce, blandum Sudorem expectando. Et sæpiùs usu venit in *Scorbuto*, qui non rarè cum dictâ *Phthisi* solet complicari. *Formula* quædam contra *Catarrhos* & *Phthisin* prostant in **SENNERTO**: e. g. commendabo vobis talem, qualem **LINDANUS** habet in *Collegio*:

℞. Ligni Guajaci:

Tamarisci an. *℞iij.*

Rhodii,

Sassafras gummosi an. *℞ij.*

Herb. Absinth. vulgar. *M. ij.*

Scolopendr.

Eupator.

Menthae,

Hyssopi an. *M. ℞.*

Rad. Helen.

Centaur. major.

Zedoar.

Cinnam. an. *℞j.*

Incisis & contusis affundantur Mens. *vj.* *Vini generosi*, sumatur haustus horâ ante pastum; hocque in *Catarrhis* & *Phthisi*.

In mundificandâ pariter Massâ Sanguineâ non ultimum locum habet, hinc in Scabie, Leprâ, & aliis Cutis vitiis sub formâ *Decocti* in *Aquâ* non caret fructu.

Sequitur jam *Cortex* ejus, ubi omnia ea, quæ de Ligno dicta sunt, huc applicari quoque poterunt. Imò majores effectus præstare solet, quàm Lignum, quia vis major ipsi inest. Notum enim est, quòd omnis *Cortex* Lignorum sit *Hepar Ligni*; nam digerit Succum pro totius Arboris nutrimento.

Flores sativæ Punice Dioscoridi dicuntur *Cytini*; at Galeno 6. sec. loc. *Cytinus Fructus rudimentum est, quod deciduo Flore primùm apparet & formatur. Balauktion sylvestris Punice flos est Dioscoridi. Officina verò Balauktionum nomine, & Flores & Calyces Punice, tam sativæ quàm sylvestris, intelligunt. Fructus Cortex vulgè Malicorium dicitur, quòd tanquam corium fit: Græcis dicitur σιδιον Sidion (non Plidion, ut hic Schroderus) à Sidone agro, ubi arbor hæc frequens erat. Granatum dicitur à granis, non à Granatâ Hispaniæ regione, quum jam ante Vartonis & Catonis tempora ita fuerit nuncupatum, notante J. Bauhino.*

Vis ejus sudorifera residet in *Decocto*, quod habet saporem acrem amaricantem penetrantem, nonnihil nauseabundum, aromatico tamen affinem; constat enim ex principiis salino-nitrosi oleosis, quæ in recessu habent Acre alcalinum & Acidum volatile, quæ aliàs & in *Fuligine* reperiuntur. *Fuligo* autem nihil aliud est, quàm omne illud, quod sub Lignorum concrematione avolat, & quod in *decoctione* *Aquæ* se insinuat. Repertum autem ex aliorum observatione, quòd *Fuligo* intrò assumpta *Sudorem* mirè moveat in Sanguine congruato, imprimis in *Pleuritide* & aliis *Affectibus* ejusmodi. Ex hoc igitur judicari potest, quòd nimirum *Salia* enarrata in Ligno hoc reperiuntur, quod etiam testatur (1.) *Spiritus acidus*, & (2.) *Sal volatile* in formâ siccâ.

Ut ergo paucis multa comprehendam, *vis ejus conficit in parte resinosa, Sale volatile oleoso turgidâ*; ratione cujus incidit *Viscidum*, corrigit *Lymphæ* vitia *catarrhalia*. Cæterum, cum sit exoticum, **AMATUS LUSITANUS** c. 2 *Curar. 95.* substituit *Lignum Buxi*, succedaneum hujus *Ligni Guajaci*. Et credo ego, esse efficaciorum illo, propter *vim anodynâ*, quâ caret *Guajacum*; ut taceam ciere simili modo *Sudorem*, atque *Guajacum*. Ejusdem quoque naturæ est *Lignum Sassafras*, *Radix Sarsaparilla*, &c. Non pauci sunt, qui Ligno huic *Guajaci* exotico *Fraxinum æquipollere* existimant. Sunt qui volunt, quòd Lignum *Guajacum* sit verum *Lignum Heraclinum Rulandi*, in qua sententiâ est **THEOBELBERGER** *US in Tractatu de Dentium Podagrâ cap. 47.* Verum ex antecedentibus notum erit, quòd sit *Lignum Corylinum*.

In usu pariter est *Guajacum Gummi*, utut rarum, cujus usus reverà singulariter specificus est in *Gonorrhœâ Gallicâ*, quam certò sicut aliis non cedentem; vel in substantiâ in formâ *Pilularum* usurpatum, vel cum *Spiritu Vini tartarizato* in *Essentiam* solutum, vel abstracto *Spiritu Vini* in *Extractum* redactum, & à gr. *ij.* ad *v.* in *Aquâ Plantaginis* exhibitum, cum successu in tali *Gonorrhœâ* usurpatur. In *Scabie malignâ* admodum quoque commendatur, ut & in *Lue Venereâ*, ubi specificè convenit.

Plura qui vult de viribus egregiis *Guajaci*, adeat **THEOPHILUM DE GARANZIERS** in *Tractatu de Tabæ Anglicâ* p. 146. qui satis decantat hoc ipsum Lignum. Potest etiam videri **FREITAGIUS** de *Phthisi*, ubi de *Ligno & ejus Decoctis* multa dicit lectu digna.

1. Inter *Preparata* præprimis est *Decoctum*, quod describit **AUTOR**, & rectè dicit, quòd ad *℞j.* *Lignorum* sint assumendæ *℞xij.* seu *℞ij.* *Aquæ simplicis*: quod observetur in *Decoctis Lignorum* omnium & *Radicum*, ut talis sit proportio, & ad tertiæ partis consumptionem decoquatur.

Ratio hujus rei est hæc: quoniam Lignum quodcumque non facile tribuit suas vires *Aquæ*, nisi post diurnam *Coctionem*. Jam verò in hac *Coctione* copiosissimè *Aqua* exhalat; hinc, ut sufficiens affundatur quantitas, necessum est. Et in genere notanda dicta ab **AUTORE** pro *Decoctis*

N. Possunt & addi *Liquiritia, Passula, Semina Anisi* &c.

2. *Extractum viscosum & gummosum*. Vide lib. 2.

3. *Oleum rectificatum*. Fit Destillatione. Vide lib. 2.

Vires. Exhiberi commodè poterit intrinsecus in Lue Venerea, aliisque Morbis Diaphoresi opus habentibus.

Dosis gr. iij. v.

N. Sunt qui *Oleum* hoc pro *Oleo Heracino Rulandi* habent, ejusque vires admodum deprædicant in Epileptia, expellendo Fœtu vivo ac mortuo, in dolore Dentium mitigando. Vide *Brendel. in Chymia*.

4. *Spiritus*. Est Liquor acidulus, unâ cum Oleo in destillatione collectus ac rectificatus. Vide lib. 2. de *Spiritibus*.

N. *Spiritus* hic acidus, præter medicinales virtutes descriptas, vim habet Perlas, Corallia, &c. solvendi. Intus exhiberi poterit à ℥ss. ad ℥j.

5. *Sal*. Ex Cinere elixiviatum, sed paucum.

(Ex Gummi Guajaci paratur *Extractum* per Vini Spiritum tartarifatum. Dos. gran. ʒv. in Liquore convenienti utile ad Gonorrhœam.)

H.

CLXII. HEDERA TERRESTRIS.

X *Αμαλινος*, Hedera humilis vulgaris, Corona terræ, Germ. *Gundelreb, Grundreb, Grundmann, Erdepfen*, no. tratisbus *Donnerreb*. Gall. *Du Lierre traînant, ou terrestre*. ER [Vulgaris. Hæc usualis.

Montana. *Inusitata*.

Nuncupatur Hedera terrestris, *Brunsf. Matth. Dod. Tab. Ger. Elatine Brunsf. 4. Chamæissos, Trag. Fuchf. Cam. Chamælema, Cord. bist.* Hedera terrestris vulgaris, C. B. 1.

Crescit passim circa sepes; floret Aprili potissimum.

OFFICIALIA NATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Saporis est amari & acris, calcacit & ficut: Vulneraria est, aperit, abstergit. Usus creberrimi in Tartaro, tam Pulmonum, quàm Renum, aliarumque partium, incidendo, resolvendo, adeoque confert Obstructionibus inde natis & Ictero: conducit Erosionibus & Ulceribus Viscerum abstergendis, consolidandis, &c. Extrinsecus adhibetur creberrimè ad

dis Lignorum & Radicum. Hoc Decoctum saporem acrem habet: attamen mirè confert in dictis Morbis; item contra Odontalgiam, si teneatur in ore.

3. *Essentia* quoque seu *Tinctura ex rasurâ Ligni Guajaci*, non secus ac ex aliis Lignis quibusvis, paratur nunc *Simplex*, nunc verò cum aliis *Composita*, additis scilicet *Lignis Sassafras, Rhodio, Juniperino, &c.* cum *Spiritu Vini*, aut *Fumariæ*, aut *Sambuci*; quæ vel præcipitando cum *Aquâ in Resinam*, vel evaporando in *Extractum* redigi potest; quod dosi ℥j. vel ℥ss. Sudoriferum potentius est, quàm *Decoctum* ℥iv. vel v. Porrò sunt, qui alio modo *Resinam* parant ex *Ligno Guajaco*, decoquendo *Lignum* cum *Aquâ simpliciter*, cum parum *Spiritus Vitrioli* vel *Nitri* acidulatâ, & ad consistentiam Picis evaporatâ. Ex hac etiam cum *Spiritu Vini Tinctura* & *Extractum* parari potest: ex hac cum arenâ destillatum *Oleum Ligni Guajaci* obtineri potest.

4. Ipsa *Tinctura* seu *Essentia*, præsertim cum *Spiritu Vini tartarifato* vel *Sambuci* parata, internè, præter usum diaphoreticum, commendatur Scabiosis & Catarrhosis, dosi ℥j. ad ℥ij. & longè utilior est, quàm *Decoctum*; etiam minore dosi facit, id quod *Decoctum* in majore. Quidam etiam externè in Odontalgia, & non sine fructu, eadè utuntur, scilicet cum *Bombace* Denti dolenti inditâ, vel admotâ extrinsecus, præsertim, si paucò *Opio* acuata fuerit. In destillatione Ligni Guajaci per retortam igne aperto prodit vel *Spiritus* acidus volatilis, qui non adeò frequentis est usus: internè tamen à ℥j. ad ℥ij. pro purificando Sanguine propinatur, & egregie Sudorem movet; hinc etiam *Spiritus Lignorum* habetur compositus. Sub destillatione prodit simul *Oleum empyreumaticum*: in cinere aliquantulum Salis relinquit, quod rarò internè usurpatur ob odorem graveum, & pauci erunt, qui bonâ cum veniâ usurpant, utut à *Cornu Cervi* uto rectificatum, & ad aliquot guttulas usurpatum, penetrantissimum & excellens Sudoriferum sit in supra dictis Affectibus; ut & *Carminativum* in Affectibus Hystericis, Colicis, & Febribus Malignis egregium. Extrinsecus utiliter administratur; imprimis contra Ulcera Gallica emollienda, Tophos Gallicos, & in similibus Symptomatis. In Bubonibus Venereis applicatur pro emolliatione & suppuratione *Emplastrum Diachylum* malaxatum cum *Oleo destillato Guajaci*, vel loco hujus cum *Oleo Tartari fetido*. Crasis consistit in Sale volatili; & sapor maxime ingratus est. Præterea habet vim & conspirationem cum *Oleo Fuliginis*. Alii *Spiritus* exinde parant, subigendo cum *Spiritu Vini* & *Fermento* q. s. Sed minùs genivus est.

5. *Sal* paucum quidem in cinere relinquitur fixum, cum

ferè omne Sal decoquendo, vel cum Spiritu & Oleo destillando, jam separatum fuerit; hoc enim est Sal nitrosum volatile, quod sub formâ Olei ferè transit. Interim tamen non penitus est nullum, contra WALÆUM in *Methodo medendi* p. 68. Ratio, quare tam paucum Sal fixum suggerat, & quomodo ex *Decocto* ejus inspissato, postmodum calcinato, pretiosius præparandum sit, videbitis in ZWELFERI *Animadversionibus* p. 456. Potest etiam ex *Decocto* ejus ad *Extracti* liquidioris consistentiam inspissato, in cellâ per crystallisationem *Sal Ligni Sancti* essentiali parari, quod aliàs sub texturâ oleosâ maximam partem prodit Specificum in Lue Venereâ, & Pleuritide ab eadè natâ, teste BARTHOLETTO in *Disp. l. 5. c. 4. pag. 458.* (Z)

H

CLXII. HEDERA TERRESTRIS. Hedera terrestris seu *parvula, Chamæissos*, idest, *parva Hederula, Elatine*, Germ. *Gundeman*; est vel *Major* vel *Minor*.

Herba sanè, utut exilis, nobilissima tamen & polychresta est, saporis subamari & subacris. Usu *diuretico* & copiosæ Urinæ provocativo, in Malo Hypochondriaco per Urinæ fluxum curando, Hydrope, Malo Nephritico, abstergendo, & Fibras ac Nervos Urinarios blandè irritando, atque Sanguinem leniter fundendo, operatur; unde in Curâ Hydropis, Crurum, & Pedum intumescentiâ, *Decoctum Hedera terrestris* cum *Vino* & *Absynthio* exhibent: item ad Affectus Urinarios demulcendos, & acrimoniam Urinæ temperandam, & in Nephritide præservandâ, egregie convenit, cum in hac vires insignes habeat, & diathesin sive dispositionem ad Calculum removeat; sicut alijs *Pulsis* hujus Hedera terrestris cum *Aquâ Hedera terrestris* propinatus, fidem superare dicitur, quantum Calculum atterere valeat, teste PAULI in suo *Quadrupartito Botan.* Item quidam infundunt *Folis Hedera terrestris Spiritum Vini*, & singulis diebus assument Cochlear unum vel alterum contra Calculum & Colicam: Vid. BOYLE *l. a. p. 163.* Mulier hic locorum Ictero nigro cum Calculo laborans, ejusmodi *Placentis* & *Embrammatis* se sanavit recentibus. *Vulneraria* præterea est inter celeberrima, & partium excoaratarum sanativa; & hinc præcipuè Erosionibus, Exulcerationibus, & Rupturis Viscerum interiorum, Pulmonum imprimis & Renum dicata. In his enim consolidandis nulli cedit, uti in Tussi & in Phthisi Pulmonali præservandâ & cu-

(Z) Lignum Guajacum, seu Lignum Sanctum, quod vulgò dicitur. Arbor est Indica ad Natis Juglandis magnitudinem, cujus Cortex crassus, gummosus; Corpus lignosum durum, densum, grave, mistoque colore, saporeque acri: Folia oblonga, subrotunda: Flores ferè umbellati luteo-palescentes, Fructus parvus, minoris Castaneæ magnitudinis, rotundus, solidus, fuscus, alio exiliori Fructu auranti coloris factus. Incisione, Gummi reddit resinosum subsiccum, lucidum, friabile, odoratum, acrisque saporis. Vires hujus Ligni adversus Luem Veneream nemo est qui nesciat. De his non inepta habet Ettmullerus.

Est & apud nos Arbor familiarissima, ex exoticâ nostras jam facta, quam fortè ex aliquâ cum Guajaco similitudine, Guajacanam appellat J. Bauhinus, C. Bauhinus Lotum Africanam, alii Diospyron, sive Fabam Græcam, & Pseudolotum vocant. Tournefortius in Genus peculiare erigit, Florè monopetalo campaniformi, cujus pistillum abis in Fructum mollem, subrotundum, multiscapularem, Seminibus fœtum cartilagineis, ut ait Cæsalpinus, vel summo duris, ut J. Bauhinus. Quamquam Fructus hyeme hic maturescens passim comedantur; nunquam tamen (ignotâ mihi antipathia) animum intucere potui, ut illum prægestorem. Nec Lignum hujus Arboris nec Cortex, cum Ligno & Cortice Guajaci ullâ ratione convenit.

ad Calculum Renum resolvendum (in Balneis) , ad Dolores Colicos resolvendos (in Clysteribus.)

P R Æ P A R A T A .

1. *Aqua stillatitia*. Ex Herbâ Majo collectâ.
2. *Conserva*. Ex Floribus, & Summitatibus.
N. *Conservam* compositam habent August.
3. *Syrupus Simplex*. Ex Succo.
4. *Compositus*. Vide Disp.
5. *Succus*. In Morbis gravissimis utilis.

CLXIII. HEDERA ARBOREA.

K *Ἥδῆρα*, *κισσός*, Hedera, *Brunsf. Trag. Cord. in D. Dod.* Hedera arborea, *Mattb. Nigra, Fuchf. Lon.* Hedera corymbosa communis, *Lab. Tab. Ger.* Hedera major, *Cast.* Hedera arborea, C. B. 1. Germ. *Ebbeu*, *Eppich.* Gall. *La Lierre arborée.*

(Arborea. *Hæc usualis, & jam nominata.*

Est Major sterilis.

(Minor.

Adhæret Muris, Arboribus, aliisque rebus in altum exurgentibus. Viret per totum annum: Floret autumnis: Baccas fert hyeme.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Baccæ, Lacryma seu Gummi.

Vires. Herba calfacit & siccatur, (*Galeno* est mixtæ naturæ, calidæ scilicet & frigidæ,) substringit. Internus ejus usus, quia Capiti, nervoque generi adversatur, rarus est. Externus crebrior in Acholibus exsiccandis & sanandis, in Fonticulis ab Inflammatione tutandis (imponitur quotidie Foliis): in Ozænis curandis, in Aurium purulentarum Dolore sedando miscetur Succus cum Oleo e. g. liliaceo.

Baccæ. Purgant per superiora & inferiora, unde & contra Febres à vulgo exhiberi solent.

Gummi, seu Lacryma, ex trunco Hederae majoris vulnerato, & interdum sponte exit, colore ex flavo rubescens, odore grave, sapore acro. Psyllothrū à Majoribus habetur insigne ac Cauticum, Lentescque interimere dicitur.

N. Nostratibus in usu non est, quippe Gummi Hederae Officinarum nec figurâ, nec viribus descripto Gummi convenit. Purpureo-nigricans est (adeoque Mumie non ab simile) fragile, nec saporis acris, sed velut adusti, lignosis segmentis ac fordibus plerumque scatens.

(Mentio fit Gummi hujus in Unguento de Alibad.)

P R Æ P A R A T A .

Oleum stillatitium. Ex Baccis cum Aquâ fermentatis per Vesicam.

N. Alii Lignum, Baccas ac Gummi simul per Retortam destillando, *Oleum* parant.

CLXIV. HE-

curandâ; præsertim, quæ ex læsione externâ, aut erosione internâ contingit. Et quoniam tam polychrestum est Remedium; hinc etiam variè usurpatur pro Pectoris Affectibus; imprimis verò Pulvis inde formatus: Vid. WILLISII *Pharmacia Rationalis* P. 2. pag. 115. & BOYLE *de Specificis* pag. 162. Pro iisdem Pectoris Affectibus Hedera terrestris, præsertim cum *Chærefolis*, vel in *Vino*, vel in *Cerevisiâ*, vel in *Aqua & Cerevisiâ* ana, addito vel omisso pauco *Melle*, cocta convenit. Ancilla, quæ diu hic locorum laboraverat Phthisi scorbuticâ, præmissis *Vomitibus*, *Decocto* hujus Herbe unicè curata est. LINDANUS in *Empyemate*, & *Vomicâ Pulmonum*, & *Pleuritide* malè curatâ & suppuratâ, non parum habere virium asserit, sive usurpetur ejus *Decoctum*, sive *Conserva*: materiam enim purulentam in Pectore collectam mirum quantum evacuat, & Ulcus potentissimè detergit. Sanè ad Abscessus & Suppurationes Pectoris mirabilis est, speciatim ad Sputum ac Mictum eruentum seu purulentum, vel ex rupturâ, vel ex erosione natum, curandum, & consolidandum: item in Casu ab alto, & imprimis grumo Sanguinis, indeque ortâ difficili Respiratione, cum solutione *Lapillorum Cancrorum in Aceto*; hinc & Pus per Urinam evacuat, & consolidat. Addi autem sub sine decoctionis potest *Aqua Nasturtii* quantum sufficit. Chymicus hic locorum, ex odore *Aque Fortis* gravem Tussim contrahens, coquendo cum ana *Cerevisiæ & Aquæ*, ac per tempus usurpando, restitutus est. Vis ejus consistit in Sale essentiali nitroso absterfivo & mundificativo.

2. *Syrupus & Conserva* exinde prostant, quæ constituunt ferè corpus *Electuariorum* contra Sputum Sanguinis, cum *Semine Hyoscyami*. (A)

CLXIII. HEDERA ARBOREA. Præter Hederae terrestris, datur etiam

1. *Hedera arborens*, seu *scandens*.
2. *Hedera Canadensis*,
3. *Trifolia*, &
4. *Quinquifolia*.

Posterioribus sunt exoticæ & Officinis incognitæ, prior tamen est usitata: quod etiam pertinet *Hedera minor*, seu *Helle*,

ita dicta ad differentiam *Hederae majoris*, utut placeat quorundam Botanicorum epicrisis, qui existimant, non esse differentiam magnam inter has duas, sed dependere tantum differentiam ex soli varietate. Germanis vocatur *der Eppbevo*.

Commendantur *Baccæ* ejus nigrae usû externo & interno.

Interius quidem apud Veteres rariùs erant in usu, quia n̄brunt, eas deglutitas Vomitus & Seccessus insigniter movere, atque aded solum adhibebant contra *Philitra*, quæ ita per superiora & inferiora rejiciuntur, & Malignitas insimul corrigitur. Interim per Recentiorum Experimenta *Baccæ* hæc maturæ pulverisatæ, & in minimâ quantitate assumptæ, *vi diaphoreticâ & antipestilentiali* laudantur. Hinc celeberrimus ille BOYLEUS testatur, in ultimâ Peste Londinensi *Baccas* hæc pulverisatas ad ʒi. in *Aceto*, vel *Vini albi* haustu, assumptas, excitato Sudore, egregias fuisse, cui etiam assentitur PALMARIUS in *Tract. de Peste & Morbis contagiosis*, pag. 453. & KIRGHERUS in *Scrutinio Pestis*, pag. 317. sicut & in nuperrimâ Peste multi hoc ipso liberati sunt. Alii quoque easdem ad Hydropem Ascitem commendant.

Folia internè nullius sunt usûs. Externè verò optimè inserviunt pro *Vescicatoriis & Fonticulis*: ad fluxum eorum promovendum, eaque viridia, & leviter contusa.

Sic *Lignum* quoque ejus in *Globulos* formatum optimo cum successu *Fonticulis* imponi solet, eam ob causam, quod *Lignum Hederae* non facile corrumpatur. Perpetuò enim & *Herba & Semen* cum æstivo tum hyberno tempore virescit, melioremque hi *Globuli* ibidem præstant usum, quàm imposita *Pisa*, & hac ratione quoque *Lignum Sassafras & Lignum Rhodium Fonticulis* inservire possunt, cum ejusmodi Plantæ balsamo vegetativo singulari præditæ, præprimis in Peste laudentur.

Gummi ipsius à quibusdam venit in usum: nihilominus in Præparatione hallucinantur, quia incertum est *Mensuram* pro ejus dissolutione. Optimè ii faciunt, qui resolvunt cum *Terebinthinâ*: hæc enim est genuinum Mēstruum pro dissolutione ejus: de quo videatur ZWELFERUS in *Animadvers. in Pharmacop. Augustanam* p. 338. (B)

HE-

(A) *Quamvis Chamæcissos idem sonat, ac Hedera humilis, seu terrestris, questio tamen est apud Botanicos, an Planta, quæ in Officinis nomine Hederae terrestris venit, sit reverà Chamæcissos Veterum. Quidquid autem de hoc sit, Hedera terrestris Officinarum (major & minor) inter species Calaminthæ à Tournefortio connumeratur, ut alibi diximus, vocaturque Calamintha humilior, folio rotundiore: omnes enim Calaminthæ characteres habet. Notat tamen Raius in Meth. quod Flores in Hedera terrestri (cujus Genus à Calaminthæ Genere diversum facit) in furculis à Foliis alis egressi, non rari & sparsi, ut in Calaminthâ, sed magis coacti & conferti nascuntur. Sed hoc parum refert.*

Hedera terrestris major dicta, *Folia Hederae similia habet, minora tamen, tenuioraque, valde amara: Ramuli per terram sparsi: Flores Calaminthæ, ramosis pediculis insidentes. Ex Tournefortio Folia hujus Planta amara sunt, sed parum aromatica, nec coruleam papyrum rubefaciunt: hinc conjicere licet, illorum Sal ad Tartarum vitriolatum accedere, ac cum tantillo Salis ammoniaci commisceri, sed multo addito Sulfure, multaque Terra. Analyseos Chymicæ ope Planta hæc nil præbet Salis volatilis concreti, sed parum Spiritus urinosi: quod extrahitur reliquum, est Acidum, Alcali, Oleum, & Terra, sed Olei & Terræ multum. Hedera terrestris aperitiva est, deterfiva, & vulneraria. Usus præcipuus ad Calculos, & Pectoris affectus.*

(B) Hedera ab hærendo dictam putant, quod muris & arboribus adhæreat: sed quomodo, si antepenultimam corrumpit? & per e, non per æ, scribitur: potius ab edendo, ait Vossius, quod corpora quibus Parasitica hæc Planta ad-

CLXIV: HELENIUM.

Elixior Helenion. Trag. Helenium, Brunfels. Muttblol. Dod. Cord. in D. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger. Enula, Lon. Enula Campana, Brunfels. Cam. Helenium vulgare. Germ. Alantwurtz. Gall. Aunee, ou Enule campane.

N. Dicitur Helenium, quod è lacrymis Helena natum dicitur.

N. Crescit plerumque locis humidis: Floret Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, quæ collecta, antequàm in stolones abierit, in ta-

leolas secatur, inque umbrâ exsiccat.

Vires. Nonnullis calcacit & siccac 2. (Fernelio calcacit 3. siccac 1.) abitergit, discutit, aperit: Pulmonica est, Stomachica, Alexipharmaca, Sudorifica, &c. Usus præcipui in Tartaro Pulmonum Renumque attenuando ac educendo, & hinc in Tussi, Asthmate, in Cruditatibus Ventriculi emendandis, Ureteribus referandis, in Peste, contagiosisque Morbis arcentibus, in Scabie, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. Radix condita.
2. Aqua, Ex Radice destillata.

3. Con-

HEDYSARUM.

Hedysarum duplex est.

1. Hedysarum triphyllon, Canadense Cornuti.
2. Hedysarum clypeatum seu πολύκλων, ita dictum à figurâ Seminum clypeatorum.

Hedysarum Latine vertunt Securidacam, quod Securim Veterum Folia ejus æmulentur: Germanis Velsckraus. Utrumque est exoticum, adeoque Officinis incognitum. (C)

CLXIV. **H**ELENIUM. Helenium seu Enula ita dicitur, quod ex lacrymis HELENÆ genita fuisse putetur, Germanis Aland. Reverà ad Chrysanthemum pertinet, Folia profert magna, altum est aliquot ulnarum: Flore est luteo.

In usum medicum recipitur imprimis Radix crassa polychresta, quæ tempore exaltationis est colligenda, quando incipiunt erumpere Surculi, & succulenta est; tunc enim temporis maximè imprægnata est facultatibus primariis. Saporis est ex dulci insigniter amaricantis, aromatici, similemque efficaciam obtinet, aded, ut à PLATERO & HOFFMANNO de Medic. Officinalibus pag. 319. Zingiberi præferendum. Maximè convenit cum Angelicâ; hinc præter vim diaphoreticam & insigniter alexipharmacam (de qua videatur GRATO, GABELCHOVERUS, & DIEMERBROECK de Peste) laudatissimum est, speciatim in Ventriculi & Pectoris Malis. Ventriculo & Pulmonibus prodest pro incidendis, & absumendis Cruditatibus viscidis, pituitosis, acidis, à primâ Digestione ortis, & Dyspepsiâ ac Anorexiâ corrigendâ, Mucoque Ventriculi abstergendo; unde simplex ex Pulvere Radicis Helenii, cum Melle vel Rob Juniperi paratum Eletharium, pro expellendo & expectorando Muco viscido, Tussi & Asthmate, tam stomachali quàm pectorali, egregium. Præterea est Specificum egregium Affectibus Colicis ex vitio acido ortis, speciatim Colicâ flatulentâ & scorbuticâ, cum Vino decocta: vid. FINCKIUS in Enchirid. Dogmatico-Hermet. p. 112. cap. 32. Alii Radici Helenii addunt Herbam Absynthii, unâ cum Corticibus Aurantiorum, decoquunt cum Vino, & in Colicâ calidissimè

potant, addito tantillo Theriacæ seu Mithridatii, & commendatur à MINDERERO in Medicinâ Militari p. 325. Sunt, qui singulariter in Paresi ex Colicâ, seu in Artuum ad motum impotentia, superstite tamen sensu, quæque est species Motus convulsivi, Decoctum Radicis cum Vino, vel solum, vel cum Corticibus Aurantiorum, largiter haustum expectando Sudorem, tanquam appropriatum ejus Remedium, singulariter laudant. Frequens est hæc Paresis in Austria & Moraviâ, ubi potant Vinum acidum & crudum: unde sic ut propter nimiam austeritatem Succu Pancreatici oritur Colica gravissima, & hinc excitetur Paresis. In hac certè Heleniata omnia optimum Remedium constituunt, expectando Sudorem, imprimis si misceantur cum Spiritu Tartari benè rectificato, vel alio Spiritu urinoso, à ʒss. ad ʒj. Quod dixi de Paresi ex Colicâ, intellectum & concludendum volode Paresi in Scorbuto, quæ non est rara in Scorbuticis; item de Arthritis & Paralyti scorbuticâ. Aliis qui usi sunt Mercurio vivo in Lue Venereâ, Decoctum Helenii & Fœniculi commendatum sibi habeant, ut Mercurius vivus in Lue Gallicâ usurpatus è corpore rursus propellatur, expectando Sudorem post ejus usum: e. g.

ʒ. Rad. Enule ʒij.

Fœnic. ʒiʒ.

Coque in Vini ʒij. ad consumptionem tertiæ partis.

Colatura usurpetur pro 4. vicibus.

Imò in quavis impuritate, v. g. Scabie, Scorbuto, &c. prodest. RONDELETIUS in Pr. lib. 1. cap. 9. celebrat Radicem Helenii tanquam Hilaritatis Remedium, & hinc commendat illam in Melancholicis Affectibus, ubi Homines sunt tristes: propterea nititur hac Radice succurrere eorum Tristitiæ. DEODATUS in Valetudin. in Anasarçâ optimam observavit.

Externè cum Decocto Helenii membra Paresi affecta possunt fricari & foveri, ut acquirant denuò suum debitum motum.

1. Inter Præparata in usu est Radix condita, quibus Stomachus frigidus & viscidâ aciditate obrutus est: permisceatur etiam Elethariis, & aliis Affectibus Pectoris.

ʒ. Usitatum est apud quosdam infundere Radicem in Mustum,

adheret, exedat, enecet, & demolitur: H autem acquisivit, ne cum Verbi Edo inflexionibus confunderetur. Hedera Plantæ genus est Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Baccam ferè globosam, Seminibus sextam hinc gibbis, inde verò planis. Hujus duæ usque aduc innouere species, quarum una Communis, & Arborea, arboribus & parietibus innixa, ubique profert; altera verò Poëtica dicta (quæ varior) non tam Folorum formâ, quàm Baccarum colore à primâ distans: Arborea enim nigris Corymbis, Poëtica verò luteis, aureo nitore fulgentibus, se prodit. Si Baccæ tres Hederae arboreæ in pulverem eritæ, cum Aquâ stillatitiâ Pulegii, & pauçillo Croci bibantur calidè, idque mans per aliquos dies iteretur, Menses minimè fallaci experimento movent. Quinque aut sex Baccæ ante poculorum certam comestæ, ebrietatem arceve dicuntur.

Ettmullerus hic quatuor facit Hederae species. Prima ipsi est Hedera arborecens, sive scandens: Secunda Hedera Canadensis: Tertia Trifolia: & quarta Quinquifolia. Sed mendosè: forsasiè Editoris incuriâ: Hedera enim Canadensis, secundo loco posita, veluti Genus est, sub quo Hedera Trifolia & Quinquifolia, tertio & quarto loco recensitæ, vulgè reponuntur. Cornutus enim duas describit Hederas Canadenses, unam Trifoliam, alteram Quinquifoliam. Verùm si Cl. Tournefortii Methodo stare velimus, neutra Planta Hedera est: sed Hedera trifolia, Canadensis Cornuti, est Toxicodendron triphyllon glabrum T. imò & Hederae trifoliz Canadensis affinem Plantam, vocat Toxicodendron triphyllon, folio sinuato, pubescente: hancque Arborem venenatam appellatam fuisse à Joncquetto refert. Hedera verò quinquifolia Canadensis Cornuti, est juxta eandem Methodum Vitis species, Vitis quinquifolia, Canadensis, scandens à Tournefortio vocata: & reverà Planta hæc nil cum Hedera commune habet, nisi quod claviculis quibusdam parietum asperitatibus fortissimè adhaereat, eosque jucunda spectaculo ad excelsum altitudinem obvestiat.

(C) Tamest hic Ettmullerus Securidacam cum Hedysaro confundat; nihilominus Tournefortio vocabula hæc duæ Plantarum Genera designant. Securidaca est Plantæ Genus Flore papilionaceo, cujus pistillum abit in Siliquam rectam planam, anulatam, articulosam, in singulis articulis Semine sextam rhomboidæ, introrsum emarginato: bujus Generis unicum facit speciem, quæ est Securidaca lutea, major C. B. Hedysarum verò est Plantæ Genus Flore item papilionaceo, sed cujus pistillum abit in Siliquam articulofam, undulatam, Semine sextam in singulis articulis reniformi: additque Flores in spicam vel capitulum colligi. Hujus Generis species sunt Hedysarum trifolium, Canadense Cornuti, & Hedysarum clypeatum, quas recenset Ettmullerus. Quamquàm autem huic tribuat idem Autor epibeton polychloron, cave tamen ne hoc Hedysarum cum Pelecino Tournefortii confundas: Pelecinus enim Tournefortii est Plantæ Genus Flore papilionaceo, cujus pistillum abit in Siliquam planam, bicapsularem, & bivalvem, Seminibus sextam planis & reniformibus. Unica bujus species dicitur Pelecinus vulgaris, quæ est Lunaria radiata Robini, & Securidaca siliquis planis, utrinque dentata C. B.

3. *Conserua. Radicis.*
4. *Extractum. Ex Radice.*
5. *Vinum Enulatum. Ex Radice & Misto.*

CLXV. HERNIARIA.

Dicitur Herniaria, *Dod. Cam. Tab. Ger.* Herniaria multi-grana, serpillifolia, *Lob.* Herba Turca, *Lob.* Polygoni Genus, Herniaria appellata, *Clus. hist.* Millegrana, *Cord. hist.* Herba Cancris minor, *Cord.* Polygonum minus, *Cass. Matthiol.* Empetrum, *Trag. Lon.* Polygonum minus, seu Millegrana major, *C. B.* 11. (videlicet inter Polygoni minores species) German. *Harnkraut, Bruchkraut, Tausend-Korner.* Gall. *Renouée & Corrigiole.*

stum, & per fermentationem facere *Vinum Enulatum*, quod in Asthmate, Raucedine à Catharris oriunda, Tussi pectorali & stomachali, Colicâ, Cruditatibus, aliisque Ventriculi Affectibus, egregium est. **STOECKERUS Prax. cap. 121.** ubi de viribus *Vini Enulati* stomachicis, & aliis pro confortatione Intestinatorum, egregia habet.

Syrupus Enulae in Pectoris Malis, in Bronchiis Pulmonum materiâ oppletis, proeâ resolvendâ ac incidendâ multum solet esse usûs.

4. *Extractum & Essentia* optimè paratur ad modum **LUDOVICI Pharmac. pag. 246.** in Affectibus Ventriculi, Tussi, & Asthmate pectorali & stomachali, Raucedine, incidendo & resolvendo Muco viscido in Bronchiis Pulmonum hærente, Colicâ, & inde ortâ Pareâ; item in Arthritide & Paralyâ scorbuticâ exhiberi solet; imprimis si *Essentia* misceatur cum *Spiritu appropriato*; *Extractum* verò cum *Rosulis pectoralibus*, aliisque.

Habetur quoque quibusdam in locis *Unguentum Enulatum*, experti usûs contra Scabiem: v. g.

U. Rad. Heleni rec. ℥ss.

Axung. porcin. ℥v.

Misceantur in mortario plumbeo, & contundendo f. *Unguentum*, quod valde commendatur. Vid. **AMATUS LUSITANUS Cent. 2. Curat. 98.**

In casu pertinaciori *Sal Tartari*, aut *Mercurius dulcis*, aut *Mercurius vivus* addi potest. (D)

HELIOTROPIUM.

Hujus grana iv. Quartanariis, gr. iij. verò Tertianariis prodesse scribit **STROBELBERGERUS Tr. de Febr. pag. 45. ex CORNELIO AGRIPPA. (E)**

CLXV. HERNIARIA. *Herniaria, Millegranum* aliâs dicta, Germanis *Tausendkorn*, quia ab omni parte Semen habet, in curandis *Herniis*, imprimis Intestinarum & Omenti, quæ propter laxitatem Peritonæi descendunt in Scrotum, speciatim est proficua, unde quoque denominationem est adepta. Provenit in locis cultioribus.

(D) *Helenium* (quod *Enulam Campanam* vulgò appellant) ad *Chrysanthema pertinere* putat *Ettmullerus*; verum potius ad *Asteres* est reducendum, juxta *Tournefortium*: quævis enim tam *Aster*, quam *Chrysanthemum* plantæ sint flore radiato; sed *Aster* semina papposa habet, *Chrysanthemum* verò pappis destituta. *Helenium* autem semina pappis instructa quæ habeat, inter *Asteres* potius est connumerandum. Dicitur proinde à *Tournefortio* *Aster* omnium maximus, *Helenium* dictus. *Planta* est ad trium quatuorque cubitorum altitudinem pertingens: *Caulis* canaliculato: *Folii* *Verbaschi* latioris, incanis, crenatis, nullis pediculis: *Flores* *Asteris*, aurei, odorati, semina reddunt gracilia & oblonga: *Radix* (quæ *Officinalis*) crassa nimis, foris fusca, intus alba, sapore aromatico, acri-amaro. *Ex Tournefortio* ope chymicæ Analyseos præter multos acidos *Liquores*, præbet multum *Olei*, parum *Spiritus urinosi*, nil *Salis volatilis concreti*, quod tamen *Folia* satis reddunt. Hinc conjicit, *Plantam* hanc agere ope *Salis volatilis oleosi*, cujus *Sal ammoniacale* non est omninò decompositum, quodque *Sulfure* valde saturum est. *Vinum Enulatum* *Stomachum* roborat, *Icterus* sanat, *Urinam* ciet, atque ab *Aëris* pravitate præservat. *Celeberrimus* est apud nostrates *Syrupus* de *Helénio Augénii* ad morbos omnes *Pectoris*.

(E) *Heliotropium* ab ἥλιος Sol, & τρέπειν vertere, dicitur: non quòd ad Solem ejus *Flos* diurno motu convertatur (ut quidam credunt, qui *Heliotropium* cum *Coronâ Solis* confundunt); sed quòd æstivo *Solstitio*, accedente Sole ad *Tropicum Cancris*, (circa τροπὴν τῆς ἡλίου) florere soleat. *Planta* est *Flore* monopetalo, infundibuliformi, centro corrugato & inciso: *pistillo* adhaerent quatuor *Semina* angulata, in *Calyce* matureſcentia. *Officinale* est *Heliotropium majus* *Dioscoridi* *C. B.* cujus *Caulis* fungosâ medullâ plenus, tomentosus: *Folia* *Octimi* bisfuta: *Florum* spica in se *Scorpionis* caudæ instar conorquetur: *Semina* cinerea. *Plantæ* hujus *Folia* sunt amarissima, & cæruleam *papyrum* vix rubeſciant: hinc eruitur illorum *Sal à Terrâ Sale* non differre, nisi quòd in illo *Sal ammoniacum* magis evolutum est, quàm reliqua principia, & multo *Oleo* foetido, & *Terrâ* mistum. *Heliotropii* hujus *succus* *Verrucas* evellit, ac molestas & pruriginosas *Impetigines* resinguit. *Planta* resolutiva est, atque ad serpentina *Ulcerâ* efficax remedium.

(F) *Herniariæ* (vulgò *Herba Turca* appellata) *etymologia* patet. *Plantæ* genus est *Flore* apetalo, cujus *pistillum* abt in *Semen*, *Calyce* oblongo & striato reconditum. *Officinalis* est *Herniaria glabra* *J. B.* quæ lætâ ramulorum luxurie, è *pustillâ radiculâ fusorum*, subjectum solum opacat: *Foliola* *Serpilli*, in quorum alis numerosi *Flosculi*, ex apicibus *luteolis* compositi. *Herniaria* hæc parum rubeſcit cæruleam *papyrum*: acris est, & parum salsa. *Ejus* *Sal* vix differre videtur à *Sale*, quod è *Terrâ* absque ignis ope elicitur: dat autem ea aciditatis indicia, quæ *Sal ammoniacum*: sed maximâ quantitate *Sulfuris* & *Terræ* mistum est. *Præter* vim hujus *Plantæ* adversus *Herniam*, si *Cataplasmatibus* formâ applicetur, atque ejus *succus* ebibatur, valet quoque ad *Colicâ* *Nephriticâ*, atque *Ischuriâ*.

Crescit locis aridis ac arenosis, nonnunquam tamen & circa ripas: flores Junio, Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba, seu Planta integra.

Vires. Refrigerat & siccatur. Usus præcipui est in *Herniâ* curandâ, *Urinâ* ciendâ, *Renum* ac *Vesicæ* *Calculo* atterendo, *Ventriculi* ac aliarum partium *Mucilage* incidendâ, educendâ; *Bile* ac *Aquâ* expellendâ, adeoque in *Ictero* curandâ.

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ.

(*Conserua* meminit *Platerus*.)

HIRUNDINARIA, vide VINCETOXICUM.

CLXVI. HI-

Primus, qui nobis hoc manifestavit, fuit **MATTHIOLUS**, cujus assertum jugi *Experientiâ* confirmavit **HOLLERIUS** in *Tr. de Morb. intern. cap. 62.* ubi tractat de *Herniis*, & mirum quantum commendat *Herniariâ*. Dicit namque: *Herba est in sabulis crescens, foliis minimis & rotundis, gustus adstringentis, cujus Succus expressus, & affusus Vino albo, expertum est Remedium in Herniis, quas intra novem dies certo curat.* Et propter hoc *Encomium* *Herniaria* vocari solet *Herba Hollerii*, qui virtutes contra *Hernias* manifestavit, & in apicum produxit. *Usurpatur* vel crudo modo in *Pulvere*, secundum ductum **HOLLERII**, vel decocta, & quidem nunc sola, nunc cum aliis mista. *Præter* hæc singulare etiam est *Experimentum* in *Vulneribus* quibuscunque, sive externis sive internis, cum sit ex celeberrimis *Vulnerariis*. Jam verò, sicut ut plurimum usu venire solet, ut *Plantæ* *Vulnerariæ*, si non omnes, tamen plurimæ *Urinam* ciunt; ita hæc valde commendari solet in ciendâ *Urinâ*, & promovendo *Sabulo*, in *Renum* & *Vesicæ* fistulis stabulante: in talibus enim casibus *Nephriticis* usurpatur *Herniaria* non sine fructu, nec sine emolumento insigni.

Externè in *Aquâ* decoquitur, & sub formâ *Cataplasmatibus* loco hernioso imponitur. Conferatur **PAULI** in *Quadrupart. Botan. pag. 462.* ubi habet *Cataplasmata* ex *Perfoliata*, & *Herniariâ*, cum paucis aliis, contra *Hernias* *Puerulorum* experta. *Fiant* *Unguenta* ex ejus *Succo*, quæ post *repositio-* nem *Omenti*, vel *Intestinarum*, *Rupturam* consolidant, & restituant.

Inter Præparata in *Officinis* tantum proſtat *Aqua*.

Potest tamen ex eadem quoque præparari *Essentia* cum *Rore majali*, vel *simplex*, vel cum aliis *Vulnerariis* composita, quæ in consolidandis *Vulneribus* egregiæ. (F)

HIERACIUM MAJUS.

Hieraciorum variz sunt species, quas videbitis in **BAUHINO** p. 64. Ex his nobis quatuor præſto sunt:

1. *Hieracium foliis Taraxacti*, in specie *Hieracium angustifolium, majus, erectum.*
2. *Hieracium majus, Sonchites.*

3. *Hie-*

CLXVI. HISPIDULA.

Ætiropus, Pes Cati, Pilosella montana, hispida, C. B. 5. Germ. *Kabtsensfusz*. Gall. *Pied de Chat*, ou *Piloselle*. Est species Pilosellæ (aliis Gnaphalii) parva admodum, totaque ferè tomentosa, maximè verò flosculi, quos profert rubentes, interdum albidos. *Videntur Renodæus*.

Nascitur in collibus ac locis siccis & apricis: floret Majo, Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Tota Herba cum Floribus.

Vires. Easdem vires obtinet, quas reliqua Pilosellæ genera: vide *Auriculam Muris*: peculiari tamen proprietate Pulmonum exulcerationi conferre statuitur, & Sanguinis exspuitioni.

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex integrâ Planta cum Floribus.

2. *Syrupus Simplex*. Vide Renodæum.

3. *Compositus de Pede Cati*. Vide lib. 2.

N. Nostratibus Syrupus hic Compositus vulgarissimus est.

CLXVII. HORDEUM.

Hordeum. Germ. Est [Hyemale. Hoc præstantius. Gerste. Gall. Orge. Æstivum.

Videatur Hordeum, *Brunsf. Matth. Lob. Dod. Lon. Cast. Ger. Hordeum majus*, *Trag. Hordeum polyctichum*, *Fuchs. Tab. Hordeum hyemale*, *Cord. in D. Hordeum polyctichum hybernum*, C. B. 1.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, & Farina.

Vires. Refrigerat & siccatur. abstergit, aperit, digerit, emollit: est Diureticum, Nutritivum.

N. Crudum Ventriculo aliquatenus inimicum est, quippe fla-

3. *Hieracium intybaceum*, folio caulem ambiente; cum Foliis enim *Cicborii* convenit, &

4. *Hieracium majus*.

Hieracia aliàs dicuntur, quòd *Accipitres* Succo *Hieraciorum* delectentur, item, quòd affricu Oculorum acies acuetur, unde & *Accipitrina*.

Priores tres Plantæ sunt cognatæ, omnesque nitrosæ. In locis enim fertilibus & pinguibus omnes crescunt; unde & vi suâ nitrosâ refrigerant, ac vi *diureticâ* pollent. Quia tamen *Sonchus vulgaris*, & in sese *Cicbortium* utibus hisce sufficit, hinc illis faciliè carere possumus. (G) Sequitur

HIERACIUM MINUS.

Hieracium minus pilosissimum, seu *Pulmonaria Gallica Tabernamontani*: Germanis *Coffe-kraut*, *Pulmonariam* Galli ex usu vocarunt: egregiè enim prodest Pulmonibus, detergetque sordes inter eorum Vesiculas hærentes; hinc in Hæmoptysi multum illi tribuunt Galli, & ad eam, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt; quod etiam non contemnendum, modò debito iudicio fiat. Aliàs præter hunc usum alium non agnoscit: non dubito tamen, quin & in aliis Affectibus usurpari queat. (H)

CLXVI. HISPIDULA. *Hispidula* dicitur à *Folliis hispida*. Planta enim est hirsuta, & nil aliud, quam *Pilosella minor*, de qua supra sumus locuti sub nomine *Auriculæ Muris*, quoniam in Officinis sunt una eademque Planta. Et utut aliqualis sit differentia in formâ externâ, illa tamen non attenditur in Officinis, sic semper inter sese confunduntur, & recipitur nunc *Hispidula*, nunc *Auricula Muris* promiscuè, unde quæ dicta sunt de *Auriculâ Muris*, etiam de *Pilosellâ* veniunt intelligenda. Vocatur etiam à quibusdam *Gnaphalium*.

Est singularis in Pulmorum, aliisque Pectoris Affectibus, eorum exulceratione, Phthisi, & Empyemate; ubi & consolidatione opus est: habet enim vim *vulnerariam*, & *consolidativam*; adeoque in Sputo nimio & cruento convenienter adhibetur *Decoctum* ejus, vel *Syrupus*. Cocta etiam, & in Pulpamento exhibita Infantibus, contra Herniam laudari solet.

Paratur ex Succo *Florum* florecentium *Syrupus*, contra inflammationes Hypochondriorum Infantum, *wieder das Hertz-geßpan*, qui etiam in infarctibus Pectoris, in specie in *Tussu*, & suppuratis Affectibus, cum aliis ad *Expectorationem* Tom. IV.

(G) *Ἱέραξ* Græcè dicitur *Accipiter*, unde *Hieracium*, seu *Accipitrina*, quòd, ut ait Plinius, *Accipitres hanc Plantam scalpendo, succoque Oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiant*. Planta est *Hieracium Flore semisflosculo*, cujus embryones abeunt in *Semina papposa*, in capitulum collecta. *Quamplurimæ sunt Hieracii species: Ettmullerus autem quatuor, quas producit, confundit. Primum, quod vocat Foliis Taraxaci, & angustifolium majus, erectum, fortasse erit Hieracium fruticosum, angustifolium, majus C. B. Secundum, seu Hieracium majus, Sonchites, an erit Hieracium villosum, Sonchus lanatus Dalechampio? Tertium si est Hieracium Intybaceum Tabernæmontani, erit Hieracium Dentis Leonis folio, bulbosum C. B. Demum quod quarto loco simpliciter Hieracium majus vocat Ettmullerus, erit sanè Hieracium majus Dioscoridis Tabern.*

(H) *Hieracium minus pilosissimum, seu Pulmonaria Gallica Tabernæmontani, de qua Ettmullerus, si est Pulmonaria Gallica, aurea Tabern. erit ex Tournefortio Hieracium murorum, folio pilosissimo C. B. si verò est Pulmonaria Gallica, foemina Tabern. erit Hieracium murorum laciniatum, minus pilosum C. B. Utraque Planta laesescit: Folia prioris magis integra, supernè virentia, infernè canescentia, & maculis pulchris interdum notata: posterioris lactiniata, pilosa, lanuginosa.*

(I) *Hispidula sive Ætiropus, ab αἴλωπος Felis, & πούς pes, quasi Pes Felis (Pedem Cati appellat Schræderus), ex Lemery est, quam C. Bauhinus vocat Pilosellam montanam hispida. Ex eodem Lemery Planta est bumilis, lanuginosa, caulibus per terram sparvis, foliis exiguis oblongis: Florem Felis pedi assimilat, sed nescio quâ similitudine. Si pro Pilosellâ habetur à Schrædero & Ettmullero, vel erit Dentis Leonis, vel Hieracii quedam species.*

adhibetur; incidit enim, abstergit, & resolvit. Commendatur etiam in Sputo cruento. (I)

CLXVII. HORDEUM. Planta est satis nota in Officinis pitloriis, cerevisiariis, Culinis & Officinis Pharmaceuticis, ex qua usitatur *Semen*, & exinde parata *Farina*, de quo videatur *AUTOR*.

Crudum Hordeum extrinsecus cum *Sale* imponi obtinuit in Inflammationibus Stomachi & Intestinatorum, uti etiam in Colicis Torminibus, haud secus atque *Avena*.

Farina externè est ordinariæ Ingrediens in Tumoribus duris emolliendis, maturandis, & suppurandis.

Inter *Præparata* sunt tres *Aquæ*: *Aqua Hordei destillata*, *Aqua decoctionis Hordei*, & *Prisane Veterum*, quas tamen Moderni magis ex *Avena* conficiunt.

Aqua Hordei destillata fit ex *Hordeo madido*, & est rari usus. Potius prostat *Decoctum* ad crepaturam *Hordei*; quod est vel *Simplex* cum *Aquâ communi* & *Hordeo*, vel *Compositum*. *Simplex* est usitatissimum in temperando *Æstu febrili*, imprimis si oriatur ex effervescente acrimoniâ *Humorum*, obortâ ex *Sale volatili pingui oleoso* & copioso, quod aliàs vocatur *Bilis*: in tali *Æstu*, propter effervescentiam *Salis biliosi* cum *Acido*, optimè convenit *Aqua decoctionis Hordei* pro Potu ordinario; quoniam sub cocturâ blandâ quædam temperans & aliquantulum nutriens *Mucilago*, & quasi *Gelatina*, elicitur, quæ ipsa vi suâ temperativâ effervescentias *Sanguinis*, aliorumque *Humorum acrium* nonnihil attemperando, confert, unde temperatâ acrimoniâ, etiam sensim deficit *Calor* & *Æstus*. Unde constituit basin *Juleporum* in Febris Ardentibus, aliisque Morbis acutis usualium: Sic e. g.

℞. Decoct. Hordei ℥j.

adde

Succi Ribium,

Berber. an. ℥ss.

Syr. acetos. Citri ℥ij.

Spiritus Sulphuris, vel Vitrioli, vel alius, q. s. pro gratâ aciditate,

M. sub formâ Julebi pro usu: in Febris, & in Æstu nimio hauriatur.

In Febris Ardentibus, ubi Sitis est ingens, & Ardor totius Corporis, pro Potu potest tali ordinari *Julepus*:

℞. Aquæ Decoct. Hordei, vel Aquæ destillatæ Decoct. ℥iij.

Flor. Rosar. opt. ℥ss. (propter colorem)

S

Stent

flapulentum; tamen coctione corrigitur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua. Hordei Graminis.* Fit mense Majo, colligitur- que mane Gramen Rore adhuc madidum.

N. Insignis est efficaciam in æstu domando, extrinsecus in Cephalalgia mitiganda, Oculorum defluxionibus calidis emendandis, &c.

2. *Decoctum Hordei*, seu *Aqua decoctionis Hordei.* Germ. *Gersten-Wasser.* Gall. *l'Eau d'Orge.*

N. Ad Decoctum Hordei fumitur Hordeum non excorticatum, si intentio sit abstergere, exsiccare: Excorticatum, si animus digerere, Sitimque extinguere, &c. *Formula Decoctionum* ubitissimæ, Mulieribusque notissimæ sunt.

(N. *Cerevisia hordeacea* fæces valent ad Ambusia:)

Stens in M B. per horas tres: Colentur.

Colaturæ addatur

Syr. Jujubin. vel *Syr. acetos. Citri* ℥iij.

& fiat sic *Julebus*, seu *Potus*.

Fit tamen nonnunquam in quibusdam, ut non possint ferre Acida talia. In tali casu nihilominus præscribatur talis *Julebus sine acido* adjecto, qui ipse eidem scopo satisfacit:

℥. *Aqua Decoct. Hordei* ℥xxx.

Cinnam. ℥x. (pro sapore & odore)

Nitri antimoniat ℥j.

Syr. Violar. simpl. vel *Rosar.* ℥iij. M.

Vel etiam commodè hujusmodi *Decocto Hordei*, quod est basis, admiscetur *Tinctura appropriata*. In Pleuritide fit *Potus ex Decocto Hordei*, in quo resolvuntur *Tinctura Papaveris rhæados*, seu erratici, & *Bellidis*, item *Syrupi Papaveris*, & *Bellidis*, & sic in quamplurimis casibus potest eodem modo usurpari. Item *Emulsiones ex Hordeo* ad crepaturam cocto cum hujus *Decocto* paratæ, in Febris Benignis egregiæ sunt.

Decoctum Hordei Compositum fit cum *Cornu Cervi*, *Radice Storzonera*, vel cum *Radice China*, quod apud Dresdenses usitatum. *Decoctum Hordei cum Cornu Cervi* in expellendis Variolis & Morbillis est egregium. Idem cum *Radice China* in Febris Ardentibus, & cum *Radice Scorzonera* in Petechialibus. Aliquando à Domino D. LUJA sequens præscriptum vidi.

℥. *Decoct. Hordei cum C. C.* ℥℥ss.

Alterant. ℥iij.

Tinctura Flor. Violar.

Bellid. an. ℥j.

Syr. de Canella ℥j.

Juleb. Rosar. ℥℥ss.

M. D. S.

Potus Refrigerans.

Hæc omnia *Decocta* usurpantur loco *Potus* in Febris Malignis, aut Ardentibus communibus, ubi suspicio est Malignitatis latentis. In Gallia & Italia loco *Potus* ordinarii bibunt *Pisnam in Aquâ Hordei*, & imprægnant aliquot *Corticibus Citri* aromatizatis, & certè valde conveniens est *Potus* in ejusmodi Climatibus & Regionibus calidis. Vel in Malignis, imprimis simplicibus, recipiatur *Decoctum Hordei*, cum *Cornu Cervi*, vel cum *Radice Scorzonera*, addantur *Tinctura*, dissolvantur in illo *Syrupi*, imprimis *Rubi Idæi*. Sed observetur ne crebrius aut copiosius usurpetur tale *Decoctum*, quia propter crudam visciditatem, cruditates Stomachi viscidas, indeque flatuosas, generat: ob id consultum est, *Anisum* verbi gratia, & *Coriandrum* in decoctione simul addere. Notum enim est, quod propter Mucilaginem illam viscosam *Hordeum* per se ad fermentationem pro *Cerevisia* paranda ineptum sit, nisi prius per germinationis motum visciditates illæ mucilaginosæ nonnihil tollantur. (K)

CLXVIII. **HORMINUM.** *Horminum odoratum* *Græcorum* dicitur quasi ab ὄρμιον, quod quævis Hormina ad Venerem *stimulandam* facere credantur: Latini vocatur *Gallitrichum*. Hoc in specie vocatur *Sclarea* ma-

CLXVIII. HORMINUM.

Sclarea. Germ. *Scharle-* (Hortense, odoriferum. *gen.* Gall. *Toutebon-* (*ne, ou Orvale.* (Sylvestre. •

Ex his Officinale, quod *Gallitrichum*, *Cam. Ger.* *Gallitrichum fativum*, *Trag.* *Sclarea*, *Matth. Cast.* *Cam. Tab.* *Sclarea*, *Lob.* *Horminum sylvestre* 1. *Clus. hist.* *Horminum fativum*, *Fuchs. Cord. in D.* *Orvala*, *Dod. Cast.* *Horminum Sclarea dictum*, C. B. 3.

Floret Junio, Julio: solo gaudet optimo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia cum Floribus, sed rarè.

Vires. Calfacit & siccit: abstergit, attenuat. Usus rari, nisi quod in Vino cum *Floribus Sambuci* & *Vitis* suspendi solet. (Semen Oculo horâ somni impositum, Sordes abstergit, Albugini conducit.)

(Hor-

gor, sativa, Germanis *der-grosse oder Garten-Scharlach*, ac præ cæteris est Officinalis. Vid. TABERNÆMONTANUS *Herba* est admodum elegans, cujus Flores, uti & Planta ipsa, spirant odorem citratum penetrantissimum, & acutum. Refert formam *Salviæ*, Folia saltem sunt majora, saporis est acris, unde etiam vocatur *Salvia Romana*.

Duz sunt Differentiæ:

1. *Flore cæruleo*,

2. *Flore perfectè albo*.

Planta hæc *Oenopolis* imprimis innotuit, & quidem pro *Vitis suis adulterandis*: Solent namque è *Floribus* hujus *Sclarea* cum *Floribus Sambuci* per infusionem *Vinum Rbenanum* transmutare in *Moscatellinum*.

In usu Medico innotuit apud plebeculam, quæ hanc vocavit Germ. *das Mutter-kraut*, quod *Decoctum* ejus contra Affectus Uterinos, & Passiones Hystericas, præsentaneum sit Remedium. Præterea hujus *Folia* & *Flores* albi sunt Medicamen commendatissimum contra Fluxum album Mulierum, qui Affectus aliàs admodum frequens in Mulieribus, & curatu difficillimus est: sive *Decoctum* ejus cum *Rorremarino* in vase clauso, sive *Essentia*, aut quocunque modo alio usurpetur; unde etiam est principale ingrediens *D. Michælis Essentia contra Fluorem album*.

Semen ejus granulosum inditur Oculis, si aliquid extranei fuerit illapsum. Ratio est, quia Lympha Oculi acrior prolicet è *Semine* hoc tumefacto *Mucilaginem*, quæ id, quod in Oculos illapsum fuit, quasi obvolvitur, & dein ejicitur. Aliàs & ex *Semine* hoc communiter *Mucilago* ope Liquoris aut Aquæ appropriatæ extrahitur, pro vitiis Oculorum plurimi proficua; est enim admodum temperata.

Externè non parùm conducit in Passione Hysterica, ipsaque Suffocatione, ubi quoad vires nec ipsi quoque *Castoreo* cedit. Sunt qui extrinsecus eandem applicare suadent *Pudendis* pro Fluxu albo: Imò referunt Practici, & imprimis CORBEJUS de *Morbis Mulierum cap. 3. pag. 83.* facit mentionem, quod Mulier quædam curaverit alias Mulieres Fluxu albo laborantes hoc *Unguento*: ℥. *Sclaream*, hanc contrivit, cum *Butyro non salito* miscuit, & ita ad tempus putrefieri passa fuerit, postmodum hoc ipsum coxit, transcolavit, & ad usum servavit, quo Genitalia Mulieris Umbilico tenus ad Pudenda usque inuncta fuerunt: Intrinsicus *Herbam* istam comedendam dedit, & sic omnes istas Mulieres certo experimento liberavit.

Observatum quoque fuit, quod tale *Unguentum* omnes post Partum Dolores, eodem modo inunctum, sedare solet.

Essentia cum *Spiritu Vini* parata est usitata ad Passiones Hystericas, Colicam Convulsivam Virorum, Dolorem post Partum, Fluxum album: propterea est pars *Essentiæ contra Fluxum album D. Michælis*, uti superius dixi.

Spiritus Sclarea cum *Spiritu Vini* à summitatibus florescentibus sæpius cohobatus, ut *Spiritus Vini* omnes secum rapiat partes aromaticas, tum in Colicâ Convulsivâ Virorum, tum in Passione Hysterica, mediante Sudore, potentissimum est Remedium, adeo, ut in hoc puncto nec ipsi cedat *Castoreo*: In summâ, in his tribus Affectibus, 1. Suffocatione

(K) Inter Cereales Plantas notissima Hordeum: cujus Spica vel duabus, vel quatuor, vel sex pluribusque granorum seriebus ornatur; adeoque Hordeum distichum, tetrastichum, hexastichum, vel polystichum appellatur. Est Hordei species è Germaniâ advecta, quam Hordeum perlatum vocat Lemery, quodque puto esse Hordeum dictum Germanis Oryza C. B. Hujus grana Milii grana æquant, quæ molarum tritum corticem deponunt, ac candida & pulverulenta evadunt, tum rotundam acquirunt figuram. Vulgè veluti Oryza, hoc Hordeum in cibis apud Germanos est: quum semel tamen coactanti (solidâ enim die ebullierat) illud comedere mihi contigisset, non leve noctu Stomachi fastidium accessit.

(Hormini sylvestris Decocto cum Melle rosato, Ozænas curat *Renealoi*.)

CLXIX. HYOSCYAMOS.

Jusquiamus, Faba suilla, Herba canicularis, Dens caballinus. Germ. *Bilsenkraut*, *Bilsen-Dollkraut*, *Schlaffkraut*, *Bilsen*, *Sau-Bon*, *Rands-Wurtz*, *Ziegeunerkraut*. Gall. *Jusquiamus*, *eu Hannebanne*.

(Vulgaris, vel Niger, C. B. 1.)

Est (Major, C. B. 2.)
(Albus Minor.)

Ex his eligere monet *Fernelius* Floribus albis, Semineque albo, reliquis neglectis.

Insignitur *Hyoscyamus albus*, *Matth. Dod. Lob. Ion. Cast. Corn. Ger. Tab.* *Hyoscyamus candidus*, *Trag. Apollinaris 3. Cord. in D.* *Hyoscyamus albus*, major, vel 3. *Dioscoridis*,

C. B. 2.

Crescit incultus: floret Junio, & Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix, Semen, Folia.

Vires. Refrigerat 3. siccatur 1. emollit, mirè Somnum inducit, stupefacit, acrimoniam mitigat, rationem perturbat. Unde internus ejus usus rarissimus est, exhibetur tamen ad Hæmoptysin curandam. Externus aliquatenus crebrior, scilicet in Tumoribus calidis, in Odontalgia (inscipitur Fumus Seminis per Infundibulum.)

N. 1. *Trallianus* Amuletum Antipodagricum ex Radice facit: colligit eandem Lunâ existente in Aquario & Piscibus, ante Solis occasum, Radicem non attingendo, sed Osse cujuscumque Animantis mortui effodiendo, peculiariaque insuper Adjurationis verba superaddit, quæ cum superstitiosa videantur, adscribere supersedeo. Videatur *Trallianus* lib. 11. in fine.

N. 2.

tione Hystericâ, 2. in Colicâ, in qua præstantius Remedium vix habebitur, quàm isthæc Herba, & 3. in Fluxu Mulierum albo, *Horminum* est optimum. (L)

HORMINUM UNCTUOSUM.

Horminum Unctuosum ita dicitur, quod Summitates ejus sint unctuosæ: Aliàs in specie dicitur *Colus Jovis*. Malè ab aliis inter *Lamia* refertur. Usus habet nullum in Officinis. (M)

CLXIX. HYOSCYAMUS. *Hyoscyamus Toxicus*, corrupto nomine *Jusquiamus*, idem sonat, quod Latinis *Faba suilla* seu *porcina*; unde Germani vocant *Saubobnem*, ex eo, quod Porci ejus usu demententur, & si non inebrientur, tamen ad tempus in functionibus suis quasi deliquium patiantur. Est enim inter *Plantas Narcoticas* non postrema, sed inter illas præ aliis eminet. Testatur *Experientia Pueros & Infantes è Seminibus maturis*, per errorem comestis, cum vitæ periculo fuisse dementatos. Vocatur aliàs vulgò Germ. *das Bilsenkraut*.

*Planta hæc ubivis ferè locorum obvia duplex est, vel Sylvestris Niger, vel Albus. Niger est suspectus propter nimiam virulentiam: Ergò merito eliminatur ex Officinis: Albus verò usurpatur. Simplex est toto genere vi insigniter narcoticâ stupefactivâ, & Mentis turbativâ præditum, ut, ne ipsi quidem *Opio* cedat. Unde etiam nimius ejus usus solet vertiginosus, & semi-delirantes, & amentes reddere Homines, aded ut dicatur, si Passeres comedant *Semen Hyoscyami*, illos decidere in terram torpidos & stupidos tamdiu, usque dum à Naturâ superata fuerit vis stupefactiva. Hæc autem vis narcotica consistit in principio sulphureo: id quod ejus Visciditas pinguis, quæ circa Flores reperitur, ostendit; sicut omnium *Narcoticorum vis consistit in parte eorum sulphuræa*.*

Semen pariter sicut tota Planta, nobis virulentiam narcoticâ perquam est periculosum, unde ejus quoque usus internus est rarissimus. Contra Hæmoptysin tamen, seu Sputum cruentum (uti in genere omnia Anodyna ac Papaveracea in Fluxibus cruentis commendari solent) antiquissimum Experimentum est, ex commendatione PLATERI, & aliorum. Unde Pulvis Seminis Hyoscyami tanquam basis, cum Bolo, & Hematite ab HEURNIO in Aphorismos Hippocraticis §. 13. Sect. 5. & Electuarium de Hyoscyamo ab HELIDÆO PADUANO laudatur, quod in Arcanis habuit, & istud nulli revelandum putavit: scilicet miscuit Semen Hyoscyami cum Conservâ Rosarum, vel Violarum, & hanc Conservam, sub formâ Boli propinavit internè, & sic miraculi instar Sanguinis expuitiones & rejectiones percuravit. Alii hoc Electuarium simplex Helidæi Paduani correxerunt, & illud in hanc formam redegerunt:

℞. Conf. Rosar. antiquiss. q. l.

Tom. IV.

(L) *Horminum cum Sclarea confundit Etmullerus, quemadmodum & ferè omnes Botanici. Tournefortius tamen duo Genera facit, utrumque Flore labiato, sed in Hormino labium superius parvum, & galeatum est, in Sclarea falcatum. Horminum Sclarea dictum, seu Gallitrichum sativum, de quo hic, est vera Sclarea Tabernæmontani. Planta hæc odore vehementi nota, ad cubitos duos & altius attollitur: Caule quadrato hirsuto, medullâ albâ pleo, in pares & sibi oppositos ramos diviso: Flores spicati cærulei ad album vergentes, quibus decidentibus Calyces striati, glutinosi quaternæ Semina lævia, rufa complectuntur.*

(M) *Horminum unctuosum, de quo hic Etmullerus, quodque vocat Colum Jovis, est Horminum luteum, glutinosum C. B. hoc autem, assentiente Raio, Tournefortius inter Salvie species connumerat, vocatque Salviam montanam, maximam, foliis Hormini, flore flavescente. Planta hæc sæpè viscida & odorata, è fibrosâ Radice multos quadratos, hirsutos, & bicubitales Caules emittit, Folia Ari modo alata, longis pediculis appensa, rugosa, hirsuta, & in ambitu ferrata: Flores Salvie in spicam verticillati, ex albo lutei, & maculosi.*

adde

Sem. Papav. albi,
Hyoscyami an. ʒx.

Terra sigillat.

Corall. rubr. præp. an. ʒv.

c. l. q. Syr. Portulacæ f. Electuarium.

Et hoc ipsum mirabilia præstare dicunt: quin & in genere contra quascunque Hæmorrhagias applicari potest; cum in his ingrediens Semen Hyoscyami aliis permistum, Remedium planè singulare sit.

Alii sub formâ Pulveris propinant:

℞. Sem. Hyoscyam.

Papav. albi an. ʒʒ.

Coriandr. ʒj.

Pulv. Hirund. præp. ʒʒ.

Mastic. gr. iv.

Tburis gr. ij.

Sacchari ʒʒ.

M. f. Pulvis.

Cujus usus est, ut assumatur ʒj. duabus horis à cœnâ ante somnum in Sputo Sanguinis à Catarrho nimis acri & corrosivo, à Lymphâ nimis acidâ, exedente vascula Pulmonum.

Facit hoc Semen istud, non saltim vi narcoticâ impetum Spirituum & Sanguinis sistendo, sed speciatim acrimoniam istam erodentem, in Lymphâ vel Sanguine, Sputi cruenti autorem, temperando, & hinc oscula Valorum promptius quasi conglutinando: quod tamen etiam ab *Opio* correcto expectare possumus. Cautè verò usurpandum, quia propter vim ejus stupefactivam Caput tentat, & faciliè dementat, & sic varia incommoda provocat. Alias noxas & virtutes *Hyoscyami* pluribus deducit WEDELIUS in *Miscell. A.N.C. Ann. 3. p. 37.* & SCHULZIUS *Ann. 4. Obs. 124. p. 134.* Internus ergò usus *Hyoscyami* cum minùs tutus sit, parvus & circumspetus esse debet. Externè ob vim suam stupefactivam, ac impetum Spirituum elasticum quasi ligativam, hincque Dolorum sedativam, in Doloribus post Partum si non superat, tamen æquivalet ipsi *Opio*. Speciatim est singulare *Anodynum scorbaticum*, Dolores plurium partium, eoque in Scorbuto atrocissimos compescens. Sic quantum in Doloribus Stomachi scorbuticis valeat, *Cataplasma ex Hyoscyamo*, vel *Decoctum* ejus cum Lactè, Stomacho dolenti, aut calidè Abdomini infiltratum, expertus est DRAWIZIUS von SCHARBOCK: Sulphure enim suo copioso acrimoniam materiæ scorbuticæ, & Spirituum impetum compescit.

Exemplum horrendæ *Cardialgie*, ortæ ex hauitu improvviso *Mercurii sublimati*, habet VALERIOLA l. 1. *Observ. 7.* in quo, præter interna, primum quidem usurpavit hoc *Pomentum extrinsecus*:

℞. Fol. Hyosc. albi

Abstinb. Rom. an. M. iʒ.

Mastic. ʒiij.

S a

Crj

N. 2. *Antidota Hyofcyami* sunt, Lac caprinum, Aqua mulsa, Semen Cucurbitæ, Semen Urticæ, Sinapi, Raphanus, Cæpa, Allium, cum Vino assumpta.

P R A P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex Foliis, Floribus, ac Semine immaturo destillata.

2. *Oleum expressum*. Ex Semine albo, recente, sicco, calidâ Aquâ asperso, insolato, tritoque.

N. Alii inacerant Hyofcyamum cum Semine suo immaturo in Omphacino; hinc exprimunt, & coquunt.

3. *Extractum*, seu *Succus Hyofcyami*. Ex Radice mense

Septembri vel Martio cum germinibus tenellis exprimitur Succus, depuratur ac digeritur, ut rubicundo colore tingatur. N. Ingreditur Laudanum Opiatum. *Quercetanus*.

CLXX. HYPERICUM.

ΥΠΕΡΙΧΟΝ, Hypericum, *Brunsfelf. Matthiol. Fusch. Lon. Dod. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger.* Herba perforata, & Hypericum, *Trag. Aicyon. Cord. in D. Androsænum minus, Gæfner. Hypericum vulgare, C. B. 1. aliis Fuga Dæmonum. Germ. Johannskraut. Gall. Mille-pertuis.*

Crescit

Crysell. puriss. ʒij.

Quæ omnia coxit in *Oleo rosaceo, violaceo, liliaceo, & anethino* an. q. s. cum *Vini rubri ʒʒss.* applicavitque subinde cum linteis calidis Stomacho.

Obiter addo: *Crysellus* additur, quæ tamen externè usurpata nullius est efficaciz, quoniam particulæ crassæ non possunt penetrare ad Stomachum. Ergo potius ab hac in *Fomentis* abstinendum. Aliàs *Crysellus* interno usu est egregia contra *Mercurium sublimatum*, quia absorbet Acidum. Deinde apposit *Cataplasma* ferè simile, cujus *Formula* fuit hæc:

ʒ. Fol. Hyosc. albi,] sub prunis coctior. & per se- taceum trajector. an. ʒij.
Malvæ	
Farinæ Hordei,] cum Decoct. Malvæ ad debi- sam consistens. coctar. an. ʒij.
Lentium,	
Mucil. Tragacanth.	
Sem. Psyllii.	
Cydonior. an. ʒj.	
M. f. Cataplasma.	

Quod egregiè profuit.

Præter vim anodynam solet etiam *Hyofcyamus* adhiberi in *Tumoribus* nimis calidis, ubi est nimius Dolor & Ardor: Ita sunt, qui recipiunt *Folia*, & contusa applicant Partibus Arthritide affectis. In *Odontalgia* commendari solet, in specie, si à *Vermiculis*, in radicibus vel cavernulis Dentium hærentibus, & Nervulis Dentium & Gingivarum corrodentibus, fuerit; ubi non exiguus est Dolor, non curabilis, nisi extrahantur Vermes ex Dentibus. In tali casu optimum est Experimentum *Suffitus ex Foliis Hyofcyami* receptus in Dentem, ubi hospitari solent Vermiculi; tunc enim necessariò egredi coguntur. Vel ex *Semine Hyofcyami albi* cum *Succo Cæpæ* vel *Porri, Trochisci* fiant, qui postmodum carbonibus impositi Sufficui inserviant, ut Fumus per foramen Dentis dolentis hauriatur, qui elicit Vermes, & Dolorem, ab eorum corrosione oriundum, compescit. Imò in quacunque *Odontalgia* Radix ejus Gingivis affricata, vel Dentibus cavis inserta certissimum est Remedium. *Noxam* econtrà hujus *Suffitus* habet HAGENDORN *Hist. Medic. p. 395.*

Fit etiam *Unguentum pro Dentibus sine dolore evellendis ex Gummi Ammoniaci, Seminis Hyofcyami albi, & Succo ejusdem* an. ʒʒss His additur *Pinguedo Ranæ viridis, & Terebinthina, Ceraque* parum, pro consistentiâ *Unguenti*, quo inunguntur *Gingivæ*, ut facile dimittant *Dentes* in evulsione.

Applicatur etiam *Semen Hyofcyami* cum aliis externè in *Cephalalgia, & Agrypnia*; v. g. fieri potest *Emulsio*, applicanda Fronti & Temporibus:

ʒ. Nucl. Persic.
Sem. Papav. albi an. ʒij.
Hyosc. ʒj.
e. f. q. Aqua Nymph. f. Emulsio.
D. S.

Cataplasma externum Fronti applicandum.

2. In Officinis prostat *Oleum ex Seminibus ejus expressum*,

quod pro scopo anodyno, Somnumque conciliandi, & Dolores Dentium, aliosque scorbuticos, & Cephalalgiam scorbuticam sistendi, multum valet, Temporibus applicatum. In quibus casibus non ineptè miscetur cum *Extracto Verbenæ*, aut *Unguento populeo*, aut *Oleo Chamomillæ*, & *Nucisæ expresso*, modò non conjuncta sit Inflammatio erysipelacea; solitariè enim usurpatum Spiritum insitum nimis alterat, unde cum Aromaticis insuper misceatur. Vel etiam sit talis *Formula*:

ʒ. Ungu. Alabastr. ʒj.
Olei expr. Nucl. Persic. ʒj.
Sem. Hyosc. gutt. vij.
M. D. S.
Unguentum externum.

Item pro Vigiliis:

ʒ. Olei Nymph.
expr. Sem. Papav. an. ʒj.
Hyofcyam. ʒj.
M. D. S.

Oleum externum ad Somnum.

Conferatur LUDOVICI *Pharmac.*: ubi de *Unguento Hyofcyami* agit.

Potest etiam parari *Balsamus Sulphuris anodynus* mediante hoc *Oleo expresso*; si Sulphur pulverisatum lege artis in eo bullierit.

Alii & *Oleum Hyofcyaminum* ex Herbâ parant succulentum, quod docet MOELLENBROCK *de Arthritide vagâ p. 628. & 671.* si cum *Butyro* recenti non salito frizetur *Hyofcyamus*, & factâ leni expressione fiat *Unguentum viride*, cui aliquot guttulæ *Olei destillati Baccarum Juniperi* addi possunt, egregium contra quoscumque Dolores & Tumores duros scirrhosos, quos singulariter resolvit. *Emplastrum* fit ex *Succo Foliorum, & Oleo Seminis expresso*, cum *Cerâ & Terebinthinâ* subactò; vel ex hoc ipso *Unguento* cum *Cerâ & Oleo* proprio expresso ad consistentiam *Emplastri* redactò; quod extrâ applicatum pariter, ac superiora illita, Spirituum motum, & Pathemata plurima dolorosa in partibus externis sistit.

Observatum quoque fuit, quòd *Succus Hyofcyami* recens expressus parti sæpius illicit, faciat, ut Pili decidant, & nunquam regenerentur, posteaque locus ille illitus tactu semper frigidus sit. Problema satis est curiosum, quòdque in demonstrando Calore nativo multum in recessu habet. (N)

CLXX HYPERICUM. *Hypericum* suo Græco nomine *Androsæmon*, ab ἀνδρὸς Gēma seu Summitas, & αἷμα Sanguis, eo quòd Summitates expressæ Liquorem fundant Sanguinis instar rubicundum. Vocatur etiam *Perforata*, quia Folia Soli admota *perforata* quasi apparent, Germanis *das Joannes-kraut*, à tempore, quo floret, dicta. Dicitur etiam *Fuga Dæmonum*, siquidem Diabolum, Veneficia, cæteraque Incantamenta, Fulmina & Tempestates, præ-

(N) *Hyofcyamus* est *Plantæ* genus *Flore infundibuliformi, & multifido, cujus pistillum abis in Fructum ollæ similem, operculo instructum, & in duo loculamenta divisum septo, cui Semina adhærescunt. Vulgaris Hyofcyamus vel niger, fœtore facile se prodit: Caules crassi, lanuginosi, Foliis mollibus, incanis, nullo ordine vestiuntur: Flores conferti sublutei: Semina pericarpio hirsuto continentur.*

Hujus *Plantæ* folia insipida sunt, & malè olentia: satis rubefaciunt cæruleam papyrum, sed Radix minus, quæ subdulcis est, & ad Cinaræ radicis saporem accedit. Videtur *Hyofcyami Sal ammoniacum* multo Sulfure & Terrâ involutum, ex eo, quia *Analysi chymicâ* ejus Folia Sal præbent volatile concretum, multumque Olei. *Vis Hyofcyami narcotica & stupefacitiva* omnibus nota. Ex *Trago Succus* vel *Oleum Hyofcyami* infusione paratum *Otagiam* sanat, si *Syringâ* in Aurem immittatur. Ad *Tumorum resolutionem*, ebulliant ex *Lacte bivi Foliorum Hyofcyami pugilli, ac Mandragoræ, & Solani* toridem, *Seminum Hyofcyami, & Papaveris* uncia: trajiciantur omnia per *setaceum*: deinde adde *Ovi albumen, parumque Croci, & fiat Cataplasma anodynum. Quidam Lactè, in quò Folia Hyofcyami ebullierint, Pedes Podagræ affectos fovent, ad Dolorem leniendum. Folia eadem sub cineribus cocta, ac Mammis Puerperarum apposita, Lac fugant, ejusque grumos resolvunt. Ad Cheimethla seu Perniones, præsertim Manuum, valet *Suffitus* *Seminum Hyofcyami carbonibus injectorum*: comprimuntur hinc digiti, exque eorum poris extravasata, & crassa reddita *Lympha*, sub *Vermiculorum formâ* exprimitur. Internus nullus tutus est *Hyofcyami* usus: ex Dño Chevalier, Monachi in *Acetario Hyofcyamum* comederunt: hinc noctu somnus turbatus, dolor capitis, ischuria: mane velut ebrii, nec legere, nec ferè loqui poterant.*

Crescit passim in dumetis, aliisque locis incultis; Floret Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, ac Flores.

Vires. Calcificat & siccatur, est partium tenuium, Diureticum ac Vulnerarium. Usus præcipui in Vulneribus mundificandis, consolidandis (intus & extus), in Sanguine coagulato resolvendo, in Calculo Renum alterando, in Lumbricis fugandis (scilicet si tempore Exaltationis collecta fuerit, aliâ hac facultate destituitur.) Extrinsicus in Contusionibus (præcipue Nervorum), in Tremore, in Partu allevando (fit Suffitus).

N. Paracelsus refert inter Herbas Veneficia ac Spectra arcentes: colligereque jubet sub influentiâ Martis, Jovis, ac

Veneris (nullo modo sub Lunæ), tempore Auroræ, atque varium ejus usum docet. Loco Amuleti adhibet, pileo includit, noctu pulvinari supponit, sæpius naribus admovet, sternit per domum, de parietibus suspendit, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Foliis, ac Floribus in fine Julii collectis.

2. *Oleum.* Ex infusione Florum in Oleo communi.

N. Alii Summitates cum Floribus ad maturitatem Seminis ferè accedentes macerant, cum Vino exprimunt, atque cum Terebinthinâ & Oleo coquant. Vide *Disp. August.*

(*Oleum Venetianum* rubrum, vulnerarium, antiloicum, aliisque viribus egregiis pollens, descriptum ab Hofmanno.)

3. *Sal.* Ex Plantâ integrâ incineratâ.

4. *Tin-*

præcavere, imò fugare, & Fulmina ac Tonitrua pellere, & nescio quæ miracula, præstare dicitur: de quibus viribus videatur **AUTOR**, & simul tempus collectionis. Egregium exemplum hujus Plantæ, quomodo resistat Spectris & Dæmoni, affert **SCIPIO MERCUR.** in *Hebammen-Buch*, à D. D. **WELSCHIO** *vernaculè reddito*, de Muliere sæpius compressâ à Diabolo, qui Plantâ hac ab illâ receptâ, non ampliùs eam vexare potuit. De ratione hujus rei, & quomodo soleat usurpari in Ædibus & Corpore, videre possumus **PARACELSUM** in *Herbario*, sub nomine *Jobannes-kraut*, **STARICIUM** in *seinem Helden-Schatz*, qui tamen cum grano salis legendus, & **JOEL** in *Praxi*. Sed anilia hæc suis cultoribus relinquimus.

Plures ejus sunt *Differentiæ*:

1. *Androsæmon* seu *Hypericum vulgare*.
2. *Hypericum fætidum*, seu *Tragodes*.
3. *Hypericum frutescens, Americanum, flore albo Parkinsonii.*
4. *Hypericum maximum frutescens, seu Herba Siciliana.*

Relinquamus tres species posteriores non usuales, & persistamus in priori *Androsæmo vulgari*, in Officinis usitato. Planta est benedicta, ubivis proveniens, polychresta valdoperè, multi usûs & emolumenti in Affectibus quamplurimis. *Flores* ejus, & *Semina* contrita spirant odorem gratum, & habent saporem terebinthinatum; *Succum* verò fundunt rubeum.

In usu verò sunt potissimum *Summitates florescentes*, quæ propter analogiam cum *Terebinthinâ*, & hinc vi balsamica salino-alkalinâ oleosâ temperatâ, tam internè, quàm externè pro usu *vulnerario diuretico*, par sibi Remedium non habent, adeo, ut *Hypericum* sit unum ex celeberrimis: sicut & præ aliis Vulnerariis resinosis existit, unde quoque internè adhibentur *Summitates* in *Potionibus Vulnerariis* ac *Ulcerrariis*, quæ suaviter quoque & blandè Alvum laxare solent. Hinc præter vim istam vulnerariam internè egregium est *Hypericum* in Affectibus *Renum & Vesicæ*, & resolvendo *Sanguine grumoso*, imprimis in *Dysuriâ*, *Renum & Vesicæ Ulceribus*, sive solum, sive cum *Decocto Agrimonie* propinetur, ut *Decoctum* hoc sit nauseosum. Non enim saltem *Mittum* cruentum, *Excoriationem* & *Exulcerationem* istarum partium tollit, sed speciatim *Timæi Eleæuarium*, ex *Conseruâ Violarum*, vel *Malvæ*, vel *Rosarum*, cum *Semine Hyperici* paratum, & *Castaneæ* quantitate, bisque in septimanâ usurpatum, & nobile Specificum est præservativum in *Dolore Nephritico*, de qua vi antinephriticâ hujus Seminis videre etiam potestis **ZACUTUM LUSITANUM** l. 3. *Med. Hist.* 38. Valdè quoque æstimatur in Affectibus Animalis facultatis deliriosis, qua ratione cum *Anagallide mare*, flore *phæniceo* non ultimæ æstimationis est. Ad hæc *Lumbricis* singulariter resistit *Hypericum*, tam generandis quàm generatis: cujus rei Experimentia habetur ex **RIVERIO** *Cens.* 1. *Obs.* 91. & C. 2. *Obs.* 16.

Externus ejus usus primarius est *Chirurgicus & Vulnerarius*; in specie verò Vulneribus nervosarum partium dicitur, item in Contusionibus & Ulceribus, præcipue partium nervosarum, sibi simile non habet. Nullus est *Balsamus Vulnerarius*, quem non ingredi soleat ordinariè *Hypericum*. Multa egregia de hoc pro usu Chirurgico habet **PARACELSUM** in *Herbario*, item **HENRICUS ab HEER** in *suis Observationibus*.

1. *Aqua destillata* *Potionibus* contra Sanguinem congruatum, *Vulnera & Ulcera* internarum partium quarumcunque, inservit. Præter alias vires, Infantibus contra *Vermes*, ne generentur, & ut geniti enecentur, propinatur, vel sola, vel cum *Aquâ Graminis*. Sunt qui dicunt, quòd hausta, quocunque die hausta fuerit; in die Vini potationis reddat illud innoxium, ne scilicet inebriet, aut aliquo mo-

do noxam Capiti inferat. Ex *Summitatibus Hyperici* florescentibus fit cum *Tincturâ* seu *Spiritu Vini Essentia* coloris rubicundi, quæ non vulneraria saltem, & quæ Sanguinis grumos dissolvit, sed hunc etiam purificat; egregia est in quarumcunque partium internarum læsionibus, *Exulcerationibus & Affectibus Nephriticis*. Præter has vulnerarias & nephriticas facultates, usurpatur quoque in *Tremore Artuum*, *Delirantibus*, *Melancholicis*, in specie *Maniacis & similibus*; adeò ut soleat misceri cum *Essentia Anagallidis* contra *Maniam*: hinc quoque *Essentia Florum Hyperici composita cum Anagallide MYSICHTII* in *Armament. Chym.* & **ROLFINCI** in *Chymia in Artis formam redactâ*, contra quævis *Deliria* parari solet: *Tincturam simplicem* habet quoque **TENZELIUS** in *Exegesi in Salam*.

2. Prostat etiam in Officinis *Oleum* per infusionem tantum *Florum* cum *Oleo Olivarum*, quod admodum egregium est in *Vulnere* quocunque, & *Affectibus Nervorum*, eorumdem *Contusionibus*, *Luxationibus*, ac *similibus Malis*, præsertim, si addatur paululum *Olei destillati Terebinthine*. Notabilis est *Observatio*, quam **FORESTUS** refert l. 9. *Observ.* 32. de *Puero* in fronte graviter contuso, qui exinde statim despiebat, & loquebatur quicquid in buccam veniebat, evomebat cum *Cranii fracturâ*, quæ fatis est periculosa, & repositione indiget. Hic fuit perfectè curatus solâ *Emulsionem* in fronte cum *Oleo Hyperici* per infusionem. Post hæc *Oleum rubicundissimum* ejus expressum, valdoperè expertum est in *Vulneribus Nervorum*.

Fit *Oleum* quoddam *Hyperici Compositum*, seu *Balsamus*, cum quibusdam aliis *Ingredientibus*, imprimis *Visco corylino*, qui *Balsamus* valdè commendatur contra *Veneficia*: cui etiam additur *Momordica*. Insigniter prodest contra *Vermes*, & in specie contra *Dysenteriam*. In **FREITAGII Aurorâ Med.** cap. 8. habemus quædam *Olea Vulneraria*, quorum basis ferè solet esse *Hypericum*.

Ita sunt, qui habent tale *Balsamum Vulnerarium* excellentes:

℞. Flor. Hyperici, dum ad huc sunt in gemmis,
part. j.

Gemm. Verbasci part. ℥.

Spiritus Vini rectif. opt. part. liij.

Stent in infusione, usque dum tingatur *Spiritus Vini*, post expressionem tincto adde

Terebinthinæ, vel etiam *Olei infusionis Momordicæ*, & mista digerantur per 3. dies & noctes in *Cucurbitulâ*, eritque egregius *Balsamus Vulnerarius*.

Item elegans *Balsamus* ad *Vulnera & Ulcera* inveterata, ex *Floribus Hyperici* recentibus cum aliis, infuso *Oleo ex Semine expresso*, & *Vino rubro*, vid. in **HEINRICI** ab **HEER** *Observ.* 10 p. 150. Quòd si *Oleo ex Seminibus Hyperici expresso*, aut *Foliis ejusdem Oleo* infusis, ac per annum in infusione relictis, postmodum addantur *Flores Sulphuris*; habebitur per digestionem *Oleum* sive *Balsamus Sulphuris vulnerarius* egregius, qui se ipsum fatis commendabit. Vel cum *Ceruisâ* aut *Saccharo Saturni Balsamus Traumaticus refrigerans*; vel *Camphorâ* additâ cum *Terrâ Vitrioli dulci*, *Balsamus Incarnans*, & sic ex eodem Remedia alia polychresta fieri possunt. Aliud elegans *Vulnerarium Compositum* ex basi *Hyperici* videbitis in *Quadrupartito Botanico SIMONIS PAULI* *Class.* 3. p. 350.

In **FABRI** l. 4. *Myroth. Spagyricæ* cap. 21. videre possumus *Oleum Hyperici destillatum*, ejuisque eximios & excellentes usus.

Conserua, facta ex *Semine Hyperici* cum *Saccharo*, seu expertissima & non satis laudanda; commendatur ad præsertionem *Calculi*.

3. Denique fit etiam *Sal* ex Plantâ incineratâ, quod specificè

I.

CLXXII. JACEA.

Herba Trinitatis, *Brunsf. Fuchf. Lon. sativa, Trag. Jacea*, sive Flos Trinitatis, *Matth. Jacea major*, sive Viola tricolor, *Cass. Dod. Clus. Ger. Viola flammea, Coloria, Lob. Viola Trinitatis 1. Tab. Viola tricolor hortensis, C. B. 5.* inter Violas Martias. German. *Frysamkraut, Dreyfaltigkeiblum, Slebenfarbenblum, Vnnuttsorge je larger je lieber.* Gall. de l'Herbe à la Trinité.

Flores Aprili, Majo ac totâ ferè ætate: crescit locis arenosis.

Colitur in hortis, crescit & in agris. Illa licet præferatur, attamen non licet non recipere & sylvestrem.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba integra cum Floribus.

Vires. Calfacit & fccat ad gr. 3. usque, (aliis remissius) subamara ac acris est: hinc abstergit, penetrat, incidit, discutit: Vulneraria est ac Sudorifica. Usus præcipuus in Æstu (maximè Infantum) domando, in Scabie ac Pruritu, in mucilage viscosâ Pulmonum, in Uteri obstructione. Extrinsecus itidem in Pruritu, in abstergendis Vulneribus, in mucilage Pulmonum incidendâ, in Uteri obstructione. (Balneum.)

I

CLXXII. JACEA. Inter Jaceæ varias species præsto est
1. *Jacea lutea, capitulo spinoso, quæ est hortensis.*

2. *Jacea nigra, pratensis, folio laciniato.*

Hæc dicitur *Jacea*, quod post Florem deciduum Pappos seu Flocculos de se spargat & jaceat: Unde & Germanis *Flock-Blume* dicitur. *Nigra* verò dicitur ob Flores ac Folia obscura.

Eadem, quæ de *Scabiosa* dicuntur, etiam de hac *Jaceâ* dici possunt: nimirum valet contra Apostemata. Officinas non ingreditur, cum *Scabiosa* multum præstet:

3. *Jacea Oleæ folio, capitulo simplici, seu Ptarmica Austriaca.*

Ad *Stæbas* refertur, unde & ad aliis *Stæbe Salmantica* dicitur: Curiosum est, quod viz marcescere solet.

4. *Jacea tricolor, quæ est Violarum species, & propter coloris elegantiam etiam Viola tricolor, item Viola Trinitatis dicitur.* Et hæc sunt ejus primaria Synonyma quibusdam, sed falsò. Germ. *te Langer, te Lieber, & Freysamkraut*, quod à quibusdam Infantibus contra Epilepsiam in Pulve commendatur. Sed vana hæc est persuasio.

Nullius aut rari est usus medici.

Nihilominus *Jaceæ* quævis quàm proximè accedunt ad genus *Scabiosarum*, & inter *Vulneraria* non est ultimum.

P R E P A R A T A.

Aqua. Ex integrâ Herba.

CLXXIII. JASMINUM.

Ιζζουο, Jofmenum, Jofeminum, Gelfeminum, Arab. *Zambucb. Jofemin, Jafme.* Germ. *Brilal, Reben.* Gall. *Jasmin.*

Usuale est, Jasminum vulgatius, flore albo, C. B. 1. quod est Jasminum, *Dod. (cui & Apiaria,)* *Cord. in D. album, Tab. Ger. Gelfeminum, vel Jasminum, Matth. Cass. Cam. Alpin.*

Gaudet locis calidis ac apricis. Nostratibus colitur hortis: floret ferè per integram ætatem.

OFFICINALIA NATIVA.

Soli Flores, sed rarò. Nimirum nostratibus nonnisi Oleum in usu est, quod fit ex reiteratâ infusione vel coctione Florum in Oleo veteri.

(N. Aliis in Oleo Amygdalarum dulcium.)

Vires. Eisdem ferè vires obtinet, quas Chamæmelinum. Digerit, calfacit, emollit, aperit. Usus præcipuus internus ad Uterum calefaciendum & laxandum, ejus Scirrhum sanandum, ad Partum facilitandum, ad Tussim, Anhelitûque difficultatem, ad Pleuritim, Dolores Stomachi, Intestinatorum, Uteri (Oleum Jasmino-Amygdalinum). Externus in Catarthis frigidis, in Membris ac Articulis resolutis, in Dolore pleu-

Hinc etiam in Affectibus Pulmonum insigniter solet laudari, ut & in Asthmate & similibus. Imò Flores & Folia usurpata laxare Alvum & leniter purgare dicuntur; unde quidam inter *Emollientes*, alii *Diureticas* referunt Plantas: quod an verum sit? Experientia consulenda. A Practicis rarò præscribitur. (Q)

J A C O B Æ A.

Jacobæa est vel *Sylvestris*, vel *Marina*, seu *Cineraria*, ita dicta, quod Folia hujus quasi cinere sint conspersa. Germanis vocatur *Jacobs-kraut*, ratione temporis quo floret. Hanc colunt horti, illam arva. Usum verò medicum habent nullum. (R)

CLXXIII. JASMINUM. *Jasminum*, quod habet **AU-**
TOR, est vulgatius *Dodonæi*, flore albo, quod in Italiâ provenit. Dicitur ita vel ab *iacua*, quod Florem medicatum, vel *ιζζουο*, quod Florem Violarum, indicat: Latine dicitur *Gelfeminum*. Apud nos rarum est, raroque præscribitur.

Prostat tamen in Officinis Oleum *Jasmini*, paratum ex infusione Florum cum Oleo *Been*, cui post impressionem Flores novi denud infunduntur, uti dictum superius; nam si destillatur *Jasminum*, nunquam tamen elicitur *Aqua fragrans*. Oleum hoc *Jasmini* valdè commendatur ad generatio-

nammodò alata, in quatuor demum Semina oblonga abeunte. Folia omnium *Hyssopi* specterum longa, angusta, & odore grato notantur. *Hyssopus* Officinarum ex Radice lignosâ Virgas emittit plures, geniculatas, quadratas, ad quorum nodos Folia verticillatim apponuntur: Flores in spicam longam digesti ad ramorum articulos, in unam partem ferè spectantes, cœrulei. Simon Paulli fateretur verissimum se esse expertum, quod Galenus ex Archigene scribit, de *Hyssopi* viribus adversus Oculos cruentos, ut notat hoc loco *Ettmullerus*.

(Q) Maxima hic vitanda est Botanicorum confusio, qui *Jaceæ* nomine Plantas summè inter se discrepantes appellare solent. *Jacea* propriè dicta, Plantæ genus est *Carduo* & similibus congener. Flore enim est flosculosa, quem *Calycis squamatus*, non aculeatus comprehendit, Seminaque edit pappi instructa. Quare differt à *Carduo* calycibus non spinosis, à *Girfio* verò foliis non aculeatis. Hujus quamplurimæ sunt species: sed recensamus quatuor, quas hic *Ettmullerus* adducit.

Prima est, quam vocat cum C. Bauhino *Jaceam luteam*, capitulo spinoso. Hanc, eo quod caput spinosum habet, inter *Carduos* connumerat *Tournefortius*, atque appellat *Carduum luteum*, Centauroidem segetum. Secundam vocat *Jaceam nigram*, pratensem, folio laciniato, quæ est vera *Jaceæ species*, atque à Clusio vocatur *Jacea Austriaca*. Tertia est *Jacea Oleæ folio*, capitulis simplicibus C. B. quam *Dodonæus* vocat *Ptarmicam Austriacam* hæc juxta *Methodum* nec *Jacea* est, nec *Ptarmica*, sed est *Xeranthemum* flore simplici, purpureo, majore H. L. Bat. Demum quartam *Jaceæ speciem* facit, quam *Tricolorem*, & Florem *Trinitatis* cum quamplurimis Botanicis vocat hoc loco *Schröderus*, deque eâ in specie agit. Planta autem hæc nil commune cum *Jaceis* habet; sed si Floris & Fructûs fructuram spectes, omninò inter *Violas* connumeranda, eamque jure merito C. Bauhinus vocat *Violam tricolorem*, & quorum alis longi pediculi exorientes Flores *Violæ* sustinent, sed petalis diversicoloribus, luteis nempe, cœruleis, purpureis: Semen minutum, splendidum, copiosum.

(R) *Jacobæa* Plantæ genus est Flore radiato, calyce multifido, & tubiformi, Semibus papposis. Quam *Sylvestrem* vocat hic *Ettmullerus*, eris *Jacobæa vulgaris*, laciniata C. B. quam verò appellat *Marinam*, est *Jacobæa maritima* ejusdem C. B. *Jacobæa vulgaris* ad trium quandoque cubitorum altitudinem assurgit, Caule recto, rubento striato: Folia Senecionis majora alternatim posita: Flores plures juncti, lutei. Hujus Plantæ Folia amara sunt, aromatica, substringentia, atque cœruleam papyrum valdè parum rubefaciunt: continent multum Olei & Terræ, eorumque Sal ad Terræ Sal valdè accedit. *Dodonæus* *Vulnerariam* hanc *Jacobæam* facit. *Turnefortius* ait quod *Parisis* ex usu fit Unguentum ex succo hujus Plantæ paratum ad *Erysipelas*: ipse autem putat melius esse si *Facies Erysipelate affecta* tepidâ Plantæ infusione madeferet. *Jacobæa* verò maritima frutescens Planta est, cujus Folia *Quernis* familia, infertius cinereo molli tomento (unde *Cinerariæ* nomen) unâ cum pediculo obsita, superius arrovirentia, & vitida.

pleurítico, colico, ac uterino (in Clysmate, vel Unguentis.)
N. Sunt inter Mulieres, quæ Oleo Jasmino-amygdalino
Capillos peccunt, ut eo felicius crescant. Verùm caveant ab
eo biliosæ, utpote quæ faciliè Capitis Dolorem illo sibi conci-
liare possunt.

CLXXIV. IMPERATORIA.

Ostrutium, Lon, Ostrucium, Astrutium, Astrentium, A-
strantia, Brunf. Dod. Clus. hist. Magistrantia, Cam-
Struthium, Cord. hist. Lasepitiu Germanicum, Fuchf. Smyr-
nion hortense, Trag. Imperatoria, Matth. Lob. Cast. Tab. Ger.
Imperatoria major, C. B. 1. Germ. Meißterwurtz, Magistrantz,
Oßritz. Gall. Imperatoire.

Floret Augusto, colitur in hortis.

OFFICINALIA NATIVA.

Sola Radix.

Vires. Saporis est acerrimi: calfacit & siccit 3. Alexiphar-
maca ac Sudorifera est, attenuat, aperit. Usus præcipuus in
venenatis Morbis ac Ictibus, in Pulmonum tartaro resollen-
do, expectorando, in fæore Anhelitûs corrigendo, in Capi-
tis aff. ctibus phlegmaticis, Paralyfi, Apoplexiâ, &c. in crudi-
tate Ventriculi, & Colico Dolore, in Febri Quartanâ. Ex-
trinsecus in Odontalgia (Gargarismate), in Catarrhis exsic-

candis (Suffitu), in Tumoribus ac Arthritide frigidâ. In
Scabie Capitis exsicandâ (Lotione), in Serpigine inveteratâ
sanandâ (cum Adipe suillo illita), in Globulis Sagittive
Corpore extrahendis (imposita).

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua stillatitia. Ex Herbâ florecente collectâ Julio.
2. Extractum.
3. Oleum.

CLXXV. IRIS NOSTRAS.

Iris Germ. Beigelwurtz, Himmelschwertel, blau Gilgen-
Gall. Glayeul, ou Iris de Florence.

Iris in Officinis [Nostras. (Hæc hujus loci.

usitata est

[Peregrina, (Illyrica scilicet, &
Florentina. Vide infra.

E variis Iridis nostratis speciebus infertur solum in Offi-
nas Iris vulgaris Germanica, seu sylvestris, (latifolia.) C. B. 1.
Quæ inscribitur Iris, Brunf. sylvestris, Matth. Cord. hist. Cast.
Tab. sylvestris 1. Lob. sylvestris major, Matth. Epit. Iris Ger-
manica, Fuchf. cœrulea, Dod. Gladiolus cœruleus major,
Trag. Iris latifolia, major, vulgaris, Clus. hist.

Floret tempore verno, Aprili scilicet, & Majo.

OF-

tionem Capillorum, quos longiores facit & copiosiores;
item pro usu emolliendi & Flatus discutiendi, easdemque
obinet vires, quas Chamæmelinum, quod & illi pro usu car-
minativo præponendum; sicut pro usu emolliendi Oleum
Amygdalarum dulcium; quia crebrioris sunt usûs, nec adeo
cara. Unde in Officinis Jasmino carere possumus. (S)
Præter hoc in Horto nostro Medico colitur

JASMINUM INDICUM HEDERACEUM
CORNUTI,

in Plantis suis Canadensibus descriptum.

Hoc aliàs etiam dicitur Gelseminum Mexicanum maxi-
mum, quo nomine apud JOHANNEM-BAPTI-
STAM FERRARIUM in Tract. de Florum Cultura (qui
Tractatus quoad stylum quidem elegantissimus, quoad ve-
rò realia non adeo magnificandus) insignitur. Planta aliàs
est rara, & quæ curiositatis tantum gratiâ in hortis colit-
tur. (T)

CLXXIV. IMPERATORIA. Imperatoria vulgò, Ger-
man. Meißter Wurtz, utut falsò, vocatur O-
strutium. Radix est exotica, nec sponte apud nos provenit;
nihilominus sat abundè colitur in hortis, & sat feliciter
etiam crescit. Species est Angelicæ, cui odore, sapore, & om-
nibus qualitatibus similis est, & ferè tam potens quàm
Angelica. Ideò etiam, cum conspirent in facultatibus Ra-
dix Angelicæ & Imperatoricæ, illa huic, uti & Enula, Gentia-
na, & Radici Olsniti (V) in defectu substituuntur.

Usitata est Radix, quæ saporis est admodum penetrantis
& acris, egregiè aromati: ex Alexipharmacis, Sudoriferis
& Febrifugis haud postrema; quæ adeoque, præter vim car-
minativam, quam obtinet à Sale volatili acri oleoso, est Sud-
oriferum, & egregium Alexipharmacum. Videatur AU-
TOR, & omnia, quæ superiùs de Angelicâ dicta fuerunt,
huc commendari possunt. Hoc tantum noto, quòd contra
Febres Intermittentes quascunque per Sudorem curandas,

in cruditatibus Ventriculi acidis ab forbendis, pulverifata
Radix ceu expertum Specificum com mendetur. Aromatica
hæc omnia meliùs conducunt, si in Spiritu proprio seu Spiritu
Vini assumuntur, quia vis particularum earundem activa-
rum velut menstruo hoc nativo optimè elicitur. Ad fæto-
rem Oris, Malum non tam periculosum quàm molestum,
corrigendum Imperatoricæ Radix comesta quoque usurpatur.
Quæ habet, per se constant.

Sal Imperatoricæ in Febribus Intermittentibus quibuscun-
que curandis, ceu catholicum Febrifugum existimatur, à Æj-
ad ʒʒ. ante Paroxysmum exhibitum. (X)

CLXXV. IRIS NOSTRAS. Iris Græcis dicitur pro-
pter colorum in flore varietatem, Iridis in
modum, Germanis blave Lilchen. Planta est satis cognita,
quæ dividitur in Tuberosam & Bulbosam. De Tuberosâ jam
loquimur, quæ est Cœrulea, & in Officinis pro usu cathartico
& diuretico asservatur. Aliàs quoque Gladiolus dicitur, sed
minùs rectè; quia hæc est alia Herba, nempe Iris lutea,
nullam cum Iride cœruleâ convenientiam habens, nisi quoad
Folia: à formâ quidem externâ sic dictâ conveniunt.
Quando ergò de vi purgante Gladiolorum scribitur, intelli-
gitur Iris nostras cœrulea, quæ inter Purgantia non ultimum
obinet locum. Gladiolum verò seu Iridem luteam supra ha-
buimus, ubi de Acoro adulterino.

Radix autem hujus Iridis cœruleæ colligenda est tempore
verno, antequàm germinare incipiat; ita enim egregiam
vim obtinet purgantem. Usitatissima est in Hydrops pro
evacuandis Aquis Abdominis, quas copiosissimè & sensi-
biliter evacuat, adeò, ut observatum fuerit, Hydropticos
nullâ arte sanabiles Ireos hujus Succo fuisse curatos. Præter-
eà vi singulari diureticâ Renum vim sopitam fortiter si-
mul excitat: in Ascite itaque optimus ejus usus est in In-
fuso. Errbinum quoque est efficacissimum. Ordinariè qui-
dem è Radice recentè rasâ & contusâ exprimitur Succus, qui
postea in vase clauso digerendus & depurandus, ut partes
crassiores secedant. Hic Succus per residentiam depuratus,
& ab

(S) Jasminum seu Gelseminum Frutex est Floris suavolentiâ notissimus: Flore est monopetalo infundibuliformi,
multifido, cujus pistillum abit in Baccam, uno vel altero Semine fætam. Quamplurimæ sunt & elegantes, præsertim
exotica, Jasmini species. Plantam Caffè ferentem ad Jasminum refert, suo loco notavimus ex Jussieu. Quamquam
Oleum è Jasmini floribus confectum Uteri morbos arcere credatur, hypogastrio, & locis muliebribus illitum; atamen
præcipuus illius & Aquæ stillatitiæ usus est ad Odoramenta: ad Chirothecas scilicet, Tabacum, & Lintheamina odore
suavissimo imbuenda.

(T) Jasminum hoc Hederaceum Cornuti, est Tournefortio Bignonia Americana, Fraxini folio, flore am-
plo, phœniceo. Bignonia autem eidem Plantæ genus est Flore monopetalo, anomalo, cujus pistillum abit in Siliquam
bicausularem, Seminibus fætam alatis. Hoc Plantæ Genus eo nomine insignivit Tournefortius, ut Ill. Abbati Bigno-
nio singulararem, qua ipsum semper coluit, observantiam testificaretur.

(V) Vide quæ de Olsnicio adnotavimus to. I. col. 611. lit. A.

(X) Non tam Imperatoria est species Angelicæ, ut ait hic Ettmullerus, quàm Angelicæ nonnullæ dictæ spe-
cies, (ut Angelica sativa, Angelica sylvestris, major, & Angelica lucida, Canadensis) sunt species Impera-
toricæ, ex Tournefortio. De Angelicâ suo loco dictum: Imperatoria verò est Plantæ genus, Flore umbellato, Semi-
na verò bina sunt, plana, ferè ovata, leviter striata, & marginata, involucrium sæpè deponentia. Addit Tournefor-
tius Folia alata & satis ampla. Imperatoria major C. B. (quæ est Altrantia Dodonæi) differt ab Altrantia Tour-
nefortii & Morisonii. Officinalis Imperatoria J. B. Radicem habet pollicarem, sensim gracilescentem, rugosam, aroma-
ticam, atque acrimoniam linguam vellicante: Folia terna, iterum trifariam divisa, serrata: Caules cubitales & altiorem,
alati, Umbellas latas alborum Florum sustinent, in Semina priùs descripta abeuntium.

GLXXVII. JUGLANS.

E Juglandum generibus usualior est, quæ dicitur Nux Regia *Brunsf. Cord. in D.* Nux Juglans, *Trag. Matth. Lon. Dod. Lob. Cast. Tab. Cam.* Juglans, *Fuchf.* Nux Juglans, seu Regia vulgaris, *C. B. 1.* Germ. *Nuß-Baum*, *welsche Nuß*; *z. Gall. Le Noyer, la Noix.*

Juli & Folia erumpunt Martio; Nuces maturescunt Autumno.

OFFICINALIA NATIVA.

Nuces, Putamina Nucum externa, eaque viridia, Cortex internus ipsius Arboris, Cortex interior Nucleum ambiens, Juli ante oculos apparentes & decedentes.

Vires. Nuces recentes calfaciunt 1. siccant 2. siccæ sunt facultatis, calidioris ac siccioris. Comestæ difficilis sunt digestionis, pauci nutrimenti, Ventriculo insensæ, Bilem augent, Cephalalgiam excitant, Pulmonum affectus, ac præcipue Tussim, exasperant. Dicuntur tamen à Peste præservare.

Putamina externa viridia, vi Vomitus leniter movendi prædita sunt.

GLXXVII. JUGLANS. Juglans Arbor est ubivis nota, imprimis in Sabaudia, ubi integri Montes pleni repeririuntur.

Multa Officinalia subministrat; crebri enim usûs in Praxi Medicâ.

Cortex seu Putamen Nucis Juglandis exterius viride, vi quadam vomitoriâ dicitur præditum esse: habet saporem adstringentem vitriolicum: unde ex hisce Putaminibus viridibus, Vitriolum quoddam Vegetabile pro extractione Tincturæ Coralliorum inde paratur hoc modo:

Nempè in autumno Putamina Nucum contunduntur, & conquassantur: quibus affunditur Aqua, ut modicè ebulliant, hinc exprimatur & filtratur per pannum laneum: Porro

℞. Succus hinc filtratus Mens. iij.
adde

Salis commun. M. ij.

& in loco calido evaporetur ad cuticulam, hinc in loco frigido Crystalli perfectè vitriolicæ virides, Vitriolum Vegetabile dictæ, generantur, blando calore exsicandæ. Tandem

℞. Vitrioli hujus ℞ij.

Boli rubræ ℞ij.

Destillantur gradatim per retortam, & acquiritur acra ac acidum Acetum seu Spiritus, mediante quo Coralia, Perla, aliaque solvi possunt.

Succus ex his Putaminibus viridibus expressus, ac Melle inspissatus, dicitur Rob Nucum, seu Diacaryon, quod ipsum meritò commendatur ab HARTMANNO in omnibus Faucium Affectibus, ubi adstrictione opus est, imprimis quidem in Inflammatione Faucium, Uvulæ, Tonsillarum, & Anginæ, ex Lymphâ acriore natis; & in principio Morbi frequentissimè solet adhiberi pro sistendâ Inflammatione in Anginâ. In tali casu sub formâ Gargarismatis præscribi solet Rob dictum, v. g.

℞. Aquæ Semperv.

Prunellæ an. ℞ij.

Rob Nucum ℞ss.

Syr. Semperv. maj. ℞j.

M. D. S.

Succus ad Gulam per aliquot vices.

De hac Mixturâ unâ vice aliquot cochlearia in ore detinentur, & sensim sensimque ad Fauces protrudantur, & sic gargarisentur.

Vel

℞. Aquæ Cort. Nuc. virid.

Semperv. maj. an. ℞ij.

Sal. Ammon. ℞ss.

Rob. Dianuc. ℞ss.

M. D. S. ut supra.

Est egregium in laxatione Uvulæ, & Anginâ. Optimum est hoc:

℞. Sedi major. rec. M. ij.

Cortex interior, de Arbore decerptus, dum adhuc succulentus est, siccatus que ciet Vomitus fat validè.

Dosis à ℞ss. ad ℞j.

Cortex Nucleum ambiens juvat Colicos (potus.)

Juli item Vomitus excitant, sed lenius. Usus præcipuus in Colico Nephriticoque Dolore: sistunt & Diarrhœam exhibiti.

P R E P A R A T A.

1. Nuces conditæ. ℞. Nuces virides circa Festum S. Joannis collectas, perfora aliquoties, ut penetrabilia putamina sint, ac macera (per septem dies vel decem) in Aquâ frigidâ, Aquam quotidie semel ac iterum permutando, ut aliquo modo dulcescant. Hinc coque l. igne ut mollescere incipiant. Postea sicca & confige Gum. Caryophyl. &c. atque cum Saccharo vel Melle coque ad consistentiam. Vide lib. 2. Confortant Stomachum, juvantque Digestionem, unde & Bellariorum loco apponi solent. Specificè eas ciere Menses, testis est Matthiolus.

2. Aquâ. Vomitoria ex Nucibus. Vide lib. 2. cap. 38.

N. Alii destillant Aquam ex Nucibus immaturis confusis (in

Cancror. fluviat. No. vj.

Contundantur in mortario lapideo, & exprimatur Succus: cui addatur.

Rob Nucum ℞j.

M. D. S. ut supra.

Aquâ destillata ex his Corticibus viridibus valdoperè commendatur ad Calculum.

Subsequitur jam Cortex interior, qui collectus, dum adhuc succulentus est, & blandè exsiccatus à ℞ss. ad ℞j. validissimum est Vomitorium, ut dicit AUTOR: sicut etiam PLATERUS Vomitorium ex hoc paravit, junctis Radice Raphani & Sale: Vid. HARTMANNUS Pr. Chym. p. 12. aliàs non propinatur. Sunt tamen etiam, qui commendant hunc Corticem contra Calculum.

Ulterius se sistit Cortex intimus Nucleum ambiens, qui, uti habet AUTOR, juvat Colicos. PLATERUS solet eundem applicare Pulsibus, seu Carpis Manuum in iis, qui laborant Febre Tertianâ intermittente, Germ. *am Kaltern Fieber*, in Febre frigidâ.

Sequuntur Juli, Germ. *die-blusben*, i. e. Flores, sunt enim nihil aliud, quàm Flores.

Hi ipsi Juli habent vim vomitoriam, ut leniter operentur. Tempore verno in Majo collecti, exsiccati, & cælo sereno pulverisati, ad ℞j. commendantur ceu Arcanum specificum contra Dysenteriam in Aquâ appropriatâ. Ulterius ad Passionem Hystericam etiam commendantur in Aquâ appropriatâ cum aliquot guttulis Olei destillati Succini assumpti. Videatur JOEL in Praxi Med. & HOFFMANNUS de Med. Officinal p. 499.

Ipsæ Nuces maturæ per se raro usurpantur, sive sint recentes, sive exsiccatæ. Recentes habent vim alexipharmacam. Sunt tamen etiam, qui dicunt, illas inducere Cephalalgias; & certum est, quod versantes vel dormientes ad tempus sub Juglande, Cephalalgia affligantur. Aliàs rancidæ comestæ Rucedinem, & asperitatem Faucium excitant; uti notum. Adhæc contra Pestem & Morbos Malignos præservativè & curativè commendantur: hinc & Antidotum Mithridatii Regis ingrediuntur, quo se præservasse dicitur à quocunque Veneno; & consistere ex aliquot Nucibus Juglandibus, aliquot Folis Rutæ, & aliquot Ficibus: videatur SENNERTUS de Febris l. 4. c. 5. p. 447. aded, ut ab omnibus semper Nucibus Juglandibus fuerit adscripta vis contra Venena. Sanè non paucæ hinc sunt Compositiones Alexipharmacæ & Antipestilentiales, quas simul ingreditur Nux Juglans, e. g. in Belgio prostat Aquâ Propylactica contra Pestem, & Morbos Malignos, & epidemicè grassantes, cujus ferè primum Ingrediens & Basis sunt Nuces Juglandis immaturæ. Ejus compositio est hæc, quam describit SYLVIUS, in Praxi, & BARBETTE in Pr. l. 3. c. 3. uti etiam in Tractat. de Peste.

℞. Rad. Angelic.

Zedoar. an. ℞j.

Petasit. ℞ij.

Fol.

stum, vulgè Guado, dicitur) pollicari Radici ad cubitum & sesquicubitum descendenti nititur: Caules tenues, rigidus, ramososque emittit: Flores in ramulis multi exigui, lutei, (hos octo præditos esse petalis falsò ait J. Bauhinus, qui quatuor Calycis foliola quatuor Floris petalis adjunxit) in Capsulas linguiformes abeunt: Folia demum ad Cynoglossum accedentia, longa, glauca, interdum hirsuta, nonnunquam sinuata, pinnatis barbulis ad basim donantur, nulloque pediculo caulibus, & ramis adnascuntur. Ex hac Planta species quædam Extracti elicitur, quo Tinctores; Indici loco, ad cæruleum colorem utuntur. Isatis sylvestris, vel angustifolia C. B. solâ culturâ à sativâ & latifoliâ differt, notante Tournefortio.

(in Peste, grumis Sanguinis, Ulceribus Tibiarum, Melicertâ utilitem, secundum *Camerarium*); alii ex solis Putaminibus viridibus.

3. *Succus* mense Februario è Radicibus perforatis destillans.

Vires. Podagricos Dolores ad miraculum lenire dicitur illitus.

4. *Rob Nucum*: *Diacaron*. Fit ex Corticum viridum Succo & Mellis dimidio.

Vires. Destillationi tenuium Catarrhorum confert. Vide Disp.

5. *Oleum*. Fit expressione ex Nucleis maturis.

Vires. Flatus potenter dissipat, adeoque in Colico Dolore multum fert auxilii.

Dosis ℥ij. iij. ad iv. &c.

Extrinsicis Tumores discutit, contractos Nervos emollit, Scabiem antiquam sanat.

(*Oleum* è Corticibus destillatum Oleo Vitrioli affine, in Peste & Venenis conveniens.)

6. *Electuarium*. Vide lib. 2.

N. Variâ Electuarii Nucum inveniuntur descriptiones, quæ tamen salinè minimè à Nucibus participant, unde nec hujus loci sunt.

(7. *Acetum Nucum*.)

CLXXVIII. J U J U B Æ.

Ζίζιφα. Jujubæ majores oblongæ, C.B. 1. Jujubæ, *Trag. Cord. hist. Lon. Tab.* Jujubæ Arabum, *Lob. Zizipha, Mart. bot. Cast.* Ziziphus, *Dod. Clus. hist.* Ziziphus rubra, *Cam. Germ. Brust-Beerlein.* Gall. *Jujubes*. Fructus sunt Arboris Ziziphi, magnitudine Olivas, sapore Passulas majores æmulantes, unicum referentes lapideum Nucleum.

Asportantur ex Italiâ.

Vires. Moderatè calfaciunt & humectant. Usus præcipuus in Pulmonum asperitate, Tussi, Pleuritide, Urinâ acri, fervescentiâ Sanguinis, erosione Renum ac Vesicæ.

P R Æ P A R A T A.

Syrupus de Jujubis. Vide Disp.

CLXXIX. JU-

Fol. *Rutæ* ℥iv.

Meliss.

Scabios.

Flor. *Calend.* an. ℥ij.

Nuc. Jugl. immat. concis. ℥ij.

Pom. Citr. rec. concis. ℥ij.

Contundantur omnia simul, deinde affundatur *Acetum Vini optimum*, ad 3. quartas partes ex arenâ in Cucurbitâ vitreâ per se destillati, dosi ℥xij.

Digerantur per noctem: deinde destillentur igne cinerum lento ad siccitatem, idque sine unctione, & *Acetum destillatum* hoc usui fervetur.

Compositio est elegans, & quæ frequentis est usus, ut dixi, contra Pestem, & alios Morbos Malignos & Epidemicos. Pertinet huc quoque *Aqua Alexiteria singularis ex Nucibus*: vid. HAMEL in *Affect. Corpor.* p. 440.

Nuces recentes conditas, & morsui Canis rabidi impostas, Virus extrahere asserit MARCUS MARCI in *Phil. Veterum restituta*, p. 436. *Nuces* immaturæ *Saccharo* condiri solent, vel *Melle*, & cum *Aromatibus* imprægnantur, quæ tanquam singulare *Analepticum* pro corroboratione Capitis & Stomachi, etiam Membris ad Venerem torpidis erigendis, laudantur; ubi tamen in hoc negotio addita *Aromata* potius, quàm ipsæ *Nuces*, effectum edunt, cum aliâ conditura Juglandis perquam nota sit.

Radices Juglandis Succum dant efficacissimum. Scilicet mense Februario foditur usque ad *Radices*, harum maxima pars perfoditur, unde emanat *Succus* ille reverà singularis, qui commendatur in Doloribus Dentium chronicis; quin & Podagram curat, & Nephriticis Dolores ad miraculum placare dicitur, tam externè illitus, quàm internè haustus, ubi per Urinam Malum eliminat. Adhæc singulariter convenit in Cephalalgia, de quo vid. BARTHOLINUS *Cent. 3. Hist. 97* ubi imprimis de *Nucibus* agit *Juglandibus*, quas ob figuram Capiti, & Cerebro æmulam, in Affectibus Capitis convenire, & in Belgio felicem hujus rei factam Tom. IV.

(B) *Nux*, quamvis nomen sit variis Fructibus, duplici præsertim putamine testis, ut sunt *Amygdalæ*, *Avellanæ*, & *Juglandes commune*; propriè tamen cum Nucem dicimus, Juglandem intelligimus. Juglandes (quibusdam *Jovis glandes*) à jugulando seipsam vicinasque Arbores, dictas volunt; unde *Nux* dicitur à nocendo. Græcè *καριον* appellant *καρὸν τῆς κεφαλῆς* caput, quod Fructus Juglandis Cerebrum Cranio testum aliquomodo repræsentet. Arbor est *Nux Juglans* Flore amentaceo, plurimis nempe foliis axi squamatim affixis constante, quibus innumeri subsunt apices: Embryones autem à Floribus sepa rati in eadem Arbore nascuntur, qui abeunt in Fructum osseum, cortice mollè obvolutum, & nucleo factum. Ut *Nuces* in proximum annum copiosius proveniant, id imprimis facere existimant rustici, ut illæ perticis decutiantur: hinc *Carmina*:

Nux, Alinus, Mulier, simili sunt lege ligata:

Hæc tria nil Fructus faciunt, si verbera cessent.

Verùm an id in *Asina*, & *Muliere* verum sit, in medium relinquo; in Nuce sanè verum omnino non erit: nam, ut notat *Raius*, quid ab hujusmodi verberatione sperandum est, quàm ut gemmæ futuri insequenti anno proveniunt spes decuterentur. De *Nucum viribus* satis *Schræderus* & *Ettmullerus*: sufficit illud addere e *Scholâ Salernitanâ*:

Post Pisces *Nux* sit, post Carnes *Caseus* esto.

Credunt enim *Juglandes* post Pisces sumtas illorum coctionem juvare.

(C) *Jujubæ* vulgè appellantur Fructus Arboris, propriè *Ziziphus* appellata. Hæc Flore est rosaceo, cujus pistillum abis in Fructum Olivæformem, carnosum, officulum includens, in duo loculamenta divisum, nucleis facta oblongis. *Ziziphus Dodonæi*, seu *Jujuba major* *Parck.* Arbor est apud nos sativa & domestica. An *Veteribus Græcis* cognita fuerit, ambigitur. Vide *J. Bauhinum* 1. 40. Est & *Ziziphus sylvestris*, sponte in *Calabriâ*, & *Siciliâ* proveniens; sed infœcunda ex *Cupani* in *H. Cathol.*

(D) *Juncus* hic *Cyperoides*, floridus, major, *Ettmulleri* erit sanè *Juncus floridus*, major C.B. qui Floribus insignis est, nudis, rectis Caulibus hærentibus, in umbellæ formam dispositis, ex albo purpurascens: Folia *Cyperis* familia, quod *carinata* sint, non trifida, ut ait hic *Ettmullerus*. Planta autem hæc juxta *Methodum Juncus* non est, sed

esse experientiam asserit. Nonnulli hanc *Aquam* tanquam secretam habent in plurimis Morbis, præsertim chronicis. Eodem quoque modo *Succus Tiliaceus* quibusdam colligitur, quem contra Epilepsiam maximè commendant: Videatur *TILEMANNUS* in *Materiâ Medicâ*. (B)

CLXXVIII. J U J U B Æ. *Jujubæ* seu *Ziziphæ*, German. *rosbe Brust Beere*, crescunt in Italiâ.

Succo dulci & blando constant, adeoque inter temperata Remedia referuntur; & in temperandâ acrimoniâ Humorum quacunquè admodum conducunt, imprimis leniunt Asperitudines, acridinem & falsedinem Lymphæ, & propterea in Affectibus Pectoris, Pleuriticis, Tussi, asperitate Faucium, Raucedine, & similibus Morbis, egregium sunt Remedium, & nulli comparandum. Post Faucium Affectus ex Lymphâ acri ortos, in Affectibus Renum, item Urinariis, ut in Stranguriâ, Dyfuriâ &c. ex nimia Urinæ acrimoniâ, & exinde inductâ corrosione Renum, & viarum seu Fistularum urinarum, temperandâ, suas quoque virtutes insigniter exerit. Ob dictos ergo usus potissimum adhibentur sub formâ *Decoctionis Pectoralis* & *Nephriticæ*, vel his ipsis pro tali scopo admiscetur *Syrupus Jujubinus*, qui semper in Officinis proflare solet, & in Tussi sicca, quæ in principio Pleuritidis & Variolarum affligit, commendatus est. (C)

JUNCUS CYPEROIDES.

Juncus Cyperoides, floridus, major, seu *Cyperus floridus*, maximus ita dicitur, quod ambæ Plantæ, nimirum *Juncus* & *Cyperus*, in hac Planta propter Florem speciosum conspirare videantur. *Cyperus* enim dicitur ratione Foliorum, quæ sunt trifida; *Juncus* verò, quia interior ejus facies habet porositatem.

Planta aliàs est speciosa, ac quæ præter Odoris ac Floris gratiam nullum alium habet usum. (D)

T 2

CLXXIX. JU-

CLXXIX. JUNIPERUS.

A 'Pnd'is, *apnd'os* Juniperus, *Brunsfelf. Matth. Dod. Lon. Lob. Noit. as. Can. vulgaris, Trag. Clus. bist. Minor, Fuchf. Cord. in D. Sylvestris, Cast. Juniperus & Juniperus baccifera, Tab. Juniperus vulgaris fruticosa, C.B. 1. Germ. Weckboldor, Wuchbulder, Wacbbolder, Baum, Kramet Baum, Gall. Genève.*

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum, Baccæ, Gummi, Fungus.

Vives. Lignum calidum ac siccum est 3. suaveolens (præcipue si Martio mense cædatur,) unde & rasura ejus non sine causâ in Cucuphis adhibetur; quippe Cephalicum est, nervosumque genus insigniter roborat.

Baccæ. Calfaciunt 3. siccant 2. discutiunt, incidunt, attenuant. Usûs præcipui in ciendâ Urinâ, Sudore, obstructis Mensibus, obstructo Liene, in Affectibus Capitis, Nervorum, Pectoris (Tussi); in Morbis à Flatu (ut Colicâ) in mucilagine Renum & Vesicæ, &c. *Suffitus* usitatissimus est tempore Pestis, tum è Baccis, tum è Ramusculis suscitatus. Colliguntur Baccæ Sole in Virgine existente.

Gummi (Arab. *Sandaracha, Vernix*) Germ. *Truckener Firnisf.* Calfacit & liccat 1. (alii 2.) condensat, discutit. Usûs præcipui in Nervorum Affectibus, resolutione, frigiditate, contracturâ, &c. convenit & in Capitis Affectibus reliquis, à Frigiditate subortis.

CLXXIX. JUNIPERUS. *Juniperus* Frutex est satis cognitus nobis, Italis verò non, quamobrem nobis quoque indignantur; & quoniam insignis usûs est in Officinis, meretur *saec.* ut integer Tractatus de eo scriberetur: id quod & MICHAEL BAPST fecit, qui *Librum in quarto* scripsit de *Junipero*, quem intitulavit *Juniperetum*, & CONRADUS CONRADI, qui integrum *Caput de Junipero Medulla sua destillatoria* p. 270. inseruit: multos brevitatibus studium tacere jubet.

Inter partes autem *Officinales*, I. se offerunt *Baccæ*, quæ quotannis bis maturescunt, vere scilicet & autumno, crassique totius concreti obtinent. Scatent Sale volatili oleoso aromatico singulari, & sunt quasi *Aroma Germanorum*, insigniter *diuretica*, æque ac *sudorifera* & *nephritica*, profunde in Affectibus Ventriculi, Intestinatorum flatulentis quibuscunque ex viscido Acido natis, & Uterinis. Non mirum ergò, si in Affectibus Catarhalibus & Chronicis, qui Senes in specie affligunt, & plerumque in Stomacho & primis viis hærent, tam egregie conducant, Lympham vitiosam corrigendo, abundantem per Renes evacuando. Primam Stomachi digestionem mirè adjuvant. Imprimis etiam in Affectibus Mensium laudantur. Aliàs & in Hydrophis Curâ Baccæ sunt optimæ. Valdoperè etiam commendantur in Affectibus Capitis & Oculorum; item admiscuntur quoque commodè *Potionibus Vulneraritis*, in Vulneribus & Uteribus partium internarum. TENZELIUS in *Medic. Diastat.* p. 169. commendat contra Lepram. *Suffitus* Baccarum prodest iis, qui laborant Catarribus, si misceantur cum *Succino*, aut *Fumus* extractus per os, iis qui laborant Phthisi, seu Ulcere Pulmonum. *Suffitus* hic ex *Baccis* & *Ligno* omnes dicitur interficere Muscas; sed hoc est ludicrum. Fit tandem egregium Remedium in Ambustis, recipiendo *Baccas Juniperi* recentes, quæ cum *Butyro* non talito leniter frizentur, exprimantur, & sic non inelegans ad Ambusta Remedium habetur.

1. 2. Inter *Preparata* ex *Baccis* sese offert *Aqua*, quæ Colicis & Nephriticis est singularis & multi usûs, Urinam eiendo, vias urinarias abstergendo, moderatè eandem stimulando, & imprimis dispositionem calculosam Renum in Fermento vitioso sitam, ratione cujus etiam ex quibusdam Eduliis Calculus semper regeneratur, corrigendo, tam præservativè quàm curativè, si jejuno stomacho poterit, sive Simplex per Vesicam, sive per Balneum Mariæ destillatur. Quòd si verò *Baccæ* contendantur, & communi methodo fermententur, dant *Spiritum ardentem* instar *Spiritus Vini*, ubi &, si hic rectè præparetur, *Sal volatile* se simul elevat, quod incrustat Alembicum eleganti formâ & facie. *Spiritus* hic commendatur in Affectibus Capitis, & partium nervosarum internè & externè: eleganter Urinam ciet, & imprimis dispositionem Renum calculosam vi balsamicâ corrigit, & sic à Calculo præservat.

6. *Rob Juniperi* vi balsamicâ præservat contra Calculum,

N. 1. *Vernix* liquidus, factus est Liqueor, ex Gummi hoc i. e. *Sandarachâ* in Oleo Lini solutâ. Valet ad Ambusta, lenit Dolores, præcipuè Hæmorrhoidum.

N. 1. *Sandaracha* Græcorum est *Auripigmentum*. *Fungus*. Majo mense instar Musci adnascitur. Inservit *Aqua Ophtalmica*.

PREPARATA.

1. *Aqua*. Ex Baccis, sine præmissâ Fermentatione raro destillatur.

2. *Spiritus*. Fit ex Baccis cum Aquâ (per dies 4. 5.) fermentatis, & per vesicam destillatis. Vide lib. 2.

N. Alii loco Aquæ sumunt Cerevisiam, Spiritusque copiam sibi persuadent majorem: verum enimverò major illius pars Cerevisiæ debetur.

3. *Oleum ex Baccis*. In destillatione Aquæ Spiritus simul extillat.

4. *Oleum ex Ligno*. Fit per descensum vel retortam. Applicatur extrinsecus in Morbis, ut supra diximus, nervinis. (*Aqua primo exillans* Ulcera curat.)

N. Melius elicitur per vesicam, extillatque clarum.

5. *Sal*. Ex Cineribus Baccarum elicitur, tum quoque ex Ligno combusto.

6. *Rob Juniperinum*. *Mel Juniperinum*. *Theriaca Germanorum*. Fit coctione cum Aquâ: hinc expressione ac inspissatione.

N. *Quer-*

ac Nephritidem, valdoperè detergit Renes & vias urinarias, Sabulum in iis coacervatum & concretum expellit. Aliàs & in Affectibus Menstruis quoque convenit. Imprimis autem *vis sudorifera* egregia in hoc se manifestat, qua de causâ ab Italis quoque *Germanorum Theriaca* merito dicitur, ob vim egregiam *alexipharmacam* & *antipestilentialem*, quam per Sudorem exerit, quoniam non cedit *Theriaca*, laboriosè satis compositioni. Unde inservit pro *Corpore Elevariorum* Stomachicorum & Nephriticorum, item Antipestilentium, in quibus loco *Mellis* optimè usurpari potest.

9. Exinde fit *Elixir Juniperinum*, cujus descriptionem habemus in AUTORE, unâ cum experientiâ certâ contra Calculum & Affectus Nephriticos: vocari solet alias *Malvaticum Juniperinum*, quoniam ferè saporem habet *Vini Malvatici*. Nihil aliud est, quàm *Essentia Juniperi*, ex *Rob.* & *Spiritu* per fermentationem affuso & digesto, constans. Elegantissimum est *Remedium Stomachicum*, *Anticatarrale* & *Antinephriticum*. Experientia hoc confirmat, teste HORSTIO *Obs. pag. 158.* Potest usurpari in quocunque casu, aliquot dies ante & post Novilunium, mane jejuno stomacho, singulis vicibus ad Cochlear unum vel alterum, & præter dictos Affectus egregie prodest in Scorbuto & Peste.

Pari modo & *Malvaticum Sambucinum* parari potest ex *Rob Sambuci* cum *Spiritu proprio*, *Diaphoreticum*, & ad Erysipelata.

Præter hoc & *Quinta Essentia Juniperi* datur, ex *Oleo, Spiritu*, & *Sale fixo Juniperi*; quæ tamen minùs firmiter coherent.

8. *Extractum Baccarum Juniperi* convenit cum *Rob.*

Syrupus singulariter confert in Obstructionibus Viscerum, imprimis Lienis: & hinc etiam in Obstructione Mensium, quos ciet solet.

3. *Oleum destillatum Juniperi* est aromaticum, quod cum *Aquâ* & *Spiritu* in viribus conspirat: unde contra Affectus Nephriticos internè & externè, curativè & præservativè, usurpatur; uti etiam ad Colicam, Morbos Malignos, & contra Pestem, in quibus cum aliis assumtum potenter Sudorem movet. Externè ingredi solet *Unguenta Nervina*, & *Antiparalytica*.

Quibusdam in locis *Potum* egregium Hypochondriacum, *Cerevisiam* nempe *Juniperinam* sub nomine *Fermentati Juniperini*, parant ex *Baccis*: quando nimirum *Cerevisia* fermentat, adduntur *Baccæ Juniperi* cum *Passulis* & *Tarsav.* ut simul subigatur, & mitigetur Baccarum acrimonia: Vid. HOFFMANNI *Clavis in Schræderum pag. 492.*

5. *Sal fixum* ex *Baccis* calcinatis per *Aquam* aut *Vinum* elixivatur, quod est optimum *Diureticum* in Hydrope, & Affectibus Hypochondriacis, quoniam valde ciet Urinam: Videatur HELMONTIUS, *Tract. de Febr. cap. 6. §. 13. p. m. 33.* ubi hujus elegans anatomia reperitur. Imò sunt, qui

sed à Tournefortio cum Cæsalpino appellatur Butomus. Juncus enim inter Plantas quidem connumeratur Flore rosaceo, sed Fructu unicasulari; Butomus autem, est si flore rosaceo, illius tamen Eructus componitur ex plurimis vaginis corniformibus, in capitulum collectis.

N. *Quercitanus* macerat ac coquit cum VINO . *Pharmac. Rest. cap. 23.*

7. *Extractum gummosum* . Ex Ligno & Cortice fit l. a. *Quercitan. Pharm. Rest. cap. 23.*

8. *Extractum* è *Baccis siccis* . Fit l. a. cum Spiritu Vini, vel eum Aquâ, i. e. Spiritu Juniperi.

Dosis ℞j. ad ℞ij.

Vires . Utrumque *Extractum* excellens est Sudorificum , & Bezoardicum adversus Epilepsias, Pestes , & Affectus alios contagiosos atque venenatos.

9. *Elixir Juniperinum* . ℞. Baccar. Juniper. maturar. ac electar. q. v. contundantur crasse, digeranturque affusâ aliquâ Aquâ diureticâ . Hinc exprime, abstrahendoque inspissata ad consistentiam Mellis . Hujus Mellis Juniperi cochl. 10. 11. 12. &c. misce optimè cum Aquâ Vitæ Juniperinâ, digereque aliquandiu, lenissimo calore (Solis & sim.) ; sic confecti Elixir Juniperinum admirandam virium in Calculo, quod insuper Stomachicum insigne est, aliaque facultates e-

ximias obtinet, de quibus in Baccis.

Dosis Cochl. j.

N. Vir Generosus ac Nobilissimus *Dn. Cbun Quirinus Illustiss. Aulæ Darnitadinæ olim Marefchallus* , Vir in omni scibili solertissimus, jam Morte iminaturâ , non sine plurimorum querelâ ereptus, creberrimo Elixiris hujus usu annos plurimos à Calculi injuriis, quibus aliàs obnoxius maxime fuit, liber vixit, eoque nomine id mecum communicavit.

L

CLXXX. LACTUCA.

(Vulgaris.) *Usuales sunt*
L Actuca. Germ. *Lattich*. [Hortensis (Capitata.)] *promiscuè.*
 Gall. *Laitfut* : est [Sylvestris. (Crispa.)]
 N. *Nomen Lactucæ* Botanicis omnibus usuale est.
 Solo gaudet pingui & stercoreo . Floret æstivo tempore,
 OF.

quid dicunt, quod *Lixivium* paratum ex *Cinerebus Baccarum & Ligni Juniperi* , si illo lavetur caput singulis septimanis, ita roboret Visum , ut per totam vitam detrimentum quis patiat in illo : imò arceat Pediculos , quorum exercitus satis est frequens & molestus nonnullis . Dicunt etiam, quod Color Capillorum nunquam mutetur , ut longissimè quis vivat .

Summatum : ex *Baccis Juniperi* habetur *Aqua* , *Spiritus* , *Oleum* copiosum aromaticum , *Rob* , *Elixir* , *Extractum* , & *Sal fixum* : quæ omnia in dictis Affectibus conveniunt .

II. Se sistit *Frutex* perpetuâ *Fronde* virens , continuò *Fructus* ferens ; quo ipso *virtutem* singularem *Balsamicam* , ad Vitæ conservationem utilem, secum habere prodit . Omnia enim ejusmodi Vegetabilia, quæ perpetuò virent, *Resinam* , aut vim balsamicam in recessu habent . *Resina* hæc ejus oleosa & balsamica est, quæ quasvis Aëris negligit injurias , & perpetuam Arboris juventutem conservat ; propterea *Juniperus* seu *Arboris Cedri* succedaneum ad Vitam longam habetur TACKIO in suâ *Chrysozom. pag. 167.* quæ duæ Arbores Veteribus unum idemque Vegetabile fuerunt . Ex *Cedro* enim HELMONTIUS in *Tractatu de Vita longa, & Arbore Vitæ* , Medicamenta ad longam Vitam parare commendat . Cum verò hæc sit rara apud nos, propterea TACKIUS , ut dictum, *Juniperum* illi substituit, cum eundem fortitus sit effectum ac *Cedrus* . Alii alia cum hoc ipso Ligno tentant . Imprimis videre possumus TENZELIUM in *Med. Diastat. p. 166.* ubi disserit de modo , quo virtutes *Serpentis* balsamicæ possint transplantari in *Juniperum* . Et certè , *Lignum Juniperinum* tantarum non immeritò censetur virium, ut non cedere dicatur *Ligno Guajaco* , *Sassafras* , similibusque , ab ultimis Garamantis adductis : unde in *Potionibus Antivenereis* , seu in Curatione Luis Gallicæ, optimè potest substitui *Ligno Sassafras* , *Guajaco* , ac *Radicè Sarsaparillæ* , pro scopo diuretico ac sudorifero, & Acidi viscidii, Lymphæque viciatæ correctivo , seu Catarrhali ; cum & exinde *Decocta* egregia *Sudorifera* , æquè ac *Diuretica* , parentur : ut taceam *Sarmenta Lupuli* . Aliàs *Rasura Ligni Juniperi* in interno & externo usu confert in Affectibus Nervorum, quod est elegans *Sudoriferum* . *Suffus* ejus usitatus est in corrigendo Aëre pestilentiali, Veneno infecto, & commendatur contra Veneficia & Incantationes.

4. *Oleum ex Ligno rectificatum* potentissimum est *Sudorifera*.

rum, simulque *Diureticum* multis Morbis egregium Remedium .

Turiones , seu *Summitates Juniperi* laxant eodem modo, atque istæ ex *Sambuco* .

Datur etiam *Gummi Juniperinum* , quod aliàs vocatur *Sandaracha* . Cæterum observetur , quod etiam *Arsenicum* vocetur *Sandaracha* , sed cum additamento, *Græcorum* : *Gummi Juniperinum* verò contrâ vocatur *Sandaracha Arabum* , quod probè notandum, ne fiat confusio in Praxi . Rarò tamen est in usu , & usurpatur tantum pro *Suffu* in Affectibus Capitis Catarrhalibus .

Dicit AUTOR, quod inserviat *Aqua Ophthalmica* . Paratur autem exinde hoc modo :

℞. *Spongias* seu *Fungos Juniperi recentes* exiles, mense Majo, quo tempore sunt molles instar pultis ; contundere , & in Cucurbitâ benè clausâ exponere radiis solaribus , & sic resolvuntur *Spongia* seu *Fungi* in *Liquorem* seu *Aquam* , quæ colatur per Linteum, aut filtretur per Chartam emporeticam , & postea pro ulteriore depuratione acervo *Formicarum* imponatur .

Liquor hic, ubi opus est , seu catholicum Remedium in quibuscunque Affectibus admodum est proficuum . Confecratur CONRADUS CONRADI in *Med. Destillat. P. 1. (E)*

L

CLXXX. LACTUCA . *Lactuca* ita dicuntur, quoniam Nutricibus Lac præbent . Est Planta non ignota ; planè congener *Cicboracis* ; hinc iisdem facultatibus convenit, abstergit, refrigerat, magisque temperata est, adeoque magis alimentosa .

Ex hac *Folia* & *Semen* sunt in usu .

Folia rarò usurpantur, ut referantur inter *Refrigerantia* , de quibus *superius* sum locutus , quod consistit Sale blando nitroso volatili, copiosâ Aquâ diluto ; cujus ratione omnia *Olera* refrigerant . Quidam recipiunt , & ebullire sinunt in *Jusculo Gallinæ* , & hoc propinant contra *Vigilias* : aperiunt, & Urinam cient .

Aliàs solent præscribi *externè* in *Pediluvii* contra *Agrypniam* & *Vigilias* . Quæ habet Autor, per se constant .

Semen ejus , ut & ipsa *Planta* , pro augendo Lacte comm-

(E) *Juniperus* inter *Arbores* connumeratur *Flores* amentaco , sed sterili : *Fructus* autem *Juniperi* *Bacca* est *officulis* *urgens* , in quibus *Semina* continentur oblonga : *Folia* huic Generi sunt *simplicia* & *plana* . *Nomen* *Juniperi* est à *Junior* & *pario* , ut quibusdam *Etymophilis* placet ; quod scilicet Juniores *Fructus* pariat , antiquis *maturoscensibus* . *Officinalis* est *Juniperus vulgaris* , fruticosa C. B. quæ denso ramorum stipatu fruticat . Est tamen & *Juniperus vulgaris* , arbor C. B. *Ramuli* in *surculos* divisi , *minacibus* *Foliis* semper virentes : *Baccæ* *umbilicatæ* *primùm* *virescentes* , per *maturitatem* *caruleæ* vel *nigræ* , *sapore* *acri* , *resinoso* , cum *quâdam* *dulcedine* . Ex *Simone Paulli* multi à *Nephritis* dolore sunt *preservati* , vel *Vino* ex *infusione* *contusarum* *Baccarum* *Juniperi* *medicato* , vel *aliquot* *Baccis* *dentibus* *comminutis* , & *quotidie* *deglutitis* . *Umbra* *Juniperi* *noxiam* *suavis* *Hemistichium* *Virgilianum* ,

Juniperi *gravis* *umbra* . . .

Noxæ *rationem* *addunt* , quia scilicet ob *densitatem* *foliorum* , *vapores* è *terrâ* *noxios* *exhalantes* *repercutit* , & *diffusit* *non* *finit* . Sed *Raius* *putat* *Juniperi* *umbra* *salutarem* *potius* *esse* , ab *suavem* , quem *Arbor* *expirat* , *odorem* .

Sal *Juniperi* *ex* *Tournesortio* *accedit* *ad* *naturam* *Oxylalis* *diaphoretici* *Salis* , quod aliud non est , nisi *Sal fixum* , *Acido* *ultra* *saturitatem* *onustum* . *Chymicæ* *Analyses* *ope* *eliciuntur* *ex* *Junipero* *multi* *acidi* *Liquores* , *parum* *Salis* *fixi* , sed *nil* *volatilis* . Notandum autem quod *Plantæ* *hujus* *Sal* *maximâ* *Sulfuris* *copiâ* *est* *involutum* , & *aliquibus* *terrestribus* *particulis* . *Lignum* *Juniperi* *præter* *Oleum* *æthereum* , præbet multum *Olei* *inspissati* *ad* *consistentiam* *Syrupi* : *Baccæ* *majoris* , *summitates* *minorem* *ejusdem* *exhibent* *copiam* . Ut hæc *principia* è *Junipero* *separentur* *accuratâ* *Methodo* *uti* *oportet* , ne ex *illorum* *confusione* *Spiritus* *ardens* & *urinosus* *exoriatur* , post quem *Oleum* à *facibus* *sejungitur* . His *potius* *reddi* *facile* *ratio* *potest* *innumerabilium* *virium* , quas *Plantæ* *huic* *ejusque* *partibus* *ab* *Autoribus* *meritò* *tribuuntur* . *Hydropici* *Pilulis* *ex* *Baccis* *Juniperi* *cum* *duplo* *Aloës* *quammaximè* *levantur* . *Vulgaris* *apud* *nostrates* *quoque* *est* *usus* *Electuarii* *Juniperini* *Paracelli* .

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, ac Semen.

Vires. Refrigerat ad gradum usque 3. siccat mitius, conciliat Somnum, Bilis ferverentiam ac æstum compefcit, Lac auget, Alvum leniter movet, Ventriculo convenit, multi ac laudabilis Nutrienti est, unde & in Acetariis usurpari crebrius solet. Extrinsecus sedat Dolorem Capitis, medetur Ambustis, Somnum conciliat (in Lotionibus Pedum) &c.

Semen. Est ex Seminibus Frigidis famosis illis, quæ minor a dicuntur. Valet ad Gonorrhœam virulentam, ad Urinæ ardorem, ut & ad reliqua, quibus Folia convenire diximus.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Foliis.
2. *Succus inspissatus.*
3. *Caules conditi.* Fiunt è Stolonibus nostratis Lactucæ, dum caulescunt.

(N. Olei Lactucæ ad Gonorrhœam sumendi per aliquot dies, fit mentio à Camerario, & in Disp. Norimb.)

CLXXXI. LAGOPUS.

E Generibus Lagopi usitatus est quod inscribitur *λαγώπυς*, *Dioscorid. Plin. λαγώπυρον*, *Hippocr.* Lagopus, seu Pes leporinus, *Mattb. Fuchf. Dod. Lob.* (cui & Lagopyron.) Lagopus major. *Casf. minor, Cam.* Lagopodium, *Tab. Ger.* Leporinus Pes, *Cord. in D.* aliis Trifolium leporinum. German. *Hafen Klee, Hafen-pfoleien, Katzen-Klee.* Gall. *Pied de Lièvre.*

Crescit inter fegetes. Viget Julio potissimum.

mendatur admodum: à quibusdam pro absumendo Semine. Sed, quia hæc duo sunt contraria, & non conciliari possunt, meritò de hoc effectu dubitatur. Interim & Lactuca Semen imminuere solet, quando nimirum in nimia copiâ affluit, temperando illud, quod tamen non sola, sed cum Vitæ facit. Unde *Emulso ex Semine* commendari solet contra Gonorrhœam, item contra libidinosa Somnia, & nimias Pollutiones nocturnas.

Externè usurpatum Somnum conciliat. (F)

LACTUCA SYLVESTRIS.

L *Lactuca sylvestris* dicitur etiam *Costâ spinosâ*, quòd *Costa* seu Nervus medius, item ambitus Foliorum, sic *Spinis* præditus. Proximè ad *Sonchorum naturam* accedit; sicut quivis *Sonchi*, *Intybi*, *Lactucæ* &c. Plantæ sunt congeneres. Pertinet quoque ad *Lactucas* propter Lac, quod Folia ejus plorat.

Culinis magis, quàm Officinis, est nota. (G)

LACRYMA CHRISTI.

L *Lacryma Christi* seu *Jobi* reverà ad *Arundines* pertinet; unde rectius *Milium Solis arundinaceum* appellari meretur, quippe quæ genuina ejus videtur esse denominatio. Planta est curiosa, sed quæ difficulter apud nos crescit. (H)

CLXXXI. LAGOPUS. *Lagopus* Herba est ubique crescens, sed nullius, aut rarissimi est usus in Officinis: & vix memini, me legisse illum præscriptum apud Practicum, nisi quòd interdum à quibusdam, ubi opus est *adstringitione*, soleat commendari. Aliàs, ut dixi, nullius est usus, nisi, ubi est *adstringendum*. (I)

CLXXXII. LAPATHUM. *Lapathorum* seu *Rumicum* plures sunt species, de quibus videatur

(F) *Lactuca* Planta est *Flore semiflosculo*, *Seminibus papposis*, quæ propriâ potiùs facie, quàm alio peculiari caractere faciliè dignoscitur. Dicitur *Lactuca*, vel à *Lactis* copiâ quâ abundat, vel quòd *Lactis* copiam nutritibus afferat. Nã alium haberet usum *Lactuca sativa*, illâ tamen carere non possemus, nisi suavissimum, simulque æstivo tempore saluberrimum ex eâ paratum *Acetarium respuamus*. Galeno adversus *Vigiliam* declinante ætate molestam, *Lactuca vespere* commanducata præsentissimum fuit remedium.

(G) *Lactuca sylvestris*, *costâ spinosâ* C. B. *Foliis* gaudet *Sonchi divisurâ*, *laciniatis*, & *ferratis*, *spinis secundum costam aversâ parte donatis*, ac *amaro lacte turgentibus*. *Caulis bicubitalis* in summo ramulos emittit, *lutetis Lactucæ floribus ornatos*.

(H) *Lacryma Job*, ejusque species, quamvis *Foliorum formâ* ad *Arundinem* accedere videatur; nihilominus *Plantæ Genus* est ab *Arundine diversum*, *Flore scilicet apetalæ*, sed *sterili*: *embryones enim à Floribus sejuncti abeunt in Semen membranâ obvolutum*, & in testâ reconditum. Species vulgarior dicitur *Milium* & *Lithospermum arundinaceum*: *hujus Seminibus funiculo trajectis vulgò loco Globulorum precatoriorum utuntur*.

(I) *Lagopus* inter *Trifolia* sanè connumerandus: estque *Trifolium arvense*, humile, spicatum, sive *Lagopus* C. B. *Nomen Lagopus*, ut notat J. Bauhinus ex argumento *Spicæ indeptus est*, quæ *mollis villo*, *cineracco*, *purpurascenteve*, *leporinos Pedes imitatur*. *Lagopodium autem* (quod nominis ratio cum *Lagopo* confundit) *flore albo Tourn.* est *Vulneraria rustica*, *flore albo Tourn.*

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Spicis.

Vires. Siccat, & adstringit. Usus præcipuus in profluviis Alvi, Uteri (Fluore albo), in Dysenteria, Hæmoptyli, Stranguria, ulceratione Vesicæ, &c. Extrinsecus in Hæmorrhagiâ Hæmorrhoidum, Vulnerum, in Tumoribus Inguinum, & Herniis, &c. Quin & ad Cutim Solis ardore induratum leniendam adhibeatur (Lotione.)

CLXXXII. LAPATHUM.

E St vel { Acetosum. Vide Acetosum.
Hortense. Vide Spinachiam.
Sylvestre. [Angustifolium. De quo hîc.
Latifolium. Vide Roubarbarū Mo-
aquaticum. nachorum.

Dicitur *Rumex acutus*. *Cord. in D.* *Oxylapathum*, *Fuchf. Matt. Cast.* *Oxylapathum*, *Dioscor.* *Lapathum acutum*, *Trag. Lob. Dod.* *Lapathum fativum*, *Cam.* *Lapathum*, seu *Rumex*, *Lon. Cast.* *Lapathum folio acuto plano*, C. B. 1. (Papillaris in Prussia, quia papillas exulceratas sanat.) *Germ. Mengelwurtz, Grind-wurtz, Streiff-wurtz, Buben-kraut, wilder Mangolt, wilder Ampffer, Lenden-kraut.* Gall. *Oseille, Racine de Patience.*

Provenit in locis incultis: floret Majo ac Julio.

Radix, ac *Semen*, sed rarè.

Vires. *Lapathum* temperatæ censetur naturæ in activis, aliàs ad siccitatem inclinat. *Semen Alvum* obstruit: *Folia* subducunt: *Radix* usus crebri & præcipui est in Scabie exter-

MUNTINGIUS in *Herbâ Britannicâ*. Hic intelligimus *Lapathum folio acuto, plano*, seu *angustifolium Baubini*, seu *Oxylapathum sylvestre*; Germanis *Mengelwurtz*, oder *Grundwurtz* speciatim dicitur, propter specialem usum in scabiosis, & crustosis, aliisque *Cutis Affectibus*, qualis est Scabies, Pustulæ, Pruritus, & ita ulteriorem progressum inhibendo, in quibus *ἄπορισον* est non contemnendum, tam internè quàm externè usurpatum. Saporis est quodammodò acris, & usurpatur *Decoctum* ejus internè pro purificandâ *Massa Sanguineâ* in *Affectibus Cutaneis*, contagio ejusmodi *Ulcusculorum affectâ*. Vid. **LUDOVICI** in *Pharmac.* in quibus & similibus *Affectibus* solet etiam adhiberi *Fumaria*: cui tamen & omnibus *Simplicibus* ferè præfertur; mirè namque *Sanguinem* purificat.

Externè *Succus Radicis Lapathi*, vel *Infusum* usitatum est in Scabie, Lentigine, & aliis similibus *Cutaneis Affectibus*, dum vel loco *Lavamenti*, vel *Fomenti*, vel *Unguenti* applicatur pro purificandâ *Cute*. In *Serpiginibus* quoque seu *Herpetibus*, *Germ. den Schvöinden*, feliciter prodest, si subigatur *Radix*, & misceatur cum *Aceto* in formam *Linimenti*. *Decoctum* hujus *Radicis* in *Aquâ simplici*, addito *Stercore Gallinaceo*, in Scabie contumacissimâ & ferinâ pro *Lotione* partii affectæ commendatur à **SIMONE PAULI** in *Quadrupart. Botan. Class. 3. p. 361.* ubi loco testimonii habet *Historiam* cujusdam, cujus integrum *Brachium Serpigo* invaserat, qui liberatus hoc *Decocto*, quo lota pars affecta, ejusque *Magma residuum* instar *Cataplasmatis* impositum fuit. Loco *Stercoris gallinacei* sufficit quoque *Stercus ovillum*. Vidi aliquando, quòd *Ancilla*, cui ex Scabie humidâ *Pedes ac Genua* magno œdemate erant tumida, ex applicatione *Foliorum recentium* hujus *Herbæ* circa *Pedes* egregium levamen habuerit, copiosum *Serum* eliciendo, & ita *Tumorem* imminuendo. Sunt etiam, qui valdè commendant *Lapathum acutum* contra *Hæmorrhagias Narium* præprimis. *Amuletum ex Lapatho contra Pestem* ex **LITERIS** BE-

tergendâ ac siccandâ, idque extrinsecus, potissimum in Locationibus (in Aceto cocta & trita Lienium tumentis imponitur.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Radice.

Vires. Commendatur maximè operè ad Cutis Maculas & Pustulas, Alphos, Ionthos, Vitilgines, & Lichenas.

(Extractum Seminis ad Dyenteriam utile.)

CLXXXIII. LARIX, seu LAREX.

Larix, *Bransf. Matth. Dod. Fuchf. Lon. Lob. Cast. Cius. hist. Tab. Ger. Cam. German. Lerchen-Baum, Lerchen-Donnen. Gall. Des Espinardes.*

Gaudet montanis: unde & in Helvetiâ, ac territorio Tridentino.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia & Cortices adstringunt.

Lignum ad Elephantiasin & Leporam magni æstimatur.

Resina & Fungus trunco adnatus *Agaricum* dictus. Vide infra.

Resina fluit ex Arbore ad medullam usque perforata, venditurque titulo *Terebinthina vulgaris*. De hac vide infra

NEDICTI HINCKELMANNI, Archiatri Elect. Saxoniae JOHANNIS GEORGI II. ad ejus *Serenissimam Conjugem* datus, fuit sequens: *Radix Lapatbi majoris* (spatulâ ferreâ effossa, ita ne tangatur (in nomine SS. TRINITATIS) lavatur, & in Taleolos dissectatur, postquam in umbrâ fuit exsiccata, quorum Taleolorum tres collo appenduntur. Aliâs, præprimis Herba, rari usûs est. (K)

Oxylapatbo huic majori adjungo

LAPATHUM ACUTUM MINIMUM.

Lapathum minimum acutum, German. *die Kleine Grundwurtz*, in defectu illius majoris commodè substitui potest; Viribus enim conspirat. Officinas autem fugit, & Culinas tantùm visitat. (L)

CLXXXIII. LARIX seu LAREX. *Larix*, German. *der Lerchen-Baum*, Arbor est in Germaniâ exotica, frequens in districtu Tirolensi, & suggerit *Resinam & Fungum*.

Resina vocatur: *Resina Terebinthina vulgaris*, de qua suo tempore inter *Alterantia Secundaria*.

Fungus est *Agaricus purgativus*, de quo, cum etiam inferius sit dicendi locus, & nihil præter hæc duo *Larix* subministrat (M); idcirco pergo, & quidem in ordine Alphabeticò sequitur

LATHYRUS REPENS TUBEROSUS,

seu *Chamebalanus*, Germanis *Erckel, Erfliegen*, item *Erd-Nusse*;
Ut &

(K) *Lapathum à voce Græcâ λαπάθη purgo dictum volunt. Planta est Flore stamineo, ab Acetosâ solo sapore diversum, ut notat Tournesfortius: Lapathum enim expers est insignis illius saporis acidi, quo pollet Acetosa. Spinachia Genus Plantæ à Lapatbo diversum est, ut suo loco notabimus. Lapathum folio acuto, plano C. B. seu Oxy-lapathum J. B. de quo hic, ad cubiti & sesquicubiti altitudinem crescit, Caule multis alis concavo, striato: Folia Betæ longiora, rugosiora, modò acuminata, alias subrotunda: Floribus muscosis Semina triquetra succedunt: Radix crassitudine digitali, crocea, amara.*

Est & *Lapathum folio acuto, crispo C. B. cujus Radix valdè amara est, adstringens, pallidè lutea, & satis rubefacit papyrus cœruleam: Folia verò subacida sunt, & eandem cœruleam papyrus saturo rubro colore inficiunt. Hinc conjicit Tournesfortius, in Foliis plus Salis acidi, in Radice verò plus Salis acris, & Terræ contineri. Hoc Sal acidum ad Sal Nitrum accedit; etenim non magis ac Sal Acetosæ, baud atro inficit colore Gallarum Tincturam. Adhibetur Radix hujus Lapatbi in Juribus aperientibus, addito Tartaro solubili.*

(L) *Lapathum acutum minimum ex J. Bauhino omnibus partibus minus est Oxylapatho vulgari: hoc autem peculiare habere videtur, quòd statim à Radice Caulis in alas incipit dividi, in quibus Flores verticillatim nascuntur.*

(M) *Pauca habet hic Autor de Larice: plura promittit, ubi de Agarico, & Terebinthinâ: proinde nobis sufficiat tantùm innuisse, Laricem Arborem esse Flore amentaceo separato à Fructu squamoso: quod cum Pinu commune ferè habet; ab illâ autem discrepat, quòd Pinus habeat Folia bina simul ex eadem vaginâ prodeuntia; Larix verò Foliis gaudeat pluribus quàm binis ex eodem exortu enatis.*

(N) *Lathyro id inter Plantas Leguminosas dictas filiquâ unicapsulari peculiare est, ut ejus Caules compressi sint, cum costâ elatâ, & margine foliato: Folia verò bina tantùm conjugata, nervo in claviculas abeunti innascuntur. Lathyri multæ sunt species apud Botanicos: Ettmullerus hic duas recenset. Prima est Lathyrus arvensis, repens, tuberosus C. B. qui est Chamæbalanus leguminosa J. Bauhino, & Terræ Glandes Dodonæo. Nomen sanè ex eo deducum, quòd ex Radicis filis tenuibus pendula subsint Glandes crassiusculæ, oblongæ, pulpâ candidâ, dulci. Altera species est Lathyrus latifolius C. B. quem vocat Narbonensem: quique Matthiolo Climenum appellatur. Lathyrus hic omnibus partibus, sive Folia lata, sive Flores magnos purpureosque, sive Siliquas longas species, inter alios speciosior videtur.*

Apud hoc loco monet Autor, non confundendum esse Lathyrum cum Lathyri, de quâ suo loco.

Terebinthina.

Muscus Errhinum præbet.

(In Caudicibus vetustissimis reperitur Corio simile, quod mirè commendatur ad Hæmorrhagiam, & glutinanda Vulnera.)

LAVENDULA, vide SPICA.

CLXXXIV. LAURUS.

Laurus Germ. *Lorber-Baum*. Gall. *Laurier*.

Est [Hortensis. [Latifolia. Hæc usualis.
[Sylvestris. [Angustifolia vulgaris. Hæc priori substitui potest.

Dicitur (Latifolia) *Laurus latiore folio*, *Matth. Cast. Laurus latifolia*, *Cor. in D. Laurus latifolia mas*, *Tab. Laurus latifolia*, *πλευράρα*, *Dioscor. C. B. 1.* Angustifolia dicitur *Laurus*, *Bransjeif. Trag. Lon. Lob. Laurus tenuifolia*, *Matth. Cord. D. Cast. Cam. Lauri altera species*, *Dod. Laurus mas*, *Tab. & Ger. vulgaris*, *C. B. 2.*

Crescit sat copiosè in Italiâ: apud nos nonnisi in hortis colitur.

OF-

LATHYRUS LATIFOLIUS, vel NARBONENSIS,

seu *Climenum Matthioli*. Aliâs verò est *Lathyris*, quæ est species *Cataputia*, & ad *Esulas* pertinet; sed *Lathyrus* ad *Leguminosas*.

Neutrum horum est in usû. (N)

CLXXXIV. LAURUS. *Laurus*, Germ. *des Lorberbaum*, Arbor aliâs est satis cognita, dum ex odore & sapore prodit vim aromaticam, adeò, ut sit *Aroma Europæum*, substituendum *Aromatis Indicis*.

Hujus *Baccæ* sunt in usû, & ratione Salis volatilis oleosi quodammodò congeneres sunt *Baccis Juniperi*, inferiores tamen; unde solent conjungi cum his in præscriptis *Formulis*.

Egregiæ sunt *carminativæ, diureticiæ, & uteriniæ*, imprimis verò decantatæ sunt ob vires *anticolicas & uterinas*; unde in *Affectibus Flatulentis*, & pro corrigendis *Mentium vitii* commendantur, promovent *Menfes*, pellunt *Fœtum & Secundinas*. Aliâs quoque pro *Diaphoretico* adhiberi possunt v. g. *Pauperibus in Peste, Morbis & Febribus Malignis* *Zj. Pulveris Baccarum in Aceto*, vel in *Vino*, vel in *Aquâ appropriatâ* detur, atque *Sudor* expectetur; & quidem, si adsit *Febris Ardens*, sumitur in *Aceto & Aquâ appropriatâ*; si non *Ardens*, assumitur cum *Vino*, & sic per *Sudorem curare Pestem* asserit *PEDEMONTANUS*. Sunt, qui institunt *δοκιμασίαν* pro cognoscendâ *Fæminâ*, si habeat tumidum *Abdomen*, an *gravida sit*, vel non: propinant enim haustum *Vini*, infusum per diem & noctem saper quatuor vel quinque *Baccas*, & dicunt quòd si vomat, sit signum, quòd sit *gravida*; si verò non vomat, illam non esse *gravidam* per-

OFFICINALIA NATIVA.

Folia & Baccæ.

Vires. Calfaciunt & siccant 3. (Baccæ paulò calidiores sunt), emolliunt, resolvunt. Usus præcipuus (Baccarum) in Mensibus & Urinis ciendis, Affectibus Nervorum, Paralyfi, in Colicâ, in Dolore post Partum, in cruditatibus Ventriculi. Extrinsecus conferunt Folia ad ictus Vesparum, molliunt Tumores, promovent Menses (in Suffitu ac Balneo): leniunt Dolores, Odontalgiamque mitigant (Gargarismate).

P R Æ P A R A T A.

1. *Electuarium de Baccis Lauri.* V. D.
2. *Emplastrum de Baccis.* V. D.
3. *Oleum Laurinum.* Vel ex Baccis recentibus exprimitur, vel coquendo elicitor. August.
4. *Oleum stillatitium.* R. Bacc. ℥ij. contusis superfunde Aquæ tepidæ ℥ij. vel iv. Postquam aliquandiu steterint, destilla per Alembicum, vel Vesicam. Sic prodibit Oleum ac Aqua per Tritorium separanda.
Vires. Oleum hoc stillatitium discutit insigniter Flatum ac Ventositates, præcipuè in Spasmo Gravidarum, ut & in Colicâ, siderata Membra illitu restituit, Auribus inditum Dolores compefcit, Auditumque confortat, delet Impetigines, Lentigines, & quascunque Faciei Maculas. Denique ichorosis Capitis Ulceribus medetur, Phthiriasin & Tineas curat.
Dosis gr. ij. iij. iv. *Videatur Tentzelus in Exeg.*
5. *Spiritus.* Fit ex Baccis cum Aquâ fermentatis.
6. *Essentia.* Fit ex Baccis, quæ in Spiritu infusæ vires suas eidem communicant.

perhibent. Quidam dicunt, quòd Lauri Baccæ putrefactæ, si destillentur, iolo odore hausto, sequatur Purgatio per Aluum.

Externè in Vino coctæ, in Affectibus Nervorum paralyticis, & Doloribus post Partum accidentibus, egregiæ sunt.

Folia propter vim aromaticam, in Sale volatili radicatam, in multis conveniunt cum sæpè laudatis Aromaticis. Partibus nerveis amica sunt; unde conveniunt in Colicis & Hystericis Affectibus.

Externè adhibentur in Emplastris, Cataplasmatibus, & Fomentis discutientibus, & attenuantibus.

Inter Præparata se offert Electuarium de Baccis, quod usitatum est in Clysteribus discutientibus Flatum ad 3j.

Deinde Emplastrum de Baccis Lauri extrinsecus applicatur in Torminibus Ventriculi ex Flatibus, inflatione Stomachi, Suffocatione uterinâ, & Flatulentia Hypochondriorum.

Oleum denique Laurinum tam expressum, quàm destillatum, utrumque valdè est usitatum. Oleum expressum tam per infusionem, quàm coctionem paratum, extrinsecus apprimè convenit in Affectibus Uteri, & Nervorum, præsertim paralyticis, tam solitariè, quàm cum aliis Unguentis illitum. Ad hæc in Scabie Experimentum est triviale rarò fallens, quòd videlicet internis Diaphoreticis præmissis, illi Flores Sulphuris aut Sulphur pulverisatum admisceatur, & externè Corpori scabioso illinitur; cuius tamen tutior usus est, si simul Sal Tartari addatur: contra Pediculos quoque & Furures capitis, Germ. den Schupffen, adhibetur, necnon Maculas Faciei, die Finnen, contra quas D. D. ANDREAS KLAUNIG in Manuscripto sequens habet Unguentum:

℥. Olei expr. Laurin. 3j.

(Δ) Lens arvensis, de quâ Schrœderus, Plantæ Genus est Flore papilionaceo, cujus pistillum abit in siliquam brevem, Seminibus sætam orbiculatis, utrinque convexis. Vulgaris, & Culinis familiaris species est Lens vulgaris, semine subrufo C. B. quæ major & minor. Legumen est infirmis Caulibus, sed capreolorum amplexu vicinis Plantis adhæret: Folia Viciæ: Flores purpurascunt, vel albescunt: Siliquæ breves Semina duo vel tria exigua continent. Adagium ἐν τῆς φωνῆς μύρον (quòd obscurè nimis proponit Schrœderus, & pueriliter Raius, Mira de Lente, interpretatur) b. e. In Lenticulâ Unguentum, de eo dicitur cum humilia & pusilla magnificis encomiis deprædicamus.

(O) Laurus Pharmacopœis, Coquis, & Poëtis, imò lippis & tonsoribus, notissima Arbor. Hæc Flore gaudet monopetalò pelvisiformi, cujus pistillum abit in Baccam, sub cortice Testam unicapitularem Semine sætam tegentem. Laurus quædam floret tantum, & fructum non fert: alia fructum fert: hanc marem, illam fœminam appellant. Laurum Fulmine non icti, Veteribus falsò persuasum fuit: hinc Tiberius Cæsar, ut se à Fulmine præservaret, Lauream Coronam capite gestabat. Sed sunt historiæ Arborum Lauri à Fulmine ictarum.

(P) Lens, seu Lenticula palustris, vulgaris C. B. est exigua Planta aquatica, cujus Folia solitaria, exigua, tenuia sunt, & ad Lentium magnitudinem accedunt: pediculis seu fibris capillaribus adherentia, Aquis palustribus innatant. Flore Fructuque carere bucusque creditum: sed utroque gaudere sedulâ curiosorum diligentia tandem compertum est. Tragus, Matthiolus & Dalecampius crediderunt, Plantulam hanc, si fortè radicem humi figat, similem evadere Nasturtio cuiusdam aquatico. Hanc autem metamorphosim omninò fabulosam existimat Tournefortius, ac ei similem, qua Conchas putant quandoque in Anaticulas transmutari. Lenticulam aquaticam tanquam maximè infrigidans remedium, sub Cataplasmatibus formâ, partibus Podagrâ & Phlogosi affectis applicans: sed hæc humorum repercussiones baud ita sæpè sunt existimandæ.

LENS ARVENSIS.

Φ *Λένς, Diosc. φωνῆς Theophr.* Lens vulgaris, agrestis, Lenticulæ 1. genus *Trag.* Lens minor, *Lob. Dod. Cam. German. Linsen.*

(Non queritur Unguentum in Lenticulâ, ἐν τῆς φωνῆς μύρον, sed tantum monetur, quia Decoctum plurimi faciunt in expellendis Morbillis, & Variolis, quoniam nitrosus Cortex, & Alvus ejus usu subducitur, gracilibus in primis, neque ab initio, neque in progressu, usum esse satis tutum.) (Δ)

CLXXXV. LENS PALUSTRIS.

Lenticula lacustris, aquatica: Lenticula aquatica, *Brunsf. palustris, Matth. Cord. in D. Lob. Ger. Dod.* Lenticula palustris, vulgaris, C. B. 2. Germ. *Wasser-Linsen.* Gall. *Lenticille d'eau.*

OFFICINALIA NATIVA.

Folia Aquis supernatantia.

Vires. Refrigerant, humectant 2. Usus præcipui ad extinguendas Inflammationes ætusque Sanguinis. Extrinsecus ad Scabiem etiam Malignam.

P R Æ P A R A T A.

(Aqua. In Febribus Continuis, non Malignis conveniens).

CLXXXVI. LENTISCUS.

Σ *Λένς, Dioscor.* Lentiscus, *Matth. Dod. Lon. Clus. Lob. Casf. Cast.* Germ. *Mastir-Baum.* Gall. *Lentisque.* Arbor est baccifera, in Italiâ, Galliâ Narbonensi, & præcipuè in Insulâ Chio copiosè nascens. N. Bel-

Ungu. Rosati ʒss.

Mercurii dulc. ʒss.

Ol. Tartari p. d. gutt. iij. M.

Oleum Baccarum Lauri destillatum convenit imprimis internè contra Flatum, & Affectum flatulentos; contra Colicam & Passionem Hystericam, item in Doloribus post Partum: *Externè* in Affectibus nervosis, in specie verò in Paralyfi, Spasmo flatulento, Membris affectis illitum convenientissimum est: Pubi quoque & Pectini muliebri illinitur contra Passiones Hystericas, Dolores post Partum, & varia Uteri Mala, contra Mensium suppressionem, & difficultatem, & imprimis contra Sterilitatem; sicut & gutt. vj. vel viij. *Clysteribus Carminativis* adduntur. (O)

CLXXXV. LENS PALUSTRIS. Lentes sunt duplices: *Palustres & Satiivæ.* *Palustres,* Germ. *dir Meer-Linsen,* quid sint? omnibus est notum, & rarissimi vel nullius usus sunt, nisi quòd soleant applicari plantis Pedum pro temperando æstu febrili. *Sativarum* autem decoctum laudatur à quibusdam contra Variolas & Morbillos, ubi expulsionem opus. Sed mera vanitas est, demonstrante idipsum SEBIZIO p. 198. in *Tract. de Facultate Alimentorum.* (P)

CLXXXVI. LENTISCUS. *Lentiscus Resinam* notissimam, quæ *Mastiche* vocatur, præbet; de qua suo loco inter *Asterantia Secundaria.*

De Ligno *Lentiscino* verò hoc noto, quòd licet rarò inveniantur; nihilominus *Decoctum* ejus nonnullis, in specie Italis, tanquam singulare Remedium in Diarrhœâ arrideat, in specie illâ, quam *Hepaticam,* seu Fluxum Alvi Hepaticum

N. *Bellonius* lib. 2. *observo. cap. 8.* solas Lentiscos in Ghio Inf ulâ *Masticen* proferre asserit, cui *Experientia* reclamât. Nimirum ex donatione affinis mei dilecti *D. Job. Glaseri*, Pharmacopœi hujus Reipub. solertissimi, frustulum obtineo *Mastiche* ditissimum, quod sibi ex *Helvetiis Alpibus* transmissum fuisse asserit.

Exhibet *Officinis Gummi-resinam, Masticen* dictam, quam vide infra. Ex *Ligno* sunt vulgariter *Dentiscalpia*, quæ reliquis laudem præripiunt.

N. *Hippocrates* adhibet & *Baccas*, quas *χυδας* appellat.

N. 2. Exprimitur & *Oleum* ex *Baccis*, *Clus. in hist.* Verùm nobis vulgare non est.

CLXXXVII. LEVISTICUM.

Ligusticum vulgare, C.B. 7. (inter *Libanotides*.) *Laserpitium* Europæum Germanicum. *Levisticum*, *Brunsf. Lob. vulgare*, *Mattb. Dod.* *Ligusticum*, *Brunsf. Cord. in D. Lon. Tab. fativum*, *Trag. Cord. hist. vulgare. Cam.* *Lybisticum* vulgare, *Fuchf. Icon.* *Laserpitium*. Ger. *Smyrnum*, *Fuchf.* aliàs *Hippofelinum*. Germ. *Lieb-Stackel*, *Badkraut*, *Levistic*, *Ligurtic.* Gall. *Panais*, ou *Livsche*.

N. Est & *Ligusticum verum*. Vide *Seseli Officinarum*. Est itidem *Laserpitium* aliud *Dioscoridis*, ex quo *Laser. Gummi* Modernis incognitum.

Floret in primis Julio mense, gaudet solo umbroso.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Vires. Calcificat & siccatur 3. incidit, aperit. *Alexipharmacum* est ac Diureticum, *Vulnerariumque*, *Ventriculum* roborat, *Asthmati* subvenit, *Menses & Lochia* ciet, *Fætum mortuum* ejicit (*Semen*), *Tartarum lentum* resolvit, *Doloresque* inde natos sedat, *Epatis, Lienisque* obstructions referat, adeoque præcipuè *lætero* convenit. *Extrinsicus* usus ejus creberimus est in *Balneis*, *Cataplasmatibus* (*Utero & Ureteribus* dicatis), & *Emplastris Vulnerariis & similibus*.

N. 1. *Vulgus* per *Caulum* cavum potum haurire suevit, quo *Tussim* sedatum iri persuadet.

N. 2. *Radicem* effossam, dum *Sol* in *Ariete* intrat, *Amuleti* loco appendunt in *Atrophia*. *Felix Wurtz.*

P R E P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ *Herbâ* cum *Radice* ac *Floribus* mense Julio collectis.

2. *Oleum stillatitium.* Cum *Aquâ* ascendit.

3. *Sal.* Ex *Cinere*.

CLXXXVIII. LI-

cum, *Affectum* difficillimum curatu, vocant, qui sæpissimè inducit *Cachexias*. Loco hujus *Ligni Lentiscini* quidam, cum sit rarum & carum, decoquunt & infundunt in *Vino Lignum Cotoneum*, & ejusdem efficaciam dicunt *Decoctum* illius in *Uteri Fluxibus*, *Hæmorrhagiis Uteri* nimis; uti etiam in *Sputo Sanguinis* valdè laudatur. (Q)

CLXXXVII. LEVISTICUM. *Levisticum* in *Officinis* malè cum *Ligustico*, seu *Laserpitio Germanico* confunditur: Germanis dicitur *Liebsteichel*, à subdulci & suaviter aromatico *Odore & Sapore*. *Planta* est umbellifera, abundat *Sale volatili oleoso* penetrante: unde inter *Plantas nostrates Aromaticas* tantumnon *primum* obtinet; *Odore* enim perquam forti & diffusibili gaudet. Ad *Angelicæ* naturam proximè accedit, utut *Levisticum* quasi sit *oleosum* minùs acre.

Radix *Sapore* tenui aromatico, longo tempore *gustum & olfactum* afficiente, *aromaticam vim* ostendit: & præter *vires*, quæ ipsi tribuuntur, *alexipharmacas*, singulari vi gaudet *carminativâ*, ac *Flatuum discussivâ*, *Uterinâ* &c. hinc in *Inflatione Uteri* ex *Aëre frigidiorè*, aliisque *Affectibus Flatulentis*, *Doloribus post Partum*, *Lochia* sistentibus adhibetur, quo ipsam *Zedoariam* antecedit. Et quoniam est *virtutum aromaticarum*, quodcumque *Acidum* in *Corpore* blandè temperat & corrigit, *Flatusque* ab *Acido* oriundos discutit. Est *Stomachicum* egregium, & in *Morbis Uteri*, qui tam *Menses*, quàm *Partum* concernunt, est *usitatissima* *Planta*; unde & in *Mensibus provocandis*, in *Suffocatione Hystericâ* sopiendâ, & *Partu difficili*, magnoperè commendatur. Sunt, qui inter *Alexipharmacas* referunt, jubentque *Radicem* in *Aceto* macerare, & *maticare* contra *Aërem* infectum. Solent etiam per talem *Caulum* potum haurire in *anginosis* *Faucium* *Affectibus*, in quibus singularis instar

Tom. IV.

Experimenti laudatur.

Externè in *Affectibus Flatulentis* *Abdominis*, cum *Zedoariâ*, *Clysmata Anticolica* ingreditur; sicut & sola *Radix* in *Vino* macerata aut contusa, & *Nodulis* *Vino* immissa, applicatur *naribus* contra *Passionem Hystericam*.

Semen carminans est, & *usitatissimum* *Mulieribus* in *Doloribus* *Ventris*, si ipsæ adhuc fuerint *gravidæ*, siue in *Terminibus* post *Partum*. Videre possunt *FORESTUM l. 28. Obs. 32. in Scholio* ubi ad longum decantat *virtutes uterinas Levistici*, tam *Seminis*, quàm *Plantæ*. Aliàs *Semen* intrò assumtum, vel *foliarium*, vel cum aliis *Medicamentis* mistum, *Urinam* nigro colore tingere dicunt, *cujus rei fides* sit penes *Experientiam*. Interim observetur hoc in *Praxi*, ne post ejus *Usum* pro *insulto* habeatur *signo* talis *Urina* nigra, absque hoc *fatis* horrenda.

Folia Levistici singulariter prosunt in *Affectibus Uteri* & *promovendis Mensibus* suppressis. Exemplum hujus rei *luculentum* subministrat *GABELCHOVERUS c. 1. Cur. 81. in Annotat.* de quadam *Muliere*, quæ ex *Terrore* ab *nuncium* de *Filio* interfecto *suppressos Menses* revocavit in *fluxum* comestione paucorum *Foliorum Levistici*, quæ simul retulit, se potuisse eosdem *suppressos*, quandocumque voluerit, *provocare*.

Extractum Levistici cum *Spiritu Vini* paratum est *egregium Medicamentum* in *Suffocatione Hystericâ & Partu* difficili. (R)

LIBANOTIS.

Libanotis latifolia est vel *Alba major*, *Seseli Æthiopicum Clusii* aliàs dicta; Germanicè *Hirschvurtz*: Vel *Vulgatior*, ab *Odore* sic dicta, quod quasi *Odorem Thuris* de monte *Libano* spiret. *Prior* *Planta* est rara, tantum in

V

Hor-

(Q) *Lentiscus* (vel quod *Liquore quodam* lentescat, vel quod *lentis sit ramulis*) *Arboris Genus* est *Terebintho* quoad *characterem simile*: ab illâ autem differt *Foliis*, quæ per *conjugationes* quidem *costæ* affiguntur, sed nullo *imparsi claudente*, quemadmodum in *Terebintho*. *Lentiscus vulgaris* apud nos, præsertim in *maritimis*, *familiaris*: multis *fruticat* *solonibus* *flexilibus*: *Folia* *conjugata* *Buxeorum* *soliditate*, *perpetua*, *jucundi* cum quâdam *gravitate* *odoris*: *Flores* *apetali*: *Fructus* autem in *his speciebus* *innascuntur*, quæ *Floribus* *carent*, *dimidio* *Pisis* *minores*, *rotundi*, *rubentes*, sed per *maturitatem* *nigricantes*, *acidi*, *nucleo* *albicante* *fæti*. *Ter* *Fructum* *Lentiscus* *ferre* *traditur*, *fortè* quod *tribus* *distinctis* *Anni* *temporibus* *eundem* *perficiat*. *Cicero* ex *Arato*:

Jam verò semper viridis, semperque gravata

Lentiscus, triplici solita est grandescere særu:

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Lignum scissile simul ac *flexile* *firmissima* & *aptissima* præbet *Dentiscalpia*.

(R) Ex *variis* *Synonymis*, quæ uni *Plantæ* tribuit *Schroederus*, patet quàm *varia* sint tum *veterum* tum *recentiorum* *Botanicorum* de *Levistico sententiæ*. *Has* *controversias* ut *dirimeret* *Tournefortius*, *Levisticum* vulgare *Dodonæi* ad *Angelicas* *reducit* (ut *facere* quoque *videtur* *hic* *Ettmuller*), *vocatque* *Angelicam* *montanam*, *perennem*, *Paludapii* *folio*. *Ligusticum* *Genus* *peculiare* *facit*, *Flore* *umbellato*, *cujus* *bina* *Semina* *oblonga* *sunt*, *hinc* *gibba* & *sulcata*, *cum* *liris* *veluti* *foliaceis*, *inde* *verò* *planis*: *atque* *ad* *hoc* *Genus* *reducit*, *quod* *Seseli* *Officinarum*, & *Siler* *montanum* *vocant*. *Laserpitium* *denique* *aliud* *Plantæ* *Genus* *facit*, *Flore* *item* *umbellato*, *cujus* *bina* *Semina* *hinc* *gibba* *sunt*, *cum* *quatuor* *alis*, *foliaceis*, *amplis*, *interdum* *crispis*; *inde* *verò* *planis*: *atque* *huic* *Generi* *asserit* *Laserpitium* *Gallicum*, seu *Massiliense*, *Seseli* *Æthiopicum* *dictum*, *atque* *Libanotidem*, *quam* *volunt* *Theophrasti*.

Levisticum vulgare, de quo *hic*, seu *Angelicam* *montana*, *perennis*, *Paludapii* *folio* T. est *Ligusticum* vulgare, *folio* *Apii* J. B. *Plantæ* *hujus* *Caulis* *hominis* *altitudinem* *excedit*, *geniculatus*, *striatus*, *Foliis* *pedalibus*, *alatis*, *ad* *apium* *palustrem* *accedentibus*, sed *majoribus*, *obsuro* *viore* *splendentibus*, *odore* *valido*, *ornatur*. *Flores* *in* *umbellis* *amplis* *lutei*, *in* *Semina* *majuscula* *abeunt*: *Radix* *crassa*, *rugosa*. *Forestus* *pro* *secreto* *habuit* *Succum* *foliorum* *Levistici* *in* *Secundinis* *retentis*: *erat* *magnum* *Arcanum* *famosæ* *cujusdam* *Obstetricis*, *quæ* *id* *obtinuerat* *à* *Judæo* *Medico*.

CLXXXVIII. LICHEN.

Lichen petraeus, Lichen saxatilis, Muscus saxatilis, Hepatica, *Brunfels. Lob. Lon. Tab.* Hepatica saxatilis fontana, *Trag.* Lichen, *Matth. Fuchs. Dod. Cord. in D. Cast.* Lichen 1. petraeus, *Ger. German.* Leber-kraut, Steinleberkraut, Steinstecken, Moor-kraut, Brunnuen-kraut. *Gall. Hepatique de Fontaine.*

N. Hunc subrogatur Muscus arboreus crustaceus. Vide *Pulmonaria arborea.*

Floret Majo & Junio, floresque fert instar Stellarum. Crescit locis umidis & umbrosis in puteis, juxta fontes, & simil.

Vires. Refrigerat & siccatur, abstergit. Epatica insignis est. Usus praecipuus in Epatis obstructione, & Velicæ, quorum Signaturam in Foliis gerit. Hinc in Hæticâ, in Ictero, in Scabie, & Lichenibus, in Gonorrhœâ, in Febri. Extrinsicus sistit Sanguinem in Vulneribus.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Fit in fine Maji ac principio Junii.

LIGNUM ALOES. Vide AGALLOCHUM.

LIGNUM COLUBRINUM. Vide lit. C. COLUBRINUM.

LIGNUM SANCTUM. Vide GUAJACUM.

CLXXXIX. LIGUSTRUM.

K *Joseph.* Ligustrum, *Brunsf. Matth. Fuchs. Cord. in D. Lob. Cusi. 1 ab. Ger.* Ligustrum Germanicum, C. B. 1. vulgare *Trag.* majus, *Lon.* Phyllirea, *Dod.* Arab. *Kenne.* *Gerin.* Hartriegel, *Beinboltz,* *Reinweiden,* *Mund-boltz.* *Gall.* *Fresillon de vallée.*

Est { *Vulgare, quod Officinarum, & hujus loci.*
Myrtifolium
Foliis laciniatis.
Ægyptiacum Latifolium.
Angustifolium. } *Officinis inusitata.*

Crescit passim in sepibus. Floret Majo, Junio
OFFICIALIA NATIVA.

Folia, Flores.

Vires. Refrigerant & siccant, adstringunt, incidunt (Folia efficacius, Flores imbecillius): proin conducunt ad Inflammationes, Putredines, Exulcerationes Oris & Faucium, ad proidentiam & tumorem Uvulæ, laxitatem Gingivarum (in Collutionibus). Quin & intrinsicus ad Scorbuti Curam Folia maxime facere compertum est. Adhiberi quoque possunt in Profluviiis sistendis, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* E Floribus.

N. Hæc commendatur, præter dictas qualitates, ad Oculorum Inflammationem & Rubedinem.

2. *Oleum infusum.* Sed rarè.

CXC. LI-

Hortis colitur; in Officinis enim nullum adhuc habet usum. Posterior dicitur in specie *Cervaria*, & à *Libanotide alba*, *major*, *latifolia*, seu *Seseli Æthiopico Clusii* parùm differt. Usus præterea habet nullum. (S)

CLXXXVIII. LICHEN. Intelligitur hic *Lichen Petraeus*, seu *Hepatica Saxatilis*, seu *Fontana*, parva Plantula; cumque sit rara, substituitur illi commode *Arboreus*, si non haberi potest *Saxatilis* seu *Petraeus*. Vocatur etiam *Pulmonaria*.

A plurimis quidem commendata *Herba* est pro *Infuso* & *Decocto* ad Morbos chronicos, nullius tamen, vel exilis effectus; unde rarissimi usus est. *Arboreus* itidem rari est usus; nihilominus sunt, qui illum commendant in Affectibus Pulmonum, & propterea *Pulmonariam* dici volunt. Alii laudant in Affectibus Hepatis, in Hydatidibus, seu Vascularibus Lymphaticis obstructis, quoniam ejus Pusillæ ex Signaturâ referunt talismodi Hydatides. Fides sit penes Experimentiam. *Lichen* siccatus extrinsecus expertus est, laudatus satis & cognitus pro compescendâ Hæmorrhagiâ Vulnerum. (T)

CLXXXIX LIGUSTRUM. Planta est cognita satis locis cultis, Odoris est non inegantis.

In usu sunt *Folia*, & *Flores*.

Et quidem in genere *tota Planta*, *Folia*, & *Flores* sunt ex numero *Vulnerariorum* & *Adstringentium*, potenter adstringunt *Fibras* laxas, & *Partium* usum conservant. *Internè* vix, aut rarissime in usu est; *externè* verò singulariter commendatur in Affectibus Faucium, imprimis ex co. nessione *Cauticorum* contractis. *Folia* ejus sunt frequentissimi usus in *Exulceratione* Oris, *Inflammatione* & *Excoriatione* Faucium & *Uvulæ*, uti contra ejus *Laxationem* & *Proidentiam*; item contra *Laxationem* *Gingivarum* *scorbuticam*, in quibus casibus sanè valde convenit: etiam in *Aphthis* *exulceratis* Faucium, & *Ulceribus* *Gingivarum* sub *Gargarismatum* formâ. Sic in *Laxitate* *Gingivarum*, præsertim *scorbuticâ*, *Decoctum Foliorum* & *Florum* cum A-

quâ *Ferrariorum* in ore detentum cum tantillo *Aluminis*, admodum juvat. *FORESTUS lib. 14. Observat. 21.* valde commendat *Decoctum Foliorum Ligustri* pro collutione Oris & *Gargarismate*: si sint depascentes & exulceratæ; miscet cum *Melle*, & pro Inunctione adhibet, non sine egregio successu. *PLATERUS* idem *Decoctum* commendat pro *Gargarismate* ad *Excoriationem* Faucium: si simul addantur *Folia Scabiosæ*, res erit eò melior, ubi adest solutio continui, & consolidatione opus est: item, si addatur *Rob Nucum*, vel *Tinctura Bellidis*, & *Rosarum* pro aciditate subtili, erit convenientius.

Succus Ligustri in *Ulceribus* Faucium *scorbuticis* cum *Melle* illitus haud parùm conducit.

Aqua Florum Ligustri contra siccitatem, fissuram, ac duritiam *Linguae*, *Exulcerationemque* Oris & Faucium, valde convenit. *Experientiam* hujus rei habet *GABELCHOVERUS C. 5. Cur. 7* Formula est talis:

℥. *Aqua Flor. Ligustri*,
Rosar.

Plantag. an. ℥ij.

Rob Diamor. ℥j.

Misce, pro curandâ siccitate, fissuris & duritie *Linguae*. In *Annotatione supra citatum locum* habet elegantem *Historiam* *Exulcerationis*, *Inflammationis* & *Excoriationis* Faucium, factæ ex usu *Esulæ* pro *Alvo* movendâ, curatæ per *Aquam Ligustri* in ore detentam, quæ calorem lenivit. Ita memini, aliquando *Puerum* inunxisse *Membrum* *genitale* *Succo Esulæ*, ut tumesceret & augetur, & exinde incidisse in *Inflammationem*, qui benè potuisset curari per *Aquam Ligustri*; nihilominus per *Fotum Seri Lactis*, cui incocta fuerunt *Folia* & *Semen Sambuci*, Cura peracta est: contigit hoc in *Poloniâ*. Ad *Putredinem* *Gingivarum*, *Malum* satis frequens in *Scorbuto*, convenit *Aqua Ligustri*, si dissolvatur in illâ aliquantulum *Mellis rosati*, & addantur aliquot guttæ *Spiritus Salis* & *Vitrioli*, & sic *Putredo* præservatur, & roborantur *Gingivæ*.

Oleum ex Floribus Ligustri per deliquium laudatur ad *Scrophulas*, & quævis *Ulcerata*: vid. *M. A. N. C. Ann. 4. Append. pag. 35.* (V)

CXC. LI-

(S) *Libanotis latifolia*, major, quam *Seseli Æthiopico* vocat *Clusius*, rarior est, quam *Libanotis latifolia* altera, sive vulgatio C. B. *Seseli Æthiopico* *Matthiolo*, quæ juxta *Methodum* est *Laserpitium* foliis latioribus, lobatis *Mor.* *Planta hæc Radicem* *Cervariæ* (*Cervaria Gesneri* est *Chamædryos Alpina*, *Cisti* flore C. B. b. e. *Garyophyllata Alpina*, *Chamædryos folio* *Moris.*) habet crassam, sed albam: *Caulem* *odorosum*, *duorum vel trium cubitorum*: *Folia* *grandia* *singularia*, *ferrata*, *in alas* *divisa*: *Flores* *albos*, *in Umbellis* *latis*: *Semina* *Laserpitii*, *acrimoniam* & *amaritudinem* *insignia*.

(T) *Lichen* nomen habet ex *Plinio*, quod in *Lichenis* seu *Impetiginis* remediis omnibus præferatur. *Vulgò* cum *Musco* confunditur: verum illud inter *Lichenem* & *Muscum* facit discrimen *Tournesfortius*, quod in *Lichene* *Fructus* *Seminibus* facti faciliè observentur; in *Musco* verò *Flores* *Fructusque* desiderantur. *Lichen* *Planta* est nunc *crustæ* *modo* *Arboribus* & *Saxis* *innascens*; nunc ex *Arborum* *ramis* *pendens*, qui *Pulmonaria arborea* & *Lichen arboreus* appellatur. Est & *pyxidatus* *multarum* *specierum*, *cinereus*, *rufescens*, *purpurascens*, *nigricans*, &c. ut apud *Autores*. *Lichenis* *pyxidati*, *majoris* *pulvis* *convenienti* *vehiculo* *epotus* *Tussim* *convulsivam* *Infantium* *sanat*.

(V) *Ligustrum* *Planta* *genus* est *Flore* *insundibuliformi*, cujus *pistillum* *abit* in *Baccam* *succiplenam*, *Seminibus* *factam*

CXC. LILIU M.

P R Æ P A R A T A.

K *Pisov*, Liliu. Germ. *Lilien*, *Gilgen*. Gall. *Lys*. Liliu genera diversa sunt, Album scilicet, Aureum, & Cruentum. Officinis tamen ulitatus est Album, quod insignitur Liliu, *Brunsf. Matth. Cast.* Liliu album, *Trag. Fuchf. Lon. Tab.* Liliu candidum, *Cord. in D. Lob. Dod.* Liliu album, vulgare, *Cam.* Liliu album, flore crebro, & vulgare, C. B. 1.

Gaudet solo pingui, sercorato & umbroso. Floret Junio.

OFFICINALI A NATIVA.

Flores, Radix, Stamina.

Vires. Flores moderatè calfaciunt, & humectant: partium sunt diversarum, & anodynæ: digerunt, maturant.

Radix abstergit & siccatur, digerit itidem, emollit, maturat. Uros internus rarus est, externus crebrior, isque Tumoribus maturandis & leniendis in Clavis Pedum, &c. sanandis, in Pudendis Parturientium molliendis, in Ambustis emendandis, &c.

Stamina exhibentur ad facilitandum Partum cum Aquâ Verbenæ, vel simili.

1. *Conserua.* Ex Floribus albis.
2. *Aqua.* Ex Florum Foliis recentibus, isque tum solis, tum concilis cum Radice.
- Vires.* Usus est crebri in Affectibus Pulmonum, Asthmate Tussi, & similibus. Extrinsecus in Facie dealbandâ (cum Camphorâ & Oleo Tartari).
3. *Oleum Lili Simplex.* Ex Florum Foliis in Oleo Olivarum veteri infusis. Vide D. dicitur Sasinum.
4. *Oleum Liliu Compositum.* Ex iisdem Floribus ac Aromatibus. Vide Disp.

CXCI. LILIUM CONVALLIUM.

Liliu convallium album, C. B. 2. Ephemero non lethale, *Fuchf.* Calalia, Liliu convallis vel sylvestris, *Brunsf.* Liliu convallium, *Trag. Matth. Dod. Cast. Tab. Ger. Clus. hist.* Liliu convallium, vel vernum Theophrasti, *Lob. Germ. Myenblumlein.* Gall. *Muguet.*

N. Est & Liliu convallium flore rubente, sed minùs ulitatum. Gaudet

CXC. LILIUM. Liliu est Planta satis cognita & ulitata, & quidem inter varias species ulitatum est Liliu album, quod Odore suavi se commendat.

Ex illo I. in usu sunt *Flores*, qui sunt temperatissimi in sua compositione materiali, & Mucilaginem aqueam temperatam in se habent; hincque vim egregie anodynâ, Dolorum sedativam, & consequenter simul digestivam & maturativam: unde ingredi solent *Clysmata Emollientia, Cataplasmata, & Emplastra Maturantia, Suppurantia, Dolorem fistentia & Emollientia.*

Sequitur II. *Radix*, quæ ulitatè usurpatur externè, ubi est Dolor sistendus, Tumor emolliendus, suppurandus & maturandus, cum sit ex primariis *Emollientibus, Maturantibus, & Suppurantibus*, unde est ordinariu Ingrediens *Cataplasmatum*. Unde nullum *Cataplasma* vel *Bubones* vel *Anginam* suppurans datur, cui non addatur *Radix Liliu alborum*; sicut & *Clysmata* inde fæces Alvi emollientia parantur, ubi opus est.

Denique III. *Antheræ* seu *Stamina* ejus flava sunt in Officinis ulitata, quæ pulverifata laudantur pro pellendo Fœtu, & accelerando Partu, si cum aliis propinentur in *Aquâ Verbenæ*, vel *Artemisie*. Ad Menses provocandos, & Abortum procurandum adhibentur; etiam ad rejiciendum Fœtum mortuum in usu sunt; de qua tamen efficacità valdè adhuc dubitatur.

Quoad *Præparata*, ex *Floribus Liliu alborum* destillatur *Aqua*, quæ est egregie cosmetica; dum adhibetur ad dealbandam Faciem, & detergendas ejusdem Maculas, sive fola, sive cum *Aquâ Spermatis Ranarum*, vel *Florum Fabarum* & similibus aliis mista, & in his dissolvitur aliquid *Olei Tartari per deliquium*, vel tantillum *Campboræ*: nam hæc duo valdè commendantur in Affectibus Cutaneis. Obiter hic noto: quod ubi sunt *Pustulæ*, ibi sit *Acidum*, ex vitio vel Digestionis, vel insensibilis Transpirationis, ut in *Varis*, Germ. *in denen Finnem*, in *Guttâ rosaceâ*, in *dem Kupffer-Handel*. In tali casu ergo conveniunt talia, quæ habent in se Alkali volatile, ut istæ *Aquæ & Campboræ*, propter vim penetrantem cum tota sit volatilis, detergit sordes collectas, quod etiam verum in *Oleo Tartari per deliquium*, & *Mercurio dulci*, qui omni Acido caret. In his consistit nervus omnium *Cosmeticorum*. Dicunt quidem, oriri ejusmodi *Maculas* ex vitio Hepatis & Bile; sed falsò: tantum est

Tom. IV.

vitium Partium subcutanearum, & propterea etiam saltim conveniunt quæ absorbent Acidum; unde Alcalia optime conveniunt in his vitiis. Hæc obiter.

Præter *Aquam* destillatam prostat *Oleum Simplex*, ex infusione *Foliorum* in *Oleo communi*, quod externè egregium anodynum & blandum emolliens, & laxans est. Etiam suppurat & maturat Abscessus, Inflammationes &c. unde in tardâ Suppuratione Tumorum, Bubonum, vel Anginæ, *Cataplasmatibus* additur pro aliquali consistentiâ. Idem *Oleum*, cum sit saporis quodammodò aromatici, convenit in Affectibus Renum & Vesicæ, ortis ex acrimoniâ Urinæ. Ita in Ischuriâ & difficultate Urinæ, pro laxandis viis, & dolore sedando inungitur regioni Pubis: in quali casu etiam miscetur cum *Unguento de Albeâ* & iisdem partibus illinitur. In Nephriticis Doloribus sedandis lumbis illinitur, cum *Oleo Scorpionum*; hoc enim Calculum pellit, illud laxat, & Dolores lenit. Quin & *Vulneribus* non aded magnis instillatum, ea citò, tutò & jucundè conglutinatur & consolidatur in quibuscunque partibus; item Partui difficili confert, qui ex præmaturo *Aquarum* effluxu oritur; hinc & ipsæ *Mulieres* aliquot diebus ante Partum circa Pubem & Genitalia idipsum illiniunt pro facilitando Partu. Usurpatur etiam in *Clysteribus*, tam *Album* emollientibus, quàm laxantibus Uterum ante Partum; sicut & *Obstetrices* solent inungere Manus *Oleo Amygdalarum dulcium*, & *Oleo Liliu alborum*, quas sic immittunt inunctas in Sinu muliebrem, ut ita emolliatur, leniatur, & lubricetur pro Partu faciliore. (X)

CXCI. LILIUM CONVALLIUM. Liliu convallium, Germ. *Myen Blumlein*, Planta est cognita ubivis & omnibus nota. Tres ejus dantur species; imprimis tamen ulitatum est *Commune*, seu *Flore albo*, ex *Polygonati minoris* genere.

Usitati sunt frequentissimè *Flores* externè; interdum etiam adhibetur *Radix*.

Flores concretum sunt singulare, Odoris suavissimi, quæ consistit in substantiâ salinâ admodum volatili & oleosâ, idest, substantiâ volatili mercuriali: quod genus Nervosum fortiter sine Sensuum alteratione afficit in ejusmodi Defectibus & Affectibus; hinc *Flores* inter *Analeptica spirituosâ suavia* referuntur. Curiosum est, quod suaves & o-

V 2

do-

fætam ut plurimum quaternis, hinc gibbis, inde planis. Ligustrum vulgare, Germanicum dictum, Frutex est elatior, crebris virgis lentis constans: Folia ad Salicis formam accedentia, bina ex adverso, atro-virentia. Flores racematim congesti in summis ramis, albi, suaviter olentes, in Baccas abeunt per maturitatem nigras. Ligustri Folia adstringentia, amara sunt, atque cœruleam papyrum parum rubefaciunt; Flores tamen & Fructus magis. Conjicere hinc est, atque ex chymicâ illorum Analysis, in Foliis hujus Plantæ contineri Sal aluminosum multo Sulfure involutum, sed in Floribus & Fructibus Sal hoc à Sulfure valdè esse extricatum. Id non prohibet, quin in universâ Plantâ aliquid urinosi contineri possit: etenim præter *Olei & Liqueurum acidorum* copiam, quæ distillatione elicitur, elicitur quoque ex eâ parum Spiritus urinosi. Hæc principia simul in Ligustro commista, illud valdè deterfivum reddunt. Hinc Gargarismata ex Plantæ Succo, vel Aquâ stillatitiâ parata, ad Faucium morbos aptissima sunt: exsiccant Ulcera, & mulcent Oculorum Inflammationes: valent ad Ambustâ, atque Hæmoptysin, aliasque Hæmorrhagias sistunt.

(X) Aded expressa & obvia est Liliu Floris forma, ut Tournefortius pro Plantarum Classe distinguendâ Florem liliaceam pro caractere selegit. Liliu ergò est Plantæ genus Flore hexapetalo, veluti campaniformi, cujus pistillum abie in Fructum trigonum in tria loculamenta divisum, Seminibusque fœtum marginatis, geminâ serie sibi incumbentibus. Addit Tournefortius Radicem bulbosam, ex pluribus squamis carnosissimis constantem. Ad hoc Liliu Genus facillè reducuntur Plantæ Hemerocallides & Martagona vocatæ. Officinale Liliu est Liliu album, vulgare dictum, à cujus, utpote notissima Plantæ, descriptione superfedemus. De illius viribus sat apud Schroederum & Etmullerum. Gulielmus Goderus Elisabethæ Reginæ Chirurgus, referente Gerardo, multos Hydropes laborantes sanavit Liliu Radicis Succo, cum farinâ Hordeaceâ misto, Pane scilicet ex istiusmodi Masâ confecto, Egro per mensem aut sex hebdomadas continuas exhibito: quo solo, & non alio Pane, per totum id tempus vesceretur. Hæc Raius.

Gaudet solo humido, nemoroso. Floret initio Maji.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Soli Flores, raro Radix.

Vires. Calfaciunt & siccant: Cephalici sunt. Usus præcipuus in Morbis Capitis frigidis, ut Apoplexiâ, Paralyfi, Vertigine, Epilepsiâ. Hinc & in Lipothymiâ. Insigne itidem Errhinum exhibent pulverisati.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua simplex.* Ex Floribus.
2. *Spiritus Vini liliatus.* Ex Floribus cum Vino, vel Malvatico destillatis.
3. *Spiritus Liliorum.* Ex Floribus fermentatis destillatis.
4. *Conserua.* Ex Floribus.
5. *Oleum.* Ex infusione Florum recentium in Oleo veteri.
6. *Pulvis Sternutatorius.* Ex Floribus pulverisatis.

doriferæ illarum particulæ nullâ arte destillando in *Oleum* redigi possint; sicut etiam *Flores Jasmini, Narcissi, Hyacinthi, Rosarum, Syringæ Italicæ,* &c. adeoque ex magno acervo vix ʒj. elicitur. *Sal* enim, quod habent, est magis *mercuriale*, quàm *sulphureum*; unde & *Pblegma* per destillationem parum odoris naturalis suaveolentis exhibet; ut fermentando *Spiritus* suggerant. Hinc propter volatilem & penetrantem spirituositatem singulare sunt *Analepticum*, & in Spirituum tam Vitalium quàm Animalium vigore restaurando & augendo multum valent, atque aded in Affectibus Capitis, Epilepsiâ, Apoplexiâ, Vertigine & Lipothymiâ primatum ducunt. Unde etiam omnes *Spiritus & Aquas Analepticas, Cephalicas, Epilepticas, Apoplecticas,* aliaque Medicamenta Cephalica ingrediuntur, harumque animam quasi constituunt.

Externæ Flores pulverisati inter *Errhina & Sternutatoria* blanda adhibentur, vixque datur *Pulvis Sternutatorius* medicatus, cujus non sit *Basis*, vel saltem principalissimum *Ingrediens*. *Formula* potest esse talis:

ʒ. *Flor. Lilior. convall.*

Majoranæ an. ʒj.

Olei destillat. Major. ʒʒ.

M. f. *Pulvis Sternutatorius.*

Quod si debeat esse fortior, possunt addi vel *Pulveris Heliebri albi* ʒj. vel potest addi *Pulveris Euphorbi* gr. j. ad gr. v. vel vj. qui valdoperè eliciunt ex *Naribus*. Quod si ambiatur Odoris gratia, potest addi *Pulvis Radicis Ireos Florentinæ*, vel aliquot grana *Ambra & Moschi*, sicque potest specificari pro lubitu.

Fit quoque *Errhinum blandum* è *Radice* hujus Plantæ pulverisatâ: vid. **FUCHSIUS** p. m. 240. *Radix* enim hæc, utut fortior sit *Floris*, satis temperatum *Remedium* pro basi *Errhinorum* habetur.

Quoad *Preparata*. *Flores destillati* dant *Aquam*, quæ ordinarium est *Vehiculum Medicamentorum Cephalicorum* in *Syncope, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Aphoniâ*.

Deinde prostat *Spiritus ex Floribus* hisce, destillatus per frequentem cohobationem, vel *Spiritus Vini*, vel *Vini genevosi* per fermentationem; vel denique per se *Flores Rore matutino* madidos destillando.

Si per cohobationem: Recipientur *Flores Liliorum convallium recentes tempore matutino collecti, & Rore adhuc ebrui*, qui mox *Spiritus Vini* immergi, destillentur blando igne in *Balneo Mariæ. Liqueor destillatus* rursus cohobatur, novis semper *Floribus superfundendo*, idque ter vel quater repetendo: sicque tandem habebitur *Spiritus* egregius, qui ad *Affectus Nephriticos, Capitis, & alios Nervinos, & imprimis ad Syncopen, Apoplexiam, Epilepsiam, & imprimis ad amissam loquelam* maxime conducit.

In secundo modo notandum, quod nisi terminus observetur, in *Acetum* degenerent.

Denique *R. Flores Liliorum convallium benè maturos, antequam Solis*, quando *Rore Majali* adhuc madent, collectos: Est enim in hoc *Rore* vis singularis, tam respectu *Florum, menstrua*, quàm respectu nostrorum *Spirituum, analeptica*.

(Y) *Haud credas Plantam, Liliium convallium appellatam, cum Lilio vulgari, ejusque spectibus ullam affinitatem habere; sed Liliium convallium Plantæ genus est Floris monopetalo, campaniformi brevi (quo differt à Polygonato cujus Flos tubulatus est), calycis experte & multifido, cujus pistillum abit in Fructum mollem, Seminibus densè congestis factum. Liliium convallium album, officinarum, è Radice tenui & reptante colicolum proferre palmarem, angulosum, è cujus medio ad summum Flores pulchri, in unam partem vergentes, nutantes, & parvæ molæ similes, in sex laciniâ dissecti, odore suavissimo, sapore amaricante, appenduntur: bis succedunt Bacca, ut in Asparagis: Folia demum bina aut terna, oblonga, Orchidis foliis similia. Hujus Plantæ Flores post diuturnam macerationem chymico magisterio multos præbent acidos Liqueores, multumque Salis volatilis concreti, & maximam Olei copiam: hinc credere licet, in iis contineri multum Salis ammoniaci, & Sulphuris, paucâ Terrâ moderatâ. Hinc Flores Liliorum convallium sunt valdè aperientes, atque ad Paralyfin, Vertiginem, Epilepsiam aptissimi.*

N. Sunt qui Succum instar Olei præparant. Floribus implent Vasculum, ocluduntque: hinc per mensem in Formicarum acervo sepeliunt, ut in Succum liquefiant. Anodynum hoc censetur inigne Antipodagricum, curativumque Serpiginis.

(7. *Extractum* etiam habetur.)

(8. *Sal volatile.*)

CXCII. LIMONIA MALA.

Λιμόνια μύλα, Germ. *Limonien.* Gall. *des Limons.* Pomantunt Mali Limoniæ, C. B. 1. Videatur *Malus Limonia, Murchiol. Dod. Lon. Cast. Tab. Limones, Cord. in D. Bellon. Lob. Clus. hist. Limon, Arbor ex Citri genere, Cord. hist. Malus Limonia acida, C. B. 1.*

Vires.

Hi protinus atque colliguntur, abscindendi sunt à suis pediculis, & immitantur in Cucurbitam, benè claudantur, & ita destillantur, qui ita destillatus *Spiritus* iterum novis *Floribus toridis* infundatur & destilletur. Hoc sæpius repeti debet, & habebitur *Aqua spiritusosa* perquam egregia.

Melior & elegantior est *Spiritus*, qui fit ex *Floribus Liliorum convallium fermentatis*: & à *Floribus recentibus*, Rore matutino adhuc madidis, crebrius cohobatur: & convenit in *Apoplexiâ, Epilepsiâ, Vertigine, Paralyfi, Lipothymiâ, & Syncope*: roborat Corpus, & *Spiritus* deficientes denud reficit.

Cum hoc *Spiritu Floribus Rore* matutino adhuc ebrui affuso, elicitur *Essentia Liliorum convallium* præstantissima, quæ pro scopo analeptico, restaurativo, &c. in dictis Affectibus utilis, & potentior est solo *Spiritu*.

Cum eodem *Spiritu* affuso *Ambra* fit *Essentia Ambra*, Corroborativum optimum, & nulli cedens in omnibus aut *Virium defectibus*, aut *subitaneis Capitis Affectibus Remedium*. Erit quoque egregium *Venerium*, quod specificè armabit impotentes Maritos ad bellum *Venerium*. Item hæc *Essentia Ambra* convenit in *Aphoniâ*, si ejus præprimis aliquot guttæ imponantur *Lingæ*: si ea *Bombace* applicetur *Auribus*, prodest in *Surditate, Tinnitu, & similibus Aurium Affectibus*: specifica est in corroborandâ *Memoriâ, & firmandis operationibus Sensuum internorum*: item resistit *Pavori nocturno*, quæ est species *Convulsionis*; & huic non minùs medetur, quàm *Incubo*.

Præterea *Sal volatile* ex iis per putrefactionem elegans, & penetrantissimum haberi potest: Vid. **WEDELIUS de Sale volat. Veget. pag. 259.** item **HOFFMANNUS in Clave pag. 497.**

Sunt qui etiam singularem vim anodynam substantiæ volatili *Lilii convallium* tribuunt; quod respexisse videtur **CNOFFELIUS in suo Spiritu sedativo**, tam simpliciter quàm composito; quod vid. in **M. A. N. C. Ann. 6. pag. 36**

Prostat inter *Preparata Acetum Liliorum convallium*, egregium in *Lipothymiâ, & Spirituum dissipatione, ex Sanguinis nimia effervescentiâ contractâ, sive applicetur Naribus, sive cum Sacculis Pulsibus*. In præservandâ *Peste*, imprimis, si sit *Pestis*, in qua læduntur operationes *Mentis, & facultates Capitis.* (T)

CXCII. LIMONIA MALA. *Limonium Malum* figura, sapore, & cæteris qualitatibus externis *Pomæ Citri* est simillimum, quorum etiam virtutes æmulantur, ut dicit **AUTOR**; sicut etiam ipsa *Malus* ferè similis *Citro* est.

Nihilominùs in usu medico adhuc quandam habet præminentiam. *Succus* enim *Limonum* recentè expressus ad *Calculum expellendum* commendari solet, quod in Secretis fuisse dicitur **D. TIMÆO**, qui Recepit *Succum Limonorum receptem* ad ʒij. cum *Vini Hispanici* seu *Malvatici* ʒvj. Quibus pro dosi mittis *Sabulum, & quicquid ad Calculum facit, expulsi*.

Uterius in *Ischuriâ, Gonorrhœâ* quacunque, & nimio æstu

Vires. Citri Mali virtutes æmulantur, nisi quod ut magis acidiuscula sunt, ita & magis refrigerantia ac siccantia. Usus præcipuus in Febribus, aliisque Morbis calidis, in Calculo, & similibus.

P R Æ P A R A T A.

1. *Succus expressus.*
 2. *Syrupus.* De Succo expresso, & Sacchari dimidio. Vide Disp.
 3. *Aqua.* Ex Floribus, quæ raro extant.
- N. Sunt qui Cortices cum Succo, clauso vase, macerant, & postea destillant.

CXCIII. LINARIA.

Linarie genera plurima occurrunt, ex his solummodò inservit Officinis Linaria vulgaris, lutea, flore majore, C.

æstu Venereo, *Succus Limonum* adhibetur, quo **AMATUS LUSITANUS** omnes Gonorrhœa laborantes restituit; vid. C. 6. Cur. 71. ubi tractat de *Ischuria* ex obstructione Meatûs urinarii à crassis, lentis, & viscidis Humoribus, si adhibeatur à ℥ij. vel ℥j. Unde apud Italos quosdam solet commendari hæc *Pot iuncula*, quam habet **SYLVATICUS** C. 4. *Observ.* 1. *Conflitorum*, ceu præstantissimum Remedium ad compescendam Gonorrhœam.

℥. *Aque Rosar.* ℥ij.

Succi Limon. ℥j.

Album. Ovi crudi No. j. M.

Propinavit quartâ qualibet die.

Videmus etiam compositionem aliam à **FABRO** Cur. 28. qui itidem commendat hunc *Succum*, ceu expertum. Quod si tali *Potioni* addatur aut *Antimonium diaphoreticum*, aut *Succinum album*, aut *Os Sepiæ præparatum* (quæ omnia sunt Specifica), erit eò magis præsentaneum Remedium.

Dixi quod conveniat hujusmodi *Succus* in *Ischuria*, imprimis ex Succis crassis, obstructibus Meatûs urinarios, ad ℥ij. vel iv. in *Aquâ dilutus*. Unde **RIVERIUS** in *Obs.* 42. à **FORMIO** *communicatâ*, commendat hanc *Misuram*, ceu specificam:

℥. Succi Limon. ℥ij.

Spirit. Terebinth. ℥ij.

Vini albi ℥iv.

M. & hauriatur.

Alii exhibent in Febribus Ardentibus.

Syrupi elegantem compositionem habet **FABER** l. 6. *Myrobectii Spagyrici*, ubi etiam ejusdem effectus copiosius declarat.

Denique ex *Muriâ Limonum* quidam *Sal volatile* parare volunt, abstrahendo *Muriam* ad siccitatem usque, & in phialâ altâ blando igne sublimando; sicque dicunt *Sal volatile* adhærere Alembico superimposito, quod in cellâ *Aquâ Florum Fabarum* dissolutum pro singulari habent *Cosmetico*. Fides esto penes *Experientiam*. Interim puto, non esse *Sal volatile*, sed potius *Ammoniacale*, quod cuique rem intelligenti videbitur verum. (Z)

(Z) *Limon Plantæ Genus* est adèd Aurantio & Citreo simile, ut nonnisi propriâ quâdam facie dignosci possit. Innumera sunt Fructuum ex his Arboribus productorum species. In usum medicum venit *Succus* ex acido præsertim *Malo Limonio* expressus, quem *Saccharo edulcoratum*, & *Aquâ compositâ* miorrem redditum, si *Nive sale* conspersâ, notissimo artificio, in mollem teneramque glaciem reducat, ad sitim extinguendam, gulæque delectamentum, nulli refrigeranti in maximis æstibus *Potioni* palmam non præcipere facile fatebimur.

(A) *Linaria à Lini foliorum similitudine* sic dicta, *Plantæ Genus* est *Flore monopetalo, anomalo, personato, bilabiato*, atque in caudam desinente, cujus pistillum abit in testam subrotundam, septo intermedio in duo loculamenta divisam, *Seminibus facta placentæ affixis*. *Officinalis* Schrœdero, *Ettmullero*, & omnibus *Transalpinis* est *Linaria vulgaris*, lutea, flore majore C. B. (nostris *Officinis familiarissima* est *Linaria cœrulea*, repens C. B.) *Hujus Plantæ Folia tantam ex J. Bauhino cum Tithymalo cyparissâ similitudinem habent*, ut si lacte surgerent, quod proprium *Tithymalo* est, vix ab illâ distingui possent: sed *Flores à Tithymali Floribus omninò discrepantes*, & rostro ad *Delphinii*, vix ad *Antirrhini Flores* accedentes, ab errore facile prohibent. Nonnulli *Linariam Esulæ similem faciunt: nisi quòd*

Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit.

Linaria inquam lutea salsum præferre saporem, perscricta Sambucum olet. Folia haud cœruleam papyrum rubefaciunt, Flores autem satis. Hinc credendum, in illius Foliis contineri Sal acre, ad Sal Terræ naturale va idè accedens, sed cum maximâ copiâ Olei fœtidi commissum. Flores malè quoque olent, sed Sal ammoniacale in ipsis magis est evoluitum; hinc cœruleam papyrum rubefaciunt. Planta hæc extrinsecus adhibita valdè est pægorica, & resolutiva: quæ sunt peculiiores affectiones Olei fœtidi Tartari, Viperarum, Cornu Cervi, & similitum. Notat obiter Tournesfortius, se nullum opportunius ad Cancrî dolores sedandos invenisse remedium, quàm illum fovere Butyro recentis, cui Oleum quoddamque resorâ elicitum additum fuerit. Linaria igitur sanguinem, vel liquores quoscumque in poris partium extravasatos resolvit, atque fibras nimium tensas, adeoque Dolorem facientes, relaxat. Celeberrimum est Unguentum de Linariâ, ad cæcarum Hæmorrhoidum dolorem sedandum, cujus hæc est accuratior præparatio. Linariæ Folia bulliant in Oleo, in quo Scarabæi, vel Aselli infusi sint: trajiciatur. Oleum per linteum, etque adde Ovi Albumen ad visilem cocti, etque Ceram ad Unguenti consistentiam.

B. 1. *Osyris. Matth. Cor. in D. Lob. Cast. major* Tabinaria (& Pseudolinum,) *Brunsfels. Ger. 1. Dod. Lon. Linaria vulgaris, Trag. Com. Germ. Leinkraut, wilder Flachs, Harff-braut, Harnkraut. Gall. Linaire, Lin sauvage.*

Crescit locis incultis & cultis juxta sepes. Floret Junio, Julio ac Augusto.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia.

Vires. Calfacit & siccit: est diuretica, amari saporis. Usus præcipuus in Ictero & obstructo Epate. In Urinæ difficultate, in Hydrope. Extrinsecus imponitur Abdomini in Stranguriâ; Ano, in Hæmorrhoidum dolore.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ Plantâ in fine Maji collectâ.
2. *Unguentum* pro sopiendo Hæmorrhoidum dolore.

LINGUA GERVINA. Vide SCOLOPENDRIA.

CXCIV. LI-

CXCIII. **L**INARIA. *Linariæ dicuntur illæ, quæ habent plura Folia instar Lini angusta, non tamen lactescunt; aliàs enim ad Esulas pertinerent. In Officinis usurpatur Linaria lutea, flore majore. Vocatur etiam Osyris non rarò apud Præcticos, quod observetur; Germanis Harnkraut, Leinkraut, & wilder Flachs.*

Interno usui hæcenus non, aut rarò, fuit applicata. Interim laudatur 1. contra Icterus flavum, quocumque modo adhibita; 2. ad Diuresin provocandam: Decoctum enim ejus Vino dilutum egregiè Urinam pellit: vid. SENNER-TUS Pr. l. 3. cap. de Ascite.

Conspirat aliàs hæc Planta cum *Verbasci Floribus*, quod externè specialissimè in Hæmorrhoidibus cæcis tumetibus ac dolentibus, quomodocumque adhibita, admodum proficua observetur; nimirum, si *Linaria*, vel *Flores* ejus, vel soli, vel cum *Chamomilla* in *Lacte* coquantur, locoque *Forsis* applicentur: vel Plantas has recentes contundunt, & applicant: si fuerint siccæ, *Sacculo* includunt, & in *Lacte* coquant. Omnes certè Præctici valdoperè commendant hanc *Linariam* in Hæmorrhoidibus cæcis, Affectu molesto propter Dolorem, & periculoso propter Gangrænam & Inflammationem; sicut & propriâ *Experientiâ* illustrat dicta **HOEFERUS** in *Herc. Medic. pag. 195.*

Multum aliàs tribuitur *Unguento* vel *Lintimento de Linariâ* in Hæmorrhoidibus dolentibus curandis, si scilicet è *Linariâ recentis*, vel ejusdem *Floribus recentibus*, cum *Pinguetina porcinâ*, seu quod melius, cum *Butyro non salto*, in Mortario plumbeo vel marmoreo contusis, & cum paucâ *Campborâ* probè animatis, fiat *Cataplasma* aut *Unguentum*: Vid. **HORSTIUS** *Obs. l. 4. Obs. 50.* **RIVERIUS**, & **HARTMANNUS** in *Praxi Chymiatricâ* c. 160. qui recepit *Herbæ Linariæ* M. j. contrivit, & cum *Sevo birçivo* miscuit, addendo *Vitellum Ovi*, applicat. His si addatur *Oleum Scarabæorum* vel *Asellorum*, erit eò melius; cum *Oleum Scarabæorum* per se à **SOLENANDRO**, & *Oleum Asellorum* per se à **BORELLO** insigniter soleant commendari. Usitatissimum quoque est in tali Affectu *Unguentum de Linariâ compositum*, de quo **ZWELFERUS** *Pharm. Reg. pag. 279.* Aliàs ferè nullius est usus. (A)

Ra-

CXCIV. LINUM.

Linum. Germ. *Flachs*. (Sativum. Hoc usuale. Gall. *du Lin*. (Sylvestre. Dicitur Linum, *Brunsf. Matth. Fuchf. Tab. Cord. in D. Lon. Caff.* Linum sativum, *Trag. Dod.* Linum vulgare, cœruleum, *Lob.* Linum sativum, C. B. 1.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen.

Vires. Calfacit 1. in reliquis temperatum est, digerit, emolliat, maturat. Usus præcipuus in Tussi, Pleuresi, Phthisi. Extrinsecus maturat Tumores, lenit Dolores, Fœtum expellit.

P R Æ P A R A T A.

1. *Mucilago.* Fit coctione vel infusione Seminis in Aquâ.
2. *Farina.*

3. *Oleum expressum.*

Easdem vires retinet, quas Semen. Prodest etiam ad Pleurigia Oculorum (infiltratum): imprimis cum successu exhibetur Pleuriticis, atque Dolore Colico vexatis, in quibus & intrinsecus prodest, ut & in Liene duro.

Dosis ad ℥ij.

(Acidum hujus Olei Aquâ vel Spiritu Vini aufertur.)

N. 1. *Stupa & Tela* interviunt non raro aliorum Medicamentorum susceptioni & applicationi. V. gr. *Tela recens Anodynis Nephriticis* suscipiendis familiaris est.

N. 2. Hoc *Oleum dictum è Chartis combustis*, videlicet *Charta accenditur*, imponiturque Laminæ stannæ, ut comburatur. Sic adhærescit Stanno Liquor crassus colligendus.

Vires. Anodynum est consolidativum. Hinc utile in O-dontalgia, Lichenibus, &c.

CXCIV. LO-

Ratione ordinis Alphabetici pertinet huc

LINARIA AUREA.

Seu *Linaria capite aureo folioso*. Sed malè ita dicitur: ut ut enim Folia ejus cum Foliis Linariæ aliquo modo conspirent, Characterem tamen Linariarum essentiali carent. Omnes enim *Linariæ Florem* habent *cucullatum*, non *pappescens*, hæc verò *Florem pappescens*. Idcirco potius ad *Asteris species*, vel *Virgas aureas* pertinet, ut reverà *Virga aurea minor*, *angustifolia* dici mereatur. (B)

Habetur etiam

LINARIA seu OSYRIS PANNONICA

Flore cœruleo, quæ in hortis tantum colitur. (C)

Nec prætereunda est

LINARIA SCOPARIA,

ita dicta, quod instar Scoparum crescat. TABERNÆMONTANUS eam vocat *Herbam Studiosorum*, ut ut BAUHINUS rationem hujus Etymi nesciat. Existimat verò, eam exinde ita vocari, quòd Studiosi, solum paternum relinquentes, & ad exterarum Academiarum abeuntes, ex muta à Dietâ Scabiosi plerumque facti, hæc *Linariâ* (quippe quæ detergit) curentur.

Aliàs Officinis est incognita, & tantum in hortis colitur. (D)

CXCIV. **L**INUM. *Linum flore cœruleo* subministrat in Officinis *Semen*, ex quo fiunt quædam Remedia.

Et quidem *Lini Semen* mucilaginosum est, cujus ratione convenit in usu cum *Semine Fœnugraci*. Per se est *emolli-tivum & maturativum*; unde sæpius etiam unâ cum *Semine Fœnugraci* in *Cataplasmatibus* resolventibus, emollientibus & matarantibus misceri solet & applicari, præcipue verò *Farina* ejus; quod intelligendum etiam venit de *Mucilagine*, methodo consuetâ ex *Semine* extractâ.

Præ cæteris usitatum est *Oleum ex Semine expressum*, quod inquam, plurimis convenit Affectibus, internè quidem temperat, relaxat, expectorat, & primariò quidem ceu singulare *Specificum* mirè commendatur contra *Pleuritidem*, si scilicet ad aliquot uncias vel solum, vel cum *Oleo Amygdalarum dulcium* propinetur. Fit enim, ut hoc modo & competeatur Inflammatio Pleuræ, & promoveatur Sputum. Miscet simul *Pulverem Dentis Apri* præparatum, quod *Specificum* est contra *Pleuritidem*, non sine successu. v. g.

℥. Olei Lini ℥iv.

Dentis Apri sine igne ℥j.

Sacchari parum. M.

Hoc hauriunt Ægri, & inde miram solutionem in Pleurite, partim per Alvum, partim per Sputum sentiunt, attestantibus omnibus.

Cæterum necessum est, ut hoc *Oleum Lini*, quantum possibile, pro usu interno sit recens, quod non inelegantis saporis est, & palatum suaviter afficit. Aliàs quidem si est inveteratum, nauseam concitat, & palato ingratum est propter rancorem; quo in casu huic *Oleum Amygdalarum dul-*

cium præferri debet. GESNERUS tamen illud in suis *Observationibus & Epist.* maximè laudat, eoque sæpissime se usum esse asserit; sicut & pro *Oleo Lini* loquentem videmus GABELCHOVERUM *Cent. 4. Curat. 68.* in Pleurite; & BARTHOLETUS *de Respiratione l. 5. cap. 12.* in Pleurite, & Peripneumoniâ, magis periculoso Affectu, hoc *Oleum* commendat: *Oleum verò Amygdalarum dulcium* commendat THONERUS in *Praxi p. 128. Obs.* uti etiam PLATERUS *l. 2. Observationum p. m. 493.* Videri quoque potest SENNERTUS in *scriptis*. Aliàs in Affectibus Pectoris, in Phthisi, Tussi, & similibus, tanquam Remedium, quod vix habeat par, *Oleum Lini* commendatur. Sumitur autem recens expressum ad ℥ij. vel ℥iij. cum vehiculo *Syrupi Scabiosæ*, vel *Aquæ Cardui Mariæ*: laxat, promovet Sputum, & Dolorem valdoperè mitigat. Singulares ejus vires, & effectus, quos usu interno exerit, videbitis in ZWELFERI *Animadversionibus pag. 328.* item M. A. N. C. *Ann. 2. pag. 398.*

Si recens haberi nequeat, istud ad Solem depurandum, & ita reservandum est: Nempe

℥. Olei Lini,

Aquæ tepidæ ana.

Concutiantur benè invicem, & quantum possibile, invicem commisceantur: postea ponantur in Sole, relinquendo, & semper quod in fundo est, separando, hocque toties, donec *Oleum Lini* purificetur. Conf. M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. pag. 306.*

Aliàs singulariter commendatur internè in contumacissimis Alvi Obstructionibus, adeoque etiam contra Volvulum seu Passionem Iliacam imminens, in quibus non semel salutarem præstitit effectum: externè in formâ *Clysteris*, vel solum ad ℥viii. vel cum *Oleo Raparum* expresso ana ℥iv. infusum confert, imprimis in Obstructionibus Alvi à Dolore Nephritico ortis. Secretum in dictis Affectibus *Clystma* hoc fuit D. MICHAELIS, quod illum nunquam reliquit, semper felicem effectum produxit.

Sic refert RULANDUS in *thesauro pag. 234.* de Rustico, cujus Alvus ob Scybala constipata fuit, adeò, ut Abdomen planè durum evaserit, curato per *Clysterem ex Oleo Lini* ad ℥v. injectum. Usus est *Oleo Lini* nunc solo, nunc misto cum *Trociscorum Albandal ℥j.* & hoc ipso non unâ vice desperatam Alvi Obstructionem curavit. Omnibus tamen præferendum *Oleum Lini*. Tale *Clystma* pariter in Colicâ applicari potest: Vel

℥. Olei Sem. Rapar.

Lini an. ℥v.

Diacolocynth. Querc. ℥vj.

M. pro *Clysmate*, infundendo tepidè.

Oleum hoc Lini per se ex retortâ in arenâ igne cautè distillatum dat *Oleum* omnium subtilissimum, & penetrantissimum; unde dubito, an pro usu Medico adeò necessaria sit præparatio ejus, quam docet BECKIUS in *Med. & Experiment. circa Rerum Natural. Princip. pag. 57.* quia vereor, ne acre nimis futurum sit. (E)

CXCIV. LO-

(B) *Nec ad Asterem, nec ad Virgam auream, ut ait Ettmullerus, reducit Tournesfortius Linariam capite aureo folioso, de qua hic, seu Linariam folioso capitulo luteo, majorem C. B. Est potius juxta ipsum Conyza Linariæ folio.*

(C) *Linaria hæc Pannonica Ettmulleri erit fortassis Linaria flore pallido, rictu aureo C. B. quæ est Pannonica J. Bauhino & Clusio, sed illam vult Ettmullerus flore cœruleo.*

(D) *Linaria Scoparia C. B. est Tournesfortio Chenopodium Lini folio villosa. Planta est nobis familiarissima, quæ æstivo tempore in hortis, fenestris, & porticis, inter Fontium artificialium scaturigines, in scissilibus vasis colitur, foliorum ameno virore visui grata, unde Belvedere vulgò dicta. Scoparia quoque appellatur, quòd ex integrâ Plantâ jam arefactâ ob ramularum multitudinem Scopæ aptæ componantur.*

(E) *Linum Plantæ genus est Flore caryophyllæ (b. e. ad Caryophylli floris structuram accedente), cujus pi-*

CXCIV. LOTUS.

Lotus hortensis, *Tab. hortorum odora, Lob. sylvestris, Matth. Cast. sativa, Cord. in D. & bist. Cam. Trifolium Dufcor. Trag. Trifolium odoratum, Fuchf. Lon. Trifolium odoratum alterum, seu Lotus sativa, Dod. Germanicè Siebengezeit. Gall. Trefle odorant, (quod septies in die odorem mutare dicitur.)*

Seritur in pratis. Floret Junio, Julio, Augusto ejusdem anni, quo fata est.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus, & Semen, sed rarè.

Viros. Calfacit temperatè, siccatur, digeritur, abstergit: Alexipharmaca, Anodyna, Diuretica ac Vulneraria est. Ullus præcipuus in Pleuresi, Dysuriâ, Epilepsiâ uterinâ, Hydrope incipiente, &c.

Extrinsicus in Vulneribus ab Inflammatione defendendis & consolidandis, eorum Veneno corrigendo (Fotu), Hæmorrhoidibus leniendis (Balneo vel Fotu), in Oculorum Nubeulis (Succo instillatus.)

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Herbâ cum Floribus.

2. *Oleum infusum.* Fit ex Foliis & Floribus in Oleo communi maceratis.

Viros. Ad Vulnura glutinanda, Herniasque Puerorum sanandas, Tumoresque molliendos & maturandos plurimum commendatur.

N. *Herbam aridam interponunt Vestimentis, ne à Tineis rodantur.*

CXCVI. LUPULUS.

Bpuor, Lupulus salictarius. German. *Hopfen.* Gall. *du Hoplon.*

Est Domesticus. *Hic præfertur.*
Sylvestris.

Dicitur Lupulus, *Brunsf. Matth. Dod. Clas. bist. Tab. Lupulus sativus, Trag. Lon. Cast. (mas,) Cam. in Matth. Lupulus salictarius, Fuchf. Lob. Lupulus mas, C. B. 1.*

Floret Augusto: Solo gaudet pingui.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores & Juli Martio mense prorumpentes.

Viros. Flores calfaciunt & siccant 2. amari saporis anodynici sunt, discutunt. Usus præcipui in obstruptione Lienis ac Epatis, & inde in Ictero, in hypochondriaci Affectibus, &c. Ciet Menses & Urinam. Extrinsicus sedat Dolores, auxiliatur Contusionibus, Luxationibus, Tumoribus.

Juli (Turiones, scilicet prima Germina, Asparagi) mundificant sanguinem, adeoque à Scabie præservant (in Acetariis assumpti).

N. Nihilus ejus usus gravat Caput.

PRÆPARATA.

1. *Aqua.* E Floribus.

2. *Syrupus de Lupulo.* Ex Succo Turionum ante enata Folia expresso ꝑ. succ. Fumar. ꝑ. ij. cum Saccharo.

MACIS

CXCIV. LOTUS. *Loti cum variâ sint species, usitata tamen in Officinis est Lotus hortensis odorata, seu Trifolium odoratum alterum Dodonæi.*

Usus Medicum hæctenus habuit nullum, nisi quod ornamentum causâ in hortis colatur, Germanis dicitur *das Sieben-Zeit*, quod septies de die odorem mutare dicitur.

Internè accensetur quodammodò Alexipharmaci, & ingreditur Potiones Vulnerarias, in Affectibus, ubi est Sanguis congruatus.

Externè usurpatur in Unguentis & Emplastris Vulnerariis. Sed ejus loco Meliloto utimur, cum quo, si suspicari fas est, ejusdem usus esse videtur.

1. *Aqua destillata* est inter *Aquas Ophthalmicas*, quarum claritati non parùm conducit.

2. *Oleum ejus infusum* est *vulnerarium*, quod extrinsicus in Contusis & Ruptis solet adhiberi utiliter. (F)

CXCVI. LUPULUS. *Lupulus, Germ. Hoppe, Planta non est ignota propter ejus Decozum cum Hordeo, quod Cerevisia dicitur: Anima enim est Cerevisiarum, quas ratione Pinguedinis suæ seu Olei amaricantis ab accessu præservat.*

In Officinis subministrat Flores, quibus in Italiâ utuntur, & tempore verno prorumpentes Julos.

Flores recentes Pinguedinem vel Resinam aromaticam in se continent, à qua primario ejus Amarities, suavique admodum Odore & Sapore subamaro & glutinante præditi, adeoque monstrant imprægnatos esse Sale volatili oleoso, & convenire cumprimis cum virtutibus Absinthii, utut in gradu remissiori. Condit hæc ipsa amarities Cerevisias, ne tam promptè acescant; unde etiâ Lupulus in chronicis Mor-

bis ad Aciditates vitiosas primarum viarum corrigendas, à Veteribus præsertim, crebrius adhibitus fuit. Et hinc ab Italis ad incidendam Mucilaginem crassam & viscidam in Febribus chronicis Intermittentibus adhibentur; item in Tumoribus Splenis valde commendantur. Urinas movent moderatè, abstergunt Renes, ne Sabulum sensimque coarctetur, & concreseat in Calculum. Macerati vel decocti in Sero Lactis caprilli commendantur ad purificationem Sanguinis, & procurandam Fermentationem, quæ separat particulas heterogeneas non miscibiles cum Sanguine; unde conveniunt in Affectibus Cutaneis, ut Scabie, Serpigne, &c. In Malo Hypochondriaco, Scorbuto, Melancholiâ Hypochondriacâ, aliisque Morbis Melancholicis & Splenicis, Ictero, Cachexiis, similibusque Morbis chronicis commendantur. Ratione enim Salis volatilis acris corrigunt Acidum vitiosum, à quo ferè omnes Morbi chronici oriuntur. Cum verò à nobis tantumnon quotidie Potu ordinario assumantur, factum est, ut eorum usus Medicus ferè evilerit. Notabile interim, *Lupulum* suggerere multum *Tartari lutosi*, teste SALA in *Tartarologia* p. 140. & tamen nec *Cerevisia*, nec hujus *Acetum*, *Tartari* quicquam suggerunt.

Julos quod attinet, illos semper recentes comedere debent sub formâ *Acetariorum*, qui à Scabie securi esse volunt. Fermentatione enim blandâ depurgant Massam Sanguineam, & hinc Alvim paulò leniùs cient; unde præservativum sunt à subsequenter Morbis.

In quibusdam de cætero Officinis prostat *Syrupus Lupuli*, qui usurpatur, ubi opus est depuratione Massæ Sanguineæ. v. g. in Morbis chronicis. Interim *Succus Turionum Lupuli*, & *Fumaris* huic scopo satisfecerunt egregiè. (G)

LU-

Billum abis in fructum ex plurimis capsulis compositum, Semine factis plano, ferè ovato. Lini quamplurimas recensent Species Botanici. Lini sativum, quod Officinale, aded vulgaris planta est, ut descriptione non sit opus. De illius Seminum usu Medico satis superque Schræderus, & Etmullerus hic. De Lini usu ad Navium Vela eloquenter satis, & magnificè loquitur Plinius in proœmio libri 19. sed Plinians encomiis non ineleantia addit J. Bauhinus.

(F) Lotus propriè est *Planta* genus *Flore papilionaceæ*, cujus pistillum abis in *Siliquam* veluti in *loculamenta divisam*, ac *Seminibus subrotundis factam*. His notis addit *Tournefortius* *Plantæ Folia terna quidem, sed ad pediculi exortum duabus alis seu foliolis stipata. Quæ quum non conveniant Loto hortensi, odoræ C. B. seu Trifolio odorato Dodonæi, de quo hic; meritò Planta hæc à Tournefortio inter Melilotos potiùs connumeratur, vocaturque Melilotus major, odorata, violacea Moris. Ea ex J. Bauhino Planta est cubitalis & sesquicubitalis, Caule recto gracili, striato, multis alis concavo: Folia Meliloti vulgaris: Flores glomerati, pallidè cærulei, pertinaci odoris suavitate notabiles, in echinata capsula (conglobatas Siliquas) Semine miliaceo referta, abeunt.*

(G) Lupulus *Planta* genus est *Flore stamineæ*, sed sterili, Embryones verò in his speciebus innascuntur, quæ *Flore* carent, abeuntque in *Fructum squamosum*, ex plurimis foliis compositum, in quorum alis *Semina calyptrâ obvoluta. Infirma Planta, quæ tortilibus sarmentis proxima arripit adminicula: Folia aspera, bina, Mori folia (fortè Vitis) imitata, trifariam divisa mucrones ostentant: Flores racemosi, cannabacei, in Lupulo sceminâ dicto; Fructus squamosi Semina rufa continentes in Lupulo mare. Lupulus ex Tournefortio amarus est, deservit, nec cæruleam papyram vubro inficit colore. Chymicâ Lupuli Analysi parum Acidit elicitur, satis Olei & Salis volatilis concretæ: hinc colligitur, in eo contineri *Sal ammoniacale, Sulfure & Terrâ mistum*. Clusius refert, *Salmantica* ex usu esse, ut *Lupuli Radices* ad ꝑ. macerentur per noctem in *Aqua* ꝑ. viij. mane coquantur ad tertiæ partis consumptionem: Decozum dosi ꝑ. viij. eorum mane jejuno stomacho sudorem promovet, Egro in lecto jacente ac stragulis concepto: addunt quandoque *Radices Petroselinæ, vel Graminis, atque Passularum medicam quantitatem.**

LUTEOLA.

Luteola Salicis folio, in specie Catanance, communiter Reseda Plinii, sed malè dicta, Germ. *Sreich-kraut*, ad Eucas potius accedit.

Usum Medicum non habet, præter Mechanicum. Tinctorum enim illà utuntur, qua mediante Lintea bombycina alba flavo tingunt colore. In hortis tantùm colitur. (H)

LYCHNIS.

Lychnis vocatur ob Flores lucidos & luculentos, i.e. elegantes. Variæ hujus sunt Differentiæ:

- | | |
|--|------------|
| 1. <i>Lychnis Coronaria</i> , Flore rubro. |) Simpli. |
| | |
| | albo. |
| | variegato. |

Germanis vocatur *Morgen*, oder *Sammlet-roslein*.

Porro præsto est

2. *Lychnis Chalcædonica*, Flore miniatò pleno, & simpli, aliàs *Flos Constantinopolitanus* dicta. Coluntur hæc *Lychnides* elegantiarum tantùm gratià in hortis.

In Officinis autem nullius, aut parvi sunt usus.

3. *Lychnis arvensis*: Vide *Nigellastrum*.

- | | |
|---|---------------|
| 4. <i>Lychnis Marina Anglica repens</i> , Flore |) purpureo. |
| |) albo pleno. |

seu, uti in specie dicitur, *Ocimastrum* Flore pleno.

Officinis sunt incognita.

5. *Lychnis Viscosa latifolia, lævis*, Flore rubro, & albo; quibusdam etiam *Muscipula alba & rubra* dicuntur, quòd Glutine circa genicula *Muscas* inviscet. TABERNÆMONTANO *Viscago: Centaureum minus, viscosum, purpureum* quibusdam, sed malè, vocatur.

Datur præterea in Horto Medico nostro

6. *Lychnis Viscosa angustifolia, Flore rubro pleno*.

Ufus harum in Officinis est nullus. Curiofitatis gratià, non verò ob usum Medicum, coluntur in hortis. (I)

LYSIMACHIA.

Lysimachia dicitur à REGE LYSIMACHO, AGATHOCLIS Filio, à quo primùm inventa & exculcata fuit. Dicitur etiam *Salicaria*, quòd *Folia* ejus *Salicis Foliis* confimilia sint, Germ. *Vveiderich*.

Plures in Horto Medico coluntur Differentiæ.

1. *Lysimachia spicata, purpurea, Dodonæi*, quæ vulgatiore est, & magis usualis.

2. *Lysimachia lutea, latifolia*.

3. *Lysimachia corniculata*, quæ malè *Alpini* *Hysocyamus Virginianus* dicta est.

4. *Lysimachia Chamænerion Gesneri* [majus minus.]

5. *Lysimachia siliquosa, hirsuta, Flore parvo*, quæ quibusdam etiam *Filius ante Patrem* dicitur, ex eo quòd *Siliquæ* quasi ante Flores extent, ut *Filius ante Patrem*.

Præ cæteris prima tantùm *Lysimachia*, nempe *spicata purpurea*, est usualis, & quidem ut suà *vulnerarià adstringente*, ac Fluxus cruentos sistente. Unde quidam *Decosum* ejus imprimis contra *Dysenteriam & Hæmorrhoidum nimium fluxum*, & huic cognatum *Hepaticum fluorem*, commendant. Nec impossibile est, quin huic scopo vi suà *adstrictorià* satisfacere queat.

Externè Planta contusa ad *Vulnera & Ulcera* est utilisissima.

Sunt, qui *Conservamè* Floribus, item *Oleum* parant.

Succus expressus Unguenta & Emplastra Vulnerarià ingredi solet. (K)

CXCVII. MA-

(H) *Luteola* à luteo colore, quem pannis conciliat. Nil commune habet cum *Catanance* (quæ *Planta* est *Flore semiflosculofo*): neque cum *Reseda* Plinii, quibuscum illam confundit hîc *Ettmullerus*. *Quamvis* enim *Reseda & Luteola* ambo sint *Plantæ* *Flore polypetalo, anomalo*; attamen in *Reseda* pistillum abî in capsulam membranaceam, plerumque *trigonam* aut *tetragonam, oblongam, & veluti cylindræam*, *Seminibus* *foetam subrotundis*; in *Luteolâ* verò *pistillum* abî in *Fructum* penè *globosum, concavum* (quidquid dicit *Raius*, qui in tria loculamenta divisum facit), *tricuspidem, Seminibus* *foetam subrotundis*. Secus vias & in rudibus nascitur *Luteola* herba, *Salicis folio* C. B. (*Lutum* *Virgilio* *Ecl.* 4. & *Lutea* *Plinio*), *radice lignosâ, albâ, sapore acri*: *Caulis* *complures cubitales*: *Folia* prius *bumi* in orbem *fusa, postea crebra & nullo ordine Caulibus* *adnascuntur, atrovirentia*: *Florum* *luteis apiculis præditorum thyrxi longi*. *Universa* *Planta* in usum cedit tinctorum; proinde, velut reliquæ *Plantæ sativæ, in agris* colitur.

(I) *Lychnis* à λυχνος luminare, quòd ejus Flores lumen veluti emittere videantur. *Plantæ Genus* est *Caryophyllo* valdè affine: ab eo tamen differt *Calyce simplici, ad exortum non squamato, Semine veniformi, vel angulato, sum & Coronâ, quæ medium Florem occupare solet*: *Caryophyllus enim Calyce* veluti *gemino donatur, & Semine foliaceo, sed Coronâ caret*. Innumerae sunt apud *Botanicos* *Lychnidis* species: *Ettmullerus* hîc ad sex reducit differentias.

Prima est *Lychnis coronaria*: hanc *Dioscoridis* *fativam* vocat C. Bauhinus: ejusque plures sunt species, quàm quæ ab *Ettmullero* hîc recensentur, *Floris colore, & simplicitate vel compositione distinctæ*.

Secunda est *Lychnis Chalcædonica*, quam *Florem Constantinopolitanum* aliàs *dicam* facit. Hæc est *Lychnis hirsuta* C. B. cujus plures item sunt species, à *Floris coloribus* desumptæ.

Tertia est *Lychnis arvensis* ab ipso vocata, de quâ, verbo *Nigellastrum*, se *dicturum* promittit. Hæc est *Lychnis segetum*, major C. B. *Pseudomelanthium* J. B. & *Nigellastrum Dodonæi*. *Drachma* *Seminum* *hujus Plantæ* in pulverem *redactorum*, atque *Brodio* vel *Aquâ* *trium dierum* *spatio* *mane assumta*, optimum remedium est adversus *Hypochondriacorum paroxysmos*, quos vulgò *Vapores* vocant. *Simon Paulli* assererat, se ac *Sennertum* *Radice* *hujus Plantæ* usos *fuisse maximo cum levamine ad Sanguinem* *sistendum, etiam in Hæmorrhagiis, quæ Febris* *Continuis* *superveniunt*: *illam Agrorum* *linguâ* *supponebant, ibique ad aliquod tempus* *relinquebant*.

Quarta differentia ex *Ettmullero* est *Lychnis marina Anglica*: quæ est *Lychnis maritima, repens* C. B. Hanc facit *Flore purpureo, & albo pleno, atque secundam speciem* *vocat* *Ocimastrum* *flore pleno*. Verùm *Ocimoides* *album, flore pleno* J. B. seu *Ocimastrum multiflorum* *Tabern.* est *Lychnis alba, multiplex* C. B. ex *Tournefortio*.

Quinta est *Lychnis viscosa, latifolia, lævis*, quæ *flore albo & rubro*. *Muscipulæ* *dictæ, quòd* *Muscas* *suâ viscositate* *irretiant*. Quæ *flore rubro est, dicitur* *Centaureum minus adulterinum* quibusdam, *Lychnidis* *viscidæ* *genus* J. B.

Sextam demum *Lychnidis* differentiam vocat *Ettmullerus* *Lychnidem viscosam, angustifoliam, eamque Flore rubro pleno* facit. Hæc sanè erit *Lychnis sylvestris, viscosa, rubra, angustifolia* C. B. sed est quoque *Lychnis sylvestris, viscosa, rubra, ætera* C. B. & *Lychnis sylvestris, viscosa, angustifolia, alba* H. Edinb.

(K) *Lysimachia* propriè dicta est *Tournefortio* *Plantæ Genus Flore monopetalo, rotato, multifido, cujus pistillum* abî in *testam* *ferè globosam, apice debiscentem, Seminibus* *foetam, placentâ* *affixis*. *Quamplurimæ* à *Botanicis* *recensentur* *Lysimachiæ* *species: sed reverà non omnes illæ* *Plantæ* *modò* *dictos* *Lysimachiæ* *characteres* *obtinere*. *Ettmullerus* *quinque* *facit* *differentias*.

Prima est *Lysimachia spicata, purpurea Dodonæi, quæ quum Flore sit rosaceo, non monopetalo, Lysimachia non erit, sed potius erit Salicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis* T.

Secunda est *Lysimachia lutea, latifolia: quæ est* *Lysimachia lutea, major, quæ Dioscoridis* C. B. *hæcque est* *quoque* *foliis* *ternis, quaternis, quinis*.

Tertia est *Ettmullero* *Lysimachia lutea, corniculata, quæ* *Tournefortio* *est* *Onagra latifolia*. *Onagra novum* *Plantæ* *genus* *est, cujus nomen à Cl. P. Plumerio ad Plantas quasdam Americanas designandas receptum est, sub eo* *que nonnullæ* *Lysimachiæ* *dictæ* *Virginianæ & Canadenses* *apud* *collocantur*.

Quarta differentia est *Lysimachia Chamænerion dicta. Hæc ex* *Tournefortio* *Chamænerion propriè* *vocatur* *& sub*

M.

MAGIS & MACER. Vide MOSCHATA.

CXCVII. MAJORANA.

A *Μάρακος, Σάμυλος.* Germ. *Majoran, Majoran,* Gall. *de la Marjolaine,* *Majoran, Majoran, Majoran.* Peregrina. Vide *Marum.*
 Majorana. { *Sativa* { *Latifolia vulgaris.*
 { *Sylvestris.* { *Tenuifolia minor.*

Ex his utraque est Sativa utraque, è quibus tamen Latifolia præfertur, C. B. 5. quam nostrates Rubram vocant, eo quòd Caulis nonnihil ad rubedinem inclinat.

Vocatur Majorana, *Brunfels.* Dod. Amaracus, *Matth. Fuchs.* Sampfuchus sive Amaracus, Latinis Majorana. *Cord. in D. bist.* Amaracus vulgarior, *Lob. icon.* major, *Cass.* Sampfuchus, *Lob. Majorana vulgò, Maron, Diosc.* Majorana sive Amaracus major, *Tab. Ger.* Amaracus sylvestris annua, *Cam.* Majorana vulgaris C. B. 5.

Gaudet solo umbroso, stercoreato, humido. Floret Julio & Augusto.

OFFICINALI ANATIVA.

Folia, Semen.

Vires. Calfacit & siccatur initio 3. est partium tenuium, digerit, attenuat. Usus præcipuus in Affectibus Capitis ac Ner-

vorum, hinc & Uteri & Ventriculi; ciet Menfes (in Pessario.) Confortat Cerebrum, ejusque Flatus discutit. Errhina est, & Apophlegmatifans.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Foliis recentibus in MB.
- N. Præstat Gemmas cum Vino destillare.
2. *Conserva.* Ex Foliis seu Summitatibus.
3. *Confecta Semina.*
4. *Oleum stillatitium.* Ex Foliis.
5. *Balsamus.* Fit ex Oleo destillato.

CXCVIII. MALABATRUM.

M *Αλάβατρον, Malabathrum. Matth.* (cui & Folium) *Lob. Tab.* Folium Indi Septasariorum, *Trag.* Cassiæ folium, *Cord. in D.* Tamalapatra, *Garz. Clus.* Cadegi Indi, id est, Folium Indum, Arabibus, C. B. 1. German. *Indianische Blat.* Gall. *Feuille d'Indes.*

Dioscorides Folia hæc in aquosis crescere locis, aquisque innatare scribit, uti Lens palustris. *Garcias ab Horto* autem esse Folia Arboris ait, inveniri que copiose in India, ac maxime in Cambaja, procul ab aquis. Utrum ergo Folium Modernorum cum Veterum idem sit, est de quo ambigitur.

Eligenda sunt recentia, viridiuscula (non nigra.)

Vires. Iisdem facultatibus pollent, quibus Spica Nardi, sed fortioribus; Urinam potenter movent.

CXCIX. MALVA

M

CXCVII. MAJORANA. Majorana est Planta cuius cognita, quæ se prodit per suaveolentiam Odoris: Vocatur alias *Amaracus.* *Sampfuchus* ab iis, qui solent ludere in præscriptione ejusdem, quod faciunt imprimis Itali & Galli.

Folia & Semen sunt in usu.

Tota Planta Aroma spirat satis volatile & elegans, & reverà est Aroma nostras, cujus vis consistit in Sale volatili admodum oleoso Mercuriali. Hinc vires ejus conveniunt cum cæteris Aromaticis, in Affectibus Capitis, Paralyti, Apoplexiâ, Vertigine, & similibus Affectibus Nervinis, & in specie Catarrhalibus, cõducit maxime; unde *Aguas & Spiritus Cephalicos & Nervinos* internos & externos ingreditur: sicut & texturâ suâ oleosâ volatili, non secus ac alia *Nervina,* Doloribus, Spasms, & atoniæ Fibrarum nervearum curandis optimum est. Convenit item in Affectibus Uteri, dum fortiter solet ciere Menfes. Præ cæteris dicata est Naribus, & læsionibus Olfactûs; item Coryzæ, in quibus Narium Affectibus nulli cedit Remedio. Et notum hoc est Mulierculis, quæ in Coryzâ & Gravedine nimia solent coquere *Folia Majoranæ in Jusculo,* & sic curant Coryzam. Nempe in *Majoranâ* delitecere perfectum Arcanum pro Odoratu abolito, asserit *HARTMANNUS Prax. Chymiatr. pag. III.*

Externè usûs est varii: contusa vel pulverisata loco *Sternutatorii* adhibetur.

Oleum Majoranæ, tam expressum, quam destillatum, maxime conducit in Affectibus Paralyticis, aliisque Nervinis: sive vera sive notha ex Colicâ fuerit Parens inungendo Nervos Spinæ Dorsæ: Vertici quoque Capitis illicitum restituit Olfactum amissum, in quo, & Coryzâ usurpari potest sequenti modo:

℞. *Olei Nicot.*

Irin. an. ʒss.

destillat. *Majoran.* ʒj.

M. D. S.

Tom. IV.

& sub Chamænerii genere cum omnibus *Lysimachiis* filiquosis dictis reponitur. Quod *Ettmullerus* vocat Chamænerium majus, & minus, erit Chamænerium latifolium, & angustifolium T. cujus nonnullæ sunt species, Floris præcipuè varietate distinctæ.

Pro quintâ demum differentiâ ponit *Lysimachiam* filiquosam, hirsutam, flore parvo: quæ est *Tournefortio* Chamænerium villosum, parvo flore: est quoque & majus & minus parvo flore: quemadmodum Chamænerium villosum magno flore, purpureo & violaceo: quæ species omnes sub nomine *Lysimachiz* filiquosæ hirsutæ vulgò veniunt.

(L) Majorana Planta congener est Origano: utrumque Plantæ genus Flore est labiato, cujus labium superius survestrum est, inferius tripartitum; at Majorana differt ab Origano, quòd Flores Origani in spicis squamosis, & *Muscarti* amulis nascantur; Majorana verò capitulis prædita est rotundioribus, densioribus, & brevioribus, ex quaterno ordine foliorum squamatim posteriorum conflatis. Majorana vulgaris C. B. vulgarior est, quam ut descriptione, & satis cognitarum virium encomio indigeat.

(M) Hunc faciunt *Malabathri* esymon: à *Malabar* Indiarum regione, & *Bathrum,* quod apud Indos Folium signi-

Oleum ad Nasum,

Pro aperiendis meatibus obstructis.

Si addantur aliquot grana *Campboræ,* in tali Coryzâ, & Olfactûs læsione, erit Remedium magis proficuum.

Vel fiant *Noduli Olfactorii* hoc modo:

℞. *Pulv. Fol. Majoran.*

Sem. Nigellæ an. ʒij.

Olei destillat. Major. gut. v.

M. f. l. a. Nodulus c. stylo, S.

Nodulus Olfactorius.

Et talibus casibus *Oleum destillatum Majoranæ* est ordinarium Ingrediens *Pulverum Sternutatorii.*

Familiare est Malum Infantibus, ut Nares obstruantur, difficulter respirent, & in Lacte sugendo impediuntur. In tali casu *Oleum Majoranæ* Naribus illitum pro resolvendo Muco egregiè succurrit: idque vel solum, ubi mitius; vel mixtum cum *Oleo Irino, Infuso Nicotianæ,* ubi fortius operari debet; & quidem externè tantum Naribus illinatur; intrinsecus enim non potest tuto operari propter acrimoniam. Videatur *HARTMANNUS in Praxi Chymiatr. pag. 57.* qui *Extractum Majoranæ* cum *Spiritu Vini* paratum frequentius usurpat in Infantibus pro referendis Naribus obstructis, tam externè quam intrinsecus assumptum. Commendatur etiam cum *Conservâ* in Affectibus Capitis.

Balsamus Majoranæ Naribus applicatus, & illitus in Odoratis Affectibus, est optimum Remedium.

Ipsa *Aqua* Humorem per Nares in Coryzâ educere solet. (L)

CXCVIII. MALABATRUM. *Malabathrum,* Germ. *das Indianische Blat,* Veteribus in usu fuit. Hujus autem natale solum controversum est apud *Scriptores Rerum exoticarum;* cumque non statuatur certum, nec vires ejus consent; rari vel nullius est usûs in Officinis. Eodem ergo carere possumus. Dubitatur enim an nostrum cum *Veterum Folio* conveniat: nostrum est *Arboreum;* Veterum fuit *Aquaticum.* Sunt, qui solent præscribere in Affectibus Capitis, & confortandâ Memoriam; sed incertâ experientiâ. *Cosmeticum* etiam creditur, sed incertæ naturæ. (M) X CXCIX. MAL-

CXCIX. MALVA.

MAlva (Sylvestris [Folio rotundo] bujus loci.
(Hortensis, seu Arborea, loci sequentis.

Appellatur Malva, *Brunsf. Matth. Cast.* Malva vulgatissima, *Trag.* Malva sylvestris, *pumila, Fuchs. Dod.* Malva sylvestris, repens, *pumila, Lob. Ger.* Malva sylvestris lupina, *Cord. hist.* Malva minor, *Lon.* sylvestris, minor, *Tab. vulgaris, minor, Cam.* Malva sylvestris, folio rotundo, *C. B. 1.* Græc. *μαλάχου.* Germ. *Pappeln, Rasz-Pappeln, Hatz-Pappeln.* Gall. *Mauve.*

Crescit passim inculta, gaudet solo pingui ac humido; floret Majo ac sequentibus.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores, Semen, Radix.

Vires. Herba (Folia & Flores) moderatè calfacit, (aliis refrigerat,) humectat, emollit, lenit Dolores, laxat Alvum, Urinæ acrimoniam mitigat. Usus præcipuus in Affectibus Pulmonum, Vesicæ, Intestinorum, Uteri, e. g. Phthisi, Tussi, Raucedine, Calculo, erosione Vesicæ ac Intestinorum, in du-

ritie Uteri, Febribus, &c. Extrinsecus in Tineâ Capitis (cum Urinâ in Lixivium cocta): in Tumoribus maturandis, Doloribusque sedandis (Cataplasmate): in Alvo leniendâ, Dolore Nephritico mitigando (Clystere).

N. Semen & Radix iidem pollent viribus, sed usûs rariores sunt. Præferuntur nihilominus in Medicamentis inter-

Radix cocta Furfures Capitis cadere facit (Lotione).

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Foliis, & Floribus, Majo collectis.
2. *Conserva Florum.* Verùm rari usûs est.

CC. MALVA ARBOREA.

MAlva rosea, folio subrotundo, Malva hortulana, *Brunsf. hortenensis, Trag. Fuchs. Dod. Lon. Ger.* Malva major, *Matthiol.* Malva arborea, *Tab.* Malva Romana, *Gesn.* Malva major unicaulis, *Matth. Cast.* Malva rosea fruticosa, *Lob. German. Herbst-Rosen, Winter-Rosen, Erndt-Rosen, Garten-Pappel, Bauo-Rosen.* Gall. *Mauve Rom oïme, arborée, &c.*

Est Flore simplici, vel pleno, coque coloris albi, purpurei, incarnati.

CXCIX. MALVA. Malva, Germ. *die Pappel,* imprimis *vulgaris,* Planta est satis cognita Græcis *μαλάχη, à μαλάξω seu malaxare, unde & Mollis Herba* dicitur ab usu primario *emolliendi*: hinc *Folia & Flores* inter *Herbas quinque Emollientes* (quales sunt *Alibæa, Parietaria, Branca urfina, Malva vulgaris, & Violaria,* de quibus videatur *AUTOR noster lib. 2. cap. 11. pag. 107.*) primum obtinet. Dividitur aliâs in *Malvam Foliis rotundis, & Foliis aliquantisper laciniatis.* Sed dubito, an hæc duo reverâ inter se differant? & potiùs hoc lusui Naturæ sit tribuendum? Utraque est in usu promiscuè. Vis est blandissima, & temperata: præbet Succum mucilaginosum temperatissimum, quod quosvis acriorum Humorum, imprimis nimis acidorum, aculeos intra Corpus nostrum lenit & obtundit, quæ vi humectare, emollire, Dolores lenire, Seri urinarii, item Lymphæ catarrhalis acrimoniam mitigare, & Alvum laxare, rectè dicitur: unde Veteribus Romanis quoque Planta hac, unâ cum *Lactucâ,* vesci ad Alvum laxandam, in usu fuit. *Decoctum* enim ejus cum pauxillo *Passularum minorum* Alvum egregiè laxat, ad quod & sola *Planta* cum *Lacte* decocta adhibetur. In Affectibus Renum ex Urinâ nimis acri, Stranguriâ & Dyfuriâ, est egregium Remedium, uti etiam *Decoctum Radicis Malvæ* in tali casu est usitatum.

Externè convenit pro *emolliendi* scopo, *resolvendi, maturandi, relaxandi, & temperandi acrimoniam* *salsam*; unde in *Clysteribus* pro stimulandâ Alvo, & emolliendis Scybalis induratis, nulla habetur melior Planta hac Malvâ: imprimis, si ejusmodi *Clysteribus* addatur tantillum *Salis Gemmæ,* quod egregiè convenit, ubi opus est incisione & abstersione Mucilaginis viscidæ. Sic pro Fæcibus nimis induratis emolliendis, si non velimus infundere *Clysterem* ex *Oleo Lini & Raparum,* de quo paulò antè locutus sum sub *Lino,* possumus habere talem:

℞. *Herb. Malvæ* M. ij.

Flor. Meliloti M. j.

Malvæ p. j.

Chamom. p. j.

Coq. in f. q. *Aquæ simpl.* Colaturæ ℥viii. vel x. adde

Electuar. Lemiv. ℥j.

Salis Gemmæ ℥j.

Viselli Ovi No. j.

Et erit potens *Clyster* pro induratis Fæcibus emolliendis.

significat: hinc Malabathrum, quasi Folium Malabaricum. Quibusdam Folium Indicum, & absolutè Folium appellatur. Barbaro vocabulo Tamalapatra quoque dicitur. In Officinis Malabathrum exoticum est Folium, manûs magnitudine ad Citrei Foli formam accedens, pallidè virens, læve, lucidum, tribus nervis secundum longitudinem excurrentibus notabile. Ajunt illud ex Arbore in regione Cambayæ decerpi: Arbor autem Baccam profert ad Pisi magnitudinem, ovalem, subrubram, calyce ad medietatem tectam, exiguo pediculo adhaerentem, acrem aromaticamque. Hæc ex Lemery.

(N) Malva ex Herbis est Flore monopetalo (polypetalon, sed falsè, putavit Raius, ut ipse quoque postea advertit) campaniformi, multifido, cujus medium tubus occupat: pistillum abt in Fructum è plurimis capsulis, Semine factis, constantem. Malva ab Althæâ & Alceâ ex eo distinguitur, quòd Malvæ folia minùs quidem secta sint, quàm Alceæ, minùsque incana & villosa, quàm Althææ. Malvæ vulgaris vires conveniunt cum viribus Althææ. Vide quæ hic Schræderus & Ettmullerus habent & quæ nos, ubi de Althæâ, diximus. Sufficiat addere quòd Malva quibusdam dicitur quasi Molva, quia mollit Alvum: hinc Martialis.

Utere *Lactucis & mollibus* utere *Malvis,*

Nam faciem durè *Phœbe* cacantis habes.

Et Schola Salernitana,

Dixerunt Malvam Veteres, quia molliat Alvum.

Crescit in hortis : Floret in fine Æstatis, initioque Autumni.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores foli.

Vires. Calfacit & humectat, minus tamen quam vulgaris Malva, substringit. Usus præcipuus in Tonillarum Morbis, Oris putredine (Gargarismate), in Fluxu Menstruorum (Erysipelate) : in reliquis Malvæ vulgari similis est.

(Tingi tur his Floribus Spiritus Vini, Vinum Hippocraticum.

CCI. MANDRAGORA.

Mανδραγόρας. Arab. Jabora, Hebr. Dudaïm, German. Altraun, Gall. Mandragore. Herba est baccifera, Radicem habens, quæ Hominis partes inferiores aliquatenus representat.

Estque Mas vel Fœmina : illa usualior. Insigniturque Mandragora mas, Trag. Fuchf. Matth. Cord. in D. Lob. Cam. Mandragoras albus, seu masculus, Cord. bist. Mandragora mas

dium, in Exulceratione Faucium, & aliis, ubi ordinariò Gargarismata ingrediuntur ; v.g. Decodum Florum in Lacte, alioque Liquore egregium Gargarisma Anodynum constituit. Præterea, uti Prunella in Faucium Inflammationibus, in specie Prunellâ dictâ adhibetur, ita hi Flores quoque iisdem mederi Affectibus observatum.

In genere ergò pro quibuscunque Faucium Affectibus posset fieri tale Gargarisma, commendatum ab HARTMANNO in sua Praxi p. 126. cujus basis est Malva, ad cuius imitationem sequens correctius præscribere soleo :

℥. Herb. Prunellæ,

Veron.

Salviæ,

Flor. Rosar. rubr. an. M. ℞.

Malvæ rubr. Mj.

Rad. Polyod. querc. ℥ss.

Sem. Sinapi contus. ℥ij.

Coquantur in Aqua simpl. ℞iij. & Aceti Vini ℞ss. ad casum transversæ pollicis, coletur cum levi expressione : Colaturæ adde

Sacchari ℞iij.

M. f. Gargarisma.

Hoc est ferè Catholicum in omnibus Faucium Affectibus, tam in principio, quam in incremento. Dum additur Semen Sinapi, magis est appropriatum pro discussione, nam Sinapi prodest in discutiendâ Inflammatione Faucium & Gingivarum, ratione Salis volatilis acris. Quin & Pulvis horum Florum cum Melle mixtum cum paucò Alumine, ad O is Gingivarumque corrosionem & laxitatem scorbuticam, imprimis ad Mulierum Fauces scorbuticas mirè convenit. Aliàs Flores hi rariùs usurpantur. (O)

CCI. MANDRAGORA. Planta hæc, quæ ad nos apportatur, est rara, & crescit nonnisi attentâ cultura in nostris Hortis. Radix similis est Corpori humano; propterea Vetulæ faciunt exinde Veneficia, Virunculos, German. die Altraungen: cū careat Grinibus seu Capillis; propterea, ut & ipsos acquirant, solent perforare Radices, & indere grana aliquot Hordei: Videatur de his Mangoniis, quos sanctè colunt, BARTHOLINUS in l. 2. Hist. 51. M. A. N. C. Ann. 1. Obs. 48. p. 141. 142. & 143.

Solet distingui Mandragora Radix in Marem & Fœminam, Tom. IV.

(O) Malva arborea J. B. quæ Venetia quoque dicta est, potius inter Althæas connumeranda, ob Foliolorum molitudinem. Hinc Tournefortio dicitur Althæa maritima, arborea, Veneta. Est & Althæa maritima, arborea, Gallica T. quæ Malva arborea, marina, nostras Park. Primam in hortis colimus.

(P) Mandragora à Græco μανδραγα, Mandra, quod circa Mandras, seu Pecorum stabula inventa sit. Plantæ genus est Flore monopetalo, campaniformi, multifido, cujus pistillum abit in Fructum mollem, in quo nidulantur Sémina reniformia. Adit Tournefortius Folia specterum Mandragoræ obscure virentia esse, subrotunda, fætida, Radicesque longas & crassas, quas à similitudine quoddam anthropomorphas appellant. Et quidem Mandragoræ maris dictæ Radix crassa est, longa, bifida, fibris hinc inde prodeuntibus velut hispida, innoxantem hominem, ut sibi persuadent, reserens. Flores ex albedo purpurei, pediculis insidentes à Radice (acaulos enim Planta est) exeunt, ac Folia ipsa præveniunt, qui deinde abeunt in Pomum rotundum ex luteo viride. Mandragoræ fœminæ Folia angustiora, minora, & nigriora: Flores ex cæruleo purpurascunt: Fructus minores: Sémina exiliora & nigricantia. De viribus Mandragoræ narcoticis & tantumnon venenatis nemo est qui dubitat. At Aëtius Pomum carnem innoxiam putat, omnemque malitiam in Semen rejicit. Verùm J. Faber Lynceus (teste Torrentio in Notis ad Hernandez), Romæ celeberrimus Simplificum Professor, coram suis Auditoribus magnum Mandragoræ Pomum unâ cum Seminibus jejunos comedit, & quamvis per aliquot horas jejunos permanserit, nullam neque somni, neque alterius symptomatis vim passus fuit. Idem experimentum & ipse Torrentius se quoque persæpè fecisse testatur. Veterum testimonio Semen Mandragoræ Uterum purgare creditur: quare non abs re quamplurimi existimant, Rachelem eâ ratione Poma Mandragoræ expectasse, ut purgato iis Utero, aptior ad concipiendum redderetur.

vel alba, Cam. Mandragora fructu rotundo, C. B. 1.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex Radicis, qui ad nos aliunde, potissimum ex Italiâ, asportatur.

Vires. Refrigerat 3. siccatur 1. emollit mirè. Narcoticus est ac Soporiferus, rari usûs intrinsecus. Extrinsecus usus ejus est in Oculorum rubore ac dolore, in Erysipelate, in Tumoribus duris, Strumis, &c.

PRÆPARATA.

Oleum. Fit ex decoctione Corticis, aliorumque Narcoticorum Succis, atque Oleo. Vide Disp.

CCII. MARRUBIUM.

Marrubium [Nigrum. Ballote. Hoc minus usuale. Album. Hoc Officinale est.

Dicitur Marrubium album, vulgare, C. B. 1. Marrubium, Matthiol. Cord. in D. Fuchf. Dod. Cast. vulgare, Clus. bist. Lob. Tab. Ger. Marrubium fœmina, Brunsv. candidum, Trag. Prassium. Germ. Weisser Andorn. Gall. Marrube blanc.

Crescit

hac differentiâ, quòd Mas sit sterilis, Fœmina verò ferat Fructus.

Planta hæc, uti usûs est rari, ita rara etiam est in Officinis.

Radix, & ipse Cortex & Poma ex se vi narcoticâ & stupefactivâ sunt prædita, & est una ex primariis Narcoticis, & Stupefactivis. Hinc Vinum infusionis Mandragoræ Ægris propinatur, quando Membrum aliquod refecare volunt. Cùm verò Narcosis hæc admodum periculosa sit, hinc modus hic Narcosin inducendi apud nos exploditur; sicut & internè rarè, imò rarissimè, & ferè nunquam usurpatur: extrinsecus verò familiariùs usurpatur.

Nam Cortex & Radix ejus pro scopo emolliendi & resolvendi Tumores duros, scirrholos, & strumosos adhibentur, ubi hoc in puncto Cicutam, de qua supra locutus sum, imò Nicotianam superat. Unde est, quòd conjungunt Succum Mandragoræ cum Succo Cicutæ vel Nicotianæ cum Gummi Ammoniacò in Unguentum vel Cataplasma, vel Emplastrum contra Tumores duros Splenis.

Habetur etiam Emplastrum de Mandragorâ contra eosdem Scirrhos, & Tumores duros Splenis in HARTMANNI Praxi Chym. pag. 218.

Sic habetur in Officinis Oleum de Mandragorâ coctâ in Oleo communi, sed est rarum.

FABER in Myrobectio Spagyrico lib. 4. cap. 1. habet Oleum Mandragoræ per descensum destillatum, quod valde perre commendat ad ejusmodi Mala; externè pro emolliendis duris Tumoribus, & sistendis Doloribus, quoniam est narcoticum & anodynum. (P)

CCII. MARRUBIUM ALBUM. Marrubium album, seu Prassium, Germ. Vveisser Andorn, est Simplex primarium ex Verticillatis officinalibus Plantis; crescit vulgariter, & facillè cognoscitur, quoniam Flores verticillatim circa Caulem congesti sunt minores.

Folia sunt usitata, quæ odorem habent citratum, saporem subamarum, & leviter adstringentem, aded, ut pateat, quòd Sale volatili acri & penetrante sint diluta.

Primum sunt Remedium in Affectibus Pectoris, & Morbis chronicis, pro incidendo Muco viscido & tenaci Stomachi & primarum viarum, & hinc ortis Obstructionibus, & Tumoribus Viscerum solvendis & reserandis, multique

X 2

tisque

Crescit incultum juxta vias. Floret Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia sola.

Vires. Calfaciunt 2. siccant 3. aperiunt, abstergunt, attenuant, saporis amari. Usus præcipuus in obstructione Pulmonum, Epatis, Lienis, Uteri, adeoque in Phthisi, in Exspuitione sanguinolentâ, in Partu difficili, Lochiisque remoratis. Extrinsecus usus ejus rarior est.

N. Vesicæ, ac Renibus censetur noxium, correctum tamen Glycyrrhizâ ac Passulis nihil nocere dicitur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ Plantâ, Junio ac Julio collectâ.

2. *Syrupus de Præssio.* Fit ex Herbis Pectoralibus, Radicibus Aperientibus, Emollientibus, &c. Vide Disp.

3. *Species Diaprasii.* Vide Disp.

CCIII. M A R U M.

Planta est exotica, Majoranæ in facultatibus ac figurâ similis, aded ut pro unâ eademque Herbâ à nonnullis habeantur. Quamobrem cum Maro hisce in regionibus destituamur, Majoranam, vel Dictamnnum Creticum substitue-
re solemus.

P R Æ P A R A T A.

Pilula Marocostinae Mindereri. Vide lib. 2.

CCIV. MA-

tisque aliis Affectibus ex tali causâ occasionali natis. Conveniunt imprimis in *Affectibus Pectoris*, in Tussi inveteratâ, Imprimis Senum, quæ oritur ex Ventriculo, nimis acidâ Mucilage & crassis Humoribus referto, ob deficientem Chylifin: pro quali Mucilage attenuandâ & expectorandâ *Decoctum Marrubii* in *Aquâ* vel *Vino* cum pauco *Melle* dulcificatum, est egregium Remedium; indeque inter *Pulmones mundificantia* Marrubium non est ultimi loci, sicut etiam in *Aquâ*, vel *Pituitâ* in Utero collectâ laudatur, quæ ut plurimum in *Hydropem Ascitem* degenerat. Præprimis verò in *Ictero flavo*, si ex infarctu *Ductûs cystici*, vel simili occasione oritur, *Decoctum* ejus cum *Anserinâ*, vel in *Vino* infusum, vel *Succus* ejus cum *Vino* mistus & potatus, prodest; de quo vid. **FREITAGIUS** in *Aurora Med. cap. 36.* quod ipsum confirmatur à **FORESTO** l. 10. *Obs. 40.* qui etiam ceu expertum *Specificum* commendat ad *Ictero flavum*, qualis sæpe aliàs est lethalis, nihilominus **FORESTUS** dicit, illum curari posse *Marrubio albo*: uti etiam **HARTMANNUS** ubi tractat de *Ictero*, *Marrubium* valdoperè commendat in hoc & *Hepatis Affectibus*; item ad *Hydropem Ascitem* laudatur, qui ex *Ictero* oritur. Ulterius *Hepatis Obstructionibus*, iis præprimis, quæ conjunguntur cum tono laxato, ejusque infarctu scirrhuso ex *Mucilage crassâ*, ab *Acido* coagulata, commendatur insigniter: videatur **ZACUTUS LUSITANUS** l. 1. *Præceos admirandæ Obs. 41.*

Externè in *Ictero* fit *Cataplasma* ex *Marrubio*, junctâ *Anserinâ* in *Vino* coctis, quod plantis *Pedum* applicatur. Videatur **JOEL** in *Praxi*.

In *Officinis* prostat *Aqua destillata*, quæ ad eodem usum ac *Herba* usurpatur; nihilominus *Decoctum* est melius. Prostant enim quamplurimæ in *Officinis* *Aquæ destillatæ*, quæ nihil participant de viribus *Herbæ*, ex qua destillantur, de

quibus inferius suo loco.

Syrupus de Præssio, seu de *Marubio* (utrumque legitur) usitatus est ad *Asperæ Arteriæ & Pulmonum infarctus*, aliosque *Affectus Pectoris*, *Asthma*, & *Tussim* imprimis *Senum* inveteratam humidam, ex *Mucilage & Pituitâ crassâ* vel viscidâ, siue stabuletur in *Bronchiis Pulmonum*, siue in *Ventriculo & primis viis*. (Q)

MARRUBIUM NIGRUM.

Marrubium nigrum seu *Marrubiastrum* vocatur etiam *Ballote*, Germ. *der schvartze Andorn*. Cum ubique *Marrubium album* in *Officinis* proster, hinc factum est, ut de *Marrubio nigro* *Practici* non fuerint solliciti; quam ob causam hoc *Officinas* non ingreditur. (R)

CCIII. MARUM. *Marum* est *Planta Syriaca* nobilissima; similis ferè *Majoranæ*, utut sit staturâ minor, Olore subtili ac penetrante, Sapore magis aromatico constans: quare usum planè singularem habet: hinc *Cephalalgia & Nervinis Affectibus* maximè conducit; adeoque *Medicamentum* est egregium in *Apoplexiâ & Catarrhis*, ita, ut meritò quibusvis *Essentiis & Spiritibus Cephalicis* addenda fuerit. *Dictamno Cretico* substituitur.

Aliàs propter raritatem rarus est ejus usus in *Officinis*, imò rarissimè præscribitur, nec memini, me unquam legisse præscriptum. De *virtutibus Mari* videre possumus **MINDERERUM** in *Aloëdario cap. 2.* ubi *Pilulas* habet, quarum *primarium* *Ingrediens* est *Marum*; unde & *Marocostinae* dicuntur. Quibusdam autem in locis substituitur meritò loco hujus *Majoranæ*, iisdem ferè gaudens proprietatibus. (S)

CCIV. MA-

(Q) *Duplex apud Veteres Marrubium est, album nempe, & nigrum: sed nigrum dictum, Marrubium non est, ut infra. Marrubium verum Plantæ genus est Flore labiato, cujus labium superius sursum & bicornè, inferius tripartitum: pistillo adherent quatuor embryones, qui in quatuor semina oblonga evadunt. Species Officinalis est Marrubium album, vulgare C. B. Hujus Caules cubitales, quadrati, canâ lanugine pubescentes, ad nodos Folia habent binâ, rugosa, serrata, albicantia; hirsuta, sapore acri & amaro: Flores verticillati: Radix fibrosa, nigricans. Albi Marrubii Folia papyrus cœruleam baur rufescent, amarissima sunt, & penetrantissimi odoris. Dodonæus ait, odorem hunc ad Moschi odorem accedere: in Flandriâ itaque id verum esse credendum est, si Dodonæo fidem denegare nolimus. Sic de Marrubii principis philosophatur Tournesortius. Sal Terræ naturale, quod amarum est, & ex Sale marino, Sale ammoniaco, & Nitro componitur, in hac Plantâ, cum non exiguâ portione Sulfuris, Phlegmatis, & partium terrestrium, conjunctum esse videtur. Chymicâ Analysi elicitur ex Marrubio multum acidi Phlegmatis, multum Olei & Terræ, parum Spiritus urinosi, Salis volatilis concreti, & fixi parum lixivialis: baur mirum igitur, si Marrubium sit valdè fusorium & aperiens medicamentum: hinc maximè valet adversus Ictero & asthma. In Rheumate, & Tussi pertinaci Succus Marrubii ab ℥ij. ad ℥vj. Infusum Plantæ in Vino albo ad cyathum, Decoctum ex Aquâ paratum ad plures cyathos, potandum exhibetur. Tabernæmontanus hoc parat Decoctum ad Ischuriam: ℥. Summitatum Marrubii & Rorismarini an. pug. j. Seminum Petroselini pug. ℥. Passularum Corinthiacarum, Fructuum Sebesten, & Jujubarum ana ℥j. ebulliant in ℔. x. Aquæ fontis: adde in fine Radicis Glycyrrhizæ bacillum, Mellisque cocchi. iij. sumatur per intervalla.*

(R) Cum *Marrubium dictum*, album intelligimus. *Marrubium enim nigrum Marrubii species non est, sed Ballote Matth. quæ à Marrubio fioris & fructus formâ satis differt. Ballote enim Plantæ genus est Flore labiato, cujus labium superius, cochlearis instar est excavatum, inferius in tres partes divisum, mediâ ampliori & cordiformi: pistillo adherent quatuor embryones, qui abeunt in semina oblonga, in Calyce pentagono maturescunt. Marrubium nigrum siue Ballote J. B. Caulibus quadratis, hirsutis, ad sesquicubitum elevatur: Folia Melissa atrovirentia, rugosa, fœtida, serrata: Flores Lamii rubri verticillati. Folia inquam bujus Plantæ fœtida sunt, amara, & cœruleam papyrus baur rufescent: unde conjicere licet Sal Terræ naturale in eâ esse multo Oleo fœtido involutum: Raius ait, Ballotes Decoctum ad Hætericam & Hypochondriacam affectionem valdè valere. Ad Podagram vel ardentem, vel variorum reddendam sequens Infusum valere ajunt, copiosè & quotidie per vices epotum: Foliorum Marrubii nigri, albi, & Bettonicæ singulorum pugillus j. affundatur Aquæ ferventis ℔. vj. removeatur vas ab igne, segatur operculo, deinde Infusum linteo trajiciatur, ad usum. Ettmullerius hæc Marrubium nigrum cum Marrubiastro confundit: sed Marrubiastrum Tournesortio peculiare Plantæ Genus est, quo Sideritidis quasdam dictas species complectitur.*

(S) *Marum Syriacum, seu Cortusi, est juxta Methodum Chamædryos species, vocaturque à Tournesortio Chamædryos maritima, incana, frutescens, foliis lanceolatis. Raius in Methodo Marum Genus peculiare facit, atque à Tournesortio falsè Marum inter Thymbræ species connumerari. At Tournesortius baur inter Thymbræ species Marum Cortusi, de quo hæc sermo, connumerat; sed Marum vulgare, Clinopodium Dod. quod est Samptuchus siue Marum Mastichen redolens C. B. quæ Planta reverâ Thymbræ speciebus accensetur à Tournesortio, appellaturque Thymbra Hispanica, Majoranæ folio.*

Marum

CCIV. MATRICARIA.

Artemisia tenuifolia, *Trag. Fuchsf.* & nostras, *Lob. Parthenium, Matthioli. Dod. Cord. in D. Cast.* Amaracus, *Galen.* Matricaria Parthenii 1. species, *Brunsf. Matricaria, Trag. Lon. Cam. Ger.* Matricaria vulgaris, C. B. 1. German. *Merram, Metbran, Meter, Meterkraut, Mutterkraut, Feberkraut, Gall. Matricaire.*

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit 3. liccat 2. attenuat, incidit. Usus præcipuus in Affectionibus Uteri frigidis ac flatulentis, in obstructione Mensium, in impotentiâ Veneris, in Hydrope (purgat per Urinam nonnunquam & per Alvum,) &c. in Febribus Putridis, in Calculo Renum, in Vertigine. Extrinsicus in Suffocatione Matricis (Decoctum cum Aceto Naribus applicatum): in Mensibus ciendis (Pessarum): in duritie Mammaram (Cataplasma): in Æstu febrili mitigando (fricando Dorsum): in Arthritico Doloře sedando, &c.

PREPARATA.

1. *Aqua stillatitia.* Fit ex integrâ Herbâ Mense Majo & Junio.
2. *Sal com.* Ex Cinere.
3. *Syrupus de Matricariâ.* V. D.
4. *Oleum stillatitium* rarè extat.

CCIV. MATRICARIA. *Matricaria, Græcis* $\mu\alpha\rho\delta\epsilon\iota\omega\varsigma$ quasi *Planta Virginialis*, quod Uteri seu Matricis vitii conducat; unde & Germanis *Mutterkraut* dicitur, refertur aliàs ad *Artemisiam*; quæ valdoperè est uterina; sed reverà est species *Chamomillæ latifoliæ*, & ad *Chrysanthema* potiùs referri potest, ut ut viribus in plurimis cum *Artemisidâ*, uti & *Chamomillâ* conveniat.

Odor penetrans, & Sapor acris loquitur de *Sale volatilî* penetrante, & acri; unde Pituitam & Mucilaginem viscidam, in Vasis Uteri stabulantem, ibi turgescens, sicque Flatus & Mensium suppressionem causantem, removet, incidit, & propulsioni aptam reddit. Usus ergo ejus, uti dictum, est Mulieribus in Passione Hystericâ, Uteri inflatione, Mensium vitii, Pathematis Abdominis, Lochiis remoratis, Doloribusque post Partum, & aliis Uteri vitiiis dolorosis, & incommodis à Partu oriundis, si scilicet vel sola, vel cum *Artemisia* & *Chamomilla Floribus* decoquatur, & Decoctum usurpetur; sicut & ejus usus cum *Chamomilla* usu carminativo & anodyno conspirat; magis tamen aromatica, adeoque ferè efficacior solet esse *Matricaria*, quàm ipsa *Artemisia*. Aliàs viribus & usu conveniunt.

Externè in Clysteribus propter vim carminativam usurpatur. In Uteri vitiiis dolorosis, ejusque inflatione, in Doloribus post Partum, Pathematis Abdominis, Mensiumque fluxu doloroso, *Matricaria* cum *Chamomilla vulgari*, vel, quod melius est, *Romanâ*, in *Vino* decocta, vel probè macerata, & cum *Sacculo duplicato* calidè Abdomini applicata, valdè prodest, propter vim aromaticam discutientem. In Cephalalgia etiã Planta recens contusa, Capitiq̃ dolenti vel Fronti applicata, ceu proficuum Remedium adhibetur, modò illius Odorem ferè possit Ager; præstantissimum enim est auxilium.

Inter *Preparata* prostat *Aqua destillata, Sal, & Syrupus de Matricariâ*, non minùs, quàm *Syrupus de Artemisidâ*.

Prostat etiã in quibusdam officinis *Conserva de Matricariâ*, sed est rara, & non in omnibus reperitur. (T)

CCVI. MELILOTUS. *Melilotus* est notissima Herba. Datur vel *Flore albo*, vel *Flore luteo*, diciturque *Lotus odoratus*, & *Trifolium odoratum*, quoniam suavem spirat odorem. Pertinet in genere ad *Trifolia*; propriè verò ac in specie ad *Lotos*, ob Foliorum magnitudinem. In eo namque differunt *Lotus* & *Trifolium*, quòd *Lotus* habeat *Folia majora*, hoc verò *minora* & *exiliora*. Germanis dicitur *Steinklee*.

Usus etiam internus nullum aut rarum agnoscit: utut

Marum Cortusi, quamvis è Syria primùm advectum putent; nobis tamen familiarissima Planta est. Densè fructicat, lignosis, & incanis virgulis, quas vestiunt crebra Folia, Serpylli foliis parva, subriùs incana, superiùs virentia: Flores Chamædyos purpurascens. Tota Planta sapore amaro, & acri, sed acri imprimis odore vulgò nota.

(T) *Matricaria*, seu *Parthenium*, vulgò cum *Artemisidâ* confunditur: sed non ferendo errore. *Artemisia* enim est viribus cum *Matricariâ* conventat; Planta tamen longè ab illâ diversa est, ut suo loco notavimus. *Matricaria* de qua hic, Planta est *Chrysanthemo* & *Chamæmelo* congenere quidem, sed ab illis diversa: præcipuè inter congeneres dignoscitur Floribus quasi per fasciculos dispositis, & Foliis multifariam, ac velut per conjugationes sectis. *Matricaria* Mulieribus ob facultates Utero dicatas adeò notissimâ planta est, ut descriptione non indigeat.

(V) Haud in Foliorum magnitudine consistit discrimen inter *Lotum* & *Trifolium*, ut ait hic *Ettmullerus*. U-

CCV. MATRISYLVÆ.

Matrissylovæ vocabulum diversis Plantis attribuitur, 1. *Eparicæ stellatæ*, 2. *Caprifolio*, ac 3. *Hormino*. Vide suis locis.

CCVI. MELILOTUS.

Melilotus vera, major vulgaris, *Trag. Lotus Urbana, Matth. Sylvestris, Fuchsf. icon. Tab.* Officinarum Germaniæ, C. B. 1. *Meliloti majus, Brunsf. Melilotus, Lon. Saxifraga lutea, Fuchsf. Loti* siue *Trifolii* species, *Cord. in D.* *Melilotus* Germanica, *Lob. Cam. Ger. Trifolium odoratum*, 1. & 2. *Dod. Germ. Honig-Klee, Stein-Klee, edler Stein-Klee.* Gall. *Melilot.* Gaudet locis saxosis. Floret integrâ Ætate.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, seu integra Herba, Semen.

Vires. Calfacit 1. emollit, discutit, Dolores mitigat. Usus creberrimi præcipuè extrinsecus, in Tumoribus, Doloribus, Oculis rubicundis, in Clysteribus, & sim.

N. Quoties simpliciter *Meliloti* fit mentio, *Semen* recipiendum.

PREPARATA.

1. *Aqua.* Ex Herbâ com Flore stillatitia.
2. *Emplastrum de Meliloto.* V. D.
3. *Oleum.*

CCVII. ME-

externè creberrimi sic usûs, propter vim anodynam, emollientem, & temperativam, in quo conspirat cum *Malvâ* & *Althæâ*, nisi quòd sit magis volatilis, adeoque magis resolutiva in Tumoribus, cujuscunque sint generis. Nullum enim fit *Cataplasma Paregoricum*, vel *Malacicum* seu *Emolliens*, vel blandè *Discutiens* & *Suppurans* Tumores, quod non ingrediat *Melilotus*. In Decocto præbet Mucilaginem usibus hisce intervientem. Unde ratione virtutis anodynæ, lenitivæ & incisivæ, obtinet vim anodynam, propterea in Doloribus Arthriticis & Podagricis quibusdam, instar *Cataplasmati* cum *Malvâ* & *Althæâ* applicatur, & affert levamen non contemnendum, quoniam discutit Tumores, & lenit Dolores. In Inflammatione Uteri, Ani & Testium, *Forus* ex Decocto *Meliloti* est egregius; imprimis si ipsi recenti addatur *Agrimonia* & *Chamomilla*, quæ in *Vino* vel *Aquâ* decocta Dolorem & Inflammationem egregiè sistunt. Aliàs in Clysteribus simili usu *Anodynis* & *Emollientibus* usitatus est *Melilotus* cum *Malvâ*.

Semen est rarissimi usûs.

2. Prostat in Officinis famosum illud *Emplastrum de Meliloto*, cujus descriptio vulgaris, ac prout habetur in Officinis, cruda satis est, ac rudis. Concinniore descriptionem videb. apud SIMONEM PAULI in *Quadrupart. Botan.* Ad emolliendum, discussionem & Dolorum sublationem egregiè conferre solet; hinc in emolliendis Tumoribus quibuscunque & Abscessibus pro Suppuratione est usitatum cui, si Tumores sint Scirrhusi, Nervini, Glandulosi, & Strumosi, admisceri potest *Gummi Ammoniacum*; si Sanguinei sint Tumores, addatur *Unguentum de Althæâ*: in Tumoribus Malarum, item Colli, & Glandularum, ut Parotidum discutiendis, Doloribusque mitigandis, egregium hoc est *Emplastrum*; imprimis, si misceatur cum dimidio *Tacamabacæ*, ac malaxetur cum *Oleo destillato Succini* in robustioribus, cum *Oleo verò Scorpionum* per infusionem parato in junioribus ac tenerioribus. Ubi scopus est tantùm emolliendi & emolliendi, commodè miscetur cum *Emplastro Diachyli cum Gummi*, ac cum *Unguento Diathææ*, vel *Oleo Amygdalarum dulcium* expresso, vel *Oleo Chamomillæ*, aut *Liliorum alborum*: in Tumoribus dolentibus emolliendis & discutiendis tres ejus partes cum *Tberiacis* p. j. misceri, & cum *Oleo Philosophico* malaxatum applicari potest. Imprimis usitatum est in principio Anginæ & Inflammatione Tonsillarum, ubi externè applicatur Gutturis, & potest malaxari seu subigi, vel cum *Oleo Amygdalarum dulcium*, vel *Chamomillæ*, additis aliquot guttulis *Olei destillati Cuminî*. (V)

ME-

CCVII. MELISSA.

Mελισσόφυλλον, Melissophyllum, *Matth. Cass. Tab.* Melissophyllum vulgare, vel adulterinum, *Fuchs.* Apiatrum, *Matth. Cord. in D. Lob.* Citrugo, *Gesn.* Melissa, *Brunsf. Dod. Ger.* Melissa domestica, vel 1. *Trag.* nostras, *Cam.* hortensis, *Lon.* & 1. C. B. Germanicè *Melissen*, *Ivenblat*, *Bien-saug*, *Mutter-kraut.* Gall. *Melisse*.
N. Est *Melissa peregrina*, quæ à loco natali, unde asporta-

tur, *Turcica*, *Italica*, &c. dicitur, coliturque itidem nonnunquam apud nos in Viridariis, sed minus ea est usualis.

Floret Julio: crescit in hortis.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Calcit 2. siccit 1. Usus magni est in Affectibus Cephalicis, Cardiacis, Uterinis, hinc & in Stomachicis, adeoque in Melancholiâ, in Somnis turbulentis, Paralyti, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Vertigine, Lipothymiâ, Cruditate Ventri culi, remoratis Menstribus ac Lochiis Puerperarum, Suffocationeque Ute-

MELILOTUS CÆRULEA.

Melilotus cœrulea seu, genuino nomine *Medica cœrulea erecha* non est in usu. Cùm tamen cum *Meliloto vulgari Officinarum* externè ferè conspiret, non dubito, quin idem quoque sit præstitura, nempe laxandi temperandique vim habeat. (X)

CCVII. **M**ELISSA. *Melissa Vulgaris* seu *Melissophyllum* dicitur etiam *Melissa Citrata*, seu *Citrugo*, quòd odorem citratum de se spargat. Latine *Apiastrum*, quòd *Apes* sub officio Mellis Plantâ hac delectentur. Datur & *Melissa Turcica* seu *Moldavica folio oblongo, flore cœruleo*, quæ in hortis solùm colitur. Cæterùm *Melissa* quoque *Vulgaris* vel *Vera* est, vel *Adulterina*.

Prior autem tantùm in Officinis usitata est, & eò frequentius adhibetur. Usitata est ipsa *Planta cum Floribus*, colligendo imprimis tempore exaltationis, seu balsamico, quod est, ut colligatur Lunâ decrescente, quando versatur in Signis Igneis & Martialibus, qualia sunt Aries, Leo, & Sagittarius.

Simplex est aromaticum sui generis, sed tamen citra sensibilem calorem, & Analepticis nostratibus frigidis accensetur (dividuntur aliàs *Analeptica* in *Calida* & *Frigida*): vis ejus aromatica consistit in parte spirituosâ & admodùm volatili, adeoque Mercuriali, parùm admodùm oleosâ. Propter has ergò particulas in specie Ventriculo, Capiti, Nervis, indeque Utero dicata, Spiritus deficientes refocillat, atque totum Corpus humanum restaurat, & in Vertigine, Apoplexiâ, Epilepsiâ &c. specificè conducit. In Pette est egregia, imprimis in illâ, quæ hoc habet maligni, ut statim adsit prostratio virium. Contra Sterilitatem Vini infusa laudatur; item pro conservandâ Memoriâ, in Affectibus Melancholicis, Hypochondriacis, Tristitiâ & Anxietate, ut & Palpitatione Cordis inde oriundâ. Spiritus animales Senum ut plurimum restaurat, & reficit quoad vires. Mirabilis virtus *Melissæ* in Affectibus Cordis, & quidem interno usu, Exemplum habet FORESTUS l. 3. *Observat.* 29. Ad hæc in roborando Conceptu, indeque Menstribus ritè ordinandis, singulariter laudatur. Aliàs *Sal essentielle* ferè tartareum continet, quod etiam ex ejus *Succo* commodè parari potest; qua vi suâ tartareâ primas vias abstergendo pro usu diuretico esse potest. Verùm pro scopo analeptico tantùm adhibetur. Modum parandi docet SALA in *Tartarol.* p. 138.

Ex Semine *Melissæ* fiunt *Emulsiones* egregii usus in Febris Malignis, uti etiam in Palpitatione Cordis: in quibus Affectibus parantur tales *Emulsiones*, vel cum *Aquâ spirituosâ Melissæ*, vel, quod est melius, cum *Aquâ destillatâ Cordis Cervi*, quæ Malignitati adversatur, & aliàs in Palpitatione Cordis est arcanum Remedium.

De usu *Melissæ* externo in Syncope & Palpitatione Cordis egregiam habet Experientiam FORESTUS l. 17. *Observat.* 1. qui in Palpitatione Cordis & Syncope gravi, ortâ ex Vulnere Pectoris, & Sanguine circa Præcordia concreto, recepit, præmissâ Venæsectione, *Melissam* viridem & *Borraginem*, quas calefactas, & *Aceto rosaceo* asperfas, applicavit regioni Cordis; unde miraculi instar omnis Palpitatione cessavit; id quod HELIDÆUS PADUANUS soli *Melissæ* attribuit. HARTMANNUS commendat *Sacculum* cum *Melissâ* & *Spiritu Vini* adpersum, Cordisque regioni admotum. Aliàs *Melissa* cum *Caryophyllatâ* quoad proprietates convenit, & multis quoque cum *Sclareâ*.

4. Quoad *Preparata*, ex omnibus excellit *Oleum Melissæ*, & *Essentia*. *Oleum destillatum Melissæ* ex Herbâ usitatum in Pette est pro fricatione Pulsuum & Temporum, si miscetur cum *Aquâ Carbunculi*, & *Oleo Scorpionum Matthioli*.

Essentia Melissæ cum *Spiritu Vini*, vel *Spiritu proprio* extrahitur: est earundem virtum atque *Melissæ* simplex. Imprimis Senibus malè se habentibus, in omnibus subitaneis Viriû prostrationibus & Lipothymiis, item in Apoplexiâ, Epilepsiâ &c. item Mulieribus in quibusvis Menstruum vitiis, pro tono Uteri roborando, item in Sterilitate, ex Atoniâ Uteri & nimia ejus Humiditate ortâ, frequentissimâ usûs est.

3. *Spiritus* ex *Melissâ* destillatus per fermentationem valde operè confortare dicitur Memoriam, & movere Facultates Mentis & Operationes Capitis, quæ consistunt in Sensu & Motu: hinc prodest in subitaneis Virium prostrationibus, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Lipothymiâ, Affectibus Melancholicis, in quibus tristes exhilarare, & lætificare dicitur. Cùmque simul sit *Uterinum*, propterea in Melancholiâ Virginum & Viduarum, oriundâ sæpius ex Menstribus non ritè fluentibus, & per consensum Uteri, egregius est hic *Spiritus*. Specificè commendatur contra Sterilitatem, de quo habet ROSENCREUZERUS in *Astralog. Infer.* ubi tractat de *Auro por.* 253.

Sunt, qui ex *Oleo* & *Spiritu Melissæ Quintam Essentiam* in Mulierum vitiis egregiam parant. Sic le FEBURE, Regis Galliæ Pharmacopola, in *Tract. suo Chymico, Idiomate Gallico*

traque *Planta Flore* est papilionaceo: Loti characteres suo loco exposuimus. *Melilotus capsulam* fert nudam, hoc est in calyce non reconditam, ut *Trifolia*, uno vel altero Semine factam subrotundo: *Melilotus* tamen ut *Trifolium* *Folia* terna habet singulis pediculis infidentia. *Melilotus* à μέλι Mel, & λωτός Lotus, quasi Lotus *Melolens*. *Melilotus Officinarum Germaniæ C. B.* hominis proceritate æquat: *Folia Trifolii pratensis*, crenata: *Flosculi* in spicam digesti valde exigui, lutei (in aliâ specie albi), odore suavi mellito, quibus succedunt *Siliculae* parvæ Semen luteum, contortum continentes. *Planta hæc nostratibus* vulgè *Tribolo* & *Tripoli* indigitatur, ex eâque totâ per æstatem floridâ *Aqua* suaveolens destillatur: quæ norante Cæalpino, altarum *Aquarum aromaticarum* vim fovet augetque. *Hæc Melilotus* ex *Tournefortio* vix rubefacit cœruleam papyrum: acris est, amara, styptica, odora, & diu commansa ad nauseam disponit: hinc jure credas, ejus *Sal* valde accedere ad *Sal Terræ naturale*, sed illud conjunctum esse cum multâ *Olei essentialis*, & particularum terrestrium quantitate. *Analys* enim Chymicâ *Melilotus* non exiguam præstat copiam *Olei* & *Terræ*, satis *Spiritus* urinosi, *Salis* volatilis concreti, & *Salis* fixi valde lixivialis: quare *Planta hæc* aperiens est, resolutiva, & edulcorans. *Decoctum* ex summitatibus *Meliloti* & *Chamæmeli* excellens est in inflammationibus Abdominis, Colicâ, Ischuriâ, Rheumatismo: uno verbo, in omnibus Morbis, in quibus opus est, ut humores acritatem amittentes naturalem cursum nanciscantur. Clysteres hac ratione ex *Meliloto* parantur: *Meliloti* & *Chamæmeli* Flores ebulliant in Jure extorum Animalium: *Decocto* per lineum trajecto addantur guttæ aliquot *Olei Anisofum*, & servetur ad usum. Pro *Cataplasmate* ebulliant ex *Aquâ* binæ *Lilii radices*, foliorum *Cicutæ* & *Hyoscyami* singulorum manipulus, & summitatum *Meliloti* pugillus: trajiciatur *Decoctum* per lineum, deinde addantur guttæ aliquot *Olei* fœtidi *Tartari*: hinc additis *Farinis* ducatur ad *Pultis* consistentiam. *Succus* demum *Florum Meliloti*, vel illorum *Infusum* in ferventi *Aquâ*, valde mulcet *Oculorum* Inflammationes, præsertim si remoto ab igne addas parum *Spiritus Vini camphorati*, deinde tenui linteo percoles, ad inutilis *Camphoræ* separationem.

Melilotus verò *Italica*, folliculis rotundis C. B. quæ apud nos vulgatiore est, duorum cubitorum altitudinem assequitur: *Caulis* angulosus, rigidus, lævis, brachiatus: *Folia* trigemina pediculis rubescentibus appenduntur, leviter crenata, nonnunquam integra: *Flosculi* melini, in spicam digesti, suaveolentes: *Pericarpium* *Pisi* magnitudine, rugosa, Semen modò unum, modò duo, magna continent.

(X) *Melilotus hæc cœrulea* *Ettmulleri*, an erit *Melilotus* major odorata, violacea *Moris*. seu *Lotus* hortensis odora C. B.

Uteri : emendat insuper foetorem Anhelitus . Extrinsecus in uterinis Balneis , Cataplasmatibus in istibus venenatis Apum , Vesparum .

N. Recensetur inter Herbas Cordiales.

P R Æ P A R A T A .

1. *Aqua stillatitia*. Ex Herbâ integrâ in MB.
2. *Aqua cum Vino destillata*.
3. *Spiritus*.
4. *Oleum*. Ex Herbâ siccâ, rarè extat.
5. *Extractum*. Ex Foliis.
6. *Conserua*. Ex Floribus.
7. *Syrupus Simplex*. Ex Succo, & Saccharo dimid.
8. *Compositus*. Fernellii. Vid. Disp. Noriberg.
9. *Sal fixum*.

CCVIII. M E L O .

Π *stos*: Melo, *Brunsf. Tab. Trag. Ger.* Melo sive Melopepo vulgi . Cucumis, *Gal. Dod.* Melo vulgi, seu Cucumis antiquorum, *Melopepo Dioscoridis, Lob. Melopepo, Lon. Pepo, Matth. icon. Fuchs. Cast.* Pepo, grandis Melo, *Cord. bist.*

Gallico conscripto, Tom. I. cap. 9. pag. 282. & seqq. Arcanum seu Quintam Essentiam, item Primum Ens describit, quod ex *Melissâ*, secundum manufectionem PARACELSI paravit : quâ ipsâ ad Rejuvenescentiam quasi restituuntur Homines, dum Senibus decidunt Pili & Ungues, novique regenerantur ; Vetulis revocantur Menstrua, & renascuntur Dentes antea deficientes, & similia . Imprimis FEBURE, quod præstet in renovatione Virium, propriam allegat Experientiam ; propinando Primum Ens *Melissæ* Aniculæ cuidam plusquam sexagenariæ, cui jam naturaliter Menses defecerunt, exin intra decem dies omnes Crines antea defluentes renati, novique Dentes proruperunt, Mensiumque fluxus fuit restitutus, cum Colore Corporis admodum laudabili, ipsaque Anus ad multos annos convaluit, adeo, ut Ætatem senilem cum Juventute commutasse visa fuerit . Idem refert, illud se *Gallo Gallinaceo* decrepito comedendum obtulisse, & eundem denuò juvenili vigore imprægnasse, unde Pennas antiquas & Ungues amiserit, novas recuperârît, Ungueque illi renati fuerint . Plura videri possunt apud *citatum Autorem*, qui descriptionem ejus habet, eamque ex PARACELSO. *Preparatio* non est adeo difficilis, requirit saltem solertem & peritum Chymicum, & habet se sequenti modo :

Collige *Melissam* tempore balsamico (postquam Flores deposuit, Semen tamen nondum profert) ante Solis exortum, *Rore turgidam*, q. f.

Contunde in Mortario lapideo ad consistentiam pulvisformem impalpabilem : Inde Magma hoc Matraccio vel Cucurbitæ longioris colli, obfirmatæ Sigillo Hermetis, digere vel in Fimo equino, vel in Vaporis Balneo scobe ligneâ repleto, per sex septimanas : quo tempore præterlapso, Materia in Liquore redacta exprimenda, & in Balneo Mariæ digerenda, ut fundum petant partes terrestres & crassæ, quas à Liquore per inclinationem & filtrationem separabis :

℥. *Liquoris hujus depurati*, &

Salis marini fusi atque p. d. soluti (quod PARACELSUS vocat *Aquam Salis & Sal solum*), vel *Salis resol. fixi Melissæ*, an. part. æqu.

(Y) *Melissa* à μέλι Mel, quod Apes mellificationem incumbentes eâ maximè delectantur . Plantæ Genus est Floris labiato, cujus labium superius erectum, subrotundum, & bifidum est, inferius tripartitum : quatuor embryones abeunt in totidem Seminibus in Floris calyce recondita . His notis addit Tournefortius, Flores *Melissæ* in Follorum quidem alii nasci, non tamen omninò verticillatos esse . *Officinalis* est *Melissa hortensis* C. B. quæ Caulibus cubitalibus quadratis, nitidis assurgit : Folia è geniculis opposita, atroverentia, serrata, odore Citrei, acrimoniâ quâdam linguam vellicante : Flores ex albido rubescunt : Radix æmum lignosa, multifida, fibrosa .

Est & *Melissa* quædam adulterina dicta quibusdam, quæ Tournefortio dicitur *Melissa humilis*, latifolia, maximo flore purpurascente . Hæc ex J. Bauhino, fibrosa Radice, subacri & amarâ vititur : Caules quadrati, bifidi, medullâ fæcti, è quorum geniculis Folia exeunt Galeopsidis, oblonga, rugosa, bifida, serrata, odore parùm grato : Flores utriculis oblongis emicant purpurascens . Hanc ad Ischuriam excellere ait Tournefortius . Ejus atque Herniarie singularum ꝑ. ij. indit alembico, Sal addit & Aquæ parum, atque in digestionem relinquit per triduum : hinc destillat ex M. B. *Aquam destillatam* ter S. A. cobobat, cobobatamque vase exactè clauso servat . In Urinæ suppressione singulis quatuor horis uncias quatuor exhibendas jubet, cum equali Vini albi quantitate commixtas : atque eodem tempore Abdomen, Perinæum, & Rezum regionem inungendam præcipit sequenti Oleo . Infunde ad Solem per tres dies in Oleum Olivarum, vel in eodem leviter decoque Afellorum Manipulum unum, Cantharides decem, & Scrupulum Seminis Ameos : Oleumque ad usum serva .

Melissa Turcica & Moldavica, de quâ loquitur hic Ettmullerus, est ex Tournefortio Plantæ peculiare Genus, quod Moldavice nomine insignivit : quemadmodum & *Melissa Moluccana* dicta peculiare item eidem Plantæ Genus est, *Molucca* appellatum .

Melo vulgaris, C. B. 1. German. *Melonen*. *Pfebern*. Gall. *Melons*.

N. *Matthiolus* majores vocat *Pepones*, minores *Meloepones*.

Gaudent solo a prico, & versùs meridiem sito, pingui, æstaque serenâ. Colligendi sunt ante ortum Solis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Semen excorticatum, & non excorticatum.

Vires. Ipse Fructus seu pulpa refrigerat & humectat : Nutrimenti est mali, putrescibilis, Febribus ac Torminibus generandis apti (Lumbricum tamen latum occultâ qualitate necare putatur.)

N. Minus nocet coctus, potuque Vini & Pipere correctus.

Semen est è quatuor *Seminibus frigidis majoribus* : aperit, ac abstergit, Epaticum est & Nephriticum, espropter confert Tussi, Phthisi & Febribus ; medetur Stranguriæ, ardorem Urinæ, Sitimque sedat, &c. Vide reliqua *Semina Frigida* majora, cum quibus in omnibus convenit.

P R Æ P A R A T A .

Melones conditi. Inciduntur Melones nondum maturi secundum longitudinem, maceranturque in Aceto dies aliquos (10.)

Inde Cucurbitæ Hermeticè sigillatæ, exponere calorè Solis per sex septimanas, donec omnes impuritates in fundum secedant, & Liquor supernatans pellucidus appareat .

Juventus tamen inducta hoc Ente Primo non est vera, sed palliativa, demonstrante HELMONTIO in *Tr. de Vita longâ* .

2. *Aqua Melissæ* cum *Vino* destillata iisdem convenit Affectibus, quibus *Spiritus Melissæ*, speciatim Uteri & Capitis. Externè vel Pulsibus, vel regioni Cordis applicatur in Lipothymiâ & Syncope .

7. *Syrupus* eadem habet vires, atque ipsum *Simplex* . In Affectibus Uteri magni est usus . Sunt, qui non minùs in Affectibus Ventriculi ex Cruditate acidâ provenientibus, eundem commendant, quibus tamen *Syrupis* omnibus præferuntur *Essentiæ legitimè paratæ* . (Y)

CCVIII. M E L O . *Melones* seu *Meloepones* sunt *Fructus* satis cogniti & usati, magis tamen in Culinis, quàm in Officinis : *Pulpa* nihili æstimanda pro usu Medico, idè planè nullo est in usu ; quoniam facilè fermentationem inducit *Massæ Sanguineæ*, & ad Febres, Inflationes Stomachi, & Tormina colica elitata disponit : Vid. PANAROLLUS *Pent. 1. Observ. 29*.

Semina ergò saltim sunt usitata, & inter quatuor *Frigida* majora referuntur, de quibus ea, quæ supra dicta, hic repetantur .

Semina Melonum in specie substantiam oleosam temperatam continent ; adeoque viribus coincidunt cum *Amgdalis dulcibus*, saltim quòd *Diuretica* magis, simulque *Absteriva* existunt : moderatè temperant & ardore Hepatis compescunt, & *Nephritica* sunt, quatenus Urinam moderatè cient . Hinc crebrior eorum usus est in *Emulsionibus* ; quæ tamen Stomacho debili non semper æquè grata sunt, cum de facilè acorem contrahant, & oleosâ substantiâ tonum Stomachi laxent .

Prostat in Officinis *Aqua destillata Melonum*, quæ refertur inter *Cosmetica*, seu inter illa, quæ pro Cutis atque Faciei nitore adhibentur : imprimis si imprægnetur cum tantillo *Mercurii*, qualem describit MYLIUS in *Basil. Chym. 1. 2. cap. 9*.

(10.) hinc effuso Aceto recens affunditur, maceranturque denud. Tandem exempti ac siccati in Melle, vel Saccharo syrupsato sensim coquantur, admittis Aromatibus pro libitu.

CCIX. MENTHA.

Mενθῆ, ἡδύσμοσ, Germ. *Muntz-Balsam.* Gall. *Mente.*

(Acuta.) *hujus loci.*
(Crispa.)
(Saracena. Vide loco sequenti.)
Est sylvestris, Mentha caballina, Menthastrum, Minus Offic. est, Aquatica. Vide *Sisymbrium*, Cattaria, Vide *Nepeta*.

Esti Mentha utraque, tam acuta, quam crispa earundem virtutum, adeoque Officinalis utraque sit; præfertur tamen à nonnullis Crispa, ceu nobilissima, sive Verticillatam velis, sive Spicatam, & potissimum cujus Caulis ad rubedinem inclinat, Rubra inde vulgò dicta.

Videatur Mentha sativa, seu crispa, *Trag. Cord. in D.* Mentha sativa altera, *Mutb. Fuchsf. Dod.* Crispa, *Lon. Cam.* sive Balsamita. Mentha rotundifolia altera, flore spicato, sive cruciata Mentha, *Lob.* Mentha sativa minor, *Cast.* Mentha

rotundifolia crispa spicata, C. B. 5. German. *Krausemuntz.* Gall. *Mente crépée ou frisée de jardin.*

Gall. Mentha angustifolia spicata, C. B. 7. Mentha, *Brunsf. 1. Matthiol. Cast.* Sativa vel Hortensis, 3. *Dod. Fuchsf.* Acuminata, *Lon.* Acuta, *Tab. Romana, Lob.* Cruciata, *Ger.* Odorata angustifolia, *Cam.* Germ. *Sprizmuntz.* Gall. *Mente à feuilles étroites.*

N. Hæc Foliis est tum latioribus, tum angustissimis & longissimis.

Colitur in hortis; gaudet locis apricis, non pinguibus quidem, sed humidis. Floret Julio.

OFFICINALI ANATIVA.

Herba cum Floribus.

Vires. Galfacit & siccatur in principio 3. partium est tenuium, substringit. Usus præcipuus in Ventriculi imbecillitate, Cruditare, Singultu, Vomitu, Flatuum ardore, Epatis obstructione, Intestinatorum Dolore, Capitis Vertigine, Lactis coagulationem impedit. Extrinsecus corrigit Ventriculi imbecillitatem, Doloresque Colicos sopit (Cataplasma); duritiem Mammaram, Lactisque coagulationem, Capitisque Achores sanat, &c.

N. Mentha Aquatica easdem cum Sativâ vires habet, adeoque in defectu substitui poterit.

PRÆ-

cap. 9 p. 199. Hæc eadem Aqua solet à quibusdam commendari in Febris Purpuratis Mulierum pro Vehiculo appropriato. Dico pro Vehiculo tantum inservire. Nam huic soli non fidendum. (Z)

CCIX. MENTHA. Mentha aliquot dantur Species.

1. Mentha crispa, spicata, Germ. *Krausemuntze.*
2. *Calamintha montana Officinarum,* Germ. *Bergmuntze,* de qua supra actum.
3. *Mentha spicata, arvensis, vulgaris,* Germ. *Korn, und Acheremuntze.*
4. *Mentha aquatica, seu Sisymbrium aquaticum,* Germ. *Bachoder Wassermuntze;* à loco natali sic dicta.
5. *Menthastrum,* quia Mentham mentitur, seu *Mentha folio rotundiore, serè incano,* Germ. *Wildemuntze.*
6. *Mentha Cattaria, seu Felina,* Germ. *Katzenmuntze,* de qua infra suo loco.
7. *Mentha Saracena,* de qua titulo sequenti.

Mentha in genere dicitur ad imitationem Græcorum à *Mentha,* Virgine Cocyti filia, quæ in hanc Plantam conversa dicitur.

Tres priores usitate sunt, & conspirant serè viribus. Præceteris autem in usu est *Mentha crispa,* de qua hic loci agemus; reliquæ *Menthae Species* non sunt adeò in usu.

Vires ejus consistit in Amore insigniter aromatico, Sale volatili oleoso imprægnato, quo virtutes prodit similes virtutibus *Aromatum Orientalium,* atque ideò pro Stomachi Affectibus, & quidem in Anorexiâ, in Dyspepsiâ, Apepsiâ, propter depravationem Fermenti stomachici, primum ducit: item Cruditatibus, imprimis acidis, & Malis quibusvis, è Mucò Ventriculi acido, plus minus viscoso oriundis: ut in Cardialgiâ, & in iis, qui debiliore sunt Stomachi, cujus tonum relaxatum nonnihil restituit & fortificat, maxime solet esse pretii: hinc & Cholerae Morbo prodesse solet, cum Vomitus nimios etiam in Iliaco Morbo compescere solet, interno & externo usu. Præterea vi sua aromaticâ seu Sale volatili oleoso, simul *Carminativa* est & *Acidi viscidii correctiva;* hinc in quibusvis Abdominis Affectibus Flatulentis, & in specie in Torminibus Intestinatorum ab Acido pontico, seu per essentiam ortis, sicut etiam in quibusvis Alvi Fluxibus, in quibus Ventriculus vel primariò peccat, vel simul afficitur, & per consensum patitur, *Mentha* hæc maximè conducit; unde pro mille Stomachi & Intestinatorum Morbis nullum Medicamentum est melius & exoptatius, quodque suas vires præ aliis conspicuas reddat, quàm hoc. Si Mulieribus Passiones

Hystericae, & tempore Gravidationis Lancinationes circa Vertebrae præprimis (quæ ut plurimum solent esse prodromi Abortus) oriuntur, *Mentha* hæc tum internè, tum externè prodest egregiè. *Specificum* etiam censetur in Cholera morbo, ubi Egri sursum deorsumque cum impetu rejiciunt: in quo casu jam ab antiquissimis laudata fuit *Mentha;* adeò, ut omnibus aliis ejus usus præferatur pro Vomitu compescendo. In Singultu, qui fit ex Convulsione Diaphragmatis per consensum Stomachi, egregia est *Mentha* quocunque usu, sive externè, sive internè. Vertigo ex consensu Stomachi Adolescentibus frequens est Malum, ob læsam, quod sæpè fit, Dietam: pro hac Vertigine curandâ *Mentha* est excellens *Simplex.* Experta etiam est contra Coagulationem Lactis: Sic refert HORSTIUS in *Dispensatorio, Menthæ Lactis* infusam id à Coagulatione præservare, nec in Caseum condensari posse: & propterea conducit Mulieribus ad impediendam Lactis Coagulationem, quæ Coagulatio valdè prodest nocere, & varia inducere Mala, quæ præcavet *Mentha;* ut ut simul conjunctum habeat hoc incommodi, quod soleat aliquantisper imminuere Lac, ejusque proventum nimium impedire. Hinc ceu Secretum à quibusdam habetur in Lactis Coagulo.

Recipiunt *Menthæ viridem,* contundunt, & instar *Cataplasmatum* applicant Mammis, ubi metus est Coagulationis: quod faciunt per octo dies, singulis diebus *Cataplasma* renovando, & ʒj. *Seminis Anethi* interiùs assumunt quotidie, sicque non fieri posse inquiunt, quin hoc coagulatum non resolvatur, & ulterius Coagulum impediatur.

Quòd si cui molesta sint *Cataplasmata,* potest recipi *Decoctum Menthae* vel solius, vel cum *Fœniculo* aut *Cheresolio,* & cum Linteis, instar Fomenti, applicari Mammis, pro impediendâ atque tollendâ Lactis Coagulatione, & Duritie Mammaram discutendâ.

In Vomitu & Nauseâ paratur cum *Fermento* & f. q. *Aceti Cataplasma:* scilicet contunditur *Herbâ,* & miscetur cum *Fermento* in formâ *Cataplasmatum,* & habebitur egregium Remedium contra Vomitus, Nauseam, Singultum, aliaque Stomachi Symptomata.

Radix quoque Lactis proventum nimium nonnihil, & Coagulationem ejus, in *Decocto cum Aceto,* internè, & externè nunc præcavet, nunc resolvit; sicut etiam *Forus* ex ejus *Decocto,* Herniis applicato, Intestinis Flatu tumentibus conducere solet.

Quod attinet *Preparata.* Spiritus per fermentationem paratus convenit contra Affectus Stomachi, imprimis contra Cholera & Vertiginem, per Stomachi consensum ortam; in qua etiam prodest *Essentia* ad aliquot guttas assumpta.

Elixir

(Z) Alibi innuimus maximas Autorum lites, variasque eorum sententias in Plantis Cucurbitaceis dictis discernendis, nempe ut notarent, quod sit discrimen inter Cucumerem, Melonem, Peponem, Melopeponem, Anguriam, Cucurbitam, & Colocynthidem. Illas tamen clarissimè distinguit, ut suus est mos, Tournefortius, propriosque singulis tribuit characteres, de quibus suis in locis. Sufficiat hoc loco monuisse, Melonem, de quo nunc agimus, non confundendum esse nec cum Pepone, neque cum Melopepone, ut faciunt Schroederus & Ettmullerus; verum Melo est Plantæ *Genus Floribus campaniformibus, Cucumeris Flores referentibus, quorum alii sunt steriles, alii embryo insident, qui ab ite in Fructum plerumque ovatum, glabrum, aut rugosum, in serna loculamenta divisum, quæ bifariam, secari videntur, Seminibusque fœrum oblongis.* Est Melo proprie dictus, omnino quem Melon di pane dicimus, ad differentiam Angurix, quam vulgò Melon d'acqua appellamus. Fructus inter sua via edulia, tum æstivo, tum autumnali & hyberno tempore, à nobis habetur: Semina Medicamenti quoque speciem obinent.

P R Æ P A R A T A.

CCX. MENTHA SARACENICA.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Herbâ.
N. Mulierculis usitatissima est ad Tormina Ventris in Infantibus compescenda.
2. *Syrupus de Mentâ minor*. Ex Succis Menthæ, Granatorumque ana. Vide Dispens.
3. *Syrupus de Mentâ major*. V. D.
(Habetur & *Mel Menthæ*.)
4. *Conserua*. Ex Foliis.
5. *Oleum stillatitium*.
6. *Oleum infusum*. Ex Mentâ crispâ.
7. *Balsamus*. Rarus est.
8. *Sal*. Ex Cinere.

B Alfamita, *Brunsf.* Mentha Saracena, *Cord. in D. Lon.* *Cans.* Mentha corymbifera major, *Cord. hist.* Costus hortorum, *Lob.* Mentha Græca, *Matthiol. Cast.* Alisma, *Trag.* Mentha hortensis corymbifera, C. B. 1. (& 2.) aliis Mentha Romana, Mentha S. Mariæ, Germ. *Raveni-Muntz*, *Marien-Muntz*, *Ffankuchen-kraut*. Gall. *La Menthe Saracénique*. Colitur in Hortis & Cæmeteriis. Floret Junio, Julio. Officialis quidem est, sed rarissime: non abs re tamen esset asservare *Folia* grati odoris & saporis, ut & *Radices*. *Vires*. Calfacit, siccat, aperit, attenuat, discutit, abstergit, auxiliatur Uterinis Affectibus, Menses ciet, Jecur corroborat, peculiarique vi, Opii, aliorumve Venenorum malignitatem retundere statuitur.

Dosis

Elixir Menthæ ex infusione *Menthæ* in *Spiritu proprio* paratur, quod egregie prodest in Cholera, aliisque Affectibus Stomachi, & Mulieribus gravidis in Lancinationibus Lumborum, & hinc metu Abortus; si nimirum *Elixir Menthæ* internè ad Cochlear unum mediocre propinetur, aut externè etiam Ventriculo applicetur.

Prostat & *Acetum Menthæ* in quibusdam Officinis, quod in Vomitu, Nauseâ, & Stomacho æstuoso usurpatur internè cum aliis: & externè ex *Aceto Menthæ*, cum *Fermento acerrimo*, & *Pulvere Menthæ* fit *Cataplasma* egregium contra Affectus Stomachi, & est ferè catholicum. *Formula Cataplasmatum* in Affectibus Ventriculi potest esse talis:

1. *Aqua Menthæ cum Vino* parata valdoperè convenit Affectibus Ventriculi & Intestinorum; unde *Ventriculi* loco inservit reliquis Medicamentis in talibus Affectibus. Sed *Aqua Menthæ crispæ*, contra Lactis præventum nimium, & speciatim in ejusdem Coagulatione impediendâ, Duritie Mammæ discutiendâ, est usitata, Mammis imponendo. Quæ *Aqua Menthæ crispæ* secreta habetur in Tumore Testium & Scroti, ex Herniâ ex Intestinis in Scrotum prolapsis Flatu tumentibus, ut & Scybalis in illis obduratis propter rupturam vel laxitatem Peritonæi, ubi ex compressione Vasorum Sanguineorum oritur Inflammatio: in tali inquam Inflammatione & Tumore Testium ex Fæcibus induratis, dicta *Aqua*, artificiosè & per multiplicem cohobationem super Plantam parata, interno & externo usu est egregia.

℥. *Ferm. acerr.* ℥iij.
Pulv. *Menthæ* ℥j.
Nuc. *moschat.* No. ij.
Mastic.
Caryophyll.
Mactis,
Cinnam. an. ℥j.

c. f. q. Aceti Menthæ f. l. a. Cataplasma:

D. S.

Cataplasma externum.

Quod si exsiccatum fuerit, denuò potest humectari cum *Aceto Menthæ*: est egregium in Affectibus Stomachi quibuscunque.

Simile ferè est *Cataplasma Myrsiciti* contra Singultum, quod habet in *Armament. Chym. Sect. 38 pag. 524*. Calidè Stomacho applicatur, id quod commendat h. m. SCHMUCK in *Secretis Medicis in Affect. Stomachi*. (A)

CCX. MENTHA SARACENICA. *Mentha Saracena* vocatur aliàs *Mentha Corymbifera*, & *Salvia Romana*, item *Costus Hortorum*, German. *das Koffe Kraut*: à quibusdam Practicis vocatur κατ' ἐξοχήν *Balsamita*; item in quibusdam Officinis, utut falsò, *Herba-Coffæ* nuncupatur.

Rarè est in usu, nisi quòd inter *Consolidas* & *Herbas Vulnerarias* vulgò referatur. Interno usu admiscetur *Portionibus Vulnerariis*, in quibus semper prodesse dicitur. Cæterùm *Folia* aromatico odore & sapore innuere videntur, quòd vires habeat non absimiles *Abfimbio*: & credo, si in usum revocaretur, quòd in Affectibus Chronicis, perinde ac *Abfimbium*, valdè conveniat. In Affectibus Uterinis commendatur, pro Mensium evocatione est egregium.

Acetum ejus conducit in Stomacho æstuoso. (B)

Y

CCXIMER.

℥. *Olei expr. Nuc. moschat.* ℥j.
Bals. *Peruv.* ℥℥.
Olei distillat. Menthæ ℥j. M.
Nervinum quoque egregium est.
Tom. IV.

(A) *Mentha* quamvis recensetur à Tournefortio inter *Plantas Flore labiato*, cujus *labium superius fornicatum est*, insertus *tripartitum*, & observante Raio, illius *Flos* veluti *quadrupartitus primo aspectu* videatur; at tamen notante eodem Tournefortio, *Mentha species odore quodam proprio & aromatico dignosci solent*. Hæ non pauca numerantur apud Auctores, atque inter eas quoque recenset Tournefortius varias *Pulegii species*; *Pulegium enim Officinarum ab ipso vocatur Mentha aquatica*, seu *Pulegium vulgare*. Etmullerus septem recenset *Species*.

I. *Mentha crispata*, spicata. Hæc erit *Mentha rotundifolia*, crispata, spicata C. B. seu *Mentha altera Dodonæi*.

II. *Calamintha montana* Officinarum, de quâ suprâ se egisse fatetur. Hæc autem *Mentha baud est*, sed verissima *Calamintha*, de quâ suo loco actum. Est tamen species quedam *Menthæ*, quæ à C. Bauhino *Calamintha appellatur*, sed hæc arvensis est, non montana, vocaturque à J. Bauhino *Mentha arvensis*, verticillata, hirsuta.

III. *Mentha spicata*, arvensis, vulgaris. Hæc fortasse erit *Mentha sylvestris*, rotundiore folio C. B. quæ spicata est, & per arva vulgator.

IV. *Mentha aquatica*, seu *Sisymbrium aquaticum*. *Planta hæc verum Sisymbrium non est*, ut suo loco dicemus, sed erit *Mentha rotundifolia*, palustris, seu *aquatica*, major C. B. hæc enim à Dodonæo *Sisymbrium appellatur*. Hujus *Folia acris sunt*, amara, & aromatica, vixque coruleam papyrus rubore insciant. Continetur in hac *Plantâ Sal volatile oleosum maximè aromaticum*, quare valdè stomachica est, & diuretica: ejus *Foliis uti possumus ac Foliis The*.

V. *Menthastrum*, seu *Mentha folio rotundiore*, ferè incano. Plures *Menthastrum species numerant Auctores*, quæ reverà sunt *Menthæ species*. *Menthastrum hoc Etmulleri videtur esse Mentha rotundifolia*, spicata, altera C. B. quam J. Bauhinus vocat *Menthastrum spicatum*, cultum, folio rotundiore, rugoso. *Menthastrum autem Dodonæi est Mentha sylvestris*, longiori folio C. B.

VI. *Mentha Cattaria*, seu *Felina*, de qua infrâ, verbo *Nepeta*: ubi an species *Menthæ sit*, videbimus.

VII. *Mentha Saracena* v. Titulum proximè sequentem.

(B) *Mentha Saracena*, Græca, Romana &c. notante Cl. Hermanno est *Tanaceti species*, vocaturque ab eo *Tanacerum hortense*, foliis & odore *Menthæ*. Huic *Radices fibrosæ*, & obliquæ *Menthæ*: *Caules cubitales & altiores*, striati, hirsuti, ramesi: *Folia Lepidii*, colore herbaceo pallecente, serrata, odore *Agerati*, sapore vehementer ama-

Dosis ad ℥ij. præcipuè Radix.
Extrinsicus adhibetur in Balneis ad ciendos Menses, &c.

CCXI. MERCURIALIS.

Λ *ινόζωρις*. Germ. *Bingel-Kraut*. Gall. *La Mercuriale*, No-
tracibus. *Wintergrun*.

Est [Mas, Testiculata, C. B. 1. [*Usurpantur*
Fœmina, Spicata C. B. 1. [*promiscuè*,
Mas insignitur Mercurialis, *Trag. Brunsv.* Mercurialis
mas. *Matthiol. Fuchs. Dod. Lob. Cast. Tab. Ger. Cam.* Mer-
curialis mascula, *Cord.* Phyllon arrhenogonon Theophrasti,
Cord. in D. Mercurialis Testiculata, sive Mas, Dioscoridis,
C. B. 1.

Fœmina dicitur Mercurialis vulgaris, *Trag.* Mercurialis
fœmina. *Matth. Fuchs. Dod. Lob. Cast. Tab. Ger.* Mercurialis
spicata, seu fœmina, C. B. 1.

Nascitur in campestribus cultis, vinctisque, Floret per
integram ætatem.

N. Est & *Mercurialis sylvestris*, seu *montana*, sed minùs
usualis,

CCXI. MERCURIALIS. Mercurialis duplex est tam
Mas, quam Fœmina. Dicitur ita, quòd Mer-
curio antiquitàs dicata fuerit. Mas dicitur, quia habet binos
quasi Testiculos, Capsulas nimirum feminales; Fœmina ve-
rò spicata apparet. Usurpatur promiscuè; Experientia ta-
men docuit, quòd Fœmina in mundificando Utero, ejusque
sordibus nimis humidis evacuandis, multùm valeat; hinc
vulgus persuasum fuit, Mercurialem Marem à Fœminâ come-
stam pro generandis Filiis; Fœminam verò pro Filiabus
inservire. Et certè non est reperibilis Planta, quæ aded
commendatur pro arcendâ Sterilitate, & expurgando U-
tero, quàm Mercurialis, sive internè sive externè. Aliàs
suo modo ad *Anagallides* & *Atriplices* pertinet.

Planta est nonnihil nitrosa, & effectivè suo modo refri-
gerans, simulque ratione Salis sui nitrosi Mercurialis in-
ternè omnes impuritates detergere, ac nonnihil laxando
primas vias mundificare solet. Usurpatur sub formâ Pul-
menti oleracei. Ger. *Grün-Kraut*; unde quædam Mulieres
in Pulso propinant Infantibus pro emolliendâ ac laxandâ
Alvo bono cum successu. QUERCETANUS in suis scri-
ptis mirum quantum commendat Mercurialem pro purifi-
cando & abstergendo Utero: in Medicamentis enim Uterinis
ratione Salis sui nitrosi purificat Sanguinem, & abstergit
Uterum, & hinc contra Sterilitatem valde solet laudari.

Externè Clysmatibus Abstergentibus & Laxantibus inco-
quitur, quibus plerumque Succus Mercurialis cum vel sine
Melle additur. Speciatim admodùm commendatur ad re-
purgandum Uterum, & detergendum eundem, sive Succus
vocens per Siphonem injiciatur, imprimis post Fluxum
Sanguinis menstrui, remoratum à crassâ & viscidâ Muci-
lagine, Vasa Uteri infarciante, quæ impedit fecundita-
tem & imprægnationem, per eadem expurgandâ; seu è
Bombace, Succo hoc Mercurialis imbuto, fiat Turunda, aut
ipsa Planta recens succulenta blandè contusa, & Sindone
involuta, sub forma Pessii applicentur, tam Utero Mulierum
sterilium, quàm parturentium. Multùm enim convenit in

amaro: summis ramis insident Corymbi aurei Tanacetii. Nostratibus Menta Francesca appellatur, atque pro Ventricu-
li debiliore fœtu inter efficaciores habita, ut Mentha ipsi vulgari præferatur.

(C) Mercurialis, apud Græcos ex Plinio, Hermupoa, quasi Mercurii herba, (at Plinius idem cum Lino-
zollii & Parthenio confundit) Plantæ Genus est Floræ apetalæ, sed sterili: Embriones enim in iis speciebus inna-
scuntur, quæ Floribus carent, abeuntque in fructum, ex duabus capsulis compositum, Semine factis subrotundo. Hinc
specierum præcipua apud Antiquos diviso, in Mercurialem marem Dioscoridis, & Plinii, quæ testiculata, b. e.
fructus ferens, & Mercurialem fœminam Dioscoridis & Plinii, quæ spicata, b. e. floribus ornata. Pena, Lo-
belius, & J. Bauhinus notant in Mercuriali testiculatâ aliquid nitrosi: ea saporem præ se fert herbaceum, parùm
salsum, nec cœruleam papyrum rubro colore inficit. Putat hinc Tournesfortius, à maximâ Sulfuris copiâ, quæ Mer-
curialis scætet, impedimentum fieri Sali ammoniacali ne se prodat: ex chymicâ enim Analysis Planta hæc multum
Salis volatilis concreti exhibet, multumque Olei, & Terra. Hippocrates, Dioscorides, Plinius, Galenus, & quo-
tidiana Experientia docent, Mercurialem Plantam esse catharticam. At Schrœderus (nisi mendum in textu subsit) ait à Mulierculis Mercurialem Infantulis cum Pappâ exhiberi, ut Alvum solutam retineant. Ulteriùs ad Hydropem,
Cachexiam, & Chlorosim potui dant Aquam, in qua Mercurialis spatio 24. horarum frigidè macerata fuerit. Semi-
cupia ex ejusdem Decocto commendant ad Mensium suppressionem. Sterilibus exhibentur Succi depurati ℥ij. cum ℥ij.
Tincturæ Martis. Paratur præcipuè ex Mercuriali Syrupus de longue vie Gallii dicitur, cujus hæc descriptio: Im-
ponantur in lebetem Mellis Narbonensis ℥ xij. Succi Mercurialis ℥ viij. Succi Borriginis ℥ ij. misceantur ad
ignem spatulâ ligneâ Mel & Succi, & absque ebullitione trajiciantur per Manicam Hippocratis; hinc adde ℥ iv. Vi-
ni albi, in quo infuse fuerint spatio 24. horarum frigidè Radicum Gentianæ minutim incis. ℥ iv. lebetem iterùm igni
impositio misceantur exactè Succi cum Vino & Gentianæ frustulis, atque citra ebullitionem trajiciantur denud omnia
per eandem Manicam: quod autem trajetum est forti ebullitione reducatur ad Syrupi consistentiam. Hujus Cochlear j.
pluribus diebus mane sumatur jejuno stomacho, nec cibus assumatur, nisi duabus horis elapsis. Alvum laxam reddis,
Sanguinem repurgat, à Podagrâ, Ischiade, similibusque affectionibus præservat.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Semen (Menses ciens.)

Vires, Mercurialis calcacit & siccacit, abstergit, Alvum
mover, (Bilem ac Aquas purgat.) Extrinsicus Vulvæ ad-
hibita Menses & Secundinas trahit, Tumores emollit, cre-
berrimi usûs in Clysteribus.

N. Sunt è nostratibus Mulierculis, quæ Mercurialem In-
fantulis cum Pappâ exhibent, ut Alvum solutam retineant,
Terminaque præcaveant.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ florescente.

2. Syrupus. De Succo Mercurialis, & Saccharo dimid. Vidè
Disp.

3. Mel Mercuriale. Ex Succo & Melle dimid. Vid. Disp.

N. Adhibentur potissimum in Clysteribus.

CCXII. MESPILUS.

M *έσπιλος*, Mespilus, *Brunsvelf. Trag. Lon. Lob. Dod.*
Mespilus altera, *Matth.* Mespili altera species spon-
te proveniens, *Cord. in D.* Mespilus vulgaris, *Clus. hist.*
Cam

sordibus Uteri mundificandis, ac detergendis, Mensibus re-
tardatis, & Lochiis non ritè fluentibus: stimulat etiam in-
signiter & facit, ut talia Excrementa feliciter ejiciantur,
maximè à Practicis contra Sterilitatem laudatur, tam præ-
servativè, quàm curativè: quod tamen merum commen-
tum est, nisi Sterilitas à Muco viscido, similibusque
impuritatibus inducta sit. Imprimis sic Pessus elegans, si
taliter contusæ addatur Crocus & Myrrba pro Mensibus: Po-
test fieri talis Præscriptio:

℥. Myrrbæ el. ℥ss.

Croci ℥ss.

C. Succo Mercuriali & pauco Melle f. Pessus, qui obduca-
tur Sindone rubro, & applicetur in formâ consuetâ.

Quòd si addatur ℥ss. Trochiscorum Albandal, erit eò effi-
caciùs pro provocandis Mensibus, & etiam pro stimulan-
dis Lochiis.

Essentia pro Sterilitate & Utero expurgando usurpari
solet. (C)

CCXII. MESPILUS. Mespilus est Arbor satis cog-
nita, magis Fructus ipsius: Usitati tamen
sunt Fructus ejusdem & Partes.

Cæterùm Fructus Mespili recipitur in usum, quando est
immaturus (nam maturi sunt fermentescibiles, quod Vete-
res dicunt putrescibiles) propter vim adstringentem, quam
prodit Gustus austerus adstringendo Linguam & Fauces;
unde etiam intrinsicè pro Restrictivo excellenti Mespila im-
matura solent commendari: & exinde in quocunque Fluxu
Alvi, uti etiam in Vomitu, Nauseâ, & Diarrhœa: in ge-
nere in omnibus casibus, ubi Partes Uteri nimis laxæ, ut Fi-
brarum adstrictione roborentur. Exemplum hujus usûs
habet FORESTUS lib. 22. Observat. 1. qui felicissimum
usum Mespilorum expertus est in Diarrhœa ferè desperatâ
compescendâ, & aliquando in quibusdam contumacissimâ,
quos aliis irritis & nihil juvantibus, usu tantùm Mespilorum
crudorum restituit. Cum simili successu solent etiam adhi-
beri

Cam. Epit. M espilus vulgaris, Germanica, folio laurino non ferrato, C.B. 1. five Mespilus sylvestris, Germ. *Nespe-Baum*, *Mespe-Baum*. Gall. *Nesle*.

Crescit in hortis. Floret Junio ; Fructus fert Octobri.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (*μίσπιλος*), *Officula*, *Folia*.

Vires. *Fructus* (*Mespila*) retrigerant, siccant, saporis sunt austeri, adstringunt, constipant validè. Ventriculo noxia sunt, præcipuè dum duriuscula adhuc extiterint, emollita enim adstringunt leviùs, nocentque minùs, ac facillè putrescunt. Usui esse possunt in Diarrhœa, Dysenteria. Extrinsecus in Vomitu, (Cataplasmate) impoliti.

Officula (*Lapilli*, *Acini*) commendantur summòperè ad Calculum atterendum & expellendum.

Folia similem vim cum Fructibus obtinent, adeoque & hisdem indurationibus inserviunt. Et præcipuè in Gargarismis : Balneis uterinis.

PRÆPARATA.

Conditio Fructus, cum Melle.

beri in Dysenteriiis, in quibus adhuc magis convenire videntur ; hinc Germanis dicuntur *die Arsch Klammern*.

Folia, propter vim *spasticam* & *adstringentem*, *Decocta Adstringentia* subinde solent ingredi ? rarò tamen adhibentur internè : externè Capiti sæpè applicantur ad inhibendum Capillorum defluxum : *Adstringentia* sunt, & in *Gargarismatis* pro Faucium Exulceratione & Inflammatione usurpantur. *Quin* & *Injectionibus* chirurgicis, in Fittulis & Abscessibus usitatis adduntur. In *Decoctis* quoque pro *Balneis Uterinis* adhibentur in nimis Fluxibus Mensium, vel Lochiorum, vel post Puerperium, ut gratiores fiant Mulieres Viris, adjuncto tunc temporis paucò *Alumine*, ut sic de novo possint celebrari Nuptiæ.

Officula reperiuntur in Mespilis, quorum *Nuclei* cum *Perficorum Nucleis*, suo loco tractandis, conveniunt. *Officula* hæc, seu *Lapilli*, non secus, ac similia alia Concreta dura Vegetabilium pulverisata usu diuretico adhiberi solent : in præservando Renum Calculo admodum laudantur, quatenus Acidum destruendo in primis viis, atque adeò etiam Urinam suppressam, & Sabulum renale fortiter pellendo, tam præservant à Calculo, quam præsentem tollunt. Sunt qui dicunt, illa solvere & atterere Calculum ; quod tamen non auctim dicere. Observandum est de ejusmodi *Concretis ossis*, in Fructibus nonnullis reperibilibus, in *Cerasis*, *Perficis*, *Amygdalis*, *Mespilis* &c. quòd hæc ipsa destillata suggerant *Spiritus acidum*, unà cum *Oleo empyreumatico*. *Spiritus* iste rectificatus egregiè est *diureticus*, & suo modo *liebentripticus*. Non sunt propriè dicta *Ossa*, aut *Lapides*, sed verè substantia media lignea, quali mutuo intorta, & ita durioris præ cætero Ligno compagis ; unde etiam igne aperto solent suggerere, quæ ipsa Ligna assolent.

In Officinis prostant *Mespila inmatura condita*. Condiuntur autem vel *Saccharo*, vel *Melle*, ut à putredine conserventur.

Tom. IV.

(D) *Mespilus Planta* (*Fruticis*) *Genus est Flore rosaceo*, cujus *calyx foliatus ablit in Fructum ferè globosum*, coronatum, carnosum, unicapularem, officula condentem, nucleo oblongo facta. *Species Officialis notissima est*, quam C. Bauhinus, appellat *Mespilum Germanicum*, folio Laurino, non ferrato, live *Mespilum sylvestrem*. *Mespilus Atonia Veterum est*, quam idem A. *Mespilum Apii folio*, laciniato vocat, nosquè vulgò *Azaruolo* : *bujus species Officula in Fructibus contenta, si in Pulverem redigantur pro maximo Lithonriptico deprædicantur.*

Ad *Mespili Genus* reducitur *Oxyacantha vulgaris*, sive *Spinus albus* J. B. diciturque à C. Bauhino *Mespilus Apii folio*, sylvestris, spinosa, sive *Oxyacantha*. *Huic firma materies, ut loquitur J. Bauhinus, Caudex mediocriter crassus, ramis lentis, brachiatis, firmisque, operi copiaro maxime idoneis : Spinis borret rigidis & acutis : Folia Apii, gustu viscido : Flores conferti, albi, odoratissimi : Fructus Bacca videntur per maturitatem rubra. Myrti Baccis majores, nigro umbilico, unum vel alterum (rarò tertium) officulum continentes. Analysis bujus Plantæ chymica plures acidos Liguores præbet, parum Spiritus urinosi, nihilque Salis volatilil concreti ; sed multum Olei & Terræ exhibet. Hunc conijcere est, in Oxyacanthâ Sal contineri Corallorum Sali valde affine, multo Sulfure involutum, ac cum paucò Sale ammoniaco commistum. Tragus asserit, Aquam destillatam ex Floribus Oxyacanthæ, vel Spiritum, destillatione ex hisdem in Vino per triduum maceratis elicatum, maximum Pleuriticis & Colicis solamen esse.*

(E) *Meum Plantæ Genus est Flore umbellato*, *Fœniculo valde affine*, etiam ratione Foliorum, quæ tenuissimè laciniata sunt & costæ innascentia : ut *Tournefortius fateatur, per se non stare, quin unica usque ad huc cognita Mei species (quæ Meum foliis Anethi C. B. dicitur) Fœniculum Alpinum, perenne, capillaco folio, odore medicato, appelletur. Gesnerus, Mei pabulo in Apuliâ Vaccas plurimum & optimum Lac reddere, & inde Caseum Caballinum dictum confici, se audivisse ait : Gesnerum redarguit Raius, asserens, Caseum illum ex Lactè bubalino, seu buffalino, non vaccino, fieri, sibi narratum fuisse. Illud autem verum est, nec Caseum Caballinum dictum ex Lactè confici bubalino, nec Apulas Vaccas, è quarum Lactè Caseus ille conficitur, Mei pabulo (in Apuliâ baud frequenter) uti.*

(F) *Meum adulterinum, quod fortè per errorem angustifolium vocat hic Etmullerus, erit sanè Meum adulterinum latifolium C. B. quod Meum Italicum spurium vulgò vocant. Tournefortius ad Fœniculum reducit, vocatque Fœniculum sylvestre, perenne, Ferulæ folio, breviori.*

CCXIII. M E U M.

Meum, Officinis. Meum indeclinabiliter. Meum, *Matibol. Tab. Ger. Cast. Dad.* Daucus, *Cast.* Tordylium, *Cord. in D.* Meum vulgare tenuifolium, *Clus. hist.* Daucus Creticus, *Trag. Fuchs.* Sefeli Creticum, *Fuchs.* Meum foliis Anethi, *C.B. 1.* Germ. *Beer-Wurtz, Bar-Wurtz, wilder-Dill, Bären-Dill, Bären-Fenchel, Mutier-Wurtz, Heriz-Wurtz.* Gall. *du Meu.*

Crescit copiosè in Sylvâ Hercyniâ, aliisque locis montanis, ut & in Montibus campestribus & apricis ; apud nos nonnulli in hortis cultum invenitur. Floret Junio ac Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Calfacit 3. siccatur 2. attenuat, aperit, Flatus discutit. Usus præcipuus in inflatione, ac ructu Ventriculi, in Mensibus ac Urinâ ciendis, in Uteri Suffocatione. In Torminibus Ventris, in Catarrhis, Tartaroque Pulmonum expectorando. Extrinsecus in Balneis, Cataplasmatibus, &c.

PRÆPARATA.

Multas ingreditur Compositiones, ut & ipsam Theriacam.

CCXIV. MI-

ber in Dysenteriiis, in quibus adhuc magis convenire videntur ; sic enim gratiorem habent saporem, & palato arrident, nihilque deperdunt de vi adstrictoriâ. Pro Stomacho roborando, ejusque Fibril adstringendis, optima sunt : hinc in Vomitu nimio, Nauseâ, Diarrhœâ, Dysenteria, aliisque Fluxionum generibus, maximè conducunt. (D)

CCXIII. **M** E U M. *Meum sativum Arabanticum, foliis Anethi, seu Anethum ursinum, Ger. die Beer-Wurtzel*, nomen hoc accepit, quia conducit Utero muliebri.

Radix tantum in usu est, quæ & Odorem & Saporem spirat quodammodò aromaticum, *Levisico ferè*, vel *Angelica*, vel *Fœniculo* similem ; cum quibus & in viribus conspirat, tam *alexipharmatis*, quam *carminativis*, & *uterinis* : in quibus Affectionibus, necnon Doloribus post Partum, & flatulentitiis Intestinatorum, & Uteri imprimis Morbis, vi suâ *aromaticâ* maximè commendatur. Hinc etiam in Mensibus provocandis, & Lochiis propellendis vulgatissimi est usus apud Mulierculas *Radix* pulverisata ; sicut & propter vim *carminativam* & *aromaticam* convenit in Suffocatione Uterinâ, compescendo Acidum corruptum effervescentes in Intestinis, & inducens Suffocationem Uterinam, Affectum Convulsivum, &c.

Multa quoque *Composita* sunt, quæ ingreditur hæc *Radix*, v. g. *Theriacâ* &c. interim illi sæpè *Radix Angelicâ* & *Fœniculi* substitui possent. (E)

M E U M A D U L T E R I N U M.

M eum Adulterinum angustifolium species est *Silensis*, seu *Levisici Montani*. Planta est aromatica, ad *Daucorum* naturam accedens : unde non dubito, quin pro scopo *uterino* ac *alexipharmaco* cum *Dauco* conspiret. (F)

Y a

CCXIV. MI-

CCXIV. MILIUM.

Kύκκος, Milium, *Brunseif. Frag. Matth. Fuchf. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Cas. Lab.* Milium aureum, & album, *Carn.* Milium semine luteo, vel albo, C. B. 1. German. *Hirs, Hirschen.* Gall. *du Millet.*

Gaudet solo arenoso, humido. Floret Augusto.

OFFICIALI A N A T I V A.

Semen, ac Farina Seminis.

Vires. Refrigerat & siccac 3. Alvim constipat, est difficilis digestionis, plurimi tamen ac laudabilis nutrimenti. Decoctum Sudorem ac Urinam potenter movet. Extrinsecus excacat Catarhos, Dolores Capitis & Ventris sedat, costum cum

Sale communi calidè Vertici vel Ventri impositum): consumit Lac, pellit Calculum Renum (in Balneo): Diarrhoeam Infantum sistit (Cataplasmate) cum Decocto Sumach.

P R A E P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ florecente. Insigne preservativum censetur in Calculo.

2. *Decoctum D. Ambrosii.* ℞. Milii ℥j. coq. in Aq. ℥ij. ad crepaturam, coletur.

Vires. Magnarum virium censetur in Febribus, imprimis Tertianâ, si in declinatione Paroxyismi exhibeatur ad Sudorem eliciendum.

N. Aliis Vinum adhibuisse placet.

CCXV. MI-

CCXIV. MILIUM. *Milium*, Fructus ille Cerealis, nulli non notissimum est.

Semen tantum in usu, & quidem maximè *culinario*; quod contritum dat *Farinam*. *Pulmenta* enim exinde parata admodum nutritiva sunt. *Vis* autem hæc nutritiva consistit in *Mucilagine* temperatâ copiosâ, quæ in Stomacho, Fermentationibus residentibus, ceu *Semen Cereale*, Chylum suggerit copiosum optimè & subleniter nutrientem, imprimis, si cum *Lacte* coquatur; ita enim copiosum & oleosum dat Nutrimentum; est facilis, contra AUTOREM nostrum, Digestionis, & optimæ Nutritionis adjuvetis. In usu verò medico *Decoctum Militi* sub nomine *Syrupi Drvi Ambrosii* in usu est *sudorifero* ad crepaturam usque coctum. Hoc non tantum in quibusvis Tertianis Febribus, & variis casibus aliis, sed & imprimis in Variolis, Morbillis, & similibus Affectibus in principio turè adhibetur ad mitigandum Sanguinis fervorem, & Variolarum promotionem, simulque acrimoniam earundem temperandam, nunc solum, nunc cum *Radice Fœniculi*, vel *Scabiosæ*, vel *Ficibus* conjunctum, ubi *Milium* in duplo vel saltem æquali proportione *Ficibus*, vel reliquis, additur, & sic quoque Alvim laxat. Vid. ANGELUS SALA in *Pharmacop.* p. 825. Hoc ipso Suppurationem promovet, & Foveas simul præcavet: & quidem perlibenter admiscemus *Radice Scabiosæ*, quoniam Variolæ valde solent lædere Partes internas, sicque Phthisin, sæpe Mictum cruentum, Dysenteriam &c. inducunt. Hæc Mala ut præcaveamus, addimus *Radice Scabiosæ*, quia ejus vis vulneraria notissima est: unde etiam *Syrupus Scabiosæ* in *Decocto* hujusmodi solet dissolvi, pro præservando Pectore & Partibus internis contra Exulcerationes à Variolis. Sæpius contingit, ut intrinsecus deglutiantur frustula *Vitri Acule* & similia: in tali casu, ne deglutitæ res nocumentum afferant Corpori, assumatur *Pulmentum Militi*, cum *Lacte* ad consistentiam crassiorem coctum, in magnâ copiâ, & nihil Potûs desuper affundatur: Hoc modo enim fit, ut res acres & pungentes, involutæ pulpæ Militi, egrediantur è Stomacho, & præceptent per Intestina absque nocumento: cujus rei egregiam Historiam refert KECKERMANNUS in *Systemate Physico*, item SENNERTUS l. 3. *Prax. Part. 1. Sect. 11. cap. 3. pag. 15.* de quodam, qui in gratiam Amici devoravit *Vitram*, ex quo magnum Dolorem sensit in Ventriculo, curato tamen per *Pulverem* ex *Fruento Saraceno*, Germanicè vom *Turckischen korne*. Loco hujus potest sumi

vel ex *Milio*, vel ex *Panico*, & sunt ejusmodi *Pulmenta* satis experta. Interni usus aliàs est rarioris. Cæterum narravit mihi Hospes meus Parisiis, Chirurgus expertissimus, de Puellâ, quæ deglutivit *Aciculam*, quam post triennium ex Ulcusculo in Pede prope Talum extraxit, adeo, ut sensim atque sensim penetrando ad Partes inferiores fuerit delata: & hujus penetrationis non sunt raræ Observationes. Videatur PFIZERI, Germ. *Vernunfftiges VWunden-Vrtheil*, ubi refert de *Cultro*, quod penetravit, & ex Ventriculo extractus est. Sic etiam legitur de *Aristâ* deglutitâ, & postmodum, orto Abscessu circa Ventriculum, ex illo extractâ. (Δ)

Externè frequentissimè *Semen Militi* cum *Sale tosto* mistum, Capiti in Affectibus Catarrhalibus, in Dolore Capitis gravativo & tensivo in Vertice & Bregmate; qui Dolor gravativus frequens est Mulieribus per consensum Uteri cum Capite, item in Dolore Capitis inveterato à Causâ externâ. In talibus Doloribus expertissimi sunt *Sacculi* ex *Militi*, vel *tosti*, vel non *tosti* p. iv. & *Salis communis leviter tosti* p. j. vel ij. Capiti impositi. Addi potest his *Sacculis* pro re natâ vel *Herba Verbena*, vel *Chamæmelum*, vel alia Medicamenta. LINDANUS sanè in *Collegio super Hartmannum* non potest satis commendare tales *Sacculos* in talibus Doloribus Capiti applicatos, uti & Auribus in Surditate, Tinnitu, & similibus Aurium Affectibus. *Formula* potest esse talis:

℞. *Sem. Militi* (præscribi potest prout lubet) vel leviter tosti, vel leviter cocti. Mij.

Salis comm. leviter tosti Mj.

Herb. Verbena (specificè in Cephalalgia),

Flor. Chamem. an. M. i℥.

Rad. Rhod. (quæ est specificè in Dolore Capitis) ℥j.

Zedoar. ℥℥.

Ex contafis f. *Sacculus interpassatus*.

D. S.

Sacculus ad Caput.

Si debent esse duo, præscribitur in duplâ dosi. Applicatur Bregmati, Offi Bregmatis, & Vertici. Adspergi possunt cum *Aquâ appropriatâ*, etiam cum *Spiritu Vini* non adeo generoso, vel minùs rectificato; vel irrorari possunt *Oleo destillato Succini*, vel *Baccarum Juniperi*, vel alio simili. Quin & in Ventris Torminibus *Sacculus* ex *Milio*, vel solo, vel ad-

(Δ) Occasione corporum extraneorum casu deglutorum, ac per aliquam Corporis partem dejectionum, non incongruum existimavi, Historiam ad negotium facientem à Dño le Gendre conscriptam, atque Matritio ad Amicum Parisios transmissam, hæc inserere. Dñs Jo: Antonius de Aranda Hispanus, militarium ordinum ductor, quadragenarius, 27. Martii 1714. à prandio mensa assidens, argenteam Fuscina, quâ ad edulia ori admovenda vulgò utimur, in manu habens, quum ejus manubriolo linguæ basim à nescio quo liberare voluisset, patentibus ex titillatione faucibus, ac deinde sese coardantibus, Fuscina veluti forcipe præbensa per œsophagum in Ventriculum delapsa fuit. In Ventriculo primum tacitus quidam dolor atque pondus ferè per Mensam hominem vexavit: hæc symptomata graviora postea facta sunt, & partes profundiores, inferioresque obsederunt, cum vomendi conatu: fortasse cum Fuscina per Duodenum Intestinum transiitum tentabat. Dolor & molestia per aliquod tempus in toto Abdomine perseverarunt, cum conatu ad Vomitus, atque ad aliqualem Dejectionem cum Tenesmo. Hinc dolor in sinistrâ lliorum regione consistit non levis, spatio duorum mensum affligens, non sine suspitione laceratæ à Fuscina cornibus Intestinorum membrana. Sed quamvis per longum temporis spatium (mutato sanè corporis illius situ) prædicta symptomata sedata fuerint; nihilominus omnia postmodum exacerbata iterum sunt, impactâ scilicet in Intestinum Cæcum Fuscina: fortes enim dolores dextram lliorum regionem exercebant, dejectiones Sanguinis variegatarumque humorum immodicæ, medicamentis omnibus irritis. Eger ergò debilis, ac excarnis redditus, Febri correptus, cum pulsu valde exiguo, ad Vitæ mortificæ confinia perductus fuit, ut Chirurgus, qui Historiam scribit, præsolanter accersiretur, Cadaver profecturus. Hic autem advolans Ægrum invenit multò melius se habentem, ac omnibus doloribus (si levem circa lumbos excipias) levatum, Febrique ipsâ carentem. Hinc paucis elapsis diebus talem recuperavit Eger salubrem corporis statum, ut argenteam Fuscina in Intestinis omninò dissolutam esse (ut quorundam opinio erat) facilè sibi persuaderet. At 20. Junii 1715. atroces dolores in sinistro Inguine repente passus fuit: hos comitati Vomitus, & Dejectiones biliosorum, tenacium, & purulentorum succorum: quibus ad 25. ejusdem Mensis assidud affligentibus, tandem quum ad alvum deponendam consedisset, ex insperato Fuscina olim deglutita, ac quæ spatio quindecim Mensium in corpore latuerat, nullo negotio per alvum extruditur. Hæc nigro colore infecta deprehensa est, pondere aliquot drachmis deficiens, atque per totam ferè superficiem aspera reddita. V. Ephes. Erudit. Ann. 1716. Decembr. 664.

CCXV. MILIUM SOLIS.

Λίσσπερμον, Lithospermum, *Brunsf. Fuchf. Cord. in D. L.* Lithospermum minus, *Matth. Dod. Lob. Cast. Ger. Vulgare, minus, Cam. Lithospermum legitimum, Clus. Saxifraga tertia, Brunsf. Milium Solis sativum, Frag. Fuchf. Lithospermum arvense, Tab. majus erectum, C. B. 3. minus, Matth. Germ. Meerbirse, Steinsamen. Gall. Saxifrage, du Milium solis.*

Crescit in hortis, inter fruges incultum. Floret Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Calcificat & siccat. Calculum insigniter comminuit, ac expellit, Renes abstergit, Urinas ciet, Partum pellit,

Dosis Seminum ʒj. ad ʒij.

N. Sunt qui pro certo Experimento jactitant, in Febri Quotidianâ ante invasionem Semen exhibere, idque vicibus iteratis.

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia. E Foliis.

CCXVI. MILLEFOLIUM.

Στρατιώτης, ὁ χιλιόφυλλος. Stratiotes millefolia, *Fuchf. Cajp. Millefolium terr. tre, majus, Tab. Cord. Millefolium album, Brunsf. Millefolium vulgare, Frag. Achillæa, Lon. Dod. Millefolium, Cam. Millefolium stratiotes. Cord. in D. Millefolium album, C. B. 3. Supercilium Veneris. Germ. Garb, Taufent-Blat, Garben-kraut, Schaff-Garbe, Schaffripp, Jungfern-Augen. Gall. Millefeuille.*

Crescit passim locis aridis juxta vias, in Cœmeteriis, &c. floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus.

Vires. Exsiccata, astringit, cum temperato calore ac amaro; hinc medetur Vulneribus, Tumoribus, ac Inflammationibus sine repulsione. Usu itaque interno convenit in Hæmorrhagiis, ac Fluxionibus omnis generis, Narium, Uteri, Alvi, Vulnerum, Sreatu sanguinolento, Vomitu, Urinâ retentâ, Calculo, Mictione sanguinolentâ, Gonorrhœâ, Hæmor-

addito *Rhabarbaro*, calidè Abdomini applicatus, egregiè conducit. (G)

CCXV. MILIUM SOLIS. *Milium Solis* seu *Lithospermum*, vel secundum Mauritanos potius *Siler montanum*, à Montibus seu loco natali sic dictum. Communiter solet præscribi in Officinis *Lithospermum*, quo nomine etiam venit apud Practicos, seu *Semen Lapidum*, propter vim atterendi & pellendi Calculum, Germ. *Merr-Hirse, Stein-Saamen*, cujus duæ sunt Species: *Majus*, & *Minus* seu *Sylvestre*.

Lithospermum majus parva est Planta cum *Foliis angustis*, cujus *Flores* sunt *albi*, in principio cujusque *Caulis* siti, ex quibus *Semen albicans* in modum *Unionum* egreditur, hinc *Belgis Perlkraut* dicitur.

Semen est duriusculum magnitudine *Milii*, habetur pro nobili *Diuretico*. Vis ejus residet in Sale volatili temperato, oleoso, ac mucilaginoso, blandè anodyno, hinc amicum est partibus Nervis ac specificè ad ciendam Urinam, & stimulandum Urinæ Sabulum, & Calculum, ejusque Materiam conferre dicitur, si pulverisatum ad ʒj. in *appropriato Vehiculo* detur: unde etiam solet abstergere Renes à Mucilage viscidâ, Calculorum fornice & nutrice. Novi qui in Sabulo & Calculo pellendo tritum *Semen* cum *Vino Malvatico* propinatum proficuum experti sunt; pro qua intentione aliàs *Emulso* ex hocce cum *Semine Violarum purpurearum*, & *Aquâ Alkekengi* præparata polychresta est. **MATTHIOLUS** & alii ad ʒij. cum *Vino albo* propinant, ceu certum Experimentum Partu difficili laborantibus, uti & in Secundinæ retentione; de quo tamen consulenda ulterior Experientia. Quin & in Gonorrhœâ cohibendâ cum *Asplenii ʒss. Succini albi ʒss.* ad ʒij, & hujus ʒj. ad ʒiʒ. pulverisatâ, cum *Succo* vel *Aquâ Plantaginis* aut *Lactucæ* commendat idem; idque suo Experimento hoc didicisse affirmat **FREITAGIUS** in *Aurorâ Med.* Pari modo contra Febres Quotidianas in *Vino ʒj.* ante Paroxysmum per aliquor dies exhibetur.

Radix cum *Carne* loco *Petroselinici* cocta, omnia, quæ *Semen*, præstat in Affectibus Nephriticis. *Externè* cum *Malvâ* &

Chamomillâ cum *Aquâ* cocta pro *Balneo* in Calculo, pro Dolo leniendo, & Urinâ ciendâ ab eodem commendatur.

Lithospermum erectum, majus, latifolium falsò dicitur *Passerina. Milii Solis* defectu in ulum potest recipi *Semen, Cortandri Semina* referens, in Affectibus Urinariis, Calculosis &c. Partum promovere dicitur; id quod confirmat **FREITAGIUS** in *Aurorâ Medicorum pag. 551.* qui dicit, quòd ʒij. *Seminis minoris Lithospermi* propinati cum *Lacte*, sint certissimum Experimentum ægrè parturientium, quoniam *Fœtum* egregiè promovent.

Datur etiam alia *species Lithospermi, nigro semine.* (H)

CCXVI. MILLEFOLIUM. *Millefolium* seu *χιλιόφυλλον* sic dicitur, quòd *Folia* ejus *mille* quasi *Foliis* aliis sint stipata, German. *das Taufend. Blat, oder Schaffs-garbe.*

Triplex ejus est *differentia*:

1. *Album.*
2. *Purpureum.*
3. *Tomentosum luteum.*

Dividitur aliàs in *Majus* & *Minus*, quorum illud etiam dicitur *Achillæa*.

Præ cæteris tamen in usu est *Millefolium album*, Planta nobilissima *adstrictoria* ac *Sanguinem* sistens; id quod videmus sufficienter diductum ab **AUTORE**, aded, ut non sint multa de eadem dicenda. Hinc etiam est excellens & primarium *Vulnerarium*, quod ingredi solet *Essentias Vulnerarias*, & sic propinatur in Vulneribus malignis & venenatis, ubi Malignitatem corrigit: unde *Decoctum* ejus in Dysenteria, Mictione cruentâ, nimio Mensium Fluxu, & quibuscunque Hæmorrhagiis internis, ac omnibus Hæmorrhoidum generibus, necnon Hæmorrhagiis Narium, item Abortu imminente, multùm laudatur; in Suppressione verò Mensium, Fluxum eorum promovet. **AUTOR** dicit, quòd conveniat in Fluxu albo Mulierum; quod verum est, & huc Fluxui in Viris respondet Gonorrhœa Virorum. Unde *Succus Millefolii* est egregius in compescendâ eadem, si ʒj. recipiatur, & propinetur cum *Lacte* dulci: hæc enim *Potio* certò curare Gonorrhœam dicitur; idque imprimis, si ad-

(G) *Milium*, inter *Cereales dictas*, notissimum *Plantæ Genus*, *Flore* est *apetalo*, cujus *pistillum* abit in *Semen subrotundum, vel ovatum, glutinâ, quæ calyx Floris* fuit, ceu *capsulâ, obvolutum. Variæ species* à *Seminis colore*, qui nunc luteus, nunc albus, nunc niger est, designantur: quædam *Arudinacæ* sunt, & *Sorgo* vel *Sorghii* dicuntur: quædam etiam *Indicæ*, & *Dora* appellari solent.

(H) Ne *Milium Solis* à quopiam inter *Milii* propriè dicti *species fortassè connumeraretur*, hoc *Plantæ Genus* omninò *Lithospermum* (quasi *Semen lapideum* à *λίθος* Lapis, & *σπέρμα* Semen) appellari voluit **Tournefortius**: quòd *Flore infundibuliformi multifido* est, *Embryones* autem quatuor *pistillo adhaerentes* in totidem *abens Semina subrotunda, dura, nitida, in calyce ipso maturescuntia. In speciebus designandis aliqua est inter Autores confusio*: quòd enim *Lithospermum majus erectum* est **C. Bauhino**, hoc **Dodonæo** dicitur *Lithospermum minus*: & contra *Lithospermum minus, repens, latifolium* **C. B.** est *Lithospermum majus* **Dodonæo**.

Species magis Officinalis est *Lithospermum majus, erectum* **C. B.** cujus *Radix pollicaris, lignosa, Caules* emittit partim *erectos, partim prociduos, tactu asperos*: his *Folia* longa, *stricta, hirsuta, modò opposita, modò alterna adhaerent* *Floribus* *albis* (cæruleis apud nos) *parvis* succedit *Semen cinereum* *inviscâ duritiei, levitatis eximia. Planta hæc adstringens & viscida* est, *vix rubefacit cæruleam papyrum*: *Fructus* tamen aliquantulum *illam rubro inficit colore.*

Folia Lithospermi chymicâ Analysî nihil præferunt *Salis volatilis concretæ, sed Spiritum urinosum, eo valdè onustum, multumque Olei & Terræ.* Hinc *Semina* hæc valdè sunt *diuretica*: parantur ex iis *Emulsiones* cum *Aquâ Graminis*: vel *Seminum horum semuncia* contunditur, & *infunditur per noctem* in *Vini albi Cyatho*, mane *jejuno stomacho* ebibendi.

Quod **Ettmullerus** hic de *Lithospermi* specie ait, *Passerina* appellatâ, intelligendum de *Lithospermo Linariæ folio*, Germanico **C. B.** quòd est *Passerina* **Tragi J. B.** Verùm *Planta hæc nequaquam inter Lithosperma connumeranda, sed est potius ex Tournefortio Thymelæa Linariæ folio, vulgaris.*

morrhoidibus, Fluore uterino, Mariscis, Cruore, Vulneribus. *Extrinsecus* adhibetur feliciter Cephalalgia, Pterygio Oculorum, Hæmorrhagiæ Narium, Vulnerum, Odontalgia (mariscando vel emplatrando), Menibus superfluis, Fluori albo, Diarrhœæ, Vulneribus consolidandis, Tumoribus Hæmorrhoidum, Herniæ, & ictibus venenatis, Contracturis, Tumori Penis.

N. 1. Sunt qui Herbam cum Floribus in Peste præservandâ & curandâ, pro Secreto peculiari venditant.

N. 2. Herba recens Naribus indita Hæmorrhagiam causatur.

P R Æ P A R A T A.

Aqua. Ex Herbâ cum Floribus.

N. Medetur putredini Gingivarum quàm optimè.

CCXVII. M O M O R D I C A.

Balsamina, *Matth. Fuchs.* Balsamina Cucumerina, punicæ, *Lob. Tab. mas, Com. Ger.* Pomum mirabile, *Trag.* Pomum Hierosolymitanum, Balsamina rotundifolia, repens, seu mas, *C. B. 1. German. Balsampffel.* Gall. *Merveille.* Colitur apud nos in hortis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia & Fructus (Poma dicti.)

Vires. Refrigerat parumque siccatur, Vulneraria est, Dolores ac præsertim Hæmorrhoidum mitigat. *Extrinsecus* fauciatibus confert Nervis, Herniæ, Ambustis, &c.

P R Æ

admisceatur aliquid de *Antimonio diaphoretico*, vel *Succino præparato*: hæc namque duo *Specificæ* sunt contra Gonorrhœam. Eò melius foret, si applicaretur extrinsecus Testibus *Succus Lactucæ* cum paucis *Campboræ*; hæc enim vel sola commendatur contra Gonorrhœas.

Externè plebejæ Mulieres *Suffitum* ex hac Plantâ paratum in nimio Mensium Fluxu adhibent: *Planta recens* contusa Contusionibus ac Plagis, item Vulneribus recentibus imposita, egregiè Sanguinem grumosum discutit, Vulneraque intra 24 horas, citra omnem Suppurationem, consolidat & sanat, sicut & *Pulvis* Vulneribus inspersus non minoris creditur virtutis. Vel & *Succus* ejus recens iisdem instilletur, quod singulare est euporiston in quibuscunque Vulneribus. Propterea *Succus Millefolii* est ordinarium ingrediens in *Balsamo Vulneraria*, uti etiam *Pulvis*.

Radix recens Naribus intrusa, & illic agitata, Hæmorrhagiam movet.

De cæteris vid. **AUTOR.** (I)

CCXVII **M**OMORDICA. *Momordica* à quibusdam etiam *Balsamina Cucumerina* vocatur.

Planta est rara & exotica, nec ubivis obvia.

Hujus *Fructus* spinosi unâ cum *Semine* in usu sunt, ex quorum *Signaturâ* ubique aculeatâ, videtur ferè indicare suam *virtutem vulnerariam*, propter quam vocatur *Balsamina*, quoniam habet vires *Balsami*, & reverà fit *Balsamum* quoddam pro curandis & consolidandis Vulneribus.

Pulvis hujus *Herbæ* in *Aquâ Plantaginis* assumptus Intestinatorum Vulnera curare dicitur, etiamli Intestina in utraq; parte fuerint perforata. Aliàs *interno usu* nondum est recepta, sed *vis balsamica* tantùm *externo usu* se sufficienter commendat. Certè usus *Momordicæ* non potest satis commendari in Vulneribus recentibus, quia illâ adhibitâ Dolor remittit, & Vulnera, nullâ accedente Inflammatione, persanantur. Plura de hoc habeo *Exempla*, quæ mihi satis confirmant vim *Momordicæ* vulnerariam.

In Ulceribus & Apostematis Matricis *Decoctum* sub formâ *Chysteris uterini* injectum, est expertum; cuius rei *Exemplum* habet **WITTICHIUS** in *Consil. pag. 632.* In *Fissurâ* & *Apostemate Uteri*, Malo sæpius degenerante in *Cancerum*, convenit. Si quis recipiat *Fructum* maturum in manum, & illum retineat tamdiu, donec incaleat, fit, ut

cum crepitu rumpatur, & suum ejiciat *Semen*. Ex hac *Signaturâ* fuit conjecturatum, numne prosit in Partu promovendo? numne possit expellere & propellere *Fœtum*? quod postmodum jugi *Experientiâ* confirmatum, & *Chysteres uterini* ex *Momordicâ*, uti inquit *Autor*, conveniunt in Partu promovendo.

Prostat in *Officinis* *Oleum Momordicæ*, quod fit quando hujus *Poma*, exemptis *Seminibus*, macerantur in *Oleo Olivarum* vel *Lini*: & reverà est optimus *Balsamus* in quibuscunque Vulneribus consolidandis, ut & *Fissuris Labiorum*, *Faciæ*, *Manuum*, aliarumque partium, ac simul *anodynum* est ferè sine pari. *Quidam* *Oleum* ex *Semine* exprimere fatagunt, sed res non succedit, quia est nimis durum & minus oleosum. Videatur imprimis de *stupendis virtutibus* hujus *Momordicæ balsamicæ* **WITTICHIUS** in *Consil. p. 632.* & imprimis 634. qui stupendas virtutes attribuit in Vulneribus recentibus *Oleo Momordicæ*, in conglutinandis illis sine ullâ Suppuratione, & in Ulcus degeneratione. Dicit enim, quòd *Oleo* tanta insit vis, ut etiam *Partes abscissas* reglutinet. Præterea, si *Equo albo* & *nigro* *Aures amputaveris*, & *nigro* *Equo* *Aurem albi* agglutinare volueris, præstabis hoc *Oleo Momordicæ*, quod quidem hyperbolem sapere videtur. Sic *Historia* refertur de *Servo* *Stabulum* purgante, cui, dum præsepè mundaret, *Lima* illic delitescens *Manum* perforavit, & ita periculosissimum *Vulnus* sibi infixit, propter *Partes tendinosas & nervosas*, & sic facile *Inflammatio* cum *Gangrænâ* supervenire potuisset; hæc tamen solo *Oleo Momordicæ*, *Oleum* bis vel ter quotidie illinendo, intra 13. dies sine suppuratione percuratum esse constat, sine ullâ sensibili læsione superveniente. Alius *Faber* lignarius idem ferè *Vulnus* accepit, cum scilicet *Lignum* aliquod vellet attollere, illudque decideret, conquassando sic miserimè omnes ferè *Digitos* abrasâ *Cute*: solo autem hoc *Oleo* *Vulnus* grave & dolorosum, continuatis vicibus, illinendo, ac *Inflammatione* & *Suppuratione* illud præservavit, & *Consolidationem* facile promovit, atque sic se restituit. Imprimis in *Vulneribus*, *Ulceribus*, & *Sinubus Mammarum*, *Oleum Momordicæ*, & alia exinde parata *Medicamenta*, mira faciunt, citra omnem *Inflammationem* atque *Suppurationem* sanandis. *Omnia* aliàs *Vulnera* *Mammarum* & *glandulosarum Partium* periculosa sunt, ac difficulter curabilia propter *Glandulas*, ibi *locorum* copiosissimas

(I) *Millefolium Plantæ* Genus est *Flore radiato*, *calyce squamoso* & *veluti cylindræo comprehenso*: *Semina tenuia*. A *congenere* autem præcipuè distinguitur *Foliis tenuiter scissis*, & *Floribus in densos fasciculos compactis*. *Ettmullerus* hic tres præcipuas facit *Differentias*. *Prima* est *Millefolium album*, quod est vulgare, album *C. B.* *Secunda* est *Purpureum*: est autem *Millefolium purpureum*, majus *C. B.* & *Millefolium vulgare*, purpureum minus *C. B.* *Tournefortius* tamen hoc putat *Millefolii vulgaris albi varietatem*. *Tertia differentia* est *Ettmullero* *Millefolium tomentosum*, luteum *C. B.* *Officinis familiarior species* est *prima*, nempe *Millefolium vulgare*, album *C. B.* hoc *Stratiotes*, pennatum, terrestre, à *J. Bauhino* appellatur: quod *cubitalibus* & *altioribus*, tenuibus sed *rigidis* *Virgis* assurgit, quæ in *surculos* & *petiolos* dividuntur & subdividuntur: *Flores* velut in *umbellâ* albi, vel *subpurpurei* quini, septeni: *Folia pennata* ad *costam* alligantur, *rigidiuscula*, *acriuscula*, *suaveolentia*: *Radix lignosa* & *fibrosa nigricat*. *Simon Pauli* ait, quasdam *Mulieres* decepti usu *Millefolii vulgaris* se ab abortu præservare. *Planta* hæc aliquantulum acris est, amara, aromatica, & valdè *cæruleam papyrum* rubefacit. *Videtur* hinc *Ck* *Tournefortio*, quòd *acida portio Salis Terræ naturalis*, à *reliquorum principiorum impedimento* se extricans, *hujusque Plantæ* *texturam* trajiciens, cum *particulis terrestribus* *Sal* quoddam *aluminosum* efformet, cum paucis *Oleo* *essentia aromatica* *conjunctum*. *Ope chymicæ Analyseos* eliciuntur ex *Millefolio* complures *acidi Liquores*, multumque *Terræ*, nil tamen *Salis volatilis concreti*, sed parum *Spiritus urinosi*. *Hinc* *Planta* hæc est *vulneraria*, *resolvens*, *adstringensque*. *Eà* *utimur* *Decocti* vel *infusi formâ*, quemadmodum *Herbâ* *Tbe*. *Folia* in *Jure decoctâ* illud aptum reddunt ad *Hæmorrhagias omnes* *stendas*: præcipuè autem ad *Hæmorrhoidum* & *album Mulierum Fluorem*. *Succi* *dosis* est ab *ʒiij.* ad *vi.* *Pulveris* à *ʒi.* ad *ʒʒ.* *hanc* cum *Farinâ triticâ* subigunt, atque *Biscoctum* *Panem* parant, *scopo adstringendi*. *Tabernæmontanus* *Aquam Millefolii* ad *Epilepsiam* commendat: atque *Vinum*, vel *Hydromel* ex eo paratum ad *immoderatos quoscumque Fluxus* valere.

Millefolium hoc album, vulgare, quemquam à *Dodonæo* vocetur *Achillææ*; attamen *Achillææ* nomine vulgò venit alia *Millefolii species*, nempe *Millefolium nobile* *Tragi*, quod est *Achillææ* *Millefolia*, odorata *J. B.* *Planta* hæc *Virgis fruticatis* aliquando *tricubitalibus*, nonnunquam *palmaribus*, striatis: *Folia Millefolii vulgaris*, sed *littora*, breviora, multifida, colore non ita viridi, sapore amaro, odore valido aromatico: *Flores* *umbellati*, *foliis candidis* *medium orbem aureum cingentibus*.

P R Æ P A R A T A.

Oleum. Fit ex infusione & decoctione Fructus (exempto Semine) in Oleo Amygdalarum dulcium,

MORSUS DIABOLI. Vide SUCGISA.

CCXVIII. MORUS.

Morus. Germ. *Maulbeer* (Alba, album ferens Fructū. *Baum*, Gall. *Meurier*. (Nigra, Celsa, nigrum ferens Fructum. *Hac præfertur*.)

Dicitur Morus, *Trag. Matth. Fuchs, Dod. Lon. Tab. Ger. vulgaris*, *Cam. Morus nigra*, *Cord. in D. Cast. Morus Celsa* Officinis, *Lob. Morus fructu nigro*, *C. B. 1.*

Maturefcit Fructus Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex (præcipue *Radiceis*), *Folia*, & *Fructus*, exsiccat, sed raro.

Vires, *Cortex Radicis* calfacit & ficeat: amari saporis est, abstergit adstringit, Epar ac Lienem aperit, Alvum laxat, *Tineas* latas enecat.

Fructus Nigri immaturi (Mora immatura) refrigerant & ficcant 3. valde adstringunt. Usus præcipuus in omnibus Fluxibus. E. g. Diarrhœa, Dysenteria, Fluxu menstruo, Exspuitione Sanguinis. Extrinsecus in Faucium ac Oris Inflammationibus, Ulceribusque.

Mora matura refrigerant & ficcant parùm (aliis humectant): solvunt Alvum (in initio partus): Sitim sedant, Appe-

titum excitant.

N. Nutrimenti sunt pauci & putrescibilis.

Folia vel sola, vel cum *Cortice* cocta Odontalgiam sedant (Gargarismate).

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Moris immaturis.

N. Rarè proffat.

2. *Rob Diamoron Simplex*. Ex Succo & Mellis dimid. Vide Disp.

3. *Diamoron Compositum*. Fit ut Simplex addendo Myrtham, Crocum, Omphacium. Vide Dispens.

4. *Diamoron Nicolai*. Ex Succo Mororum Celsi \mathfrak{f} . \mathfrak{f} . Mororum Rubi \mathfrak{f} . j. Mellis \mathfrak{f} . j. Sapæ \mathfrak{z} . ij. V. D.

N. Hoc usitatissimum est.

5. *Diamoron Cordi*. Ex Succo Mororum Rubi, Rubi Idæi, Celsi, Fragorum, & Melle. V. D.

N. Mororum Succo ex immaturis Moris exprimendi sunt.

CCXIX. MOSCHATA, MACIS.

Nux Moschata, & Muschata, *Lon. Lob. Fragos. Cord. Tab. Acof.* Nux Aromatica, Moschocaryon, Moschocaryon. Nux Myrrita, seu Unguentaria. *Matth. Cast.* Nux Myrristica, *Clus. exot.* Nucista, Nux Moschata fructu rotundo, *C. B. 1.* Germ. *Muscat-Nusz*. Gall. *Noix muscade*.

N. *Clusus* duplices statuit, Minores (Fœminas), & Majores, seu Oblongas (Mares).

Crescit in Insulâ Banda Indiæ Occidentalis.

Du-

mas: Ulcera enim omnia, ubi Glandulæ sunt, periculi & discriminis plena sunt: hinc optime *Oleo Momordicæ* per infusionem, nunc simpliciter cum Turundis, nunc cum *Balsamo Sulphuris* pauco mixto & applicato, radicitus sanantur. In induratis Puerperarum Papillis, & Mammarum Fissuris, quæ impediunt Suctionem, *Oleum* hoc egregie convenit; quoniam est specificum in talibus Fissuris, siue sint in Viris, siue in Mulieribus, siue sint Fissuræ Mammarum, siue Pedum à Frigore. Experta hoc fuit gregarii cujusdam Uxor, copiosas in Papillis Fissuras habens, quas solo hoc *Oleo* curavit. Fissuræ autem hæc ex Lacte accedente, post Suctionem circa Papillas hærentes, oriuntur, & satis periculosæ sunt, ob copiosas Glandulas illic existentes. WIT- TICHIIUS loco allegato ad Vulnera & Apostemata Sinûs & Vaginæ Uteri post Partum, in Cancrum sæpius degenerantia, hoc *Oleum* tanquam appropriatum Remedium maxime laudat; mirabiliter harum Partium lenit Dolores, & Consolidationem promovet. Alii in *Oleo Lini* infundunt & macerant, qua ratione Ambustionibus appropriatum est; imprimis, si post expressionem addatur ei nonnihil *Sacchari*, seu *Oleum Saturni*, & interdum aliquid *Campboræ*; ita enim citra insigniorem Dolorem, citra ullam ulteriorem Inflammationem & Suppurationem & Vesiculas, Ambustiones sanat. Quin & ad leniendas Hæmorrhoides nimis dolentes *Oleum Momordicæ* illitum confert: Matronæ cuidam à Suppressionione Mensium Hæmorrhoidum Tormina accessere, quæ *Oleo* hoc per infusionem parato, & hæc illitò, à cruciatibus istis, ultra quatuor septimanas durantibus, se liberavit. Hinc & D. MICHAELIS hoc in casu ejusmodi sæpissime usus est. (K)

CCXVIII. MORUS. Morus duplex est: Alba, & Nigra.

De hac *Cortex*, & præcipue *Radiceis*, *Folia*, & *Fructus*, Mora vocati, imprimis usui medico inserviunt.

Cortex, & *Arboris* & *Radiceis*, sunt ex *Adstringentibus* moderatè, & convenient in iisdem Affectibus, in quibus *Cortex Fraxini* & *Tamarisci*, in Affectibus Splenis; unde credo, quòd possit simili modo præscribi contra Splenis Affectus,

ac Exotica ejusmodi.

Quod attinet *Fructus*: Maturi Succo dulci ac temperato, adeoque analeptico quidem turgent, sed propter facillimam fermentescibilitatem citissime putrescunt: Exsiccati adstringunt, & conveniunt in Fluxu nimio, tam Sanguinis quàm aliorum Humorum.

Externè in Oris ac Faucium Inflammationibus profunt.

Propter saporem & vim adstrictoriam Succus ex immaturis Moris expressus, aut in *Aquâ* coctis, ad quoscunque Alvi Fluxus quoque commendatur.

Porrò ex *Fructibus* immaturis *Rob Diamoron* vocatum, conficitur, quod est Succus inspissatus cum Melle, vel Saccharo, & in Uvulæ laxatione, Faucium, Palati, & aliarum, imprimis partium vicinarum, Affectibus, Excoriatione & aequali Exulceratione, ubi Adstrictione in Fauibus opus est, commodè adhibetur: & quod superius dixi de *Rob Diamoronum*, similiter intelligendum venit de *Rob Diamoronum*. Propterea præscribuntur in *Formulis* simul, rarissime solum, *Rob Dianucum*, vel *Diamoron*. Aliàs sunt rarissimi usûs in Officinis. Hoc observetur, quòd ex tractatione Fructus Mori soleant tingi Manus colore rubro, qui difficulter tollitur: simulac verò immaturo adhuc fricantur Manus, subito color ruber disparet. (L)

CCXIX. MOSCHATA, ET MACIS. Nux Moschata Fructus est exoticus mirabilis, & Aroma elegans. Adfertur ex Indiâ Orientali, Insulâ Sumatrâ, Madagascari, & tractibus Chinensibus, de cujus generatione, proventu, &c. vid. *Rem Indicarum* & Exoticarum Scriptores, imprimis NIEHOFF & FRANCISCI in dem Ost-Indianischen Lust-Garten pag. 396. Offert autem se primo in *Fructibus* hiis Pulpa carnea, eodem serè modo ac in *Pericis Malis*, ubi mediante *Cortice laminofo*, tenui & duriusculo, Nucleus est inclusus, qui vocatur Nux Moschata.

Post *Pulpam* hanc sese offerunt *Filamenta flava*, quæ ambiunt immediatè *Corticem* illum lapideum, & vocantur Macis, siue *Flos Moschata*, & hinc demum ipsa Nux involvitur.

Duplex de cætero est Nux Moschata; vel *Mas* vel *Fœmina*.

(K) Momordica vulgè cum Balsaminâ confunditur, vocarique solet Balsamina mas, & Balsamina Cucumeraria. Attamen plurimum à Balsaminâ distat, ut supra quoque notavimus. Est enim Momordica inter Cucurbitaceas Plantas recensenda, eaque Floribus gaudet monopetalis, campaniformibus, sed plerumque ita sectis ut polypetalis videantur: borum alii sunt steriles, alii fecundi, qui insident Embryoni abeunt in Fructum turbinatum, cavum, carnosum, qui elasticè vi rumpi solet, & Semina fundere plana, calyptrâ obvoluta. Nonnulla sunt exotica, præsertim Zeylanicæ elegantissima Momordicæ species. Momordica verò vulgaris ex singulis annis sato Semine viticulas emittit longas, striatas, quæ clavicularum ope funiculis & periculis se circumvolvunt: Folia Bryonia vel Vitis, minora tamen & hilarè virore nitentia, è quorum alis Flores ex albido lutei prodeunt: Fructus sublongi, lutei, sed per maturitatem pænicati, qui debiscentes, Semina Citruli compressa, aspera evolvunt. Olet ex infusione borum Fructuum ad Solem diu factâ, præcipue si in eo Terebinthina incocta sit, vires ad Vulnera recentia conglutinanda, omnibus perspectæ sunt.

(L) Morus Arboris Genus est Floræ amentaceo, sed sterili: embryones autem à Floribus separati abeunt in Fructum, compositum è glomeribus squamarum succulentarum, quæ Semen complectuntur subrotundum. Mori species Fructus potissimum colore distindæ, earundemque vires, tam notæ sunt, ut ulteriori explicatione non indigeant.

Duplici Cortice vestita est; altero exteriori & crassissimo, per maturitatem dehiscente, ut in Juglandibus; altero tenuiore. Nucleum proximè instar reticuli ambiente, eoque primùm coloris rubescentis, postmodum flavescens, & hæc officinarum *Macis* est. German. *Mußsiablubib*. Gall. *Mugaette*.

N. 1. *Macer Veterum* est Ligni cujusdam Cortex lignosus, crassus, rubescens, ex Barbariâ afferri solitus, gustu valde amarus & astringens, adeoque differt à *Macis*: quanquam interdum à Modernis confundantur.

N. 2. Est & genus *Maceris* Insul. Oriental. quod forsitan idem cum *Veterum*. Vid. *Christi. Acost. c. 12.*

OFFICINALIA NATIVA.

Nux ac Macis.

Eligenda *Nux* recens, gravis, pinguis, & quæ Acu puncta Succum oleosum emittit.

Macis probatur odore suavi, sapore subacri, colore flavo.

Vires. *Nux* calfacit & siccit; subastringit: est Stomachica, Cephalica, Uterina, discutiit Flatum, Coctionem juvat, Halitum foetidum oris emendat, Fœtum recreat, Lipothymia, ac Palpitationi Cordis succurrit, Lienem minuit, Alvi fluxus compescit, Vomitum sistit.

Macis eadem vires adscribuntur, quia tamen partium te-

nuiorum existit, idè & operando efficacior & magis penetrans habetur.

P R E P A R A T A.

1. *Condita Nucista*. Condiuntur Nucistæ virides, integra ut Juglandes, conditæque ad nos transportantur. Condiuntur sine involucris.

N. Possunt & apud nos condiri: videlicet. 1. Nucistas quoad fieri potest recentissimas, macera in Lixivio forti, dies (9. vel 10.) ut mollescant: dein abraide externam Cuticulam, lavaque, donec Lixivio penitus exuta sint; hinc sicca, ac cum Saccharo syrupisato condito.

(*Syrupi de Nuce Moschatæ* fit mentio à *M. Bas.* utilis concinnari potest ad Diarrhœas & Dysenteriam Puerulorum, meditullium Nucis conditæ cum Vino generoso coquendo.)

2. *Confessio Macis.*

N. Conficitur ut Nucistæ, sed rarissimè.

3. *Aqua Nucista* parari potest ut Cinnamomi. Vide *lib. 2.*

4. *Oleum Nucistæ stillaritium*. Exstillat una cum Aquâ: prodest in Cardialgiâ & sim.

Dosis gr. iij. iv.

5. *Oleum Nucistæ expressum*. Exprimitur ex Nucibus recentibus contusis, & in sartagine servatis l. communi.

Vires. Prodest in Torminibus Ventris ac Nephriticis (in Li-

na. Differunt in eo, quod *Fœmina* sit rotunda ac minor; *Mas* verò major & oblonga. Vulgus autem longiorem seu Marem pro *Fœminâ* habet, unde vocatur *die Mutter Moschaten*, à quibusdam etiam *Mannlein Moschaten*, & vulgaris est Superstitio, quod sint meliores reliquis, & conducant Mulieribus pro arcendâ Sterilitate, Viris pro augendâ Geniturâ. Nihilominus hic error vulgaris obtruditur à Rerum Indicarum Scriptoribus, quod Indi longiores floccipendant, & omninò negligant; vid. NIEHOFF. Adèd, ut sit falsa Superstitio, esse meliores oblongas, cum contrâ sint viliores, cum *Fœmellæ* seu rotundæ ac minores nobilioris æstimationis habeantur, & vulgò usurpentur.

Nux Moschata in se est *salubris & aromatica* tota. Nihilominus adulteratur in Indiis, & transfertur in alias Regiones: maceratur nimirum in *Aquâ Calcis vivæ*; sic enim fit, ut quidem non corrumpatur, quod transvehitur; sed tamen vis extrahitur, adulteratur, & pervertitur.

Nux Moschata oleosa est magis & temperata, & minimè acris; *Macis* verò magis est volatilis, acris & penetrans. Unde *Nux Moschata*, aliàs *Stomachica & Uterina*, nihilominus propter *vim oleosam* suam sæpius Stomachum aliquid super gravat, & Fermenti digestivi acrimoniam minuit & obrundit: quod Malum præcavere videntur ipsi Chineses, dum recipiunt *Nuces Moschatas* recentes, & bene maturas infundunt in *Sal Commune & Acetum*, sic committunt Mensis ante pastum, quoniam Oleositas corrigitur ab *Aceto*, & sic Stomacho proficuum parant Medicamen, & Gulæ oblectamentum. *Uterina* est, insigniter enim roborat Uterum, & aliquid confert pro arcendâ Sterilitate. In metu imminentis Abortus pro roborando Fœtu, & Abortu præcavendo, adhibetur *Nux Moschata*. Post Partum Puerperæ adhibita summæ est utilitatis. In Doloribus post Partum flatulentis sæpè egregium Remedium est: sic quando Mulier post Partum statim Aërem frigidum, vel Potum non satis calidum, hauriunt, Uterus exinde subito Flatibus distenditur, ut alter ferè Fœtus restare videatur; quæ res difficillimæ est Curationis. Unde in hoc sibi caveant Puerperæ, ne in talia incommoda incurrant, & in tali casu *Decoctum Nucis Moschatæ* pulverisatæ cum *Matricariâ* in *Vino* usurpent. Flatulentias primarum viarum discutit; hinc & in Alvi Torminibus confert, unde Purgantibus pro aliquo correctelâ addi solet.

In Dysenteria *Nux Moschata* affricatur *Pani* super carbones tosto, ac *Cerevisiæ*, vel Potui ordinario immittitur, quod & in Vomitu, Nauseâ, Diarrhœis, & omnibus Alvi Fluxibus nimis optinè convenit; vel in aliis Potibus acidiusculis, v. g. *Cerevisiæ* conditæ, vel insuetæ; quæ faciliè Stranguriam inferunt. In Dysenteria aliàs quoque laudant, si

¶ *Vitellum Ovi* ad duritiem cocti, temperatum cum *Aceto rosaceo & Nuce Moschatâ*, & comedatur, est enim optimum in Diarrhœis Medicamentum.

In Lienteria, Affectu in quo Assumpta per Alvum excernuntur indigesta, *Pulvis Nucis Moschatæ* cum *Vitello Ovi* est egregius, de quo refert FORESTUS l. 22. *Observo.* 328. quod quidam Lienteriâ ferè emaciatus præter omnem spem curatus fuerit per *Vitellum Ovi*, *Pulvere Nucis Moschatæ* unius insperso, & super regulam ignitam assatum; quo

exhibito Aeger convaluit probè curatus: unde etiam in Vomitu compescendo est usitata; aut *Pulvis* assumatur internè cum Medicamentis aliis. Aliàs & *Pulvis Nucis Moschatæ* cum *Rhabbaro tosto*, tanquam Remedium specificum ad Dysenteriam, atque specificum in nimio Fluxu menstruo, mirè laudatur. HELMONTIUS recipit *Cortices Aurantiorum, Resinam Animæ, & Pulverem Nucis Moschatæ*, & contra Diarrhœam adhibet. *Pulvis Nucis Moschatæ* cum *Pulvere Baccarum Lauri* assumptus brevi Stranguriam curare dicitur. Externè ubi recreatione opus est in Fœtu maturo, & metus imminet Abortus, pro hoc præcavendo, & Fœtu roborando, intingitur *Aquæ Vitæ Mulierum*, vel *Vino Malvatico*, vel alii generoso, *Frussum Pans*, & *Umbilico* imponitur, inspergendo simul *Pulverem Nucis Moschatæ*. Simili modo Stomacho applicatum prodest valdè in Cardialgiâ, & Abdomini impositum pro arcendâ Diarrhœâ, & compescendo Fluxu Alvi nimio. In Affectibus Uteri flatulentis, in Doloze Uteri, & Inflatione ejus post Partum, ab Aëre frigido admissa, quod Malum est satis frequens in Mulierculis magis addictis pompæ, quàm fanitati, expertum Remedium est *Suffitus Nucis Moschatæ*; *Fumum* nimirum *Nucis Moschatæ*, in duas vel quatuor partes dissectæ, & carbonibus impositæ, per Infundibulum Genitalibus muliebribus immittunt; hac enim ratione Uteri orificia se denuò aperiunt, & Flatus ibidem hærentes dissipantur, ut cum sonitu erumpant, & Uterus in debitam constitutionem reducat. Experimentum hoc fuit SOLENANDRI, postmodum ab omnibus Practicis, HARTMANNO, RIVERO, CORBEJO, &c. felici cum successu tentatum.

Quod attinet vires *Macis* seu *Floris*, est unum ex nobilissimis *Aromatis*, imprægnatum totum copioso Sale volatili, quod sepultum jacet sub copiosâ Pinguedine oleosâ; unde easdem dicitur habere virtutes cum ipsâ *Nuce Moschatâ*. In Colicâ aliàs eam decoquunt in *Vino*, quod *Decoctum* in flatuosis Uteri & Intestinatorum Affectibus vi carminativâ, & Acidum viscidum attenuativâ egregiè conducit. Præterea Humoribus vitia, Renes & Urinarias vias affligentia, corrigi: quod manifestum, quia odore suo Urinam ipsam imprægnat, adeoque Renes & Vesicam à Causis occasionalibus læsas suo modo afficit.

Externè in Tibiarum Ulceribus inveteratis non ultimum obtinet locum *Pulvis Macis* inspersus; delet enim Ulceris alimentum, & Carnis corruptionem: in specie confert illis Subjectis, quæ *Emplastra* perferre non possunt.

Ex *Preparatis* in Officinis prostat *Oleum Nucistæ & Macis destillatum & expressum*.

Oleum Nucistæ expressum vim *stomachicam* pariter & *uterinam* exerit; unde in Cardialgiâ & Doloze Ventriculi, falsò Cordis, vehementissimo, Doloze in Præcordiis, & Vomitu compescendo, & Flatulentis primarum viarum, Stomacho illitum egregium est; regionis verò Umbilicali illitum in Doloribus post Partum flatulentis, Diarrhœâ, & Cholera conducit, in specie Colicâ. Externè cum *Oleo Nucis Moschatæ* miscetur, ac sub formâ *Balsami* in dictis Affectibus illinitur. Pro conciliando suavi & leni Somno illinitur Temporibus; imprimis si unum vel alterum granum

Opil,

Liquore calido exhibitum.) Extrinsecus conciliat blandè Somnum (Temporibus illitum), Tormina Infantum sedat (Umbilico inunctum.)

N. Ex Oleo expresso paratur *Corpus Balsamorum*.

6. *Sal Nucistæ*. Ex remanentiâ incineratâ elixiviatur.

7. *Oleum Mucis stillatitium*. Eodem paratur modo.

Dosis gr. iij. iv.

8. *Oleum Macis expressum*. Exprimitur itidem ut dixi.

9. *Extractum*. R. Olei Nucistæ expressi q. v. extrahe secundam artem digerendo, cum Spiritu Vini rectificatissimo; decanta, filtra, & abstrahe ad consistentiam Olei.

Vires. Præter utilitates alias *Balsamo Nucistæ* conficiendo interservit.

N. Album Corpus post extractionem residuum aliquoties Aquâ calidâ abluatur, serveturque pro *Corpore Balsamorum*: quod præstat tamen, si Extractio cum Spiritu Vini tartarificato peracta fuerit.

Opii, vel *Olei expressi Hyoscyami* admisceatur, egregius erit *Balsamus Soporiferus*.

Oleum Nucistæ destillatum potentius multò & penetrantius est *Oleo expresso*.

Oleum destillatum Macis magis est temperatum, & quodammodò viscosum. Admodum conducit in Vomitu, Diarrhœâ, Lienteriâ, Dysenteriâ, Nauseâ, & Cruditatibus, Inflatione Ventriculi, Intestinatorum & Uteri; quia vi carminativâ non cedit *Oleo Corticum Aurantium*: aut internè guttatim usurpatum, aut externè Umbilico illitum. Dorso, Renibus, Ventriculo & Umbilico inunctum compescit Dolores Colicos, imprimis flatulentos, & Stranguriam ex eadem regione ortam. Ulteriùs *Oleum destillatum Macis* solet *Pulveribus Purgantibus* pro correctione ad aliquot guttulas admisceri, sic enim ratione odoris suavis faciliùs retinentur in Ventriculo, & sine Flatibus & Torminibus blandè purgantem vim exerunt.

Alii *Magisterium ex Nuce Moschatâ* cum Spiritu Vini parant hoc modo:

Recipiunt *Nuces Moschatas*, atque contusis affundunt *Aquam fontanam purissimam calidam*, quamplurimam, Tom. IV.

10. *Balsamus Macis*. Fit ex Oleo expresso, additis guttulis aliquot destillati Olei.

11. *Balsamus Nucistæ*. Fit similiter.

CCXX. MUSCUS.

B P *Uov*. Arab. *Ufnea*. Germ. *Moos*. Gall. *Mousse d'Arbre*, *terrestre*, de *caillous*, *marine*.

Muscus [Arboreus. De quo *hic*.
Terrestris. De hoc *sequenti loco*.
Saxatilis. *Vide Lichen*.
Marinus. *Vide Corallina*.

Muscus, qui Arboribus accrescit, figuræ ratione potissimum triplicis est sortis: 1. *Capillacens*, id est, habens formam Capillorum, adnasciturque Caudici (C. B. 1. seu usitator Officinarum.) 2. *Foeniculeus*, i. e. Fœniculi Folia blumans, (C. B. 3. seu *Muscus Arboreus cum orbiculis*.) *Tab. Mu-*

postea destillant per Alembicum in Arenâ, tunc *Oleum volatile* prodit, Aquæ verò innatat *fixius*, quod ascendere nequit: Hanc *Aquam* trajiciunt per Linteum, Aquâ frigefactâ separatur *Oleum supernatans* beneficio Chartæ emporeticæ: Deinde cum Spiritu Vini blandissimo calore omnis Color extrahitur, donec *Magisterium* in fundo siccum & album remaneat, quod *Corpus pro Balsami* constituit.

In omnibus Capitis Affectibus Dysenteriis, Diarrhœis, ac aliis profluviis, & Mensibus immodicis compescendis, optimum est *Uropisov*. Datur à ℥ss. ad ℥ij. vel ℥j. in Vehiculo calido: Vid. HOFFMANNI *Clav. p. 507*. cum quo conferatur simul ZWELFERUS *Pharmac. Regiâ pag. 225*.

Si *Nux Moschata* cum Alkali exaltato ritè tractetur, Spiritum evehit odorem, Cor exhilarantem, membranosis, nervosis, adeoque & Cerebri Partibus apprimè convenientem, narrat THOMSON *Epilog. Chym. pag. 78*.

Nux condita in *Electuaris* corroborantibus Caput & Uterum, solet præscribi, etiam in *Morsulis*. (M)

Z CCXX. CCXXI. MU-

(M) Innumera sunt apud *Materia medica Scriptores* Nucis Moschatæ descriptiones: accuratorem paucis complectimur. *Nux Moschata Fructus* est Arboris exotica, Pyri nostræ magnitudine, cujus Folia ad Persicæ Folia accedunt, sed his sunt exiliora: Flores rosaceos, odoros *Nux* sequitur, nostras *Nuces aquans*, duplici Cortice testâ: horum crassiore ob maturitatem debiscente, detegitur secundus, arctè Nucem complectens. Hic tenet est, ex rubro flavus, odore grato, ac maturescente Nuce ab eâ separatur, vocaturque vulgo *Macis*, & improprie Moschatæ Flos appellatur. *Nux* tandem à Corticibus sejuncta ea est, quam Moschatam & Myristicam, seu unguentariam dicimus, cujus, ut & *Macis vires*, ab Oleo aromatico pendentes, satis à Schrœdero, Ettmullero, aliisque describuntur, satisque familiari, tum culinario tum medico, usu sunt manifestæ. Duas vulgè faciunt Nucis Moschatæ species, quarum unam *Marem fructu oblongo*, alteram fructu rotundo *Fœminam* vocant. Vidimus atque gustavimus integras *Nuces Moschatas in Indiâ conditas*, & ad nos advectas. Quamvis discrimen sit inter *Macis* & *Macerem Antiquorum*, qui *Cortex* est Arboris *Africana*; attamen vulgè his vocabulis tamquam synonymis utuntur *Autores*.

MUNGOS. Minimè ingratis *Leçori* futurum putavimus, si aliqua hic de Radice Mungos, egregio adversus *Malignas Febres Antidoto*, interserimus. Radix hæc, ex Indiâ in Hollandiam primùm, ac deinde Norimbergam pro Epidemico morbo curando advecta, peculiari Tractatu describitur à Mich. Frid. Lochnero. Nomen mutuatur ab Animalis Mungo Lusitanis appellato, quod Sciuro simile, magnitudine tamen & docilitate illum superat. Indi hoc utuntur Animalis veluti Cane venatico adversus Glires, Muræ, & Serpentes, & præcipuè adversus illos Serpentes, quos *Cobras de Capellos Lusitani* appellant: cum his autem pugnaturum Animal Mungo vocatum, Radicem Plantæ Mungos prius comedit, deinde propria Salivâ, anteriorum pedum ope, Caput atque univèrsam Corpus oblitit, vel si, antequàm ad pugnam paretur, Animal à serpente morsu tentatum sit, illic ad Radicem Mungos confugit, eâque munitum ab omni veneno securum, iterum ad certamen, b. e. ad Serpentis necem revertitur. Ab hoc igitur Animalis vim Radicis alexipharmacam didicerunt Indi.

Planta Radicem Mungos exhibens Indico idiomate Fel terræ, ob amarissimam amaritudinem, appellatur, & in Insulis Javâ, Sumatrâ & Zeylan nascens, maximam præ se fert cum Centaurio minore similitudinem. Radix unica est, tortuosa, pollicaris crassitiei, fusco, spongioso, & rugoso Cortice testâ: interior substantia lignosa est, fibris carens, dura, fragilis, alba, cujus amarus sapor ferè amaritatem Radicis *Gentianæ* emulatur.

Radix hæc Mungos maximum Antidotum est, non solum adversus Serpentum morsus, verùm etiam adversus quamplurimas Venenorum species, & præsertim medetur Veneno, quo incolæ *Macassar Sagittas* inficiunt, quodque ex Bontii testimonio adeò lethale est, ut pars vulnerata vix semibora spatio in spaciolum & omnimodam putrefactionem abeat. Venenum hoc Succus est pinguis & lacteus ex Arbore Ipu & Upa incolis dictâ, incisione extillans, eumque non sine vitæ discrimine, mortis rei Regii jussu colligunt, & phialis indunt, ut ad hominum perniciem servent. Nullum olim habebatur magis presentaneum, nisi non infallibile, adversus hoc Venenum remedium, quam Stercus humanum magna copiâ ingestum, ut concitata Vomitu, Veneni vis, quoad fieri posset, reunderetur. Verùm felix faustumque Radicis Mungos inventum miseris illis minùs insuave, & magis securum præstitit *Alexipharmacum*: illius enim Pulverem ex Aqua, vel quocumque alio liquore ad semidrachmam, & drachmam integram sumunt, eumque Aquâ vel Salivâ dilutum Vulneri imponunt. Dñs Kaempter eandem Radicem ad rabiem brutorum atque hominum mirè laudat. Laudatus Lochnerus illâ se usum fuisse ait in Febribus Malignis, eamque miris laudibus extollit: illam exhibuit in Morbi principio, pluribus successivè diebus. Solet quandoque Vomitu facere, sed plerumque transpiratione & sudore Febris saussam pellit. Dosi à ℥ss. ad ℥ij. in Decocto The, vel alio quocumque vehiculo appropriato. Hæc de Mungos, Animalis, & Radice.

Notandum tamen est, non esse confundendum Animal vel Radicem Mungos cum Mungo Garziæ. Mungo enim Garziæ Semen est exoticum, Coriandri magnitudine, primùm viride, mox maturitate nigrum. Hoc adeò in Guzarate & Decan Indiæ regionibus frequens est, ut Equis sit loco pubuli, imò & cocto Homines utuntur, non secus ac Orzâ. Hoc est Mungo, sive Phaeolus orthocaulis Columnæ in Annot. in res Med. Novæ Hisp.

Muscus ramosus, floridus & non floridus. Adnascitur Ramis. 3. *C. ustaceus*, habens formam Crustarum, (C. B. 7. seu Muscus Pulmonarius, Tab. Pulmonaria.) Vide *Pulmonariam arboream*.

Ex his hujus loci sunt priores, quorum usualior primus, adeoque *Ufnea Officinarum* dictus. Hic tum tenuior est, tum crassior; aliàs brevior, aut prolixior; omnes candescentes, pauci rutilantes, quandoque nigri. Primæ nobilitatis sunt Muscus Lariceus, Piceus, Pineus & Abietinus. Hinc Populeus, seu candidus (nigricans enim improbatur); utilissimus omnium est Quernus.

Videatur Muscus Arboreus, *Trag. Matth. Dod. Cast. Muscus, Cord. in D. Muscus Arborum, Lob. Tab. Muscus Quernus, Lob. Ger. Muscus Arboreus, Ufnea Officinarum C. B. 2.* inter species Musci Arborei.

Colligendus est in initio Veris.

Vires. Muscus omnis astringit. Usus præcipuus in Ictero, Vomitu, Diarrhœâ, Dysenteria, Abortu præcavendo. Extrinsicus in laxitate Gingivarum, in Sanguinis fluxu compescendo (cum Thure in Vino & modico Aceto, in Nervis punctis & dolentibus.)

N. Quia Signaturam Capillorum habet, ideò & Capillis Muscum dicatum esse volunt.

CCXXI. MUSCUS TERRESTRIS.

Musci *Terrestres* variæ itidem dantur species, è quibus in Officinas solum venit, quæ *repens* vocatur, C.B. 10.

CCXX. CCXXI. **M**USCUS. Muscus triplex est usitatus; vel *Arboreus*, vel *Terrestres*, vel qualis *Cranio humano* adnascitur. *Arboreus* in specie *Quercubus* adhæret, & in usu est *adstrictorio*; live in *Decodo*, live in *Pulvere* applicetur *Vulneribus* recentibus, & locis *Hæmorrhagiâ* infectis, quibuscunque Sanguinis profluvii, spontaneis & violentis.

De Musco seu *Ufnea ex Cranio humano*, cujus mentionem facit AUTOR, erit inferiùs dicendi locus. Observetur tamen hoc, quòd semper debeat esse Muscus ex Homine violentâ morte interempto, aliàs vel nullas, vel paucas admodum habet vires, quæ ipsi adscribuntur.

Muscus Terrestres, seu *Clavatus*, *Lycopodium* aliàs dictus, copiosè *Dresdæ*, *Wittembergæ* & *Annæbergæ* nascitur. Apud Veteres nullum de hoc ipso prostat vestigium, nec ullus est usus, nisi quòd hodie *Polohis* pro *Curâ Plicæ* esse solet in usu: *Conf. M. A. N. C. Ann. 2. Observ. 52. pag. 94.* Modernis saltem in usum venire solet. Ante omnia quidem *Pulvis* seu *Farina* ejus volatilis, quæ uno tempore in eo reperitur, & itidem *Vulneribus* recentibus, *Ulcerebus* manantibus, ut & *Hæmorrhagiis* inspergi potest, vel sola, vel cum *Pulvere Thuris* & *Colophonis* mixta; sic enim *Hæmorrhagias* compescit, & conglutinationem promovet: conferatur *FEHR de Scorzonæâ curios. pag. 12.* Cautè tamen observandus hic *Pulvis* aut *Farina*, nec *Candela* ardens admoveatur; facillimè enim inflammabilis est, & si *Cochleari* excepta *Candelæ* admoveatur, instar *Pulveris Pyrii* strepitum ferè edit, atque adeò in eâ *Sulphur* quoddam *vegetabile* se prodit, quo nomine etiam audit. Similem *Farinam* quoque habent *Juli Corylini* tempore verno collecti; *Juli Alni*, atque tenelli *Coni Pini* & *Abietis*. *Farinæ* hæc, præ-

seu Muscus *Terrestres* clavatus: Muscus *Terrestres*, *Trag. Matth. Dod. Cast. Lycopodium*, *Pes Lupi*, *Tab. Pes Leoninus*, *Lob. Ger.* Cui tamen affinis est Muscus ramosus, C. B. 2. Muscus *terrestres*, *Tab. Germ. Barlapp*, *S. Joannis Gurtelkraut*, *Neunheil*, *Touffels-klaue*, *Larven-Fusz*, *Gall. Mouffe terrestre*.

Crescit in Sylvis desertis ac Myricetis. Floret Junio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Muscus, *Flos citrinus*, & *Farina*.

Vires. Refrigerat & fccat. Usus præcipuus in Calculo attendo ac expellendo (laudatur summo perè Flos ejus citrinus) in Fluxu Alvi. (Pro Epileptico Puerili habetur.) Extrinsecus in laxitate Dentium, in consolidatione & siccatione *Vulnerum* (*Farinâ excusâ* inspersâ).

CCXXII. MYRTILLUS.

MYRTILLUS, *Matth. Lon. Cast.* Myrtillus vulgaris, baccis nigris, *Clus. bist. Vitis Idæa*, *Tab. Vitis Idæa nigra*, *Cam. Myrtillus Germanica*, *Vaccinia nigra*, C. B. 1. seu *Vitis Idæa* foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *German. Heydel Beer. Gall. Myrtille.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Baccæ. *Vaccinia* seu Myrtilli Germanici.

Vires. Refrigerant 2. siccant & subastringunt, sedant Sitim. Usus rari sunt; adhiberi tamen possunt in *Febribus*, Vomitu ac *Diarrhœâ*. Aliis exsiccant, inque *Dysenteria* utiliter propinant.

PRÆ-

sertim *Corylina* & *Musci terrestres*, nobile & commendatissimum constituunt *Antepilepticum*; nec cedunt in hoc usu *Vitico Corylino*, præsertim in *Epilepsiâ Infantum*, in qua singularare sunt *Remedium*. Hoc modo præscribi solet:

℞. *Aqua Flor. Tiliæ* ℥j.

Farin. Lycopod. ℥j.

Auri Fulmin. gr. j. M.

Præterea *Farina Lycopodii* egregium est in suppressione *Infantum Urinæ*, de quo videbitis curiosas *Observationes* in *M. A. N. C. Ann. 1. Obs. 97. p. 225. & Ann. 3. Observ. 15.* *Antibedeticum* etiam *puerile* dicitur: quia in *Affectibus Hæctis* *Puerorum* dosi ℥ss. *Remedium* singulare est. Colligi autem debet *Sulphur* hoc, seu *Farina* illa, quando *Juli* vel *Muscus* se leviter aperiunt, Sole in Leone existente, Mense sc. Julio: quin & suavissimam *Alvum* laxandi vim obtinet. Confer. *HOFFMANNI Clavis in Schræderum l. 4. Sect. 1. p. 508. (N)*

CCXXII. **M**YRTILLUS. *Myrtillus*, *Germ. die Heidelbeere*, *Fructus* est notus, & ob nigredinem suam satis cognitus, cujus *Planta* adstringit.

Usitati sunt *Fructus exsiccati*, qui vulgò pro scopo *adstrictorio*, & propterea in quibuscunque quorumcunque *Hæmorum Fluxibus*, in *Diarrhœâ*, *Hæmorrhagiâ Uteri*, *Narium*, & *Dysenteria* laudantur: quia adstringere, Fluxumque suppressere putantur. Sed meritò hic suspicatur *LUDOVICI*, metum esse, ne copiosius assumpti fermentationes p. n. in talibus Fluxibus, & periculosas denuò excitent *Diarrhœas*, propter *Succum* exsiccatione quidem condensatum, sed in Corpore humano denuò resolutum. Aliàs rarissimi usus sunt in *Officinis*.

No-

(N) Unico Commentario Etmullerus in Venetâ Editione duo *Schræderi de Musco Capita* complectitur. Primum *Schræderus de Musco in genere* loquitur, ejusque quatuor facit *Differentias*. Prima est *Muscus Arboreus*, quòd *Arboribus*, præsertim *Quercubus*, adhæreat: atque hic quoque juxta eundem autorem triplex, *Capillaceus*, *Feniculaceus*, *Crustaceus*. Muscus autem hic *Arboreus dictus*, omnesque ejus species inter *Lichenes connumerantur*, ac præcipuè ea est, quæ vulgò *Pulmonaria in Officinis* appellatur. Secunda *Differentia* est *Muscus Terrestres*, de quo *Schræderus* num. seq. Terciam facit *Muscum Saxatilem*, cujus species variæ ad *Lichenes Pulmonarios dictos* referendæ. Quarta denique *Differentia* est ex *Schrædero Muscus Marinus*, quam *Corallinam* vocat, de quâ suo loco.

Muscus tamen juxta *Methodum Tournesortianam* *Plantæ Genus* est inter *Terrestres præcipua*, quarum *Flores* & *Fructus* vulgò desiderantur, singulari *Foliorum formâ* à congeneribus, nempe *Fungo*, *Boleto* & *similibus*, diversa: atque eâ possissimam ratione à *Lichene Muscus* differt, quòd *Lichen* polline, seu *Semine tenuissimo*, saltem *Microscopii ope* observabili, præditum sit, Muscus verò nequaquam.

Musci, præcipuè *Terrestres dicti*, innumera sunt species, quas tribus *Classibus* complectitur *Tournesortius*. Sunt enim *Musci Capillacei*, *Musci Squamosi*, & *Musci Polygони*, *Linariæ* & *Nummulariæ folio*.

Prima primæ *Classis* species est *Muscus Capillaceus*, major, pediculo & capitulo crassioribus T. quod est *Adiantum aureum Tabernæmontani*, & *Polytrichum aureum majus* C. B. Muscus hic ex *J. Bauhino Radicibus venibus* & longis constat: *Cauliculi* duas uncias longi foliis primùm longiusculis abundant, postea nudi sunt, & ad totidem uncias læves, quorum summitati innascitur *Capitulum sublongum*, *bians*, & *nutabundum*. Dñus *Rongear* asserit, ex recensione *Tournesortii*; *Plantam* banc esse *vaidè sudoriferam*, atque ejus. *Usum* adversus *Pleuritidem* excellens esse *Remedium*. Verùm idem subdit, potentior esse *Spiritum* destillatione ex eâ elicium: si scilicet *Planta* *convulsa* *Aquâ* *irroretur*, atque post *triduanam macerationem* *destillationi* *subjiciatur*, hinc novis semper *convulsis Plantis* *superadditis* & *maceratis*, *sexies* *colobetur*: *Spiritus* *hoc modo paratus* *cochlearim* *exhibetur*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua Myrtillosum.*
2. *Syrupus.*
3. *Vinum.*

CCXXIII. MYRTUS.

M *Τροσιν ἢ μύρτιν*: Myrtus & Murtus. Germ. *Myrtenbaum.* Gall. *A g. te.*

E variis Myrtorum generibus usualior est Myrtus, *Tab. Myrtus minor, Lob. & Tarentina, Clus. hist. Myrtus Tarentina. Matthiol. Cism. Cast. Myrtus minor, vulgaris, C. B. 9.*

Huic subitui poterit Myrtus foliis minimis, & mucronatis, C. B. 8. Myrtus prior, *Dod. angustifolia 9. Lob. Myrtus domestica fructu albo, Clus. hist.*

Crescit in regionibus calidis, Italiâ ac Galliâ Narbonensi juxta ripas Maris.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Baccæ (Myrtilli Officinarum, Myrta).

Notandum quoque, quod eâ æstate, quando copiose proveniunt hæ Baccæ, Dysenteria plerumque grassari solet: Scilicet Baccæ in magnâ copiâ cornesæ, aut potius, quando venenatis Nebulis afflantur, aut Exhalationibus acrioribus corrosivis imbutæ, absque præviâ lotione devorantur, Intestina vellicat & stimulant, ut necessariò Intestinorum Tormina, & Exulcerationes orientur, quæ facillimam occasionem Dysenteriz præbent.

Prostat in Officinis *Syrupus Myrtillosum*, qui in Diarrhæis & Dysenteris, & in specie Hæmorrhagiâ Pulmonum, vel in Spuro Sanguinis, in Vomitu etiâ, laudatur. Refert FORESTUS l. 16 Obs. 20. in *Scolio*, quòd in Tussi cum Spuro Sanguinis, Affectu satis periculoso *Syrupus Myrtillosum* propinatus sit egregium Remedium, cum vel solus solet conducere pro compescendâ Tussi & Sanguinis excretionem.

Oleum quoque *Myrtillosum* per infusionem & coctionem profectum, quod extrinsecus solet illini Capiti & contra deflexionem Capillorum: item inungi solet partibus Abdominis cum *Oleo Mastichino* in nimis Alvi Fluxionibus, Vomitu, Diarrhæâ, Chôlerâ, & similibus. (O)

CCXXIII. MYRTUS. *Myrti varia sunt species: sed rari sunt usûs, ut ut tota Planta spiraret odorem aromaticum, & imprægnata tota Arbor Oleo balsamico aromatico, quo Natura illam perpetuo virore vestit.*

Hujus Fructus cognitus est, cum Baccæ & Folia præprimis in usu sint. Baccæ arefactæ cum odore grato & aromatico vim stomachicam adstringentem obtinent, unde Affectibus Stomachi conducunt. Aliàs tam Folia, quàm Baccæ, insigniter ac potenter adstringunt, sive adhibeantur interne, sive externe. Et quidem in Laxitate Gingivarum scorbuticâ Baccæ & Folia commendantur pro arcendâ Putredine, & procurandâ adstrictione Gingivarum. Solet etiâ admisceri Decoctionibus, & Præscriptionibus pro Capite purificando in Tineâ, vel à Furfuribus, & aliis impuritatibus Capitis sub Capillis occultatis.

Syrupus Myrtinus & *Oleum* in frequenti usu est, ubi opus fuerit adstrictione; v. g. in Dysenteris, & Tussi conjunctâ cum Hæmoptysi, compescit enim & mitigat Sanguinis excretionem. (P)

(O) *Etsi Myrtillosum nomine vulgè in nostris Officinis veniant Fructus seu Baccæ Myrti; nihilominus tum apud Schræderum, tum apud Ettmullerum, aliosque præsertim Germanos Scriptores, Myrtillus, & Myrtus due sunt inter se distinctæ Arbores, de quibus, earumque Fructibus seorsim uterque Autor hic sermonem habet.*

Et quidem quam Myrtillum primo loco appellant, est sanè Vitis Idæa aliorum Botanicorum, cujus species quædam Myrtilli nomine veniunt apud Tabernæmontanum & J. Bauhinum. Est autem Vitis Idæa ex Tournefortio Plantæ Genus Flore monopetalo, campaniformi, globoso, cujus Calyx abit in Baccam umbilicatum, succiplenam, Seminibusque sextam exiguis. Hujus Officinalis species est Vitis Idæa foliis oblongis, crenatis, fructu nigricante (Gerardo Vaccinia nigra) C. B. quæque est Myrtillus primus Tab. Planta hæc cubitalibus, crebris, angulosisque fructibus virgulis: in his Folia crebra, virentia, caduca, oblonga, crenata, sapore acido austero: Flores urceolum, ex albo punice: his succedunt Baccæ singulares, Juniperinis pares, umbilicatæ, ex violaceo nigrescentes, sapore primum grato acido, mox nauseabundo, multis rubentibus Seminibus sextæ. Hi sunt veri Myrtilli Officinarum Germaniæ, ex quibus Syrupum Myrtillosum ab ipsis dictum parant: borum quoque Succo Chartas violaceo inficiunt colore.

(P) *Myrtus verò Arboris Genus est Flore rosæce, cujus Calyx abit in Baccam Olivæformem, coronatam, in tria loculamenta divisam, Seminibusque sextam reniformibus. Myrti species præcipuæ, quæ Folorum & Baccarum magnitudine & colore differunt, adèò vulgares sunt, ut descriptione non sit opus. Baccas vulgè Myrtillos appellamus, ut modò notavimus.*

(Q) *Quamquam Napellus Aconiti sit species, de eo tamen sermonem è suo loco, verbo Aconitum, hic transitulit Ettmullerus, quum ea Planta facilius sub Napelli, quam Aconiti nomine vulgè innotescat. Numerantur autem plures Napelli species, magnitudine & colore Florum præsertim discrepantes: præcipua autem est Aconitum cæruleum, seu Napellus primus C. B. de quo hic. Planta trium cubitorum assurgit altitudine: Caulis teres, rigidus, in ramos diductus, quorum singuli longam gestant Florum spicam: hi in Aconiti Genere, veluti proprio illius characteri, anomali sunt,*

Vires. Utraque refrigerant temperatè, siccant validè, astringuntque. Usus internus rarior est, nihilominus tamen adhuc ut in Fluxu Alvi ac exspuitione Sanguinis. Extrinsecus usus utriusque crebrior.

Folia emendant Fœtorem (sub Axillis ac Inguinibus Pulvis aspersus:) Sudorem corporis immodicum sistunt (Frictione:) Membris catarrholicis opitulantur, Alvi fluxui succurrant, defensionem exhibent in Herpetibus, putredinem Oris sanant, Hæmorrhagiam Narium sistunt, Polypo medentur (cum Melle ac Vino).

Baccæ mitigant Oculorum Inflammationes, juvant luxatos Articulos, ac Ossa fracta, subveniunt Procidentiæ Uteri ac Ani, Capitis Tineas, surfuraceaque Excrementa abigunt.

P R Æ P A R A T A.

1. *Syrupus Myrtillosum, seu Myrtinus.* Vide Disp.
2. *Oleum Myrtillosum.* Ex Baccis Myrti, & Oleo communi infusis.
3. *Oleum Myrtinum.* Ex Foliis Myrti, & Oleo communi.

CCXXIV. NA-

N

N A P E L L U S.

N *Apellus cæruleus, etiam Aconitum cæruleum, German. Esfen buttchen, quòd Flos ejus Galeam ferream militarem referat, item Germ. Munchs-kappe dicitur. Refertur hic Napellus inter Aconita lethalia & venenata. Non autem omnia Aconita sunt lethalia, sed dicuntur quædam salustifera. Pro verò Aconita dicantur, videatur PLINIUS. Verum pro varietate soliti variant quoque Aconita. Sic, quæ in Montibus Helveticis & Alpibus crescunt, sunt lethalia; quæ verò in Poloniâ crescunt, sunt sine noxâ, cum Folia & Flores ejus unâ cum aliis in Jusculo usurpata fuerunt. Conf. M. A. N. C. Ann. 2. Obs. 42. item Obs. 78. & in Hortis maximâ copiâ volente, relatum est, quòd Flores hujus Napelli cærulei decerpti, ornatûs gratiâ, communiter Acetariis, in Mensâ Regiâ Cracoviensis expositis, sine noxâ inspergantur. Contrarium etiam videbitis in Ann. 3. Obs. 223.*

Quæritur aliàs de vero Antidoto appropriato contra hunc Napellum. Magna est fabula de *µû* seu *Mure Napelli*. Dicunt nimirum, quòd propè Radicem Napelli reperitur *Mus*, qui hac Radice vescatur: & quòd optimum Remedium præbeat contra Napelli Venenum hauktum. Respondeo: mera Fabula est; nullus enim unquam talis *Mus* circa Radicem Napelli fuit repertus. Verum tamen est, in Montibus Helveticis plures reperiri *Muscas*, Flores hujus Plantæ circumvolitantes, quæ *Musca* cum *Terrâ sigillatâ* mistæ appropriatum hujus Napelli præbent Remedium. Verum nec hoc est Remedium certum, nisi Experimentiâ confirmetur. Videntur igitur Veteres decepti vocabulo *µûs*, quòd & *Murem* & *Muscam* significat. Confer. *Theatrum BAHINI Tom. 3. lib. 34. pag. 654.* item *VELSCHIUS Herbat. 1. p. 71. (Q)*

Tom. IV.

Z 2

CCXXIV. NA-

N.

CCXXIV. N A P U S.

Burid's [Sativa. Usualis.
Sylvestris.

Vid. Napus, *Brunsfelf. Matth. Dod. Cord. in D. Cast. Cam. Lon.* Rapum sativum alterum, & Napus Veterum, *Trag.* Napus Bunias sativus, *Fuchf.* Bunias seu Napus, *Lob.* Napus sativa, C. B. 1. Germ. *Steckruben.* Gall. *Navaux & Navettes.*

N. Recensentur Napi in genere Raporum, quod Caule, Floribus, Semineque Rapa æmulentur, quamquam Folio & Radice Raphanos magis referant. Est autem genus Plantarum sativarum notissimum, quod colunt non modò ob Radicum usum esculentum, sed & ob Seminis Oleum expressum, quo tum Ferula impingunt, tum Lampades instaurant.

Floret à Vere in Æstatem.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Semen.

Vires. Calfacit, siccit, abstergit, aperit, digerit, attenuat, & incidit: Venenis potenter resistit (unde & Theriacam Andromachii ingreditur): Morbillos ac Variolas peculiari facultate à centro ad circumferentiam Corporis pellit, ideoque in Febribus Malignis & Petechialibus crebri usùs est, (in Emulsionibus). Confert & in Ictero, Urinã remoratã, &c.

Dosis ʒj.

P R Æ P A R A T A.

Oleum expressum ad omnia utile ad quã Semen. Usitatum est plebeis, ad compescenda Tormina Ventris Infantibus exhibere.

CCXXV. NASTURTIIUM AQUATICUM.

K *Αρδαμιν*, Nasturtium aquaticum (& 2.) *Trag. Lon. Dod. Cressò, Laver odoratum, Cord.* Sifymbrium Cardamine, *Fuchf.* Sifymbrium aquaticum primum, *Tab.* Sifymbrium alterum, *Cord. in D.* Sion Cratevæ, Sifymbrium 2. *Diosc.* Sion Cratevæ, Erucæfolium, *Lob.* Sium majus, *Ger.*

Si-

CCXXIV. **N**APUS. *Napus, Bunias Græcorum, Germ. Steg-oder Merseburgische Ruben,* est species Rapi Sylvestris oblongi: Sativa est ad species Tblaspt referenda.

Solum Semen est in usu alexipharmaco atque diaphoretico, & eapropter jam à GALENI temporibus laudatum. Inter Semina Expulsiva refertur, & usurpatur potissimum in Emulsionibus, scopo diaphoretico & expulsivo Variolarum & Morbillorum, unã cum Semine Cardui Mariæ, Aquilegiæ, Nasturtii, & similibus; v. g.

ʒ. Sem. Rapi,

Aquileg.

Card. bened. (quæ corpus Emulsionis constituunt) an. ʒj.

C. f. q. Aquæ cujusdam destillatæ f. Emulsio ad ʒiv. vel v.

Quæ & in Febribus Malignis cum Excretionem cutaneã junctis, Purpuratis & Petechialibus, ut & in Ictero propter Semen Aquilegiæ, adhiberi solet.

Vis expulsiva Seminis Napi consistit in Sapore acriusculo, quod ad Nasturtiorum Semen accedit, ratione Salis volatilis acris: hinc in Febribus Malignis conducit expellendo. Infantibus etiam solet præscribi in Nodulis, cum Semine Aquilegiæ, quos injiciunt Mulierculæ Cerevisiæ pro expellendis Variolis & Morbillis; item in Tineã & Achoribus, ratione Seminis Aquilegiæ; atque ita promovent eruptionem Variolarum. Tandem interdum Mulieribus in usum venit pro expellendis Lochiis, Secundinis, & Mensibus. ut rarò in tali casu soleat adhiberi: aliàs rari erit usùs, nisi in prædictis. (R)

CCXXV. **N**ASTURTIIUM AQUATICUM. *Nasturtium* dicitur quasi *Nares tortium*, quod Nares tormentet: est duplex; vel Commune, seu Aquaticum, quod acrius seu fortius est, & melius; vel Hortense, quod

mitius. *Nasturtium Aquaticum* ordinariò vocatur apud Præcticos, & quidem usitatiùs, *Sifymbrium*, Græcis *αρδαμιν*. Est *Flore simplicis & pleno*; crescit in locis humidis & paludibus.

Semen & Folia in usu sunt, quæ Saporem habent acrem penetrantem, & fortiter linguam afficientem; unde & inter quatuor Calida & Sicca numerantur. Vis enim consistit in copioso Sale volatili admodum acri, simul oleoso, quod acredine suã vellicando & pungendo Nares vellicat. Semen hoc quoque Oleum possidet, non tamen adeò copiosum, ut Aromata.

Est *Planta* nostris Corporibus maximè appropriata, cujus Sapor aliæque proprietates conveniunt omninò cum Cochleariã; unde parilis usus; parilis etiam adhibendi modus, eidem convenit: adeoque in Affectibus Hydropicis, Hypochondriacis, Splenicis, & Scorbuticis, aliisque Morbis Chronicis, ex Acidi hypochondriaci fomite natis, optima suggeret Remedia; quoniam omnes Mucilagines crassas corrigit & incidit, quodcunque Acidum fixum acre peccans Sale suo acri volatili temperat; & potenter emendat, vel languescentem partim, partim depravatam Sanguinis Fermentationem, cum Sale scorbutico concurrente, suscitatur, auget, & fortiozem reddit; ac denique ad Urinæ excretionem disponit & promovet, & sic vulgò exsiccare dicitur: cum tamen potius attenuet & aperiat, quoniam hòc vel ipsi Cochleariæ non cedit, cum Sal ejus æquè acre, non tamen adeò volatile sit, atque Sal volatile Cochleariæ. Et cum valde incidat atque abstergat, primum ducit inter *Nephritica*, quod habet AUTOR, quatenus Sal volatile acre temperat, & corrigit Acidum Calculi coagulatore, & Sabulum atque Calculum expellit. Hinc quoque ad Obstructiones vulgò dictas Lienis, Hepatis, Mesenterii, specificè verò ad dictos Affectus Chronicos, proficuum est, Urinam fortiter pellendo. Præterea solet valde commendari, quod Sanguinem con-

sunt, pentapetali, caput humanum galeatum vel cucullatum representantes: atque deinde abeunt in Fructum, in quo in capitulum colliguntur Vaginæ membranaceæ, Seminibus factæ angulatis & rugosis. In specie, de qua hîc, Folia alterno seu uncialibus pediculis bærent, in crebriores laciniis divisa, atro virore nitentia: Radix demum Napiformis. Napellus hîc, præsertim in jugis montium nutritus, est Venenorum præsentaneorum facillè princeps: Radices in Acetario per ignorantiam comestæ quamplurimos à medio tulerunt. Quod de Mure & Muscã ab Ettmullero narratur fabulam redoles: vide Dodonæum & J. Bauhinum, non in Theatro, ut falsè citatur ab Ettmullero, sed in Historiã Plantarum to. 3. 654.

Symptomata ab assumpto Napello supervenientia hæc sunt: Lingua & Labia tumescunt, & inflammantur: Oculi exuberant, & veluti ex orbitis exsiliunt: Corpus universum livescit, & inflatur: accedunt Vertigines, Leptobymia, Convulsiones, denique Mors ipsa. Hinc inferre licet, Napelli Venenum in Acido coagulante consistere, quod in Vasa sanguifera introductum Sanguinis ipsius coagulationem, Spirituumque influxum intercipit: quæ quum in demorsis à Viperã & Scorpione quoque accidant, non abs re erit conjicere, horum Venenorum valde similem esse naturam: quare Theriaca, Orvietanum, Mithridaticum, Salia volatilia Viperarum, Cornu Cervi, Urinæ, Cranii & Sanguinis humani, erunt magis appropriatum & commune Antidotum.

Anthora verò, seu Antithora (quod pernecabilis Thoræ, seu Aconiti veneno adversa Planta sit), est Aconitum salutiferum, seu Anthora C. B. Hoc cubito procerius quandoque est, Caule singulari, rigido, anguloso, cui Folia alternatim adnascuntur, Napelli æmula, tenuius dissecta, splendoris illius expertia, aversã parte albicantia, Nigella quodammodo similia: Flores Aconiti, non ingrato odore præditi, colore ex flavo pallecente: Radix demum ex bulbis olivaribus constat, foris fuscis, intus albis, gustu amaris, fibratis. Quamquam vulgò Planta hæc Napelli antidotum censetur, unde nominis ratio; Clusius tamen ejus usum suspectum habet, & satius ducit ab eo abstinere, præsertim tantã copiã aliorum remediatorum, quorum facultates jam sunt exploratæ. J. Bauhinus ejusdem videtur esse sententiæ.

(R) Napus ex Tournefortio est Plantæ Genus à Rapã tantum diversum propria illã facie, quæ ab Hortulanis & Colonis facillè dignoscitur: quapropter si lubet poterit cum Rapæ Genere confundi. Ejusdem sententiæ est Raius in Methodo; notat tamen Napum Radice minori & subacri à Rapo differre. Hinc factum puto, quare Napum hîc vulgò Rapa Catalogna appellemus. Adeò nota est ejus Radicis forma (Rapitã est, minus tamen in ventrem extuberans, altiusque demissa), ut aliarum Plantarum Radices, quæ illam representant, Napiformes vocemus.

Sisymbrium aquaticum, *Matth. Cast.* Nasturtium aquaticum, supinum, *C. P.* 1. German. *Brunnenkress.* Gall. *Sisimbre, Large-feuille, Crépin aquatique, du Cresson d'eau.*

Crescit in Rivulis vel Paludibus: Floret Julio & Augusto. Viret perpetuo, adeoque hyemali tempore Acetaria exhibet non vituperanda.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, seu Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit & siccit 2. (exsiccatum 3.) attenuat, aperit. Usus præcipuus in Calculo ac Sabulo, Obstructione Lienis ac

Epatis, Mensiumque: specificè in Scorbuto commendatur.

N. Præstat recens adhibuisse, quàm exsiccatum, ob Sal volatile paulatim evanescentem.

PREPARATA.

1. *Succus inspissatus.*

N. Gum Aceto Naribus illitus, arcet immoderatas Vigiliæ: Polypum extirpat Succus Naribus inditus.

2. *Aqua stillatitia.* Ex Plantâ integrâ collectâ Augusto.

3. *Spiritus.* Ex Herbâ contusâ, addito tantillo Fermento, fermentatâ.

CCXXVI. NA-

grumatum omnium optimè soleat dissolvere. Febres quoque Intermittentes, in specie Quartanas inveteratas, & Catarrhos PARACELsus crebro *Nasturtii* usu percuravit; id quod imprimis in Quartanâ Scorbaticâ conducibile est, cum & Vomitus interdum moveat, & per Sudorem agat, simulque Acrimoniam scorbaticam Quartanæ temperet. In Caro pituitoso & frigido FORESTUS *l. 10. Obs. 39.* valdoperè commendat, nilque præstantius esse dicit, quàm usum *Nasturtii*, sive costi, sive in Acetariis usurpati.

Externâ Planta contusa & calidè applicata in Nephritide proficua est: per noctem imposita scabritiem Cutis, & scorditatem delet: ad Puncturas Insectorum & Crabronum commendatur. Rectè dicit *Autor*, quod *viride* & adhuc recens *Nasturtium* adhibitum melius sit; quod verum est de omnibus Sale ejusmodi volatili præditis; avolat enim Sal, quando exsiccat, & sic depauperatur viribus.

Semen Nasturtii unâ cum *Semine Napi*, & reliquis, contra Malignitatem Variolarum & Morbillorum adhibetur; optimum enim est *Expulsum* Variolarum in Infantibus, sive in substantiâ usurpetur, sive cum reliquis *Seminibus* in formâ *Emulsionis*. In Infantibus ejusmodi Morbi ex vitio Lactis nutritii oriri dicuntur, quatenus in Infantum Ventericulis aciescit & corrumpitur; tunc fit, ut ejusmodi succedant Morbi. Quoniam autem *Nasturtium* ex Sale volatili acri constat, hoc ipso Lac, & fontem illorum Morborum emendat, denique Sanguinem congrumatum egregiè dissolvit.

Externè contra Tineam Puerorum inveteratam nil melius est, quàm si *Semen Nasturtii* probè teratur, & cum *Pinguedine porcinâ* subigatur, sicque sub formâ *Linimenti* applicetur Capiti, & temperat Acidum in Ulceribus, uti laudatur à PAULI in *Quadripart. Botanico*. Idem *Semen Nasturtii* pulverisatum in curandis, præsertim Juniorum, Herniis satis commodum est, externè & internè adhibitum: idque hoc ex fundamento, quod Acrimoniam suâ causticâ uberiorum Alimentorum affluxum excitet, quo ipso Peritonæum ed facilius consolidatur. Sic FORESTUS *lib. 22. Obs. 15.* itidem *Semen Nasturtii* eximie laudat, non secus ac FONSECA *l. 2. Conf. 36.* qui sequentem describit *Herniarum Curam*.

℞. Pulverem Seminis Nasturtii, subigit cum *Albumine Ovi*: hinc extensum super Alutam apponatur ad Hernias, nec moveatur, quoad ex se decidat: item ejusdem Pulveredato mane seroque ʒj. cum *Vino rubro* per aliquot dies noctesque.

Sic Medicus quidam Pueros Herniâ laborantes restituit, propinando interiùs *Semen & Nasturtium infusum Vino*, exteriùs verò applicando *Frustrum Pellis vel Cutis Anguillæ cum Albumine Ovi* oblitam. Quò pertinet *Ceratum* ad Herniam Omentalem, & Intestinalem expertum:

℞. Gum. Carann. part. ij.

Sem. Nasturt. pulverisat. part. j.

Misce cum paucis *Terebinthina cœca*, superinduc Alutæ, & applica loco hernioso.

1. *Succum Nasturtii* expressum quidam in Febris Scorbaticis ad ʒj. in *Vino* haustum commendant. Quidam reci-

pere solent *Succum Nasturtii aquatici* expressum cum ana *Aceti communis*: Misturæ hujus recipiunt Cochlearia ij, vel iij, addunt gr. vj. vel vij. *Salis Absinthii fixi*, & propinant ante Paroxysmum; idque ter quaterve repetunt, sicque curari Quartanas dicunt. Aliàs observatum est, quod ii, qui Scorbuto laborant, Lumbricis latis, & aliquot unarum longis, sæpè afflicentur, quos *Succus Nasturtii* necare, & expellere dicitur, & est quasi juratus hostis illorum *Succus recens* expressus. Imò optimè sæpè propinatur Infantibus in *Lacte*, quod ita Vomitus movet, quod in Curatione Variolarum & Morbillorum non contemnendum est Remedium. Externè in Vitiis subcutaneis, in crustosâ Puerorum Scabiæ, adhibetur. *Succus* hic cum *Aceto*, vel *simplici* vel *rosaceo*, mistus, & per Spongiam Naribus admotus, certo experimento Lethargicos excitare solet. Ex hoc patet *Autoris nostri error*, qui dicit: quod *Succus Nasturtii* inspissatus cum *Aceto*, illitus Naribus, soleat arcere Vigiliæ immoderatas, & quasi inducat Somnum; cum tamen Vigiliæ magis promoveat. Quinimò *Acetum* per se Agrypniam inducere solet; propterea in *Epitheimatibus Cephalicis* moderatus *Aceti* sit usus, ne Vigiliæ inducat. Unde non potest esse, quod conducat contra Vigiliæ, potius conveniet contra Lethargum. Si inspergatur *Spongia*, cum *Succo Nasturtii & Aceto rosaceo* imprægnatâ, *Pulvis Castorei*, ejusdem efficacia magis appropriata redditur, quia *Pulvis* dictus expertus est in Lethargo. Et quidem, quod *Acetum* profit contra nimium Somnum, patet ex eo, quod ad arcedum ex nimis frequenti & immoderato *Opiatorum & Narcoticorum* usu inductum Somnum sæpè lethalem, sit optimum *acetum*, & corrigat vim Opiatorum narcoticam. Ergò cum *Nasturtio* vel ejus *Succo* conjunctum magis vigilias inducet, quàm Somnum, contra Autorem. Dicit prætereà *Autor noster*, quod *Succus Nasturtii* Polypum extinguat, (qui est Caro propendens ex Naribus, ubi sæpè metus est, ne inducatur Suffocatio, nisi que rectè tractetur, abit in Gangrænâ, & Ulcus canrosum exinde fieri potest); quod verum est. Et fuit hic *Succus Secretum* cujusdam Mulieris nobilis Lotharingiæ, quæ hoc ipso *Succo* quamplurimos Polypo laborantes curavit: Quod testatur HARTMANNUS in *Scriptis ad MICHAËLIS transmissis*. Alii solent commendare *Succum Ari*, vel *Asari*, qui *Succi* non minùs, quàm *Nasturtium aquaticum*, imprægnatî sunt Sale volatili acri.

2. 3. Hinc sequitur *Aqua Nasturtii* per Balneum Mariæ; sicut notus quoque est *Spiritus Nasturtii*, tam ex *Succo* recens expresso, quàm ipsa *Planta* intar *Spiritus Vini* destillandus: qui *Spiritus & Aqua* in Affectibus Scorbaticis egregia sunt, & ad eadem conveniunt vitia, ad quæ ipsum *Nasturtium aquaticum* simplex.

Præparationem *Spiritus urinosi & Salis volatilis* elegantem mediante Fermentatione putrefactivâ, & curiosam videbitis in M. A. N. C. *Ann. 6. Observ. 21. pag. 32.* *Spiritus* autem *sulphureus* per Fermentationem *Nasturtii*, aliorumque Antiscorbaticorum, quomodò parandus, videbitis in PAULI *Quadrip. Botanico pag. 409.* (5)

CCXXVI. NA-

(S) *Nasturtium aquaticum dictum baud verum Nasturtium est, nec Cardamine; est verè Sisymbrii species, ut vocat hic Ettmullerus. Sisymbrium enim Planta Genus est Flore cruciformi, cujus pistillum abis in Siliquam in duo loculamenta divisam, Seminibusque factam subrotundis. Addit Tournefortius, Sisymbrium facie quâdam propriâ à Leucoio, Brassicâ, & cæteris Siliquosis distingui, ut & à Cardamine, cujus fructus valvæ vi elasticâ præditæ sunt. Nasturtium aquaticum Officinarum, quum omnes Sisymbrii notas habeat, erit sanè Sisymbrium aquaticum Matthioli, Hujus Folia ad Bruce Folia accedunt, viridia, & atrovirentia, sapore hortensis Nasturtii, sed mitiore: Caules ferè prociidunt, striati, concavi: Flores albi apicibus luteis: Semina sulva, gustu acria: pro Radice sunt capillares fibræ. Planta acritate nota vix cæruleam papyrum rubefacit: continet Sal Oxyfali diaphoretico Salæ valdè simile, quod est Sal alcali Acido omninò saturatum: præter hoc Sal, continetur in Nasturtio aquatico parum Salis Ammoniaci & Sulfuris, sed multum Terræ: ex Analysi enim chymicâ elicitur ex hac Plantâ multum Acidi, multumque Alkali, parum Spiritus urinosi, parum Sulfuris, & satis Terræ. Sisymbrium hoc aperitivum est, diureticum, antiscorbaticum. Jura minimè pingua (præsertim Cancrorum additione parata) ex pugilli Foliorum hujus Plantæ decoctione, diu loco cœnæ adbibita, Sanguinem repurgant, Hydropicos, Scorbaticos, Hypochondriacosque levant.*

CCXXVI. NASTURTIUM HORTENSE.

Kαρδαμων, est [Latifolium.
Crispum vulgatum. *Ustatius.*

Nasturtium, *Brungfels. Matthiol. Cast. Tab.* Nasturtium hortense, *Trag. Fuchf. Lob. Dod. Ger.* Nasturtium hortense vulgatum, *C. B. 2. Germ. Garten-Kesz. Gall. Largefeuille crepu. Gref. son demestique. (Agresso, Italis.)*

Colitur in Hortis.

Seritur Vere, floret Estate.

OFFICIALIA NATIVA.

Folia ac Semen.

Vires. Semen & Herba sicca calcificat & siccatur 4. (*Herba viridis* mitior est) : utrumque attenuat, aperit, abstergit. Usus præcipui est in tumido Liene, Mensibus obstructis, Fœtisque mortuo expellendo, tartaream Mucilaginem Pulmonum incidit, Scorbuto confert. Vulgò itidem ad expellendos Morbillos inservit Semen. Extrinsecus usu venit in Apoplegmatismis, Errhinis, Phænigmis : Furfures ac Scabiem scdam Capitis, aliarumque partium sanat (tritum aut fruxum, cumque Porci Axungia illitum).

N. Nasturtium pratense (quem *Florem Cuculi* appellant, alii *Iberim, Lepidium minus*,) ut & *Nasturtium montanum*, seu *Alpinum*, necnon & *Nasturtium hybernium* (*Eruca*

Intea, vel Barbarea dicta) Officinis incognita sunt.

(*Nasturtium Indicum*, s. *Permanum* viribus æquale est aliis : Flores in Acetariis appetitum excitant. *Aqua* ad Plagas Oris adhibetur, & *Ulcerata* scorbutica).

CCXXVII. NEPETA.

MEntha Felina, *Tab. Ger. Gattaria, Dod. Lob. Mentha* non odorifera. *Nepeta vulgaris, Trag.* *Nepeta fruticosa, Cord. in D.* *Herba Gattaria, Matth. Cast. Calamintha* 1. genus, *Fuchf. Nepeta Germanica, Cam. Calamintha montana, Lon. Mentha Gattaria vulgaris & major, C. B. 1. German. Ratzen-kraut. Ratzen-Nept. Gall. Herbe, ou Menthe au Chat.*

Crescit ut plurimum in hortis, tum quoque juxta vias : floret Junio, Julio, Augusto.

OFFICIALIA NATIVA.

Herba.

Vires. Calcificat & siccatur 3. partium est tenuium, attenuat, aperit. Usus præcipui in Morbis Uterinis, scilicet Obstructione, Sterilitate, Fœtu pollendo; tum quoque in Tartaro Pulmonum incidendo, &c. Extrinsecus in Balneis pro Utero.

N. Ob gravem odorem rarò intrinsecus exhibetur.

CCXXVII. LI-

CCXXVI. NASTURTIUM HORTENSE. *Nasturtium Hortense* in Hortis solet serri & coli.

Saporem habet eundem cum *Nasturtio Aquatico*; utut sit aliquantisper mitius.

Est aliàs ejusdem usûs & naturæ cum *Nasturtio Aquatico*, convenit itidem in Scorbuto, ac *Nasturtium Aquaticum*, & quicquid præstat, ratione Salis volatilis acris præstat. Sunt qui commendant singulariter contra Vermes, & imprimis contra Vermem Pericardii: de quo Verme Cordis in capsulâ vid. HARTMANNUS in *Praxi Chymiatricâ cap. 3.* qui inter alia commendat *Succum Nasturtii Aquatici* contra tales Vermes: simile memini me legisse in Observationibus GABELCHOVERI *Centur. 3. Curat. 1. de Vermibus Cordis.* Historia est elegans, quæ videri potest apud Autorem jam citatum de Puellâ, simili *Succo Nasturtii & Allii cum Brodio*, in quo maceratus fuit *Raphanus rusticanus*, curatâ haustibus repetitis. In Annotatione sequenti facit mentionem Vermium, qui non facile possunt arceri, nisi *Succo Nasturtii, Allii, & Raphani rusticani.* Est rara & observatu dignissima Historia. Aliàs ejusdem est usûs cum *Nasturtio Aquatico.* (T)

Adhuc notandum de *Nasturtio*, quod detur etiam *Nasturtium Creticum & Indicum.*

NASTURTIUM CRETICUM.

N*asturtium Creticum* est Planta rara, aliis speciebus odore & sapore similis. (V)

NASTURTIUM INDICUM.

N*asturtium Indicum* commendatur valdè in Curatione Phthiëos, sive ejus *Folia*, sive *Succus* usurpentur. Si assumatur cum *Conservâ Rosarum*, valdoperè ad Phthifin curandam confert: hocque expertum *Secretum* fuisse dicitur B. D. MOEBII, Professoris quondam Jenensis. Et quidem in Phthisi Scorbuticâ valdoperè prodesse dixerim, ubi Acidum scorbuticum corrodit Pulmones. Unde talia *Antiscorbutica*, sive cum *Conservâ Rosarum*, sive cum *Sero Lactis caprini* usurpentur, prodesse vix dubitem; cum *Lacte* præprimis sumpta coërcent Febrem Hæcticam cum Phthifin conjunctam. (X)

CCXXVII. NEPETA. *Nepeta*, sive *Mentha Cattaria* aut *Felina*, species est *Menthae*, utut ignobilior, non odoris grati, uti reliquæ species, sed admodum molesti. Dicitur German. *Katzen musze*, quòd *Feles* hac Plantâ vulgò delectentur, cujus rei Exemplum refert PETRUS JOHANNES FABER, Chymiatèr quidem optimus, sed non semper veridicus, in *Myrothecio Spagyrico lib. 2. cap. 34.* quòd *Quintam Essentiam* ex hac *Menthâ Cattariâ* paratam, Vitroque inclusam asservaverit, cui *Feles & Canes* semper magno cum delectamento assederint.

Usus ejus propter fœtorem rarus est, nisi in Uterinis Affectionibus; estque unum ex primariis *Emmenagogis*, vel *Menses & Lochia* expellentibus, in quibus Affectionibus internè & externè solet præscribi.

Externè in Balneis Uterinis, aut etiam in *Clysteribus Uterinis.* Sed loco hujus *Menthae & Calaminthæ* sufficiunt. (T)

CCXXVI. LI-

(T) *Nasturtium hortense dictum, vera est Nasturtii species.* *Nasturtium enim* (quasi *Nastortium*, quòd *Nastum* torqueat, odore & Seminis acrimoniâ sternutamenta provocans) *Plantæ Genus est Flore cruciformi, quem sequitur Fructus subrotundus in duo loculamenta divisus, ut Thlaspi; ab eo autem Foliis multifidis differt, ex Tournefortio. Notissima non tam Officinis, quam Cultis, Planta est Nasturtium hortense vulgatum C. B. Ad crustosum Puerorum Scabiem Nasturtium hortense tritum, aut fruxum cum Porci Axungia, valdè efficax remedium, etenim 24. horarum spatio crustas tollit, & si diutius adhibeatur Morbum sanat: Simon Paulli ex Paræo, & propria experientiâ.*

(V) *Nasturtium hoc Creticum Etmulleri, nisi sit Nasturtium Orientale, foliis inferioribus Millefolium, superioribus Perfoliatam referentibus T. quale sit nescio. Hæc illa Planta est, quam Zanone Thlaspi vero di Dioscoride, primo vocat: foliorum varietate cariosam elegantiam præ se fert.*

(X) *Nasturtium Indicum nil cum Nasturtio commune habet, præter saporem: est tamen Planta omnibus characteribus omninò à Nasturtio divisa. Illam in Genus peculiare erexit Tournefortius, vocavitque Cardaminum, hoc est Cardamum Indum, seu Nasturtium Indum: Flore est polypetalò, anomalo, calyce caudato: pistillum abit in ternas Capsulas subrotundas, Semine item subrotundo fœtas. Species præcipua est Cardaminum ampliori folio, & majori flore T. quod Hermanno dicitur Viola Indica scandens, Nasturtii sapore, maxima, odorata. Hanc curiosè & fusè describit in H. Lugd. Bat. eamque tum varietate, tum insigni Florum elegantia, Floræ cultoribus commendat. Viola scandentis nomine illam vocat, quòd admota scandat fulcimenta, quòdque Flores Viola Florum suavitate odore emulentur. Est ex novo Orbe anno 1684. in Belgium devehi primùm curaverit Ill. Beverningius; nunc tamen per totam Europam vulgatissimam factam, æstate & autumnò in Hortis florere videmus.*

(Y) *Manifestissimum est, hinc ab Etmullero & Schrœdero nomine Nepetæ, vel Catariam vulgarem intelligi, vel Catariam cum Calaminthæ specie confundi. Utrumque autem, vel saltem alterutrum falsò. Cataria enim Plantæ Genus est Calaminthæ congener, b. e. Flore labiato, sed cujus labium inferius in tres partes divisum, mediam habet cochlearis instar excavatam, reliquis tanquam alis orificium insigne, inter duo labia positum, cingentibus: quòd à Calaminthâ differt, nec Flores Cataria pediculis ramosis insident, ut in Calaminthâ.*

Nepeta, quam hinc Schrœderus atque Etmullerus, fortassè & Germani omnes, cum Cataria vulgari, majori consueverunt, ex lignosâ Radice Caulem surrigit bicubitalem, & tricubitalem, quadratum, bisutum, aduersis alis, &

CCXXVIII. LIGNUM NEPHRITICUM.

Est Ligni genus crassum & enode, Aquam infusione cœruleam reddens. Germ. dici potest, *Grusbolz*. Gall. *Nephrétique*.

Videatur Lignum Nephriticum, seu Lignum ad Renum affectiones & Urinæ incommoda, *Monard*. Lignum ex novo Mundo Pyro simile, *Fragos*. Lignum peregrinum Aquam cœruleam reddens, C. B. 4. Inter genera *Fraxini*.

Affertur ex novâ Hispaniâ.

Vires. Calcificat & siccatur gr. 1. Usus ejus receptus est ad Renum vitia, Urinæque difficultates & incommoda. Hinc in Epate & Lienis Obstructionibus.

P R A E P A R A T A.

Infusio, quæ in Aquâ fontanâ facta nonnullis Potus est fat

expetitus, tum ratione Saporis, quem ferè nullum exhibet, tum quoque Coloris cœrulei, adeoque amicabile. Potest illâ dilui Vinum.

N. Adulteratur alio Ligno simili, quod Aquam croceo Colore inficit. *Monardes*.

CCXXIX. NICOTIANA.

Tabacum, Tobacum, Tabacca, Tubac, Petum. Herba sanctæ Crucis, sana sancta, Torna bona. Germ. *Indianisch*, *Bein-Welle*, *Indianisch*, *Wund-kraut*, *heilig Wund-kraut*, *Toback*. Gall. *Nicotiane*, *Herbe à la Reine*, *du Tabac*.

N. Ante annos aliquot ex Americâ primum adferri cepit, unde postmodum in nostris Hortis colitur, & copiosè ab Hanovientibus, qui Officinas nostrates suo Tabaco sufficienter

CCXXVIII. LIGNUM NEPHRITICUM.

Lignum *Nephriticum*, Germ. *das Grusbolz*, est exoticum, & ex Americâ affertur, Lignum admodum crassum & durum, quod Aquæ infusum eandem Colorem cœruleo tingit; unde & quibusdam *Santalum cœruleum* dicitur. *Santala* aliàs sunt tria: *Santalum rubrum*, *album*, & *luteum* seu *citrinum*, de quibus inferiùs: unde hoc propter varietatem multiplicis Coloris, speciatim Cœrulei, quo Aquam tingit, solet vocari *Santalum quartum*, seu *cœruleum*. Aquam autem eo ipso imprægnat *vis nephriticâ & diureticâ*, Calculum pellendi. Interim non tam *Santali*, quam *Fraxini* species videtur, ut non ineptè suspicatur PAULI in *Quadrupart. Botan.* ubi de *Fraxino*: quod confirmat, quia interior *Fraxini Cortex* Aquæ immeris simili prorsus Colorem tingit eam, ac Lignum *Nephriticum*, ut etiam alios Colores repræsentet: *Infusum* enim hujus cum Aquâ, pro varietate loci, varium Colorem nanciscitur. Sic in Vitro, & loco pellucido exhibet Colorem luteum, vel croceum, in umbroso autem perfectè viridem, in perfectè autem umbroso & caligino so cœruleum, & præter hos etiam aliam Colorem varietatem solet exhibere: Videatur SCHOTTUS *Mag. natural. P. 1. l. 5. Acroam. 1.* & KIRCHERUS, ubi tractat de Ligno *Nephrítico in Arte magnâ Lucis & Umbrae l. 1. P. 3. cap. 4.* qui *vim colorandi Ligni Nephrítico à Sale quodam ammoniacali*, in quo omnes resideant Colores, deducere amat, quod ex Ligno isto derivetur in Aquam; aut pro diversâ radiorum Solis incidentiâ ac refractione varios ac diversos repræsentet Colores. Quoniam autem solet adulterari, sic probatio, quando infunditur in Aquam ut videamus, an tingat illam? & quidem in loco umbroso, an Colorem cœruleo? Quomodo Color *Infusi* talis nunc scilicet, nunc vero restituendus sit, videbitis in HOFFMANNI *Clave in Schræderum p. 175. & 511.*

Usus est diureticus: hinc *Infusum & Decoctum* ejus ad purificandos Renes, & abstergenda eorundem vitia perquam egregiam, in omnibus Affectionibus Calculosis & Nephriticis, sive debeat promovere Calculum, sive ejus genesis impedire, adhiberi solet. Propter hanc enim insignem *vim anti-nephriticam* hoc Nomen accepit, adeo ut nullum sit Simplex, quod ita simpliciter usurpatum talia præstet, quæ Lignum Nephriticum, absque omni Saporis ingratitude, & aliis molestiis; sicut etiam Potus ratione Coloris gratus est. Solet præterea usurpari in Affectionibus Hydropicis, & aliis Morbis, in quibus Diuresi opus est: quin & in Affectionibus Splenicis, in Tumore ejus & duritie, dum Materiam crassam potenter resolvit, & resolutam per Urinam

eliminat. *Infusum* ejus est polychrestum. Optimus namque curandi Lienis vitia modus est, qui fit per Diuretica.

Præter simplicem hunc in *Decocto* vel *Infuso* usum, quidam *Essentiam* ex hoc Ligno cum *Spiritu Salis Ammoniaci & Fragorum* parant: Conferantur M. A. N. C. *Ann. 3. p. 74.* Alii vel Lignum *Nephriticum* cum *Liquore Betulae* infundunt, de quo vid. GNOFFELIUS in M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. Append. pag. 126.*

Huic Ligno *Nephrítico* usitatè tanquam exotico substituitur nostra *Betula* pro dictis usibus, de quo *suprà*. Videatur etiam HELMONTIUS. Commendatur quoque in Scorbuto, & Lue Venereâ à FEBURE in *Cbymiâ*. (Z)

CCXXIX. NICOTIANA. *Nicotiana* datur flore rubro & luteo; estque Major, vel Minor. *Nicotiana major latifolia*, aliàs *Hyoscyamus Peruvianus*, & *Nicotiana minor*, *Hyoscyamus luteus* quibusdam dicitur: & rectè quidem; utraque enim sunt de prosapia *Hyoscyami*, & ad eorum Genus referendæ; sicut & instar *Hyoscyami* habet *vim narcoticam, & stupefactivam*. *Nicotiana* dicitur à JOHANNES NICOTIO, Regis Gallia Legato in Hispaniam, tanquam ab Inventore, qui eam, & ejus usum Anno 1560. primitus ex Americæ Insulis, præprimis ex Floridâ Insulâ, Virginia, & reliquis Indiæ Orientalis in Lusitaniam, hinc in Galliam, transtulit, ac Regina, Matri Regis Gallia, obtulit, unde & *Pilata Regina* dicta. Aliàs ab Hispanis Indico nomine ab *Insulâ Tabago*, utpote loco natali, *Tabacum* dicitur, & hoc reliquis præfertur. Communiter Practici *Petum* vocare solent, unde & *Oxymel & Sympus de Petro Quercetani* &c. sed malè. Nam *Petum* alia longè est Planta, & quæ, referente LERIO in *suis Peregrinationibus*, nusquam, nisi in Indiâ, crescere ac conspici solet. VELSCHIUS in M. A. N. C. *Ann. 1. Obs. 153.* meminit *Tabaci Japonici fibrosi*: sed non *Japonicum*, sed *Chinense* esse, videbitis *Ann. 9. & 10. Obs. 195.*

Scilicet in *Tabaco* distinguenda est duplex particularum compositionem *Tabaci* materialem ingredientium *differentia*.

I. Sunt enim primò *Particulae salinae volatiles* acerrimæ, ac naturæ *specificè acidæ*; cum recens Herba trita Saporem subamarum & acutè penetrantem piperinum repræsentet. Ab his dependet *vis summè irritativa* partium fibrosarum ac nervosarum: hinc est, quod *Fumi* tantillum inspiratum, ac cum Salivâ simul deglutitum, *Fibrasque Ventriculi* irritans, tantos excitet *Vomitus*, & enormes *Dejectiones*: quod etiam fit, si tantillum *Tabaci* masticeatur, ac cum Salivâ de-

adversis Melissa Folii præditum: hæc in ambitu ferrata sunt, graviter odorata, canâ lanugine pubescentia, sapore feruido: Flores verticillati, exalbidi: Hæc ea Planta est, cui Casos sese toto corpore affricare scribunt: me tamen bujas speciaculi favore, est operam multoties dedissem, nunquam dignati sunt Casi: Plantam enim hæc, non sicut ac alias, susque deque habebant. Cataria hæc aromatica est, acris, amara, nec cœruleam papyrum rubefacit: quod ostendit, in illâ contineri Sal volatile, aromatico-oleosum, in quo pars urinosa excellit, quemadmodum in Sale volatili oleoso artificiali. Valdè est aperiens, atque ad Menses movendos, paroxysmosque hystericos sedandos aptissima. Adhibeatur ad modum The, vel infundatur Vino. Tabernæmontanus ait, Decoctum Cataria ex Aquâ & Melle ad Isterum & ferivam Tuffim valere.

Nepeta tamen apud nostrates nec Cataria nec Mentha species est, sed potius est species Calaminthæ, quæ à C. Bauhino Calamintha Pulegii odore, sive Nepeta vocatur. Hæc inter reliquas Calaminthas rigidis, quadratis Caulibus altè assurgit, alatis, birsutis, subrubentibus: Folia ex intervallis opposita, raris crentis incisa, birsuta, odore gravi Pulegii, saporis acris vegeti: Flores parvi purpurascens, pediculis longiusculis bærent.

(Z) *Tlapalezpatli Frutex*, vel potius Arbor est Mexicana, Pyri nostræ formâ, cujus Folia Ciceris vel Rutæ foliis assimilantur: Flores exigui, oblongi, spicatum digesti. Hujus Arboris Lignum ex flavo subrubundum, enode, ad nos in magna frusta apportatum, ab usu dicitur Lignum Nephriticum. Aqua ex infusione Ligni *Nephrítico*, colorem acquirit, qui varius videtur pro vario respectu ad lucem, & umbram sit: si enim pbiata inter lumen & oculos posita inspicatur, aureus apparet liquor; si oculus inter lumen & pbiatam situs banc conspiciat, cœruleus videbitur; si Spiritus Vitrioli guttas addas, quocumque situ aureus omnino erit color; si demum Oleum Tartari per deliquium superaffuderis, pristinum colorem Aqua recuperabit. Vide Robertum Boyle tract. de Coloribus.

ter instrunt . Huic tamen Indicium præferendum censemus ex Indiæ Occidentalis Insulâ Virginiâ , Floridâ, ceu Patriâ genuina ad nos allatum.

Est { Major { Latifolia, seu Fœmina, C. B. 1.
Minor, C. B. 3.
Minima, C. B. 4.

1. Videatur Nicotiana , Lon. Major, Tab. Tabacum (ab ejus nominis Insulâ,) Monard. Fragos. Tabacum latifolium, Cam. Pesum , Clus. ad Monard. Hyoscyamus Peruvianus, Dod. Cam. Epit. Sana Sancta Indorum, Lob. Ger.

2. Tabacum, seu Herba Sancta minor, Lob. Tab. angustifolia, Cam. Petum angustifolium. Clus. ad Monard. Hyoscyamus Peruvianus alter, Dod.

3. Petum 3. Clus. ad Monard. Hyoscyamus niger vel 3.

Matth. Cass. Hyoscyamus luteus , Dod. Lon. Cam. Ger. Hyoscyamus Peruvianus, Tab.

4. Tabacum minimum , Cam. Tabac , seu Sana sancta minima, Lob. Petum 3. Clus. ad Monard.

N. Nicotiana dicitur à Nicotio, Regis Galliæ Legato , qui Herbam eam Ulyssipone Zelandiæ accepit è Floridâ allatam, postmodumque Gallis innotescere fecit.

Gaudet solo pingui ac læto, areâ planâ, opacâ, Aquâ mirè delectatur, frigoris impatientissima est. Seritur felicissime tempore verno, in principio Aprilis, Lunâ crescente: colligitur Herba Sole in Leonis 15. gr. 18. 19. 20. Lunâ decrecente. Semen Marti & Aquario est dicatum.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia seu Herba, & Semen.

Vires. Herba recens calcacit & siccat 2. siccata 3. (aliis calcacit

deglutiat; etiam externè applicatum Vomitus ciere, habet WILLISIIUS in Pharmac. Rational.

Ex Infuso in Spiritu Vini paratur Essentia fortiter vomitoria: melius tamen paratur cum dimidio Nitri fixi, prout eam insinuat LUDOVICI Pharm. p. 501. vel cum Alkali Tartari, quod virulentiam ejus multum corrigit. Pro ditioribus, c. g.

℞. Tabaci Virgin. opt.

Flor. Rosar. incarnat. in umbrâ exsic. an. part. æqu. vel Rosar. part. ij. vel iij. & Tabaci part. j.

Nitri fixi part. dimid. respectu Tabaci.

Extrahantur cum Spiritu Vini non adedò rectificato in Vitro clauso & loco calido; sicque fiet Tinctura seu Essentia Emetico-purgans fortissima.

Pro Pauperibus:

℞. Tabaci Virgin. minutiss. concis. ad ℥j.

Infundatur per noctem in quemcunque lubet Liquorem, imprimis in Spiritum Vini vel Vinum, mane lentè exprimitur, & assumatur.

Hoc Infusum mane assumptum fortiter purgat, & chleatim si saltem propinetur, Vomitus movet.

Cinnamomum unâ infundi potest, & Santalum rubrum. Potest & ad consistentiam Extracti inspissari, & internè & externè commodè usurpari. Internè datur gr. ℥. ad gr. j. instar Pisi majoris.

Legi merentur, quæ hîc annotata habet LEMERY in suâ Chymia pag. 528. Hic

Recipit Tabaci boni minutim incisi ℥viiij.

affundit ana Phlegm. Vitrioli, digerit in Cucurbitâ vitreâ, igne Arenæ per diem & noctem: destillat ℥v. & asservat seorsim.

Vomitivum insigne est hic Liqueur, à ℥ij. ad ℥vj.

Residuum hujus Decocti si per Retortam igne aperto destillatur, obtinetur Phlegma, Oleum nigrum, & Spiritus.

Olei hujus ℥j, cum ℥ij. Pinguetinis mista, egregium est in Scabiè. Est etiam Oleum hoc Tabaci tam potens Vomitorium ut, si aliquandiu Nasus admoveatur phialæ, in qua asservatur, Vomitus superveniat. Feci aliquando parvam incisionem Pellis in Coxâ Canis, & immisi parvam Turundulam Oleo Tabaci imbutam, & subito postmodum suprâ & infrâ cum insigni vehementiâ purgatus fuit.

Violentus HARDERI effectus in variis Animalibus videtur in ALDERI Apiario, Obs. 1. usque ad 7.

A dictis Particulis salinis dependet vis ejus aperitiva, resolutiva, incisiva, sordium viscidarum expectorativa, item emetica, & purgativa, cum sit unum ex vehementissimis Purgantibus; hinc est, quod in Asthmate humoroso, Orthopœciâ, Tussi humidâ, & similibus Affectibus, ex Muco crasso viscido & mucilaginoso, Pulmonum tubulos infarcente abortis, pro Muco hoc eliminando, item Purulentis Pulmonum extergendis, Infusum ejus per digestionem probè paratum, item Syrupus, Oxymel ejus &c. Medicamenta sunt expectorantia serè line pari, & divinum Remedium. Sit v. g. Formula inde talis:

℞. Syr. de Hysopo,

Nicot. an. ℥iij.

Emet. ℥j.

M. D. S.

Emolliens Syrupus.

Resolvit Mucum, & Vomitus blandè movet.

Sed attendendum est, ut legitime sint præparata per crebras purificationes & repetitas infusiones; sic enim domatur Nicotiana vis nimium purgans, & vomitoria. Unde expertus est Syrupus vel Oxymel de Peto Quercetani, quæ Compositiones duæ sunt elegantissimæ contra humorosum

Asthma. Unde Aqua destillata ex Foliis Nicotianæ commendatur à FABRO in Asthmate: quæ Aqua mista cum Succo Nicotianæ per retidentiam probè depurato, & aliquot guttulis Olei seu Spiritus Sulphuris, uti vult LANGIUS, erit egregia in Asthmate. Sed omnium optimè internorum Remediorum Pectoralium ex Nicotiana præparationem docet MAGNENUS Tr. de Tabaco.

Ex dictis Particulis salinis est, quod Nicotiana masticata ceu copiosissimum Apophlegmatizans, copiosissimas excitet Salivationes, Sale volatili acri & penetrante penetrando in Vasa excretoria Glandularum Salivalium, easque irritando. Hinc sunt nonnulli, qui Tabacum infundunt Spiritui Vini, ac exinde parant Extractum, quod Pisi magnitudine Linguae impositum, osculaque Vasorum Salivalium irritans, magnam Pituicæ ac Salivæ copiam per os educere solet. Ubi tamen omninò cavendum est, ne vel minimum ejus in Stomachum dilabatur; secus enim vi narcoticâ Caput stupefacit, ita, ut omnia rotari, tanquam ebriis videantur, & hinc Vomitus & Secessus vehementes provocantur.

Uterque effectus tam narcoticus ex Oleo resolutio, quàm apophlegmatizans ex Sale volatili acri, manifestus est in ejus Fumo per tubulos hausto, de quo infra.

Ab hoc Sale volatili acri quoque vis sternutatoria dependet, si scilicet Tabacum pulverifetur, & tantillum ejus Naribus immittatur.

Unde Oleum Nicotianæ per coctionem aut infusionem paratum, per Nares attractum prodest in Coryzâ. Formulam suppeditavi, ubi egi de Majoranâ.

Aliàs & in Herbâ aridâ Sal hoc reperitur & Oleum & quidem acrius & exaltatum, quia per putrefactionem, præparationem ejus antecedentem, Sal volatile acre nonnihil separatur ex concreto misti, & longè fit acrius. Per putrefactionem enim Spiritus urinosus, & Sal volatile optimè fiunt: econtrâ in Planâ succulētâ recenti vires magis temperatæ sunt, quia Sal ejus volatile aliis Humoribus temperatur.

Præter has verò Particulas Salinas penetrantissimas considerandæ etiam sunt

II. Particulæ Oleosæ sulphureæ non adedò maturatæ, sed adhuc perquam crudæ & fumosæ, quæ celeri passu totum perambulant Corpus, Spiritus influos obnubilant, eorumque impetum elasticum ita compefcunt, ut summus Torpor ac Stupor narcoticus totum Corpus excipiat, cujus intuitu Nicotiana species quædam Hyoscyami, cui nec cedit, esse videtur. Hinc est, quod, qui ejus Fumo utuntur, plerumque sompnoti sint, imò, qui eodem nimium abutuntur, Stuporem Mentis contrahant. Vim hanc stupefacivam autem non tantum sub Fumi formâ exerit, sed & externè usurpata eandem patefacere solet, cum in enecandis Pediculis Capitis, & curandâ Fineâ Capiti applicata, Egros stupidos & quasi ebrios reddit, nisi summa cautela adhibeatur.

Modus applicandi hic est, ut Nicotiana coquatur in Aquâ & Aceto, & cum hoc Caput lavent; vel Nicotiana Pulvis cum Mellis illinatur: sicut etiam in quibusdam locis Unguentum Nicotianæ prostat, quod expertum est contra Pediculos enecados, seu Phthiriasin, quando Pediculi è Cute prorepunt. In Officinis prostat etiam Unguentum contra Pediculos, quod solet malaxari cum Oleo Nicotianæ, & fit magis appropriatum & expertum; vel si solum Oleum Nicotianæ inungatur vesperi Capiti, mane mortui reperientur. Sed periculosus est ejus usus, unde, ut dixi, cautelâ opus est, quia exinde Infantes, monente FEBURE, propter virulentiam plerumque in Cardialgiâ & Syncopen incidunt, & stupidi ac ebrii fiunt, & suprâ ac infrâ purgari solent. Harum Particularum Sulphurearum seu Oleosarum ratione fit, quod Fumus Tabaci Famem & Sitim extinguat, omnemque

facit 1. siccant 2.) aliis refrigerat, abstergit, incidit 1. resolvit, aliquantulum astringit, resistit Putredini. Sternutatoria est, Apophlegmatizans, Anodyna, Vulneraria, Vomitoria, &c. *Urus* præcipue *externi* ad Gatarrhos Cerebri exsicandos, Somnum inducendum, Lassitudinem ex labore discutiendam, Uteri strangulatum compescendum: à Peste præservat (in Suffitu), sedat Dentium Dolores, discutit Tumorrem Uvulæ (in Gargarismate), medetur Lichenibus, Phthiasis, Porriginis, Achoribus ac Favo, mundificat ac consolidat Vulnura ac Ulcera inveterata, sanat Ambusta quoquo modo adhibita (Balneatione scilicet, vel solâ impositione Foliorum

recentium nostratis Nicotianæ, &c.) Nec tamen prorsus *usum* quoque subterfugit *internum*, dum pro Vomitorio exhibetur (sat violento): qua ratione curat Febres, similesque Morbos; sed cautione hinc opus est.

N. 1. Non adeo proficiuus Tabaci usus est Juvenibus ac Biliois.

N. 2. Novi qui Mictionem nocturnam vespertino Tabaci Suffitu præcavebat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex Foliis.
2. *Syrupus de Nicotiana*.

Vires

que Appetitum prostrnat (quod Arcanum est Militibus) & quidem ex duplici fundamento, partim quia inducit Stuporem Orificio sinistro, partim quia ratione contenti Salis volatilis oleosi saturat, & obtundat Fermentum Ventriculi, quo temperato, cessat stimulus, Famis origo. Hinc Indi quando ad tempus sine viâ peregrinari volunt, faciunt *Globulos* ex *Conchyliis* calcinatis cum *Succo Nicotianæ*, qui in ore detinendi, quoniam *Conchyliis* Fermentum saturant, *Succus* verò *Nicotianæ* stimulum inhibet, & sensationem tollit. Hinc Moderni, præprimis Angli, *Clysmata* ex *Fumo Tabaci* in Passione Iliacâ, Colicâ convulsivâ, Obstructione Alvi, & Affectibus Flatulentis applicata, tanquam præsentaneum Remedium commendant, non tantum Dolores sistendo, sed & Alvum laxando; unde etiam Fumus haustus Cholera inducere solet. De talibus *Clysteribus* SIMON PAULI in *Quadrip. Botan. Class. 3. pag. 462. & 463.* BARTHOLINUS *Cent. 4. Epist. 92. & in Histor. Anatomis Cent. 6. Observ. 66. ubi modum & Instrumentum*, quo sine noxâ & molestiâ applicantur, describit. Verum BARTHOLINUS *loco allegato Cent. 5. observavit*, *Clysmata* ex decocto Tabaco paratum mirè turbasse Corpus, ac Convulsiones, Sudores frigidus, aliaque maxima Mala induxisset: id quod & ipse, *Clysmata* ejusmodi aliquando tentandi gratiâ cuidam præscribens, in Praxi meâ expertus sum, quæ tamen omnia post *haustum Vini calidi* generosi evanuerunt. Porro, propter vim ejus anodynâ & nervinam est, quod in Ore detenta aut masticata Dolores Dentium ab Acido oriundos sedat, vi narcoticâ sensum Doloris fallendo, & per copiosum fluxum Salivæ, Acidum in Radice Dentis rodens, à Sale volatili *Nicotianæ* prius concretum, eluendo: Vid. RIVERIUS *Cent. 4. item quod Folia contusa*, non secus ac *Rhoscyanis*, Dolores alicujus Partis dolentis sistant: unde *Folia* recentia, vel exsiccata noviter humectata commendantur imposita Auribus contra Otalgiam, seu Aurium Dolorem. In specie in Cruribus œdematosis & pustulosis *Folia* recentia leviter contusa & applicata extemporaneum sunt Remedium.

Utrisque his particulis, tam salinis quàm oleosis, excellentissimum præbet *Vulnerarium*, in Vulneribus inveteratis, ac Ulceribus quibusvis, & manantibus, modò non nimis malignis, etiam phagedænicis persanandis, ut & Concussonibus; particulis enim salinis ea mundificat, oleosis verò eadem efficacissimè consolidat, ac dolores lenit. Hinc recens *Planta*, dum *Succo*, Sal volatile acre sulphureum temperante, adhuc pollet & turget, etiam hujus *Succus* recens expressus, vel *Decoctum*, vel *Infusum*, in Ulceribus ac Vulneribus inveteratis quodvis *Chirurgorum Balsamum* antecellit: sicut & ordinarium *Ingrediens* est *Balsamorum Vulnerariorum*, & *Unguentorum*, quæ applicantur Partibus exulceratis: suppurat enim egregiè, optimè mundificat, & ad sanationem perducit; unde etiam in Ulceribus vulgatum *Unguentum Diapompholygos* malaxatur cum *Oleo Nicotianæ*. Sic sola *Folia Nicotianæ* viridia contusa paulisper, mane & vespere imposita recenti Vulneri, sine Ulcere curant, ut & ipsa Ulcera Tibiarum, satis aliàs difficilia curatu; item Pedibus pustulosis, simulque œdematosis, hoc modo imposita, mirabiliter succurrunt. Sic & in Ulceribus fistulosis, sinuosis, & ipsis Fistulis laudem meretur, ubi vel *Oleum* ejus pro inunctione & malaxatione *Unguentorum* & *Emplastrorum*, vel *Succus*, tam per se quàm in *Emplastris*, vel *Decoctum*, vel *Infusum* pro lotionis & injectionis satis est efficacis, imprimis, cum *Succo Nicotianæ* cum *Pulvere exuviarum Serpentum* per Siphonem Fistulis injectus easdem mirabiliter sanare dicatur. Alii recipiunt *Succum Cancrorum fluviatilium* cum *Folis Nicotianæ*, & *Pulvere exuviarum Serpentum*, & Fistulis ac Ulceribus fistulosis applicant. Alii loco *Pulveris exuviarum* recipiunt *Mercurium dulcem*, & cum *Succo Cancrorum fluviatilium*, ac *Folis Nicotianæ* mistum, Fistulis & Ulceribus fistulosis felici cum successu iniiciunt. In mundificatione Ulcerum est expertissimum & elegantissim.

Tom. IV.

mum *Decoctum*, factum ex *Plantagine*, *Nicotianâ*, *Aloë* & *Myrrhâ*. Parant quidam *Balsamum Vulnerarium ex Nicotianâ* hoc modo:

℥. *Fol. Nicotian. Ind.* ℥vj.

Spiritus Terebinthin.

Baccarum Junip. an. ℥ij.

Infunde, circula vel digere per 8. dies & noctes, exprime cum prælo, & sanabit omnem Plagam intra 24. horas.

In *arescâ* verò *Nicotianâ* Principia ejus dicta, texturam medicamentosam constituentia, acriora, & quasi violenta existere solent.

Porro in Affectibus Cutaneis externis, Scabie v. g. Herpetibus, Impetigine &c. admodum egregium Remedium est *Nicotiana*, & quidem *Oleum per infusionem*, & *Unguentum Nicotianæ*; non secus ac ad Cancros non parùm confert. Conf. VELSCHIIUS *Hecatost. 2. pag. 24.*

Uterius quantum in Empyemate, sive ex Pleuritide suppuratâ, sive Vomica, sive Vulnere Pulmonum, ad Materiam purulentam evacuandam, Ulcusque consolidandum valeat *Decoctum*, *Infusum*, *Syrupus*, aliaque Medicamenta ex *Nicotianâ*, non satis laudare potest MAGNENUS l. a. & EPIPHANIUS FERDINANDUS in *Hist. Med. mir. 32. & 45.* imò per *Decoctum Foliorum recentium Nicotianæ* se quendam à Morte præsentissimâ liberasse dicit. Verba hæc sunt: *In Empyemate me nunquam deceperunt, semperque itis felici cum successu usus sum, Vaporazione & Decocto Tabaci, mediantibus quibus mira Puris per Tussim facta est excretio, idque continuando, sanati fuerunt:*

℥. *Fol. Tabaci, vel Nicot. 3j.*

Bulliant in

Aqua dalc. ℥ij.

ad consumptionem medietatis: sic multum sub Fumi specie de particulis acrioribus avolat: addatur in fine

Fol. Malvæ,

Branca ursina,

Violar. an. M. j.

Colentur, & cum *Sapâ*, seu *Musto inspissato*, misceantur: Detur calidissimum pluries in die.

℥. *Fol. Nicotiana:*

Reponantur in cineribus adhuc ignitis, & Fumus per *Fistulam* seu *Embolium* assumatur.

Res procedit eò facilius, si imprimis huic *Syrupo* Medicus adjungat *Syrupum de Hederâ terrestri* vel de *Symphito Fernelii*. Hæc namque sunt vulneraria & sanant Vulnera, quæ *Nicotiana* purificavit; simul etiam vi vulnerariâ & anodynâ uberiorum Mucositatum proventum præcavet, & partes læsas optimè restituit.

Aliàs internè, præterquam in Affectibus Pectoris, Dyspnœâ, Pleuritide suppuratâ, Asthmate Infantum, Vulneribus & Ulceribus Pectoris, rarum habet usum propter violentiam emeticam, & virulentiam narcoticam satis superque demonstratam. In Tumoribus itidem duris, & scirrhoris emolliendis, resolvendis & discutiendis, præsertim Splenis & Hepatis, admirabilis est hæc Herba: unde in ZWELFFERI *Pharmacopœâ Regiâ editionis ultimæ pag. 312.* prostat egregium *Emplastrum Spleneticum*, cujus basis est *Nicotiana*. Quin & in Quartanis Febribus *Succus* aut *Extractum* ejus lienari regioni applicatur non sine sensibili effectu: unde quidam habent *Emplastrum contra Quartanas ex Nicotianâ*, quod applicant regioni Renum pro Cura Quartanarum; sicut HELMONTIUS *Tr. de Febr. c. 14.* Quartanas, quarum nidum in Splene esse statuit, per *Emplastrum* se curasse asserit, quod ex *Nicotianâ* fieri, sunt qui asserunt.

Satis notus etiam est *externus Tabaci usus*, quando ejus Fumus per Tubulos attrahitur. Parandi modum videre possumus in *Cbym. FEBURE*, qui habet totum processum: unde quoniam paratur cum *Urinâ*, destillatus dat Sal volatile, quod non est ex *Tabaco*, uti putant nonnulli, sed ex

A a

Uri-

Vires. Et Aquam & Syrupum cum successu exhibent in Asthmate, Pulmonumque Tartaro, quin & in Febris.

3. *Oleum Peti stillatitium*.

4. *Oleum per infusionem*.

(*N. Oleum Zuvingeri ex Semine per 3. dies in Aquâ propria vel fontis loco calido macerato, expressum, proficuum Ulceribus & Vulneribus cum Oleo Terebinthinæ*).

5. *Sal. Ex Cinere*.

6. *Unguentum de Nicotiana*. Vide Disp. August.

N. Parari itidem potest ex folis Foliis recentis contusis, seu si mavis, ex Succo ac Pinguedine.

(*N. Unguentum Jouberti ex Peto*. Vid. Disp. Norib. ad Scrophulas mirabile, &c.)

7. *Balsamum*. Vide lib. 2.

N. Sunt qui Folia minutissimè incisa (*zerbackt*) in Vitro optimè clauso dies (40.) tepori, (e.g. Fimi vel acervi Formicarum) exponunt, atque hac ratione *Balsamum* acquirunt. *Wittich*.

Peculiarem *Tabacologiam* conscripsit *Joannes Neander*, Medicus olim Bremanus, & inde *Alstedius* in sua *Encyclopæ-*

diæ. Satis itidem prolixus in descriptione Tabaci est *Nicolaus Monardes* in *Simpl. Medic. dist. c. 24*.

CCXXX. NIGELLA.

MEAARDIOR, Gith, Melaspermum, Cuminum nigrum, German. *schwarzer Coriander, schwarzer Kummib, Kamischer Coriander, Nardenkraut*. Gall. *Nigelle*.

Arvensis Cornuta, Germ. Raden.

ER	{	Hortensis Sativa.	{	flore cœruleo	{	majorē	{	simplici,
						minorē	{	pleno.
				flore candido	{	simplici,		
		Cretica.						pleno.

Ex his *Nigella Arvensis* Officinas subit, & ex his præcipuè flore candido, minore, simplici, C.B. 5. *Melanthium fativum, Mattb. Dod. Cast. Tab. 1. Melanthium 1. Fuchf. icon. Melan-*

Urina. *Fumum Tabaci* quod attinet, hinc satis usitatus, adeo, ut quidam, referente THONERO *Obs. 3. lib. 2. pag. 103*. statuto pretio 200. Imperialium, exhaurerit 300 Fistulas. Et utur propter abusum sit inutilis, ratione tamen principii sui jam jam nominati, Phlegmaticis dictis, seu illis conducit, quibus Caput partesque vicinæ, quacunque occasione Succis chylosis, & Lymphâ copiosiori nutritivâ irroratæ sunt, seu qui Sal volatile temperatum habent, multique aliis Affectibus Narium & Faucium, Coryzâ, laxatione Uvulæ, & similibus, Inflammatione Faucium, & Affectibus Catarrhalibus infestantur. Nam vi narcoticâ stimulum Causæ externæ, Lymphæ effusionem provocantis, sistendo, ejusque acrimoniam temperando, uberiorem effluxum prohibet; sicut ipsam Lympham per Sputum copiosius promovendo successivè partes Capitis & Faucium interiores à nimia illuvie defendit. Quin & Pestis Præservativum & singulare Curativum in *Fumo Tabaci* consistere, proprio Exemplo ostendit *DIEMERBROECK Traç. de Pesse*.

Sed hoc ipso patet, quod nimio hujus *Fumi abusu* Cerebrum contabescat, & arefcatur, indeque Functionibus Animalibus, præsertim Memoriz, valde obsit; unde tam ex hac Causâ, quàm ex Narcosi *Nicotianæ*, qui nimium hoc *Fumo* utuntur, tandem Fatui reddantur. Fit hoc, ut monitum, propter successivam Lymphæ, & hinc Nutrimenti Cerebri roridi exhaustionem, cum post evacuatam Lymphas serosas, ipsum Nutrimendum partium roridum colligefacere, & ita sub formâ Seri evacuari faciat *Nicotiana*.

Laudatur autem iste *Fumus* in specie more Anglorum. Præprimis autem *Tabacus composius*, sub Specierum *Diatybaei* nomine Catarrhosis commendatur, si *Nicotianæ* addatur *Succinum* pulverifatam, *Mastiche, Sandaracha, Styraç, Flores Spicæ Nardi*, & quædam *Aromata*, & irrorentur aliquot guttulis *Olei destillati Anisi*, vel *Succini*, item unum, alterumve granum *Camporæ*: sic enim usus ejus Capiti & Catarrhalibus Affectibus valde conducit; alii, qui habent ferofum Caput & lymphaticum, etiam *Cubebas* addunt.

Dubium est, an ex *Fumo Tabaci continuo hausto Cerebrum interescat necne?* Sunt qui affirmant, sunt etiam, qui negant: sed lis vana est, non enim substantialiter penetrat ipse *Fumus* in Cerebrum, unde nec hoc denigrare potest. Abusus tamen ejus multum nocet; non, quod immediatè Cerebro & Capiti incommodet, sed quod Pulmones actu afficiat, quos retorridos facit, & Maculis variis, imprimis lividis & nigricantibus, desædat. Conf. quoad hanc Controversiam *BARTHOLINUS Traç. de Pulmon. p. 9. Cent. 3. Epistolar. p. 371. SCHNEIDERUS de Catarrhis l. 2. p. 265. HORSTIUS in Manuductione ad Medic. p. 371. & in*

Epistolis, TULPIUS l. 1. c. 6. KERKRINGIUS Spicil. Obs. 90. & denique LINDANUS in Medicin. Physiolog. c. 61. uti etiam HOFFMANNUS l. 2. de Medicamentis Officinalibus c. 3. p. 327. qui omnes varias habent Experientias vitiorum Pulmonum ex Suffitu Tabaci attracto: unde hi tales ad Phthisin, Contabescentiam, Atrophiam, & Anhelitûs difficultatem inclinant: Stomacho verò nocet, si statim à pastu hauriatur, Fermentum ejus obtundendo, & Concoctionem turbando, hinc Cruditates valde augetur: unde nil nocentius, quàm, si post pastum Tabacus hauriatur.

Cavendum igitur

1. *Ne à pastu assumatur, &*

2. *Ne nimius sit ejus usus. Aliàs mille malis via aperitur.*

Notabile est, quod *GREMBS in Arbore rutnoso & sano*, quendam ex nimio Tabaci usu in Apoplexiam incidisse, referat: cum quo confertur *BARTHOLINUS, TULPIUS, KERKRINGIUS, BARBETTE cum notis DECKERS, & alii*.

Utilitates Suffitûs *Nicotianæ* videndæ sunt in *HOEFERI Hercule Med. p. 34. ubi etiam legitimus usus, & illegitimus abusus Suffitûs Nicotianæ in Dispens. HORSTII p. 237.*

Interim loco *Nicotianæ* etiam pro variis Faucium, Glandularum & Pulmonum Affectibus, etiam alia *Vegetabilia* in formâ *Fumi* hauriri possunt, v. g. *Flores Spicæ, Semen Anisi &c. De Trifolio fibrino* hoc modo hauriendo vid. *BARTHOLINI Adia Medica Hassnienfis Volum. 3. pag. 128.*

Plura de *Nicotianâ* videbitis apud *MAGNENUM, Medicum Italum, ac Professorem Ticinensem, in Galliâ Cisalpinâ in Traç. suo de Tabaco*, ubi multa sunt egregia, & imprimis *SIMONEM PAULI de Tabaci usu Americanorum veteri, & Herba Thee Asiaticorum in Europâ novo*. Scripsit etiam *NEANDER Tabacologiam: verum Scriptum hoc valde est rude. (4)*

CCXXX NIGELLA. *Nigella* seu *Melanthium*. in Officinis habetur vel *Damascenum flore cœruleo, magno, pleno &c. vel Arvense & vulgare*. Dicitur *Nigella à Semine nigro*, Germ. *Schwarzter Narden-saamen: Semen enim exsiccatum spirat Odorem suavem aromaticum. Damascenum* provenit in Hortis.

Usus quod attinet, internè quibusdam in Mensibus cœntis admodum laudatur: Experientiam videbitis in *FORSTOLI 28. Obs. 4. ubi multum commendat hoc Semen pro dicto usu; quo tamen in casu raro apud nos usurpatur. Externè valdè operè usitatum est in Affectibus Catarrhalibus,*

(A) *Nicotiana* Planta Genus est Flore monopetalo, infundibuliformi, multifido, cujus pistillum abit in Fructum membranaceum, septo in duo loculamenta divisum, plurimis Seminibus factum, placenta affixis. Plantæ hujus exoticæ, jam nostratis factæ, plures sunt species: præcipua est *Nicotiana major, latifolia C. B. quæ Caule assurgit tres, quinque, vel plures cubitos alto, revesi, birsuto, albicante medullâ fæcto: Folia ampla Hippolapatibo majora, latis appendicibus Cauli adnata, sapore fervido, sed evanido, colore ex luteo pallecente: Surculis, in quos Caulis fastigium ducitur, Flores insident purpurascens; in Capsulas copioso minutoque rufescente Semine factas abeuntes. Planta tota Tabacum, quod ex eâ paratur, satis olet. De usu & abusu Tabaci tum Pulvere, tum Fumo, tum Masticatione adhibiti, integri sunt & non pauci auctorum Traçatus, in quibus pugnantisimas legere est illorum sententias: unusquisque enim, ut fieri solet, pro suâ libidine, vel illius usum, si sibi arriserit, summis laudibus effert, vel abusum vituperat, mortisque tantum non subitanæ minatur, si ab illo abhorreat. Verum si modo quodam servato, b. e. non ad oris & narium immedicabilem titillatum, sed tanquam remedio, Tabaco utamur, poterit pro opportuno, & præsentaneo Errhino, vel Apophlegmatizante absque ullo metu haberi.*

lanthium, seu *Nigella Romana odora*, *Lob.* *Melanthium*, *Ger.* *Melanthium Damascenum*, *Cam.* Huic tamen & reliqua subrogari non nequeunt.

Non nisi studiosè culta nobis crescit, gaudetque solo pingui. Floret Junio ac Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Semen.

Vires. Galfacit & ficut in principio g. 3. attenuat, aperit. Usus præcipui in Mucilage Pulmonum resolvendâ & expectorandâ, Lacte augendo, Urinâ ac Mensibus ciendis, Moribus venenatis corrigendis. Specificè in Febribus Quartanis ac Quotidianis. Extrinfecus crebri usûs est in Cephalalgia sedandâ, Catarrhis exsiccandis (sternutando, tussiendo), in Eucuphis, Epithematis, &c. applicatum.

Radix sistit proprietate suâ Hæmorrhagiam, si Dentibus masticeetur, Naribusque imponatur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Semen præparatum.* Maceratur in Aceto, atque exsiccat.

libus, præsertim Narium in Coryzâ, sistendis, referturque inter *Errbina*, & ita videtur *HARTMANNO Praxi Cymiatr. c. 22. §. 6.* qui inter omnia palmam desert *Nigella nostræ* ejusque *Semini*, si pulverisatum in *Aquâ Majoranæ* per Nares attrahatur in Coryzâ & obstructione Narium. Imò vel solo Odore prodesse dicit, quod confirmat *SENNERTUS l. 1. Prax. p. 710.* qui etiam habet *Formulam Seminis Nigellæ* per Nares attrahendi contra Catarrhos. Vid. etiam *TABERNÆMONTANUS in Herbario cap. de Nigellâ*, ubi decantat vires *Nigellæ* contra Catarrhos. Unde pro eodem usu *Nodus* ex *Semine Nigellæ*, Aceto, vel *Aquæ Majoranæ* immerfus, Naribus applicandus parari potest: vel *Semen Nigellæ*, cum *Majoranâ* conjunctum, *Sacculo* inclusum, aut in formâ *Pulveris* applicatur Naribus pro restaurando Olfactu, obstructionibus Narium referendis, & Coryzâ, vel solum, vel cum *Campborâ*. *Formulam* habuimus *superius*, ubi de *Majoranâ* egimus.

Oleum per infusionem paratum, cum tantillo *Olei destillati Majoranæ* idem præstat.

Præterea è *Semine per destillationem* elicetur *Oleum*, quod cum *Oleo Irino*, & *Nicotianæ*, v. g. ʒj. & *Aquâ* aliquâ appropriatâ, ad gt. j. vel ij. mixtum, in *Gravedine* est egregium; ut *Oleum* hoc & *Aquâ* rari sint usûs, & raro præsent in *Officinis*. (B)

NIGELLA STRUM.

Nigellastrum seu *Pseudo-melanthion* dicitur gennino nomine *Lychnis arvensis major*, *Germ.* *Raden*. In usu Medico est nullo, saltem quòd *Scriptor* quidam *Tom. IV.*

(B) *Nigella*, quasi *Nigrella*, à *Seminum* potius, quàm *Floris* nigro colore: quare improprie à multis *Melanthium* appellatur, magis proprie *Melaspermum*. *Plantæ* Genus est *Flore rosaceæ*, corollâ donato inter *petala* & *stamina* collocatâ, quam efformant corpora quedam corniformia: pistillum abit in *Fructum membranaceum*, multicornem, & multicapsularem, *Seminibus* factum. *Multæ* sunt *Nigellæ* species, atque inter has duæ *Creticæ* satis elegantes: magis *Officinales* sunt *Nigella arvensis*, cornuta C. B. quæ est *Melanthium sylvestre Dodonæi*, atque *Nigella* flore minore, simplici, candido C. B. *Hæc* *Caules* habet pedales, tenues, striatos: *Folia* mediocriter lata, viridia, tenuiter divisa: *Flores* ramorum summitatibus insident, magni, ex albo pallecentes, in *Fructum* amplum desinentes multicapsularem, *Semina* angulosa, nigra (vel lutea), odore aromatico, gustuque acri continentem. *Seminis* bujus digitis contriti odor aded maturorum *Fragorum* odorem emulatur, ut *Aquâ* ex illius maceratione parata, *Fragorum* *Aquam* mentiat. *Nigellæ* vero *arvensis* *Semen* aptum est ad incidendas viscidas materias, quæ in *Capitis* finibus collectæ *Gravedinem* faciunt. Quare infundatur *Majoranæ* pug. j. in cyatho *Vini* albi, addatur ʒj. *Seminum* *Nigellæ*: trajiciatur *Vinum* per linteum, ac *Naribus* attrahatur. Ad *Colicam* valet *Decoctum* ex *Summitatibus Chamæmeli*, *Meliloti*, & *Semine Nigellæ*. *Oleum stillatitium* ejusdem *Seminis* isdem pollet viribus; valdè insuper insidit, & movet *anacatharsim*. *Infusum* denique *Seminis* in *Vino* diureticum est, & emmenagogum.

(C) *Nigellastrum* *Dodonæi*, seu *Pseudomelanthium* *J. Bauhini* est sanè *Lychnis* segetum, major C. B. ut ait hic *Ettmullerus*. *Planta* hæc cubitalis & altior, *Caulem* obtinet incanum, ramosum, inanem: *Folia* angusta, sed palmaria & sesquipalmaria, pilosa, bina apposita: *Flores* *Lychnidis coronariæ*, purpureæ, quibus oblongum succedit *pericarpium*, nigro & amaro *Semine* refertum. De hac in *Notis* ad *Lychnidem*, quartâ differentia.

Notandum autem, *Nigellastrum* raris & *Fœniculaceis* foliis *H. R. Monsp.* non esse *Lychnidis* speciem: sed ex *Tournefortio* novum constituit *Plantæ* Genus, *Garidella* (à *Dño* *Garidel Botanico Aquisextiensi*, qui illam invenit) ab ipso appellatum. *Flore* est rosaceæ, *petalis* fornicatis & bifidis constante, cujus pistillum abit in *Capitulum* ex multis capsulis oblongis, bivalvibus compositum; *Semine* fortis subrotundo. *Unicam* bujus *Generis* speciem *Tournefortius* agnovit, vocavitque *Garidellam* foliis tenuissimè divisis. *Hæc* est *Nigella* *Cretica*, folio *Fœniculi* C. B.

(D) *Quam* hic *Noli me tangere* appellat *Ettmullerus* suo loco *Balsaminam* appellavit, ejusque vires serè totidem verbis descripsit, quæ vide. *Balsamina* (quæ, ut alibi notavimus, non confundenda cum *Momordicâ*) est *Plantæ* Genus *Flore* polypetalo, anomalo, plerumque caudato, cujus pistillum abit in *Fructum*, nunc utrinque turbinatum, nunc *Siliquæ* æmulum, pluribus veluti musculis constantem, eorumque vi elasticâ dissilientem, ac *Seminibus* placente affixis factum. *Species* quæ proprie *Noli me tangere* à *Bauhinis* dicitur, est *Balsamina* lutea, *Impatiens* *Herba* *Dodonæi*. *Hæc* è *Radice* fibrosa *Caulem* emittit cubitalem, inanem, diaphanum, succosum, ac per intervalla geniculis tuberosis, topborum *podagricorum* (de quibus hic *Ettmullerus*) æmulis, interceptus: *Folia* *Cynocrambes*, latiora, serrata, è quorum alis prodeunt *Flores* ex flavo rubentes: his succedunt *Siliquæ* angulosæ, quæ levi contactu *Semine* excusso dissiliunt, ac *Vermiculorum* instar convolvuntur.

2. *Aquâ stillatitia.* Ex *Semine*.

3. *Oleum stillatitium.* Ex *Semine*.

(4. *Oleum expressum* ad excludendum *Fœtum* juvat.)

CCXXXI. NUMMULARIA.

Centummorbia, *Hirudinaria*, *Serpentaria*. *Germ.* *Egelkraut*, *Schlungenkraut*, *Klein Natterkraut*, *Pfenningkraut*. *Gall.* *Herbe monnoyere*.

Est C. B. 1. (Major lutea. *Hæc* usualis.)

(Minor purpureo flore. *Hæc* incognita.)

Dicitur *Serpentaria* 3. & *Centummorbia*, *Brunsfelf*. *Nummularia*, *Trag. Matthiol. Fuchs. Dod. Lob. Lon. Cast. Cam. Tab. Ger.* *Hirudinaria* minor, *Tab.* *Nummularia* major lutea, C. B. 1.

Crescit in campestribus ac locis herbosis, humidisque. Floret Majo.

OF-

recentior *Semen* ejus, si scilicet quavis vesperâ sub introitu lecti, dosi ac vehiculo convenienti capiatur, contra *Vertiginem* laudat. (C)

NOLI ME TANGERE.

Hanc neglexit *AUTOR*, sed tamen observetur, quòd circa *Folia* sint *Noduli*, succipleni & turgiduli, & quando *Semen* maturescit, dispergitur. Crescit in *Hortis* publicis.

De hoc noto ex *GESNERO l. 1. Epist. p. 21.* quòd proficit ad provocandam *Urinam*, uti etiam *Folia* imposita conducunt in *Sranguriâ*, in sedando *Dolore*, & uti dixi, quòd juxta *Folia* sint *Noduli* turgidi & succipleni: ex qua signaturâ *GESNERUS* autumavit, ac si conveniret in *Tumore Arthritico* & *Podagrâ* nodosâ, quod etiam postmodum confirmavit *Experientia*, sive per se contusa instar *Cataplasmatis*, aut cum *Oleo Lilliorum alborum*, vel alio appropriato decocta, iisdem applicetur. (D)

CCXXXI. **N**UMMULARIA. *Nummularia lutea* major reverà est *Anagallidis* species, & apud *Veteres* de hac nihil prostat. Dicitur ita à *Foliis*, quòd *Nummos* quasi repræsentent, *Germ.* *Pfenningkraut*: Dicitur & *Centummorbia* ex usu polychresto, quod multis medeatur *Morbis*. Vocatur etiam *Hirudinaria*, quòd *Hirudinis* instar super terram repat, & hinc inde *Radices* figat.

Est *Planta* parva, quæ ubique crescit in locis cultioribus, *Flore* est luteo, sed non aded usitata. Recentiores tamen *Plantis* *Antiscorbuticis* *temperatioribus* accensent, & in *Scorbutu*.

A a 2

bu-

OFFICINALIA NATIVA.

Herba, seu Folia.

Vires. Refrigerat, siccit, subastringit, Vulneraria est. Usus præcipui in Pulmonum exulceratione, Venis ruptis, Tutâ siccâ Infantum: in Fluxu cujuscunque generis, Diarrhœa, Dysenteria, Hæmoptysi: commendatur in Scorbuto, Herniisque omnis generis.

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Herbâ collectâ cum Floribus mense Majo.

CCXXXII. NYMPHÆA.

Nymphaea, Nenuphar. Arab. Nenufar. Germ. See-Blum, Hertz-Wurtz, Haarwurtz, Mummelken, Wasser-Lilgen. Gall. Blanc d'eau, & Lis d'estang, Nenuphar.

(major.
Alba, floribus albis. (minor.
Est (minima.
(Lutea, floribus luteis. (major.
(minor.

Ex his præfertur quidem Alba, eaque major, quæ intelligenda quoties Nymphææ simpliciter mentio fit. Verumtamen nec negligenda est Lutea.

Alba dicitur Nenuphar album, *Brunsfelf*. Nymphæa alba,

Brunsfelf. *Matthiol.* Dod. Lob. Lon. Tab. Ger. Clus. *bist.* Nymphæa candida, *Trag. Fuchf.* Nymphæa major alba, *Cast. C. B. 1.* Lutea usitatior est, quæ inscribitur Nenuphar luteum, *Brunsfelf.* Nymphæa lutea, *Trag. Matthiol. Fuchf. Dod. Lon. Lob. Cast. Tab. Ger.* major, *Clus. bist.* Nymphæa lutea major, C. B. 1.

Crescit in lacubus. Floret Majo & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Folia, Semen, Flores.

Vires. Radix & Semen refrigerant & siccant gr. 3. astringunt. Flores & Folia refrigerant & humectant. Singula sunt usus præcipui ad Fluxum Alvi, ad Pollutionem nocturnam, Seminis acrimoniam, Sanguinis æstum & tenuitatem. Extrinsecus crebrò adhibentur Folia & Flores ad febriles æstus & Vigiliis sopiendas (in Lotionibus Pedum, in impositione Foliorum, scilicet Lumbis, Temporibus, Plantis Pedum.)

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex Floribus albis.
2. *Aqua stillatitia*. Ex Floribus luteis.
3. *Syrupus Nymphææ simplex*. Ex infusione Florum.
4. *Syrupus de Nymphæâ compositus, sive de Nenuphare*. Vide de Diisp.
5. *Conserua*. Ex Floribus albis. (*Extractum Radicum.*)
6. *Oleum*. Ex infusione Florum.
7. *Unguentum de Nymphæâ*. Vide lib. 2.

CCXXXIII. OLEA.

buto eandem haud parùm efficere observârunt, in cujus Curâ videtur accedere ad vires *Beccabunga*, quoniam est temperata, nec excedens acris, uti reliquæ Plantæ Antiscorbuticæ; unde *Nummulariam acrioribus Antiscorbuticis*, pro illarum Acrimoniam temperandâ miscent. In specie, cum consolidatâ vi instructa sit, inter *Vulneraria* refertur, ita ut etiam in Vulneribus recentibus & inveteratis, aliorum defectum impleat, si opus est, tam interno, quam externo usu; & quidem interno usu in Vulneribus Pulmonum, & dein Herniis.

Externè verò *Succus expressus*, aut ipsa *Planta contusa Unguenta*, atque *Emplastra* ingreditur. (E)

CCXXXII. NYMPHÆA. *Nymphæa*, Germ. die See-oblume, crescit Flore luteo & albo: vocatur etiam à quibusdam *Nenuphar*.

In usu potissimum sunt *Folia, & Flores lutei ac albi*.

Tota Planta est succulenta admodum, & temperatum in recessu habens Sal alcali volatile, ratione cujus refrigerare vulgò dicitur. Sed peculiare quid videtur latere in eâ, dum effervescentiam Sanguinis atque Humorum, & Genituræ acrimoniam, & inde natam Pollutionem nocturnam, suo usu temperat & mitigat: unde *Flores Nymphææ* ad omnes Affectus ex nimia Genituræ abundantia,

Gonorrhœam, Priapismum, Satyriasin, Salacitatem, & Furorem uterinum, & pro temperandâ Cholera, à turgescentiâ seminali sæpè ortâ, imprimis verò contra ardorem Renum in Gonorrhœâ frequentem optimè laudatur. Ad hæc ad arcendas Vigiliis nimias, & aliqualem Somni dispositionem inducendam, & similia Symptomata, non incommodè adhibetur internè & externè. Eadem Planta à **PARACELSO** commendatur ad Maniam.

Radix Nymphææ utriusque singulare quid etiam præstare dicitur contra Maniam, si assumatur *Pulvis* ad ℥j. vel ℥ij. item *Nymphææ flore luteo* collecta in ipso puncto ingressus Solis in Cancrum, & exsiccata, appensa tollit Vertiginem, quod alio tempore collecta non facit.

Aqua destillata internè usurpatur in Febris Ardentibus; externè ingreditur *Episthemata* contra Cephalalgiam & Agrypniam.

Syrupus Nymphææ simplex internè usurpatus Dolorem Capitis sedat, & blandum Somnum inducit in Affectibus biliosis, & Febris ardentibus: convenit etiam in ardore Renum interno usu, & Gonorrhœâ.

Oleum ex infusione *Florum Nymphææ* inungi solet calidis Temporibus & Fronti, ut suavis & temperatus inducatur Somnus. (F)

CCXXXIII. OLEA.

(E) *Nummulariam non ad Anagallidem, ut putat Ettmullerus, sed potius ad Lysimachia Genus reduci* Tournefortius: *est Raius in Methodo, quum notaverit, Nummulariam ab aliis Lysimachia speciebus totâ factâ nimis recedere, Nummulariam in aliud Genus erigere mavult, quam illam Lysimachia accensere: atque illam à figurâ Foliorum rotundâ Nummi æmulâ diâ, flagellis reptatoribus, Floribus à Foliorum alis exeuntibus singularibus, atque ex Hermanno Conceptaculis rotundis in Calycibus quinquefidis occultatis, satis à congeneribus distingui.*

Lysimachia characteres ex Tournefortio suo loco sunt expositi, qui quum in Nummularia duabus speciebus insint; meritò à Tournefortio Nummularia major lutea C. B. vocatur Lysimachia humifusa, folio rotundiore, flore luteo, & Nummularia minor, purpurascens flore C. B. (quam incognitam ait hic Schrœderus), dicitur ab eodem Tournefortio Lysimachia humifusa, folio rotundiore, flore purpurascens. Prima, quæ Centimorbia dicitur à J. Bauhino, longis, sed tenuibus viticulis, angulosis, proserpit, quibus Folia bina opposita nascuntur, Anagallidis rotundiora, & nonnihil ovipia, gustu siccante adstringenteque: ex horum alis Flores nunc bini, nunc terni, lutei: hos Anagallidis luteæ Floribus assimilat J. Bauhinus, sed & hæc Lysimachia est humifusa, folio subrotundo, acuminato, flore luteo Tournefortio: hos eisdem pentapetalos esse ait J. Bauhinus, sed falsò, quum monopetalis sint, rotati, & quinquefidi.

Nummularia Folia subacida sunt, styptica, & cœruleam papyrum valdè rubefaciunt: Acidum in hac Plantâ abundat, & cum Terrâ mistum, Sal parit aluminosum, pauco Oleo involutum: quare ea est valdè adstringens, ac vulneraria. Camerarius illam laudat in Scorbuto ex Lactē coctam: ex Vino verò & Melle Tragus ad Ulcera Pulmonum commendat.

(F) *Nymphæa sic diâ, quoniam aquosa amet, est Plantæ Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abie in Fructum ferè globosum vel conicum, Seminibus factum oblongis. Ejus species Flore Fructuque carentes, ex Tournefortio, facillè dignoscuntur Follis amplis, sabrotundis, aquis innatantibus. Species Officinis magis familiaris est Nymphæa alba, major C. B. cujus Radix crassissima cortice tegitur nigricante, intus candida & fungosa, unde plurimæ exeunt fibræ, quibus aquæ fundo hæret: Flores autem longissimis pediculis aquas trajicientibus hærent, candidi, foliorum agmine externè virescentium stipati: Semen nigricans, splendens, Miliomajus. Hujus Plantæ Radix parum viscida est, amara, & papyrum cœruleam valdè rubefacit. Chymicâ Analysi multum exhibet Acidi & Olei, & exiguum Salis volatilis concretæ quantitatem: unde nil mirum si inter valida edulcorantia connumeretur.*

Nymphæa alba, minima C. B. quæ Morfus Ranæ est quibusdam, Tournefortio ignoti est characteris: Hist. des Plant. p. 215.

Nymphæa lutea, major C. B. iisdem ferè pollet viribus, ac alba, major, de qua mox.

Nym-

O.

CXXXIII. O L E A.

Eλαια, Olea. Germ. Oliven-
Baum, Oel-Baum. Gall. Oli-
vier. Est (Sativa,
(Sylvestris, quæ Oleaster.

Prior insignitur Olea, *Brunfels. Trag. Cord. bist. Lon. Dod. Lob. Cam. Bellon.* Olea sativa, *Matthioli. Cord. in D. Cast. Tab. Ger.* Olea sativa, C. B. 1.

Posterior Olea sylvestris, *Matth. Tab. Ger.* Olea sylvestris seu Oleaster, *Lob. Cast. Oleaster, Lon. Clus. bist. C. B. 2.*

Crescit utraque in regionibus calidis, Italiâ, Hispaniâ, &c. Gaudet locis siccis argillofis. Floret Julio. Fructus decerpuntur mense Novembri & Decembri.

OFFICIALIA NATIVA.

Folia. Fructus (sed conditi).

Vires. Folia refrigerant & exsiccant, astringunt. Usus externus & præcipuus (in Cephalalgia) in Fluxu Alvi, Menstruo, in Herpetibus, & similibus. Fructus immaturi siccant & astringunt, imprimis sylvestres.

N. Exhibet itidem (tum Olea, tum Oleaster) *Lacrymam resinofam*, Resinæ Elemi non abhominem, sed hæc in usu non est.

P R Æ P A R A T A.

1. *Condita Olivea.* Condiuntur Muriâ, antequam planè maturuerint, in Hispaniâ & Galliâ Narbonensi: interdum etiam matura & nigra.

Vires. Comestæ initio pastus excitant Appetitum, movent Alvum, humentem Ventriculum exsiccant ac confortant.

N. Rancidæ subvertunt Ventriculum.

2. *Oleum* (simpliciter ita dictum). Exprimitur ex Olivis maturis, diciturque *Oleum* (simpliciter), *Oleum commune Olivarum.*

Vires.

O

CXXXIII. O L E A. Olea, Germ. der Oelbaum, vel Sativa est, vel Sylvestris. Crescit in Italiâ vulgariter, & integri Montes pleni: unde exinde *Oleum* expressum commune ad nos adfertur.

In usu præprimis est Fructus & Folia.

Fructus Oleæ, Olive dicti, immaturi cum Muriâ conditi saporem habent acido-austerum, quo Appetitum conciliant.

Sal autem, quod ex Muriâ illâ extrahitur, egregiam vim habet stimulandi Urinam, uti enim maturi Fructus ob nimiam oleositatem Stomachum gravant, sic immaturi ob aciditatem juvant, & præterea vim habent stimulandi Alvum & diareticam, atque instar *Asparagi* reddunt Urinas sætidas.

Folia sunt rari usûs, utut singularem habeant vim adstringentem.

In specie ex Olivis maturis & immaturis *Oleum* expressum habetur. Ex maturis scilicet *Oleum usuale & vulgare* prostat, *Olivarum* dictum, quod omnibus cognitum, Alvum laxat, emollit, maturat, & Fæces induratas leniter solvit, in Jusculis Cerevitiæ ex eo pinguefactis adhibitum. Unde sunt, qui cum Cerevitiâ, quod etiam habet AUTOR noster, assumunt in Affectu Colico pro temperandis Humoribus acris, in Stranguriâ, & Calculo movendo, quo laxentur viæ, Dolor sistatur, & postmodum fiat Calculo, & Arenulis transitus. *Micam Pantis* leniter corretractam, & *Oleo Olivarum* largiter irroratam, matutino tempore largiter Alvum laxare, testatur **BORELEUS** Cent. 2. Obs. 14. cum *Saccharo* mistum adhibetur in Affectibus Pectoris. Cæterum in talicâ rutiâ *Oleum Amygdalarum dulcium* usurpatur, quoniam hoc *Olivarum* in se habet Acidum, de quo postmodum locuturi sumus. *Oleum* enim hoc nimis interno abusu *Stomachum* insigniter dejicit, eique nocet; (1.) quia Fermentum Ventriculi, ejusque vim digestivam, oleositate suâ obtundit: atque (2.) Orificium Ventriculi superius nimis lubricum reddit, ut facile Vomitus sequantur; cum accedente levi constrictione Pylori omnia in Ventriculo contenta per superiora rejiciantur: sicut & ipsum hoc *Oleum* per se quoque Vomitus creare potest, cum insignis in eo *Acrimonia* lateat, imò Acidum acerrimum, quod & Metalla feritice corrodere valet; unde est, quod Oculis guttula una immissa, sensibilibissimas eorum Tunicas magis ferè vellicet, quàm ipse *Succus Citri*, uti quilibet in se ipso experiri potest.

Oleum Philosophorum testatur hujus Olei acrimoniam & penetrantiam: propter quam cautus sit ejus usus. Interim tamen & *Sal volatilissimum* reperitur in *Oleo Olivarum*: ex quo cum *Sale Tartari* singulare quoque *Menstruum* parari potest. Externè, ubi relaxatione partium nervosarum, & emolliatione partium fibrosarum opus est, adhiberi potest; emollit enim Alvum obstructam & Fæces induratas leniter solvit & educit, si in *Clysteribus* applicetur. Sic **PRÆVOTIUS** curavit in quodam Nobili contumacissimam Alvi obstructionem solo *Oleo* ad *℥i.* infuso, unde per biduum Alvi be-

neficio habuit. Facit huc, quod habet **RULANDUS** in *Tbesauro Practico* de quodam, cujus Alvus per tres hebdomadas fuit constipata, ut nullo *Clystere*, neque *Supposito* potuerit moveri, cui singulis horis *℥iv.* Olei hujus injecti instar *Clysteris*; quo factò, post tres horas ex *℥ij.* Olei injecti Scybala multa rejecit, Alvo postmodum aperta manente. De portentosa Alvi constipatione, qua quidam ad 20. dies, imò sæpè per tres menses, non deposuit, vid. **PANAROLLUS** Pent. 1. Obs. 7. p. 1. Propter hanc vim temperandi & laxandi adhiberi solet etiam, ubi in copiâ habetur, nimirum in Italiâ, in *Balnets* contra Febrem Hæticam, Atrophiam nimiam & Tabem Corporis: in Calculo & Nephritico Dolore, ut laxentur & humectentur viæ, & inde pateat Calculo exitus, Doloresque sistantur præprimis cum *Oleum* externè habeat vim anodynam.

Cæterum de hoc *Oleo communi* supra dixi; quod illi infit copiosum Acidum, à Pinguedine quidem temperatum & correctum, ut gustu se non prodat; nihilominus tamen est Acidum satis potens, aded, ut soleat corrodere omnia Metalla, excepto solo Auro. Immittat enim aliquis vel *Martem*, vel *Venerem*, vel aliud Metallum, in hoc *Oleum*, & videbit illi adhærentem *Rubiginem*, quæ non est *Viride Aeris*, sed *Crocus Metallis* ab *Olivarum Oleo* corrodetur. Unde valde operè errant ii, qui *Gladlos*, aut alia *Arma* ex Metallo quodam facta inungunt *Oleo communi*; quippe quod magis, præter hoc, quod lubricet, *Rubiginis* autor est, quàm quod eandem arcere valeat. Unde, qui Ferramenta à *Rubigine* volunt præservare, melius faciunt, si *rasuram Plumbi* *Oleo* infundant; hoc enim absorbet Olei Acidum, unde tale *Oleum* ita correctum, optimum est ad ista præservanda. Ex hoc fundamento videtur natum *Oleum Philosophorum*, in quo nempe Acidum relictum est maximam partem correctum, prodeunte *Oleo* volatiliore, subtiliore, magisq; alcalino. Aut potius inungendi sunt cum *Seris Animalium*, sive sit commune, *Serum Bovinum*, sive sit *Hircinum*, quod præ cæteris omnibus habet vim arcendi *Rubiginem*. De *Oleo* hoc communi, quod corrodat Metalla, vid. **SCHOTTUS** in *Tech. Curios. l. 9. cap. 8. Propos. 30. p. 691.* uti etiam **TACHENIUS** in *Hippocrate Chymico*, ubi sufficienter probat, quod in *Oleo communi* sit copiosum Acidum p. 177. & p. 175. & habet simul egregia quædam de Oleis: id quod de omnibus Oleis expressis est intelligendum. Propter talia Olea, quæ habent Acidum in se, inimica sunt omnibus Vulneribus & Ulceribus, & fiunt exinde *Telephia*, *Chronica*, & difficillima curatu.

His præmissis, non immeritò, quoniam in se habet Acidum contrarium, & inimicum Vulneribus hoc *Oleum*, quæritur (1.) unde sit, quod ingrediatur *Unguentis & Balsamis vulneraria*? (2.) unde *Oleum* hoc semperet acrimoniam *Humorum*? Rationem subministrat **TACHENIUS**: quoniam nimirum, quando sentit Ignem, fit, ut exhalet subtilior acidapars, & relinquatur *Oleum* alcalifatam, contrarium omni Acido, unde potius spissum, Acido vacuum, impatiens, novo Acido rursus desiderat saturari; illudque dum in Membrò dolente reperit alcalifatam, absorbet, corrigit, extrahit, inque

Nymphæa verò lutea, minor, flore fimbriato C. B. ex **Tournefortio**, ad novum Genus reducenda, quod *Nymphoides* appellat, quasi Planta toto habitu & crescendi modo ad *Nymphæam* accedens; ab illâ tamen maximè differt Floris, Fructus & Seminibus fructurâ. Est enim *Nymphoides* Plantæ Flore monopetalæ, rotatæ, cujus pistillum abis in *Thecam* oblongam, compressam, mollem, unilocularem, Seminibus sætam calyptrâ obvolatis. *Nymphæa* igitur lutea, minor, flore fimbriato C. B. est **Tournefortio** *Nymphoides* aquis innatans: hæc radiculis multis uliginoso cæno affixa est, capillaceis, è Caulium nodis prodeuntibus: Foliis longo pediculo nixis, aque innatantibus, crassis: Flores Floribus *Cucurbitæ* assimilat **J. Bauhinus**, at quinque foliis constare ait, quod falsum est, monopetalæ enim sunt, ut dictum, & per ambitum venustissimè fimbriatæ.

Vires. Calfacit & humectat moderatè . (N. Vetus calidius est recenti) : emollit, digerit, Vulnerarium est , Alvum laxat cum Cerevisiâ calidâ assumptum ad ʒj. ariditatem Pectoris corrigit, tormina Ventris mitigat , Urinarios meatus laxat, eriosus abstergit & consolidat . Extrinsecus creberrimi usûs est in Clysteribus, Tumoribus calidis, &c.

N. 1. Cum Aquâ tepidâ assumptum movet Vomitus.

N. 2. In patria meâ Vvestphaliâ usitatissimum est, Vulneratis quotidie exhibere Oleum Olivarum cum Cerevisiâ calidâ, quo adeò largè utuntur , ut quoque Sudor Oleum redoleat.

3. *Oleum Ombacinum* . Exprimitur ex Olivis immaturis. *Vires.* Refrigerat, siccatur, astringit , adeoque multis Compositionibus inservit.

4. *Oleum Philosophorum* . Fit destillando Oleum Olivarum, cum Lateribus ignitis mixtum ex Retortâ. *Aug.*

Vires. Discutit, maturat, emollit . Prodest Tumoribus frigidis, duris, &c.

CCXXXIV. O N O N I S.

A *Novis, Dioscorid. Orvvis, Theophr. Germ. Haubechel, Stalkraut. Ochsenkraut. Gall. Arreste bauf.*

Est { Spinosa . (Purpurea . (Flore) . *Hæc usualior.*
(Lutea . (Flore) .
(Purpurea .
non Spinosa . (Lutea (major .
(minor .
(Luteo-variegata .

Videatur *Resta Bovis. Trag. Lon. Anonis seu Ononis, Mart. Tab. Anonis, Fuchf. Dod. Cast. Ononis, Cord. in D. Lob. Anonis. Ger. Anonis spinosa, flore purpureo, C. B. 1.*

Crescit in campestribus, dumetis, arvis, juxta vias. Floret Junio, Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, ac potissimum hujus *Cortex*.

Vires. Calfacit & siccatur in principio 3. abstergit, attenuat, di-

que se recipit , & Dolor inde cessat , aut saltem mitigatur. Videatur TACHENIUS *citato loco*.

Fuit hoc *Oleum commune*, quod exprimitur ex *Olivis maturis* .

Ex *Olivis immaturis* quod exprimitur *Oleum*, vocatur *Ombacinum*, in quo *Aciditas austera* manifesta deprehenditur, atque adeò pro usu *adstringente & roborativo* Fibrarum commendatur .

Uterius *Oleo Olivarum* non tantum per se ordinarium serè est *Ingredientis* in *Balsamos, Linimenta, Emplastrâ, & Cataplasmata & Unguenta vulneraria*, sed etiam infusione plurimum *Vegetabilium* magis appropriatur , & specificatur ad plures usus : unde parant nonnulli *Balsamum Samaritanum* ex hoc *Oleo & Vino*, juxta locum *Scripturae Sacrae*, ubi *Hominem istum in Latrones illapsum à Samarita Vno & Oleo obtinctum fuisse* legimus . Hæc duo coquunt invicem ad spissitudinem *Unguenti seu Balsami*, de quo vid. *Chirurgi* hinc inde in *Scriptis* . *Balsamum* hoc correat & augmentavit cum aliis *Ingredientibus* THEOPHRASTUS in *Chirurgiâ parvâ* .

Lotionem quidam, imprimis *MERCURIALIS de compositione Medicamentorum, lib. 3. cap. 26.* præcipiunt, quam autem ceu ineptam & infantilem taxat ZWELFERUS in *Animadvers. in Pharm. August. p. 416.* præcipimus cum illotum ad cibos capiendos quotidie sine noxâ usurpetur .

Denique sequitur *Oleum Philosophorum*, quod aliàs fit, quando *Laterum* frusta, probè candefacta, immittuntur *Oleo Olivarum*, ut hujus magnam portionem imbiant, & si *Lateres* hi quantitate sufficiente *Olei* impregnati & saturati sunt, pulverifantur, & destillantur vel in *Arenâ*, vel in aperto Igne per *Retortam*, atque tunc prodit *Oleum volatile* insigniter penetrativum, à cineribus per *Arenam* rectificandum, quod vocant *Oleum Lateritium, & Philosophorum*.

Potest etiam mediante *Arenâ* parari. GLAUBERUS elegantius reddit per concentrationem, abstrahendo hoc *Oleum à Spiritu Nitri* . Processum videbitis in *Scriptis in quarto P. 1. pag. 90.* Sunt, qui recipiunt *Olei Olivarum* p. j. *Salis Tartari* part. iij. destillant per *Retortam*, sicque *Oleum* mirandæ virtutis, tam *Chymico*, quam *Medico* usu, eliciunt : idem cum *Calce vivâ* fieri potest . Sanè ipsam *Oleum Olivarum* per se destillatum suggerit *Oleum penetrantissimum*, pariter serè, atque modò de *Oleo Lini* dictum fuit .

Oleum ergò *Philosophorum* egregiè penetrat, discutit, resolvit, attenuat & incidit, in quibus Indicationibus non habetur ei par *Remedium*: unde in *Tumoribus duris, frigidis, strumosis & scirrhis* resolvendis & emolliendis optimum habetur *Remedium* . Ad *Nervorum Affectus* à Frigore quoscunque externo illitu convenit, cum egregiè calefaciat : cum paucò *Bombace Auribus* inditum *Surditati & deficienti Auditui*, seu *Subauditioni* succurrit, egregiè discutit, & per poros *Cutis* expellit . STARICIUS, in *dem Helden schatze p. 13.* refert, quòd si quis in *Oleum Philosophicum* intingat, & maceret *Lanam bombacinam*, vel aliam, exque hac postea cum *Cerâ* vel *Servo* faciat *Candelam*, hæc ipsa semel accensa, neque à *Pluviâ* neque à *Vento* extinguitur .

Idud, quod suprà insinuabatur, *Acidum Olei* corrigi à *Plum-*

bo, suggerit fundamentum *Emplastrorum Chirurgicorum Veterum & Modernorum*, quæ maximam partem ex *Plumbo & Oleo* constant . Nempe *Oleum* ipsum, propter latentis *Acidum & viscosiorem consistentiam*, inimicum est *Vulneribus* atque *Ulceribus*, ut raque sordida reddat ; sed dum ipsi permiscetur *Plumbum*, hoc ab *Acido arrosum* disponitur, ut faciliùs *Aciditatem* imbibere queat . Ipsum *Oleum* alcalinum magis magisque subtile & penetrans factum, vi *balsamicâ* *Partibus lætis* optimè succurrit, & ita talia *Emplastrâ*, qualia sunt *Nurritum, Album coctum, de Cervisâ camporatum, de Spermate Ranarum, de Minio, de Lithargyrio, &c.* pluribus copis satisfaciunt, indeque creberrimi sunt usûs . (G)

CCXXXIV. O N O N I S. *Ononis purpurea spinosa*, seu *Resta Bovis*, dicitur etiam *Anonis*, quasi à nullo usu, eò quod ubique profert in agris, & Aratoribus inter arandum sit impedimento : unde & *Remora Aratrâ* nonnullis audit, *Ger. die Haubechel*. Litigant *Autores*, ad quodnam *Genus Plantarum* referri debeat ? Verùm reverà ad *Trifolia* pertinet, & *Trifolium frutescens* esse videtur. Dividitur in *non Spinosa* & *Spinosa* ; quâ & *Asini* delectari dicuntur . *Utraque* est vel *Flore purpureo* vel *albo*.

In usu est *tota Planta* ; præcipimus hujus *Radix & Radicis Cortex* .

Radix inter *Aperientes & Resolventes* vulgò numeratur, & meritò : resolvit enim *Mucum agglutinatum*, & *crassos ac induratos Humores* : unde in *Obstructione Hepatis, Ictero & similibus* prodest . Dehinc usum obtinet *diuresicum*, ubi primatum serè tenet, & *nephriticum*, cum singulari habeat vim pellendi *Urinam & Calculum*, & exturbandi *Arenulas ex Renibus*, cui usui imprimis convenit *Herbæ Infusum in Vno Malvatico*, quod *Vinum infusionis Herbæ* egregiam acquirit vim *antinephriticam* : conf. CRATO l. 6. Conf. 83. in tantâ tamen *Diureticorum* copiâ vix adhibetur . *Visejus* consistit in *Sale essentiali bolari, & seminitroso. Radix* aliàs pulverifata ad ʒj. assumpta, vel decocta, & continuando aliquandiu usurpata, in *Sarcocele*, ubi *Testiculis caro nigra accrescit, euporiston & polychreston* egregium est . Sic *Cortex* quoque commendatur à MATTHIOLO ad *Hernias carnosas*, de quo vid. SENNER-TUS l. 3. *Prax. Med. pag. 919.* quod confirmat HORNUNGIUS in *Cistâ Med. p. 311.* dum inquit : *Decoctum Radicis Ononidis prodesse singulariter in Herniâ carnosâ : externe simul applicantur Emollientia*. Extrinsecus tandem eadem *Radix* in *Aquâ & Aceto*, seu *Oxyrato* cocta, pro *Gargarisate* in *Gingivarum laxitate & putredine* ab exulceratione, item in *Dentium dolore à Scorbuto*, laudatur .

Prostat *Essentia Ononidis* in *Affectibus Calculosis* insigniter commendata, quæ paratur hoc modo :

ʒ. *Plantam integram cum Radice & Floribus*, mundatam, & minutim incisam ; affunde *Vinum Malvaticum*, vel *Spiritus Vini* ad eminentiam 4. digitorum : stent in loco calido in digestionem per 8. dies noctesque : post destilla, & in huncce *Liquorem* destillatum de novo infunde *Herbam eandem recentem cum Radice & Floribus*, iterumque digere per tot dies & noctes ; postmodum

Mi-

(G) *Olea* est *Arboris Genus Flore veluti infundibuliformi quadripartito*, cujus *pisillum* abit in *Fructum (Olivam) rotatum, mollem, succiplenum, Officulo fixum oblongo*, in quo *Nucleus* continetur *ejusdem formæ*. *Oleæ species*, quemadmodum & *Olivas*, *Oleumque* ex iis expressum, nemo est qui nesciat. *Olea* inter longævâs *Arbores* connumeratur à *Theophrasto*, quippe cujus *Truncus* ad *duâ secula* vivat : idem tamen fatetur, illius *vitam* adhuc amplius *perennari in Germinibus*, quæ *Trunco* adnascuntur, atque ex *Radicibus*, quas *δυσωλεῖσπος* vocat, erumpunt.

discutit. Usus præcipui in Diuresi, Lithiasi, Ictero, obstructione Hepatis, in carnosio Ramice absumendo. Hæmorrhoidibus cæcis, Maricivæ discutiendis (Infusum aliquandiu bibitum.) Extrinsecus in putredine Oris ac dolore Dentium (Gargarismate).

N. Antequam Spinas protrudat, conditur cum Sale pro Cibario.

P R E P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex integrâ Plantâ cum Radicibus novellis eruta.
2. *Syrupi* in Dispensatoriis quibusdam fit mentio.
- (3. *Sal. Diureticum*.)

CCXXXV. ORIGANUM.

Organum, *Brunsf.* Origanum vulgare, *Trag. Matth. Lon.* Origanum sylvestre, *Dod. Cord. in D. Fuchsf. Tab. Cam.* Agri-Origanum, seu Onitis major, *Lob.* Origanum Anglicum,

Misuram fortiter exprime & cola. *Colatura* digeratur in Balneo Mariæ, tandem per Chartam emporeticam filtretur & servetur: adhuc à Capite mortuo restitente calcinando eliciatur *Sal fixum salsum* (quod si nimis alcalifetur, fit *Sal urinosum*.) Hoc *Sal* addatur prioribus, & habebitur *Essentia Diuretica & Lithonriptica* egregia, etiam ad Hernias carnosas curandas.

Aqua destillata quibusdam in locis in usu est, cum qua etiam habemus Exemplum Herniæ curatæ, non omiſſis externis, apud SCULTETUM in *Armamentario Chirurgico Obs.* 74. (H)

OPHIOGLOSSUM.

OphioGLOSSUM, Germ. *Natterzunge*, dicitur ita, quoniam Flore refert *Linguam viperinam*: crescit in pratis umbrosis & nemorosis, & à similitudine, quam habet Flos ex Folio erumpens cum Linguâ viperinâ, inter *Vulneraria* non extremum habetur, sive internè in *Decoctis & Potionibus Vulnerariis*, sive externè inter *Balsama & Unguenta*, & *Emplastrâ Vulneraria*. In utroque casu est Planta satis commendata à Modernis, qui etiam inter alia eam in Herniis Infantum multum commendant. *Succus expressus*, & ex hoc parata *Unguenta & Emplastrâ*, vi chirurgicâ ad eorum *Vulnera & Ulcera* sunt usitatissima; aliàs de hac nihil proſtat. *Composita* ex illâ possunt videri apud TABERNÆMONTANUM. *Autor noster* planè omisit. (I)

CCXXXV. **O**RIGANUM. *Origanum* Græca vox est: Unde verò sic dicatur, Interpretes litigant: Ger. *Dosten, VVobigemuth*. Duplex proſtat in Officinis, *Vulgare & Creticum*. *Vulgare* est Planta satis cognita, quoniam crescit in locis sylvestribus; *aromatica*, congener *Majorana*, unde etiam vocatur *Majorana latifolia*, minùs

Ger. *Origanum sylvestre*, *Cunila Bubula* Plinii, C. B. i. Germ. *Cunicula*. Germ. *Dosten, Wolgemuth*. Gall. *Origan*.

Crescit in locis campestribus opacis. Floret Junio, ac Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia cum *Floribus*, seu *Summitatibus*.

Vires. Calfaciunt & siccant 3. abitergunt, astringunt. Usus præcipui in obstructione Pulmonum, Epatis, ac Uteri, & hinc in Tussi, Athmate, Ictero: auget Lac, ichorosa Excrementa per Sudorem expellit (ante Balneum assumptum.) Extrinsecus usu venit crebriori, eoque in Balneis Uterinis, Cephalicis, totius Corporis (contra Scabiem.)

P R E P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex integrâ Plantâ cum Floribus.
2. *Oleum stillatitium*. Rarò proſtat. (Odontalgia conveniens.)
3. *Sal ex Cinere*. Rarò itidem paratur.

O S T R U T I U M, vide IMPERATORIA.
CCXXXVI. PAL-

tamen acris atque penetrans, vires *Serpilli* atque *Majorana* ferè superans. *Sale nitroso volatili oleoso* est imprægnatum; propter vim aromaticam *Aquas & Essentias Analepticas*, Nervis ac Cerebri Affectibus dicatas, ordinariè ingreditur; singulare enim est *Cephalicum & Uterinum*, non minùs etiam quàm *Stomachicum*, ut ut usus ejus internus admodum sit rarus. Imprimis verò convenire dicitur Stomacho, ejusque Affectibus Flatulentis, iisque, qui Acida ructant, aut qui Nauseâ & Fastidio torquentur. Menses etiam peculiariter ciere dicitur.

Externè in *Pediluvio*, *Lotionibus*, *Fomentis* ac *Balneis* plerumque adhibetur, unâ cum aliis Plantis Cephalico-aromaticis, in Affectibus Catarrhosis; quin & in Morbis Mulierum Hystericis & Affectibus Capitis, cum *Floribus Chamomilla, Thymo*, & similibus usurpari potest.

Suggerit quidem *Oleum per destillationem*, sed admodum paucum, quod contra Odontalgiam tanquam Specificum, item contra Cephalalgiam, laudatur. Interim *Origanum* hujus loco *Origanum Creticum* substitui potest, quod magis pingue, & plus Olei suggerit. (K)

ORIGANUM CRETICUM.

Organum *Creticum* nobilius est *Vulgari*; Interim tamen nec *Nosstras* rejiciendum.

Vim habet *alexipharmacam*, & convenit in Morſu ab Animalibus venenatis, Viperis &c.

Per retortam destillatum suggerit *Oleum*, quod pro singulari remedio contra Dolores Capitis, & Dentium contumacissimos habetur, cum Bombace illis illicitum; adèd ut rectè ipsi *Caryophyllorum & Macis Oleo*, aliisque Remediis præferatur hoc in passu, ob egregiam vim & facultatem, quam in dictis Morbis, & imprimis in Odontalgia, Incantamenti instar, exerit. Quòd si sit nimis forte, diluitur cum

(H) Ononis ab *ovos* Asinus, quasi *Planta Asinis grata*, dicitur etiam Anonis, esseque *Plantæ Genus Flore papilionaceo*, cujus *pistillum abis in Siliquam turgescentem, bivalvem, Seminibus reniformibus sciam*. Addit *Tournefortius Folia terna pediculis insidentia, & quandoque in eadem Plantâ Folia singularia*. Multæ sunt Anonidis species, spinosæ & non spinosæ, varique *Florum colore distinctæ*. *Officinalis est Anonis spinosa*, flore purpureo C. B. *Hæc longè lateque albidas spargit Radices, frastu contumaces (bæ Aratro & Bobus remoram faciunt, atque hinc Restam Bovis eam dictam volunt)*: Rami frequentes, cubitales fruticantes, tenues, birsuti, spinis longis armati: Folia incondita sublonga, crenata, nigricantia, birsuta, glutinosa: Flores Coluteæ: Siliquæ parvæ rotundum Semen continent. *Planta hæc cæruleam papyrum aliquantulum rubefacit: ejus Folia gustu leguminoſo sunt prædita, malè olent, & aliqualem visciditatem præferunt: hinc credere est, illius Sal ad Tartarum vitriolatum quamproximè accedere, sed Phlegmate involvi, multâ Terrâ, Sulfureque densato: meritò igitur omnium Autorum consensu Anonis valdè aperitiva, & diuretica. Quidam infundunt Zij. Radicis Anonidis in cyatho Vini albi, atque in Colicâ nephriticâ exhibent, cum diureticis est opus. Plantæ universæ Decoctum scorbuticæ Oris exulcerationes lotionem curat.*

(I) OphioGLOSSUM ab *ovos* serpens & *γλῶσσα* Lingua, quasi *Lingua serpentina*, à *Fructus formâ*. Ex iis Plantis est, quæ *Floribus* carent, *Fructu* verò donatur lingulato, in plures cellulas bino ordine per longitudinem diviso, quibus per maturationem debiscensibus tenuis pollen (Semen) excidit, ex *Camerario*. OphioGLOSSUM vulgatum C. B. *Radice* nititur *citratâ: Pedicellus palmaris Folium* singulare sustinet, carnosum, leve, erectum, è cujus sinu *Fructus* lingulatus prodit.

(K) Origanum ab *ovos* Mons & *γλῶσσα* Lætitia, quòd scilicet Montibus delectetur: inter *Plantas Flore labiato*, quorum labium superius subreductum est, præcipuè distinguitur ex eo, quòd Flores Origani in spicis squamosis & *Muscarii emulis* nascantur. *Vulgare est Origanum sylvestre, Cunila bubula* Plinii C. B. è cujus Radicibus tenuibus, obliquis, capillatis, surgunt plures Caules cubitales, quadrati, birsuti, ad quorum nodos adversa Folia *Calamintibæ arvensis: Flosculi* rubescentes, *Semen* minimum. Origanum *Planta* est acris, aromatica, abstergens, & parùm rubefacit *cæruleam papyrum*: unde *conjicere datum est, præter multas particulas terrestres, illam resertam esse Sale volatili, aromatico, & oleoso: hoc autem Acido non est omnino exutum, ut Sal volatile oleosum artificiale, in qua Acidum Salis ammoniaci à Sale Tartari perdomitum est. Origani decoctum* excellit in Asthmate, Tussi serinâ, Cruditatibus, Pleuritide. *Colli* ex Rheumatismo tentiones *Planta* ad ignem exsiccata, atque universo capiti calidè cum linteo applicata sanat. *Vinum* cui leviter facta Origani Folia *incocata* sunt, sæpiùs haustum, Venenorum Arsenicalium vim retundere, non semel vidimus.

P.

CCXXXVI. PALMA.

Πολύνη. Palma, *Trag. Matth. Dod. Alpin. Cord. in D. Lob. Cast. Cam.* Palma major, *Tab. Daçyliscum*, Palma elate *Matth. Palma elate, Cord. in D. Dod. Garyotæ, Garisides, Fructus Palmæ Daçyli. Cast. Palmarum Fructus, sive Daçyli, Lob. Dod. Palma major, C.B. 1. Germ. Dattelbaum, oder Dattelbaum.* Gall. *Palmier.*

Crescit in Judæa, Syriâ, Ægypto, Africa, & similibus locis calidis.

N. *Palmas Faminas* non sine aspersione Pulveris, vel Florum à *Palmis Maribus* parere asserit *Alpinus*.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (Officinis) *Daçyli, Palmulæ.* Germ. *Datteln.* Gall. *Dattes.*

Eligendi magni, flavi, parùm rugosì, molles, pleni, carnosì, carne subdurâ ad nucleum candicante, ad corticem rubefcente, & qui concussì minùs sonant, sapore vinoso. Deteriores sunt graciles, flaccidi, duri & excarnes.

Vires. *Daçylorum maturorum* pulpa calfacit, subastringit; (*immaturi* astringunt fortiter): alperitatem Faucium leniunt, Fœtum in Utero roborant, Fluxus Ventris sistunt,

cum paucò *Oleo Amygdalarum dulcium expresso*; si sit impotens ac debile, adduntur gr. j. vel ij. *Campboræ*, sicque fit *Oleum* laudatum ad Odontalgiam: potest etiam admisceri *Oleo Caryophyllorum*, quod non minùs est Odontalgicum, quàm ipsum *Oleum Origanum*. (L)

P

CCXXXVI. PALMA. Palma, German. *der Palmenbaum*, Arbor est exotica, ejuque *Fructus* sub nomine *Daçylorum* ad nos adferuntur ex Italiâ, Syriâ, aliisque locis calidis.

Ex hac *Palmâ* tantummodò Officinis noti sunt *Daçyli*, Ger. *die Datteln*, de quorum electione videatur *Autor*. *Usus* tamen eorum est admodùm rarus, nisi quòd ratlone dulcedinis à quibusdam unâ cum *Ficibus* aut *Sebesten* præscribantur; pro scopo scilicet temperandi acrimoniam quamcunque, & nimiam corosivitate Lymphæ, aliorumque Humorum, ac leniendi asperitates Faucium. Hinc *Decocta*, & *Hydromelita Pectoralia* ingrediuntur, ut & *Misuras* in Dysuriâ, & Ardore Urinæ frequenter adhibendas. Sed loco hujus sufficiunt solæ *Passulæ*. *Lapilli* contenti vi insigni diuretica pollent, quæ optimum exhibent euporiston; horum enim *Rasura* cum *Syrupo de Althæâ* usurpata, egregiè confert in Dysuriâ, Urinæ acido-salsam acrimoniam temperando & sistendo. Hinc ex *carne Daçylorum* & *Lapillis* quidam singulariter parant Remedium contra Ardorem Urinæ seu Dysuriam, cujus Compositio est hæc:

℞. *Daçylorum* q. v.

(L) *Quamquam* suo loco notaverimus, *Dictamnus Creticus* Officinarum ad *Origanum* species reduci, vocarique à *Tournefortio* *Origanum Creticum*, latifolium, tomentosum, seu *Dictamnus Creticus*; attamen non confundendum est *Origanum Creticum*, de quo hic *Ettmuller*, cum *Origano Cretico*, *Dictamnus Creticus*, appellatur: de eo enim sub tit. *Dictamnus cum A. loquuti sumus*. *Origanum* verò *Creticum* hujus loci est *Origanum Onites*. C. B. quam *Plantam* genuinam Græcorum *Hyssopum* credit *Lobelius*. Hæc *Origanum* species nobis inusitata.

(A) Hoc est ad Partum difficilem.

(M) *Palma* quamquam exotica Arbor, aded tamen per universam Europam frequens facta est, ut mirum videri possit, cur *Tournefortius* illius characteres non exposuerit, atque ad Arborum aliquam Classem non reduxerit. Cl. *Ratus* in Methodo inter Arbores connumerat *Folius Arundinaceis*, *Caudice simpliciter non ramoso*: verum idem *Autor* subdit, quòd quamvis sint *Palmæ* nonnullæ latifollæ, ut *Flabelliformes* dici possint; notat tamen *Folia* hæc striata esse, & nervis secundùm longitudinem productis, *Arundinaceis* respondere, ut illa è pluribus *Foliis Arundinaceis* secundùm margines connexis componi videantur. Addit *Palmas*, quòd *Caudice simpliciter sint*, *μοροσαχχίς*, & *μοροφύς* juxta *Theophrastum* dici, imò & *μοροβλάσους*, *επαρραβλάσους*, & *μοροκλάρους* dici posse, eo quòd unam tantum unâ vice gemmam, sed maximam producant, *Flore tripetalo*. Demum inter *Spathiferas Arbores* connumerat. *Notante* autem *Lemery* *Palmæ Flores* nascuntur in magno *Involucro* (quod *Elate* appellant *Græci*) absconditi: eo autem, quum ad certam magnitudinem pervenerit, reserato, *Flores albi*, racematim dispositi sese conspiciendos exhibent: hos sequuntur *Daçyli*, *Fructus* notæ *struaturæ* & *saporis*. In nostris *Regionibus* *Fructus* hi non maturescunt, vel soli defectu, vel quia (ut multi pro vero habent) *Palmæ* *fæminæ* *embriones* à *Pulvere* à *Palmâ* mare evolante, ob Arborum harum raritatem, non fœcundantur: quod quemadmodùm in multis *Plantis* (quæ *mares* & *fæminæ* eâ ratione dicuntur) accidere verosimile est, ut alibi notavimus; ita & in *Palmis* fieri debere opinantur. An id verum esset, rescire tentavimus *Clarissimus* *Tournefortius*, cum in *Hispaniâ* *Bæticâ* *Palmarum* *seracissimâ* versaretur: sed esse à prudentioribus viris hæc de re sciscitaretur, nihil tamen certi excipere potuit. *Præclarus* tamen vir *Hadgi Mustapha Aga* *Legatus Tripolitanus* ad *Regem Christianissimum*, *Parisi* ei declaravit, *Ramulum Floris Palmæ maris* in *Spatham Palmæ fæminæ*, quæ *Fructus* profert inserti, quo tempore *Spatha* *biare* solet. *Flos* enim *explicatus* *Pulverem* fundit, sine cujus affectione *Daçyli* *acerbi* forent, & *insuaves*: imò & *officulis* carerent (hæc namque *sapè* ita exarescunt, ut decesse videantur) *Camelis* tantùm, & *Jumentis* exhibendi. Hæc *Tournefortius*.

vitiis Renum ac Vesicæ succurrunt. Extrinsicè conveniunt in Cataplasmatibus astringentibus, & similibus.

N. Goncoctu sunt difficiles, Capiti dolorem inferunt (imprimis exsiccati), crassum ac melancholicum Humorem generant.

(Offa. Germ. *Dattelfern*. Gall. *Noyau de Dattes*. Usurpantur ad dytochiam. (A)

P R A P A R A T A.

1. *Species seu Eleæuarium Diaphanicum* (Horû basis est *Turcicum Mesua & Fernelii*. (bith. ac *Diagruidum*.)
2. *Diaphanicum in solido*, i.e. *Tabel-* (Vid. D. & *Turbith*, la. *Eleæuarium Diaphanicum*. (infra de *Purgant*.)

CCXXXVII. PAPAVER SATIVUM.

Μάκρον, Papaver (simpliciter.) Arab. *Tbasibax*. Ger. *Mag-Samen*, *Del-Magen*, *Del-Samen*, Moen. Gall. *Du Pavot*. Est (Album, quod tutius intra corpus adhibetur.

Est (Nigrum, quod non æquè tutum est.

Videatur prius Papaver, *Brunsf. Lon.* Papaver sativum, *Matth. Tab.* Papaver album, *Trag. Dod.* Papaver album sativum, *Lob. Cast. Ger.* Papaver sativum, semine candido, *Fuchf.* Papaver hortense, semine albo, C.B. 1.

Nigrum usitatius inscribitur Papaver nigrum. *Brunsf. Cast.* Pa-

Lapilli limâ terantur in Pulverem tenuissimum: Caro scindatur in particulas, in furno exsiccentur, & pulverifetur in mortario. Hi duo Pulveres misceantur, & à ʒʒ. ad ʒj. usurpentur mane & vespere in Syrupo de *Althæâ Fernelii*, vel in *Misturâ* sequenti:

℞. *Aquæ Chamomilli*.

Lactuce,

Nymph. an. ʒiv.

Cinnam. ʒʒ.

Syrup. de Alth. Fernel. ʒij.

Cichor. cum Rhab. ʒj. M.

Atque certè egregium est Remedium ad temperandam, ut & purgandam omnem ejusmodi acrimoniam.

Rari aliàs & pauci usûs sunt *Daçyli*. (M)

CCXXXVII. PAPAVER SATIVUM. Papaver duplex est, vel *Sativum*, vel *Sylvestre* seu *Rbæas*. Differentia est in *Foliis*, quæ notatu digna, ne fiat confusio, errorum mater; *Sativum* enim habet *Folia* latiora, & *Papaver Rbæas* *Folia* angustiora laciniata. Græcis dicitur *μάκρον*, quasi *μη κορύν*, à non ministrando, quia *Homines* torpidos reddit, ita, ut ministeria sua obire non valeant, unde *Meconium*. *Papaver* verò dicitur (ut nonnulli volunt) ab *Infantum* voce *Papa*, quòd *Lacti* seu *Pulvi* *Infantum* permistum *Infantes* reddat ad *Somnum* proclives.

Ratione *Seminis* *Papaver* dividitur in *Album* & *Nigrum*: Hoc, scilicet *Nigrum*, magis *narcoticum*, hinc deterius, scilicet *Albo*, putatur; de quo videatur *FORESTUS l. 9. Observat. 14. in Scholio*; sed falsò sic judicatur juxta *LOVE-*

Papaver sativum 2. vulgò nigrum, *Cord. in D.* Papaver sativum, semine atro, *Fuchs.* Papaver hortense, nigro semine, sylvestre Dioscoridi, nigrum Plinio, C. B. 2.

Solitur in hortis. Floret mediâ æstate.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Flores. Semen albi & nigri. Capita cum & sine Semine. Vires. Refrigerat & humectat 3. (aliis 4.) Usus præcipui in Somno conciliando, in Affectibus Pectoris ac Pulmonum, & imprimis in Tussi, Raucedine, Phthisi. Hinc & in fluxu Alvi. Extrinsecus in Dolore leniendo, Somno introducendo (Capiti Pedibusve adhibitum.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Succus inspissatus.* Ex Foliis.
N. De Opio ac Meconio, quæ Succus sunt Papaverum exoticorum. Videsis *infra*.
2. *Extractum.* Ex Floribus siccis cum Aquâ Papaveris.
N. *Quercetanus in Pharm. Rest. c. 25.* parat hoc modo.
T. *Cap. Papav. q. v.* (cùm Flores expandere incipit, præstatque Papaver, quod Flores fert rubicundos) contunde ac diger. in *M. B.* cum *Hydromelite vinoso*, vel *Vino Canaria*, dies (12. 15.) ut Liqueor intentissimè rubescat: Exprime fortiter ut omnis virtus gummosa, & Resina eliciatur. Abstrahere

lento igne (M.B.) ad remanentiam gummosam & resinosa substantiæ, quam adhuc calentem si voles affunde in frigidum, & subito coagulabitur. Et hoc, ait, est verum probatumque Opium, ac nullo modo Sophisticum (intellige Germanicum), quod loco Opii exotici adhiberi potest, de quo *Classè sequenti*.

3. *Aqua.* Ex Floribus vel Capitibus florentibus.
4. *Syrupus Simplex.* Ex Decoct. Capit. Papav. utr. e. Sem. an. & Penidio. Vide Dispens.
5. *Compositus.* Fit cum aliis Pectoralibus. Vide Disp.
6. *Electuarium 1. Diacodium simplex.* Ex Decoct. Capit. Papav. albi & Melle, (vel Saccharo, vel Sapâ cum Glycyrrhizâ).
7. 2. *Diacodium Montani, seu Syrupus de Siliquis.* Ex Decoct. Capit. Papav. alb. Siliquis, Rad. Alth. & Glycyrrhizæ, cum Saccharo candido, & Penidio.
8. 3. *Diacodium Astuarii.* Hoc ex Astringentibus.
9. 4. *Diacodium in solido*, i. e. Rotulæ ex Emulsione & Saccharo: Vide Disp. (*Trochisci de Papavere* ad intercipiendos Catarrhos.)
10. *Loboch.* Vide Disp.
11. *Oleum.* Ex Semine exprimitur.

CCXXXVIII. PA.

WERUM in *Adversar. ad Rondelotum*; & promiscuè ferè in usu est.

In usu sunt *Flores*, in specie *Semina*, & *Capitula Semine turgida*, quæ omnia habent vim narcoticam & anodynam, sed temperatam. BORELLUS lib. 4. *Observ. 25.* in *Capitibus Papaveris* maximam vim narcoticam latere dicit, imò majorem, quam in *Foliis*, quæ etiam chymicè præparata, ad gr. v. exhibita, viros præstare effectus dicit: videantur etiam *Alia Soc. Reg. Vol. 1. pag. 717.* Odorem spirant terrem, nonnihil nidorulentum, cùm tota Planta scateat *Lactis* seu *Succo* nonnihil pingui & oleoso, seu sulphureo crudo, in quo fundata esse creditur vis ejus anodyna & narcotica; in quo ferè omnia ipsi similia *Narcotica* conveniunt, v. g. *Hyoscyamus*, *Vitis* seu *Agnus castus* &c. *Lac* istud oleosum, quod tam in *Capitibus* recentibus, quam in *Semine* concentratum deprehenditur, vim habet anodynam, seu sedativam: unde in sistendo Dolore & sistendis Vigilis seu Agrypniis, ut & conciliando Somno, in Deliriis, Dysenteris & Diarrhæis, *Flores* & *Capita* cum *Seminibus* sunt usitatissima; nimium enim Sputum & Sanguinis motum sistunt, & Morbos inde oriundos sedant, quibus scopis inservit primario. Cæterum, ut *Papaver* magis sit appropriatum ad *Cephalalgias* cum Vigilis conjunctas, propterea necessum est, ut colligatur tempore balsamico, Sole in Cancro existente, & in Conjunctione Martis & Lunæ in Trigono, vel Sextili; quod monet imprimis RUMELIUS in *scriptis Iatrochymicis* p. 352.

Pro usu dicto *Semina* sicca ad *Emulsiones* parandas recipiuntur pro conciliando Somno. Eadem quoque quovis Spirituum motus elasticos sistere valent, ob vim suam, quam habeat, Sensus externos, ac Spiritus demulcendi, Somnumque inducendi: hinc in Deliriis, Agrypniis, Febris, & quibuscunque Humoribus Fluxibus, sive sint naturales, sive sint præternaturales, ut in Hæmorrhagiis, Vomitu, Cholera, Diarrhæâ, & Alvi fluxibus aliis, adhibentur: scilicet sicut *Quina* quasi *Papaveris* *Essentia* est *Opium*, ita, ubi religio est ipso *Opio* uti, commodè Remediis ex *Papaveris* *Capitibus* paratis uti possumus. Uterius, præter has virtutes anodynas, commendatur etiam valdoperè in Affectibus Pectoris & Catarrhis, imprimis tenuibus & salis, qui oriuntur ex Lymphâ acidâ vel subacidâ &c. in talibus casibus est expertum, dum solet temperare, & impedire ejusdem motum p. n. ac ardorem; unde in Raucedine, in Tussi tenui, & in Phthisi, Hæmoptysi, & similibus Pectoris Pulmonumque Affectibus, usitatissima sunt remedia ex *Papaveris* *Seminibus* parata.

Externè *Capita Papaveris*, imprimis *Semine* turgida, propter vim narcoticam usitata, tantùm præscribuntur in *Pediluviiis*, pro sistendâ Cephalalgia, & levi Somno inducendo. Exemplum habui superius: *Semen* usurpatur sub formâ *Emulsionis*, Temporibus applicando, pro sistendo Dolore

Tom. IV.

Quæstio diu fuit agitata: num prædicta vis hujus Plantæ in ejusdem Calore, an Frigore consistat? Resp. eam nec in Calore, nec Frigore consistere. Frigidam tamen effectivè eam esse, hinc colligo, quoniam nimio ejus usu, aut potius abusu, Calor quivis notabiliter infringitur, dum Spiritus sopit, & Humores sistit. Quoad formalem ejus texturam, consistit eadem in *Particulis oleosis* perquam temperatis, sed faciliè in Corpore nostro longè latèque diffusibilibus, quibus Spirituum vis elastica nebulis quasi inducta hebetis. Prolixius hoc diduxit BORRICHIIUS in *Traç. de Somno & Somniferis*.

1. 2. Quod attinet *Præparata*, videamus *Auctorem*, qui habent *Extractum* ex QUERCETANO, quod est quasi *Opium nostras*, & *Opio* læpius adulterato exotico commodè substitui potest, quoniam *Opium* istud exoticum est nimis narcoticum, dein magis quoque est virulentum. Imò *Papaveris* *Capita* *Opio* magis temperato, & mitiori Sulphure abundant, quam ipsum *Opium*. In specie *Papaveris* *sativi* *Succus expressus* & *inspissatus* vocatur *Meconium*; destillatus verò ex *Capitibus* nobis audit *Opium*, de quibus *infra* in *Alterantibus secundariis*.

4. Præterea *Syrupus Papaveris Simplex* valdè convenit in Catarrhis salis & acris, Fauces, Asperam Arteriam & Pectus infestantibus, tollit asperitatem, & temperat Lympham acidam vel salsam. Infantibus pro Somno valdoperè commendatur. Observetur tamen, cautos nos esse oportere in propinando Medicamento Papaverino Infantibus; nimium enim ejus usus, & in excessivâ dosi, valdè est nocivus, quoniam reddit eosdem stupidos: videatur PANAROLLUS *Pentec. 2. Observat. 44.*

5. *Syrupus Compositus* commendatur, ubi opus est incrassatione tenuium Humorum, & ubi opus est, ut sistantur Effervescentiæ nimis: in Dysenteria est creberrimi usus.

6. 7. 8. 9. Veteribus *Syrupus Diacodium* in usu fuit, ex *Capitibus Papaveris albi* paratus, qui variorum Autorum nomine insignitus est; speciatim *Syrupus Diacodium Montani* in Raucedine Faucium, Tussi sicca, & similibus egregium habet usum, temperando, sistendo, & simul demulcendo. Apud Modernos verò ejus usus in desuetudinem abiit, & ejus loco *Laudanum opiatum* in usu est in variâ dosi pro varietate compositionis, de quo suo loco.

10. *Loboch* seu *Succus crassus Papaveris* valdè convenit in Catarrhis salis atque tenuibus, & inde ortis Faucium Affectibus; sensim enim sensimque tunc temporis sorbendo deglutitur, ut corrigat ita Affectus Faucium. Notum enim est, quantum Remedia Papaverina valeant in sufflaminandis Catarrhis, Lympham temperando ejusque motum præternaturalem sistendo; unde in Tussi nocturnâ convenientissima sunt.

11. *Oleum ex Seminibus Papaveris expressum*, & Temporibus illitum in Agrypniis & Cephalalgis optimum est Remedium anodynum, & polychrestum. (N)

B b

Hæc

(N) *Papaver* *Planta* *Genus* est *Flore rosaceo*, cujus *pisillum* abis in *Testam* *capitulo* *ornatam*, & *plerumque* *spiraculis* *perforatam*, in qua *Semina* *numerosa* & *minutissima* *continentur*, *placitis* *adherentia*. *Species* *multæ* *sunt*; *sed* *Officinales* *duæ*. *Prima* est *Papaver hortense*, semine albo, sativum Dioscoridis, album Plinio C. B. de quo *hic*; *secunda* est *Papaver erraticum*, majus, *poide* Dioscoridi, Theophrasto, Plinio C. B. de quo *max*. *Prima* *species*, seu *Papaver album* *Officinarum*, *amaro* *lacte* *turget*, atque *odorem* *spirat* *virosam* & *καρπασακχόν*: *Caulis* *erigitur* *cubi-*

CCXXXVIII. PAPAVER ERRATICUM.

Mixta pias, Poias, Papaver fluidum, Papaver rubrum, Germ. Klapper-Rose, Korn-Rose, Jeldmag-Samen, Grind Mogen. Gall. Pavot sauvage.

Est (Majus. Hoc Officinarum est. Minus. Inusitatum.

Dicitur Papaver erraticum, Matth. Cord. in D. Lon. Dod. Cast. Tab. Papaver erraticum primum, Fuchs. Papaver Rhœas, Lob. Germ. Papaver Rhœas, sive flore caduco puniceo, Lob. icon. Papaver erraticum majus C. B. 10. inter species Papaveris.

Crescit in arvis, juxta vias ac inter segetes. Floret Majo, Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores.

Vires. Refrigerat validè, somnum conciliat, dolorem fe-

dat, Usus præcipui in Febribus, Pleurosi, (cui specificè prod- est,) Anginæ, aliisque Morbis (imprimis Pectoris) refrigeratione opus habentibus. In inordinato Mensum fluore (in- sulis Floribus in Spiritu Vini). Extrinsecus sunt, qui Herbâ Hepati impositâ, Hæmorrhagiam Narium sistere conantur, quam vim & Radici adscribunt.

N. Galenus Semen multò frigidius esse ait, quàm Semen Papaveris sativi, unde & internam ejus usum interdicit.

P R E P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Floribus. (*Tinctura ex Floribus*.)
2. *Syrupus*. Ex infusione Florum triplici.
3. *Conserva*. Ex Floribus.
4. *Extractum*. Cum propriâ Aquâ acuatâ Spiritu Sulphuris. *Quercet. Pb. Rest. cap. 26.5.*
3. *Acetum*.

CCXXXIX. PA-

Hæc de Papavere sativo; sequitur

CCXXXVIII. PAPAVER ERRATICUM. *Papa-* ver erraticum seu *Papaver Rhœas*, ita dictum à *pia fluo*, quòd Flos citò decidat, Germ. *Klatschrosen*. Conspirat ferè in multis cum viribus *Papaveris sativi*, sed longè mitior, & multò exilior est, quàm prior, præprimis in vi aliquali *sulphureâ*, *soporiferâ*, *anodynâ* & *stupefactivâ*.

In usu sunt ejus Flores imprimis: qui præter vim hanc moderatè soporiferam & anodynam (unde hujus ratione *Preparata* ejus æquè ac ista ex *Papavere simplici* usurpari possunt), egregiè quoque conferunt in Sanguine grumoso dissolvendo, & *Æstuationibus* Corporis temperandis, aded ut nulli in hoc puncto cedant, & in extinguendis omnibus Inflammationibus *Erysipelacis*, externis & internis, quancunque ratione usurpari; adeoque in specie in Inflammatione partium internarum cum Febribus acutis junctis, v.g. in Anginâ, in Pleuritide, Hepatitide, Peripneumoniâ, in quibus non datur præstantius Remedium: item in Febribus Petechialibus, Nephritide, Hepatitide, Inflammatione Uteri, Lienis &c. idque ob Mucilaginem suam, quæ potenter solet temperare ac corrigere Acidum volatile, specifico sapore in Inflammationibus ejusmodi plerumque peccans. Hinc *Infusum Florum Papaveris erratici* cum pauxillo *Spiritus Sulphuris* acidulatum inservit pro *Julapio* in Febribus Ardentibus ad *Æstum* & *Sitim* temperandam: v.g.

Æ. Flor. Papav. errat. p. iij.

Irrorentur *Spiritu Sulphuris per campanam*, vel *Oleo Sulphuris* (quod idem est, uti postmodum patebit) affundatur s. q. *Aquæ Flor. Papav. erratici*, stent in loco calido per aliquot horas, & ita brevi pòst, colorem rubicundum acquirunt: *Colatura* addatur

Syrup. Papaveris erratici q. s. pro grato sapore, & simul parum de *Syrupo Jujabino*, si lubet.

D. S.

Julapium Refrigerans contra Pleuritidem.

Pertinet hæc *Julepus Antipleuriticus extemporaneus*, seu *Tin-*

ctura Florum Papaveris rhœados: similis vid. apud *TIMÆUM* in *Casu* 3. & 9. p. 83. & 93. Potest etiam fieri talis *Julepus* ex *Folitis Cyani*, *Calcatrippæ*, *Aquilegiæ*, *Bellidis* & similibus, pro varietate Affectûs.

Externè Flores recentes Fronti & Temporibus applicati in compescendâ Cephalalgia experti sunt. Plura de horum usu videbitis in *WILLISIO Pharm. Rational. Vol. 1. pag. 323.*

2. 4. Prostat quoque *Succus*, *Syrupus*, *Extractum succosum*, *Pulvis*, *Aqua destillata* à novis Floribus sæpius cohobata, &c. quæ imprimis in Casu ab alto, Pleuritide, Peripneumoniâ, &c. nequeunt satis extolli.

1. *Aquæ* usum polychrestum videbitis in *VERULAMIO Hist. Vita & Mortis pag. 97.*

Sic *Tinctura Papaveris erratici* extemporanea cum *Spiritu Vitrioli* & *Pblegmate Vitrioli* paratur, quæ imitatur in multis *Tincturam Florum Bellidis*, imprimis ratione virtutis ejus, in Sanguine congrumato dissolvendo, Anginâ, Pleuritide, & aliis Inflammationum generibus. Præterea etiam *Tinctura* hujus sistit Hæmorrhagiam Narium, & moderatè inducit Somnum.

3. *Conserva ex Floribus*, uti etiam *Extractum* est ejusdem usûs.

5. *Acetum Florum Papaveris erratici* commendatur contra Pleuritidem & Pestem, miscerique solet inter *Potiones* & *Julepos Antipleuriticos*. (O)

PAPAVER CORNICULATUM.

Prostat in Horto Medico nostro *Papaver corniculatum majus*, flore luteo, ac folio laciniato. *Corniculatum* dicitur, quòd Capsulæ ejus seminales non sint rotundæ instar reliquorum Papaverum, sed instar *Cornuum* oblongorum efformatæ.

Planta est speciosa, ac quæ curiositatis tantùm atque ornatûs gratiâ in hortis colitur. An usu ac viribus cum reliquis Papaveris speciebus conspiret, res est incerta, imprimis deficiente Experimentiâ. (P)

CCXXXIX. PA-

bitali, *Folitis laciniatis glaucis ornato*: Flores albi (nonnunquam varii) *imbriati*, quibus *Capita* (rudia) succedunt, *Semen album* (nonnunquam varii coloris) *cominentia*. De ejus viribus satis *Autores nostri*.

(O) Papaver verò erraticum, majus, Rhœas Veteribus dictum, inter reliquas species, Flore puniceo, & valdè caduco, insigne est: *Semina nigra vel fusca*: *Folia Bursa pastoris modo incisa*, succum fundentia lacteum, atque viroso odore ingrata. Hujus *Plantæ* Flores, quibus plerumque utimur, visciditatem quandam præferunt, & coruleam papaverum parùm rubesciunt, non secus ac solutio *Opii*. Id nos credere cogit, in illis *Sal* contineri *Opio* valdè analogum: verùm in *Opio Sal* hoc, quod proximè accedit ad *Sal ammoniacum*, multo *Oleo fetido* permixtum est; in *Rhœade* verò multò minus *Olei* continetur, sed multum viscidum *Pblegmatis*. Hinc *Papaveris erratici* Flores *paregorici* sunt, & ad *anacatharsim* movendam apti, in Rheumate, & *Tussi* sicca: *Hæmorrhagias* sistunt, & blandè sudorem movent. Exhibetur *Aqua ex Floribus destillata*, ab *z. iij. ad z. vj.* *Tinctura triplici* & *quadruplici* *Florum infusione* parata, addito etiam *Saccharo*, in *Morbis Pectoris ad cyathos* propinatur. In sicca *Tussi* hoc paratur *Decoctum*: *Bulliant Radic. Bulgossi* & *Graminis ana z. iij. in Aquæ lb. jv. fervidum Decoctum affunde* *Flor. Papaver. errat. z. j.* & *Capit. Papav. albi* minutim *incis. z. iij.* sed *Sacculo inclusis*, ut exprimi *Decoctum* possit ad usum.

(P) *Papaver corniculatum*, quum veris *Papaveris* characteribus destituatur, meritò in novum Genus erigitur à *Tournefortio*, quod *Glaucium* vocat, nomine quo *Plinius* *Papaver corniculatum* appellavit. *Plantæ Genus* est *Glaucium* flore quidem rosaceo, sed *pistillum* ab it *Siliquam longam*, seretem, unicapsularem, *Seminibus* fetam. *Glaucium* flore luteo T. quod est *Papaver corniculatum*, luteum, luteo, amaro, ac viroso succo prægnans est. *Folia* crassa, *birsuta*, profundius *incisa* & *sinuata*, *glaucæ* & *pinguia*, *hyeme* perennantia: *Caulis* æstate *assurgit robustus*, *geniculatus*: *Flores* lutei *Papaveris*, *tetrapetali*, in *Siliquam* *Fœnugræci*, sed *obtusè acuminè*, *abeunt*, *nigris* *Seminibus* *fetam*. *Dioscorides* *Plantam* hæc *diureticam*, *Galenus* *vulnerariam* facit: sed *hic* advertit, eam non esse *adhibendam* nisi ad *Ulcerum luxuriantem carnem exedendam*. In *Lusitaniâ* tamen, testante *Tournefortio*, *iis* qui *calculo* *abnoxii* sunt, *Vini* *albi* *cyathum*, in quo *semipugillum* *Foliorum* *Glaucii* *contusorum* *infuderint*, *potandum* *exhibent*. In *Gallo-Provincia* frequens est eorundem *contusorum* *Foliorum* *usus* ad *Ulcerà*, & *Equorum præsertim* *Vulnera*.

CCXXXIX. PARIETARIA.

E λξίον, Parietaria, Urceolaris, Vittraria, Herba muris. Germ. *Tagund-Nacht*, *S. Peters-kraut*, *Glasz-kraut*. Gall. *Parietaire*.

Est (Major vulgaris. *Hæc Officinarum*.
Minor *Tragi*.)

Dicitur Parietaria, *Brunsf. Cord. hist. Lob. Tab. Ger. Parietaria vulgaris & major. Trag. Helxine, Matth. Fuchf. Lon. Cast. Cam. Helxine altera, Cord. in D. Perdicium, Lob. Parietaria Officinarum & Dioscoridis, C.B. 1.*

Crescit juxta sepes, muros ac parietes. Floret Julio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia.

Vires. Refrigerat & humedat parum, emollit, maturat, ex-tergit, substringit. Usus ejus internus licet rarus sit, tamen prodest in Pectoris mucilage, & hinc in Tussi, in Re-

nibus extergendis, & hinc in Scranguriâ, & Galeulo. Extrinsecus crebrior ejus est usus, isque in Tumoribus, Erysi-pelate, Ambustis, Vulneribus, & ut plurimum adhibetur in Clysteribus & Cataplasmatibus.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex integrâ Herbâ mense Julio collectâ.
(*Syrupum Varign.* laudat ad Calculum.)

CCXL. HERBA PARIS.

Herba Paris, *Matth. Dod. Cass. Ger. Paris Herba, Lon. Cam. Aconitum pardalianches monococcon, Cord. in D. Solanum tetraphyllum, Lon. Solanum quadrifolium bacciferum, seu 10. C. B. Aconitum salutiferum, Tab. Uva versa. Uva vulpina. Germ. Ein-Beer, Walffs-Beer, Augenkraut, Stierkraut, Sau-aug. Gall. Raisins de Renard.*

Crescit in sylvis opacis. Floret Aprili & Majo.

OF-

CCXXXIX. PARIETARIA. *Parietaria* è loco naturali sic dicitur, quod circa Muros ac Parietes antiquos, & rudimenta antiquarum Domuum, crescere soleat, Germ. *Tagund-Nacht*. Vocatur etiam *Parietaria Lipsiensium*, quasi à loco natali, sed male; nam & *Vittebergæ*, multisque aliis in locis, crescit. Fortè exinde Nomen hoc ipsi impostum, quod hinc *Lipsiæ* luxuriosius crescere observetur. Ex *Plantis Verstellatis* non ultima est. Propriè est *Triticæ Vaccini species*, unde rectius *Melampyrum foliis in summitate amethystinis* diceretur juxta MORISONIUM. Est vel Major vel Minor. Imprimis usitata est Major. Recipitur autem in usum Medicum genuina, id est illa, quæ in Edificiorum antiquorum, Calce & Limo constructorum, Parietibus reperitur, quippe in quibus accedente Pluviâ & Aëris Sale universali, aut Succo salino seminitroso, sustentatur, & magis diuretica evadit; alia enim, quæ in locis pinguioribus colligitur, minus talis observatur. Tota hæc Planta est ex primariis *Emollientibus*; & inter *Plantas Diureticas* non est postrema, cum non tantum abstergat Renes, & vias Urinarias purget, & Calculum promoveat, sed & copiosum Urinæ fluxum moveat; in Hydrope v. g. & aliis talibus Morbis, ubi Diuresi opus est. Notandum enim est, quod Hydrops nullâ aliâ ratione, & melius & perfectius tolli possit, quam per Diuretica, quæ Lympham peccantem per Ureteres ad Vesicam detrudent: quo igitur in casu præsens Herba singularem laudem meretur, utpote, quæ ratione Salis copiosi nitrosi temperat Renum ardores, abstergit eorum Meatus, ac Urinam potenter ciet. Præterea vi gaudet *abstersivâ* & *resolutivâ*, unde vis illi inest laxandi Alvum, & externè frequenter in *Clysteribus, Cataplasmatibus, & Fomentis emollientibus* adhiberi solet, & sic porro. In Ischuriâ seu suppressione Urinæ *Parietaria* incisa in Aquâ cocta, & hinc cum s. q. *Olei Scorpionum* in formâ *Cataplasmatibus* subigatur, & regioni Pubis vel Vesicæ imponatur: id quod ceu optimum euporion merito laudatur in Urinâ in Vesicâ stagnante; de quo videatur FORESTUS l. 24. Obs. 25. & l. 25. Obs. 8. Ejus verba sunt hæc: *Herba Parietaria cum Oleo Scorpionum experimentum est Helidæi in Ischuriâ, quod raro me fecellit &c.*

Facit etiam mentionem Ischuriæ Puerperæ ex Frigore desperatæ, in qua egregiè profuit hæc *Parietaria*, quod notatu dignum Remedium fuit hoc:

℥. Herb. Parietar. M. ij.

℞. Chærefol. M. ijs.

Incisa coque ad mollitiem; adde

Butyri recent. ℥ij.

Ol. Scorpionum ℥iij. Misce, applicetur calidè.

Nota benè: supprimuntur cum Urinâ in tali casu sæpe etiam Lochia, quod probè observandum. Videatur etiam de hoc *Parietariæ* effectu in Ischuriâ AMATUS LUSI-

Tom. IV.

(Q) *Parietaria* à *Parietibus*, quibus innascitur, nomen habet: hinc ex Aurelio Victore Constantinus M. Trajanum Augustum *Parietariæ* nomine joco appellabat, eo quod illius Statuæ, & Inscriptiones passim in Roma *Parietibus* reperiebantur, non secus ac *Parietaria*. Est *Plantæ Genus Flore apetalæ, cujus pistillum abit in Semen oblongum, in Capsulâ, quæ Calyx Floris sit, reconditum*. *Parietaria Officinarum & Dioscoridis C. B. familiarissima adeoque nobilissima Planta*, Pena & Lobelius in *Parietariâ nitrosam* saporem deprehendunt: Boyle ab eâ Sal nitro-sulfureum præberi asserit: Raius à facultate, quâ pollet, deterfivâ, illam Nitro abundare insert. Ex *Analysi chymicâ Parietaria* satis præstat *Olei, multum Salis fixi, multum Terræ, plurimosque Liquores, quorum quidam acres sunt, alii acidi: nil Salis volatilis concretæ ex hac Plantâ elicitur, sed satis Spiritus urinosi*. *Dioscoridis ætate Parietaria membræ Podagræ affectis applicabatur*. Ejus Succus diureticus valdè est, & deobstruens. *Cataplasma ex Parietariâ & Nasturtio aquatico, Vino vel Oleo Amygdalarum dulcium aut Scorpionum paratum, & Pubi calidè impositum, ad Vesicæ Ischuriam valet*. *Consusiones sanant Cataplasma ex Parietariâ, & Malvâ contusâ cum Furfure, Oleo, & Vino*. Eadem cum Aceto contrita & calidè applicata Dolores ex Enterotele promptè sedat.

TANUS l. 4. *Curat.* 10. **THONERUS** l. 1. *Obs.* 10. & **CRATO** l. 6. *Obs.* 83. 84. & 87.

Vel alio modo ad eundem Morbum ita paratur:

℞. Decoctum *Parietariæ* in Vino:

Cum *Cepis* subigatur (sive statim à coctione addantur, sive in Aceto subigantur) in formam *Cataplasmatibus*, & applicetur ad expellendam Urinam.

Item in Renum Doloribus, & Calculi torminibus solet *Cataplasma ex Parietariâ & Oleo Scorpionum* applicari Lumbis pro adjuvando Calculi transitu, & sistendo saltem ejus Dolore.

Semen Parietariæ contusum, & cum Aceto applicatum *Pedibus tumefactis*, valdè eorum Tumorem discutere dicitur à **SCHMUCK Thesaur.** 2. *Secret. Med.* 18.

In Angliâ consuetudo obtinuit, ut per *Syrupum Parietariæ*, ex Succo nimirum integræ Plantæ in muris crescentis, cum Saccharo, vel simplici vel candifato, paratum, Curatio Hydrops instituitur mediante Diuresi; sive sit *Hydrops Ascites*, sive *Anasarca*, qui tepidè & sæpè usurpatur, donec Malum remittat: sicut relatum mihi fuit à *Medicâstrâ* quâdam Anglicâ, quod *Syrupus* hic in *Hydropicorum Aquis*, per vias Urinarias educendis, præmissis præmittendis, multum præstiterit. (Q)

CCXL. HERBA PARIS. *Herba Paris*, seu *Uva Inversa*, Germ. *das Enbeerkraut*, est satis usitata *Planta*, *Folia* nonnunquam habet quinque, ut plurimum quatuor: hinc etiam ab aliis vocatur *Solanum quadrifolium*, item *Uva Vulpina*. Alii salutant *Aconitum salutiferum*, quoniam *Aconita* reliqua sunt lethifera Venena: id quod observetur, ut intelligantur *Præctici*.

Usitatæ sunt *Baccæ*, rarè *Folia*.

Internè Baccæ commendantur contra Venena, resistere dicuntur Pesti, & per Sudorem promovere Malignitatem ex vi alexipharmacâ. Quod dico de Peste, intellectum etiam volo de reliquis Morbis Malignis. Specificè convenire dicitur in comestione *Nucis Vomice*, de qua virtute videatur **GESNERUS** l. 1. *Ep. pag.* 16. *Baccæ* hæc pulverisatæ summoperè etiam laudantur ad Epilepsiam, imprimis Infantum, de qua virtute vid. **BLOCHWIZIUS** in *Anatomia Sambuci* p. 62. 67. & 68. *Baccæ* item, quoniam ferè *Pupillæ* Signaturam habent, proptereâ quidam specificè ad *Oculorum Affectus* commendant, quæ tamen Signatura est vana. Verùm internus usus est rarus. Externè verò *Baccæ* & *Herba* ut plurimum in *Inflammationibus Malignis, Tumoribus & Bubonibus Pestilentialibus* adhibetur, & in his vix habetur melius Remedium Simplex in Regno Vegetabili, sive in *Decocto*, sive sola contusa, aut cum *Fuligine* impastata *Herba* in formâ *Cataplasmatibus*. Imponatur *Bubonibus* ad maturationem & suppurationem producendam. Interdum tamen solet etiam applicari cum aliis: sic v. g. in

Bb 2

Bu-

OFFICINALIA NATIVA.

Bacca, raro Folia.

Vires. *Bacca* ac *Folia* refrigerant & siccant. Usus *Baccarum* internus est alexipharmacus in Peste, venenatis Morbis, Venenisque assumptis. (E. gr. Arsenico). Extrinsecus *Foliorum* usus est in Bubonibus pestilentialibus, aliisque calidis Tumoribus, in Paronychiâ, in inveteratis Ulceribus.

P R Æ P A R A T A.

Pulvis Saxonicus. Vid. D. A.

(N. Oleum ex granis Herbarum Paridis expressum, vel destillatum, quibusdam Oculorum anima dicitur.)

PASSULÆ UVÆ, PASSÆ, vide VITIS.

CCXLI. PASTINACA DOMESTICA.

Pastinaca est tum { Latifolia (Elaphoboscum) (Sylvestris. (minus) Sativa. (usuales) Tenuifolia. (Sativa, seu domestica. Hujus loci. Sylvestris. Hæc loci sequentis.

Bubonibus Pestilentialibus:

℞. Herb. Parid. M. ij.

Rad. Lilior. albor.

Alb. an. ℥j.

Ficuum pingue. No. ij. vel iij.

Coqu. in s. q. Olei Lilior. albor. adde

Fulig. splendens. ℥j.

Sapon. Venet. ℥vj.

Olei Aran. ℥j.

M. pro Cataplasmate.

Vel adhuc melius:

℞. Ferm. acerr. ℥iij.

Pulv. Fol. Parid.

Bufon. exsic. an. ℥j.

Ficuum pingue. ℥ss.

Misc. in Mortario c. s. q. Mellis: addendo

Fuligin. splendens. ℥iij.

M. D. S.

Externum Emplastrum, sive Puls.

De hac vi proficiat contra Bubones Pestilenciales videatur GESNERUS in *Epistolis*, raris quidem, sed elegantissimis, p. 110. item PETRUS JOHANNES FABER in *Pathologia*, cap. de Peste. Sic & ad Inflammationem & Tumorem Scroti ac Testium Folia Paridis imposita admodum laudatum sunt Remedium, non minus, quam in Inflammatione ipsius Penis, Cataplasma ex Herba virente contusa factum & applicatum, egregie convenit. Nempe Folia hæc præ cæterorum Solanorum naturâ ferè aliquod anodyni & narcotici in recessu habere videntur; unde & Æstum & Dolorem solent nonnihil refrænare. Hinc in Cancro tam exulcerato, quam occulto, seu nondum maturato, Folia hæc contusa in Mortario plumbeo, & imposita, non leve levamen adferre solent.

Succus Herbarum expressus in Affectibus Oculorum vulgò commendatur propter Signaturam Pupillæ in Oculo, quam

Estque Pastinaca Sativa

[Lutea, Carota lutea. Germ. Gelbe Möhren, gelbe Pastenach, gelbe Ruben. Gall. Pastenades jaunes. Alba, Carota alba. Germ. Weiße Pastinach, weiße Ruben. Gall. Pastenades blanches. Rubra, Carota (simpliciter.) Germ. Rotbe Ruben. Gall. Pastenades rouge, Carotes.

Videatur Pastinaca sativa 1. & 2. Fuchsf. 1. (& Elaphoboscum.) Tabern. Lon. Sativa Dioscoridis, Lob. Cord. in D. Tenuifolia (& Latifolia sativa) Dod. Ger. Pastinaca 3. Daucus staphylinus altilis & hortensis, vulgò Carota, Cam. hort. Carota ex albo flavescens (& Pastinaca domestica,) Cast. nostra lutea, Cam. Staphylinus 1. & 2. Trag. Staphylinus sativus, & Daucus domesticus, Galenus, Sifer alterum, Matth. Tab. Pastinaca tenuifolia, sativa, radice luteâ vel albâ C. B. 5.

De Rubrà vide Pastinaca Sativa 2. Fuchsf. Sativa rubens, Dod. Tab. atrorubens, Lob. Carota, Matth. radice rubrà, Cast. vulgaris, Lob. Staphylinus, 3. Trag.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, raro Herba. Radices culinariæ sunt.

Vires. Semen & Herba calfacit 3. siccant 3. Usus præcipuus in Vulneribus, Singultu, Pleuresi, Torminibus Ventris, Calculo ac Menibus pellendis. Specificum habetur ad Uteri suffocationem.

Dosis

Baccæ nigricantes habere creduntur. Sed meritò dubitatur de effectu hujus Succus in Oculorum affectibus, de quo videatur BLOCHWIZIUS loco allegato. (R)

P A R O N Y C H I A.

Est Herba, cujus virtus est tenuium partium, & exsiccans, nec mordens: Paronychias sanat. Vid. GLANDORPIUS de Paronychiâ cap. 6. p. 18. Paronychia Ruta folio ad Strumas, & Scrophulas in Angliâ adhibetur. (S)

CCXLI. PASTINACA DOMESTICA. Pastinaca domestica, Græcis Σταφυλίνα, est vel Alba, vel Rubra, vel Lutea. Pastinaca lutea, Germ. die gelbe Möhre, quæ vocatur aliàs etiam Daucus, est vel Latifolia, vel Tenuifolia. Latifolia Græcis dicitur Elaphoboscum, Germanis Hirsch Pastinack. De differentiis ejus videatur TABERNEMONTANUS.

Radix ejus quibusdam in usu est culinario; apud nos verò nec Culinis, nec Officinis nota. De Pastinacâ Tenuifolia in Officinis usitatum est imprimis Semen & Herba.

Omnes Pastinacæ seu Apii species diuretici sunt: præprimis Semen luteæ ferè convenit cum virtutibus Seminis Dauci: unde cum Semine Dauci specificè commendatur ad Suffocationem uterinam arcendam; Carminativum enim est, & Flatus quoscunque pellit. Sanè in Ischuriis etiam desperatis Succus Pastinacæ luteæ recens expressus ad aliquot Cochlearia mirè opitulari solet; novi enim Exempla Ischuriæ desperatæ mediante hoc Succo expresso curatæ, Remediis aliis irritis: sine acrimoniâ insigni Urinam pellit, seu ut HELMONTIUS loquitur, Renes quasi consolidando, acre illud potiùs demulcendo, quod Ischuriam excitabat, prodest. Aliàs rari usus est hæc Planta.

Pastinaca alba convenit cum Apio, & imprimis propter vim diureticam extolli solet: Menses ciere creditur. Aliàs in

(R) Inter omnes Plantas Floræ cruciformi sola Herba Paris est, cujus pistillum abit in Fructum mollem: hic autem ferè globosus est, in quatuor loculamenta divisus, ac Seminibus factus oblongis. Unicam hujus Generis speciem agnovit Tournefortius, estque Herba Paris Dodonæi. Hæc Radicem habet senuem, geniculatam, repentem: Caulem teretem, bipalmarem, maculis variatum: Folia in summo quaternaria, rugosa, infernè splendentia: Flos insidet singularis, ex quatuor acuminatis viridantibus petalis compositus (quidam Calycis quatuor Foliola his petalis addunt): huic Bacca succedit atro-purpurea Seminibus facta. Falsæ hujus Plantæ descriptiones fecerunt, ut illa pro Aconito Pardalianche Dioscoridis haberetur. Cæsalpinus Herbam Paris ad Maniam valere scribit, si ejus Pulvis ad semi-cochlear per viginti dies jejuno stomacho assumatur. Pena & Lojelius ex eâ Antidotum parant pro Canibus, qui Arsenicum vel Sublimatum corrosivum, aut Arsenicum cum Nuce vomicâ devoraverint. Formula hæc est ℞. Rad. Angelicæ Bohemicæ, sylvestris, Vinceroxicæ, Valerianæ maj. Polypodii, Althææ, & Urticæ ana ℥jv. Mezerei Germ. ℥ij. Herbarum Paris plantas No. xxxvi. Baccas ejusdem No. xxv. Radices macerentur Aceto, exsiccentur deinde, & in Pulverem cum reliquis redigantur. Pulveris dosis est ad ℥ij. in Vino.

(S) Paronychia à Morbo Paronychiâ, seu Abscessu dolorosissimo, vulgò Panaritium, ad radices Unguium (quæ Æroces dicuntur) nomen desumpsit. Raius in Historiâ ad Polygonum refert; in Methodo verò Genus peculiare facit Paronychiam. Plantæ Genus est Floræ apetalæ, cujus pistillum abit in Semen orbiculatum, in capsulâ quasi pentagonâ, quæ Calyx Floris fuit reconditum. Paronychia Hispanica, quæ vulgatio, pulchra est Plausula, Caulibus vix palmariis per terram factis, nodosis, junceis spargitur: his Propagines unciales adherent, inter quas Flosculi apetalæ, Herniarie Floribus similes, emicant. Quæ ab Ettmullero hic recensetur Paronychia Rutæ folio, seu Paronychia rutaceo folio Ger. vulgò dicitur Sedum tridactylites tectorum C. B.: at hoc juxta Methodum est Saxifraga verna, annua, humilior T. Hæc ea Planta est, quam Cl. Boyle in Cerevisiâ per aliquot dies potam, absque ullâ evacuatione sensibili, Scrophulis mederi ait.

Dosis Seminis ʒj.

N. Rarè Planta hæc in Officinas infertur.

CCXLII. PASTINACA SYLVESTRIS.

Pastinaca tenuifolia sylvestris Dioscoridis, vel Daucus Officinarum, C. B. 1. Daucus agrestis, Galeni. Daucus vulgaris, *Clus. bist.* Pastinaca erratica Plinii, *Fuchf. Cord. in D. Tab.* Staphylinus sylvest. *Trag.* Pastinaca sylvestris, *Matth. Lon. Cast.* sylvestris tenuifolia, *Dod. Ger.* sylvestris genuina Dioscoridis, *Lob. Pastinaca 4. Cam. Germ. Bogels-Nest.* Gall. *Racine de Panais, Carote ou Fastinet sauvage.*

Creſcit paſſim locis campeſtribus ficcis & arenofis . Floret Julio, & Auguſto.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, rarè Radix & Herba.

Vires. Eisdem prædita est viribus, quibus *Daucus Creticus*, eujus quoque loco in Compositionibus adhiberi commode

potest. Semen calefacit & siccatur. Radix paulò imbecillius, Herba adhuc minus; attenuat, aperit. Usus præcipui in Tussi, Pleuresi, Stranguriâ, referat Epar, Lienem, Uretes, ciet Menfes, & motas sedat Matricis suffocationes, stimulat Venerem. Extrinsecus convenit Radix in Pessariis, exficcat Herba Catharos (in Lotionibus Capitis), & Partum promovet (in Suffitu.)

P R E P A R A T A.

1. *Confectio. Seminum.*
2. *Aqua stillatitia.* Ex totâ Herbâ cum Floribus ac Radicibus Julio collectâ.

3. *Oleum stillatitium.* Ex Semine.
Vires. Coercet Serositatum affluxum ad Articulos vulneratos.)

CCXLIII. PERFOLIATA.

Perfoliata vulgatissima, seu arvensis, C. B. 1. Perfoliata, *Brunsf. Matth. Fuchf. Dod. Gord. in D. Lon. Tab. major,*

in Medicinâ rari usûs est hæc Planta .

Pastinaca rubra in specie dicitur *Carota* . (T)

CCXLII. PASTINACA SYLVESTRIS. *Pastinaca sylvestris* facillè cognoscitur in *ſimbritis* suis sub *Flore instar Coronæ illum ambientis* .

Ex hac Officinæ cognoscunt totam Plantam, quæ convenit cum *Dauco Cretico*, non secus ac *Pastinaca domestica lutea* cum *Dauco nostro*; unde etiam solet esse Succedaneum ejus in Compositionibus quibusdam theriacalibus. Nobile diureticum est, præsertim Calculi præservativum, & Renum absterſivum & mundificativum; unde *Cerevisiæ* cum *Dauco* medicatæ contra Calculum & Scrophulas singularis sunt effectûs: videatur CHARLETON *de Spiritu Gorgon. p. 177.* item HELMONTIUS *de Lithiâ c. 1. §. 19. p. m. 15. c. 7. §. 14. p. m. 59. & c. 8. §. 23. p. m. 73.* Ulteriùs Internè & externè solet convenire in Affectibus Mulierum, tam in Partu difficili, quàm etiam in Mensium & Lochiorum vitiiis, utut pro his, uti *domestica*, rarioris sit usus, WILLISIUS *Tract. de Animâ Brutorum P. 2. c. 10.* dicit, quòd habeat vim Delirium introducendi. (V)

Datur etiam *Lignum exoticum* ab Autore neglectum, quod vocatur

LIGNUM PAVANA.

Hoc apud Modernos in usu est creberrimo. Scripserunt de eo ACOSTA *in Descriptione Rerum exoticarum: vid. de eo imprimis BAUHINUS Hist. Plantar. Tom. 1. lib. 3. p. 342.* qui vocat *Lignum Moluccense*. Conferatur JONSTONIUS *lib. de Arbor. 9. cap. 6. articul. 2. fol. 458.*

Notum, uti dico, est apud Modernos, commendatur specificè contra Paralyſin, & Affectus Paralyticos, & quidem tantùm in Paralyſi, quæ fit ex laxatione Tendinum, & Nervorum motui intervientium, & Liquore seu Lymphâ acidâ subtili, quæ coagulat Spiritus Animales, & in Aquam resolvit: in tali casu *Decoctum Pavanae* Remedium est expertum, per Sudorem expellendo ejusmodi humiditates, & Membro restituendo motum: valde commendat hoc LINDANUS *in Collegio privato super Praxin Hartmanni*. Re petitur aliquoties, & non sine successu Paralyticis propinatur. (X)

CCXLIII. PERFOLIATA. *Perfoliata* ita dicitur ad differentiam *Perforatæ* (de quo vide *suprà* sub *Hyperico*) quoniam illius *Gaules perforant* Folia. *Plan-*
ta

(T) *Magna est inter Botanicos confusio in Pastinacæ speciebus à speciebus Dauci discernendis.* Tournefortius *evaderem desumit à Fructû, seu Seminum, magnitudinis & figurâ.* Daucum igitur reponit inter Plantas *Flore umbellato, gemina autem illius Semina exigua sunt, & villis ciliorum æmulis instructa & cinâ.* Pastinaca verò *Plantæ Genus est Flore item umbellato, sed cujus gemina Semina ovata sunt, ampla, tenuia, marginata, involuorum plerumque deponentia; additque Folia alata & ampla.* Sub hoc Genere reponit Pastinacam sativam, latifoliam C. B. quæ est *Elaphoboscum Tabernæmontani, atque item Pastinacam sylvestrem latifoliam C. B. quæ quibusdam etiam dicitur Elaphoboscum, quòd fama sit, hoc pabulo Cervos resistere serpentibus.* Pastinacas verò *dicitur tenuifolias, tum sativas, Carotas appellatas Radice luteâ, albâ, rubrâ, &c. tum sylvestrem (de quâ num. seq.) comprehendit, ratione characteris, sub Genere Dauci, de quo suo loco dictum.*

(V) Pastinaca hæc tenuifolia, sylvestris Dioscoridis, vel Daucus Officinarum C. B. est Tournefortio Daucus vulgaris Clusii, quem J. Bauhinus, Staphylinum Græcorum putat. Daucus hic Pastinacæ sativæ (hoc est Dauci sativi) tenuifoliæ, ex J. Bauhino, faciem aliquo modo representat: Radix tamen minor est, & acrior: Caudales sesquicubitales, striati, hirsuti, in alas divisi: Folia minutim dissecta, atrovirentia: Flores in umbellâ candidi, sed umbilicus ruber: Semina brevina, striata, hirsuta: demum convoluta Umbella ceu Avicula nidum efformat. Hujus Plantæ Semen diureticum est, aperitivum, antihystericum: Semini Dauci Cretici vulgè substituitur.

PAREIRA BRAVA Radix est Brasiliæ (nascitur quoque in Mexico) sic à Lusitanis appellata, quasi diceret Vitem sylvestrem vel spuriam: incolis Botou vel Botoua. Eam à Lusitaniâ in Galliam primus asportavit Dñus Amelot: naturam & vires, quas ad Cælum evexerant Lusitani, ad trutinam revocavit Cl. Geoffroy, anno 1710. Duæ videntur esse Radicis Pareira Brava species, colore solum discrepantes: prima usitator fusca est extrinsecus, intus verò ex fusco flavescens; altera alba extus est, intus flavo citrina: utraque dura est, sed spongiosa & rare substantiæ: si gustu probentur, amaritatem præ se ferunt, sed levi dulcedine mistam, ut Glycyrrhiza: ad pollicis demum crassitatem utraque pertingit. Præcipuum in Colicâ Nephriticâ Radix hæc usum habet: non quòd calculum in Renibus vel Vesicâ jam compactum frangat, sed quia tenacem materiam atque Sabulum dissolvit, & ne Calculi rudimenta coalescant, prohibet, eaque cum Urinâ eliminat. Dñus Geoffroy in Renum & Vesicæ ulceribus, quorum occasione Urinæ purulentæ, viscidæ, & mucis sætæ gustatim mingeantur, propinavit: hinc eadem fluxilior reddita, & addito Balsamo Copaibarum Ulcera quandoque persanata. Quum igitur tantam vim viscidæ tenacisque materis incidendi in hac Radice inesse deprehendisset laudatus Autor, analogiâ ductus, illam in Asthmate materiali, & Isteritiâ, Morbis à crassitie humorum pendentibus, adhibuit, & non sine felici successu. Dosis Radicis Pareira Brava sunt ʒij. minutim incisæ, atque in ʒij. Aquæ ad tertie partis consumptionem decoctæ. Colatura in tres Cyathos dividitur, calidè ad modum The sumendos, addito parum Sacchari. Calculo obnoxii, ab eodem præservantur, si singulis mensibus per octiduum, eâ radice utantur dosi gr. xxjv. per decoctionem ex Aquâ. Exhibetur quoque & in pulverem redacta ad gr. xij. & xvij.

(X) Lignum Pavana dictum, est quod Ligni Moluccensis nomine venit apud Autores. Arbor est Mollucanis domestica, mali Cætoni magnitudine, Foliis Malvam vulgarem, Fructû Avellanæ referens, sed cortice molliore & nigricante. Quamquam Ettmullerus scribat, bujus Ligni usum creberrimum esse apud Modernos; Lemery tamen ait, rarissimum esse in Galliâ: imò Acosta refert, Arborem illam in Hortis à Moluccanis seri & colit adedè diligenter, ut peregrinos ne ad ejus quidem conspectum admittant. At præterea Ettmullerus Lignum hoc specificè valere adversus Paralyſin, quam solvat sudorem pellendo. At Scriptores alii, qui de ejus viribus scribunt, ne verbum quidem de vi sudoriferâ, nec de Paralyſi faciunt: dicunt tamen Lignum Moluccense ad dimidium scrupulum exhibitum valde catharticum esse, ad minorem verò dosim propinatum omnibus Venenis resistere.

gor, *Trag.* Perfoliatum vulgare flore luteo, folio umbilicato, *Lob.* Perfoliata vulgaris, *Ger. Germ. Durb Wachb, Bruch Wurtz.* Gall. *Perfoliate, Persefëille.*

Creſcit in locis ſabuloſis. Floret Junio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia & Semen.

Vires. Calfacit & ſiccatur, (amari ſaporis) Vulneraria eſt. Uſus præcipui in Vulneribus recentibus, Enterocelis (imprimis Umbilici) tumidis Artubus (Exoſtoſi *Uberbein*) Strumis, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus adhibere volupe ſit.

P R Æ P A R A T A.

Aqua ſtillatiſſima. Ex integrâ Herbâ florente.

CCXLIV. MALUS PERSICA.

Perſicus, *Brunſf.* Perſica, *Fuchſ.* Cam. Perſica Malus, *Lob. Tab. Ger.* Malus Perſica, *Dod.* Perſica Arbor & ejus 1. genus, *Trag.* Perſica molli carne, & vulgaris, viridis & alba, *C. B.* 1. Perſicus alba & popularis, *Lon.* Perſica viridis & alba, *Matthiol. Caſt.* Germanicè *Pferſich-Baum.* Gall. *Pefchier.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia, Flores, Nuclei, Fruſtus, ſed raro, quippe hi facile putrefcunt.

Vires. Fruſtus (Mala Perſica, Arab. *Sanch,*) refrigerant & humectant 2. nutrimenti ſunt pauci, facileque putrefcunt. Verùm initio paſtus laxant Alvum. Exſiccata conſtipant,

laudanturque in fluxu Alvi, &c.

Flores, Folia, ac Nuclei, calfaciunt & ſiccant, abſtergunt. Uſus præcipuus (*Florum*) in Lumbricis Infantum, in Alvi laxatione, Meſenterii obſtructione, Seri purgatione, & ſim. (*Nucleorum*) in Diureticis ac Lithonripticis, in obſtructione Epatis, ardore Stomachi. Extrinſecus adhibentur crebrè in Emulſionibus Dolori Capitis dicatis, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Conditio Fruſtus.* Subtrahitur ſc. exterior Cuticula, hinc condiuntur 1a.

N. Aptiora ad condituram cenſentur Mala minora, quàm præcocia.

2. *Aqua.* Ex Floribus.

N. Alvum Infantum lubricam reddit. Lumbricoſque educit.

3. *Aqua Diuretica.* Vide lib. 2. c. 38. *Aqua Diuretica ex Nucleis.*

4. *Syrupus de Floribus Perſicæ.* Fit ex iteratis inſuſionibus, ut Syrupus ex inſuſione Violarum.

Vires. Bilem, ac ſeroſos Humores educit, Meſenterium reſeruat, Vermes enecat.

Dofis ad ʒij.

5. *Conſerva Florum Perſicæ.*

6. *Oleum.* Fit expreſſione.

Vires. Sedat Aurium, Hæmorrhoidumque dolores ac Tumores, Colicos juvat (aſſumptum.)

Ma-

ta eſt ſatis uſitata in Officinis, Græcis autem pariter ac Latinis incognita fuit. Germanis dicitur *Durb VVachs,* item *Bruch kraut,* ab uſu ejus primario, quem habet in Herniis curandis.

Certè in Curis Herniarum, imprimis Enterocelas, ſive illa ſit in Scroto, ſive in Umbilico, uſitatiffima eſt, quam vim ex Signaturâ, qua *Perfoliata* repræſentat Inteftina perforantia Peritonæum, quidam deducere conantur, ſi nimirum vel internè *Pulvis Radicis,* ſive ejus *Eſſentia,* ſive *tota Planta* cocta, cum *Vulnerariis* propinetur; expertiffimum enim eſt *Vulnerarium,* & vix datur *Vulneraria Potio,* in quam non ingrediatur *Perfoliata;* vel externè in formam *Cataplaſmatis* redigatur, & loco hernioſo imponatur. Conferatur PAULI in *Quadripart.* Botan. p. 426. ubi *Cataplaſmata* habet ex *Perfoliatâ* & *Herniariâ,* cum paucis aliis, contra Hernias Puellorum experta. Præter hunc uſum, vix alium in Officinis obtinet. Interdum extremitatibus Pedum in illorum Tumore, vel poſt Morbos chronicos, vel ab Hydropè incipiente, applicari ſolet *Herba contuſa* cum ſucceſſu.

Inter *Preparata* proſtat *Aqua* in Officinis, & proſtare etiam deberet *Eſſentia* pro uſu interno.

Succus eſt frequens in *Unguentis* & *Balsamis Vulnerariis.* (T)

CCXLIV. PERSICA MALUS. *Perſica Malus* Arbor omnibus nota, cum ſatis ſe commendat *Florum* & *Fruſtus* gratiâ, qui in uſu ſunt.

Quod attinet *Fruſtus,* potiùs illi ſunt Culinæres, quàm Officinales, & parùm vel nihil proſtat de illis in Officinis, nec diu poſſunt aſſervari; quoniam ſunt adeo ſucculenti, ut propter facilitatem fermentationem & putrefactionem, facile Diarrhœas excitare ſoleant, præfertim iis, qui ſunt Stomacho debili.

Quod attinet *Flores,* habent vim laxandi Alvum, quæ ſe exerit in educendo Humore tenui & fluido; unde inter *Hydragoga* referuntur. Unde etiam ſunt, qui recipiunt *Flores,* eoſque inſundunt in *Vinum* vel *Serum Lactis,* & *Inſuſio* ſiſto pro *Purgante* tempore vernali commode utuntur; moderatè tamen laxat & purgat ſine ingenti moleſtiâ & torminum cruciatu: & mirum, illos habere vim purgantem, cum nihil in totâ Arbore ſit, quod purget: Serum certè eliciunt ſine omni dolore & torminibus. Lumbricos etiam, ſi quid aliud, enecant, & potenter expellunt, inſuſi *Vino,* & propinati Infantibus, & aliis, illis conſiſtatis. Propter eâ etiam ſunt, qui recipiunt *Folia Perſicorum* cum *Felle Tauri,*

exque his duobus faciunt *Cataplaſma,* quod applicant decreſcente Lunâ Umbilico pro ejiendiſ moleſtis Lumbricis.

Deſtillatur ex his *Floribus Aqua,* quæ purgat & imprimis adhibetur pro expellendis Lumbricis Infantum, quod etiam facit *Succus ex Floribus* expreſſus. Pro externo uſu poſteſt etiam fieri *Epithema* in Dolore Capitis, in Agrypniâ ſeu Somno deficiente; v. g.

ʒ. *Aqua Flor. Perſic.*

Chamomil.

Verben. an. ʒj.

Laud. opiat. gr. vj.

M. D. S.

Cataplaſma externum ad Caput.

Ex *Floribus* hiſce rorulentis, id eſt, Kore adhuc madentibus, per ſequentem inſuſionem paratur etiam *Syrupus,* qui blandè laxando leniſſimè Alvum ſtimulat, purgando Serum, & lymphaticam materiam in Alvo contentam, ut & Lumbricos ad ʒij. aliquoties propinatus. Podagricis etiam plurimum conferre pro evacuando Acido noxio, dicit CARDANUS in *Scriptis.*

Conſerva ex Floribus loco Vehiculi cum *Mercurio dulci* miſta, eſt Remedium in pellendis Lumbricis egregium.

Nuclei Amygdalis ſimiles ſunt, & internè contra Calculum, & pro uſu diuretico laudantur, ad quem ſcopum & *Emulſiones* inde fiunt. Unde & *Pulvis Nucleorum Perſicorum* pondère ʒj. in *Vino albo* tenui ſpatio novem dierum aſſumptus, longâ Experimentiâ probatum, quod mirè à Renum Calculo liberet. A SOLENANDRO l. 1. *Conſt.* 15. commendantur 10. vel 12. jejuno ventriculo, præſervationis gratiâ à Calculo.

Prætereâ & externè vim anodynâ habent, unde *Emulſiones* exinde fiunt cum *Aquâ Nymphææ,* vel cum *Aquâ Verbenæ* ad Cephalalgiam ex cauſâ frigidâ, & ad Agrypniam ſeu deficientem Somnum, addendo, ſi lubet, ana *Semina Papaveris albi.* Contra Dolorem Capitis *Emulſio* poteſt eſſe talis:

ʒ. *Nucl. Perſicor.* ʒij.

Sem. Papav. albi ʒij.

c. f. q. *Decoſt. Rad. Rbodæ* t. l. a. Emulſio: cui addantur

Pulv. Zedoar. ʒij. M.

In Agrypniâ verò, ſeu Somno deficiente, fieret talis *Emulſio:*

ʒ. *Nucl. Perſicor.*

Sem. Papav. albi an. ʒij.

Hyoſc. albi ʒj.

c. f.

(Y) Non tam Perfoliata vulgatiffima Officinarum, quam reliquæ Perfoliatæ ſpecies, ad Bupleuri Genus ex Tournefortio reducuntur: characteres enim univerſos habent Bupleuri. Hoc autem Plantæ Genus eſt Flore umbellato cujus bina Semina exigua ſunt, oblonga, hinc gibba & ſtriata, inde plana: prætereâ Bupleuri ſpecies Falſa ſimplicia habent, alternè in Caulibus poſita. Perfoliata, inquam Officinalis, & Dodonæi, eſt Bupleurum perfoliatum, rotundifolium, annuum T. Hoc unicam, pollicarem habet Radicem, albam, parùm capillatam: Caulem ſesquicubitalem, teretem, ſtriatum, cavum, Folia ſingula ſingulis appoſita, ex rotundo ſublonga, tranſadigentem: tribus Foliolis inſident Floſculi umbellati ſublutei, quibus Semina ſuccedunt oblonga. Cataplaſma ad Exomphalon Sim. Paulli, de quo Autor hic, ſic habet: ʒ. Herbæ Perfoliatæ cum toto M. j. Auriculæ Muris, Herniariz, Plantaginis, Muli, Acaciæ German. an. M. ʒ. in ſuff. quant. Vini rubri L. A. coquantur ad Cataplaſmatis conſiſtentiam.

Malus Persica Armeniaca est. { Major. Baracocca, *Cas.*
Minor. Præcocia, *Brunsf.* Persicus Armenia præcox, *Gesn. Germ. Marollen, Manne-laucken. Sommer-Kersich. Gall. Abricoss.*

Vires Mala hæc melioris sunt nutrimenti quam Mala Persica, Cordialia putantur, & inter Bellaria confectio pastu apponuntur. Oleum è Nucleis Persicis expressio æquale,

CCXLV. PERSICARIA.

Persicaria { 1. Mitis, maculosa, & non maculosa.
est C. B. { 2. Urens, Hydropiper. *Hoc Officinale.*
{ 3. Angustifolia.
{ 4. Minor, Pulicaria pumila.

c. f. q. *Aqua Hypnot. Doracrell. f. l. a. Emulsio,*
D. S.

Externa Emulsio.

Ulterius parari solet ex Nucleis hisce *Oleum per expressio-*
nem, quod *Oleum* singulare arcanum est in Affectibus Au-
rium, imprimis quidem in Vermibus Aurium eliciendis,
item in Dolore, Surditate, & Tinnitu Aurium; idque ma-
gis, si misceatur cum *Oleo decoctionis Colocynthis*, quod mi-
re etiam commendatur in Aurium Affectibus. Idem *Oleum*
etiam Temporibus illitum admodum conducit in Agryp-
niis & Doloribus Capitis, unde sapius solet ingredi *Un-*
guenta & Olea in Cephalalgia usitata; verbi gratia *Lini-*
mentum contra Dolorem Capitis potest fieri tale:

℥. Olei expr. Nucl. Persic.

Sem. Papav. an. ʒj.

Succ. inspiss. Verbena ʒiʒ.

M. f. l. a. Linimentum;

quo Vertex & Tempora illinuntur.

Dn. D. LANGIUS *Oleum ex Nucleis & Floribus composi-*
tum frequenti in usu habuit ad omnes Aurium Affectus,
Surditatem imprimis, Obstructionem & Dolorem Aurium,
quod sequenti modo paravit:

℥. Oleum ex Nucleis expressum.

Huic infundantur

Flor. Persic. recent. q. s.

stent in digestionem in loco calido per aliquod tempus;
post per Linteum colentur: *Colatura* rursus fiat ali-
quandiu, ut Fæces secedant.

Lapidosi eorum Cortices pro scopo diuretico laudantur,
non secus atque *Lapilli Daſylorum & Mespilorum*, è quibus
chymicè *Spiritus acidus*, & *Oleum Empyreumaticum* elicitor
igne aperto; quæ *Spiritus & Oleo Lignorum* similia sunt, &
rectificata egregie Calculum pellere dicuntur. Unde con-
stat, quod ejusmodi Lapilli & Cortices nihil aliud sint
quam Ligna duriuscula, quæ continent & ambiunt Nu-
cleum. (Z)

CCXLV. PERSICARIA. *Persicaria* aliàs *Hydropiper*
vocatur, quod acre sit & causticum instar
Piperis. Ordinariè in officinis *Persicaria* dicitur ob Foliorum
figuram, quæ *Flores Persice* imitatur, Germanis *Wasserpfeffer*,
quod acrem & penetrantem habeat saporem, & nihilomi-
nùs tamen in locis uliginosis crescat; item German. *Flob-*
kraut, quod ejus præsentia Pulices abigantur: autore PA-
RACELSO vocatur *Wasserblut*, quia Maculas rubicun-
das in Caule habet.

Plures dantur Species, tum *Hydropiper maculosum*, cum non
maculosum, utrumque Majus: datur etiam Minus: item *Acre*
& *Mite*. In usu tamen est *Persicaria acris & urens*, sive ma-
culosa, sive non maculosa fuerit. Convenit saporem cum
Nasturtio, Piperitide & Flammulâ Jovis; unde & inter *Ant-*
hypochondriaca & Antiscorbutica rectè refertur. Nam ex-
dem quoque particulæ acidæ acres, quæ aliàs in *Plantis An-*
iscorbuticis reperiuntur, hæc quoque offenduntur. Ex Sa-
pore enim facile notum est, quod acerrimum, & copiosum
Sal volatile in se habeat hæc Planta, ratione cujus incidit
egregie, penetrat potenter, quæcunque Coagula p.n. resol-
vit, & per Urinam evacuat; unde egregium est *Alterati-*
um in Affectibus Hypochondriacis, Scorbuticis, & Sple-

Dicitur *ὑδροπύρεπος*, *Hydropiper*, *Fuchs. Dod. Matt. Cora.*
in D. Cam. Cast. Ger. *Persicaria* 1. *Trag. Tab. Mas. Lon.* *Macula*
Brunsf. *Persicaria urens*, *Lob. aliis Pulicaria Germ. Vlab-krsut,*
Wasser-Pfeffer, Micken-kraut. *Gall. Persicaire, Poivre Aquati-*
que.

Crescit locis udis ac palustribus. Floret Julio & Augusto:

OFFICINALIA NATIVA.

Hydropiperis Folia.

Vires. Calfaciunt & siccant. Usus præcipui extrinsecus in
Vulneribus, Tumoribus induratis, Ulceribus inveteratis (in
Cataplasmatibus.)

N. 1. *Persicaria mitis* habetur frigida, sed Officinis inusita-
ta est, ut species reliqua.

N. 2. *Paracelsus* in *Hydropiperis* descriptione admodum
prolixus est.

N. 3.

neticis, item in Tumoribus & Infarctibus Mesenterii, simi-
libusque aliis cognatis Affectibus: & dum in *Folis Maculas*
nigras habet, propterea quidam dicunt, quod hac Signatu-
râ quasi Maculas scorbuticas repræsentet, & hoc ipso in-
nuatur illius vis expellendi venenosam Malignitatem scor-
buti: Videatur PARACELSIUS in *Herbario suo*. A mul-
tis etiam pro singulari Secreto venditur in Curatione
Luis Gallicæ, sive sola sive aliis permixta, quæcunque sub
formâ, vel *Decocti*, vel *Essentia*: Melior tamen est *Essentia*
extracta, quam *Decoctum*, cum in *Decocto* multum pereat de
Sale volatili.

Externè pro scopo vesicandi aut saltem Cutim rubificandi
adhibetur. Frequens etiam est *Decoctum* cujusvis *Persicariæ*
in Vulneribus & Ulceribus malignis, & inveteratis, cacœ-
thicis &, difficulter coalescentibus, in specie in Ulceribus
Gallicis. Propter vim in Ulceribus etiam prodest *Persica-*
ria contusa, vel cum aliis *Cataplasmatibus* formâ imposita,
Equis compressis. Imò commendari solet in Ulceribus &
Doloribus podagricis; idque non sine ratione, cum orian-
tur ab Acido corrosivo. Hoc Acidum, quid mirum, si cor-
rigatur à Sale volatili acri *Persicariæ*? Videatur SCH-
MUCK *Thef. 2. Secreto Phys. 8.* Hæc est illa Planta, quam
PARACELSIUS loco allegato ad *Transplantationem Morbo-*
rum, & Curam Sympatheticam adeo commendat, id quod
etiam Experimentâ, imprimis Hippiatorum, confirmatur;
utuntur enim hac Plantâ tum, quando e. g. Equus nimis
comprimitur. Modus est hic: Protrahunt vel abluunt
Plantam recentem per Aquam frigidam, eamque post Partem
contusâ, & dolenti, Ulceribus & Vulneribus, Contusioni-
bus, & inde natis Ecchymomatibus, item in Odontalgia, ap-
plicant, ac Linteum superimponunt, ut probe incalescat:
altero die post Plantam istam adhuc tepidam sepellunt sub
Fimo equino, vel alio in loco, ubi citò aut facile putrescat;
& sic sponte, Plantâ putrescente, Tumor quoque cessat,
aut vulneratus convalescit. In gravioribus Contusionibus
ac Vulneribus secundâ vel tertiâ vice usus ejus repetendus
est, & Experimentum est haud contemnendum: sic refert
MEYSONNERIUS, se in Gallia vidisse Puellam quan-
dam in totâ facie per Casum ab alto miserrimè contusam,
lividam ac cærulescentem, quæ cum quamplurima, sed in-
cassum, adhibuisset, Plantâ hac suavis Mulierculæ imposi-
tâ, ac sub Fimo dein sepultâ, feliciter ac subito curata fuit.
Simili modo hanc adhibitam ad Odontalgiam periodi-
cam chronicam commendat PARACELSIUS, qui, si quis alius, in hoc casu, inque quamplurimis aliis, maxi-
mè ejus vires perscrutatus est. FONSEGA l. 1. *Conf. 47.*
alio modo instituit hunc *Magnetismum*: *Decoquit Herbam*
Persicaria cum *Corticibus Hyoscyami* in *Aceto rosaceo*; *Aceto*
hoc pro *Gargarismate* utitur; reliquias verò hujus *Decocti* vel
Gargarismatis sepelit in terram, & dum putrescunt, Dolor
sedatur: quod idem habet RIVERIUS, qui solet comburere
reliquias post decoctionem, ut eò facilius & citius sedetur
Dolor. Sed de *Magnetismo Persicariæ* hinc inde apud Au-
tores mentio fit: Imprimis tamen legatur primus ejus Au-
tor PARACELSIUS l. c. ut, & HELMONTIUS de
Magnet. Vuln. curatione, & MARCUS MARCI in *Philo-*
sophiâ Veterum Restitutâ Sect. 1. Subsect. 6. ubi de *Magnetis-*
mo Persicariæ. Utut autem magnetica vi dicta Mala curet,
nihilominus tamen etiam corporali contactu, ut supra dixi,
di-

(Z) *Persica Malus sic dicta, ut ait Ruellius, quod ex Perside (ubi venenosam quidam ajunt) advecta sit, Ar-*
boris Genus est Flore rosaceo, cujus pistillum abis in Fructum carnosum, officulo solum serobiculis excavato, ac Nucleum inclu-
dente. Fructus Culinis, Flores Officinis Medicis notissimi. Ad Persicæ Genus reducantur eæ Arborea, quæ Fructus
Præcocia vulgè dictos ferunt. Schræderus & etiam Armeniacam Malum ad Persicam refert: verum Tournefort-
ius duo distincta Genera ex its facti, quæ non tam officulo laevi, quod habet Armeniaca, quam facie quâdam pro-
pria inter se distinguantur.

N. 3. Sunt qui hac Herbâ, ad Transplantationem Morborum præsertim Incantatione introductorum utuntur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Satis acre Antiscorbuticum.
2. *Essentia*. In lassitudine ulcerosâ.
3. *Unguentum*. Doloribus Podagricis demulcendis proficuum.

CCXLVI. PETASITES.

Petasites. Germ. *Pestilentz-wurtz*, *Negen-Krafft*. Gall. *La Petasite*, ou *Glouteron*.

Est [Major, Mas, flore luteo. *Hæc usualis est.*
Minor, Fœmina, flore albo.

Dicitur Petasites. *Trag. Fuchf. Dod. Cord. Lob. Lon. Tab. Ger. Mas, Cam. Major, Mastbiol. Cast. Major & vulgaris, C. B. 1.*

Erefcit in locis humidis. Floret initio Veris.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix, quæ gummosa est.

Vires. Calcificat & siccatur 3. partium est tenuium, amari saporis, attenuat, aperit, Sudorifica est ac Alexipharmaca in Peste, in Lipothymia, Uterina, Morbis Pectoris, à mucilagine tartaræ oriundis, E.g. Tussi, Asthmate. Extrinsecus commendatur ad Bubones & Ulcera maligna.

di&is Malis egregiè medetur.

Aqua Perficaria per frequentem cohobationem à Plantâ abstracta, & sic Sale volatili suo imprægnata, nobile est præservativum & curativum à Calculo, Anglorum quorundam Experimentum, uti hoc refert BOYLE. Valdè hi quoque Angli commendant ad Tormina Ventris, Passionem Cardiacam, Colicam & Hystericam, Scorbutum, Malum Hypochondriacum, Renum Affectus, & omnes Morbos chronicos. Specificè commendatur contra Vermes, contra Venena, & Ulcera Gallica, ut & contra Leporam. (A)

CCXLVI. **P**ETASITES. *Petasites* Planta est hortenſis valdè usitata, & reverà *Tuffilago major* esse videtur: tempore verno prodit, *Florem* habet album & rubeum, & *Folia* tempore æstivo crescunt in magnum; Germanis *Pestilentz-Wurzel* ab usu vocatur.

Est *Planta pulmonaria & alexipharmaca*, resistens quibuscunque Venenis, quod Odor confirmat aromaticus acris, qui de Principio ejus volatili oleoso acris, ex parte mucilaginosa, testatur, in quo vis ejus residet. Hujus *Radix* gummosa, acris valdè, amari & penetrantis saporis, tantùm in usu est contra Pestem & Febres Malignas, quæ pulverisata ad ʒij. cum *Vino albo* pro scopo sudorifero & alexipharmaco adhibetur: per poros enim Cutis malignitatem potentissimè expellit. Hinc & *Aceta Alexipharmaca* seu *Bezoardica*, *Spiritus & Essentia Alexipharmaca*, aliasque *Compositiones* magnas *Tberiacales*, & cum aliis *Extracta Alexipharmaca* ingrediuntur: ad Colicam etiam, & Uterinam Suffocationem, Pulmonum Affectus, pro promovendo eorundem

(A) *Perficaria* sic dicta quod ejus *Folia* (non *Flores*, ut ait Ettmullerus) *Perficæ* emulentur, *Plantæ* Genus est *Flore* apetalæ, cujus pistillum abit in *Semen* planum, ex ovato acuminatum, in capsulâ, quæ *Calyx* multiseidus *Floris* fuit, reconditum. *Perficaria* mitis maculosa, ubique in uliginosis locis obvia, sapore parùm adstringente pollet, quidquid dicat Fuchsius qui valdè spiriticam, Cæsalpinus qui acerbam, & *Tragus & Lobelius* qui subacidam illam inveniunt. *Hæc* satis rubefacit coruleam papyrum: unde conjicere datur, illius *Sal* accedere ad *Sal ammoniacum*, maximâ *Terræ* copiâ onustum, ac paucis *Sulfure* junctum esse. Hinc *Perficaria* hæc adstringens est, deterfiva, vulneraria, atque ex chymicâ *Analysi* parum *Salis* volatilis concretæ exhibet. Totius *Plantæ* Decoctum valet ad *Alvifluum*, & vitia *Cutis*.

In usum Medicum magis venit *Perficaria* urens, sive *Hydropiper* C. B. *Hæc* valdè miti *Perficariæ* similis est, *Radice*, *Foliis* *Perficæ*, maculosis, & non maculosis, *Semine* tamen latiusculo est, & sapore tum *Foliorum* tum *Seminis* *Piperis* instar acris. *Planta* hæc coruleam papyrum vivo rubro colore inficit: *Acido* enim, *Sulfure* & *Terrâ* abundat. *Ejus* *Sal* accedit ad illud, quod ex mixture *Salis* *Coraliorum* & *Salis* *Ammoniaci*, *Acido* plûs justo onustorum, resultat. *Plantæ* hæc chymicâ *Analysi* multum *Acidi* præstat, multum *Olei*, *Terræque*, atque parum *Salis* volatilis concretæ: *Hydropiper* valdè deterfivum est, & vulnerarium: eo utuntur in *Chysteribus* ad *Dysenteriam* & *Tenesmum*, imò illius in pulverem redacti drachmam, ex *Vino* ad *Syrupi* consistentiam cocti, cum *Saccharo* simul propinant. *Planta* contusa ac *Ulcibus* applicata excrecentem *Carnem* exedit. Vanum est ad *Ictericam*, & *Chlorosim*, *Plantam* banc *plantis* *Pedum* apponere, eamque in *Soletis* circumferre: opportunum tamen est illius pugillum in *Juve* decoquere, illudque colatum exhibere per plures dies, addito *Tartari* chalybeati *semidrachmâ*.

(B) *Petasites* à *Petaso*, quem ejus ampla *Folia* representant, sic dicta, *Plantæ* Genus est *Flore* flosculoſo, *Calyce* cylindraco, & multiseisso comprehenso, cujus *Embryones* abeunt in *Semen* papposum. Addit *Raius*, *Flores* *Petasitidis* prius nasci quam *Folia*. *Petasites* major, & vulgaris C. B. Hujus *Caules* primùm à *terrâ* erumpunt *drachmas* tales, concavi, lanuginosi, *Foliis* angustis vestiti, qui in thyrsum fastigiantur *Florum* purpurascenscentium: marcescentibus *Caulibus* succedunt *Folia* amplissima, *Tuffilaginis* figurâ, sed duplo triplove majora, serrata, infernè pubescentia: *Radix* amareſcit, & reptando se propagat. Ex C. Hofmanno est locus non procul oppido ex adverso *Monasterii* *Gnadenbergici*, ultra *Nigrum* flumen, ubi *Petasitidis* *Folia* excreſcunt in *humanam* altitudinem, ut quasi inter *arbores* ambulet.

N. Substitui potest *Coffea*, quippe vitibus eidem æquipollere compertum est.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex *Radibus*, vel ex totâ *Herbâ*,
2. *Oleum stillatissimum*, sed rarum est.
3. *Extractum*.

CCXLVII. PETROSELINUM.

Apium hortense, seu *Petroselinum* vulgare, C. B. 1. *Petroselinum*, *Trag. Brunſf. Cord.* vulgare seu *fativum*, *Lob. hortense*, *Matth. Lob. Dod. Cast. Ger. fativum*, *Tab. Apium Selinum Dioscoridis Petroselinum, Persilium, Oreoselinum, Fuchf. Arab. Karphi.* Germ. *Peterlein*, *Peterſig*, *Garten-Epich.* Gall. *Persil.*

N. *Petroselinum verum*, seu *Veterum*, est *Petroselinum Macedonicum* (quod sequitur.)

Gaudet solo humido, colitur in hortis. Floret Junio, Julio & Augusto.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix (colligitur Vere), *Semen* (colligitur Augusto) & *Folia*.

Vires. Calcificiunt & siccant in principio 2. attenuant, aperiant, extergunt: Diuretica sunt, Epatica, &c. Usus præcipui in obstructione Pulmonum, Epatis, Lienis, Renum, ac

Ve-

Muco, & expectorandis coarctatis Sordibus, Lumbricos Infantum, retentionem Urinæ, & Menstrua obstructa prodest. In Equis pro Vermibus, & Affectibus Pulmonum asthmaticis adhibetur.

Externi usu contusa *Radix* viridis, vel sola vel aliis admixta, commendari solet contra Bubones pestilentiales, ut eosdem maturet, & Malignitatem foras evocet. Alias vix in usu est.

Præparata, quæ recenset *Autor*, rarè, imò ferè nunquam, in *Officinis* prostant. (B)

CCXLVII. **P**ETROSELINUM. *Petroselinum* *Plan-* ta est satis cognita, & in *Culinis* & in *Officinis*. Notandum hic in genere, quod *Σελίνιον* *Græcorum*, Latinis *Apium* dicitur. *Petroselinum* autem istud *Apium* est, quod pro usu culinario vulgò colitur, & aliàs etiam dicitur *Apium hortense* seu *fativum*; cum contra id quod nos *Apium* vocamus, sit *silvestre* & *palustre*. *Nostrum* ergo præfens *Petroselinum* in occulto quasi *Aroma* quoddam representans, imprimis *Folia recentia*, quæ proximè ad *Chæresolium* nostrum accedunt, & similiter *vi diureticâ* commendantur.

In usu est *Radix*, & imprimis *Semen*, rarè verò *Folia*.

Radix est ex quinque *Aperientibus* majoribus, & juxta vim aperitivam est elegans *Diureticum*, & leniter & suaviter solent ciere per *Urinam* *Materiam* in *Hypochondriis* stantem; unde in *Obstructione* partium internarum valdè est usitata, & convenit in omnibus *Affectibus*, ubi opus est apertione, *Acidi* contemperatione, & *Massæ* excrementitiæ per *Urinam* evacuatione. *Quin* & *Folia* æquè atque *Radix*

Velicæ, & hinc in Tussi, Ictero, Cachexiâ, Calculo, Sabulo, Menibus obstructis, Asthmate, &c. Extrinsecus retolunt Humores calidos (imprimis Oculorum Suggillationes), impediunt Capillorum casum (cum Abrotano); imminuunt Lac (Mammis imposita): adæoque Mulierculis nostratibus usui sunt in Ablatione Infantum.

N. *Forestus lib. 16. 6.* commendat ad Tussim Puerorum \mathcal{V} . Succ. Petrosel. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. Lact. muliebr. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. Cumin. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. M. da tepidâ.

P R A E P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex integrâ Plantâ cum Radice: collectâ initio Veris.

CCXLVIII. PETROSELINUM MONTANUM.

Ὠροσέλιον, *Dod. Lob. Clus.* in f. 1. *Tab.* Apium montanum, *Cast.* folio ampliore, C. B. 6. Elaphoselinum, polychreiton, *Cord. Germ. Berg-Peterlein, Berg-Eppich, Hirselb-Peterlein, wilde Peterfilien.* Gall. *Perfil de montagne, Aebe.*

Crescit in locis montanis, fabulosis, ut & in Hortis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix atque Semen.

Vires. Calfacit & siccit 3. est Alexipharmacum, Sudoriferum, Diureticum, discutiens. Usus præcipui in Calculo Renum & Velicæ, in Peste (Sudorem eliciendo), in Morbis à Flatibus, in Stranguriâ.

CCXLIX. PETROSELINUM MACEDONICUM.

Πετροσέλιον Macedonicum, *Matth. Lob. Cast. Dod. Tab.* alias Apium saxatile, Germ. *Peterlein, Stein-Eppich, Stein-Peterlein.* Gall. *Perfil Macedonique.*

Radix in Affectibus à Lacte oriundis commendata sunt, cujus Congruementiam nonnihil impediunt, & nonnihil succata in *Nodulis* infusa, abundantiam ejus impediunt: Urinam certè intigniter pellunt, & cunctis Morbis chronicis subinde cum aliis in *Decoctis* & *Infusis* succurrere perhibetur. Aliàs magis *Culinaris*, quàm *Officinalis* est planta.

Superiùs dixi, ubi differebam de *Apio palustri*, quòd conveniat ad discutiendum Tumorem Mammarum ex coagulatione & abundantia Lactis: id quod etiam de *Petroselino* sperandum est: Lac enim dissolvit concretum in Mammis, ejusque abundantiam impedit extrinsecus usurpatum. Reliqua, quæ habet **AUTOR**, satis sunt cognita de hoc ipso.

Aqua destillata usurpatur pro usu diuretico. Potiùs adhibetur *Radix*, ejusque *Decoctum* ex Aperientibus, & Medicamentis contra Morbos chronicos & Cachexias.

Succus Petroselini Massam Sanguineam aliis atque aliis Humoribus infectam purificat, & externè in mundificandis & curandis Abscessibus, & detergendis Ulceribus inveteratis multùm valet; quod etiam facit *Succus Apii*. Unde Galli *Unguentum compositum* habent de *Apio* dictum, quo omnia Ulcera sanare & mundificare possunt: vid. **PARRÆUS**, qui ejus compositionem habet. (C)

CCXLVIII. PETROSELINUM MONTANUM.

Petroselinum montanum Planta est usitata, conspirat resè in omnibus cum *Petroselino* dicto, nisi, quòd paulò majus, acrius, & volatilius sit, ut omnia montana solent. Unde tota Planta, imprimis ejus *Semen*, solet esse excellentiorum virtutum, quàm *Petroselinum hortense*. *Sudoriferum* & *Diureticum* egregium est, & inter *Alexipharmaca* refertur, etiam *Stranguriæ* mederi solet. (D)

CCXLIX. PETROSELINUM MACEDONICUM.

Tom. IV.

(C) *Petroselinum hortense* de quo hic, *Apii species* est, vocaturque à C. Bauhino *Apium hortense*, seu *Petroselinum* vulgò. Est autem *Apium Plantæ Genus Flore umbellato*, *Seminibus geminis exiguis*, *binc gibbis & striatis*, inde plantis: præterea habet *Apium Folia in alas divisa*, seu *costæ ramosæ innascentia*. *Petroselinum* vulgare *Culinis*, quàm *Officinis* notior *Planta*.

(D) *Quamquam* *Petroselinum montanum* idem sonet, ac *Oreoselinum*, hoc est *Apium montanum*; attamen *Tournetortius Oreoselinum* inter *Species Apii* non connumerat, sed ex eo novum *Genus* erigit. *Oreoselinum* ergò ipse est *Plantæ Genus Flore umbellato*, sed cujus bina *Semina ovata sunt*, *plana*, *ampla*, *striata*, *marginata*, *involutum* quandoque *deponentia*. *Folia* item *Oreoselinum* obtinet vel *Apii* vel *Cicutæ*.

(E) *Petroselinum Macedonicum* *Officinarum* idem est ac *Apium Macedonicum* C. B. quòd *Folius* est quàm *Apii hortensis* majoribus, nitidis, atrovirentibus, quorum sapor ignavior: *Caules striati*, *incanâ lanugine pubescentes*: *Umbellæ candidæ*; *Semen striatum Apii*, *tomento obductum albicante*.

Colitur apud nos in hortis. Gaudet solo sabuloso ac saxoso.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Semen, rarò Radix.

Vires. Calfacit, siccit (3.) abstergit, attenuat, aperit, Alexipharmacum est, unde & Theriacæ compositionem ingreditur. Usus præcipui in Urinâ ac Menibus ciendis; in reliquis cum viribus *Petroselinorum* speciebus adscriptis convenit. Adhibetur & Morbis Veneficio introductis.

CCL. PEUCEDANUM.

Πευκεδανόν, *Peucedanum*, *Trag. Fuchs. Dod. Cord. in D. Luv. Lon. Ger. Tab. 1. Cam. Matth. Cast. Peucedanum*, C. B. 1. & 2. aliis *Feniculum porcinum*, Germ. *Haar-Strang*, *Sæuz-Fenchel*, *Schwäbel-Wurtz*, *Himmel-Gall.* Gall. *Peucedane*, ou *Queue de Pourceau*.

Crescit in Montibus opacis. Colitur & in hortis: floret Julio.

N. 1. C. B. duplex facit *Peucedanum*, alterum *Italicum*, alterum *Germanicum*: Verùm enim verò promiscuè in usum accessiri poterunt.

N. 2. *Radice* *Peucedani* *Officinis* usualem, non esse legitimam. Vide apud *Matthiolum* & *Gastorem*.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix colligenda Vere, Autumnove.

N. *Radix* imprægnata est Succo resinoso, qui tamen in usum medicum nondum venit, licèt aliàs magnificat.

Vires. Calfacit & siccit 3. aperit, attenuat, expectorat, Mucilaginem tartaream Bilemque educit. Usus præcipuus in Affectibus Pectoris, Tussis, Inflationibus (*so die Lung in den Hals steigt*;) & similiter in Obstructionibus Epatis, Lienis, Renum: ciet Urinam, Calculum atterit & expellit. Extrin-

inum *Veterum Petroselinum*: Nam *Petroselinum nostras hortense*, & *montanum* non est illud *Veterum*, quod adhibere in Compositionibus Theriacalibus, sed hoc apud illos solummodò in usu esse consuevit. Nihilominùs, cum non possit haberi, utut colatur in Hortis, loco illius potest substitui *Petroselinum montanum* sine fraude *Ægri*. Convenit cum virtutibus *Petroselini* dictis, nisi quòd in virtutibus *alexipharmacis* idem antecedit, & propterea *Semen* ad compositionem *Theriacæ* & *Antidoti Matthioli* requiritur: aliàs nullo in usu est. (E)

CCL. PEUCEDANUM. *Peucedanum*, Germ. *der Haarstrangk*, Planta est apud nos non adeò vulgaris, quæ tamen in quibusdam Præcis & locis cultis solet provenire. Duplex habetur: *Germanicum* & *Italicum*. Hoc in omnibus cum Germanico conspirat, saltem quòd speciosius ac majus sit. Vocatur verò ita à *πύκνι*, quod idem est ac *Pinus*, unde & *Pinastella* dicitur ob *Folia pini-formia*. Convenit quoad *Florem* cum *Petroselino*, quoad *Folia* verò est diversitas.

Usitata est *Radix*, quæ colligenda tempore Verno, quando est succi plena & turgida, non verò in Autumno, uti vult **AUTOR**, quando est effæta.

Gummate aromatico perquam medicamentofo pollet, quod Planta hæc à Vermibus sauciata copiosius de se fundit. Hocce *Gummi* nonnulli substituere volunt *Gummi Ammoniaco*; verùm deficit nobis adhuc *Experientia*. *Radix* valde comme ndatur in Affectibus Pectoris, in Infarctu & Inflammatione Pulmonum, ex effervescentiâ Succorum excrementitiorum in Pulmonibus stabulantium, à qua effervescentiâ Pectus inflatur. Refertur non immeritò inter *Radices Aperientes*, easque ferè superare dicitur; unde in Affectibus Hypochondriorum convenit. Nam ratione Salis volatilis acris temperat Acidum, à quo oriuntur Hypochondriaci Affectus; id quod *Veteres aperire* dixerunt. In Scabie Senum siccâ usurpatur pro *Balneo*. Refertur

Cc

feretur

trinsecus in Hemisphæriâ, aliisque generibus Cephalalgia à Catarrhis ortum ducentibus, in Tumoribus renitentibus, Ulceribus inveteratis mundificandis, promovet Capillorum proventum, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Sul.*
2. *Oleum stillatitium.* (quæ raro prostant
Officinalia.

CCLI. PIMPINELLA, BIPENELLA.

Tαγοσέλιον, Bibinella, Bimpinella. Germ. *Bibernell*, *b. b. nell*, *Stein-Peterlein*, *Bochs-Peterlein*. Gall. *Pimpri- nelle d'Allemagne*. German. *Duytsche Pimpinelle*.

Bibinella (*Saxifraga* (Major (*promiscuè*
Minor (*usuales*.
Sanguisorba, Italica. *Vide Sanguisorba*.

Major est Pimpinella Saxifraga, major candida, C. B. 1. Pimpinella, *Cord. Lon. Trag. Fuchf. Lob. Cast.* Pimpinella Saxifraga, *Matth. Cam.* Pimpinella Saxifraga major, *Dod. Tragofelinum majus, Tab.*

N. 1. Hujus Radici adnascitur quibusdam in locis *Granum rubeum*, quo utuntur Tinctores ad *Colorem Carmesinum*, unde sunt qui pro *Cocco* habent.

Minor, est Pimpinella minor, C. B. 4. minor, *Fuchf. Pimpinella Saxifraga minor, Cam.* *Tragofelinum petraeum, Tab. Saxifraga parva, Dod.*

N. 2. Hæc præstantissima est, Petroselini Macedonici loco Compositiones ingredi potest, si id deficiat.

Gaudent solo pingui, sed inculto; Florent Julio, Augusto.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix, Folia, Semen.

Vires. Calfacit & siccit (Major in principio 2. Minor completo g. 3.): attenuat, aperit, abstergit; Sudorifica est, Lithonriptica, Vulneraria, &c. Saporis acris. Usus præcipuus in præcavendis ac curandis Venenis, ac Contagiosis Morbis, in referendis Obstructionibus Hepatis, Renum, Pulmonum, Mensium. In Arenâ, Calculo ac Stranguriâ, in Colicis Doloribus, Tussi, Asthmate, Peripneumoniâ: in Cruditate ac Imbecillitate Ventriculi; in Lue Venereâ Antidosus item est Argenti vivi. Extrinsecus valet in Maculis Faciei abstergendis, in Odontalgia: auget Lac, maturat Bubones, cancerososque Tumores, mundificat ac consolidat Vulnera tam recentia, quam inveterata.

P R Æ P A R A T A.

1. *Conditum.* Ex Radice.
2. *Confectio.* Ex Radice, vel ex Semine;
3. *Conserva.* Ex Semine.
4. *Aqua stillatitia.* Ex Radice ac integrâ Herbâ florente, Junio Menſe collectâ.
5. *Oleum stillatitium.* Ex totâ Plantâ cum Radice.
- N. Sunt qui in Vino rubello Semen macerant, rursus exsiccant, atque sic Oleum exprimere conantur.
6. *Sol.* Ex Cinere.

CCLII. PINASTER SEU PINUS SYLVESTRIS.

Pinus Sativa. *Vide loco sequenti.*
Sylvestris (*Montana* (1. *Fructifera.* (*promiscuè*
(2. *Sterilis.* (*usuales*.
Maritima Major & Minor, &c.

Videatur Pinus sylvestris, *Brunsfelf. Trag. Lob. Matth. Cist. Dod. Tab. &c.*

OF-

fertur etiam inter *Capillares Herbas*, quatenus efficit, ut tenaciter adhæreant Cuti Capilli. Hæc & plura alia **SCHRÆDERUS** noster ex **DIOSCORIDE** & **GALENO** Peucedano tribuit: an verò omnia cum veritate conveniant? multum apud nos dubitatur. *Rarissimi enim est usus.*

Præparata, quæ recenset **AUTOR**, raro prostant, atque sic, uti tota Planta, rari sunt usus. (F)

P H A S E O L U S.

Smilax hortenſis major flore rubro, aliàs *Phaseolus*, Germanis *Indianische Bobnen*, Planta est exotica, & non Officinalis; sed loco ejus pro usu *Cosmetico Fabæ* Officinis inserviunt. (G)

CCLI. PIMPINELLA, BIPENELLA. *Pimpinella* duplex est, *Saxifraga* & *Sanguisorba*, quæ posterior in quibuscunque Sanguinis fluxionibus non parum efficit, & usitatissimè à Practicis in scriptis *Pimpinella* vocatur.

Pimpinella Saxifraga hujus loci est, & species est *Petroselinum*, quæ propriè *Tragofelinum* seu *Bipenella*, vulgò Germ. *Bochs-Peterlein* dicitur. Nam reverà inter *Selina* seu *Apia* locum habet. Est *Planta Umbellifera*, cujus *Folia* sunt ferè similia *Sanguisorbæ*.

Refertur inter *Plantas Vulnerarias* & *Adstrictorias* & propter vim diureticam, & Calculorum pulſivam, *Saxifragas*, adeò, ut primaria ejus vis relideat in virtute diureticâ & lithonripticâ, in quo cum *Selini* reliquis conspirat. Saporis

est acris, proptereâ *Folia* quocunque modo, speciatim in *Acetariis*, usurpata, Sanguinem mundificandi egregiam vim obtinent; abstergit siquidem *Pimpinella*, & omnis Sanguinis recrementa salina per Sudorem copiosiorum, & Urinæ fluxum pellit. Prætereâ *Radix* aromaticâ acrimoniâ Stomacho dicata dicitur; unde post dictos hos usus, de quibus pluribus videatur *Autor*, prodest valdè in Cruditate & Imbecillitate Ventriculi, quando est oneratus Phlegmate acido copioso & crasso. In tali nempe casu mirum quantum commendatur *Saxifragum* hoc *Tragofelinum* seu *Bipenella*. In specie egregia est in Partium internarum Erosionibus & læsionibus curandis, qua ratione & Phthisi & Dysenteria egregiè confert, teste **RIVERIO** C. 3. *Observ. 84.* ubi decoctâ hæc *Radice* cum *Butyro* Dysenteriam cura vit; sicut etiam *Alexipharmaca* est, & Malignitati resistit.

Quoad usum externum ferè cum aliis, speciatim *Polygono*, convenit, imprimis in mundificandis Ulceribus: in *Butyro* frixa admodum commendatur ad extrahendos Globulos ex Corpore, Autore **STARICIO** in *Heldenscharze* p. 130.

Inter *Præparata Radix condita*, & *Conserva*, solet proſtare in Officinis quibusdam. In *Electuaris Stomachicis*, & Stomachum confortantibus, nunc etiam in *Electuaris Alexipharmacis*, & Malignitati resistentibus, solent præscribi. (H)

CCLII. PINASTER seu **PINUS SYLVESTRIS.** Litigia ista, quæ circa nomina *Pini* & *Pinastri* occurrunt, videbitis imprimis in **HOFFMANNO** de *Medicamentis Officinalibus* l. 2. c. 125.

Pinus

(F) Peucedanum est *Plantæ Genus Flore umbellato*, cujus *Fructus* ex duobus *Seminibus* compositus, planis ferè, ovatis, leniter striatis, & marginatis: *Folia* insuper Peucedano sunt alata, angusta, graminea, trifariam divisa. *Satis de Peucedani Foliis, Floribus, & Seminibus dictum*, ratione characteris: de *Radice* id notandum, illam crassam esse, nigro cortice tectam, succum, si vulneretur, remittentem fulvum, odore picco, viroso. Ejus vires **Schræderus** ex *Antiquis* collegit.

(G) Quam *Phaseolus vulgaris*, hortenſis notissima *Planta* sit, & *Officinis* baud frequens; idè illius varias species prætermittens hic **Ettmullerus**, solum *Phaseolum Indicum*, puniceo flore in medium producit, qui *Floris elegantis colore in pretio est Botanici*: illum describit **Cornutus** & **Morison**. *Phaseolus in genere* (quem *Smilacem hortenſem* vulgò vocant) *Planta est Flore papilionaceo*, cujus *pisillum* ab it *Siliquam longam*, *Seminibus* factam reniformi vel ovato. *Planta verò Folia* habet terna singulis *pediculis* insidentia.

(H) *Pimpinella Saxifraga*, de quâ loquitur hic **Schræderus** & **Ettmullerus**, non confundenda est cum *Pimpinella nostrarum Officinarum*, quæ ab aliis *Sanguisorba* appellatur, ac de eâ inferius; sed ex **Tournefortio** novum constituit *Plantæ Genus*, quod *Tragofelinum* vocat, à τράγον & *Hircus*, & σελίνον *Selinum* quasi *Selinum*, seu *Apium Hircinum*. Est igitur *Tragofelinum Plantæ Genus Flore umbellato*, quod ab it *Fructum* ex duobus *Seminibus* compositum, oblongis, vix gibbis & striatis, inde verò planis. *Pimpinella Saxifraga major*, umbellâ candidâ C. B. est **Tournefortio** *Tragofelinum majus*, umbellâ candidâ. Hujus *Plantæ Caules* tricubitales, inanes, striati, geniculati, surgunt è *Radice* digiti crassitudine, albâ, sapore seruido: *Folia* sui odorati, atrovirentia, splendentia: *Umbellæ* *Florum* candidorum, pentapetalor: *Semen* pullum, striatum, acre, aromaticum. *Radix* ex **Penâ** & **Lobelio** valdè diuretica est.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex, Folia, Nuclei, Resina.

Vires. Cortex & Folia refrigerant & siccant, adstringunt. Usus præcipui (externi) in Dysenteria, fluore Mensium (suffuso).

PRÆPARATA.

1. Aqua stillatitia. Ex Conis viridibus.

Vires. Rugas Faciei delet, & Mammæ admodum in Virginitatibus extuberantes cohibet (imposita cum Linteolis.)

2. Oleum. Fit ex Ligno per descensum igne leni, ut Oleum ex Abiete.

N. Forsan hoc Oleum est Officinæ Templinum dictum, sive Tada, quod ab impotioribus Agrytis vulgè venditur pro Balsamo Sulphuris.

Vires. Impetigines sanat inunctum: Verrucas consumit vulneratis Verrucis inditum.

CCLIII. PINUS ET PINEA.

Pinus, Pinus, *Brussf. Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Cast.* Pinus domestica, *Matth. Tab.* Pinus sativa, *Ger.* Pinus vulgarissima, *Lob.* Pinus Italica, *Com.* Pinus sativa, C. B. 1. Arab. *Sonabar.* Germ. *Lichten-Baum, Hartz-Baum, Rinn-Holtz, Ioren-Holtz,* Gall. *Le Pin, & Pignet.*

OFFICINALIA NATIVA.

Nuclei, Pineæ, Cortex, & Folia.

Pinus in duplici est Differentiâ: vel enim *Sativa* est seu *Italica*, (de qua mox in sequentibus,) vel *Nostras*, *Pinaster*, seu *Pinus Sylvestris & Montana*, seu *Tada*, Germ. *die Kiefern: vid. TABERNÆMONTANUS p. 1351.* item *Theatrum Botanicum Tom. 1. l. 2. p. 253.* quæ iterum vel *Frustrifera* est, de qua hic loci, vel *Sterilis*. Deinde *Pinaster* quoque dividitur in *Marem & Fœminam*, de qua jam supra actum, ubi de *Abiete albâ*. Ipse *Pinaster*, seu *Pinus Sylvestris* AUTORIS ad *Abietes* pertinet, estque *Arbor Antiscorbutica* supra dicta. *Pini* enim cognati sunt *Abietis*, saltem *Folitis* differunt: siquidem *Abies* habet *Folia ex adverso collocata*, *Pinus* verò utrinque & ex omni parte sita. Rarè usurpatur. *Strobili* verum & inflammabile *Sulphur suppeditant*.

Suggestit hæc Arbor Germ. *das Kienholz*, ex quo per descensum destillatur *Oleum*, alias *Templinum* dictum, egregium Experimentum ad Partes à Frigore corruptas. (I)

CCLIII. PINUS & PINEÆ. *Pinus Sativa* seu *Domestica* est Arbor ex *Abietum speciebus*, exotica & quæ apud nos non crescit, ut in Italiâ satis copiosa reperitur: propterea rarus ejus est usus in Officinis nostris, nec memini, me legisse quicquam apud Practicos de eâ, nisi quod *Frustris* in usu sunt, *Nuclei* seu *Pineæ*, Germ. *die Pinæen*, dicti.

Has quod attinet *Pineas*, conveniunt ferè cum *Amygdalis dulcibus*, & similibus *Seminibus temperatis*. Virtus eorum consistit in substantiâ oleosâ, temperatâ tamen, & admodum mucilaginosâ ad instar *Olei Amygdalarum dulcium*. Hujus ratione *Nuclei Pineæ* laudantur pro usu nutritivo humectante; & hinc contra *Atrophiam* atque *Tabem Corporis*, & similes *Affectus*, maximè conducunt. Hunc in finem ex iisdem *Nucleis* frequenter parantur *Emulsiões*, unâ cum *Pistaciis & Amygdalis dulcibus*, in signe & laudabile nutrimentum præbentes iis, qui laborant *Atrophia*. Hæc quoque ex causâ adhibentur in usu *Venero*, ut *Genituræ* materiam præbeant, quam insigniter augent. Notandum enim, *Veneræ Medicamenta* in duplici esse differentiâ: quædam enim *Massam seminalem* augent, qualia sunt *Oleosa* hujusmodi, & quasi *Lactea*, *Amygdalæ dulces*, *Pistacia*, *Lac* &c. unde in *Electuariis Veneris* usitatè præscribuntur simul *Pineæ & etiam Pistaciæ*: quædam verò *Venerem* stimulant, uti sunt *Salina*, & omnia *Aromatica*, seu *Acria*, & *Acrimoniam* quandam in se habentia, v. g. *Sinapi*, *Eruca*, *Macis*, *Piper*, *Caryophylli*, *Cubebæ*, *Coriandrum*, &c. Porro valde commendari solet in *Affectibus Pectoris*, imprimis talibus, ex *Lymphâ nimis acris* falsâ & acidâ in Pectus destillante: cum enim

Tom. IV.

(I) *Pinaster*, seu *Pinus sylvestris Schrœderi*, haud ad *Abietes* pertinet, ut ait hic *Ettmullerus*, sed est potius *Pini species*, non quidem *sativa*, de qua mox, sed *Pinus sylvestris*, vel *vulgaris*, vel *montana*, vel *maritima* &c. *Pinus sylvestris* C. B. quæ vulgaris, & *Genevensis* dicitur *J. Bauhino*, ad *sativæ altitudinem* vix accedit: ejus *Truncus rectus* est, & crescit in *Frustris incurvis*: *Folia longa & tenuia*: *Frustris sylvestris Pini* minores sunt, quam *sativæ*, resinosi, & ex maturitate promptè decidui.

(K) *Pinus* verò in genere *Arboris Genus* est *Flore amentaceæ*, sed *sterilis*: *Embryo autem separatim nascens* ab it in *Frustrum*, inter cujus squamas continentur duo *Oscula*, *Nucleo facta oblongo*. *Folia bina simul* ex eadem *vagina prædeuntia*. *Pini sativæ*, in Italiâ frequentissima, *Nucleos*, vulgè *Pineas Officinæ* appellant.

Vires. *Nuclei Pineæ* (*Strobili, Coni, Coccali & Conaria Veteribus*) caliditate temperatæ sunt & humidæ, maturant, leniunt, & agglutinant, resolvunt, impingunt: adeoque *Nucleorum* usus præcipuus est in *Phthisi*, (quia nutritio bene, Tussi, Stranguriâ ac acrimoniâ *Urinæ* mitigandâ; segnem excitant *Venerem*, *Ulcera Renum* mundificant, &c.)

Cortices & Folia viribus conveniunt cum *Corticibus & Foliis Pini sylvestris*.

PRÆPARATA.

1. Oleum. Exprimitur ex Nucleis.

2. Confectio. Nucleorum.

3. Losh de Pino.

CCLIV. PIPER.

Piperis. Arab. *Fufel, Fufel*. Germ. *Pfeffer*. Gall. *du Poivre*.

(Rotundum) Album: hoc omnium præstantissimum.
(Nigrum) succedit albo.

Est (Longum, Ma- (Orientale minus, Tab. hoc usuale.
cropiper. (Occidentale majus, Tab.

Album, dicitur *Piper album*, *Matthiol. Lob. Fragos. Clus. Cast. Tab.* *Piper rotundum album*, *Cord. hist.* *Piper rotundum album*, C. B. 2.

Crescit Rotundum in Malavar, ac finitimis Insulis Javæ, Sunda, &c. Fructusque est Plantæ cujusdam, quæ Arboribus instar

hæc *Nuclei* sint temperatæ, quamcunque *Acrimoniam* *Succorum*, imprimis *Lymphæ*, quæ nimis acridine & falsedine suâ posset corrodere *Pulmones*, & partes *Pectoris*, *Oleo* suo temperant: non secus ac *Amygdalæ dulces*, cum quibus de cætero in omnibus ferè conveniunt; unde in *Phthisi*, *Raucedine* & in *asperitate Faucium*, & similibus magni sunt usus. Propter eandem aciditatem & falsedinem *Humorum* temperandi virtutem, conveniunt in temperandâ *Acrimoniam Urinæ*, & *Humorum* in *Stranguriâ & Dysuriâ*, vel inchoatâ *Renum* levi *Corrosione*. Horum tamen loco *Amygdalæ dulces* sufficiunt.

Oleum ex Nucleis hisce recens expressum insigniter armat in *Venerem*: id quod novit probè *Princeps* quidam magnus non longè abhinc disitus, *Oleum* hoc *Pinearum & Pistaciorum* recens continud secum ferens, tanquam *Arcanum singulare pro usu Venero*, cum *Vino* vel *Rhenano*, vel *Malvatico* sumptum. Sed de his dabitur ulterius dicendi locus, ubi de *Pistaciis*. (K)

CCLIV. PIPER. *Piper duplex* habetur in Officinis, vel *Rotundum*, vel *Oblongum*. *Rotundum* itidem est duplex, vel *Album*, vel *Nigrum*. De naturâ & productione *Piperis* videantur *Rerum exoticarum Scriptores*, qui testantur, quod sit *Planta* ex speciebus *Convolvulorum* aut *Clematidis*; unde scandat instar *Clematidis & Smilacis*. *Integra* hæc *Planta* saporem acerrimum habet, simillimum ipsis *Granis piperinis*, ut apud nos *Cochlearia & Sinapi*. *Piper Album & Nigrum* non differunt specie, cum omnia *Grana* in principio, dum adhuc succulenta & immatura, viridia sint, tractu verò temporis, dum ad maturitatem pervenerunt, rubra evadant. *Grana* hæc rubra seu matura decerpuntur & exsiccantur in Sole, atque sensim atque sensim acquirunt nigredinem, & sub exsiccatione, propter exhalationem particularem aquearum, extima *Cuticula* corrugatur, & sic *Piper Nigrum* repræsentant. Quod si verò à *Granis* non bene maturis ante exsiccationem *Cutis* separaretur maceratione in *Aquâ salinâ*, sic, quando exsiccantur, remanet *Piper Album*, unde præfertur *Nigro*. Conferantur *Alia Societ. Reg. Vol. 1. pag. 879.* item *FRANCISCI in dem Ost-Indianischen Lustgarten p. 399.* *Longum Piper* potentius est *Rotundo*, & crescit in *Frustris* simili rotundo; hinc Differentia potius in natali solo videtur, quam *Plantâ*, & inter omnia *Aromata* non magis datur acre quàm hoc, quod sumoperè mordet, & vehementius penetrat.

Piper cum sit *Aroma*, ejus Sapor & Effectus omninò loquitur, quod ejus vis consistat in *Sale volatili acerrimo parùm oleoso*

C c 2

inflar Convolvuli circumducitur.

Eligendum recens, ponderosum, plenum, acre, non cariosum.

Vires. Calcificat & siccatur 3. incidit, attenuat, aperit, resolvit. Usus præcipui in Frigiditate ac Cruditate Ventriculi, Colicis Doloribus (præstat Album) in Visus imbecillitate (quia Flatus discutit.) Extrinsecus in Apoplegmatismis, Gargarismis, Sternutatoriis, sedat Odontalgiam, Colicellam tumidam imminuit, Nervorum Affectus frigidus juvat.

N. 1. Vis Piperis volatilis valde est. Vitentur ergo Præparationes in quibus Volatile evanescit, e. g. Extractorum Præparationes.

N. 2. Vulgus Piper longum in Paroxysmis Februm exhibere solet, id quod nonnisi in principio locum habere potest.

oleoso, minusque adeo temperato, uti reliqua Aromata, sed verè concentrato; quare egregiè *incidit & penetrat*. Cæterùm, uti dixi, parum vel nihil *Olei* possidet, ut propter absentiam hujus *Olei*, quod aliàs inviscando quasi Sal volatile nonnihil coërcet, est adeo penetrans, volatilissimum, & quod triturâ exactâ magnam acrimoniæ Salis volatilis partem amittit. Ratione hujus Salis volatilis penetrat adeo, ut incidat Mucilaginem crassam in primis visis stabulantem, & absorbeat Acidum: propterea *ubi peccat Acidum, convenit Piper*. Hinc ratione hujus Salis volatilis acris pro usu Stomachi ad Cruditates ejus acidas destruendas, in specie illas, quæ ad Crapulam aut aliam Causam frigidam superveniunt, indeque nata varia primarum viarum Pathemata, optimè conducit, & Appetitum prostratum resuscitat. *Grana* etiam ejus, vel integra, vel in formâ *Pulveris grossi* deglutita, Ventriculum optimè roborant, & magis operantur, quàm si *Pulveris* formâ exhibeantur, maxima enim Salis volatilis pars inter pulverisandum perit & avolat. Par ratio sit de reliquis Aromatibus, horum enim vis tenuis valde & volatilis, ex Pulvere facilius avolat, dissipatur & perturbatur: Piper autem integrum vires suas in Ventriculo æquè exerit, atque pulverisatum, quamvis excernatur immutatum, quia Particulæ ejus subtiles atque volatiles faciliè illic sensim sensimque separantur, & eliciuntur per Menstruum aliquod conveniens in Ventriculo latitans. Quod probatur ex eo, quod integra *Piperis Grana*, & *Aquæ* per diem & noctem immersa, insipida prorsus reddantur; *Aqua* autem ista vi aromaticâ acri maximè imprægnetur: videatur *HOFFMANNUS de Med. Officinalibus*, qui sæpius ejus usum commendat in Colicâ, quatenus destruit Acidum, v. g. post Crapulam vel Cerevisiæ non defæcatæ vitio contractâ, & ex præcedente aliquâ Refrigeratione ortâ, ubi *Grana* aliquot vel integra, vel in 2. 3. vel 4. partes concisa, cum *Vino*, vel *Spiritu Vini*, vel alio inflammabili Appropriato, propinata, satis commodum sunt euporiston. Ulteriùs in *Febris Intermittentibus* Remedium constituunt non contemnendum, & à Vulgo sæpè usurpatum, qui *Grana* vij. vel x. in binas partes discissa cum *Vino*, vel *Spiritu Vini*, vel *simplici vel anisato*, idque præmixtis Universalibus, felici sæpè successu aliquot horas ante Paroxysmum assumit; imò continuato usu Quartanam quoque curat. Si aut tardiùs aut Paroxysmo jam instante, assumantur, & ubi *Æstus* Ventriculi cum acrimoniâ ejus concurrat, Ardor gravissimè intenditur; minùs item adhibenda sunt, ubi solus vel major *Æstus* urget; potiùs verò, si Algor adest, præsertim si aliquis Sudor expectatur. Juvenem

P R Æ P A R A T A

(Piper in racemis conditum antehac fuit apportatum.)

1. *Species Diatrion-Piperem*. V. D.
2. *Tragea*, seu *Species Fortes*. V. l. 2.
3. *Oleum Piperinum stillatissimum*. Fit ex Nigro, ad modum, quo ex reliquis Aromatibus.

N. *Piper* parcillimè Oleum dat (sci. ℥j. dat ℥j. circiter) ideoque Aqua destillata aliquoties super remanentiam, seu Caput mortuum, refundenda erit.

Vires. Admodùm penetrabile est, Flatus discutit, Paroxysmos Tertianæ præcavet, si horis duabus ante Paroxysmum exhibeatur, purgato tamen Corpore. Extrinsecus admiscetur Inunctionibus Dorfi in Febris.

Dosis gr. ij. iij. iv. &c.

4. *Oleum de Piperibus*.

CGLV. PI.

17. annorum novi, qui 70. *Grana Piperis* leviter contusa pro unâ dosi assumptis, retinuit, & Febris emanavit, ut post dies aliquot ex haustu Cerevisiæ secundariæ frigidæ redierit; Piperis tamen usu continuato iterum se curavit. Et quamvis Febris non semper in totum tollatur, Rigores tamen maximè supprimuntur. Non igitur sunt de nihilo ii, qui omnia *Aromata integra* potiùs, quàm pulverisata servari volunt, quia & sub pulverisatione, & Pulvere diu servato, substantia volatilis avolat, & ita minùs efficacia fiunt. In Ruëtibus acidis corrigendis quantum *integra Piperis Grana* deglutita conferant, videbitis in *RIVERII Observationibus Morborum infrequentium Obs. 37.*

Externè de cætero *Piper* unâ cum aliis usurpatur in *Sternutatoriis & Apoplegmatismis*, ubi acri penetrante, & stimulative Remedio opus est, pro incidendâ Lymphâ crassâ, Fauces obsidente; item pro mulcendâ Inflammatione, vel incidendo Sanguine congrumato. In *Gargarismis* pro Laxatione Uvulæ cum tantillo *Aluminis*. Vel solet fieri *Pulvis ex Pipere, Sale, & Gentianâ*, qui sufflatus ad locum Columellæ, vel Uvulæ, ejus Laxitatem solet corrigere. Videatur *SENNERTUS de Uvulâ laxatâ*. Familiaria quædam & elegantia Remedia alia ex *Pipere* videmus descripta in *BARTHOLOMÆI Observat. C.V. Hist. 48.* tam pro usu interno, quàm pro usu externo. Quando *Piper* præscribitur in *Formulis* absolutè & sine addimento, semper intelligitur *Nigrum*; aliàs additur, vel *Longum*, vel *Album*.

Oleum Piperis est egregium *Stomachicum*; prodest in Colicâ, & in Quartanis specificè mederi dicitur, in quibus alit *Olei Piperis destillati* 3. vel 4. guttas miscent cum *Extracto Gentianæ*, & propinant sub formâ *Pilularum* ante Paroxysmum Quartanarum; quod Remedium *B. Dn. D. LANGIUS* in usu habuit, & felici cum successu propinavit. In nimis & horrendis Rigoribus Februm Intermittentium, imprimis Quartanarum cum *Oleo laurino*, & etiam cum *Oleo nardino*, Spina Dorfi inungi solet. Ab aliis solet *Oleum Piperis* cum *Oleo Nucis moschate expresso* inungi regioni Stomachi, quo usu valdoperè mitigant Horrores febiles, in quibuscunque Intermittentibus obvios. Cum *Spiritu Vini* rectificato *Essentia Piperis* paratur, quæ mirè Appetitum auget.

Species Diatrion-Piperem sunt egregiæ in Stomacho confortando, & promovendâ ejusdem Digestione: cum *Trageâ Stomachali* usurpantur ad Cruditates, & exinde natam vitiosam Digestionem tollendam, in Vehiculo appropriato. (L)

PI.

(L) *Tametsi omnes Rerum exoticarum Scriptores in eo conveniant, Piper Rotundum Fructum esse Plantæ sarmatose, atque ad Hederæ modum scandentis, in Indiâ frequentissima; baur tamen unius æquè sunt sententia, ut credant, Piper Album à Nigro specie reverà differre. Antiquiores sanè geminas Plantas descripsere, quarum una Nigrum, altera Album Piper ferat: at Recentiores quamplurimi existimant, Album Piper non esse nisi Nigrum Cortice spoliatum, postquam in Aquâ maris aliquantisper fuerit maceratum: nil mirum ergò, ajunt, si Piper Album Aquâ turgidius redditum, majus sit Nigro: si Album rugosum non sit, quum nigro Cortice, qui solus corrugari potest, sit jam orbatum: atque si idem Album Piper Nigro minùs sit acre, quum in Aquam marinam magnam acritatis partem ex maceratione transfuderit. Hanc sententiam ex eo invicè confirmari putat Lemery, quod in magnâ Piperis Albi copia apud Mercatores observatâ, Grana nonnulla deprehenderit, è quibus primus Cortex non erat integrè detrahitus, ita ut relicta pars nigra & rugosa notaretur, velut Nigri Piperis Cortex, reliquâ Grani superficie Albo Piperi omninò simili remanente. His tamen non obstantibus Dñus Pomet omninò asserit, Album Piper Fructum esse Plantæ à Plantâ Nigrum Piper ferente prorsus diversæ. Hujus & descriptionem & iconem asserit Histoire des Drogues p. 1. 191. atque illam Foliis præditam esse Grossulariæ Foliis simillimis, atque ab Indis prope Palmas, Areca & Cocos dictas, plantari, ut illas scandat: Fructus racemarim dispositi sunt, veri Piperis Albi Grana. Hinc laudatus Lemery suspicatur, fortassè utramque Autorum sententiam veram esse, ut scilicet sint reverà Album & Nigrum Piper species inter se distinctæ; verùm ob Piperis Albi raritatem, Nigrum Piper Cortice spoliatum, baur infrequent Mercatoribus mangonio, pro Albo venditari.*

Longum verò Piper Fructus est, Infantis digiti formâ, granis exiguis extuberantibus asper, ex vultu rubescens: fin.

CCLV. PISTACIA.

Pistacia, Pistacia, *Matth. Cord. Lon. Dod. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger. Terebinthus Indica Theophrasti, Lob. C.B.1.* Arbor est Indicæ Terebintho similis. Nascitur in Persiâ, Arabiâ, Syriâ, Indiâ. Quin & Italiæ indigena facta est.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (*Pistacia, Phisticia, Bisantia, Fistici.* Germ. *Pimper-Nuslein.*) Gall. *Pistaches.* Sun. Nuclei duplici vestiti Putamine, primò exteriore coriaceo, hinc lapideo, quod Nucleum proximè continet, Membranulâ rubellâ circumdatum. Eligendi Nuclei recentes, ponderosi, extrinsecus albidii, intrinsecus virides, non rancidi, in apice aliquantulum patentés.

PIPER AMERICANUM.

Piper Americanum ita dicitur, quòd in Americâ, præsertim Brasiliâ, copiosissimè crescat. Veteribus fuit incognitum, & saltem à Modernis, imprimis à JOANNE FABRO, *Lynceo* (cujus Historia illustrata, ac Romæ edita est) detectum: item à PISONE in Indiâ utriusque *Re Medicâ*. Indi ac in specie Brasilienses, Plantam hanc vocant *Cbitt*: Latine *Piper Indicum, Siliquastrum, Capsicum*. Plures sunt Differentiæ, tum ratione Fructus; alius enim est rotundus, alius siliquosus: tum ratione Coloris; alius enim Fructus est coccineus, Germ. *Scharrlach Farben*, alius flavus seu aureus.

Piper hocce nullum habet usum præterquam in Fructu: Fructus enim ejus maturus tantam habet acrimoniam, ut respectu hujus *Piper verum Indicum* sit lusus jocusque; unde & loco Condimenti miscent suis Alimentis: nõdrunt enim quòd Appetitum augeat. Præterea etiam Fæces Alvi mordicantes, ac sæpiùs Intestinum Rectum exulcerantes ejus usu redduntur. Hispani *Piper* hocce *Chocolatæ* addunt, ut æstrum Venereum magis accendant. Mihi etiam Fructus efficcatus ac pulverifatus in usu est febrifugo, ante Paroxysmum scilicet Intermittentium propinatus, quod Remedium est paucis cognitum. Idem Fructus recens Spiritu *Vini* infusus, penetrantissimam ac acerrimam præbet *Essentiam*, Ventriculo singulariter amicam, Appetitum provocantem, Mucumque Ventriculi ac sordes abstergentem. Sunt, qui Fructum recentem sine arillis *Aceto*, unâ cum *Feniculo*, infundunt, locoque Condimenti medicamentolici cum Carne assatâ adhibent, quod sanè Ventriculo egregiè conducit. (M)

Est *Planta* ab AUTORE neglecta, quæ vocatur

PIPERITIS.

Piperitis Græcis dicitur *Λεπίδιον*, vel à *λεπίδες*, quòd acrimoniam soleat urere, vel quòd *λεπίδες* seu *Maculas* Faciei abstergat vel curet. Rectius refertur ad *Iberides*, & hinc ad *Tblaspia*. Germanis vocatur *Pfeffer-kraut*, à sapore acerrimo.

Planta est procera, & haud contemnenda: Probè masticata prodit spicula tanta atrocità, ut non cedat *Sinapi, Persicaria, Aro*, vel ipsi *Piperi*, cui ferè substitui potest. Sapor hic acerrimus penetrans, & quasi causticus, æquè ac *Piperis*, loquitur de præsentia copiosissimi & penetrantissimi Salis volatilis acris; ratione cujus in Scorbuto unum est ex primariis Medicamentis, cui potentissimè mederi solet, non minùs quàm *Cochlearia, Nasturtium* & c. cum quibus ferè convenit; dum nêpe conspirant vi antiscorbuticâ, alterativâ, viscidorum incisivâ, & absterisivâ, adeoque Splenicâ & Hepaticâ, aperitivâ. Et quamvis *Autor* mentionem hujus non fecerit, nequitiam tamen est postponenda reliquis, un-

singuli exilem Nucleum continent, qui ex siccitate in album gustuque fervidum pulverem comminuntur: longo pediculo *Planta* adhaeret *Piperi Nigro* valdè simili, nisi quòd humilitiùs scandat, & Folia delicatiora, & viridiora obtineat. Describit demùm *Pomet* alteram Longi *Piperis* speciem, sed Nigram, quam *Piper Æthiopicum* appellat: sed hoc varius. Præmitto hic *Piper* longum Occidentale, seu *Saururum Plumerii*.

(M) *Piper Americanum* dictum nil habet *Piperis*, nisi acrem fervidumque Fructus saporem. Hinc fortassè *Capsicum* vocatum est, à *καπνῶ* Mordeo. Est *Capsicum Plantæ* Genus Flore monopetalo, rotato, & multifido, cujus pistillum abit in Fructum mollem, in duo vel plura loculamenta divisum, & Seminibus fœtum reniformibus. *Planta* hujus *Americane* innumerae species, in Hispaniam primùm pro usu culinario, inde in universam Europam sunt transvehtæ: Fructus *Aceto* conditos, non tam ad famem, quàm ad sitim excitandam, vulgò in mensis habemus.

(N) Est *Iberis* ad *Lepidii* species referatur; haud tamen *Piperitis*, de quâ hic *Ettmuller*, quamque ad *Iberidas* referendam esse ait, cum *Iberide* confundenda. *Piperitis* enim & *Iberis* Officinarum sunt sanè *Lepidii* species; verùm *Iberis*, quam latiore folio vocat C. Bauhinus, est *Lepidium* gramineo folio, seu *Iberis T. Piperitis* verò est *Lepidium* latifolium C. B. seu *Lepidium Pauli* & *Plinii*, quod vulgò vocant. *Lepidium* igitur hoc, seu *Piperitis*, ex Radice repente Caulem emittit singularem, rectum, levem, fungosâ medullâ farctum, bicubitalem & altiorum: Folia Mali *Citræ*, in ambitu crenata, rigida, ex viridi in luteum vergentia, sapore *Sinapios*. Floresculi cruciformes, quorum pistillum abit in Fructum lanceiformem, in duo loculamenta divisum, & Seminibus fœtum oblongis, *Lepidii* characterem constituunt. *Piperitis* valdè rubefacit cœruleam papyrus: acris est, aromatica, & *Piperis* simplice sapore præferens. Videtur hujus *Plantæ* Sal ad Terram foliatam *Tartari Mulleri* accedere, sed cum pauco Sale volatili oleo conjunctum est. Hinc *Piperitis* antiscorbutica est, stomachica, & antihypochondriaca: extrahitur proin ex eâ Tinctura ope Spiritus *Vini*, vel potanda exhibetur formâ Decocti. Radix hujus *Lepidii* confusa cum *Butyro* locis *Podagrâ* affectis applicatur.

de & Folia hæc pro acuendis *Aquis, Spiritibus & Essentis Antiscorbuticis*, imprimis in compositione *Spirituum Antiscorbuticorum, Rutæ, Cochleariæ, Nasturtio, &* aliis, convenientissimè adjungi, & incisa cum *Spiritu Vini* destillari, ac aliquoties abstrahi poterunt. Præterea egregium est *Stomachicum*, quatenus Pituitam acidam, idest relicta Cruditatis acidæ in Stomacho stabulantia, corrigit & incidit, hincque Appetitum provocat & stimulat, quod aliquoties observavi. Stomacho enim jejuno si mastigentur Folia, Famem tantum non caninam, & ingentem Appetitum excitant; sicut ipse pro Appetitu deperdito unum saltem *Folitolum* ruditer mastigatum, restaurasse eundem vidi. Quin & Folia *Vino* infusa, & simul hausta ac deglutita, ad Appetitus defectum, & inde natam Anorexiam, commendantur; abstergunt enim, & omnes Ventriculi Cruditates nimias, ac viscidas, acidas & glutinosas, absumunt, & ita Appetitum reconciliant. Et cum in Stomachi Cruditatis acidâ sedes sit Mali *Hypochondriaci, &* mediantibus his multi è Stomacho in Massam Sanguineam veniant Morbi; unde Sal acre conveniet in omnibus Affectibus, ubi est Acidum, quod corrigit, & Sal volatile in Massâ Sanguineâ acrius & penetrantius reddit, & auget.

Planta recens simplici & *Arenæ* destillatione, suggerit *Phlegma* ignei ac acerrimi saporis. Vel si *Plantæ* affundatur *Spiritus Vini, &* parili modo destillentur; emergit *Menturum* ad extrahendas quasvis *Plantas Antiscorbuticas.* (N)

CCLV. PISTACIA. Pistacia sunt Fructus Arboris *Staphylocandri*, quæ duplex est; una *Italica*, altera verò *Sylvestris* seu *Germanica*, cujus Fructus *Nux vesicaria*; quibusdam Germ. *Pimpernussigen* dicitur; quorum usus nullus est, sed culinaris potiùs. Pulpa intra *Nuculas* contenta non nihil adstrictoria est. Ornatus gratiâ in Hortis colitur.

Quoad *Arborem Italicam, Folia* hujus sunt terna. Fructus sunt Nuclei parvi, saporis instar *Amygdalarum dulcium*, quæ in omnibus cum *Pineis & Amygdalis dulcibus* conveniunt, cum quibus etiam simul præscribuntur in *Emulsionibus Antiphthificis & Antihecticis*, quoniam egregiè Partes nutriunt. Temperati enim sunt quàm maximè, nec ullo modo excedunt, dum humore roscido & oleoso sunt imprægnati; unde etiam in *Marasmo & Atrophiâ* valdoperè sunt usitati. Juxta virtutem nutritivam conveniunt in augendâ *Materiâ seminali, &* stimulandâ *Venere*. Et quod suprâ dictum de *Pineis*, intelligendum jam venit de *Pistacis*; augmentum enim *Seminis* dant egregiè: unde, quod dixi de *Oleo expresso Pinearum*, valet de *Oleo expresso Pistaciorum*. Hinc Princeps quidam magnus in viciniâ ante paucos annos mortuus, & valdoperè etiam in senio famose in re *Venereâ*, pro Secreto habuit *Oleum Pistaciorum & Pinearum* recentè expressum *Cochl. j Vitellum Ovi* unius, & *Ambra* quantum cuspide *Cultelli* capi potest, & denique *Sacchari*

Vires. Calfaciunt 2. humectant, 1. attenuant, aperiunt. Usus præcipui, in Mucilage Pulmonum, Obstructione Epatis: roborant Stomachum, arcent Nauseam ac Vomitum, excitant Appetitum, bonum suppeditant Nutrimentum.

P R Æ P A R A T A.

Oleum. Exprimitur ex Nucleis.

CCLVI. PLANTAGO.

A *πρόγλωσσο* v. Germ. *Wegerich*. Gall. *Plantain*.
Species Plantaginis usualiores sunt tres.

1. Dicitur Plantago latifolia sinuata. C. B. 1. rubra, *Trag. Brunfels.* major, & 1. *Lon.* major, *Matthiol. Fuchf. Dod. Cast. Tab. Cam.* latifolia, *Cord.* latifolia lævis, *Lob.*

2. Plantago latifolia incana, C. B. 3. Plantago major, *Matthiol. Lon. Cam.* latifolia minor Dioscoridis, *Tab.* major incana, *Lob.* Plantago media, *Fuchf. Dod.*

3. Plantago angustifolia major, C. B. 1. Plantago minor,

Fuchf. Dod. Lon. media, *Cast.* Plantago lanceolata, *Trag. Tab.* Plantago longa, *Matth.* Plantago quinquenervia, *Lob.*
Crescunt locis herbosis: florent Majo & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, Folia, Radix.

Vires. Refrigerant & siccant 2. abstergunt increassant. Epaticæ sunt ac Vulnerariæ. Usus præcipui in Fluxionibus cujuscuque generis. E. g. Alvi, Exspuitione sanguinolentâ, Gonorrhœâ, Mictione involuntariâ, in Mensium profluvio, in Febribus, & sim. Extrinsecus in mundificandis consolidandisque Vulneribus, ac Ulceribus inveteratis.

P R Æ P A R A T A.

1. *Succus inspissatus.* Extractus ex Foliis.

2. *Aqua stillantia.* Ex Herbâ integrâ.

3. *Syrupus de Succo.*

4. *Extractum.*

5. *Species Diplantaginis Mynsichti.*

CCLVII. POEO-

chart candi quantum tribus capi Digitis potest. Hæc invicem super cineribus calidis miscentur, sicque habent consistentiam *Elephantii*, quod valde convenit in promovendâ & stimulantâ Venere. (O)

CCLVI. PLANTAGO. *Plantago* duplex est, vel *Plantago Terrestris*, vel *Plantago Aquatica* seu *Palustris*; utut hujus nullam mentionem faciat Autor. *Terrestris* est *trinervia*, *quinquenervia*, *septennervia*, & *multinervia*: item *spicata* & *rosea*; item *latifolia*, & *angustifolia*, seu *canina*: & quidem, quando Plantago absolute ponitur, intelligitur *major*, utut communiter statuatur, quod *minor* sit efficacior *majori*. Plantago dicitur quasi *Planta xar' ἐξ ὀνν*; Germanis *der Wegerich*, quoniam in viis crescit, & *Hundsfriebe*, à Fibris Foliorum nervosis, Costas quasi caninas representantibus.

Plantagines hæ essentiali quasi Sale tartareo abundant, sicut hoc docet LUDOVICI *Pharm. pag. 755.*

In usu Medico in specie *quinque* aut *septennervia* usualis. *Planta* est *polycbrestra*, Saporem habens nonnihil amaricantem in recessu, & adstrictorium & inter *Simplicia Vulneraria* est ex principalioribus internè & externè. Internè in Fluxibus Alvi quibuscunque, Hæmorrhagiis per Nares, Renes & Vesicam factis, inque Renum Exulceratione, Mictu cruento, item in Vomitu cruento, Hæmorrhagiâ uterinâ nimiâ, seu nimio Mensium fluxu. *Decoctum* ejus uti & *Foliorum Pulvis*, magni sunt usûs. Ulteriùs *Planta* hæc in *Jusculis* consuetis coquitur, & pro Curâ Diarrhœæ & Dysentericæ assumitur: vid. POTERIUS in *suis Scriptis*. Porro *Planta* hæc ingreditur plerumque *Potiones Vulnerarias*: hinc in Sanguine quoque grumoso dissolvendo, ac in specie in Casu ab alto internè commendatur; sicut etiam in Abscessibus Partium internarum mundificandis, ejus usus est egregius. Hæc de usu vulnerario.

Præterea *Plantago* simili usu interno est egregiè *Alexipharmaca*, quoniam potenter resistit Venenis, eaque arcer, aded ut contra quodcunque *Venenum* commendetur *Pulvis ex Radice & Plantâ*. Vis hæc *alexipharmaca* edocta fuit per *Bufo* nem. Refert namque TAKIUS, quod Bufo cum Araneâ pugnaturus, se priùs muniat contra ejus ictum cum Herbâ hac: quoties autem ictum ab Araneâ sustinuerit, statim Plantaginem accessisse, & sanatum esse, non obstante, quod valde ex ictu intumuerit. Observavit hoc Dominus in horto suo obambulans, videns sub telâ Araneæ sedentem Bufonem; Aranea conspiciens Bufonem, eum ad intumescentiam aliquam punxit: hic vulneratus statim Plantagini accurrens aliquid decerpit, & se sanavit, indeque de novo cum Araneâ certamen suscipiens, vehementiùs & aliquoties ab Araneâ punctus, atque antea intumescens, ad Plantaginem replit, seque curavit. Animadvertens hoc Dominus, interea Plantaginem amovit: Bufo

tandem ab Araneâ iterùm vulneratus, hæc Plantâ non repertâ, tumefactus expiravit. Et hæc Experimentiâ vis Plantaginis alexipharmaca primùm fuit detecta. Sunt & qui suo modo ad juvandum Naturæ conatum, Plantâ hac internè utuntur. *Semen* ejus *Plantæ* tanquam Specificum in Herniis, Dysentericâ benignâ, in nimio Mensium fluxu &c. adhibetur à nonnullis.

Externè Folia ejus contusa, ac Plagis seu Vulneribus recentibus imposita, vel etiam *Decoctum* ejus Vulneribus applicatum, eadem non inflammari vel dolere permittunt, & mirè consolidant, non minùs etiam, quàm in Ulceribus, & Abscessibus, quos egregiè mundificant, & ad consolidationem perducunt: ita, ut inter *Plantas Vulnerarias* utramque ferè soleat facere paginam *Plantago*. Magni etiam usûs est in Ulceribus Lingue, unde solet ingredi *Decocta pro Gargarismatis* familiaribus in Ulceribus Tonsillarum, Uvulæ, Faucium, similiumve vicinarum partium. Cæterùm pro hoc usu vulnerario imprimis colligenda est inter *duo Festa B. Mariae*. Quod si enim colligatur *Radix Plantaginis* in die Martis & Lunæ, ita quidem, ut Luna existat in Signo vel Arietis, vel Sagittarii, tunc collecta commendari solet contra Apoplexiam. Novi etiam, qui quotidie mane *Fonticulis Folia* hujus *Plantaginis* loco *Foliorum bederaceorum* (quæ hoc in casu superant) summo cum successu imponunt. In nimio Mensium fluxu *Decoctum Plantaginis* cum *Aceto rosaceo*, & *Aquâ Spermatis Ranarum* applicatur cum Spongiis regioni Pubis.

Succus Plantaginis recens expressus in Vulneribus cutaneis conglutinandis, iis in specie, ubi accedit simul Tumor, aut Inflammatio erysipelacea, tutissimè adhibetur, tam internè quàm externè; unde convenit in Sputo Sanguinis, in Vomitu Sanguinis, uti etiam in nimiâ Uteri Hæmorrhagiâ, sive post Partum, sive tempore Menstruationis. Vulneribus quibuscunque instillatus aut applicatus, citra intentionem primam seu Puris superventum, Ulcera & Abscessus egregiè mundificat, & mirabilem vim consolidativam suggerit. Vel inspissatus cum *Melle* in formam *Limentis* subactus, & ita Ulceri applicatus, perquam egregius est: in quo casu etiam *Tberiacâ* addi potest.

Syrupus pariter summoperè commendatur in Sputo Sanguinis, in Vomitu sanguineo, Hæmorrhagiis uterinis, & quibuscunque aliis sistendis, ad 3vi. exhibitus. Ab HOECHSTEDTERO *Dec. 1. cap. 3. pag. 12.* in Mictione cruentâ, ceu expertum Specificum commendatur. Paratur autem *Syrupus* ita:

℞. *Folior. Plantag. M. xij.*

Radix. Symphyt. maj. ʒvj.

Ex incisis & contusis exprime *Succum*, adde *Saccharum* & coque ad consistentiam *Syrupi*, qui in prædictis Affectionibus apprimè conducit. (P)

PLAN-

(O) Nescio quâ ratione Pistaciam Autores quidam cum Staphylodendro confundant, eamque Pistaciam sylvestrem appellant: Staphylodendron enim Arboris Genus est Flore rosaceo, Fructu vesicario, quod omninò à Pistacia characteribus abest. Aptius ergò faciunt, qui Pistaciam Dioscoridis ad Terebinthi Genus reducant, ut facit Tournefortius: ea enim omnes Terebinthi characteres obtinet. Pistacia ergò vulgaris, cujus Fructus ad nos ex Sicilia vulgò adspertantur, erit Terebinthus Indica Theophrasti. Hujus Arboris Folia ad Folia Terebinthi vulgaris quammaximè accedunt ad costam conjugata, impare remanente, sed ampliora sunt, & nervosa: Flores racematim dispositi, apertali feriles: Embryones autem iis speciebus innascuntur, quæ Floribus carent, abeuntque in Fructum duplici Cortice teclum, quorum primus tener est, atque ex viridi ruber; secundus ligneus, albus fragilis, Nucleum continens ex rubro virescentem, dulcis & grati saporis.

(P) Plantago *Planta* Genus est Flore monopetalo hypocrateriformi, cujus pistillum abit in Testam ovalem, trans-

EST-

CCLVII. P O E O N I A.

Pæonia. Arab. Feonia. Germ. Paonien, Benig-Rosen, Pfingst-Rosen, Gicht-Rosen, Königs-Blum. Gall. De la Pivoine. Mâle & Femelle.

(Mas, C. B. 1. Hac præpollit.
Est (Femina (Flore simplici, C. B. 2. & c.
(Femina (Flore pleno, C. B. 12. & c.

Mas dicitur Pæonia nobilior, vel 2. Trag. Pæonia mas. Martb. Cord. in D. Lob. Dod. Tab. Ger. Pæonia folio nigricante splendido, C. B. 1. Femina nuncupatur Pæonia, Trag.

Lob. Pæonia femina, Brunsfels. Fuchf. Cord. in D. Lob. Cam. Pæonia femina altera, Dod. Pæonia vulgaris femina, Clus. dist. Pæonia communis vel femina, C. B. 2.

N. Discernuntur invicem Mas & Femina Foliis & Radice. Mas est Foliis nigricantibus splendidis, Juglandis Folia emulantibus, Radice digitali crassâ, albâ: seu Mas non unâ Radice nixus est, sed plures habet. Femina variat colore Foliolorum: est Folio utrinque virente & glabro, Gaule hirsuto, Flore vel simplici, vel pleno, Foliis Helleborum æmulatur, Radicibus ceu Balani longiores circiter octo aut sex adherent. Mas plures habet, &c.

OF-

PLANTAGO AQUATICA.

Plantago Aquatica est vel latifolia, vel angustifolia. Dicitur ita ad differentiam Terrestris: Germ. VVasser-VVe-gerich.

Planta est, quæ totâ æstate viget, & cujus scrutinium hætenus perperam fuit neglectum; attribuerunt huic virtutes tantum Plantaginis Terrestris. Verum multum inter se differunt: illa enim, Terrestris, est insipida, vulneraria ac refrigerans; hæc verò, Aquatica, est acerrima, Aro ac Flammula, de quibus superius, simillima, exulcerans, ac ob particulas suas salinas volatiles acerrimas calefaciens; unde à recentioribus inter Antiscorbutica refertur, cujus Sal acidum corruptum temperat & corrigit, atque per Urinam eliminat, imprimis, si cum aliis Antiscorbuticis mista in Infuso propinetur, aut exin Essentia, seu Spiritus abstractitius compositus, adhibeatur.

Folia exterius imposita Pustulas & Vesiculas excitare valent, unde & Vomitoriis annumerari potest: & propter has virtutes ulcerandi Folia contusa Carpis, pro Febrium Intermitterentium chronicarum levamine singulari, imponuntur; sic enim ad instar Emplastri Febrifugi Strobelbergert vi suâ causticâ Febres Intermitterentes curant. Alii appendunt Radicem pro Amuleto in Febribus Intermitterentibus. Præterea eadem Folia Hydrioporum Cruribus œdematosi contusa & applicata Vesiculas copiosas in iisdem feliciter satis excitant, per quas postmodum apertas copiosa Aqua educitur, cum insigni Ægrorum levamine. (Q)

Sequitur ratione ordinis alphabetici Planta ab Autore neglecta, non tamen inelegans, quæ vocatur

P L U M B A G O.

De hac Plumbagine imprimis Moderni observarunt singularem & specificam vim contra Odontalgiam: ratione cujus virtutis hæc à quibusdam solet vocari Dentitaria, propter vim nimirum succurrendi Dentibus dolentibus. Et quidem adhibetur hoc modo: Contunditur, & contusa applicatur carpo aut volæ Manûs, relinquitur per noctem, & mane Macula plumbea invenitur in loco, ubi applicata fuit, Dolorque Dentium cessat: idque certo Experimento à multis fuit compertum. De quo videatur PANAROLUS in Pent. 4. Obs. 10. item STROBELBERGERUS in Tract. de Dentium Podagrâ c. 43. uti & TABERNÆMONTANUS in Herbario, ubi de Plumbagine. (R)

CCLVII. P O E O N I A. Pæonia, Germ. Pfingstrose, Pœonien, ita dicitur à POEONE, primo hujus Plantæ inventore, qui, referente HOMERO in Odysseâ, PLUTONEM ab HERCULE sauciatum, hæc Pæoniâ curasse fertur. Nonnulli ad Aconitorum genus referunt, sed perperam, & conjecturâ tantum. Rectius inter Papaverina refertur, quia ferè ejusmodi formam præ se ferre, ejusdemque virtutis esse solet.

Dividitur in Marem & Femina. Femina tamen nihil valet, Mas verò in usum trahitur solum, quæ Pæonia Mas admodum rara est; substituitur enim in Officinis pro Mare Femina; & propter hoc Succedaneum, egregiæ virtutes à Veteribus descriptæ, frustra expectantur à Pæoniâ: Differt verò à Femina Radice, Foliis, Fructu & Semine, vel Capsulis seminariis. Mas habet Radicem unam longam & continuam in aliquas Fibras desinentem, ad summum unum vel alterum crassum Tuber; Femina verò Radices constant ex plurimis Bulbulis seu potius Tuberibus invicem connexis. Mas habet Folia magna, lata & crassa, ad formam Foliolorum Nucis Juglandis, sed exterius magis rotunda, & incisa instar Foliolorum Smyrni; Femina autem Folia angustiora, & undique multiplicibus divisionibus dissecta sunt, copiosa, atque simul angusta, acuta, & uno Pediculo invicem connexa; de quibus videatur AUTOR noster. Mas habet Florem pendentem, colore coccineo, maculis nigricantibus interspersum: Fructus speciosus se gerunt, & post Flores defluentes se expandunt in quatuor Lacinias seu Valvulas, quæ fatiscunt, & quasi quadruplex Crissa gallinacea reflexa intensè rutilant, quibus extrinsecus, Grana majora, nigra, instar Pisorum adherent: Femina verò Capsulas binas, tres vel quatuor acutas, quasi obtusa Cornicula, fert post Florem, non tamen adeò magnas, in quarum medio reperiuntur Grana minutissima & rubicunda. Differunt denique Mas & Femina usu medico, qui est efficacissimus in Mare, in Femina languidus.

Pro usu ergò medico saltem seligenda est Pæonia Mas, quæ subministrat præsertim Radices, Semina, & Flores.

Notum est, quòd tota Planta sit insigniter Cephalica, Peccoralis & Uterina, quæque in omnibus Convulsivis, aliisque horrendis Capitis, vel saltem Capiti adscriptis Affectibus, ut Epilepsiâ, item in quavis Vertigine, Incubo & similibus, est expertissima & efficacissima. Radix Pæoniæ Maris prodest præcipue in Vertigine & Epilepsiâ, unde ingreditur Pulverem Marchionis Epilepticum, cujus talis est descriptio:

F. Rad.

versâ debiscentem, in duo loculamenta divisam, & Seminibus setam oblongis, Placentæ affixis. Officinis familiaris magis est species, quam C. Bauhinus vocat Plantaginem latifoliam, sinuatam. Hujus Radix digitalis, fibrosa, & in medio præcisa: Folia ad rotundum accedunt, septem nervis distincta, glabra: Caules pedales lentè spicam Florum obparum cæruleam papyrus rubefaciunt; Radices verò magis illam rubefaciunt, & tantum adstringentes sunt: quod ostendit, in Foliis Sal ammoniacum & partes terrestres multo Sulfure esse involutas. Plantago igitur hæc est vulneraria, dissolvens, febrifuga. Tragus ad Pthysim commendat. Rustici Succum propinant ab ʒij. ad iv. imminente paroxysmo febrium Intermitterentium. Extracti ʒij. vel Seminis ʒj. Diarrhœam, & omnes Sanguinis fluxus sistunt: eosdem ferè usus habet Decoctum ex Plantâ paratum. Camerarius Collyrium parat ex Succo Foliolorum & Radicis Plantaginis, vit Extracto Plantaginis, & Decocto Salsaparillæ.

(Q) Plantago Aquatica tam latifolia, quam angustifolia, meriti inter Ranunculi species connumeratur à Tournefortio, vocaturque Ranunculus palustris, Plantaginis folio, ampliore, vel angustiore. Primæ speciei Radix bulbosa videtur, si Caulis inum cum Foliis completentibus illi adjunxeris: Caulis striatus, angulosus, inanis, cubitalis & altior, alis in surculos facessentibus coronatus: Flosculi tripetali rubescentes: Semina trigona, Miliæ vix majora: Folia demum Plantaginis, sed longiora, acuminata, nervosa, glabra, sapore subacido prædita. Timotheus Rossia ex Raio ait, Succum hujus Plantaginis Mammis applicatum, Lac in iis subito consumere.

(R) Inter Plantas Flore monopetalo infundibuliformi, sola Plumbago est, cujus pistillum abit in Semen unicum, oblongum, in ipso calyce maturescens. Plumbago vulgaris, quæ Dentellaria Rondeletii, & Molybdæna Plinii, stiones multos sesquicubitalis emittit, striatos, nigricantes, in alternos ramos diductos: Folia Caulem completuntur, Conyzæ (Glasti ex Columna) foliis paria, sed glabra, atrovirentia, & fervidi saporis: Flores cacuminibus herent acerque, ex plurimorum testimonio, Equorum dorso sellæ compressione ulceratis, contusam & appositam efficacissimè mederi, ut nec Vermes oriantur, & quamprimum excisetur Ulcus & cicatrizetur.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Semen, seu Grana; Flores.

Radix effodienda est Vere, Lunâ decrescente (tertiâ die ante Novilunium). Alii effodiunt Sole existente in Leone, dieque ac horâ solaribus, Lunâ decrescente. Flores colligendi sunt Majo, Semen Augusto.

N. Pœonia Flore multiplici, rarò Semen producit.

Vires. Galfacit & siccât 2, saporis est subduleis ac subacris, seu amari, subastringit. Usûs præcipui in Affectibus Cephalicis, Epilepsiâ, Incubo, &c. Uterinis, Mensibus obstructis, Lochiis purgandis, Doloreque post Partum mitigando, Epatis obstructione. *Extrinsicus* suspenduntur Grana ac Radix de Collo pro arcendâ Epilepsiâ.

P R E P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Floribus, additâque, si placet, Radice.

2. *Rad. Pœon. maris decresc. Luna effosa* ʒʒ.

Visci querc.

Rasur. Eboris,

Ung. Alcis,

Unic. vel C. C. ex apicib.

Spodii præp.

Corall. rubr. præp.

alb. præp.

Margar. præp. an. ʒj.

M. f. Pulvis: cui addantur

Folia Auri fini No. xx.

De hoc vid. STROBELBERGERUS in *Manud. ad curandos pueriles Affectus* p. 18. ubi de Epilepsiâ Puerorum. Datur à ʒj. ad ʒʒ. in *Aquis convenientibus* aut alio quovis modo; quin etiam in ipsâ *Pulte* adhibetur. Plurimas ipsi STROBELBERGERUS laudes tribuit, utpote quem dicit, se ferè quotidie salutariter præscribere.

Flores & Semen in simili usu antepileptico, Vertigine, Convulsione, & similibus valdè commendantur. *Semen* ordinariò ingreditur *Emulsiones* in Epilepsiâ, Convulsionibus, & in principio Variolarum & Morbillorum, unâ cum aliis adhibendas; propterea, quoniam in his sæpiùs imminet Epilepsiâ & Convulsiones, in tempore Eruptionis; quas, ut præcaveamus, tales Emulsiones compositæ præscribuntur. Talis *Emulso* etiam pro Pueris, Terroribus, & Pavoribus nocturnis afflictis, qui prodromi sunt Epilepsiæ, & qui dormire non possunt, optima est, & summè commendatur à STROBELBERGERO loco allegato. Somnum quodammodo inducit: valdè etiam prodest in Incubo Adulorum, in quo, uti & in Pavore Puerorum nocturno, talis potest præscribi *Emulso*:

2. *Sem. Pœon. maris ʒiij.*

c. f. q. *Aquæ Flor. Pœon. f. l. a. Emulso.*

adde

Corall. rubr. præp. ʒij.

edulcoretur parùm cum *Rorulis Manûs*

Christi perlat. S.

Emulso bene circumagitanda pro unâ vice.

Externè Radicem solam Amuleti formâ appensam Epilepsiam arcere, jam ex GALENI tempore notum est; & hæc vis amuletica à GALENO experta, adhuc noviter est comprobata à Modernis, uti videre possumus in RIVERIO in *Observat. à D. des Grandspres communicatâ* 7 p. 299. Præterea idem videre est in FORESTI *Obs. l. 10. Obs. 59.* & aliis: hic enim appendit *Sacculum* interpassatum ex *Radice Pœoniæ* concisâ, & ex *Pulvere Seminis Pœoniæ*: Videatur similiter BARTHOLINUS *Cent. 4. Obs. 69.* Relatum mihi est, quòd *Radix Pœoniæ Maris* de Collo suspensa Vertiginem inveteratam sustulerit. Cæterùm, ut hanc virtutem amuleticam contra Epilepsiam & alios quovis Morbos Convulsivos exerat Pœonia, necesse est, ut sit

1. *Radix ex Mare,*

2. *Syrupus.* Ex infusione Florum.

(Prostat alibi *Mel Pœoniatum* Puerulis Epilepticis lambiale.)

3. *Extractum.* Ex Floribus exsiccatis.

(*Extractum Diapaon. Mnd.*)

4. *Conserva* Ex Floribus.

5. *Sal.* Ex incineratâ integrâ Plantâ.

6. *Fœcula* Ex Radice, l a.

7. *Oleum stillatitium.* Ex Granis elicetur cum Aquâ fermentatis l. com.

POLIUM CRETICUM.

Polium Montanum aliis præfertur, in primis *Creticum*, Germ. *Cretischer Polen.* Gall. *Polium de Crete.*

Vires. Galfacit & siccât 2. Viscera aperit, ciet Menses & Urinam, ad Serpentum ictus utile, (Theriacam ingreditur.)

Ex-

2. Ut collecta sit *Tempore balsamico*, seu suæ Exaltationis, sub certâ scilicet Constellatione.

Anno 1599. prodit *Tractatus de Pœoniâ* SIMONIS BERGERI Medici Augustani, quem D. D. SCHERZERUS possidet, in quo modum colligendi, & rationem utendi, demonstravit. Curiosus est *Tractatus*, & admodum rarus. Ingens autem de modo colligendi est Controversia inter Auctores: PARACELsus, qui magnam habuit Experientiam effectûs Constellationum circa Tempus Plantarum collectionis, putat, effodiendam esse Pœoniam crescente Lunâ, Sole in Leone, *Radio sextili aut trino eam spectante*, de quo vid. etiam SCHMUKIUS in *Curtis Magneticis* pag. 9. Citato verò RIVERII loco debet esse collecta decrescente Lunâ, Sole in Ariete existente: Alii, uti FINCKIUS in *Escheirid. Dogmatico-Hermet. p. 26.* eandem colligendam putant Lunâ decrescente mense Marto & Aprili: Alii volunt, hanc Radicem colligendam esse Mense Aprili, Sole in Ariete existente, & Lunâ in opposito in Librâ: ut ad eò varii sint in hoc ipso Auctores: Optimum autem colligendi Tempus Radicis est, quo Sol versatur in Signo Leonis, nimirum mense Julio, circa tempus Heinrich, vel s. Mariæ Magdalene, Lunâ in Ariete decrescente: Alii colligunt tempore Verno, Lunâ, aut Lunâ & Sole simul, in Ariete versante, Lunâque decrescente ante Solis ortum, quod ultimum Tempus magis conveniens esse, existimo; non internè saltem ad dictos Affectus, sed etiam Amuleti instar appensa, uti patet non saltem ex *Observatione* RIVERII supra allegatâ, sed etiam Amicus fide dignus retulit, se per Radicem Pœoniæ Maris die 12. (22) Julii tempore meridiet effossam, Amuleti instar appensam, Epilepsiam curasse.

Quæritur verò: in quo consistat Plantæ bujus vis Antepileptica, & Antispasmodica? Respondeo; eandem residere in vi hujus Plantæ Anodynâ, & quodammodò Narcoticâ, cujus opè Motus Convulsivi sedantur, Spirituumque motus elasticus blandè sopitur; spirat enim fortem & gravem odorem.

Quòd *Preparata*, egregiam ex Pœoniâ Essentiam, contra Vertiginem frequentem, Morbos Convulsivos & Epilepticos Infantum & Adulorum, composuit BERGERUS loco allegato.

Aqua Pœoniæ ex Radice recentè contusâ, aut ejus recentè Succo optimè destillatur; hac enim ratione odorem ipsius Pœoniæ potenter refert.

Ex remanentiâ exprimitur Succus, & fit Syrupus elegans, in Morbis Convulsivis & Epilepticis Infantum & Adulorum.

Ex Floribus Pœoniæ fit methodo consuetâ, ex Spiritu Vitrioli cum Phlegmate Vitrioli, Tinctura, quæ intillari potest Potui in Morbis, ubi adest vel metuitur Epilepsiâ. Hæc Tinctura cum Tincturâ Cephalicâ compositâ potest misceri, & convenit in Somniis truculentis. Cæterùm, qui novit Simplex, novit ex eo *Preparata*. (5)

PO-

(S) Pœoniam non suo loco posuit Schrœderus, nec post eum Etmullerus, quippe quodâ falsò per æ, non per ʒ *Παύνας* à Pœone dictam, scripserint. Est Pœonia Plantæ Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Fructum, in quo plurima Cornicula in capitulum colliguatur, inflexa, pubescentia, per longitudinem debescencia, & Seminibus facta ferè globosis. Vulgò Pœoniâ Mare dictâ utimur. Hæc altius quàm Fœmina assurgit, ad bicubitalem altitudinem, Caulibus subrubentibus, ramosis: Folia Nucis Juglandis positu & figurâ, sed latiora & crassiora, terna, quaternaria, quæ debescencia elegantissimam Granorum ostendunt seriem, primùm Granati colore, mox atro-cæruleorum, demum per maturitatem omninè nigrorum: Radix ceu palus aliè depangitur, recta, nonnunquam in adnata pauca divaricata. Vanæ & prorsus superstitiosæ Observaciones de illius collectione, vel ex eo manifestæ redduntur, quòd tam variæ sint Auctorum de eâ re sententiæ. Satis alibi monuimus, Radices eo tempore colligendas, cum viridiori succo turgent, b. e. cum ad Caulem emittendum paratæ sunt, nondum tamen integrum emisissent.

Externè Fronti imponitur virescens ad Suffusionem. Vulnerarium audit. (Δ)

CCLVIII. POLYGONUM.

Polygonum (Majus: varii generis est, à quibus usuale Latifolium, C. B. 1.

(Minus: variorum itidem generum, quae cuncta minus usualia sunt.

Dicitur Centumnodia, Lob. Brunsv. Polygonum mas, Matth. Fuchf. Dod. Cord. Cast. Trag. vulgare, Cam. majus, Lon. Tab. German. Weg-Grasz, Wegdrit, Denn-Grasz, Blut-Kraut. Gall. Centinodia, la Renoüise.

Crescit locis incultis, aridis, ac juxta vias. Floret integrè serè æstate.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Refrigerat 2. (aliis in principio 3.) siccatur, astringit: Vulneraria est. Usus præcipui in sistendis Fluxibus quibuscunque, Diarrhœa, Dyenteria, Fluxu uterino, Vomitu, Hæmorrhagiâ Narium. Extrinsicè prodest Vulneribus, Ulce-

ribus, Inflammationibus Oculorum, Mammæ Tumoribus, Febri Tertianæ (Carpis imposita).

PREPARATA.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ collectâ in principio Augusti.

CCLIX. POLYGONATUM.

Est Latifolium, varii generis, à quibus usuale Vulgare, C. B. 1.

Angustifolium, varii generis, quae minus usualia.

Dicitur Sigillum Salomonis, latifolium, Trag. Polygonatum, Matth. Cast. vulgare, Gum. latifolium, Fuchf. Dod. Tab. majus, Lon. German. Weis-wurtz.

Crescit in sylvis & collibus. Floret Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, rarè Folia, rarè Baccæ.

Vires. Temperamenti est mixti, subastringit, extergit, saporis est subamari ac subacris. Usus internus est in Fluore albo Mulierum. Baccæ Pituitam mucilaginosam per vomitum ac secessum educunt. (Dof. N. 14. 15.) Idem dicitur & tum

POLYGALA.

Polygala est vel Major, vel Minor Flore cœruleo: datur etiam Flore albo, & purpureo. Ita dicitur, quod ejus usu Lac Nutricibus augeri putarint: an verò id præstet? penes Experientiam sit fides. Alias vix amplius est in usu, neque recordor, me de eâ aliquid legisse. (T)

CCLVIII. **P**olygonum. Polygonum seu Centumnodia, Germ. Quecken-gras, dicitur ita propter multos Nodos, quos habet hinc inde. Vocatur etiam à Latinis quibusdam Sanguinea, Germ. die Blut-garbe: propter singularem virtutem adstringentem, qua quascunque Sanguinis eruptiones potenter sistit; si contusa scilicet applicetur loco, unde Sanguis erumpit. Est vel Majus vel Minus: utrumque tamen promiscuè potest usurpari.

Interno usu adstringit; unde in quibuscunque Sanguinis fluxionibus sistendis internè & externè vile quidem est, sed non contemnendum Remedium. Decoctum ejus in Vino austero hautum usurpatur in Sanguine grumoso dissolvens. Hinc etiam internè imprimis convenit Herniosis, & Hernias feliciter curat: quo ipso FALLOPIUS quamplurimos Herniosos restituit, idque imprimis Polygono latifolio seu Majore.

Quoad usum externum, prostat Mulieris cujusdam Exemplum, quæ summâ Narium Hæmorrhagiâ periclitans, suavis adstantis Anus Polygono in Aquâ & Aceto ebullito, & sub Axillis applicato, convaluit, ubi alia generosa Medicamenta nullius effectus fuerunt: unde & hodie adhuc Decoctum ejus Mammis Puerperarum applicant, quando Pueros ablactant, ad repellendum Lac. Hæmorrhoides nimis fluentes etiam sistere solet: Conf. M. A. N. C. Ann. 6. pag. 40. unde etiam Succum ejus cum Vino styptico in Vomitu Tom. IV.

(Δ) De Polio paucis verbis agit Schrœderus, illud omninò neglexit hinc Etmullerus. Est autem Plantæ Genus Flore labiato, Chamædry congener: ejus autem Flores in capitulum collecti summis ramulis & caulibus innascuntur. Dicitur Polium à πολίος canus; habet enim, ex Dioscoride corymbos canæ cesariet similes. Inter varias Polii species Montanæ præferuntur: inter Montanas autem Polium montanum luteum, & Polium montanum album in Officinis sunt frequentiores. Luteum Planta est semipedalis altitudinis, cujus plurimi Caules tenues sunt, teretes, lignosi: Folia exigua, oblonga, crassa, crenata, luteo tomento tectæ: Flores aurei. Album verò ab hoc differt Caulibus humi fuis, Foliis minus tomentosis, Floribus albis, & minus odoris. Polii præsertim lutei Comæ aperitive sunt, cephalicæ, sudoriferæ, vulnerariæ.

Polium Creticum, de quo loquitur Schrœderus, si est Pollo recto di Candia, e forse il fruticoso di Dioscoride, Pona; erit ex Tournefortio Teucrium frutescens, Stœchadis Arabicæ folio & facie, Coroll.

(T) Polygala Plantæ Genus est Flore monopetalo, anomalo, personato, cujus pistillum abit in Fructum bisariam debiscentem, in duo loculamenta divisum, Seminibus sætum oblongis: is autem complectitur à duabus alis amplioribus Calycis quinquefolii. Polygala vulgaris C. B. perenni serè palmari Radice nittitur: Caules mules alii surrexi, alii repandi: Folia humi sparsa, & in Caulibus numerosa, illa subrotunda, hæc oblonga, acuta, carnosæ, & gustu vehementer amaro: Flores demum in spicam, colore dilutè cœruleo. Genueris in Epistolis hæc Plantam Amarellam vocat, asseritque, Vini cyathum, in quod illius manipulum infuderis, egregiè corpus movere absque ullâ molestiâ.

(V) Polygonum à πολὺ multum & γένον Genu, quod Planta sit multis geniculis intercepta. Plantæ Genus est Flore apetalæ, Calyceque infundibuliformi & multifido, in eo Semen postea triangulare reconditur, in quod pistillum abit. Addit Tournefortius Flores Polygoni in Foliorum alis nasci, atque Radices fibratas esse. Polygonum latifolium C. B. & magis officinale Viticulis cubitalibus, ramosis, geniculatis, è Radice durâ & lignosâ erumpit: Folia Oleæ foliorum figurâ, tenera, gustu viscida: Flosculi (Stamina) pusilli ex albo purpurascens, quibus succedunt Semina nigricantia Lapathi. Planta hæc sapore pollet herbaceo, viscido, & parum acido: valdè rubefacit cœruleam papyrus. Sal Polygoni videtur ad Alumen accedere: sed parum Salis ammoniaci, multumque Sulfuris adjunctum habet: Analysi enim cœmycâ multum præbet Acidi, Terræ, & Olei, sed parum Salis volatilil concreat, parumque fixi valdè lixivialis. Polygonum summè adstringens est & vulnerarium: Succus ejus, Decoctum, vel Infusum ex Vino propinatur in Dyenteria, Hæmorrhoidum fluxu, Sanguinis sputo, atque in omni generis Hæmorrhagiis: iisdem viribus præditum est Extractum. Herba contusa Vulnera persanat.

Sanguinis multum commendat PAULI in Quadrupart. Botan. Cæterum hic conferatur AUTOR; quæ enim habet AUTOR, non opus est, ut multis dicam. (V)

CCLIX. **P**olygonatum. Polygonatum non confundendum est cum Polygono jam dicto propter Radices geniculatas, quæ characterem exhibent: Vocatur etiam aliàs Sigillum B. Martæ, seu Sigillum Salomonis; quæ nomina promiscuè usurpantur: Germanis dicitur VVets-VVurtzel, ab effectu in dealbandâ Cute, & nitidâ Facie reddendâ. Est vel Latifolium κατ' ἐξοχήν, vel Latifolium majus, vel Spicatum Cornuti, vel Angustifolium Clusi.

Hoc Polygonatum seu Sigillum Salomonis exhibet pro usu Medico imprimis Radicem, quæ est penetrans & acris propter Sal volatile acre. Baccæ ejusdem referuntur inter Vomitoria, & Vomitum ciere dicuntur. Aliàs internè usum nullum obtinet hæc Planta.

Externè in usu Cosmetico primatum ducit. Cum Vino aut Aquâ appropriatâ cocta vel infusa, & illita, Maculas ac Pustulas Cutis ac Faciei, ac Impetigines, Pustulas, varios Colores &c. bono cum successu abstergit & mundificat: quoniam Sal volatile acre detergit omne Acidum subtile, quod tales Maculas & Pustulas solet producere; si verò diutius maceratur, erodit Cutem. Deinde usum habet Vulnerarium. Expertissima est pro discutiendo Sanguine grumoso in Partibus externis, & curandis Sugillationibus quibuscunque, Contusionibusque gravioribus, sive à Plagis, sive à Casu ab alto exortis; ubi non habetur melius Remedium Radice Sigilli Salomonis contusâ & applicatâ; dissolvit enim Sanguinem congrumatum. Tale Cataplasma impositum ex Radice Sigilli Salomonis & Radice Ari, vid. in SENNERTO Lib. 5. Praxeos Medicæ P. 1. pag. 89. cap. 16. ubi de Sanguine suffuso in partibus subcutaneis: unde Radix hæc ju-

D d re

de Radice (ʒj.) ac de Foliis. Extrinsicus Faciei Maculas abstergit, Cutim dealbat, resolvit Sugillationes ac Tumores renitentes: Lotione tugat Lenticulos Capitis, Scabiemque Infantum exliccat, Cicatrices, Maculasque Morbillorum emendat, &c.

P R Æ P A R A T A.
Aqua. Ex Radice cum Foliis ac Floribus.

CCLX. P O M U S.

Malis, Malus, Germ. *Apfel-Baum*. Gall. *Pommes, Pommier*.

(Acida.
(Domestica (Dulcia.
Poma sunt ((Subacida.
(Sylvestria.

re Basin constituit Unguenti contra Livorem Faciei Myrsibiti, quod describit pag. 501. *Armament. Chym. & Cataplasmatibus contra Livorem Zwelferi*. Loco ejus Radix pulverisata cum Vino subigatur, & calidissime applicetur; vel, quod melius, decoquatur Radix, vel in Aqua, vel in Vino, & Decoctum cum duplicatis Linteis imponatur in iisdem Maculis Faciei. Cæterum hæc Radix Sigilli Salomonis, cum sit acris, & quodammodo corrosiva, ut hæc Acrimonia temperetur, addi potest ei ana *Symphyti majoris Radix*, & sub formâ *Cataplasmatibus* usurpari; coquantur, contunduntur, & per setaceum trajiciuntur, & sic ad omnes Sugillationes confert. Quin & in Tumore Brachii post ineptam Venæsectionem nihil melius est hoc *Decocto & Cataplasmate*, quoniam mitigat, & Sanguinem congruatum sub Cute latentem, præter Sugillationes, resolvit & curat: vel

ʒ. Rad. *Symphyti major*. part. ij.
Sigill. *Salem*. part. j.

Contusa coqu. in Cataplasma c. *Vino*, vel ex *Aqua*:
Colaturæ adde

Flor. *Chamomillæ*,
Sem. *Anisi* ana pro lubitu. M.

Imponatur toti Brachio tumentis & sugillato: Vid. LEONARDUS FUCHSIUS in *Histor. Stirpium* pag. 559.
Pulvis hujus Radicis, cum *Tincturâ Benzoes*, in *Aquâ Rosarum* præcipitata subactus, exhibet egregium *Cosmeticum*, *Cosmetico Clavii* parum cedens. (X)

CCLX POMUS. Pomus duplex est, *Sylvestris & Domestica*; quarum *Fructus* cuique nostrum notus. *Domestica* est varia; unde Poma sunt vel *Dulcia*, vel *Acida*, vel *Subdulcia*, vel *Subacida*, & sic porro: *Dulcia* quod attinet, inter hæc in usu Medico excellunt in specie Poma *Borsdorffiana*, quæ omnibus palmam præripiunt, & egregia sunt alimento-medicamentosa. Hæc non tantum blandum Aroma spirant, sed speciatim, sicuti quælibet Poma dulcia, conferunt temperando Acidum præternaturale Corporis nostri, & sic consequenter in Terrore & Tristitiâ Melancholicorum, Melancholiâ Hypochondriacâ, aliisque Affectibus Melancholicis valdoperè conducunt; uti etiam singulariter profunt in Malo Hypochondrico: laxant simul Alvim blandè, & cum gratiâ, & Effervescentias hypochondriacas compescunt, & ita per accidens Palpitationem Cordis, inæqualem Sanguinis motum fermentativum, & Imaginationes melancholicas tollunt, adeoque *Cordialia* vulgò talia Poma dicuntur. *Modus* usurpandi varius est; vel pro scopo temperandi Acidum, & pro temperandâ Phlogosi Infantum; vel pro scopo alterandi. Fiunt autem efficacius inde *Infusa* unâ cum aliis Vegetabilibus.

(X) Polygonatum Plantæ Genus est Flore infundibuliformi, tubulato, calycis experte, cujus pistillum abit in Fructum mollem, globosum, & Seminibus subrotundis factum Polygonati latifolii, vulgaris Radix pyxidatâ commissurâ, inæqualis & tuberosa est, candida, densè capillata: Caules cubitales & altiores, teretes, odore, si frangantur, nauseoso: bis Folia alternatim adherent Liliis convallium, nervosa, supernè atro virore splendens, infernè cæsa: Flores ex alis pediculis inærent, singulares, bini, terni, albi: bis succedunt Baccæ virentes, mox glaucæ, tribus zonulis plicæ, in quibus sena vel septena dura semina continentur. Notat Tournesfortius Baccas Polygonati nigras esse, sed ex rore veluti quodam, quo (non secus ac Pruna recentia) conteguntur, glaucas videri. Folia hujus Plantæ estis amara, nauseam commansa movent, fortè ex succo viscido, quo turgent. Radices dulces sunt, parum acres viscidæque, parumque cœruleam papyrum rubesciunt, sed adhuc minus Folia. Videtur in Polygonato nil contineri, nisi Phlegma valde viscidum, multo Oleo commissum: etenim chymicâ Analyti non nisi acidi Liquores & Oleum ex eo eliciuntur: parum insuper Terræ & Salis fixi, nil autem Salis volatilil præbet. Quamquam Radix & Baccæ hujus Plantæ inter Vomitoria à nostris Autoribus, aliisque connumerentur; nihilominus multi sunt, qui Radicis ʒʒ. in Vini albi cyatho per noctem infundunt, & per menses integros mane exhibent in Herniis: nec Vomitus hinc excitatur, sed potius Egri se melius ex Morbo habent, præsertim si eandem Radicem ruptæ partè apponant.
Polygonatum spicatum, fertile Cornuti, de quo Ettmullerus, est Tournesfortio Smilax spicata, Polygonati folio.

Vires. Acida sunt naturæ frigidioris ac astringentis. Verum cum Butyro cocta Cibum Fœbricitantibus præbent commodum.

Dulcia sunt naturæ calidioris ac laxantis.

Subacida, seu vinosa, naturæ sunt mixtæ, conveniuntque Ventriculo & Cordi.

Sylvestria. Astringunt.

Extrinsicus (Dulcia sub cinere cocta) sedant Dolorem Oculorum, Pleuritis (cum Myrrhâ imposita).

N. Poma *Borsdorffiana* sapore & odore aliis præponuntur.

P R Æ P A R A T A.

(Quandoque Aqua imprimis Pomorum *Borsdorffianum*, hinc Acidorum, & Sylvestrium prostat.)

(Item Spiritus).

1. Succus fermentatus, seu Vinum Pomorum, Pomaceum.

N. Vulgatissimum est in Normandiâ Galliæ Provinciâ, adeo

Paratur exinde Vinum Antiscorbuticum, si addantur *Passulæ*, tanquam Vinum *Malvaticum* saporem habens, Hypochondriacis convenientissimum. Ut autem citius fermentent addi potest Saccharum.

Externè Poma putrida applicantur in Ophthalmiâ. In Inflammationibus certè & Doloribus Oculorum, ut & Oculis ex percussione & contusione vulneratis, nil melius est *Cataplasmate Pomorum coctorum*, vel etiam *putridorum*, quæ putredine suâ resolvunt Graorem, & sistunt Dolores æquæ ac Tumores. Experimentum fuerunt TIMÆI, quod etiam habetur in SCULTETI *Armamentario Chirurgico*. Formula sit talis:

ʒ. Poma dulcia (si possunt esse *Borsdorffiana*, erit optimum) Num. iij.

Coqu. in f. q. *Aquæ Euphrasæ & Fœnic.* ad mollitiem: Pulpa trajiciatur per setaceum, cui postea addantur

Sacch. albis. ʒiij.

Campb. gr. xv.

Croc. gr. v.

Misce pro *Cataplasmate*, quod imponatur tepidè Oculis, cum Linteolis duplicatis.

Quod attinet *Preparata*, omnibus notum est, quod ex *Pemis, Pyris, & Cydoniis* per fermentationem fiant *Liquores vinosi* usitatissimi in Angliâ & Galliâ, qui dicuntur *Cidre*. Hoc Vinum Pomorum, imprimis ex *Pomorum Borsdorffianorum Succo*, per fermentationem paratum, tam solitarium, quam additis *Passulis*, erit Potus vinosus egregiè medicamentosus seu medicatus, in Melancholicis Affectibus, & in specie in Melancholiâ Hypochondriacâ; unde etiam cum Succo *Pomorum Borsdorffianorum* præparatur *Extractum Martis*:

ʒ. nempe Succum *Pomorum nondum perfectè maturorum, & Limaturæ Martis* affunde; & acquirat saporem vitriolaceum: quod *Infusum Martiale* optimum est pro dictis Affectibus Remedium.

Inspissari etiam potest ad consistentiam *Extracti*, quod in *Vino* dissolutum grati saporis est.

Extractum hoc per Spiritum *Vini* postmodum dat egregiam *Essentiam Martis aperitivam*, quam hinc inde describunt *Aurores*, imprimis ROLFINGIUS in *Chymia in Artibus formam vedatâ*.

* Spiritus ex *Vino Pomorum Borsdorffianorum* paratus valdè convenit pro scopo analeptico, & in Affectibus melancholicis.

Ipse Succus *Pomorum* convenit in Affectibus Melancholicis, ex Mœrore & Tristitiâ ortis, in Syncope, Lipothymia, Palpitatione Cordis &c. Propter hanc vim antimelancholicam hic Succus solet ingredi *Confectionem Alchermes*, de quo

ad id ut non modò Potùs loco habeant, sed & ex eodem Aquam Vitæ destillent, & Acetâ conficiant, quæ vel cum Spiritu ac Acetis ex VINO certare videntur.

2. *Syrupus de Pomis simplex*. Ex Succis Pomorum dulcium ac vinosorum.

Vires. Succurrit Affectibus Cordis, Syncopi, Palpitationi, ac aliis ab atrâ Bile ortis. Ventriculo gratus est, sedat Sittim, Febribus auxiliatur.

3. *Syrupus de Pomis Regis Saborum*. V. D. & infrâ de Sennâ.

4. *Extractum*. Seu Succus inspissatus Pomorum dulcium fragrantium.

5. *Extractum*. E Radice Arboris Fructus acidus ferentis, fit L. a. cum Aquâ ex Pomis propriis destillata.

Vires. Summum est Medicamentum contra omnia Ventris profluvia, Dysenteriam, Lienteriam, Diarrhœam, Fluxum epaticum. *Quercet. P. R. c. 6.*

6. *Unguentum Pomatum*.

CCLXI. P O P U L U S.

E Sa [Alba latifolia. Germ. *Weiß Pappel Baum, Aspen*. Gall. *Peuplier*.
[Nigra, Germ. *Schwarze Pappel-Baum, Black-Poplar-Tree*. Hac usualis.

Alba dicitur Populus alba, *Matth. Cord. in D. Lob. Cast. Tab. Ger.* Populi albæ alia species, *Trag. C. B. 1.*

Nigra dicitur Populus nigra, *Trag. Lon. Populus nigra, Matth. Dod. Cord. in D. Lob. Cast. Tab. Germ. C. B. 3.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Cortex Populi albæ, sed rarò. *Oculi* Populi nigra.

Vires. Utraque naturæ est mixtæ, (sed humido-liccæ) ceterum ad frigiditatem inclinantis, abstergitque. *Cortex* Populi albæ præcipuè adhibetur in Dolore Ichiadico, intus & extrâ. in Stranguriâ, in Ambustis. *Oculi* seu *Gemmae* (ἀσπίματα) Populi nigrae adhiberi solent à Sexu muliebri ad Capillos adornandos & promovendos; profunt itidem ad Dolores se-

andos (v. g. Dentium, Decoctum ex Aquâ, vel Aceto, ore detentum.)

N. 1. Est & *Gummi* Populi nigrae, quod calfacit 2. sed minus id usuale est.

N. 2. *Succus* in foraminibus Populi collectus, Verrucas ac Impetigines curare creditur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum Populinum*. Ex Oculis Populi nigrae (primo Vere collectis), & Oleo veteri. Vide Disp.

N. Alii addunt quoque Vinum & coquant ad hujus consumptionem.

2. *Unguentum Populeon*. V. D.

Vires. Refrigerat, Somnum conciliat.

CCLXII. P O R R U M.

Πόριον. Germ. (Domesticum. (Capitatū. Germ. *Eschlauch*.
Lauch. Gall. (Sectile. Germ. *Schnitt-Lauch*.
Porreau. (Usuale sylvestre.

Dicitur Porrum, *Brunsf. Cord. in D. Lob. Dod. Cast. Tab. Porrum commune, Matth. vulgare, Lob. Porrum capitatum, Fuchf. Porrum capitatum, vulgare, Cam. Porrum commune, capitatum, C. B. 1.*

N. *Capitatum* & *Sectile* non differunt genere, sed solum culturâ. *Sectile* enim dicitur, quod detondetur ad culinares usus: *Capitatum*, quod sine detensione linquitur, & autumnò transplantatur, ut *Capitatum* fiat.

Gaudet solo pingui. Seritur Martio & Aprili.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix, Herba, Semen.

Vires. Porrum calfacit insigniter, siccaturque, attenuat, aperit, incidit, resolvit. Usus præcipuus in Serpentum Moribus & Ulceribus, Mucilage Pulmonum. Extrinsicè in Aurium Tinnitu ac Suppurationibus, in Venis Hæmorrhoidum tumidis ac dolentibus &c. Semen Urinam ciet.

N. Frequens ejus usus Somnos turbulentos inducit, Visuique officit.

CCLXIII. POR-

quo superius locutus sum. Videatur imprimis EICHSTADIUS in *Tract. de Confectione Alchermes*. In obstructionibus Alvi infunduntur *Folia Sennæ* in *Succo Pomorum Borsdorffianorum*, additur *Cremor Tartari*, exponitur in locum tepidum, ut fiat solutio, sicque fit *Posus Laxativus*, qui ad antè dictos Affectus, in specie Melancholicis, Scorbuticis & Hypochondriacis, admodum convenit. Ingeniosum certè est *Infusum*.

Sic & *Syrupus de Pomis Borsdorffianis compositus* datur in Officinis, *Syrupus Regis Sapor* dicitur, qui in Affectibus Melancholicis blandè laxat, & emollit Alvim insensibiliter, & cum delectatione, ut non meliùs optari queat Pueris, imprimis Alvo obstructâ cum Phlogosis laborantibus, ut à cum *Pulvere Lapillorum Cancrorum*.

Unguentum Pomatum inde confectum conducit ad Fissuras Laborum, Faciei, Manuum, aliarumque partium.

Uterius ex *Pomis putridis Aqua* destillatur per Alembicum, quæ propter copiosum, quod unâ ascendit, Alkali volatile, apud Chirurgo modernos magni æstimatur in quibusvis Inflammationibus, & contra Gangrænam magni momenti est; non secus ac contra Fluxus Sanguineos Vulnerum, atque Ulcera Maligna putrida antiqua, & ex quâcunque causâ orta, ut & in Ambustionibus: videatur SCHMUKIUS in *Thesaurò Med. a. Secret. 19.* & AGRICOLA in *Chirurgiâ parvâ*. Ratio in promptu est: Nam constat copioso Sale volatili falso occulto, ratione cujus vim acrem putredinosam in Ulcere attrahit, & absument, quo Acido seu Fermento putrido ablato non potest non fieri, quin consolidentur Ulcera. In hac Aquâ si solvatur *Mercurius dulcis*, vel *Saccharum Saturni*, & sic imprægnetur talibus Metallicis, fit egregia ad Ulcera Phagedænica, Telephia & Cacoë-

Tom. IV.

thea, quæ experta est à quamplurimis, & arcana esse dicitur nonnullis: item in Cancro putrido & corrosivo, qui magis cupit relinqui quàm tangi, prodest: si sc. Linteum quadruplicatum hac Aquâ humectatum imponatur, & quidem hoc non in Cancro solum, sed etiam in Ulceribus corrosivis verum esse, *Experientiâ Chirurgorum* constat. *Aqua* hæc mista cum *Saccharo Saturni*, & imposita cum Linteis, est egregia in Ambustis; quoniam refrigerat, & vitium per Ambustionem illatum corrigit. (T)

CCLXI. P O P U L U S. *Populus*, Germ. *die Pappel*, Arbor est ubivis obvia & nota: & quidem vel *Alba* vel *Nigra*; quas inter posterior tantum est usitata.

Per se rarò, aut nunquam, solet præscribi, sed *Gemmae* tantum *Populi nigrae* in usu sunt, & quidem propter vim *anodnam*; hinc ex illis paratur *Oleum Populinum* & *Unguentum* pro usu externo in Cephalalgis & Agrypniis, Temporibus inunctum. Alii in Affectibus Nervorum & Membris paralyticis adhibere solent, in specie in Paralyti nothâ scorbuticâ. Quidam recipiunt *Confectionem Hamac* cum *Unguento Populeo*, imponunt plantis Pedum, ut fiat *Purgatio*. (Z)

CCLXII. P O R R U M. *Porrum* Planta sapore; odore, & figurâ congener *Allio* est & *Cepis*, & reverâ species est *Allii minoris*; quo ipso sapore & odore testatur, quòd copioso Sale volatili constet.

Vim habet *antipestiferam*, & omnia, quæ de *Allio* vel *Cepis*, & *Succo Ceparum* dicta sunt, huc referantur. *Rari est usus*, cum semper *Cepæ* sufficiant. Potest substitui his, si non haberi possunt, vel non sunt virides. (A)

D d 2

CCLXIII. POR-

(Y) Pomum quam vocat hic Schræderus & Ettmullerus Arbor est, quam inter reliquas Pomiferas, Mali nomine appellatas, καὶ ἰσχυρὰ Malum propriè dicimus, cujus Fructus vulgò Mala & Poma vocamus. Arboris Genus est Malus Flore rosaceo, cujus calyx abit in Fructum carnosum, ferè globosum, umbilicatum in loculamenta divisum, & Seminibus callosis foetum. Mali species innumerae sunt, à Fructus sapore, formâ & colore desumptæ. De præcipuorum Fructuum viribus medicis satis superque Autores nostri.

(Z) Populus Arboris Genus est Flore amentaceo, sed sterili: Fructus autem innasci solent iis Populi speciebus, quæ Floribus carent, spicati, foliolis compositis, sub quibus later campana embryonem complectens, qui abit in Siliquam membranaceam, bifariam debiscentem, Seminibus papposis foetam. Sunt apud Veteres Populus λευκή, quæ Alba, αἰνερος, quæ Nigra, & κερκίς Theophratto, quæ Tremula C. Bauhino.

(A) Porrum inter Plantas Flore liliceo connumeratur: id autem præcipuè in ejus speciebus notatur, quòd Flores in fasciculos globosos colligantur, Stamina lata sunt & trifida, Radices cylindraceæ, & ex tunicis constantes, quarum singule in Folia plana abeunt. Porri vulgaris, capitati in edulis vim, Cepæ & Allii viribus haud inferiorum, dura mesorum illa satis adruunt.

CCLXIII. PORTULACA.

Aρδρῶν, Arab. *Bachalemba*. Gall. *Pourcelaine*, *Poupien*.

[Latifolia fativa. *Hæc præfertur.*
Angustifolia sylvestris.
Inscribitur *Portulaca*, *Lon. Cord. hortensis*, *Trag. Fuchs.*
Dod. domestica, *Matth. Lob. Cist. Tab. Ger. major*, *Cam. Portulaca latifolia*, seu fativa, C. B. 1.

Floret Junio: Crescit locis arenosis & sabulosis.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia. Semen.

Vires. Refrigerat 3. siccatur 2. astringit, pauci nutrimenti est, Lumbricos fugat & expellit. Usus præcipui in mitigando fervore Bilis, & hinc in Febris Putridis malignis, ardore Urinæ, ut & in Scorbuto, apprimè succurrit Febricitantium Æstui (Folia recentia applicata Jecori, Renibus &c.)

N. In Tabæ prodesse, succulentia & crassities Foliorum arguunt.

PRÆPARATA.

1. *Succus inspissatus.*

2. *Aqua stillatitia.* Ex Herbâ.

3. *Syrupus Simplex* Ex Succo.

4. *Compositus.* Vide Disp.

N. Solet & condiri ad modum quo Cappares condiuntur.

5. *Confervus.* Ex Foliis.

6. *Loçp.*

POTENTILLA. Vide ANSERINA.

PRASSIUM. Vide MARRUBIUM ALBUM.

CCLXIV. PRIMULA VERIS.

Φλομῖς: Herba Paralysis, *Cist. Brunsv. vulgaris*, *Trag. Primula Veris*, *Matth. Tab. Major*, floribus luteis odoratis, *Dod. Primula pratensis*, *Lob. Verbasculum odoratum*, *Fuchs. Arthriticum*, *Gesn. simplex*, luteo flore, *Cam. Verbasculum pratense*, odoratum, C. B. 1. German. *Schlouffel-Blumen*, *Himmel-Schlouffel*, *S. Peters Schlouffel*, *Weiß Betonien*. Gall. *Primevere*, *Bavillon.*

Crescit in campestribus ac sylvis. Floret Aprili.

OF-

CCLXIII. PORTULACA. *Portulaca* est vel *Vulgaris Folia viridi*, vel *aurco Folia flavescens*. Dicitur etiam *Portellana*. *Portulaca* verò dicitur tanquam ad *Portum lata*, quod circa *Portus* ad littora marina crescere subinde observetur. Græcis *Αρδρῶν*, Germ. *Burzelkraut*. *Planta* est admodum succulenta ad *Sedi* naturam accedens, propter quam succulentiam & crassitiem in Phthisi usitata est.

Adhibetur *Semen*, & *Folia*.

Folia sunt ex primariis *Refrigerantibus*, de quorum virtute *superius dictum*, ubi de *Endiviâ* egimus, quod consistat in Substantiâ salinâ alcalinâ, dilutâ copioso Phlegmate, cujus ratione in *temperando Acido*, præsertim primarum viarum, perquam egregia sunt. Hinc conveniunt in subitaneis Ebullitionibus Sanguinis, Phlogosis, in Scorbuto, & similibus Pathematis, à quibus solèr Ebullitiones oriri febriles, adeoque apparenter refrigerant; unde iis, quibus maxime conveniunt *Antiscorbutica acriora*, commodè sociatur *Portulaca*, ac *Beccabunga*, ut hac ratione Acrimonia Salis volatilis Plantarum Antiscorbuticarum aliquomodo temperetur; hinc est, quòd in Sodâ, seu Ardore Ventriculi *Folia Portulacæ* cruda comesta tam egregium sint Medicamentum epositorum, ac in momento juvans: qua ratione quoque est, cur Itali, utpote hujusmodi Affectibus calidioribus ob loci caliditatem magis obnoxii, *Portulacâ* in *Acetariis* suis utantur, utur gravare soleat Ventriculum, & difficilis sit Coctionis. Quin & in Urinæ Ardore, oriundo ex Acrimoniâ acidâ convenit. Præterea Effervescentiam oleosam à Bile oriundam, & aliam quamvis Acrimoniâ erodentem & excoriantem temperat. Læsiones factas *adstriçoriâ* vi denuò consolidat; unde in Hæmorrhagiis quibuscunque, speciatim Sputo cruento ex Pulmonis erosione, aliarumque Partium Exulcerationibus, *Portulaca* sive sola, sive cum *Plantagine* usurpata, & quævis ex *Portulaca* parata Remedia, sunt egregia: & illa à GALENI tempore jam tum fuit in usu maximo contra Hæmorrhagias; ubi tamen commodè addi potest *Lapis Hæmatites*. Quòd si Sanguis erumpat, vel ex Dentibus, vel Gingivis, vel Palato, Ore, & Faucibus, quod usitate in Scorbuto Oris contingit; *Portulaca* masticata, & comesta sensim sensimque valde convenit pro compescendo tali Sanguinis fluxu. Potest etiam fieri ex *Portulacâ Decodum*, & addi *Syrupus simplex* cum aliquot granis *Laudani opiat* in Sputo Sanguinis, & aliis Sanguinis ejectionibus, in quocunque Fluxu & Hæmorrhagiâ, sive Capitis, sive Pectoris, sive Uteri: similiter potest commodè misceri cum *Syrupo de Symphyto Ferne-lis*, utpote, quòd cum illo conspirat in viribus & efficacità. Porrò in Gonorrhœâ benignâ ex Semine acriori, *Portulaca* optimum quoque est Remedium. Aded polychrestum est Medicamentum *Portulacæ* præprimis iis Affectibus, ubi *Refrigeratione* opus est.

Externè in Hæmodiâ seu Dentium stupore, quocunque ex casu nato, *Folia* Dentibus affricata præsentaneum sunt Remedium; extinguunt enim Acidum istud, ex quo ori-

tur Hæmodia. *Folia hæc recentia* confusa, & cum *Fermento* recenti ac *Sale* mista, & *Aceto* irrorata, insit *Cataplasmatis* applicata plantis Pedum eorum, qui laborant Febris Ardentibus, valdoperè temperant Æstum, & Cephalalgiam compescunt.

Succus ejus turget *Sale* essentiali, propius ad *Salia* alcalia accedens, seu quod est de naturâ *Salium* urinosorum alcalinorum paulò fixiorum: hinc est, quòd impensè refrigeret, & Effervescentiam Sanguinis temperet, Æstumque Ventriculi atque Hypochondriorum extinguat: unde & in Scorbuto, ejusque Phlogosi; aliisque Symptomatibus fervidioribus *Succus* & *Syrupus* conducunt: sicut & in Urinæ Ardore & Stranguriâ, ex Acrimoniâ acidâ ortis, necnon in Sodâ, item quibusvis Hæmorrhagiis ex Acido nervosas partes vel irritante, vel Sanguinis ebullitionem, excitante, natis, internè & externè sunt egregia; blandè & moderatè temperant & corrigunt Acidum. Et quidem in Sputo Sanguinis, quod est ex Pulmonibus, *Succus* valdoperè expertum est Remedium, in quo peculiare sanè exercit vires, sive sub formâ *Syrupi* seu *Loçp*, aut quocunque modo usurpètur: v. g. potest fieri talis *Mistura*:

ψ. *Aquæ Plantag.*

Portul. (ubi deest *Portulaca*, commodè substituitur *Plantago*) an. ʒiʒ.

Succi Portul. ʒj.

Hæmatit. præpar. ʒj.

Sangu. Dracon. ʒʒ.

Spiritus Vitrioli gutt. xv.

Syrup. Portul. ʒvj. vel ʒj.

M. D. S.

Potio contra Sputum Sanguinis.

In Hæmodiâ ex usu Acidorum exortâ *Succus* Dentibus illitus optimum est Remedium. (B)

PORTULACA SYLVESTRIS MINOR.

QUæ ejusdem planè naturæ ac usûs cum *Portulacâ Vulgaris* majore: unde omnia ista, quæ de usu ejus dicta sunt, huic quoque competunt. (C)

CCLXIV. PRIMULA VERIS. *Primula Veris*, *Pblo-mis* Dioscoridi, aliàs in specie & usitatissimè apud Autores *Herba Paralytici*, seu *Arthritica* dicta; quo nomine sæpius præscribitur, quàm *Primula Veris*: ita vocatur propter vires antiparalyticas, dum in curandâ Paralyti nulla Planta ipsi habetur par. Non incommode à quibusdam vocatur *Verbasculum*, item *Verbascum odoratum*, *Betonica alba*, Germanis *Schlouffelblum*, *Himmel, oder Peter-schlouffel*, *VVeisse Betonien*. Diversæ species sunt: *Vulgaris* Flore luteo, vel *Flore Byzantino*, quæ rara est: omnes hæ species habentur vel *simplici* vel *Flore pleno*. Floret statim in principio Veris. *Semen* fert nigrum.

Est Planta omnibus nota *Cephalica*, & *Antapoplectica*, *Antiparalytica*, *Articularis*, & nullam ferè Compositionem vel *Aquæ*

(B) *Portulaca Plantæ Genus* est Flore rosaceo, cujus pistillum cum calyce monophyllo & bifido, abis in Fructum ovatum transversâ debiscentem, Seminibus sætum exiguis. *Portulacæ* species *Folius* crassis, carnosis, alternatim positus gaudent: præcipuè autem *Portulaca latifolia*, fativa C. B. quam inter *Culinares Herbas* facillè connumeraveris.

(C) *Portulaca sylvestris*, minor, Spontanea dicitur à J. Bauhino, quippe quæ passim in hortis & vineis nascitur, bortenfi sativâ multis numeris minor, vix humo surgit: *Folia* minorâ atrovirentia: *Flores* exigui, muscosi.

OFFICINALIA NATIVA.

(Radix nonnunquam, cujus Pulvis ad Vermes datur.)

Flores ac Folia.

Vires. Calfacit leniter, siccatur fortius, saporis est subacris ac subamari, substringit, anodyna est. Usus præcipui in Affectibus Capitis, Apoplexiâ, Paralyfi. In Articulorum Doloribus. Extrinsicus in Arthritide (Succus Foliorum contusorum impositus,) ac Tumoribus, qui Ictus venenatorum Animalium subsequuntur.

N. Acetum Radicibus imprægnatum ac loco Erthini in Nares attractum, Odontalgiam mirabiliter sedat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex integrâ Herbâ (Caulo, Foliis ac Floribus.)
2. *Spiritus.*
3. *Conserua.* Ex Floribus.

CCLXV. PRUNELLA.

Brunella, *Dod. Brunsf. Lon.* Brunella vulgaris & *6. Trag.* Consolida minor, *Matthiol.* minima, *Cam.* Prunella, *Fuchs. Cam. Tab. Ger.* Symphytum petræum, *Lob. icon. Cord.*

in *D. German.* Brunellen, *Gottheil, 5.* Anthoni-kraut. *Gall. Herbe au Charpentier.*

Nomen ducit ab *Anginâ*, quam *Brunellam* alii vocant. Crelecit in campestribus ac locis herbosis. Floret Junio, & hinc ferè integrâ æstate.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores.

Vires. Calfacit & siccatur, (subamara est) abstergit, consolidat, Vulneraria est. Usus præcipuus in Vulneribus, imprimis Pulmonum, in Sanguine coagulato. Extrinsicus in Vulneribus, & creberrimè in Gingivâ, aliisque Affectibus Oris ac Faucium (Gargarismate).

N. Author est *Crollius*, Radicem aridam Denti dolenti affricatam, ut Sanguinem susceperit, magneticâ vi Dolorem sopire, si Salici indatur perforatæ, foramenque mox tubulo ex Salice obturetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex integrâ Plantâ Augusto collectâ.
2. *Conserua.* Ex Floribus.

CCLXVI. PRU-

Aqua, vel *Essentia*, vel *Elixiris cephalici* &c. videbitis, quam non ingrediatur.

In usu sunt *Folia* & *Flores*.

Vires ejus residet in Sale volatili oleoso blandè anodyno, hinc roborare Nervos, demulcereque videtur; hacque ratione in Affectibus Capitis & Articularibus, *Flores* unâ cum aliis, usurpari solent, & speciatim Paralyticis, & omnibus dictis Morbis Cephalicis, solent commendari cum *Vino* cocti & epoti: vel ex integrâ *Plantâ* *Succus* expressus, & cum *Saccharo* parùm edulcoratus, ab ʒj. ad ʒij. quotidie adhibetur. In *Acetariis* quoque prima ejus *Folia* recipiuntur. *Radix* cocta in *Calculo* laudatur.

Externo usu inter *Unguenta Paralytica* & *Apoplectica* solet assumi & misceri. Aliàs rarò usurpatur.

Aqua ejus numeratur intra *Aquas Articulares*, quare & *Spiritus Cephalico-Apoplecticos* ingreditur. *Aqua destillata ex Floribus* cum *Diamno albo* in *Vino* maceratis, *Cosmeticum* est, cum *Succo Limonum* mixta.

Paratur etiam ex hac *Herbâ* & *Floribus* *Spiritus* per fermentationem, uti etiam *Essentia* contra Paralyfin, sic *Misuram Antiparalyticam* & *Apoplecticam* præscripti non ita pridem cum felici successu hoc modo:

ʒ. *Aqua Prim. Veris*,
Flor. Tilia,
Lavend. an. ʒij.
Apoplect. seu *Spiritus Lil. convall.*
Spiritus Cerasor. nigr. an. ʒj.
Ess. Prim. Veris ʒij.
Salis vol. Succini ʒss. ad ʒj.
Syr. Flor. Tunicæ ʒi. M.

In usu etiam ex *Floribus* parata *Conserua* pro Affectibus Capitis & imprimis Paralyticis & Apoplecticis. Recipiunt nempe quidam *Conseruam* hanc, & irrorant *Spiritu proprio*, vel *Essentiâ propriâ*, & addunt *Pulveres appropriatos* pro *Electuario* præservativo Apoplexiæ & Paralyseos; imprimis, si recipiatur simul *Conserua Florum Lavendulæ* vel *Florum Anthis*, seu *Rorismarini*, qui *Rosmarinus* est totus cephalicus, & in Paralyfi erit eò efficacior. (D)

CCLXV. PRUNELLA. *Prunella* ab usu in *Prunellâ* ita dicta, Germ. *Braunellen-kraut*, propter vim vulnerariam inter *Consolidas* numeratur; unde etiam à

quibusdam vocatur *Consolida minor*. Nam *Consolidarum* tres aliàs sunt species: *Major*, quæ aliàs *Symphytum*; *Media*, quæ *Bugula*, & hæc *Minor*, quæ *Prunella* vocatur, & similis ferè est *Bugulæ*, seu *Consolidæ mediæ*. Est vel *Flore albo*, vel *purpureo*, vel *laciniatis Foliis*, vel *Montana* &c. Autumnali tempore floret, & ubique prostat. Usurpatur potissimùm in Affectibus Oris atque Faucium, in specie Symptoma illud in Febribus acutis, Morboque Hungarico, *Prunella* dictum, (unde & *Herba* hæc nomen habet; sicut *Nitrum* quoque *sulphuratum Lapis Prunellæ* dicitur, quoniam eadem vires, quas *Prunella* obtinet in *Anginâ*, & hinc in *Decocto* vel *Aquâ Prunellæ* dissolvitur pro *Gargarismate* in *Prunellâ* & *Anginâ*) ubi *Fauces* rubent, *Lingua* arida & squalida est, & ex obscuro livent (quod non quidem periculosum in se, sed mali moris est) tollit, decocta in *Urind*, vel *Aquâ* & *Aceto*, & *Mellis* parum pro *Gargarismate*. In Inflammatione Faucium ac Tonsillarum, in Ulceribus Oris & Palati, in Aphthis & Gutturis Inflammationibus, quæ sunt species *Anginæ*, *Decoctum* hujus in Ore detentum specificè convenit; unde quoque ingreditur *Gargarismos* in principio & incremento *Anginæ*, ubi *Lingux* & *Faucium* est ariditas: à quibusdam additur *Salvia* & *Album Græcum*. Modus est hic:

ʒ. *Herb. Prunellæ* M. ij.
Salviæ M. j.

Albi Græci ʒss.

Coqu. in s. q. *Aquæ* vel *Vini*: Colaturæ adde

Spiritus Vini ʒss. ad ʒiʒ.

Mellis rosat. ʒvi.

Rob Moror. ʒss.

Misc. pro *Gargarismate*; cui vel *Pblegma Vitrioli* vel *Nitri* addi poterit, cum ingenti *Ægri* levamine.

Vel coquatur *Prunella* in *Aquâ*; post addatur *Pblegma Vitrioli* & *Mel*; quâ *Misurâ* irrorentur *Fauces* & *Lingua* in Ulceribus Faucium, & non leve levamen sentiet *Æger* in Exulceratione Faucium.

Uterius, quia est ex genere *Consolidarum*, propterea *Folia* & *Flores*, imò tota *Planta*, egregiè est *Vulneraria*, dum externo usu mundificat *Ulceras*, & consolidat *Vulnera*: interno usu resolvit *Sanguinem* grumofum, & in *Vulneribus* *Pulmonum* specifica est, rarioris tamen interni usûs. (E)

CCLXVI. PRU-

(D) *Primula Veris*, quòd primo Vere florere soleat, *Plantæ Genus* est *Flore hypocrateriformi*, & multifido, cujus pistillum abit in *Testam oblongam*, in *calyce reconditam*, apice debiscentem, & *Seminibus* subrotundis foetam. Per *Officinas* circumfertur *Primula Veris* odorata, flore luteo simplici C. B. quæ è *Radice* rubente, fibrosâ, odoratâ, *Folia* profert rugosa, tenuia, & ad *Lactucam* nonnihil accedentia (quod omnibus *Primulæ* speciebus commune est): ex *horum* medio *Caulis* surrigitur *palmaris*, nudus, teres, in cuius fastigio *Flores* quinti, septenti, lutei, odorati, simplices, quibus succedunt *Semina* parva, nigra. Hujus *Plantæ* *Flores* chymicâ *Analysi* multum *Acidi* præbent, parum *Spiritus* urinosi, nil *Salis* volatilii concreti, satis autem *Olei* & *Terræ*. *Flores* idem *Sale* gaudent volatilii, aromatico oleoso, satis temperato: quare valdè aperientes sùnt, & ad *Spirituum* cursum restituendum aptissimi. Ad *Spirituum* eliciendum opus est, ut illos *Sale* adspargamus, deinde post aliquot dierum fermentationem destillemus. Valet adversus *Paralyfim* atque *Apoplexiam*. *Folia* & *Radix* ejusdem *Plantæ* aperientia sùnt & vulneraria.

(E) *Prunella*, quæ & *Brunella*, *Plantæ Genus* est *Flore labiato*, cujus labium superius galeatum est, inferius in tres partes divisum, mediâ cochlearis instar excavatâ: pistillum abit in quatuor *Semina* subrotunda: *Flores* in spicam densè disponuntur. *Brunella* major, folio non dissecto C. B. quæ & vulgaris *Officinalis*, inter reptatrices *Plantas* connumeratur: *Foliis* ferè binis gaudet ad articulos oppositis, *Origani* vulgaris (verius *Ocimi* ex *Cæsalpino*) *hirsutis*: *Florum* ex cæruleo purpurascensium *spica* duobus *hirsutis* rubentibus subjectis *foliis* deformatur. *Planta* hæc coeruleam *papyrum* satis rubefacit: gustu pollet herbæco, styptico, & parùm viscido, cum aliquâ amaritudine. Conjicit hinc

CCLXVI. P R U N U S.

Prunus (Domestica sativa. *Hajus loci.*
Sylvestris. *Vide Acacia.*

OFFICINALIA NATIVA.

Κοκκύμυλα, Pruna. Germ. *Pflaumen*, *Zwetschen*. Gall. *Prunes*. Fructus Pruni.

Varii sunt generis colore, sapore, figurâ & magnitudine differentia; sunt enim dulcia, subacida, acida. Sunt purpureo-nigra, rubra, lutea (cerea, Germ. *Spilling*. Gall. *Des Prunes jaunes*), alba: sunt oblonga, rotunda: sunt denique majora, minora, &c. In Officinis autem usitata sunt Pruna Damascena (Germ. *Zwetschen*. Gall. *Prunes de Damas*), quorum vicem subeunt Pruna Ungatica, tum quoque nostratia dulciora, in clibano exsiccata. Præterea sunt & Pruneola, (Gall. *Prunes de Brignoles*, è loco natali in Gallis.) quæ enucleata & exsiccata afferuntur, C.B. 15. Pruna ex flavo rufescentia, mixti saporis, gratissima. Germ. *Pflaumen*, *Prunellen*. Gall. *Prunier*.

Palma datur Damascenis, quæ ex Syriâ Venetias sicca afferuntur, nucleoque sunt longo, & plano potius quam rotundo. Secundo loco sunt, quæ ex Pannoniâ, Gall. *Prunes d' Hongrie*, (unde Ungarica dicta sunt, aliis etiam Damascena *Gord. in D.*) & Transylvaniâ adferuntur: at *Dodonæo* Moravica magis ad Alvum leniendam probantur. His 3. subjungi poterunt & nostratia, sed viribus ea minora sunt.

CCLXVI. **P**RUNUS. Pruni varia sunt genera: Domestica, Exotica, & Sylvestris, Acacia dicta, Germ. *der Schlandorn*, de quo supra suo loco dictum.

Quoad Fructus Pruni domesticæ, Pruna sunt vel Majora vel Minora.

Inter Majora Pruna Damascena à Veteribus usurpata sunt, quæ ex Syriâ adferuntur Venetias, & apud nos rara sunt. Horum loco Hungarica habemus, quæ differunt à nostris & magnitudine & colore; magis enim sunt cœrulea, & apud nos in Hortis solent coli & transplantari.

Inter Minora offerunt se

1. Alba & cerea, Germ. *die Spillinge*, quæ, uti exulant è Pharmacopœis, ita exulare debent ex usu & esu communi; quoniam nihil magis tempore autumnali excitat Diarrhœas & Dysenterias, quam hæc ipsa.

2. Sunt Pruneola, quæ enucleata & exsiccata sub nomine Prunellorum è Gallis adferuntur.

In usu sunt tam esculento quam Medico. Virtutes & facultates Prunorum quod attinet, omnia Domestica Alvum laxant; magis recentia, minus exsiccata; textura enim illorum consistit in vi aliquâ fermentativâ, qua reliquos Humores in similem fermentationem concitant, unde sequitur talis Purgatio. Pruna autem exsiccata mustaceo suo dulcore acrimoniam Humoribus obtundunt, partes hinc læsas leniunt, & blandius laxant; unde in iis, quibus opus est Alvi solutione, Pruna exsiccata decoquantur, & sic usurpantur. Usitatum est Mulierculis incoquere cum Prunis Folia Sennæ, & sic fit elegans Laxativum & præservativum à quamplurimis Morbis, & ob hunc usum quoque imprimis Officinis inserviunt.

Inter Preparatorata sunt Pruna condita laxativa, Pulpa Prunorum, & Electuaria de Prunis laxativa.

Pruna laxativa in quibusdam Officinis usualia fiunt, quando infunduntur in Liquorem laxativum, & virtute laxante imprægnantur, imprægnata exsiccantur, & exsiccata assumuntur.

Modi sunt varii. Non inelegans est compositio Prunorum laxativorum Timæi, quæ est talis:

℞. Prunor. Damascen. integr. ℥iv.

Coqu. ex Aquâ simplicî. Colaturæ ferventis

℞. ℞ij. adde

Fol. Sennæ sine stip. ℥vj.

Crem. Tartari ℥ij.

Cinnam. acutiss. ℥i℞.

Stent in Infuso per noctem, mane bulliant semel atque iterum, exprimantur & colentur. Colatura suc-

N. Est & Gummi Prunorum ad Calculum atterendum utile, sed rari usus.

Vires. Pruna naturâ refrigerant & humectant. Recentia eruda emolliunt Alvum quidem, verum facillè putrescunt, & proin minus commodè (imprimis post cibum) esicantur, maximè si immoderatio usus sit. Pruna Damascena esui aptiora sunt, laxant, acrimoniam Humoribus obtundunt, Linguam (macerata ac frigida in ore retenta) humectant, Sittim mitigant.

Pruneola (seu Prunella dicta) Germ. *Wein-Pflaumelein*, *Brunellen*. Gall. *Des Brignoles*, refrigerant magis quam reliqua, humectantque, sed citra Alvi commotionem, adeoque esui aptiora censentur, gratumque refrigerium in Febris exhibent.

P R Æ P A R A T A.

1. Condita Pruna (cerea). Gum Mell. p. ij. & Vini p. j.
2. Pulpa Prunorum. Ex magnis, acidis, & vinosis sit, coctis scilicet, perque Setaceum trajectis, & cum Saccharo dimid. circiter inspissatis.
3. Electuarium Diaprunum Simplex. Eodem modo paratur ex Pulpâ & Saccharo dimid.
4. Diaprunum Compositum Lenitivum Diadamascenon. Vid. Dispensat.
5. Diaprunum non Laxativum, sine Saccharo. V.D. Norib.
6. Diaprunum Solutivum Nicolai diagydiatum.
7. Pruna Laxativa.

CCLXVII. PTAR-

cessivè affundatur Prunis prioribus, ferventur in Vase lati orificii, quò humiditas sensim sensimque exhalet.

Dosis, à Prunis v. ad x. vel xij.

Non minus elegantia sunt Pruna condita Burseri, Physici quondam Annæbergenis, quorum hæc est compositio:

℞. Fol. Sennæ ℥j.

Sem. Anisi ℥℞.

Flor. Cordial. an. p. j.

Aquæ Font. claræ ℞j.

f. Infusio, in qua bulliant Pruna Damascena, donec turgescant: deinde per decantationem separetur Decoctum à Prunis, in quo dissolvantur

Manne ℥iij. vel iv.

qua Pruna condiantur.

Leniter purgant humores acidos & nidorosos, & ubi Clysteres odio habentur, profunt. Adsumuntur à tribus ad sex, horâ unâ ante pastum.

Optimè paratur sequenti modo:

℞. Fol. Sennæ sine stip. ℥iij. vel iv.

Cinnam. ℥ij.

Sem. Anisi ℥℞.

Crem. Tartari ℥iij. ad ℥℞.

Hæc ipsa infundantur in ℞ij. vel iij. Vini: stent in loco calido per 24. horas: postmodum leniter ebulliant, ut dissolvatur Cremor Tartari, colentur:

℞. Colaturæ ℞ij.

infunde

Prunor. ℞ij.

& ad consistentiam debitam blando igne redigantur: post adperso Saccharo ad ℥iij. & Cinnamomo ad ℥ij. Pruna hæc laxativa adferuntur pro usu.

Dosis pro Infantibus Num. 1. vel 2. pro Adultis 4. 5. vel 6. blandè Alvum laxant. Sed loco Prunorum laxativorum sufficiunt Passule laxativæ.

Deinde etiam Pulpa Prunorum est ex usu pro Laxatione leni, sive sola, sive permista cum aliis. Sic tale Electuarium Lanativum ex Prunis quibusdam in usu est:

℞. Pulpæ Passular.

Prunor. dulc.

Tamarind.

Sebesten,

Cassie rec. an. ℥j.

Cinnam. acut. pulveris. ℥iij.

M. pro Electuario, quo utuntur in Obstructionibus, vel ubi adest Dolor Abdominis,

Electuaria de Prunis reliqua, tam Simplicia, quam Composita, possunt videri hinc inde descripta in Dispensatoriis inter Composita. (F)

PSEU-

Hinc Tournefortius, portionem acidam Salis Terræ naturalis in hæc plantâ maximâ ex parte ab acri portione extractam esse, atque adco cum multo Sulfure multaque Terrâ conjunctam, in Sal abire, ad Alumina quam proximè accedens. Horum principiorum commistio reddit Brunellam vulnerariam, adstringentem, deterensam, ut Potiones omnes Vulnerarias facillè ingrediatur, atque adhibeatur ad Fluxus omnes & Hæmorrhagias. Præcipuus usus in Gargarismatis ad Oris & Faucium Ulcera, præsertim scorbutica, additâ imprimis Maltiche.

(F) Prunus est Planta Genus Flore rosaceæ, cujus pistillum abire in Fructum ovatum, vel globosum, carnosum, mollem

CCLXVII. P T A R M I C A.

P Tarmica, *Matth. 1. Fuchf. Lon. Cast. Lob.* folio Taraxaconis, *Lob. pratensis, Cam. Ger.* Draco sylvestris, seu Ptarmica, *Dod.* Tanacetum album, seu acutum, *Trag.* (& Millefolium 3.) *Tab.* Pyrethrum, *Brunsfels. icon.* aliis Pseudopyrethrum, *Dracunculus pratensis serrato folio, C.B. 2.*

Crescit in pratis, ut & arvis etiam incultis, aliisque locis saxosis. Floret Majo, Junio ac Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix & Folia.

Vires. Calfacit & siccant. Sternutatoria sunt (ob acrimoniam), sed rarioris usus.

CCLXVIII. P U L E G I U M.

Πύλεγον, *βλάχων* (Latifolium (Fœmina. Hoc usitatus. Mas. Hoc subjungitur. Pulegium. Angustifolium Cervinum, cui subjungitur Creticum & Matfilioticum, quæ minus usualia.

Insignitur Pulegium, *Brunsfels. Trag. Matth. Fuchf. Cord. in Dod. Lon. Cast. Cam.* Pulegium regium, *Lob.* Pulegium latifolium, *C. B. 1. Germ. Poley-Flobkraut. Gall. Pouliot.*

Crescit locis cultis & incultis, humidis ac campestribus. Floret Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, quæ eligenda Caulibus ad rubedinem inclinantibus.

Vires. Calfacit & siccant 3. Saporis subacris & subamari, partium tenuium: attenuat, incidit, aperit, resolvit. Usus præcipui in Mensibus sciendis, Fluore albo, Fœtu ejiciendo; confert Epaticis ac Pulmoniis; Nauseam ac Tormenta Ventris discutit, Calculum ac Urinam pellit. Ictero ac Hydropi medetur. Extrinsecus prodest Capiti, Somnum arcet, Vertiginem discutit, Doloribus Arthriticis convenit, Dentes abtergit, Pruritus Cutis curat, &c.

PREPARATA.

1. *Conserva.* E Summitatibus.
2. *Aqua stillatitia.* Ex Herbâ.
3. *Aqua bis destillata.* Ex Herbâ.
4. *Oleum stillatitium.*

CCLXIX. PUL-

PSEUDO-MELISSOPHYLLON.

Pseudo-Melissophyllum est *Melissa Fuchsi*, quam substituit genuinæ, sed male: est enim potius species *Lamii*, *Montanum majus* dicendam, *Flore albo & variegato*: nullius usus officinalis. (G)

CCLXVII. P T A R M I C A. *Ptarmica* ubique crescit in agris, *Folits acutis, Flore albo.* Nomen habet propter vim ptarmicam, seu sternutatoriam.

Usitata sunt *Radix, & Folia.*

Pro *Errhino* inservit, & propterea solet interdum usurari in *Pulveribus Sternutatoriis*; sed etiam *Succo Nares* illinuntur: Rarè autem usurpatur, quod ipse **AUTOR** dicit, & rarè etiam à *Præcticis præscripta* legitur. (H)

CCLXVIII. P U L E G I U M. *Pulegium* est Planta satis nota: tam ex figurâ, quam odore ita dicitur, quòd, referente **PLINIO**, incensum *Pulices* encet; Germanis *Poley*, item *Flobkraut*. Hoc *Pulegium* est, vel *Latifolium*, vel *angustifolium*, quod etiam vocatur *Cervinum* vel *Regale*; cumque rarè sit inventionis, rari quoque est usus.

Latifolium solum usurpatur, & quidem tota Planta, *Caulis cum Folits & Floribus* colligenda venit tempore, dum madet & turgit Rore; sic enim vi ammoniacali Roris imprægnatur *Pulegium*, & cum eâ combinatum ingreditur Compositiones.

Subtile ac penetrans *Aroma* spirat, ac volatilibus & acrioribus salinis particulis, non nihil *Oleo temperatis* egregiè imprægnatum est; uti sunt *Mentha* & similes. Ad naturam *Majorana* proximè accedit; unde non minùs quam illa, in *Coryzâ Odor Plantæ*, vel *Pulvis Foliorum* insufflatus, multum confert. Internè inter *Plantas Nervinas*, & ut vocant, *Cephalicas*, non secùs ac *Majorana*, refertur, pro ratione sci-

licet hujusmodi *Simplicium Aromaticorum*, unde & *Essentia* ejusmodi ingredi solet. Resolvit egregiè, & attenuat crassam & viscidam *Mucilaginem*, ac moderatè *Acidum* in *Intestinis* & *Massa Sanguinea* absorbet & temperat, sine ingenti effervescentiâ: imprimis in *Affectibus Mulierum*, ad *Mentium* nempe *Fluxum* proritandum, & *Fluorem album* corrigendum in specie conducit, in quibus etiam à **PARACELSO** commendatur, quoniam egregium est *Uterinum*; in *Vino* siquidem coctum majorem vim proritandi habet, quàm *Artemisia*; unde etiam ad expellendas *Secundinas*, *Fœtum*, *Lochia*, in vulgatissimo solet esse usu. Propter metum igitur *Abortus* non datur *Gravidis*. *Carminativa* aliàs est similiter, & ubi opus est discussione, cum *Serpillo* usitatè adhibetur. Leviter etiam *Urinas* pellit, sed in hoc non est magnæ considerationis.

Externè inter *Simplicia Diaphoretica & Resolventia* numeratur; quoscunque enim *Tumores* lenit ac resolvit. *Pediluvia & Capitiluvia* communiter etiam ingreditur, sicut adhiberi solet in *Balnis & Pediluvio* pro sciendis *Mensibus*, quæ solent fieri ex *Folits Pulegii, Serpilli, Matricariae, Origani, Bacis Lauri*, & similibus: imò **GABELCHOVERUS** C. 3. *Curat.* 61. etiam in *Mensibus retentis Pulegium* *Calceis* imponendum suadet. Porro & in *Affectibus Diureticis* externè adhibetur, & ad *Podagram Cataplasma* exinde paratum pro resolvendo *Tumore* & discutendo *Dolore Articulari*, prodest. Denique egregia quoque est *Plantæ* pro *Oculorum Malis*, & imprimis in incipiente *Oculorum Lippitudine*, seu *Obnubilatione*, si scilicet *Plantæ* recens contusa *Nuchæ* imponatur, unde effectum non adeò inefficacem ipse observavi.

In usu etiam sunt *Aqua, Conserva, Essentia, & Extractum*. *Essentia* cum *Essentiâ Martis aperitivâ* mista in *Mensibus* sciendis est egregia.

Oleum destillatum est admodum rarum, quod per se usurpatum non levis est usus in dictis *Affectibus*. (I)

CCLXIX. PUL-

millem, Officulo fœtum utrinque acuminato, Nucleumque includente. De Prunorum Domesticorum usu medico satis superque Schræderus atque Ettmullerus hic.

Prunus verò sylvestris *Frutex* est spinosus, *Folits Pruni domesticae, sed multò minoribus & duris*: *Flores* vel *Folia* præveniunt, quibus succedunt *Prunula* serè rotunda, atro-cærulea, *Officulo* fœta. *Hujus Fructus Folia amara sunt, parùm adstringentia, viscida, & cæruleam papyrum vix rubefaciunt*: at à *Fructibus eadem tam rubro inficitur colore, quàm ab Alumine, inque its modicum acidi, sed miram sÿpticitatem deprehendimus. Conjectere hinc est, in Folits bujus Plantæ Sal Terræ naturale, paucò *Oleo* fœtido commissum, prædominari; at in *Fructibus Salis* ejusdem *Acidum* veluti extricatam, cum *Terrâ* commiseri, & in *Sal* abire ad *Alumen* accedens.*

Tragus multis experimentis docet, *Aquam* ex *Floribus* destillatam singulare remedium esse ad *Pleuritidem & Peritonis angustias*. *Aquæ* bujus defectu *Vinum* exhibent ex *Florum maceratione medicatum*. *Wittichius* ait, *Syrupum* ex iteratis *Florum Infusionibus* paratum, non leve esse catharticum. *Fructus Melle conditi ad Dysenteriam* Alvoque fluxus omnes egregiè. *Succus elicitus ex Fructibus Pruni sylvestris, atque inspissatus, Acacia est Recentiorum, vel Germanica, quæ pro verâ Veterum Acacia vulgè substituitur. Vide supra verbo Acacia Germanica.*

(G) *Pseudomelissophyllum* ait hic *Ettmullerus* esse *Melissam Fuchsi*: potius *Melissophyllum Fuchsi*, quod quidem est *Lamium montanum, Melissæ folio C. B. hoc autem Tournesortio est vera Melissæ species, vocaturque Melissa humilis, latifolia, maximo flore purpurascete.*

(H) *Ptarmica Plantæ Genus* est *Flore radiato, calyce squamoso comprehenso: embryones autem abeunt in Semina tenuta. Adde Folia vel denticulata, vel in amplas laciniâs divisa, quo à tenuibus Millefolii incisuris differt. Ptarmica vulgaris, follo longo, serrato, flore albo J. B. subitalis & majoris est altitudinis, Radice veluti geniculatâ: Caulis singularis, teres, fistulosus: huic Folia alterna adnata asperis denticulis crenantur, atroque viroro splendens Pyrethri seroidum gustum emulantur. Flores umbellatim positi, ut in Millefolio, candidi, odore non dissimili.*

(I) *Pulegium latifolium, quod Officinale, non secùs ac reliquæ Pulegii species, inter Menthæ species commemoratur à Tournesortio, ut supra dictum, vocaturque ab eodem Mentha aquatica, seu Pulegium vulgare. Planta im-*

CCLXIX. PULMONARIA ARBOREA.

Mictus pulmonarius, *Lob. C. B. 7. Pulmonaria, Trag. Matb. Fuchf. Dod. Lon. Tab. prima, Cast. German. Lungeen-kraut. Gall. Pulmonaire s'elevent aux arbres.*

Adnascitur Arboribus præsertim, v. g. Quercui & aliis, tum & Petris; sed hæc candidior est. Vide *Lichen petraeus*. *Vires.* Refrigerat & siccatur moderatè (aliis calefacit.) Usus præcipuus in Affectibus Pulmonum, scil. Erosione, Tussi, Aihmate, in Profluviiis Alvi ac Uteri. Extrinsecus in Vulnerum Sanguine compescendo. Vide & *Lichenem*, cum quo, ut figurâ, ita & viribus ferè convenit.

Pulmonaria, { Latifolia, { Vulgaris, *Schmal blätterich Lungenkraut.*
{ Angustifolia, { Plinii, *Schmal blätterich Hirsch mangolt, Hirsch-kobl.*

Crescunt in dumetis opacis ac umbrosis, Florent Aprili. Eligitur præ cæteris Latifolia. Hæc insignitur *Symphytum maculosum*, seu *Pulmonaria latifolia*, *C. B. 1. Pulmonaria altera, Matb. Cust. maculosa, Lob. Cam. Tab.*

N. Foliis variat, quæ aliquando albis punctis notantur, aliquando carent: Floribus est communiter cæruleo-rubentibus, rariùs albis. Sunt qui in Marem & Fœminam distinguunt.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Refrigerant & siccant, consolidant, conglutinant, (aliis calefaciunt). Usus præcipuus in Affectibus Pulmonum, Phthisi, Exspuitione Sanguinis. Extrinsecus in Vulneribus.

PRÆPARATA.

1. *Aquæ stillatiæ.*
2. *Conseroa.* Ex Floribus.

PULSATILLA.

Herba Venti, *Trag. Sardoæ, Dod. Anemones species, Gesn. Limoniæ & Samolus, Plin. Dalech. Germ. Kouchens-Schell, Schlotter Blumen, Muster-Blumen. Gall. Coquelourde, Passe-fleur.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Calefacit & siccatur. Alexipharmaca est, præservativè & curativè in Peste utilis, ut & in Febris Tertianis: Uterina etiam est, & Errhina.

(*Folia* vi causticâ prædita, Verrucas, Lentigines, Unguium vitia tollunt, Ulceribusque mundificandis inservire possunt.)

PRÆPARATA.

Aqua. Ex Herbâ, obstructioni Narium conveniens. (Δ)

CCLXX. PY-

CCLXIX. PULMONARIA ARBOREA. *Pulmonariam Arboream* ob signaturam crispam ita dictam monstravi sub *Musco arboreo*. Vocatur etiam *Muscus Pulmonum*.

Non adeo est in magno usu; nihilominus *adstrictoriâ facultate* solet imprimis commendari; unde contra internas Erosiones Pulmonum, Phthisin, & Ulcera ac Vulnera Pulmonum quibusdam, sed malè, usurpatur; siquidem in his affectibus nullius penitus est effectus. *Adstringit leniter*; unde rectè **AUTOR** dicit, quod extrinsecus conveniat in Sanguine Vulnerum compescendo. Transeat ergo, & rectè pergimus ad *Pulmonariam veram*. (K)

PULMONARIA VERA.

Pulmonaria vera est, vel *Latifolia*, vel *Angustifolia*: *Latifolia* est, vel *Maculosa*, vel *non Maculosa*; & imprimis ex usu in *Affectibus Pulmonum* id Nominis acquisivit. Non est *Buglossæ species* secundum quosdam, sed *Minor quædam Sym-*

phyti species; unde etiam à quibusdam, uti & propter vim insignem *vulnerariam & consolidativam*, quæ hujus naturæ reverà respondet, vocari solet *Symphytum maculosum*. Floret in Vere *purpureo colore*, sicut *Cynoglosson*; item *Florè albos ut plurimum purpurei & cæruleoscentes Florè* mixti sunt.

Est *Vulnerarium* egregium in Rupturis, Erosionibus, ac Ulceribus Pulmonum & Pectoris, reliquisque Ulceribus Viscerum interiorum, ut Phthisi, ac inde dependente *Hæmoptysi*, seu Sanguinis Sputo. Vis in Alcali volatili temperato residet, quod Alcali Ulcera corrigens, & lentore suo mucilaginoso temperans & alterans, partes exulceratas optimè conglutinat atque consolidat, & sic solutionem ulteriorem continè præcavet atque impedit. Adhibetur in *Decocto*, vel per se vel cum aliis *Pectoralibus*, sicut & in *Syrupis, Hydromellis, & Claretis Pectoralibus*; item cum *Esfentis & Electuariis Pectoralibus*, commodè permisceri potest.

Externè inter *Vulneraria* quoque censetur, & ad Vulnera quævis, imprimis tamen *Pudendorum*, solet adhiberi. (L)

CCLXX. PY-

Importuno reptatu, & Foliorum ad Origani folia accedentium gravi odore, notissima: Flores verticillati purpurascetes, spicatâ serie, quadratis Caulibus & ramis adhaerent. Pulegium vulgare haud vulgari amaritie pollet, acerrimum est, & penetrantissimo odore, ac valdè cæruleam papyrus rubefacit. Hinc conjicere est, in eo contineri Sal volatile aromaticum & oleosum, Acido adhuc onustum: contra enim in Sale volatili oleoso artificiali, hoc Acidum à Sale Tartari cohibitur est. Planta ergo hæc meritò est aperitiva, hysterica, atque ad Stomachi, Pectorisque Morbos aptissima: præsertim cum mucilago viscida & crassa, Pulmonum bronchia obfident, incidenda est & evacuanda: præsertim si, juxta Dioscoridem, cum Aloë & Melle incoquatur: catharsim enim & anacatharsim movet. Conserva Florum & Foliorum Pulegii valet ad Ictericos & Hydropicos. Raius ex Boyle asserit, Succu Pulegii cocbleare, magnum remedium esse ad Infantum convulsivam Tussim sedandam. Ex Chesneau hujus Plantæ Decoctum, ad cyathum in introitu lecti spotum, Raucedinem tollit.

(K) *Pulmonaria arborea dicta, est Lichen arboreus J. B. Muscus Pulmonarius C. B. potiori jure inter Lichenes connumeranda, ut alibi diximus. Muscosa hæc Planta è Quercuum & Fagorum ramis, nonnunquam è Petris, præpendet: squamato Foliorum incubitu, atque ineffabili laciniarum variatione notabilis: qua parte hæret albicat, adversâ viret: rugosis lacunis atque eminentiis inæqualis: à certâ quadam cum Pulmonibus similitudine nomen obtinuit. Rhizotomi & Pharmacopœæ pro verâ Pulmonariâ venditant, sed perperam.*

(L) *Pulmonaria vera est Plantæ Genus Florè infundibuliformi, superius veluti pelvisiformi, cujus pistillum quatuor stipatur embryonibus, in totidem Semina, in calyce tubulato pentagono maturescencia, abeuntibus. Officialis species est Pulmonaria Italorum, ad Buglossum accedens J. B. Dodrantalis hæc Planta Radice Hellebori nititur, sed fibris verioribus: Caulis angulosus, hirsutus, singularis ut plurimum: Folia alia è Radice surgunt per terram sparsa, alia Caulem complectuntur, oblonga, molli lanugine supra infraque pubescentia (albis maculis in maculosâ conspersa): Caulis summitati insident Flosculi multi simul juncti, ut Echit, colore modo purpurante, modo violaceo: his succedunt Semina Buglossi quaternaria. Pulmonaria quam vocant Gallorum, est Tournefortio Hieracium murorum, folio pilosissimo C. B.*

(Δ) *De Pulsatillâ nil habet hic Etmullerus. Est autem Plantæ Genus Florè rosaceo, cujus pistillum abit in Fructum, in quo velut in capitulum colliguntur Semina, in tenue capillamentum desinentia. Addit Tournefortius Foliola Caulem infra Florem cingentia. Pulsatillæ species vulgatio est Pulsatilla folio crassiore, & majore flore C. B. Hujus Folia foliis Pastinacæ sylvæstris similia sunt, sed tenuiora, & pediculo longiori appensa: Caulis tenuis, cavus, densâ lanugine obfusus; cujus fastigio Flos insidet unicus, purpurascens, odoros: Radix crassa, longa, nigra. Planta hæc adeo acris est, ut vapor è Foliis digito contritis elevatus, narices urere, & ad cerebrum usque pervadere videatur: opportuna proinde in Comatosi affectibus: Foliis uruntur ad antiqua Ulcera, & Equorum Vulnera. Chymicâ Analysi Pulsatilla non levia dat indicia Acidi, multi Sulfuris, Terræque, pauci Salis fixi, ac Salis volatilis concreti contentia.*

CCLXX. PYRETHRUM.

Πύρεθρον. Pyrethrum flore Bellidis, C. B. 1. Pyrethrum, *Brunsf. Frag. Fuchf. Dod. 2. Matth. Cum. Tab. majus, Lon. verum, Cast. Officinarum, Lon. Germ. Berkrum, Zahn-Wurtz, Speichelwurtz, Geiffer-Wurtz.* Gall. *Pyrethre.*

Crescit in Italiâ, aliisque locis calidis ac Orientalibus, ut & in Helvetiâ, apud nos non nisi in hortis colitur.

N. *Pyrethrum Germanicum, seu Pseudopyrethrum.* V. *Parmica.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Calfacit & siccatur ultra 3. attenuat, incidit, Sudorem validè movet. Usus præcipui, sed rari, in viscoso Phlegmate Corporis, ac præcipuè Pulmonum, quod attenuat atque per Exspuitionem ac Urinam expellit. Venerem stimulat,

Quartanam curat. Extrinsecus in Odontalgia frigidâ, in Batracho Apophlegmatizans insigne est: juvat & in Hemicraniâ: Paralylin ac stupida Membra sanat, Rigores Febris præcavet (in unctum Dorso ac plantis Pedum).

CCLXXI. PYROLA.

Pyrola rotundi folia major, C. B. 1. *Pyrola, Matth. Brunsf. Dod. Lob. Cast. Tab. Limonium, Fuchf. sylvestre, Frag. Limonium, & Pyrola, Lon. Germ. Winter-Grün, Wald-Mangolt.* Gall. *Pyrole.*

Crescit in sylvis humidis. Floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Refrigerant & siccant, astringunt, consolidant, Vulneraria sunt. Usui interno & externo celeberrima.

CCLXXII. PY-

CCLXX. PYRETHRUM. *Pyrethrum*, propter vim causticam ita dictum, acerrimum est sapore, & Linguam fortiter stimulat; sub Linguâ enim gestatum Mucum viscidum & glutinosum extrahit. Ergo ad incidendam Pituitam viscosam adhibetur. In Hortis apud nos colitur; in Italiâ verò & aliis calidioribus Climatibus spontaneo motu provenit.

Rari, imò ferè nullius, usûs est pro assumptione internâ. Inter *Sudorifera* non ultimum locum obtinet cum *Gentianâ*. Internè etiam solet permisceri inter *Medicamenta Aphrodisiaca*, seu *Venerem stimulantia*, ratione Salis volatilis acris, quo turgescientiam Semini conciliat, uti etiam Fermentum Testium exsuscitat & exaltat.

Extrinsecus frequentissimè solet usurpari, primò quidem in *Lethargicis* aliisque *Affectibus*, ubi forti opus est stimulo. *Cataplasmata* & *Clystera* acria fortiter stimulantia non incommodè exinde parantur, ut acrimoniâ suâ Intestina vellicando & irritando, *Ægri* excitentur; quippe *Radix Pyrethri* est imprægnata copioso Sale volatili admodum acris, instar cujusdam *Gentianæ*, & ratione istius Salis acris adeo potenter stimulat Alvum; sicque in *Clysteribus*, quos vocant *Revolventes*, ordinariò usurpatur. Exemplum talis *Clysteris fortis*, acris & revolventis in *Apoplexiâ* vel *Lethargo*, vel simili tali *Affectu*, potest esse tale:

℞. *Herb. Origani,*

Rorismar.

Fol. Asari an. M. j.

Flor. Stæchad. Arab.

Centaur. minor.

Lilior. convall. an. p. j.

Rad. Aristol. rot.

Cyclamin.

Pyrethri an. ʒʒ.

Pulp. Colocynth. in pet. llg. ʒj.

Coqu. in s. q. *Aquæ communis*,

℞. *Colatur.* ʒviiij. vel x.

in qua dissolvè

Elect. Hier. cum Agar.

Bened. laxat.

Succi Ruta inspiss. an. ʒʒ.

Extr. Castor. gt. vj.

M. f. *Enema* pro duabus vicibus.

Deinde externo usu post *Nicotianam*, non datur fortius *Masticatorium* seu *Apophlegmatizans*, dum *Radix* vel in *Aceto* macerata, vel per se masticata, uti copiosum elicit Sputum per Sal volatile acre, quod penetrat & aperit pororum meatus; ita crassam Salivam & Lympham iusto acidiorrem attenuat, resolvit, & fluxilem facit; sicque masticatione hujus *Pyrethri* copiosissimum elicitur Phlegma: ratione hujus effectûs etiam vocatur Ger. *Speichel Wurtzel*, item *Geiffer Wurtzel*, de quo videatur *AUTOR*. Ulteriùs usitata est *Radix Pyrethri* in *Gargarismatibus* contra *Odontalgiam*, & alios *Oris Affectus*, vel sola, vel etiam aliis permixta, & cum *Aquâ communi* decocta. Quod attinet tale *Decoctum contra Odontalgiam*, elegans est hoc, in quo omnia terè contra *Odontalgiam* ex Regno Vegetabili Specifica & Appropriata continentur:

℞. *Herb. Persicar.*

Tom. IV. *Serpilli* an. M. j.

(M) *Quamquam Schræderus & Ettmullerus hîc doceant, Pyrethrum Plantam esse in Italiâ sponte provenientem; nihilominus à nobis inter Exoticas connumeratur, vixque ejus Radix ex Africa & Oriente buc afferitur. Duplex autem hæc videtur: melior tamen quæ crassior sed brevior, rugosa, extûs rufescens, intûs albida, gustu acerrimo servidoque. Radix hæc Plantam profert Foliis Fœniculi, vel potiùs Carotæ divisurâ: Flores ei Bellidis radiati, carnet (in alterâ specie umbellati), sed majores.*

(N) *Pyrola à Pyro propter Foliorum similitudinem. Est Plantæ Genus Flore rosaceo, cujus pistillum in proboscide*

Rad. Lapatbi ac.

Urticæ,

Pyrethri,

Rad. Ligni Sancti an. ʒʒ.

Sem. Hyosc. albi ʒij.

Coqu. in s. q. *Aquæ communis*: Colat. ʒvj. adde

Syr. Caryophyll. arom. ʒj.

M. pro *Gargarismate Odontalgico.*

HARTMANNUS in *Praxi Chyriatr. cap. 73. §. 14.* pro simili usu contra *Odontalgiam* commendat *Pulverem Gallarum*, *Succo Radicis Pyrethri* sæpiùs imbibitum, & cum *Fermento* mixtum, ac in parvos *Globulos* redactum, quos *Globulos* imponit Denti dolenti, ut extrahatur Phlegma, eliciantur Vermiculi, & denique sedetur & comescatur Dolor. Ulteriùs externo usu *Pulvis Radicis Pyrethri* cum *Pinguedine Coturnicis* permiscetur, & hîc inungitur Membrum virile, quando quis vult coire cum *Fœminâ*; hinc fit, ut Membrum appareat solito majus, & Mulier denuò videatur Virgo. In *Affectibus Oris*, in specie in *Batracho*, id est, *Tumoribus collectis sub Linguâ Infantum*, qui *Ranula* dicuntur, usitata est ad resolvendum & attenuandum Tumorem oedematosum *Ranulæ*, & extrahendum Mucum. Adhibetur sub formâ *Decocti*, vel sola, vel cum aliis, ut *Salviâ*, *Origano*, *Menthastrô*, *Pipere*, *Allio*, *Sale Gemmæ*, &c. quo *Decocto* colluitur Os: vel in formâ siccâ *Pulvis ex Pyrethro, Sale, Gallis & Alumine* inspergitur *Batracho*.

Ex *Preparatis* nil prostat, nisi, quod in *Aquis Articularibus* externis spirituosus usurpetur ad *Paralylin & Stuporem Membrorum*. (M)

CCLXXI. PYROLA. *Pyrolæ* varietates sunt species, Germanis dicitur *Wintergrün*, quoniam *hyberno* tempore toto semper permanet viridis.

Quod attinet usum, elegans est *Plantula*, & una ex *Vulnerariis* principalioribus, hanc imprimis prærogativam habens, quòd non solum internè in *Decoctis* & *Essentiis Vulnerariis* usurpetur ad consolidanda Intestinatorum *Vulnera*, sed & *Ossa*, *Ligna*, aliæque heterogenea *Excrementa* per *Vulnera*, & quæ etiam in *Vulneribus* sunt, eliminet: quod ipsum aliàs non parum facessit negotii *Chirurgis*. **STARICIUS** in *Heldenschatze* p. 132. commendat pro *Vulneribus magnis*, & ferè *lethalibus totam Herbam*, quam coquit in *Vino*, & per aliquot dies propinat *Ægro*; unde, dicit, apparebit *Vinum* in *Vulnere* & *Contusione*.

Externè, uti dictum, ad *Partes heterogenas* è *Vulneribus* eliciendas cum *Sabinâ* coquitur & imponitur. Aliàs *Decoctum* elegans interno & externo usu est hoc:

℞. *Herb. Vinæ pervinacæ,*

Pyrolæ,

Sanic.

Consol. Saracen. an. M. j.

(Quæ omnia ejusdem naturæ, atque adeo promiscui usûs & effectûs sunt)

Albi Græci ʒij.

Mixta coquantur in s. q. *Aquæ simplicis*.

Colatur: tam pota internè, quam externè instar *Lotionis* applicata, *Vulnera* & *Ulcera* eleganter sanat.

Pro usu externo addantur etiam *Folior. Nicotianæ* M. ij. (N)

E e

CCLXXII. PY-

CCLXXII. P Y R U S.

Aπios, ἀπριος Germ. *Birn-Baum*. Gall. *Poirier*.

1. Pyra [Domestica.] (Dulcia:
Sylvestria.] 2. (Acida.
(Acerba.

Vires. Refrigerant, astringunt. *Suavia* sunt. Cocta verò melioris notæ censentur, & ut *Schola Salernitana* habet:

Cruda gravant Stomachum, relevant Pyra cocta gravatū.

Differre tamen viribus, prout sapore differunt, non difficile est colligere. Dulcia laxant, Acida & Acerba astringunt, &c.

N. Arefacta cocta & comesta commendantur in Fluxu Alvi.

P R Æ P A R A T A.

Ex Pyris vulgaribus fit 1. *Pyraceum Vinum*, Germ. *Birn-Wein*, Gall. *Poiré*: quod Rusticis nostratibus loco Vini inservit, paraturque ad modum quo Vinum.

2. Ex eodem Pyraceo fit *Acetum* Rusticis nostratibus vulgatissimum.

3. *Condita Pyra Moschatellina* cum Decocto proprio.

CCLXXII. PYRUS. *Pyrorum* varietas magna est; quarum *Fructus* commendatur in Culinis, & ut rarissime, in Officinis & quidem in usu sunt imprimis *Pyra Domestica dulcia*. Omnia tamen *Pyra* vi adstringenti possent, & satis constipant Alvum, eamque reddunt pigram, gravant Stomachum, nec facilis adeo sunt in Stomacho digestionis; unde arefacta commendantur in Fluxu Alvi nimio & Diarrhœis. Saltem *Pyra Moschatellina* propter Succum dulcem & mitem conspirant ferè cum usu *Pomorum Borsdorffianorum*.

Ex Succo *Pyrorum* fit *Vinum Pyraceum*, quod elegans habetur *Stomachicum*, cum sit moderatum, & infirmitatem Stomachi roboret, in Intestinorum fibris contrahendis; nullo tamen in usu est, nisi quòd à quibusdam loco *Vebiculi* aliorum Remediorum usurpetur.

In Galliâ habetur *Spiritus ex Succo Pyrorum & Pomorum* (ut & *Acetum*), qui cum *Spiritu Vini* certare videtur.

In Officinis *Pyra Moschatellina condita* in usu sunt, quæ adhibentur interdum pro fraude, quo talibus *Pyris* Medicamentum assumatur ab Ægris. Sic v.g. tale *Pyrum* leviter excavetur, & induuntur aliquot grana *Pulveris Antimonialis Emetici*, v. g. *Mercurii Vitæ*, vel *Tartari Emetici*: sic enim comesto *Pyro*, *Pulvis* unà assumitur sine nausea, & habetur *Vomitivum* suavissimum pro delicatulis. Porro recipiuntur aliquot *Pyra*, leviter excavantur, & inditur *Pulvis Mechoacanæ*; quæ propinata & comesta ab Infante purgando, leniter & eleganter subducunt Alvum.

Diatartarum solutivum à Pyris præparavit DEODATUS l. 1. *Pantb.* pag. 304. (O)

Q

CCLXXIII. QUERCUS. *Quercus stypticam & vitriolicam vim* obtinet; unde pro usu adstringenti, imprimis in Affectibus Dysentericis, & quibuscumque Fluxibus Humorum, quocunque ex Corporis loco, omnia Remedia ex Quercu speciatim laudantur, ita ut vix habeantur alia, quæ potentius adstringant, quàm ex Quercu.

Ex hac in usu Medico sunt *Folia, Glandes, harum Cupulæ, & Gallæ, Viscum & Fungus*.

Folia & Glandes refrigerare & adstringere, Experientiâ duce, rectè dicuntur. *Vis refrigerandi* consistit in texturâ alcalinâ, quam apertè ostendit *Atramenti* præparatio. Eadem textura alcalina naturæ paulò fixioris & adstringentiæ est fundamentum, unde *Foliorum Quercûs Decoctum* internè auspicatò compefcit Vomitus Sanguinis, nimias Uteri Hæmorrhagias, & quosvis Sanguinis Fluores (qui ut plurimum Acidi occasione in Corpore oriuntur.) Cum *Priapo Ceti* vel *Tauri* decocta nulli cedunt Remedio in Curâ Dysente-

dem defidens abit in fructum striatum, quinqucapsularem, Seminibus factum exiguis. Vulgatior est Pyrola rotundifolia, major C. B. quæ è serpente rubenteque Radice quinque aut sex Folia humi spargit Pyracetis paria, pediculis palmaribus inharèntia: inter hæc Caulis surgit angulosus, ramis carens, thyrsum gerens Florum albidorum, petalis inæqualibus, & pistillo recurvo præditorum: hos sequitur Capsula pulvisculo minuto plena. Valde adstringens & vulneraria Planta Pyrola est.

(O) *Pyrus* notissima Arbor, inter eas recensetur, quæ Flore sunt rosaceo, cujus Calyx abit in Fructum carnosum, in loculamenta divisum, & Seminibus callosis factum. Inter congenere Arbores propriâ quâdam facie distinguitur. *Pyri species innumerae*: de his consule imprimis De la Quintinye in suo *Perfait Jardinier*.

CCLXXIII. Q U E R C U S.

Δ πύς, Quercus, C. B. 4. Quercus, *Matth. Fuchs. Dod. Trag. Lon. Tab. vulgaris, Lob. Cord. Germ. Eichbaum*. Gall. *Chefne*.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Glandes, earumque Cupula, Cortex, Viscum, Fungus. Vires. Folia, Glandes, Cortex, Cupulæ Glandium refrigerant, siccant, astringunt. Usus in Fluxu Alvi, Uteri, Seminis. Extrinsecus in Odontalgia, Profluvio uterino, &c.

Viscum (quod præ reliquis Visci generibus probatur) *Gera Eichenmistel*, Gall. *Du Visc, ou Guy de Chêne*, calcificat moderatè, seu paulatim emollit, discutit. Usus præcipui, ac specificè in Epilepsiâ. Extrinsecus maturat Tubercula, Parotides, cæterosque Abscessus (cum Resinâ ac Cerâ mixtum).

(Dicitur *Lignum Crucis, Bravo Resol. Med. P.6. pag. 553.*) *Fungus quercinus* Hæmorrhagiam Narium, ac Sanguinem Vulnerum, non minus ac *betulinus* cohibere dicitur.

PRÆ-

riæ; non secus ac Gonorrhœæ Fluxum frequentiore, ex Acrimoniâ Sanguinis acidâ natum, supprimit. Sunt quidam, qui horum *Decoctum* commendant pro dissolvendo Sanguine congrumato: sed pro hoc scopo alii rectius præferunt *Flores Foliis*.

Externè in Tenesmo, qui est continua, sed irrita, deiciens appetentia, sive sit cum Dysenteria, sive sine eâ, cum Ulceribus Ani, experti sunt *Sacculi ex Foliis Quercûs*, in *Aquâ calybeatâ* Decoctis, Ano applicati. Alii

℥. Fol. *Verbasci,*

Quercûs,

Herb. Anserinæ an. part. æqu.

Hæcque in *Sacculis* cum *Lacte* coctis adhibent.

Similiter faciunt *Sacculum ex Foliis Quercûs*, qui in *Aceto*, vel *Aquâ & Aceto*, coctus, si Lumbis & regioni Pubis imponatur, in nimia Uteri Hæmorrhagiâ sive Menfium, sive Lochiorum, valde prodest.

Juli Quercuum, cum *Avenâ* permisti, Equos griseos totos reddunt nigros; de quo confer PAULI in *Quadripart. Botan. Class.* 3. p. 340.

Cupulæ Glandium, uti & ipsæ *Glandes*, & imprimis *Gallæ*, adstringendo excellunt in quibusvis Sanguinis Fluoribus & Gonorrhœâ frequentiori jam allegatâ; imprimis quidem, si aliquantisper torrefactæ sint. Hinc in Dysenteris à plurimis laudantur: dum enim adstringunt, simul vi alcalinâ destruant Acidum, quod impedimento erat consolidandis Vulneribus & Ulceribus.

Viscum quoque in *Quercu* reperitur, Germ. *der Mistel*, quod post *Viscum Corylinum* optimum est in curandâ Epilepsiâ, dosi ℥j. usurpatum: sed non immeritò *Viscum Tiliaceum* aut *Corylinum* ipsi præfertur. Aliàs *Viscum Quercinum* est expertum Remedium PARACELSI contra nimium Menfium Fluxum in Mulieribus: scilicet assumatur *Viscum Quercinum* pulverisatum in Ovo sorbili, & sic statim sedare Fluxum dicitur: seu

℥. Visci *Querc.* ℥ijj.

Bulliant in

Vini opt. ℥j.

addendo

Vitellum Ovi leniter usum,

Succi Acac. Sylvestr. ℥iss.

Usuræ mortuor. ℥j.

Extr. Rad. Symphyti ℥ss.

Bibatur per duos vel tres dies calidè; sistit omnes Fluxus, rubrum & album. Valet etiam in Procidentia Uteri.

Considerandus sequitur *Fungus Quercinus*, *Uva Quercina* aliàs dictus, qui tempore verno *Radibus Quercûs* adhæret, & æstate arefcit: Hic tempore verno collectus, excisecetur, pulverisetur, & contra Dysenteriam detur, ubi eum singulare *Specificum* seu *Arcanum* laudatur; etiam si tantummodo

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Folii Quercuum novellarum, Majo collectis.
2. *Gluten*. i. e. *Extractum viscosum*. E Visco (German. *Bogellein*) quod ingreditur nonnulla *Emplastra*.
3. *Spiritus per Retortam aperto igne prolectus & rectificatus, fetidus, & empyreumaticus est; sed in Epilepticis utilis & Hystericis.*

CCLXXIV. QUINQUEFOLIUM.

Πενταφυλλον, Quinquifolium majus, repens, flore luteo, C. B. 1. *Pentaphyllon minus*, *Brunsf.* vulgare, *Trag.* Dioscor. *Tob.* luteum majus, *Dod.* 1. & 2. *Lon.* repens, *Cam.* Quinquifolium, *Matth. Lob.* Germ. *Funfsinger-kraut*, *Funff-Blat.* Gall. *Quintefeuille*. Crescit paucis locis arenosis, campestribus. Floret Majo & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus, colligenda Vere.
Vires. Temperatum est caliditate & frigiditate, siccit 3. astringit, *Vulneraria* est. Usus præcipui in Affectibus à Catarrhis oriundis, Paralyti, Phthisi, Arthritide, in Uteri humiditate corrigendâ, in Sanguinis exputione ac Tussi, in Ictero, in obstructione Epatis & Lienis, obtundit acrimoniam Bilis adustæ, sistit Fluxus Alvi, Hæmorrhoidum, Hæmorrhagiam Narium. Prodest in Calculo, ac erosione Renum, in Herniâ, in Febribus. *Extrinsicus* prodest in Oculis inflammatis (Succus instillatus), in Oris putredine, laxitate Dentium, abstergit Ulcera etiam Maligna.
 N. 1. In Febribus Tertianis exhibent Folia trina, in Quartanâ quaterna, &c.
 N. 2. Sunt qui Radicem pugno detentam ad Hæmorrhagiam Narium sedandam commendant.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Fit ex Herbâ collectâ Majo.
2. *Extractum*.

CCLXXV. RA-

dò in Potum injiciatur, Potusque sic hauriatur: conf. **SEN-NERTUS** l. 3. *Præcos* pag. 359.

Compefcit etiam Hæmorrhagiam Narium externè, uti etiam Hæmorrhagiam Vulnerum.

Tandem ipsa Arbor, si quæ alia, pro *Curtis Morborum Transplantatoris* ob Longævitatè, ut ita dicam, seu propter longos annos, quos solet perdurare, vel maximè accommodata est: v. g. in Affectibus Podagricis, & Scorbuticis, item in Capillorum defluvio: sic pro firmitate Dentium transplantantur Dentes Puerorum in Quercum: pro firmitate Capillorum transplantantur Capilli in Quercum: contra Dolorem Dentium fit Transplantatio benefici Sanguinis ex Dente dolente Ligno adpersi in Quercum: pro Astrophia & Hæticâ fit certa Transplantatio in Quercum: pro sedandâ Arthritide fit Transplantatio Unguium Membrorum Arthritide affectorum in Quercum; de quo eleganter **MARCUS MARCI**. Sed sæpè *Superstitio* accedit, quando v. g. *tria* in specie *Folia* ad Febrem Tertianam valere dicunt. In genere, quomodò ferè omnes Morbi possint curari per *Transplantationem Animalem in Quercum*, videre possumus in **TENZEL. Med. diast.** pag. 87. v. g. in Affectibus Scorbuticis præscindunt Ungues, in Odontalgia Dentes, in Capillorum defluvio Capillos, &c. Arbori hæc indunt, quæ subijllâ unâ cum Morbis sepeliuntur.

Inter *Præparata* est *Aqua destillata ex Folii Quercus*, quæ loco *Vehiculi* commendatur contra *Dysenteriam*, & omnes *Fluores Alvi in Potantibus*; quod etiam præstat *Syrupus*. Externè in nimia Uteri Hæmorrhagiâ laudatur, regiõni *Penis* imposita.

Ex *Julis Quernis* paratur à quibusdam *Syrupus*, in ardore *Stomachi* ac *Siti* egregius; de quo vid. **HORSTIUS. Observat.** pag. 194.

Lignum Quercinum per *Retortam destillatum* dat *Spiritum acidum* nonnihil adstringentem, & *Oleum fetidum*. Hic ipse *Spiritus acidus*, qui aliàs etiam *Acetum Quercinum* vocatur, valde commendatur ad *Curam Luis Venereæ*, item commendari solet in *Dyluria*; quod tamen non credo. (P)

CCLXXIV QUINQUEFOLIUM. *Quinquifolium*, Græcis Πενταφυλλον. Germanis Funff Finger kraut, dicitur. Hujus variæ sese offerunt *Species*, vobis jam demonstrandæ.

1. *Quinquifolium luteum, vulgare, repens*, quibusdam *palystre*.
2. *Quinquifolium erectum, incanum, flore albo*. Exotica est *Planta*, cujus usus nullus adhuc cognitus; ob gratiam autem *Florum* in hortis colitur.
3. *Quinquifolium erectum, latifolium, birsutum*; quod verò potius est *Heptaphyllon*.
4. *Pentaphyllon Agrimonioides*, quod *Folia* habeat instar *Agrimoniae*.
5. *Quinquifolium Semine ecbinato*, seu *Consolida quinquifolia*.
6. *Quinquifolium Fragiferum palustre, flore rubro*.
7. *Quinquifolium Fragiferum, repens, sive Potentilla*.

Omnia hæc *Pentaphylla* ad *Fragariae* ferè accedunt naturam: id quod potissimum testantur *Capsulae seminales*.

Ex his in specie usitatum tantum est *Pentaphyllon repens, luteum, vulgare*, humi ramusculos suos spargens. Coincidit ferè *Radix* cum *Radice Tormentilla*, & ipsa *Quinquifolia species*; unde præter *vim diaphoreticam & sudoriferam adstrictoriam*, *Vulnerarium* esse solet. Veteribus magis fuit laudatum, quàm hodiernis, quibus rarò in usum venit medicum: Isti enim in omnibus ferè Morbis Chronicis ex Obstructionibus hocce *Pentaphyllo* fuerunt usi tanquam *Aperitivo* ac *Iurifloro*; unde & pro scopo *Diaphoretico* idem adhibuerunt; hodie verò è *Pentaphyllis* nonnisi *Tormentilla* usurpatur.

Vim habet *adstrictoriam & vulnerariam* insignem; unde ubicunque est *Humorum* aliquis *Fluxus* sistendus, *Quinquifolium* usitatè præscribitur, speciatim partibus *urinariis*; *Renum* nempe & *Vesicæ* vitiis (*Vulneribus & Exulcerationibus*) confert: propter *vim adstrictoriam* contra *Febres Intermitentes* ante *Paroxysmum* laudatur. Quorundam *Superstitio* vult, quòd *Pentaphylli Foliolum unicum* sanet *Febrim Ephemeram*, *Folia tria* sanent *Tertianam*, *quatuor Quartanam*; sicuti etiam quòd *Heliotropii Grana tria* *Tertianas*, *Grana verò quatuor Quartanas* perferant. Verùm magis *superstitiosè*, quàm ex rei veritate hoc fit. Quatenus *adstringit* vehementer, facile patet, in quibus Affectibus possit commodè usurpari. Aliàs nullius amplius usus est. (Q)

Ee 2

RA-

(P) *Quercus* est *Arboris Genus* *Flore amantaco*: *embryones* autem, in eadem *Arbore* à *Floribus* separati nascuntur, atque abeunt in *Glandem*, *Cupulâ munitam*, *Nucleo* in duas partes fissi *scetam*. Audit *Tournefortius* *Folia sinuosa*. Non pauca numerantur apud *Autores* *Quercus species*: sunt tamen qui nonnullas non veras *species*, sed potius *varietates existimant*. *Vulgatiores species* sunt *Quercus latifolia* mas, quæ brevi *pediculo* est, C. B. & *Quercus* cum longo *pediculo* Ejusd. *Harum Quercuum Folia* sæpissimè *dulci mellitroque humore madent*, quem *Apes curvato* colligunt: hic autem non est *Ros* ex aère *decidius*, ut quidam putant, sed est *Foliorum ipsorum succus extravasatus*, qui per illorum *superficiem diffunditur*, non secus ac & *Orni nostratis Folia* simili *succo*, quem *Mannam* vocamus, *perfunduntur*: quod & *Tiliæ*, *Aceri*, *Fraxinoque commune* est.

Quercus vulgaris Folia sunt valde *styptica*, *gustu parùm amara*, *viscidaque*, nec leviter *cæruleam papyrum rubro* inficiunt colore: *Glans* verò *intensè illam rubefacit*, & *austero prædita est sapore*. Est in *Quercu* *Sal aluminosum*, *paucò Sale ammoniaco*, multoque *Sulfure mistum*: sed *Acidum* in hæc *Salia* dominatur, ut in *Oxyfale diaphoretico*. *Salæ*: *Chymicâ Analysi* eliciuntur è *Quercu* multi *acidi liquores*: ex *Foliis* extrahitur *parum Spiritus urinosi*, & *Salis volatilis concreti*, multumque *Oles & Ferræ*: *Lignum Quercus* si *Retortâ destillat* habebis *acidissimum*, post quem *Oleum fetidum* in *Recipiens* transibit. De *Quercus viribus stypticis* satis antiqui. Ex *Trago* *Aqua destillata* ex *tenellis Quercus foliolis*, *viridibusque Glandibus*, *optimum remedium* est ad *omnis generis fluxus*. *Glandes eadem* in *pulverem redactæ* atque *exhibitæ*, *is remedio* sunt, qui ex *Cansbaridum* assumptione *Sanguinem mingunt*.

(Q) *Pentaphyllon*, *Quinquifolium*, seu *Planta foliis quinis* (nonnunquam *septenis*, & pluribus) *saltem plura* debent esse quàm *terna*, *summo pediculo insidentia*, quo differt à *Fragariâ*. Est *Quinquifolium Plantæ Genus* *Flore rosaceo*, cujus *pistillum* abie in *Fructum*, in quo multa *Semina* in *capitulo* colliguntur, *Calyce monophyllo* & *multifido involutum*. *Species Officinalis* est *Quinquifolium majus*, repens C. B. quod, non secus ac *Fragaria*, *flagellis tenuibus*,

R

RANUNCULUS.

Ranunculum in Horto nostro Medico & pratis ac sylvis vicinis *varia* jam sese offerunt *Species*.

1. *Ranunculus Tuberosus* dictus, flore pleno prolifero & simplici, Anglicus dictus.
2. *Ranunculus Illyricus major*.
3. *Anemone nemorosa magna*, seu *Ranunculus nemorosus major*, qui flore vario est, luteo, viridi, roseo seu carneo simplici & pleno seu folioso.
4. Singularis *Species* est *Aconiti foliis*, flore albo pleno & simplici, *Aconitum Batrachoides* dictus.

Harum tamen *Specierum usus non est officinalis*, nec adhuc notus.

Usui Medico autem inservit *Ranunculus gramineus*, ramosus seu *silvestris*, *Batrachion* quibusdam dictus, & *Pes Corvinus*, Germanis *Habnefuss*: est vel flore simplici vel pleno, varioque colore.

Ranunculus hic totus *causticus* est, ac fortiter *Veficas* ciet: *Folia* enim contusa, vel *Succus* ejus, quibusvis Corporis partibus applicatus, *Veficas* excitat, ut alia *Veficantia*, per dies sæpius octo aut plures, cum maximis doloribus Serum ichorosum plorantes. Vis ejus in *Sale volatili acri rodente* consistere videtur, per quem *Fibræ* partium nervæ, Sensus immediatum instrumentum, vellicatæ, ac in hisce Spiritus insitus præternaturali molestiâ affectus (cùm in demortuis nec Ruborem nec *Veficam* quæcunque *Cauistica* excitent, sed Cutim saltem corrugent, si fortiora sint) *Fibras* magis expandendo & contrahendo, Dolorem primò, postea ex Sero Sanguinis acri secreto, ac intra *Fibras* carneas rece-

pto, Ruborem, Tumoremque sub Epidermide collectum, sub *specie Vesicularum* exhibent. Internè nunquam ferè, nisi à paucis quibusdam, *Folia* 3. vel 6. cum *Passulis minoribus* comesta pro Purgatione per fecesum usurpantur: *extrà* verò usus ejus *causticus* perquam notus est, adè ut etiam Ungues deformes, *Digitorum Verrucas* & hujus generis *Ungrescentias*, tollere dicatur. Quibus *Capilli* desuunt, *Folia* quædam per semihorulæ spatium imposita, proficua creduntur, non tamen nimis diu relinquenda, ne Cutim *Capitis* exedant. Cocta *Folia* *Perniones* exulcerascentes eluendo & fovendo, & curare, & partibus calorem nativum restituere perhibent. *Radix* sicca ac contusa, *Naribus* sufflata, *Sternutationem* excitat, Contra *Ischiadicum Dolorem* *Folia* contusa regioni lumbari applicant per 6. horas, donec *Veficas* excitent: quæ discissæ pro more suo plorant Serum acre, postea *Butyro* non salito eas illinunt, aut *Folium Brassicæ* recentis tepefactum & *Butyro* illicum, superimponunt, sicque Dolorem lenire, & brevi iterum consolidationem promovere credunt *Autores*. Contra *Catarrhos Oculorum*, qui nulli alii Remedio cedunt, pari ratione *Capiti*, deorsum prius *Capillis*, applicant: item in gravissimâ *Odontalgia*, *Cephalalgia*, *Doloribus Articulorum* atrocioribus, &c. *Carpo* applicatur, purgato tamen prius Corpore. *Bubonibus* quoque pestilentialibus depressis, vel non extra Cutim protuberantibus impositus, dicunt mederi. *Mendicis*, alique nequam homines, *Pedes* exedunt hæc *Plantâ*, sicque quæstum ex Corpore, nefando hoc modo affecto, faciunt. (R)



CCLXXV.RA-

nuibus, *hirsutis* serpit: *Folia* quinquepartita, magna, *hirsuta*, serrata, longis insident *pediculis*: *Flores* *Potentillæ* luteæ, *pentapetali*, quibus superveniunt *Capitula* exigua, *Seminibus* repleta, ac *Pericarpio* involuta: *Radix* longa, crassiuscula, rubens, quæ exsiccata quadrata evadit. Hujus *Plantæ* *Folia* aliquid visciditatis præferunt, *caruleam* papyrum parum rubefaciunt, magis tamen *Radices*: hæc aliquantulum acida & styptica sunt. Hinc credere licet, quod in multâ *Terræ* & *Sulfuris* copiâ, aliquid *Aluminosi*, sed paucò *Sale ammoniaco* modificati, in ipsis contineatur: quod in *Folis* multo viscido *Pblegmate* sit involutum. *Vulneraria* & adstringens hæc *Planta* chymicâ *Analysi* parum præbet *Salis volatilis* concreti. *Extractum* ex *Radibus* atque *Jura* ex earundem decoctione parata, proficue addibentur in *Sanguinis* sputo, fluxu *Hæmorrhoidum*, *Dysuria*, atque *Hæmorrhagiis* omnibus. Si nostrum *Quinquefolium* est *Pentaphyllon Hippocratis*, ejusdem *Radici* *drachma* in pulverem redacta, atque ex *Aquâ* exhibitâ imminente *paroxysmo*, *Febres* pellit *Intermittentes*.

Cl. *Tournefortius* aliquas ab A. A. *Quinquefolio* tribuit *Species*, eo quod illarum *Folia* non *radiorum* ordinis summis *pediculis* insident, sed alio quovis modo disponuntur, sub novo quodam *Genere* colligere maluit, *Pentaphylloides* ab ipso appellato: sub quo ipsam *Officinarum* *Potentillam*, seu *Argentiam* collocavit, vocavitque *Pentaphylloides argenteam*, alatum, seu *Potentillam*. *Potentilla* hæc seu *Argentina* ex *Radice palmari* *Folia* promit *Agrimonia*, *pinnata*, serrata, supernè glabra, infernè candicante *hirsutis* vestita: *Cauliculos* quosdam nudos spargit, more *Fragariae* se radicantes: alis simplicibus insident *Flores* & *Fructus* *Quinquefolii*. *Potentilla* gustu pollet herbaceo, parum salso, sed styptico. *Caruleam* papyrum intense rubefacit: unde conjicere est, portionem acidam *Salis Terræ naturalis* trajici per hujus *Plantæ* texturam, ac cum *Terrâ* producere *speciem* *Salis* valde *aluminosi*, cum paucò *Sulfure* conjuncti. *Omnium* voto *Potentilla* adstringens est, *vulneraria*, & *detersiva*. Ad album *Mulierum* fluxum *Jura* ex *Canceris* *stomatilibus* & *Potentillæ* *foliis* parata, maximum esse remedium, expertus testatur Cl. *Tournefortius*.

Quinquefolii *Species* valde confusæ, ut suus est mos, tradit hic *Ettmullerus*.

- I. *Prima* ipsi esse *Quinquefolium* luteum, vulgare, repens, quod sanè erit *Quinquefolium majus*, repens C. B. de quo modò locuti sumus. Illud autem nescio quare palustre appellet.
- II. *Quinquefolium* erectum, incanum, flore albo. Hoc dicit esse exotikum. An erit *Quinquefolium folio argenteo* C. B. sed hoc flore est luteo.
- III. *Quinquefolium* erectum, latifolium, hirsutum. Hoc videtur *Quinquefolium rectum*, luteum C. B. quod sæpè septena profert folia, ut notat *Ettmullerus*.
- IV. *Pentaphyllon Agrimonoides*. Fortè erit ipsa *Argentina* seu *Potentilla*, cujus *Folia* ad *Agrimoniam* accedunt, ut supra dictum.
- V. *Quinquefolium* *Semine echinato*, seu *Consolida quinquefolia*. *Planta* hæc nisi sit *Pentaphyllum peregrinum*, bivalve, majus *Moris*. quod est *Lupinus Ægyptius* sylvestris *Vesling*. nescio quæ esse possit. Quam dixi, est *Tournefortio* *Sinapistrum Ægyptiacum* heptaphyllum, flore carneo, majus spinosum H. L. Bat.
- VI. *Quinquefolium* *Fragiferum*, palustre, flore rubro. Hoc erit *Quinquefolium palustre*, rubrum C. B. b. e. *Pentaphylloides* palustre rubrum T.
- VII. *Quinquefolium* *Fragiferum* repens, facie *Potentillæ*, quæ est ultima *Species* ab *Ettmullero* recensita, est C. Bauhino *Quinquefolio* *Fragifero* affinis: adeoque *Tournefortio* *Pentaphylloides* *supinum* J. B.

(R) *Ranunculi* nomen à *Ranis* deductum est, quod *Species* Antiquis cognitæ locis aquis, ut *Ranae* delebantur. *Plantæ* *Genus* est flore rosaceo, calyce multifolio donato, cujus pistillum abis in *Fructum* globosum, cylindraceum, aut spicatum, cujus axi multa *Semina* nuda adhaerescunt. *Ranunculum* numerosissimam sanè familiam in septem *Classes* facilitatis gratiâ, dividit *Tournefortius*. 1. *Ranunculi* *Anemones* facie: 2. *Ranunculi* folio subrotundo: 3. *Ranunculi* Asiatici vulgò dicti: 4. *Ranunculi* leptophylli: 5. *Ranunculi* *Aconiti* vel *Geranii* facie: 6. *Ranunculi* trichophylli: 7. *Ranunculi* folio oblongo. Neque de *Species* sub his *Classibus* comprehensis, neque de iis, quas confusè tradit hic *Ettmullerus*, opera pretium est differere. Illud solùm notaverim, *Ranunculum* gramineum, ramosum, seu sylvestrem, quem *Batrachion* & *Pedem corvinum* appellari ait *Ettmullerus*, esse *Ranunculum* pratensem, radice verticillati modo rotundâ C. B. *Ranunculus* hic *Folius* gaudet ad *Geranii* *folia* accedentibus, pilosis maculis albescensibus notatis: *Flores* ipsi aurei, *Caulis* hirsutus: *Radix* subest albâ, bulbosa, *Faba* mediocri magnitudine, fibris circumdata. Hæc *Radix* adè acris est, ut loco *Cauistici* adhiberi possit ad *Veficas* excitandas, præsertim in locis iis, ubi *Arthritis* vim suam exerit. *Herba* item contusa. *Callis* *Pedum* apponitur, postquam calidâ emollit, & ad vivum abrafi fuerint.

R.

CCLXXV. RAPHANUS.

Raphanus { Major orbicularis, vel Raphanus rotundus domesticus. *Hujus loci.*
Niger. *Idem hic cum priori.*
Minor oblongus. *Est esculentus & minus Officinalis.*
Rusticanus, seu Marinus. *Vide in sequenti.*
Aquatius. *Non est in usu.*
Sylvestris. *Vide Armoracia.*

Raphanus, *ῥαφανός*, Arab. *Fugell.* Raphanus magnus, *Lab.* Raphanus tativus, *Fuchs.* Raphanus rotundus, *Lon.* Tab. orbiculatus, *Tab. & Ger.* Radicula fativa, *Dod.* Raphanus major orbicularis vel rotundus, *C. B.* 1. Germ. *Rettich.* Gall. *Resort.*

Crescit in hortis. Gaudet solo humido.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen, Radix, sed raro, quia Culinaris potissimum est. (Liquor tamen ex Taleolis Saccharo cando conspersus, Puerulis convenit in Pectoris Mucilagine.)

Vires. Calfacit 3. siccat 2. aperit, abstergit, attenuat. Usus præcipui in Calculo atterendo ac expellendo, Urinæ ac Mensibus ciendis, in Obstructionibus Epatis ac Lienis, attenuat Mucilaginem viscosam in Ventriculo, confertque ad distributionem Chyli, Chymique. Extrinsecus apponitur plantis Pedum in Febribus, sicuti & Gervici in Capitis Doloze Febrium Malignarum comite.

CCLXXV. RAPHANUS. Raphanus duplex est: Rusticanus, Orbicularis.

Quoad Orbicularem, Germ. *den gemeinen runden Rettich*, Radix sola in usu est, cuius vis consistit in Succo, qui imprægnatus est Sale volatili acris, & perquam penetrante, admodum copioso: reliquum enim corpus detracto Succo iners est, & nullius momenti. Hinc ratione hujus Salis volatilis acris incidit & dissolvit quaslibet Sordes viscidas, vias primas aut loca urinaria obsidentes, & incisas per vias urinarias copiosè amandat: Serum urinarium acuit, Renesque simul insigniter stimulo Calculum promovet, fermentando cum viscido Flatus generat: quinimò acrimonia ejus Succo in tantum interdum irritat Stomachum, ut etiam Vomitus inferre solet; unde quando editur, cum Sale communi assumendus est, ut ab hoc corrigatur acrimonia Salis volatilis, & figat vim emeticam. Præter usum hunc *diureticum, incisivum* etiam egregium est ad Mucum viscidum ac tenacem in Stomacho & Pulmonibus, & inde frequenter oriundam Tussim ac Asthma humidum pituitosum, contra quæ Succo hoc vix melius datur Remedium pro facilitandâ & promovendâ per os reiectione, imprimis si Succus vel cum Saccharo albo aut candidato, vel Melle attemperetur, & cochleatim adhibeatur. Ad Calculum promovendum, & Urinam fortiter ciendam, FORESTUS

℞. *Herb. Cochlear.* M. ij.

Rad. Raphani ℞j.

Hæc tanquam singulare Experimentum Calculum promovendi, Hispani Secreti loco usurpant, quod in his casibus nulli cedit Remedio.

TIMÆUS pro eodem scopo

℞. *Succi Raphani rec. express.* Cochl. ij.

Vini Malvat. seu Hispan. Cochl. iij. iv. vel ̄.

Miscet, propinat, & validissimum Calculos expellendi Pharmacum, retentionique Urinæ violentissimum afferit.

Quidam Raphano excavato Crocum adjiciunt, & ita Succum colligunt, quem ipsum in Calculo, Urinæ retentione & difficultate, ob crassum, viscidum & glutinosum Humorem, Meatum obstruentem, usurpant. Contra Tussim quoque siccam euporiston est domesticum; quod probè notan-

N. De usu interno notandum, quod Nauseam & Ructus cire solet.

P R E P A R A T A.
Aqua stillatitia. Ex Radicibus (Ictericis utilis).

CCLXXVI. RAPHANUS MARINUS SEU RUSTICANUS.

Raphanus Rusticanus, *C. B.* 5. Sylvestris, *Dioscor. Fuchs.* Armoracia, aut Raphanus major, *Brunfels.* Raphanus major, *Trag.* marinus, *Tab. vulgaris & rusticanus, Matthioli.* Radicula magna, *Dod.* rusticanus, *Lob. Cam.* German. *Meer-Rettich.* Gall. *Grand Résort.*

Gaudet solo humido.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, effodienda Martio.

Vires. Calfacit & siccat ad gr. 3. incidit, attenuat, eisdemque cum priori qualitates habet, sed fortiores: tartaream Mucilaginem incidit, ciet Vomitus (si Succus vel Infusio in Aceto cum Melle tepidè assumatur & Aqua superbibatur), specificè Scorbuticis prodest. Calculum pellit, Menses ciet. Extrinsecus prodest in Febribus (Tertianâ & Quartanâ). Succus cum Oleo piperino Dorso inunctus, Pulsibusve cum Sale communi impositus, vel Umbilico applicatus, donec sentiat, (Sugillata tufus è vestigio tollit, aut Succus expressus, auferendus ubi mordere incipit. *Seb.*)

P R E P A R A T A.

Aqua stillatitia. E Radicibus.

CCLXXVII. RA-

dum.

Externè autem plantis Pedum appositus ipse Raphanus in taleolis incisus, convenit in Doloribus Capitis, Vigiliis, Comate vigili, & etiam Delirio, imprimis Febrium Ardentium & Malignarum, ut & earum æstu compefcendo. In talibus casibus imprimis sequens Pulmentum conducit egregiè:

℞. *Fol. Rutæ rec.* aut *Semperv.* M. ij. vel iij.

Rad. Raphani Num. ij. vel iij.

Salis M. j.

Ferm. acerr. M. ij.

Aceti rosac. q. l.

℞. l. a. *Cataplasma*, quod applicetur plantis Pedum: applicari etiam potest volis Manuum.

Aliàs pauci est usus Raphanus, nisi contra Affectus jam dictos.

Semini Raphani Decoctum tanquam *Vomitivum* commendat HARTMANNUS in *Praxi Chymiatr.* pag. 14. (S)

CCLXXVI. RAPHANUS MARINUS seu RUSTICANUS. Raphani rusticanæ Radix incisa, si in Vinum infundatur, & vase clauo in loco frigidò servetur ac filtretur, Calculum potenter emitti facit. Si paretur Infusum una cum Radice *Helonii*, Remedium egregium est in Ventriculi affectibus, præsertim Scorbuticis, ubi intentionem habemus per Urinam evacuandi, de quo LAURENTIUS in *Controvers.* Anatomicis.

Plura de Rusticano Raphano supra, ubi de Armoraciâ habuimus sufficienter dictum. Imprimis, quæ de Armoraciâ etiam dicta sunt, volo ut hic repetantur, quoniam semper ferè loco illius adhibetur. (T)

R A P I S T R U M.

Rapistrum dicitur ita à *Foliorum* similitudine & Radice. Germanis *Hederich.* Invenitur Flore albo, ordinariò autem Flore purpureo. Sunt, qui ad *Species Sinapi* referunt, sed longè magis exhausta vis ejus deprehenditur. Aliàs nullius in Officinis est usus. (V)

CCLXXVII. RA-

(S) Raphanus est Planta Genus Flore cruciformi, cujus pistillum abit in Siliquam corniformem, crassam, spongiosam, duobus Seminibus subrotundorum ordinibus factam, tenet mediastino discretis. Schræderus sibi habet hic Raphani species. Tres priores omnibus notæ, & non tam Officinis, quàm Culinis familiares. De Raphano rusticano vide Num. seq. Raphani aquatici dicti tres species ad Silymbrii species reducenda, vocanturque Silymbrii aquatici, Raphani folio à Tournefortio. Raphanus demum qui dicitur à Schrædero sylvestris, quique confunditur cum Armoraciâ, erit ipsissimus Raphanus rusticanus C. B. hic enim J. Bauhino est Raphanus sylvestris, seu Armoracia multis.

(T) Si Raphanum rusticanum & Armoraciam non tam pro succedaneis habeas, ut ait hic Etmullerus, quàm pro unâ eademque Plantâ, cum accuratiorum Botanicorum sententiâ convenies. Vide quæ de Armoraciâ suo loco diximus.

(V) Rapistrum Tournefortio est Planta Genus Flore cruciformi, cujus pistillum abit in Testam ferè globosam, unicapularem, Semine factam singulari. Hujus Generis præcipua species est Rapistrum monospermon C. B. cujus Radix

CCLXXVII. RAPUM ET RAPA.

Γογγύλι Germ. Ruben. Gall. *Λυουα*, *Rape*. Arab. *Seliom*
Seigem, Selgrem, *Dioscor.*
 (Longum, Fœmina.

Est (Rotundum, Mas

(Sylvestre, quod minus usitatum.

N. Nomen Rapi omnibus usuale est.

Vires. Calfacit 2. liccat 1. Seminis usus præcipuus in Antidotis; Venerem ciet, Morbillos expellit. Dosis ℥ss. Radix magis culinaria est, sed Ventriculo flatulenta. Succus & Decoctum leniunt acrimoniam Bilis, ac asperitatem Bronchiorum, asperæque Arteriæ, &c. Extrinsecus imponitur Pernioni (cocta) adhibeturque in Gargarismatis. Vide & *Napum*.

CCLXXVII. RAPUM & RAPA. *Rapum & Rapa* promiscuè sic dicitur.

Radix recens tantum in usu est, & quidem non minus est *Officinalis*, quam *Culinaris*: est nimirum *Alimentum Medicamentosum*. Temperata enim omnia Simplicia sunt *Alimentosa*; simulac verò in sapore excedunt, sunt *Alterantia & Medicamentosa*.

Quod ejus *Crasin* attinet, *Succum* habet nitrosum temperatum, ratione cuius tam *Succus*, quam *Decoctum*, ac ipsa *Rapa* probè decocta; tam recentia quam exsiccata, singularem vim temperandi & demulcendi Serum, Lympham, &c. acres obtinent; hinc in Affectibus Catarrhalibus, Pectus infestantibus, mirè profunt. Certè Serum urinarium nimis salinum acre temperant; unde singulariter & specificè commendatur à GABELCHOVERO in Ardore Urinæ, seu Dyfuriâ C. 3. *Curat.* 2. ceu expertissimum; in cuius Curatiois Annotatione adhuc invenimus de Rapis non inconcinna. Quod dictum de Ardore Urinæ, dictum etiam sit de Retentione, quoniam illam provocat. Hinc & CRATO, trium Imperatorum Archiater, FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. *Austriaci*, *Decoctum* hoc valde laudat in Tussi sicca, & asperitatibus Faucium, Asthmate, & similibus Pulmonum & Pectoris Affectibus, ex Lymphâ mucosâ acriori falsâ oriundis. Speciaticim *Decoctum Raparum exsiccatarum* cum *Passulis & Caricis* egregium est. Optima præparatio pro scopo Pectoris anticatarrhali est, si recipiantur *Rapa*, & decoquantur in *Aquâ* ad mollitiem, *Aqua* hujus decoctionis abjiciatur, & alia affundatur, & de novo exactè coquantur. *Decoctum* hoc paucis *Passulis*, vel horum *Rob*, aut paucis *Saccharo* cando edulcoratum, egregium est *Remedium Pectorale & Urinarium*. Tanquam Medicamentum domesticum *Raporum Decoctum* commendatur in Malo Hypochondriaco.

Externè Rapum contra Pedes Manusque læsas à Frigore seu Pernionibus, quæ sunt Malum, quod in principio videtur leve, periculosa tamen sequuntur Exulcerationes & Gangrænæ, *Decoctum Raporum*, tam recentium, quam exsiccatorum, Germ. *der Welcken Ruben*, vel Frigore antè congeliatorum, maximè laudatur, quo fomententur Membra à Frigore læsa, &c. Alii nudè recipiunt *Rapa*, & cocta in *Aquâ simpliciter* inftar *Cataplasmatis* applicant: de quo vid. FORESTUS l. 5. *Observat.* 15. vel, quod melius, recipiatur *Rapa* frigore congelata, & imponatur Pernionibus, tunc Glacies in Membris contenta propemodum extrahitur: vel si exulceratæ sunt Perniones, saltem eluantur & abluantur hoc *Decocto Raporum*, & post *Unguentum Tutte* imponatur: pro quo scopo ex Rapis compositum *Unguentum* habet MYNSICHTIUS in *Armentar. Chymico*. Sunt alii, qui recipiunt *Rapum*, & excavato infundunt *Oleum Rosarum & Terebinthinæ ana*, & hæc invicem coquant vel ebullire sinunt, & tali *Unguento* Partes à Frigore læsas inungunt: quod *Oleum Rosarum* in *Rapâ* excavatâ assatum valde etiam commendatur ad Fissuras Partium à Frigore contractas. Sed observetur, ut, antequàm inungantur Partes refrigeratæ, immittantur in *Aquam frigidam*, deinde exponantur Fumo *Aquæ ferventis*, & denique his factis fiat Inunctio cum Medicamentis externis. Ut dico; tales Perniones abeunt non rarè in Gangrænam & Sphacelum;

Radix longiuscula, albicans Folia emittit, humi sparsa, Rapi foliis simillima, subbirsuta: Caules pedales, rotundi, ramosi, eleganter viventes, subbirsuti: Flores velut in spicam digesti, aurei, quibus succedunt Siliquæ rotundæ; in filamentum abeunte, unico Semine oblongiusculo factæ. Quæ Rapiſtri species dicuntur ab Etmullero, sunt potius species Sinapios, vel Raphaniltri (quod Siliquâ gaudet articulosâ) ex Tournefortio.

(X) *Rapa est Plantæ Genus Flore cruciformi, cujus pistillum abis in Siliquam, in duo loculamenta divisam, Seminibus subrotundis factam, atque in cornu fungosum desinentem. Addo Radicem carnosam, tuberosamque; De Rapâ, Seminibus & Radice notissimâ Plantâ, satis superque Schrœderus & Etmullerus.*

CCLXXVIII. RHAPONTICUM VULGARE:

Rhaponticum (Folio in lacinias plures diviso, C.B. 1. 1.)
 seu Centaurium majus. (Folio non dissecto, C.B. 2.)
 (Alpinum luteum, C.B. 3.)

Ex his usualius est primum, quod insignitur *Rhapontica*, quæ hodie *Centauria major*, *Trag. Cord.* *Centaurium majus*, *Lon. Lob. magnum*, *Matth. Dod. Cast.* *Centaurium majus*, seu *Rhaponticum Pharmaceuticum*, *Cord. in D. Cam. Tab. German. groß-Tausendgulden-kraut*, *Rhapontic*. Gall. *Rapontic vulgaire*.

Crescit in Alpibus & Vallibus pinguibus, apricis, *Apulizæ*, *Sabaudizæ*.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires,

unde *Emplastrum* tale expertum habet FONSEGA l. 2. *Confl.* 2.

℞. Rad. *Raphani bortenſ.*

Rapi an. Num. j.

Terantur in Mortario, addatur

Far. *Sinapi* ℥j.

Pulv. *Caryophyll.* ℥ijj.

Olei *Sem. Lini*,

Jugland. veter. an. q. l.

f. *Emplastrum*.

Elegans est compositio, & non credo, illud futurum frustraneum.

Singulare itidem Experimentum suggerunt *Rapa* contra Dolorem Dentium, quod possumus videre in citato GABELCHOVERI loco; si scilicet sub Cineribus calentibus assata post Aures applicentur prope Carotides, magnæ sunt efficaciz, revellunt, & dolorem sedant.

Aqua destillata ex Floribus Raporum BRENDOLIO, expertissimo Chymiatro, commendatissima est in Asthmate. Prostat imprimis in Officinis *Oleum Raporum*, Germ. *das Raben Oel*, quod egregiè discutit Flatus; & *Clysmâ* ex hoc *Oleo*, vel solo vel cum *Oleo Lini*, expertum est in Dolore Colico, & aliis Flatulentis Affectibus. Hinc etiam in desperatissimâ Alvi obstructione est expertissimum, ubi neque *Clysmâ*, neque aliud Medicamentum profuit, quod tunc temporis intinctus Digitus in *Oleo Raparum*, & Sedi vel Ano aliquoties immisus, egregiè provocavit Alvum. (X)

CCLXXVIII. RHAPONTICUM VULGARE.

Rhaponticum vulgare est species *Lapathi*, & Folia habet simillima *Lapathi Foliis*, quæ Folia nervosa sunt, longa, acuta; Caulem altum gerit, & fert Flores parvos. Nomen habet à Fluvio *Rba* in *Moscoviâ*, in cuius ripis, ut & Italiæ Alpibus, hoc *Rhaponticum vulgare* crescere solet: econtrâ apud nos rarum est. Duo autem sunt *Rba*; scilicet *Barbarum vorum* in *Thraciâ*, & *Chinâ*, & *Rba Ponticum*. *Rba Ponticum* iterum duplex est: *Verum* seu *Thractum Alpini*, de quo elegantem *Tractatum* edidit, & quod in sequenti Titulo tractabitur; vel est *Vulgare*, quod aliis à quibusdam etiam vocatur, & nihil aliud est, quam *Centaurium majus*, à CHIRONE CENTAURO, quoniam ab ipso in usum Medicum fuit tractum. *Rhabarbarum* iterum est *Verum*, & *Monachorum* ita dictum, hoc cum *Vero Rhabarbaro* convenit, nisi quod imbecillius est, ideoque in duplâ dosi, respectu *Veri*, est præscribendum.

Meretur, quod de his legatur CASPARUS HOFFMANNUS de Medicament. *Officinal.* p. 65. 192 & 350.

Quoad *Rhaponticum vulgare*, usurpatur tantum *Radix*, quæ cum ex Italiâ soleat afferri, sæpius est adulterata, & vetustate corrupta, ideoque in Officinis ferè exolevit: propterea eligenda est *Radix* acris, amaricans, adeoque occultum quasi *Aroma* representans.

Pro usu alterativo multum laudatur in Chronicis Affectibus, vi absterfiva, & Acidorum vitiosorum correctivâ, simulque toni Viscerum aliquali stypticitate conservativâ. Non immeritò quoque commendatur prouso vulnerario interne & externe; imprimis ubi Sanguinis congruati resolutione opus est: Hinc in Casu ab alto, inde Sanguine

Vires. Naturæ est temperatæ, siccatur, astringit, Vulneraria est, saporis subdulcis ac subacris. Usus in Fluxibus Alvi, Dysenteria: ciet Menfes, Profluviumque è contrario fitit; prodest in Herniâ, Sanguine coagulato, Exspuitione Sanguinis, in Febribus Stomachicis: Epar aperit ac roborat, summopere laudatur à nonnullis in Obstruptione Venarum Mesaraicarum, & in Morbis hinc ortis.

CCLXXIX. RHAPONTICUM VERUM.

Rheum, Rha Dioscoridis, C. B. 3. Ponticum Rha Antiquorum, Lob. Rhaponticum verum Officinarum. Germ. *Rhapontic*. Gall. *Rapontic vray*.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, quæ ad nos ex Asiâ advehitur.

Eligenda quæ non cariola, rubescens, in ore lentorem referens.

Vires. Calfacit & siccatur 2. seu mixturæ temperatæ est, terrefris & igneæ, saporis subacris. Stomachica, Splenetica ac Hepatica. Usus præcipui in Doloribus Arthriticis, Febribus, venenatorum Animalium iustibus, &c.

PREPARATA.

Extractum. F. l. A.

Vires. Summum est Cardiacum. *Quercetanus Pharmacop. rest.*

CCLXXX. RHODIA RADIX.

Rodia *ρίζα*. Radix rosea, *Trag. Matth. Dod. Cord. Cam. Fuchs. Lon. & Tab. Germ. Rosenwurz. Gall. Racine sentant la Rose.*

Crescit sponte in Alpibus: solo gaudet umbroso.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix sola.

Vires. Naturæ sensetur temperatæ (*Fuchsio* calfacit & siccatur 2.), Cephalica est. Usus præcipui in Dolore Capitis (cum Rosâ contusa.)

CCLXXXI. RHODIUM LIGNUM.

Asphalatus. Germ. *Rodiser-Holtz*. Gall. *Bois sentant la Rose*.

Asphalatorum 4. quidem Modernis innotuerunt Genera, 1. Cortice cinereo, ligno purpureo, seu Dioscoridis. 2. Asphalatus colore Buxi. 3. Asphalatus albicans, torulo citreo. 4. Asphalatus rubens. Verum Officinis nostratibus non nisi secundum & tertium suppetunt. Prius est Asphalati 1. genus, Lob. Posterior dicitur Rhodium Lignum quibusdam Agallochum, Oleaque Æthiopica, *Cord. in D.* Agallochum fortè, i. e. Xyloaloe solida, quibusdam Lignum Rhodium, Rhodifium & Asphalatum, aliis Oleastrum lignum, *Cord. hist.* Asphalatus roseus, seu 3. Lob. *Vires.*

coagulato, in Ruptione Partium internarum, Hæmoptysi, Tussi inveteratâ, Pleuritide, Dyspnœa, aliisque similibus Affectibus, maximè usitatum fuit Veteribus. Quæ omnia ostendunt vim Acidi correctivam, Viscidorum seu Coagulatorum dissolutivam, adeoque, ut vocant, Viscerum Abdominis aperitivam. Iisdem facultatibus *Rhabarbarum Verum* pollet, nisi quoddam prærogativam quandam habeat, e jusque usus sit in Affectibus Cachecticis.

Quintam Essentiam Centaurii majoris seu Rhapontici vulgaris præparandam commollrat, uti etiam usam in Medicinâ, **FABER** in *Myrobecio Spagyrico*. (T)

CCLXXIX. RHAPONTICUM VERUM. Rha-

Rhaponticum verum seu *Tbraticum* ex Asiâ afferri solet, quod etiam vocatur *καρ' ε'ροχλω Rheum*. Nam tria habemus *Rhea*: *Verum, Vulgare, & Barbarum*, quod est *purgans*, & de quo suo loco. Hoc loco *Verum* consideratur: & quidem valdè litigant Autores, quodnam *Verum* sit *Rha Ponticum Officinale*? cùm apud Modernos non adeò frequenti sit in usu, sed autoritate Veterum ad nos pervenerit, & saltem in Hortis crescat.

Quoad usum ergo & adbibendi modum, videatur **PROSPER ALPINUS**, qui scripsit elegantem *Tractatum de Rhapontico vero*, in quo etiam de ejus effectibus & effigie. Modernis non est in usu, quoniam, cùm ignotum sit, facile exolevit; imprimis cùm afferatur ex Asiâ, adulteratur à Mercatoribus valdè. (Z)

CCLXXX. RHODIA RADIX. *Radix Rhodia vel Radix Rosea.* Germ. *die Rosen Wurtzel*, item *Herba Rosea flore luteo*, odorata nonnihil est, sed leviter. Revera ad *Seda* seu *Semperiviva* pertinet.

Tota Plantula, Folia, Flos, & Radix imprimis est in usu, utut rarò. *Externè* saltem usurpatur in Cephalalgia chro-

nicis, ab Aère externo, vel frigido, vel æstuoso, vel squalido, seu ab Odore fœtido.

Modus usurpandi varius est: vel enim *integra Planta* in Mortario cum sufficiente quantitate *Aquæ Verbene & Florum Persiferum* contusa, sub formâ *Cataplasmati* Fronti cum Linteo duplici circumponitur, quod optimum; vel si *Decoctum* ex hac *Radice* factum in *Aquâ Verbene* seu *Aquâ Beticæ* circumligetur Fronti; aut *Radix* pulverisata tantum cum *Aquâ Verbene* instar *Epithematis* Fronti applicetur. præprimis si talis sit Capitis Dolor, ut metatur *Erysipelas*, in quo casu humidiuscula non conveniunt; vel

℞. Pulv. Rad. Rhod.

Verbena an. ʒss. vel ʒj.

D. S.

Externus Pulvis pro Capite, qui inspergatur Partibus dolentibus.

Aliàs verò de *Radice* hac nihil ampliùs in usu est. (A)

CCLXXXI. RHODIUM LIGNUM. *Lignum Rhodium*, Germ. *das Rosenholz*, propter odoris gratiam, satis notum & usitatum, sub nomine *Asphaltis* quibusdam venit, utut varia sint *Asphalatorum* genera: vid. **AUTOR** *noster*.

Debet eligi, quod est valdè densum, & valdè odoratum, gustu valdè amarum, & benè denique ponderosum. Has quatuor conditiones debet habere, quando recipitur in usum Medicum; utut rari sit usus, quoniam Lignum est pretiosum: & vires, quas Veteres adscribunt, adstrictorias, & cõtra ulcera, cùm non habeat Lignum nostras, propter eâ putatur, quod *Lignum Rhodium Veterum* sit aliud à *Ligno Rhodio Modernorum*: A quibusdam Nostras solet præscribi in Affectibus Renum calculosis sub *Decocti* formâ, sed rarò.

Prostat in Officinis *Oleum Ligni Rhodii*, quod magis propter

(Y) *Centaurium majus* (quod est *Rhaponticum Officinarum*) cum *Centaurio minori*, præter *vomen*, nil sanè commune habet. De *Centaurio minori* suo loco dictum: *Centaurium autem majus est Planta Genus Flore sifculoso* (magnitudine insigni, quâ differt à *Jacâ*) *calyce squamoso, non aculeato, comprehenso: Embryones autem abeunt in Semina pappis instructa.* *Centaurium majus*, folio in lacinias plures diviso C. B. est *Officinale*, cujus *Caulis hominis assequitur altitudinem: Folia amplissima, primum integra, mox alata, serrata, nervosa, glabra, Juglandis Foliis assimilat*. *J. Bauhinus: Capitula Cardui, sed non aculeata, Flores emittunt purpureis staminibus, hinc Seminibus nitidis pappis instructis, insignes: Radix crassa rubens, longa, succulenta. Vulgè ejus Decocto utitur ad Potum quotidianum in Sanguinis acritate, salisque Cutis affectionibus.*

(Z) *Rhaponticum verum*, quod *Schrœderus & Ertmullerus* ajunt hic, esse *Rhaponticum Alpini*, vulgè inter *Lapatha* connumeratur; nascique ad *Tanais ripas, unde Rhaponticum dictum.* *Ejus Radicem crassiusculam, flavam, ad nos ex Asiâ afferri* narrant, *Rhabarbaro valdè affinem, leviorém tamen, minus amaram, minusque odoram: præcipuè autem à Rhabarbari Radice differt, quod commansa visciditatem in ore pariat, quod non facit Rhabarbarum.* *Tournefortius Instit. R. Herb. 89. Rhaponticum Alpinum synonymon facit cum Rhabarbaro fortè Dioscoridis, & Antiquorum: sed de eâ re infra.*

(A) *Rhodia Radix, Radix est sic dicta, quod pòdor, seu Rosam, spirat: Planta illam ferens, nec ad Seda, ut ait Ertmullerus, nec ad Telephii species, ut aliorum est sententia, verè reducitur; sed à Tournefortio inter Anacampteris species connumeratur, vocaturque; Anacampteris Radice Rosam spirante, major: est enim & alia species minor. Rhodia igitur Radix ruberosa est, fragilis, odore, imò & sapore, Rosam balans, foris ex fusco splendens, intrâs alba: Virgas plures emittit numerofo glaucorum Telephii Foliolorum agmine stipatas: Flores rosacei, umbellatim dispositi, quibus succedunt Vagina in Capitulum collectæ, exigua Semina continentes. Radicis Pulvis Acetè rosaceo irroratus ac Fronti applicitus, Cephalalgias sedat.*

Vires. Dioscoridi & Galeno calfacit & siccit & astringit, unde commendabile ad Ulcera Oris, ad Nomas Genitalium & sordida Ulcera, ad Alvi fluxus. Verum enim verò an hæc nostrati convenient, cuius licet experiri. Vix enim Modernis Practicis in usu est, nisi quòd interdum ad Renum Calculos Decoctis incoquatur.

P R Æ P A R A T A.

Oleum stillatitium, quod communiter pro Oleo Rosarum habent.

CCLXXXII. R H U S.

RHUS folio Ulmi, C. B. 1. Rhus, *Matthiol. Tab.* Rhus coriaria, *Dod.* Rhus obsoniorum, *Lob. Cam.* Sumach Arabum, *Lon. Cast.* Rhu, Rhoë, Rhus culinarium. German. *Ferber-Baum, Schling-Baum.* Gall. *Rhon. Sumach Officin.*

(Rhus cum Théè idem putatur à nonnullis.)

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Semen, Folia.

Vires. Refrigerat 3. siccit 2. astringit. Usus præcipui in fluxu Alvi, Uteri seu Mensium: Hæmorrhoides compescit, Bilem obtundit. Extrinsecus resistit Putrefactioni ac Gangræne in Paronychiâ.

N. Gummi Dentibus inditum Odontalgiam sedat.

P R Æ P A R A T A.

Succus Sumach, i. e. Pulpa sine ossis Seminibus.

N. Alii R. Decoct. Rhois ex ramusculis & Tamarindis con-

quassatis, macerant ac coquunt ad consistentiam. *Tabern. in Herbariol.*

CCLXXXIII. R I B E S.

Grossularia multiplici acino, seu non spinosa, hortensis, rubra, seu Ribes Officinarum, C. B. 1. Ribes hortense, *1 rag.* vulgaris domestica, *Matthiol. Cast.* Ribes, *Fuchs. Lon. Tab.* Uva Ursi, Ribelium fructu rubro, *Dod.* Ribes Arabum, *Lob.* German. *Johannis-Beerlein.* Gall. *Des Grossiers.*

Rubra. *Hujus Bacca Officinales.*
Nigra. *Usualis non est.*
Alba. *Et hujus Bacca in Officinas inferuntur gratioresque sunt gustu ipsi rubris.*

Coluntur in hortis, maturescunt circa Festum S. Joannis. *Vires.* Refrigerant & siccant 2. partium tenuium: subastringunt, Ventriculo conveniunt. Usus præcipui in Profluvio Alvi, Dysenteria. Choleram sedant, in Febribus Biliosis profunt, Putredini resistunt, Sitim restringunt.

N. Alba ut minus acidæ, ita minus frigidæ censendæ sunt.

P R Æ P A R A T A.

1. *Condita Bacca*, cum Decocto proprio & Saccharo.
2. *Rob de Ribibus Simplex*. Est Succus inspissatus ad Mellis consistentiam.
3. *Rob de Ribibus Compositum*. Est Syrupus è Succo & Sacchari dimitt.
4. *Vinum*, i. e. Succus liquidus.

CCLXXXIV. RO-

pter Odoris gratiam, loco genuini Rosarum Olei, aliis admiscetur, quam usu Medico habetur, quoniam est pretiosum. Tantummodò adhibetur ad *Cosmetica, Pulveres, Unguenta & Balsama odorifera*, & similia alia *Cosmetica*.

Interim curiosum est, dum ex *Rasurâ* hujus *Ligni*, addito *Saccharo*, *Spiritum per fermentationem* parare docet **LUDOVICI Pharmac. pag. 707. (B)**

CCLXXXII. R H U S. *Rhus coriaria* ita dicitur à Græco *ρῶς*, quod idem est ac *ῥῶσπῆρ* seu *rubrum*, propter Acinorum seminalium colorem rubicundum; *Coriaria* verò dicitur, quòd *Coriarii* & *Tinctores* Acinis hisce seminalibus contulis, sub nomine Germ. *Schmack*, pro Corio & Pannis colore nigro tingendis, copiosè utantur. Martem enim præcipitat ex Vitriolo, unde quandam analogiam cum Gallis & Glandibus quercinis habere videtur. Observetur autem distinctio, ne fiat confusio inter *Rhus* & *Ruscum*, Germ. *den Mausdorn*, de quo suo loco. Arborem vocant *Sumach*, unde Germanis corruptum istud vocabulum, *Schmack*, ortum, ob usum dictum, vulgò vocatur Germ. *Ferberbaum*.

Usum medicum agnoscit ferè nullum, nisi quòd *Flos* ejus cum *Acinis* pro usu adstrictorio externo (internus enim ejus usus est rarior) scilicet in quibuscumque Hæmorrhagiis, & aliorum Humoribus Fluxibus, adstringendo & contrahendo *Fibras*, laudetur, in specie in Procidentiâ uterinâ: nempe fomentetur cum *Vino*, cui *Rhus* incoctum, & reponatur in locum debitum; unde ex *Fructu* & *Foliis Floribusque* contrusis ac decoctis *inspissatus Succus* pro scopo adstrictorio à quibusdam usurpatur. Imprimis sub *Gargarismatis* formâ adhibetur in Scorbuto Oris, Putredine & Corrosione *Gingivarum*, & hinc Dentium vacillatione. Hinc *Infusum* ejus *Oculis*, Variolis clausis, instillari solet ad eosdem aperientes. Præterea *Flos* ejus *Clysmata* Chirurgorum styptica adstringentia ingredi solet. De facultatibus *Plantarum adstringentium*, quod scilicet vis illarum adstrictoria à particulis acidis cum terreis fixis oriatur, alio dictum est tempore. (C)

CCLXXXIII. R I B E S. *Ribes Fructus* omnibus satis est cognitus, qui vel *Ruber* est, vel *Albus*.

FORESTUS l. 25. Observat. 18. in Scholio, *Nigrorum* quoque mentionem facit; & horum Foliorum, quæ odorem Urinæ Felis referunt, M. j. *Decoctis* addere jubet; sic enim pro usu diuretico in Ichuria & Ardore Urinæ commendat, ut etiam Sanguinem cum Lotio reddere faciant.

Interim *Ribes rubra* potissimum in usu pharmaceutico sunt, & Sapore suo blandè acido cum *Rubo Ideo, Cerassis, & Berberibus* conveniunt in Febribus Ardentibus pro temperata Sale volatili nimis oleoso, acri, & copioso in Massa Sanguineâ, seu, ut Veteres dicunt, in Affectibus Biliosis, & inde nato *Æstu*, & Ebullitione Sanguinis compescendâ & restringendâ, quoniam Acida simul cohibent Fermentationes p. n., & coagulant Massam Sanguineam nimis fluxilem & dissolutam: corrigunt etiam Incalescentiam Corporis ex Ebullitione Sanguinis obortam, & hinc dicuntur *refrigerare*. Aciditate moderatâ vim obtinent *adstringentem*, coarctando *Fibras*; unde grati sunt Ventriculo, quem roborant & constipant, item Vomitus & Diarrhœis, supervenientibus Morbis Malignis & Febribus Ardentibus medentur, modò non *Succus* sit nimis recens, ubi fermentando Diarrhœam inferre potest. In Febribus Ardentibus, in Æstate post nimirum Porum, post Sudorem, *Succus* & *Syrupus* usitate permiscetur *Julepis* & *Potionibus*, quoniam Sitim restringunt, & Calorem mitigant, & moderatè adstringunt.

Succus inspissatus vocatur *Rob Ribium*.

Prostant etiam *Bacca condita*, quæ solent præscribi in *Electuariis*, Ebullitionem Massæ Sanguineæ, seu *Ætum* febrilem, attemperantibus, & Sitim restringentibus in Febribus Ardentibus & Malignis: v. g. post Sudorem in Febribus Malignis, ubi nimis fluxilis est Massa Sanguinea, potest adhiberi tale *Electuarium*:

℞. Conf. Rosar. vitriol. ʒiʒ.

Palpe Citri ʒj.

Ribium condit. ʒvj.

Hepat. rubri ʒiʒ.

Ehor. sine igne ʒi.

Syr. acetos. Citri q. s.

M. f. Electuarium, D. S.

Electuarium ad aliquot vices.

Dosis est ad magnitudinem Nucis juglandis seu Castaneæ. (D)

CCLXXXIV. RO-

(B) *Lignum Rhodium sic dicitur, vel quòd è Rhodo Insulâ præcipuè afferatur, vel quòd Rosam adone referat. Lignum est exoticum, Santalo citrino valdè affine, Arboris proceræ Castaneæ Folia, sed minora, & in fasciculos coacta, ferentis. E' Ligno Oleum destillatione elicitur, Sepalsariis & Myropolis familiare.*

(C) *Rhus est Arboris Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Capsulam quasi ventiformem, Semine sætam ejusdem formæ. Vulgare est Rhus folio Ulmi C. B. quod Frutex est ad Arboris magnitudinem aliquando accedens: Folia oblonga, lata, serrata, subrubra. Flores racematim disponuntur abt, quibus succedunt Siliquæ oblongæ, Semen rubicundum saporis acidi styptici continentes. Fructu hoc Antiqui in Culinis utebantur ad carnes condiendas, hinc Arborem hanc vocabant Rhus Culinare & Obsoniorum. Rhus quoque Coriarium appellant ab usu siccatorio. Vulgò dicitur voce Arabicâ Sumach.*

(D) *Ribes Officinarum inter species Grossulariæ, seu Uvæ crispæ à Tournefortio connumeratur, vocaturque ex C. Bauhino prolixa sanè denominatione, Grossularia multiplici acino, sive non spinosa, hortensis, rubra, sive Ri-*

CCLXXXIV. ROSA.

Est [Domestica *ῥόδον* Germ. *Rosen*. Gall. *Rosier*, *Roses*: *bus loci*.
Sylvestris, *κυνόρροδος κυνόσατος*. Vide *Cynosbatus*.

Rosarum varia sunt *Genera*, Coloribus ac Foliorum multiplicitate differentia. Sic, est *Rosa* (*Milesia*) *Rubra*, *Rubra pallidior*, saturatius *Rubens*, *Purpurea* (hæc colorem Carnis referens, *Zebetina* dicitur); *Vericolor alba*, *Moschata* seu *Damascena*, *Spinis carens*, *Subviridis*, &c. In *Officiis* autem *tria* præcipue *Genera* usualia sunt. *Rosa* scilicet *Rubra* (quæ præstantissimæ), *Pallida* quæ *Rubris* succedunt, & *Alba*, quæ infimæ sortis. Omnibus tamen laudem præripiunt *Rosæ Moschata*, s. *Damascena*.

Florent Majo & Junio. Coluntur ubivis in hortis.

OFFICIALIA NATIVA.

Flores (rubri & pallidi asservantur exliccati), *Antbera*, id est, *Capillamenta*.

Vires. Rosæ ut variant generibus, ita & qualitatibus. Sunt enim qui non sine causâ Rosas partim calidas & acres, par-

tim frigiditas volunt, caloremque residere in superficie, à frigore scilicet eò expulsum, qui in marcescentibus evanescit, in genere tamen omnes refrigerant. ac astringunt, Spiritus vitales, animalesque recreant, ac roborant. Pallidæ seu Incarnatæ laxant. Rubræ ac Albæ astringunt (Alba leviùs, Rubra fortiùs). Usus præcipuus in fluxionibus, Febribus, Siti, Appetitu prostrato, &c. Extrinsicus in Vomitu, Cephalalgia, Vigilis, Dolore Aurium, Gingivarum sedandis, Recti Intestini (cum Vino coctæ & impositæ): in Ulceribus & Inflammationibus Oris, Faucium, Oculorum.

Flosculi latei Capillamentis in medio Florum adhærescentes (*Antbera* Officinarum) exliccati, immiscentur *Dentifriciis* ad Gingivarum attritionem, Fluxionumque exliccationem.

P R Æ P A R A T A.

1. *Acetum*. E Floribus rubris.
2. *Aqua stillatitia*. E Floribus pallidis (præferuntur ad Oculorum Morbos).
3. E Floribus rubris.
4. albis.
5. *Balsamus*. Ex Oleo stillatitio, & Cerâ depuratâ.

6. Con-

CCLXXXIV. ROSA. *Rosarum Frutex* ubivis locorum est cognitus, & vel *Sylvestris* vel *Domestica*. De *Sylvestri* supra egi sub nomine *Cynosbatus*. *Rosæ Domestica* sunt, quæ coluntur & excoluntur in Hortis. De his non immeritò dicit **PLINIUS** l. 1. *Hist. natural. cap. 3.* quod sit princeps Florum, & maximum Terræ Hortorumque decus, & *Panacea Morborum*, & *Pharmacopæorum*. Inter has Rosas, quarum mille ferè sunt *Species*, duplex iterum est *Differentia*: aliæ namque sunt, *Albæ* & *Pallidæ* seu *Incarnatæ*, Germ. *die Leib farbenen Rosen*, & *Odorifera*; aliæ verò *Rubræ*, & hæc vel *Odora* vel *Inodora*. *Rosæ Rubræ suavolentes* vocantur etiam *Moschata*, seu *Damascena*, propter suavam Odorem, quæ cum *Incarnatis* sunt optimæ: pòst assumuntur *Rubra* *Rosæ inodora*.

Hæc quatuor *Species* imprimis sunt *Officinales*. Sed reverà, nisi Odorem excipiamus, pauca est differentia. Et quidem pro varietate præparationis nunc colliguntur, dum madent Rore matutino, nunc sine eo: sic pro *Laxatione* & *Purgatione* recipiuntur, dum sunt madidæ Rore matutino, qui habet vim salino-nitrosam, absterivam & laxativam, & quo concentrantur *Rosarum* particulæ laxativæ, quæ accedente Sole exhalant.

In *Rosâ* enim, duplex consideranda *substantia medicamentosa*: vel est *Substantia volatilis odorifera* nonnihil *laxativa*, item *Spirituum confortativa*, & consistit in subtili & volatili Oleo cum Sale volatili minùs acri juncto, quæ propter Acidum in Oleo defectum minùs in concreto concentrata sunt, sed propter raritatem sui texturam, & ob *Aquæ* seu *Phlegmatis* uberiores miscelam nimis diluuntur, indeque particulæ hæc facile evaporabiles, & à concreto separabiles & dissipabiles existunt. Qualis volatilis oleosa textura *Rosæ Pallidis* & *Moschatis*, *Floribus Liliorum convallium*, *Caryophyllis hortensibus*, *Violis* &c. inesse videtur: mediatis quibus particulis & odoratum movent, & vi simul analepticâ & laxativâ pollent; adeò, ut **POTERIUS** dicat, quod *Pulvis Rosarum* ad ʒj. exhibitus egregie soleat purgare; id quod intelligendum imprimis est de *Rosæ Pallidis* & de *Moschatis*: hinc *Syrupus* etiam *Rosarum Pallidarum*, aut *Damascenarum*, Rore matutino adhuc madidarum atque repletarum, cum multiplici Infusione sine Coctione paratus, blandè Alvum laxat.

Syrupum Rosarum Laxativum compositum habemus apud **FREITAGIUM** *Auror. Medic. c. 8.* qui valde commendatur ab eo ad *Hypopem* & *Icterus*. *Syrupum Rosarum Solutivum aureum* cum Rore majali paratum videbitis in **TIMÆI** *Casibus* p. 418.

Syrupus Rosarum Regius obtinuit nomen à Medicis Parisiensibus, quia fuit *Regi Gallie*, **FRANCISCO**, in deliciis.

Particulis dictis volatilibus in *Rosæ aridis* & *ficcis* exhalatis, remanet secundò *substantia* paulò *fixior adstringens*, ex concreto terreo-salino texturæ quasi alcalinæ constans. Textura hæc est *alcalina*, quatenus *Acida* destruit: est etiam simul *adstringens*, quatenus & *substantiâ* terrea cum *Acido*

nonnihil junctâ, *textura adstringens* quasi *aluminosa* emergit; unde & ista *Substantia* naturæ *alcalinæ* ex *Substantiâ* terrea cum *Acido* subtili, sed non ritè saturatò, junctâ nata videtur (quod tamen ceu *Paradoxon* obiter insinuo): quæ ipsa vis in ipsâ *Florum* *substantiâ* observatur, & tam *Coctione* elici, quàm in *Substantiâ* *Foliorum* *siccatorum* usurpari potest. In hac vis *adstrictoria* dicta *Rosarum* & *refrigeratoria* *primariò* consistit; quapropter *Foliola Rosarum Albarum* usurpantur in *Fluxu albo Mulierum*. Unde *Coctionem* longam ferre non possunt, ubi aliàs, si exhalat *spirituosa* illa & *aërea* *qualitas odorifera*, & *laxativa* *portio*, loco hujus vim *adstrictoriam* & *amaricantem* acquirunt.

Has inter duas *Substantias* *Rosarum*, mediæ quasi, posteriori tamen magis affinis, naturæ est *Essentia* seu *Extractum Rosarum succosum*, ex repetitâ *Infusione Rosarum* in *Aquâ simplici* blandâ *evaporatione* paratum.

Hactenus dicta in *Rosæ odoratis* in specie conspicua sunt; *Rubræ* enim *inodora*, *Albæ*que de priori volatili *substantiâ* parùm admodum participant, sed *qualitate* posteriori magis imprægnatæ sunt.

Ex hisce sequitur, *Rosæ* quoad priorem volatilem *Substantiam* esse *calidas*, quoad posteriorem esse *frigiditas*; unde etiam *Aqua Rosarum* destillata per se calida, per *Vas* verò *plumbæum* destillata frigida erit, de quo conferatur **TACHENIUS** *Hippocr. Chym. pag. 135.*

Vi analepticâ & *Spirituum animalium roborativâ*, *Ambræ* simili, imprimis usitatæ sunt; sicut & ea ipsa, quæ supra de *Floribus Borraginis*, *Buglossæ*, & *Succo dulci Pomorum* dicta sunt, reverà *Floribus Rosarum Damascenarum* applicanda.

Fermentando suggerunt *Spirituum ardentem fragrantem*, egregium *Analepticum* confortativum, qui *Spiritus labentes*, *Lipothymiam* & *Syncopen* imminuent arcer, & vires refocillat, cujus vis *reflexiva* exaltatur admistione *Ambræ*: unde sunt, qui miscent aliquantum *Ambræ* pulverisatæ cum *Foliolis Rosarum* fermentescentibus, & sic fermentationis medio reclusa *Ambræ Spiritum* suâ *substantia* imprægnat, & *Spirituum Rosarum ambratum*, *Remedium* suavissimum, summè *analepticum*, constituit, quod optimè pro *Essentiâ Ambræ* assumi potest, acquiriturque simul *Aqua Ambræ* redolens. Optimè procedit negotium, si *Succo Rosarum expresso* paucum *Ambræ* misceatur, & invicem fermententur.

Multiformia alia ex *Rosæ* destillantur *Remedia*, quorum farraginem videbitis in **THEODATI** *Pantheo Hygiastico*: Omnia tamen eò recidunt, ut vel 1. *Substantiam* volatilem odoriferam *analepticam* exaltent, ut sunt *Aqua Rosarum*, *Spiritus Rosarum Simplex* & *Compositus*, quò pertinet *Spiritus Rosarum ambratus*, *Julebus Rosarum*, *Oleum Rosarum destillatum* &c. ut hoc ipso acquirantur *Remedia* *Spirituum* *vitalium* & *animalium* *restaurativa* & *confortativa*; vel 2. *Substantiam* *stypiticam* refrigerantem, *alcalinam* *adstringentem* magis exaltent, uti sunt *Conserva Rosarum*, *Syrupi Rosati non laxativi*, *Olea* *infolata*, & similia ex *Rosæ inodoris*,

F f vel

Ribes *Officinarum*. *Frutex* hic est multis *stolonibus* *bicubitalibus* & *altioribus* *exurgens*, *medullosis*, *cortice cinereo*: *Folia* *Uvæ crispæ*, sed *lactora*, *sinuata*, *mollia*, *glabra*, *supernè virentia*, *infernè molli lanugine canescentia*: *Flores* *rosæ* *pallidè virentes* *racematim pediculo unciali* *adhærent*: *Baccæ* *Grossulariæ*, sed *læves*, *oblongæ rubræque*, *Seminibus* *exiguis* *setæ*. *Baccarum* *Succum* *rubicundum inspissatum*, ac *Saccharo conditum*, ad *Appetitum* *subacido sapore* *bilari* *que colore* *excitandum*, in *deliciis æstivo tempore* *habemus*.

6. *Conserua*. 1. *Rosarum Rubrarum Recens.*
 7. 2. *Antiqua.*
 8. 3. *Vitriolata.*
 N. Præstat extempore Vitriolatam hanc Conseruam conficere, affusione scilicet guttularum aliquot, quippe quæ ad tempus asservatur, & amittit colorem, & saporem mutat.
9. 4. *Rosarum Pallidarum.*
 10. *Electuarium* 1. *Rosaturn Mesue. V. D.*
 11. 2. *de Succo Rosarum Solidum.* [Aug.
 12. 3. *Liquidum.*
 13. *Morselli*, i. e. *Saccharum Rosatum*. Ex Succo & Saccharo.
 N. Morsuli de Speciebus & Succo Rosarum, sunt idem quod

- Electuarium solidius.
 14. *Rotula*, *Manus Christi* Officinis dictæ, *Simplices & Perlata.*
 15. *Oleum stillatitium*. Ascendit cum Spiritu.
 16. *Oleum infusum* 1. *Vulgare.*
 17. 2. *Onphacinum.*
 18. 3. *Compositum*. Aug.
 19. *Pilula Rosata* i. e. *de Avoë rosata.*
 20. *Species Electuarii de Succo Rosarum*. Aug.
 21. *Aromaticum Rosatum*. Aug.
 22. *Diabodon Abb.* Aug.
 23. *Rosata novella*. Aug.
 24. *Spiritus*. E Rosis Rubris fermentatis.
 25. *Sy-*

vel mediante Coctione, aut diurnâ Digestione præparata: quæ ipsa in Vomitu, Diarrhœa, Dysenteria, Hæmorrhagiis, imminente Phthisi à Lymphâ acidâ, Ulceribus & Inflammationibus Faucium, &c. in usu sunt.

6. *Conserua* in specie Bilem atram seu adustam corrigere, Spiritus coinquinatos mundificare & corroborare, Hominemque exhilarare dicitur; unde ea, quæ supra de Floribus horumque *Conseruâ Borraginis & Buglossæ* dicta sunt, reuera hæc applicanda.

9. FREITAGIUS in *Aurora Medicor. cap. 8. pag. 426.*
 435. item TIMÆUS in *Epist. pag. 421.* WEDELIUS in *Pharmacîa pag. 109.* & alii, ex his recentibus Rose matutino madidis *Conseruam Laxativam* elegantissimam & suavissimam cum *Mannâ Calabrinâ*, loco *Sacchari*, parant iis, qui adstrictioris sunt Alvi, simulque delicati, commendabilem. Fiunt inde *Boli* elegantis *Laxativi* in Febribus Biliofis & Intermittentibus, v. g.

℞. *Conf. Rosar. vel Flor. Cicbor.* ℥ij.

Pulv. Hepat. rubr. ℥j.

Scamm. sulphurat. gr. v. vel vj.

Mista adspargantur aliquot guttis *Spiritus Rosar.* f. Bolus.

D. S.
 Bolus Laxativus.

qui tribus vicibus purgabit: nam biliofus Affectus non ferunt fortiora Purgantia ob fermentationem Sanguinis nimiam. Præscribuntur in declinatione Febrium Ardentium.

15. *Oleum destillatum ex Rosis* est *Paradoxon Chymicum*, rarissima Avis, & una libra *Rosarum* vix unam alteramve guttulam dabit *Olei*. Sunt tamen quædam Encheireses, quibus volunt copiosum *Oleum* elicere; sed non semper respondet effectus sententiæ. Et mirum est, quod maxime odori Flores, uti sunt *Jasmini*, *Liliorum convallium*, *Rosarum* &c. paucissimum *Oleum* subministrant, qui tamen Odor in *Oleo* consistere putatur: nam Odor est à Sulphure, quod concentratum dat *Oleum*. Singularem tamen *Olei Rosarum* parandi modum, mediante quo *Oleum*, *Butyri* instar, *Aquæ* supernatat, docet BILLICHIUS in *Observat. paradoxis Chym. p. 29.* Conferatur etiam EICHSTADIUS de *Confessione Alchermes*, qui modum *Olei Rosarum* destillandi per Linteum rostro Alembici annexum docet. Interim non negligenda venit Encheiresis GLAUBERI, qui pro *Oleo Rosaceo* parando recipit in specie Flores *Rosarum* nondum explicatos, Germ. *die Rosen Knopffe*, ex quibus *Oleum Rosarum* parare intendit: vid *Oper. Vol. 1. p. 24. & P. 2. pag. 174.* RHUMELIUS equidem *Oper. p. 132.* *Oleum* per Alembicum cum *Aquâ* sæpius cohobatum promittit, sed parùm admodum erit, quod hoc modo acquirit. Sunt qui *Oleum* singulare hoc modo parare volunt:

℞. *Folia Rosarum* in umbrâ exsiccata: affundunt *Aquam propriam*, digerunt per 18. dies noctesque in Fimo equino, destillant per *Balneum Mariæ*, tunc in fundo manet *Oleum Rosarum rubrum* perspicuum, *Moschi* odore.

Ad *Rosas Rubras inodoras* quod attinet, refrigerant, & potenter adstringunt, imprimis exsiccata, & nullam habent vim purgantem: ut exinde constet, quod vis laxativa *Rosarum* solum à particulis odoriferis dependeat. Vis hæc adstrictioris consistit in Particulis terreis, & Acido paucis, unde Hæmorrhagias & Alvi Fluxus cruentos sistunt. Vim quoque habet refrigerativam, hinc Flores *Oleo* infusi egregiè refrigerant in Inflammationibus, Ulceribus, ac quibusvis Sanguinis excretionibus. Denique vim quoque habent consolidativam, hinc conducunt in Phthisi, seu Ulcere Pulmonum. Hæc vires omnes consistunt in Particulis terreis, *Aluminis* ad instar, cum Acido nonnihil fixis mistis. Substantia hæc *Foliorum Rosarum* styptica patet ex Experimentis *Boyleianis de Coloribus*, dum nempe *Decoctum* vel *In-*

fusum Foliorum Rosarum, uti & quarumlibet *Plantarum Adstringentium*, eundem effectum præstat, quem *Vitriolum* cum *Decocto Gallarum*, præcipitando *Vitriolum* in Colorem nigrum, seu *Atramentum*; ob *Rosarum* nempe Alkali, Acidum suppressens: quod *Atramentum*, cum *Rosis rubris* factum, ex instillatione *Aquæ Fortis* nigredinem perdit; cui *Spiritus Urinæ* infusus nigredinem reddit. Hinc *Tinctura Rosarum* cum *Pblegmate Vitrioli* rubedinem retinet. Similia etiam Experimenta cum *Floribus Balaustiorum* succedunt: terrestres hæc Particulæ, Acidum *Vitrioli* imbibentes, & *Vitriolum* præcipitantes, texturam *Aluminis* analogam habent. Præterea notatu dignum est, *Fumum Sulphuris* acidum *Rosas rubras* convertere in *albas*: Acidum namque *Sulphuris* saturat Particulas terrestres *Rosarum rubrarum*, earumque texturam planè invertit. Porrò *Mustum* quoque, ex quo fit *Vinum album*, si super *Vinacea* affundatur, fit *rubrum*; si verò *Spiritus Sulphuris* accensi addatur, statim albescit.

29. Varia quoque ex iis præparantur *Medicamenta*. Prostat in Officinis *Syrupus de Rosis siccis*, qui convenit pro usu adstrictorio: unde *Medicamentis* internis Antiphthificis, & Hæmorrhagiis sistentibus admiscetur pro Sapore, & quia simul habet vim adstrictoriam.

2. 3. 4. De *Aquâ Rosarum destillatâ* notum, quod habeat leviter adstringentem vim, & leniter refrigerantem. Observetur tamen, quod vulgariter per Organum cupreum destillatæ adhuc insit quoddam subtile, occultum, ac insensibile Acidum: de quo videri potest TACHENIUS loco allegato & sequi. 1. ubi comprobatur Experimento egregio tale Acidum in *Aquâ Rosarum*, & propterea sumus cauti in ejus applicatione pro refrigeratione, quoniam auget potius Malum, quàm quod leniat. Usitatum est in Doloribus Oculorum cum Linteis illam applicare; sed nunquam soleo præscribere tali in casu *Aquam Rosarum*. Modi destillandi *Aquam Rosarum* sunt varii, per Retortam, per *Balneum Mariæ*, per Organum vitreum, & per Organum cupreum &c.

16. 17. *Oleum Rosarum rubrarum*, uti & reliquarum, Simplex refrigerare, & nonnihil adstringere dicitur: nempe *Oleum commune* infundendo & decoquendo, Acidum suum saturat Alkali Rosarum, quo ipso imprægnatum *Oleum* refrigerare, & hinc adstringere nonnihil dicitur; unde inungi solet hoc ipso regio Hepatis & Renum, in nimis Ardoribus. Vulgò hoc fit, quod tamen minimè approbo.

18. *Oleum Compositum* adhibetur in Inflammatione partium externarum; quam Praxin Chirurgis relinquo, & nunquam velim imitari nimis enim inconvenienter hoc fit.

6. 7. 8. *Conserua Rosarum rubrarum* est insigne stypticum & adstringens: hinc etiam talis *Conserua*, vel *nuda*, vel *vitriolata*, seu *Spiritu Vitrioli* irrorata, usitata est ad compescendum Vomitum, Hæmoptoën, & Fluxum Alvi, modò minor *Sacchari* quantitas fumatur. Item talis *Conserua Rosarum rubrarum antiqua* (sic enim præscribitur: ℞. *Conseruæ Rosar. antiquæ* uncias tot vel tot) expertum est Remedium in Phthisi & Ulcere Pulmonum, jam à Veterum temporibus multis nominibus commendatum à GALENO. Vocatur etiam à quibusdam, & quidem vulgò *Saccharum Rosarum*, Germ. *der Rosen Zucker*. De usu hujus *Conseruæ* in Phthisi videatur FORESTUS l. 16. Obs. 58. item SCHENCKII *Observationes*, ubi de *Phebis*, uti etiam VALERIOLA lib. 5. *Observat.* 5. Usurpatur scilicet ad adstrictionem & consolidationem Ulcerum Pulmonum, ubi præmissa sunt Ulcus purificantia, & adhibetur vel nudè, vel adduntur Pulveres appropriati. Sic solet POTERRIUS miscere suum *Antihæcticum*. Alii addunt *Terram Sigillatam*, vel *Lapidem Hamatiten*, addendo scilicet ℥j. *Conseruæ Rosarum*, ℥ss. ad ℥j. *Terræ Sigillatæ*, vel *Lapidis Hamatitidis*. Ubi opus est consolidatione, & adstrictione, dico: nam in principio potius est nociva: idcirco præmissis Purgantibus cum *Expectorantibus* est præscribenda. In omnibus

25. *Syrupus*. 1. *Rosatus Simplex*, seu *Laxativus Simplex*.
Ex infusionibus tribus Rosarum rubrarum.

26. 2. *Solutivus*, *Mucharum*. (E Damascenis.) Aug.

27. 3. *Laxativus Compositus*, seu *Elleboratus*. Aug.

(*Syrupum Rosarum Solutivum Compositum*, cum *Ambubegadistam*, Vide D.)

28. 4. *sine Elleboro*. Aug.

29. 5. *de Rosis ficcis*.

30. 6. *Rosatus Regius*, seu *Julep Rosarum*,

31. *Mel Rosarum Mesue*.

32. *Simplex*.

33. *Citratum*.

34. *Laxativum*. Ferè idem est cum *Syrupo Simplici*.

35. *Tinctura*. Fit ex Rosarum rubrarum siccarum ℥j. infusa in Aquâ Rosarum (vel fontanæ) tepesactæ ℥iv. additis Spiritûs Vitrioli vel Sulphuris ℥ij. factâ digestionē f. Expressio, & si opus sit, Filtratio.

36. *Trocisci Diarrhod*. Aug.

37. *Unguentum Rosatum*.

CCLXXXV. ROS SOLIS.

Rorella, Salvara. Germ. *Sonnen-Tbau*, *Sontbau*. Gall. *Rosée du Soleil*.

ER [Folio rotundo.
Folio oblongo.

Ex his usualis quidem, verum tamen non nisi rarissimè. Major, qui inscribitur Ros Solis, *Dod. Lon. Cast.* Rorida sive Ros Solis major, *Lob.* Rorella minor, 1. *Tab.*

Crescit locis campestribus & palustribus, inter Muscum albicantem & rubentem. Floret Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba colligenda quando Sol est in Leone (medio Leonis), Lunâ crescente, die sereno ac calido: asservaturque sine lo-

tionē. Item *Succus Foliis* instar Sudoris adhærescens.

Vires. *Dodonæus* facit calidam & siccam 4. unde internum ejus usum vetat: verum enim verò, sunt qui econtrâ magni faciunt, maximopereque commendant ad Phthisin (quia calidissimo etiam tempore sudat), ad Pestem, ad Vulnera (in Potu &c.), ad Epilepsiam arcendam & præcavendam. Extrinsecus promovere dicitur Partum in Puerperio (Abdomini imposita), Odontalgiam sedare (in Ore detenta), Affectum mitigare Maniacum, Collo appensa, curare Quartanam. Pulvis sex horis applicata, ac dein horis sex Aquæ imposita, vicissim Pulvis applicata, idque multoties (decies, quoddecies). *Forestus lib. 16. 58.*

N. Novi qui *Infusionem Rorellæ* in Aqua Vitæ factam, pro Cordiali usitato habet.

Succus dicitur Humiditas, quæ instar Sudoris diebus quoque calidissimis, imò in majori copiâ, quàm aliàs, Herba adhæret, atque concutiendo in Patellam suppositam colligitur.

Vires. Confortat Cor, Epar, ac Ventriculum: Capitis Dolorem à causâ calidâ sedat, Pestem præcavet ac curat. Extrinsecus adhibetur in Affectibus Oculorum, Dolore scilicet, Inflammatione, &c.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex totâ Herbâ.

(Quoniam *Aquæ* (*Roris Solis* titulo) variæ aliunde apportantur, & bibuntur à multis, placet huc apponere Formulam, ut qui *Ros Solis*, *Rosæ Solis*, vel *Rosfoglia*, *Aquâ Vitæ* delectantur, sciant quod bibunt. (Δ) Habet eam *Antonio de Sgobbis nel nuovo & universale Teatro Farmaceutico*, ex *Pb. Lond.*

℥. *Aq. Vitæ optima* ℥xij.

Succi Rorellæ, sive *Liquoris* ex Foliis calidissimis diebus collecti ℥iij.

Aqu. totius Citri ℥ij.
adde

Rorellæ M. vj.

Rosar. rubr. M. j.

Rad. Angelic. ℥ij.

Nuc.

bus Fluxionibus, ubi opus est Adstrictione, ut Hæmoptysi, est egregia *Conserva Rosarum* cum *Semine Papaveris*, *Semine Hyoscyami*, vel *Bolo Armenâ*, & sub formâ vel *Boli*, vel *Electuarii* cum *Succo Portulacæ* vel *Plantaginis* exhibitâ.

35. *Tinctura*, cujus præparationem addidit **AUTOR**, præparatur cum *Spiritu Vitrioli*, quæ, sicuti aliæ *Tincturæ*, solet usurpari, ut instilletur vel *Potui*, vel admisceatur *Julepis* in Febribus Ardentibus & Morbis Acutis, pro moderatâ refrigeratione & refectioe, Sitique restinguendâ. **ZWELFFERUS** elegantem parat *Tincturam* cum *Sero Lactis*, acidulato cum *Pulpâ Tamarindorum*, quæ blandè laxat, & loco *Juleporum* in Febribus Ardentibus Benignis usurpari potest. (E)

CCLXXXV. **R**OS SOLIS. *Ros Solis* seu *Rorella* Plantula est ab Antiquis neglecta, de qua multa circumferuntur, quæ tamen adhuc sunt dubia. Moderni imprimis multum tribuunt *Liquori* limpidissimo, ejus Foliolis continuò insidenti; licet enim *Ros* hic aliquoties

abstergatur, semper tamen intra dimidiæ horæ spatium iterum sunt repleta *Succo*, non obstante, quòd tempore æstivo, & præsertim diebus canicularibus, ingenti urgeantur Caloris æstu. Unde Chymici arbitrantur, *Sal Universale æreum*, seu *Spiritus Mundi*, in his Guttis latitare, & concentratum vel coagulatum esse: hinc **ARNOLDUS VILLANOVANUS** miratur, quare Homines ægrotaent, ubi hic *Succus* proflaret, tanquam *Panacea* & *Cordiale summum* in omnibus Morbis. Etiam **RULANDUS** commendat eam præ reliquis Plantis, *Plantamque ferè divinam* appellat. Modum collectionis dat **AUTOR**.

Hæc, ut ut crescat in locis humidis, ut madeat semper *Rore*; nihilominus Saporis est acris & penetrantis, & constat copioso Sale volatili acris. Imprimis frequenter commendatur in arecentiâ & ariditate Corporis nostri, in Affectibus Pectoris, in specie in Phthisi curandâ, propter vim humectandi, & ita Tabem præcavendi, de quibus virtutibus contra Phthisin videatur **SCHENCKIUS Obs. de Phthisi**. Habetur etiam pro insigni *Confortativo*, uti habet

Ff 2

AU-

(E) *Rosæ Flor* adèd cognitus est, ut illius structuram pro characterè ad Plantarum certam Classem designandam *Tournefortius* assumeret. Illius Calyx foliatus ab in Fructum carnosum unicapsularem, Seminibus factum angulatis & villosis. Innumerae sunt *Rosæ* species, Floris colore & odore plerumque diversæ. Sunt quæ singulis mensibus Flores emittunt, vocanturque *Rosæ* omnium Calendarum. Notat *Cl. Marchant*, quòd *Rosæ* circa finem Junii casæ, frutescant, ac iongè plures Flores sequenti anno producant. De *Rosarum* viribus satis superque autores nostri. Illud tantum addiderim *Rosam* moschatam, præsertim flore pleno, à *Moschi* nauseoso odore sic dictam, vulgoque in sepibus nascentem, Flores ferè, ex quibus parata cum Saccharo *Conserva* valdè *hydragoga* est, vel ad cocleare sumta: memini quandam *Conservam* hanc parantem solo illius calidæ odore innumeros secessus passum fuisse.

ROSAM DE HIERICHO hic interferendam censuimus, quæ *Rosæ* species haud est, sed potius *Thlaspius*, nec apud *Hierichon* nascitur, sed frequenter in *Arabia desertâ*, & ad litus Maris *Erythræi*. Imò non est *Flos*, ut vulgò creditur, sed est tota *Planta*, quæ à *Morifone* appellatur *Thlaspi*, *Rosa* de *Hiericho* dictum. Exigua est & vix semipedem excedit, etiam si cum totâ Radice metiaris: Ramusculi duri & lignosi, exiguis Foliis lucis & lanuginosis ornati, in fruticosum Fasciculum colliguntur. Siccescens *Planta*, omnibus ramulorum fastigiis introrsum convergentibus, veluti in Globum convolvitur. Vulgò credunt, illam in Natali **SERVATORIS NOSTRI** Sanctissimâ Noctè sponte dilatarî: atque in Partu laborioso eam pariturâ *Mulieris læcæ*, sive religione, sive superstitione admovent, tunc sponie referendam, cum apertis Uteri claustris Infans in lucem est proditurus. Virumque autem falsò: illud tamen verum est, *Rosam* de *Hiericho* tunc expandi, cum humore quocumque, vel ab Aère vel ab admotâ Aquâ communicato, madefit: & sanè illam *Aquæ* infusam sese expandentem vidi, nec tamen adhuc Partûs doloribus conflictata *Mulier Færum* in lucem emittebat. Potius igitur pro *Hygrometro* habenda est *Rosa* de *Hiericho*, quippe quòd eâ Aëris humiditatem vel siccitatem metiri facile poterimus.

(Δ) Hinc, quod vulgò *Rosoli* appellatur, dictum puto: Potus autem hic, quo strenui Vini potatores, & in mensis & quacunque diei horâ, se ingurgitant, prout vulgò in *Cassè Tabernis* paratur, nil sanè commune habet cum *Rore Solis*, seu *Rorellâ*; sed est merus Vini Spiritus, innumeris usque acerrimis Aromatibus imprægnatus, ad sitim potius excitandam, quàm restinguendam excogitatus.

Nuc. Moschat. ℥iſſ.
Sem. Anisi,
Coriandr. ana ℥j.
Galang.
Zingib.
Caryophyll. an. ℥iſſ.
Chardamom. maj.
min.

Zedoar.
Calam. aromat. ana ℥j.
Cinnamom. ℥iſſ.

Stent in infusione per dies octo in vase vitreo bene clauso, hinc destill. per MB. Liquori destillato adde *Lign. Santal. rub. & citrin.* minut. concil. ana ℥iſſ. mace-
 ra per dies xx. postea filtra, & adde *Sacchari* in *Aqua Rosar. & Flor. Citri* q. s. soluti & in consistentiam Julepi cotti ℥iſſ. M. optime & serva pro usu.

Vires. Corroborat Cerebrum, Cor & Stomachum, præservat ab Epilepsiâ, & Apoplexiâ, Animo languentes refocillat, Pesti resistit, & mitigat Rigores Quartanæ, bonum habi-

tum Corpori conciliat: in Cachexiâ & Chlorosi utile, ut & in Calculo.

Dosis Cochl. i. vel ij.

N. Omittuntur interdum *Rosæ*, ut & *Aromata*, excepto *Cinamomo*, & *Julepus Rosatus ambratus* additur.

CCLXXXVI. ROSMARINUS.

Λιβανωτίς, ῥοσμάρινον: Rosmarinus, *Brunfels. Trag. Frag. Lon.* Rosmarinum coronarium, *Matthiol. Lob.* Rosmarinus coronarius, *Cam.* Rosmarinus coronaria, *Dod.* Hortensis angustiore folio, C. B. I. Libanotis coronaria. *Cord. in D. German. Rosmarin. Gall. Rômarin.*

Crescit in locis apricis. Floret Majo, Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores, (specialiter *Anthos* Officinarum) *Semen.*

Vires. Calfaciunt & siccant 2. lenta incidunt, saporis sunt mixti, acris, amari; subastringunt, Cephalica sunt è præcipuis, ut & Uterina. Usus præcipui in Affectibus Capitis, ac Nervorum, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Paralyti, Vertigine, Caro, &c.

AUTOR. Alii hunc usum negant propter Acrimoniam, de qua videatur **LOBELIUS** in *Animadversionibus*; sed hanc Plantam in Morbis Malignis convenire asserunt. Credo, quod in hac Herbulâ multa lateant *Arcana*, non omnibus nota.

Ros ille insidens Inflammationibus externis, ut & Vulneribus Oculorum, Sugillationibus, vel in Casu ab alto, vel à Plagis, vel aliter ortis, summum est solatium. Commendatur etiam in Cachexiâ. Plura de hac Planta habet **AUTOR**, sed per Experimentiam non satis sunt probata.

Paratur etiam exinde *Essentia* cum *Spiritu Vini*, quæ maximè dicitur Cordialis, & *Spirituum Animalium* restaurativa.

Sunt, qui *Aquam Rosellæ cum Vino* destillant, quam mirè commendant pro usu restaurativo, & reficiendis Spiritibus Animalibus, in Cordis Palpitationibus, Tremore, Syncope, & Lipothymiâ, in Tussi & Asthmate, pro adjuvanda Expectoratione. Sed reverà defectu solidæ Experimentiæ aut fundatæ rationis omnia sunt dubia, indeque etiam rari usus. Conferatur imprimis **VELSCHIUS** *Hecatoſt. 1. pag. 119.* sicuti hanc Plantulam Ovibus maximè noxiam esse, observatum est in *Actis Medicis Hafniens. Volum. 4. p. 162.* (F)

CCLXXXVI. ROSMARINUS. Rosmarinus, qui etiam vocatur *Libanotis Coronaria*, Simplex est *polychrestum*, virtute & texturâ aromaticâ egregiè instructum, ita, ut loco *Exoticorum Aromatum* commodè à nobis possit substitui, cum æque ac ista in Stomachi, Capitis, & Uteri Affectibus, & quibusvis Chronicis Morbis, egregium sit Simplex. Sanè non pauci sunt, qui imitar *Panacæa* extollunt.

Vis autem ejus consistit in *Sale volatili* subtilissimo, admodum tamen oleoso, vimque obtinet *balsamicam*; unde totis mensibus hybernis eadem viret. *Usu interno* speciatim Spiritibus Animalibus, & hinc Capitis ac Nervorum in Affectibus, adeoque & Uterinis Morbis, præcipuè confert, in quibus nulli cedit. In Apoplexiâ ergo, Paralyſi, & Epilepsiâ, Lipothymiâ, aliisque Affectibus Nervorum, & in Virium restauratione, certissimum est Remedium, & melius vix datur; unde nulla *Aqua Analeptica* aut *Apoplectica* erit, aut *Essentia*, quam non *Herba* aut *Flores Anthos* ingredientur. Solo *Decocto Rosmarini* curari Epilepsiam, autor est **LINDANUS**; quod etiam specificè commendatur contra Paralyſin, si hausto hoc *Decocto* Paralyticus sudet. Hinc *Decoctum* hoc in usu est in Affectibus Catarhalibus diuturnis, adeo, ut nec *Ligno Sassafras*, nec *Juniperino* cedat. Post usum Cephalicum & Nervinum autem decantata est hæc Herba pro usu *Arbitrario*, Suffocatione Uteri, & in Suppressione Mensium. Contra Sterilitatem Mulierum à multis specificè cõmendatur, præsertim in illâ Sterilitate, quæ ex debilitate Uteri, hoc est Fibrarum ejus atoniâ, & ut vulgò vocant, Intemperie humidâ & frigidâ, originem ducit; unde pariter in Fluore albo Mulierum egre-

gium Specificum est, cujus *Decoctum* ceu expertum commendatur à **LINDANO** in *Collegio super Hartmannum*. Alii *Ternarium Simplicium*, *Melissam*, *Mentham*, & *Roremmarinum*, ceu expertissimum, commedant ad eundem Fluorem album. Ad corroborandum Fœtum, & Abortum præcavendum ex *Roremmarino*, parata Remedia conveniunt. Præter has virtutes *Decoctum Rosmarini*, ceu Arcanum commendatur ad curandas Scrophulas, expectando Sudorem.

Externè Folia & Flores Rosmarini frequenter adhibentur ad Paralyſin, Apoplexiam, in *Balnis*, vel alio: item cum *Formicis* præcendâ Sterilitate, quod egregium in tali casu est *Balneum*.

Quoad *Præparata*, prostant in Officinis *Sal, Essentia, Spiritus* per fermentationem paratus, *Aqua, Conserva, Oleum destillatum, & Vinum Rosmarini*.

2. *Spiritus* in Affectibus Nervorum & Capitis insigniter commendatur.

Nota quoque est *Aqua Vita Regine Hungariæ*, quæ nihil aliud est quàm *Spiritus rectificatus*, ex *Roremmarino* nempe, cum *Spiritu Vini* digesto destillatus, ad quamplurimos Affectus internè & externè, præsertim Morbos Articularum & Nervorum convulsivos.

Essentiam Rosmarini **EPIPHANIUS FERDINANDUS** *Hist. 46.* mirabilem esse dicit in Affectibus Capitis & Nervorum; quæ *Essentia* paratur ex *Floribus*: extrahitur nempe per *Spiritum proprium*, qui affunditur aliis *Floribus*, & fit *Essentia*, quæ abstracto Spiritu inspissatur in formam *Extracti*, quod per aliam *Essentiam* dissolutum, egregium dat Remedium. **ZAPATA** *Medicus Italus in Clave Medicinæ* multus est in laudandâ *Rosmarini Aquâ & Essentiâ*, adeo ut tantumnon *Panacæam* faciat ex *Roremmarino*.

Vermes singulares alatos in *Roremmarino*, *Essentiam* fragrantissimam suppeditantes, videbitis in *M. A. N. C. Ann. 2. Obs. 189 pag. 292.*

6. *Conserva Florum Anthos seu Rosmarini*, ingreditur *Electuarium* & Remedia alia, item *Morsulos*, pro Affectibus Capitis Catarrhalibus diuturnis, & Uteri. Memoriam singulariter confortare dicitur, uti etiam Oculos. Præsertim dicitur ab Apoplexiâ & Paralyſi, imprimis in Senibus, cum tantillo enim *Olei destillati* efficacissima est in Vertigine.

4. *Oleum*, imprimis ex *Floribus destillatum*, tam internè, quàm externè in Apoplexiâ & Paralyſi, Vertigine aliisque Cephalicis & Uterinis Affectibus confert. Refert **SIMON PAULI** se aliquoties observasse, quod *Tertianæ* nothæ per 4. vel 3. guttas *Olei destillati Rosmarini*, in appropriatâ *Aquâ* assumpti, beneficio Sudoris fuerint curatæ.

Alio modo per deliquium *Liquor* seu *Oleum magnarum in Medicinâ virium* paratur, si *Flores Rosmarini* in Cucurbitâ vitreâ sigillatâ planâ radiis Solis ardentissimis exponantur, quo modo in Liquorem oleosum liqueſcunt egregiarum virium.

PANAROLLUS in *Observat. suis Pentecoste 3. Obs. 25. pag.*

(F) Ros Solis est Plantæ Genus Flore rosaceo, ex cujus Calyce tubulato surgens Pistillum abit in Fructum ovarium apice debiscentem, Seminibusque factum subrotundis. Folia insuper specterum bujus Plantæ villosa sunt, fistulosa, è quibus guttulæ quædam veluti Rosis emanare videntur: unde nomen. Una species Foliis oblongis gaudet; alia circumnata rotunditatis: in utraq; Folia excavata longis pediculis innituntur, corollâ tenuissimorum flaminum (fistulosorum) circumquaque fimbriata, aspergine roridâ guttularum per fervidissimos etiam æstus madida: Colliculi inter Folia emurgunt graciles, palmares, Flosculos gerentes candidulos.

&c. Visum acunt, fœtorem Anhelitus emendat. Epatis, Lienis ac Uteri obstructions resolvunt, Ictero ac Fluori albo Mulierum medentur, Corque confortant. Extrinsecus profunt in Catarrhis, Suffitu, & exinde natis Affectibus. In Utero corroborando, &c.

N. Flores asservari possunt per biennium.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. E Plantâ integrâ.
2. Spiritus.
3. Mel anthosatum.
4. Oleum strilatium. Unâ cum Aquâ exstillat.
5. Balsamus. Fit ex Oleo l. a.
6. Conserva. Ex Floribus Anthos,
7. Species Diantbos.

CCLXXXVII. R U B I A.

Eρυδρόδωρον. Rubia Tinctorum fativa, C. B. I. Rubia, Cord. in D. Doa. Lob. Clus. Rubia fativa, Brunf. Matth. Fuchs. Lon. Cyr. German. Rosbe, Ferber-Rosbe, Ferber-Wurtz. Gall. De la Garance.

Auferitur ad nos ex Silesiâ, ubi copiosè feri colique solct. Gaudet solo pingui: floret, Semenque fert ætate.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix sola, collecta Majo ac Junio.

pag. 160. ad quoscunque Affectus chronicos, ex vitio Stomachi oriundos, mirificè commendat Vinum Rosismarini per infusionem, ex Floribus & Folis, infusus in Mustum, ut simul cum eo fermententur usque ad defæcationem & naturam Vini, quod dein internè pariter ac externè cum fructu usurpatur. Conferatur simul PAULI in Quadrip. Botan. pag. 133. EICHSTADIUS in Tract. de Conf. Alchermes refert, quod ex Stercore Vituli, qui per aliquot dies pastus fuit Reremario, possit parari elegans Pulvis Cyprius odoratus. (G)

CCLXXXVII. **R**UBIA. Variæ utut sit Species Rubiæ, nihilominus Rubia Tinctorum fativa major hinc intelligenda venit. Veteribus non ita fuit cognita; prostat tamen mentio ejus sub nomine ερυδρόδωρον, Germanis Faber-Rosbe, ex usu mechanico, quod Radix ejus pro Pannis ac Linteis Colore rubea tingendis Tinctoribus inserviat.

Falsum est, non habere Usum medicum. Radix enim in usu est, quæ inter Vulneraria & Aperitiva primaria recensetur, utut non adeò frequenter usurpetur; in specie autem vi Sanguinem coagulatum dissolvendi, hincque per Urinam evacuandi optimè pollet. Referunt usum quemcunque hujus Radicis insequi Urinam Colore rubro tinctam (uti de Opuntia superius dictum, ubi de Ficu) non secus ac ab assumpto Rhabarbaro tingitur Colore flavo, utut substantia Urinæ non immutetur. TIMÆUS in Casibus p. 180. Decoctum hujus Radicis in suppressione Urinæ, à Sanguine grumoso factâ, commendat; sicut etiam Radix hæc decocta in Poscâ, id est, Aceto & Aquâ, laudatur in Casu ab alto, & Sanguine congrumato à Casu ab alto contracto. Nostratibus in usu est Massa ex Pulvere hujus Radicis, quæ in specie dicitur CRAP, Tincturæ Pannorum inserviens. Hæc enim in Aceto vel in Vino bullita in Casu ab alto in Subluxatione Vertebrarum Dorsi, ordinariæ Plebejorum est refugium; mirabilem enim vim habet Sanguinem, & quosvis Succos Corporis grumosos dissolvendi, potenter Sudorem ciendi, & his mediis Contorsionem Vertebrarum Dorsi curandi; de qua CRAP vid. SCHRËDERUS in App. Pharm. Medico-Chymic. p. 20. Subinde etiam contra Icterus flavum, Hydropem, ac similes Affectus Chronicos, usu alterativo & diuretico, non incommodè cum aliis propinatur; e. g. ad Icterus flavum:

ψ. Herb. Marrub.

(G) Rosmarinus inter Plantas recensetur Flore labiato, cujus labium superius erectum est, in illo bifidum est, & versus superiora reflexum, cum staminibus aduncis. Melius tamen Rosismarini species, Flore Fructuque carentes, Caulibus duris, frutescentibus, Folis angustis, oblongis, Campboram olentibus dignoscuntur. Rosmarinus hortensis, angustiori folio C. B. qui est Officinalis, ob innumeros usus, præcellentesque vires inter Plantas polycrebras connumeratur.

(H) Rubia Planta est Flore campaniformi, patente, multifido, cujus calyx abit in gemellas Baccas succulentas, Semine factas umbilicato. Inter congeneres Verticillatas Plantas, nempe Aparinam, Cruciatam, & Gallium, facillè succulentis his Baccis dignoscitur. Rubia Tinctorum fativa C. B. Sarmenta longa producit, quadrata, ad quorum genicula Folia verticillatim circumponuntur, aspera, vestibus tenaciter hærentia: ex borum alis Pediculi exeunt Flores sustinentes ex luteo herbidos, qui stellati videntur: Bacca nigra: Radices demum multæ, repentes, succulentæ, insæ, miniatæ, lignosâ matrice factæ. Præcipuus harum Radicum usus est apud Tinctoros.

Vires. Calfacit 2, siccit 3. (aliis refrigerat), aperit, discutit dissolvit, subastringit. Vulneraria est. Usus præcipui in obstructione Epatis, Lienis, & imprimis Uteri. Proin in Ictero, Hydropem, Urinâ obstructâ, obstructione Mensium, in Pessis, &c.

N. Adhibetur & à Tinctoribus ad Coloris rubri præparationem.

N. Olea v. g. Terebinthina suaviolem Colorem ex Rubiâ extrahunt, quam Aqua & Spiritus Vini.

CCLXXXVIII. R U B U S.

Rubus Officinalis est [Vulgaris. Hujus loci. Idæus. Loci sequentis.]

Inuignitur; Rubus vulgaris, seu Rubus fructu nigro, C. B. I. βάρτος Græcè. Sentis Latine. Rubus, Dioscor. & Plinio. Rubus, Brunseis. Matth. Fuchs. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Cast. Rubus grandis & secundus, Trag. Rubus arvensis. Tab. German. Brombeer, Bromen. Gall. Ronces.

Crescit inter dumeta. Florescit initio æstatis, maturescit in fine ejusdem.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia, Fructus (Mora Rubi, Morabuti, Bati, βάρτυα,) Radix, sed rarò.

(Quidam Pulverem Vermium Rubi habent pro Antiepileptico.)

Vires.

Chelidon. maj. an. M. j.

Rad. Rub. Tinctor.

Chelidon. maj. an. ʒj.

Sal. Tartar. ʒj.

Incisa misceantur pro Nodulo. (H)

CCLXXXVIII. **R**UBUS. Rubus duplex est: Vulgaris seu Caninus, Germ. die Bromber, de quo hic: & Rubus Idæus, Germ. die Hind-beere.

Rubus vulgaris suggerit Folia, & Fructus, qui Mora Rubi ob similitudinem audiunt, & colliguntur immaturi pro scopo adstrictorio: id quod etiam de Moro & ejus Fructu fuit dictum. Observetur autem, quod Fructus hic à Vere ribus etiam vocetur Morum, & distinguantur Mora in Mora Celsa, & Mora Rubi. Mora Celsa Germanis vocantur die Maulbere; Mora Rubi verò die Brombeere.

Ambo adstringunt, unde in Profluviis quibuscunque conveniunt, & propter hunc usum adstrictorium ex his duobus Rob Diamorov Nicolai solet parari, quod promiscuè solet usurpari in Gargarismatis ad collutionem Aphtharum, & reliquorum Ulcerum ac Vulnerum Oris & Gingivarum.

Mora matura non sunt usitata.

Folia adstringunt & exsiccant; quam ob causam Herpetes Cutis sanant: Oris Aphthis & Ulceribus, GALENO testante, medentur; sicut & in Vulneribus internè & externè usurpantur. Virtute adstrictoria similia sunt Gallis, Corticibus Granatorum, Corticibus Juglandium viridibus, & habent in se occultum Alkali, demonstrante TACHENIO. Ratione hujus, inquam, Folia Rubi Canini certè singularia sunt contra Tibiarum Ulcera; hinc GABELCHOVERUS Centuriâ 4. Curat. 5. sub formâ Decocti Vulnera & Ulcera Tibiarum profunda & inveterata se curasse restatur.

Difficillima sunt curatu Ulcera hæc:

1. Propter defectum Partium carnosarum, & abundantiam Partium nervosarum.
2. Propter præsentiam Ossis; unde metus est, ne Acidum corruptivum corrodât Os, & inducat Cariem, quæ multum facebat negotii Chirurgis, dum impedit consolidationem Vulneris, nisi auferatur.

In talibus Ulceribus, quæ simillima Phthisi inducunt Symptomata, Febrim Lentam & Hæticam cum Atrophiâ, si Folia seu Summitates hujus Rubi in Vino decoquantur;

Vires. *Folia* & *Fruktus immaturus* refrigerant, seccant, stringunt potenter. *Fruktus* vero *maturus* caliditate est temperatus ac substringens. Usus præcipui in quibuscunque Profluvio, Vomitu, Fluxu Alvi, Uteri, Narium. Extrinsecus in Aphthis, aliiq̄ue Oris Affectibus abstergendis, in Vulneribus adstringendis, Capillos nigrat, Scabiem curat.

Radix Lithontriptica censetur, sed rari usus est.

- PRÆPARATA.**
1. *Rob Diamoron Simplex*. Ex Succo *Fruktuum immaturior.*
 2. *Diamoron Compositum*. V. Disp.
 3. *Diamoron Nicolai usitatum*. Vide Disp.

CCLXXXIX. RUBUS IDÆUS.

Rubus Idæus (Spinofus. *Hic usualis.*)
(Lævis.)
(Fruktu albo.)

Inscribitur Rubus Idæus spinofus, C. B. 3. *Saros idæa*. Rubus Idæus, *Trag. Matth. Dod. Lob. Lon. Cast. Tab.* Rubus Idæus exilibus spinis. *Cord. in D.* Rubus Idæus vulgaris, *Clus. Germani-*

tur, & hoc Vinum decoctionis pro Lotione calidè sæpiùs adhibeatur, profunt. Certè magna vis chirurgica in Foliis hisce latet.

Dixi, quòd hæc Folia, quoad naturam, similia sint *Gallis*, *Corticibus Granatorum* &c. & propterea vim habeant tingendi Capillos Colore nigro, uti habet *AUTOR nosfer*, quod fit eodem modo, quo ex *Gallis* & *Vitriolo* fit *Atramentum*: copioso enim illa *alkali* scatent, quod coit cum *Vitriolo*, & absorbendo atque destruendo ejus *Acidum*, particulas materiales nigro Colore præcipitant. Idem fit, quando *alkalicæ Rubi Canini* partes absumuntur à *Transpiratione* Capillorum, quæ est acida. Certè ex hac *Mechanicâ*, qua fit *Atramentum*, ex *Acido Vitrioli* & *Alkali Gallarum*, multa in Naturâ possunt demonstrari. (I)

Nunc sequitur

CCLXXXIX. RUBUS IDÆUS. *Rubus Idæus* satis est cognitus, cum etiam ubique creseat, imprimis in locis cultioribus.

Fruktus dat succulentos, qui immaturi conveniunt omnino cum præcedentis *Rubi Canis*; ubi autem maturerint, uti sunt elegantioris coloris, ita sunt melioris virtutis in Morbis & Febris Malignis, pro scopo confortandi *Vires*, quas vulgò asseribunt *Gordi*, & arcendi *Malignitatem*.

Succus Baccarum est blandè acidus, & odorem habet suavem aromaticum, quo vi analepticâ & Virium restaurativâ singulari gaudet; unde in Febris Malignis, & Febris Ardentibus ut plurimum commendatur.

3. *Syrupus Rubi Idæi Juleps* in hoc casu admiscetur, tanquam expertus; adeò ut *GESNERUS*, antiquus quidem Medicus, sed qui sincerâ fide omnia conscripsit, in *Epistolis suis* l. x. p. 4. *Syrupum* hunc pro scopo analeptico, & confortando Stomacho quibusvis aliis, omnibusque *Perlis* & *Gemmis*, præferat. Notum enim est, quòd Mulierculæ in prostratis Viribus statim *Perlas* & *Gemmas*, exque his præprimis Medicamenta præparata, ut sunt *Essentia Perlarum*,

(I) *Rubus* est *Fruticis Genus* *Flore roseæ*, cujus pistillum abit in *Fruktum* serè globosum, è plurimis veluti *Baccis* compositum, succi plenis, & semine factis. *Rubus* vulgaris, seu *Rubus fructu nigro* C. B. suo reptatu & fruticatu non solum dumeta in incultis locis format, sed & cultos nostros agros munitissimis, ac impervis sepibus passim tuetur. E' Radice nodosâ importunâ feracitate se propagat, ac senticosis & mordacibus spinosis sarmentis vagatur: *Folia* terna serrata, inferiore parte candicantia, superiore ex viridi ad nigrum tendentia: *Flores* ex candido rosei: *Morva* rubra per maturitatem nigrescunt, gustu dulci, gratoque: *Folia* hujus *Plantæ styptico*, terroque gustu sunt prædita; atque cœruleum papyrum rubro saturo colore inficiunt: *Fruktus* adhuc magis, & serè ut *Alumen*. *Hic* vinosus est, & notante *Tournefortio* suavis odoris in aliquibus *Rubi* *Plantis*, in aliis verò insuavis. Conjicit hinc idem *A. Acidum Salis naturalis Terræ*, quod in *Foliis* viri est à reliquis principii extricatum, in *Fruktibus* integrè ab illis sejunctum, producere cum partibus terrestribus *Sal*, ad *Aluminis* naturam accedens: jure igitur Veteres his *Fruktibus* ad adstringentem utebantur. *Rubus adstringens*, detersivum, & absorbens est: *Folia commansa Oris* & *Gingivarum Ulcera* extergunt: *Galenus* *Rubi Foliis* utebatur ad *Vulnera*; *Floribus* & *Fruktibus* ad *Hæmoptis*; *Radice* ad *Calculus*. *Foliorum* *Decoctum* valet ad *Tibiarum Vulnera*. *Tabernæmontanus* *Linteolum* *Rubi* succo imbutum ano subdebat, ad *Hæmorrhoidum fluxum* compescendum. Ex *Raio*, *Needham* *Syrupo* ex *Rubi* *Fruktibus* parato utebatur in *Dysuriâ*. *Pulverem pyrium* *Carbone* è *Rubo* paratum fortiosem *Milites* experientur.

(K) *Rubus Idæus spinofus* C. B. vulgari *Rubo* minor & mitior est; serè innoxius enim spinulis borret: *Folia* terna aut quina in alæ modum disposita, tenera & mollia: *Flores* albidos excipiunt *Mora* per maturitatem rubentia, dulci, vinoque succo ebria: *Radix* longa per terram latè se spargens furculos quotannis producit. Ex *Fruktuum* *Succo* *Vinum*, *Acetum*, *Syrupus*, *Conserva* &c. parantur, in *Febris Ardentibus*, & *Malignis*, atque in *Variolis* usualia. *Nitrum* cum *Succo Rubi Idæi* dissolutum & crystallisatum valdè gratum evadit.

(L) De hac *Plantâ* nil habeo quod dicam: ad manus enim non est *Cornuti* *Historia*. Vel ex ipsâ tamen *Ettmulleri* confessione, *Rubus* non erit; nil enim commune habet cum *Rubo* *Idæo*, præter *Fruktum*, ut ipse ait.

cè *Hindtbeer*. *Gall. D. s* *Framboises, Bois de Ronse*.

Crescit itidem inter dumeta. Floret initio ætatis, maturescit Augusto, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

Fruktus.

Vires. Easdem vires obtinent, quas præcedentia *Mora*; *Cordiales* tamen præ iis peculiariter censentur.

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex *Baccis*.
2. *Spiritus*.
3. *Syrupus*.
4. *Vinum*.
5. *Fruktus conditi*.
6. *Acetum*. Ex *Fruktibus* infusis.

CCXC. RUSCUS.

Ruscus, *Matth. Trag. Cord. in D. Lob. Cast. Cam. Tab. Ruscum, Dod. Myrtacantha, Lob. (icon.)* alius *Bruscus* & *Bruscum*. Germanicè *Maus-Dorn*. *Gall. Dn Rusc*.

Crescit

&c. desiderent, & adhibendas esse putent: quæ quidem in usum & emolumentum Pharmacoposorum, in damnum verò Agrorum, cedunt. Hunc ab usum perstringit *GESNERUS*, & præfert *Syrupum Rubi Idæi*. Unde vel solus solet adhiberi in *Potionibus* in *Morbis Malignis*, in specie in *Febris Petechialibus*, non sine successu; sicut & in prostratione *Virium*, ac imbecillitate, ex Morbo gravi præcordia, egregius est: Sitim extinguit, *Stomachum* & *Pæcordia* æstuantia mirè refocillat; in se aliàs caliditate & frigiditate, ut vocant, temperatus est, & speciatim in *Febris Malignis*, ceu optimam *Remedium*, analepticis quibusvis *Potionibus* ac *Misuris* additur.

6. Prostat etiam *Acetum* ex *Fruktibus* infusum, quod post *Sudorem* nimium in *Febris Ardentibus* usurpatur, & est egregium præservativum in *Peste*: potest applicari *Pulsibus* cum *Linteis* pro compescendo *Æstu*, & *Malignitate* arcendâ in *Febris Malignis*. (K)

Prostat apud nos quoque

RUBUS IDÆUS ODORATUS AMERICANUS
CANADENSIS, FLORE PURPUREO
CORNUTI.

Hujus *Flos* *Masticen* spirat, primùm à *JACOBO CORNUTO* in *Histor. Plantar. Canadens.* c. 56. p. 14. descriptus, & ex novâ *Canadâ* in *Europam* allatus. Nil commune habet cum nostro *Rubo Idæo* præter *Fruktum*. In *Officinis* locum non habet. (L)

CCXC. RUSCUS. Suprà habuimus *Rbus*, quod aliàs vocatur *Sumach*; jam sequitur *Ruscus* seu *Bruscus*; *Germ. der Maus Dorn*.

Subministrat in *Officinas* *Radicem*, quæ apud *Veteres* majoris fuit commédationis, quàm apud *Modernos*. Apud istos enim inter quinque usitatas *Radices* *Aperientes* *maiores* refertur, & propterea in *Decoctis* pro *Morbis Chronicis*, ex *Lienis* & aliorum *Viscerum* infarctu derivatis, in specie in *Gache-*

Crescit copiosè in Italiâ, ut & quibusdam locis Germaniâ. Locis gaudet asperis. Primo Vere Turiones promit, Autumno Semen.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Calfacit & siccat temperatè, saporis est austeri & subamari: incidit, attenuat, aperit. Usûs præcipui in obstructione Epatis, Urinæ (Stranguriâ), Mensium, &c.

N. Recensetur inter *quinque Radices Aperientes*.

CCXCI. R U T A.

Рута. Ruta hortensis. Germ. *Rauten*, *Wein-Raut*. Gall. *de la Rus*.

Ruta est C.B.	[Hortensis Sylvestris]	1. Latifolia.	} <i>bujus loci.</i>
		2. Tenuifolia.	
		3. Major.	
		4. Minor.	
		5. Flore magno albo.	

chexiâ, pro alterandâ Massæ Sanguinæ fermentatione, est usitata; unde *Syrupum de quinque Radicibus* ingrediebatur. Præterea in Urinariis Affectibus, Ichuriâ, Stranguriâ & Dysuriâ, item inciendò moderatè Calculo, commendari solet: sed leniter decocta; siquidem longam cocturam non fert, cum vis ejus avolet. Præ cæteris tamen valdè laudatur ab Autoribus ad Curationem Scrophularum & Strumarum, si *Pulvis* ad ℥j. singulis diebus, matutinis horis, assumatur in *Vino*, sive sola, sive misceatur cum *Radice Scrophulariæ* aut *Radice Filipendulæ*. Nam hæc duo *Simplicia* per reliquis conveniunt in curandis Strumis. Videatur etiam SENNERTUS l. 2. *Præcos cap. de Strumis p. 131*. Jam rari est usûs.

Dixi, quòd conveniat *Ruscus* in Affectibus Urinariis: ad quos etiam revocanda venit Gonorrhœa, in quo usû veniunt *Fructus* imprimis hujus *Rusci*, de quibus in *Conservatione* cum *Saccharo* redactis, & à ℥ij. ad ℥ss. assumptis, Experientia profat, quòd valdè operè conveniat in Curâ Gonorrhœæ, in RIVERII *Observat. 47. communicatâ à FOMIO*: ad quem usum similiter commendari solet *Aqua Rusci* destillata, item *Conserva Baccharum Rusci*. (M)

CCXCI. R U T A. *Ruta Hortensis*, quæ nulli non potest esse cognita, & quidem imprimis *Latifolia*, seu *Communis*, Officinis subministrat *Summitates*, item *Folia* cum *Floribus* & *Semine*.

Planta satis decantata est *vi alexipharmacâ*, *diaphoreticâ* & *sudoriferâ* contra Malignitatem, tam præservando à Morbis Malignis & Pestilentialibus, quàm etiam curando eosdem, aded, ut vix profert *Mixtura Alexipharmacæ & Theriacalis*, quàm non ingrediatur *Ruta*. Et quidem in præservandâ Peste à multis commendatur, si esitetur matutino tempore cruda, sicut & KIRCHERUS in *Scrutinio Pestis Sect. 3. pag. 328*. de MITHRIDATE refert, quòd *quatuor Simplicia* in Peste pro *Arcanis* habuerit, *Rutam*, *Alium*, *Nuces juglandes*, & *Pimpinellam*: & hæc Testamento quali contra Venena reliquit MITHRIDATES. In genere *Rusticorum Theriaca* vocatur à PALMARIO, qui vires ejus alexipharmacas latius expressit in *Cap. 18. de Febris Pestilentialibus pag. 462*. Tanti usûs est *Ruta* in Peste. Singularem antipathiam & inimicitiam gestare dicitur cum *Bufo* & cum *Serpentibus*, ut non possint ferre præsentiam *Rutæ*: unde dicunt, quòd *Mustela* dimicatura cum *Serpente Rutam* manducare soleat, & se præmunire, teste MINDERERO in *Aloëdario p. 134*. Qui plura cupit, videre potest ZACUTUM LUSITANUM l. 1. *Medic. Princ. Hist. 31*. qui multus est in decandandâ *Rutâ* contra Venena & Epilepsiam. Nam ad Affectus Epilepticos valdè operè etiam commendari solet *Planta* hæc, & est una ex usitatissimis *Antiepilepticis*. Odor est singularis, nidorosus nonnihil & graveolentus, ferè ad *Solanorum* & *Narcoticorum* Odorem accedens; ratione cujus utilis est in arcendâ Libidine, & cum *Vitice* convenit, sicut & in Gonorrhœâ, Satyriâ, & Pri-

ornat Officinas *Hortensis* utraque, è quibus vulgatio quidem est *Latifolia*, eaque major, cæstique coloris: præstantior verò *Tenuifolia*, minor, & nigricantior.

Latifolia inscribitur *Ruta*, *Brunfels. Matth. Cast. Domestica*, *Trag. Hortensis*, *Fuchs. Lob. Cam. Sativa*, *Cord. in D. graveolens Hortensis*, *Dod. Latifolia*, *Tab. Ruta Hortensis latifolia*, *C. B. 1.*

N. Hæc diligenti culturâ arborefcere solet, cujus exemplum nobis præbuit hujus Civitatis Civis è primariis *Pöhl. Leut-wein*.

Angustifolia insignitur *Ruta hortensis altera*, *C. B. 2. Ruta hortensis minor*, *Trag. Ruta sativa tenuifolia*, *Cord. in D. Ruta tenuifolia*, *Trag.*

Gaudet solo arido ac calido. Floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba ac Summitates cum Seminibus.

Vires. Calfacit & siccat 3. incidit, attenuat, digerit, discutit: est Alexipharmaca, Cephalica ac Nervina. Usûs præcipui in variis Morbis, Peste, aliisque Affectibus Malignis præservan-

pismo commendari solet. Unde ordinarium est *Ingredientis Essentialiarum & Aquarum Castitatis* sive *Mynschiebi*, sive *D. Micbaëlis*. Propterea ZECHIUS *Conf. 78. & Conf. 16.* commendat valdè contra Gonorrhœam & Priapismum hunc Pulverem:

℥. Herb. *Mentha* ℥ij.
Sem. *Lactuca* ℥ij.
Ruta,
Vitic. seu *Agni casti*,
Rad. Ireos Flor. an. ℥j.
Sacch. q. s.

M. f. Pulvis.

Correctiori modo præscripsit hunc Pulverem D. MICHAELIS hoc modo; cujus scio Experientiam factam in quodam Juvene:

℥. Fol. *Mentha*,
Sem. *Agni casti*,
Ruta,
Succini,
Offis Sep. an. ℥j.

M. f. Pulvis.

Cujus Dosis à ℥ss. ad ℥j. imprimis in abundantia quâdam Seminis.

Porò inter *Vegetabilia*, *Carminativa* & *Anodyna* refertur, adeoque resistit Flatibus, præsertim in Infantibus, eosque arcet. Veteres certè ad roborandum Visum singulariter commendabant, aded, ut *Veteres Pißores* semper ad manus habuisse dicantur *Folia Rutæ*, quorum esu Visum suum corroborarunt & conservarunt.

Externè Carbunculis Pestilentialibus applicata, vel sola, vel cum aliis mista, Malignitatem extrahere solet. Aliàs recens contusa cum *Fermento*, *Capiti*, item plantis *Pedum*, contra Cephalalgiam & Æstum Februm Malignarum & Ardentium, non sine successu applicatur; imprimis, ubi metuendæ sunt *Agrypnix*, & similia Mala; quod & de *Rapbano* dictum. In Flatibus Infantum additur *Clysteribus Carminativis*. Arcere etiam dicitur Ebrietatem, imprimis si aliquot ejus *Folia* cum *Aceto* applicantur Pulsibus; sic enim solvere Ebrietatem, sunt qui pro Experimento habent. Si recipiatur *Decoctum Rutæ* cum *Vino*, & hoc diluatur Os, ceu expertum commendatur contra *Cariem Dentium*, & contra *Gingivas Scorbuticas*, dum simul absumit vitiosam Salivam in Ore Scorbutorum, eamque corrigit. Contra *Pediculos* in Indusiis stabulantes etiam Experimentum profat ex *Rutâ*, si scilicet Indusium immergatur in ejus *Decoctum*, aliquantisper coquatur, & denique siccat: sic enim indutum omnes *Pediculos* arcere dicitur, & quamdiu gestatur hoc Indusium, nunquam generari *Pediculos* creditur. Idem fieri dicitur, si Indusium vulgariter lotum coquatur in *Aquâ communi* cum *Vividi Æris*, & *Sevo Bovino*: Videatur STARIGIUS, in *dem Heldenchatz p. 128*. Imprimis singularem vim habet *Ruta* præservandî Oculos à Variolis; sæpiùs enim fit, ut Cæcitatem, Gut-

(M) *Ruscus* est *Planta* Genus *Flore campaniformi* & *globoso*, cujus *pisillum* abit in *Fructum globosum mollem*, uno alterove *Semine* factum. Notat Tournesortius vulgò à Botanicis *Calycem multiscissum Floris loco haberi*, sed falso. *Ruscus Myrtifolius*, aculeatus, *Officinalis* est, *Planta* duobus vel tribus pedibus alta, ad *Fruticem* accedens, multos emittit *ramulos flexiles* quidem, sed *fractu contumaces*: *Folia myrtea*, sed *asperiora*, aculeata, nervosa & *pediculo carentia*: *Flores* peculiari quâdam indole *mediis Foliis innascuntur*: his *Bacca* succedunt ex *maturitate rubescentes*: *Radix* demum *crassa & multiplex* est, *fibrosa*, ac *proximum solum perreptans*. Inter quinque *Aperientes Radices* faculè princeps. Valet ad *Hydropem*, *Cachexiam*, *Isterum*, *Calculum* & *Ischuriam*, in *Juribus* & *Apozematis* decocta. *Conserva* è *Baccis Rusci* efficacè est in *Dysuriâ*.

vandis ac curandis, Veneno arcendo, Vifu acuendo, Lasciviâ reprimendâ, Pleuritide curandâ, imbecillitate Ventriculi corrigendâ, Colicâ discutiendâ, Morfu Canis rabidi debellando, &c. Extrinsecus in Ictibus Serpantum, Carbunculis, in Febrium Paroxysmis arcendis (Inunctione Dorfi), Cephalalgâ ex Crapulâ, Hemieraniâ, in Febribus Malignis (pro Aceto) in Dolore Capitis Febrium Ardentium & Malignarum (similiter Pedum plantis adhibita).

N. Nimius usus internus officit Gravidis.

P R Œ P A R A T A .

1. *Aqua stillatitia* . Ex Plantâ cum cauliculis Majo collectis.
2. *Oleum stillatitium*.
3. *Oleum infusum*. Ex infusâ Herbâ in Oleo communi.
4. *Sol.* Ex Herbâ incineratâ.
5. *Acetum*. Ex infusione.
6. *Balsumum*. Ex Oleo stillatitio.

CCXCII. R U T A M U R A R I A .

Ruta muraria, C. B. Dod. Ger. Capillus Veneris, *Brunsv. Trag.* Adiantum candidum *Cord. in D. & hist.* Adiantum album, *Lon. Cam. Tab.* Adiantum nigrum, *Casalp. Gesn.*

tam serenam, vel Cataractam, deportent à Variolis: ut ergò præmuniatur & præserventur Oculi, appendi solet *Radix Ruta*, vel sola, vel cum *Radice Scabiosæ*, Collo; hòc modo enim dicunt præservari Oculos, quò minùs à Variolis infestentur. Videatur LIPSIUS in *eleganti Tract. de Variolis*. In *Scriptis LOTICHI l. 1. Observat. pag. 99.* hoc commendatur *Amuletum*, ut præserventur Oculi à Variolis:

℞. *Rad. Ruta*,
Solani,
Scabiosæ. an. Ziß.

Incisa suspendantur in *Serico rubro* cum Filo duplici.

Item quæcumque partes fricentur cum *Rutâ* recenti & viridi, dicuntur manere immunes à Variolis.

3. *Acetum de Rutâ* meritò inter *Bezoardica* refertur. De hoc *Aceto* admodum salutare & usitato in præservandâ *Peste Romanâ* & *Neapolitanâ* periculossimâ, possumus videre KIRCHERUM loco allegato p. 370. qui habet *Acetum compositum ex Speciebus* vulgaribus, sed valde usitatis in *Peste*; nimirum Recipit *Acetum* exquisitissimum, *Rutam Pimpinellam, Betonicam, Nuces juglandes, Allium, Baccas Juniperi*; quibus additur, si suppetit, tantillum *Campboræ*. Dosis est ad Cochleare unum pro præservatione ad diem j. Laudatur etiam in Vulneribus, à Bestiis venenatis influctis. *Succus Rutæ* permisceri potest Medicamentis *Pesti* curandæ destinatis. Ad corroborandum Vifum fieri solent *Electuaria ex Succis Rutæ & Fœniculi*, cum *Melle* mistis. *Succus* hic gargarisatus vel extrinsecus circumdatus Collo, præservat, ne possint Variolæ occupare Collum, ubi aliàs res est periculi plena; quod mihi communicatum fuit ab Amico, qui habet hujus rei Experimentiam.

Extractum Rutæ Epilepsie Infantum externè applicatum egregiè confert.

3. *Oleum Rutaceum* inter *Linimenta Carminantia Anticolica* primatum ferè obtinet; unde, uti *Oleum Rutaceum*, ita etiam *Mel Rutaceum*, solet misceri, cum *Clysteribus Carminantibus & Anticolicis*, propter vim resistendi Flatibus, quæ est in *Rutâ*.

2. Nam *Oleum* ejus destillatum in Doloribus Colicis ac Morbis Flatulentis, aliisque Torminibus Ventris, impri-

Saxifraga seu *Empetron*, *Fuchsf. Paronychia*, *Matth. Cast. Salvia Vitæ. Lob. German. Maur-Roten, Stein-Rauten, Venus-Haar.* Gall. *Ruë de muraille.*

Nascitur in Parietibus ac Muris juxta Aquas, locis videlicet irriguis & non apricis. Vivax est toto anno, ætate tamen amplius viret. Flore & Semine caret.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Folia seu *Herba* cum *Caulē*.

Vires. Calida & frigida temperata est, fccat, digerit, discutit, tartaream & viscosam Mucilaginem in Pulmonibus, &c. incidit. Usus præcipui in Tussi, Arthmate, Pleureâ, Ictero, obstructione Splenis. Valet ad Renum & Vesicæ Dolores, Urinam clementer ciet, Calculosque expellit. Peculiariter præstare eam perhibet *Matthiolus* ad Enterocelas Puerorum (dies 40. Pulvis exhibitus) & sim.

Extrinfecus Capillos crescere facit, Ulceraque manantia Capitis abstergit, Strumas & Abscessus digerit.

N. 1. Ubi *Adiantum verum & Trichomanes* defunt, aut vetusta sunt, hâc uti licet. Hæc sumenda quoque ubi Medici recentiores *Adiantum* præscribunt à *Capillo Veneris* diversum. C.B.

N. 2. *Matthiolus* hanc *Paronychiam Dioscoridis* esse disputat contra *Dodonæum*, qui id negat.

CCXCIII. SA-

mis, ubi simul metus adest Epilepsie, optimo cum successo propinatur, vel *Clysteribus Carminativis* addendo, vel *Umbilico* illinendo; valdoperè enim se commendat in arcendâ Epilepsia Infantum: sicut & *Lingua* applicatum in Aultorum Epilepsia & Apoplexia conducit.

6. Item ex hoc *Oleo destillato* cum *Oleo Nucifæ & Campboræ* fit *Balsamus* præservativus in *Peste*, quo inunguntur Tempora & Nares.

1. *Aqua Ruta destillata* expertum *Ophthalmicum* est, & in *Collyriis* commendari solet ad Vifum acuendum, & *Nebulis* discutiendis; sicut etiam in Inflammationibus Oculorum feliciter adhibetur.

4. Per incinerationem copiosum suggerit *Sal fixum*.

Addatur his quoque *Sal volatile Ruta*, quod ex *Semine* per Retortam destillando elicitur. Conferatur WEDELIUS in sua *Pharm. pag. 154. (N)*

CCXCII. R U T A M U R A R I A . *Ruta Muraria* est *Species* quædam *Adianti* seu *Capilli Veneris*. Dicitur ita, quoniam crescit in Muris & Parietibus antiquis Calce in crustatis, item in locis saxosis. Est egregia & elegans, virens perpetuò.

Integra Herbula assumitur, & de eâ, quæ dicit AUTOR videri possunt. *Planta Capillaris* est, imprægnata Sale nitroso volatili; unde propter hanc ejus texturam in Morbis Chronicis quamplurimis, & in specie in Scorbuto, Cachexia &c. optimum est. Hinc Belgici Milites, extremè Scorbuto laborantes ex assumptâ impurâ Aquâ, nullo alio Medicamento curari potuerunt, quàm *Decocto Ruta Murarie* adhibito, ut ut *Planta* exigua sit. Id quod Experimentum fuit B. D. MICHAELIS, qui non satis potuit commendare contra Scorbuto hanc ipsam propriâ Experimentiâ, & retulit, quòd in arce Pirnensi, à Militibus Succis obsessâ, omnes ferè Milites propter pravam Diætâ, Aërisque liberi defectum, fuerint affecti Scorbuto, & Convulsivis Contracturis scorbuticis; sed hujus *Rutæ Murarie* usu perfecte curati. Denique Sanguinis Massam à Salibus recrementosis mirè purgat, & in hoc puncto aliis palmam præripit. Reliqua habet AUTOR noster. (O)

CCXCIII. SA-

(N) *Ruta* est Flore tetrapetalo ut plurimum donetur; baud tamen à Tournefortio inter Plantas Flore Cruciformi (qui semper tetrapetalus est) connumeratur, sed potiùs inter Plantas Flore rosaceo; quandoque enim ejus Flos quinque petalis præditus est. Ejus pistillum ab it Fructum subrotundum, ut plurimum tetragonum (quandoque pentagonum) ex quatuor capsulis axi affixis compositum, Seminibus foetum. *Ruta hortensis*, tam latifolia quàm angustifolia, notior est *Planta*, quàm ut descriptione indigeat. Sunt & due species *Rutæ sylvestris*, major scilicet & minor C. Bauhino: at *Ruta sylvestris*, flore magno, albo ejusdem Autoris (quam hic recenset Schroederus) est Tournefortio *Harmala Dodonæi*: aliud scilicet *Plantæ Genus* Flore item rosaceo, sed cujus pistillum ab it Fructum tricapsularem: *Plantæ* verò *Folia* alterno ordine in *Caulē* ponuntur.

(O) *Ruta Muraria* sic dicta, quòd ejus *Folia* ad *Rutam hortensem* quodammodò accedant, sub eâ *Plantarum Classe* reponitur à Tournefortio, quæ Floribus carent, & Semine donantur. Hujus *Plantæ Fructus* Foliis innascentur, suntque (ut Microscopii ope detectum est) capsulæ membranaceæ, anulo di elasticâ prædita munitæ, cujus contractione rumpuntur, & Semina fundunt minutissima. *Ruta muraria vulgarior Radice* fibrosâ parietinas rimosas occupans, pediculos promit innumeros, quibus adhaerent & insident *Folia Ruta vel Adianti*, sed multò minorâ. J. Bauhinus, contra omnium Botanicorum sententiam, sibi persuadere non potest, *Rutam murariam*, ut & congeneres Plantas, Flore & Semine carere. Vulgè inter Capillares Plantas connumeratur, illarumque viribus prædita esse creditur.

S

CCXCIII. S A B I N A.

Sabinæ. Germ. *Seven-Baum, Sieben-Bum.* Gall. *Savine, Sapinier.*

Sabina Folio [Tamarisci, Hæc usualis.
Cupressi 1. & 2.]

Dicitur Sabina, *Brunsf. Trag. Fuchf. Dod. Lob.* vulgaris, *Cam.* Sabina Myrti folio, *Cord. in D.* Savina, *Lon.* Savina mas, *Tab.* Sabina folio Tamarisci, Dioscoridis, C. B. 1.

Colitur in hortis: viret perpetuè.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia.

Vires. Calfacit & siccit 3. partium tenuium, incidit, atte-

nuat, discutit. Usûs præcipui in Mensibus fortiter ciendis, Fœtu ejciendo, Urinâ pellendâ, Asthmate medendo. Ex- trintecûs in Affectibus Uterinis, Ulceribus serpentibus ar- cendis, Scabiæ præcipuè Capitis Infantum exsiccandâ ac cu- randâ cum Cremore Lactis,) in Maculis Faciei abstergendis, ad Defluxiones (in Fumo).

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Foliis.
2. *Spiritus.*
3. *Extractum.*
4. *Oleum.*

CCXCIV. S A L I X.

Salix. Germ. *Weide, Weiden-Baum.* Gall. *Saule ou Saulx.*
Salix multorum est Generum, quæ sine discrimine in usum

S

CCXCIII. S A B I N A. Sabina ita dicitur, quod Sabinis frequenti sit in usu. Duplex est: vel Foliis Tamarisci, vel Foliis Cupressi. Arbor est Baccifera, quæ accedit ad Genera Abietum, Foliis tamen exiguis quadrangularibus.

Vis hujus consistit in Oleositate volatili acris: est enim amaricans, acris, pinguis, & perquam oleosa, Balsamicum quid in se continens, & propterea perpetuè Fronde viret.

Subministrat præprimis Folia pro usu Medico, qui est tam internus, quam externus.

Internè inter Remedia Splenetica, & hinc inter Emmenagoga, non ultimum obtinet locum. Porro vi pollet vulnerariâ internâ, præprimis in purificandis Vulneribus foetidis, & Ulceribus sinuosis, ubi scopus est partes heterogeneas & varia impedimenta, e. g. Globulos injectos, Ossicula, Frusta Vestimentorum, Lignorum, vel alia Exotica, è Vulnere educendi, mireque accelerat vulnereum consolidationem. In his casibus internè optimè Sabina vel sub Pulveris formâ aut solitariè, aut cum Lapillis Cancrorum, (quippe qui melius sunt, quam si cum Sanguine Draconis misceantur): vel sub formâ Decocti cum aliis Vulnerariis propinatur, ita, ut Sabina sit pars una & reliquorum Vulnerariorum p. vj. Sed cum circumspèctione est usurpanda, quoniam est admodum acris. Conferatur de his felix ille Chirurgus FELIX WURZIUS in sua Chirurgiâ p. 663. nam quæ habet AGRICOLA, ex WURZIO excerpit. A PARACELSO exinde laudatur contra Vulnere & Ulcera foetida, in quibus simul Vermes generantur. Inter Emmenagoga, Abortum, Secundinas ac Molam ejcipientia, ac Lochia stimulantia, Herba Sabina ex omnibus Plantis est decantatissima Mulierculis, & iis, quæ volunt esse Virgines, fortiter enim pellit Menses, vel cum Artemisiâ, vel quacunque aliâ ratione usurpetur. Caveant ergo Sabinam Gravidæ, quoniam Fœtum solet interimere, & periculosissimum est enecare Fœtum sine periculo Matris.

Denique externè usurpata egregia est contra Lumbricos, & in specie pro enecando Vermes umbilicali, cujus præsentia Infantes planè marcescunt, & tandem tabidi fiunt. Modus usurpandi hic est:

℞. Cort. Nucis jugland. dimidiam (etne Nuss-schale.)

Impleatur Melle cum Pulvere Sabinae vel solo, vel cum Pulvere Vitri Veneti misto, & Umbilico superimponatur; hinc fit ut Melle alliciat, Pulveribus verò brevi post enecetur Vermis.

Videre potestis hac de re egregiè agentem SENNER-Tom. IV.

(P) Sabinam duplicem vulgè faciunt: Vulgarem & Sterilem, quam Folio Tamarisci appellant, & Majorem, Bacciferam, quam folio Cupressi vocant. Prima, baud ad Genus ullum revocata est à Cl. Tournefortio, fortè quia baud dum illius characteres satis expenderit. Arbuscula hæc est humilis, in latum potius quam in altum proficiens, odore gravi & ingrato, Foliis Myricæ Germanicæ pungentibus, sapore acris. Flores baud fert, sed duntaxat Baccarum rudimenta, quæ ex tribus, quatuor, vel quinque viridantibus tuberculis, insar Myrmecicæ verrucæ parvæ componuntur. J. tamen Bauhinus duplicem facit: Marem seu Sterilem, quam sæpè florentem, nunquam Baccas ferentem se vidisse testatur; alteram Fœminam, quæ Baccas profert, non Flores. Sabina hæc Mulieribus rarissima, ob usum à Schredero & Ettmullero expositas. De eâ hæc habet Raius. Nos novimus Succu expressi cum Lacte misti Cochlear unum cum Saccharo edulcoratum, maximo cum successu Pueris verminantibus exhibitum. Estque sanè (subdit) medicamentum efficacissimum, & minimè periculosum, quod post alia multa incassum usurpata, optatum sæpè numero, ne dicam semper, sortitur effectum, etiam in deploratis pænè. Equis etiam & Bobus in eundem usum frequenter exhibetur. Hæc Raius.

Sabinam verò Majorem, quam Bacciferam, & folio Cupressi appellant, synonymon faciunt cum Cedro, vel Oxycedro Lyciâ, & Phœnicîâ. Hæc autem Tournefortio Arboris Genus est Cedrus dicta, cujus Flos amentaceus est, sed sterilis: Fructus autem seu Baccæ ossiculis turgent angulatis, Semine factis oblongo. Addit Folia Cupressi amula. Hujus Generis tres agnovit species, scilicet Cedrum folio Cupressi, majorem, fructu flavescente C. B. Cedrum folio Cupressi mediam, majoribus Baccis C. B. & Cedrum Hispanicam proceriorem, fructu maximo, nigro.

TUM lib. 3. Prax. p. 10. c. 4. p. 984. & sequentibus. Hoc quod habetis in SENNERTO, expertum est à D. MICHAELIS ad curandum Vermem Umbilicalem Infantum, qui Vermem digiti longitudine extraxit.

Signum autem hujus Vermis præsentis est; si Fundulus vivus applicetur Umbilico circa noctem; altero mane, si adest Vermis, Piscis reperitur in latere semicorrosus, & ferè exelus: cui Experimento certò fidendum. Casus quidem est rarus, sed benè observandus.

In Odontalgia, quæ à Vermibus oritur, Suffusus ejus egregius est.

Superiùs quoque dixi, quod Folia Mori Rubi convenient in Ulceribus Tibiarum: id quod non minùs verum est de Sabinâ, quæ Sabina in Vino decocta pro Lotione Pedis adhibita, Ulcera Pedum antiqua & dysepulotica curat; extrahendo imprimis Vermes, & alias res inconspicuas, teste SCHMÜCKIO Thesauro Medico 1. Secret. 8. Aliàs in Ulceribus fistulosis, & cancriosis Vino incoquitur cum Nicotianâ pro purificatione illorum.

Solus etiam Succus Sabinae cum Melle mistus, sub formâ Linimenti applicatus, pro Ulcerum Tibiarum, aliorumque mundificatione & curatione est accommodatissimus, si cum Succo Persicariae misceatur, citiùs curabuntur.

Aliàs Rasura Ligni Sabinae Lientis vitia corrigit, vel sola, vel cum Rasurâ Ligni Fraxini vel Tamarisci conjuncta, & in formâ liquidâ propinata. Prostant Pilulae de Sabina Mynsichti, compositæ cum aliis egregiis Speciebus, quas commendat contra Mensium obstructionem.

4. Concentrata Sabinae vis in Oleo destillato reperitur, quod potentissimum & elegantissimum ad fortiter pellendos Menses, Fœtum ac Lochia promovenda Remedium, si guttæ quædam adhibentur in appropriato Vehiculo. Hinc Oleum Sabinae crocinum Mynsichtii vocatum, efficacissimè Fœtum & Lochia & Menses pellit, modò Corpus ita dispositum, ut fluere queant Menses. Cæterum, quoniam sunt violentæ Pilulae & Oleum hoc, non sunt adhibendæ, nisi in casibus quasi contumacissimis, & desperatis, quia Remedia nimis sunt fortia. Præterea in Odontalgia à Vermiculis, imprimis intra alveolos Dentium hospitantibus exorta, Oleum ejus commendatur.

2. 3. Extractum cum Spiritu appropriato paratum speciatim in Mensibus fortiter pellendis, & Fœtu ac Lochiis promovendis, aliisque Affectibus Uterinis similiter solet esse in usu. (P)

CCXCIV. S A L I X. Salix, utut sit varia, nihilominùs Folia Salicis communis, quæ ubique crescit prope rivos, contra Libidinem, imprimis muliebrem arcentem, G g

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex Herbâ cum Floribus.
2. Oleum stillatitium.
3. Sal. Ex Herbâ incineratâ.
4. Conserua. Ex Floribus.

S A L V I A B A C C I F E R A.

Sic dicitur à *Baccis*, siue *Pomis* instar Gallarum excrescentibus. Crescit in Insulis Gretâ, & Cypro. *Baccæ* hæ Saccharo vel Melle conditæ ad nos apportantur, Stomacho gratæ.

CCXCVI. S A M B U C U S.

A κτῆ, Sambucus. Germ. *Holder-Baum*, *Hollunder*. Gall. *Sureau*, *Suger*.

Est (Vulgaris. *Hujus loci*.
Humilis. *Vide Ebulus*.)

Insignitur Sambucus fructu in umbellâ nigro, C. B. 1. Sambucus, *Brunsf. Matthioli. Fuchs. Dod. Lon. Lob. Tab. Sambu-*

cus vulgaris, *Trag. domestica*; *Cast. Sambucus Campestris* seu vulgaris, *Cam.*

Gaudet locis opacis, sepibus, pomæriis & asperis vallibus. Floret Majo, Junio, Julio. Baccæ murescunt Augusto.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Flores, *Baccæ, Liber, Spongia, Turiones.*

Vires, Sambucus integra calcit & siccat, resoluit, Hydropicos iuvat.

Flores discutiunt insuper, emolliunt, resolunt, Sudoriferi ac Anodynii sunt. Usus præcipuus intrinsecus in Erysipelate præcauendo & abigendo, Quartanâ curandâ. Extrinsecus in Colico dolore, in Erysipelate, Ambustis, &c. (impositi.)

Baccæ Sudoriferæ itidem sunt, ac *Alexipharmacæ*.

Liber (Cortex interior) educit serosos Humores. Extrinsecus easdem vires habet, quàm Flores.

N. Eligendi Cortices Radicis.

(Ex medio Cortice Sambuci in Oleo macerato, fit *Oleum Ambustis* utile.)

Turiones, & Gemmæ, siue Cymæ, Germ. *Holderkeimen*, Gall. *Som-*

quasi carbunculata, quòdque tota Planta sit retorrída & languidula, & quasi Sphacelo correpta. Sed nugæ sunt. Hoc certum est, quòd *Folia* à Rore aëreo, *Ærugine* corripit, & *Symptomata* truculenta nobis inducere possint. *Ærugo* enim in *Plantis* nihil aliud est, quàm *Gangræna* in *Hominibus*: quando nempe *Salia sylvestria*, ex *Pruinâ* aliisque malignis *Halitibus*, *Plantis affixa*, causantur ejusmodi *Fermentationem* & *Spirituum* dissipationem, unde *Ærugine* illâ *Animalium Pestis*, seu *Strages* oritur. (R)

CCXCVI. S A M B U C U S. *Sambucus* Arbor est, quæ ita dicitur à *Sambucâ*, specie quadam *Instrumenti Musici*, autore *SAMBICE* inventâ, *Germanis Hollunder*, à *Surculis* seu *Fistulis* minùs ligneis, sed *Medullâ* potiùs repletis. *Variæ* hujus dantur *Species*. Nobis in promptu est:

1. *Sambucus Folis laciniatis*, quæ rarior.
2. *Sambucus Aquatica*, flore simplici, ita dicta à loco natali.
3. *Sambucus Aquatica*, flore roseo.
4. *Græcorum Ache* seu *Ebulus*, qui dicitur *Sambucus humilis*, de quo supra suo loco dixi. *Sambucus* nempe est *Ebulus erectus & magnus*; *Ebulus* vero est *Sambucus humilis* in terrâ quasi repens, quæ in figura & virtutibus multùm cum *Sambuco* convenire solet, ut ut magis universalis & catholica sit virtus *Sambuci*, quàm *Ebuli*.
5. Denique *Sambucus vulgaris*, quæ ex his omnibus speciebus tantùm est in usu.

Sambucus Aquatica Baccas rubras fert, & *stipticæ* virtutis esse videtur: *Roseæ* nullius adhuc est usus.

Vulgaris reperitur triplicis generis; cum *Baccis rubris, nigris & albis*: sed *Sambucus vulgaris*, *Baccis nigris* hic intelligitur quòd sit in usu, de quo elegantem *Tractatum*, in quo multa reperiuntur curiosa, conscripsit *BLOCHWIZIUS*, quem intitulavit: *Anatomia Sambuci*.

Integrum in hoc *Sambuco vulgari* *Rusticorum* continetur *Pharmacopolium*: *Vomitivum* si expetunt, depromunt id ex *Julis* seu *Locustis* concilis & comestis; sic αρω & κάρω evacuant: quòd si potentius desiderant, recipiunt *Oleum* ex *Avillis Baccarum* expressum. Quòd si *Catharticum* seu *Purgans* aliquod expetunt, *Cortex medianus viridis*, qui scilicet griseum sequitur, se offert: hic *Vino* infusus, ac benè mat. Tom. IV.

(R) *Salvia* Plantæ Genus est *Flore labiato*, cujus *labium superius* modò *fornicatum* modò *falcatum* est, *inferius* verò *tripartitum*, *extuberans*, *haud* *Cocleatis* instar *excavatum*, ut in *Hormino* & *Sclareâ*: quatuor *embryones* abeunt in *Semina* *subrotunda*. Adde *Stamina* *Os Hyoides* quodammodò *representantia*. *Salviæ* species quamplurimæ sunt, quæ odore quodam proprio, aromatico graveolente, & foliis rugosis, quales esse solent usu detrita vestes (ut notat *Tournefortius*) dignoscuntur. *Salvia major*, an *Sphacelus Theophrasti* C. B. vulgarior est, & *Officinis* familiaris: quæ in montanis nascitur præstantior existimatur. Non solum *Bufones* non alit *Salvia*, sed illos arcere, maxime si *Rutæ* proxima plantetur, suadet *Verficulus*:

Salvia cum *Rutâ* faciunt tibi pocula tuta.

Punëura Vesparum & *Araneorum* curantur repetitâ applicatione *Foliorum recentium Salviæ*: *Ephem. Germ. A. 8. 9. 10. Ad Menses albos* ex *Chesneau* cape ʒj. Pulveris *Salviæ*, *Sarsaparillæ* & *Balauftiorum ana*, mane in *Jusculo* per aliquot dies. *Tremulæ* manus auspiciatissimè lavantur in *Vino decoctionis vel macerationis Salviæ*. S. Pauli.

Salvia quam *bacciferam* vocant, est *Cretica pomifera Clusii*. Hæc fructicat, non secus ac reliquæ *Salviæ* species: *Rami* primùm quadranguli, mox rotundi, densâ lanugine sunt obsiti. *Folia* infernè lanuginosa, supernè virentia, & veluti attrita, modo aurita, modo auriculis carent: *Flores verticillati* ex albo purpurascens, quibus succedunt *Semina crassiora*, us quasi *Baccæ* videantur, à quibus fortasse agnomen. At in *Cretâ* *Planta hæc excrescentias* quasdam fert *pomisiformes*, uncialis magnitudinis, multâ lanugine obsitas, juncturis pediculo sescunciali insidentes: hinc *pomisiferam* & *bacciferam* verius appellant.

(S) Pro *Rosâ* hic intellige *Erysipelas*. Haud tamen, ut mihi quidem videtur, falluntur *Multerculæ*, cùm ajunt, non esse humectandum *Erysipelas*: imò nec quidquam apposuerim ex iis, quæ mox subdit Autor.

Somnites & Sureau, adhibentur in Acetariis, Alvimque movent & nonnunquam etiam Vomitum, præcipue si sursum deceptantur: idem facit & Pulvis.

Spongia (Auricula Judæ) Oculorum affectibus medetur (macerata in Aquâ appropriatâ impositâ.)

(Decoctum bibitum specificum in Anginâ.)

N. 1. Sunt qui Infusum Spongiæ bibunt ad Hydrops curam.

N. 2. Sambucum, Visci instar, in Salice nascentem peculiari commendant Antiepileptico.

P R Æ P A R A T A.

I. E F L O R I B U S.

1. Aqua stillatitia. Ex Floribus I. A.

2. Spiritus. Fit rectificatione Aquæ stillatiæ, vel ex Floribus in Dolio querno fermentatis.

3. Vinum. R. Flor. in umbrâ exsiccat. ℥j. circiter, infundantur Multi Mensuris 8.

mitigare solet: additur etiam Saccharum Saturni, Olibanum, & Myrra, & est magis conveniens, qualem Pulverem descriptum videbitis in MYNSICHTIO, cujus basin Flores Sambuci constituunt. Horum Decoctum in Sero Lactis vacini Mammis applicatum commendatur ad augendum Lac Nutricibus. Quin & vi egregie anodynâ & discutivâ. Commendatissimi sunt externè in Doloribus & Tumoribus Partium, ubi discussione quadam aut resolutione opus est. Unde cum Vino vel Aquâ eorundem, Capiti circumligati prosunt in Cephalalgia, Deliriis, & Vigiliis, Somnumque moderatum conciliant: sicut & in Doloribus Partium vagis Scorbuticis in Lacte cocti optimè conducunt; unde inter Cataplasmata etiam appropriatissima Arthritica primum ferè obtinent, & multa præstant. Multi pariter sunt usûs in Tumoribus emolliendis & maturandis.

1. 1. Aqua Florum Sambuci est diaphoretica: unde in Variolis & Morbillis aliisque Febribus Malignis quotidie infervit pro Vehiculo Pulverum Bezoardicorum. Externè est anodyna: unde quidam in Ambustis comedant Mucilaginem Seminis Cydoniorum extractam cum Aquâ Sambuci, in qua aliquot grana Camphoræ fuerunt dissoluta, & mira facit.

2. Spiritus per fermentationem paratus est egregie sudoriferus, & in Erysipelate multi usûs.

Ex Floribus recentibus tandem Conditum paratum nauseosum est.

II. 1. 3. Baccæ sunt polychrestæ; sed crudè non adhibentur. Per fermentationem dant Spiritum inflammabilem, qui aliqualiter est sudoriferus. Expressæ verò dant Succum, in Rob istud usitatissimum inspissandum, quod quasi nectar est Senapum, & totam Massam Sanguineam purificat: hinc in Purpurâ, Febribus Petechialibus, expellendo Maculas, & in Erysipelate, cum Cornu Cervi sine igne, aut cum Ebone sine igne, aut aliis Pulveribus appropriatis sociatum, egregie Sudorem movet: e. g.

℥. Rob Sambuci ℥j.

C. C. sine igne ℥j.

Specif. Cephal. vel Cinnab. Antimonii, vel Antimonii diaphor. vel Bezoard. miner. ℥ss. vel gr. xij.

Cum Syr. Card. bened. f. Bolus.

Vel

℥. Rob Sambuci ℥ij. vel ℥iij. ad ℥ss.

C. C. usui præp. ℥j. ad ℥ss. M.

Est Bolus Sudoriferus usitatissimus.

Nempe C. C. usum non saltem imbibit Acida vitiosa primarum viarum, sed etiam Acidum occultum simul corrigit; unde partes salinæ volatiles oleosæ potentissime Sudorem movent. Euporiston hoc est egregium in Erysipelate, & Affectibus inde natis, per Sudorem curandis.

Potest etiam Rob Sambuci cum Cornu Cervi sine igne in Erysipelate cum Febre Ardente conjunctâ adhiberi, cum Aceto Florum Sambuci, vel Aquâ appropriatâ solutum, & sic pro usu alexipharmaco & sudorifero egregium exhibet Remedium; quod etiam præstat in Pleuritide & Anginâ, vel solitariæ, vel cum Pulveribus Animalium absorbentibus sociatum.

Externè hoc Rob contra Ambustiones usurpatur, dissolvendo cum Spiritu Vini, & locis ambustis apponendo.

Ex hoc ipso Rob elicitor Essentia Rob Sambuci cum Spiritu Vini. Melior tamen est, quæ fit cum Spiritu proprio, vel Florum Sambuci, aut utroque conjuncto: nam Spiritus

4. Acetum.

5. Oleum infusum. In Oleo Cydoniorum.

6. Oleum stillatitium. Cum Aquâ stillatit: sed rarò proficit.

N. Potest idem elici hoc modo. R. Flor. q. v. macera xum Vino Malvatico vel Hispanico, Vino benè ocluso calore Solis per tempus (septim. 6.) hinc exprime fortiter, ac moderatè calcacito, sic supernabit Oleum, Blochwitz.

II. E B A C C I S.

1. Rob Sambuci. Est Pulpa Baccarum maturarum.

Usus est frequentissimus ad Sudorem ciendum. Prodest & peculiariter in Affectibus Uterinis, assumptum. Extrinsicus imponitur ad refrigerandum: quin & plantis Pedum in Febris inungitur.

2. Tinctura ac Extractum. Fiunt ex Rob Sambuci (Quercetanus R. Baccas in umbrâ exsiccatas) beneficio Spiritus Vini, (qui acidulus redditus sit cum Liquore acido aut Vitrioli, aut Sulphuris.)

N. Di-

Vini est admodum vulgaris. Hæc à ℥j. ad ij. vel iij. Sudoriferum optimum est in Passionibus Hystericis, harum Paroxysmis per Sudorem finiendis, in Erysipelate & similibus, & fuit euporiston D. D. MICHAELIS: sicut etiam externè illita resolvit Tumorem, & Ardorem pellit.

3. Imò & ex Baccis nigris exsiccatas contusis per infusionem cum Spiritu Vini, vel, quod melius est, cum Spiritu proprio, vel Florum Sambuci per fermentationem, paratur Essentia, quæ etiam dicitur Tinctura Granorum Ades, & Joli Cochlearis ss. vel & ulterius, contra Erysipelata, & Passiones Hystericas egregium est Remedium, expectando Sudorem. Conferatur HARTMANNUS Praxi Chymiatr. item BARTHOLINUS Observat. Anatomicis. In formâ verò Extracti potest assumi à ℥j. ad ℥ss. Unde facile potest fieri Essentia Uterina composita ex Castoreo, Asâ fetidâ, & similibus: quæ omnia dant Essentiam compositam. Et sic etiam fieri possunt Pilule in Suffocatione Uterinâ usitatæ, si recipiatur Extractum paratum ex Essentiâ Granorum Ades, & fiant Pilule, addito Pulvere Castorei, Succino albo præparato, Pulvere Myrræ, & aliquot granis Camphoræ, & in Paroxysmo Suffocationis Uterinæ adduntur aliquot grana Laudani opiat.

4. Succus harum Baccarum recens convenit in Dysenteriâ, unde ex hoc, & Farinâ Secalinâ Tragea Granorum Ades paratur, cujus modum habet AUTOR, & in Dysenterii ac Fluxibus Alvi quibuscunque excellens est Specificum ad ℥j. vel ℥ij. sumpta, uti videre est in omnibus Autoribus, qui de Dysenteriâ scripserunt. Pulvis hic, præter præparationem, quam habet AUTOR, magis appropriari potest, si scilicet istæ Pasta, ubi tertiâ vice fuit pulverisata, addantur Sanguinis Leporini rec. crudi, certo modo collecti, ℥iv.

Pulv. Priapi cervi ℥ss.

Succ. Baccar. Sambuc. rec. q. f.

Fiat Massa, & quartâ vice in Clibano coquatur, pulverisetur &c.

Hæc Tragea est expertissima in Dysenteriâ, & deinde in Pleuritide.

5. Ex harum Baccarum Arillis seu Seminibus denique exprimitur Oleum quod aliquot guttularum dosi, aut ad summum ℥ss dosi, in Cerevisiâ tepidâ datum, egregium est Vomitivum, & Laxativum, efficax satis, & valdè commendatur post assumptionem Philtorum, projiciendorum per Vomitum. Præterea summè Anodynum est, & expellit Flatus.

Sequitur Cortex medianus seu Liber ex flavo viridescens, qui scilicet griseum sequitur: qui purgat egregie Aquas & Serositates hydroficas, (à quibus in Hydrope & Scorbuto Scabiæ producitur, sicut & simplex Serum Sanguini permistum hoc facit) dosi ℥ss. Vino recens infusus, ac benè maceratus, vel solus, vel cum aliis, quod bibitur. FORESTUS l. 19. Obs. 37. refert, quod hic Cortex pro varietate collectionis nunc sursum nunc deorsum solet evacuare, ac purgare; quod etiam de Asaro dici potest. Fuit aliquando quidam, qui Vermes multos è Corpore eduxit hoc Medicamento: accepit Ovum, cui incubuit Gallina per decem dies: hoc in Urceolo calcinavit, & in Pulverem redegit, cum admixtione Pulveris horum Corticum, affudit Lac Caprimum, deditque Patienti loco Potus, sicuti refert HILDESHEIM in Spicileg. 2. p. 189.

Externè easdem vires obtinet, quas Flores. Erysipelati recens tepidus impositus, hoc discutere & mitigare solet. Specificum tanquam est contra Ambustiones, si recens coquatur

N. Dicitur *Tinctura* antequàm in Spiritus Vini fuerit separatus; *Extractum* si idem Spiritus Vini abstractus sit.

Vires. Suffocationi Uterinæ succurrit. Dosis *Tincturæ* Cochlear. β . *Extracti* \mathcal{D} j.

3. *Spiritus.* Fit è Succo ex Baccis maturis expresso, vel ex Baccis ipsis saltem contusis & fermentatis, l. A.

N. Sunt qui è Baccis exsiccatis crasseque contritis Farinæ Hordeac. 3. p. addunt, affusaque Aquâ fervente digerunt.

4. *Oleum.* Ex Arillis Baccarum post Succum transcolationem in Filtro relictis: videlicet hæ bene elotæ & in aere exsiccatae, Vino albo irrigantur, ac fortiter exprimuntur.

Vires. Est Vomitivum egregium.

Dosis \mathcal{Z} j. \mathcal{z} i \mathcal{Z} ss. in Cerevisiâ tepidâ, &c.

N. Non est Officinale.

His 5. addi potest *Tragæa Granorum Albes Quercetani*: ʒ. Baccarum maturarum expressarum, q. v. adde Farinam Secalinam, fac Pastam & exinde Panes exiguos, in Furno ad duritiem Riscocti coquendos. Hos pulverisa, Pulverem cum eodem Succo iterum impasta, atque ut prius in Furno coque, idque tertio repetatur. Tandem pulverisa ac serva.

Vires. Specificum est Arcanum adversus Dysenteriam.

Dosis \mathcal{Z} j. cum Nucifera \mathcal{D} j.

N. *Anatomiam Sambuci* conscripsit Martinus Blochwitzius, M. D. in qua & Præparaciones & Usus Sambuci in plurimis Affectibus curandis exhibet.

CCXCVII. SAN-

quatur in Oleo veteri, vel Lini, addendo Succum expressum Corticis ad imprægnationem Olei, postque exprimatur. Egregia aliàs Unguenta fiunt ex tali Cortice contra Ambustiones, qualium Compositiones aliquot videbitis in SENNERTO l. 5. Prax. ubi de Ambustis.

Succus expressus ex hoc Cortice ad \mathcal{Z} j. vel \mathcal{Z} ss. in appropriato Vehiculo solet specificè evacuare Hydropicos, & in quibus abundat Serum & Lympha.

Syrupi ex eodem præparati habent eandem vim laxativam.

Gemmae cum Julis seu Turtonibus eandem cum Corticibus mirabilem per Vomitus & Seccessus purgandi habent potentiam, recentes incisi, & in Acetariis cum Aceto nonnihil bulliti, & cum Oleo usurpati pro scopo purgandi Calculos commendat PARACELSUS, & quidem præcipuè Turtonibus. AGRICOLA vult, Summitates sursum decerptas Vomitus, & deorsum Seccessum excitare, promiscuè decerptas sursum, & deorsum non sine impetu purgare: quod etiam supra de Cortice dixi.

Spongia Sambuci, seu Auricula Juda, German. die Hollund Sibvamme, sequuntur. Hæ infusæ in Vino vel Aquâ appropriatâ fortiter Alvim laxant, & Hydropicorum Aquas miro modo pellunt, uti refert SIMON PAULI, quamvis pro hoc scopo rariùs usurpentur. Spongia arida si infundantur in Aquâ Cyani & Calcatrippæ, optimum dant Opobalmicum in Inflammationibus & aliis Affectibus Oculorum, uti dicit AUTOR. Magis tamen appropriatâ est Infusio Spongiarum in Affectibus Faucium, Tumoribus Gutturis & Anginâ, in quibus sunt appropriatissimum quoddam Remedium. Macerantur in Aceto, & hoc Acetum adhibetur in Gutturis Tumore ad gargarisandum. Hæ Spongiae sunt parvæ admodum, sed tamen infusæ in Liquorem appropriatum, mirum quantum intumescunt, & sic quasi per Signaturam Tumorem Gutturis referre dicuntur; & idem Liquor in Tumoribus Gutturis intus forisque nondum factis laudatum est Remedium. Videatur de hoc WORMIUS in Museo pag. 138. & in his Faucium Affectibus præsentissimum auxilium esse ab illis, dicit FREI-

TAGIUS, & omnes Autores. In Aphthis Infantum in Aquâ Salviae vel Lacte infusæ, egregium dant Remedium. In Infantum Batracho seu Ranulâ & Anginâ à GRUNLINGIO laudantur, si infunduntur in Potum Puerorum; item in Linguae Inflammationibus, & similibus Affectibus, in Febris etiam obvenientibus. In tali enim casu Decoctum harum Spongiarum quantum prodest, videbitis in Operibus ANGELI SALÆ in App. p. 834.

Medulla, quæ in medio teneriorum Surculorum Ligno est inclusa, minutim incisa & deglutita, vel infusa, mirè commendatur in ciendâ Urinâ, & expellendo Sabulo & Calculo. Ab Hydrope & Nephritide beneficio hujus nonnullos fuisse curatos testatur BLOCHWIZIUS loco allegato p. 211.

Picæ aliàs mirè delectantur Baccis, & copiosè deglutunt eas; quando autem Grana per Alvim reddunt, & in Salice sedentes in locum vacuum, aut terrâ mistum, Excrescentia deponunt, tunc Sambucus ex Salice crescit, quod tanquam Amuletum secretum laudatur contra Epilepsiam. Applicandi gestandi; modum docet optimè HARTMANNUS in Praxi sua Chymiatricâ, ubi de Epilepsia pag. 88. & hoc Amuletum valdoperè commendat THOMAS BARTHO-LINUS c. 5. Obs. 69. Item Centur. 3. Epist. 79. p. 342. qui meretur, ut legatur, & SIMON PAULI Quadrip. Botan. Class. 2. p. 140. Rationem transplantatoriam virtutis amuleticæ in hoc Sambuco stat TENZELIUS in Medic. diastatica p. 179. STARICIUS in dem Heldenstabe pag. 29. valdè commendat eam Sambucum, quæ in Salice creverit ex Passeris Epileptici Cadavere, quod an interdum eveniat? profectò nescio.

Radix pollet vi purgandi Hydropicorum Aquas. (T)



CCXCVII. SAN-

(T) Sambucus Planta Genus est Flore monopetalo rotato, cujus Calyx abit in Baccam Seminibus factam oblongis. Vulgè Folia conjugatis & feridis dignosci solet. Sambucus Officinarum est fructu in umbellâ nigro C. B. Hujus Plantæ Folia commansa saporem primùm præferunt herbaceum salsum, mox amarum: Fructus subdulces sunt, & magis intensè cœruleam papyrum, quàm albam, rubefaciunt. Chymicâ Analysi Folia præter quamplurimos acidos & alcalinos Liquores, Sal volatile præbent concretum, multumque Terræ. Hinc conicere est, Plantam hanc vim suam exserere ope Salis ammoniaci, Acido magis onusti, quàm vulgare, atque multo Oleo fetido & Terræ juncti. Sal verè in Fructibus contentum magis ad Alumen, quàm ad Sal ammoniacum accedit. De Sambuci viribus satis superque Autores nostri. Addiderim ex J. Bauhino, Aquam è Cortice mediano Sambuci ad \mathcal{Z} ss. ter quotidie epotam, Hydropicis quammaximè conferre. Flores recentes cum Ovo fricti baud leviter corpus expurgant. Serum ex siccorum Florum infusione æstum mirè sedat illorum, qui Erysipelle, & Variolis afficiuntur: imò sunt qui eorundem faciem Aquâ Florum Sambuci, cum dimidio Vini Spiritus mistâ, rigant: Camerarius recentium Surculorum Decoctum ad Catamenia provocanda præscribit. Tinctura & Extractum Baccarum juxta Quercetani encheiresin paranda. Spiritus ardens eorundem valdè diaphoreticus est. Oleum ex Arillis expressum Podagricorum dolores mitigare facit inunctum. Paratur quoque Oleum ex Foliorum resolutione, seu deliquio, quæ, contusâ priùs costâ, clauditur Vasè lapideo, Gypso incrustato, atque altè sub terrâ desosso, post annum in Oleum soluta inveniuntur, quod valdè anodynum est. Sambuci (magis Ebuli) Folia Vino decocta, Ordemate prebensas Tibias emungunt, si Balnei vaporosi, vel Forûs formâ adhibeantur, & applicentur: maximè Tanaceti additis summitatibus. Non paucorum ad Ambusta Unguentorum descriptiones inveniuntur apud Autores: præstant quæ apud Matthiolum & Zvvelferum. Usa Patvere pyrio membra inungenda priùs Melle communi; hinc applicandum. Oleum Nucum, in quo Sambuci Folia incocta sint.

Sambuci species est Ebulus vulgè appellatus, vocaturque Sambucus humilis (χαμαισακχί) sive Ebulus C. B. de quo alibi. Sambucus verò aquatica, sive palustris Dodonæi, juxta Tournefortium aliud Genus constituit, Opulus appellatum: hoc à Sambuco ex eo differt, quòd Flores quosdam steriles habeat, aliàs in Baccam mollem abeuntes. Opuli hujus duas referunt species Botanici, Opulum scilicet Ruellii, quæ est Sambucus aquatica, flore simplici: C. B. atque Opulum flore globoso T. Sambucum nempe roseam J. B. Hortorum non inelegans ornamentum. Primam speciem Aquarum asiaticam appellat J. Bauhinus: Arbuscula est quinque, aut sex cubitorum altitudine, ligno fragili, fungosâ medullâ, polito cortice, ac geniculatis ramis brachiata: Folia Aceris, sed minora, rugosa: Flores in umbellâ, ad circumferentiam majores candidi, ad centrum minores & flavescerites: Acini sequuntur rubri, seu sanguinei, Stamina plana, cordiformia continentes: Aqua ex Floribus hujus Plantæ destillata Urinam & Calculos ciet. Ex Prævio, Jusculum, in quo diachmæ duæ Fructuum Opuli, cum Abutibli summitatibus ebullierint, pauperes vomere facit.

CCXCVII. SANGUISORBA.

Pimpinella Sanguisorba, Sorbaria. Germ. *Völsch Bibinell.*
Gall. *Pimpinelle d'Italie.*

(Major)
Est ((Hirsuta. *Hæc sola Officinis cognita.*
(Minor.)
(Lævis.

Dicitur Pimpinella Sanguisorba, minor, hirsuta, C. B. 7.
Pimpinella, Lob. Italica, Trag. Lon. minor Pimpinella Sanguisorba, Dod. minor, Matth. Cast. Cam. Sanguisorba minor, Fuchsf. Cord. hist. Tab.

C olitur nobis in hortis. Floret Majo & Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus. Radix.

Vires. Refrigerat moderatè, siccatur, astringit. Vulneraria ac Pulmonica est, Saporis grati. Usus præcipui in Catharicis, Affectionibus Pulmonum, Phthisi ex erosione, in Morbis Malignis, in Profluviis Alvi, Hæmorrhoidum: præcavet Abortum. Extrinsecus in Hæmorrhagiâ quâcunque utiliter adhibetur.

CCXCVII. SANGUISORBA. Offert se jam *Pimpinella Sanguisorba Major*, & *Minor lævis*, seu *Italica*, datur enim etiam *hirsuta*; item *Italica spinosa*. Dicitur ita, quod quasi sorbeat Sanguinem atque absumat; Germanis *Blats Tropslein*, à formâ Floris & Capsularum seminalium: idque usus quoque pharmaceuticus confirmavit. Planta est tetrapetala, foliis pinnatis, ubique proveniens in Pratis, & ita ob Capitula rubra dicitur.

Superius dixi, quod non debeat fieri confusio inter *Pimpinellam Saxifragam*, & *Sanguisorbam*, de qua hic locorum agimus, & hæc species nonnunquam, non sine detrimento tamen, confunduntur.

In usu officinali est *tota Herba cum Radice*.

Hæc, ejusque *Folia*, imprimis juniora, singularem, & egregiam vim obtinent *purificandi Sanguinem*. Unde solet commendari in *Acetariis* propter vim reparandi depravatam Sanguinis Fermentationem. Videatur JORDANUS, ubi tractat de *Peste l. 3. c. 3.* Aliàs in quibusvis Hæmorrhagiis, in specie Dysenteria, *Decoctum* ejus in *Vino* imprimis, vel alio appropriato *Liquore*, item *Pulvis* ejus paulo rudior, ita, ut propinari queat, multum laudatur: sicut ad *Dysenteriam* curandam commendat RIVERIUS, tam in *Praxi*, quam in *Observationibus*: idque non sine ratione; egregie enim adstringit hæc *Sanguisorba*. Hinc in aliis quoque Hæmorrhagiis, v. g. Hæmorrhoidum Fluxibus, &c. *Decoctum* hujus *Pimpinellæ* juxta *Millefolium* adhibitum eodem diu suppressis retinuit. Uno verbo: in his duobus Planta hæc maximè excellit; in difficultate nempe *Intestinorum*, & nimio Hæmorrhoidum & Mensium Fluxu, tam externè, quam internè, *Decoctum* ejus in Potu ordinario, & frequentius bibitum. Aliàs est *Vulneraria*, & inter-

(V) *Quæ Sanguisorba hæc appellatur à Schrœdero & Ettmullero est ipsissima Pimpinella vulgaris & Officinaria, quæ valdè differt à Pimpinella saxifragâ, seu Tragoselino, de quo supra, verbo Pimpinella. Est igitur Pimpinella Plantæ Genus Flore monopetale, rotato, ad centrum usque quadripartito, plurimis staminibus stipato, cujus Calyx abit in Fructum, quadrangularem, modò unicapsularem, modò bicapsularem, Seminibus sætum oblongis. Ejus species Foliis ut plurimum gaudent conjugatis, & nitidis. Vulgatissima sunt Pimpinella sanguisorba, major C. B. & minor, tum lævis, tum hirsuta Ejusdem. Planta hæc gustu pollet herbaceo salso, ac cæruleam pappum vix rube facit. Chymicæ subjeçta Analysi multos exhibet acidos Liquores, multum Salis volatilis concretæ, multum Olei, multumque Terræ. Nil mirum ergò si deterfiva sit, diaphoretica, & diuretica, ad Sanguinem purificandum, partibusque clarescentem restituendum apta.*

(X) *Sanicula vera, quæ Mas vulgò, est Tournefortio Plantæ Genus Floribus umbellatis, in capitulum conglobatis, quorum quidam steriles sunt, alii abeunt in Fructum ex duobus Seminibus compositum, hinc gibbis & echinatis, inde verò planis. Sanicula Officinarum C. B. est quæ Mas Fuchsi, sive Diapensia J. B. è cujus Radice foris nigra, intus albâ concinna Folia exeunt, cum splendore virentia, serè rotunda, quinquepartita, & pulchrè crenata: Caulis cubitalis, enodis Flores sustinet tanquam in umbellis exiguis albos, quibus succedentia Semina echinata, veluti lappule vestibus adhærescunt. Chymicæ Analysi Planta hæc, præter quamplurimos acidos Liquores, Spiritum præbet urinosum, & Sal volatile concretum, multumque Olei & Terræ. Continet insuper Sal ammoniacum, Sulfur, & partes terrestres, hinc vulneraria est & deobstruens. Adhibetur ergò inter cætera Vulneraria in Juribus, Potionibus, Decoctis ad Hæmorrhagias omnes, atque ad Viscera referenda. Hæc de Sanicula, quam Marem appellant. Sanicula verò Fœmina quibusdam, aliis Helloborus niger J. B. non tam ad Imperatoriam, quam ad Astrantiam reducenda: estque Tournefortio Astrantia major, coronâ floribus purpurascens. Est & Planta alia quam Rhizotomi hæc Saniculam fœminam vocant; sed reverà est Geranii species. Saniculas, quas vulgò Alpinas vocant, quasque quidam Botanici ad Primulas Veris reducunt, Tournefortius ad Auriculas Ursi reducendas esse existimat. Ad quod Genus etiam refert Cortusam Matthioli & J. Bauhini, vocatque Auriculam Ursi laciniatam, seu Cortusam Matthioli, flore rubro.*

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatitia*. Ex integrâ Plantâ cum Radice ac Floribus collectâ Junio.

2. *Syrupus*. Ex Succo & Saccharo.

3. *Conserva*. Ex Floribus.

CCXCVIII. SANICULA.

Sanicula Officinarum, C. B. Sannicula, Trag. *Brunsf. Cam. Tab. Dod. Lon. Diapensa, Brunsf. Matth. Cast. Saniculamas, Fuchsf. Sanicula & Diapensia, Lob. Ger. Germ. Sannickel, Sanickel.* Gall. *Sanicle.*

Crescit in montibus ac vallibus: solo gaudet pingui ac opaco: colligitur Junio mense cum Floribus.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, rarò Radix.

Vires. Galfacit & siccatur: astringit, saporis est amari: Vulnerariaque una ex præcipuis, utilis in consolidandis Ulceribus, Fistulis, Rupturis, Erosionibusque, tam internè quàm externè adhibita.

PRÆPARATA.

Aqua. Ex Herbâ florente.

(*Syrupus* proficius parari potest.)

CCXCIX. LI-

no usu in *Potionibus Vulnerariis* creberrimè adhibetur. Denique hujus quoque *Sanguisorbæ Folia* *Vino* ad suavem odorem conciliandum immitti solent.

Externè *Folia* contusa Vulneribus recentibus applicata Sanguinem cohibent; imò in Manibus contenta solum Hæmorrhagiam Narium sedare dicitur: id quod ex *Signaturâ* quidam probare volunt, dum Capitulum floridum guttam Sanguinis refert.

Radix Sanguisorbæ pro usu *stomachico* optima est. (V)

CCXCVIII. SANICULA. *Sanicularum* quàm plurimæ dantur *species*: Nobis in promptu est *Mas & Fœmina Fuchsi*, *Mas* aliàs etiam dicitur *Diapensia Matthioli*, item *Sanicula quinquefolia*, quæ inter omnes *Sanicularum* species in usum Medicum adhibetur; *Fœmina* verò *Imperatoria nigra*, item *Echinopolium* seu *Astrantia*; falsò verò *Helleborus niger Hippocratis*.

Vulgò confundi solent *Mas & Fœmina*, viribus verò conspirant, quamvis præferatur *Mas* in usu *vulnerario*, à quo, nempe à *sanando*, id nominis quoque acquisivit, quod sanet & consolidet *Vulnera & Ulcera* quarumvis partium usu interno & externo. Hinc non tantum internè *Potiones Vulnerarias, Infusa & Decocta*, sed & externè *Emplastra* ingreditur. Cum *Pyrolâ* si miscetur, egregium habet usum. Cæterum optimam Methodum componendi *Potiones & Decocta Vulneraria* potestis videre apud FELICEM WURZIUM in *Chirurgiâ* p. 663. A Modernis adhibetur ad *Balsama*, & ad *Decocta* pro eluendis Ulceribus fistulosis, sinuosis, antiquis, destinata (nam apud Veteres nihil prostat de hac Plantulâ); rariùs tamen externè usurpatur. (X)

Præter *Saniculam, Marem & Fœminam*, præsto etiam est SA-

CCXCIX. LIGNUM SANTALUM.

Σάνταλον, Germ. Santal. (Album, Matth. Lon. Cord. bist. Cast. Garz. Tab. Citrinum, Cord. bist. Lon. Flavū, Tab. Pallidum, Matth. Garz.)
 Gall. Santal blanc, citrin rouge.

Ligna sunt exotica ex Indiis ad nos transportata.

Præstantissimum est Citrinum, succedit Album, infimas tenet Rubrum, planè inodorum. Eligendum autem Citrinum suaviter fragrans, magnam habens medullam, grave, nodosum. Hujus in defectu recipi potest Album.

Vires. Refrigerant 3. (aliis 2.) siccant 2. aperiunt, Epatica sunt ac Cardiaca. Usus præcipuus in Lipothymia, Palpitatione Cordis, Obstructione Epatis, &c. Extrinsecus in Catarrhis, Cephalalgia, Vomitu, Epatis Intemperie calida (in Epithematis) &c.

SANICULA MONTANA PEREGRINA,

Vulgò

CORTUSA SPICATA AMERICANA
FLORE HERBACEO ROBINI.

Hæc, cum sit Exotica, nec usus ejus innotuerit, non adhibetur in Medicinâ. (T)

CCXCIX. SANTALUM LIGNUM. Ligni Santalis tres habemus differentias in Officinis; Album, Citrinum, ac Rubrum. Superiùs mentionem feci Santali Cærulei, quod est Lignum Nephriticum exoticum. Hac vice de tribus speciebus, quæ sunt etiam exoticæ, & ex Indiis ad nos adspportantur. Usitatissimum est Citrinum, & hinc Rubrum.

Vulgò dicitur, quòd sint Hepatica, id quod ex Modernorum Theoriâ explicandum & applicandum venit ad Massam Sanguineam. Adduntur Decoctis Lignorum in Morbo Venereo, Phthisi, & Catarrhis usitatorum, in quibus Calorem, id est Amaritiam, & vim exsiccandi reliquorum Lignorum corrigunt. Sic imprimis in Phthisi inveteratâ, quæ à quamplurimis curari solet per Decoctum Ligni Guajaci, sunt, qui præferunt Decoctum Santalorum, sive sit Rubrum, sive, quod melius, Citrinum, & commendatum fuit multum Decoctum tale à PRÆVOTIO in curandâ Tabes seu Phthisi, etiam hæreditariâ, & imprimis virtutes hujus Decocti Santalorum contra erosionem Pulmonum & Phthisin commendatam videbitis in FONSEGA l. 1. Conf. 58. non minùs quàm in RIVERIO, ejus nimirum Praxi lib. 7. c. 7. A quamplurimis aliis præfertur etiam Decoctis Ligni Guajaci & Sassafras usitatis: imprimis tunc temporis erit egregium, si singulis dosibus addatur ʒi. Terebinthina Veneta, hujus enim vis Pulmonum Ulcera purificandi, & consolidandi est mirifica. Ut Decoctum magis fiat appropriatum Vulnerarium Antiphthisicum, addi possunt Plantæ Vulneraria, & præ cæteris in Phthisi expertæ, ut Hedera terrestris, Pyrola, Veronica, Hypericum & similes. Quod dixi de Phthisi, intelligendum quoque est de Catarrhis, à Lymphâ acidâ, & inordinatè motâ obortis, sæpiusque cum Phthisi conjunctis: in his non infimum obtinet locum hoc: ut & reliqua Decocta Lignorum debite præparata. Paratur autem, uti reliqua.

Santalum album est vulgatissimum Lignum Arboris in Insulâ Timor, in Medicinâ minimè efficax.

Santalum Citrinum solet esse optimum, unde reliquis præfertur. Est Medulla solida Arboris Timorensis bacciferæ, Serrante dictæ, colore citrino ab integumentis exterioribus separata, saporis amari, aromatica, odoris fragrantis & grati. Nascitur in Insulâ Timor, Insulis Moluccanis vicinâ, in qua illæ tantùm Arbores ab incolis cæduntur, quæ

N. Santalum Rubrum magis refrigerat ac astringit, quàm reliqua.

P R Æ P A R A T A.

1. Extractum guminosum. Fit ut aliorum Lignorum Extracta cum Spiritu Vini.

N. Quercetanus parat cum Aquâ aliquâ Epaticâ, e.g. Agrimonix.

2. Species Diatrion Santalon, V. D.

3. Unguentum Santalinum. V. D.

4. Cerotum, seu Emplastrum. V. D.

5. Trochisci de Santalis, V. Disp.

CCC. S A N T O N I C U M.

Santonicum, Absinthiacum. Germ. Warmkraut, et C. R. (Judaicum. Alexandrinum. Hujus Semen officinale solum. Egyptiacum. Gallicum.)

In-

gratum odorem spirant. Odorem enim habet suaviter aromaticum, & decantatum in temperandâ ac corrigendâ Acrimoniâ Bilis vitiosâ, item corrigendâ Lymphâ catarrhali; unde maximè commendatur Veteribus pro usu, ut vocant, hepatico, in Decoctis Lignorum ad expurcandam Sanguinis conservandam. Sed Modernis rarus est usus, nisi quòd ad Phthisin commendetur, simulque & Atrophiam, in specie, quæ est ex vitio Stomachi, vel Massæ Sanguineæ.

Santalum Rubrum est Lignum Arboris Indicæ filiquosæ, spinosæ, ab integumentis exterioribus separatum, solidum est, ponderosum, coloris intensè rubicundi, sapore satuo cum levi adstrictione, odore nullo. Affertur ex Indiâ Orientali extra Gangem, in quo loco natali usurpatur contra Febres, imprimis Ardentes. Pariter optimo consilio additur Decoctis in Phthisi & Atrophia usurpandis. Experimentiâ enim confirmatum est, quòd rectificet & renovet Massæ Sanguineæ fermentationem, unde à quibusdam Decoctum Santalinum in Julepis usurpatur pro Cura Febrium Ardentium Continuarum, Tertianarum Intermittentium, & similibus, qui blandâ diaphoresi vires restaurant. Conspirat enim Santalum Rubrum cum aliis Sudoriferis Lignis, propterea etiam aliis additur. Decoctum hoc vocatur Decoctum Rubrum, propterea, quia habet Colorem rubrum; item Decoctum Alterans. Habet præterea Santalum Rubrum vim adstringentem, sicque corroborantem Viscera, unde Sputo sanguineo laborantibus interdum propinatur. Interim LUDOVICI in Pharmaciâ non dubitat Lignum Brasiliacum cum Santalo Rubro æquiparare. Vim cordialem habet nullam.

Parari solet cum Spiritu Vini Tinctura ex Santalo Rubro, quæ commendatur pro corroborando Hepate, & Massæ Sanguineæ Fermentatione rectificandâ. Huic Tinctura si addantur aliquot grana Scammonii, fit Tinctura moderatè alterans & laxans; suave enim sic & elegans evadit Medicamentum.

Ex Ligno Santalo per Retortam igne aperto, ut & omnibus reliquis Lignis, destillatur Spiritus acidus, qui egregiè temperat Æstum Bilis, sive Salis volatilis oleosi, & propterea convenit in Æstu æstivo, & aliis Incalescentiis Corporis & Morbis calidis.

Emplastrum, & Unguentum, de quibus habet AUTOR, sunt in usu contra nimium Ardorem Hepatis & Renum: sic enim interdum, ut ex Sanguinis stagnatione, & nimio harum Partium Tumore & Dolore, facile in iis excitetur Calor, Inflammatio, & Ardor; in quo Ardore convenit tale Emplastrum, quod cum Oleo Nymphææ malaxari, & Partibus nimis dolentibus applicari solet. (Z)

CCC. S A N T O N I C U M. Santonicum aliud Veterum, aliud Nostrum est. Veterum Alexandrinum dictum, est species Absinthii, quod in Alexandria Egypti cre-

(Y) Planta hæc an erit Cortusa Americana, flore spicato stellato? Hujus descriptionem affert Raius Hist. 1085. eamque siccam, à Cl. Sloane transmissam, se vidisse ait. Citat Hermannum in H. Lugd. B. sed ibi illam baud reperire datum est.

(Z) De Santalo Ligno primùm mentionem factam invenimus apud Arabes. Quamquam vulgò in tres distinguatur species, Album scilicet, Rubrum, & Citrinum; nihilominus Arbores illam ferentes, adeò inter se similes sunt, ut nullum inter ipsas agnoscat, nisi detracto Cortice, discrimen. Putant ergò nonnulli unicum esse Santalum, at diversi Climatis ratione, nunc Album evadere, nunc Rubrum, nunc Citrinum. Arbor hæc Nucis juglandis equat altitudinem: Foliis ornatur Lentisci foliis similibus; Flores ex auro nigrescunt: Fructus demum nostra Cerasa referunt, primùm viridia, mox maturitate nigrescentia, gustu insipido. De Santalorum viribus, nil est quod addam: illud solum notaverim, hujuscemodi Ligna non solum contundenda, sed diu maceranda & incoguenda Liquoribus esse, ut activa principia, satis in firmâ & solidâ misti compage delitescentia, tandem extricentur, & vim suam exerant.

Insignitur Semen Sanctum, seu Sementina, *Matth. & Semen Zedoariae, Lob. Cast. Absinthium Seriphium, Alexandrinum Semen Cinæ, Cord. Sementina, Dod. Tab. (cui & Santonicum)* Santonicum & Semen Sanctum. *Lon. Ger. Zit-wen-samen, Wurmsamen.* Gall. *Semence à Vers.*

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Semen, quod affertur ex Alexandria Ægypti.

N. Sunt qui & ex Absinthio (Santonico) Ægyptio, Semen Zinæ colligi volunt. Hoc videatur apud Matth. Dod. Lob. Tab.

Vires. Calfacit & siccat: saporis amari est. Usus in Lumbricis cujuscunque generis enecandis, fugandis, & expellendis.

P R Æ P A R A T A.

1. *Semen Santonicum præparatum, i. e. in Aceto destillato diebus & noctibus (4. 5.) maceratum atque exsiccatum.*

2. *Confectio Seminis Cinæ. Germ. Ueberzogen Wurmsamen.*

CCCI. S A P O N A R I A.

Σ *ρρδσθρ, Diosc. Fuchs. Lon. Saponaria, Trag. Dod. Lob. Tab. Cam. Ger. Viola agrestis, Trag. Saponaria major*

crevit, & non amplius apud nos prostat; sed hujus loco ferè usurpatur *Gallicum*.

Dubium est: an *Semen istud, quod nomine Santonici in Officinis prostat, sit genuinum; an verò ex Tanaceto desumptum. Non esse genuinum defendit FEHR de Absinthio p. 16. Istud verò genuinum esse, nempe Gallicum Santonicum, & ex Santoniâ, Gallia Aquitanis Provinciâ, ad nos apportari, videbitis dilucidatum ab ELSCHOLZIO M. A. N. C. Ann. 6. & 7. Obs. 227. p. 169.*

Hoc adhuc commendamus ad *Lumbricos fugandos, propter quam vim specificâ obtinuit nomen Ger. der VVurmsamen, idque communiter cum Aceto præparatum, hoc est reverà castratum. Potius ergò nudum Semen propinatur à D. ad 3℥. pro diversitate Ætatis in Lacte materno; Adulterioribus in Aquâ Zedoariae, Graminis; Florum Persicorum, Hyperici & similibus, vel in Vehiculo Lactis, ut hujus dulcedine allecti Lumbrici, admitti Seminis in usu interimantur: qua ratione solâ adhiberi solet, sive solum, sive admisceatur Cornu Cervi usum, Semen Hyperici, aut etiam Aloë, & quod omnibus merito præfertur, tantillum Mercurii dulcis, qui est insensibilissimus hostis omnis progeniei verminosa.*

Vis hæc, utut satis sit decantata, nihilominus ROCHAS, Gallus, qui scripsit de Rebus mineralibus seu metallis, hoc rejicit, quando dicit: quod potius pro gignendis, quàm enecandis Vermibus faciat, ex eo, quòd ex Semine hoc tribus partibus Farinæ optimæ, affundendo Aquam tepidam, commixto, & in loco calido posito, Vermes copiosissimi intra 24. horas generentur; & simili modo in Corpore tales exinde asserit produci posse Vermes. Sed vana hæc sunt; cum omnia ferè fermentantia aut putrefacta Vermes producant. Quoniam ergò hoc fit ab omnibus Vegetabilibus, idem similiter verum erit de Santonico. Sic v. g. Absinthium, quod, si quid aliud, resistit Vermibus, si putrefcat, & resolvantur ejus partes constitutivæ, fiunt ex illo Vermes; id quod etiam verum est de Aloë, quæ tamen non inferiorem propterea vim contra Vermes obtinet. Imò ex omnibus Plantis, quando putrescunt, generantur Vermes, & quidem diversæ species, & singulares: sic ex Melle & Micâ Panis copiosissimæ generantur Formicæ: item ex Indusio usitato in acervum Tritici immisso, brevissimo tempore generantur perfecti Mures.

Experimentum ergò ROCHAS nihil probat. Aliàs

(A) Santolinæ nomine comprehendit Tournefortius varias ab Autoribus Abrotani fœminæ distas species. Est enim reverà Santolina (vulgò Santonicum) Plantæ Genus Absinthio & Abrotano valde simile; ab illis tamen, Floribus (qui flosculosi sunt) majoribus, & propriâ quâdam facie distinguitur. Vulgatior species est, quæ Santolina foliis teretibus Tournefortio, C. Bauhino Abrotanum fœmina, foliis teretibus appellatur A. J. Bauhino Chamæcyparissus dicitur, & non injuriâ, Plantam banc inter Suffrutices à quibusdam connumerari ait: nam ex Radice lignosâ Virgulta emittit cubito altiora, tenerâ lanugine incana: in his Folia unciam longa, incana, denticulata, odore medicamentoso, sapore partim acri partim amaro: Flores Tanaceti luteis floribus assimilat. Santolina antihelminthica, seu vermicide, Plantæ est, atque ea creditur, quæ Semen fert, Semen sanctum, & Semencinam appellatum. Sanè Semen Sanctum dictum, ex Oriente ad nos affertur, eoque vulgò ad Infantum Vermes necandos utimur: baud abs re erit credere, Semen illud à Plantâ in iis regionibus ferri, quæ inter Santolinas sit connumeranda.

(B) Saponaria vulgaris est sanè inter Lychnidis species recensenda: dicitur Tournefortio Lychnis sylvestris, quæ Saponaria vulgò. Ex hujus Plantæ tenui Radiculâ Caules plures surriguntur cubitales, subrubentes, geniculati: Folia è geniculis bina Gentianæ cruciatæ, trinervia: Flores Lychnidis velut in umbellam dispositi, ex albo purpurascens, odorati: Semen in Capsulâ compressum, spadiceum. Saponaria amarissima Planta est, & vix ceruleam papyrum rube facit: quod ostendit, Sal Terræ naturale, quod summâ pollet amaritie, in Plantam transivisse, absque aliâ mutatione, quàm quòd cum multo Sulfure se copulaverit. Saponariæ Decoctum Sabiem sanat, imò ex J. Bauhino & Vestium maculas delet: unde nomen.

lævis, C. B. I. Germ. Seifenkraut, Speichelwurtz. Gall. Saponaire, Herbe à Foulon.

Crescit passim juxta rivulos & vias: Floret Majo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia, sed rarè, & Radix.

Vires. Calfacit, & sic strenuè attenuat, aperit: Sudorifera est. Usus in Asthmate, Utero Menibus ciendis, Lue Venereâ. Extrinsecus Ptarmica est, Tumores ac præcipuè Penis discutit.

CCII. S A R S A P A R I L L A.

S Arsa parilla, Smilax aspera Peruviana. C. B. 4. Tab. Ger. Zarzaparilla, Matth. Mon. Garz. Zarzaparilla Peruviana, Dod. Zarza seu Sarsaparilla, Cast. Sarsaparilla, Lon. Trag. Lob. Samentum Indicum. Germ. Sarsaparill. Gall. Salsepareille.

Nomen accepit à similitudine, quam cum Smilace asperâ, (Hisp. Zarzaparilla) habet.

Triplex est ea (Nicol. Monardo monente): adfertur scil. 1. ex Hispaniâ Novâ, quæ candidior ad pallorem tendens & gracilior, 2. Ex Provinciâ Honduras, quæ cinerea, nigrior, & crassior, priorique melior est, 3. Ex Provinciâ Quitto, locis Urbi

notanda hic venit fraus & impostura Empiricorum & Circumforaneorum, quorum mentionem facit TABERNÆMONTANUS p. 25. quòd hi multos Morbos attribuunt Lumbricis, utut Ægri planè nullos habeant: utque suis dictis fidem faciant, recipiunt Lumbricos, exsiccant, pulverisiant, sicque propinant, indeque fit, ut generentur in Intestinis exinde Lumbrici alii, quos postero die per Medicamenta Vermes expellentes exturbant. Videatur TABERNÆMONTANUS loco dicto, qui multus est in perstringendâ hac fraude. (A)

CCCI. S A P O N A R I A. Saponaria, Germ. das Seifenkraut, Simplex habetur, & Flore pleno. Veteribus incognita fuit, & propterea internusejus usus rarus est.

Decoctum Herbe totius potens est Sudoriferum, & quo ipso etiam feliciter in Curâ Luis Venereæ usus est SEPTALIUS in Cautelis, & Animadversionibus p. 287. Unde nonnulli Saponariæ Folia, tanquam appropriata, addunt Decoctis Venereis. BORELLUS Cent. 1. Obs. 18. contra Epilepsiam commendat, ex eo, quòd si coquatur Herba contusa, inter coquendum copiosam spumam & bullas emittat, qualis conspicitur circa os Epilepticorum in paroxysmo, ex qua Signaturâ concludit, Epilepticis eam prodesse.

Post usum internum, externè frequentius usurpatur pro usu cosmetico in Balneis & Lotionibus. Sic Folia & Flores Saponariæ decocti maximè usurpantur pro Scabie & totius Corporis defœdationibus; abluuntur enim hoc Decocto Membra à Scabie, aliisque impuritatibus correpta: item in declinatione Icteri, pro abluendo Colore tam flavo, quàm nigro, decocta in Balneis vel sola, vel cum Fumariâ, Lappulo, & similibus; purificat enim Cutim, & eandem nitidam reddit. (B)

CCII. S A R S A P A R I L L A. Sarsaparilla Planta est exotica, quæ à quibusdam Practicis etiam, & quidem sæpissimè, vocatur Smilax aspera, vel Radix Smilacis asperæ. Hæc enim Smilax aspera vulgaris magnam similitudinem gerit cum Sarsaparillâ, & reverà est Smilax aspera Peruviana, quæ adfertur ex Insulâ Indiæ Occidentalis Peru.

Radix lignosa, longa, & teres est, sarmentosa, calami

cras-

Urbi Guaiacil vicinis, unde Zarzaparilla Guaiacillana dicitur, quæ ex cinereo nigricans, major, & crassior adhuc est cæteris.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix lignosa, prælonga, fibrosa, uniformis.

Eligenda quæ coloris aliquantum nigri, recens (non cariosa) gravis, flexibilis, nec frangibilis.

Vires. Calefacit moderatè, siccat, partium tenuium, sudoriferaque. Usus præcipuus in Lue Venereâ, quam specificè curat, in Catarrhis atque inde natis Affectibus, e.g. Arthritide, &c. (Utuntur quidam *Extracto*.)

CCCIII. SASSAFRAS:

Arbor est prægrandis, nascens in Floridâ, Folio figulneo, Cortice ex fulvo nigricante, aliquantum acri sapore, sed aromatico, odore Fœniculum redolente.

Dicitur Pavame, seu Sassafras, *Mon. Frag. Germ. Fenchelholz.* Gall. *Du Bois Sassafras.*

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum & Cortex, qui præfertur Ligno, maximè si ex Radice sit, quippe Radix reliquis partibus prævalet, adeoque & ejus Cortex. *Vires.*

crassitie, cujus plores ex uno capite prodeunt, intus candida farinacea, saporis subacris, magis tamen glutinosi, odoris nullius evidentis. Utut autem exigui admodum odoris & saporis sit, constat tamen particulis oleosis & unctuosis, non secus ac *Radix Chinæ*; quibus particulæ subtiles volatiles involvuntur, & impediuntur, ne sensibus percipiantur.

Quoad *Vires*, innotuit Indis pro curandâ Lue Venereâ; unde usus est creberrimi in *Decoctis Lignorum Sudoriferis* Galenicorum, pro scopo sudorifero in Morbis vel Malignis & Pestilentialibus, vel Chronicis pertinacioribus, à crassis lentisque Humoribus ortis, & quibuscunque in casibus: vid. GABELCHOVERUS C. 6. *Curat.* 37. p. 80. qui Criseos saltem rudimento apparente in Urinâ, in Febribus Malignis etiam ardentissimis, præmissis Universalibus, *Decoctum Sarsaparilla* felicissimè usurpavit: idque eò magis erit in usu, si non sint simplices, sed complicatæ cum Peripneumoniâ, Pleuritide, & Inflammatione Partium erysipelaceâ, sive internarum sive externarum, quæ non meliùs possunt curari nisi per *Sudorifera*, inter quæ primaria est *Sarsaparilla*. Imò propter vim sudoriferam in omnibus Affectibus, ubi opus est Sudore, etiam in Anasarçâ, & in Affectibus Catarrhalibus, & quibuscunque vitiis Lymphæ, vel retardatæ, vel non debite motæ, *Decoctum*, vel *Essentia Sarsaparilla*, vel solius, vel cum aliis mistæ, usitatissimum est; aufert enim peccantem Humorem. Sed, si ritè rem consideremus, ejusdem, si non potentioris, est virtutis *Radix Tormentilla* nostras. (C)

Tom. IV.

CCCIII. SASSAFRAS. *Sassafras Lignum* est similiter exoticum, Arboris bacciferæ *Pavan* dictæ, & ex Indiâ Occidentali, beneficio Hispanorum, ad nos translatum. Odorem habet instar *Fœniculi*, & propterea à quibusdam dicitur *Lignum fœniculatum*; propriè tamen loquendo, *Radix* potius est cum *Cortice* cinereo ferrugineo, quàm sic dictum *Lignum*: vid. M. A. N. C. *Ann.* 1. p. 232. De hujusmodi *Lignis exoticis* optimè omnium scripsit MANARDES, Medicus Hispanus, in *Tract. de Plantis Indiæ*, qui satis prolixus est in describendis Lignorum viribus, imprimis *Sassafras*.

Quoad usum Medicum observetur hic, quod monet CORTESIUS in *Pharmacîa Messanensi* p. 103. Quòd sc. quoad electionem, debeat assumi recens, colore cinereo, saporis acrisculi subdulcis aromatici, & egregiè fragrans cum *Cortice* imprimis & *Radice*, istud enim, dicit, quòd *Cortice* careat, non ita esse efficacem, sed omninò invalidum. *Cortex* enim semper præstat ipso *Ligno*, cum sit magis aromaticus, & odore fragrans, quàm reliquæ Lignosæ partes: ideoque semper *Cortice* suo adhuc incrustatum *Lignum* pro usu Medico eligatur. Dicitur *Panacea & Alexipharmacum Catarrhorum* in *Consiliis* BRUNNERI, & merito, usus enim *Decocti* est in Affectibus Pectoralibus & Catarrhalibus, pro vitiis Lymphæ acidioris & acrioris corrigendis. Cæterum quod hic dico de vicatarrhali *Ligni Sassafras*, à quibusdam affirmatur de *Cortice Tamarisci*, quod eodem modo præparatus & usurpatus ac *Lignum Sassafras*, non minùs usitatus sit

Hh

lit

(C) Salsaparilla, Sarcaparilla, & Zarzaparilla idem sonat Officinis. De eâ hæc habet Monardus ex Clusio exot. pag. 316. Ex Hispaniâ novâ ad veterem Hispaniam translata planta, multis radicibus duos cubitos & amplius longis, colore cinereo diluore, ramis nodosis & lignosis, Floresne aut Fructus ferat, se ignorare fatetur: candidiores Radices profert, quam Provincia Honduras mittit. Hispani Zarçaparillam appellaverunt, quòd Smilaci asperæ perquam similis videretur, quæ Zarçaparilla nuncupatur ab ipsis. Indi eâ utebantur, minutim concisam in Aquâ macerantes, deinde in mortario tundentes, ut in mucaginem converteretur, quæ colata exhibebatur ad sudorem in morbis Chronicis promovendum. Monardus varias offert præparaciones & exhibendi modos: Aquam scilicet decoctione paratam, Syrupum unum & alterum, Pulverem, Catapotia. Meminit & alterius Zarçaparillæ, quæ ex Provinciâ Quito inferitur, circa flumen Guajaquil nascens, a quo flumine Guajaquil putant incolæ bujus plantæ virtutes oriri. Monardus cap. 22. apud Clusium in exot.

Nardus Antonius Recchus in reb. Med. novæ Hisp. lib. 8. cap. 41. &c. notat quatuor Zarçaparillæ species. I. Mecapatli Paratla vocant, & est ipsissima Smilax aspera nostras vulgaris, in suburbiis Urbis Mexicana frequentissima. II. Quauhmeacal dicta, Radicibus surculosis, caulibus volubilibus & spinosis, capreolis minutis, foliis Ocimi, sed crenatis. III. ab hac parùm abfinitis, sed radicibus tenuioribus. Has Zarçæ species quidam cum Chinâ confundere volunt, differunt enim tantùm crassitie Radicis; sed falsò ex Reccho. Advertit Torrentius in notis ad hunc locum, Zarçam & Chinam esse quidem Plantas specie discrepantes, sed ratione foliorum, florum, baccarum, radicum, saporis, virium, ad idem Genus reducendas. IV. demum species Quauhmeacapatli, quæ ad nostras Officinas affertur, foliis magnis cordiformibus, caulibus volubilibus & spinosis, radice surculosa, fructu nullo. Recchus l. c.

Fabius Columna in annotationibus ad hunc locum Recchi pag. 888. notat à Prospero Alpino de Plantis Ægypti depingi & describi Plantam, à se in Zacinto Insulâ visam, Zarçaparillæ congenerem, si non eandem, quæ folia habet non ovalia, nec juxta petiolas lunata, spinis tamen borret, & vires easdem obtinet. Vide Iconem Alpini de plant. Ægypt. cap. 43. 141.

Gulielmus Piso duas offert Zarçaparillæ species, quarum primam Iyapecanga & nobiliorem vocat; hæc in sylvis littoralibus reperit, caule sarmentoso, lento, spinoso: Folia virentia alterna, in quibus tres nervi secundum longitudinem, quamplurimæ venulæ transversim observantur: binæ Claviculæ singulis foliis connectuntur, quibus vicinas Plantas amplectitur: Flores racematim, quibus succedunt Baccæ, primò virides, mox cinnabriæ, demum nigre, pediculis insistentes, ac uno vel gemino officulo præditæ. Secundam spectem ignobiliorem Lufiani Salsâ de Praya, seu Zarçam littoralem appellant: reverà videtur Convolvulus marinus. Piso hist. lib. 4. cap. 65. 258.

Hispani Zarçamparillam hanc Plantam appellavere ob cognationem, quam cum Smilace asperâ habet, quam Zarçam parillam quoque vocant, quasi dicas Rubum Viticulam. Rubus enim Zarçæ Hispanicæ ex Lacuna dicitur, Parra est Vitis, adeoque Parilla Viticula. Matthiolus falsò ait Zarçaparillæ Radicem similem esse Radici Æbuli. Demum J. Bauhinus Salsaparillâ utendi modum integrum transcribit ex Monardo loco cit. J. B. 2. 117. &c.

Hæc habet de Salsaparillâ Pomet. Nomine Salsaparillæ veniunt longa quædam filamenta Radicis Plantæ per viros & arbores repentis, quæ folia habet acuta, longa, nervosa, & viridia: claviculas habet: in summitate ramorum Flores profert albos, quibus Fructus succedunt rubri, subacidi. Frequens est in Novâ Hispaniâ, in Provinciâ Peruanâ, & in Indiis: est Smilax aspera, major. Est & altera Salsaparilla crassior, sed ignobilior, de Marignan appellata. Eligenda longa, calami scriptorii magnitudine, externè grisea, internè alba, sed duobus radiis rubicundis donata, in duas partes fissilis, quæ & pulverem divisa non reddat, & ebullitione Aquam rubro inficiat colore.

Est demum in Horto Malabarico, Planta Cari-Villandi dicta, Bramanicè Carapu, cujus Radix crassa, lignosa, dura, fibras tenues, lignosas, ac rigidas spargens: rami tenues, nodosi, spinis deorsum versus tendentibus, & capreolis instructi: Folia crassa, viridia, cuspidata, rigida, costis eminentibus: Flores in capitulum prodeuntes, beæpetali staminibus viridibus ornati: Fructus parvi subrotundi, primò virides, deinde subnigri, monospermi, saporis expertes. Malabarenses loco Salsaparillæ hanc Plantam habent. Hac Mal. 7. 59.

Vires. Cortex calfacit & siccatur ad gr. 3. *Lignum* calfacit & siccatur 2. attenuatur, aperit, discutit, Sudores movet. Usus præcipuus in omni Morborum genere, præsertim Obstructionibus tollendis, Partibus internis roborandis, in Sterilitate emendanda, & Venereâ Lue curandâ.

N. Instar Panaceæ in Catharris habetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Extractum.* Fit l. A. Vid. lib. 2.
2. *Sal.* Habetur.
3. *Oleum stillatitium.* Vid. lib. 2.

CCCIV. SATUREIA.

Ⓞ ὄμβρα, δὲ ὄμβρα. Germ. *Saturey*, *Sangenkraut*. Gall. *Sarriete*, *Saturée*.

- | | | |
|-----------------------|---|---|
| Satureia
est C. B. | { | 1. Hortensis seu Culinaria, sativa. <i>Hæc usualis.</i> |
| | | 2. Montana. |
| | | 3. Spicata. |
| | | 4. Cretica. |
| | | 5. Thymi folio. |

fit, quàm illud. Et cum Catarrhorum fons sit ex Stomacho, quando ob Chylosin læsam Massa Sanguinea fit serosa, & exinde destillatâ Lymphâ abundante ad Glandulas, fiunt Defluxiones Catarrhales. Vim etiam egregiam *Lignum Sassafras* obtinet stomachicam, Stomachi tonum roborat, & Cruditates acido-viscidas corrigit; adeo ut **BARTHOLETUS** in *Tr. de Respiratione* commendat valde per se contra Anorexiâ & Apepsiam *Sal Ammoniacum* usurpandum cum Decocto *Ligni Sassafras*, quoniam aromatica ejus vis potenter Apepsiam & Anorexiâ corrigit. Quin & vi sudoriferâ pollet & hinc optimè in Febribus Petechialibus usurpari potest pro *Julepis* cum *Scorzonerâ* vel *Cornu Cervi*. In Curâ Luis Gallicæ ingreditur similiter, ac *Lignum Guajacum* & alia, *Decocta Sudorifera*, sicut etiam viribus conspirat cum *Ligno Guajaco* Diaphoreticis & Sudoriferis, Lue Venereæ curandæ dicatis, sed magis hoc aromaticum & oleosum temperatum est. Sunt etiam, qui huic *Ligno Lignum Juniperinum* æquipollere existimant.

Denique interno usu etiam commendari solet contra Sterilitatem ortam ex vicio Seminis & Uteri squalidi, ac serolis & mucilaginosi Excrementis referti.

Ex *Ligno Sassafras*, ceu aromatico subjecto, egregia *Essentia* seu *Tinctura* cû *Aquâ Spirituosâ Serpilli*, vel *Aquâ Benedictâ Serpilli Mynsichtii*, vel *Spiritu Serpilli* appropriato paravit B. D. MICHAELIS. Huic scilicet infunditur *Rasura Radicis* ac *Corticis Sassafras*, & stent in digestionem ad aliquod tempus pro extractione *Tincturæ*, quæ in Affectibus Catarrhalibus, vespertino tempore sumpta, ad corrigendam acrem Lympham, & confortandum Stomachum, in specie Cruditates acidas primarum viarum corrigendas, egregia est; quia Digestionem primam Stomachi corrigit: hinc & in *Elixirio Stomachali* Lignum hoc basin constituit. Dosis Coch. j. alterumve.

Propterea *Essentia Ligni Sassafras* cum *Spiritu* vel *Aquâ Spirituosâ Serpilli* parata vocari solet à quibusdam *Essentia Catarrhalis*, idque imprimis, si addatur huic *Essentia Succinum* vel *Essentia ex Succino*, quod ipsum valde quoque est commendatum ad Catarrhos; de quo plura habebimus, ubi de *Serpillo*; cujus *Spiritu* ceu *Menstruo* *Essentia Succini* paratur. MYSICHTIUS in suo *Armamentario Chymico* etiam habet *Tincturam Ligni Sassafras*: quæ facilis paratu ac egregia est, & valde commendatur ab eo contra omnes Defluxiones catarrhales, quas ipsas absumere, & radicitus tollere dicit. Paratur *Tinctura* hæc solùm ex *Ligno Sassafras* in *Aquam fontanam puram* & calidissimam infuso: sic enim evadit *Tinctura rubinea*, quæ parùm aromatizatur cum *Cassia lignosâ*, vel *Cinnamomo*, & *Nectar Catarrhorum* dicitur. Contra Sterilitatem ex causâ suprâ dictâ commenda-

Insignitur *Hysopus agrestis*, *Brunsf.* *Satureia*, *Trag. Lond.* *Dod. Lob. Tab. Cam.* *Satureia altera*, *Matth. sativa*, *Fuchs. Cord.* *sylvestris*, 2. *Cast.*

Colitur in hortis. Floret integrâ ferè ætate.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Herba cum Floribus.

Vires. Saporis ac odoris est acris ac calidi, unde & calida ac sicca cenetur g. 3. attenuatur, aperit, discutit. Usus in Affectibus *Ventriculi*, Cruditate, Anorexiâ, & *Pectoris*, Asthmate; *Uteri*, Mensibus obstructis. Visum acuit. Extrinsecus discutit Tumores, Doloresque Aurium sedat.

N. Pulices necare dicitur strata in cubili.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Herbâ florente.
2. *Oleum stillatitium.*

CCCV. SA-

tur, vel simplex, vel cum *Aromatibus Uterinis*, v. g. *Antibophyllis*, *Cinnamomo*, & similibus, utpote quæ, imprimis *Antibophylli*, vim uterinam egregiam habent; unde cum his multa *Essentia Sassafras* erit utilis in Sterilitate.

Propter Resinam copiosam & aromaticam *Lignum Sassafras* *Oleum duplex* suggerit.

1. Per se retortâ *destillatum empyreumaticum*, quod, ut *Lignorum cæterorum Olea*, super *Cornu Cervi* usum rectificando foetorem deponit, & Sudoriferum potens evadit.
2. *Rasura* ejus per vesicam cum *Aquâ destillatam Oleum* suggerit æthereum seu aromaticum, egregium & suave, acrius tamen quàm *Oleum destillatum Fœniculi*, cum quo sicut ratione odoris convenit; ita in casibus multis huic commodè substitui potest. (D)

CCCIV. SATUREJA. *Satureja* à quibusdam Practicis etiam solet vocari *Thymbra* & *Thymbron* Græco vocabulo à *δουῶν*, quod fortem de se spiret odorem, & sæpius quidem hoc nomine venit, quàm *Satureja*. *Satureja* ita dicitur tum à *saturando*, quod in Alimentis Veterum *Condimenti* loco fuerit adhibita, tum quod *Satyris*, hoc est ad excitandam Libidinem, conferat.

Inter varias species, *Hortensis* seu *sativa* est in usu, Planta pumila, suavem tamen spirans odorem.

Est Simplex aromaticum & nervinum, *Hysopo* & *Serpillo* ferè congener, & ad eorum naturam accedens, Affectibus Pectoris, ubi expectoratione & deterfione opus est, conducit; Sale enim suo volatili aromatico egregiè detergit fordes Pulmonum & Pectoris, indeque enatas Tusses & Asthmata curat. Præter ea, quæ AUTOR enarrat, imprimis etiam commendatur ad Lethargum, Carum, & similes Capitis Soporosos Affectus, sive interne misceatur cum aliis, sive in specie externè *Decoctum Satureje* in *Vino* calidè admoveatur Occipiti: sicuti etiam per hujus *Decocti* aliquot guttas instillatas Auribus, Soporosi inde excitari dicuntur; vid. LOTICHIUS *Obs. lib. 2. cap. 1.* item SCHENCKIUS *lib. 1. Obs.* Quandoque etiam in Aphthis, & aliis Faucium, Oris & Tonsillarum Affectibus, necnon Vulneribus & Ulceribus Faucium, in *Vino* cocta, vel per se, vel addito pauco *Melle*, usurpata legitur pro Collutione Oris. *Diaphoretica* est egregia, & discutiens insignis; unde inter alia etiam ad Tinnitum Aurium, item Dolorem Aurium, solet commendari, si ejus *Decocti Suffitus* recipiatur in Aures; sic enim discutiendo Tinnitum & Dolorem aufert. Sed rari usus est, & vix usitata reperitur apud Practicos.

Aqua quibusdam in usu est.

Oleum est admodum rara avis. (E)

CCCV. SA-

(D) *Sassafras*, barbaro vocabulo *Lignum* appellatur exoticum, flavescens, odore *Fœniculi*, acrisculum aromaticum, quod in magna frustra ad nos affertur, ex Florida America Septentrionalis Provinciâ. Arbor illud ferens Pavame incolis dicitur, apud quos *Sylvas* format, magnitudine ferè Pinum æquans, Cortice tegitur aspero, rudique, qui Ligno ipsi præfertur: Folia summis insident ramis, cum parva sunt, Pyri, grandescunt verò, Ficûs foliis æmula, obscurè virentia, & suavis odore prædita, præsertim cum siccoscunt: Fructus demum oblongus, rugosus, longo appenditur pediculo. Frequentissimus est apud nostras Officinas Ligni hujus cortice recti usus: Potius enim loco ejus *Decoctum* vulgò ad menses adhibetur, pro humorum, imprimis Urinæ, acrimoniâ retundendâ.

(E) Ut *Satureiam*, Plantam Flore labiato, à congeneribus distingueret Tournefortius, ait illam à Thymo differre, Floribus sparsim in Foliorum aliis nascentibus, non verò in capitulum collectis; à Calaminthâ, Floribus pediculis non ramosis insidentibus; atque à Thymbrâ, Floribus non verticillatim dispositis. Quo recepto charactere, unicam tantum facit verè *Satureiæ* speciem, quæ est *Satureia sativa* J. B. Planta hæc, ex eodem, lignosâ mittitur Radice, ex quâ Vir-

CCCV. SATYRIUM SEU ORCHIS.

Satyrium, seu Orchis, Germ. *Knabenkraut*, *Stendel-Vourtz*, Gall. *Coûillon de Chien*, *Satyriion*.

N. Dioscorides distinguit inter *Orchides* & *Satyrta*, *Orchidesque* vocat, quæ Radicem bulbosam habent, eamque geminam: *Satyrium*, quod unicam. *Plinius* verò utraque confundit.

Genera *Orchidum* seu *Satyriorum* passim quamplurima nascuntur, quæ etsi promiscuè in usum accerfiri queant; attamen eliguntur *Officinæ* præ reliquis *Cynosorchim*.

Crescunt in *Campestribus*, *Sylvis* ac *Vineis*; Florent *Aprili* & *Majo*.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, cujus *Bulba* (Π) distentior eligenda, rejectâ flaccidior. Colligitur ineunte Vere, vel exeunte Autumno.

Vires. Calfacit & humectat; saporis dulcis. Usus præcipuus (ex signaturâ lascivâ) ad virilem fortitudinem restauran-

dam. Sic & Uterum confortare creditur, & ad Conceptionem disponere.

P R Æ P A R A T A.

1. *Condita Radix*. ꝑ. Orbiculum distentiores; purga benè ac coque: hinc exsiccâ ac confice Saccharo.

2. *Electuarium Diasatyriion*. V.D.

3. *Extractum*, seu *Sanguis*: Fit ex Radice conquassatâ, & cum Pane atque Vino (Spiritu Vini) digestâ. Vide l. 2. & *Quercetinum in Pharm. Rest. c. 26. ab Heer Observ. 8.* qui ita parat: ꝑ. Radices Satyrii, Aquæ injice, duobus quibus constant orbiculis divulsis, quæ fundum petierint (abjectis quæ supernatant), contunde ac adde sensum Micas Panis albi, propter lentoris dilutionem Spirit. Vin. è Malvatico, ut irroretur. Dein digere in MB, vase clauso septim. (6.) Tum exprime, expressum iterum per mensem digere. Innabit Liquor rubicundus, hunc inclinando collige abjectis fæcibus. Hinc paratur *Extractum compositum*. Vide lib. 2.

CCCVI. SA-

CCCV. SATYRIUM seu ORCHIS. *Satyrii varia* sunt species, quarum singuliores videbitis in *M. A. N. C. Ann. 2. Obs. 41. p. 73. & sequentibus*. Quædam habent Radicem rotundam, quædam in digitos expansam: priores habent Radicem nunc unicam, nunc binas; sicuti posteriores digitatæ vel palmatæ, aut *Palma Christi* vocantur, & *Folia maculata* habent.

Pro usu Medico inter omnia *Satyriorum genera* eliguntur, quæ habent duos *Bulbos in Radice*, & quidem ita, ut unus sit plenus & turgidus, alter inanis & flaccidus. De his curiosum, est quòd, quando unus sit succulentus hoc anno, & Plantam proferat, alter sit flaccidus, qui ipse interea novo succo nutritio irroratur, ita ut insequente altero anno idem rigidus redditus Plantam sustineat, priore flaccescente, & sic mutuis vicibus singulis annis mutantur, atque successivis quasi vices in nutritione & vegetatione Plantæ obtineant hi *Bulbi*.

Ex Signaturâ, quâ referunt hi *Bulbi Testiculos*, vel humanos, vel brutales, Medici, imprimis *PARACELSUS* & *CROLLIUS*, aliique Philosophi *Hermetici* invenerunt, quod habeant vim *Venerem*: quod ipsum etiam confirmavit *Experientia* postmodum; bulbosus enim stimulat illam, flaccidus extinguit. Unde *Radices bulbosæ* seu succulentæ pro stimulandâ Venere; rugosæ verò & effortæ seu flaccidæ pro imminuendâ Venere & *Gonorrhœâ* adhibentur; Materiam seminalem enim imminuunt, & *Gonorrhœâ* ita succurrunt: pro quali usu *Bulbus flaccidus* colligendus venit, Solum in Leone existente; pro usu autem Venereo, conciliando *Memoriæ robore*, & hac confortandâ, necnon promovendis *Mentis operationibus*, in *Plenilunio* tempore verno: sic enim vis latet adhuc in *Bursulâ turgidâ*, & nondum translata est in Plantam. Insuper ingens vis *analeptica & confortativa* iisdem attribuitur, & speciatim talis, quæ *Seminis partim copiam largitur*, eaque occasione partim *Venerem stimulat*: sicut etiam in debilitate & prostratione *Virium in statu Neutralitatis & Convalescentiæ* conducunt; non minùs ad *Dysenteriam* propter vim, qua in-

Tom. IV.

star *Roris spermatici* consolidant *Intestina exulcerata*. *Paracelsus* dicunt in *Satyrio latere singularem & peculiarem Mumiam*, ut propterea singularem habeat *Sympathiam* cum *Microcosmo*, & exinde specificè commendatur contra *Dysenteriam*; si scilicet tres vel quatuor *Radices* infundantur in *Vinum*, & vel *Decoctum* vel *Infusum* bibatur; sic enim statim *Dysenteriam* sisti, & curari dicunt, quoniam vis mirabilis corroborandi sit in *Satyrio*. Inter *PRÆPARATA* in *Officinis* prostat *Radix turgida condita*, quæ in *Electuariis* usurpatur contra *Impotentiam* & fortificandam *Venerem*, ratione *Roris mucilaginosi* instar *Gelatinæ*, quo turget.

Electuarium Diasatyrii, ut & *Extractum* seu *Sanguis Satyrii*, quod habet *AUTOR*, maximè laudatur in confortandâ *Memoriâ*, & vi confortativâ pollet, speciatim contra *Impotentiam* & defectus *Veneris*.

Essentia composita Crollii ex Satyrii Radice turgidâ pro stimulantâ Venere frequentissimè usurpari solet cum *Aquâ Cinnamomi* spirituosâ, additâ *Essentiâ Ambrae*; qualem *Misturam* satis fortem, generosam & elegantem contra *Impotentiam* *TIMÆUS* habuit, cujus hæc fuit *Compositio*:

℥. *Aquæ Magnanim.* ℥viiij.

Cinnam. ℥iv.

Essent. Satyr. ℥ij.

Tinct. Corallior. ℥ij.

Ess. Ambrae ℥i. M.

Hanc *Misturam* valdè fortem commendat *TIMÆUS* pro stimulandâ Venere.

Præter vim *Venerem* *Essentia* hæc pro confortandâ *Memoriâ* insignis est, idque imprimis, si misceatur cum *Essentiâ Ambrae*, omittis aliis *Venerem* stimulantibus. Conferatur *HEINRICUS ab HEER, Obs. oppidò rarâ 9. p. 98.*

Alias *Aqua Herbae Satyrii maculosi* inter *Cosmetica* refertur, nitorem *Faciæ* nimirum conservantia.

Descriptionem *Pomambrae* pro eviratis, quàm *Radix Satyriion* ingreditur, videbitis in *M. A. N. C. l. a. p. 77.* (F)

Hh 3

CCCVI. SA-

Virgulta surgunt cubitalia, teretia, subbirfuta, quorum geniculis Folia adnascuntur Hysopi vulgaris, crebris foraminulis; non tamen perviis, erosa, odore & sapore Thymi acri: Flosculi ex albo purpurascens in quatuor parva Semina abeunt. Satureiæ species, quas affert Schröderus ex C. Bauhino transcriptas, sic reducendæ. 1. Prima est Hortensis seu Culinaria (fortassè pro Cunilâ Plinii, Culinariam scripsit), quam mox descripsimus. 2. Satureia Montana C. B., quæ est Tournefortio Calamintha frutescens, Satureiæ folio, facie, & odore, seu Satureia durior J. B. & Thymbra Dodonæi. 3. Satureia spicata C. B. hæc est Thymbra S. Juliani, seu Satureia vera, Lobelii. 4. Satureia Cretica C. B. quæ est Tournefortio Thymbra legitima Clusii. 5. Satureia Thymi folio C. B. si est Thymi species, ut innuit ex H. Eyfett. Bauhinus, erit Thymus vulgaris, folio tenuiore ejusdem C. B. At si ad Thymbras recensenda, ut sibi eo nomine transmissam fatetur idem Bauhinus, erit fortassè Thymbra Hispanica, Coridis folio T. hæc enim Planta est, cujus Folia Thymi rigidioris foliis assimilât J. Bauhinus.

(Π) *Bulba legitur in Codice Lugdunenli: omninò mendosè: non enim invenio apud Latinos, nisi Bulbus, hæc significatio. Fortè mendum hoc buc irrepfit, ut Bulga, quod invenitur in Textu Schröderi apud Pharmacopœam Schrödero-Hofmannianam, pro sphaalmate habitum, emendaretur. At puto, Schröderum Bulgam potius scripsisse, ut Folliculos in Satyrii Radice protuberantes designaret, quod vocabulum apud Lucilium, & Varronem invenit: verùm minùs propriè, ut mihi quidem videtur; nam Folliculi nomine eas potius appellamus protuberantias, quæ inanes sunt, non farctæ: sic Bulga apud laudatos Autores non tam Folliculum quàm Crumenam denotat. Radices autem Satyrii baud inanes sunt, sed omninò farctæ, ut potius Bulbi, quàm Bulgæ, nomine sint appellandæ.*

(F) *Satyriion, seu Orchis, Plantæ Genus est flore polypetalo, anomalo, cujus petalon inferius multiforme est, ut nunc nudum hominem, modò Papilionem, Fucum, Columbam, Simiam, Lacertam, Muscam, vel aliud quid repræsentet: Calyx autem abis in Utriculum tribus fenestris debiscentem, & Seminibus sætum minutissimis. Addit Tournefortius Radices nunc testiculatas, nunc digitatas. Orchidis species quamplurimæ sunt: hæc tamen facillè inter se ab Autoribus, præsertim antiquis, confunduntur, ob difficilem tum descriptu tum delineatu Floris struxuram, Usitatiores species sunt Cynosorchis (Orchis T.) latifolia, hiante cucullo, major C. B. & Cynosorchis latifolia, hiante cucullo, altera Ejusdem, quæ est Cynosorchis prior Dodonæi.*

CCCVI. SAXIFRAGA.

Saxifraga, Lon. alba, Trag. Dod. Fuchf. (icon.) Cam. Tab. Saxifraga, Brunfels. major, Fuchf. Saxifraga alba, Chelidionides, Lob. Saxifraga alba, tuberosâ radice, Clus. hist. German. Steinbrech. Gall. De Saxifrage blanche.

Crescit in locis asperis ac sabulosis; Floret Majo.

N. Sunt & alia Saxifragarum genera; verum Officinis vel alio nomine veniunt, vel inusitata sunt. Sic est Saxifraga lutea. 1. Melilotus rubra. 2. Filipendula saxifraga, Pimpinella. Vide suo loco.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus, Radix quam Semen vocant.

Vires. Calfacit & siccatur evidentissimè (3.): Diuretica est, aperit. Usus præcipuus in Sabulo ac Calculo Renum ac Vesicæ atterendo, & expellendo, tum & in Mucilagine eorundem attenuandâ: in Mensibus obstructis. Extrinsecus in Balneis diureticis.

PRÆPARATA.

Aqua. Ex Plantâ integrâ, Majo collectâ.

CCCVII. SCABIOSA.

Scabiosa (Pratenfis & arvensis, variarum specierum, ex quibus usitata est, C.B. 1. C.B. est Montana. Variarum specierum. Capitulo globofo. Variarum specierum. Stellata. Variarum specierum.

Dicitur Scabiosa pratenfis, hirsuta, C.B. Scabiosa, Lpn. vulgaris, Fuchf. major, Cass. arvensis, Tab. (cui & major, flore cœruleo, purpureo.) Scabiosæ 1. genus, Trag. Scabiosa setegum, Ger. German. Scabiosen, Apostem-kraut, Grind-kraut, Gall. de la Scabieuse.

Crescit in arvis. Floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix (colligenda Vere), Folia, Flores.

Vires. Calfacit & siccatur usque ad 2. abstergit, attenuat, discutit. Sudorifera, Alexipharmaca ac Pulmonica est. Usus præcipuus in Apostematibus, unde & nomen habet), Pleuritide, Anginâ, Tussi; Athmate, Peste, fistulosis seu manantibus Ulceribus (Mammarum, Crurum, &c.). Extrinsecus in Scabie,

SATYRIUM MACULOSUM.

Satyrium maculosum, Palma Christi dictum, laudatur vulgò pro usu cosmetico, in specie contra Lentiginis, aliasque Maculas Faciei; & præterea Aqua Satyrii maculosi solet præscribi cum Aquâ Leucoti bulbosi, Germ. der Sommerbieregen, in delendis Lentiginibus. (G)

CCCVI. **S**AXIFRAGA. Saxifraga, Germ. der Steinbrech, est duplex in Officinis: Major alba foliis rotundis; altera verò Saxifraga aurea cum floribus luteis, seu Chrysofplenium Tabernemontani.

Plures etiam Plantæ sunt, quæ dicuntur Saxifraga propter vim, quam habere putantur in alterando & pellendo Calculo, quas inter etiam refertur Pimpinella saxifraga seu Tragofelinum.

Saxifraga tamen alba κατ' ἐξοχήν ita dicta est; quia à Veteribus pro usu diuretico & nephritico, Renibusque purificandis à Calculo, frequentius usurpata fuit; sicut hodie adhuc quidam hujus Semen cum Semine Litbospermi, alii Plantæ Decoctum, internè in Postionibus, externè in Balneis, pro pellendo Calculo Renum & Vesicæ, & detergendâ Mucilagine Renum, quæ in Calculum concrevit, & coagulatur, propinant; sed vanè, & à Modernis raro usurpatur: Calculum enim non pellit, uti putatur: pro quo scopo etiam Aqua est valdoperè usitata in Officinis.

Saxifraga verò aurea ob vim Renes purgandi egregia est: quibusdam dicitur Hepatica, ob vim hepaticam insignem, rectius Chrysofplenium Tabernemontani. Non verò est Milzadella Italarum juxta quosdam, quæ species Lamii est, & Splenetica quoque. (H)

CCCVII. **S** CABIOSA. Scabiosæ, German. Scabiosenkraut, variae sunt species: usitata tantum est Foliis scissis vel integris: provenit in locis cultioribus.

Planta est temperata & multi usûs in plurimis Affectibus: imprimis refertur inter Plantas Alexipharmacas, quia Malignitatem sub formâ Sudoris ex Corporis Machinâ extur-

bat. Deinde Pulmoni est dicata, cui specificè succurrere dicitur. Hinc ratione harum virtutum Apostematica dicitur; Germanicè Apostem-kraut, Grind-kraut. Et in Apostematis & Abscessibus quarumvis Partium internarum, siue sint Hepatis, siue Lienis, siue Ventriculi, siue Pulmonum, & aliorum Viscerum, & Tumoribus suppuratis, vel suppurandis, & purificandis, speciatim tamen in Pectoris Affectibus, rumpit Abscessum, eundem purgat, & Fermentum corruptivum delet, ut illo purificato possit consolidari Vulnus. Imprimis in Apostemate Ventriculi post Inflammationem rumpendo, valdè commendatam videbitis Scabiosam in FORESTO lib. 18. Obs. 32., qui multis commendat hanc Plantam pro Ulceribus & Abscessibus Partium internarum tam Pectoris, quàm in specie Ventriculi. Hinc commendatur Scabiosa, & ex illâ præparata, contra Pleuritidem & Peripneumoniam, tam pro conservandis Pulmonibus quàm temperandâ acrimoniâ Puris, & promovendâ Expectoratione, siue ex se incipiant, siue sequantur alios Morbos; nam insigne est Pectorale. Præterea in Variolis & Morbillis, ubi imprimis Pulmones & Fauces à Variolis & Morbillis obsessæ præservandæ, ne ab his exulcerentur, aut hæ, aliæque Partes internæ jam læsæ, curandæ & sanandæ; sicut & , quando cum gravi Tussi sunt conjunctæ, & Phthisin post se relinquunt, egregia est Scabiosa, & Remedia ex hac parata: id quod etiam verum est de Helenio, quod non minùs proficuum est in tali casu, ac ipsa Scabiosa. In Tussi etiam Epidemicâ, quæ sæpè etiam est Maligna, uti in Febris Epidemicis Catarrhalibus cum Tussi, inter alia excellit Scabiosa, & Remedia inde parata; quatenus vi non nihil alexipharmacâ ac diaphoreticâ & pectorali pluribus scopis satisfacit: sicuti etiam internè & externè in Scabie, Furfuribus, Tineâ Capitis & similibus, optimè prodesse solet. Deinde quoque vi vulnerariâ & ulcerariâ se quoque ad Casus internos & externos extendit, unde internè Decocta, externè Unguenta Vulneraria, solet ingredi, & inde Balsamus gummosus colligitur, si juxta AGRICOLAM in Chirurgiâ parvâ p. 101. Mense Majo, in conjunctione Solis & Lunæ in Geminis, Radix leviter incidatur

(G) Tot sunt Satyrii maculosi, & Palmæ Christi (b. e. Orchidis palmatæ, cujus scilicet Radices in digitos abeunt) species, ut nescierim, de quâ hic loquatur Etmullerus. Magis obviam sunt Orchis palmata, pratenfis, latifolia, longis calcaribus C. B. (quæ maculis caret), & Orchis palmata, pratenfis, maculata Ejusdem. Tum hæc tum reliquæ Orchidis species viribus baud distant.

(H) Saxifraga Tournesfortio est Plantæ Genus Flore rosaceo, cujus pistillum bicorne, simul cum Calyce multifido abit in Fructum, item bicornem, bicapsularem, Seminibus sætum exiguis. Ad hoc Saxifragæ Genus reducit Tournesfortius Saxifragam albam Officinarum, & varias Sedi (plerumque Alpini) creditas species. Saxifraga rotundifolia, alba C. B. quæ vulgarior, è Radice bulbillis consistit, atque fibrosâ Caulem profert singularem, nonnunquam plures, teretes, hirsutos, ramulis brachiatis, quibus insident Flores albi, calyculis orâ purpureâ, hirsutis, viscosisque inclusi: Folia Hederæ terrestris, hirsuta tamen, cristata, & pingua, inter se tamen magnitudine & formâ dissimilia. Planta hæc inter efficacia Diuretica connumeratur: infunduntur ejus Radices in Vino albo, vel in Aquâ decoquantur, deinde vel Infusum vel Decoctum propinatur. Ex Fuchfio Menses pellit, Lymphamque viscidam è Pulmonibus educit. Saxifraga verna, annua, humilior T. quæ Sedum Tridactylites tectorum vulgò appellatur, ex Raio Scrophulas sanat, si Cerevisia ex illius infusione parata diu potetur.

Saxifraga verò aurea ab Etmullero aliisque Autoribus dicta, baud inter Saxifragas numeratur à Tournesfortio, sed tres ejus species dictæ in novum eriguntur Genus, Chrysofplenium ab eodem appellatum. Hoc autem Flore est monopetalò, rotatò, calycis experte, (quo multum à Saxifragâ distat), cujus pistillum abit in capsulam bicornem, & bivalvem, Seminibus frætam exiguis. Hinc Saxifraga aurea Dodonæi vocatur à Tournesfortio Chrysofplenium foliis amplioribus, auriculatis. Hæc Plantula est Foliis Hederæ terrestris, nunc majoribus nunc minoribus, lactiniatis, utrinque hirsutis: Pediculis hærent angulosis, longiusculis quasi Coliculis, in duos tresve ramulos divisis, quorum summis Flosculi terni vel quaterni, falsò polypetalis à J. Bauhino existimati, insident, in quorum medio calatbiscus, Semine nigro, exiguo plenus succrescit.

bie, Pruritu, Impetigine ac præcipuè in Achoribus ac Tinea Capitis (*Erbgrind*), in Furturibus ac Lendibus Capitis, in Suggillatis, Maculis Faciei, Dolore Hæmorrhoidum (in Suffitu vaporoso).

N. Radix Scabiosæ majoris flore purpureo, specificè curare dicitur Luem Veneream, adè ut Salsæparillæ vel parum, vel nihil cedere censeatur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ Plantâ cum Radicè ac Floribus.
2. *Syrupus.* Ex Succo & Saccharo.
3. *Conserva.* Ex Floribus.
4. *Sal.* Ex Plantâ incineratâ.

CCCVIII. SCHÖENANTHUM.

Σχοίνος, Σχοίνανθος, Lon. Juncus odoratus, *Matth. Lob. Clus. Cust.* Squinanthum Officinarum, Fœnum Camelorum, Stramen Camelorum. Germ. *Camels-Heu, Camel-Ströb.* Gall. *Pasture de Chameau.* Affertur ex Arabiâ.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Culmi seu Surculi (Stramen), Flores, Radix.

Vires. Calfacit, substringit, tenuium est partium, discutit. Usus præcipuus in obstructis Mensibus, Epate, Liene, in

Ventriculi inflatione, Vomitu, ac Singultu: in Urinæ difficultate, Reum, Vesicæ, ac Uteri dolore. Extrinsecus corrigi fœtorem Oris, roborat Caput (Lotione), discutit Uvulæ tumorem, roborat Ventriculum.

CCGIX. SCOLOPENDRIUM VERUM.

Ἀσπληνιον, ἀσπληνιον, Arab. Scolopendrium, Caterach Officinis, Scolopendrium, *Cord.* Scolopendria vera, *Trag. Lon.* Atplenum & Asplenion, *Matth. Lob. Cast. Cam. Dod. Cord.* in *D.* German. *Miltz-kraut.* Gall. *Scolopendre.*

Est (Scolopendria vera. *Hic describitur.*

Vulgaris. *Loco sequenti.*

Crescit in rupium fissuris, locisque asperis sine Floribus.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia collecta Septembri.

Vires. Calfacit & siccat saporis acerbi, abstergit, Spleneticum est. Usus præcipuus in duritie Lienis, Ictero, Febri Quartanâ; Urinam movet, Calculum comminuit, Menfes ciet, Semen imminuere creditur (illuni nocte effossum).

N. Dioscorides Folia in Aceto fervefacta ac per dies 40. pota, Lienem absumere scribit.

P R Æ P A R A T A.

Syrupus de Scolopendriâ. Ex meris Splenetici fit. Vide Disp. CCCX. SCO-

tur, dicto enim tempore emanat egregius & pretiosus *Liquor gummosus*, qui vel solus præstans est Remedium, optimè consolidans Vulnere quæcunque recentia.

1. 2. *Aqua & Syrupus* in Apotematibus & Abscessibus Viscerum resolvendis, maturandis, rumpendis & curandis, imprimis in Pleuritide suppuratâ, & Vomica Pulmonum, frequenter adhibentur, & sequenti modo præscribuntur.

W. Aquæ vel Decocti Scabiosæ ℥ij.

Spiritus Tartari vol. ℥j.

Syr. Scabiosæ ℥iſſ.

M. pro aliquot dolibus.

In Variolis expertus est *Syrupus*, quando internas partes lædunt, & Tussim cõjunctam habent cum metu Phthiæos.

3. *Conserva* prodest in Apotematibus internis, quæ resolvit, maturat, & rumpit, speciatim tamen in Pectoris Affectibus.

Succus Scabiosæ ad Vermem Cordis summum est Specificum. (I)

CCCVIII. SCHÖENANTHUM. *Schœnanthum* dicitur aliàs *Juncus odoratus*, & *Gramen Cameli.*

Plantula est aromatica parva & exotica, quæ ex Asiâ ad nos adfertur, nullius tamen usûs, nisi quòd *Tberiacam* ingrediat, cujus gratiâ etiam habetur in Officinis; aliàs non, aut rarò in Affectibus Nervinis & Uterinis, præscribitur. A Veteribus solet addi *Purgantibus* pro correctiõne eorum Virulentia. (K)

CCGIX. SCOLOPENDRIUM VERUM. *Scolopendrium* duplex est, vel *Verum* dictum, aliàs *ἀσπληνιον*, & *ἀσπληνιον*, Arabibus *Zederach*; vel *Vulgare Pbyllitis*, aliàs dictum *Lingua cervina*, de quarum diffe-

rentiâ videatur præsertim LANGIUS in *Epistolis* p. 407. *Scolopendrium verum* est Planta parva, exilis, crescens in locis umbrosis & montosis, sed rarò apud nos, Jenæ autem copiosè provenit, similis suâ naturâ est *Capparibus*, modò quod minùs sit oleosa, nitrosa tamen est.

Dicata est *Spleni*, & valdoperè usurpatur ad Affectus Splenicos, aliosque chronicos; unde etiam ab Italis vocatur *Milzadella*, quæ *Milza* est Latinis *Splen*. Et propter hanc *vim splenicam* Veteribus Practicis familiare est in *Decoctis* contra Febres Quartanas, cum Splenis vitiiis conjunctas, Scorbutum, Malum Hypochondriacum, in quibus Splen ut plurimùm est depravatus: in *Nodulis Alterantibus & Laxantibus*, verno & autumnali tempore, qui infunduntur *Potui*, ut purificent Viscera in Malo Hypochondriaco, quando imprimis eò processit, ut etiam Splen malè se habeat; præsertim *Cerevisias & Vina medicata* ingreditur, quæ ipsa non incongrui usûs sunt pro Curâ distorum Affectuum, præprimis, si alia Appropriata addantur, & cum istis Liquidis unâ fermententur. In *Aquâ Ferrariorum*, in qua sæpiùs *Ferrum candens* fuit extinctum, si decoquatur, ad Tumorem & Inflammationem Splenis multùm laudatur, adè, ut dicatur à DIOSCORIDÈ, quòd absumat Lienem, vel potiùs immineat; unde *Ganes Ferrariorum*, qui bibunt sæpiùs talem Aquam, dicuntur carere Splene: Videatur MAJOR in *Apologiâ in Cbirurgiam infusoriam*. In hisce autem Affectibus virtute nitrosâ convenit, & Sanguinem per Urinam purificat. Vitandum est, sicut etiam vulgare, à Mulieribus, quoniam Imprægnationem inhibere, & Sterilitatem inducere dicitur, & *Paracelsus* dicunt, quòd omnes *Plantæ Saturninæ* soleant impedire Conceptionem, & inducere Sterilitatem: quod de hac & similibus Plantis verissimè esse dicitur. (L) CCCX. SCO-

(I) Scabiosa *Plantæ Genus* est *Flore flosculoso*, cujus tamen *Flosculi inæquales sunt*, & *communi calyce comprehensi*: *singuli tamen & Embryonibus insident*, & *calyce proprio comprehenduntur*, qui deinde abit in *Capsulam*, *Semine fœtam coronato*, quod priùs *Embryo* fuit. Inter innumeras Scabiosæ species, Scabiosa pratensis, hirsuta, quæ Officinarum C. B. vulgatiõ est. Hæc radicem habet longam, rectam, Caules ad duos cubitos altos, hirsutos, inanes, quorum è geniculis adversa adnascuntur *Folia Valerianæ majoris*, sed profundius laciniata: verùm in *Foliorum borum formâ* mirè ludit *Natura*; *inferna enim sæpè integra sunt*: *Flores cœrulei*: *Semina coronata*. Scabiosa amara *Planta* est, & cœruleam *papyrum parum rubefacit*: quare credendum, in eâ contineri *Sal ad Sal ammoniacum valdè accedens*, atque cum magnâ copiâ *Olei fetidi Terræque conjunctum*: *Chymicâ enim Analysis elicitur ex hâc Plantâ, præter multos acidos Liquores, magna Sulfuris & Terræ copia, parumque Spiritus urinosi, & Salis volatilis concreti*. Scabiosa alexiteria est, sudorifera, aperiens, detergens ac vulneraria: *anacatharsim movet, præsertim crassi viscidique Pblegmatis, Pulmonum bronchia obsidentis*: ejus *Succus exhibetur ab ℥iij. ad ℥vj. in quo si ℥j. Theriacæ & gr. x. Campboræ dissolvantur*, opportunum habebis in *Febribus Malignis, Variolis, Morbillis, ac Pleuritide Diaphoreticum*. Ex eodem *Succo Scabiosæ paratur Syrupus ad Morbos omnes Cutis*, sed partes affectæ abluendæ item sunt *Decocto ejusdem Plantæ, cujus singulis ℥iij. addenda Spiritus Vini optimè campborati cochlearia tria*: sed ante usum *Aqua per linteum trajicienda, ut Campbora, glaciè formâ illi supernatans separetur*. *Decoctum idem intrinsecus sumtum ad interna Ulcera, & præcipuè ad purulentas urinas, quammaximè valet*. Ex *Tabernæmontano Succus Scabiosæ cum Borracæ & Campborâ mistus Maculas Corneæ succrescentes delet*.

(K) Schœnanthum, vulgò *Juncus* dicitur odoratus: *nomini autem etymon potiùs Juncum floridum significat*, à *χοῖνος Juncus*, & *ἀνθὸν Flos*. Est autem *Junci vel Graminis species*, in *felici Arabiâ sponte proveniens*, ut illo ad *Camelorum pabulum, stramenque vulgò utantur*. *Caule assurgit pedali, in multos Calamos duos diviso*: *Folia semipedem longa, angusta tamen, aspera, acuta, ex viridi pallescentia*: *Flores in summitatibus bino ordine dispositi, exigui, tomentosi, eleganti carneo colore præditi*: *Radix exigua, dura, nodosa, longis albisque capillamentis ornata*. *Tota Planta, sed præcipuè Flores, suaviter olent, gustuque pollent aromatico acri, quare hi in usu medico reliquis Plantæ partibus præferuntur*. *Schœnanthi Decocto ad Lochia pellenda non sine fructu utimur*.

(L) Pro *Scolopendrio* vero vulgò intelligunt *Asplenium*, quod inter eas *Plantas à Tournefortio numeratur, quæ Florè*

CCCX. SCOLOPENDRIA VULGARIS.

Φυλλίτις, Lingua cervina Officinarum, C. B. Scolopendrium, *Brunsf.* Scolopendrium vulgare, *Matth. Dod. Cord. Lob. Hæmonitis, Fuchsf.* Phyllitis seu Lingua cervina, *Tab. German. Hirsch-Zung. Gall. Langue de Cerf.*
N. Scolopendria vulgaris vel *Lingua cervina* dici potest, ad differentiam *Ceterach*.
 Crescit in sylvis, locisque umbrosis ac opacis, in puteis. Viret per totum ferè annum.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.
Vires. Refrigerant ac siccant, substringunt, attenuant. Splenetica itidem ac Epatica sunt. Usus præcipuus in Lienæ tumido, fluxu Alvi, exspuione Sanguinis. Extrinsicè mundificant Vulnèra ac Ulcèra.

PRÆPARATA.

Aqua. Ex Foliis.
Acetum.

CCCXI. SCORDIUM.

Σκόρδιον, Scordium, C. B. *1. Trag. Matth. Dod. Lon. Lob. Cast. Cuv. Tab. minus, Ger. German. Wasser-Bathenig, Læckenknoblanch.*

Est (Majus,

Minus. quod usitatus.

Crescit in locis humidis. Floret Junio ac Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Calfacit & siccit 2. abstergit, attenuat, incidit, Putredini resistit, Alexipharmacum ac Sudo riferum est. Usus præcipuus in Peste, pestilentialibusque Morbis, Febribus Malignis (tam præservando, quàm curando) in obstructione Epatis, ac Lienis, in Pulmonibus purulentis ac Mucilage referentis. Extrinsicè mundificat Vulnèra ac Ulcèra: lenit Dolores podagricos.

N. Sunt qui in Mensum profluvio cum successu exhiberi velint.

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatitia.*

2. *Suc-*

CCCX. SCOLOPENDRIA VULGARIS. *Scolopendrium Vulgare*, seu *Officinarum* propter figuram aliàs solet vocari *Lingua cervina*, indeque Germanis *Hirsch-ebz-Zange*. *Folia* interdum sunt acuta, interdum habent in superiore parte laciniis. Quando apud Præcticos legitur *Scolopendria*, intelligitur vera; quando verò intellectam volunt *vulgarem*, vocant *Linguam Cervi*.

Hanc quod attinet, *vulgaris* Simplex est *adstringens* atque *spysicum*, viribus convenit cum *Scolopendria verà* in Affectibus Splenis; quapropter *Cerevisias* & *Vina medicata* ingreditur, ut conservetur tonus Viscerum & imprimis convenit iis, qui Affectibus Splenis obnoxii sunt: qualis *Potus medicatus* in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, Quartanâ & similibus, in quibus vel per essentiam, vel per consensum affectus est Lien, aliisque Morbis Chronicis multi est usus, præsertim si alia *Appropriata* addantur, & cum istis liquidis unâ fermententur. Alias autem rari est usus in Medicinâ. Omnes *Plantæ* quæ vocantur *Saturninæ*, subvirides nempe, quæ in locis umbrosis crescunt, quod semel pro semper sit dictum, quales *Cyclamen, Cicuta, Polypodium, Scolopendria, Filitx* &c. etiam conveniunt cum *Saturno Microcosmi Splene*, & Affectibus Spleni tributis. (M)

CCCXI. SCORDIUM. *Scordium* à *σκορδιον*, seu *Allio* dicitur, unde & *Allium aquaticum*, *Ger. V. Wasser-Bathenig, V. Wasser-oder Lachen knoblanck*, in locis enim humidis crescit, & masticatum hoc in concreto suo *Allii* saporem, & odorem, & etiam acrimoniam salinam nonnihil repræsentat; amarities tamen ejus nonnihil acris prævalet, unde in quamplurimis cum *Allio* conspirat.

Plantæ est semper virens, & satis celebris in Officinis, *vi alexipharmacâ*, hinc simul *diaphoretica*, & insigniter *sudorifera*, in arcendâ quavis Putredine & Corruptione Corporis & Veneno pestilentiali, Functioni Animalis hostibus, nulli cedens: vid. *GALENUS de Antidoto l. 1. cap. 24.* & Ideò convenit in *Balsamatione Cadaverum*. Inter *Alexipharmacâ sudorifera* semper à *GALENI* temporibus constanti tenore laudatum fuit, quocunque modo usurperet: In Morbo enim Hungarico, Peste Petechiali, aliisque Morbis Ma-

lignis, & Febribus Malignis atque Pestilentialibus, maximi & nunquam satis decantati est usus. Videatur imprimis de virtutibus *Scordii* egregiis in Morbo Hungarico & Peste *GABELCHOVERUS Cent. 5. Curat. 31. in Scholio* seu *Annotatione*, ubi aliquot refert Historias ex *BUSBEQUIO*, curatorum in Peste & Morbo Hungarico vel *solo Scordio*. Unde prostat in Officinis *Decoctum Bordeni cum Scordio*, quod est *Basis Decoctionum & Juleborum Pestilentialium*. Præterea Vermibus & Lumbricis fugandis mirè confert: vid. *RIVERIUS Cent. 1. Obs. 10.* Sunt, qui *Scordium* pulverisatum cum *Melle* depurato subigunt, faciuntque *Electuarium* spissum, quod in Empyematibus, item in illis, qui Pthiisi, & Ulcere Pulmonum laborant, aut de eo sibi metuunt, item in aliis Affectibus Corporis, v. g. *Raucedine*, *Tussi chronicâ* &c. cum successu propinant. Multum enim facit expectorando, & simul corruptelam Visceris abarcendo, ac ulteriorem progressum impediendo.

Externè Chirurgis in *Gangrænâ* & *Sphacelo*, *Decoctum Scordii*, & ex eo cum *Myrrhâ*, *Alô*, & *Spiritu Vini* paratus *Fotus* & *Cataplasma*, usitata & experta sunt Remedia; vid. *HILDANUS Tract. de Gangrænâ*. In *Cataplasmatibus* contra *Gangrænâ* ut plurimum solet admisceri, quoniam Putredini *gangrænosa* potenter resistit: Vulnèra etiam ac Ulcèra putrida mundificat, & Corruptionem eorum putredinalem corrigit, si eluantur cum *Decocto Scordii cum Vino parato*.

1. 3. Inter *Præparata* sunt *Aqua*, *Acetum*, & *Syrupus Scordii*, quæ in Peste, Febribus, & Morbis similibus Malignis, imprimis cum *Diarrhœâ* conjunctis, tam præservandis, quàm curandis usitata sunt.

6. Tandem mirè decantatum est *Electuarium* inde paratum, *Diascordium Fracastorii*, à *FRACASTORIO*, Medico Veronensi, dictum, *Germ. Electuarium rubrum contra Venenum*. Compositio est horrida, ad *Compositiones Theriacales* pertinens; & quando *Theriaca*, vel *Mitridatum* propter aromaticam acrimoniam, nimiamque caliditatem, non æquè conveniunt, *Electuarium* hoc *Diascordii* propter *Opium* & *Scordium* contra Morbos Malignos & Pestilentiales, illasque etiam Febres, quæ cum variis Corporis

Flore carent, *Semine* tamen donantur: inter eas dignoscitur propriâ *Foliorum formâ*, quæ *marginè* pubèrè *sinuato* à congeneribus differunt. *Asplenium*, sive *Ceterach* Officinarum, *Radice* nititur *unicâ* ex *capillaribus filamentis præsertim*, ex qua usque ad *quadraginta* quandoque exurgunt *Folia*, *falcatis incisuris Polypodii*, *supernè viridantia*, *inferè lanuginosa*: hæc *pronâ parte squamis obducuntur*, è quibus emergunt *Capsulæ sphericæ*, *anulo elasticâ vi donato munitæ*, *cujus contractione rumpuntur* & *Semina fundunt minutissima*. Ex *Dodonæo* *Asplenti Folia* cum *inavescent*, *complicantur*, & *in teretem figuram contracta*, *forisque hirsuta*, *Scolopendræ insecto similia* apparent: hinc nomen. *Asplenium* Officinarum inter quinque *Capillares Plantas vulgè connumeratur*: ejus *Folia* ad modum *Theæ* *adhibita*, *aperiens* & *moderatè diureticum* sunt *Medicamentum*: quare in *Ideritiâ*, & *Viscerum obstructionibus* ex usu est.

(M) *Nomine* *Scolopendræ vulgaris Schræderi*, & *Ettmulleri* venit *Phyllitis*, seu *Lingua cervina*, quæ *Plantæ Genus* est, inter illa item connumerandum, quæ *Flore* carent, sed *Semine* donantur. *Lingua cervina* à congeneribus distinguitur *Foliis*, quæ *Lingua Cervi* figuram emulari vulgè existimantur, nunc *simplicia*, nunc *laciniata*, nunc *ramosa*, seu *costæ affixæ*. *His Foliis Fructus* innascuntur, seu *Capsulæ* in *sinibus bivalvibus reconditæ*, atque *anulo vi elasticâ prædito munitæ*, *cujus contractione rumpuntur*, & *Semina fundunt minutissima*: ut *Microscopii* *adjuvamento* innotuit. *Innumera* sunt (*præsertim Americana* à *P. Plumerio* *descriptæ*) eaque *elegantissimæ* *Lingua Cervina* *species*. *Has* *Tournefortius* ab *Hemionitidis speciebus* distinguendas esse existimat. *Hemionitis* enim *juxtâ eundem*, *Foliis* *gaudet ad basin latè auritis*, sive *simplicia* ea *sint*, sive *composita*.

Phyllitis seu *Lingua cervina* vulgi *J. B.* *Caule* caret sed *Folia* *sema*, *oßona*, vel *dena*, *pedalia* plerumque, sed *duabus unciis lata*, *Spleni* vel *Lingua* *exsertæ* *similia*, ex *Radicibus capillaribus*, *nigricantibus Filicis* *emittit*: nascitur in *umbrosis*, *puteorum aperturis*, *fontiumque scaturiginibus*.

2. *Succus inspissatus.*
3. *Syrupus de Scordio Simplex.* Ex Succo & Saccharo.
4. *Compositus.* Hier. Mercurialis. V. Disp.
5. *Conserva.* Ex Foliis.
6. *Electuarium Diascordium,* Fracastorii. Vide Disp.
- Dosis à ʒj. ad ʒij.
7. *Sal.* Ex Cinere.

CCCXII. SCORZONERA.

S Corzoneræ [1. Hispanica. Hæc usualis.
[2. Germanica, Tab. Bohemica, Matth. Lob.
[3. Foliis nervosis, Germanica angustifolia.
[4. Humilis nervosa, Pannonica, Tab.
[Angustifolia.

Dicitur Scorzonera, Dod. Lon. Lob. Cam. Hispanica, Matth. Casp. Tab. (cui & Germanica 1.) Scorzonera latifolia sinuata, C. B. 1. aliàs Viperaria. Germ. *Scblangen-Mord.* Gall. *De la Scorzonere.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

ris Fluxibus, Hæmorrhagiis aut Diarrhœis conjunctæ sunt, egregium est. Si enim cum *Vehiculo acidiusculo*, v.g. *Succo Citri* vel *Aceto*, *Succo Acetosæ* &c. usurpatur, elegantissimum est Remedium pro Sudore. Præstantiam hujus videbitis in GABELCHOVERO, loco superius allegato. Concinniore præparationem habet SYLVIVS l. 1. Prax. cap. 48. (N)

CCCXII. SCORZONERA. Scorzonera cum variæ sint species, imprimis tamen usurpari solet quæ vocatur *Viperaria*, dicta ob virtutes quas habet in resistendis *Venenis*, per Morsum ab Animalibus venenatis communicatis, in quo nulli cedit Simplici. Reverà est *Planta cicchoracea*, adeoque temperata quoad suam naturam, utut virtutem alcalinam habeat.

Radix ejus usitata sub duplici ferè observatur sapore, quædam enim sunt dulces, quædam amara, ut rectè hoc observavit JUNGIVS p. 208. in *Doxoscopiis*. Ex his ea, quæ acris est & amara, usurpatur. Hæc viribus gaudet resistendi *Venenis alexipharmacis* egregiis, & leviter *Sudorem* movere; sicuti lenior ista ac dulcis pro usu alterandi accommodata magis erit. In usu præprimis est *Radix Scorzonera* in curandis Morbis Malignis & Peste, quocumque modo usurpetur; unde ordinariè *Syrupus*, *Electuaria*, *Spiritus* & *Essentias Antipestilentiales*, item *Aceta Bezoardica*, aliaque solet ingredi. In Officinis prostat *Decoctum Scorzonera cum Cornu Cervi*, quo utimur in Variolis, Morbillis, Febribus Petechialibus, aliisque Malignis, loco Corporis in *Julebis Diaphoreticis* pro Vehiculo; in his enim egregia est *Scorzonera*, & leniter *Sudorem* conciliat. Aliàs internè rarè adhibetur, nisi in Affectibus & Morbis Malignis, utut etiam *Autor* eam commendat in Suffocatione uterinâ.

Dum ex Radice, maceratione præviâ, destillatur *Aqua Scorzonera*, in Liquore residuo post Aquæ destillationem elegans *Extractum* remanet, depurandum & inspissandum: Vid. WEDELIUS *Pharmac.* pag. 78. & 128.

Radix condita solet in *Electuariis*, *Morsulis*, & *Rotulis Alexipharmacis* & *Bezoardicis* præscribi.

De hac Scorzonera Tractatum scripsit D. FEHR, quem

(N) Scordium inter Chamædryos species (nec immeritò, attentâ characteris naturâ) à Tournefortio connumeratur; vocaturque Chamædryos palustris canescens, seu Scordium Officinatum. Id improbat Cl. Raius, atque illud in Genus peculiare erigit, eumque tribuit characterem, ut folia Chamædryos habeat, Allii odorem, in locis palustribus nascatur, insigni reptatu polleat, floresque habeat in verticillis. Dicitur σκόρδιον à Græcis, quasi σκόρδος h. e. Allium; Allium enim olet, quare & δύσσομον appellatur, ab odoris gravitate: sunt qui Mithridatum ab Inventore dictum volunt. Reptans hæc Planta Cauliculis compluribus, angulosis, articulatis ex udo solo exsurgit: Folia bina, serrata, mollia, hirsuta, canescentia: ex borum sinibus Flores Chamædryos, quibus Semina succedunt quaternaria. Scordium amarum est, aromaticum, & parùm rubefacit cœruleam papprum: Sale turget volatili oleoso, portioni Salis ammoniaci juncto. Aperitivum, diureticum, ac sudoriferum proinde est. Infusum ac Decoctum ex Foliis paratum valet ad Febres malignas, Variolas, & Vermes: Conserva ex Foliis & Floribus *Sudorem* movet, confertque cruentas spuentibus. Cum Absinthio, & Centauryo minore si Scordium conjugatur, Focis & Cata plasmata ad Gangranam arcendam parantur.

(O) Scorzonera quasi Viperaria; Viperam enim Escorson Hispani appellare solent. Plantæ Genus est Flore semisflosculofo, calyce oblongo & squamoso comprehenso: embryones autem abeunt in Semina involucre obducta, & papposa: quo præcipuè, & propriâ quâdam facie, differt à Lactucâ, cui congener est. Scorzonera Officinatum est latifolia sinuata C. B. quæ Hispanica & major vulgò appellatur. Hæc Radicem habet pedali longitudine, pollicari crassitudine, lacte dulcissimo, sed subadstringente prægnantem. Caulis sesquicubitalis, alatus, inanis, quem Folia complectuntur longa Tragopogonis, in perquam longum angustissimum mucronem desinentia: Flores extremis ramulis insident lutei, in Semina papposa abeuntes. Quæ à Sicilia ad nos asportantur Scorzonera Radices conditæ saporem, & teneritudine omnibus palmam præripiunt.

Vires. Calfaciè, humectat r. Alexipharmaca est. Usus præcipui in Morbis Serpentinum, Peste, Melancholiâ, Epilepsiâ, Vertigine, &c. Quin etiam commendatur maximopere ad Uteri Suffocationem.

P R A E P A R A T A.

1. *Aqua.* E Radice.
2. *Extractum.*
3. *Condita Radix.*

CCCXIII. SCROPHULARIA.

S Crophularia, Matth. Dod. Cast. major, Brunfels. Lon. Lob. Cam. Tab. Ger. nodosa, foetida, C. B. 1. Ocymastrum, Tring. Galeopsis, Fuchs. Aliis Ficaria, Ferraria, Millemorbia, Castrangula. Germ. *Braun-wurtz-grosz*, *Feigenwurtzen-kraut*, *Knodentraut*, *Sau-wurtz*. Gall. *Scrophulaire*.

Crescit in locis umbrosis, juxta sepes ac in Cæmeteriis. Floret Junio ac Julio.

N. Est & Fœmina dicta, quæ non nisi in locis palustribus nascitur, sed priori bonitate cedit.

OFFI-

dicit *Anchoram sacram*, seu de *Scorzonera*, in quo plurima invenietis de commoditatibus & utilitatibus ejus. (O)

CCCXIII. SCROPHULARIA. Multæ *Scrophularia* sunt species. Nobis triplex est in promptu:

1. *Vulgaris*, Flore rubente.
2. *Major*, Flore luteo.
3. *Minor*, dicta *Ruta canina vulgaris*, quæ paulò rarior. Prior usitata est, in locis cultioribus ubique provenit.

Scrophularia dicitur, partim ob *Radicem nodosam*, quia multis Nodulis, & Eminentis est insignita; partim ob usum, quem habet in curandis *Scrophulis*, & *Strumis*. Dicitur etiam aliàs *Ficaria*, Germanis *Braun-Vurtz*, *Feig-Vurtzen Kraut*, propter usum singularem; quem habet *Radix* hujus, imò *tota Herba*, in specie in Hæmorrhoidum Malis (uti sunt *Mariscæ* seu *Ficus Ani*, *Fistulæ*, *Tumor*, *Ardor* &c.) imprimis verò cæcis, si *Pulvis Radicis* à ʒss. ad ʒj. in taleolos concisa infundatur *Vino*, quod sæpius haustum egregiè juvat in Hæmorrhoidum quocumque statu, sive fluant nimis, sive suppressæ & cæcæ sint; utut effectus hi sibi videantur contrarii. Sunt enim, qui dicunt, referente SCHOLZIO *Constit.* 207. quòd *Scrophularia* Hæmorrhoides tam sistat nimis fluentes, quàm provocet suppressas; si scilicet *Radix* in taleolos dissecta *Vino* injiciatur, de quo *Vino* infusionis Patiens per noctes & dies bibat; postea *Radices* debent sicari, & eo modo, quo sicantur *Radices*, etiam sicantur Hæmorrhoides, & curantur. Si verò proritandæ eadem, infundenda est *Radix in Vino*, de quo bibatur, & eo modo, quo se extendunt rugæ *Radicis in Vino*, eo etiam se extendunt *Mariscæ*, & sequitur Fluxus; videatur SCHMUCKIVS. Ad Hæmorrhoides cæcas & nimium dolentes ac tumentes, propriâ Experimentiâ commendat HEINRICUS ab HEER *Obs.* 20. pag. 244. Si quis, dicit, Hæmorrhoidum cæcarum atrocissimo nimis torqueatur Dolor, is minimum quid *Radicis*, vel *Foliorum Scrophularia*, cum Cibo, vel Potu capere debet; hinc enim fit, ut Dolor egregiè mitigetur, sive in substantiâ assumatur, sicca aut viridis cum Pane, *Butyro* illito, sive *Decoctum* ejus assumatur, sive *Vinum* infusionis biba-

OFFICINALIA NATIVA.

Radix nodosa.

Vires. Calfacit & fccat, digerit, incidit, saporis amari. Usus præcipuus in Strumis seu Scrophulis, Ficis & Mariscis Ani (unde & Nomen accepit), in Cancrosis ac similibus serpentinibus Ulceribus, malignaque Scabie. Extrinsicus in Tumoribus renitentibus, malignisque molliendis. E.g. Scrophulis & similibus.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ cum Radice.

bibatur. Aliquando Fœminæ Hæmorrhoidibus, post Partum annuatim recurrentibus, laboranti, Folia hujus Scrophulariæ comedere, Radicem verò Potui miscere jussi, hacque ratione restitui. Conferatur SOLENANDER in Confl. Post virtutes in Hæmorrhoidibus, in quorum Affectibus juxta Linariam nulli cedit Plantæ, Radix tuberosa Collo appensa, sæpius comesta, in Nodis & Strumis, precedentibus scilicet blandè Evacuantibus, tanquam Specificum certissimum commendatur, sive internè, sive externè, in quocunque loco sint Scrophulæ & Strumæ. Quod quidam ex Signaturâ derivant, unde etiam id Nominis accepit. Nam, quod obiter noto, sunt Scrophulæ & Strumæ Tumores duri Glandularum, sive sint induratæ Glandulæ in Mesenterio, sive sint induratæ in Collo, sive induratæ in Inguinibus &c. In talibus Tumoribus duris Glandularum celeberrimum Remedium est Scrophularia, si ejus Radix accrescente Lunâ fodiatur, postmodum verò decrescente Lunâ usurpetur, & intereâ temporis exsicceetur; si scilicet interiùs ejus Decoctum, vel Pulvis à ʒi. ad ʒj. accipiat, vel etiam, si Decoctum, uti dixi, Radicis Scrophulariæ interiùs bibendo usurpetur, simul etiam in Potum infundatur. Etiam contra die Haupt Drusen, uti vocant Mulierculæ, (quæ sunt Tumores molliusculi Glandularum Infantum) similiter usurpatur Scrophularia.

Externè, uti dictum, maximè convenit in Hæmorrhoidum Doloribus, Tumoribus, Exulcerationibus, & quibuscunque aliis Affectibus; si scilicet Radix sola recens à fordibus purgata Amuleti instar appendatur Collo, ut attingatur nudum Corpus, & sic gestetur; sic enim fieri dicunt, ut miraculi instar omnia Hæmorrhoidum vitia corrigantur & compescantur: id quod propriâ Experimentiâ confirmat SCULTETUS in Armamentario Chirurgico Tab. 42. Id quod est etiam experimentum D. HORSTII, qui adhuc in vivis est. Hic recipit Radicem benè purgatam, & in Hæmorrhoidum Affectibus, item Malo Ischiadico, appendit Femori, ut Radix nudum Femur attingat; sic enim fit, ut Dolor evanescat, sicut Radix exsiccat: id quod habeo ex manuscriptis Epistolis ad D. D. MICHAELIS. Videri quoque potest HORSTIUS in Dispensat. l. 1. pag. 3.

Mulier juvenula ex Partu primo difficili Tumoribus & Exulceratione Hæmorrhoidum graviter laborabat, quo ipso ultra biennium affligebatur, ut non, nisi Doloribus crudelissimis, Fæces sanguineas purulentasque excerneret; huic tentandi gratiâ jussi, ut Radicem Scrophulariæ recentem supra Os Sacrum alligeret, aliasque Radices ejus recentes incisas, Noduloque inclusas, Potui ordinario infunderet, &

CCCXIV. S C Y L L A.

Scilla, Brunsf. Scilla, Trag. Matth. Fuchf. Cord. hist. Lon. Cam. major, Pancratium, Dod. Tab. rubentibus tunicis, Lob. Arab. Haspel. German. Meer-Zwiebel. Gall. Scille.

Crescit copiosè in Apuliâ, Siciliâ, Portugalliâ.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix bulbosa, quæ eligatur recens, succi plena, collecta Julio.

Vires. Calfacit, fccat 2. Saporis acris & amari, attenuat, incidit,

Herbam ipsam minutim incisam quotidie pro lubitu cum Pane butyrato assumeret. Hoc cum non aded diu fecisset, optimè exinde curata est.

In Scrophulis & Strumis Colli accipitur numerus Tuberculorum horum impar, & hæ Radices Filo trajectæ appenduntur Collo; sic enim fiet, dicunt, ut Scrophulæ brevi post evanescant. Vid. SCHMUCK Curat. Magicæ-Magnet. pag. 20. Scrophulis exulceratis, aliisque Ulceribus mali moris, Scrophulariæ Succus Unguentis additus (aut etiam Succo Ulcera abluuntur), aliove modo applicatus, egregiè confert.

Paratur aliis Unguentum de Scrophulariâ, si scilicet Radix hæc succulenta in autumno collecta ad ʒi. contundatur in Mortario lapideo cum Butyro recenti, deinde in Vase clauso sepeliantur in Fimo equino, vel ponantur in Balneo Mariæ, per 14. dies noctesque; postmodum leni igne liquefiant, & colentur, fiatque sic cum Pinguedine humanâ, & Cerâ Unguentum contra Hæmorrhoides optimum, tam in Affectibus hæmorrhoidalibus, quam etiam in Tumoribus Glandularum duris, Scrophulis & Strumis, & hinc in Ulceribus mali moris, & ferè cancrois.

Alterâ & tertiâ Scrophulariæ species in Hortis tantum colitur, inter Acetaria tamen à quibusdam recepta. (P)

CCCXIV. SCILLA. Scilla, Germ. die Meer Zwiebel, est Ceparum species, sed omnium acerrima, aded quidem caustica, mordax, & acris, ut Manibus tractata, illas ferè exulceret, & Pustulas excitet, unde deleterium putatum fuit; de quo videatur ZWELFERUS Pharm. Reg. pag. 146. Propterea à Veteribus in usu fuit in Clibano torrefacta, sed Sal volatile acerrimum, in quo omnis vis consistit, hoc modo avolat. Radix est exotica, crassa, rubicunda, Saporis cum multâ visciditate amari & acris, Odoris ferè nullius, in locis maritimis tantum crescens, quæ ex istis etiam ad nos defertur.

Radix hæc magni æstimata fuit à Veteribus, & apud illos in magno fuit usu; nec immeritò. Nam in multis Morbis convenit egregiè, cum imprægnata sit elegante Sale volatili acri, non minus, quam omnia Ceparum, Porrorum, & Alliorum genera, imprimis quidem Radix, si sit recens & succi plena; Radice enim marcidâ, & flaccidâ Sal volatile evanuit, & est saltè Caput mortuum, exutū omnibus viribus. Ratione hujus Salis volatilis acris habet Saporem amarum, acrem, penetrantem & resolventem, attenuat & incidit Mucilaginem viscidam & crassam, Pituitam dictam; abstergit, & valdoperè purificat Viscera à Sordibus, eorum meatibus adhæren-

(P) Scrophularia Plantæ Genus est Flore monopetalo, utrinque patente, & veluti bilabiato: cujus pistillum abis in testam bifariam debiscentem, septo in duo loculamenta divisam, & Seminibus setam exiguis. Ejus species fœtido odore, ad Sambuci odorem accedente, vulgò dignosci solent. Vulgatiore species est Scrophularia nodosa, fœtida C. B. Hujus Radix obliquè agitur, alba est, crassiuscula, & tuberibus inæqualibus strumosa: Caulis bicubitalis, quadratus, cavus, alatus: Folia Galeopsis majora, acuta, serrata, bina è Caulis geniculis, atrovirentia: Flores bianthis oris instar, supremâ laciniâ intus atropurpureâ, extrâ nonnihil virescente, stilo è rictu prominente. Hujus Plantæ Folia amarissima sunt, & magis quam Sambuci fœtidissima, vixque cœruleam papyrus rubefaciunt; Radix autem magis. Unde conjicere est, Sal ammoniacum, in Sale Terræ naturali contentum, in Scrophulariâ primas habere, atque ibidem cum magnâ Olei fœridi copiâ esse conjunctum. Chymicæ Analyseos ope multum Salis volatilis concreti, multumque Olei elicitor. Nil mirum ergò si Planta hæc sit aded resolutiva, emolliens, & humorum acrimoniam retundens: his enim viribus prædita esse debent remedia, ad rebelles Tumores resolvendos, vel phlogosi copulatos, vel eos quos strumosos, & frigidos appellant, apta: Oleum enim fœtidum fibras nimium tensas emollit, cum Sal ammoniacale incidit, attenuat, atque in vaporem resolvit materiam carniū poros obsidentem. Major Plantarum pars, Sambucum vel Stramonium olentium, iisdem ferè pollent viribus, quoad Inflammationes & Tumores resolvendos, atque ad partium tendinosarum Vulnera consolidanda. Succus Scrophulariæ vulgaris fœridissima Ulcera, etiam cancerosa, ablutione abstergit. Unguentum ex ejusdem Plantæ Radicibus, aut juxta Tragi, aut juxta Dalechampii præscriptionem, paratum, quantum ad Scrophulas, Hæmorrhoides, præsertim cæcas, valeat, omnibus est notissimum.

Scrophularia major, Flore luteo, quam hic innuit Etmullerus, non confundenda est cum Scrophularia aquatica, majori C. B. sed habenda est pro Scrophulariâ flore luteo C. B. seu Scrophulariâ, magnâ, amplis foliis J. B. Scrophularia verò aquatica, major C. B. est, quam Betonicam aquatilem appellat Dodonæus, eamque iisdem pollere viribus, ac Scrophularia vulgaris, credit Tournefortius. Tertia demum Scrophulariæ species ab Etmullero recensita est, quam vulgò Rutam caninam appellant: vix tamen animum inducere possum, ut credam, illam ab Etmullero agnitam fuisse: quomodò enim si agnovisset, ex illâ Acetarium parari posse scripsisset?

cidit, abstergit, discutit, Putredini resistit, Diuretica est. Usus præcipuus in Obstructione Epatis, Lienis, Meatûs biliarii, Mensium, Urinæ, in Mucilagine Pulmonum, Tussi, &c. Extrinsecus in Achoriis Capitis (infusa in Oleo), in Pernione.

N. Veneficia ac Incantationes arcere dicitur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Præparata Radix*. Involvitur Massæ Panis, atque cum eadem in Clibano coquitur: hinc eximitur atque efficitur. Vide Disp.

N. Præparatio hæc instituitur ad obtundendam Acrimoniam.

(Ex hac parantur *Trochisci*.)

2. *Syrupus, Oxytel scylliticum Simplex*. Ex Succo scyllitico & Melle.

3. *Oxytel Compositum*. Vide Disp.

(Paratur etiam *Oxysuccarum scylliticum*.)

4. *Loch de Scylla, Loch ad Asthma*. Ex Succo ac Melle.

5. *Acetum scylliticum*. Ex infusione Radicis in aëre exsiccata (per dies & noctes 40.)

6. *Facula*. Scyllæ cor, incide minutim, vel conqussâ, di-

rentibus, cujus Salis ratione etiam solet cire Urinam. Ex quibus facile patet, in quibus Affectibus conveniat: scilicet commendatissimum est in Asthmate & Tussi; si nimirum oriatur Asthma & Tussis ex Mucilagine crassa, viscidâ, & tenaci, quam Veteres vocarunt *Pituitam vitream*, optime convenit *Scilla*, sive hæreat in cavo Stomachi, sive in ramulis Bronchiorum Pulmonum. Præterea alterando Sanguinem, ejusque Serum, per vias urinarias simul evacuare solet; sicut & in Affectibus Renum & Vesicæ, Urinæ suppressione & similibus, à Mucro crasso & viscido, *Scilla* est egregia.

5. Ex Infusione Radicis cum Aceto oritur *Acetum scylliticum*, & sic fit ex Sale acido *Aceti*, & Sale volatili acris *Scillæ* egregium Salsum volatile, quod in magna famâ & æstimatione apud Veteres fuit. Cum Aceto enim *Scillam* corrigere non nihil, simul tamen etiam vim incisivam & attenuativam conservare voluerunt. De hoc, ejusque viribus integrum *Traçatum* scripsit Italus quidam DURASTAN- TES: sicuti etiam in describendis hujus *Aceti* viribus & laudandâ præstantiâ fufus est MINDERERUS in *Aloëdario* p. 130. item ZAPATA in *Clave Medic. cap. 4.* Nam Veteres hoc ipsum *Acetum scylliticum* habuerunt pro *Panacæâ*, ejusque usu primum Inventorem per omne tempus vitæ benè vixisse dixerunt. Egregii est usûs in Tussi & Asthmate pro incidendâ, attenuandâ, & resolvendâ Mucilagine viscidâ & pituitosâ; similiter & in Affectibus Renum & Vesicæ, Urinæ suppressione, & similibus, à crasso tali Succo oriundis. Ubique igitur opus est incisione Massæ viscidæ & pituitosæ, optimum est. Optimum Faciei Colorem usu interno inducere dicunt, quod credo. In Affectibus Oculorum, imprimis per consensum à Ventriculo, *Acetum* hoc est egregium. Ad Affectus Ventriculi multum prodest; unde ad ejsdem Cruditatem acidam absumendam, ad excitandum Appetitum, & promovendam Digestionem, *Acetum* hoc maximè confert. In Corpulentia nimia similiter in usu est: nam uti *Aceta* omnia imminuunt, ita imprimis *Acetum scylliticum* in hoc passu est commendatum. Præterea in præservandâ Peste, & Morbis Malignis egregium est sicut omnia *Aceta*, & ex Aceto parata Remedia. Porro in Affectibus Soporosis, Lethargo & aliis, *Acetum* hoc tam interne haustum, quàm externe Naribus admotum, convenit; sicut & in Apoplexiâ, imprimis Senum, apud Veteres usitatum fuit. Dosis hujus *Aceti* potest esse ab ℥ss. ad ℥j. imprimis quando gaudet Vehiculis aliorum.

2. 3. Cum Melle mistum dat *Oxytel scylliticum*, tam *Simplex*, quàm *Compositum Mesue*, quæ in Cruditatibus, aliisque Affectibus Stomachi & Pectoris, ubi præsens est Massa crassa & tenax, egregie conveniunt, vel sola, vel permista

Tom. IV.

(Q) *Scillæ duæ vulgares species* (radice scilicet rubrâ & albâ) *baudquaquam* Cepis, ut putat Ettmullerus, sed potius Ornithogalis sunt accensendæ, ex Tournefortio: Flore enim gaudet liliaceo hexapetalo, cujus pistillum abis in Fructum subrotundum, in tria loculamenta divisum, Seminibusque factum subrotundis: præterea Radicem habent bulbosam, quæ notæ sunt Ornithogali. Appellatur proinde à Tournefortio Ornithogalum maritimum, seu *Scilla* radice rubrâ, & Ornithogalum maritimum, seu *Scilla* radice albâ. Est quoque & Ornithogalum maritimum, radice esculentâ T. seu *Scilla* esculenta C. B.

Scilla amplis Liliorum, carnosis, viridibus ac succulentis progerminat Follis: Caulis cubitalis, & altior in summitate albus, hexapetalus sustinet Flores, quos sequitur Fructus tricapsularis, Seminibus factus atris: Radix magnam Cepæ radicem refert, crassis runcis stipatam, ac infernâ parte crassis fibris ornatam, quæ solæ si Terræ adhareant, integro bulbo extante, magnæ ceteroqui Plantæ uberrimum suggerunt nutrimentum. In unâ specie Radix rubrum, in aliâ album præfert colorem. Aceto scyllitico cum Decocto vel Syrupo Nicotianæ cochleatim utimur in Asthmate materiali, ad crassum tartareumque mucum à Pulmonis bronchiis expellendum.

gereque aliquod temporis spatium in MB. Hinc transcola & inspissa. *Quercet. Pharm. Rest. c. 24.*

7. *Extractum*. Vide *Quercet. Pb. Rest. c. 24.* ubi & *Saccharum* seu *Conservam Scyllæ* parare docet.

CCCXV. SEBESTEN.

Sebesten, *Trag.* Prunus Sebesten, *Matthiol.* Sebestena, Myxæ, Myxaria, *Tab. Alpin.*

OFFICIALIA NATIVA.

Μυξάρια, μυξæ, Myxæ, Myxaria, Sebesten. Germ. *Brust-Beerlein*. Gall. *Sebesten*. Sunt Fructus Arboris Pruno similis, assimilati parvis Prunis, referentes Nucleum Cortice triquetrolapideo inclusum.

Asportatur ex Syriâ ac Ægypto.

Vires. Sebesten inter caliditatem ac frigiditatem temperata sunt, humectant, emolliunt, acrimoniam Humoribus obtundunt. Usus præcipuus in Catarrhis acris, Urinâ acris, Febribus biliosis, Alvi obstructione: summatim ut figurâ, ita & viribus Pruna Damascena æmulantur.

PRÆ-

cum *Syrupo Nicotianæ*, aliisque Remediis; & sic in specie in Asthmate suffocativo Infantum egregium erunt Remedium. In Tussi ergo & Asthmate tali ex crassa & viscidâ materiâ, stabulante vel in Pectore vel in Stomacho, possent fieri talis *Præscriptio* pro incisione materiæ viscidæ, atque promovendâ Expectoratione:

℥. *Aquæ Hyssopi*,

Nicot. vitè par. an. ℥ij.

Asthmatic. (quæ est Aqua spirituosâ ex infusione Aromatum quorundam) ℥vj.

Oxym. squillit. (sive *Oxymel*, sive *Acetum*, perinde est; utut *Oxymel* sit melius Aceto propter admistum Mel, quod etiam incidit:) ℥j. vel ℥jss.

Spiritus Nitri dulc. vel *Salis dulc.* gutt. xv. vel xx.

M. f. *Potio* pro aliquot dosibus.

Quæ experta est in tali Mucilagine crassa & viscidâ, & hinc oriundâ Tussi & Asthmate.

Vel

℥. *Aquæ Hyssopi* ℥ij.

Asthmat. Lud. ℥ij.

Oxym. squillit. ℥vj.

Syr. Nicot ℥ss.

Emet. ℥j. ad ℥ij. M.

Capiatur cochleatim.

Veteres valde commendarunt *Oxymel scylliticum* ad Epilepsiam, de quo videatur ZACUTUS LUSITANUS l. i. *Med. Princip. Hist.* 29. Huic *Scillæ* si adjiciatur in Melle, vel *Aceto Stæchas Arabica*, eò præstantius Remedium evadere dicunt ad Epilepsiam & Vertiginem, uti vult FREITAGIUS in *Aurora Medicorum*.

In usu est etiam *Syrupus scylliticus* pro iisdem usibus. (Q)

CCCXV. SEBESTEN Fructus est parvus exotici, referens ferè Prunum: vocantur etiam à quibusdam Myxaria, sed rarè. Hi Sebesten Germanis audiunt Schwarz Brust-Beerlein, propter egregium usum, quem habent in Affectibus Pectoris, & sunt ferè ejusdem naturæ ac usûs cum *Jujubis*, de quibus *Supertius*.

Temperati sunt admodum, & quasi medii inter Pruna & Jujubas, unde temperando & corrigendo Acrimoniam Lymphæ, in Fauces & Aperam Arteriam transfudantis & corrodentis, conducunt: id quod etiam de Affectibus Urinariis, ex nimia Urinæ Acrimonia ortis, verum est, quam ipsam similiter temperat & obtundit, si hoc Decoctum vel solum, vel cum *Jujubis* ad ℥vj. frequenter mane usurpetur, & loco horum sufficiunt solæ *Passulæ*, nisi quod à quibusdam loco

li

loco

P R Æ P A R A T A.

Electuarium de Sebesten. V.D.

Vires. Purgat leniter, obtunditque acrimoniam Humorum.

Dosis ab ℥ss ad ℥iij.

CCCXVI. S E C A L E.

Farrago, Rogga, Siligo, Briza, German. *Roggen, Korn.* (nominibus) Gall. *Seigle.*

Eit [Hybernum vel majus, C.B.1.

Vernum vel minus, C.B.3.

1. Dicitur Rogga sive Secale, *Dod. Siligo, Brunsf. Lon. Veterum & Secale, Trag. Secale, (Secle,) Matth. Fuchf. Lob. Tab. Ger. Secale & Farrago Plinii. Cast. Olyra, Cord. in D. Tiphæ Cerealis Portæ, C.B.*2. Appellatur Rogga seu Secale æstivum, *Dod. Siligo æstiva, T. ag.*N. Veterum Siliginem à Secali nostro esse differentem, videtur apud *Tabernamontanum lib. 1. f. 7. c. 1.*

Floret Junio.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

1. *Farina.* 2. *Furfures.*

Vires. Secale calefacit moderatè, minùs tamen quàm Triticum, magis verò præ Hordeo. Usus ejus potissimus culinaris est, adhibetur tamen non rarò Farina extrinsecus ad Tumores & Dolores discutiendos, adeoque imponitur Erysipelati, Podagricis Doloribus, & sim.

Furfures abstergunt, emolliunt, discutiunt (calidi impositi in Sacculo). Decoctum Furfurum cum Ficibus in Tonstillarum Affectibus utile.

P R Æ P A R A T A.

1. *Panis.* Adhibetur in Doloribus Capitis & aliarum partium (impositus), in Ventriculi imbecillitate, in Cordis palpitatione, in Fœtu roborando (tostus & Vino aliove liquore convenienti imbutus, vel in micis redactus, & cum aliis impositus), in Tumoribus maturandis (masticatus cum Butyro & impositus), in Dentifriciis crusta tosta & trita.2. *Aqua Stillatitia è Pane.* Fit è micis Panis vi MB.

N. Commendatur in Diarrhœâ & Dysenteria.

3. *Aqua Siliginis Officinarum.* Fit è Gramine MB.

(Hæc Aqua ad Epilepsiam Puerulorum valet.)

(N. Succus Germinum Secalis sudoriferus est ad ℥iij. vel iv.)

4. *Emplastrum de crustâ Panis.* V.D.

CCCXVII. SE-

loco *Laxativi* adhibeantur.*Electuarium Diaseseben*, quod leniter purgat, & Acrimoniam Humorum attemperat & infringit, etiam prodest: sed non amplius in usu est. (R)CCCXVI. SECALÉ. *Secale* est *Fruventi* genus, ex quo se offerunt *Farina*, & *Furfures*.*Farina*, & *Furfures* nunquam internè in usum veniunt Medicum, sed saltem externè. Et quidem *Farina* pro discutiendis, resolvendis, & suo hinc modo emolliendis Tumoribus in *Cataplasmatibus*, vel *Adspersione nudâ* in Tumoribus præprimis Erysipelaceis convenit. *Furfures* autem insignem vim obtinent *absterfram*, & interdum incoquantur *Clysmatibus*, ubi opus est absterfione Intestinorum; vel & *Sacculo* inclusi & impositi, imprimis cum *Sale*, egregiè discutiunt, & Flatulentias dissipant: *Sacculis* inclusi, & cum *Aceto* ebulliti, in Tenefmo dysenterico Ano optimè admoventur.Inter *Præparata Secale* exhibet imprimis *Panem*, qui satis quidem est usitatus in esu communi; nihilominùs idem non est rari usûs in Medicinâ.*Panificii* aliàs *artificium* consistit in *Fermentatione Secalis*. Dum enim per *Aquam* affusam excitantur *Salia*, acidum & urinosum, *Fermentis* æquè ac *Farinæ* fit motus fermentativus, mediante quo in omni Semine resolvitur omnis Mucilago; & dein ex *Salibus* resolutis excitatur Spiritus acidus volatilis. *Tostis* deinde in Clibano facit, ut *Salia* illa nondum penitus spiritualisata remaneant in concreto, quæ habent saporem acidulum, volatilem tamen. Duo ergò hinc *Fermentationis* commoda obervantur.1. Ut *Mucilago* omnis resolvatur, &2. Ex *Salibus* resolutis excitetur *Spiritus acidus volatilis*, qui Stomacho nostro est gratiosissimus, quatenus est naturæ congeneris.Unde est, quòd *Panis* nunquam sui nauseam pariat Stomacho, ob Spiritum hunc volatilem, utut quotidie comedatur; cum nimirum symbolizet, & amicitiam mutuam colat cum Fermento Stomachi.Dum coquitur *Panis*, a volat ejus Spiritus reverà analepticus, & quem omnibus perlatis Aquis meritò præfert *BECHERUS* in *Phys. subterr.* Spiritus acidus exhalans ex *Pane* solet compellere & curare Vomitus, item Nauseam, ac Fastidium, si Naribus saltem admoveatur. In Morbis imminentibus *Panis* appetitus amittitur, & in reconvalescentiâ eum Ventriculus primum, tanquam homogeneum, appetit, sicut cû reliquis Cibis *Panis* assumptus est quasi Fermentum Ciborum & Stomachi, cujus intuitu vocatur *Theriacæ Alimentorum*: econtrâ minùs ritè fermentatus possimus est, & Digestiones turbat. Externè usurpatur in confortando Stomacho, si recipiatur *Crusta* vel *Frustulum**Panis* torrefactum vel tostum, adspergitur *Aceto* & *Pulveribus aromaticis*, v. g. *Cinnamomi*, *Nucis moschatae*, *Zedoariae*, & pauxillo *Croci*, sicque applicatur regioni Stomachi, quod ad Choleram sistendam, Vomitus nimios, post Medicamentum Vomitorium nimis fortè ortos, compescendos, & sedandam Nauseam, est egregium Medicamentum: quòd ipsum tamen adhuc feliciùs præstant *Panes melliti*, *Germ. die Peffar-Kuchen*. Unde etiam *Panis recens* solet olfactum inhibere post Medicamentum ingratum, vel Purgans assumptum, quominùs Vomitus & Nausea sequatur, imprimis, si *Panis* aspergatur *Aceto simplici*, vel *rutaceo*; sic enim solet compescere Vomitus.Deinde talis *Crusta Panis*, vel recens vel leviter tosta, & *Spiritu Vini*, *Vino Malvatico*, aut *Balsamo Embrygonum* irrorata, & Umbilico applicata, convenit in roborando Fœtu, & præcavendo Abortu.*Panis* si denuò fermententur, dat Spiritum volatile inflammabilem; per se autem arefactus dat per Retortam Spiritum acidum volatilem, unâ cum Oleo empyreumatico. Cum Spiritu hoc in rectificatione per Phialam altam aliquid etiam Salis volatilis simul latera Cucurbitæ occupasse observavi; quæ egregium obtinent usum in confortando Stomacho, & in succurrendo ejusdem Symptomati. Idem Spiritus acidus videtur mihi proximè accedere ad naturam Spirituum Lignorum, adedque erit compositus ex Acido volatili, & Spiritu oleoso volatili; hinc magnum obtinet usum in Operationibus Chymicis, dum Metalla & Subjecta mineralia, v. g. *Martem*, *Corallia*, *Perlas*, *Antimonium* & *Vitrum Antimonii* &c. ex parte solvit, & ex iis *Tincturam* extrahit; quæ Solutiones in Tincturas redactæ sunt eò magis convenientes & amicæ Corpori, quò magis est acidum volatile Menstruum. Sed, utut Solutio sit manifesta, Tinctura tamen ista magis ab Oleo, nempe Spiritu, quàm Subjecto soluto, dependet, cum idem Spiritus *Corallis albis* infusus æquè tandem rubedinem contrahat, quàm si rubris affundatur.Ultra Spiritum acidum volatilem cum Sale volatili, *Spiritus Panis* per fermentationem habet *GREMS lib. 3. cap. 2. § 41.*Quidam etiam *Oleum* & *Essentiam Panis* habent, quæ fit ex *Crustis* exsiccatis, *Vino* generoso, vel *Malvatico* infusis, quæ digerunt per tres septimanas in Phialâ benè clausâ: hinc destillant per Retortam in cineribus igne forti, ubi primo loco *Spiritus*, post ultimo *Oleum rubrum*, seu *Essentia* instar Rubini ascendit. *Spiritus* est elegantissimi laporis, & pro Dysenteriiis, Appetitu dejecto, aliisque Stomachi Affectibus, egregius, teste *HARTMANNO* in *Praxi Chym. p. 178.* utut Præparationem ibidem reticeat.*Oleum Panis* commendatur ab *HOEFERO* ad Epilepsiam, imprimis Infantum, ut videre possumus in ejusdem *Herc. Medico p. 13. (5)*

CCCXVII. SE-

(R) *Sebesten Fructus* est exoticus, exiguæ Glandis magnitudine, sed Prunum potius referens; carne enim constat vubente, quâ crassum tegitur Officulum pruniforme, durissimum, quòd contractum Nucleum ostendit oblongum, album, gustu gratum. Arbor Fructum hunc ferens Pruno item similis est, sed ejus Folia rotundiora & serrata magis sunt: Flores profert exiguos albos, & Geranii flores representantes. In Syria & Ægypto crescit.(S) *Secale* inter Plantas Cereales, seu Frumentaceas, connumeratur, atque à vulgari Triticum ex eo tantum differt, quòd Secalis Semina oblongiora & tenuiora sint, atque mōnente Spigelio *Florum flamineorum fasciculi*, axi dentata affixi, *Spicam Secalis Tritici Spicâ magis compressam* constituent. *Secale vulgatius*, quòd hybernum vel majus C. B.

CCCXVII. SEDUM:

Sedum [Majus [Arborefcens. *Inufitatum.*
Vulgare. *Hos ufuale.*
Minus hæmatoides, &c. *Officinis incognitum.*
Minimum. *Vide Vermicularis.*

Infigitur Sempervivum majus, *Brunsf. Matthiol. Ger. Lob. Sedum majus. Fuchf. Cord. in D. Tab. Sempervivum, 1. Lon. Sempervivum majus 2. seu Jovis Barba. Dod. Aizon majus, Cam. Sedum majus, vulgare, Cluf. Germ. Hausz-Vourtz, Donner-Bart, Maur-Pfeffer. Gall. Joubarbe.*

CCCXVII. SEDUM. *Sedum*, Græcis *Aizoon*, Latinis *Sempervivum* dicitur, quod *vita* fit admodum quasi *pernitatis*, ac ferè semper crescat. *Sedum* dicitur *sa-*rum quasi, quia Veteribus olim in Tectis satum fuerit, Superstitione hac suffultis, quod Domus hac ratione à Fulmine libera sit futura. Germani vocant *Haus-laub*, quod in muris domuum crescat.

Plures sunt ejus *Differentiæ*.

1. *Sedum Majus.*
2. *Sedum Minimum*, seu *Herba Vermicularis*, de qua *infra suo loco.*
3. *Sedum Telepbium*, de quo *suprà*, ubi de *Fabariâ*.
4. *Sedum* quoque datur *Majus arborefcens.*
5. *Sedum teretifolium*, *Flore luteo*,
6. *Sedum* denique *Foliis circinatis.*

Hæc inter *Sedum Majus* præprimis *in usu* est; ultimum verò *usus incognitus*.

Quod attinet *Sedum Majus* hoc ipsum, imprimis quidem *Folia*, sunt ex *primariis Refrigerantibus*, Alkali volatili occulto copiosâ *Aquâ diluto* constitutis, ut reliqua *Refrigerantia omnia. Internè rariùs* adhibetur.

Extrinfecus magni usûs solet esse ad refræmandum Sanguinis Ardorem, in Morbis Acutis & Febris Ardentibus: nempe si applicetur *Sedum* contusum, & applicatum Capiti instar *Cataplasmatis*, multum solet conferre in Phrenitide: applicatur vel Plantis Pedum, vel regioni Frontis; sic enim sedat Phrenitidem, & Somnum conciliat, imprimis, si misceatur cum *Lacte muliebri*, vel, quod melius est, cum *Succo Cancrorum fluvialium* expresso, & instar *Cataplasmatis* applicetur. In talibus casibus à quibusdam simili modo *Sedum* solet applicari Spinæ Dorfi; sed hoc periculosum, & nolim esse autor talis applicandi modi, & hoc vulgari sum contentus. In Affectibus Faucium inflammatoriis multi est usûs *Sedum*; imprimis in Anginâ, si *Sedum majus* cum *Cancris fluvialibus* contundatur, & *Succo* expresso Fauces colluantur, est expertum Remedium, quod debemus PARACELSO: vide SENNERTUS *Præp. 2. l. 2. cap. 24.*

Folia detractâ interiore cuticulâ apponuntur Clavis & Verrucis Pedum, mane & vesperi, quas emolliunt, ut post Tom. IV.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Refrigerat 3. astringit, increffat. Usus præcipuus Intrinsicus in Febris Biliofis, sedat scilicet Sitim, compedit Ardorem. Extrinfecus in Anginâ, &c.

N. Vulgare est Plebi nostrati expressum Succum cum Saccharo in Febris Morbisque calidis propinare.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua.* Ex Foliis stillat.

2. *Succus.* Ex Foliis.

N. Adhiberi solet recens in Febris Malignis & Biliofis.

3. *Syrupus.*

CCCXVIII. SE-

sint sensim sensimque excindi: quod quoque faciunt eadem *Folia* in Gangliis & Nodis partium tendinosarum & nervosarum imposita, & semper mane & vesperi renovata; emolliunt enim Tumorem, ut sensim sensimque invisibiliter dispereat.

2. *Succus* hic Alkali temperatissimo turgidus refertur inter *Frigefacientia*, & à quibusdam commendatur in nimis Incalcentiis totius Corporis, vel in Morbis Acutis cum Ardoribus, sive internè sive externè usurpetur. Internè sunt, qui *Succum Sedi majoris* Potui miscent in Febris Ardentibus, & ut vocant, Biliofis, ex vitio & nimis oleoso Sale volatili urinoso Massæ Sanguineæ, quod corrigit & alterat, imprimis in Febris cum Inflammationibus conjunctis conveniet. Externè optimè usurpatur tam in Fauibus affectis, quàm Æstu totius Corporis temperando. In Prunellâ nothâ, Inflammatione Gulæ & Laryngis, aliisque Faucium Affectibus inflammatoriis, à Febris oriundis, *Succus* vel solus, vel cum *Sale Ammoniaco*, egregiè juvat; sic Ardorem & Squalorem Faucium & Linguae coërcet, vel illitus, vel cum *Aquâ exinde destillatâ* pro *Gargarismate* adhibitus; quod Remedium commendat PARACELSO: vid. SENNERTUS *loco allegato*. Sepiùs fit, ut in Ardētibus arefcit & arida fiat Lingua, imò Fissuras propter ariditatem & siccitatem accipiat; in tali casu impositus *Succus Sempervivi* Linguae, & detentus sine deglutitione, refrigerat Linguam, corrigit siccitatem, & Fissurarum dolorem lenit, easque consolidat: cum *Aquâ* vel *Succo Prunellæ* potest misceri & sic erit etiam expertissimum Remedium in Morbo Hungarico & Febris Ardentibus. Quin & idem *Succus* cum *Nitro* applicatus vel Plantis Pedum, vel Manuum volis, Æstum febrilem egregiè mitigat. Contra Ebrietatem, & Hæmorrhagiam Narium *Succo* additur *Nitrum* & *Acetum Vini*, Scrotoque circumligatur, sic Ebrietas compescitur, & Ardor corporis depellitur.

1. 3. *Aqua* & *Syrupus* internè profunt in nimio Æstu & Ardore Morborum Acutorum: externè usurpantur pro Faucium collutionibus, cum quibus potest misceri *Succus Cancrorum fluvialium*, vel *Sal Ammoniacum* pro experto *Gargarismate* in incipiente Anginâ. (T)

I i

CCCXVIII. SE-

C. B. *vulgarium Frugam Culmos tollit altissimos, eosque rigidos: Spica ferè quadrata, fusca, aristis concoloribus: Grana Triticeis longiora, strigosa, & intensius flavescencia aut fusca. Ex hoc Panem vulgò conficit, ait Etmullerus Germanus: hinc proinde fortè factum, ut apud nos Secale, Germanum Triticum, appelletur. Fortè quoque Secale in Germaniâ satum innocuum est, atque ad Panem conficiendum aptius, quàm quod apud nos vel datâ operâ seritur, vel non satis emundato Tritico internascitur. Panis enim ex nostro Secale confectus fermentationem baud facile concipit, adeoque lentoris atque obstructis naturæ nonnihil obtinens, difficulter concoquitur, & Ventriculo gravis est, præsertim si Furfurum expertus fuerit. Mea igitur ea est sententia, ut in Medicamentorum compositionibus, in quibus Germani Medici Panem vel Farinam secalinam præscribunt, nostrates Pharmacopæi nostrum potius Panem, & Farinam triticeam adhibeant, utpote opportuniorem, & innocuam.*

(T) *Sedum*, vel à sedendo, vel à sedando; ejus enim species humi sedent, & Inflammationes sedant: Græcis αἰζών, Sempervivum, ab αἰ semper, & ζῶν vivo. Plantæ Genus est *Flore rosaceo*, cujus pistillum abis in Fructum, ex plurimis veluti vaginis in capitulum collectis compositum, Seminibusque sætum exiguis. Sempervivi species *Officinis familiarior* est *Sedum majus*, vulgare C. B. quod ex J. Bauhino in orbem spargit terræ appressa *Folia*, alia aliis incumbentia, crassa, succo lento prægnantia, æterni viroris: hæc è fibrosâ Radice oriuntur, quæ subinde se propagans numerosam similium orbicularum sobolem parit: Caulis pedalis, similibus sed acutioribus Foliis veluti squammis obsidetur: qui in ramos in summitate diductus, Flores gerit serie quâdam sibi succedentes, patulos, purpurascens.

In recensendis Sedi speciebus Etmullerus confusus, ut semper, est. 1. *Sedum majus*, quod vocat, est *Sedum majus*, vulgare C. B. quod modò descripsimus. 2. *Sedum minimum* vocat, quod *Herbam Vermicularem* esse dicit: hæc autem potius est *Sedum minus*, teretifolium, album C. B., de quo *infra*, verbo *Vermicularis*. 3. *Sedum Telepbium*, quod dicit, erit sanè *Anacamperos*, vulgò *Faba crassa* J. B. de quâ suo loco. 4. *Sedum majus*, arborefcens J. B. pulcherrima, præcipuè *Floribus ovulsa*, planta est. 5. *Sedum teretifolium*, flore luteo, erit *Sedum minus*, teretifolium, luteum C. B. 6. Denique *Sedum foliis circinatis* est *Sedum minus*, folio circinato C. B. Innumera præterea sunt Sedi species, quas videre est apud Botánicos: inter has autem recensetur planta illa, quæ vulgò *Cepæa* appellatur, vocaturque *Sedum Cepæa* dictum H. L. B. Notandum autem est ex Tournefortio, Plantas illas, quæ vulgò nomine Sedi foliis laciniatis insiguntur, ad Saxifragas potius reducendas esse.

Sedum majus, vulgare, *Offinarum*, chymico subiectum magistero, multum præbet *Acidi*, multumque *Terræ*, sed parum *Salis volatilis concreti*: videtur ergò in hac Plantâ contineri *Sal*, ad *Aluminis naturam* accedens, paucò addito

CCCXVIII. SENECEO.

Senecium, ἑριγέρων, Erygerum, Herba Pappa, German. *Creutz-Vourtz, Grind-Kraut.* Gall. *Du Senecion.*

C. B. est

{	1. Senecio minor	} <i>indifferenter usuales.</i>
	vulgaris.	
	2. Senecio minor montana.	

1. Appellatur Senecio, *Mittb. Fuchf. Cord. in D. Lon. Lob. minor, Cast. vulgaris, & 1. Trag. Tab. Erigerum minus, Dod. Verbena foemina, Brunfels.*

2. Senecio 2. *Tab. Erigerum, Ger. majus, Dod.* Nascitur passim in hortis, in agris, secus vias, &c. Majus sylvestris gaudet & arenosis. Vere florere incipit, Floresque per totam aetatem producit, aliàs hyberno quoque tempore viret.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus & Caule.

Vires. Mixtas vires habet, refrigerat, ac simul modicè discutit, consolidat. Usus præcipuus in (Epilepsia Infantum pulticulis incocta, *Sebiz.*) Cholera, Ictero, Intemperie calidâ Epatis, Lumbricis, Vomitu, & Exspuitione Sanguinis, Ischiatico Dolore, Fluore muliebri. Extrinsecus in Mammis inflammatis, Scabie (Capitis), Strumâ, Dolore Ventriculi, Urinâ remorata, Arthritide, Vulneribus (Fistulis).

CCCXVIII. SENECEO. *Senecio vulgaris*, seu ἑριγέρων *Græcorum*, Germ. *Kreutz-Kreutz*, item *Kreutz-Kraut*, nomen accepit à *Senio*, quod promptè senescat, ac per totum vernum æstivumque tempus florere, ac in *Pappos Flores* suos explicare soleat. Datur & *Senecio pinguis*, major, ob *Folia* sua *pinguiuscula* ita dictus. Hi, utut crescant ubique, pro loci tamen culturâ nunc *Major*, nunc *Minor*: parvi autem, aut nullius ferè, sunt usûs, nec memini me legisse præscriptos.

AUTOR multa *Senecioni* tribuit, quæ tamen non scio, an sint experta. *Angli Succum* hujus *Plantæ Vomitionibus* suis immiscere solent. (V)

CCCXIX. SERPILLUM. *Serpillum* Latinis, ac ἑριλλος *Græcis*, dicitur à *serpendo*, quòd hinc inde humi quasi *serpat*, Germanis *Quendel*.

Planta est *flore rubro*, & ex *nostratibus Aromaticis* notissima, volatilis & spirituosâ; similiter ferè atque *Liliorum convallium Flores*, multi usûs in *Affectibus Capitis & Uteri*, speciatim in *Affectibus Capitis & Nervinis à Catarrhis affectis*, & *Lymphâ catarrhali acidâ obsessis*, unde pro *Specifico Catarrhali* ab **HARTMAN** habetur. Ciet *Urinam*, & pro *Affectibus Menstruosis Mulierum* usurpatur.

Externè ordinariò ingreditur *Balnea, Pediluvia* ac *Fotus* discutientes, *Nervos confortantes*, quæ in *Affectibus Menstrualibus Mulierum* conducunt.

addito *Sale ammoniaco*; illius enim *succus in vapores ad dimidium resolutus, urinosum spirat odorem. Sedum hoc detergit, atque adstringit*: & *quomvis quandoque ad Tumorum resolutionem adhibeatur, potius tamen pro repellente habendum est. Gargarisma ex ejus Aquâ destillatâ Anginosos solatur: quemadmodum & Folia cum Cancris fluviatilibus contusa, & applicata. Ex Succo parantur Injections ad Vulvæ proidentiam, atque ad Ulcera cavernosa. Folia item & Clavis pedum, & Nodis podagricis cum fructu applicantur.*

(V) *Senecio Plantæ Genus est Flore flosculofo, Calyce monophyllo, cylindræo, multiscisso, postea conformi (quo à Conyzâ & Eupatorio differt) comprehenso: cujus Embryones abeunt in Semina pappi instructa, quo tempore Calyx deorsum inverit solet. Senecio minor, vulgaris C. B. est fibrosâ Radice ternos, quinos, & plures emittit Caules teretes, hirsutos, concavos, Foliis donatos uncialibus, pediculo carentibus, alternis, & veluti circumrosis: Flores in fastigiis plures, pediculis lanuginosis appensi, luteoli, in pappos fatiscetes, ac calyculis striatis comprehensi. Qui Senecio pinguis major dicitur hic ab Etmullero, est potius Jacobæa Pannonica prima Clusii. Senecio vulgaris gustu pollet herbaceo, aliquantisper ad acidum vergente, atque cœruleam papyrum satis rubro inficit colore. Ope chymicæ Analyseos, præter multos acidos Liquores, multum præbet Olei, & Terræ, nil Salis volatilis concreti: sed parum Spiritus urinosi. Hinc conijcere est, Sal hujus Plantæ accedere ad Sal Coraliorum, sed multo Sulfure involutum esse, ac pauco Sale ammoniaco mistum. Senecio emolliens est, pæregoricum, & resolvens: ejus Succus uncia dua epotæ Vermes necant, & Colicam sedant. Plantæ Decoctum adhibetur in Clysteribus, atque in Cataplasmatibus, ad Suppurationem promovendam. Cataplasmata item ex Plantâ totâ cum Lactæ decoctâ, vel Butyro frictâ, valent ad Podagram, Hæmorrhoides, Lac in mammis coagulatam.*

(X) *Inter congeneres Plantas, Thymum, Satureiam & Thymbam (Flore labiato, cujus labium superius surrectum est) Serpillum præcipuè à Thymo differt Caulibus humilioribus, & minùs duris ac lignosis. Serpillum vulgare, minus C. B. magis Culinis, quam Officinis familiare est. Notat accuratè Tournefortius, Serpillum vulgare minus, capitulis lanuginosis C. B. non esse nisi varietatem præcedentis: Capitula enim vulgaris Serpilli moribus ab insecto aliquo tentata, Succum fundunt nutritivum, quod in pingue illud tomentum abit, Serpilli capitula quandoque contegens; quod & nonnullis aliis Plantis accidere advertit. Serpillum amariusculum est, acre, stypticum, odorum, & cœruleam papyrum satis rubefacit. Abundat ergò Sale volatili, & oleoso, sed continetur adhuc in hoc Sale volatili portio acida Salis ammoniacalis Terræ: contra verò in Sale volatili oleoso artificiali portio acida Salis ammoniaci cobibita est à Sale Tartari, vel à Cineribus clavellatis. Quare Serpillum cephalicum est, stomachicum, & uterinum: materiam explosivam motus convulsivos excitantem destruit, Sanguinem spirituosum particulis locupletat, primarum viarum functiones corroborat, atque viscerum obstructions reserat. Si per noctem Serpilli pugillus in Vino infundatur, Vinumque*

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia. Fit è *Foliis, Floribus, ac Caule*, totâ aetate, N. In *Febribus* utilis.

CCCXIX. SERPILLUM.

Eριλλος, *Diosc.* *Serpillum*, *Brunsf. Trag. Fuchf. Lon. Lob.* vulgare, *Dod. Germ.* *Serpillum sylvestre, Mittb. Cord. in D. sylvestre alterum, Cast. Serpillum minus flore albo, & flore purpureo, Tab. Serpillum vulgare repens, Clus. hist. Serpillum vulgare minus, C. B. 6. German. Quendel-Kanlsin, Hunerkoi, wild Poloy, Gall. Du Serpolet.*

N. Sunt species plures, sed hæc *Officinis* usitator.

Crescit locis sabulosis, apricis. Flores Majo mense protrudit, integræque aetate fovet.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Calfacit & siccatur in principio 3. saporis acris, attenuat, aperit. Cephalica, Uterina, ac Stomachica. Usus præcipuus in *Menibus ac Urinâ ciendâ (Balneo) in Exspuitione Sanguinis, Spasmo: extrinsecus arcet Vigiliis, Cephalalgias, Vertiginem. Ciet Menses (Balneo.)*

PRÆPARATA.

1. *Aqua stillatitia.* Ex *Plantâ cum Floribus Junio* collectâ.
2. *Oleum stillatitium.*

CCCXX. SE-

Aqua spirituosâ Serpilli, & ipse Spiritus pro Catarrhis in frequenti sunt usu. Modum docet HARTMANNUS in Praxi cap. 41.

U. Serpillum matutino tempore rore adhuc madens.

Huic conciso affundatur *Vinum generosum*, vel *Malvaticum*, stent in digestionem per 14. vel 20. dies; destillato *Liquori per Balneum Mariæ* addatur

Serpillum recens roridum.

Digeratur, quoties lubet (quo sæpius enim destillatur, eò melior erit *Aqua*): sic fit *Aqua spirituosâ Serpilli* in usu catarrhali & diuretico elegans.

Item *Aquam Catarrhalem ex Serpillo cum Ligno Sassafras* **HOFFMANNUS** *Clav. pag. 47. & in Thesaur. Pharmaceutico pag. 6.* parare docet.

In **MYSICHTII** *Armamentario Chym. pag. 316.* prostat *Aqua Benedictâ Serpilli*, quæ dicitur ab eo *Benedictâ* in *Catarrhis & Affectibus Catarrhalibus* curandis. Et sanè spirituosâ *Aquæ Cerebro & Capiti* roborando, *Lymphæ catarrhali* corrigendæ, & *Nervorû tono restituendò* egregiæ sunt.

Aqua & Spiritus conveniunt valdè in *Uterinis Affectibus*; quando *Menses* sunt suppressi, vel nimis dolorosè & inordinatè fluunt.

B. D. MICHAELIS *Essentiam Catarrhalem* cum *Spiritu Serpilli ex Ligno Sassafras* paravit, multæ laudis in *Catarrhis: melius tamen est, si ex Succino* paretur. (X)

SER-

CCCXX. SESAMUM.

Σήσαμον Veterum, C. B. Sesamum, *Alpin. Matth. Lob. Dod. Cast. Tab. Verum, Cord. in D. Cam. German. Lein-Doster, Flacô-Doster. Gall. Du Sésame.*

N. Est & Sesamum, *Myagrum* dictum, ac Officinis inusitatum.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen quod affertur ex Alexandria, Cretâ & Sicilia.

Vires. Calfacit modicè, humefcat, emollit, paregoricum, viscosum, pingue, adeoque & Emplasticum est; Nervorum duritiem illitu discutit, Colicis Doloribus medetur.

PRÆPARATA.

Oleum expressum. Hoc eligatur candidum, syncerum; adulteratur enim Oleo Nucum & Papaveris, qui dolus tamen odore & sapore facillè dignoscitur.

N. Olim solum ex Alexandria Ægypti Venetias atq; inde ad nos comportabatur. Hodie & apud nos ex *Sesamo* paratur.

Vires. Moderatè calfacit, itidem emollit, maturat, Pulmonicum est. Usus præcipuus in Tussi ac asperitate Pulmonum (linctum), in Pleuritide: impinguat, Semen genitale auget. Extrinsecus in duritie Nervorum, Aurium doloribus, in Ulceribus serpentibus, ac malignis.

N. Quia Nauseam excitare solet, rarè internum usum subit.

CCCXXI. SESELI OFFICINARUM.

Λιγυστικόν, *Diosc. Λιβυστικόν. Gal. Ligusticum*, quod Seseli officinarum. C. B. 1. Siler montanum, *Trug. Dod. Lob. Clus. hist. Ligusticum, Matth. Cast. verum, Tab. Seseli Massilioticum, Cord. in D. Seseli Italicum, Cast.*

Crescit copiosè in Ligur. à Italiæ.

SERRATULA.

SEquitur ratione Ordinis alphabetici *Serratula foliis integris*, in specie *Serratula Tinctoria*. Dicitur *Serratula*, quod *Folia* ejus *Serræ* instar sint crenata & incisa; *Tinctoria* verò vocatur, quia *Tinctores* hac ipsâ utuntur, pro Pannificiis nigro colore tingendis, German. *Schari*, fortè à variis *crenis* & incisuris.

Olim in quibusdam Officinis receptum erat *Decoctum* hujus *Herbæ* in *Vino*, & ad tertias partes consumptum, pro Sanguine grumoso dissolvendo, in specie in Casu ab alto, & Subluxationibus Vertebrarum. Hodie verò hujus loco *Rubia*, & inde paratum Medicamentum *Crapp* dictum, solet recipi. (T)

CCCXX. SESAMUM. *Sesamum* Planta est sylvestris, habet *Folliculos* quadrangulares, ex quibus colligitur *Semen*, cui præfertur exoticum ex Asia, quod etiam sæpius, quàm nostras, solet præscribi in *Cataplasmatis* cum *Semine Fœnugreci*, ubi opus est emolitione.

Internè commendatur ad augmentandam Materiam feminalem. Præ *Semine* tamen præstat *Oleum expressum*, cujus adulterationem videbitis apud AUTOREM: utut internè

OFFICINALIA NATIVA.

Semen.

Vires. Calfacit, siccatur, Menfes & Urinas ciet, Flatus discutit.

CCCXXII. SESELI MASSILIOTICUM.

Σήσελι, *σεσελις, Hippocr. σήλι, σίλι, Sifelios* indeclinabiliter, German. *Sesel-Kraut, Marfiusener-Sesel, Rosz-Kummel, Z. rmet, Sifermontan. Gall. Du Seseli de Marseille.*

Est Ferulæ folio. [promiscuè
Fœniculi folio. [usualia

1. Dicitur Seseli Massiliense, *Matth. Lon. Cast. Tab. nuperorum, Lob. Seseli Massiliense, Ferulæ auDauci Cretici facie, Lob. Siler montanum. Ger. C. B. 8.*

2. Seseli Massiliense, Fœniculi folio, quod *Dioscoridis* censetur, C. B. 9. Lob. Seseli Massiliense *Dod. Diosc. Clus. hist.* nonnullorum, *Cam. Fœniculum petræum, Tab.*

Crescit sponie in Gallia ac Italia; apud nos non nisi in hortis colitur, solo gaudet sabuloso.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix atque *Semen*, quod verum in modernis Officinis prostat, secus ac antea, ubi *Semen Brancæ urfinæ*, monente *Tabernamontano*, ejus loco venum ivit.

Vires. Calfacit, & liccat ad gr. usque 3, incidit, aperit, discutit. Usus præcipuus in Morbis Capitis, Epilepsiâ (cui totâ suâ substantiâ resistit), in imbecillitate Visus, Spasmo, &c. in Pulmonum ac Pectoris affectibus, Tussi, Catarrhis, in Epatis Obstructione, Hydropo, Ventriculi Cruditate ac Inflatione, in Calculo Renum ac Velicæ, in Mensibus obstructis. Specificè Antidotus est Cicutæ. Extrinsecus in Spasmo, Contractis, in Lacte Mammarum coagulato, in Uteri impuritate ac obstructione.

CCCXXII. SE-

rarior usurpetur, quoniam solet excitare Nauseam; nihilominus tamen solet commendari internè in Pleuritide, non minùs quàm *Oleum Amygdalarum dulcium* & *Oleum Lini*. Externo usu itidem est *emplasticum*, conveniens in emolliendis & suppurandis Tumoribus. Idem *Oleum* illitum cum *Oleo Lumbricorum* emollit Nervos ac Tendines, eoque flexiles ac molles facit. (Z)

CCCXXI. SESELI OFFICINARUM. *Seseli* triplex in Officinis prostat: *Officinarum, Massilioticum, & Creticum.*

Seseli Officinale Theriacum ingreditur: cujus ratione asservatur, aliàs nullius usûs est. Commendatur etiam in Mensibus ciendis. Sed quoniam est rarum & carum, non præscribitur. (A)

CCCXXII. SESELI MASSILIOTICUM. *Seseli Massilioticum* celebris est usûs in Officinis, in Affectibus Uteri in quibus solet præscribi internè, purificat egregiè Uterum, & Menfes provocat, item in Epilepsiâ, per consensum Uteri abortâ, in specie valdè commendari solet: in *Rotulis* etiam & *Pulveribus Pectoralibus* pro facilitandâ Expectoratione solet præscribi. (B)

CCCXXIII. SE-

numque linteo percolatum, additis quatuor, vel quinque Olei essentialis *Sassafras* guttis, jejuno stomacho per osiduum ebibatur, mirè Chlorosum, & Cachexiam sanat. Spiritus Serpilli, ejusque Aqua destillata aptissima sunt ad soporosos, & nervosos affectus. Ad Epilepsiam commendant *Oleum Serpilli* essentielle, ut & *Aquam destillatam*, è *Floribus prius in Spiritu Vini maceratis: quemadmodum & Conservam è Foliis, & Floribus paratam. Ad Rheuma, & antiquam Tussim valet Decoctum, ad modum Tbe, ex Serpillo paratum, cui addatur albi Mellis portia.*

(Y) *Serratula J. Bauhini, & Dodonæi, est Tournefortio Jaceæ species, vocaturque Jacea nemorensis, quæ Serratula vulgò. Hac Caule recto, striato, rubente, glabro, ac in ramos cis summitatem diviso, ad cubitos duos attollitur: Folia aliàs integra Bettonicæ, aliàs Scabiosæ instar laciniata, hirsuta, atque arguto spinularum mitium agmine serrata: è capitulis oblongis, squarrosis, atrorubentibus Flores Jaceæ purpurei emicant: Radix demum fibrosa. Quidam hanc Plantam pro vulnerariâ habent.*

(Z) *Sesamum Antiquorum est Tournefortio Digitalis species, vocaturque ab eodem Digitalis Orientalis, Sesamum dicta. Planta hæc cubitalis, Folia habet pediculis bærentia, crassiuscula, ex atro virore nonnihil rubentia, oblonga, acuminata, subinde quoque sinuata: ex horum alis Flores emicant calathiformes (Digitalis, b. e. tubulati utrinque patentes), qui abeunt in Fructus Siliquisformes, flavescentes, rectâ secundum Caulem ascendentes, angulosos, in quorum binis loculentis, Semina plurima medullosa, dulcia continentur. Sesamum in Italiâ satum vulgò Gjorgjoleo dictum (Galli Plantam Jugeoline vocant), progerminat, ejusque Semina in usum veniunt culinarium: imò Siculi & Calabri ex isdem cum Melle confectis Bellariorum quoddam genus parant, ac secundis mensis apponunt.*

(A) *Seseli Officinarum dictum, est Tournefortio, ut & C. Bauhino, Ligustici species. Ligusticum ab aliis Umbelliferis Plantis eo præcipuè differt, quod Seminibus gaudeat binis, oblongis, hinc gibbis & sulcatis, cum liris veluti foliaceis, inde verò planis. Ligusticum, quod Seseli Officinarum C. B. synonymon est cum Seseli, sive Silere montano, vulgari J. B. & Dodonæi. Planta hæc humanam superat altitudinem, ejusque Caule ceu vaginâ complectuntur pediculi Foliorum in alas oppositas divisorum, atque in terna plerumque segmenta abeuntium: Umbellæ albæ: Semen cum fimbriâ foliaceâ striatum, odore ad Cuminum accedente.*

(B) *Seseli Massilioticum, sive Massiliense, Fœniculi folio, est Tournefortio Fœniculum tortuosum J. B. Cubitalis Planta, Caule striato, mox à Radice in varios contortos ramos diviso, brevibus internodiis intercepto: Folia fœniculacea, Rutæ colore: Umbellæ exiguarum alborum Florum parvæ: Semina alba striata.*

CCCXXIII. SESELI CRETICUM.

Tορδύλιον, Diosc. Sefeli Creticum minus, C. B. 4. Cam. Sefeli Creticum. Lob. Dod. Cast. Tab. Ger. Pimpinella Romana vulgò, Arab. Arturtilon. Germ. Cretischer Sefeli, Candischer Sefeli. Gall. Sefeli de Crete, Semence du Sifer de Crete.

OFFICINALIA NATIVA.

Vires. Galfacit & ficut 2. Nephriticum, Uterinum, Pulmonicum. Usus præcipuus in Stranguriâ, & Urinâ retentâ: Dolores discutit, Menses ciet. Catarrhorum expectorationem promovet.

CCCXXIV. SIDERITIS.

Σιδιρίτις, Sideritis 1. Fusch. Cord. in D. vulgaris Cam. in Asia. 2. Clus. hist. 4. Lon. Sideritis Heraclea, Cord. bist. Tab. Sideritis seu Ferruminatrix, Lob. Sideritis vulgaris, hirsuta, erecta, C. B. 4. Arab. Tetrabit, Sidricbis. German. Gliedkraut. Gall. De la Siderite.

N. Matthiolus Marrubiastrum pro Sideritide Dioscoridis habet, cui contrariatur Tabernamontanus.

Crescit locis apricis, montanis, sabulosis: floret, Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba, sed raro.

Vires. Abfergit, astringit, Vulneraria est intus, & extrâ adhiberi apta. Usus præcipuus in Herniis.

N. Adhibetur itidem in Morbis Incantatione introductis,

SIGILLUM SALOMONIS. Vide POLYGONATUM.

CCCXXV. SILIQUA.

Kεραία. Siliqua edulis, C. B. 1. Siliqua, Matth. Cord. in D. Lon. Cast. Cam. Geratonia, Dod. Cerata, vel Siliqua, Matth. Cord. in D. Lon. Cast. Sam. Geratonia, Dod. Cerata, vel Siliqua, Lob. Tab. Ger. Clus. hist. Siliqua dulcis, Carub & Garnub vocata, Alpin. Xylocerata, quasi Cornua lignea. German. Johannes-Brod. Gall. Carouger, de Carouges.

Crescunt in Regno Neapolitano, tum in Insulâ Gretâ & Syriâ.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus (scil. Siliquæ), cujus Succus melligineus in usum solum venit.

Vires. Siccat & astringit. Usus præcipuus in Ardore Stomachi, Tussi, &c. aliâs concoctu est difficilis.

PRÆPARATA:

(Syrupus de Siliquis, Diacodion aliâs.)

CCCXXVI. SI-

CCCXXIII. SESELI CRETICUM. Sefeli Creticum, quod ex Insulâ Candiâ affertur, eandem affert vires cum Massiliotico. Cæterùm noto, quod omnia ex Candiâ advecta Remedia, ob Climatis constitutionem, sint potentiora reliquis & operosiora; unde etiam Sefeli Officiali & Massiliotico merito præfertur Creticum, utut cæteroquin in usu conspirent. Et, quod dixi, Climatis constitutionem ad Plantarum præstantiam quid conferre, probat etiam Di&amnus Creticus, quorum nullus tantas exerit virtutes, quantas ille, qui ex Italiâ adfertur. (C)

CCCXXIV. SIDERITIS. Inter varias Sideritidis species præstò est Montana perennis, seu Hyssopifolia flore albo. Dicitur Sideritis à σιδίρρο Ferro, quod Ferro inflicta Vulnera sanet; Germanis Glied-Kraut, quod circa Articulationes solet Folia ac Flores protrudere.

Solet referri inter Vulneraria, sed rarissimi usûs est.

Externè tantùm in abstergendis Sordibus cutaneis & aperiendis ejusdem poris Corporis, quandoque præscribitur: vid. HOEFERi Herc. Med. pag 267. Ubi habet Historiam Morbi Infantis, curati per hanc Herbam. Decoquitur Herba & Decocto lavantur Membra ab impuritatibus subcutaneis depurganda, & poris aperiendis. Mulieres hanc & Vulgarem sylvestrem commendare solent in Balneis Infantum, ob Fascinationes & Incantationes malè se habentium, cum tamen potiùs Sordes in poris stabulantes removendo operari videantur. (D)

CCCXXV. SILIQUA. Siliqua, Græcis κεραία, Germ. vulgò das Johannes Brod, Arbor est exotica, quæ in Italiâ crescit, in tractu Neapolitano. Adfertur ergò hic Fructus ex Italiâ, cum apud nos non

proveniat, satis satisque se commendans dulcedine gustûs. Apud nos duæ ejus in usu sunt Substantiæ:

1. Dulcis, seu ipse Succus in Capsulis contentus.

2. Ipsa lignea Capsula.

Prima laudatur in Stomachi & Pectoris Affectibus, imprimis contra Tussim contumacem, pro Expectoratione & Resolutione Materiæ Tussim causantis: in specie convenit in acrimoniâ Lymphæ, asperitate Faucium &c. demulcet enim acrimoniam Humororum, simulque Lympham tenuem inspissando, Expectorationi eandem reddit aptam. Hic Succus etiam interdum prostat in Officinis, dum sponte transudat per Saccos, in quibus asservantur Siliquæ: si non prostat talis, Siliqua contusa ebulliat in Aquâ simplici vel Nymphææ leniter; sic enim Aqua elicit omnem dulcedinem succosam, qui Succus mucilaginosus tanquam Eclegma sensim sensimque deglutiatur ad Fauces asperas sopiendas. Viribus enim convenit cum Passulis minoribus & Jujubis. Secretum fuit D. SANCTORII in Tussi contumaci & inveteratâ.

Posterior in substantiâ comesta Sodam imprimis seu Ardorem Stomachi, ejusque Acidum destruit, ut etiam Cortex ejus lignosus contra Stranguriam usurpatur: Acidum enim, quod in Stomacho effervescente, in Vesicâ verò corrodendo, hos Affectus producit, absumit, & dum hoc Siliquam corrodit, amittit acrimoniam & acridinem, sicque Affectus dicti curantur.

Quoad Præparata, ex Siliquis & Papavere paratur Syrupus διακοδίων Montani: quod decantatum & polychrestum Remedium est.

Ex Succo recenti fit elegans Vinum factitium, de quo videatur BORRICHIIUS in Herm. Sap. p. 122. (E)

CCCXXVI. SI-

(C) Sefeli Creticum dictum, est juxta Tournefortium species Tordylîi, quod inter Plantas Umbelliferas fructu gaudet ferè orbiculato, ex duobus Seminibus composito, planis, margine elato, ut plurimum denticulato, involucrium facile deponentibus. Sefeli igitur Creticum, minus C. B. est Tordylîum Narbonense, minus T. atque Sefeli Creticum, minimum C. B. est Tournefortio Tordylîum Apulum, minimum Col. Tordylîum Narbonense, minus T. vocatur à J. Bauhino Caucalis minor, pulchro Semine, sive Bellonii. Planta hæc Caulem habet pedalem, & majorem, striatum, hirsutum: Folia per conjugationes longo pediculo adnexa, serrata, pilosa: Flores in umbellâ candidi: Semina sibirâ candidâ, crispâ vel granulata ambiuntur.

Præter tres Sefelios recensitas species, extat apud Autores Sefeli Æthiopicum, Peloponnesiacum, Pyrenaicum &c. Sefeli Æthiopicum herba Dod. est Laserpitium foliis latioribus, lobatis Mor. Sefeli Peloponnesiacum Matth. est Cicutaria latifolia, foetida C. B. Sefeli Pyrenaicum, Thapsiæ facie D. Fag. est Tournefortio Apium Pyrenaicum, Thapsiæ facie.

(D) Sideritis Plantæ Genus est Flore labiato, cujus labium superius surrectum est, inferius tripartitum, cujus pistillo quatuor adhaerent Embryones in quatuor Semina oblonga abeuntes. Præcipuè autem Sideritis à congeneribus Plantis distinguitur, quod ejus Flores verticillatim disponuntur in alis Foliorum, quæ plerumque crispæ modo incurvantur. Sideritis Officialis, de qua hic agit Ettmullerus, est Sideritis Alpina, Hyssopifolia C. B. cujus Radix lignosa, & fibris prædita, innumeras promit virgas lignoscentes, hirsutas, Foliis ad juncturas binis, angustis, nonnihil serratis ornatas: Ramuli in spicas Bettonicæ amulas desinunt, ex Calycibus in quinque aculeos desinentibus, dense stipatis, ac adjacentibus foliis ferè spinosis, compositas: Flores & Semina, ut in caractere.

(E) Siliqua Arboris Genus est Flore stamineo, cujus pistillum abit in Siliquam planam, veluti carnosam, Seminibus factam planis pariter & subrotundis. Siliqua edulis C. B. Italis, & præcipuè nobis Neapolitanis familiarissima, Arbor est mediocris magnitudinis, sed ramosa, perpetuisque, conjugatis, atque atro-viridescentibus Foliis, pulchrè virens: post Flores, quinque staminibus, ex divisuris Calicis prodeuntibus, constantes, Siliquas profert carnosas,

CCCXXVI. SINAPI.

OFFICINALIA NATIVA.

SINAPI, *vīti*, Arab. *Cardel.* Germ. *Seuff.* Gall. *De la Moutarde*.
 ac. Hortense [Rapi folio: *Hujus Semen purpureum*
 & usuale potissimum.
 Sinap: [Apii folio: *Hujus Semen rubescens*
 & minus usuale.
 Sylvestre, &c.

Dicitur Sinapi *Cast. Matth.* Sinapi hortense, *Cord. in D. Lon.* fativum prius, *Dod.* Sinapi fativum, Erucae aut Rapi folio, *Lob. Tab.* eu album, *Cam. C. B. 1.*

Semen.

Vires. Calfacit & siccit 4. incidit, attenuat, attrahit, rubificat. Usus præcipuus in Appetitu excitando, Chylificatione promovendâ: in Affectibus Hypochondriacis, ac Quartanâ ex Mucilage tartarâ, item in Quotidianâ (ante Paroxysmum, *Dof. ʒj.* exhibitum), in Calculo: Caput purgat. Extrinsicus in Sinapimis, in arcendo Caro (Naribus inditum vel in Sinapismo adhibitum), Tumores maturos aperit, Sternutationem movet.

PRÆ-

CCCXXVI. SINAPI. Sinapi, Germ. *de Rothe Semff.* ad

differentiam *Eruca*, Germ. *Vveffen-Semff.* Planta est satis cognita imprimis ratione *Seminis*, tam Officinis, quàm Culinis maximè nota & usitata ob *Mustardam*, & magnam alit confinitatem cum *Eruca*, de qua *superius*, ubi etiam quædam de *Sinapi*, datâ occasione, dicta fuerunt. Quoad *Electionem* est notandum, quòd sit eligendum pro usu *Hortense*; idque imprimis, quòd est *Seminis* aliquo modo lutei, seu flavi. Habemus enim *Sinapi Semine flavo, luteo, & albo.* *Semen luteum*, *Folio Rapi* seu *vulgare* tantùm est in usu, quòd sapore acri, volatili, penetrante, & tantum non caustico turget, ob particulas suas rigidas, acutas & penetrantes, incidentes & partes sensibiles stimulant, quas per analogiam ad naturam *Acidorum volatilium* referre possumus, ex quo facillè hariolandum, ad quos Affectus conveniat. Primò, præter natam inde *vim diaphoreticam* in *Mala Hypochondriaco*, quatenus hoc radicem figit in Stomacho, valdoperè convenit, dum Acrimoniam suâ crassas *Mucilagines*, & tartareos Succos incidit, attenuat & resolvit, & ita Causam Mali Hypochondriaci potenter removet. Præterea quoque, cum ex Acido per fermentationem fiant *Flatus*, ordinarij & primarij Mali Hypochondriaci Symptoma, illud, ab Acrimoniâ salinâ *Sinapi* correctum imbecille evadit, quò minus possit in Flatus abire. Uteriùs si Malum Hypochondriacum *Splenem* occupet, v.g. in Tumore, in Scirrho, & Obstructione Splenis, *Semen Sinapi* interno & externo usu est commendatissimum.

Quòd dixi de Malo Hypochondriaco, intelligendum quoque est de *Cachexiis*, imprimis Virginum cum Mensium obstructionibus conjunctis, in quibus est egregium *Sinapi*. Excessivus gradus Mali Hypochondriaci est *Scorbutus*, de quo Scorbuto *superius* dixi quædam sub *Eruca*, quòd cum illâ *Sinapi* egregium *Antiscorbuticum* sit. Scilicet *Sinapi, Cæcblearia, Nasturtium* &c. in scorbuticis Pathematis curandis verè conspirant; sicut relatum fuit à Viro fide digno, Nautas iter ad Indias suscipientes frequenter usos fuisse *Semine* hoc *Sinapis* contra Scorbutum, quo partim præservârint, partim curârint illum, in longis Navigationibus obvium. Præterea est & *Stomachicum* insigne; Acidam Ventriculi Cruditatem, quæ est, quando Chylus non abit in salsum Succum, sed Materiam viscidam & crassam, tollit; Appetitumque prostratum restaurat, ac inde natos per consensum Affectus removet; quatenus Sal acidum fixum corrigit, & Stomachi Fermentum volatilifacit, & exaltat ut feliciùs possit in Cibos coquendos agere. Notum est, quòd unâ cum Cibis difficilis coctionis, quales sunt Carnes induratæ, Haleces fumo induratæ, *Ger. die Beuchlinge*, &c. in quibus omnibus est Acidum fixum, pro *Condimento* apponatur *Sinapi*, vel cum *Musto*, vel cum *Aceto* subactum: sic enim, quando *Semen* contusum permiscetur cum *Musto* recenti, & sensim sensimque inspissatur in consistentiam, quam obtinet: quidam addunt tantillum *Aceti*, nec incongruo consilio. Tale *Condimentum* est salinum volatile, quòd attenuat & incidit Alimenta crassa, & incisa, cum abundet Sale volatili acri, corrigit, & dum ambo fermentantur, in salsum Succum, seu Chylum acidosalinum, convertit, sicque meritò Appetitum acuit, & Alimentorum digestionem promovet. Propterea apud Gallos, uti etiam apud quosdam Latinos, vocatur *Mustarda*, quasi *Mustum ardens*, quoniam habet saporem acrem & quasi ardentem, & paratum est ex *Musto* & *Sinapi*. De his & aliis pluribus videatur *SEBIZIUS* in absoluto *Tract. de Alimentorum facultatibus* pag. 464. Hinc & in Vertigine & imminente Apoplexiâ ex consensu Ventriculi, matutino tempore *Semen*, vel simplex, vel *Saccharo* obductum, comestum commendatur; vel cum *Ficibus* in formam *Electuarii* redactum, & jejune usurpatum est egregium. In Febre Quartanâ

egregium Remedium est *Semen Sinapi* interiùs adhibitum, quòd plura præstat, quàm omnia *Decocta Melanagoga*, seu Malancholiam præparantia. In Affectibus Soporosis nulli cedit Remedio *Sinapi*, imprimis in præservandâ Apoplexiâ in qua multum facit, tam præservandâ, quàm curandâ; præsertim in Senibus est egregium præservativum & munitivum, si singulis mane Pugillum unum *Seminis* assumant, vel solum, vel in convenienti Vehiculo jejuno stomacho: qua ratione, assumptum *Semen Sinapi* non minùs convenit in Vertigine essentiali. Hinc etiam pro scopo apoplectico miscetur *Semen* cum dimidio *Corallorum rubrorum*, & *Cardamomi* parte unâ pro *Trageâ*; vel exinde *Electuarium* cum *Caricis pinguis*, addito *Cardamomo* & *Cubebis*, item terreo quodam fixo, e.g. *Cranio humano*, paratur. Vel potest fieri *Compositio præservativa* ex *Succino albo præparato*, misto cum *Semine Sinapi* & *Eruca*; quòd multis erit conveniens Remedium. Ad hæc in reliquis Affectibus Soporosis, præter Apoplexiam, in specie in Catarrhis, convenit *Sinapi*, tam interno quam externo usu. In Passione Hystericâ non minùs egregium est, quàm in Malo Hypochondriaco, cum Passio illa tantùm sit species quædam Mali Hypochondriaci.

Præter has vires internas, externè quoque adhibetur in *Sinapismis* seu inchoatis *Vesicatoriis*; irritat fortiùs Fibrillas nerveas, Tactùs organum, Spasmus excitando, Motum Sanguinis sufflammando, hinc colliquefacendo, resolvendo &c. operatur. *Cataplasma* hoc in Scirrho & Obstructione Splenis, Cephalalgia & Affectibus Oculorum pro scopo averfio in Nuchâ &c. cum *Fermento* & *Spiritu Vini* prodest. In Tumore, Scirrho, & Obstructione Splenis, prædecessorem habemus *BARTHOLETUM* in *Tr. de Respirat.* p. 431. qui in Lienis infarctu, & in Lienis ferè induratione, summo cum fructu utitur externè *Sinapismo humido* ex *Semine Sinapi* & *Urina*, quæ duo confusa applicat regioni Lienis instar *Cataplasmatis* vel *Emplastri*: sic enim Sal volatile *Sinapi* maritatum cum Sale volatili *Urinæ* penetrat potenter infarctus Lienis, & Acidum corrigit ac temperat. *Formula* aliàs *Sinapismi* externi posset esse talis.

ʒ. *Ferm. rec. acris* ʒj.*Semin. Sinapi cont.* ʒvj.Irrorantur cum *Spiritu Vini*, & applicantur pro *Sinapismo*.

Vel si desideretur magis compositum:

ʒ. *Semin. Sinapi*,*Sterc. Columb. an.* ʒʒ.*Piperis* ʒʒ.*Picis*,*Terebinth. an.* q. f.M. f. l. A. *Cataplasma*, seu *Malagma Rubificans*.

Operatur imprimis ratione Salis volatilis Sinapi, & ammoniacalis Stercoris columbini, potenter penetrando Cutem, attenuando, resolvendo, & in liquorem album murando Sanguinem, Pusulasque rubras faciendo; de quo modo operandi postmodùm.

Denique in Affectibus Soporosis *Sinapi* contusum cum *Aquâ Betonica* vel *Lavendulæ* instar *Cataplasmatis* applicetur Capiti: item in Lethargo convenit, si Pedes fricentur cum *Aceto*, in quo decoctum fuit *Semen Sinapi*, quòd similiter Naribus est indendum contra Lethargum, & similes Affectus Soporosos.

Meminit quoque *BOYLE* in *Tractatu* quodam, ex hoc *Semine Spiritum* elicuisse *volatilem urinosum*, additâ duplâ portione *Calcis vivæ* & parum *Urinæ*. Hinc

ʒ. *Semin. Sinapi* part. j.*Calcis vivæ* ana, vel part. ij.Contusis & mixtis affundatur pauca *Aqua*, & per Arenam in Cucurbitâ, apposito Alembico, destilletur *Spiritus*

ex maturitate dulces, & non ingraturum odorem fundentes, in quibus veluti nidulantur Semina compressa, pellucida, callosa. His non solum in cibis utimur, si cariosæ non sint (vix enim ad annum absque carie servantur); sed illarum Decoctum in Anginâ ad suppurationem tendentem, atque, addito Saccharo, pro Eclegmate in Tussis maturatio-
ne, vulgò adhibetur.

P R Æ P A R A T A.

Oleum. Ex Semine expressum.
Vires. Nervorum Affectibus frigidis confert.

CCCXXVII. S I S A R U M.

Sisarum. Sifar, Siser, Brunsf. *Matth. Cord in D. Lon. Cam. sati-*
um, Fuchf. Sifarum. *Trag.* (& Rapunculus hortensis)
D. d. Lob. Tab. Ger. Sifarum Germanorum, C. B. 1. Germ. *Gierle-*
in Gorlm, Klingel-Rubelein, Zuckerrurtz. Gall. *Du Cberoy ou*
Sifr.

Colitur in hortis, solo gaudet pingui.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix.

Vires. Calcificat 2. saporis subamari, subastringit, Ventriculo
convenit, Appetitum excitat, Diuretica ac Lithonriptica est,
benè nutrit, facillè concoquitur, specifica Antidotus censetur
Mercurii vivi.

N. Est usûs potiùs culinaris, quàm officinalis.

(*Conditur tamen interdum Radix Secaculi, seu Sifari.*)

CCCXXVIII. S O L A N U M.

Στρυχνο, Solatrum. Germ. *Nachtschatten, San-Kraut.* Gall.
De us Morelle.

Solani varia occurrunt Genera, quorum alia Baccifera sunt,
alia Pomifera. Verùm Officinis quod usitatius Solani titulo, est
Solani Officinarum, C. B. 1. Solatrum, Brunsf. vulgare, *Trag.*
Solani, Lon. hortense, *Matth. Fuchf. Dod. Lob. Cam. Ger.* sati-
vum, *Tab.* Solani nigrum, *Cord. in D.*

Crescit juxta sepes ac vias; floret ætate integrâ.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Herba, Baccæ.

Vires. Refrigerant 2. reliquis temperatæ sunt, astringunt,
repellunt. Usus præcipuus externè in Erysipelate, in Dolore
Capitis, in Æstu febrili mitigando (Capiti ac Pedibus applica-
tæ), in Parotidibus.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ cum Floribus.

N. Sunt qui ante biennium exhibere vetant.

CCCXXIX. SOR-

visus salino-volatilis, acris, urinosus, antiscorbuticus, ratio-
ne Salis volatilil in Sinapi, qui rectificatus odorem
Sinapi refert.

Hujus pars j. juncta cum Spiritûs Cochleariæ part. ij. af-
fundatur *Strobulis Pini*, & elicitor *Essentia Antiscorbutica*
elegans. Idem Spiritus Sinapi junctus cum Spiritu Liliorum
convallium ritè parato, erit egregius in Affectibus Capitis
Soporosis, Apoplecticis & similibus. (F)

CCCXXVII. SISARUM. *Sisarum*, Germanorum Zu-
cker-Wurtzel, oder Zucker-Rubigen, ita di-
citur à Radice suavi & dulci, Radix enim est alba, & saporis
dulcis instar Sacchari. Ad *Pastinacorum species*, imprimis verò
illas, quæ *Elaphobosca* dicuntur, videtur esse referendum.

In Officinis exulatur, ac in Culinis tantùm, quod rectè dicit
AUTOR inter *Acetaria* adhibetur. Si tamen conjecturæ lo-
cus sit, more *Pastinacorum vi diuretica* non ad eò vulgari Ra-
dix ejus est prædita. AUTOR dicit, quòd censeatur specifi-
ca Antidotus Mercurii vivi: quod, an verum sit? nescio: potiùs
in Mercurio vivo, quacumque ratione assumpto expertum est
Decoctum Hæchstedteri, quo vel haustus, vel Unguento attra-
ctus elicitor Mercurius. Formula est talis, quam per inciden-
tiam addere libet:

℞. Rad. Enalæ Camp. ʒij.

℞enic. ʒiʒ.

Coqu. in *Aquæ comm.* ℞iʒ. ad consumptionem tertiæ
partis:

Colatura D. S.

Potio Singularis ad 4. vices.

Quo potio semper expectetur Sudor, & sic expellitur Mer-
curius ex Corpore, certâ experienciâ HÆCHSTEDTERI
& aliorum, imprimis si simul in ore detineatur Nummus au-
reus, qui extractus apparebit albus. Promptè enim accurrit
ad Aurum Mercurius, & illud inargentat: quod videre possu-
mus, quando in unâ Oris parte detinemus Mercurium, in
alterâ Aurum: & sic Mercurius extrahitur, in quacumque
Corporis parte lateat. Sic in Cephalalgia, quæ facta est à
Mercurio in Luis Venereæ curatione, Aurum in Ore deti-
netur, & extrahitur Mercurius: unde in *Decocto* illo usurpan-
do meritò Nummus aureus detinetur in Ore. (G)

(F) Sinapi Plantæ Genus est Flore cruciformi, cujus pistillum abit in Siliquam, septo in duo loculamenta divi-
sam, Seminibus setam subrotundis, atque in Cornu quoddam fungosum, consimili Semine prægnans, plerumque de-
ficientem. Adde Saporem acrem & feruidum. Officinarum Sinapi est Rapi folio C. B. cujus Caulis plusquam cubi-
talis imâ parte hirsutus, superiore glaber, brachiatus, teres, medullosus, Folitis ornatur, inferioribus quidem la-
tioribus, hirsutis, & rapitiis, superioribus verò tenuioribus, & glabris: Flores Eruca lutei: Siliquæ glabræ, sa-
tis breves, Semina notissima sapore pollentia continent. Semina hæc, chymicæ Analyseos ope fortiora Salis acris,
quàm acidi indicia promunt: elicitor tamen ex iisdem maxima Olei vis, parum Salis fixi absolutè salis, multum Ter-
reæ, modicum Spiritûs urinosi, nihilque Salis volatilil concretæ. Inter Diaphoretica, Stomachica, & Antiscorbutica con-
numerantur: valent quoque & ad Cachexiam, atque ad Apoplexiam præcavendam, si mane, jejuno stomacho comman-
dantur. Ad Pectoris Rheumatismum hoc parant Cataplasma: Porros minutim incisos Aceto frigunt, coctos pulvere
Seminum Sinapi aspergunt, ac dolenti Pectori applicant: valdè enim resolvit: verùm nisi modus sit in Seminum do-
si, Vesicatorii effectus pariet. Alii ex Terebintina, Fimo columbino, & Sinapi Cataplasma componunt loco Podagræ
dolenti, vel Maxillæ in vehementi Odontalgia, superponunt.

(G) Sifarum est Plantæ Flore umbellato, Seminibus binis exiguis & striatis: à congeneribus autem, &
præcipuè à Bulbocastano, Sio, & Tragofelino, distinguitur Radicibus Napiformibus ab uno capite pendentibus.
Unica Tournesfortio nota species est Sifarum Germanicum C. B. cujus Radices digitales ex uno capite plures pen-
dula, teneræ, cortice pallido, pulpâ candidâ, dulci & grato sapore præditæ sunt: Caulis sesquipedalis, genucul-
tus, striatus Folitis ornatur pinnatim dispositis, acuminatis, argutis denticulis crenatis: Umbella candida suaveolen-
tium Elosculorum in Petroselinâ Semina abeuntium.

CCCXXVIII. SOLANUM. *Solanum* dicitur quasi *Su-*
lanum, quòd Porcis & Suibus in Medici-
nam cedere soleat. Græcis dicitur *σπύχνος*, Germanis
Nacht-Schatten.

Sexdecim ejus species nobis jam præsentis sunt.

1. *Solanum Hortense* seu *Vulgare*, quod ubique locorum cre-
scit, & Baccas nigras profert.
2. *Solanum* aliud *Matthioli*, post Flores albicantes Fructus
rubros ferens.
3. *Solanum Vesicarium*, seu, secundùm Arabes, *Alkekengi*,
vel *Halicacabus*, Germ. *Juden-Kirschen*, de quo supra suo
loco dictum.
4. *Solanum Vesicarium Indicum*, seu *Virginianum*, vel *Halica-*
cabus Indicus.
5. *Solanum Indicum racemosum*, vel *magnum Virginianum*
rubrum Parkinsonii, seu *Amarantibus baccifer Mexicanus*,
de quo supra, ubi de *Amarantho*.
6. *Solanum scandens*, seu *Amara dulcis*, de quo suo loco.
7. *Solanum Pomiferum majus*, Fructu rotundo, striato, molli.
8. *Solanum Pomiferum minus*, Fructu rotundo, striato, molli.
9. *Solanum Pomiferum foetidum*, Fructu spinoso, rotundo, longo
Flore, scilicet *Stramonium*.
10. *Solanum Pomiferum foetidum*, Fructu spinoso oblongo, vel
Datura Turcarum seu *Indorum*, de quo suo loco.
11. *Solanum racemosum*, *Christophoriana*.
12. *Solanum Frutescens*, *Bacciferum*, vel *Arborecens*, seu
juxta alios *Amomum Plinii*.
13. *Solanum quadrifolium Bacciferum*, vel *Herba Paris*, de
quo suo loco dictum.
14. *Solanum letbale*, aliàs *Solanum μελανοχόρασον*, quod sci-
licet nigra ferat Cerasa; Italis *Bella donna*, pulchra Fæ-
mina, dicta.
15. *Solanum Indicum Montalbani*, seu *Tabacum minus*, de
qua supra, ubi de *Nicotiana*.
16. *Solanum Mexicanum Flore magno*, seu *Flos admirabilis*
Peruvianus, de quo videatur *Classis 2.* ubi de *Jalappâ no-*
strate.

In genere Solana quævis de vi narcotica plus minus participare
videntur: præterea Succo, Sale alcali turgido, imprægnata
sunt, præsertim Folia; unde refrigerare, & acrimoniam
causticam Humororum coercere observantur, externè admo-
ta.

ta. Et ex his multiplices ac varii *Solanorum* effectus commode possunt deduci. (H)

SOLANUM OFFICINARUM.

Solanum *Hortense*, & *Officinarum* quod concernit, hoc reliquis temperatius est, nullum autem *internum* habet usum.

Externè ob vim narcoticam inter *Refrigerantia* ponitur. Dein *Folia* contusa leviter imponuntur Erysipelati ad temperandum Æstus: contra Cephalalgiam in Febribus Ardentibus Capiti alligantur pro temperando Æstu, & impediendâ Effervescentiâ Sanguinis. Speciatim in Tumoribus duris scirrhotis, etiam ad Cancrum declinantibus, quocunque modo externè imposita, singulare quid obtinent; unde in Cæcris, tam occultis seu nondum exulceratis, & ulcerosis seu manifestis mitigandis egregium est: si scilicet vel *Folia* integra sola tantum, vel in Mortario plumbeo optimè contusa, inque formam Unguenti redacta imponantur locis, ubi Cancer occultus est, ut impediatur ejus progressus, & ulterior exulceratio. Acidum namque Canceri occultum & malignum temperant, Humoresque corroderes blandè mulcent, ut non perfectè & absolutè, sed palliativè tantum curent; item in Scrophulis ad Cancrum naturam accedentibus, Ulceribus item ejusdem generis, pari modo usurpatur.

Aqua destillata applicatur externè Capiti dolenti in *Epileptis* in Febribus Ardentibus & similibus Affectibus, uti Tom. IV.

(H) *Solanum Plantæ Genus est Flore monopetalo, rotato, & multifido, cujus pistillum abit in Fructum mollem, Seminibus factum, ut plurimum planis. Solani multò plures sunt species, quam quas recenset hic Ettmullerus: imò non pauca sunt Plantæ ab eo hic inter Solani sexdecim species recensitæ, quæ reverà ad Solani familiam non sunt referendæ: de iis igitur singillatim.*

1. *Solanum hortense, seu Vulgare: hoc est Solanum Officinarum, acinis nigricantibus C. B. de quo mox.*
2. *Solanum Matthioli, erit Solanum Officinarum, acinis puniceis. C. B.*
3. *Solanum Vesicarium, seu Arabum Alkekengi, est propriè Alkekengi Officinarum Tournefortio: quæ Solani vocatas species, quæ Fructum habent mollem, sed Folliculo membranaceo inclusum, ad peculiare Genus reducit, Alkekengi appellatum.*
4. *Solanum Vesicarium Indicum, seu Virginianum: hoc est Alkekengi Virginianum, fructu luteo T. de quo infra.*
5. *Solanum Indicum racemosum, seu magnum Virginianum, est Tournefortio Phytolacca Americana, majori fructu. Phytolacca Plantæ Genus est Flore rosaceo (non monopetalo ut Solanum), cujus pistillum abit in Baccam Seminibus factam. Phytolaccam appellare voluit, quòd ex Plantâ hæc Color ad Laccam accedens extrahatur. Phytolaccæ Succo impostores Pharmacopœi ad Confectionem Alkermes cbermesino colore tingendam vulgò abutuntur. Vides hinc quàm minimè Planta hæc cum Amarantho convenire possit.*
6. *Solanum scandens, seu Amaradulcis, vel Dulcamara, est reverà Solani species, Glycypicros appellata, de qua verbo Amaradulcis.*
7. 8. *Solanum Pomiferum, Fructu rotundo, striato, molli, majus, & minus, sunt Tournefortio Lycopersici species, ut paulò infra.*
9. 10. *Solanum Pomiferum foetidum, Fructu spinoso, rotundo & longo, longo Flore, sunt Stramonii potius quam Solani species, ut mox cum Ettmullero ipso notabimus.*
11. *Solanum racemosum, Christophoriana. Melius Aconitum racemosum hanc Plantam cum C. Bauhino appellavisset. Christophoriana autem Tournefortio Plantæ Genus est Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Baccam ovatam, Seminibus factam, gemino ordine sibi adhaerentibus. Sunt tres species Christophorianæ ex America advectæ; sed Christophoriana Canadensis Morison ab eo genere excluditur à Tournefortio.*
12. *Solanum frutescens Bacciferum, alis Amomum Plinii: de hoc infra.*
13. *Solanum quadrifolium Bacciferum, vel Herba Paris. Est ipsissima Herba Paris Dodonæi, de qua suo loco.*
14. *Solanum lethale, aliàs Solanum μελανοχέρσος. Est propriè Belladonna Tournefortii, de qua infra.*
15. *Solanum Indicum Montalbani, seu Tabacum minus. Est Nicotiana minor C. B.*
16. *Solanum Mexicanum Flore magno, seu Flos admirabilis Peruvianus. Est reverà Jalapa, de qua Classe 2.*

(I) *Solanum Officinarum est quod num. 1. inter Solani species mox recensuit Ettmullerus. C. Bauhino est Solanum Officinarum, acinis nigricantibus. Cubitalis & altior hinc Caulis, angulosus, subhirsutus: Folia velut casu posita ad Atriplicis folia accedunt, sed saturatius virentia: Flores albi (quos falsò pentapetalos putavit J. Bauhinus) in succosas nigras Baccas, Hederaceis pares, plurimoque Semine factas, abeunt. Sunt qui putant ab unâ eademque Plantâ Baccas nigras, rubras, atque luteas gigni: sed hoc falsum esse ostendit Cl. Tournefortius hist. des plant. non solum experienciâ, sed etiam accuratissimâ trium Plantarum specie differentium descriptione, quas cum C. Bauhino vocat Solanum Officinarum, acinis nigricantibus; Solanum Officinarum, acinis puniceis; & Solanum Officinarum, acinis luteis: quas tres Solani species non solum Baccarum colore, sed partium componentium structurâ, totiusque Plantæ habitu, inter se differre demonstrat. Folia Solani acinis nigricantibus cœruleam papyrum baud rubefaciunt, at maturi Fructus illam fortè rubro colore inficiunt: unde conjicere est, Sal ammoniacum in hæc Plantâ contentum, in Foliis quidem à magnâ copiâ Olei facti, & Terræ valdè retusum esse; at in Fructibus maturis illius Acidum esse omninò extricatum. Selectus ergò faciendus partium hujus Plantæ pro variâ in Morbis Indicatione: Fructus enim e. g. magis refrigerant, sed magis repercutiunt, quam Folia: hæc autem paregorica sunt, simulque detergent & absorbent: sic chymicâ eorundem Analyti multum Salis volatilis concretum obtinemus. Solano vulgò utimur ad Inflammationes sedandas, emolliendas laxandasque fibras nimium tensas. Herbam contusam sumentibus Hemorrhoidibus applicamus, vel eisdem tepido illius Succo abluimus. Succus idem sextâ Spiritus Vini dephlegmati parte animatus, valet ad Erysipelas, atque alios pruriginosos Cutis affectus. Quamquam Cæsalpinus alique Solano internè utantur; nihilominus cautiore Practici ab illo intus adhibito, tanquam minus securo remedio, abstinendum esse existimant.*

(K) *Solanum hoc vesicarium, Virginianum dictum num. 4. habet hic Ettmullerus: estque, ut dictum, Alkekengi Virginianum, fructu luteo T. A. Pisone Camarù appellatur, è cujus Radice parvâ, albâ, filamentosâ, enascitur Caulis satis crassus, quadrangularis, nodosus, pilis obsitus: Ramis itidem pilosis Folia adnascuntur cras-*

& Cancro exulcerato.

Succus Solani contra Cancrum exulceratum conducit; unde semper *Unguenta & Cataplasmata* contra Cancrum tolet ingredi. Agitatio fit in Mortario plumbeo, ut Succus hic cum aliis nonnihil de *Plumbo* participet. Nam notum est, quòd *Plumbum* conveniat in Cancro, & Acrimoniam infringat. Unde quando fiunt in Mortario saturneo *Unguenta*, per agitationem corroditur & abraditur aliquid de *Plumbo*, sic que fiunt grisea, contra Cancrum, & Exulcerationes. (I)

SOLANUM VESICARIUM VIRGINIANUM, seu INDICUM.

Solanum *Vesicarium Indicum* seu *Virginianum*, vel *Halicacabum Indicum* primitus nobis detexit & descripsit **GUIELMUS PISO**, Medicus Batavus (qui sæpius præsens Indiam Occidentalem, & imprimis Brasiliam & Peruviam visitavit) in *Medicinâ suâ Brasiliensium*, & quidem sub nomine *Cameru*, quod rectè vertit **PISO** *Solanum Vesicarium Virginianum*. *Baccæ* ejus non, ut *Halicacabi*, rubent; sed semper flavæ manent, ac suavem spirant odorem. Quamvis hocce *Solanum* sit *Officinis* inusitatum, refert tamen modò dictus **PISO**, quòd *Halicacabo nostrati*, vi partim *anodynâ*, partim *diureticiâ*, utut minori gradu, sit simillimum. (K)

K k

SO-

SOLANUM POMIFERUM, FRUCTU ROTUNDO, STRIATO, MOLLI, MAJUS & MINUS.

Solanum Pomiferum, Fructu rotundo molli, ita dicitur ad differentiam ejus, qui est Fructu spinoso oblongo; estque vel majus vel minus. Majus Poma habet instar Pomorum Borsdorffianorum, & Colore perfectè aureo gaudet.

Ad Solana refertur nociva, & pro more Solanorum Anodynum est non aded tutum. Novi tamen, qui Fructu maturo Solani hujus Pomiferi majoris absque ullâ noxâ sunt usi. Verùm varia est Ventricleorum humanorum constitutio, ita, ut uni noceat, alteri verò non. Vires hujus ad Fluxus cruentos singulares expertus est WELSCHIUS Hecatost. 11. pag. 125. f. (L)

SOLANUM POMIFERUM FÆTIDUM, FRUCTU SPINOSO ROTUNDO, LONGO FLORE.

Solanum Pomiferum fœtidum, Fructu spinoso rotundo specialissimè & κατ' ἐξοχὴν dicitur Stramonium. Sunt enim Solana quædam Pomifera spinosa, quædam glabra, quædam fœtida, quædam odora. Hujus Solani Fructus maturus se in quatuor partes diffundere solet, Seminaque de se hinc inde spargere.

Planta aliàs est ex Solanis malignioribus, adeoque perquam narcotica; unde ejus usus simpliciter est interdictus; nimirum, tam culinaris, quàm officinalis; reddit enim homines stupidos ac torpidos. Species est Daturæ Indorum, qua Mulieres pro dementandis Maritis utuntur. Videatur ALPINUS. (M)

SOLANUM FRUTESCENS BACCIFERUM.

Solanum Frutescens bacciferum, vel Arborecens, seu juxta alios Amomum Plinii, non est in usu. (N)

SOLANUM LETHALE.

Solanorum species alia est, quæ vulgò Bella donna, ab aliis Solanum leibale, Maniacum, seu Melanocerasum, quoniam habet Fructus instar Cerasorum, à GESNERO l. 1. Epist. pag. 34. Solanum sylvaticum dicitur.

Non est in usu, nisi quòd Folia ejus instar fativi possint adhiberi.

Baccæ hujus, quæ Cerasa referunt, maturæ vi suâ narcoticâ

sa, cordiformia, dentata, dilutè viridia: Flosculi qui clausi quinquangularem stellam referunt, expansi parvi sunt, pallidè flavi, quinque maculis notati: hos Fructus sequuntur Cerasi magnitudine, pallidè flavescens, edules, Foliculo pentagono, turbinato inclusi. Herba cocta apud Incolas lavandis cruribus inservit, ex eodem Pifone.

(L) Solanum Pomiferum, fructu rotundo, striato, molli (de quibus Etmullerus num. 8. & 9.) item fructu molli, albo, & fructu duro C. B. quemadmodum reliqua Solani fructu striato dicta species, à Tournefortio Lycoperfica appellantur. Lycoperficon autem (quasi Perfica Lupina) Plantæ Genus est à Solano eo tantum discrepans, quòd Fructum habeat in varia loculamenta divisum. Lycoperficon Galeni dictum, vulgaris apud nos Planta est, ejusque fructus Mala vel Poma aurea apud vulgus appellantur. Tantum autem abest ut hi inter narcotica Venena sint connumerandi, quin potiùs Fructus è Plantis, pingui udoque solo satis, abundè provenientes, familiarissimum æstivo tempore apud nos sunt edulium, sive crudi in Acetariis, sive cocti, atque in non insuave aliorum Ciborum acidiusculum evadunt condimentum.

(M) Num. 9. & 10. ponit Etmullerus duas Solani Pomiferi species, quæ fœtida, fructu spinoso, rotundo, vel longo, & longo Flore appellat: idem insuper notat, illas ad Stramonii (vel Daturæ) species reducendas: & non absque ratione. Vide igitur quæ verbo Datura adnotavimus.

(N) Solanum frutescens, bacciferum, quod Amomum Plinii quibusdam esse dicit Etmullerus num. 12. est Solanum fruticosum, bacciferum C. B. Strychnodendros J. B. & Pseudocapsicum Dod. Hoc arbuscula est trium cubitorum, & adhuc procerior: gracilem Sspitem cortex integre cinereus: Folia Evoxymi atrovirentia: Flores Solani hortensis candidi, quibus Baccæ succedunt, fructibus Haticacabi æquales, coccineæ, Seminibus fœtè luteis.

(O) Solanum lethale, quod num. 14. μελανοχάραρον Etmullerus appellat, est reverà Belladonna Tournefortii, cui fortè nomen, quòd eâ Mulieres ad pulchritudinem fuco conciliandam utantur. Est Belladonna Plantæ Genus Flore monopetalo campaniformi, multifido, cujus pistillum abis in Fructum veluti globosum mollem, septo in dua loculamenta divisum, & Seminibus fœtum placenta affixis. Belladonna vulgarior, seu Solanum μελανοχάραρον C. B. perniciosè luxurians cubitalibus ac brachiatis Caulibus, quos Folia ornant Solani hortensis foliis duplo triploque majora, utrinque pilosa, atrovirentia: Flores ex borum alis campanularum instar prodeunt, colore intus lurido, fundo lutescente, extrâ ex herbido rubescens, stylo exserto: Baccæ bis succedunt Herbae Pavidis, nigrae, succulentæ, splendentes, in quarum binis loculamentis Semina lutea. Noxius & prorsus letalis harum Baccarum comestiarum usus non infrequenti experientia innotuit: ex iis maceratis Piciores elegantem viridem colorem parant ad miniandum aptissimum. Belladonna Folia pægorica sunt & resolventia extrinsecus applicita, Hemorrhoidibus præsertim & Cancro: Quidam cum Axungia ebulliunt, vel ejus Succo utuntur: quod confirmat Raius, præcipuè pro Ulceribus cancerosis, & Mammarum duritie.

(P) Sonchum sylvestrem Tabernæmontani videtur hic Etmullerus confundere cum Lampanâ vocatâ C. Bauhini. At Sonchus sylvaticus iij. Tabern. longè diversa Planta est à Lampanâ vocatâ C. B. ille enim est Tournefortio Chondrilla Sonchi folio, flore luteo-pallecente; hæc verò est propriè Lampana Dodonæi. Lampana autem est Tournefortio Plantæ Genus aliud, Flore quidem semistyluloso, ut Sonchus & Chondrilla; & Lampanæ Semen pappis caret, quibus & Sonchi & Chondrillæ Semina instructa sunt.

periculosa & interdum lethales observatæ fuerunt à SIMONE PAULI in Quadr. Botan. p. 488. Unde ab iis abstinendum: Porcis tamen & subibus tuave sunt Alexipharmacum. Observârunt namque nonnulli, quòd si Sues tempore æstivo à calore nimio defatigati, post frigidum Potum periculosa admodum incurrant Pathemata, Solano hõc se rursus fausto cum successu curare soleant.

Radix hujus Solani; si ad ʒj. in haustum Vini infundatur, & hoc Vinum infusionis per horam aut dimidiam ante Cœnam alicui propinetur, in Cœnâ ab omni cibo abstemium facit, & utut non ægroter, nec doleat, edere tamen non potest. Hunc ipsum autem Ciborum Appetitum possumus recuperare, si postmodum assumatur cochlear Aceti, vel Succu Limonum, quo factò statim restaurabitur. Benè notandum, curari optimè Narcoticorum virulentiam per Acida, sicut hoc ipsum etiam GESNERUS tanquam Secretum quoddam nemini revelandum suadet.

Utut autem Baccarum ejus periculosus & letalis supra dictus fuerit; nihilominus tamen GESNERUS, ceu diligentissimus Vegetabilium Simplicium scrutator l. a. refert, quòd Succus harum Baccarum expressus, & ad Syrupi consistentiam cum paucò Saccharo redactus, sit conveniens & efficax Medicamentum, ut cochlearis parvi mensurâ Somnum inferat, quascunque Fluxiones sistat, & Dolores tollat, & Dysenterias curet, in quibus curandis, propter vim narcoticam, divinum dicitur Remedium. (O)

SONCHUS SYLVESTRIS.

Sonchus sylvestris Tabernæmontani, secundus in specie, à BAUHINO Lampana vocatur: Sonchus enim propriè sic dictus non est, unde potiùs ad Lampana propiùs accedit, juxta DIOSCORIDEM, PLINIUM &c. Hinc Lampana flore luteo à nonnullis propterea audit. Datur præterea etiam alia flore cœruleo, German. Acker-König.

Usus ejus nondum hætenus constitit, unde nec Officinalis. (P)

Pertinet huc ratione Ordinis alphabetici Planta vulgaris, ab AUTORE neglecta, quæ vocatur

SOPHIA CHIRURGURUM.

Sophia Chirurgorum ita dicitur, quòd usum egregium Chirurgis subministrat. Aliàs etiam dicitur Accipitrina, & Scripium Germanicum, item Sanguinaria, quòd Sanguinem listere valeat, Germanis Soppien-kraut.

GES-

CCCXXIX. SORBUS.

O , *ov* , Sorbus, Germ. *Sperber-Baum*. Gall. *Cormier*.

Sorbus est (Sativa . Hæc *Officinalis* .
C. B. (Sylvestris.

Insignitur Sorbus, *Brunsf. Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Tab. Ger. Sorbus domestica, Matth. Lob. Cast. Sorbum ovatum, Fuchs. Sorbus legitima, Clus. hist. eculenta, Cam.*
Crescit in hortis: maturos fert Fructus autumnno.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus, (*Sorbum*. Germ. *Speyerling*.)

Vires. Refrigerat & siccatur, astringit. Usus præcipuus in fluxionibus Alvi, Uteri, &c. Extrinsecus adstringit Vulnera (Fructus pulverisatus).

N. Sorba colliguntur potissimum immatura, exsiccanturque tum in aëre, tum in clibano: siccata pulverisantur pro usu medico, pauci enim sunt nutrimenti.

P R Æ P A R A T A.

1. *Conditi Fructus* cum Melle.
- (2. *Diaforbis ad Diarrhæas*.)

CCCXXX.SPI-

GESNERUS etiam l. 3. *Epist. pag. 118*. refert, quod vocatur à THEOPHRASTO *Consolida media, Gulden-Grusel*, & quod in *Vino* calefacta, partique cuidam Corporis superimposita, Venas & Vasa sanguinea, utcunque minima, & latentia sub Cute ad superficiem trahere soleat, ut commodè Scalpello incidere & aperiri queant.

In usu est non adeò frequenti, maximi tamen facit PARACELSIUS in *Scriptis*, & eidem multas adscribit virtutes, quas autem ceu *secretas* reticet. Per Experimentiam notum est, quod egregia sit *Vulneraria*, & imprimis interno usui in compescendis Hæmorrhagiis quibusvis, in specie verò in Dysenteria torminosâ & Fluxu Hepatico, quocunque modo usurpetur, sive *Decoctum* per *Clysteres* infundatur, sive potetur, sive sub *Essentiâ* vel aliâ formâ propinetur: Sanguinem quoque concretum & grumosum in partibus subcutaneis suffusum blandè discutit, & foràs ad superficiem educit: hinc Planta hæc contusa externè Plagis recens inflictis egregiè medetur. (Q)

CCCXXIX. SORBUS. *Sorbus duplex* est; utraque probe distinguenda: nempe *Aucuparia* seu *Sylvestris*, & *Tormalis* seu *Domestica*, ut vulgò hæc duæ malè inter se confundantur. *Sorbus* enim *Aucuparia* dicitur Germ. *Vogel-beeren*; *Tormalis* verò *Eibisch-beere* pro usu *antidysenterico*. *Fructu* quidem conveniunt, sed *Foliis* differunt. In *Sorbo* enim *Tormali* *Folia* sunt *bedevacea*, in *Aucuparia* verò *Folia* planè *distincta* sunt à *Tormali*, & in similitudine & effectu respondent *Foliis Sumach* seu *Rbus*, referente TABERNÆMONTANO, ubi de *Sorbo*, qui utriusque differentiam optimè delineavit.

Utriusque *Fructus*, præsertim *Tormalis*, in *Officinis* præstat, *Baccæ* scilicet ejus, tam maturæ, quàm immaturæ.

Miram habent vim *vulnerariam* adstringendi, & *Acrimonias* corrosivas in primis viis absorbendi, indeque Experimentum sunt Vulgi non rarè optimum in omnibus Fluxibus Alvi, in specie *Diarrhæis* & *Dysentericiis*, præsertim *Epidemicis*. Præstantiores sunt pro hoc scopo *Fructus* non-
Tom. IV.

dum exactè maturi, sive exsiccati *Pulveris* formâ à ʒʒ. ad ʒj; sive ex iisdem contulis *Aquæ* affusione & decoctione *Rob* paratur, & in quâdam *Aquâ destillatâ*, vel in *Vino*, vel etiam in *Cerevisiâ calidâ*, assumatur. Cum enim Lipsiæ hic Anno 1669. & 1670. *Dysentericæ* & *Diarrhææ* epidemicè valdè grassarentur, *Rob* & *Pulvis Baccarum Sorbi Tormalis* in *Cerevisiâ calidâ* Medicamentum erant euporiston optimum. Loco ejus *Sorbus Aucuparia* recipi solet & potest, imprimis verò *Baccæ* ejus nondum exactè maturæ, quæ saporem habent utcunque acidiusculum & adstringentem, & cum *Fructu Acaciæ Sylvestris* conveniunt: id quod de omnibus ejusmodi *Fructibus* immaturis verum est. In *Stomachi Ardore* seu *Sodâ* iidem *Fructus* exsiccati valdè commendantur. *Baccæ* verò maturæ sunt dulces. Ex hisce maturis *Succus inspissatus* gustu suavis, in recessu verò per quàm acris est; *Succus* verò ex *Baccis* non adeò maturis expressus saporem habet aulteriufculum, qui egregius est in quibusvis *Dysentericiis* & *Diarrhæis*, & vel per se, vel tanquam *Corpus in Electuariis*, loco *Conservæ Rosarum* adhibetur. Ipsum *Rob* quoque ex *Fructu Sorbi Aucupariæ* maturo, profectò rusticum, sed optimum Experimentum est pro *Stomacho*, *Appetitum* dejectum, & *Digestionem* vitiatam feliciter restituens. Novi Mulierem, quæ *Rob* tanquam Medicamentum domesticum in *Appetitu* deperdito, item *Inflatione Ventriculi*, dosi, quantum *Cultelli* cuspis capit, feliciter adhibuit. Si verò *Rob Sorbi Tormalis* haberi potest, longè melius est, quippe quod isto est excellentius. (R)

SPATULA FOETIDA.

R Adix ejus est purgans, & notabiles habet virtutes in Ophthalmiâ, Strumis, Epilepsiâ, Ventriculi imbecillitate &c. V. ZAPATA *Schlusel der Arckney* cap. 11. pag. 110. (S)

Kk , CCCXXX.SPI-

(Q) *Sophia* Chirurgorum *Lobelii*, est *Tournefortio* *Sisymbrium* annuum, *Abinthii* minoris folio. Est autem *Sisymbrium* eidem *Plantæ Genus* *Flore Cruciformi*, *Siliquâ bivalvi*, quod à congeneribus *Cardamine*, *Leucoio*, *Brassicâ* &c. facie sibi propriâ distinguitur. Ex J. Bauhino *Sophia* *Planta* est cubitum, aut sesquicubitum alta, compluribus ramis fruticans, lignosis, teretibus subbirsutis: *Folia* *Abinthii Pontici*: *Flosculi* crebri, luscoli, quibus *Siliquæ* succedunt unctiales, filii instar tenues, *Seminum* minorum loculos foris ostentantes. *Sophia* sapore gaudet subadstringente, sed acris, & ad *Sinapi* accedente: parùm cæruleam papyrum rubefacit. *Sal ammoniacum* in hac *Planta* prædominatur, sed multo *Sulfure*, particulisque terrestribus mistum: hinc *vulneraria* est, *detergens*, *febrifuga*. *Cæsalpinus* *Semen* inter *Anthelmintica* connumerat. *Tabernæmontanus* ad *Diarrhæas* omnes, & præcipuè ad *Dysenteriam* commendat, ad ʒj. exhibitum. *Plantæ* universæ *Succus*, *Conserva*, *Extractum*, *Infusum* valent ad *Sanguinis* sputum, *Hæmorrhoidum* & *Catameniorum* nimium fluxum, & album *Mulierum* Fluorem. *Folia* extrinsecus adhibita *Vulnera* sanant, atque *Ulcerâ* mundificant.

(R) *Sorbus* inter eas *Arbores* connumeratur, quæ *Flore* sunt rosaceæ, eorumque *pisillum* abit in *Fructum* *Seminibus* callofis factum: differt autem à congeneribus *Pyro* & *Cratægo* ratione *Foliorum*, quæ *Fraxini* modo per conjugationes nascuntur. Non pauca sunt *Sorbi* sativæ species, *Fructus* formâ, magnitudine & colore differentes, vulgò vocæ. *Sorbus* verò *aucuparia* J. B. seu *sylvestris*, foliis domesticæ similis C. B. *Arbor* est interdum procerâ, stipite recto, ramofo, quem cortex tegit punctis notatus: *Folia* pinnatim digesta *Sorbi* domesticæ majora, glabra, supra virentia, infra candicantia, inter se diversitate quâdam sæpè ludentia: *Flores* umbellatim dispositi, candidi, odori, quibus succedunt *Baccæ*, acinis *Sambuci aquaticæ* pares, ex flavo miniatæ, sapore acido insuavi, *Seminibus* oblongis factæ. *Aucupariam* hæc *Sorbum* vocant, quod ad *Aucupia* conferat, illicitis Avibus.

Cave autem, ne verborum *Ettmulleri* ambiguitate circumventus, *Sorbum* domesticam, seu sativam cum *Sorbo* tormali confundas. *Sorbus* enim tormalis *Dodonæi*, non solum *Arbor* est à *Sorbo* sativâ diversa: imò nec *Sorbus* est, juxta *Methodum* *Tournefortianam*; sed est potius *Cratægus* folio laciniato, quam *Mespilum* *Apii* folio, *sylvestrem*, non spinosam C. Bauhinus appellat. *Arbor* hæc *Sorbi* *Folia* prius descripta non habet, sed potius *Sambuci aquaticæ*, acutiùs tamen & argutiùs incisa, *Pedis* anserini formâ, penè glabra: *Flores* umbellati ex pallido candidi, in *Fructus* seu potius *Baccas* abeunt, *Seminibus* factis callofis, in loculamentis reconditis.

(S) *Spatula* foetida est verè *Iridis* species, vocaturque à *Tournefortio* *Iris* foetidissima, seu *Xyris*. Hinc *Radix incurva*, fibris geniculatis & sese invicem complectentibus: *Folia* cubitalia & longiora in cultratum mucronem desinunt, atro virore splendentia, scetidum *Chymicum* odorem (corrupto malèque olenti *Lacti* assimilo) attrita obolentia: *Caules* recti assurgentes *Florem* *Iridis* ferunt, sed minorem, ex purpurâ obsoletâ albicantem: *Fructus* demum triquetri, per maturitatem debiscentes, *Semen* ostentant rubrum, rotundum, minoris *Pisi* magnitudine, gustu fervido. Ex hujus *Iridis* *Radice* diu coctâ, additâque *Terebinthinâ* & *Cerâ*, *Unguentum* conficitur ad *Strumas* sanandas mirabile.

CCCXXX. SPICA.

Est [Spica Mas.
Spica Fœmina, Lavendula.

Non discrepant nisi magnitudine, quæ tam Florum, quam Foliorum in Spicâ major est, in Lavendulâ minor: odor itidem Spicæ gravior est, Lavendulæ gratior, idèdque promiscuè utriusque usurpari possunt.

Mas insignitur Lavendula latifolia, C. B. 1. Spicanardi Germanica, *Trag.* Nardus Italica, *Mattb. Lob.* Germanica, *Loh.* Lavendula, *Dod.* major, *Cord.* Pseudonardus, *Mattb. Cast.* Mas, *Fuchf.* at in icon. Fœmina. Lavendula latioribus foliis, 1. *Cam.* 2. longiore folio, *Clus.* Germ. *Lavendel.* Gall. *Lavande grande.*

Fœmina dicitur Lavendula angustifolia, C. B. 2. Lavendula, *Trag.* *Matt.* vulgaris, *Cord. in D.* Minor, *Cord. hist.* Pseudonardus Fœmina, *Mattb. Fuchf.* (at in icon. Mas). Lavendula, *Lob.* Spica Nardi, *Cam.* brevior folio, & spicâ, *Clus.* Germ. *Spicanard.*

Colitur utraque in hortis, nobisque vulgarior est Spica fœmina: Floret Junio ac Julio.

CCCXXX. **S** P I C A . *Spica triplex est: vel Nostras, vel Celtica, vel Indica. Spica nostratis congener species alia, vocatur Lavendula, quæ dicitur Fœmina, Lavendula angustifolia: Spica autem mas, seu Lavendula latifolia, non præscribitur in Officinis, sed usitatus Lavendula: v. g. U. Lavendula peregrina, folio multifido seu laciniato, flore cœruleo, quæ tamen non est in usu. Spica est odoris admodum grati, Lavendula ingrati. Vocatur alias Spica Nardi nostras, aut Pseudonardus ad differentiam veri, de quo postmodum; quæ etiam verum Nardum similitudine quodammodo repræsentat, hinc Germanicè Spicanard.*

Hæc ipsa Spica, & imprimis Flores, tam Spicæ quam Lavendulæ sunt aromaticæ, quam vim aromaticam subtilem satis & penetrantem, in Oleo salino volatili acri admodum penetrant fundatam, sapore & odore testatur; unde usus ejus medicus est nervinus, & hinc cephalicus, atque uterinus. Certè in Uteri functionibus promovendis egregia est admodum. Oleositate enim suâ aromaticâ toniam Nervorum restituit, indeque dependentia Sensûs & Motûs vitia optimè corrigit. Idèd etiam in Apoplexiâ & Paralyfi, item in Catarrhis & Affectis Catarrhalibus, Remedia ex Spicâ & Lavendulâ parata maximè sunt experta: uti & in Memorix debilitate & Paralyfi Summitates Florum Spicæ & Lavendulæ admodum in usu sunt, & omnes Aquas Apoplecticas, & Spiritus Cephalicos ordinariè ingrediuntur. Remedia inde parata in amissâ Loquelâ sunt singularia: Sic RULANDUS Curat. *Empir.* beneficio Spiritûs Vini, cui Flores Lavendulæ fuerunt infusi, curavit Virum 70. annorum Aphoniâ laborantem, Cochleare j. pro dosi propinando. Distingendum tamen inter amissionem Loquelæ, & Vocis: illa enim oritur ex vitio Lingux; hæc vitio Laryngis. ZACUTUS LUSITANUS l. 5. *Med. Princ. Hist.* 57. multus est in explicandâ Lavendulæ facultate ceu utilissimi Stomachici. Nota est Mulierculis vis Lavendulæ & Spicæ uterina, quæ simul roborat Uterum, & Fœtum & Menses pellit. Ad Hæmorrhagias, imprimis quidem Uteri & Narium, specificè adhibet Pulverem Spicæ Nardi ad ʒj. in Aquâ Plantaginis RIVERIUS, qui valde commendat hanc Spicam Nardi in Hæmorrhagiâ Narium ad ʒj. adhibitam in Aquâ dictâ, vel Succo Portulacæ, similibusque Simplicibus. In Ore detenta & masticata multum commendatur Spica à FREITAGIO ad inhibendos Catarrhos, & Faucium Affectus, quoniam instar Masticatoriû subtilis Lympham derivat in Os per Ductus Salivales, ut possit excerni.

1. 2. In Officinis prostat imprimis Conserva, quæ est Cephalica: Confectiones itidem.

3. Aqua Florum Lavendulæ, eaque legitimè destillata, multum commendatur ad amissam Loquelam, in qua commode permiscetur cum Spiritu Cerasorum nigrorum, additâ Quintâ Essentiâ Mastioli, vel aliquot guttis Olei destillati Anisi, vel Oleo Caryophyllorum: uti & Oleo destillato Succini: quæ omnia destillata multum commendantur in Paralyfi Lingux. Externè in ignis est Pediculorum hostis: certè, si

OFFICINALIA NATIVA.

Flores utriusque.

Vires. Calfacit & siccatur. 3. (prævalet tamen Spica), saporis subacris ac subamari, partium tenuium, Cephalica est ac Nervina. Usus præcipuus in Catarrhis, Paralyti, Spasmo, Vertigine, Lethargo, Tremore Artuum. In Urinâ, Mensibus ac Fœtu pellendo (unde & Parturientibus exhiberi solet), in Tormentibus Ventris flatulentis Extrinsecus in Lixiviis, Capitis, ac Artuum Affectibus, in Masticatoriis (pro Catarrho exciccando ac revellendo ad Palatum, ne ad Pulmones defluat.)

N. Odore suo fugat Pediculos.

P R A E P A R A T A.

1. Conserva. Florum Lavendulæ.

2. Confectio. Florum.

3. Aqua stillatitia. Ex Floribus irrigatis sc. vel VINO vel Aquâ.

4. Spiritus. In Paralyfi Lingux maximæ virtutis.

5. Oleum Spicæ stillatitium. cum Aquâ ascendit.

N. Asportatur ad nos sat copiosè ex Provinciâ Gallix regione, ubi copiosè crescit: Uteri motus ac Dolores compescit Umbilico illitum.

CCCXXXI. SPI-

Caput abluatur Aqua Spicæ, mirè exinde fugantur Pediculi; id quod etiam in cæteris Corporis partibus, v. g. Pubis, præstat.

5. Denique Oleum Spicæ destillatum, quod ex Brabantia adfertur, in Nervorum ac Tendinum relaxatione, (quæ relaxatio est genuina Veterum Paralyfis) Affectibus Paralyticis, à nimia eorum humectatione à Lymphâ ferosâ, ac propriè Paraplegiis, Doloribus Artuum lancinantibus multum prodest, sive internè guttæ iv. vel vi. propinentur in VINO, sive Oleum hoc cum Spiritu Vini crebrius Membris illinatur.

Porrò Oleum quoque in Paralyfi Lingux est egregium, uti etiam externè cum Oleo Lumbricorum terrestrium in Spasmo & similibus Affectibus est proficuum, atque in Litibus Nervis dicatis frequenter adhibetur; unde Affectus Abdominis convulsivos, v. g. Hyæricas Passiones, admodum coërcet, Regioni umbilicali illitum, Regioni verò Pubis inunctum Menses stimulat, & Fœrum promovet, vel solum, vel cum ana Olei Succini mistum. In specie verò contra Pediculos nil melius est Oleo Spicæ. Certè si modò vesperi sub introitu lecti Capiti, aliisque locis pilosis, Pediculorum lateribus, illinatur, vel solum, vel cum Unguento Pediculari, vel Oleo Nicotianæ, aut Oleo Amygdalarum dulcium, aut cum allis mistum, hos mirè fugat, hincque mane omnes interfecti reperiuntur, atque tunc lavetur Caput, ut Oleum & Pediculi removeantur; ut autem ab eorum regeneratione præservetur Caput, Aquâ Spicæ lavetur. Sic THONERUS in *Obs.* pag. 322. Pediculos Capitis fugavit numero magno præsentibus, dum Capiti oblinivit Oleum Spicæ, vittâ contegit, & per noctem reliquit: matutino tempore cum Lixivio decoctionis Spicæ lavare jussit Caput, quo abluto, Pediculi mortui deciderunt. Id quod etiam in cæteris Corporis partibus, v. g. Pubis, præstat; sicut non tantum SCHENCKIUS l. 4. *Observ. de Testibus*, sed & SENNERTUS l. 3. *Prax.* p. 9. s. 2. cap. 1. p. 946. commendat contra Pediculos in Partibus genitalibus. Quidam ad fugandos Pediculos sub Axillis & in Partibus genitalibus se illinunt Unguentis Mercurialibus; sed hi sunt inepti ad Venerem, utpote Penis erectione inde preventur: & observatum est quendam fuisse correptum Febre Ardente ex tali Inunctione. Oleum autem Spicæ inungitur Regioni Pubis, absque læsione Facultatis genitalis: vid. SCHENCKIUS l. alleg. Contrarium Exemplum PANAROLLUS in *Pent.* 4. refert, quendam contra Pediculos Pubis fugados crebrius Mercurii Litu, sed admodum infelicitè, usum fuisse; qui continuâ Penis erectione exinde laboravit, simul ac verò Membrum Oleo Spicæ fuit illitum, ad pristinum statum Membrum est revocatum, ac Pediculi etiam fugati. In Tineâ Capitis Infantum, præprimis cum Pediculis conjunctâ, optimus est Litus lotionè Capitis præmissa, qui fit ex Oleo Tartari per deliquium, cum s. q. Olei Amygdalarum dulcium subactis; cui s. q. Olei Spicæ destillati potest addi. Hoc illitum Capiti ratione Alkali Tartari Tineam curat, & ratione Spicæ Pediculos jugulat. (T)

CCCXXXI. SPI-

(T) Quam Spicam nostratem vocat hinc Etmullerus, est vulgò Lavendula, Tournefortio & eruditioribus Botanici Lavandula, à lavando, quod ex eâ Balnea parentur. Est Plantæ Genus Flore labiato, cujus labium superius surrectum est: à congeneribus autem præcipuè distinguitur, quod Flores Spicæ in modum verticillatim summis caulibus & ramis innascuntur. Inter multas elegantisque Lavandulæ species, vulgarior est Lavandula latifolia C. B. Planta notissima, odore Nardi (unde Pseudonardus dicta), facie Stæchadi similis: Virgibus cubitalibus fructicat: Folia infima incondita, superiora ex adverso bina, longiuscula, incana, odore vehementi, grato: longæ Spicæ summam ornant Plantam, verticillatis cœruleis caliculis constantes, è quibus Flosculi emittunt cœrulei.

CCCXXXI. SPICA CELTICA.

Nardum Celticum, *Matth. Cord. bist. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger. Nardum Celticum Dioscorid. C. B. 4. Nardus Alpina* seu Celtica, *Clus. aliis Romana, Galatica, Saliunca, Germ. Celtscher Narden. Gall. Du Nard Celtique, Aspic, &c.*
Crescit in Liguriâ, in Carinthiâ, in Syriâ, in Alpibus Tyrolis, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

Radicula, cum adnatis, colligenda Julio & Augusto.
Eligenda recens jucundi odoris, Radiculis numerosis coherens, non fragilis, & plena.
Vires. Calcificat & siccatur, viriumque earundem est cum Spicâ Indicâ, sed imbecilliorum, majore tamen cum utilitate adhibetur in Urinâ ciendâ, Ventriculo corroborando, Flatibus discutendis. Extrinsicus additur Malagmaticis, Unguentisque calefacientibus.

CCCXXXII. SPICA INDICA.

Nardus, *Cord. in D. Lob. Nardus Indica, Matth. Cord. bist. Lon. Cast. Ger. Nardus* seu Spica Indica, Spica Nardi Officinarum, *C. B. 1. Arab. Stumel. Germ. Indianisch Spicanarden. Gall. Du Nard d'Inde.*
Radix est Officinalis ex Indiâ Alexandriam, atque inde Venetias in Germaniam transportata. Dicitur autem Spica, quod Spicæ similitudinem habeat.
N. Est & Nardus spuria Narbonensis, ut & Nardus montana, Valerianæ non absumilis; verum Officinis nostratibus peregrina.

CCCXXXI. SPICA CELTICA. *Spica Celtica, seu Nardus vera, Planta exotica est, crescens in Italiâ, Liguriâ, & tractibus Genuensibus. Aromatica est, fragrans, pretiosa, & caro pretio venditur, & propterea rarè adhibetur, nisi in confectioe Theriaces, ubi à Veteribus fuit usurpata.*
Singulare alias est *Carminativum & Uterinum.* (V)

CCCXXXII. SPICA INDICA. *Spica Indica, seu Nardus Indica ex Indiis Orientalibus adfertur per Asiam, & similiter est cara & rara, utut, uti quamplurimæ Plantæ Indicæ, sit elegans.*

Stomachica est & uterina, ut & nephritica, sicuti reliqua omnia Aromata. Ipsa tamen per se rarè adhibetur, nisi in compositione Theriaces.

Inter *Præparata* ad usum vocatur *Oleum Nardinum Simplex*, de quo vid. **AUTOR**; & *Compositum*, quod in Affectibus Nervorum, Spasmo, Paralyti, & similibus, cum *Oleo Laurino* & similibus valdè solet commendari. (X)

CCCXXXIII. SPINACHIA. *Spinachia in Officinis usualis est spinosa semine, seu Lapathum hortense, quæ aliàs dicitur Spinachia nobilis. Colitur in hortis, &*

Elegenda recens, levis, longam Comam habens, Spicam verò brevem, colore flavo, aliquantulum redolens Cyperum, sapore amaro ac linguam attrahente, quæ diu in sua odoris gratiâ permanet.

N. Madefacta dolosè vendi solet; quæ fraus deprehenditur, quòd Spica sit candida, squallida, nulloque pulvere obfusa, filifve lanæ instar crinita.

Vires. Calcificat 1. siccatur 2. attenuat, astringit, Nephritica & Stomachica est. Usus præcipuus in Urinâ ac Menibus ciendis, in Ventriculi erosione, inflatione, in Ictero, &c. Extrinsicus in Lixiviis cephalicis, Balneis uterinis, &c.

PRÆPARATA.

1. *Oleum Nardinum Simplex.* Fit ex coctione in Oleo communi, Vino, ac Aquâ.
2. *Oleum Nardinum Compositum.* Fit ut Simplex, additis nonnullis Aromatibus.

CCCXXXIII. SPINACHIA.

Spinachia. (Spinacia) *Brunsf. Fuchsf. Dod. Tab. Lon. Cast. Matthiol. Lob. Ger. mas, Cam. vulgaris, Trag. Lapathum hortense, seu Spinachia semine spinoso, C. B. 2. German. Rineisch, Spinet. Gall. Des Espinardes.*

Colitur in hortis: floret ut plurimum Julio & Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, seu Herba. Potissimum culinaria est.
Vires. Refrigerat & humectat 1. utilis Cibis in omnibus Morbis, laxat Alvum, lenit asperitatem Pulmonum. Extrinsicus refrigerat Ventriculum ac Epar (imposita).

N. Continuus usus ejus melancholicum generat Sanguinem.

CCCXXIV. STA-

culinaria magis quàm medicinalis est, utut non penitus exulare debeat ex Officinis, quoniam in quibusdam convenit cum Parietariâ, & abundat Succo copioso nonnihil nitroso, qua ratione inter Emollientes, & moderatè Refrigerantes refertur; Alvum enim laxat absque ullo sensu (non purgat), & eandem emollit, fluidamque reddit, simulque ebullientes circa primas vias, acres, acidus & biliosos Succos temperare, indeque natos Ardores & Phlogoses solet mitigare: Sal volatile nimis oleosum corrigit, & tempore æstivo valdè est conveniens Nutrimentum.

Externè Inflammationes sistendo, Dolores ab acido natos mitigando, Partium hinc natas Tensiones sufflaminare, & hinc mollire dicitur. (Y)

Præter *Spinachiam* hanc præsto nobis quoque est

SPINACHIA BACCIFERA.

Spinachia baccifera aliàs, & quidem rectius *Atriplex baccifera*, seu *fragifera* dicitur. Planta est elegans ac rara, quæque in hortis saltem colitur. *Baccæ* ejus maturæ rubræ saporem habent gratum.

Ufus ejus nondum innotuit: si tamen suspicari licet, cum species sit *Atriplicis*, ejusdem erit efficaciz. (Z)

Per-

(V) Spica Celtica (Spica Gallica vulgè) sive Nardus Celtica, est Tournefortio Valerianæ species, vocaturque Valeriana Celtica. Planta in Alpibus nascitur: Radix nodosa, squamosa, atque fibrosa summâ tellure serpit: inde Folia tanquam caudas emittit longis pediculis apposita, crassa & succulenta, angusta sed palmatis longitudinis: inter hæc emergit Cauliculus, firmus, geniculatus, cui summo adnascuntur pedicelli, binos aut tres Valerianæ Flores, hinc Semina, sustinentes. Tota Planta aromatica est, & radicem Valerianæ sylvestris odorem amulatur. Ex eâ Oleum essentiale destillatur, ac vulgè Oleum Spicæ Gallicæ appellatur.

(X) Spica Indica, Spica Nardi, & Nardus Indica *synonyma sunt in Officinis medicis.* Illius nomine veniunt Spicæ quædam, digiti magnitudine, leves, longis pilis ornatae, odore vehementi & ingrato, sapore parùm amaro & acri. Hæc ad nos ex Indiâ afferuntur. Plinius lib. 12. cap. 12. Nardum κατ' ἐξοχῆν. Folium appellat; illudque (ut Costi Radicem) Indis maximo esse pretio ait: docet autem Nardum Fruticem esse gravi & crassâ Radice, sed brevi ac nigrâ, fragilique, quamvis pingui, sium redolente: Nardi Spicas vocat Aristas, ut Statius quoquo lib. 5. Sylv.

odoratas nec Arabs decerpit Aristas.

Nardi Spica à Galeno lib. 1. de antid. c. 14. pro Radice accipitur: quod ex eo quidam factum putant, quòd quæ Nardi pars Spicæ women habet Radici est proxima, & reverà quod in Officinis habemus, aliud non est, nisi comatum Radicis caput, ex marcidorum foliorum nervosis filamentis convolutis congestum. Adulterari Nardum notat laudatus Plinius Pseudonardo, herbâ ubique obviâ. Quare Nardum pisticum Joann. xij. 3. fidele, probum, non adulteratum erit, & (ut Plinius idem loquitur) sincerum: ut advertit Clarissimus & acerrimi ingenii Vir Harduinus in hunc Plinii locum.

(Y) Spinacia inter eas Plantas Flore flamineo connumeratur, quarum aliæ in eodem Genere Floribus, aliæ Fructibus donantur: Embryones autem abeunt in Semen turbinatum, in capsulâ, nunc ejusdem formæ, nunc cornutâ vel angulatâ, reconditum. Spinacia mas dicta C. Bauhino, est Tournefortio Spinacia vulgaris, capsulâ seminis aculeatâ (est enim & alia capsulâ seminis non aculeatâ); Spinacia verè fœmina, est Spinacia vulgaris, sterilis Eiusdem. Prior Culinis familiaris.

(Z) De Spinacibus fragiferis hæc habet Tobias Aldinus in sua Horto Farnesiano 85. Spinacia fragifera Follis, ac Usu à Spinacibus vulgaribus non differunt, sed sapore minùs acido sunt, & potiùs Betacco, quàm vulgaris,

CCCXXXIV. STAPHISAGRIA.

Staphisagria, *Trag. Matthiol. Fuchf. Dod. Lob. Cast. Cam. Herba Pedicularis, Cord. in B. Arab. Alberas. Germ. Lausz-Kraut, Speichel-kraut, Biszmuniz, Mauszund Ratten-pfefer. Gall. Herbe aux Poux, aux Pouilleux.*

Crescit in Apuliâ, Calabriâ, Dalmatiâ, Istriâ.

N. Crescit & apud nos species quædam, verùm minùs illa usitata est.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen triquetrum & asperum.

Vires. Internus usus purgatorius est, sed rarus. Extrinsecus ejus usus est apoplegmatisans in Masticatoriis, Gargarismatis, Odontalgicis (cum Aceto) ac Abstergentibus, in Ulceribus ac Papulis, &c. Adhibetur & in Phthiriasi.

CCCXXXV. STOECHAS.

Στοιχάς. Stœchas, *Trag. Matth. Lob. Lon. Cast. (Stichas) Fuchf. Dod. Stichas Arabica. Cord. in bist. Cam. Stœchas brevioribus ligulis, Clus. bist. Stœchas purpurea, C.B. I. Arab.*

Astochodas. Germ. *Komfsober, Voelscher, frembder Kummel oder Thymian, Stechas-Kraut.* Gall. *Du Stechas.*

Crescit copiosè in Insulis Gallix quæ Stachades dicuntur; optima tamen censetur Arabica (unde ad Compositiones recipere monent Arabicam). Huic succedit Cretica.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, seu potius Spicæ compressæ, inter Florum ac Seminum proventum collectæ.

Eligendæ Spicæ recentes odoratæ & subamaræ, & si haberi possint, Arabicæ.

Vires. Calfacit 2. & siccit 2. abstergit, attenuat, aperit. Usus præcipuus in Affectibus Capitis & Nervorum, scilicet in Vertigine, Apoplexiâ, Paralyfi, Lethargo. In Morbis Pectoris itidem præstat quod Hyssopus; insuper Urinam & Menfes ciet, Venenis resistit, Affectibus Hypochondriacis succurrit. Extrinsecus in Lotionibus Capitis, Sumitu, &c.

PREPARATA.

1. Syrupus de Stœchade Simplex. V. D.
2. Syrupus de Stœchade Compositus. V. D.
3. Syrupus de Stœchade Fernelii. V. D.

CCCXXXVI. STE-

Pertinet huc

SQUAMARIA.

Squamaria, quam AUTOR noster omisit, species est Dentaria, de qua nihil apud Veteres: Modernis tamen à quibusdam contrâ Epilepsiam commendari solet. Vid. HOFFMANNI *Clav. pag. 553.* (A)

Præsto est, & propter ordinem alphabeticum hic jungatur

STOEBE VULGARIS MAJOR ANGSTIFOLIA.

Stœbe hæc Cyanum amulatur, unde *Cyani, Stœbe, Scabiosa, & Jacea* faciliè, nisi quis exactè noverit, confundi possunt. Cùm verò Scabiosa & Cyanus usum Medicum suppleant, hinc Stœbe & Jacea non ingrediuntur Officinas. (B)

CCCXXXIV. STAPHISAGRIA. *Staphisagria* apud nos est exotica, imprimis in Italiâ crescit in copiâ, culturâ tamen apud nos in hortis provenit. Vocatur *Herba Pedicularis*, in Officinis vocatur *Triquetrum*, Germ. *das Buckel-Horn*, propter formam triangularem.

Internè à Veteribus usurpata fuit pro scopo laxante & purgante, uti & pro Apoplegmatisante, qui tamen usus apud Modernos exolevit, à quibus non multùm adhibetur.

Externè in Phthiriasi ad fugandos & necandos Pediculos & similia usurpatur, scilicet Semen hoc contusum coquitur in Lixivio, & Caput eodem lavatur, vel cum Butyro recenti non salito miscetur in formam Linimenti, & mirum est,

quòd quando Pediculi hoc sentiunt, in fugam omnes se recipiant; quotquot enim ab hoc Unguento attinguntur, interficiuntur monente HORSTIO, qui dicit in *Disp. lib. 1. cap. 7.* quòd sicut *Staphisagria* vi incognitâ Pediculos, ita *Conyza* Pulices necet. Aliàs nullius est usus. (C)

CCCXXXV. STOECHAS. Stœchas est vel Arabica, vel Citrina.

Stœchas Arabica est Planta non vulgaris, quæ olim ex Arabiâ felici ad nos fuit allata; ea autem, qua nos utimur hodie, in Brabantiâ, Provinciâ Gallix, circa Montem Vesuvium crescit, quæ tamen non æquat vires Arabicæ.

Vis illius est aromatica planè elegantissima, & Odorem volatilem penetrantem & pergratum habet, qui magis de Sale volatili quodam oleoso participare videtur. *Herba recens* valdè & specificè convenit in Capitis & Cerebri Affectibus, Senum præprimis, ut & in Affectibus Uterinis: imprimis Sterilitati, & Mensium suppressioni succurrit, pro quibus ciendis solet infundi Potui, ut vis emmenagoga huic communicetur. Unde omnes ferè Compositiones Cephalicas solet ingredi Flos seu parva Spica: videatur AUTOR. Ingre-diens quoque est *Tberiacæ Andromachi*. Præterea virtute aromaticâ superat Hyssopum in Affectibus Pectoris, unde in Tussi, Asthmate, & similibus commendatur, & Claretis Pectoralibus sæpissimè admiscetur, quoniam partes crassas incidit, & vi aromaticâ instar Croci partes lævas roborat; ut & Partes nervinas.

In Officinis conficitur inde Syrupus de Stœchade Simplex & Compositus, qui cum Stœchade Arabicâ earundem sunt virium. (D)

CCCXXXVI. STOE-

garia: sed spectabilis est Flos (fortasse Fructus) acervatus in oblongam quandam rotunditatem, summitati & Cauli, prope Foliorum exortum adhærens, & ob rubicundissimum colorem Amarantho æmulum, Fragam perbellè repræsentat: sapore est quidem herbaceo, verùm non ingrato. Duplicis igitur usûs Planta, Folio cocto, & Fructu crudo Fragæ vice comestis. Hæc Aldinus. Nos in nostro Horto elegantem Plantulam coluimus: in Fragiformi Fructu Semina quidem notari meminimus; at an nuda veluti Fragorum Semina, an verò capsulâ contenta, baud animadvertimus: quomodo cumque autem res se habeat, illud verum est, Fructum nec ad Attriplicem, nec ad Spinaciam ullo pacto referri posse. Apud Tournesortium nullibi de hæc Plantâ mentionem faciã inveniimus.

(A) Squamarix nomine hic Etmullerus Dentariam Plantam, à Radicum formâ, quæ veluti Dentibus inciduntur, dictam intelligit. Est autem Dentariâ Plantæ Genus Flore cruciformi, cujus pistillum abit in Siliquam, in duo loculamenta divisam, Seminibusque sætam subrotundis. Addit Tournesortius Siliquæ valvas per maturitatem revolui, & Semina cum impetu excutere: ac præterea Radices carnosas esse, squamatas, ac veluti dentibus incisas. Dentaria hæc distinguenda est, à Dentariâ Orobanche dictâ, cujus species ad Orobanche diversum Plantæ Genus pertinent. Dentaria propriè dictâ species à J. Bauhino Coralloidis, & à quibusdam Alabastritis nomine appellatur, quòd illarum Radices pelluciditate Coralia, candore Alabastrum æmulentur: Dodonæo Violas dentarias illas appellare placuit, fortè quòd Dentaria flores Flores Leucoii, quod Violam vocant, aliquâ ratione referant. Distinguuntur inter se Dentariæ species Foliorum numero: hinc Dentaria triphyllas, pentaphylos, heptaphylos, & enneaphylos.

(B) Stœben baud peculiare Plantæ Genus facit Tournesortius, sed Stœbes nomine appellatas Plantas, præcipuè ad Jaceas refert. Stœbe vulgaris, major, angustifolia, de quâ hic Etmullerus, an erit, quam foliis Cichoraceis, vel Erucæ appellat C. Bauhinus?

(C) Meritò Staphisagria (quasi Vitis sylvestris à foliorum fissurâ) inter Delphinii species connumeratur à Tournesortio; flore enim gaudet polypetalo, anomalo, cujus pistillum abit in Fructum ex vaginulis constantem, sed secundum longitudinem debiscentibus, ac Seminibus sætis angulatis: in quo Delphinii character consistit. Vocatur à Tournesortio Delphinium Platani folio, Staphisagria dictum. Planta hæc birsutum habet Caulem, cubito altiore, in multos ramos diductum: Folia longis pediculis bærentia, ampla, pilosa, Ricini foliis assimilant J. Bauhinus: Flores frequentes, cerulei, foliorum sinus, ramos caulisque fastigium ornant: hos sequuntur Semina rugosa, nigra, angulosa, in siliquis contenta, quæ uridæ facultatis vi gustatu os incendunt. Ad Pediculos necandos hæc mirè valere, Lipsio & consoribus notum. Deleboë Sylvius ad Pyralismum ciendum iis internè utitur.

(D) Stœchas junta Dioscoridem ex Gallix Insulis Stœchadibus è regione Massiliæ, nunc les Isles d'Yeres dicitur,

CCCXXXVI. STOECHAS CITRINA.

Eλίχρυσος, Elichrysum, seu Stœchas citrina, angustifolia, C. B. 4. Stœchas citrina. *Matth. Gesn. Dod. Cast. Tab.* Amarynthus luteus, *Fuchs. Lon. Coma aurea, Lob. aliis Tinaria* (quod Tinea abigat.) *Germ. Rhein-Blumen, Motten-Kraut.* *Gall. Herbe aux Teignes.*

Crescit locis aridis & sabulosis, & in convallibus frequens juxta Rhenum: floret Junio.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores.

Vires. Calfaciunt & siccant, incidunt, aperiunt, diaphoretici ac vulnerarii sunt. Usus præcipuus in Obstructione Urinæ, Epatis, Lienis, Mensium: coagulatum Sanguinem resolvunt, Catarrhos exsiccant, Menses nimis fluentes siccando sistunt, Lumbricos fugant: commendantur & imprimis ad exsiccandas Defluxiones acres Pulmonum, &c. Extrinsecus faciunt ad emolliendam Uteri duritiem (in Balneo), Lendes abigunt (in Lixivio), Capitis Defluxiones siccant & discutunt (Suffitu) &c.

N. Sunt qui Amuleti loco de collo suspendunt, Lumbricosque Ventris eo fugari voluat. *Dn. D. Arnoldus Weichardus in Tbesauro pharmaceutico.*

CCCXXXVII. S U C C I S A.

Succisa, *Matth. Fuchs. Dod. Cast. glabra, C. B. 1. Jacea nigra, Brunf. Morsus Diaboli, Frag. Lob. Lon. Tab. Germ. Abbiss, 1 caffels-Abbiss. Gall. Mors du Diable.*

Crescit palium in campestribus, pratis, ac juxta arva: floret Julio, Augusto, Septembri.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Flores, nonnumquam & Folia.

Vires. Calfacit & siccant. amara, Alexipharmaca ac Vulneraria est, ut Scabiosa, cum qua & reliquis facultatibus convenit. In primis celebratur in Epilepsiâ, Peste, Uteri dolore, Sanguine coagulato, Abscessibus occultis, Lue Venereâ, ejusque Ulceribus, in Vulneribus recentibus, &c. Extrinsecus in Anginâ, Tumoribus Tonsillarum diuturnioribus, qui ad suppurationem ægrè perveniunt (Gargarismate), in Suggillationibus, Bubonibus, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex integrâ Plantâ (cum Radice & Floribus) collectâ in fine Julii.

S U M A C H , vide R H U S .

CCCXXXVIII. SYM-

CCCXXXVI. **S**TOECHAS CITRINA. *Stœchas citrina, Germ. Reint-blumen, apud nos provenit in hortis, putaturque quasi species quadam Agrimoniarum; sed malè.*

Hepatica est, id est in corrigendâ Malsâ Sanguineâ, & alterandâ, ac restituendâ ejus Fermentatione legitimâ convenit, quod aliâs *Hepaticis* tribuitur. Urinam ciet, & Renes abstergit, eorumque Materiam crassam ac Sabulum attenuatum expellit: Lumbricos enecat.

Externè in *Lixivio* adhibetur pro Lotione Capitis ad Capillos Colore flavo tingendos, & Pediculos fugandos. Nunquam aliâs vidi ejus usum. (E)

CCCXXXVII. **S**UCCISA. *Succisa* vocatur etiam aliâs *Morsus Diaboli*, & propterea nomen hoc obtinuit, quod *Radix* ejus rarè integra, sed ex unâ parte mutila reperitur, quamque *Diabolus*, generi humano infensus, propter vires egregias, quas habet, abscidisse dicitur. Reverà species est *Scabiosæ*, & in multis cum illâ convenit quoad vires & proprietates; hinc etiam simul præscribuntur. *Vid. Autor noster.*

Multè est usûs, sive *Radix*, sive *Folia*, sive *Flores* usurpentur. Imprimis *Radix* vi alexipharmacâ, ac blandè diaphoreticâ pollet, & in ciendo Sudore ad ℥j. multum commendatur, quâ præfertur adhuc *Scabiosæ*: quasvis etiam *Compositiones Theriacales* ingreditur; unde facilè possumus colligere, ad quos usus etiam aliâs conveniat. Deinde est *Vulneraria*, & interno & externo usu valdè commendari solet; hinc Sanguinem coagulatum dissolvit quoque ac dissipat, indeque commendatur præcipuè ad Pleuritidem & Pectoris Empyema resolvendum.

Externè in Anginâ, & Faucium Tumoribus, uti etiam in Vulneribus ad Suppurationem venientibus, aliisque Affecti-

bus Faucium & Tonsillarum, egregia est *Succisa Gargarismis* incocta: sicut in his Affectibus elegans est *Gargarisma*, quod habet *TABERNEMONTANUS* ex *Herbâ Succisæ, Scabiosæ & Betonice*: Recepti nempe *Succisæ* partes duas, & *Scabiosæ & Betonice* part. j. decoxit, & in decocto colato dissolvit

Rob Dianuc.

Diamor. an. ℥i℥.

Albi Græci pulver. ℥℥.

Nam *Album Græcum* est singulare *Specificum* in suppurandis ac discutiendis Tumoribus, & Inflammationibus Faucium, atque excellens *Vulnerarium*. Loco hujus *Decocti* possunt as-

Aqua Succisæ ℥℥.

Scabios.

Beton. an. ℥iij.

& dissolvi in illis

Rob di&or. ab ℥j. ad ℥i℥.

Vel

℥. Herb. Succisæ M. jv.

Scabiosæ,

Beton. an. M. j.

Albi Græci ℥℥.

Coqu. in *Aqua simplicis* q. s. Colaturaedulcoretur cum Melle.

Crebriùs utatur pro Gargarismate.

Decoctum enim hoc cum Melle conditum purificat & mundificat insigniter.

In Ulceribus malignis valdè solet commendari *Succisa*, non minùs etiam, quàm *Scabiosa*: imprimis *Succus* harum expressus, in Bubonibus & Carbunculis suppuratis; item in aliis Ulceribus malignis multum commendatur. (F)

CCCXXXVIII. SYM-

His, nomen habuit. Plantæ Genus est Flore labiato, cujus labium superius erectum est, bifidumque: à congeneribus autem præcipuè distinguitur, quod Stœchadis Flores variâ serie disponuntur in capitulis squamosis, è quorum acuminè aliquot elegantia eminent foliola, membranaceæ ligulæ à Clusio vocatæ. Stœchas purpurea C. B. Arabica vulgò dicta utilis juxta, ac pulcher est Frutex, è Radice lignosâ Virgulas item emittens ligno sas, ramosas, cubitales, & longiores. Folia per geniculos Lavendulæ bina, incana, odore & sapore aromatico: singuli Ramuli in Spicas festigantur, elegantibus foliolis purpuroviolaceis in summitate ornatas, uncialis, squamulis imbricatas: in his Flosculi purpurei, quibus Semina succedunt exigua. Apud nos non infrequens est circa Vesuvium montem, us & in orâ Amalphantanâ, atque Insulâ Eneariâ: arida enim amat & sabulosa.

(E) Stœchas citrina, tam angustifolia, quàm latifolia, Helichrysi species est, vocaturque prima Helichrysum seu Stœchas citrina, angustifolia C. B. secunda verò Helichrysum seu Stœchas citrina, latifolia C. B. quæ & Germanica quoque vocatur. Flore enim gaudent flosculoso, calyce squamoso & splendido comprehenso, Seminibusque papposis: quæ sunt Helichrysi character. Stœchas citrina angustifolia: è Radice lignosâ, perenni, nigrâ, lignosiæ talones, in creberrimas lanugine obsitas Virgulas desinentes, pronascuntur: Virgulis Florum luteorum pallentiumve densè glomeratis corymbi insident, Calycibus squamosis, aureis, fulgentibus, atque ferè immarcescibilibus contenti: Folia demum oblonga, frequentia incana, villosa, totam Plantam è longinquo produnt.

(F) Succisa Officinarum, atqueque Succisæ nomine insignita Plantæ, ad Scabiosas sanè referendæ sunt. Vulgaris Succisa, Morsus Diaboli appellata, est Tournefortio Scabiosa folio integro. Hujus Radix, quæ parte longè albeque fibræ circumnascuntur, præcisa, seu præmorsa apparet. Folia Scabiosæ, sed non dissecta, bina ex adverso, magis supra quàm infra virentia, & hîc quidem pilis, illic nullis prædita: Caulis cubitalis, & altior, in alas divisus: Flores Scabiosæ cœrulei, aut purpuro-violacei. Succisæ Folia amara sunt, & cœruleam papyrus satis rubefaciunt: Radix, quæ amara est & styptica, adhuc magis illam rubefacit. Viribus cum Scabiosâ convenire, vulgò receptum est.

CCCXXXVIII. SYMPHYTUM.

Symphytum. [Officinale. Hujus loci.
 (Majus, tuberosâ radice.)
 Minus, tuberosâ radice.) Minus usualia.
 (Minus, Borriginis specie.)
 Maculosum. Vide Pulmonaria.
 Petrzæum. Minus usuale.]

Insignitur *Consolida major*, *Brunfelsij*, *Trag. Cam. Ger. Symphytum*, *Lon. majus*, *Muttblol. Cord. hist. Cam. Cast. Tab. magnum*, *Fuchs. Dod. alterum, Cord. in D. Symphytum Alum.*, & *Alus*, *Lob. Consolida vulgò*, *Solidago*. *Ger. Vvall-Vvurtz*, *Schvartz Vvurtz*, *Schmaer-Vvurtz*, *Beinweill*.

Crescit in pratis, & hortis, gaudet loco humido. Floret Maio ac Junio, Floresque fert purpureos vel albos: illud Marem vocant, hoc Fœminam, quæ hoc tractu vulgarior crescit.

CCCXXXVIII. **S**YMPHYTUM. *Symphytum majus*, seu quod vocant *Officinale*, Latinis vocatur $\kappa\alpha\tau' \epsilon\zeta\omicron\chi\lambda\omega$ *Consolida major*, Germanis *Vvall-Vvurtzel*. *Species* hujus Plantæ variæ sunt: *Album* nimirum, *Ceruleum* & *Purpureum*, uti & *luteo Flore*, quæ ultima omnium est rarissima: omnibus tamen præfertur *Flore purpureo*. Vocatur ab effectu *Solidago* seu *Consolida*: Insignem enim vim obtinet *consolidandi* in *Vulneribus* externis. Substantia hujus Plantæ est mucilaginosâ, quæ Mucilage suâ oblinat partes vulneratas. *Radix* hujus pro usu Medico colligenda est mense Martio & Aprili, & quidem in Plenilunio, quod est tempus balsamicum, & ejus vires in maximâ deprehenduntur exaltatione, ut vocant.

Usum quod attinet *Symphyti majoris*, usitatissimum est inter omnia *Vulneraria*, præfertim *Radix* & hinc etiam *Folia*, usu pariter interno & externo. Vis ejus consistit in substantiâ mucilaginosâ singulari, balsamicâ, quamvis Acrimoniam *Humorum* temperante, glutinositate suâ partes vulneratas quasi consolidante, & in casibus certis ab injuriâ externâ, ratione consistentiæ mucilaginosæ, egregie defendit. Unde internè & externè in *Vulneribus* est proficua, & præ aliis in *Ulcere Pulmonum*, pro hujus glutinatione, usus istius commendatur valdoperè. *Balsami* enim instar qualvis partium læsiones corrigit, *Acidum Vulnerum* & *Ulcerum* corruptivum temperat, & optimè quibusvis læsionibus & erosionibus partium externarum & internarum opitulatur. Internè imprimis sub formâ *Essentiæ* vel *Extracti*, vel *Syrupi* adhibetur: quorum præparationem subministrat **AUTOR** in *Catalogo Præparatorum*. **TIMÆUS** in *Epist. pag. 127*. *Decoctum* compositum habet contra *Hæmoptilin* & omnes *Sanguinis fluxus*, cujus basis est *Symphytum*. Ritè interim coquitur pro usu interno, ne *Decoctum* reddatur mucilaginosum, & nimis viscosum, quæ *Mucilago* ingrata reddit assumpta; ob quem finem non nimis diu coquatur, sed quando resolvi incipit *Mucilago*, sufficit. Nec in infusione commodè potest adhiberi: refert enim **HOECHSTEDTERUS** *Dec. 3. Clas. 5.* quòd cuidam *Rustico*, ex haustu *Vini*, in quo hæc *Radix* macerata fuit, *Guttur*, *Faucesque* ad eò præclusæ & quasi conglutinatæ fuerint, ut nihil deglutire potuerit; qui tamen haustu *Aceti* iterum curatus fuit, quod mucilaginosam vim incidit & absterfit. In *Decocto* ergò, uti dixi, & *Infuso* non commodè usurpatur; optimè verò in *Essentiâ* vel *Extracto*, vel *Syrupo*. **ZWELFERUS** in *Pharmacopœa Regia Ed. alt. p. 233*. subministrat modum, quod debeat coqui *Symphytum*, ut possit assumi: quod potest videri ab aliis, qui gaudent & delectantur *Decoctis Galenicis*. **HOECHSTEDTERUS** cum *Vino Malvatico* infundit, & propinat in *Febris Quar-tanis*.

Externè Radix in *Balneo* juvat *Virgines defloratas*; Genitalia enim iterum conglutinat, ut pro *Virginibus* possint haberi; quale *Exemplum* allegat **HOECHSTEDTERUS** *l. a. in Scholio*. Mirè enim adstringit *Mulierum Partes genitales*. In *Contusionibus*, *Incisionibus*, & *Puncturis* partium externarum, maximè nervearum, similibusve, ubi opus est *Auxiliis Chirurgicis* in *Vulneribus* externis, mirè præstat, & *Sanguinem* grumofum dissolvit: sicuti dixi, ubi de *Sigillo Salomonis*, quòd sit singularis in *Contusionibus*. *Suffusionibus* & *Ecchymomatibus*; sic contra *Suffusiones ex Symphyti* p. ij. & *Sigilli Salomon.* part. j. paratur *Cataplasmata* vel *Unguentum*. Contra easdem *Contusiones* & *Suffusiones* elegans hoc est *Cataplasmata* ex *Bali Symphyti*, cujus hæc est *Compositio*.

℞. Rad. Symphyti maj. minor. an. ℥iij.

Far. Fabar. Fœnugr.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Folia, Flores.

Vires. Caliditate temperatum est, siccit 2. *Vulnerarium* est è præcipuis celeberrimum, mucilaginosum, incrassans, acrimoniamque *Humorum* obtundens, imò & incidens, adeoque partium mixtarum. Usus præcipui in *Fluxionibus* quibuscunque, imprimis *Alvi*; in *Erohone Pulmonum* ac *Pthhisi*, in *Herniis*, ruptis *Venis*, fractis *Otibus*, &c. (Succus *Lethargicis* convenire dicitur, ad ℥ij. exhibitus). *Extrinsicè* *Vulnerum Sanguinem* sistit, *Fracturas Ossium* ac *Vulnera* consolidat. (*Bubonibus* & *Carbunculis* apposita conquassata profuit in *Peste H.*)

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex *Herbâ* cum *Radice*.
2. *Conserva*. Ex *Floribus*.
3. *Condita Radix*. V. *Renodæum*.

A. 57-

Pulv. Flor. Chamom.

Melil. citr. an. ℥j.

Croci ℥j.

Coqu. ex *Aquâ*; & primo loco quidem *Radices*: *Decocto* adde

Pulv. Absinth.

Sem. Cumini an. ℥ss.

F. l. a. *Cataplasmata*, egregium ad *Contusiones*.

Præterea in *Vulneribus* conglutinandis ac curandis præsentaneum *Remedium* est *Symphytum*: Dicunt namque, quòd *Ollæ inditum*, in quo coquuntur *frusta Carnis*, à *Mucilage Symphyti* denuò conglutinentur, ut sint quasi unum frustum; quare extrinsicè applicatum, mirum quantum consolidat *Vulnera*, eaque ad sanitatem perducit. In *Fracturis* nil melius est *Symphyto*, si scilicet extrinsicè applicetur loco fracto *Cataplasmata*, factum ex *Symphyto* contuso, permixto cum *Pulvere Osæcollæ*; vel etiam, si fiat tale *Cataplasmata* ex *Symphyto majore*, & ex *Geranio rubro*, seu *sanguineo*. *Uterius Decoctum* mucilaginosum *Symphyti majoris* prodest in *Vulneribus* & *Contusionibus*, imprimis *Nervorum*, *Articulorum* & *Tendinum*, quæ præ reliquis omnibus sunt periculosissima & difficillima curatu, quoniam facile degenerant in *Ulcera sordida*, & hinc abeunt in *Gangrænam*. Dein in ineptâ *Venæsectione*, si *Nervus* subjacens lædatur & *Vena* transfossa, ubi *Tumor* & *Dolor* enormis ob *Tendinem* subjacentem læsum accedit, conveniunt *Folia Symphyti* contusa recentia, vel dicto modo applicata. Similem effectum habere dicuntur *Folia Betonicæ*, si scilicet quis punctum læsus, & *Nervus* fuerit affectus, & *Inflammatiō* cum *Dolore* horrendo invaserit: vel

℞. *Fol. Betonic.* part. j.

Radic. Symphyt. maj. part. ij.

Applicetur.

Vel *Symphytum* pulverisatum cum *Vino* calido in formâ *Cataplasmatis* apponatur *Venæ* vel *Vulneri*, si recens haberi nequeat, & statim exinde talia *gravia Symptomata* curabuntur.

Præter vim, quam habet consolidativam *Symphytum*, in specie convenit, quod impediatur *Sanguinis* cursus, vel motus, nimiaque *Hæmorrhagias* in *Vulneribus* recentibus.

Mucilago Radicis Symphyti applicata, *Vulnera* admodum consolidat, & *Herniis* quibuscunque, tam *umbilicalibus*, quam *scrotalibus* imposita, *Remedium* optimum est; harum enim rupturas conglutinat & consolidat, testante **ZWELFERO** loco all. p. 233. & 312. Unde non ipsa saltem *Mucilago* instar optimi *Balsami Vulnerarii* sufficit, sed & non incongruè permiscetur cum *Emplastris* vel *Unguentis Vulnerariis* in *Linimentis* formam; si scilicet subigatur cum *Resinâ laticæ*, & *Terebinthinâ*, & paretur *Emplastrum*, *Herniis* recentibus, & imprimis iis, quæ subitanè quâdam rupturâ factæ, imponendum: quod jam fecit **BARBETTE** in *Chirurgiâ* p. 218. Ubi habet *Emplastrum* vel *Unguentum*, quod vocat *Fac Totum* propter usum egregium vulnerarium, cujus hæc est *compositio*:

℞. *Olei Rosar.* ℥j.

Mucil. Radic. Consol. ℥ss.

Ceræ albæ ℥iv.

Cerussæ ℥ij.

Lithargyr. aur.

Minii,

Lap. Calamin. an. ℥iij.

M. f. l. a. *Unguentum*.

Si in *Vulnere* læsus sit *Nervus* & *Dolores* ferè intolerabiles adsint, unâ cum *Tumore* partis insigni, recipiunt *Mucilaginem Symphyti* hujus, & applicant toti loco affecto, & sic

4. *Syrupus de Symphyto*. V. D.
 5. *Extractum Symphyti*. R. Mucilaginem Radicis coctæ inspissatam. Extrahe cum Spiritu, ac abstrahe.
 6. *Extractum sanguineum*. Sanguis. R. Rad. recent. Symph. maj. & min. conquassâ in formam Pultis. Hinc adde Panis 4-p. (scilicet fecalini vel triticei.) M. ac irriga cum Vino generoso, inde Phialæ vitreæ oclusæ Cerâ Hispanicâ, digere aliquamdiu in Fimo, vel VB. Hinc exprime, digere, Fæcesque subsidentes separa, reliquum inspissa. Vide *Quercetani Pharmac.*
Vires. Præstat ad Hernias & Ulcera omnia.
Dosis ℞. ad dies pluresculos.
 7. *Oleum stillatitium*. Ex Radice sicca per Retortam elicitur.
 N. *Oleum* hoc ut perpaucum elicitur, ita viribus pretiosum est, in Herniis curandis intus & extrâ adhibitum.

T.

CCCXXXIX. TAMARISCUS.

Tamariscus (1. Germanica. Hæc usualis, C. B. est (2. Gallica, (3. Ægyptiaca.
 Dicitur Tamariscus, *Brunsf. Lon.* scemina, *Cord. hist.* Myrica, *Trag. Clus.* sylvestris seu Tamarix, *Matth. Cast. Dod. Tab.* Tama-

rix sylvestris, scemina, *Fuchs.* Tamarix humilis, *Cord. in D.* Myrica sylvestris altera. *Cius. hist.* Myrica altera in Germaniâ. *Cam.* Tamarix fruticosa, folio cralliore, C. B. al. Murica, Arab. *Tarfa.* Germ. *Tamariscen-Holtz.* Gall. *Tamarisc.*
 Frutex est arborefcens, similis Sabinæ, in tantam excrescens magnitudinem, ut Doliola inde fiant Mensuram unam capientia, quæ vulgaris sunt nostratibus.
 Nascitur juxta Rhenum & Danubium, tum quoque secus Paludes, solo gaudet saxoso.

OFFICINALIA NATIVA.

Lignum, Radix, Cortex, (qui maxime usualis est, imprimis Radici detractis).
Vires. *Cortex* calfacit & siccat 2. (*Lignum* ad frigiditatem inclinat) attenuat, aperit, abstergit, subaltringit, Diureticus est ac Spleneticus. Utus præcipuus in Obstructione ac Tumore Lienis (quem absumere scribit *Dioscorides*), in Morbis ab atrâ Bile ac Sero oriundis, ut Scabie, Pruritu, in Ictero nigro, Profluvio albo Mulierum, &c. extrinsecus imprimis in Tineâ Capitis, & Obstructione Mensium (Intestû).

PRÆPARATA.

1. *Extractum*. E Corticibus fit l. A. cum Spiritu Vini, vel Aquâ v. gr. Florum Geniſtæ, Scopolendriæ, & sim. *Quercetani Pharm. rest.*
2. *Sal.* Ex incinerato Ligno, l. A.

CCCXL. TA-

fic in continenti Tumor cessat, & Dolor evanescit.

Plura de hoc *Symphyto* vid. in HOECHSTEDTERI *Observationibus*, & FUCHSIO p. 638.

Præparata, quæ habet AUTOR, satis sunt clara, adque eadem conveniunt, ad quæ ipsum Simplex crudum, & nudè usurpatum.

4. Prostat *Syrupus de Symphyto Fernelii*, qui egregius est in Dysenteria, Vomitu, Sputo, & Mictu cruento, vel aliis quibusvis Sanguinis excretionibus; unde etiam permiscetur *Potionibus & Mistris Vulnerariis*: Acidum hostile; primarum viarum corrigit, ac Lympham in Vulneribus acidam fermentantem alterat.

Extractum Symphyti in Vomitu & Mictu cruento, vel aliis Hæmorrhagiis commendatur: cum *Pulvere Oscocollæ* permiscitum, & in Fracturis applicatum, mira præstat; sicut & Vulneribus, ubi Nervus læsus, si applicetur, mox Tumor & Dolor cessant. (G)

T.

CCCXXXIX. TAMARISCUS. Tamariscus est Arbor

apud nos exotica, quæ tamen frequens satis in Climatibus calidioribus; imprimis in Italiâ, ubi frequens visitur in hortis. Ab aliis vocatur Myrica seu Myrix.

In usum venit *Lignum, Radix, & præprimis Cortex*.
Cortex egregium est *Diureticum*, Massam Sanguineam, & Viscera Abdominis egregiè abstergens, & per Urinam evacuat, ac æqualium serè cum *Cortice Fraxini* virium; unde Tom. IV.

frequenter simul solent præscribi in *Infusis & Decoctis*, item in *Essentiis & Extractis*, Affectibus Chronicis, Spleneticis, imprimis autem Hypochondriacis, dicatis. Incidunt enim, & resolvunt Mucilaginem crassam ac viscidam, in infarciendo Lienem: ex qua infarctione solent oriri Inflationes Viscerum, & Dolores tensivi, gravativi, & Flatus. Propterea sunt, qui dicunt, quod si bibatur ex *Vase ex Ligno Tamarisci* confecto, non tantum præserventur, sed etiam curentur Affectus Lienis. Quin & speciatim *vi anticatarrhali* non cedit *Ligno Sassafras*, si recipiatur *Cortex Ligni & Radicis Tamarisci* ad ℞ss, & coquantur in ℞vj. *Aquæ simplicis* ad remanentiam partis dimidiæ. Hoc *Decoctum* si vel solum, vel addito tantillo *Vini*, usurpetur sæpius unâ cum moderatâ Dietâ, optimum Remedium est in Affectibus Catarrhalibus & Arthriticis, aliique ex Lymphâ acriori ortis; sciendo partim continuum Urinæ fluxum, partim Sudorem: hinc etiam cum aliis *Decocta Lignorum Sudorifera & Diuretica* ingredi solet. Commendatur item contra Podagram, Anasarcam, & contra Hydropem, hęc observat, ut in dictis Affectibus omnis salitorum Ciborum nimius vitetur usus, & Alvus semper sit aperta. Eadem aliàs vires obtinet, quas *Fraxinus* & alia Ligna: aded ut ea, quæ de illis dicta sunt, de hoc quoque dici queant; modò excipio *vim vulnerariam & sympateticam*: unde comodissimè *Fraxinus* à Modernis substituitur.

2. Ex *Cortice & Ligno Tamarisci* incinerato prostat in Officinis *Sal fixum*, quod est egregium *Spleneticum*, & permisceri solet cum *Pulveribus Aperientibus & Digerentibus* in Affectibus Splenicis, & similibus aliis Morbis. Ingreditur etiam *Pilulas Splenicæ* quorundam Autorum. (H)

L I CCCXL. TA-

(G) *Symphytum* à *συμφύων* simul nasci, quod *Carnes divisæ ejus vi coalescant & veluti connascantur*. *Plantæ Genus est Flore infundibuliformi, oblongo, & quasi campaniformi, cujus pistillum quatuor stipatur Embryonibus, quæ abeunt in totidem Semina viperini capitis æmula, in Calyce ampliato matureſcentia*. Inter species à Schrœdero recensitas, *Symphytum minus, Borruginis facie C. B. est Tournefortio Omphalodes pumila verna, Symphyti folio: Symphytum verò maculosum à Schrœdero dictum ad Pulmonarias est reducendum*. *Symphytum Officinale & magnum, est Symphytum Consolida major, flore purpureo, quæ mas C. B. Huic Radices surculosa, crassa, foris nigra, intus alba, sapore fatuo, sed viscido & lento: Caules cubitales, crassi, inanes, alati: Folia Helenii acuta, rugosa, hispida: Flores multi, penduli, purpurei, quibus quatuor succedunt Semina nigra, splendens, viperinum caput representantia*. *Symphytum, quod flore est pallidè luteo dicitur Consolida scemina C. Bauhino. Symphyti magni Folia insipida & viscida sunt, atque cœruleam papyrum vix rubefaciunt, Radices verò magis: quæ mucilaginoso surgent succo. Continetur in hac Plantâ Sal Salt Coraliorum perquam simile, dissolutum in valde viscido Pblegmate, in quo parum Sulfuris, & pauxillum Salis ammoniaci continetur. Chymicâ enim Analysis eliciuntur è Symphyto plures acidi Liquores, multum Terræ, parum Sulfuris, & nil Salis volatilis concretæ, parum tamen Spiritus urinosi, & mediocris Salis fixi copia: unde conjicere licet, Plantæ hujus vim in viscoso ejus Succo, qui ignis actione destruitur, præcipuè repositam esse. Radix Symphyti valet ad omnes Sanguinis fluxus, cum hic ab acris Salibus nimis redditus est tenuis: quâ ratione & locum habet in Rheumate à salsa destillatione ortum ducente. Tournefortius Syrupum de Symphyto juxta Dodonæi præscriptionem ad humores edulcorandos potentiorē facit, quam qui juxta Fernelium vulgè paratur; utriusque tamen compositionem nimio ingredientium numero onustam fatetur. Dodonæus sic suum præscribit: R. Radic. Symphyti maj. ℞ij. Rad. Glycyrrh. ℞j. Fol. & Rad. Tussilag. p. ij. Pinear. ℞jss. Jujub. No. XX. Sem. Malv. & Papav. alb. an. ℞ij. bull. in Aquæ fontis ℞jss. Decoctum per linteum trajiciatur, atque cum Sacchari & Mellis ad ℞ss. coqu. ad consistentiam Syrupi. Sunt qui Symphyti Radices contusas Pedibus Podagrâ affectis ad dolorem sedandum applicant. Id improbat Simon Paulli, veritus, ne fluens repercutiatur humor, atque satis operosum hoc præscribit Cataplasma: R. Radic. Symphyti maj. ℞ij. Althææ ℞ij. Ebuli ℞jss. Fol. Abrotan. p. j. Hyper. p. ij. Flor. Chamæmel. p. iij. Sambuci p. iv. Sem. Fœnugræci ℞ij. Lini ℞ij. Bull. hæc omnia in Aquâ Flor. Sambuci ad form. Cataplasmatum. Simplicius est, quo se uti fatetur Cl. Tournefortius, ut scilicet loco dolenti Radix Symphyti contrita valde, additis guttis aliquot Olei cujuscunque fœtidi applicetur.*

(H) Tamariscus est *Plantæ Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Capsulam Salicis fructus æmulam, ob-*

CCCXL. TANACETUM.

Tanacetum C. B. (1. Vulgare luteum. Hoc usuale. (2. Foliis crispis. (3. Minus, album. (4. Alpinum. (Inodorum, Flore (minore. (majore.

Dicitur Tanacetum. Matricariæ 2. species, & Parthenium. Brunfels. Tanacetum vulgare, Trag. Tanacetum, Martb. Lon. Dod. Artemisia tenuifolia, Fuchs. Ambrosia quibusdam, Cord. in D. Tanacetum Millefolii foliis, Lon. Athanasia seu Tanacetum, Cast. Artemisia, Dioscor. Tab. Græcè Ἀρτεμισία λεπτό-

CCCXL. TANACETUM. Tanacetum est Planta vulgaris, quæ crescit in locis cultioribus prope rivos. Intelligitur hic Tanacetum vulgare, luteum, odoratum. Nam datur etiam inodorum, sed hoc non usurpatur. Athanasia à quibusdam vocari solet, & sic interdum invenitur in Præscriptionibus: in specie à Plebeis vocatur Ger. *VVurmkrout*, quod ejus Semen & Flores contra Lumbricos adhibeantur, simili modo, ut Semen Santonicum seu Cina, quod reverè est Species Tanacetii. Aliàs à Germanis etiam vocatur *gemeiner Rbeinsfarren*. Veteres etiam pro aliis scopis alteratis, eodem ferè usu atque Artemisiam, cujus quali videtur species, adhibuerunt: omnia enim Tanacetia affinia sunt Artemisii, Matricariis, Absinthio, &c.

Planta hæc fatis amaricans spirat aliqualem penetrantiam aromaticam, ad instar ferè Matricariæ, ad cujus species etiam vulgò solet referri, & tribuuntur ipsi eadem vires, quæ Matricariæ: hinc & à Veteribus & Plebeis contra Affectus Uterinos & alia Tormina Abdominis, eodem modo ac Matricaria & Artemisia, felici cum successu maximè usurpatur, ut ut sæpius solet usurpari Matricaria, quæ magis convenit.

Semen contra Lumbricos loco veri Santonici ordinariò substituitur, & admodum conducit; non tantum ad Vermes Intestinalium, sed etiam ad Vermes Præcordiorum solet commendari, affirmante SENNERTO l. 2. Præcox p. 393.

1. Aqua destillata Tanacetii contra Vermes frequenter usurpatur, & in specie contra Tormina Abdominis & Ventriculi.

3. Paratur etiam Oleum ex Tanaceto, quod internè assumptum, & extrinsecus inunctum, valdè convenit in pellendis Lumbricis, imprimis quando simul adsunt Dolores ac Tormina Intestinalium. (I)

longam, membranaceam, in duas partes debiscentem, Seminibusque fætam pappo instructis. Tamariscus Narbonensis Lobelii, sive major & arborea J. Bauhini, quæ nobis familiaris magis, quæque in justam Arborem excrescit, Folia habet Cupressi, vel Erica humilis, colore ex viridi ad cinereum vergente: Flores in oblongis pediculis, conserti & racematim compacti, foris purpurascens, intus candidi, pentapetali: quos sequuntur tomentosa Semina, valvis ex maturitate debiscentibus inclusa, ut in Salice & Populo. Quæ humilis Myrica dicitur Virgilio, erit Tamariscus Germanica Lob. sive fruticosa.

(I) Tanacetum Plantæ Genus est flore flosculofo, & calyce squamoso, quasi hemisphærico, comprehenso: embryones autem abeunt in Semen pappi destitutum. A congeneribus, nempe Absinthio, Artemisîa, Abrotano &c. distinguitur Floribus crassis in capitulum quoddam collectis. Tanacetum minus, album, odore Camphoræ, quod vocant, est Millefolium nobile quod Achillæam appellant & Tanacetum montanum inodorum, majore, & minore flore C. B. ad Matricariæ species referendum: Flore enim gaudent, non flosculofo ut Tanacetum, sed radiato. Tanacetum vulgare, luteum C. B. ad duorum cubitorum altitudinem assurgit, Caulibus teretibus, nonnihil striatis, hirsutis: Folia ex viridi flavescens, pennata, in segmenta per ambitum crenata, costæ adnexa: Florum luteorum corymbi summo Caulis occupant: Semen per maturitatem nigrescens: Radix longè lateque repit. Planta hæc acris est, aromatica, amara, & cœruleam papyrum baud rubefacit: Radices insipidæ primùm, mox adstringentes, sed absque amaritie. Tanacetum continet Sal volatile aromaticum, oleosum, multo Sulfure onustum: chymicâ enim Analysî multum præbet Olei, satis Terræ, parum Spiritûs urinosi, & nil prorsus Salis volatilissî concreti: quare hæc Planta stomachica est, febrifuga, sudorifera, vulneraria, & deobstruens. Ex Cæsalpino Vinum ex Foliorum Infusione Menses ciet: eorumque Succus ad ʒij. cum Aquâ Plantaginis epotus Febres tollit intermittentes. Spiritu elicto ex destillatione viridium summisatum Tanacetii, prius in Vini Spiritu maceratarum, si abluantur partes Rheumatismo affectæ, deinde calidolinteo involvantur, sique ejusdem Spiritûs duo vel tria Cochlearia per vices assumantur, maximum sentient ægrotantes levamen. Decoctum ex Tanacetii foliis sæpius & copiosè epotum, excellens est in malignis Febris remedium: putredinè enim resistit, Vermesque, si qui sunt, enecat.

(K) Planta, quam Tanacetum album, acutum ex Trago appellat hic Ettmullerus, est reverè Ptarmica vulgaris, folio longo, serrato (foliis crinatis, fortè crenatis, vocat Autor noster), flore albo J. B. cujus Radix & Folia sapore Pyretbri fervido pollent.

(L) Verè Tanacetum hoc album, camphoratum est quidem Achillæa Dioscoridis, b. e. Millefolium nobile Tragi: baud autem est Millefolium vulgare album, seu Stratiotes, & Achillæa Dodonæi. Vide Notas ad Millefolium.

(M) Hoc est Tanacetum foliis crispis C. B. quod à vulgari præcipuè differt Foliis elegantissimis, crebriore incisurâ divisis, segmentis frequentè argutiùs crenatorum marginum flexu reflexuque crispis, cristas castrenses imitatis (hic cristatum Lobelius vocat), odore gratiore, sapore amaro: ut eleganter J. Bauhinus.

(N) Tanacetum Leucanthemum Tabernæmontani C. Bauhinus synonymon facit cum Tanaceto montano, inodoro, minore flore: hoc autem ad Matricariæ species reducendum esse supra docuimus ex Tournefortio: erit igitur Ma-

oua, Athanasia, Tanasia. Germanicè *Reinsfarren*, *Vourm-Kraut*. Gall. *Athanasie*, ou *Tanacet*.

Nascitur locis arenosis incultis: floret Junio & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba cum Floribus, Semen.

Vires, Calfacit & ficcit, incidit, discutit, Vulnerarium, Uterinum & Nephriticum est. Usus præcipuus in Lumbricis, Torminibus Ventris, Calculo, impuritateque Renum ac Vesicæ, Mensibus obstructis, Flatibus, Hydrope, &c. Extrinsecus iisdem Affectibus adhiberi potest, lavando, cataplassando, &c.

PRÆPARATA.

1. Aqua Stillatitia. Ex totâ Plantâ florente.

2. Conserva Florum.

3. Oleum stillatitium, quod rarò prostat.

4. Sal.

CCCXLI. TA-

Plura præsto sunt nobis Tanaceti species: ut

TANACETUM ALBUM ACUTUM.

Tanacetum album acutum in specie dicitur Ptarmica vulgaris foliis crinatis, sed non profundè incisiss, ad differentiam Ptarmicæ bortenfs flore pleno. Germanis vocatur *Weiße Rbeinsfarren*, quod prope Fluvium Rhenum copiosè crescat.

Usum internum habet nullum: Externè tamen Pulvis ejus Radicis, quæ ad Pyretbri Radicem ferè accedit, inter Ptarmica refertur, ut ut rarò, cum plurima alia prostant. (K)

TANACETUM ALBUM CAMPHORATUM.

Tanacetum album, camphoratum in specie dicitur Achillæa, item Tanacetum millefolium, seu Stratiotes. Rarum est & exoticum, ac saltem, quantum memini, à solo MONTALBANO descriptum, Officinis que incognitum. (L)

TANACETUM CRISPUM ANGLICUM.

Est & Tanacetum minus vulgare aliud, Anglicum seu Crispum dictum, quod quidem non asservatur in Officinis, sed tantum in Hortis colitur, & præter usum contra Lumbricos, in Torminibus Alvi in Cerevisiâ coctum, & ita calidè haustum, egregium est Experimentum. (M)

Denique offert se nobis adhuc

TANACETUM LEUCANTHEMUM BAUHINI ET TABERNÆMONTANI.

Tanacetum hoc exoticum est, & in Officinis ignoratur. (N)

CCCXLI. TA-

CCCXLI. TARAXACUM.

Dens Leonis, *Brunsf. Matth. Dod. Lob.* (Corona, & Caput Monachi) *Tab. Ger.* Hieracium majus, *Trag.* parvum, *Cord. in D.* Hedipnos major, *Fuchf.* Taraxacon minus, *Lon.* Dens Leonis latiori folio, *C.B. 1.* German. *Pfaffen-Blat, Munchf-Kapff.* Gall. *Chicorée sauvage, Dent de Lion, ou Pissenlit.*

Habetur & Major & Media, quæ vulgarior est, Folio acutiore, aliquando obtuso.

Crescit in herbosis locis; Floret Aprili, Majo.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, Folia.

Vires. Refrigerat & siccat 2. saporis amari, abstergit, aperit. Epaticum est, cum Endiviâ conveniens, quâ tamen potentiùs operatur. Usus præcipuus in Febribus Putridis inveteratis,

&c. Extrinsecus Maculas abigit Oculorum (Lac ex disrupto Caule ter quotidie Oculis inditum), Vulnera ac Ulcera abstergit, &c.

N. Radix amuleticè curare dicitur Affectus Oculorum, peculiari tamen modo, ut volunt, collecta. Nimirum sunt qui introrsum per fossam subrè factam evellunt. Sunt qui quoque modo effossam in novem secant Frusta, novemque diebus de collo suspendunt. Alii integram Radicem adhibent. Idem Amuletum & Tertianam fugare dicitur.

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia. Ex Plantâ cum Radice, Foliis ac Floribus collecta initio Maji.

THAPSUS BARBATUS.

Vide

VERBASCOM.

THEE.

CCCXLI. TARAXACUM. *Taraxacum*, quod vulgariter ubique prostat, alio nomine vocatur *Dens Leonis* seu *Caninus*, *Caput* seu *Corona Monachi*, *Rostrium porcinum*, *Hieracium majus simplex*, *Hedipnos major*, *Cicchorium minus*, Germanis *Pfaffen-Rohrben*, *Pfaffen-Blat*, *Monchs-Cappe*. Flores croceos exhibet multifolios, ex quibus Semen lanuginosum crescit, Folia sunt incisa. Est reverà Hieracii species, quoad virtutes cum Endiviâ ac Cicborio in pluribus conveniens.

Turget Succo lacteo amaricante satis acri, cujus vis in Alcali lixivioso volatili, satis quidem acri, sed non adeo fortiter penetrante, residet; nam est etiam Alcalibus sua Republica, quando unum est penetrantius altero, acrius & temperatius altero, &c. Hinc temperat omne Acidum acre in Corpore præ omnibus Cicboracis, abstergit illud in primis viis, & inter Plantas Hepaticas, seu eas, quæ Massæ Sanguineæ dyscrasiam corrigunt & emendant, valde commendatur. Unde est, quod in Febribus Intermittebantibus quibusdamque, tam recentioribus, quam inveteratis, & chronicis, sit adeo egregium Simplex, dum infusum, vel in Vino, & expressum, vel decoctum, vel alio quocunque modo assumptum ante Paroxysmum, illas solet per Sudorem curare. Coctum solum Hæmoptysin, Diarrhœam, Pollutionem nocturnam, vel Gonorrhœam simplicem; cum Lentibus verò Dysenteriam dicitur listere.

Extrâ Folia contusa & Nuchæ imposita in Affectibus & Inflammationibus Oculorum, Pustulas & Vesiculas excitat, in Affectibus Oculorum & Capitis proficuas. Maculas Oculorum, Vulnera quoque & Ulcera quæcunque Mamillarum dolorifica, ac nigras Pustulas Pudendorum ac Tibiarum, Podagram denique calidam, mitigare creduntur: idque non tantummodo si in substantiâ suâ applicentur, sed etiam instar Amuleti, multum ipsis tribuitur. Refert nimirum SCHMUCK in *Cur. Magnetico-Mag. p. 12.* quod contra Ungues Oculorum, Ger. *Vieder die Felle*, contra Albuginem, Nebulas & Maculas, aliosque Affectus Oculorum, valdè prodest Radix appensa istius Plantæ, quæ vocatur Germ. *Felvis*: ipse tamen nesciens, qualis sit hæc Planta, putat esse *Taraxacum* dictum, quod appensum primitus inducat Dolorem compressivum, obtusum & gravativum; post hunc sentiant quasi contorsionem Oculorum Ægri, & his peractis Affectus curatur.

Præterea Succus lacteus ejus acris intensè amaricans, recenter expressus, optimè temperat Acidum in Corpore peccans; hinc in Morbis chronicis, Hepatis & Mesenterii Obstructioni adscriptis, item in Febribus Intermittebantibus, imprimis Tertianis, & Putridis inveteratis, certè non est Remedium contemnendum. Item in curandâ Pleuritide & Sanguine grumoso solvendo egregius est; hinc & Mixture Antipleuriticis miscetur, si scilicet Succus ʒiʒ. miscetur cum Aquis appropriatis, additis Lapillis Cancrorum, sit Mixture optimè dissolvens Sanguinis grumos: qualia exempla habet Tom. IV.

Matricaria Tanacetii folio, flore minore, semine umbilicato T. *nil minus quam exotica Planta, ut ait hic Ettmullerus.*

(O) Taraxacum seu Dens Leonis Plantæ Genus est Flore semiflosculo, cujus Embryones abeunt in Semina pappi instructa, & in capitulum globosum collecta. Addit Tournefortius Flores innasce pediculis plerumque fistulosis, sed non ramosis. Dicitur Taraxacum à ταραξω turbo (an per antiphrasin, quod sedet potius, quam turbet?) & Dens Leonis, quod ejus Folia Leonis maxillam Dentibus suis instructam emulari videantur. Species Officialis magis est Dens Leonis latiore folio C. B. è cujus Radice digiti crassitudine, Lac è plagâ fundente, surgunt Folia humi fusa profundè incisa, ut in Cicborio sylvestri, atque nudi & inanes pediculi palmares, quibus singulis singuli insident Flores Hieracii, pulchri, lutei, Calycibus glabris, multifidis, quorum quinque foliola viridantia reflexa, comprehensit: Calyce verò omnino versus pediculum reflexo, Semina pappi instructa, incanum globum efformant: illis demum evolutibus, nudus remanet thalamus, senile calvitium representans. Hujus Plantæ Folia amarissima sunt, & cæruleam pappum parvam rubesciunt;

BARBETTE in Praxi, & etiam in Chirurgiâ qui Potiuncula sequenti Pleuriticis aliquot periculosè decumbentes curavit, cujus hæc Compositio:

ʒ. Succi Tarax. depur. ʒiʒ.

Aqua Plantag. ʒij.

Card. bened.

Scabiosa,

Syr. Flor. Papav. errat. an. ʒj.

Lapid. Cancr. præpar. ʒʒ. M.

Cujus Mixture Patiens singulis semihorariis aliquot Cochlearia hauriat. Vid. Praxi BARBETTE p. 32. & 35. uti etiam in eisdem Chirurg. pag. 60.

Hic ipse Autor eundem Succum Taraxaci commendat similiter in aliis Partium internarum Inflammationibus, cum Febribus Acutis conjunctis: & certè ipse in his Casibus Succum hunc mirè præstare arbitror. Nam obiter moneo, quod istæ Febres Ardentæ, quæ conjunctæ sunt cum Inflammationibus Partium internarum, ut Pleuritidis cum Inflammatione Pleuræ & Pulmonum, Nephritis cum Inflammatione Renum; sicut & istæ Febres, quas sequitur Inflammatio Viscerum, imprimis Stomachi, item Tumores Erysipelacei, &c. sunt curandæ eâ Methodo, quæ adhiberi solet in Curatione Pleuritidis; unde idem Succus erit egregius in similibus Affectibus.

Hinc patet, quod ejusmodi Sperientia, Refrigerantia, Hepatica, &c. simpliciter Sale volatili nitroso amaro, Sapores acidos in Chronicis peccantes alterante, & Cruditates primarum viarum abstergente, saltem operentur. Atque hæc ipsa, quæ modò de Taraxaco, & supra de Cicborio, dicta sunt, eadem quibusvis Intyaceorum speciebus, v.g. Scorzonæ, aliisque similibus Succo lacteo amaricante, non tamen caustico, imprægnatis, applicari possunt: de quo Intyaceorum diffuso Genere vid. præsertim HOFMANNUS de Medicam. Officin. p. 214.

Externè Succus hic in Affectibus Oculorum commendatur Oculis instillatus, leniter morsicat quidem, & pungit, at tamen pro Visu clarificando, & pro delendis Maculis, Nebulis, Albuginibus Oculorum, & abstergendâ Tunicâ Corneâ, Succus hic lacteus optimus est, & Visus impedimenta tollet, sive solus, sive propter acrimoniam cum Aquâ Fœniculi dilutus. Linthea Succo huic, quatenus Alcali acri & abstersivo impregnatus, intincta, ad Vulnera quoque & Ulcera quæcunque Mamillarum, aliaque putrida, manantia & sordida Pudendorum ac Tibiarum purificanda, & pro detergendo eorum Pure, optimè conveniunt: quâ factâ detersione ipsa Ulcera à Naturâ vel sponte consolidari solent; Succum enim hunc post Nicotianam omnibus præferendum censeo.

Aqua destillata Taraxaci loco Vebiculi aliis Medicamentis in Pleuritide, Febribus Intermittebantibus, & similibus Affectibus, externè pro Cosmetico, ac contra Maculas & Pustulas Faciei, Mulierculis inservit. (O)

LI 2

TA-

T H E E.

Herba *Thee* Japonibus dicitur *T'chia*, Chinesibus *Thee*, cujus notitiam (verba sunt *Tulpii* pag. 400. *Obfer. Medic. 1.4.*) ab illis qui cum summo imperio illic præfuere, mihi communicatam equidem lubens posteritati tradam. Sunt itaque huic Herbæ ut Folia oblonga, acuminata & in ambitu crenata, sic Radices fibrosæ, ac in minimas particulas dispersæ; crescitque non tantum in Chinâ, ac Japoniâ, verum etiam in Chiam, at eo discrimine, quod Chinesis Folia sint ex nigro viridia, Japonensis verò colore dilutiore ac sapore gratiore; unde quoque fit, quod Japonensium *T'chia* longè plurius etiam æstimetur, quàm Chinesium *Thee*; veneatque non raro una ipsius libra centum Argenti libris.

Quippe creditur hæc passim nihil hac Herbâ salubrius, cum ad Vitam in extremam senectutem prorogandam, tum ad impedienda quæcumque Sanitatis incommoda: neque ipsam solum Corpora reddere vegeta, atque arcere Calculi dolores, quibus illic neminem dicunt obnoxium, verum etiam tollere dolorem Capitis, Gravedinem, Lippitudinem, Destillationem,

Spiritus difficultatem, Ventriculi imbecillitatem, Intestinarum tormina, Lassitudinem ac Somnum, quem tam evidenter compescit, ut sorbitionem hujus Decocti assumentes, videas interdum integras noctes lucubrando consumere ac sine ullâ molestiâ evincere inexpugnabilem cæteroquin dormiendi necessitatem; calefacit enim modicè, & astringendo Ventriculi osculum, refrænât coërectque usque eò Vaporum ad Somnum conciliandum necessariorum ascensum, ut nihil impediementi offerat illis, qui scribendo aut meditando satagunt noctem transigere.

Videtur autem hæc Planta non longè cognita fuisse Chinesibus, neque admodum diu in usu, defunt enim ipsis avita, quibus eam designent. Nomina, sive hieroglyphici illi Characteres, (quales ferè sunt omnes Chinesium Literæ) quibus expriment ipsius naturam. Differuntque etiam inter se haud parum discrepantes hæ Nationes circa utendi rationem: permiscentibus Japonibus Pulverem hujus Plantæ in Lapide Ophitide contritum Aquæ calidæ; Chinesibus verò ipsam Plantam cum paucis Salis Saccharive granis ex Liquore aliquo decoquentibus, quod Decoctum deinde calefactum officiosissime

T A X U S.

Taxus nota est Arbor, quæ non solet esse Officialis, quoniam potius est *deleteria*, narcoticarum & noxiarum virium, quàm salubrium: & quidem sub *Taxo* morantes fiunt somnolenti & stupidi, captoque Somno gravia habent Insomnia; unde fit, ut *Taxo* injectâ in Aquâ, in qua stabulantur Pisces, illi reddantur stupidi & quasi semimortui, ut ad superiora natent, & manibus captari queant: quæ *Aqua Taxi* pota similem Corpori nostro potest inferre noxam lethalem.

Videre de *Taxo* possumus SCHOTTUM in *Jocoser. Artis & Naturæ*, qui fuit Jesuita Herbipolensis. Conferatur *MONCONYS Voyag. To. 1. pag. 135.* (P)

T E R T I A N A R I A.

Tertianaria, aliàs *Lysimachia galericulata*, flore cœruleo, & *Gratiola cœrulea*, ita dicitur, quod in Febribus Tertianis curandis commendatur, unde & Germanis *Fieber kraut*.

Certè Sapor ejus amaricans proximè ad *Centaurium minus* accedit, quâ amaritie suâ vi abstergendi, Bilemque inertiolem acuendi pollet. *Infusum* ejus seu *Vinum medicatum* (quod exinde amarescit) item *Pulvis* ad ʒj. ante Paroxysmum Febrium Intermittentium propinatus, ac sæpius continuatus, non secus ac *Pulvis Cardui benedicti*, eandem fugare dicitur. (Q)

T H E E.

DE Herbâ *Thee*, utpote Modernis tantum cognita, nihil est in AUTORE nostro, in *Appendice* autem nuper editâ p. 9. aliquid reperitur. Est Arbor baccifera habens Folia parva quasi *Bellidis*, aut instar *Myrti*, cum parvis in ambitu incisuris: provenit frequentissimè in Insulis Japonensibus, & in tractu Regni Chinesis, unde ad nos affertur. Indigenis propriè *Cba* aut *Tcha* audit. Folia sunt nigro-viridia, præsertim *Chinensium*, sapore amaricante aromatico, nonnihil adstringente. Imaginem & culturam ejus videbitis in *Artis Medicis Hassnens. Volum. 4 n. 4.*

Folia tempore verno collecta, & exsiccata in umbrâ, ad quotidianam reservantur decoctionem; cujus continuato usu, tam jucunditatis quàm necessitatis, tam ipsi bibunt, quàm Hospitibus propinant.

stunt; at Radices magis, quæ amara item sunt, styptica & deterfiva. Sal ejusdem videtur maximè accedere ad Tertiam foliatam Tartari Mulleri: verum in Dente Leonis Sal hoc plus Acidi continet in Radicibus, quàm in Foliis, at in universâ Plantâ cum multo Oleo, Terrâque conjunctum est: erit ergò Taraxacum aperiens, diureticum, vulnerarium, & febrifugum medicamentum. Succus ejus valet ad Colicam nephriticam, & ad Ischuriam: Decoctum ad Febres omnes commodè exhibetur.

(P) *Taxus* est Plantæ Genus Flore amentaceo, apicibus nempe fungiformibus constante, sed sterili: Embryones autem abeunt in Baccas campaniformes, succiplenas, Semine factas: sunt quandoque & Fructus glandiformes Semen item complectentes. *Taxus vulgaris* perpetuò virens Arbor, Abieti, & *Piceæ* similis, sed ejus Folia mucronata sunt, supernè atro virore splendens, infernè nitore destituta, nervo secundum longitudinem decurrente: Flosculi Juniperini è capitulis squamosis emicant: Baccæ aliunde emergunt, granis Juniperinis majores, Semine factæ. Hæ comestæ Dysenteriam, Febrimque pariunt: Folia & Flores pro Veneno habentur, Cicutæ Veneno non absimili.

(Q) Tertianaria aliis *Lysimachia galericulata* J. B. est Tournefortio *Cassidæ* species, vocaturque *Cassida* palustris, vulgatiore, flore cœruleo: *Cassidæ* enim characteres habet. *Cassida* namque (nomine à Cl. Columna mutato) Tournefortio Plantæ Genus est Flore labiato, cujus labium superius Galeam cum duabus auriculis refert: sub quo Genere Plantas Scutellarias vulgò appellatas reponit. Tertianariæ Caules humiles, quadrati, articulati, in crebras alas divisi: Folia ad genticula, adversa, Betonica, sed minora, rugosa: Flores galeati ex illorum alis emicant, ex violaceo in pallidum languentes. Præter vim quam adversus Febres Intermittentes Plantam hanc habere crediderunt, ex qua Tertianariæ nomen acquiserit, ait Camerarius, illius Decoctum ad Anginam optimum esse. Reverè Allium olet, & cœruleam papyrus parum rubefacit, non secus ac Scordium, & nonnullæ Plantæ febrifugæ.

Usus est, ut nempe

ʒ. Folior. Thee ʒj. ad ʒij.

Ebulliant in *Aquâ fervente*, donec acris & amaricans, prorsusque aromatica, percipiatur Decoctio, & subrubrum acquirat Colorem; quæ colata, ac *Saccharo* edulcorata, instar Jusculi calida propinatur, & ab Autoribus ad quamplurimas Ægri tudines laudatur.

Saporem *Decocti Majoranæ* mihi representare videtur, cui deficit Odor: è quibus arguo, vim in Acrimoniâ volatili, paucâ vel nullâ Oleositate conjunctâ, consistere.

Tres autem effectus habet: *Stomachicum, Cephalicum, & Nephriticum.*

Quoad vim *stomachicam*, præprimis *Decoctum* hoc aliquantisper *Saccharo* edulcoratum convenit in Affectibus Stomachi, quem saluum & purum mirificè retinet, & Apepsias, Cruditates & similia vitia valdoperè corrigit: sicuti Chineses ipsi *Potu* hoc utuntur ad confortandam Digestionem primam, & Massam Sanguineam per Urinæ fluxum purificandam. Unde etiam rarum est apud eos, ut laborent Malo Hypochondriaco, & aliis vitiis ex Stomacho tanquam fonte oriundis; vis enim aromatica omnes cruditates tollit.

Præterea celebre est *Cephalicum*, dum Spiritibus animalibus ac Capiti singulare robur addit, omni Vertigini resistit, & insigniter Memoriam aliaque Animæ facultates confortat. Adhæc arcet Somnolentias, & Hominem vigilem absque lassitudine conservat; unde sorbitiones hujus *Decocti* assumentes, totas noctes lucubrando sine molestiâ, & sine labe ingenti transigunt. Id quod innovit Mercatoribus Italis & Belgis, qui quando diu incumbere volunt scriptioni Literarum in Domo Germanicâ Venetiis, præmuniunt se *Decocto* hujus *Herbæ Thee*; quo assumpto, possunt per aliquot noctes absque delassatione exarare Literas.

In specie nobilissimum est *Nephriticum* & *Podagricum*: unde qui hanc *Herbam* in *Potu* assumunt, Calculis & Sabulo infestantibus Renes & Vesicam, non sunt obnoxii: dum partim exturbar, & Renes extergit, partim absumit Acidum in primis viis. Ratione posterioris etiam præservat à Calculo & Podagrâ; unde Chineses & Japonenses, hujus *Decocto* continuo utentes, aut raro aut nunquam à Calculo & Podagrâ infestari solent: Vid. AUTOR in *Appendice*, & THEODATUS in *Valetudinario*.

Quæ-

fissimè propinant, cum convivis invitatis, tum quibuscunque honoris causâ ipsos salutatum venientibus: idque eâ animorum inclinatione, ut Principes etiam viri non detrectent, quin potius honori ducant, suis manibus hanc Herbam vel Amicis decoquere, vel alioquin ei miscendâ tēperandâve operam suam impendere, extructis propterea in Palatiorum suorum interioribus, Conclavibus, ac Foculis ex pretiosissimis Lapidibus Lignisque isti operi speciatim dicatis: in quibus etiam curiosè asservantur Ollæ, Tripodes, Infundibula, Calices, Cochlearia, aliaque perpolitâ hujus Culinæ Instrumenta, quæ aliquot Aureorum millibus redempta, ac fericis Integumentis involuta intimis solummodò amicis ostendunt, neque minori habent loco, quàm apud nos Adamantes, Gemmas, ac baccata summi pretii Monilia, uti videre est apud Joannem Masfæum Rerum Indicarum lib. 6. & 12. & Ludovicum Almagram select. Epist. lib. 4. & Petrum Jarricum tom. 2. lib. 2. cap. 17. & Matthæum Riscium de Christian. exped. apud Sinas lib. 1. cap. 7. Aloisium Frois in Relat. Japonic. Jacobum Bontium Dialog. 7. Medic. Ind. Joannem Linschotum cap. 26. quibus addendum Fulpio ignotus adhuc, Nicolaus Trigancius tr. de Regno Chin. c. 3. pag. 34. Alexander de Rhodes in Gallico tractatu de China, pag. 25. Olearius in Perf. Itiner. pag. 599. Mandeslob cap. 11. pag. 42. Bernh. Varenius c. 23. pag. 161. Neubof pag. 37. & 438.

Vires Infusi Herbe Thee tres potissimum enumerantur, quòd Caput levet & servet à Somno immune, Vaporesque reprimat. Ventriculum roboret, Reneque Calculo & Arenis purget. Clarissimus Simon Pauli hanc herbam Thee putat esse Myrtum Brabanticam, Dodonæi Chamelæagnum, Germanis Post dictum.

Quoad usum Herbe Thee in SCHROEDERI MSS. sequens Consilium in gratiam Magnatis cujusdam olim exaratum reperitur est, quod Lector æqui bonique consuiat. Illud Latine redditum sic sonat.

Usus Herbe Indis Orientalis, quæ THEE
sive CHIA dicitur.

DE Herba Thee in Medicis plura nota sunt, verum priora hæc non satis habentur: scilicet quòd discutiat, attenuet atque incidas Humores viscosiores, & propterea qui ipsis vivunt obnoxii, commodè eâ utantur, tam ad præervationem, quàm curationem. Usus præterea sit singularis in Catarthis, unde Cephalalgia, depluitions in Pulmones, Oculorum humiditas, Capitis gravitas, Hemicrania, Asthma, Cordis palpitatio, &c. unde insuper creantur Ventriculi debilitas, ut & alii partium inferiorum Affectus. Quòd interviat eadem Herba Membris debilibus roborandis, in Podagrâ & Calculo, uno verbo quòd Chineses, qui eâ frequentius utuntur totâ vitâ, Artuum Renumque dolores nullatenus experiantur. Quòd interviat etiam pro impediendâ Inebriatione, si ante potationem assumatur, ut & pro arcendo Malo, quòd Crapulam subsequitur, si eo tempore ejus Infusum doli conveniente hauriatur. Quòd hominem roboret fugetque Mala, quæ ab impuro Aere procrearentur.

In Indiâ sic eâ vulgò utuntur, lentè scilicet exsiccatam, in Aquâ leniter ebulliunt, atque Decoctum Saccharo edulcoratum calidè hauriunt. Dosis Herbe pro unâ vice est ℥ss. Dosis Aquæ quantum uno haustu bibi potest, Sacchari quantum libuerit. Verum si quispiam Herbâ Thee contra Crapulam,

aliaque Mala jam efformata utatur, integram ejus drachmam in Aquâ ebulliet.

Japonenses hanc Herbam pulveratam Aquæ calidæ vel aliis potionibus admittunt, ad gr. 25. pro præervatione, & ℥j. pro curatione.

Commodè exhibetur cum aliis destillata: sic ℥. Herbe Thee ℥j. affundat Vini optimi, & annoli, vel Aquæ Melissa Stillatiæ, vel pro Calculo, Aquæ Petroseini, pro Capite aquæ Cerasorum nigriorum vel Majoranæ ℥j. Cinnamomi acuti si libuerit ℥j. relinquuntur diem unum aut alterum, post destillentur in MBad dimidias, Dosis cochleare j. vel ij. mane jejuno stomacho.

Poterit etiam Infusum ex Herba Thee hac ratione parari. ℥. Herbe Thee ℥ss. affunde Liqueorum prænominatorum vel Vini Malvatici ℥j. Dosis hujus Infusi est à cochlearibus duobus ad cochlearia quatuor, matutinis horis. Sique aliquid Cinnamomi, vel Sacchari pro gustu demulcendo, admiscere animus sit, id omninò licitum erit.

Si adhibeatur Herba Thee in Artuum doloribus evincendis, Calculo expellendo, vel Chylosi promovendâ & facilitandâ, hæc esto ejus præparatio. ℥. Aquæ cujuslibet appropriatæ vel fontanæ simplici q. v. Cremoris Tartari ad eisdem saturationem: utere hac imprægnatione pro Infuso. Advertendum autem, si ejusmodi Infusum, vel Destillata superius enarrata, pro Chylosi promovendâ assumantur, illud fieri debere ante pastum, vel in ipso pastu.

Si placeat Conservam parare. ℥. Herbe Thee grosso modo contritæ q. l. Sacchari in Aquâ appropriatâ dissoluti tantundem, vel etiam duplum. Decoquatur Sacchari dissolutio ad Syrupi consistentiam, tuncque admittâ Herba Thee, ut dictum, pulveratâ, parata erit Conserva. Dosis ad quantitatem Nucis moschatæ. Possunt etiam ex eâ parari Rotulæ vel Morfule scilicet ex Saccharo in Aquâ appropriatâ dissoluto.

Extractum præterea parabitur cû Spiritu Vini, vel Aquâ Tartaro imprægnatâ: sed quoniam in Extracti inspissatione partes tenuiores atque volatiliores, in quibus tota Medicamenti virtus posita est, in auras abeunt; necessarium erit eas mediante destillatione excipere, seorsim asservare, atque cum opus fuerit Extracto admiscere. Dosis Extracti est à gr. vii. ad gr. x. matutinis horis. Dosis Aquæ in Extracti paratione exceptæ, erit à cochleare j. ad cochlear. ij. Observandum autem, ne partes tenuiores avolent, non tantum in prædictâ Herba Thee extractione, sed etiam in ejus decoctione in qua admodum lentè propterea procedendum, Vasisque bene obturatis.

Tempus usus commodius, ni alia urgeat necessitas, erit mane jejuno stomacho, quo facilius in omnes Corporis partes se diffundat. Atque etiam si quotidie sine noxâ adhiberi possit hæc Herba; advertendum tamen, ne illi nimium affuescat Natura, atque in Alimentum convertat quod præstans fuisse Medicamentum. Propterea magis è re erit, bis tantum, vel ter in Septimanâ eâ uti: ni adsit impurus Aër vel aliud quodpiam quod urgeat.

Tandem observandum, Somnum admodum esse necessarium pro reparandis Spiritibus, Vitæque & Virtutum conservatione: ea propter videndum, ne illi moderato hæc Herba assumta fuerit impedimento.

Hæc pauca de usu Herbe Thee sufficient. Videat tamen Medicus præsens varia illius Præparata sæpius, pro re natâ aliis admiscere Medicamentis simplicibus aut compositis, iisque convenienter utatur.

CCCLXII. THLASPI.

Quæritur autem: Annon Thee apud nos reperitur quoque? vel An non loco hujus Thee commodius longè nostras quoddam aromaticum Simplex, nempe vel Majorana, vel Rosmarinus, vel Salvia, vel aliud quoddam Succedaneum, substitui possit, quod eodem modo ac pari frequentia usurpatum, similes effectus apud nos habeat? Prius defêdit D. SIMON PAULI, & Herbam Thee reverè eandem esse putat cum Myrto Brabanticâ seu Chamelæagno Dodonæi. Alii autem, qui huic fidem non adhibent, Betoniam substituunt. Quod igitur Myrtum Brabanticam attinet, identitas hæc secundum Dn PAULI ex Plantâ aridâ judicari non potest, uti hoc ostendit MORISON de Umbelliferis; quin & Herba Thee major adhæret vis aromatica, quàm Myrto. Betonica quoque toto cœlo differt ab hac Herba. Quid igitur in defectu faciendum? Ego profectò eâ non opus esse arbitror, sed Rosmarinum nostrum, vel aliud Simplex aromaticum, illi substitui posse credo, quæ sanè paribus virtutibus stomachicis, cephalicis, & nephriticis pollet, si nimirum Decoctum eorum apud nos crebrius usurpetur, modò conveniens Diæta respondeat: & hoc ad imitatio-

nem ipsorum Sinensium, qui pro unâ parte Foliorum Salvie nostratis duplum Herbe Thee Belgis obtulerunt: Vid. Ephem. Erudit. Anno 1666. 9. Augusti, item Acta Societ. Regiæ Volum. 1. pag. 191.

Fuit Amicus quidam, qui

℥. Passul. min. ℥iv.

Herbe Thee ℥j.

Utrumque separatim decoxit; Passularum verò Decoctum non nihil inspissavit, Decocto Thee addidit, & ita lege Artis fermentari passus est, & sic Potum suavem nec inelegantem acquisivit.

Qui plura de Thee cupit, potest videre OLAUM WORMIUM in Mus. p. 165. THEODATUM in Valetud. pag. 169. TULPIUM in Observ. l. 4. cap. ultimo, LINSCHOTTEN in c. 26. ejusdem Itiner. BORELLUM in Observ. l. 3. Observat. 29. MOELLENBROCCIUM de Varis p. 117. & denique HOFMANNUM in Clave pag. 556. uti etiam MANDELSLOH in Itiner. Orient. ab Oleario edito. (R)

CCCLXII. THLASPI.

(R) Theæ vel The nomine appellamus sicca quadam Folia, quæ ad nos ex Sinarum, aut Japonensium Imperio aut Regno Siam, adportantur. Exiguus illa profert Frutex oblonga, acuta, tenuis, parum serrata, viridia: Vere ad huc

CCCXLII. T H L A S P I.

Germ. *Bauren-Senff*. Gall. *Senevè sauvage*. Genera varia sunt, eaque promiscuè usualia. Præferuntur tamen ar-
venua.

Nomen Thlaspi Botanice ferè omnibus vulgare est.

Nascitur in locis incultis, saxosis, apricis, parietibus ac tectis. Floret Majo, maturescit Junio.

OFFICIALIA NATIVA.

Semen & Herba.

Vires. Galfacit & siccit 4. abstergit. Usus præcipuus in internis Abcessibus rumpendis, Menstruis ciendis, Ischiaticis affectibus curandis. Extrinsecus abstergit Ulcera quæcunque manantia, insuperque Ptarmicum est, sed minus vulgare.

N. *Gravidis*, quia Fœtum necat, infensum censetur.

CCCXLIII. T E U C R I U M.

Teucrium, *Fuchf. Cord. in D. Lon. Lob. Cast.* Teucrium, 1. *Tab. & C. B.* 2. *Matth.* Chamædrydys 2. seu affurgens. *Dod.* Teucrium vulgare fruticans, seu 1. *Clus. hist.* Teucrium latifolium, *Ger. German. groß Batbengel.* Gall. *baute Germandrée.*

Crescit locis herbosis, asperis, aridis, apricis: Floret Aprili, Majo.

OFFICIALIA NATIVA.

Herba cum Floribus, vel *Herba* antequàm Flores eruperint collecta.

Vires. Galfacit & siccit 2. Epatica est, saporis amari, viribus omninò convenit cum Chamædryd.

CCCXLIV. THY-

CCCXLII. T H L A S P I. *Thlaspi*, Germanis vocatur *der Bawer-Senff*. Hujus varietates sunt species & quidem in genere omnes *Plantæ*, quæ habent *Bursulas*, sive *maiores* sive *minores*, generali nomine *Thlaspi* vocantur, aded ut *Sinapi* & *Eruca*, imprimis acris sapore prædita, ad *Thlaspium* genera referantur. Nec per *Thlaspi* una certa & determinata *Planta* indigitatur, sed intelliguntur omnia *Thlaspi*, quæ in locis campestribus inveniuntur; quoniam omnia assimilantur *Eruca* vel *Sinapi*, Sale volatili acris ac fortiter penetrante constantibus. Unde hoc *Semen Thlaspi*, utut in *Officinis* valde sit neglectum, eodem modo potest usurpari atque *Semen Sinapi* & *Eruca*, dum facultates suas debet Sali volatili acris abiterivo & penetranti fortiter; unde potest intelligi Autor, & etiam plurima huc possunt referri, quæ dicta sunt de *Eruca* & *Sinapi*.

Veteribus fuit incognitum, à Modernis verò demùm in usum redactum est. Potissimus autem usus hujus *Plantæ* est *tinctorius*, nimirum ad *Panna* quævis tingenda colore purpureo, non verò *pharmaceuticus*. *Theriacam Andromachi* ingreditur, & aliàs rarò usurpatur, quia sufficit nobis *Sinapi* seu *Eruca*, quæ jure substitui possunt: Vid. **FUCHSIUS** pag. 902. seqq.

D. WEDELIUS è *Succo* hujus *Plantæ* egregium *Sal volatile oleosum*, item *Spiritus urinosum*, elicit, & quidem

per putrefactionem juxta communem Methodum. Notetur autem, si Aëri non pateat accessus, prodibit tantùm *Spiritus urinosus*, & non *Sal volatile*; si verò liber concedatur Aëri accessus, prodit *Sal volatile*. (S)

CCCXLIII. T E U C R I U M. *Teucrium verum*, imprimis *magnum* seu *latifolium*, idem ferè est cum *Chamædry*, uti rectè dicitur ab **AUTORE** nostro, ita ut promiscuè usurpentur.

Rarioris igitur usus solet esse *Teucrium*, & frequentius præscribitur *Chamædrydys*, utut in usu vulzerario illud præferendum sit huic.

Aliàs, quoad *internos usus*, ratione Saporis aliqualis amaricantis, tanquam *Hepaticum*, seu ad *Massæ Sanguinæ* dystrasiam corrigendam, ad *Morbos chronicos*, speciatim *Hepatis & Lienis*, laudatur: quibus speciatim conferre arbitrator quatenus *Urinam* moveat. Ulteriùs ad *Artuum & Arthriticos Dolores* compendendos, speciatim ad *Podagram*, solet à multis commendari: sed reverà ex his parum solatii promittere sibi possunt *Podagrisci*. (T)

CCCXLIV. THY-

ad huc virentia collecta ebullientis *Aquæ* vapori primùm exponuntur, mox metallicis laminis, pauco supposito igne, impossè lentè exsiccantur, atque sponte in eam formam convolvuntur, quâ illa à *Mercatoribus* (aliis sæpè aliarum *Herbarum Foliis* permixtis, haud infrequenti *Sinensibus* fraude) magni emimus, atque grato *Violarum* odore probamus. *Frustrè* hic *Flores* profert rosaceos, albos, quibus succedunt *Testæ*, *Avellanæ* magnitudine, *Castaneæ* colore, in quibus singuli, bini, vel terni inveniuntur rugosi *Nuclei*, *Amygdalam* ingrati saporis continentem.

Vulgò *The* cum *Tcha*, seu *Cha* (quod nostro pronuntiandi modo *Cjâ* dicimus) synonymon faciunt. Verùm *Cha*, seu *Tcha* propriè est species *Theæ Japonensium*, cujus quidem *Folia* cum vulgari *The* conveniunt, sed minora sunt, suaviore gustu, & odore, atque colore pollent minus intense viridi, imò ad flavum tendente. Item ab exiguo *Frustrè*, *Ribesii* magnitudine, qui summâ colitur apud *Japonenses* curâ, *Folia* hæc depromuntur, ac sicca sub *Florum* *Theæ* nomine, sed falsò, ad nos adportantur. Adportantur quoque, etiam ex *Americâ*, alia *Foliorum* genera, quæ nomine *The* quoque indigitantur; præcipuè ex *Insula Martinique*, barbaro vocabulo *Cuambou* dicta, quæque à *Cl. Lémery Caryophyllatæ* cuidam speciei tribuuntur.

Aded vulgaris per *Europam universam* factus est *Potûs The* usus, ut de eo hic aliqua dicere opus non esse existaverimus: præsertim quum integri de eâ re conscripti sint *Tractatus*. Illud tantum notaverim, *Theæ* (quemadmodum & *Cassè*, & *Chocolates*) *Sorbitiones* ex usu medico omninò ad delicias, atque ad hospites amicosque urbanitatis officii excipiendos, aut ad jucundas confabulationes producendas transisse. Et illud quoque monuerim, haud illorum spernendam esse sententiam, qui putant, *Decocta* ex *Veronicâ*, *Melissâ*, *Salviâ*, *Rosmarino*, similibusque aromaticis *Plantis* parata, non solum *Theæ* succedanea esse posse, sed illi fortasse præstare. Vide *Tractatum* *Jo. Franci* *Veronica Theezans* inscriptum. Denique alibi, ni fallor, notavimus, *Plantam* illam, quæ vulgò nomine *The* notratis circumfertur, verum *The* non esse, sed *Chenopodium*, aut si mavis *Botryn Ambrosioidem* vel vulgarem vel *Mexicanam*: ea sanè *Sale* volatili oleoso abundat, quapropter haud ineptum illius usum existimo.

(S) Nimis ampla esset *Thlaspiarum* familia, si verum esset, quod docet hic *Etmullerus*, omnes scilicet *Plantas*, quæ habent *Bursulas*, sive *maiores* sive *minores*, *Thlaspi* vocari; innumera enim hæc sunt & à *Thlaspi* omninò diversa. *Thlaspi* igitur *Tournefortio* *Plantæ* Genus est *Flore* cruciformi, cujus pistillum ab it *Frustrum* planum, orâ foliaceâ & supremâ fissum, in duo loculamenta divisum, septo ad valvas perpendiculariter posito, *Seminibus* fœsum planis. Adde *Folia* indivisa, quo à *Nasturtio* differt. *Thlaspi* vulgatius *J. B.* è *Radice* crassâ, lignosâ, albâ, *Caules* emittit birsutos, teretes, brachiatos, quos geminâ pinnulâ complectuntur *Folia* longa, sensim angustiora reddita, crenata: *Flosculi* albi, multi, tetrapetali, quibus succedunt *Capsulæ* foliaceæ in summo fissæ, *Semina* acris *Nasturtii* continentem. Hæc ad *Theriacæ* tantum compositionem colliguntur.

(T) Reverà *Teucrium* *Officinarum* species est *Chamædrydys*; habet enim omnes *Chamædrydys* characteres; quod *Flore* sit unilabiato, & labij superioris locum stamina occupent: *Flores* item in *Foliorum* alis nascantur, & *Calyce* donentur tubulato. Vocatur igitur à *Tournefortio* *Chamædrydys* frutescens, *Teucrium* vulgò. At *Teucrium verum* *Plantæ* Genus est *Flore* item unilabiato, & labij superioris locum occupent stamina: at *Calyx* campaniformis est, non tubulatus, in quo tanquam in capsulâ item campaniformi, maturescunt quatuor *Semina* subrotunda. Ad hoc Genus pertinent *Teucrium Bœoticum*, *Hispanicum*, *supinum*, &c.

Chamædrydys frutescens, *Teucrium* vulgò, altius *Chamædry* fruticat *Virgultis* quadratis, birsutis, lignosis: his brevi intervallo bina adherent *Folia* birsuta. superius atro virore splendentia, inferius nonnihil canescentia, *inferna* *Chamædrydys*, *superna* *Hormini* *folia* æmulantia. *Flores* è superiorum *Foliorum* alis emicant, plures juncti, *Chamædrydys* *Florum* formâ, luteoli.

CCCXLIV. T H Y M U S.

Thymus { 1. Vulgaris, folio tenuiore. *Mic usualis.*
C. B. { 2. Vulgaris, folio latiore.
3. Capitatus.
4. Inodorus.

Dicitur Thymus, *Brunfels. Trag. Matth. Fuchf. Cord. bist. Lon.* Thymus durior, *Cam. nostras, Cord. in D.* Serpillum hortense, *Dod. aliàs Thymum. Arab. Husce. Germ. Romischer, Voelscher Quendel, Tymian. Gall. du Tym.*

Crescit nostratibus in hortis: floret Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba seu Folia, & Semen.

Vires. Calfacit & siccit 3. saporis subacris, attenuat, incidit, discutit. Usus præcipuus in Affectibus Tartareis. 1. Pulmonum, ut Asthmate, Tussi. 2. Artuum, ut Podagrâ; omnia Viscera referat, Appetitum excitat. Extrinsecus in Tumoribus frigidis, Sugillationibus, Inflationibus Ventris, Doloribus Arthriticis.

PRÆPARATA.

1. Aqua. Ex Herbâ cum Floribus.
2. Spiritus.
3. Oleum stillatitium.

CCCXLV. T H Y M I A M A.

Thymiana (*Officinis* corruptè Thymiana, vel Thuris cortex, vel Thus Judæorum, quod Judæi in Suffumigiis frequenter eo utantur) corticosum quid est ex Indiâ allatum. Videatur Styrax rubra, *Bellon.* Nascaphtum, *Cord. bist.* Storax rubra *Officinarum, C. B. 3.*

CCCXLIV. T H Y M U S. *Thymus Vulgaris, folio angustiore, seu tenuiore, vel (ut alii volunt) asperiore, Officinalis est, congener Saturæ & Serpillo, & ad ejus naturam proximè accedit, ita ut promiscuè usurpari possint, unde & Germanis VVelscher, item Romischer. Quendel, vocatur. Thymus dicitur ad imitationem Græcorum à Συμῶν, quod antiquitè pro Suffumigiis in Sacrificiis fuerit adhibitus. Odor hujus aromaticus innuit vim egregiam nervinam, toti Systemati nervoso dicatam; imprægnatus enim est Sale volatili oleoso temperato, unde non immeritò & Compositiones, quæ Caput & Nervos respiciunt, Spiritus Cephalico-nervinos, ordinariò ingredi solet: sicut etiam quoque Flatulentias Intestinarum carminativâ virtute discutit. Omnia igitur ea, quæ de Serpillo dicta sunt, etiam hic applicari possunt; magis tamen oleosum Subjectum Thymus, quàm Serpillum, esse solet.*

Præterea in *Pedituvitiis* quoque, quæ Capitis & Uteri gratiâ, necnon pro totius Systematis nervosi levaminibus instituuntur, valdè adhibetur; unde in Affectibus Articulorum Arthriticis & Paralyticis externo usu Planta est satis celebris.

Reliqua quæ habet *AUTOR noster*, per se constant.

PETRUS JOHANNES FABER, l. 2. Myrobec. Spagy. cap. 33. parat elegantem *Quintam Essentiam Thymi*, quam ad plurimos Affectus commendat, quæ videri potest *citato loco. (V)*

CCCXLV. T H Y M I A M A. *Thymiana potius esset referendum ad Alterantia Secundaria.*

Est *Cortex* quidam instar *Thuris Corticis*, affertur ex Asiâ, odoriferus, & nullius alijs est usus nisi in *Suffimentis*: tam pro correctione Affectuum Pulmonum, quàm in iis, qui adhibentur pro correctione Aëris maligni & pestilentialis. Aliàs nullius est usus: & quoniam est pretiosus, semper cum fructu illi substituitur *Thus*, vel *Cortex Thuris. (X)*

(V) *Inter congeneres Plantas Floro labiato, cujus superius labium surrexum est, ut sunt Serpillum, Saturia, Thymra &c. distinguitur præcipuè Thymus, quod ejus Caules duri sint & lignosi, Floresque in capitula collecti. Præter Thymum vulgarem folio latiore, & folio tenuiore, cinereo, quæ species in calidioribus regionibus frequenter sunt, colitur quoque in Hortis Thymus capitatus, qui Dioscoridis C. B. quem Creticum & Cephaloton appellant. Omnes Thymi species odore vehementi, aromatico, grato commendantur: abundant enim Oleo exaltato, Saleque volatili: quare inter aperitiva, incisiva, ac cephalica numerantur Remedia: baud ingratum quoque est culinare condimentum.*

(X) *Nomine Thymiamatis veniunt apud Antiquiores Corticum fragmenta quedam, crassiuscula, fragilia, pulli coloris, exsucca adeò, ut igni admota nec tantillum resudent, nec flammam satis clavam edant, odc... no, fortasse ob vetustatem, desituta. Idem Thymiana nomine Nascaphtii à Cordo describitur, atque esse Sty... u- bram Officinarum, ait J. Bauhinus l. 481. At Pomet des Drogues pag. 249. docet Styracem rubram, seu. l'hus Judæorum. (quemadmodum illam appellat hîc Schræderus), vulgarem esse Resnam, è Syriâ & Oriente allatam, quæ è trunco & crassis ramis extillat Arboris medioeris, cujus Folia Cydoniæ foliis similia sunt, Fructusque ad Avelanas accedunt. Uno verbo Arbor hæc est Styrax folio Mali Cotonei C. B. l. e. quod Styrax hæc rubra ex eadem paratur Arbore, ac Styracem liquidam parari vulgò creditum est. Sed de hæc re Class. 2. ubi de Styrace.*

Vires. Constrictionibus Vulvæ ex Suffitu prodest. Odoris jucundi gratiâ Suffimentis immiscetur. Vide *Thuris Cortex, Class. 2.*

N. Sunt & qui *Ammoniacum electum*, Thymiana appellant.

CCCXLVI. T I L I A.

Tilia. *Germ. Leinden.* (Mas est sterilis. *Hæc nobis inustata. Baum. Gall. Tillet.* (Fœmina, Flores ac Semen proferens.

Dicitur Tilia fœmina, *Brunfels. Matth. Fuchf. Lob. Tab. Tilia, Lon. Dod. sativa, Trag. Phyllirea, Cass.* Tilia fœmina folio majori, C. B. 5.

N. Est & folio minori Tilia sylvestris, *Trag.* quæ priori per omnia similis, nisi quod sit minor & nigrior.

OFFICINALIA NATIVA.

Flores, Folia, Cortex, Semen, Lignum, Viscum.

Vires. Flores calfaciunt & siccant, partium tenuium sunt, discutunt. Cephalici sunt. Usus præcipuus in Epilepsiâ, Apoplexiâ, Vertigine.

Flores ac Cortex siccant, repellunt, Urinam ac Menses cient (Decocto Corticis in Vino Cachecticam feliciter usam recordor.) Extrinsecus Ambustis subveniunt (Mucilago scilicet extracta ac inuncta.)

Semen Dysentericæ & Fluxionibus quibuscumque medetur, etiam Hæmorrhagiæ Narium. (Naribus scilicet inditum.)

Lignum in Titiones Aceti aspersione redactum, Sanguinem coagulatum fortiter resolvit.

Extrinsecus adhibentur Folia in Aphthis ac Tumoribus Pedum discutiendis; Corticis Mucilago in Ambustis ac Vulneribus magni est solaminis.

N. Hu-

CCCXLVI. T I L I A. *Tilia Græcè φίλυρα, Germanis Linde, Arbor elegans est, cujus Flores, Folia, Cortex, Viscus, & Fungus sunt in usu.*

Primaria hujus Arboris laus est *Cephalica*, imprimis in Epilepsiâ, Vertigine, & Apoplexiâ.

De Floribus speciatim notandum, quod ratione Saporis subacris & subamari, Odorisque fragrantis in Sale volatili blando balsamico consistentis, virtute cephalicâ & anti-epilepticâ polleant; hinc omnes ferè Aquas Cephalicas ingrediuntur, sicut & in Nodulis & Potionibus Cephalicis solent præscribi. Flores hi & Folia continent in se Mucilaginem quandam, blandè imprimis in Ambustis lenientem, uti habet *Autor*. Unde Folia in Lacte decocta, ut & in Aquâ saltem, optimum Remedium sunt in Tenesmo, quando nempe volutus exonerare Alvum, sed irritato conatu, Dolorem sistendo, & blandissimè excretionem Alvi promovendo, si Decoctum instar Fomenti cum Linteis duplicatis Ano applicetur.

Porrò Cortex *Tilia medianus* in Aquâ maceratus suggerit Mucilaginem, in Ambustionibus imprimis ac Doloribus inde natis egregiam, qualem quoque Folia & Flores suppeditant.

In Ligno Viscum reperitur, quod post *Corsilium* multò est præstantius *Quercino*, & ritè usurpatu egregiu est *Epilepticum*. Unde quidam contendunt pro assumptione Medicamentorum Epilepticorum factum *Cochlear ex Ligno Liliaceo* conducere. Notetur autem, Paroxysmum epilepticum hoc ipso cautè, nec semper in momento debere sisti, cum aliàs exinde Eger febrem ardentem & maxima alia pericula, incurrere possit.

Fungus *Tilia* vel in Infuso, vel in Pulvere valdè commendatur à Mulo-Medicis in Morbis Pecudum epidemicis, uti hoc refert *SCHMUCHIUS Tbes. 2. Secreto Pbsf. 10.*

1. *Aquæ Florum Tilia* destillata *Vebiculum* accommodatum

N. Humor defluens è Medullâ dissectæ Tiliæ Capillorum defluvio succurrit.

Viscum Tiliaceum, Germ. Lindenmistel, Gall. du Visc, Glu, ou Guy de Tillet ad Motus cõvulsivos epilepticos utile censetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Floribus.
2. *Spiritus.*
3. *Conserua.* Ex Floribus.

CCCXLVII. T O R M E N T I L L A.

Tormen-
tilla C. B. [1. Sylvestris. *Hæc usualis.*
2. Alpina. (Major. (Folio sericeo.)

Appellatur *Tormentilla* Brunf. *Matth. Dod. Cord. Lon. Lob. Cast. Tab.* (cui *Consolida rubra*) Ger. *Heptaphyllum*, *Fuchs. German. Tormentill, Heil-Wurtz, Blat-Wurtz, roth*

tum est Medicamentorum in Vertigine, & in Affectibus epilepticis; si sub destillatione paulò urgeatur Ignis, Aqua tota mucilaginosâ prodit: vid. **WEDELIUS Pharm. p. 74.**
2. Per fermentationem elicitor *Spiritus ardens & elegans*, qui valdè commendatur ad Vertiginem, Convulsiones epilepticas, & similes Affectus ex uno ferè fonte promanantes; unde elegans præbet *Mensurum* pro parandis *Extractis* aut *Essentiis Cephalicis* in Apoplexiâ, Epilepsiâ, & vertiginosis aut similibus Affectibus curandis: hinc etiam *Syrupus Tiliæ epilepticus* prostat in *Appendice M. A. N. C. Anni 6. Tit. 7. pag. 52.* sicut & ex *Visco Tiliaceo* æquè ac ex *Corylino* parari potest *Spiritus contra Epilepsiam.*

Lignum ipsum Tiliaceum moderato igne in *Carbones* redactum ac pulverifatû, inque *Aceto* propinatum, ab **HARTMANNO**, & **HELMONTIO** valdè laudatur, tanquam euporiston in Casu ab alto, & resolvendis Grumis Sanguinis, item ad vulneratos & ruptos Homines rursus restituendos.

Inter cætera verò *Preparata è Tiliâ* primatum obtinet *Primum Ens Tiliæ* dictum, quod nihil aliud est, quàm *Succus è trunco circa radicem tempore verno sauciato effluens*, qui multæ laudis habetur, pro Epilepsiâ etiam hæreditariâ. Mediante enim hõc se curasse Epilepticos quosdam non adeò inveteratos testatur **TILEMANNUS**, vir quidem eruditus, sed admodum mirabilis ingenii, in *Append. Materie sue Med. annexâ suis Aporisimis Hippocratis*, item *M. A. N. C. Ann. 6. & 7. in Append. p. 50.*

Extractum hujus Liquoris, seu *Liquor ipse*, vel per se, vel additis *Floribus Tiliæ*, fermentatus, & in *Potum vinosum* redactus, commendatur quoque in Nephritide. Imo *Succus talis Tiliæ* forsan non inferior erit *Succo Bstulæ* ad Nephritidem: conf. **HEERTODTIUS** in *Tartaro-Mastige Moevæ p. 123. (T)*

CCCXLVII. T O R M E N T I L L A. *Tormentilla*, Germ. *Tolmentill*, & ex corrupto nomine rusticis *Armentill*: ita dicta est à Veteribus, quòd cum pauco *Alumine & Pyretro* cavitati Dentis indita, dolorem ejus sedet. Pertinet ad *Quinquifolia.*

Radix ejus, respectu Plantæ satis cognitæ, est magna, lignosa, tuberosa, in obliquum acta, & subrufa, & quasi per signaturam prodere dicitur virtutes contra *Hæmorrhagias*; videatur **CROLLIUS** & **JOHANNES FRANCUS**, unde vocatur etiam Germ. *Heil-VWurtzel*, item *Rubr-VWurtzel*.

(Y) *Tilia est Arboris Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Testam unicapsularem, Seminibus factam oblongis. Tilia Officinarum vulgarissima est Tilia fœmina, folio majore C. B. gratissima Arbor latè patentium brachiatorum ramorum, & foliorum amænè virentium umbrâ; Caudex præmagnus, lævi & subcinereo in juvenibus, in vetulis crasso & rimoso Cortice: Folia lata ex rotundo in acumen desinentia, in ambitu serrata: ex horum alis Ligula oriuntur albicantes, unde Pediculus emicat, in tres, quatuor, vel plures petiolos, totidem Flores ex luteolo albicantes, atque odoros sustinentes, abiens: Fructus Piso majori æqualis, intus claudens Semina subsusca, dulcia. Ex Ligulis bisce unâ cum pendentibus Floribus, Aquam ad Cephalicos affectus appropriatam, vulgò destillamus.*

(Z) *Tormentilla Plantæ Genus est Flore rosaceo, quatuor petalis constante, cujus pistillum è Calyce monophyllo, multifido, & pelvisiformi surgens, abit in Fructum ferè globosum, in quo multa Semina in capitulum colliguntur ipso Calyce involuta. Prætereâ Tormentilla Folia plura quàm terna habet, summo pediculo insidentia. Tormentilla sylvestris C. B. quæ Officialis, Radicem habet pollicarem, aliâs rectam, aliâs obliquè actam, rubentem: hæc Viticulas emittit cubitales, hirsutas, vix humo surgentes: Folia Pentaphylli, sed divisurâ septemplexi, Caulem ambiunt: Flores parvi, lutei, quos malè J. Bauhinus pentapetalos facit, notante Tournesfortio. Ex eodem Radix Tormentillæ styptica est, amarissima, & cœruleam papyrum valdè rubefacit; Folia verò minus, gustuque pollent viscido. Chymicâ Analysî Planta hæc parum præbet Spiritus urinosi, nil Salis volatilis concreti, multumque Acidi, Olei, & Terræ. Conjicere hinc est, in eâ contineri Sal aluminosum, multo Sulfure involutum, paucoque Sale ammoniaco commisto. Tormentilla vulneraria est, adstringens, detergensque, adeoque viribus cum Pervincâ, & Quinquefolio convenit.*

Tormentilla Alpina, folio sericeo C. B. de quâ mentionem facit bis **Schroederus**, est **Tournesfortio Alchimilla Alpina**, *Quinquefolli folio, subtus argenteo.*

Guntzel, roth bei il Wurtz, Rubr-Wurtz, Gall. Tormentille.

No. Sunt qui χρυσόγρον Dioscoridis esse velint.

Crescit passim in herbosis ac arenosis locis: florere incipit Majo.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Radix.

Vires. Siccat 3. sine in signi caliditate, astringit, Vulneraria, Diaphoretica ac Alexipharmaca est. Usus præcipuus in Peste, Morbisque cæteris malignis, imprimis si cum fluxu Alvi conjuncti sint, in Catarrhis exsiccandis, in Lue Venereâ, in Veneno hausto, in Vulneribus. Summasim non est Vegetabile, quod in Fluxionibus quibuscunque (Alvi, Uteri) usitatus sit, quàm hæc Tormentillæ Radix. Extrinsecus eadem adhibetur variis in Affectibus, in Vomitu, Vulneribus, & similibus.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Herbâ totâ cū Floribus collectis Majo
2. *Extractum Radicum.*

TRI-

zel. Nam certum est, quòd *Tormentilla* sit una ex *Plantis Adstringentibus* celeberrimis, & vi *vulnerariâ* commendatissimis, quæ potenter adstringendo oscula Vasorum claudit; hinc in Diarrhœis, Dysenteriis, Fluxibus Uteri sanguineis, Vomitu sanguineo, & quibusvis Alvi & Sanguinis Fluxibus nimis commendatur; speciatim verò cum Variolis & Febris Malignis conjunctis, certissimum est Remedium. Ulterius Acore suo styptico Acidum absorbet: unde quoque *Vitriolum*, instar *Gallarum*, in *Atramentum* præcipitat, Acrimoniamque habet potenter Fauces erodentem. Hinc nobile est *Stomachicum*. Nemo credit, quantum ad Appetitum deperditum *Radix* hæc in *Aquâ decocta* valeat; tonum enim Ventriculi restituit, Mucumque ejus ac Sordes abstergere valet. *Decoctum* hoc odorem roseum spirat. Præter has virtutes adstrictorias commendatissima est vi alexipharmacâ & diaphoreticâ; Sudorem enim movet, & sub formâ Sudoris Malignitatem & Venenositatem valdeperè expellit: pro quibus scopis quibusvis *Compositis Alexipharmacis* ordinariè addi solet. Unde in Morbis Malignis cum Dysenteriis & Diarrhœis conjunctis valdè convenit: nam Malignitati resistit, & Fluxum compescit. In Morbis Malignis cum Hæmorrhagiis imprimis Narium conjunctis, *Tormentilla* est præsentaneum Remedium, cum Fluxum, ut dixi, arceat, & Malignitati resistat. Propter hanc vim **AMMELUNGIUS** in *Apologia c. 2. p. 98.* nonnullique alii, non saltem loco *Radix Sarsaparillæ*, sed etiam *Chinæ Radix* illam commodè usurpari posse asserunt.

2. *Extractum Radicis Tormentillæ* duplici modo concinnatur; vel

1. Simplici in *Aquâ*, sed diurnâ *Cochione*, expressione, & inspissatione in *Extractum*; vel
2. Si huic jam parato *Extracto Spiritus Vini* affunditur, & de novo *Essentia* extrahatur, abstractione *Spiritus* in consistentiam siccam redigenda.

Posteriùs hoc *Extractum* in *Pulverem* redigi potest. *Tantæ* quidem est Acrimonie, penetrantis ac styptici Saporis, ut ardorem Faucium inducat; Ventriculo tamen egregiè conducit; tonum enim ejus restituit, & Mucum atque Sordes abstergit, & in quibusvis Dysenteriis, Diarrhœis, Fluxibus Uteri sanguineis, vel aliis excretionibus in quocunque loco, item Variolis & Morbillis cum Dysenteriâ conjunctis, item Fluxibus Alvi colliquativis, à ʒss. ad ʒj. in haustuulo *Vini* est polychrestum. (Z)

TRA-

TRIBULUS AQUATICUS.

CCCXLVIII. TRICHOMANES.

Tribulus Aquaticus, Gall. Noix ou Chataigne d'eau, τριβυλος ὑδρῶς, ad differentiam Tribuli Terrestris appellatur, qua ut re vide Dioscoridem lib. 4. cap. 14. & Theophrastum lib. 6. c. 5. de historiâ Plantarum. Ruellius putat Tribulum Aculeatum Theophrasti eam esse Plantam, quam Hetrusci vulgò vocant Gacatrippola, sed hunc hanc ad rem refutat Matthiolus. Quoad vires Galenus lib. 7. de Med. simpl. statuit Tribulos Aquaticos constitui ex humidâ essentiâ modicè frigidâ, siccâque adstringente, & hinc usum eorum esse contra Phlegmonarum generationes & influxus. Ingrediuntur Tribuli Aqatici Unguentum Agrippæ, cuius Compositionem pulchrè exponit Antonius de Sgobbis in Theatro Pharmac. pag. 492. Venetijs nuper excuso. Tribulus autem Aquaticus folijs provenit, notante Matthiolo pag. 627. latis, subrotundis, crassis, & aversâ parte maculosis, nervosisque, & per ambitum ferratis, prælongis & crassis pediculis nitentibus; Caulem edit crassum pinguemque, sed in summitate longè vegetiorem, quàm ab Radice. Radix illi longa, comantibus spicis capillamentis. Fructum profert nigrum Castaneæ magnitudine, triplici armatum mucrone, unde illi nomen, cortice membranoso, & albâ intus medullâ, gustu Castaneis haud absimili; vulgus Aquaticas Castaneas vocat, ac non secus ac Castaneis eo in cibo utitur. Quin etiam quibusdam in locis è siccis Tribulis in farinam redactis, per annonæ inopiam agreffis Plebecula Panem parare solet, perinde ac ex Castaneis paratur ab alijs. Sunt etiam qui eisdem Tribulos sub cineribus affatos pro gratis Bellarijs edant. Ex his porò qui peregrè proficiscuntur Verticillos faciunt, quibus suas preces enumerent, colloque gestent, ut majorem præ se ferant Religionem, ne dicam Hypocritism. Confirmat hoc Amatus Lusitanus Comment. in Dioscor. Cl. Simon Pauli nitris Jesuiticis Tribulos Aquaticos comparat pag. 507. Quadrip. Botan. (Δ)

Tριχόμενες seu Polytrichum Officinarium, C. B. Trichomanes, 1. reg. Matthiol. Fuchs. Dod. Cord. bist. Lob. Cast. Cam. Trichomanes mas, Tab. Ger. Adiantum rubrum, Lon. Polytrichum vulgò, Casalp. aliàs capillaris Filicula, German. Widerholz. Gall. Du Trichomanes.

N. C. Baubinus ex Tabernamontano diversa Genera refert, verùm promiscuè singula in usum accerfiri possunt.

Provenit locis humidis juxta aquas in vetustis parietibus ac muris. Virescit perpetuò, sterileque est.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, seu Herba integra.

Vires. Adianto (Capillo Veneris, ut & Rutæ murariæ) facultatibus omnibus respondet, ideoque eò recurrendum. Peculiariter tamen monet Tabernamontanus, quòd Aqua stillatitia imprimis proficua sit iis, quibus Jecur putrescere incipit.

CCCXLIX. TRIFOLIUM.

Trifolii quamplurima passim occurrunt Genera, nimirum Plantæ quæcunque Folijs ternis germinantes hoc sibi met nominis jure nativo vendicant. Ex omnibus tamen, non nisi species paucas Officinis infervire comperimus, hæc sunt

(Acetosum. Vide Acetosella.

Trifolium (Aureum. Vide Epatica nobilis.

(Odoratum. Vide Lotus & Melilotus.

(Trifolium Palustre, fibrinum, (Germ. Biberklee, Lungenklee) commendatur expertum ad Scorbutum, & ad Hydropem parari potest Essentia.)

CCCL. TRI-

TRAGOPOGON.

Epidemicis. (A)

Tragopogon majus habetur vel Flore luteo, vel purpureo. Latinis dicitur Barba Capri, vel Capræ, Floribus compactis, Germ. Bocks-Bart, quod post Florem deciduum insignis appareat Pappus, quasi Barba quædam proliza. Datur etiam Tragopogon minus, flore luteo.

Planta est tota lactescens, & species Scorzonera; unde Radix ejus, imò tota Planta, simili modo vi alterativâ, temperativâ, ac speciatim alexipharmacâ ac egregiè sudoriferâ, uti & nonnihil adstrictoriâ, cum Radice Scorzonera, gaudet; si scilicet ejus Decoctum, vel solitariè, vel cum Cornu Cervi propinetur: unde etiam in Morbis Epidemicis malignis frequentis est usûs, in specie in Diarrhœis & Dysenterijs Tom. IV.

CCCXLVIII. TRICHOMANES. Trichomanes seu Polytrichon species est ex Herbis Capillaribus; nempe ex Adiantis, cognata Filici & Rutæ murariæ; unde rari est usûs, & rarò præscribitur, quoniam cum dictis iisdem viribus gaudet. Carere ergò eâ, & hujus loco solum Adiantum adhibere possumus, referente Autore. (B)

CCCXLIX. TRIFOLIUM. Trifolii plures datur Species, rarò in usum venientes.

Tres quidem spectes Officinales recenset Autor, de quibus omnibus in superioribus, & præter has nullam habet, de qua impræsentiarum agat (C). Nihilominus datur

M m

TRI-

(A) Tribulus aquaticus dictus haud sub Tribuli Genere reponendum, non enim illius obtinet characterem. Tribulus propriè dictus Plantæ Genus est Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Fructum quodammodo cruciformem, vel turbinatum, ex pluribus partibus compositum, muricatis, in capitulum collectis, & Seminibus sætis oblongis in loculis nidulantibus. Sub hoc genere comprehenduntur Tribuli terrestris dicti species. Tribulus verò aquaticus novum Genus constituit, Tribuloides à Tournefortio appellatum, quod Flore item est rosaceo, sed ejus pistillum abit in Fructum subrotundum, aculeatum, unicasulare, Seminibus sætam Castaneæ æmulo: notatque insuper laudatus Autor, quòd Fructus Aculei aliud nihil sint, quàm Folia Calycis in Aculeos versa. Speciem unicam sibi notam vocat Tribuloides vulgare, aquis innascens. Aquis inquam innascens hæc Planta Caules emittit longos, tenues, succulentos, ac multis præditos fibris, quibus veluti Radicibus utitur. Caules hi in Aquæ superficie grandescunt, & Folia emittunt Populeis similia, sed breviora, & ad rhomboidem figuram accedentia, crenata, nervosa, & longis crassisque pediculis adnexa: Flores exigui, albi, teretibus & lanuginosis petiolis hærentes: bis Fructus succedunt Castaneæ similes, quatuor aculeis armati, ex maturitate nigri, & splendentes, ut Gagates: ex Nucleo duro, alboque Farina & Panis conficitur. Fructus hic multum Olei continet, parum Salis: adstringens est, refrigerans, ac resolvens, ad Alvi fluxum opportunus. Gargarisma ex eo Decocto paratum Faucium sedat inflammationes.

(A) Tragopogon à τράγος Hircus, & τράγων Barba, quòd è summo Calyce Seminum proliza erumpat lanugo, Hirci Barbam representans. Plantæ Genus est Flore semisfosculofo, Calyce multifido, sed non squamoso (quo differt à Scorzonera) comprehenso: Embryones autem abeunt in Semina involucre obvoluta, & pappi instructa. Tragopogon vulgatius est pratense, luteum, majus C. B. Hujus Radix longa, minimi digiti crassitudine, dulci lacte turget: Caulis cubitalis, crebris, ferè Porracis folijs vestitur, carinatis ipsumque complectentibus: ex borum alis Rami pronati Flores magnos sustinent luteos, in Semina papposa abeuntes.

(B) Trichomanes ab alijs Herbis Capillaribus differt Folijs, quæ ex Foliolis componuntur subrotundis, costæ utrinque quasi per conjugationes innascentibus: Fructus Trichomanis Folijs innascentur, non secus ac de Filice, Rutæ murariæ, Linguâ cervinâ similibusque dictum. Trichomanes, seu Polytrichum Officinarium C. B. Planta è Radice, seu potius filamentis capillaribus, nigris, plures exiguos Caules, vel potius Costas emittit, tenues, nigri cantes, fragiles, quibus adhærent Foliola exigua subrotunda, leviter crenata, maculis pulverulentis (quæ Fructus seu Capsulæ Seminum sunt) ornata: fontes & humida amat loca: Oleo & Sale essentiali turget. Valet ad ea ad quæ Capillares reliquæ.

(C) Amplissima sanè esset Trifoliorum familia, si Plantæ omnes triplici donatæ Folio, sub Trifolii Genere comprehendendæ essent. Trifolium igitur propriè sumtum Plantæ Genus est Flore vel polypetalæ & papilionaceæ, vel monopetalæ sed papilionaceæ æmulo: pistillum abit in Capsulam in Calyce reconditam, Semine sætam reniformi. Folia insuper terna ut plurimum pediculo insident. Hinc vides quamplurimas trifolias Plantas à Trifoliorum Genere excludendas esse: præcipuè autem, quas hic recenset Schræderus, nempe Acetosellam, Hepaticam nobilem, Lotus, Melilotum & ipsum Trifolium palustre, de quo mox.

CCCL. TRITICUM.

Triticum nobis usitatus est duplex, Hybernum & Æstivum.

1. Dicitur Hybernum aristas carens. C. B. *Matth. Triticum*, *Brunsf. Cord. hist. Dod. Tab. Tritici* 1. genus *Trag. Fuchs. Lon.* Siligo spicâ muticâ, *Lob. Triticum* spicâ muticâ, *Gr. Papp.* Robus. Arab. *Henta, Henna, Hantha*, German. *Weitze, Winter Weitze*. Gall. *Patte de Cheval*.
2. Appellatur Triticum Æstivum, trimestre Setanium, *Gal.* German. *Sommer-Weitze*.

Est & Triticum trimestre. *Cord.* aliâs *Zea amylea*, vel *Zoopyrum amyleum*, C. B. 3. *Triticum* 2. *Trag.* *Triticum amyleum*, *Tab.*

OFFICINALIA NATIVA.

Vires, ejusque *Farina*, & *Furfures*.
Vires, Moderatè calfacit, emollit, maturat, discutit: internus ejus usus cibaricus est, multum enim ac bonum Nutrimendum suppeditat, increffat & obstruit. Exerinfecus adhibetur, *Farina* in Tumoribus molliendis, leniendis, &c. in Oculorum Inflammationibus ac Fluxionibus (Cataplastatis formâ imposita), in Erysipelate, podagricisque Doloribus leniendis (sicca *Farina* imposita). *Fur-*

TRIFOLIUM AQUATICUM.

Trifolium Aquaticum etiam vocatum *Fibrinum*, quia *Flos* constat *albis Fibris*, cujus *Folia* in Pratis paludolis quasi innatant *Aquis*, & *Flos* tantum ex illis emergit; dicitur etiam *Ranunculus triphyllus*. Floret Junio & Julio.

Veteribus fuit incognitum, & nullus ferè Practicorum hujus mentionem facit, præter SIMONEM PAULI, qui Herbam hanc mirè commendat à *vi scorbuticâ* in *Quadripars. Botan. pag. 157*. Modernis est familiaris satis ab usu in Morbis Chronicis. Saporis est admodum acris, instar *Piperitidis* & *Nasturtii*, turget enim Sale volatili acerrimo simili *Antiscorbuticarum Herbarum*: adeoque valdè commendatur in Curâ Scorbuti, in qua etiam ipsi *Cocleariæ* solet præferri, dum dicitur, quòd ei Scorbuto succurrat, quem usus *Cocleariæ* intactum reliquit. Unde apud *Danos*, qui Scorbutum agnoscunt pro Morbo Endemico, in frequenti usu pro Curâ Scorbuti, vel solum, vel cum *Cocleariâ*. Conferatur & BARTHOLINUS *Cent. 4. Epist. 14. pag. 57*. cui jungantur *Acta Hassniensia Vol. 3. pag. 123*. ubi usus hujus *Trifolii* in pluribus Affectibus planè euphoristus deducitur. Imprimis singulare Remedium est in Tumoribus Pedum scorbuticis, & ubi metus est Hydropis scorbutici. Ratione Salis volatilis acris convenit etiam in Malis, quæ ex Acido in primis viis oriuntur, in Malo Hypochondriaco, Colicâ, Sanguinis cruditate, Bilis inertia, & similibus aliis cum Scorbuto complicatis: sicuti non rarum est, latentem Scorbutum, Arthritidem deteriorem reddere; de quo vid. *M. A. N. C. Ann. 4. p. 133*.

Præter *Preparata*, *Spiritum* & *Essentiam*, in *Infuso* admodum convenienter usurpatur, sive *Vino* infundatur, & in eodem maceretur, sive *Sero Lactis* depurato, præsertim *caprillo*, usurpari potest, nunc solitarie, nunc simul cum aliis permistum.

Aqua ejus est acerrima; quæ destillata cum *Rore majali* externè *Cosmeticum* est in *Nævis Faciei*, penetrando & mundificando ab excrementis, in poris per insensibilem transpirationem vel sudorem resistentibus. (D)

Præter hoc præsto etiam nobis est

(D) *Trifolium aquaticum*, palustre, & *fibrinum* vulgè *dichum*, ex *Tournefortio novum constituit Plantæ Genus*, *Menyanthes appellatum*, quod *Flore* gaudet *monopetalo*, *infundibiliformi*, & *multifido*, cujus *pistillum* abit in *Testam oblongam*, *bivalem*, *Seminibus* fortam *subrotundis*: Hujus *duæ* dantur *species nostrates*: una scilicet *Menyanthes palustre*, *latifolium* & *triphyllum*, quod est *Trifolium palustre*, majus; altera *Menyanthes palustre*, *angustifolium* & *triphyllum*, quod est *Trifolium fibrinum* *Tabern.* Est quoque & *Menyanthes Americanum* *Nymphææ folio*, *flore albo Plum.* *Trifolii fibrini vulgaris Folia*, *Fabæ folia* referentia, ac *tactu lævia*, *terna longis pediculis bærent*: *Caulis* inter hæc *assurgit sesquipalmaris*, *lævis quoque*, *tenuis*, *viridis*, *Flores* ex *albo purpureos in summitate susinens*: *hos sequitur Testa ovalis*, *Semina rufa*, *amara continens*: *Radix longa* est, *alba*, & *fibris ornata*. Jo. *Francus* *Trifolii fibrini Historiam peculiari Tractatu* edidit. Si vera sunt quæ de ejus viribus hic *Autor* refert, nullus ferè erit *Morbis*, qui *Trifolio fibrino devinct non possit*. *Usus* ejus est si *Decoctum lege Artis paratum*, *ebibatur*, vel *Pulvis ad ʒj. assumatur*. Reverè, ut *experientiâ compertum* est, *Menyanthes valet ad Morbos omnes ex obstructione ortos*. *Semini ʒj. in pulverem redacta*, & cum *Melle exhibitâ* *specificum est adversus Raudedinem remedium*. *Planta integra exsiccata ad ʒj. Pulveris formâ*, cum *Syrupo Fragariæ optima* est ad *Idertiam*, si ter quotidie durante morbo sumatur. *Decoctum efficacissimum est adversus Colicam à mucilagine intestinis bærente ortam*, quemadmodum & *adversus Hydropem*. *Cave tamen ab illius exhibitione in Dysenteria & Hæmicâ*, *partem enim Lymphæ dulcem & balsamicam pessundat*. Ex *Tournefortio* *Planta hæc chymico subjeçta magisterio*, præter *Liquores quosdam acidos*, præbet *Sal volatile concretum*, *satis Terræ*, & *multum Olei*: *continet insuper Sal ammoniacum*, sed *Sulfure & partibus terrestribus involutum*. *Valet ergò ad Scorbutum*, *Podagram*, *Cachexiam*, *Hydropem*. In *Podagræ paroxysmo*, *singulis quatuor horis proptinant* *Ægro Decoctionis hujus Plantæ cyathum*. *Non reticebo*, quòd *Practicus in nostrâ hæc Urbe felicissimus*, se *Menyanthis Decocto ad Tertianas & Quartanas averrucandas felicissimè usum*, dicebat.

(E) *Trifolium arvense*, *luteum*, quod vocat *cornutum* *Ettmullerus*, vel est *Trifolium arvense* *Tabern. sive pratense*, *luteum*, *capitulo brevior* C. B. & erit *Tournefortio Melilotus capsulis Reni similibus*, in *capitulum congestis*. Vel erit *Trifolium Siliquâ cornutâ*, sive *Medica* *flore luteo* C. B. & erit *Tournefortio Medica major*, *erectior*, *floribus luteis*.

Demum quod vocat *Ettmullerus* *Trifolium exoticum*, verè est *Hedysarum triphyllum*, *Canadense Cornuti*, quod *Onobrychis majorem*, *perennem*, *Canadensem*, *triphyllum*, *siliculis articulatis*, *asperis*, *triangularibus*, *longâ*, ut solet *verborum amba*, appellat *Morison Hist. Oxon. p. 2. 130*.

TRIFOLIUM ARVENSE LUTEUM CORNUTUM.

Trifolium hoc dicitur *Cornutum*, quòd *Cornicula* quasi habeat, in quibus *Semina* concluduntur. Passim crescit, sed speciatim in Medicinâ usum nescit.

Offert se etiam nobis *Trifolium exoticum*, *Hedysarum triphyllum Canadense Cornuti*. (E)

CCCL. TRITICUM. *Triticum* *Fructus*, *Fruventum* omnibus cognitum, subministrat, *Semen* nempe, *Farinam* & *Furfures*.

Semen propter *substantiam gummosam*, *temperatam*, *oleosam*, magis esculentum est, quàm officinale, cùm potiùs in *Alimentis* soleat habere locum, quàm in *Medicamentis*; nihilominùs *Farina*, uti reliquæ *Farinæ* omnes, usurpatur externè à *Chirurgis* in *Cataplastatis* discutientibus, emollientibus, Dolores mitigantibus, & suppurantibus; item aspergitur *Erysipelati*, vel sola cum *Chartâ cæruleâ*, ubi *Farina* quidem parùm facit, sed potiùs *Charta tinctâ* aliquid præstat, vel admiscetur aliis *Pulveribus*, qui adsparguntur in *Erysipelate*, cum *Pulvere* nimirum *Florum Sambuci*, *Cretæ*, *Sacchari Saturni*, *Cerussæ* &c.

Furfures vim habent *abstersivam*, adeoque usurpantur in *Lotionibus* *Capitum* *Tineâ* affectorum, in *Achoribus*, *Favis* & similibus *Capitis Ulcusculis*, in quibus *Lotionibus* cum aliis permiscetur.

Paratur ex *Tritico Sal volatile*, quod, utut sit *Coloris albi*, nihilominùs expertus *ROBERTUS FLUD* in *Tract. ubi de Anatomia Panis & Tritici*, refert, quòd hoc *Sal album* expositum *Soli* in *vase clauso* acquirat *colorem hyacintheum* & *rubineum*; quod potest *occasionem dare* *meditandi de Colore rubineo* in *Massa Sanguineâ*.

In mentem hic venit *Artificium Panificii*, quando ex hac & aliis *Farinis* fiunt *Panes*, non tantum pro usu & escu communi, sed etiam medicati, quibus præter vim nutritivam inest vis medicinalis: Sic v. g. fit *Panis tartarificatus*, qui est *detergens*, *incidens*, & *abstersens* *crassam ac viscidam Pituitam* in *Ventriculo* & *Intestinis*. Fit ejusmodi *Panis* ex *Floribus Farinæ*, sive sit *secalina*, sive *triticea*, & loco *Salis* additur *Tartarus albus*. *Quidam faciunt Panes solu-*

Furfures abstergunt squamulas Capitis, leniunt Dolores (in Cataplasmatis vel Sacculis.)

Triticum trimestre interviit *Amylo* conficiendo.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia*. Ex Pane in M. B.

Vires. Siffit Fluxus Alvi in Infantibus, &c.

2. *Oleum Tritici*. Parari potest destillando per descensum, ex Tritico contuso, sed inuistatum est.

(Ad abstergendas Maculas usurpatur.)

N. Alii extendunt *Triticum* contusum super Laminam ignitam, vel torrent in Sartagine ac exprimunt.

CCCLI. T U S S I L A G O.

Tussi- (Vulgaris. *Hæc usualis.*)
lago. (rotundifolia, glabra.
(Alpina. (rotundifolia, canescens.
(folio oblongo.

Dicitur *βήχιον*, *Diosc. Cord. hist.* Ungula Caballina. *Brunsf. Trag.* Tussilago (Bechium,) *Mutthiol. Fuchf. Cord. in D. Lon. Dod. Lub. Cast. vulgaris, Cam.* alii *Farfara*, *Farfarella*, German. *Huff-Lattich*, *Brand-Lattich*, *Rosäbub*. Gall. *Tussilage ou Pas d'Asne*.

Nascitur in amœnis ac riguis locis, crepidinesque Flumini-
um amat; Floret Martio.

N. Dicitur & *Filius ante Patrem*, quia Februario & Martio
Foliis nondum egressis, repente floret, Floresque fugacissimos,
ultra biduum ferè cum Caule non perstantes, profert.

Solutivos, quando scilicet in pavimento Furni coquunt *Me-*
dicamentum purgans, & postmodum Panem in illo coquunt;
unde acquirit ex Furno vim purgantem & laxativam, quæ
inerat Plantis Purgantibus. Ita Famulus cujusdam Rustici
per accidens fuit purgatus ex *Pane* decocto in Furno, in
quo prius arefecerat *Efulam*, quæ est fortissimum Purgans.
Item potest fieri *Panis Solutivos* ex commissione cujusdam
Medicamenti purgantis cum *Pasta*, ex qua fieri debet *Pan-*
is: ita Pueris solet componi *Pasta Panis solutiva* cum *Pul-*
vere Rhabarbari: de quibus videatur BARTHOLETUS
in Encyclopæd. Med. & quidem, Hygien. p. 2. Sic alii faciunt
Panes medicatos ad Malum Hypochondriacum, quatenus scilicet
miscent cum *Massa Pulverem Radicis Ari*, & sic fit egregius
Panis medicatus conducens in Malo Hypochondriaco.

Inter *Præparata* est *Aqua destillata*; est etiam *Oleum* de
quo dicit AUTOR, quod soleat parari, quando imponitur
Triticum Laminæ. Modus est hic: Multum *Tritici* impo-
nunt Laminæ ignitæ, terunt, & per expressionem eliciunt
Oleum, quod laudatur valde in Impetigine tanquam egre-
gium Cosmeticum & Absterisivum. (F)

CCCLI. T U S S I L A G O. *Tussilago*, Germ. *der Huffla-*
tich, dicitur à quibusdam *Filius ante Patrem*,
quia hujus *Flos* verno tempore solet prodire *ante Folia*: usi-
tatissimè apud Præcticos & in Officinis vocatur *Farfara*, &
præparata exinde e. g. *Aqua Farfara*, *Syrupus de Farfara*
&c. *Ungula caballina* etiam dicitur propter figuram, qua re-
præsentant *Ungulam caballinam Folia*.

Virtutes quod attinet, id nominis, quod vocetur *Tussilago*,
obtinuit à *Tussi*, cui specificè mederi dicitur cuicunque, im-
primis illi, quæ oritur à *Mucilagine* crassâ, quam siffit.
Planta enim temperata est, subacris, adeoque læsionibus
partium Pectoris internarum dicata, in specie, ubi in Affec-
tibus Pectoris opus est *Expectoratione*, in *Tussi*, *Pleuriti-*
Tom. IV.

(F) De *Tritico*, omnibus Panem ex eo confectum comedentibus, notissimâ Plantâ, notissimoque Semine, sufficiat no-
tasse, illud Plantæ Genus esse Flore apetalæ, per fasciculos in spicam dispositæ, ex staminibus scilicet composito è Ca-
lyce squamoso, interdum aristato surgentibus: pistillum verò ab in Semen oblongum, hinc convexum, inde sulcatum,
farinateum, glutinâ obvolutum: singuli fasciculi Axi dentatæ affixi Spicas constituunt.

(G) *Tussilago* est Plantæ Genus Flore radiatæ, cujus Embryones Caule multifido comprehensî abeunt in Semina pap-
pis instructa. Præterea hoc proprium *Tussilaginis* facit *Tournefortius*, quod ejus Flores prius quam Folia nascantur.
Tussilago vulgaris C. B. est unica usque ad huc cognita *Tussilaginis* species. *Hæc Vere* incipiente, plures è terrâ emit-
tit tenues Caules, quibus singulis singuli insident Flores, antequam Folia erumpant se explicantes, radiati, quibus Se-
mina pappi instructa succedunt: Folia postmodum ampla, angulosa, quasi rotunda, è Radice exsurgunt longâ, sub-
albidâ, tenerâ humi repente. *Tussilaginis* Folia amara sunt, viscidî saporis, & parùm slyptici: gustu Cinarum æmu-
lantur, & coruleam papyrum vix rubefaciunt. Videtur in hac Plantâ Sal contineri Coraliorum Sali analogum, Sulfure
& multo viscido Phlegmate involutum. Folia & Flores valde paregorica sunt, parùm aperientia, & Pectoris morbis,
ab acri salisque sero pendensibus, dicata. Fumum Foliorum *Tussilaginis*, præsertim additis Floribus Sulfuris, & Suc-
cino in pulverem redactæ, ore ope Tubuli haustum mirè laudat Boyle adversus Phthisim, atque alii ad Asthma. Sic
parant Decoctum ad siccam *Tussim* egregium: quatuor pugillis Foliorum *Tussilaginis*, cum tribus ejusdem Florum com-
missis, duobus Summitatum *Hysopi*, Passularum selectarum uncia, atque Mellis optimi cochlearibus tribus, affundunt
serventis Aquæ libras decem: post brevem ebullitionem, Vas ab igne removetur, Decoctumque percolatum ad usum
servatur.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Radix.

Vires. Radices, & Folia virentia temperatis proxima sunt
(aliis refrigerant), siccata verò modicè acria & calida eva-
dunt. Planta est Thoracica. Usus præcipuus internè in Tussi
(unde & nomen habet), Orthopnœâ, Vomiticisque Pectoris,
quibus singulis & Fumus ejus ore hiante attractus mederi
creditur. (Dicitur etiam Quartanam arcere succus 9. diebus
potus). Extrinsicè profunt Ulceribus calidis & Inflammatio-
nibus (Folia recentia imposita;) item Folia & Flores in Vi-
no cocta cum *Maistiche*, *Myrrha*, *Lithargyrio*, arcent *Gangræ-*
nam *Afciticorum* *Cruribus* exulceratis.

P R Æ P A R A T A.

1. *Syrupus de Farfara*. E Succo Foliorum.

2. *Conserva*. E Floribus.

3. *Aqua stillatitia*. E Foliis.

4. *Loeb de Farfara*.

V.

CCCLII. V A L E R I A N A.

Valerianæ usuales (Hortensis.
sunt (Sylvestris. (Major.
(Minor.

Hortensis insignitur Phu magnum, *Fuchf. Matth. Lon. ma-*
jus, Matth. Cord. hist. verum, Cord. in D. Ponticum, Tab. Vale-
riana vera, Nardus agrestis, Trag. Valeriana major, Lob. Cam-
Va-

cis, in Vomica Pulmonum & Empyemate, Excoriationibus
à Catarrhis, & aliis Pectoris Affectibus chronicis, in quibus
vi temperativâ & vulnerariâ *Decocta Magisfralia* & *Oxyme-*
lita Pectoralia ut plurimum solet ingredi: unde *Decoctum*
Tussilaginis Secretum fuit LINDANI contra Asthma.

Ad hæc in suâ crasi Succus ejus Tartarum bolarem con-
tinet, ut observavit LUDOVICI *Pharm. p. 757.* ratione
cujus Acrimonias Contentorum Pectus lædentium absor-
bet & mitigat. Loco *Nicotianæ Fumum Foliorum Tussilagi-*
nis exsiccatorum Tubulis quidam per os attrahunt contra
Phthisin, & pro sistendis Catarrhis, seu exsiccandâ Lym-
phâ Bronchiorum & Pulmonum, quibus Foliis contusis qui-
dam addunt *Succinum* & *Semen Anisi*, & præferunt hunc *Fu-*
num Fumo Tabaci; sed præferendus est *Tabacus*.

AUTOR dicit, quod Folia recentia imposita profint in
Ulceribus calidis & Inflammationibus; & rectè: sed me-
lius est, si contundantur, ut fiant succulenta; unde volunt,
quod convenient contra incipientem Gangrænam. Novi
Pauperulam, quæ in Ulceribus Mamillarum solis Foliis
Tussilaginis contulis usa restaurata est.

Quod dixi de *Tussilaginis crudâ*, dicendum quoque est de
Essentiâ, *Conservâ*, *Aquâ*, *Succo*, & ex Succo Foliorum parato
Syrupo. (G)

V.

CCCLII. V A L E R I A N A. *Valerianæ* Germ. *Baldrian*,
octo Species, vobis jam demonstrandæ præstò
sunt.

1. *Pbu majus*, quo nomine Græco *Valerianæ* frequenter
appellatur ex autoritate DIOSCORIDIS, cui non no-
tum fuit Vocabulum *Valeriana*.

2. *Pbu Verum*, seu *Ponticum*, seu *Valeriana hortensis ma-*
M m 2 jor,

Valeriana hortensis, Dod. Ger. C. B. 1. (cui & Phu folio Olufatri Dioscoridis) Carpesium, Cast. Terdina Paracelso, Germ. groß Baldrian, groß Garten Baldrian. Gall. Valeriane.

Sylvestris Major, C. B. 4. dicitur Phu similitudine Elaphobosci, Dioscoridis Valeriana, Brunsf. Vulgaris, Trag. Cord. in D. Sylvestris, Lob. Dod. Cam. Clus. bist. Major, Tab. Phu parvum, Mattb. Cast. Phu Dioscoridis, Brunsf. Vulgare, Fuchsf. Tab. Phu Germanicum. Germ. Fuchsf-große wilde Baldrian.

Minor appellatur Valeriana palustris (Sylvestris) minor, C. B. Valeriana exigua, vel 4. Trag. Valeriana minor, Sylvestris, Lob. minima, Dod. Sylvestris, seu Palustris minor, Cam. Phu minus, Lon. Tab. minimum, Mattheol. Cast. Cam. (Epit.) Germ. klein Baldrian. Gall. Petite Valeriane.

Phu verum collitur nobis in hortis in Ponto & Cretâ sponte provenit, nasciturque in pratis, aliisque locis humidis: Minus, in campestribus udis: florent Majo, Junio ac Julio.

Optima censetur Hortensis, cui succedit Minor, ac demùm Major.

3. Valeriana Græca, flore albo.

4. Valeriana Græca Dodonæi, flore cœruleo.

5. Valeriana Sylvestris major Dodonæi, seu Phu vulgare.

6. Valeriana Sylvestris minor, seu Phu minimum.

7. Valeriana rubra Dodonæi, seu Indica flore purpureo.

8. Valeriana rubra, seu Indica flore albo.

Harum quatuor Species in Officinis debent esse usuales; prima nempe, secunda, quinta & sexta; quæ duo posteriores non differunt in formâ externâ, nisi quod illa sit major hæc. Habent Odorem & vim aliqualem aromaticam, ceu Angelica, vel etiam Levisticum.

Radices harum usitatæ sunt, & virtute alexipharmacæ seu sudoriferæ pollent, in specie Hortensis, dum per Sudorem expellunt Malignitatem; unde in Peste & Morbis Pestilentialibus commendantur. Deinde solet etiam esse Uterina & Morbis uterinis, à Mensibus & Lochiis provenientibus solent succurrere. Singularem vim antiépilepticam ex COLUMNNA adnotavit PANAROLLUS Pent. 1. Obs. 23. Crebrius etiam in usu est ad roborandum Visum, adeoque singularem vim habet ophtalmicam, si scilicet Pulvis Radicis Valerianæ internè usurpetur quotidie; Vid. TABERNÆMONTANUS in Herbario p. 456. ubi habet quædam de viribus hujus Valerianæ contra imbecillitatem

OFFICINALIA NATIVA.

Radix præcipuè, tum & Herba Phu veri.

Vires. Calfaciunt & siccant, attenuant, aperiunt, Alexipharmacæ, Sudoriferæ, ac Diureticæ sunt. Usus præcipuus in imbecillitate Visûs, Peste, Asthmate, Pleuritide, Obstruptione Epatis, Lienis, Ureterum, Herniâ, Ictero, & similibus. Extrinsecus confortant Visum, Maculas Oculorum abstergunt, Cephalalgiam sedant, Menfes cient, Sudorem promovent (in Balneis) exsiccant Catarrhos (Suffitu), Bubonum ac Anthracum malignitatem corrigunt, Globulos Sagittasve infixas extrahunt, Ulcera inveterata mundificant.

N. Sunt, qui Radicem pro Amuleto Febris Quotidianæ habent, eamque de Collo suspendunt.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua. Ex integrâ Plantâ (Radice, Caule ac Foliis) in fine Maji.

2. Extractum. Itidem ex integrâ Plantâ, vel Radice solâ paratur.

CCCLIII. VER-

Visûs, & curiosam Historiam refert de Aurifabro, lectu & observatu dignâ. Es Verdem alle Geschlechte des Baldrians &c. in curandâ certè Visûs imbecillitate mirabilem habet successum, unde meretur locus modò citatus qui videatur; hoc enim in Casu vix Simplex tale habetur inter Vegetabilia, quale est Valeriana. Euporiston est Mulomedicorum hæc Valeriana: pro conservandis Jumentorum bonis Oculis. Vim diureticam quoque habet.

Extrinsecus observavi, quod Folia recentia Pedibus ex Podagrâ tumetibus & dolentibus imposita, omni mane & vespere reiterata, soleant egregiè sistere Dolorem.

Superius memini aliquando, ubi de Simplicibus Veneficiis resistentibus, quod sit primaria ex illis Valeriana: id quod intelligendum est de Sylvestri majori, seu Phu vulgari: & facultates hujus resistendi Veneficiis videre possumus in Appendice KARRICHTHERI Krater-Buchs, ubi habet quædam Medicamenta contra Veneficia, in quibus Phu hoc est Basis, seu primum Ingrediens Remedium. Aliàs usus hujus Plantæ est rarus. Vidi tamen Aquam Ophthalmicam ex hac Plantâ sæpius cohobando destillatam; quæ mirè de prædicabatur, non tantùm in Ophthalmiâ, sed etiam Nebulis, Maculis, & Albuginibus Oculorum tollendis.

Reliquæ virtutes omnes, quas AUTOR tribuit Valerianæ, similiter firmo & experto stant talo. (H)

VA-

(H) Valeriana est Plantæ Genus Flore monopetalo, infundibuliformi, multifido, cujus Calyx abit in Semen oblongum, serè planum, & pappis instructum. Valerianæ species Floribus & Semine carentes, faciliè dignoscuntur Radice odoratâ, Foliis glabris, & ad nodos Cautium geminis. Hujus Generis species multò plures sunt, quam octo ab Etmullero recensitæ: imò inter hæc quædam recenset Plantas, quæ nil minùs quàm Valerianæ species sunt, ut mox videbimus.

1. 2. Primo & secundo loco, duobus nominibus unam eandemque Plantam, ni fallor, Etmullerus appellat: Phu enim majus, & Phu verum, seu Valeriana hortensis (Theriacalem vocat, quod à quibusdam hæc in Theriacæ compositione seligatur) synonyma sunt, ut apud C. Bauhinum in Pinace videre est. Planta igitur hæc erit sanè Valeriana hortensis, Phu folio Olufatri Dioscoridis C. B. quæ vulgò Valeriana major appellatur. Caulis huic bicubitalis & altiores, fistulosi, geniculati, alati: Folia alia integra, alia Centaurii majoris modo profundè dissecta: Flores in umbellâ suaveolentes, ex albo purpurascens: Semen cum lanugine quædam papposâ avolat: Radix transversim posita, digiti crassitie, rugosa, fibrosa, candicans, sapore & odore aromatico.

3. 4. Valeriana Græca flore albo, & Valeriana Græca flore cœruleo, sunt Tournefortio Polemonii species vocanturque Polemonium vulgare, album, & Polemonium vulgare cœruleum. Dicitur enim ipsi Polemonium Plantæ Genus Flore monopetalo, rotato, cujus pistillum abit in Testam subrotundam, trifariam debiscentem, in terma loculamenta divisam, Seminibusque sætam oblongis. His characteribus designantur Plantæ nomine Valerianæ Græcæ appellatæ.

5. Valeriana sylvestris, major Dodonæi, seu Phu vulgare Etmulleri, est Valeriana sylvestris, major C. B. Officinis familiarissima. Hujus Radix ex pluribus composita est fibris, albis, gustu aromaticis (Tabacum oleo mihi videntur), reptatu sese propagantibus: Caulis ad humanam altitudinem exsurgunt, recti, fistulosi, striati, longis internodiis interceptis: horum genicula amplexantur Folia Valerianæ hortensis, sed magis pinnata, saturatiusque virentia, nonnihil aversâ parte hirsuta: Flores in umbellâ ex albo purpurascens, bircum olent, atque deinde in papposâ faciunt. Hujus Valerianæ Folia odore carent, sed gustu pollent herbaceo, salso, amaro, & cœruleam papyrus satis rubefaciunt. Radices verò illam parùm rubefaciunt, sunt tamen amaræ, stypticæ, odore aromatico, penetrante, sed ingrato. Planta hæc Sal continet volatile, aromaticum, oleosum, sed aliquâ aciditate Salis ammoniaci adhuc junctâ, quo à Sale volatili oleoso artificiali differt, in hoc enim Salis ammoniaci aciditas à Sale Tartari cohibita est. Valeriana ergò sylvestris antiépileptica est, sudorifera, anthysterica, emmenagoga, atque asthmaticos & hypochondriacos sedat paroxysmos. Cl. nosfer Fabius Columna eruditissimam Dissertationem de hæc Plantâ habet in suo Πυροβουλον, contenditque banc esse Phu Dioscoridis. Vim ejus Radicis adversùs Epilepsiam bis verbis commendat: Adde & hanc proprietatem, jamdiu in multis, atque memetipso expertam, ut Pulveris Radicis Plantæ hujus sponte ortæ, extirpatæ antequàm Caulem edat, Cochlearii dimidium cum Vino, Aquâ, Lactè, aut alio quovis decenti Succo, & Ægroti commoditate & ætate, semel sumptum, aut bis, Epilepsiâ correptos liberet. Hanc exhibendam Pueris, & præsertim Infantibus, qui hoc morbo faciliè laborant, quibus Lactè propinandum Pulverem jussi, Amicis dono dedi: qui deinde, Divino priùs Numine fautore glorificato, Pulvere hujus Plantæ illis restitutam sanitatem affirmarunt. Tournefortius faceret Radicem Valerianæ sylvestris efficacissimam expertum se esse in Hystericâ affectione, atque in vehementibus Asthmatis paroxysmis: si scilicet Aquæ ebullientis sesquilibra affundatur uncie Radicum, remotoque ab igne Vase, septentis deinde Infusi uncie aliquot per vices ebibantur. Earundem Radicum Extractum, ad eisdem valet morbos:

CCCLIII. VERBASCUM.

Φλόμος, Candelaria, Candela Regis, Lanaria. German. Wull-kraut, Kertzen-kraut, Brenn-kraut, Himmel-Brand, Vabolden Kertzen, Konigs-Kertzen. Gall. Bouillon.

- (Mas (Latifolium luteum, C.B. 1. (Angustifoliū pallidum, 2. (Flore luteo, magno, 3. (Fœmina (Flore albo, 4. (Lychnitis, flore albo parvo.)
- Verbasum C.B. (Nigrum (Foliis Papaveris corniculati. (Flore ex luteo purpurascete. (Salvifolium. Hoc singulare & rarum speciebus 4.

Ex his usualiora sunt, Verbasum Mas, latifolium, luteum, cujus Vicarium est Verbasum Fœmina, flore luteo.

Prius insignitur Verbasum, Matth. Cord. in D. Verbasum mas, Lob. Cast. Tab. Verbasum candidum mas, Lon. Verba-

seum latius, Dod. Tapfus barbatus, Ger.

Posterius, Verbasum seu Candela regia, Trag. Verbasum nigrum, Fuchs. Lon. Verbasum maximum, album, fœmina, flore subpallido, Lob. Verbasum luteum, Tab. Verbasum Lychnites minus, Ger.

Crescunt locis arenosis; Florent Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores, sed raro.

Vires. Calfaciunt moderatè, ac siccant, emolliunt, discutunt, Dolores leniunt. Usus præcipuus in Morbis Pectoris, Tussi, Expuitione sanguinolentâ, Torminibus Ventris.

N. Radix Hæmorrhoidum Fluxum & Dolorem sistere dicitur (dieb. 9. vel 10. continuè assumpta.)

Extrinsecus sunt Flores ac Folia præcipuè æstimationis, in sopiendis Doloribus quibuscunque, & imprimis in Affectibus ac Tumoribus Ani (Hæmorrhoidibus;) in Capillis luteo colore tingendis.

PRÆ-

VALERIANA RUBRA DODONÆI seu INDICA.

Flore purpureo & albo in Hortis tantum, tanquam Exoticum colitur, de cujus usu nihil constat. (1)

CCCLIII. VERBASCUM. Verbasci variaz sunt Species: Album, Luteum, & Nigrum. Usitatum tantum est Latifolium, vulgare, luteum, Mas: crescit in magnam altitudinem, & provenit ubique in locis cultis.

Dicitur Verbasum quasi Barbata seu Barbata, quod sit Plâta Barba instar undique lanuginosa, Germ. Voll-kraut, itidem ob Folia lanuginosa; unde Thapsus quoque audit barbatus. Dicitur etiam Candela Regis, seu Candelaria, Germ. die Konigs-kertze oder Blume, uti vocant nostrates Mulierculæ, quod Candela instar erectæ crescat. Græcis dicitur φλόμος ab urendo, quod Veteres in Elychnis suis hocce Verbasco usi fuerint, unde & Germanis Brenn-kraut.

Usus ejus internus est rarus: externè tantum Flores ac Folia pro scopo blandè anodyno, temperativo & emolliendi crebrò adhibentur; vires enim habent sedandi Dolores quosvis partium externarum, imprimis verò, si Verbasum hoc cum Chamomillâ, Linariâ, vel Floribus Sambuci, usurpentur; unde est Ingrediens Olei Anodyni Mysicæ compositi. Contra Tormina Ventris, siue sint Colica, siue Dysenterica, unâ cum Floribus Chamomillæ, vel cum Sacculis, vel Fomentis formâ applicati, sunt experti. Tenesmo, præprimis dysenterico, & Doloribus hæmorrhoidalibus, mirè conducunt. Prostat & in hunc usum Suffimigium Verbasci: paratur & exinde Fotus, si Flores vel Planta hæc, aut sola aut unâ cum Floribus Chamomillæ & Sambuci in Aquâ simplicî, vel Lactè vaccino, vel Vîno coquantur, aut Sacculis inclusa pro dictis Affectibus leniendis dicto modo applicentur; sicut & FORESTUS l. 23. Obs. 6. refert, se expertum fuisse in quadam Muliere, in qua Dolore Hæmorrhoidum, nullis aliis Remediis juvenibus, sedavit Fotu ex Thapso barbato seu Verbasco & Semine Hyoscyami in Aquâ cocto, ex quo subito cessârunt Hæmorrhoidum vitia & Dolor. Sæpius, quod notandum, vocatur Thapsus barbatus hæc Planta apud Auctores, quàm Verbasum. Imprimis conveniunt, ubi Tenesmus oritur ex nimia Hypercatharsi & Dysenteria, qui est periculosus curatu: quod testatur, præter alios Practicos, LA MONIERE in Tract. de Dysenteria cap. 5. p. 169. RHUMELIUS in suis Scriptis p. 419. valdè commendat Fotus ex Sacculis Verbasci, Foliis Quercûs & Anserinâ coctis in Lactè contra Tenesimum. Suffimentum ex Floribus Verbasci expertum contra Tenesimum videbitis apud MYNSICH-

TIUM, quod potius ob Terebinthinam operatur.

Præterea quoque Flores Verbasci in Clysmatis anodynis, in Dysenteria & Tenesmo dysenterico usitatis, adhibentur propter Succum mucilaginosum; Mucilaginem enim suggerunt suaviter temperantem ac lenientem: cujus Clysteris Formulam in tali casu elegantem & valdè expertam videbitis in SENNERTO l. 3. Prax. cap. de Tenesmo p. 415. Præter vim in Curâ Tenesmi, post Linariam certè primatum obtinent in Hæmorrhoidibus cæcis ardentibus, vel in quibuscunque Hæmorrhoidū & Ani Affectibus: sic v.g. nimium Fluxum Hæmorrhoidum specificè compescunt Flores Verbasci in Aquâ Ferrariorum, vel Vîno adstringente decocti, & instar Fotus Ano applicati: Vid. Praxis SENNERTI P. 3. cap. de Hæmorrhoid. uti etiam Praxis RIVERII. Ad Hæmorrhoides cæcas, earumque Dolores, egregium est Experimentum MYNSICHTII, quod habet in Armamentario pag. 133. Ubi parat Pulverem ex Verbasco calcinato, permixtum cum Rhabarbaro, qui impositus Hæmorrhoidibus cæcis, earum Dolores ac Tumores brevi curat. Præterea ne Aloë Hæmorrhoidibus noceat, sunt, qui eandem cum Succo Verbasci, aut hujus loco Violarum temperare solent. STARRIGIUS in Helden-Schatze, seu Experimentum expertissimum in Contusione Tendinum & Nervorum, commendat & applicandum suadet Succum Verbasci cum Follis contritis, quæ imposita huic Malo optimè profunt, Dolorem sistendo, & Tumorem discutiendo. Ex imprimis Mulieres, quæ gratam Flavedinem suis conciliare volunt Capillis, solent Flores Verbasci immittere Lixivio, quo se pectendo & irrigando Capillos, similem flavi Coloris gratiam illis inducere satagunt. Verbasum ergò pro usibus modò dictis colligendum est in Plenilunio Junii aut Julii, antequàm Flores decesserint, tunc enim Tempus balsamicum, ubi maximâ pollent virtute.

Radix Verbasci dicitur etiam Radix ρευματικὴ à Rheumate, seu Catharro, quia instar Amuleti appensa specificè prodest ad Affectus Catarrhales præservandos & curandos: quam vim amuleticam, applicandi rationem, & operandi modum videbitis in HARTMANNI Praxi Chymia. r. cap. 21. §. 5. In genere solet adhiberi ad Affectus Ani, in quibus fufusest TABERNÆMONTANUS, qui videatur.

Porrò & rectè Oleum Florum Verbasci per infusionem paratur, quod vel solum, vel mixtum cum Oleo Scarabæorum, Dolores ac Tumores Hæmorrhoidum egregiè lenit ac mitigat; post Lini enim Oleum nullum est melius.

Oleum Verbasci, quod ex Floribus per deliquitum in Sole parandum monstrat AUTOR ex MATTHIOLO. Præparationem videre potestis in SENNERTO, ubi tractat de Arthritis p. 34. & 37. Nempe

℥. Flor.

bos: exhibetur ad ℥j. cum gr. j. Laudani opiati: vel Laudanum cum ℥ss. Pulveris Radicum commisceatur.

6. Valeriana sylvestris minor, seu Phu minimum, erit Valeriana palustris, minor G. B. seu Valeriana minor, pratensis, vel aquatica J. B. & Valeriana minima Dodonæi.

7. 8. Hic sanè Ettmullerus confundit Valerianam rubram Dodonæi cum Valerianâ Indicâ: & rursus Valerianam Indicam duplicem facit, flore albo & flore purpureo: falsò utrumque. Valeriana rubra Dodonæi & C. Bauhini, est latifolia J. Bauhini, cujus descriptione digitali nititur Radice (multò majorem videmus, saxosa loca, & Urbis mœnia in nostro Horto, suo importuno reptatu pervumpentem), lignosâ & ferè sapore Valerianæ bortenensis: Caules ex eâ surgunt cubitales & majores, teretes, læves, casti, fistulosi, ad quorum genicula Folia bina adversa Caulem amplexantia, atque in acumen desinentia, pinguis, glauca, sapore subacri: Flores in muscariis conferti, amant, purpurascetes, corniculo veluti calcari donati: Semina Valerianæ papposa. De Valerianâ Indicâ mox.

(1) Valeriana Indica, quam vocat hic Ettmullerus valdè diversa est à Valerianâ rubrâ Dodonæi, quam modò descripsimus: unâ Valeriana Indica flore purpureo & flore albo, una eademque Planta est, quam Valerianam peregrinam, purpuream, albamve C. Bauhinus appellat. Tournefortius verò inter Valerianellas (Plantæ Genus à Valerianâ diversum) connumerat, vocatque cum Morison Valerianellam Cornucopioidem, flore galeato.

lo suspendatur, videre licet apud *Forestum lib. 9. Obser. v. 52.*

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Herba cum Floribus æstate collectis.
2. *Elit & Unguentum de Verbenâ,* aliàs *Unguentum Jovis* dictum. Vide August.

CCCLV. VERMICULARIS.

Sedum minimum, *Tab. 3. Fuchsf.* Sedum minus 3. & Vermicularis, *Trag. Lob. 3. Mutt. Cast.* Sempervivum minimum, Illecebra, s. Sempervivum, 3. *Dod. αὐζωρ, 3. Dioscoridis. αὐζωρ* acere, *Cord. hist.* Portulaca 3. *Brunsf.* Vermicularis sive Illecebra, *Ger. Germ. Maur-Pfeffer, klein Hauswurz.* Gall. *Joubarbe petite.*

Crescit in muris, locisque arenosis. Florèt maximè æstate integra.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus.

Vires. Calfacit & siccat validè, saporis acerrimi, Bilem per vomitum insigniter educit. Unde Usus præcipuus in Febribus. Extrinsecus in laxitate Dentium (quorum Signaturam refert) ac Putredine Gingivarum scorbuticâ (Gargarismate), rubificat, Vesicatoria est, Strumas discutit.

N. Sunt qui pro Amuleto febrili 9. diebus noctibusque de Collo suspendunt.

CCCLVI. VE-

Succus è Cancris fluviatilibus; vel etiam, si ipse *Pulvis Cancrorum fluviatilium* in illâ *Aquâ* assumatur; *Aqua* enim sola, sicuti etiam soli *Cancris*, sunt *Specificum* ad præcavendum Abortum. Externè solet applicari in *Epithematis* Capiti contra Cephalalgiam. (L)

CCCLV. VERMICULARIS. *Vermicularis* seu *Sedum minimum*, item *Sedum vermiculare*, aliàs etiam *Illecebra*, Planta est è *Sedis* planè singularis. Cum enim aliàs *Seda* communiter vim habeant *refrigerandi* ac *humectandi*, hoc econtrâ *Succo* gaudet acerrimo, ac valdè *calescit*. Crescit in Muris, Parietibus & locis saxosis ac arenosis per totam æstatem.

Saporis est acerrimi, penetrantis & acrioris longè, quàm *Perficaria*, *Piperitis*, *Armoracia* &c. unde & German. *Mauerpfeffer*, ob Acrimoniam suam volatilem salinam, vocatur, & simillima est illis, quæ est in *Plantis Antiscorbuticis*; unde internè cum aliis *Antiscorbuticis*, tanquam singulare & maximè expertum Remedium, in Curâ Scorbuti & Mali Hypochondriaci adhibetur; ita ut in Scorbuto curando D. MICHAELIS nunquam potuerit satis commendare: in quo ipso, uti etiam aliis Affectibus, quantum valeat, conf. *M. A. N. C. Ann. 6. pag. 49.* Alii in Febribus Scorbuticis chronicis recipiunt *Plantulam* hanc, & cum *Aceto Vini* contundunt pro exprimendo *Succo*, quem usurpant ante Paroxysmum: ita ut aliquando succedat Vomitus, quo factò liberantur à Febre: hoc modo quidam, qui per undecim Septimanas, quidam, qui per sex cum illâ consistarunt, curati sunt. In aliis non per Vomitum, sed per Sudorem & insensibilem Operationem eadem proficiuntur; si ergò Vomitus non sequatur, expectetur Sudor. Videatur SI-

MON PAULI in *Quadr. Botan. p. 353.*

Decoctum gargaritatum multum prodest in Laxitate & Putredine Gingivarum scorbuticâ corrigendâ. Præterea usu amuletico, quod AUTOR habet, in *Sacculo* Collo appenso commendatur ceu Experimentum insigne in Febribus Intermittentibus chronicis, Tertianis in specie. Vim hujus *Amuleti* vel centies à se & suo Parente probatam fuisse retulit mihi quidam junior Medicus. Ubi non absurdum videtur, si ei *Campboræ* ℥j. vel ℥ij. addantur propter volatilitatem; sic Febres fugat, præmissis præmittendis; nisi tamen Scorbuti ratio simul habeatur, semper Recidivam patitur Æger. Denique *Planta* etiam hæc contusa rubificat Cutim instar *Vesicatorii*, sicque adhiberi potest instar *Vesicatorii*.

Succus Vermicularis acerrimus expressus cum *Vino*, aut *Aceto Vini* assumptus, nimia acrimoniam vellicat fibras Ventriculi, sicque violentissimum excitat Vomitum, eumque non frustraneum. Unde ratione hujus Vomitus solet commendari *Succus* ante Paroxysmum Febrium Intermittentium; novi enim qui hõcce *Vomitorio* Rusticum quendam à Febre Quartanâ, item Tertianâ intermittente, quæ jam per decem Septimanas afflixerat Ægrum miserè, liberavit. Alius per sex Septimanas similiter cum eadem consistatus, per hoc ipsum sine Vomitus sequelâ curatus fuit. Conf. *M. A. N. C. Ann. 4. Append. p. 54.*

Externè *Succus* hic cum paucò *Melle* vel aliis subactus contra Scorbutum Oris & Gingivarum est egregius, dum ratione Salis volatilis acris Aciditatem putredinosam in laxis Gingivis corrigit, & Gingivas firmat, & consolidat. (M)

CCCLVI. VE-

(L) *Verbena* inter Plantarum Genera connumeratur, quæ Flore quidem labiato sunt, labioque superiori surresco; verùm à congeneribus distinguitur, quòd ejus Flos primo aspectu quadrupartitus videatur. Præterea *Verbena* Flores spicatum, non verticillatum, nascuntur, quandoque & in capitulum disponuntur. *Verbena* communis, cæruleo flore G. B. è Radice fibrosa Caules plures cubitales emittit, quadratos subhirsutos. Folia ferè opposita, incisurâ quodammodò foliorum *Quercus*, oblonga, hirsuta, colore saturatiore superius quàm inferius virescunt: Flores in thyrulis exiguos ex pallido purpurascens, quinquepartitos vocat J. Bauhinus, forè ex incisurâ labii superioris, quod bifidum est. Chymicâ hujus Plantæ *Analysi* plures habemus Liquores acidos, multum Olei, sat Salis volatilis concreti, & Terræ: conjicere hinc est, in eâ contineri Sal ammoniacum multo Sulfure mistum. *Verbena* vulneraria est, detergens, aperiens, febrifuga. Ad Cachexiam valet Vinum, cui per noctem infusa ea sit. Cæsalpinus Pulverem ad *Hydropem* commendat. *Decoctum* Foliorum ad modum *The eporum*, levat *Hystericas*, & *Hypochondriacos*. *Aqua* destillata, vel *Succus* depuratus Oculos abstergit, Visumque acuit. Cataplasma ex Foliis *Verbena* cum *Farinâ secalinâ*, & albumine Ovi confusis, valdè resolvens est. *Succus*, & *Oleum* in quo Plantæ summitates infusa fuerint, sanant *Vulnera*.

(M) *Vermicularis* est quidem Sedi species, sed non est *Sedum minimum*, ut ait hic Schræderus & Ettmullerus: est potius, ut prius monuimus, *Sedum minus*, teretifolium, album G. B. b. e. *Vermicularis*, *Crassula* minor *Officinarium*, & *Illecebra* major *Lobellii*. Hæc *Planta Vermicularis* nomen adepta est, quòd *Folia* *Casæ* putrescentis Vermibus sint simillima, ut ait J. Bauhinus. Eam exactè describit *Tournefortius Hist. des Plant. 146.* atque illius Caules octo vel novem pollicum altitudinem æquare: Folia septem vel octo lineas longa, cylindrica, obtusa, succo subacido turgida, ac satis inter se dissita: Flores in fasciculos colliguntur pentapetali, albi, exigui, albis staminibus, apicibus tamen purpureis, ornati, pediculi autem illos sustinentes ad Caudæ *Scorpionis* modum convolvuntur: Pistillum abit in quinque Capsulas membranosas, albidas, quæ secundum longitudinem debiscentes Semina minutissima & rufescentia ostendunt. Est tamen & *Sedum minus* teretifolium, alterum G. B. cujus Caules breviores sunt quàm speciei præcedentis, Folia item breviora, sed confertiora, succo item subacido turgentia: Flores tamen haud ita conferti, est pediculi ad caudæ *Scorpionis* morem similiter convolvuntur: quinque quoque gaudent petalis, albis supernè, infernè verò ex viridi purpurascens: Fructus demum ut in præcedenti.

In his *Vermicularis* seu Sedi speciebus, nullam se percepisse acrimoniam fatetur J. Bauhinus: *Tournefortius* subacidum in Foliis saporè notavit, quemadmodum & nos. Quum ergò Schræderus & Ettmullerus summam in *Vermiculari* acrimoniam asserant longè majorem quàm in *Piperitide* & *Armoraciâ*, ita ut illam inter fortiora *Antiscorbutica* connumerent; sanè dicendum erit, illos non de hac Sedi specie verba facere, sed fortasse intellexisse *Sedum parvum*, acre, flore luteo J. B. quod nomine *Vermicularis* (ut *Tragus* pinxit, notante J. Bauhino) sed falsò, appellare. Hoc obvium in muris est, capillaribus radicularum fibris appensum: hinc Ramuli plurimi, vix palmare oriuntur, Foliis exiguis, densitate cum longitudine ferè pari: Flores in extremis ramulis, plures, lutei, pentapetali, apicibus lateis. Hoc idem est ex J. Bauhino Sempervivum *Dioscoridis* tertium, cui vim excalescentiam, acrem, & exulcerantem tribuit: foris enim admodum rubificat, vesicas excitat, ac tandem exulcerat. Putat ergò *Tournefortius*, partem acidam Salis naturalis Terræ infudisse in texturam hujus Plantæ Sal quoddam corrosivum, ad Spiritus Nitri naturam accedens, sed Sulfure involutum & veluti edulcoratum.

CCCLVI. VERONICA.

Germ. Ebrén-Preis, Brundtbeil. Gall. De la Veronique.
 (Mas (1. Erecta.
 (2. Supina & vulgatissima. Hæc usualis.
 (latifolia.
 Veronica (Spicata (angustifolia.
 est C.B. (minor.
 (Fœmina seu pratensis, Serpillifolia.

Insignitur Teucrium, Trag. Veronica, Tab. Veronica mas, Fuchf. Lon. Veronica mas serpens, Dod. Veronica vera & major, Lob. (cui & major, Septentrionalium,) Cam. Ger. Veronica vulgaris supina, Clus. bift.

Grescit in dumetis. Floret Junio, Floribusque est subcœruleis, rariùs candidis.

Eligenda quæ circa Quercuum radices nascitur.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, Flores.

Vires. Calfacit & siccit, saporis amari & astringentis, incidit, Vulneraria insignis ac Sudorifera est. Usus præcipuus in Erosione ac Obstructione Pulmonum, Lienis, hinc & imprimis in Colicâ, Phthisi, Scabie, Pruritu, Peste, Vulneribus, &c. Extrinsecus famosissima est in Vulneribus abstergendis, astringendis, in duritie Lienis, in Colicâ (Clysmate).

P R Æ P A R A T A.

1. Conserva. Ex Summitatibus.
2. Aqua stillatitia. Ex Herbâ cum incipit florere.
3. Aqua cum Vino destillata.
4. Syrupus. Ex Succo & Saccharo.
5. Sal. Ex Cinere.
6. Rob. Pro Hæmoptoicis. V.D. Aug.

CCCLVII. VI-

CCCLVI. VERONICA. Veronica Germanis vocatur *der Ebrén-Preis*, tanquam Planta & gloria & honore digna. Variæ hujus sunt species, quas inter usurpatur communissimè, quæ habet *Florem* vel *purpureum* vel *cœruleum*, & sic porro, & cum *Teucro* & *Chamadry* faciliè confundi solet. Ipsa Planta nota satis est, cujus *Folia* & *Flores* sunt in usu.

Simplex est *amarum*, *astringens*, sed simul *abstergens* speciatim egregiè *Vulneraria* est, & imprimis Pulmonum nocuentis, tam Exulcerationi quàm Vulnerationi, conducit, ex quo usu vocatur etiam Germanicè *Grund-Heyl*. Vulnera enim & ulcera ex fundamento sanant, purificat, & consolidat. Præterea est simul *Diuretica* elegans, ac nonnihil *Sudorifera* existit. Diureticam, & hinc Calculi curativam vim videbitis in *M. A. N. C. Ann. 1. Obs. 107. p. 245*. Sed præ cæteris usibus Pectori, Pulmonum obstructioni ejusque læsionibus confert. Certum est, eam Mucum viscidum & crassum, ramos Asperæ Arteriæ obliquentem, attenuare, & si quid in Pectore est læsum, vi vulnerariæ egregiè id corrigere; hinc in omnibus ferè *Potionibus Pectoralibus* & *Vulnerariis* adhibetur cum fructu. Et uti in *Praxi Nepbritica* & *Thoracica* egregiè solent conspirare; ita etiam hæc Planta non tantùm in Pectoris vitis, sed etiam in Renum Malis, ut in Renibus à Sero acri corrosivo plùs minùs exesis, & à Calculo exulceratis, in Urinæ suppressione, &c. egregia præstat. Contra Exulcerationes Viscerum incipientes, imprimis Pulmonum, in Pleuritide, propinatur satis frequenter. Deinde in Affectibus Lienis commendatur à quamplu-

rimis *Veronica*, ceu singularis Planta in corrigendâ duritie, ortâ ex infarctu Vasorum. CRATO, *trium Imperatorum Archiater*, per Experientiam specificè laudat eam in Colicâ, sive internè sub *Potùs* aut *Decocti* formâ assumatur, sive *Clysteribus* incoquatur, & ita applicetur. Denique observatum quoque est, Tyrolenses, utpote Bronchocele, non verò Strumis (nam differunt hæc) laborantes, non se tantùm, verùm etiam Porcos suos eodem Morbo laborantes & obnoxios, *Decocto* & *Pulmento* hujus *Veronica* sanare.

Externè Vulneribus & Ulceribus curandis inservit: Ulcera enim maligna, inveterata & cacoëthea mundificat & ad sanitatem perducit, teste HORSTIO in *Dispensatorio*. *Clysteribus* incocta & applicata in Colicâ convenit.

Aqua in Tussi chronicâ, & Colicâ est usitatissima.

Aqua spirituosâ, Spiritus, & Essentia in iis, qui laborant copiosis Excremētis in Bronchiis Pulmonum, Pituitâ nempe crassâ & viscidâ, multum conducit pro adjuvandâ Expectoratione, ubi scilicet inanis est ejiciendi conatus, dum incidendo Phlegmata, eorum Expectorationem facilitat. (N) In promptu etiam est

VERONICA SPICATA,
SEU ERECTA FLORE
CÆRULEO.

Quæ malè & pessimo consilio ab aliis inter *Lysmachias* refertur. Conspirat usu *peccorali*, ac *vulnerario* cum *Veronicâ vulgari*. (O)

VI-

(N) Veronica est Plantæ Genus Flore monopetalo, rotato, cujus pistillum abit in Fructum membranaceum in duo loculamenta divisum, Seminibus factum modò crassioribus, modò exiguis. Veronica mas, supina, & vulgatissima C. B. reptatrix Planta est, cui Viticulæ tenues, teretes, longæ, hirsutæ, geniculatæ: Folia bina adversa, hirsuta, serrata, Pruni foliis similia: Flores spicatim dispositi (falsò tetrapetalus esse ait J. Bauhinus & Morison), dilutè purpurascens, cœruleis striis depicti: Semina in binis loculamentis exigua. Veronica Folia amara sunt, & cœruleam papyrusum satis rubefaciunt: hinc credere par est, Sal in illis contineri ad Sal Coraliorum accedens: verùm Veronica Sal Acido saturatus est, quàm Sal Coraliorum; est tamen in illo major Sulfuris copia: chymicâ enim Analysis elicitur ex eâ Plantâ multum Terræ, atque Acidi, multumque Olei. Horum principiorum vi redditur Veronica sudorifera, vulneraria, detergens, diuretica, atque ad Pulmones crassâ & purulentâ materiâ infarctos liberandos aptissima. Tragus tanquam potens sudoriferum in Febribus Malignis exhibet uncias duas Spiritus Veronica, cum tantillo Theriacæ: Spiritum autem hunc parat destillatione Vini, in quo Veronica per aliquot dies infusa fuerit. Aqua destillata egregia est ad Pulmonum Ulcera, Calculum, atque hystericos Paroxysmos: præcipuè si in ζiij . hujus Aquæ infundatur ζi . Foliarum ejusdem Plantæ, atque tantundem Corticis mediani Solani scandentis, seu Dulcamaræ. Syrupus & Extractum Veronica Sanguinem repurgant, atque valent ad Cutis affectus: Cutis autem ipsa abluenda eodem tempore est Aquâ Veronica, in quâ dissolutum sit Vitriolum. Vulgò utuntur Decocto Veronica ad modum The. Vide *Tractatum* Jo. Franci, Veronica Theezans, inscriptum. Cum aliis vulnerariis Plantis demum Veronica jungitur ad Juriam, Potionum, Decoctorumque præparationem.

Notandum autem hic est, Veronicam fœminam Fuchii, sive Elatinem Dodonæi non esse Veronicis accensendam, sed potiùs inter Linariæ species connumerandam (quidquid dicat Rivinus, qui aliquod discrimen inter Fructum hujus Plantæ & Linariæ agnoscit, referente, sed non probante Raio), ut facit Tournefortius, qui illam Linariæ segetum, Nummulariæ folio villosa appellat. Planta hæc è Radice parvâ, albâ, lignosâ crebros per terram expandit Coliculos, tenues, villosos: Folia quàm Veronica minùs acuta, rotunda ferè, mollia, lanuginosa, ex quorum alis singuli pedicelli villosi, longiusculi enascuntur, Florem sustinentes Linariæ similem, calcari donatum, ex herbido flavescens: Semen in vasculis rotundis conclusum. Veronica hujus fœminæ dictæ Folia amarissima sunt, parùm styptica, odore oleosum quid referentia, nec cœruleam papyrusum rubefaciunt. Unde conicere licet illorum Sal ad Sal Terræ naturale quamproximè accedere, sed illud multo Sulfuri, partibusque terrestribus junctum esse. Veronica fœmina vulneraria est, paregorica, detergens, Sanguinem repurgat, ac vitæ balsamum restituit, quod in Sulfure ab acri Sale modificato consistere creditur. Cæsalspinus hanc Plantam adversùs Strumas & Lepram commendat. Ex Pena & Lobelio Barbitonsor Nasum Carcinomate prebensum, & Medicorum consilio jam abscindendum, hujus Plantæ usu curavit. Ad Cancrum igitur, Podagram, Lepram, Hydropem, ebibendum propinant bis in die illius Succum ad ζiij . vel Aquæ MB. destillatæ ζvj . Parant quoque Tincturam, & Extractum ope Spiritus Vini. Sequens Unguentum ad Ulcera, Hemorrhoides, Strumas, & Cutis vitia excellens est. Macerentur spatio xxvj. horarum Plantæ hujus Folia Vino albo sepulta: exprimatür Succus, & ebulliat ad tertiam consumptionem: demum addatur Axungia ad Unguenti consistentiam.

(O) Et sanè haud inter Lysmachias, sed inter Veronicas hanc Plantam connumerat Tournefortius, vocatque Veronicam spicatam, latifoliam. Cubitalis, teres Caulis terna aut plura ad nodos Folia habet, uncias duas aut tres longa, culmum lata, valde serrata, glabra. Spica longa Floribus densè congestis constat, cœruleis: bis Marjupiola (Veronica) Semine minuto facta succedunt.

CCCLVII. VICTORIALIS.

Victoralis. [Mas longa. *Hæc usualis.*
Fœmina. *Est species Gladioli, C.B. 3.*
Appellatur Allium montanum, latifolium, maculatum, C. B. 9. (inter Allia.) Allium Alpinum, Tab. (cui & Victoralis mas). Allium anguinum. *Matth. Cam. Portæ, Serpentinum, Cass. Ophioscordion, Lob. Victoralis longa, Clus. (cui & major). Germ. Sieg-Wurtz. Gall. Du Glais, ou Glageul.*

Crescit in Alpibus: Floret cum aliis speciebus Allii.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix crinita.

Vires. Calfacit & siccatur, perinde ac Allium agreste, cui & in facultatibus aliis per omnia similis existit.

N. Plebi nostrati, Judæisque Amuletum est familiarissimum, quo à Spectris Aëreque infecto se tutos fore persuasi sunt.

(Appensa Radix Contracturam arcere dicitur. Podagricis Amuletum ex Victoriali Serico inclusa, venale circumtulit Agyrta.)

CCCLVIII. VINCA.

Kληδρίς δαφνοειδής Germ. Singrun, Ingrun. Gall. Perseche, du Lifféron.

Clematis (1. Minor. *Hæc usualis.*

Daphnoidei (2. Major.

des, C.B. (3. Flore pleno.

Nominatur Vinca pervinca, *Brunsf. Lob. Tab. Pervinca, Trag. Clematis Matth. Cord. in D. Clematis Daphnoidei, Dod. Fuchf. Lob. Cam. Tab. Clus. bist.*

Solo gaudet fœcundo: Floret Aprili, Majo, viret semper. Flores cœrulei sunt, quandoque candidi, rarius rubentes, vel subpurpurascens.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia.

Vires. Refrigerat, siccatur & astringit. (*Dodonæus calfacit 1.*) siccatur amplius. Vulneraria insignis est. Usus præcipuus in Fluxionibus Alvi, Dysenteria, Hæmorrhoidibus, Exspuptione Sanguinis, Vulneribus seroso liquore manantibus. Extrinsecus in Profluvio Mensium, Narium, in laxitate & dolore Dentium: Lac extinctum revocat.

N. Adhibetur quoque ad profigandos Morbos Incantatione introductos (in Lotionibus,) &c.

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia. Ex Radice, Foliis, ac Floribus, principio Veris collectis.

CCCLIX. VIN-

VICIA.

Offert se *Vicia multiflora*, Græcis ἀφάκη, ut & *Vicia segetum*, siliquis hirsutis, quæ est *Vicia* species. Differt aliàs *Vicia multiflora* ab *Araco*, quod *Vicia* Semine equidem sunt rotundo, sed ad *Lenitis Formam* compresso; *Araci* vero *Semina simpliciter rotunda*.

Plantæ sunt sylvestres, & nondum in Officinis receptæ. Ejus tamen vim singularem vulnerariam vid. apud ZANZOVIUM de Conservat. Valet. pag. 92. (P)

CCCLVII. **V**ICTORIALIS. *Victoralis* alio nomine etiam vocatur *Allium montanum*, & primâ fronte statim apparet, quod species sit *Allii* & *Ceparum*, quas Plantas odore & sapore prodit; unde ad eisdem usus commendatur, ad quos reliqua *Allia*, uti dicit AUTOR. Ergo cum sit rara, lubentius & frequentius subsistimus in *Allio vulgari*. (Q)

CCCLVIII. **V**INCA. *Vinca perivinca*, Germ. *Singrun*, *Ingrun*, aliàs etiam usitatius vocatur apud Practicos *Clematis Daphnoidei*. Egregia est Planta, utut raro præscribitur ab Autoribus. *Varia* ejus sunt species: *Flore albo, purpureo, & cœruleo*. Præ cæteris convenit, quæ est *Flore cœruleo*.

Inter *Vulneraria* primaria & principaliora usurpatur in Tom. IV.

(P) *Vicia* à vinciendo, quæ capreolis vicinas Plantas vinciat. *Plantæ Genus est Flore papilionaceo, cujus pistillum abt in Siliquam Seminibus fortam subrotundis, aut angulatis. Præterea à congeneribus Vicia distinguitur Foliis binis, quasi conjugatis, costæ innascentibus, in Claviculas abeunti, Caulibusque nec alatis, nec compressis.*

Αφάκη, *Aphaca* Lobelii diversum Genus constituit, ex Tournefortio, quod bina tantum Folia ad Caulium nodos habet, ex quorum alis prodeunt Claviculæ. Unica hujus Generis species est *Aphaca Lobelii*, quæ *Vicia* est lutea, foliis Convolvuli minoris C. B.

Vicia multiflora C. B. est ipsissimus *Aracus Tabernæmontani*: parvum enim inter hujus Plantæ, & *Vicia* sativæ Semen discrimen, baud facit, ut ea inter *Vicias* non sit connumeranda, quum habeat omnes necessarios *Viciæ* characteres.

Vicia demum segetum, siliquis hirsutis, de qua facit hic mentionem Etmullerus, est *Vicia segetum*, cum siliquis plurimis hirsutis, quam Cræcæ alterum genus appellat *Dodonæus*.

(Q) *Victoralis longa* Clusii est *Allium montanum*, latifolium, maculatum C. B. Huic Radix est obliqua in longum Bulbum desinens, Cortice multiplici involutum, in singulos annos Bulbulis adnatis, fibrisque implicatis sibi invicem fortiter coherentibus se propagans: Cault cubitali, enodi, striato Flores insident glomeratim congesti, candidi, quibus triquetra succedunt Capitula, Seminibus rotundis pullis fœta: Folia duo vel tria, formâ foliorum *Allii Ursini*, vel potius *Gentianæ majoris*, suâ vaginâ Caulem complectuntur.

(R) *Pervinca* Plantæ Genus est Flore infundibuliformi, quasi hypocrateriformi, & multifido, cujus pistillum abt Frustrum ex duabus Siliquis constantem, Semine fortis oblongo, cylindraco, & sulcato. Fructus bi raro maturescunt: verum, notante Cæsalpino, si *Pervinca* vulgaris latifolia seratur in Ollâ, quum Radices huc illuc vagari & luxuriare nequeant, alimento copioso ad pistillum delato, Fructus omnino perfecti observabuntur. *Pervincæ* species omnes facillè dignoscuntur Samentis longis, repentibus, & Foliis glabris, ad Laurum accedentibus. *Officinalis* species est *Pervinca vulgaris*, latifolia, flore cœruleo T. E' *Viticulis Junco crassioribus* oriuntur Folia Laurina, sed minor, opposita, è pediculis pendentia: ex horum alis Flores exoriuntur cœrulei, raro in Cornicula abeuntes, ut dictum. Apud nos vulgarior est *Pervinca vulgaris*, angustifolia, seu *Clematis Daphnoidei minor* C. B. quæ à præcedenti solâ ferè magnitudine differre videtur, ac longè latèque Radicum repticium auxilio se propagat. *Planta hæc amara est, & cœruleam papyrum baud mediocri rubore inficit: in eâ Oleum & Terra primas habere videntur. Ejus Sal ad Alumen accedit, sed de Sale urinoso aliquantulum particeps est: ut assimilari jure possit Alumini, cui Urina adjuncta sit, ut facilius crystallifetur. Analysi enim chymicâ, præter plures acidos Liquores, elicitur ex hac Plantâ multum Terræ, atque Olei, & tantillum Salis volatilis. *Pervinca vulneraria* est, adstringens, & febrifuga. Affunde ebullientis Aquæ lb. vj. Foliorum *Pervincæ* pug. iij. paulò post clausum Vas remove ab igne, & Decocti cyathos exhibe in Sanguinis spuo, fluxu Hæmorrhoidum, Mensum, & Fluore albo Mulierum. Folia confusa veluti surunda Naribus indita Hæmorrhagiam sistunt. Lac decoctioni *Pervincæ* mixtum valet ad Phibisim, &c.*

N n

CCCLIX. VIN-

CCCLIX. VINCETOXICUM.

Aσκληπίας, Dioscor. Hirundinaria. Germ. Schwalben-Wuriz. Gall. l'Asclepias, ou Vincetoxicum, Vinc poison.

Asclepias [1. Albo flore, & Gerardi. Hæc usualis.
2. Nigro flore.)
C.B. [3. Cretica.) minus usuales.
4. Virginea.)

Insignitur Hirundinaria, *Brunsfelf. Trag. Lon.* Vincetoxicum, *Matth. Dod. Cast.* Asclepias, *Fuchf. Cord. bist. Lob. Tab. Cam.*

Crescit in sylvis, locisque petrosis atque arenosis; Floret Julio ac Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, raro Semen.

Vires. Calfacit atque siccit moderatè, attenuat, Alexipharmaca ac Sudorifera est insignis. Usus præcipuus in Peste, aliisque venenosis Affectibus, in Obstructionibus Mensium, in Palpitatione Cordis, ac Lipothymia, in Hydrope. Semen commendatur ad Calculum. Extrinsecus usus tam Florum, quam Radicum ac Seminis est in Ulceribus fordibus ac malignis purificandis, ad Ictus Insectorum venenatorum, in Ulceribus Mammarum, &c.

CCCLIX. VINCETOXICUM. Vincetoxicum ita dictum est, quod *Toxica*, seu *Venena vincere* soleat. Observarum enim est, *Insectula* nonnulla, *Folii* hujus *Vincetoxici* insidentia, torpida & quasi semimortua esse facta. Græcis *Aσκληπίας* dicitur, ab Autore es *ASCLEPIADE*. Vocatur etiam *Hirundinaria*, Germ. *Schwalben Wurzel*, quo nomine imprimis apud *PARACELSUM* & *Præcticos* venire solet. Non tamen confundenda hæc Planta cum *Cbelidonto majore*. Hujus duæ sunt species; *Flore nigro, & albo*, quas inter *Flore albo* convenit imprimis.

Radix est albicans, fibrosa: plures enim fibræ ex uno cespite prodeunt, Saporis acris amaricantis, Odore fragrante gravi, abundat Sale volatili sulphureo, & proinde planè est polychresta, & egregiè *Sudorifera*, & *Alexipharmaca*, simul etiam *Diuretica*, cujus *Decoctum* in Morbis malignis multum valet ad ciendum Sudorem, & expellendam Malignitatem; quin & propter virtutem sudoriferam & Sanguinis purificativam à nonnullis commendatur ad Luem Veneream, in qua in *Cerevisiâ* vel *Aquâ* decocta, & crebrius pro *Potu* ordinario hausta, non leve affert levamen. Simile *Decoctum* cum *Vino* in specie, si quid aliud, appropriatum est, & magnarum virium Remedium Hydropis utriusque, *PARACELSO* Autore: scilicet *Ascitem* curat per diuresin; *Anasarcam* verò per sudorem. Unde etiam *PARACELSU* habet *Destillatum* quoddam contra *Hydropem*, quod ab aliis Medicis ceu expertum valde commendatur, ex *Tartaro, Hirundinariâ, Capite mortuo Vitrioli, & Spiritu Vini*. Compositio est talis:

℞. *Tartari Vini rubri* ℥j.

Rad. *Hirundin.* ℥ss.

Colcothar, seu *Capis. mortui Vitrioli* ℥viii.

Spiritus Vini q. s. pro incorporatione.

Destilla per Alembicum.

Dosis est ℥ss. mane & serò sumptum pellit Urinam, quam & fœtidam reddit. Assumi potest in *Vino Malvatico*. Continuandum est per aliquot dies noctesque: nam primâ vice assumptum parùm aut nihil operatur.

Præterea à Tyrolensium Alpiû incolis pro singulari habetur in curandis Strumis, usurpando sæpius *Decoctum Herbae & Radicis*, quas etiam in Porcis continuato usu curat. Conf. M. A. N. C. Ann. 1. Obs. 57. pag. 155.

(S) Vincetoxicum Officinarum sub Genere Asclepiadis meritò comprehenditur, characteres enim habet Apocyni & Periplocæ, Florem nempe campaniformem multifidam, capitello quinquefido munitum, cujus pistillum abit in Fructum ex duabus Vaginis constantem, Semine sætis populo: sed lacte caret (quidquid dicat Cæsalpinus), quo Asclepias ab illis differt. Asclepias igitur albo flore C. B. est Vincetoxicum vulgare. Ex hujus Radice fibrosâ, albâ lenti surgunt Caules, cubitales & altiorem, hirsuti: ad horum genicula bina semper Folia, formâ bederaceorum, sed longiora, rugosiora: ex alis pediculi prodeuntes, atque in pedicellos divisi, Florès sustinent albicantes, sessili pistillo (capitello) ornati: hi demum adveniunt in Cornicula, sefunciam aut amplius longa, Semen tomento involutum continentia. Vincetoxici Radices amarae sunt, acres, ceruleam papyrum parùm rubefaciunt: Folia subsalsum præferunt saporem, & papyrum eandem rubro vix insciant colore. Hinc conjicere datum, Sal hujus Plantæ analogum esse Oxyfali diaphoretico Salæ, quod Sal fixum est, Acido magis saturatum; sed in Vincetoxico Sal hoc multo Sulfure & Terrâ est involutum: nil mirum ergò si Planta hæc sudorifera sit & detergens. Ex Trago Vinum, in quo ℥ss. ejus Radicis macerata sit, si deinde ad tertiam consumptionem ebullierit, Sudorem valde promovet, & Hydropicos recreat. Uncia ejusdem Radicis in ℥ss. ebullientis Aquæ infundatur, Infusum deinde colatum ad tres cyathos quotidie exhibitum cum Syrupu Artemisæ, vel Syrupu Cachectico Charas, Menses promovet, & Veneno rabidi Canis resistit. Plantæ Folia formâ Cataplasmatum applicata, duos Mammarum Tumores resolvunt.

Dosis Radicis ℥j.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua*. Ex integrâ Plantâ.

2. *Extractum*. Cum Spiritu Vini.

CCCLX. VIOLA PURPUREA.

EX variis Violarum classibus, quæ apud Botanicos occurrunt, tres Officinis potissimum considerandæ veniunt. *Viola purpurea Martia*, de qua hic, *Viola lutea*, de qua in *Cbeiri*, ac *Viola tricolor*, de qua in *Jacô*.

E Violis purpureis Martii inferuntur in Officinas odoratae, neglectis inodoris.

Insignitur Viola, *Lon.* Viola sativa, *Brunsfelf.* Viola Martia odorata nigra seu purpurea, *Trag.* Viola purpurea, *Fuchf. Matth. Cast.* Viola nigra, *Dod. Cord. in D. Ger. Cluf. bist.* Viola Martia purpurea, *Tab.* Viola præcox, *Lob.* Viola Martia purpurea, flore simplici, odora, C. B. 1. aliis *Violaria*, Germ. *Violen-kraut, Veil-kraut, Braune-Violen, Mertz-Violen*. Gall. *Violette pourprée, Violier*.

Eligatur odorata.

Solo gaudet umbroso ac aspero, juxta vias, sepes & muros, &c. Floret circiter finem Martii, ac initium Aprilis.

OF-

Externè usurpatur ad Morsus Viperarum & Insectorum ictus, ut & in Ulceribus Mammarum, aliisque fordibus & malignis purificandis.

Extractum vel *Essentia Vincetoxici*, imprimis cum Lumbricis terrestribus composita, sæpius assumpta feliciter curat Hydropem, pellit enim Urinam, & movet Sudorem. Unde tam in *Ascite*, quam in *Anasarca* multum prodest. (S)

CCCLX. VIOLA PURPUREA. Viola, eaque purpurea, alio nomine vocatur *Viola Martia*: est satis cognita, imprimis ea, quæ *Odore suavi* se commendat.

Florum horum Odor consistit in parte volatili Mercuriali, adeoque parùm in recessu habent. *Temperatissima* sunt naturæ, adeoque in Lymphâ, aliorumque contentorum Corporis Acrimoniâ, præsertim falsâ, temperandâ optimæ; hæc ratione inter *Anodyna* referuntur. Peculiariter Pectus respiciunt & Laryngem, & conducunt in Affectibus Faucium, Laryngis, & Pectoris, ex Lymphâ nimis copiosâ & acidâ aut falsâ natis, v. g. in Tussi sicca, in Catarrhis tenuibus, has partes insistentibus; item Asperitate Faucium, Pleuriticæ &c. corrigendis, & Ariditate Linguae: dum enim leniunt Acrimoniâ falsam Lymphæ, simul fluidam inspissant ac incrassant, ut citius sequatur Anacatharsis, seu Evacuatio per Sputum. Quamdiu enim Materia est tenuis, tamdiu frustraneus est conatus ejiciendi, & nimis difficulter evacuator Lymphæ; simul ac verò adhibentur *Temperantia* Acrimoniâ Lymphæ & *Incrassantia*, qualia sunt *Viola, Jujuba, Sebesten, Succus Glycyrrhizæ* & similia, res optimè se habet. Non secus ac in viarum urinariorum Affectibus simili ex causâ, Sero nempe acriore, acidiore, aut imprimis saliore natis, mitigandis, multi sunt usûs: propter quam *vim temperativam* vulgò ad *Incrassantia* Materie Pectus affligentis referuntur, & hinc in promovendâ Expectoratione sunt usitatissimæ. Hi Flores colligendi sunt matutino præsertim tempore, quando eorum virtutes & volatiliorem substantiam nec Calor Solis resolvit, nec Pluvia dissipavit; nempe dum madidi sunt adhuc & roscidi à Rore matutino. Hoc modo collecti Flores Violarum vim habent moderatè laxativam; quoniam per Alvum leniter & suaviter expurgant, & primas vias evacuant,

CCCLXI. VIRGA AUREA.

Virga aurea C. B. est

1. Major, seu Doria.
2. Latifolia serrata. *Hujus loci.*
3. Angustifolia serrata. *Hæc & Sarracenicæ dicitur, de quâ mox.*
4. Angustifolia minus serrata. *Hæc Serrata subrogari apta est.*

Secunda dicitur Virga aurea, Cam. Epit. Ger. Virga aurea ferratis foliis, Tab. Virga aurea altera serrato folio, Lob. Virga aurea minor laciniatis foliis, Cam. German. gulden-Wundkraut ein ander Heidnisch Wundkraut. Gall. Verge d'or.

Quarta dicitur Virga aurea, Matth. Dod. Lon. Cist. Villanovani, Lob. Virga aurea foliis non serratis, Cam. Epit. Virga aurea major angustifolia, Cam. Symphytum petræum, 3. Tab.

Crescit Angustifolia ut plurimum in sylvis: Latifolia in collibus, agrorumque marginibus & vineis. Floret Julio & Augusto.

mulso. Adde
Aquæ Cinnam. spirituos. ℥j.
Lapill. Percar. præp. vel etiam (quibus tamen præstant)
Lapill. Cancr. præp. ℥ss. ad ℥ij.
Sacchari parum, misc.

Emulso hæc propinata Remedium erit suave diureticum in Affectibus Partium urinariorum, blandè simul Alvum laxans, sicque duos usus simul præstans.

Denique *Succus Veronicae*, quando inspissatur cum *Saccharo*, & huic adduntur *Semina pulverisata Violarum*, pro tali casu in formâ *Electuarii* est ulitatus. (T)

Præsto etiam est

VIOLA LUNARIA MAJOR.

Viola Lunaria Major, Flore purpureo & albo ex quatuor Foliis constante, Siliquis majoribus sive latis, German. *Monds-Veilchen*, ad differentiam illius oblongis & sinuatis Capsulis prædita est, ac rarè invenitur. Semen Lunam galatam refert. Dicitur quoque *Sinapi Persicum* ob saporem seminis acrem.

Usus medicus nullus est. (V)

Sistit se potro in Horto Medico nostro

VIOLA MATRONALIS.

Viola Matronalis dicitur in specie *Hesperis Vulgaris*, flore albo & carnæo. Dicitur autem *Viola Matronalis*, quia à *Matronis* in Hortis soleat coli.

Usum Medicum, quantum hætenus constitit, habet nullum. (X)

(T) Viola est Plantæ Genus Flore polypetalo, anomalo, papilionacei æmulo, caudato, cujus pistillum abt in Fructum trigonum trifariam debiscentem, Seminibusque sætum subrotundis. Viola Martia purpurea, flore simplici, odoro C. B. est Officinæ Medicis familiaris: hæc ex Radicibus fibrosis Folia emittit ex rotundo oblonga, serrata, longis pediculis appensa: ex iisdem quoque Radicibus petioli surgunt, singuli Florem sustententes ex cæruleo purpurascens, odoris suavissimè, in primis Veris muneribus recensendum: his Capitula succedunt, in tres carinas debiscens, semine parvo sæta. Hujus Plantæ Radix subsalsa est, viscida, & detergens: cæruleam papyrus haud rubefacit, quemadmodum nec Folia, quæ insipida sunt, & adhuc viscidiora; Semina tamen recentia illam parùm rubefaciunt, & quam Radix, salsa magis sunt. Violæ succus nutritius tenax est, atque alia principia suâ mucilage irretiens, illorum vim retundit. Analyti enim chymicâ eliciuntur ex hac Plantâ plures acidi Liquores, multum Olei, satis Salis volatilis concreti, & fixi lixivialis: haud igitur mirum si Viola paregorica sit ratione sui Phlegmatis & Olei: diuretica verò & laxativa ratione aliorum principiorum. Sal Violæ aliquid habet Salis ammoniaci, admittit enim partem urinofam. Infusum ex ℥ij. Radicis paratum, purgat æro ἢ κατὰ: quidam ad ℥ij. exhibent, additis Salis Absinthii gr. xx. eaque satura elicitur Tinctura. Foliosum emolliens usus in Clysteribus & Cataplasmatibus vulgarissimus est. Poterius illorum Pulverem ad ℥j. exhibebat, alvum laxaturus. Ad imitationem Conservæ Violarum Timæi, sex libris Succu Florum Violarum, haud à calycibus mundatorum (hi enim quemadmodum & Semina Ventrem solvunt) dissolve leni igne Mannæ libram unam cum semisse: trajice per linteum, atque adde Spiritus Vini ℔ij. Dosis Cochlear unum & alterum, mane ex sero, prout necessitas tulerit.

(V) Viola Lunaria dicta, sub Genere Lunariæ reducenda. Est autem Lunaria Plantæ Genus Flore cruciformi, cujus pistillum abt in Fructum omninò planum, septo intermedio in duo loculamenta divisum, Seminibus sætum veniformibus, & quasi marginatis. Viola Lunaria, major, de quâ Ettmullerus, est Lunariâ major, filiqua rotundiore J. B.

(X) Violæ Matronales (quæ & Hyemales) dictæ, sunt reverà Hesperidis species. Est Hesperis hortensis, flore purpureo C. B. & Hesperis hortensis, flore candido Ejusd. sunt quoque & aliæ Violæ Matronales seu Hesperides flore pleno, odora, & variè coloris.

(Y) Viola noctis, quam Hesperidem Syriacam vocari ait (& quidem à Camerario & J. Bauhino) Ettmullerus, est Hesperis peregrina, filiquis articulatis C. B. Hujus Folia dodrantalia, palmam lata, longis nixa pediculis: Flores Hesperidis in brevibus Caulibus, colore fusco, & lurido, petalis venosis, noctu valdè odorati, interdum odoris expertes (unde Violæ noctis nomen): sequuntur Siliquæ insignis longitudinis, recurvæ, Semen duplici serie continentes.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, & Flores.

Vires. Utraque calfacit & siccat 2. astringit, Vulneraria est celeberrima, intrinsecus & extrinsecus adhibita, necnon & Lithonriptica Diureticaque non è potremis. Conferretidem Diarrhææ & Dysentericæ, Sanguinis exspuitioni medetur, Mucilaginem Renum & Ureterum efficaciter abstergit, putredinem Gingivarum, Dentiumque vacillationem curat.

P R Æ P A R A T A.

Aqua stillatitia. Ex Herbâ cum Floribus Julio & Augusto collectâ.

CCCLXII. VIRGA AUREA, ALIAS CONSOLIDA SARRACENICA.

Solidago Sarracenicæ, *Trag. Fuchf. Dod. Lon. Lob. Consolida aurea, Tab. Herba Doria, Ger. icon. Virga aurea angustifolia serrata, C. B. 3. Germ. Heidnisch Wundkraut. Gall. Con-*

Ulteriùs se jam offert

VIOLA NOCTIS.

Viola Noctis, ita dicta, quoniam suaviorem tempore nocturno, quàm diurno, Odorem præ se ferre solet. Vocatur aliàs *Hesperis Syriacâ*. (T)

CCCLXI. CCCLXII. **V**IRGA AUREA. *Virga Aurea*, aliàs etiam ex usu *Consolida Aurea*, Germanis *Gulden-Gunsel*, *Gulden Vrund-Kraut*, dicitur. Datur vel *Major*, seu *Herba Doria*, aut *Panax Chironium*, vel *Minor*, foliis non serratis.

Consolida Aurea vocatur ex usu, quòd præsertim illa major inter *Vulneraria* referatur, quasi scilicet *Auro* non sit redimenda ejus vis vulneraria. *Folia & Flores* sunt experti in *Vulneribus* recentibus & inveteratis curandis, interno pariter usu atque externo, & quocunque modo *Vulnera* contingere solent.

Præter vim vulnerariam habet etiam *nephriticam*, dum conducit in *Affectibus Renum & Vesicæ*, sive sint *Arenulæ*, sive *Mucilago*, & hinc *Obstructiones*, sive *Exulcerationes*, in omnibus convenit, cum simul *Urinam* pellat. Observetur benè, quòd *Vulneraria* sint imprimis etiam *Diuretica*, quod aliquantisper potest lucem affundere, quomoddò *Diuretica* moveant *Urinam*: scilicet in suo *Concreto* eminet *Alcali* nonnihil salsum, cujus ratione *Mercurium præcipitatum* revivificant: hujus virtute usu interno omnia sunt *Diuretica*, *Sanguinisque grumosi* dissolutiva; item *Excoariorum & Exulcerationum* quarumvis, præsertim *Pectoris*, correctiva. Ingreditur plerumque *Emplastrum Vulneraria & Remedia Chirurgica*.

Succus

Consolide Sarafne.

Crescit in locis montanis, sed magis udis & depressis.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Folia.

Vires. Astringit, amara est, siccaturque evidentissimè, Vulneraria est insignis, usu interno & externo adhiberi apta, medetur Fistulis, Ulcera maligna mundificat ac sanat.

V I S C U M.

Viscum, Germ. *Mistel*. Gall. *du Visc, Glas, ou Guy*.

Hujus variaz Species: præ reliquis probatur *Querciu-*

num, de quo supra: in usum tamen etiam veniunt *Coryli-*
num, Pomorum, Tiliæ, Salicis; rarum *Acaciæ* innatum, circa
Nassoviam Vitulæ, pondus Filiæ Matri id ferenti inæquale:
(*Abietini* mentio facta *Cap. i. hujus Lib.*) (Π)

CCCLXIII. V I T I S.

Ἰμπλος οἰνοφόρος, Vitis Vinifera. Arab. *Harin*. Germ.
Wein-Stock, Wein-Rob. Gall. *Une Vigne*.
Loca amat aprica: Floret Junio.

OF-

Succus hujus Plantæ expressus & inspissatus loco Balsami
cujusdam Vulnerarii nonnullis fuit in usu. Verùm in tan-
to horum apparatu vix adhibetur. (Z)

CCCLXIII. VITIS. *Vitis primarium* est inter omnia
Simplicia Vegetabile, suggerit Vinum, A-
cetum, & Tartarum, in quibus sanè multa latent; sed de his
suis locis. Hic agemus tantùm de Plantâ, de qua alias
scripsere JACOBUS HORSTIUS Tr. de Vite viniferâ,
quod elumbe tamen Scriptum est: PHILIPPUS JACO-
BUS SACHSIUS à *Loben-Heimb*, Medicus Uratisla-
vientis, Vir multiplicis lectionis, scripsit *Ampelographiam*,
in qua omnia, quæ ad Vitem, Vinum, Tartarum, & Acetum
faciunt, partim ex propriâ Experimentiâ, utut pauca, partim
aliorum Autoritate, satis copiosè & prolixè, sed cum judi-
cio non adeò insigni: BECHERUS verò in *Physicâ sub-*
terraneâ optimus Autor est, & omnibus commendabilis:
CONRADUS KUNRAD in *Medullâ destillat.* Rhapso-
diam amat.

Cæterùm præsuppono de Vite & omnibus ejus Productis
ex TACHENIO, quòd tota ex Alkali & Acido cum tertio

Sulphureo, scilicet Oleo, combinata sint, quæ mutatis mutan-
dis ad totum Regnum Vegetabile applicari possunt. Aci-
dum in Vino se habet ut Principium activum prædominans,
Alkali ut passivum, quæ duo, accedente utriusque quasi
Vinculo, Sulphure nempe seu Oleo, conjunguntur. Hæc ip-
sa cum Terrâ & Aquâ omnem ludunt in Vino tragœdiam,
& plùs vel minùs, prout temperata sunt, varias induunt
larvas, & quò plùs sunt exaltata, eò meliora & volatiliora
dant Producta in Vino. In maturis Uvis, & Musco hæc duo
sunt temperata mediante tertio, Oleo nempe Sulphureo, adeo-
que dulcem habent saporem. In Vino prædominatur Aci-
dum Spiritu volatili temperatum. Dominatur hoc Acidum
magis in Aceto, in quo spirituosum & oleosum quasi depres-
sum: in Fœcibus verò dominatur Alkali Spiritu copioso tem-
peratum. In Tartaro æquali ferè vigore concurrunt Alkali
& Acidum, utut, quoad saporem, Acidum volatile se magis
prodat.

Quæritur igitur de origine Acidi tanquam Principii præ-
ponderantis? Acidum in Vino originem habet ex Sale Aeris
Hermetico seu Naturæ universali, omnium Salium primo
Ente; quod Sal uti vegetat omnia Semina vegetabilia, ita
& Ra-

(Z) Unico Commentario duplex Schrœderi Caput Ettmullerus prosequitur. Virga aurea Plantæ Genus est Floræ
radiato, calyce squamoso comprehenso: embryones autem abeunt in Semina papposa. Adde ex Tournefortio Flores longa
serie in summis ramulis nascentes. Schrœderus hic quatuor numerat Virgæ aureæ species. Prima, quam vocat Major-
em & Doriam, atque Ettmullerus Panax Chironium, est Tournefortio Jacobæa pratensis, altissima, Limonii
folio. Secunda, Virga aurea latifolia, ferrata C. B. est Virgæ aureæ species, eaque est, quam Solidaginem Sara-
cenicam, latifoliam, ferratam vocat J. Bauhinus. Tertia Schrœdero est Virga aurea angustifolia, ferrata C. B. hæc tamen
ad Jacobæas est referenda ex Tournefortio, vocandaque Jacobæa Alpina, foliis longioribus ferratis. Quarta demum
species est Virga aurea angustifolia, minùs ferrata C. B. quæ ex Tournefortio est ipsissima Virga aurea, vulgaris,
latifolia J. Bauhini, & Virga aurea Dodonæi, quæ Officinalis. Schrœderus de secundâ specie num. 361. de tertiâ
num. 362. verba facit. Nos de Officinali, b. e. de Virgâ aureâ latifolia J. Bauhini, quæ est quarta à Schrœdero re-
censita species, verba facimus.

Hujus Plantæ Radix geniculatim & obliquè incedit, fibras albicantes dimittens: Caules ex eâ surgunt cubitales &
altiores, recti, striati, subirsuti: Folia tum è Radice tum è Caulibus alternatim, longis pediculis, quandoque nullis,
appenda, palmum lata, duos longa, ferrata: Flores tum summis Caulibus, tum pediculis ex Foliorum alis surgenti-
bus frequentes, lutei, in pappo evanescentes. Virga aurea styptica est, amara, & cœruleam pap. rum baud rubefacit:
videtur igitur ejus Sal ad Salis Terræ naturam accedere, sed multo Oleo partibusque terrestribus missum. Planta igitur
vulneraria est, & diuretica: ejus Decocto, & Juribus illâ alteratis utuntur ad Dysenteriam, omnesque Hæmorrhagias:
ut & Foliis & Floribus ad modum The decoctis, ad morbos Renum, atque interna Ulcera.

Haud prætereundum puto, esse Europæ universæ familiarissimam Plantam, sponte in sepibus & viarum marginibus,
estate nascentem, quam etsi quidam Asterem, quidam Conyzam reputent, attamen Virgæ aureæ speciem esse indu-
bium est: illam autem ex Americâ in Europam primum à Botanicis transvectam esse existimant; at levissima illius Se-
mina pappis instructa, atque à vento hæc illac translata germinasse credendum est, ut sic successivè per universam Eu-
ropam (fortasse etiam & Asiam, Africamque) sensim sit propagata. Hæc est quam Virgam auream Virginianam, an-
nuam appellat Zanoni.

(Π) Viscum est Plantæ Genus Flore monopetalo, pelvisiformi, verrucis consperso, tanquam apicibus pulverem ef-
fundentibus, sed sterili: tener autem Fructus, à Floribus separatus, quatuor foliolis stipatur, atque abit in Baccam
subrotundam, glutinis plenam, & Semine fœtam compresso & cordiformi. Est Viscum baccis albis, & baccis rubris
C. B. Primum vulgatius Frutex est varijs Arborum generibus innascens, Caulibus duris, ramosis, lignosis, exterius
fusco, interius flavescente colore, ad duos pedes & ultra assurgit: Folia bina opposita, dura, Buxi majoris folia emu-
lantia, sed longiora, subviridia: Flores in ramorum nodis, exigui, flavescentes terni: Baccæ item ternæ alibi nascun-
tur, albæ, pellucidæ, Glutino & Semine fœtæ.

Accuratam Florum & Fructuum descriptionem, ut & universæ Plantæ historiam, habes apud Cl. Tournefortium
hist. plant. 371. Glutinum hoc Viscum est ad Aucupta aptissimum: Semen ut vulgò creditum, à Turdis, Palumbis,
alijsque Avibus devoratum, atque cum fœcibus per alvum redditum, hinc intactum in Arborum ramis relictum,
Visci fructum ibi germinare facit, ex quo novi Glutini ad ipsorum perniciem generatio: hinc Plautinum illud Ipsa sibi
Avis mortem cacat. Id autem incredibile putat laudatus Tournefortius, ut Semina ab Avibus deglutita possint illa-
rum Ventriculi tritum eludere, atque integra eo usque servari, ut possint per alvum reddita germen creare. Potius (eo-
dem notante) Aves suis pedibus vel rostro Visci maturas Baccas conterentes, atque aliè transferentes, hæc suo ramis
Arborum adhæsu, opportunitatem faciunt Semini, ut ex ijs excussum germen edat. Vel fortè Baccæ sponte decedentes,
aut Vento abreptæ, vicinis adglutinantur Arboribus, ut ibi veluti seratur Semen. Quocumque autem modo Visci Baccæ
Arboribus adhæreant, credere æquum est, à Glutine quo replentur sensim emolliiri Arboris corticem, quo loco adhæsus factus, ut
Semen, quod jam in maturâ Baccâ germinare cœperat, ipsum corticem pervadat, in eoque Radicula figatur, exque Ar-
bore nutrimentum exsugat. Nè dicere velis, Gluten ipsum, etsi nobis inspidum videatur, cum Succo Arboris nutritio
fermentescere, ut Corticis fibræ dissociantur, atque Seminis radicula transitum sibi parat. Id elegantè exemplo, ex
Ovorum post fecundationem Utero in Animalibus adhærescentiâ petito, confirmat Clarissimus Autor, qui eâ quâ solet se-
dulitate Visci Radicis in Arboris ramos veluti infusionem, & accretionem prosequitur, idque clarissimè, ut suus est
mos, describit.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, quibus adjungi poterit *Succus* (*Lacryma*) ex amputatis Palmitibus exstillans, sic & *Vinum*, *Ompbactum*, *Tartarus*, *Uva*, *Acini* Uvarum, *Uva passæ*, *Vinacea*; quippe hæc omnia absque operatione officinali suppetunt.

Vires. Folia (*Pampini*) *Capreolique* refrigerant, astringunt valide. Usus præcipuus in Dysenteriâ, Picâ, Vomitu exspuitione Sanguinis, aliisque Hæmorrhagiis sistendis, (*Succus expressus* assumitur). Extrinsecus refrigerant, ac leniunt Capitis Dolores ac Æstum, conciliant Somnum in Lotionibus Pedum, ut & ipsi Capiti adhibita.

Succus ex amputatis Palmitibus exstillans. (*Aqua Vitis*, *Lacryma Vitis*). Intrinsicus vim habere creditur atterendi & expellendi Calculum; Oculorum caligini medetur ac rubedini (Oculis instillata); Impetigines sanat, si locus affectus Nitro antea fricatus eo lavetur.

N. De *Vino*, *Ompbacio*, *Aceto*, ac *Tartaro*, vide suis locis infra.

Uva immatura (*Agrestis*) refrigerant & siccant, astringunt. Proin poterit esse usus earum in Febris Ardentibus, excitant scilicet Appetitum, Fluxum Ventris sedant, ast Sanguinem indigestum procreant. Vide etiam *Ompbactum*.

Uva matura calfaciunt & humectant i. retenter deglutitæ, generant inflationem & cruditates Ventriculi, Diarrhæam & similia: magis tamen id faciunt adolescentes, minus rufescentes. Exsiccatæ *Uvæ* Ventriculo commodiores sunt, Appetitumque excitant, Alvum laxant.

Uva passæ, sunt *Uvæ* maturæ vi caloris exsiccatæ, sive calore Solis exsiccatio illa perfecta sit, unde *Passulæ* dulciores resultant, sive calore Clibanii, unde dulco-acidæ. Prostant *Uvarum passularum* potissimum genera tria. *Passulæ* scilicet *maxima*, seu *Damascena*, *Zibebæ* dictæ, Germ. *Zibeben*, Gall.

des *Zibebes*, ou *Raisins des Damas*. 2. *Passulæ majores*, Germanicè *Rosinlein*, Gall. *Raisins de Vigne*, è quibus sunt, quas *Uvas Massilioticas* vocant. Germanicè *blan Rosinen*, Gall. *Raisins de Marseille*. 3. *Passulæ minores*, seu *Corinthiacæ*, Germ. *Kleine Rosinlein Corinthben*, Gall. *des petits Raisins*, *Raisins de Corinthe*.

Vires. Omnes calidæ sunt, seu temperatæ, leniunt, Alvum laxant, Acrimoniam hebetant, Ventriculo, Pulmonibus ac Epato gratæ sunt. Tullim mitigant. *Zibebæ* dictæ, exemptis Acinis (Gigartis) in Aquâ fontanâ, vel stillatiâ convenienti infusæ, Potum Ægrois exhibent sat gratum, sitique convenientem. *Acini* vim habent astringentiam, conveniuntque in Vomitu, Alvique fluxu, sive intrinsicus, sive extrinsicus adhibeantur (torrentur scilicet ac teruntur).

Vinacea, id est, Exuviam cum Acinis in expressione Musti residuæ, magnarum vitium perhibentur in Arthriticis Doloribus sedandis. Si Membrum affectum Vinaceis per se calescentibus imponatur.

PRÆPARATA.

1. *Aqua*. Ex Foliis *Vitis* tenellis destillata *Majo*, ad *Picam* Gravidarum utilis.

2. *Cinis Sarmentorum*.

Vires. Adhibetur ad *Cauteria*, & *Furfures* Capitis extergendos.

3. *Loch passulatum*. Vide lib. 2.

4. *Mel passulatum*. Vide lib. 2.

5. *Conditæ Passulæ laxativæ*. V. D.

6. *Acetum Agrestinum solutivum D. Clossæi*. Vide lib. 2. cap. 37.

(Item *Acetum Passulatum* paratur).

7. *Œcum*. Ex Acinis, dicitur etiam *Latitia*, *Podagricis* utile.

CCCLXIV. UL.

Acidum hoc in *Vino* dependet. Jam ergò cum *Vinum*, *Acetum*, & *Tartarus* participant de hoc *Sale aëreo*, hinc in iis non levis residet *Clavis penetrandi & resuscitandi Metalla*.

Quod attinet *Officinalia*, ex his se offerunt primò *Lacryma*. Quando scilicet amputantur *Vitis Palmites*, *Liquor* trunco exsudat, quem *Lacrymas Vitis*, *Succum* item & *Aquam Vitis* appellant, qui simplicissima & defæcatissima *Aqua* est, paucâ substantiâ gummeâ nonnihil acidâ imprægnata; ubi sanè mirum est, quòd ex perdulci & homogæno hoc *Liquore* tot *Producta Democræica* fiant. Impossibile est, posse ex *Philosophiâ ARISTOTELIS* produci. *Lacrymæ* hæc multum sanè habent in recessu, quia *primum* quasi *Ens Vitis* reverà sunt; unde optandum, ut in Foro medico frequentius in usum venirent. Jam enim expertus sum, quâ tum valeant usu interno in Febris Malignis, Purpuratis etiam Puerperarum: unde in Febris Ardentibus frequentius usurpari deberent; additis tamen etiâ Appropriatis aliis. Qui Phlogoses patiuntur, *Liquorem* hunc usurpare possunt: habet quoque singularem vim nephriticam & diureticam & Renum abstersivâ, in qua laudatus fuit à *CNOEFFELIO* in *M. A. N. C. Ann. 6. Append. pag. 125.* adeoque singulare quid obtinet *Massam Sanguineam* in debitâ *Dispersione* conservandi. Externè Oculorum Affectibus hic *Liquor Vitis* adhibetur, ubi eorù abstersione & clarificatione *Visus* opus est; quia ob blandissimum & volatile Acidum suavitè hæc *Aqua* purificat & abstergit *Maculas*, *Nebulas* tollit, & obscuritatem *Visus* corrigit; subtili enim *Sale volatili* est imprægnata. Notetur tamen, quòd in Ophthalmiâ non prodest propter Aciditatem, sed saltem ad *Nebulas* & *Maculas*, distinguendæ enim sunt *Causæ*. *Quin & Humor Aqueus Liguore* hoc restitui potest, teste *HEINRICO ab HEER*. Sunt etiam, qui commendant externè contra *Maculas* & *impuritates Faciei*, ceu *Cosmeticum*. Tandem & *Tartarum*, ejusque *Sal fixum*, beneficio hujus *Liquoris* volatilifare volunt; quod non adeò impossibile est.

Succedunt *Folia*, quæ vocantur *Pampini*, uti etiam *Capreoli*. Recentia saporis sunt subacidi, *Succo* tamen blandè acido volatili turgent, & exinde aliquali simul vi astringentiâ, & *Fibras Partium contractoriâ* gaudent, in qua *Fibrarum* contractione legitimus *Partium Tonus* consistit: unde non tam contra *Diarrhæas*, *Lienterias*, *Dysenterias*, *Vomitum* & similes Affectus valent, uti habet *AUTOR*, sed & vi *stomachali* Appetitum dejectum restitunt. Externè contra Æstum Capitis, à Sanguine ebulliente ortos, commendantur, plantis Pedum applicata, pro conciliando suavi Somno, & *Aquæ* pro *Pediluviiis* ordinariò coquuntur.

Succus ex his Foliis tantum expressus valdè commendatur ad *Picam*, seu Appetentiam depravatam Prægnantium, *Dysenteriam*, *Diarrhæam*, *Vomitum*, & similes Affectus.

Externè Capiti applicatus solet restinguere Æstum, ac temperare Cephalalgias, ex nimia morâ in Sole vel loco calido contractas.

Aqua ex his Foliis recentibus & tenellis adhuc destillata in Picâ Gravidarum valdè convenit, sive sola, sive cum *Misturâ Cydoniorum* permista, adhibeatur: specifica quoque est in Purpurâ Puerperarum, additis tamen etiam Appropriatis aliis.

Ex Foliis & Sarmentis incineratis elicitur *Sal rubrum*, quod continuâ agitatione tamdiu calcinandum, donec albefcat: hinc cum *Aqua* solvendum, & coagulandum, quod aliàs *Tartarus Philosophorum* vocatur: vid. *BASILII VALENTINI Testam. pag. 260.* & *TENZELIUS Exeg. de Auro potabil. Inter Cauteria* solet referri.

Flores *Vitis* egregiè ob odorem reficiunt Spiritus nostros, unde hos omnium *Cordialium* præstantissimos esse dicunt. Tempore illo, quo *Vitis* floret, dicitur non facile reperiri Bufones, & cum *Floribus Vitis* singularem inimicitiam habere: quod etiam habet *GLAUBERUS in suis Scriptis*.

Sequuntur *Fructus* & *Uvæ*, quæ sunt duplices: vel *matura*, vel *immatura*. Hæ vocantur *Agrestes*, & sapore austero gaudent; unde constringunt, & constipant, uti reliqui *Fructus* immaturi omnes. Ergò ubi opus est adstrictione, commode possunt usurpari, rari tamen sunt usus.

Paratur ex iis *Syrupus de Agrestâ* pro usu astringentio.

Illæ, scilicet *Maturæ*, sunt vel *recentes*, vel *exsiccatæ*. *Recentes* turgēt *Principiis salinis*, sed per Fermentationem submaturatione subactis, *Oleo* tamen volatili temperatis: Fermentationem enim concurrunt *Acidum* & *Urinofum*, unde multa temperatura fit adeò, ut accedente *Sulphure Sapor dulcis* & *suavis* evadat. Hæc ita se habere, experimus omnes, cum subinde, si comederimus *Uvas recentes*, soleant generare Flatum, & inde concitare Borborygmos ac Murmurâ Abdominis, & *Diarrhæas*, quæ accidunt ob renovatam Fermentationem. *ZACUTUS* tamen *LUSITANUS in libr. 2. Prax. admirand. Observ. 131.* valdè commendat usum *Uvarum maturarum* Rore adhuc madidarum in Affectibus Stomachi & aliis: singularis est Observatio & digna lectu.

Magis autem pro usu medico conveniunt *Uvæ exsiccatæ*, seu *Uvæ passæ*, quæ sunt *Uvæ Vitis*, vi Caloris sive Furni, sive Solis exsiccatæ; aliàs uno nomine vocantur *Passulæ*; & sunt vel *majores*, vel *minores*; *Passulæ* vocantur *Zibebæ*; minores *Passulæ Corinthiacæ* dicuntur, & hoc nomine solent præscribi. Hæ ipsæ *Passulæ* quæcunque, imprimis *minores*, reverà nihil aliud sunt, quàm *Mustum* quoddam concentratum, seu *Phlegmatis exhalatione condensatum*, relictis & adhuc præsentibus ipsis *Salibus activis*, à quibus depende Fermentatio. Unde ex his confusis cum *Aquâ effusâ* para

ri potest egregium *Vinum*: quo ipso innuitur, quod adhuc contineant duo Salia, Sulphure connexa atque temperata; sicut etiam destillatæ saltem *Spiritus acidum* & *Oleum empyreumaticum* suggerunt, ad instar *Musti*.

Quoad usum, *Passulæ* aliàs, propter æquabilem Acidi cum Alkali, & copioso Oleo misturam, temperatæ sunt, indeque conveniunt in temperandâ Mafsâ sanguineâ, aliorumque Succorum in Corpore Acrimoniâ, à quocunque Sale excessivo ortâ, indeque in Lymphæ Acrimoniâ, & inde Faucium & Pectoris Affectibus, in quibus adest Tussis nimia, Asperitas & Raucedo, ex Lymphâ acri & acidâ, valde conveniunt: unde incoquantur *Passulæ in Nodulis & Portionibus Magistralibus* Pectoris; sicut & in Partium urinarum Pathematis demulcendis & mitigandis sunt optimæ: hinc etiam sunt nutritivæ, & aliquantulum pinguefaciunt. Cum enim admodum temperatæ sint, Sanguinis crasin in debitâ temperaturâ conservant, & temperatâ ita Acrimoniâ Chylum copiosum, temperatum, roscidum, pinguem ac oleosum suggerunt. Item crudæ sæpius comestæ in Hæmorrhagiis Narium copiosioribus ex fluxilitate & Acrimoniâ Sanguinis quasi scorbuticâ, sunt egregium Remedium.

In specie autem conveniunt, ubi ex Acrimoniâ Sanguinis falsâ provenerit Atrophia: quam vim non tantum JOEL in Praxi laudat, sed etiam aliquot Experimentis comprobatur RIVERIUS C. 4. Observ. 37 43. & 44. Id quod imprimis erit conveniens, si assumatur cum *Amygdalis dulcibus* excoctis: hæ enim habent vim nitrosam & absterisivam. Sic & quibusdam Decoctum *Passularum* cum Rad. *Cichorii* iis, qui ad Phthisin inclinant, & in Marasmo phthisico, seu Contabescentiâ Corporis, convenientissimum est.

Dum supra dixi: quod *Passulæ* conveniant in Mafsâ Sanguineâ & cachecticis Affectibus corrigendis, idem est ac dixerunt Veteres; quod sint *hepatica*, & conveniant in confortando Hepate; stante illorum Hypothesi de Sanguificationis munere Hepati delegato. Unde in quacunque Sanguinis dyscrasiâ corrigendâ, & ejusdem, eucrasiâ conservandâ, sequens habet *Electuarium* non inelegans SOLENANDER Conf. 11.

℞. *Passul. Corinth. contus. ℥j.*
Pulv. Rhubarb. ℥ss.
Sacchari ℥j.

Misce in consistentiam *Electuarium*.

Usus sit ante pastum Cochlearis mensurâ plûs minûs, pro varietate circumstantiarum, ad conservandam sanitatem. Incredibile est, inquit SOLENANDER, quàm multum hoc *Electuarium* prodest, blandè Alvum subducit, primas vias purgat, & Sanguinis crasin egregiè corrigi ac emendat.

Simile *Electuarium* ex *Passulis* habet etiam HORSTIUS Pater l. 4. Observ. 31. aliquantisper cum *Aromatibus* magis compositum, expertum in cachecticis & hydropicis Affectibus. Aliud ad hypochondriacum Malum paratur ita:

℞. *Passul. Corinth. ℥vj.*
Crem. Tartari ℥vj.
Sal. Tartar. ℥ij.
Rhabarb. elect. ℥ij.
Cinnam. acerr. ℥j.

Misce, fiat *Electuarium*.

Cæterum *Passulæ* comestæ & *Passulata* omnia blando fermentationis motu explicando spicula salina, moderatè Intestina stimulant, & simul Fæces emolliendo, Alvum laxant: unde Hypochondriacis & Scorbuticis & Gravidis maximè conveniunt pro Alvo apertâ servandâ, optimo cum consilio, quia sunt temperata. Pro hoc scopo convenit imprimis *Vinum Laxativum Passulatum* TIMÆI in Cas. 3. libr. 3. pag. 113. Ad cujus imitationem

℞. *Passul. minutim in mortar. contus. ℥ij.*
Ebulliant in *Aquâ simplicis* f. q.
Colatura fervida ℥ss. infunde
Fol. Senn. sine stipit. ℥ij.
Flor. Violar. p. iij.
Crem. Tartari ℥j.

Stent in loco calido per noctem ad dissolut. *Tartari*.
Colatura D. S.

Potio Laxativa pro unâ vice.

Potio est gratissima, quæ quantitate Vitri ordinarii hausta egregiè Alvum laxat in Affectibus hypochondriacis.

Observetur, quod *Passulæ* præscribantur *excoctæ*. Nam Acini vim habent *adstringentiam* leniter, & hinc etiam leniter vim pellendi urinam, quod non semper est conveniens; nam sæpius præscribuntur pro scopo laxativo. Cum autem *Mustum* habeat vim laxandi, inde & *Passulæ* obtinent vires Alvum obstructam & induratam referendi.

Passulæ ulterius egregiam vim obtinent *compescendi Sitim*. Non enim in omnibus Affectibus conveniens est vel *Medicamentum Acidum*, vel copiosæ *Aquæ* ingurgitatio: Sitis namque oritur ex acri Salivâ, & aliis Humoribus, infestantibus Linguam aut Guttur. V. gr. in Hydropo, Cachexiis, & Scorbuto, ubi est intensissima Sitis propter Acrimoniam Salivæ & Lymphæ, & non licet *Aquosa* assumere, hæc enim augent Sitim; nec *Acida*, quippe quæ quamplurimos, tam in Intestinis quàm Mafsâ Sanguineâ, inducunt Affectus; in talibus ergo Casibus, ubi non commodè usurpantur *Aquosa*, vel *Acida*, conveniunt *Passulæ* & Decoctum *Passularum* pro compescendâ Siti, quoniam Acrimoniam falsâ, exque illâ productam Sitim corrigunt, & etiam dum temperant Acrimoniam Humorum, indeque obortas Effervescentias compescunt, adeoque moderatè refrigerant, & in multis Affectibus propter Acrimoniam Humorum nimiam conveniunt.

Externè in Alvi obstructione commendari solet *Clyster*, qui sit ex *Passulis* coctis in *Jure Vituli*, deinde colatis & expressis per linteam; ex qua expressione fit *Enema* in Fæcibus induratis, & longâ Alvi retentione, à Quietè nimia & Potu parco, imprimis in Gravidis, uti dixi.

Omnia hæc de *Uvis passis majoribus* dicta, applicanda etiam sunt iplis *Passulis Corinthiacis*, quibus illa ipsa longè magis conveniunt.

De cætero, cum *Passulæ*, uti dictum, sint *Mustum concentratum*, hinc & Fermentatio in iis excitari, & beneficio hujus Potus *vinosi* admodum suaves, instar *Vini Malvatici* seu *Hispanici*, inde præparari possunt, pro eucrasiâ Sanguinis & sanitate nostrâ optimi: v. gr.

℞. *Passul. contus. q. v.*

infunde in *Aquâ calidâ* q. s. addatur parum *Sacchari*, quod simul promovet Fermentationem, vel *Fæcum Vini* aut *Cerevisiæ*; ita brevi post turgescunt, & fit *Vinum*, instar *Hispanici*.

Nam non solum ex *Passulis* & *Saccharo* fermentando suave fit *Vinum*; sed etiam ex his *Passulis* cum *Pyritis moschatellis* fit *Vinum compositum*, egregium ad corrigendam Cachexiam Mafsæ Sanguineæ, & utile in Affectibus cachecticis. Uti etiam cum *Succo Pomorum Borsdorffianorum* si subigantur *Passulæ* contusæ & fermententur, fit *Vinum compositum* suave & elegantissimum in Affectibus hypochondriacis & melancholicis. Item si cum *Fructibus Rubi Idæi* temperentur *Passulæ*, elegantissimum habebitur *Vinum*; modò observetur legitima Fermentatio; nam in hac totius rei cardo vertitur. GLAUBERUS pro solamine Navigantium concentrationem *Musti* & *Cerevisiæ* instituit: His scilicet abstracto Phlegmate ad consistentiam Mellis redactis, affusâ *Aquâ*, per Fermentationem deinde *Vinum* vel *Cerevisiam* recuperare intendit. Verùm negotium hoc non procedit; quia beneficio Ignis omnis textura immutata fuit, adeò ut loco Potus grati, horridus prorsus proveniat: non secus, ac si *Spiritus Vini Vino* adderetur. Nam destilletur modò *Vinum*, *Spiritus Vini* emergit: qui si additur iterum remanentiæ non emergit Potus vinosus, sed horridus; quia textura utriusque est immutata; ergò non amplius possunt permisceri. Hoc autem in *Passulis* aliter fit, quia sponte suâ exsiccatæ sunt: non tamen fit præcisè ex *Passulis* solis *Vinum* tale, sed etiam ex aliis scilicet *Fructibus*.

Rob Passularum, seu *Succus* expressus & inspissatus valde convenit in Affectibus Pectoris, in quibus adest Tussis, Asperitas nimia, & Raucedo, ex Lymphâ acri & acidâ. Veteres concedunt Prægnantibus, in quibus *Purgantia* sunt periculosa: imprimis quando intumescit Uterus, ut Alvus adstringatur, uti etiam in Fæcibus induratis, si hoc fiat, fit ex nimia Quietè, vel paucò Potu, quod contingit in Vitam sedentariam viventibus, uti imprimis etiam in Prægnantibus; ex his si adstringatur Alvus, multum conducit *Rob Passularum* in eâdem laxandâ, ad magnitudinem Nucis Castaneæ assumptus; sicuti etiam ex *Rob Passularum Electuarium Polychrestum* ad Morbos chronicos, cachecticos, & eos, qui ad Ictericum vel Hydropem declinant, conficitur, si

℞. *Pulp. passular. Corinth. ℥ss.*
Rhabarb. pulverisat. ℥ss. ad ℥vj.
Cinnam. ℥j.

Misceantur.

Copiatur dosi parvi Cochlearis.

Convenit etiam iis, qui Varis, & Guttâ rosaceâ ex Causâ internâ corripuntur.

Pro Alvo laxandâ in Gravidis *Passulæ laxativæ* sunt optimæ, tam in formâ humidâ, quam fuscâ. Compositio autem harum est multiplex; nihilominus imprimis ita fieri possunt.

possunt. Et quidem in formâ siccâ *Passula laxativa* optimè fieri possunt, si hæ mundatæ irrorentur crebrius cum *Emulsione Scammonii*, exsiccentur, & iterum irrorentur; idque toties, quoties placuerit, & prout Remedium magis vel minùs forte expetitur: hinc facile paucis aliquot guttis *Olei Cinnamonomii*, aut *Macis aromatizari* & asservari possunt:

Vel

℞. *Passul. min.* qu. v.

Coquantur, donec intumescant. postmodùm

℞. *Diagrydium dissolutum in Vino albo*,

quod denuò inspissetur & pulverifetur.

Hujus Pulveris ℞. ꝑj. isque inspergatur

Passul. ꝑj.

dum imprimis adhuc calent ex coctione: misceantur probe, & siccantur ad Solem: sic enim optimè purgant, & grati atque elegantis sunt saporis.

Aliam Cõpositionem videbitis in ZWELFFERI *Pharm. Reg. Class. 2. pag. 48.* TIMÆUS in formâ humidâ egregiam habet insequenti modo:

℞. *Passul. min. optimè mundat.* ℞ss.
affundit

Vini Rben. ℞i. ad ℞iiss.

permittit in Infusione per diem noctemque:

addit mane

Sacchari clarif. ꝑviij. vel ix.

põst evaporaat ad consumptionem *Vini*, addendo

Resina Jalappæ ꝑiv.

Miscet in consistentiam *Electuarium*.

Dosis ad ℞ss.

Passule autem magis *laxativæ* sunt sequenti modo:

℞. *Fol. Senn.* ꝑiij.

Crem. Tartari ꝑj.

Mecchoacann. ꝑvj.

Diagryd. ꝑij.

Sem. Anisi,

Galangæ, an. ꝑiv.

Infundantur in *Aquâ simplicî*, & ebulliant ad dissolutionem *Tartari*, & extractionem *Sennæ*. Colaturæ adhuc calidæ infund. *Passul. min. contus.* q. s.

Stent in loco tepido, ut successivè evaporet Phlegma ad consistentiam *Electuarium*, quod in Malo hypochondriaco pro laxandâ Alvo est egregium.

Aliam Cõpositionem habet ZWELFFERUS loco allegato pag. 47.

In Officinis habetur *Loch de Passulis*, quod in Asperitate Faucium & Pectoris, Tussi siccâ, aut etiam humidâ asperiore, & Raucedine usurpatur, & valdè convenit, præsertim cum *Rob vel Syrupo Papaveris albi* mistum, vel sensim sensimque deglutitum. Temperat enim, Acrimoniam demulcet, partes asperas & læsas restituit, & crebriorem Tussim, Mucique copiosioris proventum suspendit, adedoque, ut vulgò vocant, egregiè incrassat.

In *Uvis passis* continentur *Acini*. Hi *Uvarum Acini* expressi fundunt *Oleum instar Olei Olivæ*. Quidam illos in *Pulverem* minutissimum redactos in Phialis leni digestionem aliquandiu foverunt, & quasi putrescere permiserunt, tandem ex illis sublimando *Sal volatile* elegans acquisiverunt. Non secus ac relatum fuit, quòd *Acini Baccarum Juniperi* per Retortam igne aperto destillati, cum *Oleo empyreumatico Sal volatile* simul suggerant.

Expressas *Uvas* sequuntur tandem *Vinacea*, cum quibus & *Urinâ* non solum ex *Cupro Arugo* paratur in Galliâ, ex quo postmodùm tâ singularis *Spiritus* præparatur: vid. ZWELFFERUS in *Apologiâ*: sed etiam in usum quoque veniunt medicum, quia cum *Acinis* collecta adhuc turgent Principiis fermentativis vinosis; unde si incalescant, Odorem spirant gravem; & pro Curâ Morborum externorum multum habent in recessu: scilicet in Cutâ Doloris Ischiadici, Scorbutici, & similibus Affectuum arthriticorum dolorosorum, & paralyticorum, usurpatis *Vinacis* nil melius est; vel sub formâ *Balnei sicci*, vel *Cataplasmatum*.

Balneum hunc in modum fiat: scilicet Ischiadicus, sponse fermentando calefactis *Vinacis*, ad Umbilicum usque infideat, expectando Sudorem, aut Membra arthritica, vel dolentes Partes nervosæ, & Articuli imponuntur in *Vinacea* per se sponse incalescentia, quando enim ad tempus steterunt, incipiunt Fermentationem ad Putredinem tendere,

& incalescere. Videatur PETRUS A CASTRO, qui propriam Sororem, annos natam 18. desperato Ischiadico Dolore prorsus intolerabili laborantem, post infinita Remedia, tandem per *Infessum Corporis in Vinacea* recentia per se incalescentia curavit. Nempe *Vinacis* his in Vasis probe compressis, donec intra tres vel quatuor dies Vaporem calidum emisissent, Ægram medio Corpore immerferunt: quo ipso Sudores egregiè moti fuerunt, & hoc fecerunt præter propter per semihoram, quâ elapsâ per horam iterum in lecto sudavit Ægra; quo Medicamento ter repetito, à gravi & diuturno Morbo liberata fuit. Unde hoc oritur, videmus egregiè explicatum in ZWELFFERI *Apologiâ contra Tachenium p. 204.*, qui derivat à *Sale volatili Vinaceorum* per Fermentationem excussitato; quòd ubi ingreditur Membra arthritica, corrigit *Acidum* arthriticum evocando per poros Cutis; quo evacuato cessat Dolor, ab Acido pungente & vellicante Nervos inductus. Unde *Sal volatile Vinaceorum*, dum corrigit *Acidum*, & per poros evocat, sensibiliter quasi his Affectibus convenit. Idem CASTRO in *suprà citatâ Experienciâ* etiam hoc observavit, quòd per talem *Infessum* in *Vinacis* recentibus calentibus non tam curatus fuerit Dolor Ischiadicus; sed etiam *Menses* cœperint fluere, qui per longum tempus restricti, per nullum aliud Medicamentum potuerunt provocari. BORRELLUS Cent. 2. *Observ. 42. pag. 145.* Tumorem Testium chronicum cum inflammatione & rubore, ut & *Podagram* ex Causâ frigidâ, iisdem per se sponse incalescentibus curatam refert. Sed semel in anno illud usurpandum est. Sponse tamen effervescent; hoc enim modo exaltantur *Salia volatilia*. Si autem nolint sponse fermentare aut incalescere, tunc pro usu medico aspergatur parum de *Calce vivâ*, sic facile ad Incalescentiam debitam reduci possunt.

Ipse tandem *Succus ex Uvis* expressus, *Mustum*, per Fermentationem abit in *Vinum*, de quo *infra suo loco*. Saltim hic *Fermentatio* ejusdem consideretur, ubi duo occurrunt observanda: nempe

1. *Motus*, &

2. *Eruçtio Flatum*.

Quòd attinet *Motum*, ille fit, quando *Acidum* & *Alkali* invicem pugnant, unde *Motus fermentativus*; quando verò se unire & conjungere incipiunt, fit *Eruçtio Flatum*. *Fermentationem* hanc adjuvat *Calx viva* inspersa, quia *Acidum* & *Alkali* occulta fovet. Impeditur verò eadem, si *Ferrum candens* aut *Limatura Martis Musto* immittatur, quia *Ferrum* aggreditur *Acidum Vini*, unde cessat omnis *Fermentatio*. Sub unione hac *Acidî* & *Alcali* partes heterogenæ extruduntur, quæ fundum petunt, & *Fæces* constituunt; in quibus luxuriat *Alcali*.

Sub *Fermentatione* hac, accedente Aëre, volatilifantur partes *Vini* oleosæ, & eructant copiosos *Flatus*, & sic in *Spiritum ardentem* abeunt. Quidam magnos Alembicos Doliis imponunt, & in iis *Spiritum Vini* condensare, eundemque capere satagunt: sed stolidum hoc est, quia admodum volatiles sunt, & Ens novum, ut nullo modo cõceri possint; & si arctius coarctentur, omnia Vasa dirumpuntur. Hinc ab HELMONTIO novo nomine Gas audiunt, quòd *Mustum* pariter ac *Cerevisia* fermentans eructant. Tali Gas similes sunt *Flatus* in Corpore nostro. Naturæ autem sulphureæ est Gas istud: hinc & *Flatus* Corporis nostri facile sunt inflammabiles. Cæterùm, quando deparatur *Mustum*, fit nova textura, *Vinum*, ubi *Alkali volatile* prædominatur, in quo partes spirituosæ volatilifantur sunt per fermentationem & volatilifationem Sulphuris concreti. In *Musto* autem nullus est *Spiritus inflammabilis*, sed per fermentationem demum fit *Spiritus Vini*; quia est compositum quoddam ex Principio sulphureo & acido, ta nittulum de alcali participante. Quò magis oleosa sunt *Vina*, eò copiosiores *Spiritus* suggerunt.

De his verò plura in *Alterantibus secundariis*, ubi de *Vino* agitur.

Cum *Musto* potest fieri *Tinctura Martis aperitiva*, si infundatur super *Limaturam Martis*, donec probe imprægnatum sit atomis *Martis*; hoc decantetur & inspissetur in consistentiam *Mellis*; vel extrahatur hoc cum *Spiritu Vini*, vel cum *Spiritu Vegetabili* quodam appropriato, & fiat *Tinctura Martis aperitiva*. Idem processus potest fieri cum *Succo Pomorum Borsdorffianorum* pro Affectibus melancholicis & hypochondriacis. (A)

CCCLXIV. UL-

(A) *Vitis Plantæ Genus* est *Flore rosaceo*, cujus *pistillum* abit in *Baccam mollem, carnosam, succiplenam, quatuor gigantis pyriformibus factam*. Quis innumeras *Vitis* species, *Uvarumque tantumnon infinitam varietatem recenset*; De illius viribus satis superque Autores nostri: illud tantùm addiderim, *Vinaceorum usum*, etsi ad nonnullos Membrorum morbos efficacissimum, meritò à quibusdam suspectum haberi, eo quòd Gas (narcoticus vapor) ex iis exspirans, adedò Capiti infensum fit, ut non rarò Carum, & Apoplecticos paroxysmos Cerebro debilibus intulerit.

CCCLXIV. ULMARIA.

BArba Caprina, 1. *Lon.* Barba Capræ, *Lob.* Barbula Caprina, 1. *Trag.* Medefufium, *Cord. bist.* Regina prati, *Dod. Ger.* Ulmaria, *Cluf. Tab.* Barba Capræ floribus compactis, *C. B. 2.* Germanicè, *Geisz-Bart.* Gall. Barbe de Chèvre, Reine des prez. Crescit locis udis, juxta flumina, & sim. Floret Junio, & Julio.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia cum Floribus, & nonnunquam Radix.

Vires. Refrigerat, siccat, astringit, Sudorifera & Alexipharmaca est, proin convenit in Fluxibus omnium generis, in Diarrhœâ, Dysenteria, Fluxu menstruo, necnon in Exspuitione Sanguinis, resistit Pesti, Extrinsecus sunt, qui Radicem recentem contusam Vulneribus imponunt, tum ad sistendum Sanguinem, tum ad consolidanda Vulnura.

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqua stillatitia.* Ex Foliis cum Floribus.
2. *Extractum.* Quod admodum *Quercetano* probatur in *Pe. ste. Pharm. Rest. cap. 26.*

UMBILICUS VENERIS.

Cymbalium, Acetabulum, Umbilicus Veneris *κοτυληδών.* Germ. *Hipwort*, *Pennywort*, *Venus-Navel* &c. Gall.

CCCLXIV. **U**LMARIA. *Ulmaria* ita dicitur, quod *Folia ejus cum Ulmi Foliis conveniunt* :

Dicitur etiam *Regina prati*.

Veteribus non fuit in usu; Modernis verò pro *Alexipharmaco* ac *Sudorifero* inservit; unde etiam in *Morbis Epidemicis* Malignis frequentis est usus, in specie in Fluxibus Alvi, Diarrhœis & Dysenteris Epidemicis, in Autumno ut plurimum grassantibus, quia simul vim habet non nihil *adstringentiam*, & sic quasi ad *Tormentilla* naturam accedit: sicut & *Compositiones Theriacales*, *Pulveres Alexipharmacos*, *Essentias*, & *Elixiria Antipestilentialia*, ingreditur. **SIMON PAULI** in *Quadr. Botan. pag 452.* summis laudibus effert, quippe qua lethale *Velicæ* Vulnus in Puellâ curavit. Item in *Ossium Fracturis* propemodum immedicabilibus mira præstitit.

Multum laudatur aliàs *Aqua* ejus ex *Balneo Maris* destillata à **FABRO** pro usu *Sudorifero*, præsertim si *Vebiculi* loco cum aliis Medicamentis *Alexipharmacis* in *Morbis* Malignis propinetur.

Extractum, quod video in *Pharmac. Quercetani*, *sudoriferum* pariter est, & ab **AUTORE** contra *Pestem*, & in *Febribus* Malignis commendatur. (B)

Habetur etiam

Tom. IV.

(B) *Ulmaria* propriè dicta *Tournefortio* est *Planta* Genus *Flore* rosæo, cujus pistillum ab in *Frustrum* ex plurimis *vaginulis membranaceis*, intortis & in *capitulum congestis compositum*, *Semineque* factum ut plurimum *singulari & exiguo*. *Unicam* *Ulmariæ speciem* recenset *Tournefortius*, seu *Ulmariam Clusii*, eandemque esse ait *Plantam*, quæ *Barba Capræ floribus compactis dicitur* *C. Bauhino*, & *Regina prati Dodonæo*. *Hæc* *Caule* assurgit *bicubitali & tricubitali*, anguloso, firmo, concavo: *Folia lætè virescentia quina vel septena costæ adhærentia*, vel *Imperatoria* vel *Ulmi folia referunt*: *Flores albidæ, suævolentes*, postu & formâ *Filipendulæ vulgaris*: *his succedunt Capitula acuminata*, ex *contortis vaginulis composita*. *Hujus Plantæ Folia* gustu *pollent herbæo*, salso, & viscido, ac *parùm cæruleam papyrum rubefaciunt*, *Radix verò magis*. *Styptica est & amariuscule*, ut *credere fas sit*, in eâ *Sal contineri ad Sal ammoniacum accedens*, sed *multo Sulfure*, justâque *Terræ portione conjunctum*. *Chymicâ* *Analysi Liqores præbet acidos*, *Sal volatile concretum*, *Sulfur summâ*, *Terram mediocris quantitate*. *Hinc* *Ulmaria sudorifera est*, *cordialis*, *vulneraria*. *Ejus Radicis* *Decoctum* in *Febribus malignis præstat Radici Scorzonere*. *Vinum ex quo eadem Radix ebullierit* *Diarrhœa*, *Dysenteria*, *Hæmoptisi*, atque *internis Vulneribus medetur*. *Extractum ex Radice paratum sudoriferum est*, si *ad ℥j.* & *ter quotidie*, *tridui spatii exhibeatur*, addito quoque *vespertinæ dosi grano Laudani*. *Quod de omnium sudoriferorum usu notandum esse*, advertit *Cl. Tournefortius*.

(C) *Ulmaria* verò quam vocat *Ettmullerus Peregrinam*, quamque eandem facit cum *Barba Capræ floribus oblongis* *C. B.* *haud est ex* *Tournefortio* *Ulmariæ speciem*, sed *potius novum Plantæ Genus est*, quod *Barbam Capræ appellat*: est autem *Barba Capræ Plantæ Genus* *Flore* rosæo, cujus pistillum è calyce surgens *monophyllo* ab in *Frustrum compositum multis veluti vaginulis in capitulum quoddam collectis*, quæ *singulæ Semine turgescent oblongo*. *Unicam* *hujus Generis speciem agnoscit* *Tournefortius* estque *Barba Capræ floribus oblongis* *C. B.* *de qua hinc Ettmullerus*, quamque *Drymopogona* ex *Tabernæmontano appellat*. *Planta hæc Radice gaudet satis crassâ, fibrosâ*, cujus *cortice lignosa regitur substantia*, copiosâ *medullâ farcâ*: *Caules ad duos, & tres cubitos assurgunt*, læves, teretes *medullosi*: *Folia Castaneæ serrata*, *plura ad Costam alligata*: *Flores in ligulis racematim colligati*, candidi, *perpusilli*.

(Δ) *Umbilicus Veneris*, seu *Cotyledon*, est *Plantæ Genus* *Flore* monopetalo, *campaniformi*, tubulato, & *multifido*, cujus pistillum ab in *Frustrum è plurimis vaginulis constantem*, in *capitulum collectis*, à *basi ad apicem debiscentibus*, & *Semine factis minutissimo*. *Quamquam* *Cotyledonis speciem quamplurimâ Radicem habeant tuberosam*, & *Folia Acetabuli formâ excavata* (unde *nomen*, nam *κοτυλη* *cavitatem significat*); nihilominus *haud hæc pro Generis notâ habentur à* *Tournefortio*, quum *ipse inter Cotyledonis speciem recenset quasdam Foliis planis, alias Radice fibrosâ*. *Multæ* *Cotyledonis dictæ speciem ad Saxifragas ex* *Tournefortio referendæ*. *Umbilicus Veneris Offinarum est* *Cotyledon major* *C. B.* *Ex* *hujus Radice tuberosâ* *Pediculi exeunt palmares in Folia peltata, circinataque, crassa, glauca abeuntis*: *Caules quoque prodeunt duo vel tres dodrantaes, ut plurimum simplices, ab imo ad summum conferti Floribus oblongis, herbæo*.

Nombril de Venus. *Secundum Galenum* humidæ naturæ est & frigida, saporis acerbi & amari, unde *refrigerat*, *adstringit*, & *mundificat*. *Dioscorides* commendat *Radicem & Folia* contra *Calculum*, quod *illum frangant & expellant*. *Hydropicis* quoque *Folia profunt*. *Externè* *sistunt Fluxiones erysipelatodes*, *Tumoresque calidos & biliosos*: *Strumas item & Membra refrigerata sanant*. *Conjungatur* *Dodonæus, Tabernæmontanus, Baubinus*. *Quoad usum Cotyledonis, seu Umbilici Veneris*, *Cautelas* *notat* *Cl. Paulli pag. 278. Quadrup. Botan. (Δ)*

CCCLXV. URTICA.

(Maxima. Hæc usualis.)

Urens (Minor.)

(Romana.)

A^{ἄρδιον} . Urtica *C. B.* est { Fatua est *Cannabis sylvestris*.
{ Mortua. *vide infra*.

Maxima dicitur *Urtica major*, *Brunfels.* *Fuchf. Lon. Tab. Urtica vulgaris urens*, 1. *Trag.* *Urtica* 2. *Matth. Cast. Urtica*, *Cord. in D.* *Urtica urens*, *Ger.* *Urtica urens altera*, *Dod.* *Urtica sylvestris asperior*, *Lob.* *Urtica communis*, seu *major & fœmina*, *Lob.* *Urtica urens*, *maxima*, *C. B. 1.* Germanicè, *grosse heisse Brennessel*. Gall. *Ortie vive*, *grande*, *Romaine*.

Minor insignitur *Urtica minor*, *Brunsf. Fuchf. Cord. bist. Lon. Tab. Ger. Urtica* 3. *Trag. Matthiol. Cast. Urtica urens mini-*

ULMARIA PEREGRINA.

Ulmaria peregrina seu *Barba Capri floribus oblongis*, *Drymopogon* propriè dicitur, *German. VVald-Bart*; sed *Planta hæc est penitus inusitata*. (C)

CCCLXV **U**RTICA. *Urticæ* *dividuntur* in *urentes & non urentes*. *Hæc* *vulgò dicuntur* *Lamia* seu *Galeopsides*; illæ verò in specie *Urticæ*, quæ *fatis solent esse cognitæ*. In *urentibus* autem *distinguatur vis caustica à medicamentosa*. *Caustica vis* consistit in *Spiculis concavis*, per quæ *Urticæ* hæc *Liquorem* peculiarem, *limpidum*, *acrem*, peculiari *Folliculo* contentum, *intra Cutim & Cuticulam* fit; unde *ab ejus salinâ Acrimoniâ* *Fibræ irritantur*, & *hinc Dolor* pruriginosus ac *Vesiculæ excitantur*: *vid. LANGIUS, & Experimenta Neotericorum*, imprimis *Anglorum*, in specie **HOCKIUS** in *suâ Micrographiâ Anglicâ scriptâ*; item *Epbemerides Eruditorum*, qui *observarunt* per *Microscopiâ* talia *Spicula concava*, talemque *Humorem*. **HELMONTIUS** autem *putat*, hoc à *Sale caustico* provenire.

Virtutes medicas quod attinet, *Urtica urens, minor*, Germ. *die Heyer Nessel*, est *dicata Pulmonibus*. Unde *pulverifata* *Folia* *Urticæ* solent *commendari* in *Pulmonum læsionibus*,

O o

Pthti-

minima, Dod. Urtica minor acrior, Lob. Urtica urens, minor, C. B. 3. Germ. *beiter Nessel*.

Romana dicitur Urtica legitima, *Clus. hist.* Urtica Romana *Trag. Fuchs. Mattbiol.* Romana vel macula, *Lob. Cum. Tab. Ger.* Urtica 1. *Mattbiol. Cast.* Urtica urens, 1. *Dod. German. Romische Welsche Nessel.*

Prima & Secunda crescunt passim locis arenosis juxta sepes ac muros, &c. Prior potissimum sylvas amat. *Tertia* colitur in hortis. Omnes vigent ætate.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

Urticæ maximæ *Radix*, *Semen*, (Julio & Augusto colligendum) *Folia*. Minoris *Herba*, Romanæ *Semen*.

Vires. Urtica omnis calfacit moderatè & siccat 2. partium tenuium est, aperit, incidit, abstergit, emollit, Diuretica est, & Lithonriptica, peculiariterque Cicutæ adversatur, ut & Hyoscyamo. *Radix* (Urticæ maximæ) commendatur maxime ad Ictericum. *Herba* usus in Gangrænâ (decocta & propinata). Eadem in Olere sumpta (prima videlicet Germina) solvit Alvim, abstergit Renes, Calculos expellit, expectorationem, Morbillorumque eruptionem promovet. *Semen* (Romanæ) usus crebri est in Pulmonum affectibus, Asthmate, Tussi contumaci, Pleuritide, Peripneumoniâ. Extrinsecus reprimit Urtica Uvulam inflammatam (in Gargarismate), sedat Hæmorrhagiam Narium (Urtica minor, scilicet contusa, vel & Succus ejus expressus Naribus inditus), Gangrænâ mundificat.

Phthisin minitantibus, & Affectibus Pulmonum. Deinde experta est contra Calculum, & in Affectibus calculosis Pulmonum, Renum & Vesicæ. In Gangrænâ *internè* *Decoctum* singulare quid obtinet, & ad quascunque Hæmorrhagias valdè commendatur, uti omnes testantur Præctici. FERNELIUS *in M. M.* annotavit, quod etiam Alvim laxet.

Externè solet commendari singulariter contra Gangrænâ & Hæmorrhagias quascunque, contusa, & applicata. Item in nimio Narium fluxu, ubi propter circumstantias, Interna propinari nequeunt, adhibita extrinsecus *Folia Urticæ* convenient; si scilicet contusa plantis Pedum & volis Manuum applicentur, & Linteum *Aquâ frigidâ, Urticæ*, vel ejus *Succo* madefactum, circa Scrotum vel Testes ponatur; & deniq; *Turundæ* ex *Gossypio* vel etiam ex Linteis paratæ, *Aquâ* vel *Succo Urticæ* immersæ, Naribus indantur. Hisce enim externis brevi post Narium fluxus intercipitur: vid. BORELLUS *Cent. 1. Observ. 95.*

Præterea *Semen Urticæ majoris Lithonripticum* est, & Calculum pellit: scilicet colligitur *Urtica Semine maturo* ante Solis ortum, Lunâ crescente, & exsiccat in umbrâ, donec sponte decidat: post in decremento Lunæ usurpatur. Dosis ʒj. Egregium est præservativum à Calculo, tam Pulmonum, quam Renum & Vesicæ. Ne Frigus noceat, solet ceu præsentaneum Remedium commendari *Semen Urticæ*, cum *Sevo hircino*, aut *Oleo laurino*, & *Cerâ* illitum; sic enim nullum Frigus sentiri inquit.

Succus Urticæ nonnihil nitrosus est, unde internè in quibuscunque Hæmorrhagiis compescendis usurpatur ab ʒʒ. ad ʒiʒ. & ʒij. Sic RIVERIUS *Cent. 4. Observ. 81.* expertus est, quod *Succus Urticæ* ad ʒʒ. propinatus, Fluxum nimium Mensium sistat: id quod etiam facit in nimio Fluxu Hæmorrhoidum, ad quamcunque Hæmorrhagiam Narium, ad Exspuitionem Sanguinis, ad Vomitus Sanguinis: vid. imprimis BORELLUS & RIVERIUS *Prax. lib. 4. cap. 8.* AMATUS LUSITANUS habet etiam egregiam Experientiam Hæmorrhagiæ nimix, uti &

(D) Urtica est Planta Genus Flore apetalæ, sed sterili: Embryones autem in Urticæ speciebus innascuntur, quæ Flore carent, atque illi absunt vel in Capsulam bivalvem, Semine factam, in globulos quandoque congestam, vel in Volsellam, quæ comprehenditur Semen. Urtica urens, maxima C. B. nullibi non obvia, ac cæcis ipsis nota: bujus Caulis quadrati, cubitales, Folia acuminata, serrataque uridâ lanugine obsidentur. J. Bauhinus uni Plantæ Flores & Semina concedit; sed à vero aberrat. Urtica verò urens, minor C. B. partibus omnibus præcedente minor est; urentior tamen, & Foliis atrovirentis, & rotundato: hæc annua Planta est, & non minus quam prior ubivis profat. Hujus Folia inspicida sunt, viscida, nec cœruleam papyrum rubro insciant colore: Radix item, sed aliquantulum est styptica. Urtica Sal continet ad Sal Terræ naturale quamproximè accedens, h. e. ex Sale ammoniaco, Nitro, & Sale marino compositum; illud autem in hac Plantâ multo Phlegmate viscido, multo Sulfure, partibusque terrestribus est involutum. Analyti enim Chymicæ elicitur ex Urticâ Sal volatile concretum, multum Sulfuris & Terræ, cum nonnullis Liqueoribus, qui plura Salis acris, quam acidi indicia præbent. Nil mirum ergo si Urtica detergens sit, diuretica, & ad humorum motum restaurandum apta: Phlegma enim viscidum maximam Salis acris & Sulfuris acriorem temperat. Succus Urticæ vel sponte, vel levi ebullitione depuratus (ut & Herba ipsa in Ferculis) familiarissimum nobis est Remedium ad Sanguinis sputum compescendum: valet item ad Hæmorrhoidum fluxum, Dysenteriam, Fluoremque album Mulierum. Calculo obnoxii utantur Urticæ Decocto ad modum The usurpato.

(E) Urtica hæc Romana, à Schrædero & Etmullero relata, est sanè Urtica urens, Pilulas ferens, prima Dioscoridis, semine Lini C. B. Hujus Semen, Lini æmulum, in utriculis glomeratim conjunctis, mordacibus, reclusum continetur. Passim obvia Planta est.

N. 1. Noverunt & Chirurghi urentis Urticæ fricatu Sanguinem allicere, adeoque Atrophix subvenire.

N. 2. Pruriginis ab Urticâ introductæ medetur Oleum Olivæ.

P R Œ P A R A T A .

Oleum. Ex Semine expressum.

Vires. Fissuris Labiorum & Mammarum convenient.

CCCLXVI. URTICA MORTUA, SEU GALIOPSIS.

Varia Genera & Urtica mortua passim observantur, colore, odore, figurâ, & similibus differentia. Datur Fœtida & non Fœtida: Maculata & non Maculata: Flore purpureo, albo, luteo. Primas autem præ cæteris dant Fœtidæ, ac præcipuè Maculatæ, quam geminam suspicantur. Galioptis Dioscoridis, ex lacteo scitacet ductu, qui Folia media in longum intersecat. Huic subrogari tamen non nequit & Fœtida non maculata.

Maculata insignitur Lamium albâ lineâ notatum, C. B. 5. Urtica lactea, *Mattbiol.* Galioptis Dioscoridis, *Cam. Milzadella vulgò*, seu Lienaria (quod Lieni conveniat.)

Non Maculata est, quæ inscribitur Lamium purpureum fœtidum, folio subrotundo, seu Galioptis Dioscoridis, C. B. 1. Urtica labeo mas, *Brunsf.* Lamium, *Trag.* (vel Urtica 8.9.10.)

Fuchs.

Mensium Fluxus nimii, per Succum Urticæ curati. Sicuti Folia Urticæ contusa instar Turundæ Naribus applicata, Hæmorrhagiam Narium optimè solent sistere. Externè verò Succus ex Herbâ, vel Radice expressus, cum Linteis duplicatis applicetur loco affecto ad Ulcera mundificanda, & contra ulteriorem Gangrænæ progressum, uti & Gangrænâ ipsam curandam.

Aqua ex Radice Urticæ urentis destillata, & quidem cum Spiritu Vitrioli leviter acidulata, & frigida assumpta, Vomitus sanguinis sedare dicitur. (D)

Inter Urticas urentes jam etiam se offert

URTICA ROMANA.

Urtica Romana, foliis crenatis & non crenatis, Pilulas ferens, non est Officinalis, sed Exotica: cujus loco Urtica vulgaris major, & minor adhibentur. (E)

CCCLXVI. URTICA MORTUA, seu GALEOPSIS. Urtica mortua est, vel Minor foliis rotundis, floribus exilibus; vel Major foliis triangularibus: utriusque varix species dantur, quarum quædam vocantur Lamia, quædam Galeopsides: Lamia sunt majora, Galeopsides minores, Galeopfidum tres dantur species, Flore albo, rubro, & luteo, & promiscuè sunt in usu. Dicitur Galeopsis, quoniam Flores quasi representant Galeam. Deinde quædam adhuc sunt Maculatæ, quædam non Maculatæ. Maculata vocatur ab Italis Milzadella, quæ est species Urticæ mortuæ, & aliàs dicitur Lamium album maculatum: Milzadella dicitur, quoniam usurpatur ab Italis ad Scirrhos, indurationes & obstructions Lienis, qui ab Italis vocatur Milza: vid. SOLENANDER *Consl. 12.* & ex eo SCHENKIUS *lib. 3. Observ.* ubi de Splene; uti etiam HARTMANNUS *in Praxi Chymiatr. cap. 178. §. 3.*

Apud nos autem cum rariores sint Lienis affectus, tanquam Specificum contra Fluorem album Mulierum, qui dicitur aliàs Gonorrhœa muliebris, usurpari solet, imprimis si

Scla-

Fuchs. Galioptis, *Cord. dist. Lon.* 2. Tab. purpurea, *Cast.* Urtica iners altera, *Dod.* non mordax, *Lob. Gall.* Ortie morte.

Crescunt juxta sepes, parietes, vias, in ruderibus, &c. magna ex parte tota æstate florent.

O F F I C I N A L I A N A T I V A.

Herba cum Floribus.

Vires. Calfacit & siccat, præcipuè commendatur Galioptis flore purpureo ad dysenteriam (Decoctum propinatum), Flores albi ad Fluorem album specificè celebrantur. Extrinsecus medetur Urtica Pano, Hæmorrhoidum Tumori, &c.

P R Æ P A R A T A.

Conservas. Ex Floribus albis.

U V A S P I N A.

Uva spina seu crispa. *Grossularia Matt.* Germ. *Closter-beeren, Krauffelbeeren, Stichelbeeren.* Ital. Uva Macina.

Hortensis. Baccis interdum hirsutis.

Et (Sylvestris.

Sclarea vel *Homino* associetur; sive hæc Gonorrhœa sit vera, sive notha. Assumitur aut *Conserva Summitatum florentium*, aut decocta in *Vino*: etiam externè in *Pediluviis* commendatur. Novi Exemplum Mulieris generosæ ante paucos annos *Decocto* solo *Galeopsidis* in *Vino albo curata*, cum aliàs nullum conducere voluisset Remedium. (F)

Sequitur planta ab Autore neglecta, quæ vocatur

U V U L A R I A.

Uvularia, aliàs *Hippoglossum*, rectiùs *Hypoglossum*, à quibusdam *Bonifacia*, est *Laurus Alexandrina*, baccis pediculis adherentibus. Datur etiam *Laurus Alexandrina vera*, baccis, pediculis longis cauli affixis, & *Laurus Alexandrina*, baccis folio infidentibus: Ger. *Zapfen-kraut* dicitur, quod in *Foliis* ejus parvum *Foliolum*, quod *Lingua* quasi prominentem referat, enatum sit; hinc & latinis *Bilingua* vocatur.

Posteriore *Lauri* Officinis sunt incognitæ: prior verò *Uvularia*, ejusque *Decoctum*, vi nominis ad *Gargarismata* contra Affectus Faucium, in specie contra *Uvulæ* prolapsum & nimiam laxationem, item contra *Phlogosin* seu Tom. IV.

(F) *Urticam* mortuam dictam, seu inertem, vulgè cum *Galeopside* & *Lamio* confundunt: sed non ferendo errore. *Urtica* enim propriè dicta *Floris* est apetalis, ut dictum; *Galeopsis* verò & *Lamium* *Floris* sunt petalode. Hæc autem ratione *Plantas*, quæ nomine *Urticæ* inertis veniunt, ad propria *Genera* reducit *Tournefortius*. 1. *Galeopsis* sive *Urtica* iners, folio & flore minore. J. B. est *Lamium* purpureum fœtidum, folio subrotundo, sive *Galeopsis* Dioscoridis G. B. 2. *Galeopsis* sive *Urtica* iners, flore purpurascente majore, folio non maculato. J. B. est *Lamium* folio oblongo, flore rubro Park. 3. *Galeopsis* sive *Urtica* iners, floribus albis. J. B. est *Lamium* vulgare, album, sive *Archangelica* flore albo Park. 4. *Galeopsis* sive *Urtica* iners, magna, fœtidissima. J. B. est *Tournefortio* *Galeopsis* procerior, fœtida, spicata. 5. *Galeopsis* sive *Urtica* iners, minor, folio caulem ambiente. J. B. est *Lamium* folio caulem ambiente, minus. C. B. 6. Est demum *Galeopsis* seu *Urtica* iners, flore luteo. J. B. quæ reverà inter *Galeopsidas* connumeranda.

Nos de quartâ *Urticâ* inerte aliqua dicamus. Hæc quæ *Galeopsis* procerior, fœtida, spicata dicitur *Tournefortio*, ex J. Bauhino *Urticæ* nitur Radice: *Caules* cubitales & sesquicubitales, quadrati, hirsuti, inanes: circa articulos videntes *Folia* bina, ad-versa, *Urticæ*, sed majora, & perquam acuminata, serrata, innocenti lanugine obsita, fœtidissima: inde *Rami* quoque exoriuntur: *Flores* in spicam verticillatim digesti, colore purpureo, labello tamen albis lineis picturato. Hæc *Planta* *Bitumen* & *Oleum* fœtidum olet: gustu polles herbaceo, parum salso, adstringenti, nec cœruleam papyrus rubefacit: unde conjicere est illius *Sal volatile* particeps esse *Salis* acris, quod *Terræ* inest, quod in hæc *Planta* multo *Sulfure* & partibus terrestribus est involutum. *Vulneraria* est & summè paregorica: paratur ex eâ *Oleum* per infusionem, ad *Ambustâ* & *Vulnera* partium tendinosarum excellens. *Rustici* *Foliorum* & *Florum* *Insula* utuntur ad *Colicam* nephriticam, *Tumores strumosos*, & *Pleuritidem*. *Parari* potest *Extractum*, hyberno tempore adhibendum.

(II) *Uva* crispa *Dodonæi*, vel *Uva* spina vulgè, est *Grossularia* simplici acino, vel spinosa, sylvestris C. B. (est & fativa C. B.) *Grossularia* autem *Plantæ* *Genus* est *Floris* rosaceo, petalis ex incisuris *Calycis* *monophylli* & *pelviformis* nascentibus constante: *Calycis* autem posterior pars abijt in *Baccam* globosam vel ovatam, mollem, *Seminibus* fœtam exiguis. Sub hoc *Genere* *Grossulariæ* comprehenditur *Ribes* *Officinarium* ejusque *Species*, ut supra dictum. *Uva* crispa, de quâ hîc, *Frutex* est numerosâ stolonum segete luxurians, *Spinis* singularibus, binis, aut ternis armatus, rigidis atque acutis: *Folia* ex brevioribus pediculis, unguem lata, nonnihil rotunda, modicè divisa superiùs sauro virore splendentia, inferiùs diluore: *Flosculi* pulchelli simul multi ex eodem tuberculo, ex petalis quinis videntibus utrinque reflexis constantes: *Flosculis* subsunt *Globuli* hirsuti, in *Baccas* abituri item hirsutas, rotundas, striatas, ante maturitatem acidas, ex maturitate dulces, in quibus *Grana* multa exigua. *Fructus* bi pueris & gravidis *Mulieribus* vulgè expetit.

(G) *Uvularia*. Non hîc sermo est de *Uvulariâ* majore *Tragi*, quæ est *Campanula* vulgatior, foliis *Urticæ*, vel major & asperior C. B., sed de *Uvulariâ* *Tabernæmontani*, sive *Hippoglossi* (potiùs *Hypoglossi* cum *Ectmullero*, b. e. *Sublingua* potiùs quàm *Lingua* equina) ejusdem: hæc enim *Synonymon* facit C. Bauhinus, cum *Lauro Alexandrinâ*, fructu pediculo infidente. *Quoniam* autem *Lauri Alexandrinæ* *Species* ad *Ruscum* reducenda ex *Tournefortio*; erit proinde *Uvularia*, de quâ hîc, *Ruscus* angustifolius, fructu folio innascente. *Hæc* enim est *Bonifacia*, *Bilingua*, *Laurotaxa*, & *Radix Idæa* aliorum. *Planta* hæc multis adolescit sesquicubitalibus, lentis, latè viridantibus, striatis *Viminibus*: *Folia* bis adherent ferè, sed non semper, alterna, virentia, crassa, nervosa, acuminata: in eorum medio. J. Bauhinus *Foliolum* aliud, *F. Columna* viticulas seu petiolos agnovit, quibus sustinentur *Flores*, in *Baccas* *Rusti* abeuntis. Hinc factum fortasse est, ut eadem hæc *Planta*, fructu folio innascente à *Tournefortio*, & fructu pediculo infidente vocetur à C. Bauhino.

Baccæ immaturæ Appetitum excitant, *Cholericis* loco *Agræstæ* in *Brodiis*, conducunt *Gravidis*, in *Alvi* fluxu, *Fluore* albo, *Gonorrhœâ*. (II)

Z

CCCLXVII. Z E D O A R I A.

Zedoaria. Germ. { 1. Longa. (Hæc promiscuè usuales.
Zitwer. Gall. { 2. Rotunda.
Du Zedoar. est C. B. { 3. Tuberosa nigricans. (inuistata.
4. Geiduar.

1. Insignitur *Zedoaria*, *Lon. Matt. Lob.* *Zedoaria* radice longâ, *Clus. in Coroll.* *Zedoaria* Veterum, & *Arnabi* 2. species radice longâ, *Cord. dist. G. B. Zadura*, *Zaduar*, *Zudar*, &c. *Fuchs. in Comp. Med.*

2. Dicitur *Zerumbet Serapionis*, *Lob. Zurumbethum*, *Cord. dist. Zerumbeth* & *Zedoaria* rotunda, *Fuchs. Comp.* (*Radix Bezoartica Sinensis.*)

N. I.

Inflammationem Laryngis, aut serosam aliqualem *Glandularum* intumescuntiam, à pluribus adhiberi solet. Sunt etiam, qui in hunc usum *Radice* & *Folia* infundere *Potui*, item *Infantulis* ad præcavendam laxitatem *Uvulæ* instar *Amuleti* appendere jubent; sed fides sit penes *Experientiam*. Postmodum in principio *Inflammationis* *Uvulæ*, item *Gangrænæ*, cum *Aquâ Veronicæ* commendatur; vid. *TABERNÆMONTANUS* in *Herbar.* & *JOEL*. Eadem, quæ de *Ligustro* dicta sunt in *Oris* ac *Faucium* *Affectibus*, etiam de *Uvulariâ* à *Modernis* affirmantur. (G)

Z

CCCLXVII. Z E D O A R I A. *Zedoaria* est *Zinziber* sylvestre latifolium, cujus *Radix* egregiè est *aromatica*, penetrans insigniter & polychresta, imprægnata copioso acri volatili *Sale*, quod per destillationem patet; cujus beneficio *Aquam aromaticam* *Oleo* copioso suggerit: cui in *Indiâ* ex *Radice recentis* destillatæ *Sal volatile* *Nivis*, aut *Camphoræ* formâ innat. Ex *Indiâ* ad nos deferatur, O o 2

C L A S S I S S E C U N D A

D E

A L T E R A N T I B U S S E C U N D A R I I S .

Absolvimus *Alterantia* dicta *Primaria*, seu quæ sunt desumpta immediatè ex *Herbâ*, *Foliis* scilicet, *Radicibus*, *Cortice*, *Ligno*, *Semine* &c.

Sequuntur nunc *ALTERANTIA SECUNDARIA*, quæ sunt quasi *Producta* immediata istorum *Primariorum*, & ut plurimum *SUCCI* ex ipsis *Vegetabilibus* collecti & concreti, partim *Naturâ*, partim *Artis* beneficio producti. Hi sunt sub *duplici differentiâ* vel *GUMMATA*, vel *RESINÆ*. Ut plurimum autem colliguntur ex arborescentibus *Plantis*, vel per *spontaneam effluxionem*, vel per *incisionem*. Cùm ergò in omni *Arbore* sit *Spiritus acidus*; hinc & omnia hæc primò *Liquorem acidulum*, deinde *oleosum* dant, in quo est *crasis eorum*.

Resinæ omnes naturæ sunt *oleosæ*: ergò in *Menstruis oleosis* solvuntur, ut *Spiritu Vini* &c. *Gummata* sunt varia: in hoc convenient, quòd commodissimè solvantur in *Menstruis aqueis & aqueo-salinis*, v. g. *Aquâ*, *Aceto*, *Vino*, *Succo Citri* &c. ut in recessu multùm de naturâ *resinosâ*, vel *salino-mucilaginosâ* esse soleant: de quo confer. *ZWELFERUS in Animadvers. super Pharm. August. pag. 128. Gummata Resinosa sunt Ammiacum, Sagapenum &c. Mucilaginosâ sunt*

Gummi Cerasorum, Tragacantha, &c. Resinæ sunt Aromaticæ v. g. Terebinthina, Resina Animæ, Pix &c. Constant Sale volatili admodùm oleoso, ab Acido concentrato. Sic enim Oleum destillatum Anisi mediante Oleo vel Spiritu acido Vitrioli coagulat in momento in perfectam Resinam; vel Oleum Vitrioli additum Terebinthina, Baccaram Juniperi, Macis, &c. mediante blandâ digestionem, dicta Olea condensat in perfectam Terebinthinam; adeò ut saltim Terebinthinæ sint Resinæ liquidæ, Resinæ sint Terebinthinæ condensatæ; utæque sunt Salia volatilia oleosa ab Acido concentrata. Gummata non ita pingua sunt, quoniam in Resinis plus Olei, in Gummatibus verò plus Mucilaginis est.

In genere ergò *Resinæ & Gummata* nil aliud sunt, quàm *Succus vegetabilis nutritivus, Phlegmatis separationem condensatus. Resinosorum Gummatum nucleus est Resinosa ista substantia, alterâ, mucilaginosâ scilicet parte ceu involucro, saltem addito: unde & illa Resina Spiritu Vini commodè extrahi potest, nudâ Mucilage residuâ: & hujus Resinæ ratione etiam à Terebinthinâ ceu Resinâ liquidâ, solvi possunt; pro usu præsertim externo. (K)*

Jam de singulis in specie.

CCCLXVIII. A C E T U M .

Acetum est *Liquor Aciditatis* terrestriori ac fixiori (*Vitriolicam* vocant) imprægnatus.

Delectus: Acetorum maxima diversitas est, variantque naturâ, viribus, ac præstantiâ, pro varietate rerum ex quibus ea confecta sunt. Sunt enim *Aceta ex Vino, Cerevisiâ, ex Succis Fructuum* (pomaceis, pyraceis,) ex *Melle, &c.*

Utilitiora autem sunt *Vinacea*, quæ recipienda quoties *Aceti* simpliciter fit mentio.

Hæc itidem variantia occurrunt. (Etenim ut *Vinum* differt præstantiâ, ita & *Aceta* exinde confecta). Eligantur igitur quæ ex *meliori ac generosiori Vino*, utpote omnium *Vegetabilium* principe, & maximè omnium *vitriolato, confecta* sunt.

N. Ad *Menstrua Metallis* solvendis destinanda, eligenda sunt imprimis *Aceta Hydromelitum vinosorum*, utpote quæ cum *Manna celesti (Melle)* naturam animale præter vegetabilem ex *Floribus* induerunt, atque ita alia *Menstrua* sol-

vendi potentiâ superant. Et hæc sunt *Aceta* illa *Philosophis* usitata, unde & *Philosophica* dici solent, de quibus amplius in *Menstruorum* descriptione, lib. 2. c. 77. Vide etiam *Quercetanium in Tetrade.*

N. De reliquis *Acetis Cerevisiarum, Succis pomaceorum* aut *pyraceorum immaturorum, viliorumve Vinorum*, notetur, quòd rerum *metallicarum solutionibus* minùs sufficiant.

Vires. Substantiæ *Acetum* est mixtæ, frigidæ ac calidæ (superat tamen frigiditas caliditatem), in reliquis siccæ. Partium est tenuium, attenuat, penetrat, astringit, Putredini resistit, Sudorem ciet.

N. *Acetum* accedit proximè ad naturam *Vitrioli*, primaque tenet præ cæteris *Correctivis*, quorum operâ *Gummata* calfacientia *Succi venenati* corriguntur. Per se quoque singulare est *Remedium adversus ictus Serpentum* etiam *venenatissimorum*, quales sunt *Aspides. Quercetanus in Pharm. rest. c. 24.*

P.R.F.

CCCLXVIII. **A**CETUM. Tanquam *spurius Vini* filius, de quo notum *PLINII* effatum, quòd *Vini vitium vertatur in medicamentum*: quòd intelligendum est de *Aceto*.

Nihil enim aliud est, quàm *Acidum Vini*, in cujus substantiâ mediâ successivè resolutum est *Fermentationis* beneficio, sub qua ipsâ *Fermentatione* simul *oleosa Substantia*, attenuatâ parte acidâ magis manifestatur, parte verò pingui invertitur & occultatur, non secùs ac ipse *Spiritus volatilis* unâ deprimitur & figitur. Est itaque *Acidum Vini* per continuatam *fermentationem*, & successivam *Acidi* solutionem & attenuationem, unâ cum reliquorum *ingredientium* texturâ alteratum & in talem *Liquorem* mutatum, estque nihil aliud, quàm *Tartarus liquidus*. Idem enim *Vini acidum*, si proprias *Fæces* rodendo cum iisdem coaguletur, *Tartarus* constituit. In *Aceto* ergò præter *Acidum* in fluorem redactum, & *Phlegmâ* illud probè diluens, *Spiritus Vini & Oleum, & Alkali volatile* adhuc abscondita sunt; & quidem quò generosius est *Vinum* vel *Liquor*, eò generosius dat *Acetum*: vel quò spirituosior est *Liquor*, eò acrius, eò acidius, & eò penetrantius fit *Acetum*; adeò ut ex *Vino*, ex quo per destillationem exhalavit *volatilis Spiritus*, non fiat *Acetum*.

Acidum quòd attinet *Aceti*, reverè hoc in suâ texturâ cum cæteris *ingredientibus potius nitrosæ, quàm vitriolicæ* est naturæ, ut rectè hoc asserit *LUDOVICI de Sale Tartari pag. 42.*

Inesse autem *Aceto Vini* adhuc *Spiritum Vini*, patet, tam per generationem, quàm per resolutionem. Si tamen *Vinum* in *Vase hermetice clauso* affervetur, acefcit, in quo tamen propter clausuram nil *Spiritus* evanuit, ut *BECHE-RIUS pag. 414. in Phys. subterr. & JUNGIUS Doxos. part. 2. sect. 1. c. 23. asserv. 6.* ostendit. Unde etiam ex *Tartaro & Spiritu Vini Acetum* generatum ostendit *KERGERUS de Ferm. pag. 97.* adeò ut per simplicem *mutacionem* particularum ex *Vino* fiat *Acetum*: scilicet figuntur saltem *particulæ volatiles spirituosæ in Aceto*, ita tamen, ut iterum *volatilifera, & in pristinam libertatem* vindicari possint; quòd fit in *Solutione Saturni vel Coralliorum*, per *Acetum* factâ. Unde concludendum: quòd magis imprægnatum est *Vinum* vel *Liquores Spiritibus*, eò fortius & acidius fit *Acetum*; quare etiam *Vinis vulgaribus*, ut eò fortius dent *Acetum*, solet infundi vel *Semen Sinapi, Piper, Semen Erucae*, similiaque *Sale volatili acri constantia*, ut exaltetur *Liquor* minùs generosus. *Fundamentum* consistit in hoc, quòd ejusmodi *Subjecta Sale volatili imprægnata*, augeant partes *volatiles salinas Liquoris* minùs generosi: unde auctis his, fortius congregiuntur cum *Acido*, ex quo augetur *Fermentatio*; magis subiguntur *Salia volatilia, & exaltatur Aciditas*, ex quo fit *acrius & penetrantius Acetum*.

In *Fermentatione*, quâ fit *Acetum*, dixi quòd à partibus acidis per *fermentationem* combinatis cum *volatilibus*, figantur partes *salinæ & occultentur*, non verò omninò exhalent,

(K) *Succi à Plantis exsudantes ad quatuor classes reducuntur à Tournefortio. 1. qui continent Sal essentielle Plantarum, ut sunt Saccharum, Manna Calabrina &c. 2. Resinæ, ut Abiegna. 3. Gummata, ut Gummi Arabicum. 4. Gummi-Resinæ. Hoc autem inter Resinas & Gummata est discrimen, quòd Resinæ sint magis sulfureæ, adeoque Spiritu Vini solvuntur; Gummata magis aquosa, adeoque solius Aquæ permissione dissolvuntur: quoniam autem Gummi-Resinæ ex utroque participant; hinc ex parte Spiritu Vini, ex parte Aquâ solutionem patiuntur.*

P R Æ P A R A T A.

I. ACETA DESTILLATA.

1. Acetum destillatum commune.

N. 1. *Acetum fortissimum*, destilletur ex Cucurbitâ vitreâ in B.M. vel Cineribus lenissimo calore; primò ascendit *Pblegma* insipidum (fermè quarta pars Liquoris), quod *Phlegma* ubi destillaverit (acido odore & sapore id deprehenderis) muta recipiens, colligeque Acetum destillatum (*Spiritus Aceti*) seorsim, continuando Destillationem donec Spiritus omnis ascenderit.

N. 1. Si ad Extracta usufque medicos Acetum destillatum destinetur, cauto opus est, ne nimium urgendo, *Impuritas* concilietur; sin verò ad metallicos labores, urgendum erit donec rubri Spiritus atollantur, nihilque amplius Spirituum exeat; id feliciter fiet in Arenâ.

N. 2. Alii fœtificant aliquoties cohobando, tandemque partem aliquam Phlegmatis lento M.B. calore abstrahunt. *Sennertus Inst.*

Vires. *Phlegmatis* usus esse potest in Extra&tionibus quibusdam. E. g. Viridis Æris, pro conficiendo *Vitriolo Venereis*, & aliarum Tin&urarum.

2. Acetum ex Fœcibus.

N. *Fœces Aceti* (Germ. *die Mutter von Wein Essig*, Gall. *du Vinaigre*) destilla per Vesicam cum Refrigeratorio, ac prodibit *Acetum destillatum igneum*.

Vires. Solvit Metalla, &c. *Keslerus 4. cap. 65.*

3. Acetum Radicatum, seu Alkalifatum.

N. *Fœcum ex Aceto destillato destillatione restitutum* §. iij. vel iv. calcina ad siccitatem, dein affunde *Acetum destillatum*, idque iterum abstrahere in Arenâ, toties cohobando, donec omnis *Sal* cum Aceto destillato ascenderit. *Sennertus Inst.*

Aliter,

halent, sed ligentur: uno verbo; quòd partes salinæ spirituosæ occultentur, non verò exhalent, sed figantur tantùm ab Acido fixo. Probo: quoniam ex omni Aceto potest de novo resuscitari *Spiritus Vini*; id quod monstrat, quòd non omnino immutantur Salia volatilia, sed saltem occultentur. Probo etiam hoc ipsum de resuscitatione *Spiritus Vini*, quando scilicet fit Solutio *Saturni* calcinati in Aceto, vel *Coralliorum* in Aceto solutorum; hinc inde paratum *Saccharum Saturni*, aut *Sal Coralliorum*, si immittantur in Retortam vitream, & leni igne destillentur, dant *Spiritus volatilem ardentem* instar *Spiritus Vini*; qui non est ex *Corallis*, neque etiam ex *Plumbo*, quoniam impossibile est, ut iis insit, sed prodit ex partibus *Aceti*, adhærentibus *Corallis* & *Saturno*. Eo enim ipso, quo acidæ partes rodunt *Coralla* vel *Plumbum*, fit ut ex arcto nexu acidarum particularum cum partibus terreis alcalicis *Coralliorum*, vel *Plumbi*, *Spiritus Vini*, ab Acido antea concentratus, liberetur & fiat sui juris: hinc, ut prodeant particulæ volatiles ab acidis liberatæ, & anti-quam suam formam vel spirituositatem nanciscantur. Est ergò impostura, quando alii ejusmodi *Spiritus* pro *Spiritu ardente Saturni*, vel *Spiritu Coralliorum* venditant, cum ex Aceto regeneratus sit *Spiritus Vini*.

Inesse etiam in Aceto alcali volatile, & Oleum, pro *Vini* naturâ varium, ostendit non tantummodò *TACHENIUS Hippocr. Chym. pag. 124.* & in *Clave Hipp. Chym. pag. 88.* sed etiam si *Magma* ab *Aceti* destillatione residuum inspissetur, prodit *Spiritus urinosus* instar *Spiritus Tartari*. Clarius hoc patet ex *Sale Alkali* quocunque, cum Aceto sufficienter saturato, ut fieri solet in præparatione *Salis Vini essentialis*, seu *Terræ Foliatæ Tartari*. Nam si tale *Alkali* ab Acido saturatum, & ut rectè vocat *TACHENIUS*, in *Tartarum regeneratum*, igne aperto destilletur, accipitur *Spiritus urinosus* & *Oleum*, simillimum isti, quod ex *Tartaro* habetur. Acidum ergò *Aceti* mediæ est naturæ inter Acidum volatile, & Acidum fixum.

Cæterùm non Vinum solum, sed omnia Vegetabilia quæcunque fermentari possunt, eorumque *Succi expressi* fermentando acescunt, & Acidum sui generis exhibent. Modum videbitis in *WEDELI Pharm. pag. 83.* si scilicet Fermentatione Salia volatilia exaltentur & Acido concentrentur, sicque Acorem contrahant. Et non tantùm ex Vegetabilibus nativis fit *Acetum*, sed etiam ex *Decoctis*: ex *nativis*, v. g. ex *Succo Uvarum*, *Pyrorum*, *Pomorum*, *Cydoniorum*, & similibus; sicut & ex *Decoctis* & *Infusis* fit tandem *Acetum*. Quòd pertinent *Aceta ex Cerevisis*, & ex quibuscunque *Infusis* parata. Recipiatur enim *Planta* quæcunque, decoquatur in *Aquâ simplici*, & in loco calido, vel Sole exponatur, & arefcet. *Animalium partes*, imprimis carnosæ, in *Acetum* degenerant: sic v. gr. si quidam tempore æstivo decoquat *Carnem* in *Aquâ simplici*, & brevi Caro ista acfcet, & Acorem contrahet instar *Aceti*. *Mel* etiam cum *Aquâ simplici* dilutum, uti fermentando vinosum Potum suggerit, ita per ulteriorem fermentationem, quâ Acidum resolvitur, pingue & Spiritus magis invertuntur, in egrégium *Acetum* mordax & acre abit, quod à *QUERCETANO* vocari solet *Acetum Philosophicum*, quoniam usurpatur à Chymicis in solvendis Metallis & Mineralibus: de quo vid. *AUTOR*. Potest tamen fieri etiam *Acetum extemporaneum*, quod parandum docet *SCHMUCK Thesaur. 2. Secreto Phys. 12.* qui extemporaneum parat *Acetum* ex *Cremore Tartari acido* & *Fœcibus Aceti*, *Aquâ* affusâ; subito enim fermentant, & in *Acetum* abeunt.

Ex Animalibus etiam aliquid Aceto simile obtineri potest: si enim tempore æstivo *Decoctiones Carnis* in *Aquâ simplici*

afferrentur, brevi acfcant, acorem spirabunt, & Acidum gustui manifestabunt.

Modus generationis *Aceti* fit per Fermentationem, dum scilicet in *Liquoribus* per Fermentationem, vel *Succo crudo*, v. g. *Musci*, volatilifantur partes subtiles, & blandè combinantur cum partibus acidis, & sic fit *Vinum*. Hoc quando superstat *Fœcibus* propriis tartareis, quæ imprægnatæ sunt copiosis partibus volatilibus & acidis, fit, ut partes fermentativæ *Fœcum* sensim sensimque agere incipiant in *Vino*, quo fit ut *Vinum* fermentet, quâ Fermentatione partes volatiles partim exhalant, partim à reliquis acidis figuntur & subiguntur. Dum ergò Acidum figit, subigit, & assimilat spirituosas partes salinas, volatiliores & subtiliores, fit ut *Vinum* interim degeneret in *Acetum*: uno verbo, *Aceti* generatio fit per Fermentationem, quando partes salinæ volatiles non tam exhalant, quàm sensim sensimque subiguntur, & figuntur ab Acido, quibus subactis fit *Acetum*.

Qui plura cupit, videat *SACHSIUM in Ampelographiâ*, ubi multa reperimus de Aceto, & ejus generatione, *KERGERUM in Tract. de Ferment.* ubi non ineleganter modum generationis *Aceti* per Fermentationem explicat; *PORTZIUM in Anat. Vini Rhenani*; item *BECHE-RIUM Phys. subterr. lib. 1. pag. 429. seq.* & *HELMONTIUM Tract. Tartarus Vini pag. mibi 235. seq.* In Putrefactione *Alkali*, in Fermentatione *Acidum*, primatum obtinet. Quomodo *Acetum* optimum ex *vappâ Vini* conficiendum, docet *TACHENIUS Morb. Princ. pag. 95.*

Aceti partes non parùm controversas optimè videtur declarasse *VERBEZIUS*, dum scribit de *Vitriolo contra Castellum pag. 42.* quòd *Acetum* non minùs, quàm ipsum *Vinum*, ex diversis partibus fit compositum. Nam *Acetum Anatomia Spagyrica* & resolutione artificiali ex Retortâ in leni Balnei calore exhibet primò *Spiritus* quendam acidum subtilissimum & volatillissimum in minimâ quantitate; ceterum *Pblegma*, quod insipidum; tandem *Aquam subdulcem*, hinc tertio ignis gradu *Liquorem acidum*, vel *Acetum destillatum*, quod Metalla aliaque Corpora duriora solvit; denique ultimò omnium prodit *Oleum rubicundum fetens* & quasi sanguineum. In Capite verò mortuo remanet tandem *Sal fixum* de naturâ *Alcalium*. Et quidem iste *Spiritus* volatilis, subtilis, parùm acidus, qui primus solet esse in destillatione, ob volatilitatem statim solet evaporare, exhalare, & resolvi, nec, nisi adhibito debito Ignis regimine, monstrari potest, aut saltem injectis iis, quæ Effervescentiam excitant, qualia sunt *Sal Tartari fixum*, & alia *Alcalia*. Nam subito motu & calore oborto, *Spiritus* hic volatilis exhalat. Unde etiam jam *GALENUS* dixit suo tempore, quòd *vires Aceti imminuantur Cœctione*; & etiam *ISAAC HOLLANDUS* dicit, quòd *Spiritus* hic volatilis *Aceti* sit milles subtilior ipso *Spiritu Vini*; quod intelligendum est non de communi *Spiritu*, sed de illo, qui ex Ignis regimine prodit; aliàs est acris & solvens. Plura qui vult de *Aceto*, adeat imprimis *SACHSIUM* & *KIRCHERUM*, uti & *SENNERTUM in Paralipom.* ubi de *Aceto* & ejus generatione per fermentationem quædam habet. Hæc de *Aceti* naturâ.

Jam de *Uso* quædam, qui est, vel *Alchymisticus*, vel *Medicus*. Quoad *Usum Alchymisticum*, vis ejus est decantata, solvit enim Metalla aliaque Corpora duriora; magis tamen laudatur *Acetum à Sale & Nitro* abstractum; sicut & *Acetum cum Sale ammoniaco* acuatum, *Mensurum* non contemnendum est in usu Alchymistico.

In *Uso Medico* *Acetum* magni est usûs, tam internè, quàm externè. Egrégie internè convenit contra Venena varia, & resistit

Aliter . N. Sal. com. Aceti volatilis (vide infra) p. j. Aceti d. still. p. iv. confunde & destilla per Arenam in Retortâ , dando in fine ignem satis fortem. Destillatum destilla iterum supra Sal com. fixum, cohobis toties repetitis , donec omne cum Aceto destillato ascenderit . *Beguinus lib. 2. cap. 5.*

N. Aceti Mens. 1. affunde supra *Tart. calcin.* ℞. ℞. Sal. com. ℞iv. destilla , cohobaque aliquoties , tandemque supra recentem *Tart. calcin.* & Sal funde, destillationemque reitera. *Vide Keslerum 4. cap. 78.*

4. Acetum Mellitum .

N. Mell. ℞. iv. Acet. ad emin. 4. digitor. destilla ex Arenâ. Exit *Aqua acerba*, quam rectifica.

Vires. Solvit Corallia, Margaritas, & reliquos Lapides preciosos .

resistit omni Malignitati . Imprimis decantatissima à GALENI ætate usque ad hæc nostra tempora est *vis Aceti alexipharmaca*, ac Venenis resistiva , cujus *superius* , ubi de *Nuce juglandæ & Rustâ*, fecimus mentionem : unde in *Peste* nil melius est *Aceto*; vix enim aliud adeò præservat à Morbis Malignis epidemicis , quàm *Acetum*. Et sicuti *Vinum* ratione sui Acidi, quod idem habet cum *Aceto*, tam egregiè prodest in Febris Malignis, ita ut in *Peste Potus Vini generosi* maturinus non sit inconveniens præservativum ; ita & *Acetum* in præservazione à Morbis acutis epidemicis malignis est optimum . Sic SYLVIUS in duplici *Peste Amitelodamensi* ferocissima se præservavit solo *Aceti Vini* usu ad Cochlear unum mane assumpti , ut nunquam illâ fuerit afflictus, utut sæpissimè *Peste* correptos visitârit. *Acetum* tamen ex appropriatis & specificis in *Peste* præservandâ *Compositum* præferendum est *Simplici*. Corruptionem Viscerum internorum præcavet , Corpusque ab internis Putredinibus præservat : & quidem de usu *Aceti* in *Peste* & Morbis venenosis vid. BARTHOLINUS *Cent. 4. Hist. 13.* ubi habet lectu non indigna . Tollit Obesitatem , & Homines reddit macros : imprimis quidem in tali casu convenit *Acetum scilliticum*, item *Acetum rutaceum* mistum cum *Aquâ chalybeatâ* . Hoc enim *Acetum* valdè pollet reddere Homines macros : sic refert GATTIERE in *Observat.* BORELLI *Observat. annexis pag. 44.* de quodam Viro obeso, qui loco *Vini Aceto* utens in Potu, adeò rursus extenuatus fuit , ut 78. Librarum pondere decreverit ex usu *Aceti*. Hinc etiam STEPHANUS in *Operibus Medicis pag. 462.* ad Obesitatem tollendam nihil æquè prodesse dicit , quàm *Acetum scilliticum* jejuno stomacho quotidie assumptum ; diureticum enim est *Acetum* : & quidem nunc solitarium, nunc aliis additum , Urinæ fluxum solet excitare . *Acetum* valdè convenit in discutendâ Crapulâ , & præservando ab Ebrietate ; ratio est, quoniam Acidum figit Spiritus Vini volatiles sulphureos, Narcosin Spiritibus nostris & Ebrietatem inducentes . Ex eodem fundamento etiam *Pulvis Hepaticus rubeus* vocatur *Germ. das saure Pulver*, qui etiam prostat in nostris Officinis , propterea quoniam arcet Ebrietatem, adeò ut , qui se illo præmunivit, possit duplò plus bibere : factus enim est ex *Spiritu Vitrioli & Cremore Tartari*, quæ figunt Spiritus Vini sulphureos, & Ebrietatem impediunt . In Stomachi Affectibus *Acetum Vini* est egregium Remedium ; hinc in Singultu , Vomitu nimio, & Cholera, Nauseâ & similibus, non incommodè aliis Remediis, tam internis, quàm externis, additur . Externè in jam dictis & similibus Stomachi Affectibus cum *Pane*, imprimis *mellito*, adpersis simul *Pulveribus Nucis moschatae & Caryophyllorum*, egregio cum successu applicatur : pro quo scopo *superius* , ubi de *Menthâ*, dedi *Cataplasma ex Fermento & Aceto*. In curandâ Gangrænâ , Ulceribus putridis, malignis &c. maximum affert solatium : cujus *Fumus* Silicibus, vel Lateribus candentibus infusus, laudatur in discussionè Tumorum serosorum Hydropicorum & Oedematum : qua ratione etiam non minùs egregius est ad Tumores duros & scirrhusos, sicut *Acetum* externè regioni Splenis applicatum, scirrhusos & induratos Lienis dicitur curare , crassam Mucilaginem incidit , & sic duros Lienes referat . Blandè coagulat & sistit Sanguinem : hinc in sistendâ Hæmorrhagiâ Narium *Linteum Aceto* madidum Temporibus vel Nuchæ circumponatur , cum vel sine *Bolo* ; vel *Bolus communis* aut *Armena* subigatur cum *Aceto* & fiat *Cataplasma*, sed applicetur Fronti interposito *Linteo*; & sic solet sistere Hæmorrhagias etiam contumacissimas. Habui de hoc Experimentiam nuperrimè in quodam Febricitante . Vel *Acetum* applicetur Scroto cum *Succo Sempervivi* mistum, & sic similiter Hæmorrhagiæ cessant : quod *Acetum* Scroto applicatum solet etiam arcere Ebrietatem , ut

5. Acetum Terebinthinatum .

Fit ex *Aceto & Terebinthinâ* per Retortam simul destillata, hinc Oleo & Spiritu ab Aquâ separatis. *Hartmannus.*

6. Spiritus Aceti S. Closs.

Destillentur *Aceti* ℞. vj. in MB. paulò ultra tepidum incallescens, donec sexta tantum pars restet. ℞. j. vix excedens, quæ unâ cum Cucurbitâ & Alembico in Cineres transportetur, & destilletur ad siccitatem usque cum cohobio ter & quater super Fæces repetito . Quòd si adhuc fortiorem exoptes, tunc ex *CrySTALLIS Fæcum Aceti* cum *Boli* s. q. Globulos concinna, qui per Retortam aëti Igne nudo in Recipiens , quod prædictum *Aceti Spiritum* contineat, rectificatque , igneum, atque corrosivum Spiritum dabunt, Metallorum solutionibus aptissimum .

N. Sal

ebrius jam mox denuò fiat sobrius . In nimio autem Mensium fluxu, aliâque Hæmorrhagiâ Uteri, vel solum , vel cum *Spermate Ranarum*, cum *Spongiâ* imponatur Vulvæ; vel potest fieri in tali casu hæc *Mistura* :

℞. *Aq. Spermat. Ranar.* (quæ est egregia in Hæmorrhagiâ) ℞iv .

Aceti rosac. ℞i℞ .

Sperniolæ Croll. ℞j .

Misc. Sign.

Exteriùs applicandum .

Hæc *Mistura* cum *Linteis* duplicatis, vel multiplicatis applicetur regioni Pubis vel Vulvæ , & lumbari : sistit Hæmorrhagias nimias & Menses, atque *Lochia* nimium fluentia, cum blandè coagulet Sanguinem & constringat partes; unde Sanguis non adeò est fluxilis, & fibris contractis oscula constipantur, constringuntur pori , ne Sanguis possit effluere .

Aliàs *Acetum* etiam *Narcosin* corrigit . Ergò egregiè convenit in lethargicis Affectibus Naribus applicatum, uti & intrinsecus cum *Castoreo* assumptum ; excitat enim potenter Soporosos . Vel *Suffusio Aceti* è Laminis ignitis Naribus excipitur in Lethargo, Somnolentiis nimis ex *Opio*, ex *Fumo Carbonum*, aliisque inductis ; præmissio Interdum *Vomitario*, & subito excitat Ægros . Unde *Aceto* præparatur *Opium* à quibusdam, ut corrigat vim narcoticam nimiam; & si ex *Opio* assumpto nimis insequatur Somnus, præsentaneum est remedium *haustus Aceti*. Externo olfactu & litu curat Sympocopen, si scilicet oriatur illa ex Sanguinis nimia dissolutione & Spirituum dissipatione, v. g. ortâ in Balneis , Exercitiis nimis ; in hac *Acetum* olfactum, vel temporibus & pulsibus applicatum, est egregium ; imprimis in tali casu convenit *Acetum Liliorum convallium* .

Porrò observetur, quòd *Acetum interno usu nocet*:

- (1) Quidem *Melancholicis*, seu qui abundant Humore melancholico, id est, Acido præter-naturali, adeoque *Hypochondriacis & Scorbuticis*.
- (2) *Cerebro, Oculis, Articulis, &* quibusvis partibus nervis *Acetum &* omnia Acida sunt inimica . Unde etiam *Podagricis* interdicitur *Acetum*; quoniam auget Acidum morficans, & dolorificum .
- (3) Nocet etiam *Macilentis & Extenuatis*, cum vi resolutivâ & diureticâ Homines obesos macilentos reddere soleat .
- (4) *Utero* etiam, adeòque *Mulieribus*; nocet in quibusdam in specie *Fermentationes menstruas* sistit, adeòque ad *Sterilitatem* disponit .

Frequenter adhibetur in *correctione Medicamentorum*, eorum imprimis, quæ suspicionem Venenositatis ac vim obtinent nocivam Corpori, ut sunt *Purgantia nimis generosa, & Succus venenati*. Horum Purgantium generosiorum vis & Venenositas cum consistere soleat in Sale volatili acri, quod colliquefaciendo, in Massâ Sanguineâ Venenositatem exerit ; hinc fit, ut per Aciditatem *Aceti* corrigatur & mitigetur Sal volatile acre, quoniam partes acres figuntur ab acidis, & sic fiunt Remedium optimum . Id quod tam de Purgantibus, quàm aliis Malignis valet, & locum obtinet.

Queritur de Aceto, tam à Chymicis quàm Galenicis: *an frigidum? an calidum sit?* Quidam prius asserunt, quia sit *Acidum*. Quidam posterius, quia *Spiritus Vini* contineat ; sed lis est de lanâ caprinâ . Nihilominus certum est, quòd *Aceti Aciditas* sit singularis, dum blandè coagulat Sanguinem, & nimiam Effervescentiam compefcit, sicque *Frigiditas accenseri potest*: attamen cum spirituosus partibus constet, volatilibus & inflammabilibus, uno verbo partibus copiosis volatilibus acribus, hoc ipso egregiam simul vim obinet calefaciendi . In genere *Aciditas Aceti* est tota peculiaris & nullo modo convenit cum *Aciditate fixâ Mineralium*, v. g.

N. Sal commune evanescit ab Extractis & Tincturis quilibet per putrefactionem cum Spiritu, & abstractionem fortem in Cineribus. Sic enim Sal fit volatile & ꝑꝑ. illius quilibet vice ascendit.

7. *Syrupus Acetosus simplex Mes.*

8. *Syrupus Acetosus compositus Mes.*

9. *Syrupus Acetosus diarbodonis Mes.*

Vitrioli, sed volatilis & penetrans & dissolvens, non adeo potenter coagulans aut constipans & constringens, uti sunt *Acida fixa ex Mineralibus*, imprimis *ex Sulphure*. Propter hanc vim *Aceti* volatile nocivum est Hypochondriacis, Scorbuticis & Melancholicis, quoniam nimis solet effervesce, & imprimis exaltare acidum Succum in istis Subjectis, quem Veteres vocant Melancholiam, & dicunt non inconcinne; quod sicut *Acetum fit ex Vino, ita Melancholia fit ex Sanguine*; unde commodè ab HIPPOCRATE dicitur *acidus Sucus*. Hæc Melancholia cum in Subjectis melancholicis & hypochondriacis soleat efferari seu explicari ab *Aceto*, non mirum, quod *Acetum* interno usu adeo fit nocivum iisdem.

Interim utut *Acetum* Putredinibus quibuscunque resistat, nihilominus utplurimum in *Aceto minutissimi sunt Vermiculi* celerrimi motus, utut non in omni: vid. SACHSIUS *Ap. pelogr. pag. m. 538. KERGERUS de Ferment. pag. 99. WILLISIUS de Ferment. pag. 50.* uti etiam BARTHOLINUS *suprà dicto loco*. Eorum descriptionem videbitis in HÖCKII *Micrograph. pag. 217.* Sicuti etiam *Musca ex Aceto* generari assolent: vid. BECHERUS *Phos. subterr. pag. 421.* Nec quenquam deterreat, quod insint Vermes in *Aceto*; nam in frequentissimis nostris *Alimentis* copiosissimi solent esse Vermiculi; ut & in omni *Lacte*, si diutius justo steterit, uberrimus fit Vermium proventus. Sic rarissima est *Aqua fontana*, in qua non inveniatur Vermiculi per Microscopium detegendi. *Cerevisia alba triticea*, Germ. *der. Bruban*, innumerabilibus scaturit Vermiculis, quocunque tempore per Microscopium conspiciendis: rarum est Mel quod non copiosus habeat Vermiculos: in omnibus *Alimentis oleosis rancidis ac vetustis copiosissimi sunt Vermiculi*. Unde nonnulli Autores sunt in hac opinione, quod *Malignorum Morborum Malignitas consistat in tali Progenie verminosâ*, quæ per erosionem, morificationem, punctiones, &c. inducat gravia illa Symptomata, in Morbis malignis occurrentia. Vide potestis de hæc materiâ quæ habet KIRCHERUS in *Scrut. Pest. de Putredine animatâ*, & HAUPTMANNUS in *Tr. de vivâ Mortis Imagine*, item in *Therm. Wol. kenstornen-sibus*, in quo *duæ* sunt *Epistolæ* scriptæ, ad FABRUM una, altera ad KIRCHERUM. Videatur etiam LANGIUS *nostrer in Commentar. super Joann. Fabri Pathologiam*, ubi hinc inde gravissimos Morbos oriri dicit à Putredine tali animatâ. HAUPTMANNUS *Traçatum suum inscribit de vivâ Mortis Imagine*, & est in eâ opinione, quasi Mors sit *Ens reale* in naturali Morte nec violentâ, scilicet Vermis infensissimus Vitæ nostræ minutissimus quidem, à quo fiat internecio. De his omnibus optimè judicat, MARCUS MARCI, in *Traç. de Philosoph. Veterum restitutâ*, ubi tractat de *Putredine animatâ in integrâ Sessione*. Concedit nimirum lubentissimè, quod in quamplurimis Morbis sint Vermiculi, in Febribus Malignis, Pestilentialibus, Petechialibus &c. Sic observatus est Sanguis, Venâ sectâ emissus, plenus copiosissimis Vermiculis: item reperti fuerunt in Carbunculis & Bubonibus pestilentialibus: item quod *Emplastra* his Tumoribus pestilentialibus admota scatuerint & repleta fuerint copiosissimis Vermibus. Unde etiam *Maculæ petechiales & scorbuticæ sunt Progenies verminosâ*, secreta ex Sanguine, & sub Cute defixa. Nullum enim datur Ulcus quocunque in loco, in quo non reperiuntur copiosissimi Vermiculi. Eleganter *Historiam* legi in *Disputatione* elegantis, ubi Respondens dicit, se vidisse aliquando Mammam gravi Ulcere affectam, quod fuerit difficilimæ consolidationis; unde in suspicionem venit Vermiculorum, & ope Microscopii se observasse dicit, quod Pus fuerit verminosum & refertum Vermibus; & licet multa Remedia fuerint adhibita, nihil tamen profecisse: donec ipse curaverit per *Pulverem Busonum* cum pauxillo *Arsenici fixi*; hæc enim enecatis Vermibus, brevi potit Ulcus fuit consolidatum. Imò ipsa *Grangræna* copiosissimos habet Vermiculos, adeo ut observatum fuerit per Microscopium, quod talis Vermis ex *Grangrænâ* extractus in chartâ subito alios 50. Vermiculos produxerit, teste HAUPTMANNO. Quod dixi, rectum est Judicium MARCI MARCI de *Putredine Ver-*

II. CRYSTALLI EX AGETO.

N. *Acetum* ad Mellis consistentiam inspissatum, reponere ad crystallandum s. *Artem. Crystallus purifica* solvendo (e. g. in Phlegmate *Aceti* abstracto, & crystallando. *Libavius*. (Vide *Unzerum*, qui *Calculos* validè pellere prodit)

CCCLXIX. AM-

minosâ: quod Vermes, consequens Putredinis, non tam sint *Causa* Morborum malignorum, quàm potius sint *Adjunctum*, adeo ut Morbi maligni & lethales esse possint nullis Vermibus præsentibus, seu ut Morbi isti sint lethales ante Putredinem & Misti resolutionem atque destructionem. Hæc occasione de *Vermibus in Aceto*.

Sequuntur nunc *Preparata*; inter quæ se offerunt *Aceta varia Medicata simplicia*, ut *Acetum scilliticum, rutaceum &c.* & *Composita Theriacalia* seu *Bezoardica*. *Aceta Theriacalia* fiunt ex solutione *Theriacæ* in *Aceto Vini*, præcipue leni igne digeruntur & filtrantur. Vel possunt fieri ex infusione *Scordii, Scorzoneræ, Vincetoxici, Rutæ, Zedoaria, Zingiberis, Caryophyllorum, Valerianæ, Tormentillæ, & similibum* in *Aceto*, igne leni digeri, & denique per filtrum depurari. *Acetum* ejusmodi *Theriacale* in Peste optimum præservativum & curativum est, imprimis si in Cochleari uno pro dosi *Campora* soluta. Item experti usû est *Acetum Theriacale Timæi*, cujus descriptionem videbitis in ejusdem *Cassibus*. Est & *Acetum*, quod vocatur *Acetum Solutivum magistrale Comitum Montalti*, quod paratur, quando

℥. *Radic. Polygod. querc. ʒiv.*

Zingib. ʒj.

Aceti destillati ʒvj.

Infundantur omnia per horas 24. fiatque expressio.

Colaturæ addantur

Fol. Senn. ʒiiʒ.

Passul. mundat. vel exacinat. ʒiiʒ.

Cinnamom. ʒiij.

Infundantur in dictam Colaturam per horas 24. in Vase vitreo lento igne, & facta Colatura serverur usui.

I. 1. *Acetum destillatum commune* nihil aliud est, quàm concentratum *Acetum*. Observentur autem destillandi *Encheireses*, quod

(1.) *Acetum*, quo sæpius destillatur, eò fiat *imbecillius*: particulæ enim sensim mutant situm, & fiunt aquosæ.

(2.) Quod leni igne destillandum sit *Acetum*, ut separetur Phlegma à reliquis particulis Liquoris acidi fixi præcedentis.

(3.) Cavendum, ne nimis forti igne urgeatur *Acetum*: quod nisi sit, *Empyreuma* contrahit, & ex acido fit *amaricans*.

Optimè destillatur per *Vesicam* teste WEDELIO in *Pharm. pag. 80.* sed observetur *Ignis gradus*, ut nempe lentè procedatur, ne Spiritus *Aceti* unà cum Phlegmate, quod aliàs antecedere debet, misceatur: hoc ut evitetur Phlegma prius in *Balneo Mariæ* igne leni avocari, & residuum per *Vesicam* destillari potest.

Sunt qui *Acetum destillatum fortissimum* ita parare solent.

℥. *Acetum*:

& blando *Balnei Mariæ* igne Phlegma evaporare sinunt, addendo semper novum *Acetum*, quoties lubet: ubi per evaporationem Phlegmatis sufficienter acuat fuerit, *Materia eadem relicta* per Cucurbitam in *Arenâ* destilletur, & habebitur *Acetum destillatum* optimum.

2. Sunt qui etiam ex *Fæcibus Vini* destillant *Acetum*, & dicunt, esse acre & corrolivum, teste KESLERO in suis *Processibus*.

Solet etiam *Acetum fortificare*, ut penetrantius, & in solutione rerum efficacius evadat; si nempe *Acetum* abstrahatur à Nitro vel Sale communi: sic enim admodum fortificatum iri asserunt: vel etiam si *Aceti destillati ʒj.* addatur *Salis Ammoniaci ʒʒ.* fit *Acetum* admodum acre, quodque etiam *Metalla* solvere dicitur, teste RHUMELIO.

Si *Acetum* destilletur ex Cucurbitâ cupreâ per Alembicum plumbeum, sit *Aqua*, quam vocant *Asclepiadeam*, quæ vim obtinet vomitoriam, & commendari solet ad multos Morbos: videatur AUTOR *lib. 2. cap. 38. num. 50.*

3. *Acetum Radicatum* sed *Alcalifatum* sit, quando abstrahitur à Capite mortuo calcinato, uti habet AUTOR. Rationem hujus rei dat non inelegantem SACHSIUS in *Ampe-logr. pag. 572.* quod nimirum *Acetum* habeat duplex Sal in se, unum volatile quasi ammoniacale ex acido & volatili, quod cum *Aceto* destillato transit; alterum verò sit fixum, quod cum

CCCLXIX. GUMMI AMMONIACUM.

Aρρο ννιακόν, ἀρρονιακόν vel ἀμμονιακόν, Dioscorid. Hammoniacum, Ammoniacum, Thymiana, Gutta ammoniaca, Cord. hist. Ferulæ Lacryma, Galeno. Ammoniaci Lacryma, Matthiol. vulgò Armoniacum. Arab. *Alhutut*, *Raxsch*, *Aassach*, &c. Germ. *Gummi Armoniac*. Gall. *De Gomme Ammoniac*.

Gummi est stillans ex *Ferulâ* quadam, quam ad differentiam aliarum, *Ammoniaciferam* vocant, alii *Metopion*. Dicitur autem *Hammoniacum* ab *Hammonis* Oraculo, juxta cujus Delubrum colligitur.

cum Aceto destillato sit animandum, ut sic fiat *Acetum Radicatum*. Curiosum est quod HELVETIUS in *Diribit. pag. 95. 97.* refert, quòd ex Aceto, *Sale & Calce vivâ Sal dulce*, in *tar Sacchari Saturni* fiat, idque inflammabile.

II. Tandem sunt *Cryfalli ex Aceto*, paratæ eodem modo ut habet AUTOR, ut ut satis obscure: nempe remanenti Aceto destillato affunditur *Aqua simplex destillata*, filtrantur, & evaporantur ad tertias, & sic frigido exponuntur, ut coagulentur in *Crystallus*. (L)

CCCLXIX. **A**MMONIACUM GUMMI. Hoc Gummi Ammoniacum ex Libyâ mediâ Africa meridionalis ad nos defertur. Colligitur ex *Plantâ* quadam *ferulaceâ, fruticosâ, ammoniacifera*, uti habet AUTOR, ex cujus *Truncis* effluit hoc Gummi. Odoris nauseoli est, & saporis admodum amaricantis.

Electiorem habet AUTOR *nostræ*.

Conveniunt quidem inter se omnia *Gummata ferulacea*, ut Tom. IV.

(L) Acetum notissimum Vini vitium, ab acido quo pollet sapore nomen obtinuit suum: ut dicere velis, *Acida eâ ratione vocari Corpora quædam, quòd sapore ad Acetum accedant. Chymicorum sententiâ Sal acidum in Aceto præpollens, non solum in Vino, sed & in Uvis, etiam in statu acerbitatis, est involutum, & inconspicuum, ut sic dicam, agnoscendum: sic enim philosophantur. In Uvis immaturis, quas asperas & stypticas experimur, continetur quidam Sal acidum, sed terrestribus particulis solis calore non adhuc digestis, maximè involutum. Sensim verò grandescens Uvis, illarum Succus (quem Agrestam vocamus) minorem stypticatem, aciditatem verò majorem præferret: ex eo scilicet quòd levi factâ Fermentatione, Fructus fibræ teneriores, & flexiliores evaserint, ut Salis acidæ particule, ad particulis terrestribus minùs devinctæ, Linguam vellicare, quàm prius, promtius valeant. Uvæ hinc maturitatem adipiscantur, atque ex acidis dulces evadunt: eo nempe argumento, quia Fermentatio sulfureæ particule, usque adhuc inconspicue, velut distentionem adeptæ, acidarum aculeos serè obvolvunt obteguntque, ut ad Linguam vellicandam, ut prius faciebant, ineptiores reddantur: hæc tamen ratione obvoluta utq; obiectæ apertissimæ sunt ad dulcem saporem, in maturis Uvis notabilem, excitandum: solæ enim sulfureæ & oleosæ particule satis leviter Linguae papillas præterlabentes, inspidum potiùs quàm dulcem saporem excitare aptæ sunt. Ad dulcem enim saporem Acidum quidem requiritur, quod vehiculi loco sit, & veluti penetret Oleum: sic in dulcibus Substantiis & salinas acidasque, simulque oleosæ sulfureasque particulas agnoscimus.*

Uterius procedunt Chymici, notantque, Uvarum etiam maturarum Succum, quousque in Fructu continetur, hæc satis fermentescere, ut possit in Vinum abire: verum quum ex calcatis Uvis Musti formâ exprimitur, tunc fibrarum vinculis disruptis, mutatâque omninò particularum serie, vehementior excitatur Fermentatio, quæ Sulfur adhuc rarefaciens, liberioremq; motum etiam acidis particulis impartiens, efficit ut Liqueor hic in Vinum jam commutatus, gratum vinosum saporem in gustûs organo excitet.

Denique si nova in Vino excitetur Fermentatio, quâ figatur, & destruat quomodolibet Vini Spiritus sulfureus; nunc Salis acidæ particule integram libertatem adeptæ, Liqueorem omninò acidum constituunt, quod Acetum appellamus. Hoc autem ex mutuâ semper particularum heterogenearum luctâ, temporis tractu, acidis quoque in auras sensim evolantibus, effectum & inspidum tandem evadit. Hic est de Aceti generatione aliquorum Chymicorum processus. Sed quid si Acidum bujus Salis præexistentiam neget, asserasque Liqueorum particulas ex variis fermentationibus novas posse figurâs, adeoque saporis novos adipisci?

Accuratiore tamen ad Aceti genisim exponendam, in subsidium vocans Vini ipsius Tartarum. Si enim Vinum novam acquirat Fermentationem, ex quâ dissolvatur & rarefiat ejus Tartarus, facili negotio in Acetum mutabitur. Id autem vulgò accidere solet Vini jam senescenti: tunc enim temporis sensim dissipatis particulis sulfureis & spirituosis tenuioribus, Tartari particule locum subeunt evolantium, atque quod reliquum est Spiritus figunt turbantque: sic acidis Tartari particulis primas obtinentibus, ac sulfureis spirituosisque vel evanescentibus, vel in subdominio positis, Vinum in Acetum convertitur. Id ex eo præcipuè confirmatur, quòd Vini dolum in calido conclavi repositum promtè acefcit: dissoluto nempe Tartaro, qui doli latera occupabat, ac cum Vini corpore commisso: quod cum sit Liqueoris moles evidenter augetur; rarefactio scilicet Tartaro & majus volumen adeptio. Præterea si dolum Tartaro non incrustetur, tunc Vini Fæx infundenda, & sæpiùs cum Vino agitanda: Tartari enim acidæ particule in Fæce latentes, dissolutæ ac cum Vino permixtæ, illud in Acetum facefcere facient. Demum, est videamus Vinum à Tartaro & Fæcibus separatum, aëri, & præsertim æstate, expositum, in Acetum converti: credere tamen debemus, in Vini etiam defæcatissimo quamplurimas tartareas salinasque particulas contineri, hæc inquam sunt, quæ evolantibus Spiritibus, & Vini jam vappescente, rarefactionem acquirunt, ac primatum præ reliquis obtinentes, acidum reddunt Vini liqueorem. Acetum autem hæc industria exurgens minùs efficax erit, quàm quod Tartari, vel Fæcis dissolutione paratur.

Satis igitur probatum putant, Aceti genisim non altunde nisi è Tartaro petendam: Tartarus enim sola Substantia est, in qua acidum Vini Sal continetur. Cum Vinum omni suâ pollet virtute, tunc Spiritus sulfureus in eo contentus, suo motu disgregat segregatque crassiores Tartari particulas versùs doli fundum & latera: propriis autem ramosis particulis tenuiores Tartari particulas, per universam liqueoris compagem dissolutas, aded devincit, ut simul conjunctæ mediocrem gratamque vellicationem in Linguae papillis excitare valeant, in quâ Vini gratus sapor consistit. Quamprimùm autem Vinum in vappam abit, vel ex Spirituum dissipatione, vel ex novâ fermentatione; tunc partes tartareæ, vel salinæ se à sulfurearum compedibus extricant, rarefcunt, dissolvuntur & vicissim in sulfureas dominantur: hinc fit ut Sal acidum tenuibus aculeis scægens, libertatem nactus, suam exerat vim, atque Gustûs organum lacefcens, Acidum saporis excitet sensationem.

Eligendum est syncerum, instar Thuris in grumos condensatum, odore Castoreum utcunque æmulans, sapore amarum, digitis tractatum mollescens, benè coloratum (exterioriùs flavum, interioriùs candidum) Et hoc *Σπῦσμα* (*Trauston Plinio*, i. e. *Fragmentum*) appellatur: licet id quod terrea, calculorumve particeps est, *Φύσμα* (*Phyma Plinio*, i. e. *Mixtura*) dicitur.

Vires. Calefacit 2. siccat 1. emollit, attenuat, resolvit, digerit, maturat, attrahit validè, ut quoque Spinas Carni infixas eliciat, Alvum movet, Spleneticum est. Usus præcipuus est in Doloribus Arthriticis, in resolvendâ Mucilage tartareâ, viscosâ, crassâ, ac contumaci Pulmonum, Mesenterii,

Ammoniacum, Galbanum, Sagapenum & Opopanax; pro scopo tamen alterativo in Morbis chronicis speciatim *Gummi Ammoniacum* in usu est: internè polychrestum est in resolvendo, attenuando & abstergendo Muco quocunq; etiam viscosissimo, unde concretionem tartareas in Corporibus dissolvit, & vias exinde obstructas potenter aperit; quas vires aded potenter exerit, ut in largiori dosi à ℞j. ad ℞j. usque assumptum etiam aliquoties purget, adeoque à quibusdam inter *Laxantia* referatur. Quia autem nimis molestum, addit aliis *Purgantibus*. Cum hac vi Pituitam viscidam, speciatim vitream, seu Mucilaginem tartaream incidendi, & potenter attenuandi, tam in Stomacho & Intestinis, quàm Pectore & Pulmonibus, acrem & amaricantem saporem possidet, in Substantiâ resinosa fundatum, ratione cujus simul Acidum vitiosum corrigere, & inde nata Pathemata sistere valet. Hinc in Morbis revera Spleneticis, præsertim ejus Tumoribus, externo & interno usu *Gummi Ammoniacum* est utilissimum.

P p

In

terii, & hinc in Obstructionibus contumacibus Lienis, Epatis, Uteri, in Calculo. Extrinsecus in Scirrhis, Panis, Tophiisque juncturarum, in Scrophulis, aliisque Tumoribus durioribus resolvendis, &c.

Dosis à ℥j. ad ℥j.

P R Æ P A R A T A.

1. *Gummi Ammoniacum depuratum*. ℞. Gummi q. v. solve, cola ac exprime, hinc inspissa.
N. Solvitur in quocunque Liquore aqueo, Aceto, Vino, Succo, &c. Usitatus tamen per Acetum depuratur.
2. *Oleum Stillatitium*. Fit per Alembicum, Vesicam, vel Retortam. Vide supra.
Vires. Omnibus confert Affectionibus, quibus Gummi Ammoniacum.

In Affectionibus hypochondriacis dolorosis, à Mucō austero viscido oriundis, in Scirrhis Viscerum, & quibuscunque Obstructionibus, à Materia viscidâ, egregium est *Gummi Ammoniacum*. Dissolvitur autem cum *Aceto*, vel simplici, vel appropriato, & nonnunquam cum *Vino*, in *lactescentem Succum*: miscetur cum *Aquâ Menthe* & *Syrupo* quodam: e.g. in Hypochondriacis, Alvo admodum obstructâ sæpe laborantibus, à Pituitâ viscidâ acidâ unâ cum copioso Flatuum preventu, omnibus irritis detur *Mistura ex Gummi Ammoniaco*, quod mirabiliter convenit:

℥. *Aquâ Menthe* ℥j.

Cinnam. ℥ss.

Gumm. Ammoniaci in Vino, vel Aceto soluti
gran. xv. xvi. ℥j. ad ℥j.

Tartari vitriolati ℥ss.

Extracti Trochisc. alband. gr. iij. vel *Scammon. sulphurat.* gr. ij. vel iij.

Syrup. de Pom. Reg. Sab. ℥iij. q. s. ad gratiam.

Misturam hanc præscripsi cuidam, qui dolebat in Hypochondrio sinistro (Affectus in Intestino Colo erat), & Mucum viscidum exercebat, cum ingenti levamine. Propter amarorem & ructus nonnihil ingrata est; sed propter enaratos Affectus, & speciatim in Alvo obstructâ propter Contenta Intestinorum, vel viscidiora, vel ab acido coagulata, reverâ commendabilis.

Massis Pilularum etiam additur pro promovendâ evacuatione Materie viscidæ. BARTHOLETUS in *Encyclop. lib. 5. cap. ult.* habet *Lac Ammoniacum*, paratum cum *Aceto ex Citri Succo destillato*; elegans Remedium in incidendis duris Tumoribus.

Porrò & in Tussi chronicâ, Paroxysmo Asthmatis humidi, ad incidendam Pituitam crassam & viscidam, nil melius est *Gummi Ammoniaco*: sive Materia stabuletur in Stomacho, sive in bronchiis Pulmonum; nam in utroque loco potest inducere Asthma. V. g.

℥. *Aquâ Menthe* ℥j.

Cinnam. ℥vj.

Astmat. Rudolphi ℥iij.

Gummi Ammon. in Aceto soluti ℥j. ad ℥j.

Syrupi Nicot. q. s. M.

Detur in Asthmate desperato, ubi opus est laxatione.

Huc pertinet *Mixtura* expertissima BRUNNERI, cujus descriptionem habet SENNERTUS lib. 2. *Prax. pag. 328.* nempe

℥. *Gummi Ammoniaci* ℥j. vel ℥iij.

& dissolvatur in

Vini Rben. ℥iij. vel ℥ij.

Aquâ Hyssopi ℥iij. vel ℥iv. M.

Pro duabus vel tribus dosibus, aut ubi necessitas urget, pro unâ, propinat in Asthmate, in quo ac incipiente Catarrho suffocativo sanè egregia est Potiuncula, amara quidem, mirè tamen incidens Materiam crassam ac viscidam, & expectorans potenter; vel capiant de hac cochleatim pro libitu Ægri.

Potest meliorari, si scilicet

℥. *Gummi Ammoniaci* ℥iij.

Oxymell. squillit. ℥iij.

Croci ℥j.

& hæc misceantur cum *Aquâ appropriatâ*, v. g. *Aquâ*

3. *Oleum caraleum S. Cloff.*

Feliciter eliciuntur hujusmodi Olea per Retortam tribus fulcris è luto sicco statuminatam in Capellâ, fabulo & cineribus vacuâ, coopertâ tamen: dando ignem lentum rectificentur.

N. Simili modo eliciuntur Olea ex Galbano & Sagapeno.

4. *Pilule de Ammoniaco*. Vide lib. 2.

N. Ibidem describuntur *Pilule Tartaræ* diversæ, quarum non minima portio Ammoniacum existit.

5. *Extractum Resinosum, seu Resina*. Vide lib. 2.

N. Convenit viribus cum ipso Gummi Ammoniaco.

6. *Extractum viscosum*. Vide lib. 2.

Vires. Lenit asperitatem Asperæ Arteriæ, increffat acres ac tenues Catarrhos, unde & utiliter Linctibus commiscetur.

CCCLXX.

Hyssopi, Aquâ Nicotiana & similibus, ut fiat *Potto* pro aliquot dosibus.

Quando opus laxatione, miscetur cum *Trochiscorum Alban-dal* aliquot granis.

Externè in Tumoribus duris scirrhosis & similibus, ex viscido aut coagulato Humore natis, emolliendis, resolvendis & insensibiliter discutendis, in Scrophulis v. g. partium carnosarum, aut Strumis glandulosarum, in Aceto dissolutum usurpatur, vel solum, vel cum *Emplastro de Cicutâ* mistum: unde etiam *Emplastrum Aquapendentis ex Gummi Ammoniaco* egregium; externè applicatum in Scirrhis, ac indurationibus Lienis desperatis. Videatur SENNERTUS lib. 3. *Praxeos pag. 492.* ubi de Scirrho Lienis.

1. Inter *Præparata* est *Gummi Ammoniacum depuratum*; sed potiùs selectum & per se purum fumendum & usurpandum est. Nam solutione & inspissatione per *Acetum*, seu *Vinum*, pars substantiæ volatilioris exhalat, in *Aquâ* tamen non levis ejus vis existit; altera pars verò per Acidum nonnihil figitur, quò minùs istud in Corpore corrigere queat.

2. In destillatione dat *Phlegma spirituosum acidum*, deinde *Oleum acre*. *Spiritus* destillatur per Arenam ex Retortâ in capellâ vacuâ, qui ab Oleo separandus & rectificandus. Hic celebris est in resolvendo Mucō quocunque viscido. Sic etiam B. DOCTOR MICHAELIS præparavit *Spiritum Asthmaticum ex Gummi Ammoniaco, Sulphure & Ærugini*, qui ad expectorationem viscidiorum convenit. Nempe

℥. *Vivid. Æris*, vel *Crystall. Vir. Æris* ℥iij. ad ℥iv.

Gumm. Ammoniaci ℥ij.

Sulphuris ℥j. vel ℥iij.

Hæc invicem mista & destillata Igne Arenæ per Retortam, dant *Spiritum acidum volatilem* penetrantissimum, & *Oleum* admodum fetidum, quæ invicem separantur; *Spiritus* verò rectificatur.

Observetur autem Ignis regimen in hoc legitimum; nam aliàs omnia diffinguntur.

Egregiè hic *Spiritus* incidit Pituitam viscidam, tam in Ventrículo, quàm in Pulmonibus. In Affectibus Stomachi miscetur cum *Elixir Stomachali*, in Affectibus Pectoris cum *Elixir Pectorali*: & mirum quantum faciat in acidâ, tenaci, ac viscidâ Pituitâ temperandâ; adeò ut in Affectibus Stomachi & Pectoris eo vix detur par Remedium: cum & ipse *Spiritus Æruginis* solus, si ritè paratus, *Incisivum* sit, & penetrantissimum in Asthmate pulmonali & stomachali.

Modus genuinus duas substantias, gummeam & resinofam, ex Ferulaceis Subjectis extrahendi, vid. in SALAM de *Essent. p. 39.* Aliàs etiam *Tinctura* seu *Essentia* ex *Gummi Ammoniaco*, aliisque similibus Concretis paratur cum *Spiritu Vini tartarifato*, vel *Tincturâ Tartari*, item cum *Spiritu Salis Ammoniaci vinoso* &c. efficaciam non multum à suo Simplici recedens: vid. WILLISIUS in *Pharmac. Rat. Vol. 2. pag. 13.*

4. Prostant in Officinis *Pilule de Ammoniaco Quercetani*, quæ egregiè conveniunt in expurgandâ Materiâ crudâ ac viscidâ, & imprimis in Affectibus hypochondriacis, aliisque Morbis chronicis; quibus tamen præstantiores sunt *Pilule de Ammoniaco Hartmanni*, quas videbitis in *eiusdem Praxi Chymiatr.* sicuti etiam BONTIUS in *Med. Indorum* habet *Pilulas de Ammoniaco*, quas commendat valdè in Affectibus Splenis. (M)

CCCLXX.

(M) Ammoniacum Gummi aliud quid est à Sale Ammoniaco, de quo suo loco. *Gummi Ammoniacum*, ab ἀμμος Arenâ dictum voluit, quòd in arenosis Libyæ, destillet è ramis ac radice Plantæ, quam Ferulam Ammoniaciferam vocant. Quidam Hammoniacum scribere malunt ab Hammonne Jove, quòd eo loco præcipuè colligatur, ubi quondam Jovis Hammonis Templum erat, & Oraculum. Gummi est extùs flavescens, intùs album, odore ingrato ad Galbanum accedente, gustu amaricante. Seligenda lacrymæ, velut Olibani, sicca, albæ, fragiles, quæ in pulverem faciliè redigi possunt, sed ad ignem mollescentes. *Hyssopi Aquâ* dissolutæ ac in lactescentem liquorem abeuntes, non ignobile Remedium sunt Hypochondriacis & Asthmaticis.

CCCLXX. GUMMI SEU RESINA ANIMÆ.

Gummi Animæ est

1. fulvescens & pellucidum.
2. nigricans, taurino Glutini vel Colophonix simile.
3. pallidum & retorrimum.

1. Gummi Animæ est Resina pellucida ex albo citrinescens, in novâ Hispaniolâ, seu Americâ, ex Arboribus quibusdam proceris incisus exstillans, Thori simillima, quo tamen majora grana refert. Et hæc nobis usualis est.

N. Veteribus incognita statuitur. Amatus tamen pro Cancamo Veterum habet, cui consentit Garzias.

Eligenda est albida seu flavescens, granulata, oleosa, si frangatur citrina, fragrantissima ac gratissimi saporis, carboni imposita facile liquefcens.

2. Myrrhæ quodammodo assimilatur.

Hanc esse Mineam Galeni, vel Ammineam Dioscoridis & Serapionis, idem vult Amatus, adeoque Animum Lusitanis dici. Vido Myrrhæ.

3. Est ea species, quam ex Indiâ Orientali afferunt, granis minoribus granulata. Hæc ut colore ac pelluciditate priori cedit; ita & viribus minor est.

Vires. Galfacit 2. humectat 1. attenuat, resolvit, astringit, discutit, Cephalica est. Usus præcipuus est externus in Capitis ac Nervorum Affectibus frigidis, dolorificis, catarrhosis, flatulentis, in Affectibus Articulorum, Paralyti, Contracturâ, Luxationibus, Contusionibus, &c.

N. Solvitur, ut aliæ Resinæ, in Oleo, tum quoque in Spiritu Vini rectificatissimo.

P R Æ P A R A T A.

Oleum stillatitium. Fit ut ex aliis Resinis, per Retortam ex Arenâ. Vid. lib. 2.

N. Colligi possunt sigillatim Oleum tenuius ac crassius. Salla in Hydrolog.

CCCLXXI. GUMMI ARABICUM.

Gummi simpliciter, Gummi Thebaicum, Gummi Babylonicum, Gummi Saracenicum, Gummi Acanthium, ex Arbusculâ quadam manat, quam Dioscorides Acaciam vocat. Estque Gummi naturæ prorsus aqueæ.

Eligendum vitri modo pellucidum, syncerum, in Vermiculorum speciem contractum, candidum, vel ad flavedinem

inclinans. Reprobandum sordidum, resinofum, adulteratum. Adulteratur enim admixtione Gummi Cerasorum, Prunorum, & similium, vel & Refinarum quarundam: id quod cognoscitur solutione in Aquâ, quâ syncerum liquidissime ac limpissime solvitur, adulteratum non item.

Vires. Calfacit & humectat 1. inspissat, poros Cutis obstruit, acrimoniam Medicamentorum obtundit, asperitati Asperæ Arteriæ ac Tussi confert, Ocularibus Medicamentis & Arteriæ commoissime adhibetur. Et contra Dysenteriam.

P R Æ P A R A T A.

1. Pulvis.

N. Ut bene pulverifetur, calfiant Mortarium ac Pila.

2. Depuratum. Solvitur in Aquâ, colatur ac inspissatur.

De Gummi Arabico ad Acaciam pertinente sic in Appendice Pharmacopœæ SCHROEDERUS.

Gummi Arabicum Officinarum, Galeno Thebaicum, nonnullis Babylonicum dicitur, exponente Renodæo pag. 263. Arbusculam, ex quâ promanat, Dioscorides Acaciam, Theophrastus l. 4. c. 4. & Plinius lib. 24. c. 12. Spinam, Arabs Acachie nominat, ejusque duas Dioscorides species constituit. Prior rectâ assurgens Virgulta profert lignosa, Spinis exertis & duris hinc inde stipata, Folia longa, quasi ex multis foliis coherentibus composita, Flores albos, odoros, Siliquas breves planas, Lupinorum more, Semen glabrum & splendens. Malè depictam ejus Iconem à Matthiolo profertur Renodæus: nec enim Folia, nec Flores, nec Siliquæ respondent. Jac. Sylvius quoque hallucinatur hanc ad rem lib. de Simplic.

Altera Acacia in Cappadociâ & Ponto provenit, priore minor, tenerior, humilior, Folia habens kurzæ, & Virgulta quibusdam aculeis spinosa. Ex hac Succus quidam elicitor, qui Arbusculæ nomen retinens, Acacia dicitur: ob cujus raritatem substitui solet Succus sylvestris Pruni, quam Dodonaus, Germanicam Acaciam nominat. Ex illâ profluit Gummi Arabicum dictum, quod laudatur Vitri modo pellucidum syncerum, in Vermiculorum speciem contractum.

Ingreditur multas Compositiones hoc Gummi Arabicum, quia efficaciter inspissat & refrigerat: hinc Ocularibus Medicamentis, & Arteriæ commoè miscetur, Cutis meatus obstruit, & procidentes Oculos reprimat. Georgius Horstius commendat in Alvi fluxibus, cum Tragacanthâ & Cerâ albâ mistum.

CCCLXXII.

CCCLXX. ANIMÆ GUMMI seu RESINA.

Animæ seu Resina Animæ est elegans Gummi odoriferum & suaveolens. Inter Balsama à nonnullis, imprimis WORMIO in Museo, refertur. Differentia vid. in AUTORE. Adfertur ex Indiâ Occidentali, ex Insulâ ejusdem, Hispaniolâ. Rarè tamen interni est usus, sed externè saltem usurpari potest in Affectibus Nervorum, & Capitis atque Pectoris catarrhalibus, vel sub formâ Suffiis in Catarrhis & Coryzâ, in quibus est unum & elegans ex primariis Ingredientibus, & euporiston HARTMANNI; vel in formâ Linimentorum & Emplastrorum; idque imprimis in Vulneribus & Contusionibus Capitis, atque miscetur commoè cum Emplastris Cephalicis, Bregmati Capitis applicandis; & Nervinis in Luxationibus Articulorum, Affectibus paralyticis, Partium nervosarum læsionibus, Contusionibus, item pro his firmandis, & sic porro: videatur AUTOR noster.

Gummi hoc cum Arenâ intermixtum & destillatum, dat Oleum, quod olfactum, valdoperè conducit in Coryzâ. (N)

CCCLXXI. ARABICUM GUMMI.

Arabicum Gummi. Gummi Arabicum genuinum vix apud nos reperitur, sed in Arabiâ Egyptiacâ ex Arbore spinosâ, Acacia Egyptiaca dictâ, colligitur, ex qua Gummi hoc facillimè in Aquam liquefcens exsudat. Moderni ejus loco nostratia Gummata recipiunt, quæ transfudant v. g. ex Arboribus Perficarum, Cerasorum, Prunorum, & similibus, & quidem

præprimis id adhibendum esse putant, quod ex primis exstillat. Paucissimi affirmant, plurimi contrarium statuunt. Optimè facit TOBIAS ALDINUS in Horto Farnes. Sect. 2. p. 18. ubi tractat de Acaciâ Egyptiacâ, & ibidem controversiam habet, & affirmat, quod Gummi Arabicum nobis usitatum sit genuinum Gummi Arabicum, vid. etiam BELLON l. 2. cap. 56. quæ ejus asserta, ceu vera confirmat PETRUS DE LA VALLE in Descriptione Itineris Orientalis Vol. 1. pag. 214. & Part. 3. pag. 148. item BREYNIUS Cent. 2. Exoticar. Plantar.

De Adulterationibus & reliquis vid. AUTOR noster.

Substantiâ suâ glutinosâ & mucilaginosâ pariter, ferè ac Tragacanthâ convenit pro temperandâ, leniendâ, inviscandâ, & ita demulcendâ Lymphâ acri, in Affectibus Faucium, & in asperitate Asperæ Arteriæ, uti etiam in Pleuritide: in qua imprimis convenit, si recipiatur Pomum, & excavatum impleatur Gummi Arabico, coquatur ad ignem, & coctum ita assumatur. Egregium erit Remedium in Pleuritide, & Tussi sedandâ, aliisque Pectoris, uti & Partium urinarum Affectibus. Præscribitur in Pilulis Bchicis & Lohob seu Linctibus. Usurpatur quoque in Dysenteria & aliis Alvi fluxibus; ubi quidem LUDOVICI Tragacantham albam præfert.

Externè solvunt id cum Aceto, & Serpiginibus illinunt, quos curat. In Ambustis cum Albumine Ovi applicatum Pusulas præcavet. (O)

P p 2

CCCLXXII.

(N) Gummi Animæ (an rectius Animæ) Resina potius alba, ex Americâ ad nos allata: incisione exstillat ex Arbore mediocri magnitudinis, cujus Folia ad Myrti folia accedunt, Fructusque satis crassos Lobus appellant. Mutum Olei ac Salis continet essentialis. Ad Catarrhos illâ utimur Suffitu.

(O) Gummi Arabicum vulgatissimum est, nomen ab Arboris, è quâ exsudat, natali loco trahens: est quamplurimi Autores velint, illud incisione in lacrymas depluere ex Acaciâ Egyptiacâ: ex illâ inquam Acaciâ, ex qua Officinis familiarissimus, verus adstringens Succus elicitor, ut fusè probat Tobias Aldinus ab Etmullero citatus, in Horto Farnes. pag. 17. &c. Verum quum nulla prorsus videatur analogia inter Succum Acaciæ, & Gummi Arabicum (est baud impossibile putem, ex unâ eademque Arbore heterogeneos posse exillare Succos), libenter in Scaligeri iverim sententiam, qui de Subtil. Exerc. 163. ait; Gummi hoc quod Arabicum vocant, neutiquam in Arabiâ nascitur,

CCCLXXII. ASA FÆTIDA.

Oπός Μυδικός, Συριακός (olim Κυπριακός,) Lafer Medicum, foetidum, Arab. *Altit*, vulgò Asa foetida (Indis *Hin*, quibus odore grata, & cibis condiendis inservit). Dicitur etiam Succus Cyrenaicus. Germ. *Theuffels-Dreck*. Gall. *Du Asa foetida*. Succus est sive Lacryma Laferis sive Sylphii in Mediâ, Libyâ ac Syriâ crescentis, (non Laferpitii Dioscoridis, cujus Succus Modernis incognitus est). Et ex illius Radice ac Caulibus incisus colligitur.

Eligenda est syncera, Allii odorem ferè æmulans, viscida: reprobanda adulterata. Adulteratur enim permixtione Farinæ, Furfuris, Sagapeni.

Vires. Calfacit 3. incidit, &c. Usus internus præcipuus, in Suffocatione Uteri, Peripneumoniâ ac Vulneribus, aliàs raro adhibetur. Extrinsecus in tumido Liene, Uteri Suffocatione, Panaratio (cum Allio Ovi albumine suscepto.)

Dosis ℞. ad ℥j.

N. 1. Solvitur super prunis coquendo in Aquâ, Aceto, aut Vino.

N. 2. Si quis Epilepsiæ obnoxius senserit Suffitum ex Asâ foetidâ ac Cornu caprino, Paroxyfmo actutum corripitur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Pilulæ de Asâ foetidâ*. ℞. Asæ foetid. q. v. humecta vel solve cum Acet. destill. ac redige in Massam.

2. *Pilulæ foetidæ*. Vid. Disp. (Oleum. Uterinum.)

CCCLXXII. **A**SA FÆTIDA. *Asa foetida* est Succus seu Lacryma, viscosa, lenta, ex Granis variis splendentibus concreta, Odoris instar Allii, & ex Laferis in Libyâ colligitur, ex quâ fauciatâ magis gummosa quàm resinosa refudat. Unde à quibusdam vocatur Succus Libycus, seu etiam Syriacus. Olim appellatus fuit Succus Cyrenaicus, quoniam ex Cyrenaico agro copiosissimè fuit advectus, quo ipso tamen hoc tempore carent. Est vel clara, pellucida & limpida, vel est obscura & turbida, quæ à foetore ingente dicitur Germ. *Teuffels Dreck*. vid. WORMIUS in Museo, ubi de Asâ foetidâ non inconcinne agit.

Quoad facultates, frequentissimo apud Indos est in usu, tam in condiendis Alimentis quàm Medicamentis. Commendant contra Appetentiam dejectam & tollendum Fastidium, Flatus discutiendos, ad excitandam Venerem, in qua apud ipsos quotidiano est usu; & etiam in Dolore Dentium, pro quo scopo Dentibus cavis inditur: Conf. WORMIUS in Museo pag. 223. Apud nos verò rariùs adhibetur propter Odoris gravitatem, nisi quòd in Colicâ & Suffocatione hysterica internè & externè certissimum sit Experimentum. Nam uti testatur Odor, constat Sale volatili copioso, admodum acri & penetrante; cujus ratione Acidum in Intestinis torminosum ac corrosivum, ut sic dicam, emendat ac corrigit. Post Colicam usurpatur in Passione Hysterica cum Castoreo, tam in substantiâ quàm Suffitu. Observetur autem hic, quòd non in omnibus conveniant Graveolentia & Foetida in Suffocatione Uterinâ; prostant enim Exempla læsarum ex illis: sicuti nec omnes ferre possunt Suaveolentia, nec omnes læduntur ab illis. Aliæ juvantur ab Ambrâ, Zibetho, aliisque Suaveolentibus, aliæ rursus juvantur à Foetidis & Graveolentibus. A Veteribus & in Affectibus Pectoris, Tussi, Peripneumoniâ &c. cum Oxymelite mista, cum Ovo verò forbili ad Raucedinem usurpata fuit. Adhibetur etiam non inconvenienter in pellendis Mensibus & Secundinis, si scilicet hauriatur cum Pipere, & Myrrhâ in Aquâ mulsâ; hoc enim modo multa facit, imprimis ad pellendas Secundinas & Lochia: videatur

scitur. Quia hoc ipsum, quo utimur, è Pruno, Ceraso, Amygdalo detrahitur: non enim est ab Arabiâ petendum, quam ob rem sine ullâ cognominis adjectione, Gummi vocatum semper apud Veteres legitur. Quomodocumque autem se res habeat, Gummi, quod Arabici nomine vulgò habemus, album, siccum, clarum, pellucidum, gustu tenacitatem aliquam præferens, insipidum, ac facilè Aquâ solubile, ad Dysuriam efficacissimum experti sumus, si calidâ dissolutum, vel ejus lacrymæ mane jejuno stomacho deglutiantur.

(P) Asa duplex est apud Materiae medicæ Scriptores: Asa dulcis est Benioinum, de quo suo loco. Asa foetida, de quâ hîc, est Gummi compactæ substantiæ, odorem Allii virosi, & magis adhuc abominandum, spirans, narsq; feriens, hinc Stercus Diaboli dictum, sapore amaro, postmodum mordaci. Eruditiores putant esse Silphium Medicum & Syriacum Antiquorum, atque idem cum Laferis vel Laferpitio. Æstivo tempore manat è trunco Fruticis Ruta similitis, in Indiâ frequentissimi, quemadmodum & in Mediâ, Persiâ, Libyâ, & Assyriâ. Quis credat quod Garcias ait, apud Indos Asæ foetidæ usum esse in cibis? Usus frequentior hîc apud Veterinarios.

CCCLXXIII. BALSAMUM VERUM.

Balsamum Syriacum, Ægyptiacum, Balsamelæum, Opobalsamum, Balsamum de Mecha: est liquor Balsamæus, tiavus instar Terebinthinæ, odoris fragrantissimi, saporis subamari & acris, sudans ex Balsami, tum Fruticibus quoad corticem vulneratis, tum ex Ramusculis amputatis.

N. 2. Si guttula Aquæ tepidæ immittatur, per totam superficiem sese extendit, ac rursus Aquâ refrigeratâ sese contrahit. Lacti instillatum idipsum coagulat, in Venem laneam effusum non linquit Maculam, secus ac alia. (Quibus signis discernitur ab Oleo Zacconis Pruni Hierichuntini, & Oleo ex Mauritaniâ.)

N. 2. Tantæ æstimationis est, ut Princeps Arabiæ Felicis, cui etiam Mecha paret, singulis annis inter alia munera tres quatuorve ejus libras Turcarum Imperatori honorarii loco transmittat. Cayri itidem Præfecto unam. Quin & Ducibus peregrinis idem ceu maximum honorarium præsentat.

Vires. Inter Olea quævis & Balsama omnium est laudatissimum, præstantissimum, ac toto Orbe maximè celebratum, utpote quod vires habeat abigendis Morbis, tam internis, quàm externis, nulli Medicamento secundas. Confert Febricitantibus, Asthmaticis, Jecoris obstructions solvit, Menses movet, Stomachi Dolores sedat, Phthificos juvat, Appetitum excitat. Vide prolixius Balsamum de Tolu, & Clusium in Monardes, ut Petrum Belloniu in Observationibus suis Alpinum de Plantis Ægypti, ut & in Dialogo de Balsamo peculiariter conscripto.

CCCLXXIV.

tur WORMIUS in Mus. pag. 325.

Essentia cum Spiritu Vini tartarifato inde extracta optimè convenit in Colicâ torminosâ & Passione Hysterica. Eadem Asa foetida cum Castoreo constituit Essentiam Anodynâ D. Langii, in Variolis felici cum successu usurpandam: sicut & cum Castoreo, Myrrhâ, & Camphorâ, Elixir Uterinum constituit.

Pilulæ Foetidæ Aug. & de Asâ foetidâ conveniunt ad promovendos Menses.

Externè in Tumoribus Lienis Emplastrâ, necnon Emplastrum Mynsychii contra Morbos ab Incantatione ortos, inde paratur. An verò semper conveniat, dubito. Marito interim noviter ligato haud ita quidem optimè succedat. (P)

CCCLXXIII. **B**ALSAMUM VERUM. Balsamum verum Arabicum aliàs etiam vocatur Balsamum Ægyptiacum, Syriacum, Opobalsamum, Balsamum Judaicum, & à loco natali Giliadense, de hoc videatur VOLCKAMERUS, qui omnia habet, sicut de Carpobalsamo & Opobalsamo, bujusque genuini notis VESLINGIUS Epist. & Obs. p. 122. 196. & 199. sicut de Balsamis in genere & specie eleganter tractat DORINGIUS Medicus Uratislaviensis peculiari Scripto, necnon WORMIUS in Museo. Arboris descriptionem videbitis in HOFFMANNI Clave pag. 576.

Cæterùm varix de hoc Balsamo (ut valdè commendatur, & decantetur apud Veteres, adeò ut etiam Theriacam ingrediatur) lites seruntur inter Modernos; an tantum sit Remedium, & an genuinum Balsamum Syriacum hoc tempore apud nos detur. Multi negant, paucissimi affirmant. Quicquid sit, in nostris regionibus non datur ampliùs, adeò ut quidam dubitent, apud nos unquam videri guttulam genuini Opobalsami, cum in ipsâ Syriâ & Arabiâ rarissimus sit ejus proventus, & nonnisi inter Magnates deprehendatur. Cum ergò non ampliùs aut rarò ad nos transportetur, quæritur de Succedaneo ejus. In compositione autem Theriacæ hodie facilè ei substituitur Cardamomum, aut Oleum destillatum Caryophyllorum, utpote quod pro alio quovis usu illi substitui

CCCLXXIV. BALSAMUM DE TOLU,
SEU TOLUTANUM.

Balsamum de Tolu est Liquor Balsamæus, coloris rubei ad aureum tendentis, mediæ inter liquidum & densum consistentiæ, valdè glutinosus, & ubicunque reponatur firmiter in hærens, saporis dulcis & grati, non nauseabundi (secus ac reliqua Balsama), odoris excellentissimi, Limoniorumque fragrantiam, vel Jasmini quodammodo referentis, præsertim si paucillùm in volâ manûs fuerit fricatum.

Advehitur ex Continentis quadam Provinciâ, inter Carthaginem & Nomen Dei sita, *Tolu* ab Indis appellata: ubi colligitur ex Arboribus Pino pumilæ similibus, hisque tum domesticis, tum sylvestribus, quæ vulnerato Cortice præstantissimum hunc liquorem fundunt.

Vires. Antecellere videtur facultatibus ei, quod è Novâ Hispaniâ adducitur (*Peruvianum* nomine), efficacque est ad o-

mnia ad quæ *Balsamum* illud *Ægyptiacum*: Calfacit & siccat, attenuat, resolvit, Vulnerarium est, Pectus expurgat, &c. Usus præcipuus in Asthmate, Phthisi, in Ventriculi cruditate & dolore. Extrinsecus Doloribus à causâ frigidâ quibuscunque, & imprimis Capitis, Arthriticis & Nephriticis: in Defluxionibus ad Oculos cohibendis, in Paralyfi, in Ventriculi imbecillitate, dolore, inflatione (inunctum cum Oleo Nardino), in Hydrope (illitum cum Unguento aperitivo), in Lienis imbecillitate, in Tumoribus quibuscunque ac Oedematibus, in Contracturâ: Parotides insuper seu Scrophulas cæcas curat. Imprimis autem celebratur in Vulneribus consolidandis, defendendis, præsertim si Ossâ quoque sint contracta (quippe Fragmenta expellit), in Vulneribus Articularum, Sectionibus Nervorum, Puncturis, Contusionibus, &c.

Dosis gr. 3. 4. &c. *Nicol. Montan.*

N. Balsamum hoc illud esse arbitror, quod nostratibus *Balsamum de Honduras* vulgò dicitur.

CCCLXXV.

substitui potest. Aliàs in usu medico substituitur *Oleum destillatum Succini*; vel quibus hæc *Olea* minùs placent, *Balsamum de Copaiba* substituant, quod ad *Balsamum verum* proximè accedit, & *Peruvianum* longè antecellit. (Q)

CCCLXXIV. BALSAMUM DE TOLU seu TOLUTANUM. *Balsamum Tolutanum* est Liquor allatus ex Indiâ Orientali balsamicus, uti habet AUTOR, cujus proprietates proximè ad *Oprobalsami* verè naturam accedere asserit BARTHOLINUS *Æd. Med. Hassniens.*

(Q) *Balsamum verum quid propriè Antiquis fuerit valdè incertum est*. Theophrastus ait, *Balsamum in valle Syriæ gigni, duobus tantùm in hortis*. Arbor illud ferens magnitudine *Malum Punicam*, foliis *Rutam*, Fructibus *Terebinthum* æmulatur: hi odoratissimi sunt, & lacryma ipsorum multo odoratior, quæ nomine *Balsami* venit, quemadmodum & Succus è ramis frequenter tonsis destillans.

Ex Strabone in *Hierichunte* est *viridarium*, in quo arbor aromatica & fruticosa, *Cytiso* & *Terebintho* persimilis, è cujus Cortice succus extillat *Balsamum* appellatus.

Plinius ait, *Balsamum uni Terræ Judææ concessum, quondam in duobus tantùm hortis*. Arbor *Viti* similior quàm *Myrto*, & implet colles *Vinearum* modo: *Folium proximum Rutæ*: tondetur fruticans ut *Balsamum* reddat. Arbor *Xylobalsamum* dicitur, cujus tria genera, *Eutheriston capillatæ* comâ præditum, *Trachus asperum* & *fruticosum*, atque *Gumeces* reliquis procerius. Semen seu Fructus *Carpobalsamum* appellatur, *Vino proximum gustu*. Succus demum è plagâ ramis factâ extillans dicitur *Oprobalsamum*, suavitatis eximia. *Alexandro M.* rem ibi locorum gerente, toto die æstivo unam concham impleri justum erat. *Multifariam* hoc *Oprobalsamum* etiam tempore *Plinii* adulterabatur.

Dioscorides non solum in *Judæâ*, sed in *Ægypto* quoque *Balsamum* nasci testatur, atque *Arborem Lycii* seu *Pyxancanthæ* (aliis *Pyracanthæ*) magnitudine illud reddere ex incisuris tradit. *Varia* detegit illius adulteria, atque ait, verum *Balsamum lanis infusum*, si abluatur, maculam non relinquere, contra verè adulterinum.

Ut *Balsami* adulterationes deprehenderet *Galenus* in *Judæam* navigavit, & coram inspicere voluit, quas detectas scriptis consignare nequivit, ne pravi homines eâ arte abuterentur.

Varia quoque est apud Antiquos de modo colligendi *Balsamum* sententia, quidam enim ferreis unguibus, *Arbores* incidi testantur; quidam contra ajunt ferro lædi potius, set vitro, lapide, ossisve cultellis incidendas esse contendunt.

Sed quis referat Recentiorum de *Balsamo* sententias? *Vix sanè constat*, an Antiquorum *Balsamum* adhuc superstes sit: plerique enim consentiunt, *Balsamum in Judæâ non amplius nasci*. Illius ergò ἀντιβαλλόμενα hæc sunt. Pro *Oprobalsamo* substituant *Oleum Terebinthinæ*, *Gummi Hederæ*, *Myrrham stacten*, *Styracem*, *Oleum Caryophyllorum* vel *Cinnamomi*. Pro *Carpobalsamo* *Cubebas*, *Cardamomum*, *Caryophyllos*, *Galangam*, *Nucem moschatam*, *Semen Lentisci* vel *Terebinthinæ* supponunt. Demum pro *Xylobalsamo* substituant *Macerem*, *Acorum*, *Agallochum*, *Cyperum* & similia.

Balsamum verum vulgò quoque Judaicum appellatur: de eo hæc habet Lemery des Drogues. *Arbuscula, seu potius Frutex* est, qui prius nonnisi in *Valle Hiericho* in *Galaad* proveniebat, regione *Arabia felix*: sed *Turcarum Imperator* quidquid erat *hujus Arboris* in *suos Cairo* Hortos transfudit, armatorumque militum custodiâ additâ, *Christianis* accessum omninò interdixit. Hinc *Fruticem* hunc aptius *Ægyptium* & *Cairo*, quàm *Judaicum* *Balsamum* appellaveris. *Ramos* emittit exiles, fragiles, nodosos, inæquales, cortice extus subrubicunda, intus viridescente: *Lignum* eo tegitur albidum, & medullosum, *Balsami* gratum odorem cum frangitur reddens, quod *Xylobalsamum* jure vocatur, apud nos rarissimum, cujus loco *Santalum citrinum*, & *Xyloaloe*n substituiimus. *Balsami Folia* ad *Rutæ* folia accedunt: *Flores stelliformes*, albi, decedentes *Baccam* unâ parte acutam relinquunt, primùm viridem, ex maturitate nigrescentem, ramis exiguo pediculo, exiguoque calyce adhaerentem: in hac Semen continetur, Succo flavo, crasso, ex acri amaro, gratique odoris repletum. Fructus hic ad nos quoque allatus est, sed rugosus, exsuccus, effærus, ad granorum *Piperis* vel *Cubebæ* magnitudinem. Hoc *Carpobalsamum* appellatur, ac multo *Oleo Saleque* volatili pollet: raritatis tamen ratione illius loco *Cubebis* utimur.

E trunco *hujus Arboris* datâ operâ inciso, extillat æstivo tempore *Resina liquida*, alba, odora, quæ *Oprobalsami*, *Balsamelæi*, *Balsami de Mecha*, veri *Syriaci*, albi *Ægyptiaci*, seu *Judaici* nomine venit. Quoniam autem *Balsamum* hoc rarissimum, adeoque satis caro venditur; hinc *Mercatorum* sophisticationibus & *mangoniis* valdè est obnoxium. Verum consistentiam habet *Terebinthinæ*, colorem ex albo flavescens, pellucidum est, odore penetranti, & grato, atque gustu pollet subamaro & acri. Continet multum *Olei*, à *Sale* volatili acido ad dimidium exaltati. Si destillationi committas, primùm *Oleum æthereum*, hinc flavum, denique rufum elictes, non secus ac ex *Terebinthinâ*. Sed satius est verum *Balsamum*, satis superque *Naturæ* ministerio exaltatum, absque ullo *Chymicæ* adjumento, purum putum adhibere.

Non spernendum bonitatis testimonium est, si *Balsami* gutta in *Aquam* decidens, in *hujus* superficie tenuis pelliculæ formâ distendatur, ut facile possit bacillo iterum colligi: quod si vetus illud sit, est verum, quum densiorem acquisiverit consistentiam, fundum illic petet. Hoc autem omninò opponitur *Plinii* lib. 12. c. 25. sententiæ: apud quem gemina est *sinceræ Balsami* probatio, quod scilicet in hærescat manu inversâ, & in *Aquâ* fidat: & paulò post ait: Præterea *sinceræ* densatur in tepidâ *Aquâ* gutta fidens ad ima vasa; adulterata *Olei* modo innatat. Ad quem locum hæc notat *Cl. Harduinus*: *Geminam* hanc notam in sincerissimo *Balsamo* candido, quod ex *Americâ* ad nos missum est, deprehendimus: non manu inversâ hæret tamen: & in *Aquâ* fidit primùm, sed mox emergit: *Judææ Balsamum* semper fidit.

Balsami veri vires quis enarrabit: Dosis ab unâ ad quatuor guttas. Extrinsecus quoque valet ad *Vulnerum* coalescentiam, *Nervorumque* robur. *Mulieres* illud *Aquâ* lavant, deinde *Oleo* quatuor *Seminum* frigidorum majorum excipiunt, eoque *Cutim* leniter confricant: illam enim lenit, expolit, rugas complanat, maculasque delet. Vel idem *Vini Spiritu*, *Aquâve Reginae Hungariæ* solvunt, solutumque cum multâ *Aquâ* *Limacum* vel *Florum Fabarum* commiscunt, ac *Lac* quoddam *virginale* parant, egregium, si quod aliud, *Cosmeticum*.

CCCLXXV. BALSAMUM INDICUM.

Balsamum Indicum novum, *Matth.* Balsami genus novum, *Fragos.* Balsamum Peruvianum . Germ. *Indianisch Balsam.* Gall. *Baume d' Inde.* Est Liquor fragrans Arboris cujusdam Indicæ, Balsami dictæ (Indis Xylo) coloris ex albo ac nigro rubentis, odoris suavissimi, saporis acriusculi & aliquantulum amari. Affertur ex Americâ seu Novâ Hispaniâ Indiæ Occidentalis. *Monard.*

Est { *Limpidum subalbidum* . Ex Cortice Arboris fauciato stillans . *Opobalsanum* vocant, nostratibus Officinis dicitur *Balsamum Indicum verum* . Germ. *Dervveisse* , *Indianische Balsam.*
{ *Crassius* . Ex segmentis Trunci Ramisque cum Aquâ coctis supernatans : dicunt *Xylobalsanum* : nostratibus appellatur *Balsanum Indicum* , seu *Balsamum Indicum vulgare* , *nigrum* .
 Prius præstat limpidius, posterius eligatur purpureum, suaveolens

Haffniens. Vol. 1. pag. 5. & *M. A. N. C. Ann.* 2. *Observ.* 164. pag. 262. Sed reverâ rarum est apud nos, quoniam est pretiosum; quin sufficiat nobis abundè *Balsamum Peruvianum* & de *Copaïve*, quæ substituo: nec memini me legisse hoc præscriptum. (R)

BALSAMUM de COPAIWE

Autem est *Balsamum* coloris aurei, consistentiæ liquidæ, ipsi *Terebinthina* admodum simile, ita ut meritò *Terebinthina exotica* vocari possit, ex Indiâ Occidentali proveniens, (uti habet *AUTOR Num.* 382. ubi de *Resinâ Copal*) quod proximè accedit ad proprietates *Opobalsami veri*. De hoc videatur imprimis *BAUHINI Theatr. Botan. To. n. 1. P. 1. Lib. 3. cap. 38 pag.* 306. qui dicit, quòd in Brasiliâ reperiantur Arborea, quas vocant *Copaibas*, ex quorum Cortice per æstatem inciso emanat *Liquor*, dictus *Balsamus Copaiba*, qui sit singularis ad Vulnera recentia curanda, & Cicatrices inducendas. Sed præstantioris omninò, magisque præsentanei effectûs est, quàm *Terebinthina*.

Constat particulis volatilibus balsamicis, cum sulphureis permixtis, Humores viscidos stagnantes incidit, Acidum morbosum invertit, & Acrimoniam inviscat, Vulnera interna & externa mundificat, & eorum consolidationem promovet. Unde internè usurpari solet contra Phthisin, quam sanare dicitur. In Exulceratione Renum & Vesicæ itidem; specificè tamen & mirificè in Gonorrhœa à gutt. xii. xv. sumptum in *Lacte calido*. Usitatissimum fuit Remedium *SYLVIO & LINDANO*, qui dederunt guttas quinque vel sex in *Vino Hispanico* omni mane, & dicunt, mirabile & nobile Remedium esse. Id quod non tantum verum est de Gonorrhœa verâ, sed etiam virulentâ, in qua dedit *Balsamum Copaiba*, cum *Mercurio dulci*, idque felicissimo, ut dicunt, cum successu: stagnantem enim in Vesiculis seminalibus genitalem Liquorem per Urethram cum Urinâ eliminat, gratâque & balsamicâ vi ab ulteriori Humorum corruptione loca defendit. In Diarrhœis quoque præsertim in Cholera & Dysenteriiis, ab Acrimoniâ Humorum ortis, feliciter exhibetur. In Stranguriâ, aliisque Affectibus urinariis, similiter egregiè commendatur, quos *Balsami* hujus guttæ aliquot in *Decocto Petroselinii* subito solvunt. Calculum & Urinam promoveo, Renes confortat, & loca urinaria mundificat.

Utendi modus internus est à gutt. v. ad xii., vel cum duplo aut triplo *Tincturæ Tartari* redigitur per solutionem in *Tincturam* seu *Essentiam*, dosi guttul. xxx. admodum egregiam.

Externè antecellit *Peruvianam* in usu vulnerario, & Vulnera, nisi sint nimis gravia, intra 24. horas promptè glutinat, vix cum tantillo Cicatricis vestigio. Id quod frequenti Experimentiâ confirmant *Bèlgæ*, qui in Vulneribus recentibus, Nervis etiam vulneratis, usitatissimè adhibent, dum in iisdem conglutinandis mira facit. (S)

CCCLXXV. BALSAMUM INDICUM. *Balsamum*

Indicum Peruvianum seu *Peruvianum* ita dicitur, quòd adferatur ex Provinciâ *Peru* Indiæ Occidentalis. *Succus* est oleosus planè singularis, densus, ponderosus, saporis acris, linguam & fauces vellicans, adeoque Sal vola-

tile penetrans ostendit: egregium est *Aromaticum*, reverâ *Balsamicum*, *Analepticum*, & *Spirituum confortativum*, & summè *Anodynum*. Concretum certè anomalon, quia nec cum Aqueis, nec Oleosis, neque Volatilibus, neque Fixis miscetur. Dissolvitur quidem in *Saccharo* dissoluto; si verò in *Aquam* infunditur, iterum se revolvit. Cum *Spiritu Vini* calido optimè commiscetur; tamen si refrigerat, supernatat iterum. Propterea si eo internè uti voluerimus, in *Ovo* leniter cocto eleganter solvi & assumi potest: vel miscetur in formâ *Pulveris cum Saccharo*. Externè propter viscosam consistentiam, & nimiam glutinositatem, non absque molestiâ applicatur: præcaveatur hoc optimè, si in formâ liquidâ cum *Vitello Ovi* probè subigatur: hoc enim modò facile *Spiritibus & Oleis* commiscibilis redditur: qua ratione v. g. in Doloribus partium musculosarum, ut vocant, *Catarrhalibus*,

℥. Bals. Peruv. ℥j.

Dissolvatur

Cum f. q. Vitelli Ovi,

Addendo

Spiritus Bacc. Junip. ℥iij.

M. pro Linimento molli.

Et hoc ipso calidè fricent Membra, partesque affectas. Hoc simul curiosum, quòd *Balsamus* hic ita cum *Vitello Ovi* solutus longè acrior & penetrantior fiat, magisque fauces vellit, quàm per se gustatus.

Duæ ejus sunt Differentiæ, quas subministrat *AUTOR*, *Limpidum & Crassum*. *Limpidum* est, quod extillat ex Corticibus; *Crassum*, quod ex illis excoquitur. *Limpidum* est melius: potterius est ignobilius. *Suffusum* seu *Odorem* habet elegantem, & quò gratior est *Suffusum*, eò melius est *Balsamum*; item, quò gratius & purius, eò melius, quia valdè adulteratur; unde misceri potest cum aliis *Suffusibus* odoris gratiâ. Est in frequenti usu, & non adeò carum, uti reliqua *Balsama*, sed bono ac æquo prætio constat. Internè & externè adhibetur. Internè prodest insigniter Partibus nervis, harumque quibusvis, tam internis quàm externis, læsionibus; speciatim valdoperè convenit in Ventriculi debilitate ac Anorexiâ, item in Affectibus Renum & Pulmonum, & internis Partium corruptelis, in specie quidem in Phthisi, si sit ex Ulcere Pulmonum quâcunque causâ oborto: in quali Ulcere purificando & consolidando multa facit hoc *Balsamum*, si guttæ aliquot cum *Saccharo* in *Pilulam* redigantur, & quotidie mane assumantur. Sunt qui miscent non inèleganter cum *Balsamo Sulphuris*, vel additione copiosioris *Sacchari* in formam *Pulveris* seu *Trageæ*, ubi *Ulcus* est purificandum & consolidandum. Unde *RIVERIUS* commendat has *Pilulas*, ceu tales, quæ singulariâ præstant in Phthisi & similibus Affectibus, non sine ratione. Compositio est hæc:

℥. Massæ Pilul. Rusi ℥j.

Gummi Guajaci,

Antimonii diaph. an. ʒss.

cum Balsamo Peruviano fit M. Pil.

De qua capiatur ℥i. per mensem integrum matutino tempore. Sunt elegantes *Pilulæ*, & credo, quòd satis sint efficaces in Curâ Phthiseos.

Non minoris usûs est hoc *Balsamum* in Asthmate, in quo curando egregiam solet monstrare efficaciam. Quin & in aliis

(R) *Balsamum Tolutanum non ex Indiâ Orientali, ut ait Ettmullerus, sed ex Americâ ad nos affertur: non enim à Provincia Tolu ait desumpsisse Schrœderus, alii autem ab Arbore Tolu dictâ illud defluxisse docent. Resina est consistentiâ Terebinthinae, colore rubro, odore suavissimo, ad Civi odorem accedente, extillans è trunco multarum Arborum, factâ prius incisione. Hujus generis Arborea nascuntur in tractu quodam Novæ Hispaniæ, inter Caribagiam & Nombre de Dios. Incolæ ut illud colligant trunco applicant Vasa quædam ex Cera nigrâ confecta, quibus Balsamum excipiunt: Cera autem temporis progressu durefcit veluti Gluten, seu Colla Flandrica. Seligendum recens, odore soavi & penetranti.*

(S) *Balsamum Copaiubarum sic dicitur ex Massæo quòd in Brasiliâ ex Plantis quibusdam, quas Copaibas appellant extillet. Vulgò creditur ex vulneratâ quâdam Arbore extillare. Duplex autem est: unum Oleo claro simile odore resinoso, quòd primum ex incisâ Arbore fluit; alterum quàm ipsa Terebinthina spissius, & flavescens, secundo loco manans. Externè ad Vulnera, internè ad Ulcera vulgò utimur: quoniam autem amariusculum est, Stomacho non officit, ut cætera Balsama.*

suaveolens (ut vel optimo Styraci calamitæ nihil cedat), cujus guttula Carboni instillata suavem Suffitum præbeat. Reji-
ciatur nigrum, crassum, odoris gravis.

Vires. Calfacit & siccit, discutit, emollit, subastrigit. Usus præcipuus in Asthmate, Phthisi, Nephritico dolore, Menibus obstructis, Ventriculi debilitate ac dolore, Hepate obstructo, Utero squalido, atque inde ad concipiendum inepto, Suffocatione ex Utero, &c. Extrinsecus lenit Dolores ex Humoribus frigidis ortos, discutit Humores aqueos, roborat Caput ac nervosas partes, Contractionesque sanat, Ventriculi Flatus discutit, Cruditates tollit, Lienem durum emollit, Nephriticum dolorem mitigat, Urinam remorata promovet, Arthriticis doloribus summè confert. In Chirurgiâ proficuum est Vulneribus recentibus (tum consolidando, tum noxia discutendo), inveteratisque, necnon & Nervorum prodest contusionibus: Febricitantibus confert, Spinam ante Paroxysmum inungendo, atque cum Vino guttulas aliquot exhibendo, idque iteratis vicibus.

Dosis gr. 4. 5. 6.

N. Tantæ censetur efficaciz, ut sint qui *Opobalsamo* seu *Bal-*

aliis Pectoris Affectibus, Raucedine, Tussi inveteratâ, aliisque Catarrhis usurpatur. Uterius CHARLETON ad Dolores Nephriticos compendendos, & ad Calculum mirè commendat, guttatim in Vehiculo calido assumptum; uti videre potestis in *Tr. de Spiritu Gorgonio pag. 204.* Item in Affectibus Uteri, imprimis in Uteri debilitate, & Sterilitate, Menstruationibus deficientibus, cum aliis permistum *Balsamum Peruvianum* est egregium. Sunt etiam, qui volunt in Intermittentibus, imprimis Quartanis, usurpare *Balsamum Peruvianum*, si scilicet aliquot guttas ante Paroxysmum assumant Ægri, cujus rei fides sit penes Experimentiam.

Cæterùm externè frequentius ferè solet adhiberi, quàm intrinsecus. Singulare est *Vulnerarium*, & commendat se ubique suavitate Odoris; & sanè Vulnera quæcunque promptè consolidat citra ullam Suppurationem, si iis recentibus quotidie bis tepidum, & nonnihil liquefactum, instilletur; in Vulneribus gravissimis tam Partium carnosarum, quàm in specie nervosarum, permisceatur cum *Balsamis*, & *Unguentis Vulnerariis*. In Ulceribus sordidis quoque mundificandis æquè ac consolidandis ratione amaroris optimum est, detergendo Purulentiam & Sordes Ulceris & Vulneris. Nervis autem imprimis est dicatum: unde in Vulneribus & Contusionibus Partium nervosarum, quæ periculosa sunt præ aliis propter Symptomatum catervam, præferendum Simplicitus omnibus, aliàs in Vulneribus Partium nervosarum decantatis. Singularis enim *vis nervina* consistit in *Balsamo Peruviano*, sive adhibeatur solum cum *Spiritu appropriato* dissolutum, sive mistum cum *Oleo Hyperici* & cum *Cerumine Aurium*, & sic fit *Unguentum* egregium *Vulnerarium*. Præterea Dolores Partium nervosarum ex interno Acido natos lenit, Lympham discutit, Membra paralytica ex laxitate & nimia humiditate Nervorum, Tendinum, & Ligamentorum, restaurat & firmat; sive solum cum *Spiritu Vini* imponatur, sive cum *Spiritu Salviae*, vel *Florum Anthis*, vel permisceatur cum *Oleo Lumbricorum terrestrium* & *Formicarum*, vel etiam *Oleo destillato Salviae*, & illinatur Spinæ Dorsii & Partibus affectis: & sic egregium erit *Balsamum Peruvianum* in Paralyti, Dolore Ischiadico, & similibus Affectibus. Uterius externè in Affectibus Stomachi, in nimio Vomitu, &c. est egregium, regioni hujus illitum; sive solum, sub formâ *Unguenti*, cum *Oleo Nucis moschatae*, vel *expresso* vel *destillato*; sive cum aliis in specie *Emplastro de Ladano Cratonij*, vel in specie cum *Emplastro de Tacamabacâ* applicatum. Formula elegans & multi usus D. MICHAELIS est hæc:

℥. Empl. de Ladan. Craton.

Tacamabac. an. q. l.

Malaxentur cum f. q. *Balsami Peruviani* pro *Emplastro* in formâ usitatâ *Scuti stomachalis*.

Hoc *Emplastrum* est expertum in Vomitu, Singultu, ac Cholera, & imprimis in Dolore Ventriculi nimio, & hu-

sumo *Syriaco* substituere non vereantur. *Nicolaus Monardes.*

P R Æ P A R A T A.

Spiritus ac Oleum stillatitium. Fit per arenam ex retortâ l. ign. Sic exstillat post roridam Aquam, Oleum clarum instar Sacchari candidi coagulabile (*Spiritus*.) 2. Post flavescere incipit igne fortiori (*Oleum*) 3. In Retortâ manet materia instat Colophoniz.

CCCLXXVI. BDELLIUM.

Bδέλιον, Belchon, Malathram, Maldacon seu Madelon. Lacryma est Arboris cujusdam spinosæ nascentis in Arabiâ, Indiâ, Mediâ. Videatur *Matthiol. Cord. hist. Casalpini. Fragos.*

Probatur gustu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, subamarum, facillè mollescens, syncerum (*Particum* nominant.) Reprobatur fordium, nigrum, in offas convolutum, quod *Adrobalon* nuncupatur.

N. Sunt qui *Gummi Animè* legitimum Bdelium esse putent.

Vires.

iusmodi aliis Stomachi Affectibus.

Non minùs etiam *Balsamum Peruvianum* convenit in Affectibus Intestinorum dolorificis, uti etiam in Flatulentis, illitum extrinsecus Umbilico, sicut Dolores, & Flatulentias dissipat. *Clysmatibus* etiam in Dysenteria commode permisceatur: Conf. *M. A. N. C. Ann. 3. Obs. 77. pag. 138.* & *VELSCHIUS Medicin. C. 1. Obs. 79. annexo Anno 4. & 5. M. A. N. C.* In Doloribus & Tumoribus Partium est egregium; si scilicet permisceatur cum *Spiritu Vini* & applicetur Partibus dolentibus, & Articulis affectis, & tumentibus; & nihil hac Misturâ efficacius & melius esse dicitur. *Specificum* etiam est in Doloribus Artuum ex Contusionibus & læsionibus Nervorum abortis, teste THONERO in *Observ. pag. 203.* In Ossibus quoque fractis, permistum cum aliis Remediis ad Fracturam Ossium conducentibus, est egregium, si applicetur super locum Fracturæ; imprimis si misceatur cum *Extracto Symplysi*, & addatur *Pulvis Osteocollæ*, & sit egregium *Unguentum ad Ossium Fracturam*. In Rheumatismis, & inde oriundis Doloribus, cum Catarrhus incidit in Membrum quoddam, *Balsamum* hoc non sine commodo illinitur. Commode substituitur *Oleo destillato Succini* in Affectibus Capitis & Nervorum: omnibus enim in genere scopis convenit, ad quos Oleum hoc laudatur; cum non tam vehemens sit, quàm Oleum illud. Hoc nempe in Apoplexiâ, Affectibus Capitis Catarrhalibus, Vertigine, & similibus, inunctum Vertici est expertissimum: quoniam verò ratione Odoris graveolentis est infestum, à quibusdam loco hujus substituitur *Balsamum Peruvianum*, quod Odoris suavitate satis se commendat; de quo videatur HEINRICUS AB HEER *Obs. 17.* Hinc cum hoc ipso convenientissimè malaxantur *Emplastra Cephalica, Stomachica, & Uterina*. Denique Spinæ Dorsii inunctum, vel etiam regioni Stomachi, proficuum est in Rigoribus & Horroribus Febrilium Intermittentium, in specie in Quartanis; quæ ratione Rigorum & Concussionum sunt molestæ satis.

Præparata videantur in *Autore*: si misceatur cum *Sale Tartari*, & affundatur *Spiritus Vini* suggerit elegantem *Tincturam Stomachico-nervinam*, gustu acrem, & propter copiosos, quos excitat, Ructus nonnihil nauseosam, sed proficuum; scilicet ad imitationem WILLISII *Pharm. Rat. Vol. 1. pag. 81.* hoc modo præparatur, qui ex *Balsamo Tolutano* cum *Tincturâ Tartari Essentiam* seu *Tincturam* extrahit. (T)

CCCLXXVI. BDELLIUM. Bdelium est Gummi vel Lacryma ex Arbore crescente in Asiâ, Mediâ, & Arabiâ: parùm fragrans, pellucidum & purum. De electione videatur AUTOR.

Internè rari est usus, utut commendari soleat in Affectibus Pectoris pro temperandâ Lymphâ acidâ & acri, quæ sæpius est autor Affectuum Pectoris, Tussis, Raucedinis & Asthmatis.

Externè in *Emplastro Nervina & Styptica*, ut vocant, in Vulne-

(T) *Balsamum Peruvianum dictum triplex est.* Primum Album & *Balsamum incisionis dictum: incisione enim destillat ex trunco & crassis ramis Fruticum quorundam Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani. Resina est alba, liquida, odora, atque Opobalsamo, seu vero Balsamo albo assimilatur.* Secundum dicitur *Balsamum Siccum, quod lactis formâ destillat ex ramis incisis, in Cucurbitularum quarundam testaceum & siccum Corticem, ubi concrevit ac calido loco ad aquei liquoris evaporationem detentum, colorem mutat, ac ad rubrum vergit: hoc vulgare est Balsamum Peruvianum.* Tertium denique *Balsamum lotionis, seu potius ebullitionis, eo quod ebullitione Corticum, Ramorum, & Foliorum Fruticum prædictorum paratur: colligitur enim sub formâ pinguis materiæ supernatantis, & pbialis asservatur: hoc à colore fusco & fluxilitate, Balsamum nigrum liquidum, Peruvianum nuncupatur.*

Vires . Calfacit & siccit (N. Aliis calfacit 3. siccit 2. aliis calfacit 2. humectat 1.) digerit, discutit, Sudorem movet. Usus præcipuus internè in Tussi ac Pulmonum Apoptemate, Calculo atterendo, Urinâ ciendâ, Menfibus immodicè fluentibus, ut & in Fluore uterino sistendo, Fœtu expellendo. Extrinsicè discutit Hernias, mollit durities ac Nervorum nodos, adeoque creberrimi usûs est in *Emplastris Stypticis*.

N. Contusum solvitur affuso *Vino*, *Aquâ calidâ* aut *Aceto*.

P R Æ P A R A T A .

Pilula de Bdellio . Ex Bdellio, & Myrobalanis.

N. Sistunt fluxum Hæmorrhoidum ac Mensium.

CCCLXXVII. BENZOIN .

BEnivi, *Garz*, Benivinum, Belzoinum, Benzoinum, *Matthiol.* vulgò *Afa dulcis*, *Cord. bist.* (Succus Cyrenaicus, quo nomine tamen *Asam fetidam* indigitant,) Germ. *Wolriechend Asand*. Gall. *Du Benzoin*. Resina est citrinescens vel flava, ceu variis ex frustulis diversorum colorum in Massam redacta, benè odorata, facilis liquatu ac fractu. Stillat ex Arboribus certis magnitudinis proceræ, quoad Corticem fauciat.

Amygdaloides, quòd Maculas candidas refert instar Amygdalarum delibratarum . Colligitur in Sion & Samariâ .

N. Hanc *Myrrham Troglodyticam Dioscoridis*, *Amatus* censet.

Nigrum: Odorem suavissimum spirans. Exsudat ex novellis Arboribus . Dicitur *Benivi de Bonias*, quasi de Floribus .

Nigrius: parùm fragrans, quod vilius .

Vulneribus recentibus usitata, recipitur .

Pilula de Bdellio propter vim ejus *adsfriçtoriam*, in Fluxu hæmorrhoidali nimio, ac fluxu nimio Mensium, commendantur, si ʒj. propinetur; potenter namque Fluxum inhibere nimium dicuntur, imprimis si accedat *Suffusus Bdellii*, receptus per Anum . Videre potestis de hac efficacità *Pilularum SOLENANDRUM Sect. 4. Conf. 20. & FORESTUM lib. 23. Obser. 5. Scholio*, non minùs quam *RIVERIUM in Practi pag. 511.* qui omnes constanter asserunt, magnam illorum esse usum in Hæmorrhoidibus nimis fluentibus . (V)

CCCLXXVII. BENZOIN. *Benzoë* ab aliis communiter vocatur *Afa dulcis*; nihilominùs *Afa dulcis & Afa fetida* sunt duo *Gummata* omninò distincta & discrepantia. Nostra interim non est eadem cum Veterum *Benzoë*. Collectionem & selectionem sufficienter describit *AUTOR noster*.

Internè speciatim valdè commendatur pro Pulmonibus, adèd ut non incommodè vocetur à *BARTHOLETO Balsamum Pulmonum*, qui *Lib. 5. de Dyspn. C. 1.* multa habet de *Benzoë* in Affectibus Pectoris & Respirationis vitiis. Convenit enim *vi aromaticâ* tam in temperando *Acore Lymphæ catarrhalis*, necnon in Vulneribus & Ulceribus, Phthisi Pulmonum, & in genere in Tussi & Asthmate, quàm *vi balsamicâ* restituendo & confortando Pulmones . Aliàs internè rarò adhibetur; externe frequentius .

1. Admiscetur *Pulveribus Sternutatoriis*, propter gratum Odorem, & vim, quam habet, errhinam seu sternutatoriam .

(V) *Magnæ inter Autores de vero Bdellio discordia* . *Globæ taurino Glutini similes, colore ex fusco rufescentes, molles, & tenaces, sapore amaræ, viscidis, flammam cum crepitu concipiunt: inter quas bacilli spinosi reperiuntur: ex Dioscoride*.

Plinius lib. 12. cap. 9. ait in *Bactrianâ* *Bdellium Arborem nigram esse, magnitudine Oleæ, folio Roboris, fructu Caprifici naturæque* . Gummi alii *Brochon* appellant, alii *Malacham*, alii *Maldacon*; nigrum però & in offam convolutum *Hadrobolon* . Esse debet translucidum, simile *Ceræ odoratum*, & cum fricatur pingue, gustu amarum citra acorem . Notat *Cl. Harduinus ad hunc locum, quod sub Bdellii nomine nunc prostat in Officinis Gummi, adulteratum esse: ac sincerum putat, quod à Lusitanis Anime vocatur: additque Bactrianum Indicumque Bdellium, Benioinum Officinarum esse. Quumque ait Plinius Bdellium adulterari Amygdalâ Nuce, notat laudatus Harduinus Amygdalam banc Nuce, esse Benioinum illud, quod Amygdaloides vocant* .

A Galeno sæpè Onyx Bdellium dicitur, quod Onychem, hoc est Indici Conchylis restam, si uratur redoleat. Sunt qui Myrrham pro Bdellio accipiendam esse putant .

Ex *Pometii sententiâ* *Bdellium videtur Gummi illud; quod inter grana Gummi Senega appellati reperitur, nec fusoni subjacet, quemadmodum Senega* . Gummi autem *Senega nomen trahit à Mercatorum Gallorum Conventu in Africâ prope Viride Promentorium, Senega appellato, additque illud idem esse, ac Gummi Arabicum* .

At *Dominus Lemery ait, Bdellium Gummi esse flavescens, vel rubescens, quod ex Arbore extillat spinosâ, Bdella appellatâ, in Arabiâ, Mediâ, & Indiâ nascente* . Foliis hæc gaudet *Quercis, Frustibus Caprifici, non ingrati saporis* . *Seligendæ lacrymæ ovales, translucidæ, rubescentes, quæ facillè mollescant, odoræ gustuque subamaro* . *Bdellium Oleo & Sale volatili acido turget* . *Eo utuntur ad Catamenia promovenda: at Pilulæ de Bdellio nimium Mensium & Hæmorrhoidum fluxum sistunt: an quòd Myrobalanos admittant?*

N. Commisceri solent, ut unâ commodiùs vendantur.

Optimum censetur pellucidum, globulis candidis refertum, Thuris æmulum, suavissimè spirans, nec heterogeneis inquinatum.

Vires . Calfacit & siccit 2. incidit, attenuat, Pulmonicum est . Usus præcipuus intrinsicè in Affectibus Pulmonum catarrhosis, Tussi, Asthmate . Extrinsicè in Cerebro per Sternutationem expurgando, in Odontalgia (masticando), in Tuberculis ac Rubore Faciei, abstergendo: ob suavem insuper halitum creberrimè *Suffumigiis* commiscetur.

N. 1. Si Suffitus ex solo Benzoino paratur, Tussis excitatur.

N. 2. Solvitur in Oleaginosi ac Spiritu Vini rectificatissimo, ut & in Ovi Albumine, Aëri humido ad liqueendum exposito .

P R Æ P A R A T A .

1. Magisterium .

R. *Benzoin* . Solve in *Spiritu Vin. rectificatissimo* . (NB. nisi Spiritus Vini fuerit omnis Phlegmatis expers, nihil effeceris): Solutioni affunde Aquam, & præcipitabitur *lactescens Benzoinum*: lava *Aqu. Rosar.* ac exlicca.

N. 1. Unius horæ spatio Solutio hæc absolvi potest, calore MB. saltem adhibito.

N. 2. Poteris itidem Spiritum Vini abstrahere sine affusione Aquæ.

N. 3. *Magisterium* hoc non est nisi *depuratum Benzoin*.

N. 4. *Solutio*, quam *Tincturam* nonnulli vocant, Manus abstergit, candidasque reddit .

2. Flores .

R. *Benzoin trit.* q. v. inde Ollæ vitreatæ desuper ponendò Py-

2. Est egregium *Cosmeticum*, seu Maculas Faciei abstergens .

Modum utendi postmodum . Aliàs in manu detenta *Benzoë* arcere dicitur Torporem & Stuporem, quem inducere solet *Torpedo piscis*; de quo notum est, quòd torpidos & stupidos reddat Piscatores: quam experientiam tribuo *JOHANNI STEPHANO*, qui videatur in *Operibus Miscellan. pag. 422. Suffitus* etiam adhibetur pro Affectibus Catarrhalibus, & Pectoris, pro sedandâ Tussi, Raucedine, & Asthmate, &c.

Præparationes Benzoës variæ sunt .

2. 3. Inter has se offert *Solutio rubra, Tinctura* aut *Essentia Benzoës* dicta, quæ paratur cum *Spiritu Vini rectificatissimo*, vel *tartarificato*, & prodest internè in Affectibus Pectoris: sed hæc quoniam facillimè præcipitatur à quovis *Liquore*, ferè externo solùm usu inservit. Egregia quoque est in Odontalgia cum Bombace Denti indita, quæ etiam paucâ *Essentiâ Opii* potest acui . Hæc *Aquæ Rosarum* vel alli instillatâ, in momento emergit *Liquor lacteus* egregium spirans odorem, atque est elegans & efficax *Cosmeticum* contra Maculas Faciei: quin & Manus purificat, Maculas detergit, & Cutim nitidam, candidam, & glabram reddit, si mane & vespere eadem Manus laventur, & per se exsiccentur; mane verò *Aquâ communis* abluantur . Cum *Spiritu tartarificato* parata etiam Rubedinem & Pustulas Faciei curat .

1. Ex hæc *Tincturâ* cum *Aquâ simplicis Magisterium* seu *Resina* præcipitatur, quæ eluenda & blandè exsiccanda.

2. Post *Magisterium* sequuntur *Flores*, qui sublimantur è *Benzoë* pulverifata per Crucibulum Igne arenæ, imponendo

Pyramidem ex Chartâ duplici formatam, admoveque paulatim Ignem lenem Carbonum vel Cinerum: sic sublimabuntur Flores, Chartæque adhærescent, quos sæpius exime, ne rursum decident.

Dosis à gr. iij. ad ℥ss.

N. Sunt qui Flores in Spiritu Vini rectificatissimo solvunt, Solutionemque pro Tincturâ venditant.

(Tinctura Florum Benzoini pro mundificando Sanguine adhibetur, & Potionibus Vulnerariis miscetur.)

Florum Benzoini perfectior modus.

℞. Benzoin. pulv. ℥j.

Spir. Vini opt. ℥xx.

Destilla per Retort. in Arenâ.

Spiritum Vini seorsim primò exprime.

Butyri partem primam & albidiorum solve in Aquâ fervente, & citissimè per Chartam cola, & mox sub ipsius manibus Flores coagulari videbis: cum nigriori Butyri parte eodem modo procedes, sed Flores non adeò elegantes habebis. Aquam residuam Aquâ Frigidâ in suo Vase impone, & sensim descendet Lac Album, ejusdem cum Floribus virtutis.

Pòst Butyrum superius pelle ulterius, & habebis Oleum Benzoin, cum Cineribus vel Calce vivâ rectificandum.

Ex communicatione Cl. Dn. D. Job. Casparis Faustii, Archiatr. Palatin. Amici mei colendi.

3. Liquor.

Fit in Albumine Ovi cocti ut suprâ. Abstergit Maculas, fignataque è Lue Venereâ contracta.

4. Oleum.

℞. Benzoin. pulv. ℥j. Spirit. Vini ℥liij. (vel iiii.) digere per dies (4. 5. 6.) dein adde Sabulum purum, vel Scoriarum Ferri ℥liij. destilla per Retortam ex Arenâ vel Cinere, Igne gradativo: hinc separa Oleum à Spiritu. Panth. bygiast. Deodat.

N. Spiritu Vini leniter abstracto, ascendit Materia gummea, candida, solida, quam vocant Mannam Benzoin. Hæc albificat Cuprum.

Alii

℞. Benzoin. pulv. ℥j. affundunt Acet. ros. in Ollâ benè clausâ, committuntque Igni ut fluant (odore id cognosces). Hinc affundunt novum Acetum fluereque sinunt continuo a-

gitando; tandem inspissari paulatim permittunt, immiscendo pro libitu Flores Rosimar. Lavend. Ros. Spic. Ind. ut & Sant. citr. in fine superfundunt Spirit. Vin. rectific. ac destillant ex Arenâ vel Cinere. Med. destill.

Alius modus optimus.

℞. Benzoin pulv. q. v. misce cum Sabulo ac imple Retortam ad medietatem: destilla gradatim ex Arenâ, & nancisceris Liquorem ac Oleum crassum instar Butyri. ℞. hujus (à Liquore separati) p. j. Aqu. pluv. p. xij. destilla in Cinere per Alembicum, & extillabit Oleum clarum & flavum ad fundum subinde secedens. Postquam pars media Aquæ extillabit, extinguitur Ignis, effundaturque Materia in Cucurbitâ relicta in Lebetem æneum, calfiatque optimè super Igne, affuso subinde Aquâ calidâ quadruplo: hinc filtretur per Pannum, repoponaturque Filtratura ad crystallifandum. Crystallinos collectos exicca lento Igne calore.

N. 1. Oleum illud rectificari poterit semel ac iterum ex Alembico cum Spirit. Vin. tartarifato, & evadit odore, saporeque gratius.

N. 2. ℥j. Benzoin præbet Olei ℥ij. Crystallorum seu Florum ℥j.

Modum hunc cum aliis non paucis acceptum refero Viro solertissimo Job. Casp. Sparre, Pharmacopœo hujus Reip. Seniori, affini meo colendo.

N. Sunt qui Benzoinum solvunt in Ol. Nucl. Cerasor. express. Solutionique admiscunt Ambram, Moscham & Zibettum, & exprimunt ad perfumandas, ut ajunt, Chirothecas.

Oleum Sam. Closs.

Ego (Sam. Closs.) Oleum Benzoin paro ad modum Deodati in Pantheo: Materia gummea, quæ post destillationem Spiritus Vini ascendit, est Flor five Crystalli Benzoini, qui collum Retortæ opplent, ac proinde bacillo removendi veniunt, ne Retorta frangatur: post Flores exit Materia butyracea, inde Acetum & Plegma Benzoini: sequitur Oleum hyacinthinum boni odoris, sed paucum, tandem Balsamum spissum Igne adaucto. Ex Floribus five Crystallis & Materia gummosâ cum Spiritu Vini Tincturam citrinam elicies, remanente Gummate albo in fundo Cucurbitæ.

Vires. Crystalli Sudores movent summâ cum utilitate in Lue Venereâ, si Decocto Guajacino permisceantur. Oleum Vulnerarium est, Balsamus vice Peruviani falsò divenditur.

5. Trochisci de Benzoin. Vid. Dispensat.

CCGLXXVIII.

nendo huic Pyramidem ex Chartâ crassiori confectam, Cuculli instar, ut orificio Crucibuli exactè respondeat, & sic partes subtiles, quæ in Igne elevantur in altum, Chartæ sub formâ siccâ adhærescent, & ita colliguntur Flores, qui Plumâ abitergantur. Sublimatio hæc, novam Chartam semper applicando, continuetur, donec tota Benzoë, reliquis impuritatibus, in Flores redacta fuerit. Facilis sunt præparationis: videatur ROLFINGII Chymia, & WEDLII Pharm. pag. 135. Alium adhuc præparandi modum AUTOR habet satis clarum.

Maximè commendantur in Affectibus Pectoris, Tussi siccâ nocturnâ Dyspnœâ, Orthopnœâ, &c. temperando Lymphæ catarrhalis vitia. Sic in Tussi inveteratâ & contumaci Experimentum habet AMATUS LUSITANUS in C. 6. Curat 90. qui recipit Flores Sulphuris, & Flores Benzoes, horumque tantillum singulis vesperis quotidie sub introitum lecti suadet assumere in Ovo sorbili, & curat feliciter Tussim & Athmata, contumacissimos Affectus, si per aliquot dies noctesque continuentur.

3. Liquor Benzoes fit, si, exempto Vitello, Albumen Ovi ad duritiem repleatur Benzoë; hoc sic repletum in loco frigido facit, ut abeat Benzoë in Liquorem per deliquium, qui Liquor est egregium Cosmeticum.

4. Sequuntur modi destillandi Oleum ex Benzoë, quorum aliquot quidem enumerat AUTOR. Verùm Oleum destillatum Benzoes haberi nequit: Benzoë enim, ut ut resinofum sit concretum, talis tamen est texturæ, ut in Igne tractata difficulter in Oleum destillatum suaveolens possit redigi; quin potiùs Substantia butyrofa empyreumatica elicitur, facile coagulabilis in Aquâ.

Optimus modus iste est, quem AUTOR aliis modis præfert, tertius scilicet; quoniam hoc modo acquiritur non

inelegans Oleum per se præparatum, quod rectiùs per Alembicum destillatum in Cineribus fit purum. Quid de Benzoini particulis sulphureis repetitâ destillatione depuratis referat THOMSON, videatur Epilog. Chym. pag. 78.

Crystalli autem parantur ex Benzoë, si hujus Frustula integra in Aquâ Rosarum, Florum Aurantiorum, vel Violarum macerentur, pòst Aquarum medietas abstrahatur, procedendo deinde more solito, & refrigeratis omnibus, reliquo corpori Lapilli eleganter adhærent, Pectori dicati: videatur BARTHOLETUS lib. 5. de Dyspn. cap. 1. Lapilli hi sunt partes salinæ in Benzoë solutæ per Aquas, quæ de novo congeruntur, & sub Crystallorum formâ relicto corpori adhærent. Cum Aquâ itâ destillatione abstractâ prodit simul Oleum, sed paucum, & pretiosissimum propter egregium odorem & virtutes; uti etiam in reliquâ Aquâ non abstractâ, sed nudè tantùm decantatâ, supernat Pinguedo oleosa elegantissima, quæ ipsâ Destillatione potest separari. Crystallus Benzoes in Spiritu Vini, à Magisterio ejus relicto, concretescentes videbitis in M. A. N. C. Ann. 2. Observ. 240. pag. 342.

In Autoris tertio & optimo modo destillandi Oleum Benzoes, additur alius modus præparandi Crystallus Benzoes, quæ tamen non sunt ita elegantes, atque eæ, quæ fiunt ad modum ex BARTHOLETO & VIGENARIO jam dictum.

Qui plura, præter AUTOREM, de Benzoes destillatione cupit, videat VIGENARIUM Tr. de Sale & Sulphure pag. 49. qui reperitur in Teatro Chymico Tom. V. ubi elegans Benzoes habetur Destillatio & tractatio: sicuti Destillatum ex Benzoë diversâ consistentiâ videbitis in BOYLE Hist. Fluidit. & Firm. pag. 106. (X)

Q 9

CCGLXXVIII.

(X) Benioinum, Benzoë, & Asa dulcis (ad differentiam Asæ sætidæ, de quâ suprâ), est Gummi quoddam resinofum, valdè odorum, quod incisione extillat Arboris cujusdam proceræ, Citrii foliis, in Indiâ, Siam, Cochinchina, Insulâ Sumatra nascentis: non desunt tamen qui è Plantâ ferulaceâ Benioinum extillare putant. Duplicis generis Benioinum ad nos affertur, Lacrymarum scilicet, vel Glebarum formâ. Primum clarum, purumque est, translucidum,

rim quantum ad prius, posito quod Venerem arceat, non tamen propterea necessario Frigiditatem concludi posse, argumento sunt *Ruta*, *Vitex* & sim. Nec firmior ratio posterior, utpote ab Operatione quæ per accidens fit, desumpta: quippe Inflammatio eo in casu non à Qualitate frigidâ introducitur, sed à subtili penetrativâ, Exhalationibus calidis exitum referante, atque per Sudorem, insensilemque Transpirationem discutiente.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum Camphoræ*.

R. *Camphor.* ℥i v. *Terræ argillaceæ*, vel *Boli Armen.* M. ij. (alii R. *Camphor.* part. 1. *Argill.* p. 3.) . Misce diligenter, & ex Malsâ mixtâ forma Globulos, quos in Sole vel Umbrâ exsiccatos destilla in Arenâ ex Cucurbitâ vel Retortâ vitreâ (in Excipulum, quod contineat, si libet, aliquid *Aquæ pluv. destillat.*) . Sic prodis primùm quiddam *Album*, mox *Aquæ perspicua*, tandem Igne fortiori *Oleum fragrantissimum*. *Oleum* hoc cum *Spiritu Vini* bis rectificatum, aureum colorem acquirit.

Cornu Cervi an. gr. jv.

Camph. gr. iij.

Misce, fiat *Pulvis*.

Ubi autem Ægri sunt inquieti, quando Cordis angustia laborant, jactitant se in lecto, nec sudare possunt, cum *Vigiliis*, *Laudanum opiatum* addo.

Porrò in Febribus Acutis Malignis, ubi Spiritus quasi ignei seu fervidi redditi, indeque inordinatè moti, unde *Vigiliæ*, *Deliria* & *Convulsiones* superveniunt, *Camphora* in expansiones debitas & magis ordinatas eos iterum redigere solet, internè & externè adhibita; *narcoticam* enim vim obtinet, quâ Spirituum animalium impetum inordinatum refrænât, eosque ad blandam quietem disponit. Hinc in *Deliriis melancholicis habitualibus*, sive cum sive sine Furore, præmissio Vomitu, rarò fallit, & Spiritus in naturalem crasin redigit, ubi cum *Saccharo Saturni* & *Arcano duplicato Mysicibii* misceri potest. PARACELSO in usu pro dictis affectibus fuit cum *Oleo Moschi*, qui Practicus est accuratissimus.

Dico autem in *Deliriis Chronicis habitualibus*: nam & in his semper unâ Spiritus insiti affecti sunt; unde Morbi hi curatu difficiles, & in postero etiam transplantabiles existunt. In talibus casibus igitur *Camphora* longè potentiùs, quam *Opium*, quod hic potius nocivum est, Spirituum crasin morbosam, & inde dependentes ataxias vitiosas, corrigat. Ergò ad Spiritus animales conservandos, eosque acriores, fervidiores & nimis impetuosos redditos, unde Pathemata dicta superveniunt, *Camphora* præ aliis Simplicibus Spiritus immediatè afficit, & eosdem sine Contentorum alteratione præviâ optimè corrigit.

Præter Spiritus autem influos in Morbis acutis à Contagio labefactos, in crasin naturalem redigendos, conservandos, & à Contagio ulteriùs præservandos, convenit etiam in Spiritu insito seu Balsamo partium vitali restituyendo; unde Putredini incipienti in vivis, ut *Gangrænæ* & *Sphacelo*, in *Ulceribus* & *Vulneribus* putridis, fœtidis, aut ad Putredinem inclinantibus, præ aliis potenter resistit, & vi balsamicâ Spiritum partis insitum roborat, Partemque affectam sartam testamque conservat.

Porrò *Diureticum* præbet validum. Ulteriùs sunt qui, juxta communem sententiam, *Camphoram Mares castrare*, & *Venerem arcere* asserunt; unde natus *Verficulus* scholasticus:

Camphora per Nares castrat odore Mares.

Sed falsissimum est, & sufficit hunc *Verficulum* refutat TACHENIUS loco alleg ubi de viribus *Camphoræ*; & confirmat, quòd Refinatores *Camphoræ Venetiis* (uti & *Amstelodami*) sint maximè salaces, & copiosissimam progeniem alant. CRUGNERUS in *Tr. de Abiete* cap. 3. pag. 31. refert, quòd *Camphora* ℥ss. in *Spiritu Abietis* ℥iv. Venerem concitare solet. Quòd tamen extinguat Venerem curiosa est Observatio LOSSII, quam habet in *Obs.* pag. 31. 4. quòd etiam pertinet, quòd habet HILDESHEIM in *Spicilegio* pag. 149. de *Affectibus Capitis*, quòd scilicet *Camphora* Pudendis alligata & in Brachio gestata, Membrum Virorum flaccidum facit. Utrinque ergò cum prostant Experimenta, rem in medio relinquo. Hoc interim certum est, in *Gonorrhœâ* ex turgescente Genitura, & imprimis Gallicâ Virorum, maximè prodesse; quòd ipsum an sit, quòd abumat Genituram, vel quòd probabilius est, quòd compescat turgescentiam, & abumat Acidum, quo Genitura est imprægnata in *Gonorrhœâ* malignâ, ut inde fiat

Tom. IV.

N. 1. Eodem modo destillari potest cum *Terra communi*.

N. 2. *Album* illud sublimatum liquecet in Alembico, & defluet in Excipulum.

N. 3. Non opus est formare *Globulos*, sufficit enim Materias solum miscuisse.

Vires. Vires ex superioribus collige. Optimum insuper Remedium est in *Gangrænâ*, ac *Odontalgia*. Hoc *Oleum* affusum super *Talcum subtiliss. pulveris.* (melius *calcinitum*) biduanâ in MB. maceratione albescit, *Virginibus* ad nitorem Faciei egregiè inservit. *Sennertus in Instit. Hartmannus in Pract. Tentzelius, Sala.*

2. *Oleum Camphoræ*. Paulo aliter.

R. *Camph.* p. 1. *Boli* p. 2. Pulverifata misce & destilla ex Retortâ vitreâ loricatâ, vel Igne Arenæ, & prodibit *Camphora* instar *Butyri*. Hujus R. part. 1. *Tart. optimè calcinati* part. 2. *Spirit. Vin.* ad eminent. dig. t. Dest. per MB. donec *Camphora* incipiat ascendere, quo dato signo, subtrahe Ignem & effunde *Spiritum Vini*, qui extillavit, in Vitrum angustî orificii, affundeque *Aqu. fontanæ* quantitatem, sic lactescet

Spi-

Genitura tenuis? itidem in medio relinquo. In tali *Gonorrhœâ* Virorum est experta *Mistura*, quæ fit ex

Spiritus Terebinth. ℥ij.

Sacch. Saturni ℥ss.

Camph. ℥j.

M. S.

Singularis *Mixtura* contra *Gonorrhœam*, cujus *Dosis* sunt 15. vel 20. guttæ.

Hinc & in Furore Uterino *Camphora* est egregium Remedium, si accensa toties in Potu ordinario extinguatur, quoties necessitas expostulat pro *Liquore* imprægnando; quòd ipsum ceu expertum commendat HORSTIUS, uti videre potest in *Cent. 3. Epist. BARTHOLINI pag. 147.* *Passionibus Hystericis* obnoxiiis eodem modo extincta in Potu vel *Aquâ* propinata, maximè quoque confert; sicut & *Camphoræ* ℥j. in *Aquâ appropriatâ*, in quâ solvitur, valdè commendatur à RIVERIO in *Praxi*; quinimò Medicamentis aliis permiscetur. Sed hoc cum distinctione intelligendum est, quia non omnes ferunt *Camphoram*. In *Paroxysmo Epileptico* *Camphora* est egregia, & quidem in *Paroxysmo* miscetur cum *Laudano opiato*, & appropriato.

Non mirum esse debet, quòd *Camphora* profit in Furore Uterino, utpote *Delirii* specie, quia similiter in *Maniâ* est egregia. Propterea etiam HILLERUS ad *Maniam* externè præscribit abluitionem Temporum cum tali *Liquore*:

℥. Spirit. Vini ℥viiij.

Camph. in eo dissol. ℥j.

Imponatur *Nodus* ex *Opio* ℥ij.

Moschi gr. iv.

Hic *Liquor* Temporibus applicatur, & Naribus admoveatur ad conciliandum Somnum.

Qui plura cupit de vi *Camphoræ in Maniâ*, videat scriptum PENOTI.

In Febribus Malignis cum *Vigiliis*, & *Delirio*, vel incipiente, vel confirmato, maximum levamen adfert, cum *Epithematis*, Fronti applicandis, ad aliquot grana permista. Certè mirabiles præstat effectus, si singulis horis *Epithema* renovetur. Ex *Aquâ Spermatis Ranarum* nempe, *Aquâ Solani*, *Aquâ Sempervivi majoris*, &c. aliquot uncis, cum *Papavere albo*, fiat *Emulso* tenuis, cui additur *Camphora*, pro *Epithemate Cephalico*; vel cum *Aquis dictis* miscetur *Sucus Cancrorum fluviatilium*, & additur *Camphora* pro simili usu in Morbis Malignis. Certè miranda vidi à tali *Epithemate* in quodam desperatè decumbente. Non incommodè etiam adhibetur in aliis Febribus, item in *Agrypnâ* compescendâ & suavi Somno inducendo, utut olfactu arcere dicatur propter gravem & penetrantem Odorem. Dolores etiam *Podagricos*, & *Affectus Articularum* mirè sanat *Camphora*, imprimis si dissoluta in *Spiritu Vini* applicetur, qui *Spiritus Vini camphoratus* applicatus *Articulari Arthritide* affectis mirè præstat in tali casu. Unde etiam *Camphora* solet præscribi in *Unguentis Podagricis* & *Linimentis* contra *Articularum Dolores*. In arcendâ *Gangrænâ* & *Camphora* est expertissimum Remedium, & ardentissimos Dolores mitigat. Præcordiis *Camphora* applicata, mira facit in *Affectibus Ventriculi*. Sic fuit quidam Æger, qui afflictus fuit desperatâ *Cholerâ*, in qua per quatuor dies, *ἀνα & κάτω*, *sursum & deorsum*, omnia ingesta Alimenta, & Medicamenta cum impetu rejecit; curatus tamen fuit Æger talis, (utut periculossimus status ejus fuerit, quoniam per quatuor dies *Malum* duraverat) per *Spiritum Vini rectificatissimum*, ab

Q 9 2

Herbis

N. Sunt qui in *Aquâ Forti Camphoram* dissolutam pro *Oleo* vendunt, cujus equidem usum internum nemini suadeo. Extrinsecus autem adhiberi solet in *Dolore Dentium*. Hoc *Oleum* tandem rursus in *Camphoram* coalescet. *Med. destill.*

Nonnulli in Peste hoc deprædicant.

R. *Camphor.* cl. ℥iſſ. *Sal. Absynth.* ℥iij. M. diligenter & macera per diem unum ac alterum *Vase clauſo*. Hinc destilla per *Retortam*, iterum *Sal. Absynth.* ℥i. admisce, *Oleum* rursus affunde per dies 3. digere atque hinc denuò per *Retortam* destilla.

Alii

R. *Camph.* p. i. *Spir. Terebinth.* p. ij. destillantque bis cohobando.

Oleum Camphoræ cum *Bolo* per *Retortam* destillatæ guttas x. *Furorem maniacum* aliquot horarum spatio sistere dicit **PRÆVOTIUS**.

Imprimis *Oleum Camphoræ* desiderari solet propter vim cosmeticam; nam *Camphora* est egregium *Cosmeticum*. Cum enim notum sit, quod *Affectus Cutanei*, & *Maculæ Faciei*, imprimis oriuntur ex *subtili Acido*, ex depravatione *Alimenti* in *Coctione tertiâ*, vel propter læsam *Transpirationem*, non mirum si absumpto *Acido* tales *Maculæ* disparescant.

Aliàs pro *Oleo Camphoræ externo* optimum est, si assumatur *Oleum Amygdalinum*, in quo solvatur *Camphora*; radicaliter autem non potest solvi, sed in *Aquâ* denuò prodit: nihilominus commodè usurpatur in *Odontalgia*, si applicetur *Denti dolenti*; vel indatur *Denti carioso & excavato*.

Alii pro usu externo, *Oleum Camphoræ compositum* parant, præsertim in *Doloribus Articulorum à frigiditate*:

℥. *Sapon. Venet.*

Camph. ana part. æqu.

Miscent probè, & ex *Retortâ vitreâ*, *Igne supra & infra* adhibito pellunt; quod prodit, sponte solvitur in *Oleum*, valde utile in *Doloribus Brachiorum*, & *Passione Colicâ*, si *Umbilico* inungatur.

2. *Liquor Camphoræ* (habet quidem **AUTOR** alios modos) fit, si in *Albumen Ovi* ad duritiem cocti indatur *Camphora*, & in loco frigido ita dissolvatur in *Liquorem*; qui *Liquor Camphoræ* est egregius. *Quidam* per *Alembicum* prodire affirmant, nec ampliùs reduci posse.

(Y) *Satis superque de Camphoræ naturâ & viribus Autores nostri. Hæc tamen non abs re fore existimavi ea adde-re, quæ Mattheus Sladus ad Cl. Paulum Boccone, ex fide digni Viri relatione, de Camphorâ scribit. Duplicem facit Camphoram, è Japoniâ anam, alteram ex Borneo. Prima elicitor ex Arboris Juglandem representantis Radice, quæ in frustula concisa, sartaginibus, modica affusâ aquâ, imponitur, hinc lento igne supposito, illam evaporare faciunt in superposita capitella ex viminibus contexta: quod his adhæret, Camphora est, quæ ubique in Pharmacopoliis prostat. Altera Camphoræ species in Horneo Insulâ ab Arbore minori, nodoso trunco, & sambucinâ medullâ sarsâ, atque Liono incolis dictâ, profertur. Quum Arbor hæc ὄρυζ, hæc est Camphorâ turget, noscunt sub ortum Solis, admoto aure; frepitem enim non obscurum in trunco percipiunt: tunc Arborem amputatam in partes findunt, ad Solem exsiccant, siccitas in particulas comminunt, & Camphoræ frusta eximunt, cribroque à sordibus purgant: si majuscula frustula offenderint, his Oculos leniter confricare solent. Hæc Camphoræ species priori multo pretiosior, clarior, & perspicua magis est, nec ut alia sponte evanescit, & consumitur.*

Accuratissimum de Camphorâ Dñi Lemery Commentariolum habemus in Actis Regiæ Scientiarum Academiæ Anno 1705. Nos contenti erimus ea hic transcribere, quæ ex eodem in elegantissimam (ut suum est incomparabile ingenium) Synopsis redegit Cl. Fontenelle in Historiâ ejusdem Anni. Camphora (vel Caphura à Capur & Caphur vocibus Arabibus) Resina est extillans ex trunco, & crassioribus ramis Arboris, Nuci Juglandi similis, quæ in Insulâ Borneo, & Chinesum Imperio reperitur. Coagumentum ad Arboris basim formâ exiguorum Granorum, friabilium, levium, alborum, transparentium, odore forti & penetrante, gustu acri ad amaritatem tendente, atque os excalescens præditorum. Massa ex his Granis coalescens, si digitis prematur, facillè dissolvitur: atque ea est quæ summâ diligentia collecta Camphora rudis appellatur. Hanc repurgant, perficiuntque Batavi, sublimatione lento igne factâ, quâ purior pars elevata, atque à sæculentiis in fundo remanentibus secreta, leni calore solvitur, & in orbiculares formas redigitur. Camphora summè est accensibilis, inque Aquâ ipsâ ardet: quare inter Græcorum Ignium (quorum summus apud Antiquos usus) componentia primas obtinebat. Diu integra servari nequit; partibus enim tenuioribus evolutibus, sensim ejus moles imminuitur: hinc Mercatores Lini Seminibus involvunt, ut horum visciditate illius volatilitas refrænctur: malè igitur sibi consulunt, qui Piperis grana commiscunt.

Camphoræ principia componentia (quæ Oleum & Sal volatile esse videntur) aded arde seipsa complectuntur, ut quâcunque adhibita Chymicâ industriâ, impossibile fuerit Domino Lemery illa, absque extraneâ materiæ additione, se-jungere: ita ut illius naturam solis Diffolutionibus & Sublimationibus quomodocumque rimari fuerit contentus.

Primum id notat, Camphoram Liquoribus aquosis & phlegmaticis non dissolvi, sed tantum sulfureis: quod cum omnibus sulfureis Mixtis commune habet.

Si incendatur Camphora Spiritu Vini soluta, flamma exurgit cærulea, à Spiritu scilicet Vini, qui primus confla-grat: hæc autem sensim ex conflagratione in auras abeunte, Camphora in massam cogitur: nec Spiritu jam consumto, flamma extinguitur, sed adhuc perseverat, albida tamen, utpote quæ ex solius Camphoræ incensione alatur. Si tamen eadem Camphora Spiritu Vini soluta in Aquam infundatur, Camphora in candidissimi Butyri speciem revertit: Aqua enim Vini Spiritum, quo dissolutæ Camphoræ particule continebantur, enervat.

Nemini obscurum est, Vini Spiritum & Spiritum volatilem Salis ammoniaci simul commistos, in Coagulum salis firmum abire. Dñus Lemery in Solutionem Camphoræ ope Spiritus Vini factam, infundit Spiritum Salis ammoniaci Sale Tartari paratum; illic abissimum inde Coagulum resultabat: at si eadem Camphoræ Solutio in Spiritum

3. *Essentia Camphoræ alexiteria.*

R. *Camphoræ* q. s. solve, cum *Amygdalis dulcibus* scilicet digerendo, *Colaturam* cum *Spiritu Vini* aliquandiu circulatam destilla denuò, ut abstrahatur *Spiritus Vini*: residuo adde *Tincturam Croci* ad aureum colorem usque inducendum.

Vires. Mirabilis est ad præcavendam & curandam *Pestem*, item in *Suffocatione Matricis*, & *Febribus*.

Dosis gut. 1. ac altera. *Tenzelius.*

N. 1. *Spiritus* ille abstractus haud minori cum successu in usum accersiri poterit.

N. 2. *Quercetanus* elicit ex *Camphorâ* *Essentiam* cum *Aquâ Vitæ tartarizata*. *Pharm. rest. cap. 26.*

4. *Trochisci de Camphorâ A.*

CCCLXXIX.

Quidam in secretis habuit Liquorem Camphoræ Antipeſt-lentialem ex

Camphoræ ℥j.

Album. Ovor. ℥vj.

quæ duo destillavit per *Retortam*, & *Liquorem*, qui prodit, cum *Spiritu Vini* cohobavit, pro eleganti *Remedio Antipeſtifero*.

Spiritus Vini camphoratus, vel *Spiritus Vini rectificatissimi* ℥j. cui additur *Camph.* ℥j. singulare *Remedium* est in quibus-cunque *Inflammationibus*, & *vi anodynâ* omnes *Dolores* sopit: hinc in *Podagrâ*, & *Articulis Arthritide affectis*, maximè prodest pro sistendo *Dolore*, & pro dissipando *Tumore*, quoniam *Acidum* absorbet, quod in *Articulis* gubernans *Dolores* inducit *arthriticos*. Item in *arcendâ Gangrænâ*, & *Putredine* incipiente & confirmatâ, non secus *Sphacelo*, *Ulceribus*, & *Vulneribus putridis, foetidis*, aut ad *Putredinem* inclinantibus, frequentius applicatus, egregium est *Remedium*, imprimis si *Alôe* & *Myrrha* fuerint addita. Cum *Aquâ appropriatâ* est expertus in *Guttâ rosacæ*, & in *Varis*, *Furunculis* sive *Pustulis*. Prætereâ quoque convenit in *Cholerâ*, *Colicâ*, in *Contracturis* ex *Colicâ* seu *Pareſi* ut vocant, similibusque partium externarum & internarum *Affectibus*; in *Cholerâ* imprimis desperatâ, ceu ultimum *Remedium* applicatur calidè cum *Linteo* multiplicato. Potest *Camphora* etiam solvi in *Spiritu Theriacali*, & sic fit *Spiritus Theriacalis camphoratus*, qui est tertium *Ingredientis Mifuræ Bezoardicæ*, seu *Mifuræ Simplicis*, in qua *Camphora* est *Basis*, & usurpatur in *Morbis Malignis* arcendis. (T)

CCCLXXIX.

CCCLXXIX. C A N C A M U M.

K *δρυαμωρ*, Dioscoridi est Arabicæ Arboris Lacryma, Myrrhæ quodammodo similis, virosi gustus: ad Suffimenta usurpatur.

Quoad *Vires*, eadem *Splenetica*, *Emmenagoga*, & *Ophthalmica* habetur.

N. De hoc *Dioscoridis Cancamo* diversæ hoc tempore sunt opiniones. *Laccam* dicunt alii, alii *Resinam Anime* faciunt, alii *Benevinum*, nonnulli proorsus incognitum putant. Videantur *Mat. b. Garz. Clusus in Garz. Amatus in D. & sim.*

CCCLXXX. C A R A N N A.

C Aragna, Caraña: est Resina duriuscula, tenax, sine multâ agglutinatione, Tacamahacæ similis, nisi quod sit paulo odorator, splendidior, liquidior & densior. Affertur ex Carthagine Indiæ Occidentalis, seu Novæ Hispaniæ Provinciâ, ubi ex vulneratâ Arbore elicitur, atque illinc Foliis latis ac nervosis instar arundinaceorum Foliorum involuta ad nos pervenit.

CCCLXXIX. **C**ANCAMUM. *Cancamum* est Lacryma cujusdam Arboris exoticæ, cujus tamen natales non sunt cogniti, nec propterea ejus vires Modernis sunt in magnâ æstimatione: & raro, imò ferè nunquam, præscribitur, nisi in usu externo. (Z)

CCCLXXX. **C**ARANNA. *Caranna* est Resina tenax, nigricans, instar Picis ductilis, juxta Carthaginam apud novam Hispaniam enata, ubi transfundat ex Cortice Arboris bacciferæ, *Tlabueliloca Euanitel* dictæ, vulnerato. *Tacamabacæ* in naturâ & viribus similis est; quare in genere ea, quæ dicuntur de *Tacamabacæ* impofterum, dici quoque possunt de *Carannâ*: hæc tamen nobilior, volatilior & penetrantior est, naturæ magis balsamicæ.

Pro usu externo *vi anodynâ* non tantum Indis pro sopiendis Doloribus partium externarum ab Acido oriundis in usu est, sed & apud nos in Cardialgiâ, & Dolore, aliisque Affectibus Stomachi, sæpè exhibetur in formâ *Emplastri*, regioni Stomachi imposti; si scilicet in Mortarium calidum immitatur & cum sufficienti quantitate *Balsami Peruviani* agitur calido Pistillo; sic enim fit fluxile & flexile; id quod habet *LINDANUS* in *Collegio super Hartmannum Cap. de Catarrhis*. *Emplastro* hoc in Febribus Continuis & Malignis, ut Intermittentibus, ubi de Anxietate Præcordiorum conqueruntur *Ægri*, nil melius est: sic & in Vomitu compescendo idem cum *Oleo Nucis moschatae* & *Mactis* destillato convenit; non secus ac in Doloribus Artuum, qui Catar-

Vires. Calfacit & ficeat 3: viribusque pollet iisdem, quibus *Tacamabacæ*, quâ tamen operando citior & efficacior est, præcipue in Tumoribus, omnique generis Doloribus, maxime Juncturarum: Tumores inveteratos dissolvit, Defluxiones frigiditas aut mixtas sistit, Nervorum ac Cerebri Dolores sedat, Vulnere recentia, præsertim Nervorum & Juncturarum sola sanat, Defluxiones in Oculos & alias partes reprimit (ponè Aures vel Temporibus imposita.) *Monardes*.

Solvitur in Oleo.

Præparatur inde *Emplastrum Antipodagricum* insigne.

R. *Carannæ* ℥j. *Ceræ flav.* ℥ss. cum *Ol. Verbasc.* F. *Emplastrum*.

CCCLXXXI. C O L O P H O N I A.

Colophonia Officinarum, C. B. Pix Græca *Matth. Cord.* est substantia naturæ oleaginosæ, flavescens, arida ac friabilis, residua ex Resinis abietinâ, strobilinâque, coctione dum purgantur, inspissatis ac frigore induratis.

Eligenda est pellucida, odorata, quæ Thuris fumum accensa æmulatur. N. 1.

his vulgò, (quidam Flatibus in interstitiis Musculorum,) adscribuntur: in illo nempe Symptomate quando in vel post Sudorem Artus Frigori exponuntur & Defluxio inde oritur, *Emplastrum* hoc convenit. Quin & contra Dolores Articularum & Podagricos, Nervorum Vulnere, atque Constrictiones omnis generis, valet, malaxatum cum *Oleo Succini*. Porro in *Emplastris Cephalicis*, & in *Emplastris pro Bregmate* usitatis, adhibetur. Nec ignotum est, contra Odontalgiam frequenter à Modernis adhiberi præservativè in formâ *Emplastri* magnitudine Thaleri Temporibus applicatum; quo in casu quidam Mastiches usum longè præferunt. In Ophthalmiâ dicto modo applicatum est egregium Remedium pro astringendis Defluxionibus Oculorum & compescendâ Lymphâ, in Ophthalmiâ, & Odontalgia sæpius excedente.

Egregium *Emplastrum de Carannâ* habet **AUTOR** *sub sine bujus Capitis*, quod in Doloribus Articularum valde commendatur.

PETRUS JOANNES FABER in *Myrothec. Spagrib. lib. 2. cap. 41.* habet *Quintam Essentiam Gummatum Carannæ*, quam prædicat ceu specificam in Podagrâ & Colicâ. (A)

CCCLXXXI. **C**OLOPHONIA. *Colophonia* est duplex: Una est remanentia, seu residuum istud Crassamentum, quod in depuratione & destillatione *Resinarum abietinarum* remanet: Altera est istud residuum, quod post destillationem *Terebinthinæ* remanet.

Prior

Spiritus Salis ammoniaci infunderetur, sed Calce paratum; inde nonnisi leve Præcipitatum, mox dissolvendum, residet. Præterea quamvis Oleum Tartari inter Alcalia connumeretur, non secus ac Spiritus Salis ammoniaci; illud tamen in Camphoræ solutione Spiritu Vini factâ nullum partem effectum.

Oleum æthereum *Terebinthinæ* & Oleum commune, eo quod Liquores sint sulfurei, quemadmodum est *Vini Spiritus*, Camphoram dissolvunt: utrumque autem nonnisi quartam solvit proprii ponderis partem. Si Solutiones hæc destillentur, ex successivâ substantiarum elevatione, Misturam eorundem pondus deprehenditur. Hinc *Dñs Lemery* agnovit *Camphoram Spiritu Vini graviolem esse, cum Oleo Terebinthinæ æquilibrium facere, ac Oleo communi esse leviolem.*

Sic se habet Camphoræ solutio in Liquoribus Sulfureis. Ea tamen Alcalicis, ut sunt Oleum Tartari & Spiritus Salis ammoniaci, baud omnino dissolvitur: quemadmodum nec dissolvitur in quibusdam Acidis Liquoribus, nempe in Spiritu Vitrioli, Spiritu Aluminis, Aceto destillato. Solvitur tamen in quadruplo Olei Vitrioli nigri, eo quod continetur in eo aliquid Sulfuris. Præterea Camphora ad dimidium solvitur in triplo Spiritus Salis optimi: integram verò patitur solutionem in duplo Spiritus Nitri: imò notat Lemery, Camphoram unicam esse usque adhuc notam Resinam, quæ Spiritu Nitri dissolvatur.

Hæc Camphoræ in Spiritu Nitri solutio, est quod vulgò Olei Camphoræ nomine venit, quodque viribus medicinalibus cuique notis pollet: præcipue ad Ossium cariem, Ulcera sordida, & Gangrænâ suppura non habet remedium. Internum illius usum formidant cautiore Medici, corrosivam nempe ejus acritatem veriti: ac Cl. Lemery Oleum hoc Camphoræ ad guttas aliquot exhibere ausus est in Obstructionibus & Hystericis Affectionibus, non sine egrotantium levamine: illud tamen nonnisi Oleo Succini commistum semper adhibuit.

Quum ergo Oleum Camphoræ non sit, nisi Camphora Nitri Spiritu dissoluta, hinc evidens est, quod si illud Oleum Tartari vel Spiritus Salis ammoniaci affundatur, Coagulationes exurgent, ac Camphora veluti reviviscet: vel quia acidæ Nitri particulae, à quibus solutio facta erat, illam derelinquunt, ut cum Alkali borum Liquorum conjungantur; vel quia Nitri spicula à particulis borum Alcalium confracta, ad Camphoræ particulas amplius sustentandas inepta evadunt.

(Z) *Cancamum ex Lemery & Pomet rarissimum Gummi est, imò potiùs ex variis Gummatibus & Resinis Concretum: in illo enim quatuor agnoscunt substantias. Prima Succino similis, igne liquefit, ac odore pollet Laccæ: secunda nigra, item ad ignem liquefcens, suaviori tamen odore: tertia corneæ naturæ, inodora: quarta demum alba, quam pro vero Gummi Anime habent. Ajunt hæc Gummata extillare ex Arbore Myrtifoliâ, quæ in Africâ, Brasiliâ, atque Insulâ S. Christophori nascitur.*

(A) *Caranna Gummi est resinofum, grisei (Galbanæ ait J. Bauhinus) coloris, friabile sed lentescens, odoris suavis & aromatici: ad nos Arundinaceis foliis involutum asportatur ex Novâ Hispaniâ: ibi ex Arbore Palmæ similis (cujus iconem exhibet Pomet) extillat. Americani Balsamum ex Carannâ consciunt, ad Ulcera & Hamorrhoides, cujus descriptionem vide apud laudatum Autorem.*

N. 1. Dicitur *Colophonia*, quod ex *Colophone* olim advehatur.

N. 2. Friabilem illam flavamque substantiam in Resinarum singularum destillatione residuam, alii *Resinam frictam* appellant; alii eidem *Colophoniae* nomen imponunt.

Vires. Siquidem *Colophonia* portio est Resinarum, Resinarum quoque vires retinet, sed minus penetrabiles: calcfacit itaque & siccat, emollit, glutinat, usulque ejus, quia pinguis solvitur, commodissimus est in *Emplastris*.

CCCLXXXII. RESINA COPAL.

Pancopal, Copal. Resina est duriuscula, admodum candida, vel ex albo flavescens, pellucida, bene odorata, in massam redacta. Asportatur ex Indiâ Occidentali, sive novâ Hispaniâ, ubi ex vulneratâ Arbore guttatim stillat. *Monard. Clus. in Monard. Fragos. Casalp.*

Vires. Calcfacit 2. humectat 1. emollit, resolvit. Usus præcipui in Affectibus Cephalicis.

P R Æ P A R A T A.

Oleum tenuius & crassius. Eodem modo elici potest utrumque, quo ex Resinâ Anime.

N. Copis ab annis aliquot ex eadem Indiâ Occidentali *Liquor* quidam adferri *Oiei de Copalyrâ* appellatione, quod an ex Resinâ jam descriptâ sit, in dubio relinquit *Clusus in Monard.* commendari id ait ad Vulnere recentia curanda: nostratibus ignotum est.

Prior autem utut ratione Resinarum variet, nullum alium usum habet nisi quod *Emplastra & Cerata* ingrediatur, quibus debitam consistentiam largitur. *Posterior* non tantum ingrediatur *Emplastra* in Vulneribus usitata, sed & commendari solet in pellendo Calculo, si pulverisata assumatur. (B)

CCCLXXXII. COPAL RESINA. Resina Copal admodum candida, sed rarissimi usus est. Commendatur ad Affectus Capitis, & Nervorum. Imprimis tamen usurpatur elicium ex eâ *Oleum destillatum* per Retortam in arenâ, uti potest fieri ex aliis Resinis omnibus. (C)

CCCLXXXIII. ELEMI. *Elemi* est reverâ Resina balsamica, elegans, alba, & pellucida, quæ transfudat ex *Oleâ Ethiopicâ* Arbore *Oleâ* ferè simili. Internè nullum hæcenus habet usum. Externè vi balsamicâ mirè succurrit Vulneribus quibuscunque, imprimis in Affectibus & Vulneribus Capitis, ac Nervorum, aliarumque Partium nervosarum ac Tendinum, in quibus mistum cum *Emplastro de Beticâ* excellentissimum est Remedium, omnibus *Balsamis Vulnerariis* præferendam; in specie in Vulneribus punctim inflictis præ aliis omnibus commendatur, uti videre potestis in *MINDERERI Med. Militari pag. 343. & 346.* quod de Contusione Partium nervosarum similibusque pariter notandum venit: hoc *Elemi* cum *Terebinthinâ* mistum in formam *Emplastri* Cranii Vulnere optime consolidat. In Vulneribus Articulorum primum habet, ita ut in his *Linimenta & Emplastra*, ex basi hujus *Gummatum* facta, sint egregia. *ARCÆUS* habet *Linimentum* primâ fronte simplex, usu tamen valde excellens in Vulneribus quibuscunque, imprimis Capitis & Partium nervosarum, quod est hoc:

℥. Gum. Elemi,
Terebinth. clar. an. ʒiʒ.
Pingu. Castrati ʒij.

(B) *Colophonia*, quam vulgè Græcam Picem appellamus, duplex quidem est, ut ajunt *Schræderus & Ettmullerus*; atamen utraque ex *Terebinthinâ* elicitur. Prima, quæ potior, est ipsa *Terebinthinâ* ex *Aquâ cæca* usque quò in materiam solidam, albam friabilemque evadat. Altera est Caputmortuum in Retortâ remanens post Olei *Terebinthinæ* destillationem: est autem nigra, sicca, friabilis, lucida. Prima etiam internè, sub Pilularum formâ, ad Gonorrhæam & Calculum adhibetur; secunda in Emplastris atque Unguentis locum habet.

(C) *Pomet*, atque ex eo *Lemery*, duplex ajunt esse *Gummi Copal*. Unum, quod *Copal Orientale* vocant, Resina est dura, perlucida, aurèâ flavedine conspicua, quæ ex Indiâ, atque etiam ex Novâ Hispaniâ affertur: incisione exillat ex Arbore mediocri altitudinis, cujus Folia longa, lata, & acuta, Fructus cucumerini. Alterum sponte fluit ex Arbore procerâ *Insularum Antillarum*, Populo nigra non absimili: *Gummi* autem hoc à decurrente prope Arborum truncos *Aquâ pluvii* abripitur, atque ad Fluminum ripas, ubi colligitur, adportatur. Hoc ad secretionem pretiosoremque Vernicem, quam *Sinensem* vocant, componendam adhibetur.

(D) *Gummi Elemi dictum*, est potius Resina ex albo viridescens, grati odoris, quæ in trilibres Massas redacta ad nos ex *Æthiopiâ* adportatur, Indiæ Arundinis foliis involuta, quare *Gummi Elemi arundinacea* à quibusdam appellatur. Exstillat ex vulneratâ Arbore, quæ vel vera *Sylvestris Olea* est, vel ad illam quamproximè accedit. Sal continet essentialia, sed multâ Olei copiâ, parvâ Phlegmatis, & Terræ, involutum.

CCCLXXXIII. E L E M I.

Gummi Elemi, Elemii, Elenii, Resina est, sive Lacryma pellucida albicans, cum flavis particulis intermixta, in Massam redacta, suavem accensa halans suffitum. Asportatur ex *Æthiopiâ*, ubi stillat ex Arbore, quam *Oleam* nonnulli volunt (quod negat *Matthiolum*) alii *Cedrum*.

N. *Dioscoridi* flavum est, ac *Scammonio* utcumque simile, mordaxque, nostras non item: quare an verum habeamus, dubium est. Damnatur *Ammoniaco* vel *Gummi Arabico* simile, colore nigricans.

Vires. Calcfacit temperatè, emollit, digerit, resolvit, maturat, Dolorem sedat, Capitis, ac Nervorum Affectibus, eorundemque Vulneribus, ac imprimis Galvaria vulneratæ specificè confert, Contusionibus Articulorum prodest, Menses ac Urinam ciet.

Solvitur in *Oleaginosi*, ut reliquæ Resinæ.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum stillatitium Elemi*. Fit ex Retortâ per Arenam vel Vesicam, ut *Oleum Anime*. Vide *suprà*.

Vires. Specificum præ aliis (ut & ipsa Resina) censetur in Affectibus Nephriticis, Paralytici, Contracturâ.

CCCLXXXIV. F U L I G O.

Fuligo est pars rerum combustibilium levior, à partibus crassioribus sub specie Fumi elevata, inque substantiam crassam nigricantem vi frigoris compacta. Germ. *Roff. Gall. De la Suge*.

Porcin. antiqu. ʒj.

Liquefiant ad ignem & fiat *Linimentum*, quod mox in principio Vulneri applicatum cuicumque, mira præstitit *ARCÆO*: videatur in *SENNERTI lib. 5. Prax. pag. 399. & 405.*

Vel

℥. Gum. Elemi ʒiij.

Terebinth. ʒiʒ.

Pingu. Porcin.

Human. an. ʒj.

Misce, fiat *Linimentum*, ad Vulnere recentia quamplurimis in frequenti usu.

Propter vim ejus balsamicam elicitur etiam exinde *Oleum* elegans odoriferum & penetrans, ex Retortâ per Arenam; quod in Affectibus Paralyticis, Tremoribus & Contracturis partium, laudatum est Remedium. (D)

CCCLXXXIV. FULIGO. Fuligo, in specie *Camini splendens*, quæ præ cæteris est elegans, Germanicè *der spiegel-ruff*, nihil aliud est, quàm *Lignorum Fumus elevatus & condensatus*. Fumus autem est *Flamma condensata*: *Flamma Fumus rarefactus*, seu particulae *Lignorum* minutissimæ resolutæ; ita ut in *Lignis* incensis Resina sub formâ *Flammæ* exhalans condensetur tandem in *Fuliginem*: & sicut *Ligna* per Retortam destillata dant *Spiritum acidum volatilem & Oleum Lignorum*, ita *Fumus* per *Lignorum* concremationem in formâ *Fuliginis* adscendit, cujus Volatilitas dependet à Sale volatili penetrante, maxime temperato à Spiritu subtili & Oleo destillato: adeo ut *Fuligo* nihil aliud sit, quàm *Spiritus volatilis*, & *Oleum Lignorum* in formâ sicca, quæ per Retortam destillando in formâ humidâ prodeunt.

Sed quoniam de pinguedine Olei sub deflagratione Ignis multum destructum est; hinc sub Phlegmatis vehiculo & tegmine copiosum Sal volatile, aliis in Oleo concentratum, sui factum juris, simul in formâ propriâ evolat; sicut substantia Olei reliqua, quod sub exhalationis celeritate

Delectus . Fuligo eligatur splendens inftar Succini nigri , quæque Fumarum parietibus proximè adhæreat (quò Fornaci propior , ed melior) ; imò nec abs re foret , delectum quoque instituire ratione Materiæ combustæ , quæ quantò medicæ intentioni convenientior , tantò quoque Fuligo præstantior censenda est .

Vires . Acris est , extergit , rarique usûs per se , nec adhiberi eam meminî , nisi quod intelligam , in Suffocatione Matricis à Mulierculis plebeiis cum successu esse propinatam . Quin & cum aliis mixta Carpis imponitur ad arcendam Febrim . (Cum Albumine Ovi , Sale & Aceto ad Hæmorrhagiam Uteri) .

te deflagrationem subterfugit , etiam Sal volatile unâ evaporans secum concentrat . *Spiritus* verò iste *acidus Lignorum* compositus est ex Acido volatili , & etiam ex Sale volatili spirituosissimo : quæ duo possunt ab invicem separari per *Corallia* vel *Lapillos Cancrorum* , de quo suo loco : unde *destillata Fuligo* dat primo *Pblegma* acidulum , simile Spiritui Lignorum ; hinc *Spiritum* urinosum , cum quo simul habetur *Sal volatile* urinosissimum copiosum , simile Salibus volatilibus & Spiritibus urinosis , quæ ex Animalibus eliciuntur : tandem succedit *Oleum* flavum & rubicundum empyreumaticum , & admodum penetrans , simillimum ei , quod aliàs ex Lignis destillando elicitur , & super *Cornu Cervi* usum rectificandum , & ab empyreumate liberandum est ; & remanet post destillationem *Caput mortuum* , quod porrò per elixiviationem *Sal fixum* largitur : quæ tamen in *Fuligine primitus non existunt , sed ab Igne proveniunt* . Conferatur , quoad hanc *Fuliginis anatomen* , *HOFFMANNUS* in *Clave* pag. 584. item *BECKIUS* *Meditat. & Experiment.* p. 109. & 110. sicuti curiosam & singularem *Fuliginis anatomen* docet *VIGENARIUS* *Tr. de Sale & Igne* pag. 43. & 46. , videatur *Theatr. Chym.* in quo hic quoque Autor reperibilis .

Fuligo igitur , cum mero Sale volatili & Oleo gaudeat , eoque præstantissimo , reverà erit Sal volatile oleosum , & penetrantissimum , cujus intuitu in substantiâ vim habet concentrandi omne Acidum ; unde *Pulvis Fuliginis* cum Aceto sumptus Sudorem movet potentissimè , & in Casu ab alto pro resolvendo Sanguine grumoso confert ; hinc & in curandâ Pleuritide à ʒʒ. ad ʒj. haustu *Vini* , vel *Aceto* , vel *Aquâ Cardui benedicti* hausta , egregiè confert , per Sudorem sublevando , teste *RIVERIO* in *Pr. l. 7. cap. 2. & in Obs. Med. C. 2. Obs. 89. D. HORSTII Specificum Antipleuriticum* est hoc :

ʒ. Fulig. benè trita qu. v.

Lava sæpiùs cum *Aquâ Florum Sambuci* ; hinc exsicca & pulverisa .

Hujus Dosis est à ʒʒ. ad ʒj.

Eodem modo Colicam , necnon Passionem Hystericam curat ; hæcque omnia ratione Salis volatilil , corrigendo Acidum Partibus nervosis infestum , & mediante Sudore Paroxysmos finiendo . Imò in Partu difficili quoque non contemnendum Remedium est , quando deficient Dolores , & Partus videtur in longum protrahi cum periculo Fœtus & Matris . *Vis antifebrilis* etiam in ea latet , tum si propinetur ante Paroxysmum Intermittentium , addito tamen priùs *Vomitorio* ; cum si cum *Tberiacâ* subigatur , item cum *Terebinthinâ* sub formâ *Linimenti* applicetur . In nimio verò Februm , tam Intermittentium , quàm Ardentium , Ardore eadem cum *Albumine Ovi* aut *Aceto* subacta , & plantis Pedum vel Carpis , & palmis Manuum applicata , excellit ; simili ratione *Aceto* pauco addito Fronti & Temporibus applicata Narium Hæmorrhagias compefcit . In Ulceribus imprimis malignis & cacoëtheis , crebriùs adhibetur . De usu *Fuliginis* in Bubonibus & Anthracibus pestilentialibus videre potestis *SENNERTUM* *Tr. de Febris* , ubi de *Peste & Medicamentis externè Tumoribus pestilentialibus applicandis* .

Cæterùm videtur esse differentia in *Fuligine* ratione Lignorum , ex quibus colligitur : certum enim est , aliam esse naturam *Fuliginis* ex Abiete , aliam è *Quercubus* .

1. AUTOR docet præparare *Spiritum & Oleum* per destillationem ex *Fuligine* : uti etiam postmodum *Sal fixum* , quod in Cineribus & Capite mortuo remanet . *Spiritus Fuliginis* rectificatus urinosus est , seu volatilil & penetrans , unde potentissimum est *Sudoriferum* in Syncope , Lipothymia , Paroxysmis Epilepticis , Colicâ , Pleuritide , Febris Malignis & Ardentibus ; non minùs quàm etiam in Lue Venereâ : quæ ratio est in promptu . Notum enim est , quòd Lues Venerea solet curari per *Decocta* , vel per *Essentiam* , vel per *Spiritum Lignorum* . Jam verò omnes virtutes habet

P R Æ P A R A T A .

1. *Spiritus* . 2. *Oleum* , & 3. *Sal* .

ʒ. Fulig. el. q. v. imple ad collum usque Retortam vitream lutatam , & destilla . Ignis aperti gradibus successivè adhibitis , in Receptaculum capacissimum ut prodeant cum Phlegmate *Spiritus* albicantes , ac *Oleum* flavum , ultimoque rubrum . *Spiritum* cum *Oleo* aliquamdiu digere , postea affunde medietatem *Spir. Vin.* & destilla sæpiùs : prodit cum *Spiritu Vini Spiritus Fuliginis* , & simul *Oleum rectificatissimum* . *Caput mortuum* incinera & extrahe *Sal* more solito cum *Aceto* .

Vires.

Fuligo ex Lignis , unde etiam *Spiritus Fuliginis* proderit in illâ . Imprimis etiam commendatur in promovendo Partu difficili . Adhibetur ad ʒj. Sunt , qui ex usu *Spiritus Signum* capiunt aut *Reconvalescentiæ* aut futuræ *Mortis* in Ægro : si scilicet post usum ejus in *Aceto simplici* largiùs subsequatur Sudor , Signum esse faustum sperandæ Sanitatis ; sin secus , funestum Signum esse dicunt . *Externè* in Doloribus Podagricis illitus *Spiritus* commendatur ; est enim penetrans & subtilis urinosus , imprægnatus Sale volatili acri copioso : Unde habetur à quibusdam pro singulari *Mensruo* pro præparandis Medicamentis .

In *Laboratorio Ceylonensi* existat *Spiritus Fuliginis succinatus* . *Sal volatile Fuliginis* ejusdem reverà naturæ videtur cum *Sal volatile Cornu Cervi* , vel aliorum Animalium , ut hoc asserit *GLAUBERUS* *P. 2. Furnorum* pag. 149. uti & *BOYLE* . Qui desiderant *Sal volatile* in majori copiâ exinde , aliquod *Alcali* , e. g. *Cineres Clavellatos* , &c. *Fuligini* addant , & subliment .

Usus & effectus hujus *Salis volatilil* reverà idem est cum *Sal volatile Animalium* , saltem quod singularem penetrantiam & potentissimam vim diaphoreticam præ aliis habere videatur ; adeoque dubito , an *Sal volatile* hoc *Fuliginis* , ejusque *Spiritus* , aliquam habeat differentiam pro *Lignorum* , à quibus fit , diversitate .

Aliàs *Sal volatile Fuliginis oleosum* elegans quidam ita præparant .

ʒ. Spiritus Fulig. optimè rectif. ʒx.

Spiritus Vini ʒxx.

Miscet & destillant ex Cucurbitâ vitreâ ad tertiarum partium remanentiam : quod prodiit , rectificetur ad dimidium , & prodibit *Sal volatile* in formâ siccâ purissimâ , superfluitante Liquore pellucido . Conserventur hæc simul in Vitro probè clauso .

Est enim ex *Alcohol Vini* , quod est partim sulphureum , partim salinum , & volatilil *Sal Fuliginis* conflata Massa ; possuntque sublimari per Phialam totaliter in formam siccam . Si *Alcohol Vini* fuerit aliquoties cohobatum super *Aromata* , exhauriet illud omne *Oleum Aromatum* , & post illud cum *Sal volatile Fuliginis* transmutabit secum in purum & siccum *Sal volatile* .

2. Post *Spiritum* prodit simul *Oleum flavum & etiam rubicundum* , seu *rubicundum* , & est nihil aliud , sicut omnia *Olea destillata Vegetabilium* , quàm *Sal volatile* concentratum ab Acido volatili pingui , quod acquirit consistentiam *Olei* . *Oleum* hoc , quoniam empyreumatis & acrimoniarum nimiarum ratione minùs commodè propinetur , rectificandum est vel per se à *Sale Tartari* , aut *Cornu Cervi* usso , vel cum *Aquâ* , vel *Spiritu Vini* .

Quoad usum & effectum est penetrantissimum , cujus aliquot guttæ præ aliis *Oleis* congeneribus vehementissimum Sudorem movent , & in Suffocatione hystericâ , pro pellendo Fœtu in Partu difficili , optimè usurpatur . Pro *Lignorum* tamen varietate , ex quibus *Fuligo* prodit , aliqualem in effectu habere posse differentiam , probabile videtur , cum de crasi Concreti adhuc nonnihil participet . Quod aliàs de *Spiritus & Olei* summâ vi confortatâ , aut agonizantium resocillativâ , multi jactitant , vereor , ne hyperbolem sapiant . *Externè* siccit Scabiem , sanat Lepram & Elephantiasin , non minùs commodè etiam permiscetur *Unguentis & Emplastris* pro Ulceribus cacoëtheis corrosivis & putridis . Locus quoque podagricis illinitur cum effectu ; est enim *resolutivum & anodynum* .

Aliàs *GLAUBERUS* loco citato , & *DU-HAMEL* de *Fossil.* pag. 371. curiosum habet modum parandi *Oleum Fuliginis per congelationem à Frigore* .

ʒ. Fuligo pulverisata .

Coquatur in *Aquâ* tamdiu , donec rufescat : hæc *Aqua* tempore hyberno summis Frigoribus nocturnis exponatur , ut congelascat , & ita in hujus *Aquæ* centro reperitur

Vires. Spiritus ac Oleum Confortativa sunt insignia, mirabiliter Agonizantes exhibita refocillant.

Dosis Spiritus gr. vj. ad ℥.

Olei gr. 2. 3. in Vino, vel alio Vehiculo convenienti.

Vires Salis. Præstantissimum curativum est in Cancro exulcerato, si in Cellâ solutum cancriosis Ulceribus semel ac iterum inungatur, Venenositatis instar vaporis visibiliter extrahitur. Tandem Oleum (crassius) leni aspergine sæpius illitum, Crustam instar cuticulæ superinducit, quæ sponte, spatio 5. vel 6. dierum decidens, Ulcus consolidatum esse indicat. *Hartmannus in Pract.*

CCCLXXXV. GALBANUM.

Γαλβανον, χαλβανον, Galbanum, (*Matthiol. Cord. hist. Cas.*) est Gummi (seu Succus) Ferulæ Syriacæ, quam *Metopium* vocant (quo nomine aliis Gummi idem venit), intensè flavum vel albidum, inflammabile, odore Opopanacem referens, colore Tacamahacam.

Optimum censetur cartilaginofum (alii granulatum videntur, sed rarissimè, ob mollescentem naturam, in Granis invenitur,) flavum, syncerum, pingue, non lignosum, quod in se retineat nonnihil ex suis Seminibus, & ipsis Ferulæ samentis, gravis & ingrati odoris, nec nimis humidum, nec nimis aridum, cum accenditur flammam nutriens.

ritur Liqueor salino-oleosus elegans & penetrantissimus. Præfero tamen destillatum.

Ex Fuligine etiam & Succino elici potest Oleum, Campboræ odorem representans, multumque in recessu habens.

3. Sal denique fixum, quod in Capite mortuo, aut Fuligine ad albedinem calcinatâ, reperitur, mirè commendatur.

Resolvi potest, quod rectè monet AUTOR, in cellâ per deliquium in Oleum, seu potius in Liqueorem, qui in omnibus Ulceribus malignis inveteratis cacoëthis, & insanabilibus Fistulis, Lupis, & similibus Phagedænicis, & difficulter sanabilibus Ulceribus, miracula præstat, si inungantur tali Liqueore, vel solo, vel aliis Unguentis misto, cum alcalinâ vi destruat Acidum. Sunt qui in cancrinis Ulceribus laudant illud; ubi tamen metuo effervescentiam.

CLAUDERUS de Balsamatione pag. 192. mediante Spiritu Salis ammoniaci ex Fuligine extrahit Essentiam, quam vocat Essentiam Alexipharmacam.

Prostat etiam in Pharmacopoliis Emplastrum quoddam ex Fuligine, quod impositum Bubonibus & Anthracibus pestilentialibus valdè commendatur, propterea, quod attrahat Venenum foras, Tumorem emolliat, & sic ad felicem Suppurationem perducatur.

Nec usu alchymistico Fuligo caret; beneficio cuius, speciatim ejusdem Salis, solutio Solis habetur, ut videbitis in HOFFMANNI Clave in Autorem pag. 584. & CLAUDERUS loco allegato pag. 202. (E)

CCCLXXXV. GALBANUM. Galbanum, quod nonnulli Metopium appellitant, est Gummi resinosum ex Plantâ quidam ferulaceâ, & tales Ferulæ dicuntur Ferulæ Galbanifera, ex eo, quod ex earum Cortice transfudet Galbanum. Crescit in regione Asiæ Syriâ, ex qua etiam ad nos adfertur. Delectum & rationem eligendi optimam habet AUTOR. Convenit cum reliquis Gummatibus ferulaceis, qualia sunt Gummi Ammoniacum, Sagapenum & similia, de quibus inferius, ubi de Sagapeno.

In specie congenere sunt illæ Ferulæ Ammoniacæ, nisi quod hoc interne magis, illud verò externe usurpatur. Habet Resinam acerrimam, penetrantem, & acriorem quàm Gummi Ammoniacum: usu ferè externo tantum; interno quidem etiam, sed rariùs, adhibetur.

Interne Galbanum in Affectibus Flatulentis & Hystericis, & quibusvis Morbis partium Convulsivis, Laxativis permiscetur; resolvit enim & evacuat Mucos viscidos. Confirmat hoc AUTOR, quando Galbanum commendat ad promovendum Partum & Menses, sive solum, sive permisceatur cum Myrrhâ & Gummi Ammoniacæ in formam Pilularum: hoc enim modò multum confert in pellendis Mensibus & Fœtu: quibus in casibus Gummi Ammoniacum etiam interne commodè applicari potest, cui quidem & Asæ fetidæ, Tom. IV.

(E) De Fuligine id notandum duximus, illam non esse nisi partem magis oleosam, magisque volatilem Materiam cumque combustibilis, Ignis vi pulsam, ac cessante sensim illius particularum motu, Camini parietibus adhaerentem. Hinc Fuligo, quæ colligitur in Culinarum Caminis, reliquis præferenda: quum enim in his Carnes & pinguis edulia decoquantur, Fuligo ex his corporibus exhalans copiosiori Sale volatili turgere debet, quàm ea quæ ex Lignorum & Carbonum combustionibus colligitur.

Vires. Galfacit, siccat 2. completo, emollit, resolvit, extrahit.

Ufus præcipuè intrinsecus in Mensibus ac Partu pellendis, in Tussi inveteratâ ac Asthmate. Adversatur Toxicis.

Extrinsecus prodest in Partu ac Mensibus, Suffocatione Uteri, Vertigine, in Furunculis ac Lentiginibus: quin & Glandi impositum Emplastri vice Urinam provocare dicitur.

P R Æ P A R A T A.

1. Galbanum depuratum. Solve in Liqueore, exprime ac inspissa.

N. 1. Solvitur ut alia Gummata ferulacea, in quolibet Liqueore aqueo, Aceto, Succo, Vino.

N. 2. Galenus suspendit in Linteo super Vaporis Balneum, atque purum exstillare facit.

N. 3. Dioscorides demittit in Aquam ferventem, impuritatesque supernatantes ejicit.

2. Oleum stillatitium. Fit l. A. per Retortam ex Arenâ, addito Sabulo, vel Silicibus confusis.

N. Sunt qui Galbanum cum Aceto in formam Mellis miscunt, atque destillant. At exit primò Liqueor, dein Oleum, adeoque opus protrahitur citra necessitatem.

Vires. Maximarum est virium in Passione hystericâ, intrinsecus exhibitum, vel extrinsecus Umbilico illitum. Maturat Bubones & Anthraces.

Oleum aliud Sam. Closs.

Solutio

aliisque, LUDOVICI longè præfert.

Externè in genere mirè incidit & emollit Viscida, & etiam adhibetur à Chirurgis in Emplastris Attractoriis. Dicunt enim, quod attrahat à centro ad superficiem Cutis, ut fieri possit facilius & felicius Abscessus apertio; nihilominus specificè confert in Affectibus Convulsivis dolorosis partium internarum Abdominis, ab Acido ortis, in specie Parthematis Hystericis, quin & Convulsionibus omnis generis, sub Emplastri formâ super Alutam extensum, & Umbilico applicatum & admotum, vel alio quocunque modo usurpatum; sicut & permisceri solet in Suffimigiis cum Castoreo, Asæ fetidâ, Myrrhâ, & similibus. Doloribus hystericis cognatum est Malum, in Viris dictum Colica, & imprimis Affectus Intestinorum spasmodici seu convulsivi, quos Galbanum cum Oleo Castorei, vel cum Oleo destillato Succini & Spicæ malaxatum, & ita Abdomini impositum, insigniter mitigat.

Vel

℥. Galb. part. iij.

Dissolvatur in Vino malvatico; cui ad Emplastri consistentiam spissato addatur.

Castorei pars j.

malaxetur cum Oleo Succini, inducatur super Alutam, & imponatur Umbilico: quo modo ad promovendum Partum, & ciendos Menses, etiam adhiberi potest. Dolores Venereos & alios diuturnos discutit, dissolvendo viscidum Acidum, eorum fomitem.

Non rarò, ut in Paralyti, Nervi, Tendines, Ligamenta, & similia sunt nimis flaccida & laxa, aded ut Pars non possit moveri ex Humiditate quâdam, imprimis Lymphâ, qua imbuntur tales Partes nervosæ, in tali casu commendat hoc Emplastrum BARBETTE in Anat. Pract. pag. 51.

℥. Galbani ℥j.

Res. Carann. ℥ss.

Olei Euphorb. ℥jss.

fiat Linimentum aut Emplastrum. Quod est egregium, imprimis si priùs inungatur pars cum Linimento, facto ex

Axung. Human.

Anserinæ an. ℥j.

Olei Terræ ℥iij. M.

In Apoplexiâ particulari Galbanum Spinæ Dorfi ac aliis locis applicatur, v. g.

℥. Galbani p. ij.

Gum. Carannæ p. j.

Mista malaxentur cum Petroleo.

Ea, quæ dicuntur de Galbano crudo, longè magis conveniunt ejusdem Oleo destillato, tam simplici, quàm composito, Galbanetum Paracelsi dicto.

R r

2. Oleum

Solutio Galbani in Aceto non est de nihilo, præsertim ubi Spiritus Galbani expetitur: omnium optimè sit Oleum cæruleum ex Catino ferreo ad latus inclinato, cum Retortâ super Tripodem terreum imponitur, deinde pertuso operculo obturatur, ita servantur gradus Ignis, exitque primò Spiritus, mox Oleum, & Balsamum empyreuma redolens.

3. Galbanetum, i. e. Balsamum Galbanetum, seu Spiritus Terebinthina Galbanetum.

℞. Galban. trit. ℥ss. Spirit. Terebinth. ℥ss. Digere per dies aliquot, dein destilla ex Cucurbitâ humili, vel Retortâ.

Vires. Summarum virium censetur in Contracturâ ex Colicâ, extrinsecus illitum.

N. Est & aliud Galbanetum Theophrasti dictum.

℞. Galb. ℥ss. Gummi. Hedera ℥ij. trita seorsum misce, ac destilla per Retortam in Arenâ, destillato adde Terebinth.

℥i. Ol. Laur. ac Spic. ana ℥j. destilla denuo.

Vires. Cephalicum est ac Neuriticum insignè, Contracturas ac Morbos similes curans. Med. destill. part. 1.

4. Ceratum de Galbano, s. Ceratum Matricale. Vid. August.

GUMMI HEDERÆ. Vide HEDERA, Class. 1.

2. Oleum Galbani destillatur per Retortam ex Arenâ, quod rectificatum, ut ut scæteat, in Affectibus Abdominis spasmodicis, Colicâ convulsivâ, Affectibus Hystericis, Hemiplexiâ, Membris paralyticis, convulsis, præsertim ex Colicâ Paresi affectis. Contracturis Artuum, & aliis Affectibus Scorbuticis, singulare est, Umbilicali regioni & similibus Partibus affectis inunctum; In Affectibus Flatulentis Unguentum fieri potest ex Oleo destillato Galbani, Chamomilla, & Oleo destillato Baccarum Lauri. Compositum Oleum Galbani multis modis variari potest: usitatus est Oleum Galbani compositum, seu Galbanetum Theophrasti Paracelsi cum Gummi Hedera & Terebinthina, ab AUTORE descriptum, quod est elegans, & expertum Remedium in Colicâ convulsivâ, aliisque Affectibus Abdominis spasmodicis, inunctum Umbilico & locis vicinis. In specie maxime convenit in Paresi, vel in Colicâ, quæ abit in Paresin Membrorum. Hic locorum quidem rarum; in Moraviâ verò, Austriâ, & similibus locis, in quibus abundat Vinum, & continuus Vini potus, est frequentissimum; cum subtile Acidum ex Vino subacido in Intestinis dat colica Tormina, & ex Intestinis ad Artus, seu Partes externas delatum Paresin, in qua non tantum non possunt moveri Membra, sed adest etiam Dolor exquisitissimus. Quod dixi de Paresi ex Colicâ, idem est intelligendum de Contracturâ ex Colicâ. Nam processus est talis: Primò Succus acidus in Intestinis dat Tormina colica; postmodum delatus ad Partes impedit Motum Partis, & fit Paresis: si ulterius coagulatur Synovia Partis ab eodem Acido, fit, ut ex tali Coagulatione repleta spatiosa & poruli impediunt, quò minus possint Fibræ contrahi; unde fit Membrum rigidum, durum & immobile, & vocatur Contractura ex Colicâ, in qua Galbanetum destillatum est egregium Remedium, & magni usûs. In genere ad omnes Affectus Nervorum, qui ex Casu oriuntur, aut Contusione & Dislocatione, Galbanetum est egregium; necnon in Hemiplexiâ, Nuchæ illitum. Huic Galbaneto Paracelsi commodè etiam Optum addi potest, & ita destillando unâ prolici, ut acquirat sic Oleum præsentaneam magis vim anodynam, Dolorum sedativam: Conf. BARTHO-LINI Ab. Med. Haffn. Volum. 1. pag. 25.

3. Galbanetum, seu Spiritus Terebinthina Galbanetum, uti ab AUTORE, & HARTMANNO in Praxi Chymiatr. describitur, est communis descriptionis, & etiam communis usûs; potest tamen meliorari sequenti modo:

℞. Galb. ℥ss.

Olei Terebinth. ℥j.

Destillantur: Oleo destillato affundatur

Olei destill. Lavend. ℥j.

& repetatur Destillatio.

Unde evadit Balsamum admodum generosum quod pro

(F) Gummi Galbanum Gummi est resinofum exsudans. è Ferulæ specie quâdam, quam Galbaniferam cum Lobelio appellant. Galbaniferam Ferulam sic breviter describit Lobelius: Oritur in Hortis nostris hæc pervenuita Planta, Semine copioso lato, foliaceo, aromatico, reperto Antuerpiæ in Galbani lacrymâ. Totâ facie Ferulam refert: Folia exilia: Flosculi item in Umbellis hilarioribus: Radix crassa, Succo prægnans. Succus hic ex incisa Radice fluens est quod Galbanum appellamus. Hoc autem duplex est, purius nempe unum & in flavas lacrymas divisum, forti ingratoque odore, gustu amaro, & subacri; alterum crassius, mollius, sed tenacius, fessucis, Plantæque seminibus conspurcatum. Ad nos ex Indiâ, Arabia, & Syriâ utrumque affertur: præstat pro interno usu, ut patet, purior lacryma: Galbanum impurum extrinsecus adhibetur.

(G) Tameñ Hypocistis videatur esse veluti Radicis Cisti Germen; est tamen peculiare Plantæ Genus propriis characteribus à Tournefortio in Corollario insignitum, qui à Cisti characteribus omninò diversi sunt. Cistus enim Flore est

CCCLXXXVI. HYPOCISTIS.

Hypocistis, Germen seu Plantula est, è Radice Cisti fruticosi dum florescit, seu Viscum ex Quercu proficiens. Dicitur & Limodorum, aliis Robestron. Ex hac itaque Plantulâ, cum Floribus succulenta sit, exprimitur Succus, qui in Sole exsiccat Glycyrrhizæ Succo non absumilis evadit; atque ad nos, sed raro asportatur. Diciturque Hypocistis, vel Succus Hypocistidis. Videatur Matth. Dod. Cord. in D. Low. Cast. Gluf. hist. Lob. Tab. Ger.

Vires. Refrigerat (3.) siccatur, potentissimè astringit, condensat. Usus præcipuus in quibuscunque Fluxionibus sistendis. Diarrhœâ, Lienteriâ, Dysenteriâ, Profluvio (Hæmorrhoidum) Uteri, Vomitu, &c. Uti & in Exspuitione Sanguinis ex lapsu casuve ortâ. Extrinsecus roborat Viscera humidiora, Ventriculum, Hepar, &c.

N. Quia rara est, ejus loco Succus Acacia recipi potest, quippe quæ analogas vires habet, quamvis imbecilliores.

P R Æ P A R A T A.

Hypocistis depurata.

℞. Et solve in Aquâ, aut Succo appropriato, cola, & inspissa. CCCLXXXVII.

majori penetrantiâ cum Spiritu Vini misceri, & aliquantisper digeri seu circulari potest, & sic penetrantissimum erit ad Dolores colicos & paralyticos ex Colicâ; imprimis si misceatur cum aliquot guttis Olet Saponis Veneti, vel cum aliquot guttis Olet Camphoræ: nam Oleum Lavendula destillatum per se valdè est conveniens in Contusione Ligamentorum, Tendinum ac Partium nervosarum, ex quâ ipsâ subsequuntur Tensiones, & quasi dolorificæ partium Convulsiones, tam interno usu, quàm externâ Inunctione.

In HOFFMANNI Thesauri Pharm. Sect. 4. n. 6. prostat ex Galbano Balsamum Matricale non inelegans.

4. Cerotum vel Emplastrum de Galbano, seu Matricale habetur in Dispensatorio Augustano, quod ZWELFFERUS in Animadvers. correxit, & valdè prodest in Passione Hystericâ & Colicâ convulsivâ, Abdomini vel Umbilico impositum. Præscribi potest hoc modo:

℞. Emplastr. Matricale seu Cerot. de Galb. q. s. malaxetur cum Oleo de Castoreo, vel cum Oleo Succini & Spicæ, superinducatur Linteo rubro in formâ rotundâ, D. S.

Emplastrum Matricale.

Si verò adiant Flatus, vel in aliis Affectibus Flatulentis, item Hydrope, malaxetur cum Oleo destillato Chamomilla, quod est egregium Carminativum, uti notum; & diversimodè specificari potest, prout diversis Olet malaxatur.

Loco hujus Emplastri in Passione Hystericâ sufficere potest Galbanum simpliciter liquefactum & depuratum, malaxatum cum Oleo destillato Succini p. ij. vel iij. & Oleo Spicæ p. j. quod super Alutam inductum regioni Umbilicali applicetur.

Aliud Emplastrum, seu Cerotum Matricale videbitis apud ZWELFFERUM in Pharm. Regiâ, & plura de Galbano, Gummate Ammoniaco & similibus Ferulaceis apud FREITAGIUM in Aur. Med. de Purgantibus; ubi elegantia invenietis scripta. (F)

CCCLXXXVI. HYPOCISTIS. Hypocistis est Succus, qui exprimitur & elicitur ex Cisto, Plantâ quâdam exoticâ, & inspissatur in consistentiam crassam & viscidam, ferè similem Succo Glycyrrhizæ, & vocatur Hypocistis: unde & tota Planta cœpit vocari Hypocistis: Modum præparandi describit STOECKERUS in Pr. p. 143. Valdoperè astringit, unde usitatissimus est hic Succus pro scopo, ubi opus est Adstrictione. Ergò conveniet in quibuscunque Fluxibus, tam Sanguinis, quàm aliorum Excrementorum. Cæterum, quoniam partim apud nos quoque rarus est, partim adulteratus; substituitur optimè, loco ejus, Succus, seu Rob Acacia nostratis, qui ad eisdem usum convenit, ad quos Hypocistis. (G) CCCLXXXVII.

CCCLXXXVII. L A C C A.

DE *Laccâ* diversæ Opiniones . 1. Fit *Laccæ* ejusdam mentio apud Arabes, quam *Cancaum Dioscoridis* esse volunt, quod inodorum planè & nobis incognitum est . 2. *Laccæ* est *vulgaris*, seu *Officinarum*, quam *Garzias ab Horro* fieri scribit ex Succo Arboris cujusdam proceræ, familiaris in Pegu, Bengata seu Balagvate, & Martaba, Malavar, Provinciis scilicet Indiæ Orientalis . Nimirum à *Formicis* alatis Succum quendam exfugi ait, eumque in *Laccam*, (non secus ac Mel ab Apibus) redigi, Ramisque Arborum induci, unde postmodum cum Ramis ad nos transportetur . Alii sponte exiudare volunt, atque circa Ramos concrefcere . Est autem *Resina sicca*, Myrrhæ rubræ similis, masticata Salivam rubro colore tingens, accensâ vel tusa suave olens . Dicitur *Laccæ Sumerri*, à loco natali, scilicet Insulâ *Sumetra*, sicut ea quæ in Glebis sive Surculis affertur, *Laccæ Comberti* vocatur .

N. Est & genus *Laccæ fossilis* terrestris, Pistoribus fami-

liare, quibus ad conficiendos inde Colores inservit . *Laccam* vocant *Globulatam* seu *Rotulatam*, quippe *Globorum* plerumque venit formulis, Colore Minii, &c. Duplicis id generis est, alterumque vulgarem *Laccam insectoriam* appellant; alterum *Florentinam*, quæ carior & Coloris saturatius rubri .

Vires . Calfacit (aliis temperatè, aliis 2.) attenuat, aperit, Sanguinem purificat, Sudorem ciet, Diuretica est . *Ufus* præcipuus in Obstructione Lienis, Vesicæ, Fellis, Epatis ac Pulmonum, & hinc in Hydrope, Ictero, Asthmate, Apostemate Pulmonum; in expellendis Variolis, Morbillis, atque pestilentiali Contagio, in ciendis Mensibus, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Lacca lota*, seu *preparata* . Tota *Lacca* lavetur in *Decocto Aristolochiæ & Schanathi*, quoad clarescat; hinc collige quod residerit .

2. *Species Dialaccæ* .

3. *Trochisci de Laccâ* . V. D.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXVII. **L**ACCA . *Laccæ* imprimis Synonyma, sunt removenda . Datur primò, Germ. *Kugellack*, *Globulata*, seu *Rotulata Laccæ*, quæ si est *communis*, paratur ex *Ligno brasiliano* in *Lixivio* cocto, quo ipso *Creta* imbuta in *Globulos* subigitur: Altera est *Florentina*, paratur ex *Tincturâ Coccinillæ & Cretâ depuratâ*, addito pauco *Gummi Arabico* . Nunc ad *Resinam Laccæ*, de qua **AUTOR noster** .

De hujus *naturâ & origine* valdè disceptatur . Nonnulli *opus Formicarum* esse putant; dissentiunt tamen in modo; dum alii dicunt, quòd *Formicæ* alatæ, dum sugunt & pungunt *Radices Arboris*, ex puncturis istis tranfudet *Gummi*, quod collectum vocetur *Lacca* . Alii volunt, quòd *Gummi Laccæ* sit *Alimentum*, quod *Formicæ* alatæ Arbori insidentibus exsugant instar *Apum* ex Plantis & Arboribus, & ita condensatum instar *Mellis* ab iis reddatur, & esse idem, quod *nostra Laccæ*; unde & **AMATUS LUSITANUS & ALDROVANDUS** *Laccam* vocant *Formicarum alatarum Stercus*, sicuti *Mel* est *Stercus Apium*: de quo videre potestis **BONTIUM** in *Medicinâ Indorum* & quidem in *Animadversis in Garziam ab Horto cap. 8.* & **WORMIUM** in *Museo p. 226.* Alii verò nihil aliud, quam *Succum gummosum ex Arbore* sui generis tranfundantem, hinc successivè Solis ardore inspissatum dicunt; quæ *Sententia verior est* . In Regno enim *Pegu* reperitur *Arbor* talis, *Jujuba* nempe *Indica spinosa rotundifolia*, ex cujus Ramulis tranfundat *Laccæ*: cum verò in eadem regione *Formicæ* multæ alatæ reperiantur, quæ *Gummi* hòc delectantur, iisque *Arboribus* copiosè insident, unde & sæpè huic adhuc liquido inhærent *Formicæ*, & interdum etiam sub induratione unâ inviscantur; hinc factum est, ut putatum fuerit illud à *Formicis elaborari*; cui tamen asserto contradicentem videbitis **FRANCISCI** in *Horto Indico Orientali pag. 279. & 827.*

Resina hæc admodum rubra & perlucida est, unde masticata Salivam rubore & colore quasi sanguineo inficere solet, ut sit omninò dura & exsiccata: quæ Rubedo unde oritur, vid. **BARTHOLINUS** in *Exercit. Miscell. p. 66.* Advēhitur vel in *Granis*, vel *Ramulis*, vel etiam in *Massis*. *Optima* autem est *Lacca in Granis* .

Quod attinet *usum medicum*, hic est varius. Veteres eo *Decocto* pro expellendis Variolis & Morbillis usi sunt . Verùm cautus ejus sit usus, quia est *Diureticum* . Aliàs in Affectibus Splenis, hujus Infarctu, Obstructionibus & Scirrhis, aliisque Morbis Chronicis, Hypochondriaciis, Cachecticiis, Ictero &c. commendari solet, in quibus Affectibus usus ejus tutus est . Moderni tamen eâ rarò internè utuntur .

Tom. IV.

Specificè autem, si quod aliud Remedium, convenit in Affectibus Gingivarum, imprimis in Scorbuto Oris, eoque etiam desperato, Cruentatione, Putredine & Gangrænâ Gingivarum . Propterea *Tinctura Laccæ Mynsylvii*, quam describit in *Armament. Chym. sect. 2. pag. 46.* aded incomparabilis est in Curâ Gingipedii, seu Putredinis Gingivarum scorbuticæ, & Vacillationi Dentium mirè succurrit . Parat autem cum beneficio *Lapidis Medicamentosi Crollis*, & pauco *Aluminis*, quæ dissolvit in *Aquâ*, & in hac *Laccam*. *Melior præparatio* ejus est, quæ fit per *Pblegma Vitrioli*, cui addatur *Alumen usum*; sic brevi post *Tinctura rubicunda* elicitur; beneficio cujus **B. D. D. MICHAELIS** etiam desperatos curavit, & quorum Gingivasetiam Gangræna invaserat in specie Nobili cuidam Gangrænâ Oris scorbuiticam, cujus Putredine totum Museum infectum, curavit . Non inconsultum foret, si addatur *Myrrba*; cum parili ratione ex solâ *Myrrbâ* similis forsam utilior *Tinctura* in Affectibus Oris & Gingivarum parari possit, quæ dehinc per se, vel cum *Tincturâ dictâ Laccæ* potest misceri; cum *Myrrba* Gingivis sit perquam amica .

Cæterum loco *Tincturæ Laccæ Myns.* cum non semper proster in Officinis, potest fieri *Decoctum ex Laccâ* pro Gingivis gangrænosis non minoris efficacis, cujus descriptio videatur in **SCHENCKIO**; vel

℞. *Lap. Medicamentos. Croll. ʒj.*

Aquæ Sæti minor. seu Vermiculæ.

Cochlear. an. q. i. pro solutione dicti Lapidis.

Coquantur & colentur: *Colaturæ* infunde

Gum. Laccæ ʒiʒ.

Alum. usi ʒj.

Flor. Aquileg. p. iij.

stent in infuso per 24. horas, postea filtretur,

D. S.

Tinctura Dentium.

Tinctura hæc Putredinem gangrænosam, & incipientem Cancrum Gingivarum scorbuticarum arcet, Gingivas roborat, & flacciditatem corrigit .

Pro *incrassandis more Cbinensium Arculis, Baculis, &c.* subtilissimum solum desiderat *Laccæ Spiritum Vini*, qui *Pulvert Pyrito* junctus, simul & semel desflagrat: videatur **LUDOVICI Pharm. pag. 224.** A quibusdam lavari solet *Lacca*; sed meliores ejus partes eluuntur: videatur **ZWELFFERUS Animadvers. in Pharm. Aug. pag. 414.**

3. *Trochisci de Laccâ* sunt usitati in Obstructionibus Viscerum, Lienis, aliisque Morbis Chronicis & Hypochondriaciis. (H)

R 1 2

CCCLXXXVIII.

est rosaceo, cujus pistillum abit in Fructum subrotundum, vel acuminatum, apice debiscentem, multicapsularem, Seminibusque factum exiguis . Hypocistis verò Flore est monopetalo, campanulato, multifido, cujus posterior pars abit in fructum mollem, intus veluti radiatim divisum, & Seminibus factum . Notat insuper *Tournefortius*, optimè à *Dioscoride comparari* *Hypocistidis Plantam* cum *Cytino*, ut quidam *Interpretes censuerunt* . *Plantula enim* *Hypocistidis dicta* veluti *Surculus ad dimidii pedis altitudinem crescit, pollicem, nonnumquam duos, & amplius crassus, tener, flavescens, succulentus, veluti anularibus nodis interceptus* . Sunt qui è *Radice plurimarum Cisti specierum Hypocistidem progerminare existimant: sunt qui à Cisto mare, folio oblongo, incano C. B. quæ est Cistus mas IV. Monspeliensis, folio oblongo albido J. B. proferri putant* . Quidquid de hoc sit, illud verum est à *Cl. Tournefortio in Corollario quatuor Hypocistidis species, seu potius varietates, numerari, quarum tres Clusio tribuit, quartam Hypocistidem Creticam, flore purpureo appellat* . Hæc de *Plantâ* .

Quod autem ad *Succum Hypocistidis* attinet, sciendum *Majo mense Plantam amputari, contundi, atque ex eâ exprimi acidum Succum, qui lentâ ad ignem evaporatione consistentiam adipiscitur Extracti, duri quidem & nigri, ut Succus est Glycyrrhizæ* . Seligendus recens, gravis, niger, nullum empyreuma præferens, sapore acido & adstringente . Continetur in eo multum *Salis essentialis acidi, Terrâ & Oleo misti* .

(H) *Laccæ vocabulum valdè æquivocum est* . Vulgè apud *Pictores Laccæ* nomine vel venit *Massa ex Coccinillæ reliquiis post Garminii præparationem parata, quæ selectior est, & Veneta appellatur; vel fit ex ramentis Pannorum*

605:

CCCLXXXVIII. LADANUM.

Ladanum, Ladanum, est Liqueor ex Cisti (Ledon appellati) foliis exsudans, seu est Massa non abfimilis Massæ Pilularum (in Pilulas vel solâ manu formabilis,) friabilis, colore opaca cinerea, inflammabilis, accensaque gratum saporem habens, in Suffitibus usitatissima.

Cistus illa familiaris est in Cypro, Libyâ, Arabiâ. Videatur *Aûdor*, Ledum, *Matth. Epit. Cast. Tab. Lada*, & Ladan, *Cord. in D. & bist.* Ladanum, *Lon.* Cistus, Ledon latifolium, *Lob.* Ledum latiore folio Italicum, *Cam.* Cistus, Ledum Matthioli, *Ger.* Cistus ladanifera C. B. 1.

De origine Ladani scribit *Dioscorides*, quod Hirci frondes Cisti depascentes, Succum illum barbâ suis colligant, unde postea pectione decerpatur.

Laudatur odoratum, subviride, leve, facile mollescens, pingue, resinofum, arenularum, aliarumque fordium expers, quale in Cypro gignitur, quod plerumque ceu ex gyris coagmentatum asportatur. Arabicum vilius habetur, afferiturque in Massâ uniformi.

Vires. Calfacit, siccat, emollit, digerit, maturat, attenuat, aperit, orificia Venarum reserat, inspissat. Usus præcipuus in Capite humido ac catarrhoso, in Dyfenteria, &c. Extrinsicus ejus usus est in *Emplastris* emollientibus, anodynis, Tussim sedantibus, in Alopecia (inunge vel coque in Vino & lava) in Odontalgia, in Cardialgia, Doloreque Ventriculi (cum modico Bdellii faciunt *Pilulas* dandas, Num. 1. & 2. hora 1. ante pastum, *Crato*), in suffocatione Uteri (introsusum adhibitum), Cicatrices curat.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum stillatitium.* Vide *Medull. destillat. lib. 1.*
2. *Pilula de Ladano.* V. lib. 2.

N. 1. *Sala* purificare edocet in Aquâ id solvendo atque colaturam inspissando. Verum mehercle minus commode. Est enim coctione nonnihil in Aquâ solvatur, id tamen non nisi portio minima est; relinquatur pars major intacta, quæ non minus quam illa commoda est.

N. 2. Est inflammabile Ladanum sit, non tamen Pinguis solvi potest.

CCCLXXXIX.

CCCLXXXVIII. **LADANUM.** Ladanum est Succus in Pilulas seu Massas parvas & friabiles collectus; medius inter *Resinas & Gummata*. Hujus natura & origo non parum est controversa: scilicet dicunt quidam, esse *Gummi arboreum*: alii è *Barbis & Pilis Saporum* Plantas depascentium desumi; quod erroneum. Nihil aliud est, quam *Humiditas* rorida glutinosa ex Arbore, quæ vocatur *Cistus Ladon* seu *Ledon*, in Cypro Insulâ imprimis proveniens.

Modus colligendi est hic. Nimirum dum Ros matutinus humectat Folia illius Arboris, unde provenire solet, Humor viscosus in iis contentus, calore Solis interdiu rarefactus & dissipatus, jungit se cum Rore, & noctu concrevit in parvos Globulos, & parvas Pilulas, & postmodum ex Foliis istis decutitur & exsiccat. Quod si verò fiat, ut sequente die ante collectionem Folia hæc, cum in hærentibus istis gummosis Granulis devorentur à Capris; facile pingui suâ viscedine Barbis Pilisque illarum adhærescit; quod occasionem dedit, ut quidam asserant, esse *Ladanum* Humiditatem roridam viscidam ex comestione *Cisti Ledon* Barbisearum adhærentem. *Gummi resinofum* est, & Concretum prorsus singulare, quod neque in Oleo, neque in

Aquâ se solvi patitur. *Spiritus* autem *Vini* integrum *Ladanum* solvit.

Effectus & virtutes ejus quod attinet, illæ satis sunt notæ. Temperatum est, adeoque intrinsecus Acrimoniam, præsertim Lymphæ catarrhalis, mitigans; unde adhibetur, raro tamen, contra *Affectus Capitis* Catarrhales, uti habet **AUTOR** atque **HOFFMANNUS** in *Clave* p. 386. Tussim nocturnam, & ad Aurium Dolores sistendos, cum *Hydromelite* assumptum.

Externæ vim emplasticam habet, unde contra *Affectus Nervinos* adhibetur à quibusdam. *Quin & anodynâ vi* gaudere dicitur, hinc & ad Catarrhos, & Aurium Dolores solvendos in formâ *Suffitûs* sæpè usurpari solet. *Pessis uterinis* junctum *Secundinas* elicit, & *Vulvæ Dolorem* sedat. Stomacho applicatum valde convenit in Stomachi vitiis; unde in Officinis prostrare solet *Emplastrum stomachale de Ladano Cratonis*, quod egregium est in *Affectibus Stomachi*. Habentur *Pilule de Ladano Catarrhales*, seu *Cephalicæ* non inconcinne compositionis, quas **CRATO** ante pastum solet præscribere pro confortando Stomachi vigore.

Reliqua, quæ habet **AUTOR**, sunt satis clara. (1)

CCCLXXXIX.

coccineo colore infectorum (Scarlati) in Lixivio ex Sodâ albâ, Cretâ & Alumine parato incoctis, quæ Lacca columbina dicitur. In usum verò Medicum venit Lacca propriè dicta, quæ Gummi est exoricum, resinofum, durum, rubrum, pellucidum. Hoc ex relatione P. Tachard Soc. J. provenit in Regnis Indiæ Orientalis Malabar, Bengala, & Pegu: ibi enim parva quædam & rufæ Formicæ, variis hærent Arboribus, inque earum ramis relinquunt humiditatem quandam rubram, quæ quinque vel sex dierum spatio aëri exposita durefcit. Quidam credunt Gummi hoc potius exsudare ex Arborum ipsorum cortice à Formicis demorso, eâ conjecturâ ducti, quod Arbores hæc incisæ gummosum reddunt succum: at succum hunc à Laccâ diversum esse manifestum est. Potius ergo Formicæ illæ Floribus pastæ, Laccam non secus ac Apes Mel, in Arboribus deponunt. Collectam Laccam à ramis divellunt, tundunt in mortario, atque in ferventem aquam effundunt: aquam tincturâ saturam decantant, novamque superaddunt, quousque non amplius tingatur. Aquam Laccæ colore imbutam Solis calore ferè evaporare sinunt: Tincturam spissam remanentem Linteo claudunt ad vicinum ignem expriment: quæ primò leni expressione prodeunt Gutta pellucida est pretiosior Lacca; minus pretiosa quæ fortiori expressione extrahitur, quæque cultri acie à Linteo abraditur. Dñs Lemery Laccam chymico curioso subjecit magisterio. Oleum Olivarum Laccam non solvit, nec Tincturam ullam ex eâ elicit: vix levem rubrumque extrahunt Oleum æthereum Terebinthinæ, & Vini Spiritus: unde conjicere licet Laccam valde resinofam non esse, nec Sulfure abundare. Contra Liqueor acidusculus, velut Aqua aluminosa, fortiores Tincturam eliciebat, etsi leviter illam dissolveret: at Oleum Tartari satis in eandem agebat: id notat Laccam portione quidem salinâ gaudere, imperfectè tamen gummosam esse, adeoque inter Mistâ connumerari, quæ mediæ nature sunt inter Gummata & Resinas. Mirum autem est quod notat idem accuratissimus Lemery, acidus scilicet Liqueores, si debiles sint, aliquam ex Laccâ Tincturam elicere, at fortiores, ut sunt Spiritus Nutri, & Vitrioli, nullam prorsus Tincturam extrahere: nihilominus Lacca, quæ nullum his impertiebat colorem, suum ex parte amittebat, in pallido flavescens evadens.

(1) Quamquam Ladanum, Dioscoridis & superiori quoque ætate, vulgò ligneo peccine colligeretur ex barbâ, femoribusque Hircorum, & Caprarum, quæ Cistum Ledon appellatum per diem depastæ, gummoso Succo ejus Fruticis Foliis adhærente descædabantur; nihilominus nostris temporibus simpliciori artificio in Cretâ Insulâ colligitur. Modum accuratè describit Cl. Tournefortius Voyag. du Levant. Lett. 2. Rustici æstuosore meridiei calore, Flagellis quibusdam duplici corrigiarum ordine armatis, quæ Ergatteria appellant, super Folia exiguorum quorundam Fruticum volutatis, Viscum odorum legunt, quod succus est Plantæ nutritus per textum Foliorum veluti pinguis sudor transsudans, Terebinthinæ guttas claritate exæquans. Cum Flagella tenaci hoc Succo onusta jam sunt, illum culro è Corrigiis abradunt, atque in massas redigunt: hocque illud est, quod in nostris Officinis Ladani nomine venit. Frutex è quo Ladanum colligitur dicitur eidem Tournefortio in Coroll. Cistus Ladanifera, Cretica, flore purpureo, quæ est Ladanum Creticum P. Alp. Hanc exactissimè describit loco supra citato laudatus Tournefortius: Planta est ad duos vel tres pedes se atollens: Radice nititur lignosâ, in longas crassasque fibras divisa: Truncus ex ipso exortu in ramos minimi digiti magnitudine dividitur, duos, in alios ramusclos subdivisos: his adhærent Folia ex opposito bina, oblonga, obscure virentia, undulata, venosa, crassa, ad novem latitudine, quindecim longitudine lineas accedentia, obtusa, ac longiusculo pediculo adnexa: Flores sesquipollicaris latitudinis, pentapetali, rosacei formâ & colore, pluribus luteis staminibus pistillum stipantibus ornati: Calyx pentaphyllus, in extremis hirsutus: Pistillum denique abie in capsulam ferè ovalem, duram sebaceo tegmine obductam, ac Calycis foliis involutam, quinqucapsularem, Seminibus rufis, angulosisque setam.

Lemery addit tertium Ladani conficiendi modum, ebullitione scilicet Foliorum Cisti in Aquâ, & quâ supernatans Ladanum separant, atque in massas redigunt. Hunc modum Hispanis familiarem esse ait: meritò autem illum improbat, quod

CCCLXXXIX. LIQUIDAMBRA.

CCCXC. LYCIUM.

Liquidambar, Liquidambra, (quasi liquida Ambra, ob Odoris suavitatem). Resina est oleaginosa suavissimi ac fortissimi Odoris, effluens ex Arbore quâdam procerâ ac venustâ, *Ococol*, sive *Ocosolt* Indis dicta. Estque partim siccior, partim liquidior. Liquidior pars vel seorsim collecta, vel expressione à sicciore separata, sigillatim venditur, dicta eodem nomine Liquidambar; Oleumve de Ambrâ. Videatur *Monard*, *Casalp*, *Lugdunens.* in *hist. Mexic.*

N. 1. Effluxio hæc incisione Corticis promovetur.

N. 2. *Arbor Ococol* familiaris est in Indiâ Occidentali, seu Novâ Hispaniâ, unde paucos ante annos in Europam transferri cœpit.

Vires. Calcificat 2. (Oleum 3.) humectat 1. resolvit, Obstructiones expedit, emollit, maturat. Usus præcipuus in Utero obstructio ac indurata, Tumoribus duris, &c. in Suffitibus, & similibus.

N. Adhibetur mechanicè in perfumandis (ut ajunt) Coriis ac Chirothecis.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum* (ut dictum) vel seorsim collectum, vel *Expressio* à sicciore parte Resinæ separatum.

2. *Cochione* ex Ramis elicium. Coquunt enim Indi ramulos in Aquâ, supernatantemque pinguedinem nomine Olei colligunt. Et hoc esse Oleum illud Officinarum nostratum, Color arguit rubro-purpureus, quippe nativa albicantiora esse solent.

N. *Resina* nostratibus in usu non est;

CCCLXXXIX. **L** I Q U I D A M B R A. *Liquidambra* Liquidus, effluens ex Arbore quâdam Indiâ Occidentalis, nomine *Ococol*, seu *Ocosolt*: videatur *AUTOR*. In his & similibus Exoticis consulendi sunt rerum exoticarum Scriptores: & quidem ubi fit mentio Occidentis, *MONARDES*, *CÆSALPNIUS*, & *FERENTIUS*; in Oriente imprimis *BONTIUS*, & qui scripserunt Itineraria.

Hanc *Liquidambram* quod attinet, est admodum pretiosa, usûsque rari interni; nisi quoddam saltem *Odoris gratiâ* expectatur & *Suffumigiis* addatur, uti & *Emplastris* contra Tumores. Aliâs in usu medico est rara. (K)

CCCXC. **L** Y C I U M. *Lycium* equidem Veteribus fuit cognitum, Modernis verò quid sit? adhuc controversum & ignotum est, cum nulpam inveniatur. Unde Modernorum nonnulli in locum ejus substituunt *Succum inspissatum ex Radice Rhamni*, *Periclymeni* & *Cyclaminis*, in specie *Cumach* pro scopo adstringentis: imò ex *Sumach* transudat *Gummi*, quod *Lycio Veterum* potest substitui. Verùm, quoniam est incognitum, non opus est, ut in ejusdem explicatione tempus teramus. (L)

CCCXCI. **M** A S T I C H E, *Mastix*, Græcis *πυρίνη στυβίχη* est *Lacryma*, seu *Gummi resina* ex omnibus ferè nobilissima; transudat ex *Lentisco* Arbore fauciatâ, eodem modo quo *Gummi* ex nostris *Prunis* & *Cerassis*; quæ *Lentiscus* apud nos est rara, visitur frequenter in Italiâ, præcipuè in Hortis Magnatum, & in Horto Patavino. Præmatum obtinet ea, quæ in Insulâ Chio reperitur, ubi tam copiosè nascitur, ut incolæ ex eâ *Vectigal* non leve quotannis habeant, unde & *Mastiche Chia* dicitur, quæ optima; sicut & *BALLONIUS* refert, primarias Insularum opes & fortunas ibi in *Mastiche* collectione consistere. Quibus suspecta Exotica sunt, hi *Grana Terebinthina* à Formicis congesta, seu collecta substituere volunt.

quod pars *Ladani spirituosâ* & magis balsamica coctione dissipetur, & in auras abeat. Prostat quoque & in Officinis *Ladani* quoddam liquidum, quod ex recensione ejusdem Lemery est *Ladani* modò dicti purior & laudabilior portio, quæ simplici percolatione a crassiori separata, tenuibus clauditur vesiculis, atque Anglis præsertim *Myropolis* ex usu est.

(K) *Liquidambra Balsamum* est nativum, seu *Resina liquida ad Terebinthinam accedens*, subrubra, vel sablutea, *Ambra* (unde nomen) seu *Succinum æmulans*. *Arbor procerâ foliis Hederaceis* in novâ Hispaniâ illam fundit, unde tati in Europam adportantur.

(L) *Lycium*, quod *Lycium* vocant, & *Galli Graine d'Avignon*, est *Rhamnus catharticus minor* C. B. seu *Spina insectoria pumila* 1. *Lycium* verò Hispanicum, folio *Buxi*, quod & *Pyxantha* *Dodonæi*, est *Tournefortio Rhamnus Hispanicus Buxi folio minor*. Nullum ex his videtur esse *Lycium*, à cujus radicibus & ramis ait *Dioscorides Succum extrahi adstringentem, oculosque detergentem*: nisi sit *An Lycium Creticum* P. Alp. Exot. quod est *Rhamnus Creticus*, *Buxi folio minori* T. Coroll. aut *Lycio di Candia*, overo *Berberi Alpina del Belli Pon. Ital.* quod *Tournefortio* in *Coroll.* est *Berberis Cretica*, *Buxi folio*. Hoc quidem conicere est: verùm haud tanti erit hoc *Lycium Dioscoridis*, ut eo absque gravi damno carere non possimus: præsertim quum tot. præsentent & adstringentia, & oculos detergentia medicamenta.

Lύκτιον, *Lycium Dioscoridi* est *Succus extractus* (coctione scilicet & inspissatione) ex ramis ac caudice *Arboris* ejusdem nominis. Hanc describit titulo *Lycii*, *Matth. Tab. Ger.* *Lycii Alpini*, *Lugd.* *Pyxanthæ*, *Dod. Lon.* Verùm cum Modernis incognitum sit, factum est, ut diversæ inde subortæ sint Opiniones. *Lobelius* substituit suum ex *Lycio Narbonensi Extractum*: *Garzias* suum *Gate dictum*; habet & suum proprium *Rauwolfius* in *Itinerario*. *Officina* suum *Lycium* communiter ex *Periclymeni* baccis gravissimo errore conficiunt; alii ex *Ligustri* fructu; alii ex *Prunis sylvestribus*. Præstaret tamen, monente id etiam C. *Baubino in Matthiol.* succedaneum ex *Oxyacanthâ* aut *Rhamno*, aut *Rhois Succo* compilare.

CCCXCI. M A S T I C H E.

Mastiche est *Gummi-Resina* ex albo citrina, pellucida, granulata, benè odorata, ex *Lentisco* Arbore exsurgens.

N. De *Lentisco* Vide *Class. 1.*

Delectus. Optima consistit quæ in Insulâ Chio provenit, odorata, candida, instar *Ceræ* albæ splendens, adulta, retorrida, friabilis, lyncera, stridens. Reprobatur nigra, Bitumini similis, viridis, livida, impura. Adulteratur *Thure* & *Resinâ Pini*, sed *Odore* fraus statim deprehenditur.

N. Quantò vetustior, tantò intentius citrina agit.

Vires. Calcificat & siccatur 2, substringit emollit, Ventriculolum

De *Electione* & *Adulteratione* videatur *AUTOR*.

Quod attinet *Virtutes* *Mastiche*, *Ventriculo* admodum commendatur ceu singulare *Stomachicum*; & in quibuscumque ejus *Pathematibus*, *Nauseâ* scilicet, *Vomitibus*, *Diarrhœis*, *Lienteriâ*, *cœliaco Fluxu* compescendis adhibetur; adstringit & *Ventriculi tonum* optimè restituit atque conservat, unde meritò suadet, ut *Mastix omnibus Purgantibus addatur*, ut vim eorum venenosam nonnihil corrigat: *Purgantia* enim nocent *Stomacho*; unde adjectâ *Mastiche* optimè illi succurritur. *Quin* & in *Cerebri Morbis*, quæ per consensum *Stomachi* oriuntur egregia est. Hunc in finem coquitur in *Aqua*, ut modum habet *AUTOR*; quod tamen melius fit, si *Aqua pluvialis* recipiatur; quod *Decoctum* ceu *Stomachicum* nobile in *Diarrhœâ* frequenter usurpetur. Vel ad imitationem *TILEMANNI in Materia Medicâ* ita præscribi potest:

℞. *Aquæ Plantag.*

Fol. *Querc.*

Tormentill.

Rosarum an. ℞ss.

Vel harum loco *Aquæ simpl.* ℞i℞.

Mastic. ℞℞. ad ℞ss.

Macis ℞j.

ebulliant lento igne: *Colatura* adde

Aquæ Cinnam. ℞j.

Syr. Cydonior. aut *de Rosis* succ. q. s. ad suavitatem.

Habent aliâs & alium modum *Aquam Masticinam* reddendâ ex solo suffitu *Ollâ vacuâ* excepto, & hinc *Aquâ* repletâ, qui hic est:

Masticem in *prunas ardentes* injiciunt, *Fumum* ejus excipiant *Vase* quodam novo vitreo: quod si *Fumum* probè receptus fuerit, subitò vel *Aquam communem*, vel aliquam *destillatam appropriatam*, vel *Decoctum*, secundum intentionem medicam, affundunt, & optimè tegunt; sic enim *Aqua* sapore & facultate *Masticis* impregnatur, quæ exinde *Potum* dat *stomachicum*, & *Intestinorum*

lum roborat. Usus præcipuus in Vomitu, Nauseâ ac Fluxu Alvi compescendo. Obtundit ac corrigit Purgantium acrimoniam, reprimat exhalationes Ventriculi, quæ Caput aliàs ferire solent (grana aliquot post pastum deglutita); roborat Caput, nervosumque genus, expuitioni Sanguinis ac Tussi medetur, emendat Oris halitum, Pituitam è Cerebro elicit (masticando.) Extrinsecus usus ejus creberrimus est in Dentificiis, Emplastris, ac Cataplasmatibus Stomachicis.

N. Coquitur ꝞꝞ. in Aquâ ꝞꝞij. vel iiiij. daturque pro Potu ordinario in Diarrhœâ.

P R Æ P A R A T A.

1. Oleum stillatitium, seu flavum. Et Oleum rubrum, seu Balsamus.

Ꝟ. Mastiches q. v. Salis parum (3.p.) Silic. contus. ana: destilla per Retortam, primò exstillat Liquor albus cum Oleo flavo, tandem igne fortiori, Oleum rubrum, rectificata per Retortam parvam: flavum Oleum serva seorsim, rubrum deinde, & Balsamum nigricantem itidem seorsim.

Aliter. Ꝟ. Mastich. Ꝟij. Boli pulv. M. ij. Spirit. Vin. q. s. impasta, digere per dies (14.) dein destilla per Retortam ign. nudo, & prodibit Oleum leve supernatans, tum quoque graue & ad fundum secedens, utrumque rectificata cum Bolo ac Sale.

N. 1. Habes egregium modum Olei albi, flavi, & rubri, primâ parte Glauberi pag. 36.

N. 2. Est aliud sub titulo Quintæ Essentiæ cum Spiritu Te-

testinorum Fluxibus, in specie quidem in Dysenteria, egregium.

Notum namque est, quòd Spiritus Mastiches internè assumptus valde conveniat in tali casu, Vomitu, Diarrhœâ & similibus. Jam hic Fumus nihil est aliud, quàm Spiritus Mastiches nudè collectus ac Oleo imprægnatus. Ergò perinde est, sive Spiritus instilletur, sive hæc Aqua ita imprægnata propinetur: imò melior est Aqua, quoniam Oleum simul recipitur in Ollâ, quod aliàs solet separari. Videatur HOFFMANNUS Clave pag. 588.

In substantiâ tamen usurpari quoque potest; si ejus Grana integra, ij. vij. vel x. jejuno stomacho deglutiantur aut masticentur, in Affectibus ejus; Appetitum mirè provocant, Stomachum roborant, & post pastum deglutita Digestionem nonnihil promovent, sicque Lienteriæ, & cœliaci Fluxui succurrunt. Denique Mastix in Dysuria, vitio Vesicæ enatâ, est optima. GALENUS tanti facit Mastichen, ut omnibus Resinis illam præferat; contra DIOSCORIDES præstantissimam omnium reliquarum Resinarum Terebinthinam esse dicit: & certum est, in multis inter se convenire hæc duo; unde GLAUBERUS loco Mastiches substituere solet Grana ex Terebinthinâ à Formicis collecta.

Extrinsecus quoque magni usus est Mastix in Nervorum Affectibus & roborando Stomacho, si inducatur super Alutam, & applicetur formâ Emplastri Ventriculo in Nauseâ & Vomitu: discutit & resolvit, & atoniam Fibrarum roborat. Tandem etiam, & quidem ejus Grana inter primaria Apoplegmatizantia referuntur, & sola masticata Salvationem eleganter movet, & hac mediante elicit Lympham, quæ gravat Caput.

Mastiche de cætero destillata

1. Aciditatem subtilem & gratissimam prodit & fundit in Plegmate spirituoso.

2. Oleum flavum & elegans, &

3. Obscurum & rubicundum.

4. Spiritus rectificetur, & habetur Liquor acidus volatilis, & pro Stomacho roborando optima Medicina; convenit enim in Appetitu dejecto, Vomitu, Diarrhœis, Lienteriâ, Vomitu nimio Gravidarum, ut earum Fastidio, aliisque Stomachi & Intestinorum Affectibus.

1. Modum destillandi Oleum habet AUTOR per Retortam ex arenâ. Elegantior autem modus est per Vesicam, Stanno obductam, cum affusione Aquæ simplicis: sic sine ullo empyreumate prodit Oleum elegans medicamento- sum, quod ad aliquot guttas assumptum Stomachum roborat insigniter: hinc in Morbis Stomachi & Intestinorum egregium. Externè convenit in Nervorum Affectibus, discutit & resolvit, & atoniam Fibrarum roborat. In Vomitu, Nauseâ, & Diarrhœis optima Medicina est; sicut &

rebinthinæ, Myroth. Fabri. Per se autem factum Oleum præbet in copiâ, quod si super Vitriolum rectificaveris, acridinis alicujus erit particeps, additâ verbò Aquâ fontis, per B. habebitur Oleum flavum S. Closs.

3. Oleum per deliquium.

Fit in Albumine Ovi cocti, Aëri humido exposito.

3. Oleum Mastichinum coctum.

Fit coctione Mastiches in Ol. Rosar. ompbar. Vide Disp.

4. Spiritus Mastiches.

Est Liquor albus (qui in destillatione Olei prodit) rectificatus.

5. Spiritus Vini masticatus.

Ꝟ. Mastich. el. Ꝟij. Spirit. Vin. rectif. ꝞꝞ. digere per dies (14.) postea affunde Aqu. Fort. ana, & decilla in MB. primò prodit Spiritus, dein Aqua, quæ nullius usus. Spiritum in MB. rectifica & serva.

N. Quod remansit destillari potest per Retortam, ut profundat Oleum.

Vires. Maximè prodest in Ventriculi imbecillitate ac Cruditate, in Colico Dolore, &c.

6. Aqua Mastichina FF.

Ꝟ. Mastich. ꝞꝞ. Caryophyll. ꝞꝞ. Macis Ꝟj. Vini albi generosi Ꝟij. destilla per Alembicum

7. Pilula Mastichina. Vid. D.

8. Emplastrum Mastichinum.

Stomachicum, nervinum. Ferrus Arteriæ sectæ imponit. CCCXII.

in Fastidio Gravidarum. Ceratum de Tacamachacâ cum Oleo Mastichis malaxatur, & Stomacho applicatur.

Rubicundum Oleum est nobile Vulnerarium, aliis Balsamis, Limentis, & Emplastris Vulnerariis additum. Et quanta vis vulneraria horum sit, ostendit Experientia in Cultrivoro Prussiano: de quo videatur BECKERUS Tract. de Cultrivoro.

3. Oleum per coctionem paratum magni usus est in roborando Stomacho, si inungatur eidem in Vomitu & Nauseâ. In Ani prociendia ab Hæmorrhoidibus inductâ nil melius est, quàm Oleum Mastichinum, in quo ebullierunt Scarabæi pilulares.

5. Post Spiritum acidulum & Oleum, sequitur Spiritus Vini masticatus, qualem in Doloribus Stomachi habet PARACELSIUS Tract. de Preparat. & ita paratur:

Ꝟ. Mastich. Ꝟij.

Galang. Ꝟj.

Spir. Vini rectif. ꝞꝞ.

Mista destillentur per Alembicum.

Remanentiæ addi possunt Silices calcinati pulverisati; sic Oleum subtile assequitur.

6. Aqua Stomachalis Mastichina optimè fit sequenti modo

Ꝟ. Mastich. el. Ꝟij.

Galang.

Caryophyll. an. Ꝟj.

Zingib.

Macis an. ꝞꝞ.

Rad. Acori vulg. Ꝟij.

Affundatur Vinum Malvaticum, & digerantur probè in loco calido; hinc destillentur in Mariæ Balneo.

Dosis est Cochli. j. vel alterum per horam unam ante pastum: potest etiam Linteum duplicatum huic Aquæ immergi, & simul applicari.

Item.

Ꝟ. Mastiches Ꝟjv.

Galanga,

Macis an. Ꝟj.

Cinamom.

Zedoar.

Ladani an. ꝞꝞ.

Spir. Vin. rectif. Ꝟij.

Destillentur in Balneo Mariæ: Spiritus progrediens cum Eleosaccharo Citri edulcoretur, & in Atoniâ Ventriculi dicto modo usurpetur.

Pertinet huc etiam Syrupus Mastichinus, quem describit TIMÆUS à Gulden-Klee in epist. pag. 456.

7. Pilula Mastichinae valdoperè usurpantur in Stomachi & Mulierum Affectibus: imprimis quidem in Cephalalgia Mulierum ex cõsensu Uteri, cuius Signum infallibile dicitur, quod sentiant in Vertice frigus, egregiæ sunt Pilule hæ. (M)

CCCXII.

(M) Mastichem à μαστιχαι, mandere, ex Athenæo dictam docet C. Hoffmannus. Est Gummi-resina, vel potius Resina, æstivo tempore, vel sponte, vel incisione, crassiorum, albidarum & transparentium lacrymarum formâ, ex Lentisci trunco, ramisque promanans. Commendant Mastichen Chiam, sed ex tota Asia minore ad nos asportatur. Coligitur quoque & in nostro Aprutio, ad Adriatici Maris oras. Communis Salivam prolicit: deglutita Ventriculi fibras roborat, atque blandè adstringit.

CCCXCII. MYRRHA.

Σύμπερον, *Diasec.* Bola Indis, Myrrha, *Matth. Cord.* in *D. Garz. Frag. Cæs. Lob.* Et Resina gummea (concretus Gummi-resinosus Succus,) cujusdam Arboris exoticæ, quæ Cortice vulnerato Myrrham profundit, partim in subfratas segetes destillantem, partim citra caudicem concretescentem. Plurima affertur ex Arabia, tum etiam ex Regione Alexim, quæ Æthiopia est.

Delesus. Laudatur friabilis, levis, undequaque concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta, venas unguium modo candidas, & læves ostendit. Omnibus autem antefertur, quæ à loco unde convehitur, *Troglodytica* nuncupatur, colore pallescens, seu subviridis, splendens ac mordax. Inutilis est ponderosa & coloris picci, seu nigra; hæc (Myrrha) *Animinea Amati*.

Ab *Stasem* nihil aliud esse quàm *Myrrham liquidam*, testatur *Dioscorides*. Ejus autem colligendi diversos deprehendimus modos. 1. Sponæ ex Arbore non vulneratâ exsudat. 2. Exprimitur ex Myrrhâ, ut *Oleum Liquidambar* ex Resinâ ejusdem nominis.

CCCXCII. MYRRHA. *Myrrha Gummi* resinofum

est, mixtum ex *Oleo & Mucilagine*, ex Arbore exstillans exoticâ, Bola distâ, sauciata. Affertur ex Syriâ, & regionibus Africæ, & est *Balsamum* reverâ quoddam *naturale*, quod effectus ejus testatur in Corporibus quibuscunque, tam vivis quàm mortuis, à Putredine conservandis, quæ in *Spiritu Vini myrrhato* citra ullam corruptionem diutissimè asservari possunt, præprimis si *Spiritus Vini* benè rectificatus, aliquantisper cum *Spiritu Salis acidulatus* sit. Vidi ego aliquot Infantes ita à putredine ad multum tempus in Vitris præservatos, qui, quasi vivi essent, apparebant.

Delectum, & quænam sit præferenda alteri, **AUTOR** clarè satis explicat.

Saporis est *amarissimi* propter copiosum *Sal volatile oleosum admodum acre*; unde singularem vim habet *acuendi Bilem* in Corpore nostro, cum Fel sit *Balsamum* quoddam Corporis; & tanquam *Remediam pro vitâ longâ* commendatur; singulare enim est *Balsamum* confortativum nostræ vitæ, adeoque multum commendatur ab **HELMONTIO** pag. mibi 626. uti etiam ab **HORSTIO** in *Judic. super Chirurg. Infusoriam* pag. 88. Dum autem *Balsamum* est *Myrrha*, in Ulceribus & Corruptionibus partium internarum est magni usûs, in Phthisi nempe Pulmonum, Empyemate, Ulceribus Renum, & similibus Malis nimis frequentibus, Corruptionem & Putredinem ulcerosam cujuscunque Corporis corrigendo, & Fermentum acidum corruptivum Ulcerum enecando ac tollendo. Plura de Myrrhæ viribus, pro præservandis à Putredine Corporibus, videantur apud **MINDERERUM** *Aloëdar.* c. 6. uti præter alia modum *Remedium* ex *Myrrha*, *Auro* & *Tbere* pro Senibus ad Vitam longam parandi præscribit, quod à multis magni sit: & dicunt, huc respexisse **MAGOS**, qui **SALVATORI** dono dederunt *Aurum*, *Tber*, & *Myrrham*. Unde etiam primariarum *Ingredientis* est *Elixir Proprietatis*, quod egregias vires habet præservandi à Putredine partes internas, uti & in Ulceribus & Affectibus Uterinis. Porro Aciditatem Ventriculi, ejusque Cruditatem optimè corrigit, convenitque egregiè in Scorbuto aliisque Morbis Chronicis curandis, iis in specie, qui ex vitio Mensium, quos pellit, proveniunt; unde in pellendis Lochiis & Fœtu, tam vivo quàm mortuo, primarium est *Simplex Vegetabile*; Mulieribus enim, earumque Utero, dicata est. Imò fit non rarò, ut Secundinæ retentæ putrescant, & Morbos periculosissimos inducant; in casu tali *Myrrha* est egregium *Remedium*, dum Putredinem Secundinæ arceat, & simul potenter pellit ac promovet. In Febribus non minùs egregia est, Tertianâ & Quartanâ, ante Paroxysmum: mirificè dyscrasiam Sanguinis corrigit, & blandâ diaphoreticâ vi heterogeneitates ejus ad peripheriam Corporis expellit; hinc imprimis in Febribus Malignis cum Excretionem cutaneâ conjunctis (videatur **HOFFMANNI** *Clavis*) & in Variolis & Morbillis præservativè & curativè mirabiliter confert: non secus ac Puerperarum Purgamenta mirabiliter promovet; spectatim Præcordiorum anxietates in hisce Morbis mirè elevat: unde in Purpurâ Puerperarum, albâ & rubrâ, Febribus Petechialibus, &c. omnibus *Remediis Myrrha* est miscenda. Et quidem sæpiùs fit, quod talis Purpura sit conjuncta cum suppressione Lochiorum: Ergò hic maximè conveniens erit *Remedium Myrrha*, quoniam & Lochia

Vires. Myrrha calfacit & ficit 2. (al. 3.) aperit, substringit attenuat, maturat, discutit, Putredini resistit. Usus præcipuus in Uteri obstructione, Fœtu expellendo, in Pulmonum & Intestinorum mucilagine, ac inde natâ Raucedine, Tussi, & Anginâ, Pleuritide, Colicâ, Lumbricis; compescit Diarrhæam ac Dysenteriam, Febrium Rigorem, præcipue Quartanæ, arceat. Extrinsecus prodest in Igne Sacro, Gangrænâ, Tumoribus, Vulneribus inveteratis ac recentibus, imprimis Capitis, unde in *Emplastris Symplicis*, ut vocant, usus ejus creberrimus esse solet. Masticata ac subinde deglutita Halitus sætorem curat, &c.

Dosis à ℥ss. ad ℥ij. vel ℥j.

P R A P A R A T A.

1. *Myrrha depurata*.

Depuratur more solito: *Myrrhæ* subtiliss. tritæ affunde expressum *Succum*, *Decoctum*, vel *Infusum* (intentioni tuæ appropriatum,) vel *Vinum* ad eminent. digit. 2. digere in MB. ut mollescat, dein calida exprime, & inspissa leatè, *Vide Quercetan. Pharm. Res. c. 15.*

2. *Myr-*

promovet, aut debitum eorum fluxum conservat, & expellit Purpuram, ut sic duabus magnis Indicationibus uno succurramus *Medicamento*; unde in Malignis Puerperarum Febribus cum Lochiis retentis, aliis *Remediis* admiscetur *Myrrha*, quæ Malignitati resistit, & simul promovet Lochiorum fluxum. In Morbillis & Variolis certè Suppurationem promovet, & fovearum magnitudinem impedit. Primitus igitur datur cum *Alexipharmacis*, v. g. *Antimonio diaphoretico*, &c. pro expulsionem; deinde cum *Lapillis Cancrorum* pro maturatione, & fovearum præcautione. Egregia quoque est in Tineâ, aliisque Morbis Infantum, v. g.

℥. *Cornu Cervi sine igne*,

Lapill. Cancr. præp. an. gr. xv.

Myrrhæ el. gr. vj.

Tberiac. gr. ij.

Olei destill. Anisi gutt. iij.

Misce, fiat *Pulvis* pro Infantibus polychrestus.

Ad movenda Lochia.

℥. *Borrac. Venet.* ℥ss.

Myrrh. oleo. gr. xij.

Croc. gr. vj.

Misce, fiat *Pulvis* pro duabus dosibus.

Vel *Pulvis* ad Variolas.

℥. *Cornu Cervi sine igne*,

Antimonii diaphor.

Terræ sigill. an. gr. xii.

Myrrhæ gr. viij. ad ℥ss.

Misce, fiat *Pulvis* pro duabus dosibus.

Potest etiam cum *Amygdalis dulcibus* aliisque *Seminibus emulsivis* unâ in *Emulsionem* redigi, ad imitationem *Liquoris Alexipharmacii Zovelferi* in *Pharm. Reg. p. 209.* Quin & in *Peste* Præservationis causâ adhibetur, uti **PARACEL-SUS** jam olim ad *Sterzingenses* scripsit; unde *Pestis* & *Morbis* contagiosorum tempore nunquam Ægros visitent *Medici*, nisi *Mastiche* & *Myrrhæ* masticatione priùs se muniverint. *Dysenteria* malignæ unâ cum aliis optimè confert. Et quidem *Myrrha* hæc, non solum *Menses* pellit; sed etiam quascunque quocunque in loco eruptionis Sanguinis excitat, & auget, v. g. in Sputo cruento obnoxii observavi usum *Elixir Proprietatis* revocasse *Malum* fopitum: sic ejus usu in Variolis & Morbillis provocantur *Narium Hæmorrhagiæ*; & his obnoxii abstineant à *Myrrhâ* & *Elixir Proprietatis*, nam fluxum provocant. Tandem *Myrrha* ad magnitudinem Pisorum aliquot assumpta, in Catarrhis & Morbis Catarrhalibus, ex Lymphâ acidâ oriundis, v. g. siccâ Tussi, Raucedine ex vitio Aëris, friundis Catarrhalibus epidemicis, Digestione læsâ, &c. egregia est, & multum commendatur. Lumbricorum hostis est *Myrrha* internè æquè ac externè. Egregium denique est *Anodynum* & *Traumaticum*; videatur **AMMANNUS** *Mater. Med. pag. 137.* unde in Vulneribus inveteratis, quæ jam degenerant in Ulcera, præservat à Putredine verminosâ, seu proeniem verminosam absorbet, & simul illa mundificat; sicut etiam externè convenientissima est *medicina* in corruptione ac putredine Vulnerum, quæ ex defectu Spiritûs Partis læsæ insiti supervenit, in Ulceribus malignis & cacoëthis mundificandis atque fermentis eorum destruedis, sive miscetur cum *Decoctis* pro ablutione, sive cum *Unguentis* aut *Emplastris*; quæ imponuntur Ulceribus talibus; imprimis Ulce-

2. Myrrha Extracta .

Extrahitur cum Spiritu Vini rectificatiss. s. A. abstrahitur Spiritu Vini inspissaturque Extractum ulterius in Vitro, vel vitreato Vase ad consistentiam Olei .

3. Oleum Myrrhae .

Destilla per retortam ex Arenâ .

N. 1. Sunt, qui Myrrham cum Serraturâ abietinâ macerant, ac postmodum per Vesicam Oleum eliciunt . Verum id aliquâ ex parte abietinum est .

N. 2. Alii Liquori Myrrhae Spiritu Vini affundunt, digerunt, ac per Alembicum destillant . Mod. destill.

N. 3. Alii digerunt Myrrham pulverisat. cum Aceo, atque hinc destillant .

N. 4. Neque per se, neque cum Silicibus, Arenâ, Bolo au farinâ Laterum, Oleum profundit, sed solum Spiritum gravem & acidum ac sostenentem . Fiat igitur utroque modo, ut dixi de Mastiche, S. Closs.

4. Liquor Myrrhae .

Impone Myrrham pulveris. Albumini Ovi cocti adhuc calido, ac repone in Cellam ad liqueendum, vel mixtam cum eodem Albumine repone supra Tabulam vitream, ut liqueat, & destillet in Vitrum suppositum.

Vires. Abstergit maculas Cutis, Stigmatâque ex Lue Venereâ .

(Oleum Myrrhae per deliquium dicitur.)

5. Trochisci de Myrrhâ .

CCGXIII.

Ulcera putrida verminosa & maligna, Gangrænam minantia curat, sicut & ipsi Gangrænae æquæ ac mortificationi partium opitulatur, & hinc Consolidatio facilis promovetur, unde RULANDUS eam in Emplastris sæpe exhibet; sicut etiam ad Balsamum Vulnerarium Rulandi non ineptè copiosa Myrrha recipitur . In Scorbuto Oris & Gingivarum putredine egregiè convenit cum Laccâ, vel sola masticata.

De modo Præparationis Medicamentorum ex Myrrhâ adhuc notandum, quod ea, quando cum aliis sociata cum Liquore aqueo coquenda, in fine coctionis addenda sit; quia Coctionem non sustinet, & sub cocturâ maxima ejus vis exhalat & perditur .

Cæterum ex Myrrhâ aliàs fit Fucus muliebris contra Rugas Faciei valdè expertus, hoc modo :

℞. Patella ferrea nova :

Candefiat nonnihil propè ignem : Huic Mulier, quæ habet Faciem Rugis oblitam, ex ore Vinum album uno impetu adspargat, & Patellam ipsam restinguat, atque mox, Capite Linteo amplo contexto, Vaporem inde surgentem Facie excipiat : subinde postmodum in eandem Patellam, rursus igne candentem, Myrrham pulverisatam projiciat, eodemque Linteolo contexta, fumum Myrrhæ exhalantem Facie similiter excipiat, denuo ipso Linteolo Faciem contegat & cubitum se conferat . Fucus hic singulis octo diebus paratus Vetulas rejuvenescere facit; Rugæ enim seniles ita prorsus evanescent, ut sic perpetuò erugatæ Juventutem etiam in Senio mentiri queant .

Quoad Præparata : sunt, qui commendant valdè Extractum Myrrhæ in Febribus Intermittentibus . Cæterum modus parandi hoc Extractum est arcanus : nam Myrrha concretum est anomalon, quod neque purè Oleosis, neque purè Aqueis solvitur; nec Spiritus Vini, nisi rectificatissimus, aliquid de Myrrhâ, & quidem ejusdem tantum Resinam, extrahit : quæ in specie convenit, quando Vermes in Ulceribus generari incipiunt, Unguentis & Lotionibus permixta . Quod si tamen cum Salibus alcalinis, vel Acidis, v. g. Spiritu Salis, misceatur Spiritus Vini benè rectificatus, optimè subigi potest : nam Spiritus Salis radicaliter solvit Myrrham, & per aliquot dierum digestionem, Essentiam extrahit, deinde Spiritu Salis ad debitam consistentiam abstracto, commodè cum Spiritu Vini potest extrahi: scilicet modus hic obtinetur in communi Elixiris proprietatis præparatione . Sed commodissima est præparatio, imprimis pro Mulieribus, si extrahatur Myrrha vel cum Alkali fixo, aut volatili; sic v. gr. fit optima Essentia Myrrhæ, si Myrrhæ & Alkali Tartari ana digerantur cum leni Aquæ humectatione; hinc cum Spiritu vini rectificato extrahuntur, sicut WEDELIUS in Pharm. pag. 85. cum Spiritu Tartari & Spiritu Vini facit Essentiam Myrrhæ balsamicam . Spiritus Vini quoque tartarificatus, & Tinctura Tartari benè acris, convenientissimum est Menstruum pro extrahenda Myrrhâ : & hæc est Essentia Salutis Doct. Langii, cum quovis Liquido miscibilis, Remedium polychreston usitatissimum in Variolis, Mentium

Pathematis, Hysterica Passione, &c. Imò solo Aqua, cum Sale Tartari acuatâ, solvit Myrrham in Tincturam rubicundam : Conferatur CLAUDERUS de Balsam. Corpor. quod & Spiritus Salis ammoniaci cum Spiritu Vini paratus facit . Quamcumque Putredinem corporis internam & externam potenter arcet, & potenter præcavet, Fætum mortuum potentissimè pellit . Hinc, ver. gr. pro purificando Sanguine scorbutico .

℞. Tinctura Antimonii ex scor. ℥ij.

℞. Myrrh. ℥j.

M. D. S.

Essentia Sanguinem purificans .

Dosis 30. vel 40. gutt.

Item contra Scabiem :

℞. ℞. Myrrh. ℥ij.

Lignor. compos. ℥ijj.

M. D. S.

Tinctura expellens .

Dos. 40. guttæ .

Ad imitationem Tincturæ Laccæ Mynsichtii Essentia Myrrhæ parata, ad Scorbutum Oris est egregia .

Spiritus Vini myrrhatas, seu, qui ad tempus super Myrrham in infusione steterit, optimè conservat Corpora à putredine .

Quoniam Myrrha in Spiritu Vini ammoniacali solubilis est, tentandum; qualis acciperetur Spiritus, si cum Sale ammoniaci, & Cineribus clavellatis misceatur Myrrha, & hinc affuso Spiritu Vini destilletur; cum Succino enim res egregiè procedit; nam quacumque ratione aliàs destillata Myrrha parum dat Olei empyreumatici, sed Spiritum acrem reverà sudoriferum .

Oleum Myrrhæ per se haberi nequit : destillata enim per Retortam ex arenâ transit paucum Oleum, sed potiùs Pblegma puniceum acidum, quod Arcanum habetur ad Venena putrefactiva & corruptiva, quæ per sudorem expellit, ut sit ingratum .

Ut copiosius acquiratur Oleum, miscent cum Serraturâ abietinâ, uti habet AUTOR, sed est impostura, Contenti ergò simus cum Essentiâ. De Liquore verò seu Oleo Myrrhæ per deliquium videatur AUTOR, qui præparationem habet, includendo Myrrham Albumini Ovi indurato, ac reponendo in locum frigidum; quod egregium est Cosmeticum contra Maculas Faciei solares, seu Lentigines, Rugas Faciei & Cicatrices deformes Vulnerum delendas, si sæpiùs illinatur; destruit enim Acidum intercutaneum .

Trochisci de Myrrhâ, quos Veteres in usu habuerunt, à ℥ss. ad ℥j. multum profunt in Muliebribus Affectibus, præsertim ad ciendos Menses, ac promovendum Partum difficilem, etiam Fætum mortuum . (N)

CCCXIII.

CCCXIII.

(N) Myrrha, μύρρα vel μουρρα Æolicè, (unde Smyrniium Planta, quod Myrrham oleat) à μύρρα Unguentum, quod multorum Unguentorum subeat compositionem : ni potiùs Unguenta μύρρα ἀπὸ τῆς μύρρας διὰ sint, eandem ob rationem . Gummiresina est incisio extillans ex spinosâ Arbore Arabiæ felicis Ægypti, Æthiopiæ, atque apud Abyssinas, & Troglodytas, quare selectior Myrrha, Troglodytica appellatur . Optima est in lacrymas pellucidas, leves, ex flavo aureas, vel rubicundas distincta, quæ albas maculas unguiformes intus ostentant : crassâ prædita est substantiâ, odore ingrato, sapore acri amaroque . Hæc internè utimur, reliquâ ad externos usus sæculentiore . Myrrhâ multum Olei & Salis continet essentialis, & parum Pblegmatis . Illius usus satis Autor exposuit . Myrrhâ pretiosa, quam cum Auro & Thure ex Oriente venientes Magi SERVATORI nostro obtulerunt, haud sanè vile, & ingratum hoc Gummi fuit . Quidam existimant illam fuisse Myrrham Staeten, à σαζω stillo sic dictam, quam speciem vari & suavissimi Balsami faciunt, ex juvenibus Arboribus, Myrrham priùs dictam ferentibus, sponte extrillantem . Sed hæc nostris temporibus non colligitur .

CCCXCIII. O M P H A C I U M.

Agreſta. *Germ.* Agreſt. *Gall.* du Verjus. Eſt Succus ex Uvis immaturis expreſſus, colatus, inque Doliis repositus, & Vaſe clauſo aſſervatus.

N. 1. Præſtat Uvas adhibere dies aliquot (4. 5.) Soli expoſitas.

N. 2. Tempore *Dioſcoridis* inſpiſſabatur calore Solis ad conſiſtentiam *Rob.*

N. 3. Oleum acidulum ex Olivis immaturis expreſſum, ob ſaporis aſſinitatem, itidem *Oleum Omphacinum* appellari ſolet, de quo vide ſuprà *Olea*, *Clasſ.* 1.

Vires. Inſervit tam Eſculentis, quàm Medicamentis. Refrigerat 2. ſiccatur 1. ſubſtantia eſt craſſioris, ſaporis acido-acerbi. Uſus præcipui ad Hypochondria ardentia, Stomachi ardorem, (oriſificio impoſitum) imò calidis Morbis omnibus ſeliciori jovamento eſt, quàm Acetum, quod præter refrigerandi vim, & caliditate acri pollet, ſecus ac Omphacium.

P R A E P A R A T A.

1. *Syrupus de Agreſtâ.* Vide *Diſp.*
2. *Rob Agreſtâ.*

CCCXCIV. O P I U M.

Sunt qui *Opii* ac *Meconii* nomina confundunt, & duo pro uno eodemque habent, ſed malè.

CCCXCIII. **O**MPHACIUM. *Omphacium* alio nomine imprimis appellatur *Agreſta*, eſtque nihil aliud, quàm *Succus ex Uvis immaturis* expreſſus. Obſervetur tamen, ne fiat confuſio hujus cum *Oleo Omphacino*, quod fit ex *Olivis immaturis*, de quo ſuperiùs. Unde *Agreſta*, dum eodem modo ex *Uvis immaturis*, ac *Oleum omphacinum* ex *Olivis immaturis* exprimitur, *Omphacium* dicitur.

Uſurpatur internè propter vim adſtriſivam, egregiè enim adſtringit, & propter *Aciditatem moderatam* Efferveſcentias *Maſſæ ſanguineæ* compeſcit ac corrigit, Sanguinem nimis fluidum blandè coagulat, & ſicuti dixi, Efferveſcentias ſiſtit. Sed apud nos rari uſus eſt. A Gallis verò contra *Æſtum* & *Sitim febrilem*, & alia *Pathemata Februm Ardentium*, uſurpatur. In *Phlogoli Hypochondriorum* laudatur aliàs; unde *Syrupus de Agreſtâ* interdum in tali caſu præſcribi ſolet, qui tamen ob copioſum *Saccharum* non æquè convenit. (O)

CCCXCIV. **O**PIUM. De *Opio* notandum hoc, quòd ſint duo diſtincti Liquores, *Opium* nempe, & *Meconium*; utrumque ex *Papavere ſativo* oriundum. *Opium* eſt *Succus gummeo-refinoſus* inſpiſſatus, qui ex *Capitibus Papaveris albi* ſerè maturis inciſis & vulneratis tranſudat, & extillat, diciturque *Opium*, adeoque in ſe continet nucleum refinofum. Tres autem ſunt ejus differentiæ; datur enim *Opium album*, *nigrum*, & *flaveſcens*; quæ utut promiſcue poſſint uſurpari, nihilominùs *Opium nigrum* magis eſt uſitatum. *Meconium* verò eſt ſimilis *Succus lacteo-herbaceus* ex integrâ *Papaveris plantâ* incisâ & contusâ expreſſus, filtratus & inſpiſſatus. Ergò quidam dicunt, noſcarere verò *Opio*. Quicquid ſit, deterius eſt, qui ex *Papavere nigro* habetur.

Elegans ſanè & neceſſarium Simplex vegetabile in Medicinâ eſt *Opium*, legitimo nempe uſu, quo nullum frequentius uſurpatur; unde multi de eo ſcripſere Autores; videatur in ſpecie *WINCLERUS*, *FREITAGIUS*, *HARTMANNUS* (qui omnium optimus) *DORINGIUS*, (cujus *Tractatus* propter multiplicem lectionem eſt curioſus, ſed ſuſſimè inter omnes ſcripſit) *SALA in Ternar. Bezoardicorum*, *DEODATUS in Pant. Hygiæ*. *SCHILLINGIUS*, *BACO de VERULAMIO in Tr. de Hiſt. vitæ & mortis*, ubi multa habet elegantia de *Opii* & *Opiatorum facultatibus* pag. 68. & ſeqq. *TILLINGIUS*, qui omnia corraſit, quæ in omnibus Autoribus invenire potuit; & noviffimè *WEDELIUS in Opiologia*.

Modum colligendi *Opium* verum habet *AUTOR*, qui videatur, & rectè dicit, quòd nos ſolum habeamus *Meconium*, idque adulteratum, & multis quiſquiliis permiſtum. Propter eâ loco hujus *Meconii* ſuaderem, parandum noſtras ad imitationem *QUERCETANI*, cujus modum habet *AUTOR*, ubi de *Papavere*, ut meliùs conſulatur *Ægris* ad Tom. IV.

Opium enim *Lacryma* eſt, quæ ſtillavit ex capitibus *Papaveris*, dum matureſcebant, leviter inciſis.

Meconium econtrâ *Succus* eſt ex iisdem expreſſus. Videatur *Matth. Cord. Garz. Frag. Bellon. Cord. in hiſt.*

(1. *Album*, aſſertur ex *Caizo*, fortè eſt; (*Thebaicum*.

Opium triplex eſt (2. *Nigrum* & *durum*, ex *Aden.*

(3. *Flaveſcens* magis & mollius, ex *Cam-baja*, & *Decan.*

Colligitur *Plinio* & *Avicennæ* ex *Papavere nigro*, at *Turcæ* ex albo (docente *Bellonio lib. 3. obſ. c. 15.*) leviter incifo eliciunt, quotidianoque uſu ad ʒſſ. vel ʒj. nomine *Maſſac*, aſſumunt, ad conciliandam ſcilicet animoſitatem. Verùm quia hoc *Opio* caremus (flaveſcens enim id eſt, leoninorum pilorum modo, ait *Bellonius*), de *Opio* agemus nobis uſitato, quod vel adulteratum, vel *Meconium* potiùs, quàm *Opium*.

Præſtantiffimum habetur nobis uſitatum *Opium Cabaiſænum*, quod ponderoſum, denſum, inflammabile & ardens (non atrâ tamen flammâ), odore ſoporiferoſum (inſtar *Papaveris*), ac graveolens, ſapore amarum & acre, colore ad *Alœn* accedens, cum frangitur ſplendore quodam nitens, ſacillè ſolutu.

N. 1. *Dignoſcitur* ab adulterato, quòd hoc ſi diluatur, Liquorem cruceo colore tingat, ob *Glaucium* admixtum.

N. 2. *Opium* ſeu *Meconium noſtras*, ſecundum *Quercetanium*,

hibendo noſtras *Meconium*; cùm, ut dixi, *Meconium* ad nos allatum ſæpiùs adulteretur.

De *Opii uſu* & ejus operandi ratione admodum variant ſententiæ; dum *Opium* laudatur ab hoc, culpatur ab illo: quod tam *Veteres*, quàm *Moderni* præprimis, faciunt. *Veterum* tamen maxima pars, & quidem ſuperioris ſæculi, illud virulentia & narcoſeos accuſantes, culpant & rejecerunt, & adhuc nonnulli tremunt in ejus uſu, quorum ſententias de uſu *Opii* ejusque malignitate collectas videbitis in *ZWELFFERI Pharm. Reg. Edit. ult. pag. 153. & ſeqq.* (quæ & ipſe minùs *Opio* favere videtur) ubi magnum habet *Catalogum Autorum*, qui rejiciunt, objurgant & contemnunt *Opium*; parvum, qui commendant. *Veteres Græci*, & cum *GALENO Arabes*, multum eidem tribuunt; unde *Compositionibus* ſuis magnis, *Mitridatio*, *Theriaca* &c. pro baſi inſeruerunt. *ZACUTUS lib. 1. Med. Princip. Hiſt. 16.* fuſus eſt in explanandis noxiis ex *Opio* inconvenienter adhibito oriundis: & proſtant *Exempla*, etiam poſt externum *Opii* uſum inſecutam fuiſſe mortem: vid. *FORESTUS lib. 9. Obſervat. 14. Schol.* uti etiam in *ZACUTO citato loco*, & præterea etiam in *lib. 1. Prax. Obſervat. 16.* Sed metus vanus eſt; maximi potiùs uſus eſt. Hinc plurimi *Modernorum* poſt *PLATERUM*, qui primus ſub ſcamno rejeſtum protraxit *Opium*, magni faciunt, adeò ut dixerit *PLATERUS*, ſemimortuum etiam *Opii* uſu ſe reſtituere velle: videatur ejus *Praxis*. Hujus imitatoreſe ſiſtit *SYLVIUS Batavus*, qui ſæpiùs utitur *Opio* in quibuſcunque *Remediis*, & in quocunque caſu; adeò ut dixerit, ſe nolle *Praxin* exercere, ſi careret *Opio*: unde & *Opiator* dictus eſt. Interim diverſitatis ratio ex hoc ſequitur; quòd iſti *Opium* rejecerunt, in præparatione debitâ & uſu ejuſdem delinquentes. *Veteres* autem fermentationem inſtituerunt, & ſic correctum, & ſatis tutum habuerunt: quod *Moderni* pariter debite corrigere conati ſunt, ac *Remedium ſalubre* inde experiuntur. Legitimè ergò præparatum, & legitimè uſurpatum, optima & elegantiffima eſt *Medicina*.

Decantatum autem eſt *vi anodynâ* & *narcoticâ*. Utraque materialiter fundata eſt in *Oleo*, ſeu *Sulphure* amaro ſomnifero, ut loquitur *HELMONTIUS Tract. Duumvirat. §. 8. pag. mibi 346.* adeoque in *Sale volatili* ſatis acri perquam oleoſo, ſed ſpecialis texturæ ex *Semine primitivæ natæ*, hinc *Opii* ſapor acerrimus; unde rectè inter *Caleſcentia* numeratur. Quæ aliàs *Elementa* per *Ignem Chymicum* ex *Opio* elici poſſunt, eadem reſpondent ſerè ſimilibus aliis *Concretis gummeo-refinoſis*, & vid. *WEDELI Opiol. pag. 33.* Inter *Veteres* enim anilis fuit *Controverſia*: an ſit frigidum *Opium*? an calidum? Et quidem *Veteres* inſiſtentes ſuis hypotheſibus, quòd vis narcotica & ſoporifera conſiſtat in frigiditate, dixerunt, quòd ſit frigidum in quarto gradu. *Moderni*, qui objiciunt amaritiem, inflammabilitatem, & odorem ſulphureum, & qui invenerunt, quòd in *Opio* ſit

S I

co-

(O) *Ὀμπαξ* eſt *Uva* acerba: hinc *Omphacium Succus* ex illâ expreſſus. *Omphacinum* vocat *Plinius* *Oleum* ex immaturis *Olivis* paratum: ſed notat *Lemery*, nequiquam ex *Olivis immaturis* ſperari expreſſione poſſe *Oleum*.

num, ex Papavere nostrati *Extractum*. Vide suprâ in *Papavere*.

Vires Opii. Vim possidet Spiritus commotos, inquietos, seditionosque compescendi, Facultatique animali peculiari quadam proprietate torporem inducendi. Unde Somnus, sensibilitatis imminutio, &c. media sanè maximi solaminis in Vigiliis, Doloribusque intensis. Verùm enimverò, nec & suis incommodis Opium caret, nimirum, præterquam quòd excretiones Urinæ & Fæcum supprimat, Malignitatem quoque exercere aptum est. Hæc videlicet livorem Artuum, frigidofque Sudores, Respirationem parvam, ac difficilem, & Mentis alienationem inducit. *Scribonius*. (Pruritus crebro usu inducere observatum est.)

N. De Caliditate & Frigiditate maximè controvertitur. Plurimi tamen cum Recentioribus *Calidum* id probant, inducti amarore, inflammabilitate, acredine, vi exulcerandi, &c. Alii cum majoribus *Frigidum* id demonstrant, virtuti scilicet insistentes narcoticæ, quam obtinet. Disputatio, mehercle, citra necessitatem. Etenim statuatur calidum, reputetur frigidum, quid inde? nec enim in copiâ adhibetur tantâ, ut metuendum, inde inferri posse incommoda. Veruntamen calidum potius dicendum esse quàm frigidum, potiores vincunt rationes: nec obstat vis narcotica, utpote quæ non à frigiditate, sed occultâ qualitate procedit. Similem enim *υπερως* observare licet in nonnullis correptis Peste, Febribusve Mali-

gnis & Ardentibus. In quibus sanè quicumque Narcotin ad frigiditatem referre volueris, Igni frigiditatem attribuet.

P R Æ P A R A T A.

1. *Extractum Opii Quercetani.*

R. Opii tenacis (non emarcidi,) q. v. scinde in bracteolas tenues & exiguas, ac in patinâ vitreatâ moderato calore (arenæ) exticca (cavendo fumum), donec in Pulverem digitis comminui possit & fœtorem amittat. Sic Sulphur fœtidum discussum, in quo omnis vis narcotica.

R. Opium hoc Sulphure suo narcotico exutum, extrahe s. a. *Tincturam* cum *Aceto destillato* fortissimo, (vel *Succo Limoniorum*): abstrahere dein Menstruum in MB. ad mellaginem seu *Extracti* formam. *Hartman. in Croll.*

N. Fæces, quæ post *Tincturam* extractam remanent, infervire possunt Anodynis externis inde concinnandis, v. g. in Podagrâ, &c.

Aliud Quercetani Extractum Opii & Hyoscyami, quod placet appellare

2. *Extractum Opii succati.*

R. Succu seu *Extracti Hyoscyami* ℥x. (vide *Hyoscyamus*) *Opii* præpar. i. e. ad ignem exliccati, ut dictum ℥x. vel xj. Digerantur lento calore cinerum. Sic attrahit Opium tantum Succu,

copiosum Sal volatile acre oleosum, statuunt, quòd sit valde calidum. Hoc confirmat, quòd omnia hæc Narcotica Simplicia odorem fœtidum referant, oriundum à Sulphure crudiore indigesto. In Principio sulphureo vim hanc narcoticam latitare, *Spiritus Vini* confirmat, qui nimium assumptus narcoticus est. Sopor hic morbosus iis similis est, quia Gas Carbonum incensorum Carotici redduntur; qualis Sopor dependet à Sulphure per incensionem minus fixo & maligno. Fumus narcoticus Metallorum etiam in Sulphure tali immaturo consistit. Gas, quòd ex Liquoribus fermentescentibus exhalat, ad Somnos profundos mirè cogit; nam effluvia hæc etiam de naturâ sulphurâ volatilifunt. Eapropter Opium, non secus ac Vinum aliique liquores, inebriat: de quibus vid. *MEIBOMIUS Tract. de Cerevis. aliisque inebriabilibus*. Cum igitur vis narcotica non à frigore, sed speciali Sulphuris Opii texturâ dependeat, hæc Controversia de Opii frigiditate & caliditate est inutilis, tam in Theoriâ quàm in Praxi. Formaliter ergò vis Opii medicamentosa, omnium Dolorum sedativa, seu anodyna, & hinc narcotica, in substantiâ ejusdem oleosâ concentratâ, sed facilè resolvable, & in Odorem penetrantissimum diffusibile, residere videtur; quatenus Spiritus influentes immediatè afficit, eosdemque Sapore suo quasi condensat, & hinc quoscunque Spirituum impetus, & inordinatos motus, tam locales quàm intestinos, plùs minùs sistit & coërceat; sicque plùs minùs eorum volatilitatem & subtilitatem, indeque expansionem facillimam & mobilitatem figit quasi aut condensat, eosque torpidos reddit; unde consequenter quascunque Sanguinis & reliquorum Humorum agitationes compescit.

Hæc est vis generalis, & à qua, tanquam principaliori, derivari possunt omnes reliqui *Effectus*. Omnibus enim notum est, quòd *Opiata* omnia, *Papaverina*, *Solana*, *Spiritus Cannabis*, omnes *Lolii*, *Agnus castus* &c. usurpata, Somnum inducant, & externè vel internè Dolores sistant: qui duo Effectus pariter ab usu gr. ij. ordinariò fiunt. Nam dum sistit motus Spirituum, præsertim feroces & inordinatos, interno pariter atque externo usu quoscunque Dolores compescit, nimias Agrypnias arceat, suavem Somnum insimul inducendo; hic & Deliria ex inordinato Spirituum motu orta cohibet & sedat.

Jam consideremus, quòd *Somnus naturalis* non fiat à Spirituum animalium motu nimis veloci, sed lento & sustaminato. *Deliria* autem hæc sunt duplicia; quædam in Morbis acutis, Phrenitide, Febribus Ardentibus, & Intermittentibus, & Malignis; quædam citra Febres oriuntur, & sunt Melancholica & Maniaca. De prioribus nullum est dubium, quòd Opiatis egregiè sedentur; de posterioribus verò Deliriis, v. g. Melancholicis & Maniacis, quæritur: *an Opiata in talibus convenient?* *HELMONTIUS in Tract. Luumvirat. §. 55. & 56. p. m. 312.* negat, cum vi Opii narcoticâ & stupefactivâ, præsertim in nostro Climate, Somnia & Phantasmata ferè turbulenta & truculenta inducantur, aut magis augmententur; unde verendum, quòd Melancholiam intendant, & alia simul periculosa Symptomata post se trahant. Quòd quidem verum

est, non tam de Opio crudo, etsi non legitimo tempore & modo propinetur, de quo suo loco; sed de omnibus *Simplicibus Narcoticis*, *Hyoscyamo*, *Solano*, *Papavere* & similibus; unde etiam talia *vim inebriativam* obtinent: ut taceam, Melancholicos & Maniacos, utut multas noctes ducant insomnes, nequidem duplâ vel triplâ etiam dosi Opii posse ad somnum promoveri, unde ferociora fere evadunt Spiritus post Opiatorum usum. Nihilominus Opium ritè præparatum, & debitè cum aliis permistum, benedicta est Medicina, quamvis rationes *HELMONTII* sint satis prægnantes & ponderosæ: ob id cauti sumus in usu Opii & Opiatorum, quoad Affectus habituales Melancholicos & Maniacos, nec istud, nisi probè præparatum, & *Specificis*, præsertim *Campboratis*, mistum propinemus. Sic *BRENDELIUS Conf. 194.* refert, se vidisse per Opium restitutum furiosum quendam compedibus vinctum, præmissis paucis præmittendis. Sicuti *BARTHOLINUS* habet Exemplum Furoris uterini, curati beneficio Opii, *Cent. 1. Hist. 85.* in quo casu similiter enim commendatur à *RIVERO*. Non igitur totus Opiatorum usus in Deliriis Melancholicis est negligendus. Eo ipso etiam, quo motus Spirituum sistit, convenit porrò tam in præcavendis, quàm sistendis Paroxysmis Epilepticis, ubi est maximum solatium cum *Cinnabari Antimonii*: commodè etiam miscetur cum *Campborâ & Salibus volatilibus*, qualis Mixtura experta est in Paroxysmis hisce præcavendis. Optima hinc quoque Medicina est in Doloribus Abdominis convulsivis, Paroxysmis Hypochondriacis & Hystericis, & similibus Morbis convulsivis, ad quos in specie *Laudanum Hystericum* paratur. Porrò, quatenus Spirituum impetum compescendo, & ita sensibilitatem partium nonnihil obtundendo, Dolores compescit, etiam in Doloribus Colicis, Nephriticis, Podagricis, Ischiadicis, Odontalgicis Cephalalgicis & similibus convenit. Habet *RHUMELIUS Pilulas* in Podagrâ, quas vocat: *Veni Amice, surge, & ambula*. Compositio est hæc:

℥. Massæ Pilul. Aloëpbang. ℥ii.

Laud. Opiat. ℥ss.

Misc. f. *Pilula*, quæ dividuntur in 4. partes æquales. Dosis est una pars, in *Vino* assumenda tribus vel quatuor horis ante Paroxysmum.

Talis Pilularum Compositio ex *Mass. Pilul. Aloëpbanginarum* cum *Laudano Opiato* est experta in Paroxysmo Colico, in quo sedando vim magnam ipsi tribuit *STOECKERUS*, qui aliquando magnum Principem à Colicâ cum illâ curavit. Sic cum omnes Humorum motus in Corpore humano obortos plùs minùs sedet, ratione hujus virtutis generale & catholicum est *Febrisfugum*; convenit enim in omnibus Febribus Intermittentibus & Continuis, tam Benignis quàm Malignis. Febres Intermittentes sedat legitimo modo, scilicet *Specificis* sociatum, & ante Paroxysmum, præmissis præmittendis, adhibitum, ne Febrem prolonget magis, quàm curet: Horrorem & Frigus certè sistit, si cum Appropriatis misceatur. Quoad Febres Continuas & Ardentes, in incremento constitutas optimè sistit; testis est *BRENDELIUS Conf. 104.* quòd *Laudani Opiati* beneficio

Succi, quantum sufficit: quod residuum erit ab attractione, seorsim separabitur per inclinationem & exhalationem. Ex eo autem, quod coagulatum est, extrahe *Tincturam* cum *Succo Limoniorum* s. A. donec animadvertatis Succum non amplius colorari. Tinctos Liqueores decantatos digere denuò, ut crassiores Fæces subsideant, quas secerne.

N. *Laudanum opiatum majus Quercetani* ingreditur.

3. Extractum Opii Angeli de Sala.

℞. *Opii* in frustula concisi ℞℞. humectetur *Aceto ros.* ad ℞ij. vel ℞ij. atque exponatur Igni in Sartagine ferreâ, continuò agitando ut liquecat, vaporque Opii sulphureus ac noxius unâ cum *Aceto* in auram abeat, *Opium*que refrigeratum friari ac pulverisari queat.

N. Ignis cautè administrandus, ne *Opium* contrahat.

Hinc ℞. *Opium* illud pulverisatum, *Acet. ros.* ℞℞. sicut in calore arenâ (saltem aliquot horis), ut solvatur, dein cola per *Colum* linteum cum expressione ac coagula. Hinc solve denuò in *Q. E. Sambuci* rectificatissimâ: clarifica cum *Albo Ovi*, ac inspissa ad consistentiam *Pilulis* aptam.

N. *Sal Aceti* rosati operationem *Opii* (cum quo jungitur) non modò mitiorem reddit, sed & vim ejus diaphoreticam confortat, ut vel *Sudor* haud sine levamine subsequatur.

4. Extractum Opii Crollianum.

℞. *Opii* (purgati priùs in *Liquore Hyssopi*, vel *Aquâ destil-*

latâ) q. v. extrahe s. A. cum *Spirit. Vin.* decanta & abstrahe.

N. *Crolliana* hæc *Extractio* non sine ratione reprehensionem incurrit, quia 1. *Sulphur* illud, in quo vis narcotica latitat, humanæ naturæ inimica, per *Spiritum Vini* tenuius, subtilius, adeoque ferocius redditum, *Laudani* compositionem deteriore facit. 2. *Spiritus Vini* suâ naturâ nihil præter *Sulphur* extrahit, *Sale* intacto, quod potissimum tamen requirimus. Præstat itaque cum *Aceto* extrahere, quàm cum *Spiritu Vini*. *Hartman. in Croll. Brendel.*

5. Laudanum Opiatum.

Laudanum Opiatum nihil aliud est quàm *Extractum Opii* admixtione *Alexipharmacorum*, *Cordialium*, & similibum correctum. Dicitur autem *Laudanum*, quasi *laudatum* Medicamentum, ob insignes operationes, quas vel in gravissimis Morbis præstat: quales sunt 1. Dolores sedare. 2. Somnum inducere. 3. omnes Fluxiones sistere. 4. Ardorem mitigare. 5. Naturam confortare, inquietos *Spiritus* in *Phrenitide*, *Arthritide*, *Epilepsiâ*, & similibus compefcere. Variæ porrò *Laudani* hujus descriptiones circumferuntur, quarum tamen præcipuæ sunt sequentes.

6. Laudanum Opiatum Hartmanni.

℞. *Extract. Opii* (*Quercet. vel Sala*) liquidi adhuc instans Mellis ℞j. *Magister. vel Sal. Coralior. Perlar. ana* ℞℞. *Extr. Croci* (cum *Spirit. Vin. facti*) ℞ij. M. omnia diligenter & serva.

beneficio quamplurimos à Febris Ardentibus, tam Benignis quàm Malignis, viderit liberatos: sicut & in *Histor. Anatom.* BARTHOLINI 48. C. 1. prostat Exemplum Febris continuæ, per usum *Laudani Opiati* in nimia dosi, & inde secutum gravem Somnum, curatæ. Mulier nempe pro unâ dosi gran. ix. *Laudani Opiati* assumpsit, & sic triduo Somno nunquam interrupto à Febre continuâ fuit liberata. In Febris Malignis, quando *Agrypnia* & alia Symptomata urgent, utramque pariter paginam absolvere dicit HORSTIUS in *Chirurg. Infusor.* imprimis si adsint *Anxietates Præcordiorum*, ubi cum *Alexipharmacis* & *Sudoriferis*, e. g. cum *Tincturâ Bezoardicâ*, *Extracto Theriacali*, *Antimonio diaphoretico*, aliisque optimè miscetur *Opium*, quatenus per se egregium est *Sudoriferum*, testibus omnibus Practicis. In omnibus enim Febris Malignis totius Curationis cardo consistit in legitimâ & convenienti *Sudoris* provocatione, per quam *Malignitas* eliminatur: quod docet WALÆUS in *M. p. 6.* ubi asseritur, quòd *Opium* sit basis *Theriaca*, quòd *Theriaca* hanc vim *sudoriferam* obtineat à solo *Opio*: de qua virtute *Opii sudorifera* vid. PRIMEROSIUS *lib. 4. de Febris cap. 10.* uti & HARTMANNUS *de Opio Theorem. 50.* Et quidem in Febris Continuis, Benignis & Malignis, pariter & Intermittentibus mitigandis, convenit *Opium*, quando adsunt inquietudines *Ægri*, & jectigationes Corporis, & debilitatio *Virium*, à quibus Somnus & *Sudor* deficit, aliaque Symptomata periculosiora adsunt; adhibito autem *Opio* cum aliis Appropriatis cessant jectigationes, & sedato *Spiritu* impetu, sequitur blandus *Sudor* & suavis Somnus. Ab hinc dum quorumvis *Humorum* contentorum agitationes & motus, tam localem, quàm progressivum, nonnihil compefcit, facilè etiam in quibuscunque Corporis Fluxibus epidemicis & sporadicis, tam Sanguinis, sive per Nares, sive per Anum, sive per Uterum quàm etiam reliquorum *Sucorum* in quibuscunque locis sistendis, est egregium, *excepto Sudore*. Excepto inquam *Sudore*, quia potens est *Sudoriferum*: *Sudores* verò *Phthysicorum* colliquativos nocturnos & reliquas Excretiones certò sistit, *Vomitum* v. gr. *Diarrhœas*, *Choleras*, *Dysenterias*, *Hypercatharsin*, seu nimiam post assumptum *Purgans* *Purgationem*: in quibus *Opium* divinum est Remedium, teste WALÆO & ZWELFFERO. De *Dysenteria* verò adhuc dubitatur; an in ejus Curâ commodè usurpetur *Opium*? id quod negat HOFFMANNUS *Tr. de Med. Chymicis pag. 30.* & etiam quasdam Observaciones habet THONERUS in *Observ.* quòd *Opiata* in *Dysenteria* fuerint lethalia. Sed distinguenda Tempora Morbi, & res erit in vado. In *Dysenteria* enim reverâ primatum obtinent *Opiata*, modo legitime, justo nempe tempore, & aliis permista, propinentur; mirum dum *Opium* motum *Spiritu* sistit, eo ipso partium & fibrarum quascunque contracturas impedit & sistit, simulque irritaciones partium, quo minùs sentiantur, inhibet: sicut & in *Vomitu*, *Singultu*, & similibus ab irritatione oriundis affectibus, valdoperè convenit.

Dixi supra, quòd *Opium* quoscunque *Humorum* motus

Tom. IV.

& *Purgationes* sistat; hinc quæritur: an & *Purgantibus permisceri, aut præmitti possit*? Hoc certè modernis Practicis in usu est, quod tamen minùs commodè videri potest, dum impedit *Purgationes* quavis & *Evacuationes*. Interim non inconsultò fit in quibusdam Subjectis, debilioribus scilicet, *Melancholicis*, *Hypochondriacis*, *Scorbuticis* & similibus, ac imprimis *Mulieribus*, quæ ex *Purgatione* propter *Humorum* evacuandorum acrimoniam, speciatim propter eorundem aciditatem, gravia sæpe Symptomata, *Tormina*, *Tremores*, *palpitationes Cordis*, *Vertigines*, *Lipothymias*, *erosiones Intestinatorum*, *Affectiones Hystericas* & *Convulsiones* incurrunnt; quæ ut præcaveantur, non raro cum *Digestivis* & *Purgantibus Opiata* in parvâ dosi misceri debent. Omnia enim Symptomata gravia hac re tolluntur aut præcaveantur. Imprimis etiam convenit, quando adest *Turgescientia Humorum* excrementitiorum; dum enim in tali casu datur *Opium* *Purgantibus* permistum, sistit *Turgescientiam*, & *Purgans* simul *Humores refrænatos* evacuat, sicque scopis duobus uno *Medicamento* possumus satisfacere. Notandum tamen, quòd tunc *Purgantium* dosi nonnihil augeatur: Confer. HOFFERUS in *Herc. Med. p. 777.* qui multis facit mentionem permissionis *Opii* cum *Purgantibus*, ut ut aliàs non vulgaris sit usus: vid. SCHMIDIUS *de Catarrh. l. 4. p. 313.* & M. A. N. C. Anno. 4. App. pag. 22.

Quæritur porrò: an in Mensum fluxu dari possint *Opiata*, si *Anxietates Præcordiorum* & alia urgeant? Affirmamus; modo cautè & moderatè fiat.

Uteriùs *Catarrhos* & *Tusses siccas nocturnas* & *ferinas* à *Lymphâ acri* & *Acido* curat *Opium*, *Lympham* corrigendo, & *Acidum* obtundendo; in illis scilicet, ubi nulla materiæ excretio observatur & adest. Propterea à Veteribus valdè sunt commendatæ *Pilule de Cynoglossâ*, quarum ingrediens primarium est *Opium* & *Semen Hyoscyami*: unde loco earum in Modernorum Praxi, *Opium*, ejusque *Laudanum* optimè correctum, potest substitui. Ubi verò Sputa viscida expectorantur, ab *Opio* abstinendum. Angli pro Venere roborandâ usurpant *Elethuarium ex Ambra* & *Laudano Opiano* in parvâ dosi cum *Syrupo* quodam exceptis, quòd eos potentes reddit in rebus venereis: non tamen, quòd vim genitalem stimulet & Genituram augeat, sed quòd *Spiritus* augmentet. A Turcis, Persis & Indis, aliisque *Populis Orientalibus*, *Opium* adhibetur tanquam confortativum & restaurativum *Virium*; cum namque in talibus Climatibus calidioribus *Spiritus* sint volatiles, & facilè dissipentur, ne sequatur defectus *Spiritu*, in usu est *Opium*, à quo figuntur *Spiritus* ab Æstu nimis agiles, ut præcaveatur imbecillitas & prostratio *Virium*. Propterea *Satrapæ Regis Indiæ* legitimum *Opium* assumunt pro *Virium* restaurativo & refectivo, quando sunt fessi à curis, idque in magnâ dosi, virtute *Consuetudinis*. Item *Tabelarii Indi* ndrunt virtutem confortativam in *Opio*, unde, ne deficient in cursu, gerunt continuò in ore Globulos ex *Opio*, quo ipso confortati alium Equitem possunt comitari, solum virtute *Opii* in ore detenti.

S f 2

Tan-

va . In fine addi possunt aliquot guttulæ *Ol. Caryophyllorum*.
 N. Alii Spiritum Vitrioli admiscunt.
 Hoc Laudanum est penè inculpabile , & securè sine omni
 alicujus peregrinæ affectionis metu potest administrari .
 Dosis à gr. ij. ad iij. *Hartmann. in Groll.*

7. *Laudanum Opiatum Querc.*

℞. *Extr. seu Essent. Opii* ℥ij.
Extr. Croc. (cum Aq. Limon. fact.) ℥j.
 His contusis adde

Pulv. Hyacinthor.

Corallor. ana ℥ss.

Terræ sigill. ver. ℥j.

Bezoard. ver. s. Extracti Bezoardici, v.l.2.57.

Unicornu.

Ambr. gris. ana ℥ij.

M. exactè , continuò agitando ad ignem lentum , donec
 ex Materia frige factâ *Pilula* formari possint.

Vires. Insignes ac suspiciendas percipies hujus *Anodynæ* ef-
 fectus , quod te spe nunquam frustrabit . Nam confert citra
 molestiam & Cerebri ullam perturbationem , adversus omnes
 generis Dolores à quacunque causâ subortos , contra omnes
 Hæmorrhagias , in quacunque Corporis parte fuerint , contra
 omnes *Defluxiones & Fluores Ventræ* , dysentericos , hepati-
 cos , lientericos , & similes , ad inducendam gratam tran-
 quillitatem in *Febribus Ardentibus* , in quibus ipse rationis sen-

sus læditur , & in *Phrenesin* Æger plerumque delabitur .

Dosis *Pilula* una ac altera , magnitudine grani *Piperis* ;
Querc. Pharm. Rest. c. 25.

Aliud *Laudanum Opiatum Quercetani* , quod libet appel-
 lare

8. *Laudanum Opiatum majus Querc.*

℞. *Extract. Bezoard. Quercetan. (nondum inspif-*
sati) *Dosi ut lib. 2. c. 57.*

Extract. Croci, ex Croc. ℥iiij. cum Aq. destillat. ex
Succo Limon. vel Pomor. redolent. acuatâ
cum Spiritu Vitriol. vel Ol. Sulphur.

Extr. Myrræ ac Mumia (ut sequitur.)

Extr. Opi succati (quale & quantum supra para-
tum,) scilicet ℥vj.

Misce & lento igne redigantur ad consistentiam Mellis
 Dein adde

Succin. citrin. preparat. (i. e. super quo Spirit.
Vin. opt. aliquoties (4.) destillat.) ℥iiij.

Sal. Perlarum,

Coruilorum, ana ℥ij.

Terræ sigill. opt. ℥ss.

Pulv. Bezoard. ver.

Off. de C. C.

Unicorn. ver. ana ℥j.

Ambr. gris. ℥ss.

Misc.

Tandem adhuc queritur ; an & Infantibus , æquè ac Mu-
 lteribus gravidis , conveniat *Opium*. Nam PANAROLLUS
 Infantes Stupidos simpliciter & hebetis ingenii , si non
 Epilepticos , ex usu *Seminis Papaveris* in Pulve propinati
 redditos fuisse per totam vitam , in suis *Observationibus* scri-
 bit : quod multò magis de *Opio* metuendum , quoniam est
 stupefactivum & quasi *Papaver concentratum* : sicut ipse
 hîc novi Exemplum Infantis , qui ejus gran. i. propinato ,
 ebrius quasi factus , cum ingenti Parentum consternatione.
 Interim nec hîc quicquam metuendum , modò ritè corriga-
 tur , & minimâ dosi cum aliis permistum usurpetur . In
 specie *Mitridatii* aut *Tertiacæ* gran. unum & alterum Infan-
 tibus tenellis tutò propinatur , licet in tantillo *Mithridatii*
 aut *Theriacæ* vix sensibilis sit *Opii* quantitas ; nihilomi-
 nus blandè & suaviter afficiuntur Infantes , ut etiam gran. i.
 pro duabus dosibus aliquando sufficiat : sicut Modernorum
 quamplurimi ipsum *Opium* legitime præparatum , seu *Lau-*
danum Opiatum , propinant Infantibus ad quartam partem
 grani unius , cum aliis appropriatis Remediis absorbentibus
 sociatum . Quid verò de *Mulieribus* , imprimis gravidis ? His
 & primis & ultimis Gestationis Mensibus Abortum exci-
 tasse quidam observârunt : unde nonnisi circumspèctè illis
 propinandum , cum insectum sit quodammodò Utero , nisi
 ubi ex nimio Spirituum impetu , aut etiam aliunde iis com-
 motis , v. g. ab Irâ , Formidine nimia , &c. metus Abortus
 sit ; in tali enim casu aliis sociatum , & nonnisi in dosi
 paucâ , propinandum . De cætero ab eodem in Prægnanti-
 bus abstineamus : quin nonnullis extra Graviditatis tempus
 inimicum est *Opium* , & quod in aliis curat *Passiones Hy-*
stericas , idem in quibusdam eas excitat . *Sensibus* etiam ini-
 micum est .

Pater ex dictis , an *Opium* sit Venenum , an medicamentum ?
 Perverso usu omnino Veneni vices subire potest , quod legi-
 timè usurpatum divinum est Remedium . Non dum Spi-
 ritus , in quibus radix *Vitæ* consistit , immediatè afficit ,
 eorundem impetum motivum cohibendo ; sanè Veneni in-
 star *Vitæ* insidias struere videtur . Observatum tamen fuit ,
Opium successivè in magnâ dosi assumptum continuato
 usu non esse nocivum , quin sicuti *Turcæ drachmæ* ponde-
 re illud assumere valent , Consuetudinis vi ita alterari ; ita
 cuidam *Phthisico* per plures septimanas quotidie duo ferè
 grana in formâ *Electuarii* cum aliis ordinavi , sine ullo vel
 minimo Symptomate . Confer. *M. A. N. C. Ann. 4. pag.*
290. Acta Societ. Reg. Ann. 1. pag. 267. Ephem. Erud. ad
Ann. 68. p. 282. ut etiam cauti , nec aded temerarii esse
 debeamus in dosi .

Cùm ergò aded egregium sit *Opium* in usu medico , non
 mirum est , si communiter aliis Medicamentis Compositis
 permisceatur . Sic D. MICHAELIS habuit *Essentiam The-*
riacalem anodynâ , compositam cum *Opio* ; habuit *Essen-*
tiam Uterinam anodynâ , compositam cum *Opio* &c. ; quæ
Essentiæ compositæ quamplurimæ possunt præparari ab
 eo , qui novit facultates *Simplicium* , permiscendo Specifi-
 ca cum *Opio* .

Cæterùm utut polychrestum Remedium sit *Opium* ; nisi

tamen legitime , sive præparetur , sive usurpetur , Morbos
 potius prolongare , quàm curare solet ; neque enim radi-
 cem Morborum attingit , sed impediendo Humor motum
 Morbos diuturnos & contumaces reddere solet : imò
 perverso abusu sistendo & quasi figendo Materiam peccan-
 tem , seu Causam occasionalem , Symptomata gravia &
 atrocia reddit : scilicet in *Podagrâ* reddit Dolores atrocio-
 res & contumacissimos , si non justè usurpetur .

Imprimis igitur Ratio legitime illud usurpandi attendenda ,
 quæ in tribus Cautelis consistit :

1. Ut legitimo Tempore detur .
2. Legitimo Modo ; &
3. Legitimâ Præparatione .

1. *Tempus* quod attinget , in Morbis Acutis in principio
 & incremento Morbi , constantibus adhuc omnibus viri-
 bus , detur ; non verò in statu & imminente Crisi , aut cir-
 ca statum , ubi ejus usus periculosus , & cum interitu
 Ægri est conjunctus ; quia valdè stupefactiva est vis *Opii*
 narcotica , quæ sistendo debilius Spirituum motum , eos-
 que naturali suo impetu torpidiores reddendo , aliqualem
 languorem subindè virium post se relinquere & Corpus
 magis debilitare solet , indeque Fermentationem Massæ
 Sanguinæ impediendo , Collisionem in Morbis Acutis si-
 mul , & hinc Motum Naturæ plûs minûs criticum , impe-
 dire solet , & Ægros immobiles , stupidos reddit , sicque
 plûs nocere , quàm prodesse , observatur . Dicunt quidem ,
 se bene quiescisse , sed esse languidos ; quando Spiritus sci-
 licet rariores & subtiliores sunt , atque Ægri in Animi
 deliquium facile incidunt . Nec nisi urgente necessitate , in
 primo principio danda sunt *Opiata* : sistitur enim Naturæ
 impetus primus , cùm Morbus omnis conatus quidam Na-
 turæ sit . Potius ergò in incremento , ubi alia Symptomata
 urgent , ac Symptomatum copiâ Natura ulterius irritatur ,
 adhibeantur *Opiata* . In Chronicis verò Morbis saltem usur-
 pentur *Opiata* ad præcavendos Paroxysmos graviores , &
 ad mitigandos atque nonnihil sistendos Insultus paulò gra-
 viores , sed ante Paroxysmum : extra Paroxysmum eorum
 usus frustraneus est , & Morbus tunc diuturnior redderetur :
 in Phthisicis ex Spirituum texturâ debili magis constante ,
 Vires magis roborari solent ; aliàs non , nisi cautè : nec
 quando omnia jam desperata sunt : quia tunc sunt inutilia .

2. *Modus adhibendi legitimus* consistit , ut nunquam solum ,
 sed semper cum Specificis Morbo appropriatis , vel Dia-
 phoreticis , vel Præcipitantibus , vel Purgantibus mixta
 propinentur , quia hæc tunc jucundius , sæpè feliciter ope-
 rantur . V. g. in *Febribus Intermittentibus* semper misce-
 tur *Laudanum Opiatum* cum *Essentiis* vel *Spiritibus Specificis* ,
 cum *Antimonio diaphoretico* , *Salibus fixis* , *Arcano duplicato*
Mynsichtii , *Spiritu Salis ammoniaci* , & sic porrò . In *Febri-*
bis Malignis semper permisceatur *Medicamentis Bezoardicis*
 & *Alexipharmacis* , cum *Bezoardico Minerali* , cum *Bezoar-*
dico Joviali , item cum *Salibus volatilibus* , vel *Viperarum*
 vel *Cornu Cervi* . In *Affectibus Capitis* , *Vigiliis* nimis ,
 & hinc ortis *Deliriis* , permiscendam *Laudanum Opiatum* ,
 cum *Specifico Cephalico* , & similibus . In *Passionibus Abdo-*
 minis

Misc. opt. in fine addendo ,
Ol. Anis.
Fenic. ana gr. xij. vel xv.
 serva pro usu.
Dosis, est magnitudo Piperis, vel gr. ij. iij.

Extractum Myrrhe ac Mumie fit:

℞. *Utriusque* ana ℥ss. dissolve in *Hydromelite vino* ad ignem, trajiceque calidè per chartam, quia viscosa est solutio.

9. Aliud *Laudanum Opiatum, Anodynum specificum Paracelsi.*

℞. *Opii Thebaic.* ℥j.
Succ. Aurant. acid.
Cydon. ana ℥vj. (alii addunt & *Aq. Spermatis Ranar.* tantundem).

Cinnamom.
Caryophyll.
Croci Or. ana ℥ss.

F. digestio leni calore Solis vel fornacis per mensem; dein exprimantur & imponantur iterum

Moschi ℥ss.
Ambræ ℥iij.
Magist. Corall.
Perlar. ana ℥ss.

Misce digereque iterum per mensem postea adde
Quin. Essent. Aur. ℥ss.

Misce exacte.

N. Hartmannus omittit *Q. E. Auri* remanentiam incinerare, atque *Sal* inde extractum priori Mixtura admiscere jubet. *Vires.* *Anodynum* specificum est *Paracelsi* ad auferendum quoscunque dolores internos & externos. *Hartman. in Croll. Sala in Opiolog.*

10. Aliud

Nepenthes Aureum Angeli Sala.

℞. *Extr. Opii* (*Salæ*) ℥ss.
Croci (ut in *Laudano opiato majori*) ℥ij.
Lap. Bezoard. seu *Tinctur. Auri*, ℥ij.
Resin. Ligni Aloës.
Ambr. grif. opt. ana ℥j.

Misce & incorporentur simul in vase vitreo, eoque bene clauso ferventur.

Sala in Opiologia.

11. *Laudanum Opiatum Crollii.*

℞. *Opii Thebaic.* ℥iij. purgetur in *Aqu. Hyssop.* dein extrahatur cum *Spir. Vini.*

℞. *Succ. Hyssop.* debito tempore collecti, & in *Sole inspiss.* ℥ss. F. Extractio cum *Spir. Vini.*
℞. Spec.

minis dolorosis, cum blandè *Laxantibus*. In *Dysenteria* cum *Absorbentibus* fixis diaphoreticis, in quâ convenit *Elevarium Dioscoridi Fracastorii*, quod absorbet Acidum, sistit Fluxum, & vim obtinet egregiè anodynam. Aliàs Opium solum Morbos & symptomata palliat. Nam cum Rotæ primæ motum nonnihil sistat, & Rotæ reliquæ minùs moveantur, Symptomata saltem leniendo, Morbi inde percinaciores & diuturniores redduntur. Figendo enim Spiritus, & sistendo Materiam Morborum occasionalem, hæc coërcita glutinosior & magis chronica redditur, & per consequens Morbus contumacior fit: econtrâ si quæ noxa ex vi Opii sedativâ metuenda erit, admittione Appropriati præcavetur. Confer. GRUELINGIUS in *Floril. Artic.* 10. cap. 3. pag. 263. & 269. Opium enim non radicibus curat. Illustrabo Exemplis: in Tussi ab Humore tenui, Opiata eundem Humorem crassiorè & viscidiorè reddunt. Opio tolluntur Febres Intermitentes omnes, legitimo scilicet usu; ex perverso autem abusu Febres Intermitentes duplices, aut triplices redduntur. Causa enim Morborum peccans materialis glutinosior facta, in nido suo magis incuneata, Morbum diuturniorè reddit. Unde Opiata nunquam solitariè, sed semper cum Appropriatis sociata, & e. g. in Intermitentibus, præmissis Universalibus, Febrifugis adjectis, usurpanda sunt.

Præterea *Laudanum Opiatum non unâ*, sed *partitis vicibus* detur, & quàmprimùm Somnus sentitur, abstinendum.

3. *Preparatio tandem Opii & omnium Opiatorum* eò respiciat, ut Sulphur ejus volatile, minùs maturum, narcoticum, Spirituum stupefactivum & torpefactivum; seu textura ejus alcalina oleosa acris perquam tenax & viscida, & speciatim Spiritibus quodammodo insensa, certo modo corrigatur, & quasi maturetur simul in contractione ejus debitâ, retentâ saltem virtute specificâ anodynâ, nimirum Dolorum & Motuum sedativâ & quasi confortativâ; vel etiam cum aliis Appropriatis Compositione ulteriori jungantur. *Preparandi modi* sunt varii:

1. Sunt, qui admiscunt *Hyoscyamum*, sed pessimo consilio: nam *Hyoscyamus* potiùs intendit ejus vim narcoticam, quàm quòd imminuat.
2. Alii solvunt Opium in *Aquâ destillatâ* vel *Rore Majali*, filtrant, & denique coagulant. Sed hæc est superficialis saltem depuratio, & sæculentiarum, foliorumque, quæ Succo huic subinde sunt commissa, separatio, nullo modo legitima Correctio.
3. Alii Opium solum in *Spiritu Vini*, digerunt, filtrant, & incrassant vite coagulant. Sed notum est, quòd ipse Spiritus Vini per se sit narcoticus, stupefactivus & incbratiivus: potiùs ergò Spiritus Vini exaltabit virtutem Opii narcoticam, quam corriget: quare & hæc Correctio est inanis.
4. Alii præparant Opium super *Prunas* seu *Carbones*, torrendo & exhalando sensim sensimque; sic enim dicunt, quòd Sulphur narcoticum fœrens exhalet, & virulenta pars secedat: quæ tamen Tostio inanis est, sic bona & mala exhalant, & Opii vires castrantur, cum, si quid

noxii Gas insit Opio, hoc sub Extractione & Digestione vel sponte exhalat.

5. Par ratio est, dum alii sub Tostione simul excitant *Fumum ex Sulphure* carbonibus injecto, ad modum *Scammonii sulphurati*; sic enim fit ut exhalet partim virtus narcotica, partim se insinuent in Opium partes acidæ Sulphuris, à quibus reliqua nimis castrantur, non cicurantur. Idem dictum sit, dum

6. Loco Torrefactionis Opii, ejus quidam cum *Spiritu Vini Desflagrationem* instituunt: Nam & sic de nobiliori Sulphure Opii non parum subtrahitur.

Hæc sunt vulgares & usitatæ apud Authores *Correctiones*, ad quas plurimas alias potestis examinare, & invenietis plurimas *Præparationes Opii*, quæ illud vel castrant, vel ejus vim narcoticam exaltant.

Uc autem acquiratur vis anodyna, & auferatur narcosis, *triplex* se offert extrahendi *Modus*; vel per *Acida*, vel per *Alcalia*, vel per *Fermentationem*: qui duo posteriores sunt optimi.

1. Quod *Preparationem per Acida* concernit, minùs concinnam cæteris arbitror, ex eo, quia *Acida*, præsertim graduata, seu *Mineralia*, nonnihil castrant Opium; nimis enim concentrant *Resinam*, invertunt *texturam* ejus, & novum quasi *Concretum* efficiunt; agunt immediatè in ejus *Sal volatile acro oleosum*, ejusque *Saporem* immutant; hinc junctum *Oleum* seu *Sulphur* hoc ipso simul aggreduuntur, illudque figunt, & sic non solum vis narcotica, sed etiam anodyna, aufertur ab *Acidis*. Unde in *Lethargo*, ab Opii abusu inducto, aliquot tamen *cochlearia Aceti* assumpta mox sedant *Somnum*: id quod etiam fit, si *Acetum* cum spongiâ applicetur *Naribus*. Præcipue commendatur in tali casu, si assumatur *Acetum*, in quo soluti sunt *Lapilli Cancrorum* ad ℥j. cum ℥ss. *Uncornu*: hæc enim *Mistura* calidè epota, contra *Venenum Opii* optimè & efficacissimum est *Remedium*. Interim Opii præparatio per *Acida* ritè instituta optimè convenit in *Morbis Acutis* & certis *Affectibus*. Ita enim Opium extractum citra vim stupefactivam *Ægros* reddit admodum quietos & placabiles, quos econtrâ si cum *Spiritu Vini* extractum fuerit, præter vim stupefactivam, deliros & turbidos facit. De diversitate autem *Extractionis cum Aceto destillato*, & *Spiritu Vini* notabilem locum videbitis in *Actis Anglicanis*. Hunc in finem igitur adhibentur *Acetum destillatum*, *Succus Citri*, *Cydoniorum*, *Pblegma Vitrioli* Spiritu proprio acidulatum, *Spiritus Salis*, aut *Spiritus Vini* cum *Spiritu Sulphuris* acuat, quæ elegantem *Tincturam* extrahunt; e. g. *Optum* in *Aceto destillato* solvitur; hinc post *Menstrui abstractionem* cum *Spiritu Vini* extrahitur, & in consistentiam debitam redigitur: Alii

℞. *Opii*, v. g. ℥j.
 Cui affundunt

Spiritus Vini,

Pro singulis Opii uncis *Spiritus Vitrioli*, vel *Spiritus Salis*, vel, quod eò recidit, *Spiritus Vitrioli Philosophici*. ℥j. addunt, & ita breviter mediante *Digestione Solutionem*,

N. Spec. Diambra

Diamasch. ana Zijß.

F. Extractum.

Hisce extractis per menses 2. digestis admisce

Mumiæ transmar. ʒß.

Sal. Perlar.

Corall. ana Zijj.

Liquor. Succin. per alcohol Vini extract.

Oss. de Corde Cervi,

Lap. Bezoard.

Unicor. animal. vel mineral. ana ʒj.

Moschi,

Ambra, ana ʒj.

Et in defectu genuini Auri potabilis, nullis corrosivis inquinati, addantur in fine

Ol. Anisi,

Carvi,

Aurantior.

Citrior.

Nucist.

Caryophyll.

Cinamom.

Succin. ana gr. xij.

F. Massa pilularis.

N. 1. Radices & Cortices Hyoscyami juniores recentes (abjecto interno trunco lignoso) colligantur Sole, & Lunâ exi-

solationem, Extractionem, & post filtraturam ad consistentiam debitam redigunt.

Aliam per Acida Opii Præparationem & Correctionem videbitis in DIGBY Medic. Experim. Vol. 2 pag. 394.

2. Secunda, quæ per Acalia, tam fixa quàm volatilia, fit Correctio, in Morbis Chronicis, in specie Febribus, & sistendis Doloribus, convenit. Hæc inter primarum obtinet Sal Tartari, vel Oleum ejusdem per deliquitum, quod solvit & penetrat texturam Opii, dissolvit Resinam ejus, & particulas sulphureas digestionem blandâ evolare facit. Optimus modus est:

Opii & Salis Tartari ana recipiantur, probè invicem terantur, & imprægnentur cum Aquâ communi ad consistentiam Pultis fluidioris, ponantur simul prope Fornacem, ut blandâ Digestione successivè arefcant & exsiccentur. Hinc affundatur Spiritus Vini rectificatissimus, vel tartarificatus, qui in momento elicit Essentiam Opii elegantissimam; Sal Tartari autem non attingit. Ponantur in Digestionem repetitâ Spiritus Vini affusione tamdiu, donec non ampliùs tingatur. Extractions hæc ad consistentiam redigantur, ut habeatur Essentia liquida dosi gutt. x. vel xv. vel Menstrui abstractione fiat Extractum spissum, ut habeatur Laudanum Opiatum, vel in formâ pilulari, vel cum aliis in Pulvere propinandum, aut in quovis liquido facillimè dissolubile. Vel

W. Lixiv. Sal. Tart. solvatur in eodem Optum. Vel etiam modo communi cum Sale Tartari teratur, Solutio filtratur & inspissetur per exhalationem: Magmati residuo solubili affundatur Spiritus Vini probè rectificatus, vel tartarificatus, qui Essentiam elicit, & remanet Sal Tartari cum scorii Opii. Alkali agit in Concretum Opii resinofum, dissolvit ejusdem texturam viscosam ab eju Oleo dependentem, resolvit Oleum, illudque nonnihil figit, & ita egregiè correctum reddit Opium, perfectè Anodynum, sine ulla narcosi, & magnarum virium & potestatum; imprimis si addatur Spiritus Terebinthina.

Hocque modo omnia Vegetabilia venenosa, etiam Napellus, vi malignâ volatili spoliantur & cicurantur.

Pertinet huc præparatio Essentiæ Opii non inelegans Zovelferi, quam videbitis in Pharmac. Reg. pag. 83. dum scilicet extrahit vel solvit Opium cum Aquâ Cinnamomi, & Solutionem hanc præcipitat cum Sale Tartari.

Egregia valdè & elegans Præparatio in Angliâ mihi fuit communicata, quæ sic fit: scilicet Opium permiscetur cum Sale Tartari, & affunditur Spiritus Terebinthina, ponitur in legitimâ digestionem, donec correctum sit Opium, tandemque denuò in formam Pilularum redigitur. Hac ratione elegans sanè & secretum habetur Correctivum omnium Vegetabilium venenosorum, tam Cathartorum, quam Narcoticorum: vid. STARCH. pag. 11. DIGBY Recept. seu Medic. Experim. sub Tit. Corrector omnium Vegetabilium, & Medulla Chymicarum Medicinarum, annexa Medicina Experimentalis Digbeanae Part. 2. pag. 395. Quo corre-

ctibus vel in Ariete, vel in Librà, ante Plenilunium. Alii colligunt, si fieri possit, in ipsa horâ, quando Luna in dictis Signis renovatur. Expressus Succus depuratus inspissatur ad consistentiam Mellis, dein extrahitur cum Spiritu Vini, inspissaturque lento igne.

N. 2. Succus Hyoscyami & Opii (antequàm reliquis miscetur,) priùs rejiciant sua Sulphura, & Venena noxia (quæ spumæ instar superficiem petunt.)

N. 3. Pro Mulieribus propter Suffocationem Matricis omitantur Moschus & Ambra, vel corrigantur adjectione granorum aliquot Castorei.

N. 4. Ex Remanentiâ incineratâ Sal extractum Mixturæ miscetur.

N. 5. Extractions illæ digerantur per menses 2. dein abstrahatur Spiritus Vini, addanturque Pulveres.

N. 6. Oleis, quia difficulter Extracto miscentur, priùs invicem mixtis, aliquot guttæ Spiritus Vini, affundi solent, & diligenter commisceri, ita facillè Compositioni miscentur.

N. 7. Compositio lenissimo calore per mensem fermentari poterit.

Dosis à gr. ij. ad iiij.

12. Laudanum Opiatum Cl. Sennerti.

N. Opii purific. ʒj. F. Extr. cum Spir. Vin.

N. Spec. Diambra. ʒj. F. Extr. itidem cum Spir. Vin.

Hinc affundantur Extracto Opii, (ad Syrupi consistentiam inspi-

cto, & hujus modo paratæ Pilulæ, multum in recessu habent, & Remedium polychrestum constituunt; quod ipsum non fecus ac ipsam Correctionem, ceu pluribus in casibus proficuum singulariter vobis commendo. Opii cum Spiritu Vini & Sale Tartari varias Præparationes videbitis in DIGBY Medic. Experim. Part. 1. pag. 5. item WILLISIO Pharmac. Ration. vol. 1. pag. 321.

Nec incongrua est, quæ fit per Alkali & Acidum simul, Opii Præparatio, ad modum nempe, quo fit Sal essentiale Tartari; v. g.

W. Opii concis. vel pulverisati,

Sal. Tartari, ana ʒj.

Humectata nonnihil, & aliquandiu digesta, superfundatur paulatim Acetum, quamdiu Effervescentia observabitur, sic optimè recluditur Opium; continuatâ ad punctum saturationis blandâ Effervescentiâ, denuò digerantur per 14. dies leni Igne, & factorem sulphureum exhalare scietis: quo factò, filtra Solutionem, & ad Mellaginem abstrahe, & habebitur elegans Laudanum Opiatum simplex: Vel Mellago dicta extrahatur cum Spiritu Vini, vel Spiritu quodam abstracto; unde denuò vel Essentia liquida vel Extractum spissum obtineri potest; quod aliis Præparationibus meritò præfero, tutissimum enim est, etiam in dosi paulò majori. Loco Aceti sunt etiam qui Vinum adhibent, tantum scilicet hujus, quantum sufficit ad Salis Tartari per Acidum Vini saturationem. Confer. DU HAMEL de Affect. Corpor. p. 448.

3. Tertio Fermentatio cum Succis Vegetabilium, v. gr. Pomorum Borsdorffianorum, vel Cydoniorum, vel alio quodam Stomachico appropriato instituitur, quâ omninò invertitur Opium, adeò ut Sulphur narcoticum crudum mitescat. Correctionem hanc per Fermentationem debemus HELMONTIO, qui primus id Succo Cydoniorum depurare & fermentare est aggressus: Confer. WEDELIUS in Opiolog. pag. 58. vel M. A. N. C. Ann. 6. Append. pag. 34. & WILLISIO Pharm. Rat. Volum. 1. pag. 321. unde sunt, qui pro illo Helmontii habent Laudano Opiato, de quo Traß. Jus. Duumvirat. §. 64. dicit: Felix Ager, cujus auxiliator Medicus novit lethalia à Papavere separare, retento auxilio excitatore protestatis in Duumviratu. Sicut & Præparatio hæc per Fermentationem mihi in Angliâ à Filio HELMONTII communicata fuit. Convenienter additur Sal Tartari pro Correctione, quod quidem Fermentationem Opii impedit: interim si Saccharum addatur, hæc restaurari potest. Videatur LANGELOTT, Medicus Holsatus, in Epist. ad A. N. C. pag. 14. & in Epist. ad Bartolinum C. 3. Epist. 45. pag. 188. 190. & 201. ubi Præparationem hanc magis perficere aggressus est, & ulterius declaravit: nempe dissolvitur Fermentationis medio Concretum viscosum Opii, extrahitur ejusdem substantia salina, quæ magis temperat substantiam oleosam, volatiliori nocivo Sulphure avolante. Utut Fermentatio hæc, prout LANGELOTT nobis communicavit, non semper succedat, nec Opium à virulentia narcoticâ tantoperè separatam & correctam sit, adeoque videtur,

inspissato) *Tinctura Diambra* pars dimidia , & *Succ. Extr. rec. purific.* ℥vj. stent in digestionem per dies 20. sæpius agitentur , ubi Spiritus Vini maxima pars exhalaverit .

Extr. Castor.
Solut. Corall.

Perlar. ana ℥ss.

Essent. Croci ℥j.

Affund. *Tinctura Diambra* reliquum , lentoque igne Spiritus Vini exhalet .

Sub finem adde

Ol. Citri ,

Cinamom.

Caryophyll. ana gr. iij.

F. Massa instar Extracti.

Dimidiæ parti adde

Mofchi ,

Ambræ ana gr. vj.

Reliquum reservetur pro Fœminis .

14. *Laudanum Simplex Plateri.*

Laudanum Simplex habetur in *Observo. Plateri* pag. 455. ex ℥j. *Bdell.* in Succo *Plantag.* emolliti , & ℥j. *Opii* in Spir. Vin. soluti . *F. massa* , cujus *Dosis* gr. vj.

℥. Opii super laminâ ferreâ exsiccati ℥ij.

Syrac. calami.

Labdan. ana ℥ss.

Ol. Caryoph. gutt. iij.

Malaxentur in mortario calido , & formentur *Pilulae* magnitudinis Pisi , pondere gr. 4. aut 5. detur unica .

15. *Laudanum liquidum.*

Fit ex *Opii* desiccata super laminâ ferreâ ℥ss.

Spir. Vin. opt. rectific. ℥vj.

Vitriol. opt. ℥ss.

Croci Anglic.

Specierum Diambra.

Diaromat. ros. ana ℥iij.

Ambr. grif. ℥ss.

Infundantur simul matraccio clauso , digerantur calore lento per 20. dies continuos , colentur per chartam & Colatura servetur . Est iis accommodatum , qui *Pilulas* sumere nequeunt .

Dosis gr. 4. ad 8. &c.

(*Laudani Cydoniati liquidum* meminit celeberrimus *Willis* in *Pharmac. Rational.* exhibitum ad gr. xxiv. in *Dysenteria* .)

16. *Laudanum solidum S. Closs.*

Totum *Laudanorum* artificium consistit in correctione *Opii* , quæ fit per diutinam digestionem in *Aceto* destillato (spatio 8. dierum) quæ ter cum novo *Aceto* destill. repetenda venit : abstrahatur postea *Acetum* destillatum àincto *Liquore* ad consistentiam . *Extracti*

℥. Ex-

videtur , **LANGELOTTUM** encheireses quasdam sub-
tucuisse , vel Remedium non adeò nobile acquisivisse , ac
ipse prædicat ; interim non contemnenda est , & suam me-
retur laudem . Hoc modo etiam potest præparari *Lauda-*
nium Opiatum cum *Succo Aurantiorum* , ad imitationem **BE-**
CKERI in *Medico Microcosmico* pag. 259.

Non inelegans denique , & scopo simili valde conveniens
est , quam habet **D. GONERDINGIUS** , *Medicus Lune-*
burgensis , & *Fermentum* vocat *Narcoticum* , quo cum egre-
gia præstitit . Recipit *Opium* cum *Fermento acri* benè fer-
mentatum & inspissatum , rursusque cum *Succo Citri* disso-
lutum , & per *Manicam Hippocratis* trajectum , ac denuò
inspissatum cum *Spiritu Vini* extrahit , filtrat , & denuò coa-
gulat , acquiritque sic *Opium correctum* non inelegans .

Ex *Opio* legitime extracto , & cum aliis Appropriatis
composito , emergit *Laudanum Opiatum* , quasi nunquam
satis laudandum Remedium , propter egregias virtutes
& facultates .

Consideremus jam ejus *Extractionem* per varia *Menstrua* ,
cum in finem factam , ut purum ab impuro , utile medica-
mentosum ab inutili , seorsim habeatur . Cum itaque Con-
cretum gummeo-resinosum sit *Opium* , adeoque in sua tex-
tura ex multiplicibus coaluerit particulis , etiam conse-
quenter quovis *Menstruorum* genere solubile , & suo modo
extrahibile existit ; ita ut tam *Menstrua Aqua* , v. g. *Ros Ma-*
jalis , *Succus Citri* vel *Cydoniorum* , *Vinum* &c. quam *Men-*
strua Sulphurea , v. g. *Spiritus Vini* ; quam *Menstrua Salina*
& *Acida* & *Alcalina* , v. g. *Acetum* , *Salis Spiritus* , *Oleum*
Tartari per deliquium , &c. solvere apta nata sint *Opium* ; de
quo confer. **WEDELIUS** in *Opiol.* pag. 56.

Cæterum ex omnibus his pro *Opio correcto* convenientis-
simum *Menstruum* est *Spiritus Vini* ; sicuti pro *Opio non cor-*
recto Acetum destillatum convenientissimum est . Dico *Spiri-*
ritum Vini esse convenientissimum correcti *Opii Men-*
struum : Nam in *Opio* non correcto *Concretum Spiritus*
Vini volatile sulphureum vim narcoticam *Opii* , in parti-
culis ejus sulphureis fundatam , magis exaltat , adeoque in-
terdum nocentius reddit . Sanè quantum intersit inter *Lau-*
danum Opiatum simpliciter cum *Spiritu Vini* paratum ,
& quanta ejus sit differentia ab eo , quod cum *Aceto* destil-
lato perficitur , notabili *Observatione* declaratur in *As. So-*
cietat. Reg. Vol. 1. pag. 597. Ex qua ipsa sanè concluden-
dum est , *Præparationem* ejus per *Acida* magis in *Morbis*
Acutis , *Febribus Ardentibus* & *Malignis* convenire : sicuti
ejusdem *Præparationem* cum *Spiritu Vini* (præcedente
tamen cum *Alcali* digestionem) in *Morbis Chronicis* & *Feb-*
ribus Intermittentibus magis conducere .

His itaque præmissis , facile est *judicium de variis Laudani*
Opiati Præparationibus . Ex *Laudanis* dictis *Opiatis Sim-*
plicibus mille modis *Composita* fieri possunt . Instar omnium
sit v. gr. *Laudanum Hystericum Coneringii* , cujus genuina
Compositio hæc est :

℥. Laud. seu *Extract. Opii* per *fermentationem præ-*
parat. ℥ij.

Extract. Cal. arom. ℥j.

Castor. gr. xv.

Spec. Diacalamintb. ℥j.

Croci ℥ss.

Lap. Bezoar. Occid. ℥j.

Olei destillat. Succini q. s.

M. f. Massa :

ex qua facile formari possunt *Pilulae* , vel cum *Saccharo* , alio-
ve addito , *Pulvis* . *Dosis* *Laudani* facti composit. gr. vi.

Hujus loco *Veteres* videntur usurpasse *Pilulas de Casto-*
reo , vel etiam *Confectionem Archigenti* , quam videbitis in
Dispens. August. Variant aliàs innumerabiliter *Præparatio-*
nes Opiatorum , tam *Simplicium* , quam *Compositorum* ,
v. g. præter hæcenus dictas **ZWELFFERI** , **DIGBY**
& **WELLSII** , considerationem quoque meretur *Elisir*
Uterinum ZWELFFERI in *App. ad Animadv. in Pharmac.*
August. pag. 57. vel *Pilula Hystericæ ejusdem* in *Pharm. Reg.*
pag. 66. item *Essentia Uterina Cnöffeltii* in *M. A. N. C. Ann.*
6. Append. pag. 135.

Omnes reliquæ *Præparationes* , quas habet **AUTOR** , sunt
vana & noctua . Id quod patet ex superioribus dictis ; quia non
rectè corrigitur , sed saltem palliatur *Opii venenositas* ali-
quantisper . In genere , tot sunt *Descriptiones* , quot capi-
ta : Nam utut in omnibus soleat aliquid admisceri vel ali-
quid de *Perlis* , de *Corallis* & similibus ; non tamen faciunt
ad *Correctionem* , sed ad alios usus .

Quod attinet *Dosin* , hæc variat pro varietate *Præparatio-*
tionum , & permissionis cum aliis . *Opium crudum* ex *Plan-*
tâ propinatur vix ad gran. j. sed *Laudanum Opiatum* pro
varietate *Præparationis* & admitionis , seu additorum plùs
minùs , sæpius plùs , rarò minùs , habitâ ratione scopi ,
propter quem propinatur , variat ; varianda enim est *Dosis*
pro varietate *Præparationis* , uti dixi , & *Consuetudinis* .
Turcæ , *Persæ* & *Indi* , aliique *Populi Orientales* , in fre-
quentissimo usu habent *Opium crudum* . *Ratione* *Consue-*
tudinis ergò potest variari *Dosis* . Referunt enim *Autores* ,
quòd à dictis *Populis* ad drach. j. *crudum* assumatur cum
insigni fructu , quod habeant exinde *Insomnia* , quasi ver-
sentur in *Hortis* & *Viridaribus* jucundis & amœnis .

Ex his facile patet *Præscribendi ratio Laudani Opiati* ; v. gr.
in formâ liquidâ pro *Affectu catarrhali Pectoris* , & inde
natâ *Tussi vespertinâ* seu nocturnâ :

℥. Spir. Sal. Ammon. anisat. ℥ij.

Essent. Opii cum Sale Tartari parat. ℥ss.

Misce .

Dosi gutt. 30. vel 40. à meridie & sub introitum
lecti .

Vel in *Hypercatharsi* :

℥. Essent. Tberiacal. ℥ij.

Opii ℥ss.

M. D. S.

Essentia Adstringens.

Dosis 30. vel 40. gutt.

Sic in *Colicâ* aliisque *Alvi torminibus* :

℥. Extract. Helen. gr. vi.

Laud. Opiat. gr. i. vel ii.

(Aut

℞. Extracti Opiatci ℥ij.

Croci (in p. 8. *Aq. Ros. & Spir. Vin.*
parte unâ facti) ℥ss.
Castor. eodem modo parati ℥j.

Extr. Spec. Diambri.

Diamarg. frig. &
Diamosch. dulc. in Acet. destill. mixtum
parat. ℥iiij.

Magisterii Corallini vitriolati ℥vj. M. ut artis est .
Servetur in Vitro ad dimidias solùm plene, ut post paucas ho-
ras fermentari incipiat, quod dum fit, agitetur sæpè spatulâ
lignèâ.

Dosis gr. iij.

N. Essentiæ & cariora omnia, quæ vulgariter Laudanis ad-
dantur, pretium potius, quàm virtutes augent.

17. *Laudanum Pectorale valde excellens*
Angelo Sala attributum.

℞. *Extracti. Opii liquidii in part. iij. Spir. Vin. &*
parte 1. Aq. Ros. per digestionem 3. dierum in
B. parati ℥j.

(Aut hujus loco *Laud. Hysteric. gr. vi.*)
Cum s. q. *Ol. destill. Chamomill.* fiant Pilulæ.
D. S.

Dolorem sedantes Pilulæ .

Porro Pulvis in Dysenteria :

℞. *Pul. Hepat. viperin. gr. xv.*
Unicorn. fossi. ℥ss.
Laud. Opiat. ferm. gr. ii.

Misc. fiat Pulvis .

D. S.

Pulvis Adstringens & Confortans .

Croci .

Florum Sulphur. benzoinat.

Aloës lucid.

Myrrb. el. ana ℥ij. pulverisentur & M. calidè
addendo

Spiritus Sal. com. ℥j. (ad promovendam fer-
mentationem .)

Hoc Laudanum tutissimè exhibetur Phthisi à Catarrho,
Asthmaticis tussientibus, cum Extracto Succu Glycyrrh. in
Epilepsiâ aëreâ cum Sanguinis effervescentiâ, Hæmorrhagiâ,
Capitis dolore . In Dentium dolore dissolvitur in Aceto & ap-
plicatur Denti . *Dosis eadem cum superiori.*

N. Plures insuper Laudanorum descriptiones passim repe-
riuntur, ut in *Alchymia Libavii, lib. 2. c. 1. in Opiolog. Cl.*
Dr. D. Winkleri, Freitagii, & sim. quò curiosum Lectorem
remittimus .

18. *Pilulæ Narcoticæ Plateri . Vide lib. 2. cap. 74-*



CCXCXV.

Potio in Sputo cruento :

℞. *Aquæ Plantag. ℥iiij.*

Corall. rubr. præparat. ℥ii.

Terr. Sigill. ℥i.

Extract. Torment. gran. xii.

Ess. Opii cum Sale Tartari ℥ss.

Syrup. Portulac. ℥iiij.

M. D. S.

Mixtura Adstringens pro aliquot vicibus ,

Dosis Cochl. ii. (P)

CCCXCV.

(P) *Quamquam vulgè discrimen faciant inter Opium & Meconium, quòd illud Lacryma sit sponte stillans è Ca-*
pite Papaveris in Ægyptio, & Graciâ, hoc verò sit Succus ex eodem arte expressus; nihilominus accuratiores Naturæ
scrutatores, Mercatorum & Viatorum testimonio instructi, Meconium & Opium unum eundemque esse Succum resinofum è
Capitibus Papaveris, imò & Folijs, expressum esse contendunt, evaporatione deinde ad duri Extracti consistentiam reda-
ctum. Præfabat apud Antiquos Thebaicum; nunc ex Ægyptio atque ex toto Oriente præstantissimum habemus. Gummi-
resina est, Oleo & Sale volatili refertum. De ejus viribus quamplurima habet Autor, tum hîc, tum Dissertatione pecu-
liari de Opii virtute diaphoreticâ, quam habes tom. 1. col. 1079. & seqq. ubi aliqua quoque & Nos adnotavimus.
Curiosas, magisque securas Opii præparaciones videre est in Cursu Chymico Lemery.

Quoniam Laudanum opiatum, seu concinniore Opium præparacionem, quidam Nepenthes appellare voluerunt, quòd
Somnum accersens, πέρδος luctum, mœrorem (dolorem) arceat; arreptâ hinc occasione quædam hîc subdere animus
est de nobili Homeri Nepenthe, quòd non levem Philologis suggestit differendâ materiam. Homerus Odyss. 4. ait He-
lenam Medicamentum quoddam Vino immiscuisse, ac Menelao & Telemacho propinasse, ut scilicet illis tristitiæ iræque &
malorum omnium oblivionem veniamque afferret: sic enim habet v. 220.

ὡς οἶνον βάλε φάρμακον, ἵνδεν ἴπινον

Νήπενθις τ', ἀχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων.

Clarissimus Petrus Petitus eruditissimam scripsit de eâ re Dissertationem, è qua illustria excerptam. Sunt qui putant
cum Plutarcho, Athenæo, Macrobio, Philostrato, & ipso Eustathio (ut eruditissima Domina Daceria in notis
ad hunc locum Homeri), Nepenthes hoc verum Pharmacum non fuisse, sed vel Allegoriam continere, vel potius poeticam
esse Homeri fictionem: fortassè quòd Helena, rerum ab Ulyssè pro Græcis gestarum suavi narratione, Convivarum mœrorem
mulcere tentasset. Petitus tamen, cum non paucis, putat Nepenthes reale esse Medicamentum ad tristitiâ tollendam pa-
ratum: quòdam autem illud sit in ambiguo esse fatetur. Præsertim quum illius nomen & ipse Homerus reticeat: Ne-
penthis Νήπενθις enim (ut Græcè scientibus patet) est Medicamenti Epiteton potius, quàm Nomen, quemadmo-
dum & ἀχολόν &c. illius vires designantia: illud tantum subdit, Ægyptio suum ortum debere.

Haud pauci existimant Medicamentum hoc Plantam esse, Helenium ab Helenâ appellatam. Et sanè Plinius Helo-
nio cum Vino sumto, eandem cum Nepenthe, tristitiâ abolendi facultatem tribuit. At Dioscorides post Cratevam
Helenium Ægypti describens, tantum ait, eam Plantam ad levandos à Serpentibus demorsos valere. Nepenthes igitur
ab Helenio aliud quid esse, valde verosimile est. Equivoco autem occasione id dedisse videtur, quòd Homerus subjungat,
Nepenthes munus esse, quo Polydamna Thoonis Ægypti Regis uxor Helenam donaverat; atque ex Historiâ constat ab eâdem
Polydamnâ Helenam Plantam recepisse, adversus serpentes miram, quam à suo nomine Helenium appellaverat. Hinc
Nepenthes & Helenium unum idemque Pharmacum factum est. Sed nonne potuit Helena duas inter se diversas Plantas
à Polydamnâ dono recipere? præsertim quum Homerus ipse innuat, plures ab Polydamnâ Helenam recepisse.

Cl. igitur Petitus rationi magis consonum cum Theophrasto, Diodoro Siculo, Justino martyre & alijs, putat,
Nepenthes Homeri esse Oenopiam, cujus exhilarantem virtutem deprædicant Galenus, Theophrastus, ac Plinius.
Quòd autem de Nepenthe narrat Homerus, ut bibentes amicorum & parentum ipsorum interitum siccis oculis ferre cogat,
inter hyperbolicas Poëtarum exaggeraciones connumerandum esse cum Eustathio contendit. Miram hinc Plinii inconsan-
tiam notat, qui nunc Nepenthes inter Plantas connumerat, nunc pro Vino ipso illud habendum esse fatetur. Suam
demum hypothesim vel ex eo confirmat, quòd non pauca sint Plantæ exhilarantes, ad lætitiâ risumque homines di-
sponentes. Hujus naturæ esse ait apud Europæos Buglossum & Crocum: apud Ægyptios & Turcas Opium: apud
Arabes & Indos Arc: in Americâ Dutroa, cujus celeberrimæ Plantæ Semina in Vino vel Aquâ epota ad talem
tantamque insanam lætitiâ, stupiditatemque potantes disponant, ut illis parùm castæ uxores ad virorum infamiam
abusantur. Quæ si vera sunt, quare Homeri Nepenthes vera Planta, & fortassè Oenopia appellata esse non
potuit?

Hæc eruditissimè Petitus. Verùm etsi ei demus, Homeri Nepenthes verum esse Pharmacum, veramque Plantam,
Oenopiam dictam; illud tamen ab eo explicandum fuisset, quæ sit Planta hæc Oenopia vocata: haud enim An-
tiqui de eâ mentionem facientes, illam nobis descriptam reliquerunt, ut apud eruditiores nostri ævi Botanicos quænam
ea sit non inveniamus. Universa igitur de Nepenthe Homericæ disquisitione ad Philologorum potius exercitationem, quàm
ad Medicinam locupletandam facere videtur.

CCCXCV. O P O P A N A X .

ΟΠοπάναξ, *Dioscorid.* Opopanax Gummeus est Succus ex Panacis Heraclei fauciatâ Radice effluens ac concretus.

Dicitur Opopanax & Opopanaceum, *Cord. hist. Caf.* Planta autem insignitur, *πάναξ ηρακλειος, Dioscorid.* Panaces Heracleum, *Muttblol. Caf.* Panax Heracleum. *Lob. Dod. Ger.* Panax Herculeum, *Casalp.* primum, *Tab.* Panax Sphondylii foliis. *C. B. 2.*

Vires. Galfacit 3. siccit 2. emollit, digerit, Flatus discutit, purgat Pituitam crassam & lentam à partibus remotis, Cerebro, Nervis, Sensoriis, Juncturis, Thorace (de quo *Class. 4.*) Uvulæ delapsæ opitulatur (Suffitu in os immisso.)

N. Signa bonitatis, Color extus flavus, intus albus, aut subflavus; Sapor valde amarus, Odor gravis, Consistentia pinguis, facile in Aquâ solubilis, levis, terrena, friabilis, Galbani instar lactescens, dum solvitur ad lacteum liquorem propius accedens. Improbatur Opopanax niger ac mollis.

P R Æ P A R A T A .

(*Pilula de Opopanace* rari usus.)

Opopanax, Styraç Galamita, Bdellium, Labdanum, Oleum sed paucum profundunt.

CCCXCVI. P I S S A S P H A L T O S .

Πισσαφάλτος, (Nativum. Germ. *Erdwachs.* Asphaltos. *Asphaltus.*)

Πισσαφάλτον. (Factitium. *Nativum* describitur à *Dioscoride*, quòd nascatur in Apol-

loniâ Epirotarum. Item quòd ex Cerauniis Montibus devolvatur, & impetu Fluminis raptum rursus æstu in litus expuatur, ibique concresecat. Hac ratione nihil aliud esse videtur quàm *ἀσφαλτος*, de quo *lib. 3.*

Factitium, est Compositum quid, seu Mixtura ex *Pice* ac *Bitumine* (unde & Nomen accepit,) videturque id esse, quod nostrates *ἀσφαλτον* vocitant, seu *Bitumen Judaicum*.

N. Sunt qui *Pissalphaltum Munniam Arabum* dicunt, de quo *lib. 5. in Homine*.

Vires. Calfacit 3. & siccit 2. Doloribus Capitis, aliisque ejus Morbis à Frigiditate obortis medetur.

CCCXCVII. P I X .

Πίσα, Pix. Germ. *Pech.* Est pars resinosa ex accensis Tædis, i. e. Arboribus resinosis per senectutem nimia pinguedine quasi strangulatis colliguatâ.

Modus fiendi Rusticis committitur, qui in nonnullis locis, ubi Arbores resinosa abundant, inde victum lucrantur; fitque ad modum quo *Destillatio per descensum* fieri solet. Rogus scilicet Tædarum resinosa contegitur undique termitibus, & terrâ, ne qua exhalatio fieri queat: hinc subdunt ignem per foramen relictum, quo fit ut resinosa pars colliguata in canales affabrè subditos effluat, initio liquidior, hinc crassior, ultimò crassissima. Affertur autem copiosè ex Finlandiâ, ubi Rogos ejusmodi plures non citra oblectationem vice unâ & eadem conspexi; Abjctem enim ac Pinum copiosè illa alit.

Dicitur Pix liquida, *Pisselæon Dioscor.*

N. Arbores resinosa sunt imprimis, *Pinus, Abies, Larix, Terebinthus, Cedrus.*

Pix

CCCXCV. **O P O P A N A X .** Opopanax est Succus gummeus, effluens ex *Ferulâ*, seu Plantâ **BERNÆ MONTANUS**: cujus Succus per incisionem extillans dicitur *Opopanax*. *Triplex* autem datur: *Heracleum, Cbironium, & Æsculapium*; de quibus vid. **HOFFMANNUS de Medic. Officialibus**.

Heracleum autem maxime in usu est, & naturæ ac virtuti finitimum cum *Galbano, Sagapeno, & Gummi Ammoniac.* Omnia enim hæc Gummata, præter virtutem incisivam & attenuativam Mucilaginum crassarum ac viscidarum; à ʒʒ ad ʒj. citra molestiam eas per *Aluum purgant*; & propter utramque vim *Opopanax* ab **AUTORE** tam inter *Alterantia*, quàm *Purgantia* tractatur. Vis ejus in Sale alcalino acriori latet: Unde in Asthmate, & Tussi veteri valde convenit imprimis si propinetur cum *Succo Marrubii & Melle*.

Externè vi discussivâ eminet & Tumores citra sensibilem evacuationem disparere facit. Commendari quoque solet contra Ulcera antiqua & contra Fistulas. Aliàs rarò usurpatur.

Cùm autem plures adhuc quisquillas commistas habeat, *depurandum* est, solvendo in *Menstruo aquoso, Aquâ* scilicet, *Vino*, vel *Succo Citri*, & ita emolliendo aut abstergendo sordes viscidas in primis viis stabulantes, conducit. Cæterùm *Opopanax & Gummata* dicta rarò in substantiâ præscribuntur, sed adduntur aliis *Pilulis* pro scopo incisivo & aperitivo, vel ex iis fiunt *Pilula* cum aliis; sicut habemus *Pilulas de Ammoniac*, de *Sagapeno*, de *Opopanace*, de *Galbano* &c. quæ *Pilula* cum stimulo, vel ipsa, uti dixi, Gummata itidem cum stimulo præscribuntur, aut aliis *Pilulis* adduntur, pro adjuvandâ *emolitione, incisione & attenuatione*: e. g.

ʒ. Gum. *Opopanac.* vel *Sagapeni*, vel Gum. *Ammoniac.* cum *Aceto* depur. ʒj.

Aloës luc. ʒʒ.

Scamm. ros. gr. ij.

Cum *Essent. Absinth.* fiant *Pilula*.

Vel etiam alio modo:

ʒ. *Massæ Pilularum de Hier.* cum *Agar.*

Tom. IV.

(Q) *Opopanax* ab *ὄπος* Succus, & *πάναξ* Panax, seu potius *παράξ* Panaces, *Herbâ* sic dictâ, quòd *πανειν* sit *ἄνθρ.*, omnibus medicina, unde & *Panacea*. Panax hoc, è cujus Radice & Caule incisione extillat *Gummi flavescens*, in *Lacrymas abiens friabiles, amaras, ingraticque saporis*, est *Tournefortio Sphondylium majus*, sive Panax Heracleum quibusdam *J. B.* Planta hæc inter *Umbelliferas Seminibus ovatis, planis, amplis connumeratur*: procerus ipsi & canaliculatus Caulis, quem laxè complectuntur *Foliorum bipalmatum & ferè circumatâ latitudine pediculi*. *Opopanax emolliens est, incidens, flatusque dissipans*: ad *Hystericas affectiones proprium*.

(R) *Pissasphaltus* à *πίσα* Pix & *ἀσφαλτος* Bitumen, quòd ex partibus equalibus *Picis nigre, & Bituminis Judaici* extemporè paretur. *Pissasphaltus*, quem *nativum* vocant, est *Naphtha Antiquorum*, b. e. *Balsamum molle, variorum colorum, valde inflammabile, quod prope antiquam Babylona, & Samosatam olim effodiebant, eoque cadavera condiebant*. *Artificialis Pissasphaltus resolutivum Medicamentum est, corroborans, & Gangræna resistens.*

Gum. Opopan. vel *Sagapen.* cum *Aceto* depur. an. ʒʒ. *Extract. Trochisc. Alband.* gr. j. vel ij. pro stimulo, cum *Essent. Absinth.* fiant *Pilula*.

Pilula de Opopanace rari usus sunt. (Q)

CCCXCVI. **P I S S A S P H A L T O S .** *Pissasphaltus* est duplex: *Nativum & Factitium*. *Nativum* Veteribus usitatum non amplius est ex usu, & ejus notitia incognita Modernis. *Artificiale* est *Mistura ex Pice & Bitumine*.

Usurpatur in *Emplastris*, ubi opus est discussione in loco profundiore. (R)

CCCXCVII. **P I X .** *Pix* duplici ratione ex Arboribus resiniferis colligitur: vel sauciantur Arbores, ut per plagam inflictam Succus resinofus effluat: vel ex talibus Arboribus, nimia pinguedine suffocatis, & quasi strangulatis, per aliqualem *Destillationem* eliquatur *Pix*. *Modum præparandi* habet **AUTOR**. *Pix* alterâ solutione *depurata*, uti habet **AUTOR**, dicitur *Pix Navalis*.

Usus internus nullus est.

Quod attinet *Usum externum*, quem habet **AUTOR**, est satis clarus. Imprimis convenit iis, qui per *Nives* iter faciunt; si nimirum quis *Membra Pice* illinat, à quocumque Frigore immunis erit. Deinde *Pix navalis* in *Unguentis, Emplastris & Ceratis*, ubi opus validiore discussione, *Ischiadi, Podagræ & similibus Affectibus arthriticis* conducit, partem nerveam roborando. *Usum Pictis* expertum in *Arthritide* videbitis in **BARTHOLINI Historiis Anatomicis Cent. 6. Histor. 95**. Unde in *Tumoribus partium ex Lymphâ acri & acidâ ortis, sedandis, Pix* est egregia; quoniam discutit *Lympham*, & foras per poros *Cutis* extrahit *Aquam*, quâ extractâ cessat *Dolor*. Propterea dicitur, quòd *Pix* valeat ad humores acres ex alto, Germ. *aussder tieffe*, evocandos & dissipandos. Sic **POTERIUS** habet elegans *Emplastrum*, quod in *Affectibus podagricis, & Doloribus partium profundiorum, ipsi in frequenti fuit usu*: Nempe

ʒ. *Pictis* nav. ʒij.

Terebinth. comm. ʒʒ.

T t

Masticb.

Pix illa ubi denuò coctione purgatur, seu si mavis dephlegmatur, c. kassescit magis, diciturque *Pix sicca, Palimpissa, Pix navalis* (quòd Navibus picandis adhibetur), non quòd à Navibus maritimis derasa sit, quippe hæc appellatur *Zopissa*.

Vires. Ut Resinam sapit, ita & Resnarum *Vires* obtinet, idque eò magis, quò liquidior *Pix* fuerit, sicca enim exsiccatur fortius: facultatis itaque *Pix* liquida est calfacientis, discutientis, mollientis, digerentis, anodynæ, &c.

P R E P A R A T A.

Oleum stillatitium. Fit l. a, per se, vel addito sabulo.

Vires. Maximè prodest ad Vulnere Capitis, ad Puncturas ex causa frigidà egregiè facit.

N. Multum Olei fundit.

(*Aqua Picis* arthriticis Doloribus utilis dicitur.)

CCCXCVIII. RESINA TEREBINTHI, SEU TEREBINTHINA CYPRIA.

Terebinthina in officinis Resina est liquidiuscula referens Balsamum, sive Oleum crassiusculum, colore ex albo flavescens, sapore acris, lenta cutiq; tenaciter adhærens. Estque duplicis generis Resina scilicet *Terebinthi*, & *Resina Laricis*. Resina *Terebinthi* *πύριν τερρεβινθίνη*, Resina *Terebinthina* (*Avicennæ* Gluten Albotin) est ea quam Officinæ *Terebinthinam* Cypriam, Venetam, *Paracelsus* Lorcher appellat. *Terebinthina* Resigna, *Mutb.* *Terebinthina* vera, C. B. 1.

Optima censetur clara, pellucida, alba, vitrei coloris in cæruleum vergentis, acris, & odorata. Præferitur item quæ ex Chio Insulâ affertur, post hanc Libyca, tum Pontica, tandem Cypria, Syriaca, Judaica, Arabica. *Terebinthus* arbor est mediocris magnitudinis, in plurimis regionibus sponte familiaris v. g. in Hispania, Syria, Sicilia, &c.

N. *Terebinthinam* veram Officinis esse ignotam autumat *Clusius*, Officinalemque esse Resinam *Abietinam* è novellis *Abietibus* collectam. Videsis *Class.* 1. in *Abiete*.

Vires. Facultates *Terebinthinæ* ex lib. 2. sub titulo de Resi-

nis, huc referre licet. Excellit enim *Terebinthina* præ reliquis Resinis, unde & facultatibus præpollet. Conferre intrinsecus, præcipuè in Tussi aliisque Pulmonum Affectionibus (cum Melle,) in Urinâ ac Alvo ciendâ: convenit Epatis, Lienis, Renibus, Vesicæ, Expectorationi purulentæ ac Phthisi incipienti succurrit, Calculum pellit, Arthriticos Affectus juvat, Uterum à saburrâ liberat. Extrinsecus usitator est *Terebinthina Laricea*, quæ hujus vicaria in defectu esse potest, viribus iisdem pollens sed imbecillioribus.

N. 1. Lavari solet in Aquâ appropriatâ, & hinc exhiberi.

N. 2. Exhiberi potest 1. per se, *Placentulis*, quas *Oblatas* vocant, involuta. 2. in aequo Liquore, adjecto tantillo *Vitelli Ovi*: sic aequum scilicet exhibet Liquorem. 3. Inspissata aliquantulum & in Pilulas redacta. Verum ob evanescentiam Spiritus præstant modi priores, vel si placet, fermentur modo sequenti

Pilula de Terebinthinâ cum Rhabarbaro.

Pilula Podagrica.

3j. *Terebinth. Cypri.* ʒj.

Coq. in Aquâ Chamæpiti. cum albescat, hinc adde

Rhab. opt. pulv. ʒvj.

Iva arbutic.

Succin. alb. ana ʒij.

Glycyrrhiz. ʒj.

M. & F. Massa.

Vires. Faciunt ad removendam materiam Calculi & Podagræ.

Dosis ʒʒ. ad ʒj. &c. *Cl. Gregor. Horst. part. 2. lib. Observ.*

N. *Crato* eadem habet, sed paulò secus, *Conf.* 143.

CCCXCIX. RESINA LARICIS, SEU TEREBINTHINA VULGARIS.

Resina Laricis est, quam *Terebinthinam vulgarem*, seu *Terebinthinam simpliciter* ita dictam vocant. Hæc quantò *Terebinthinæ* priori similior, tantoque præstantior æstimatur

Masticb. ʒijj.

Sulph. subtiliss. triti ʒʒ.

Misce probè.

Vide ejusdem *Cent. 2. Observ.* 10. 13. & 86. in quibus tribus Observationibus videbitis egregium ulum hujus Emplastri in Malo Ischiadico curando.

Inter *Præparata* ex Pice est *Oleum destillatum*, quod *AUTOR* per retortam præparat; quòd tamen melius fit sursum per Alembicum è Cucurbitâ amplâ, non tamen altâ; & magis est penetrans ac conveniens quam plurimis Affectibus externis: primo loco prodit *Spiritus acidus*.

Aqua Picis Arthriticis Doloribus utilis dicitur.

Quidam etiam cum Pice præparant *Regulum Antimonii*. (S)

CCCXCVIII. RESINA TEREBINTHI, seu TEREBINTHINA CYPRIA.

CCCXCIX. **R**ESINA LARICIS seu TEREBINTHINA VULGARIS. Ex multiplicitate Arboribus stillant Resinæ, quæ ut plurimum septenario numero comprehenduntur; ut sunt: *Terebinthus*, *Lentiscus*, *Larix*, *Pinus*, *Abies*, *Cupressus*, *Strobilus*, uti dicit *ZACUTUS LUSITANUS Pharm. c. 16*. Præterea etiam ex aliis plurimis Resinæ *Terebinthinae* efficiuntur, v. g. ex *Chrysanthemo Peruviano*, de quo confer. *VELSCHIUS Hecatost. 1. p. 74*. Imò *Coctione* simplici ex Floribus *Balsamus* potest elici odoris *Terebinthinæ*, ex quo more communi *Oleum Terebinthinæ* simile destillari potest.

In Officinis duplex datur *Terebinthina*:

1. Quæ ex *Arbore Terebintho* elicitor, & dicitur *Cypria*; quoniam imprimis colligitur in Insulâ Cypri, & advehitur per Venetias; propterea communiter præscribitur *Terebinthina Veneta*, quo indigitatur *Terebinthina ex Cypro*; dicitur etiam *Indica*.

2. *Vulgaris* seu *Laricea*, quæ colligitur ex *Larice nostrate*, in Alpibus Tyrolinensibus copiosè crescente, sponte suâ & magnâ sæpè copiâ *Terebinthinam* stillante.

Ambas species habet *AUTOR*. Et quidem in genere

omnis Succus, qui solet destillare ex Arboribus dictis Resiniferis, vocari solet usitate *Terebinthina*; propriè tamen & κατ' ἔοικω iste, qui est ex *Terebintho* Arbore. Utraque *Terebinthina* promiscuè usurpatur, nisi quòd *Cypria* magis sit volatilis & penetrantior, ac internè magis; *Laricea* verò, seu *Vulgaris*, externè magis usurpatur, cum Stomacho nimis molesta sit: videatur *HEINRICUS ab HEER Observ. pag. 10*. Nihilominus quando est clara, pura & pellucida, nullo modo cedere videtur *Terebinthinæ Venetæ* seu *Cypriæ*: unde illa in locum hujus substitui potest: quòd proprius enim *Terebinthinæ* vulgares accedunt ad *Terebinthinam* veram, eò sunt meliores. Tales Resinæ sunt *Sulphur resolutum* Arborum, *occultum habens Acidum*: quod si ab Alkali compari coaguletur, transit in substantiam Resinæ Arboris. Ergò natura sua sulphurea est, seu oleosa, ut *PARACELsus Tr. de Element.* refert, & suggerit copiosum *Oleum volatile* elegans. In recessu tamen habet Acidum volatile temperatum, unde *Terebinthina* per se ex Retortâ in arenâ destillata, primùm suggerit *Phegma spirituosum acidulum*, simul etiam copiosum *Sal volatile*, & hinc tandem *Oleum*; quod *Oleum destillatum* effervescent potèntissimè cum *Spiritu Vini*, *Vitrioli*, & *Spiritu Nitri*, si misceantur: imò excitatur tanta Effervescentia, & cum tanto ardore, ut non possit Alembicus manibus contineri; & ambo abeunt in consistentiam Balsami, seu *Terebinthinam* quasi artificialem. *Oleum* enim *destillatum Terebinthinæ* constat copioso Sale volatili, quod cum Sale fixo ex eo potest sublimari, quatenus nempe Alkali fixum corrigit pingue Acidum, quod antè colligabat Sal volatile: vid. *BOYLE de Orig. Formarum pag. 175.* & *WEDELIUS de Sale volat. Vegetabil. P. 2. pag. 20*. Ita ut *Terebinthina* nihil aliud sit, quàm Sal volatile admodum oleosum, è sufficienti Acido concentratum. Curiosum est, quòd ex Oleo *Terebinthinæ* & *Vitrioli* invicem mistis sublimari possit *Sulphur artificiale*, teste *BOYLE in Chym. septe. pag. 133*.

Usus quod attinet, internè & externè convenit. Internè solet referri inter moderatè Laxantia & Purgantia. Virtute balsamica dicata est Renibus ac Vesicæ, ut & cæteris Vasis Urinariis ac

(S) *Pix vera Resina* est, vel crassa *Terebinthina* ex Tædisferis Arboribus, cum vel sine incisione, collecta: Arborea hæc senescentes nonnunquam succo hoc resinoso aded turgent, ut illarum pori obstruantur, atque inde nutriri non possint, nisi Corrice incisio Resinæ extillant vi pareatur: non secus ac plethoricis & Sanguine turgentibus Corporibus Venæ sectione opitulamur. Pro vario Arborum, & collectionis modo varia est *Pix*. Pisselæon seu *Oleum Picis*, est purior Resina primùm extillans. Paratur & in nostrâ Calabria nigra *Pix* quæ *Navalis* dicitur, incensione Tædatum. *Picis* incensæ levissima Fuligo est, quod Nigrum Fumi appellamus.

æstimatur, adeoque optima, quæ purissima, odoratissima, aliquantum translucida, & quæ in intincto digito contumaciter & æqualiter diffuit.

Vires. Calfacit, emollit, abstergit. Usus præcipui intrinsicus in Pulmonibus expurgandis, in Gonorrhœâ sistendâ (cum Aquâ Plantaginis ac Succino,) Urinam ac Alvum ciet. Extrinsecus Chirurgis usitatissima est, fereque in *Empiastris* omnibus adhibetur, movet enim Pus, maturat, Scabiei Cutis medetur.

N. Sunt qui Terebinthinam in Cerevisiâ infundunt, atque simul deservere sinunt, pro Potu ordinario in præservatione Calculi, Viscerumque Obstructionibus.

P R Æ P A R A T A.

Ex Terebinthinâ solâ vulgari fieri solent, ad quem modum tamen & reliqua tractari poterunt. Suntque

1. Spiritus Terebinthinæ.
2. Oleum Terebinthinæ.
3. Balsamum Terebinthinæ.
4. Colophonia.

Horum Præparationes Vide lib. 2. de Oleis.

N. Oleum ac Balsamus rarò seorsim, crebrò conjunctim extant.

Vires. Spiritus calfacit, siccatur, attenuat, Urinam ciet, tartaream Mucilaginem resolvit. Hinc confert in Tussi,

ac Spermaticis. Certè usus *diureticus & nephriticus* est insignis, cum nihil melius purget Renes, & eorum officium restauret, quàm Terebinthina, quos odore suavi singulariter afficit, & talem in Urinâ texturæ alterationem efficit, ut Urinæ *Odorem violaceum* inducat; quod etiam præstat si in formâ *Clysmatum* saltem applicetur, & diutius retineatur. In Exulcerationibus igitur & Vulnerationibus Renum, æque ac Vesicæ, aliarumque partium internarum, Abscessibus Mesenterii, primatum ducit, valde abstergit & mundificat Ulcera interna, quæque abstergit & mundificavit, etiam consolidat. Nam Terebinthina est verum quoddam *Balsamum Septentrionale*, uti rectè vocatur à STARCKER in *Prot.* quo possumus uti interne pariter & externe; cum externe cujusvis genuini *Balsami Orientalis* vires exerat, interne vi balsamicâ Pectori & Viis Urinariis speciatim conferat. Præter vim dictam convenit in Calculosis Affectibus, in absente præservando, & præsentè pellendo: mirum namque est, quàm abstergat Renes, & præservet à Coagulo calculoso, dum balsamicâ suâ vi Renum Fermentum Urinæ corruptivum, cujus occasione concreverunt Calculi, corrigat & emendat. Hinc etiam omnia Terebinthinacea valde conveniunt in Urinæ suppressione, ardore, aliisque Affectibus Partium Urinariarum, in Mictu cruento & purulento, sive sit Ulcus Renum sive Vesicæ. Et præprimis in Gonorrhœâ curandâ Fermenta vitiosa in Testibus abstergit; propterea *Pilula* elegantes fiunt cum *Saccharo Saturni & Mercurio dulci*, additâ *Camphorâ*, si adest Gonorrhœa maligna: in Gonorrhœâ simplici verò cum *Succo Citri* assumitur, vel cum *Succino præparato* in *Pilulas* cogitur. Præterea Pectori & læsionibus Partium Pulmonalium, ex Lymphâ acri natis, succurrit; hinc in Phthisi tollendâ & præcavendâ, imprimis quæ sequitur Partium internarum Exulcerationem, Empyemate, Tussi & similibus, mirè succurrit, Fluori albo Mulierum, Uteri vitiiis, Excoriationi & similibus multum confert.

Optimè autem Terebinthina Veneta, seu vera interne assumitur in variis formis: vel si in *Balsamum sulphureum* redigatur, de quo suo loco; vel sub formâ *Pilulari* in cruda in formâ *Boli* cum *Saccharo* subacta: quin & sub formâ liquidâ, seu *Potionis* cum *Melle & Vitello Ovi* subigitur, & cum *Succo Citri*; vel *Vino Malvatico*, aut *Aquâ Fragorum* in *Liquorem lacteum*, & quasi in *Emulsionem* quandam redigitur & adhibetur in Nephritide, Empyemate, Pleuritide; idque Autore imprimis PLATERO, qui in suis *Observationibus* in Vesicæ, Renum, & aliarum vicinarum Partium Affectibus *Mixturam* sequentem habuit in frequenti usu:

℞. Resin. Laric. vel Abiet. pur. ʒiʒ.

Vitell. Ovi num. 1.

Mellis ʒiʒ.

agitentur probè in Mortario marmoreo, donec albescant instar Cremoris Lactis; postea adde

Vini albi,
Aqua Parietar.

Flor. Fabar. an. ʒiʒ.

Syrup. acetos. Citri ʒi.

agitentur, ut probè uniantur, & Mixtura fervetur pro usu.

Hæc Potio ipsi valde fuit experta in Renum Exulceratione.

Tom. IV.

aliisque Pulmonum Affectibus tartareis, in Lienis & Uteri Obstructione, in Calculo Renum & Vesicæ, in Stranguriâ, Gonorrhœâ virulentâ, Ulceribus Penis ex Lue Venereâ.

Dosis à gr. iij. ad vj. & ultrâ.

N. Urinæ Odorem violaceum conciliat.

Balsamus calfacit, attenuat, mundificat, consolidat. Hinc adhibetur feliciter Membris frigore rigidis, Tumoribus scirrhosis, Vulneribus inveteratis ac putridis, Gangrænæ, fisturis Pedum à frigore oriundis (Pernionibus), quas efficaciter curare creditur.

N. Conradus Kunrath commendat summè Spiritum Terebinthinæ mellitum, cujus guttulas 4. 5. 6. in Liquore convenienti quotidie ad Calculum Renum & Vesicæ atterendum parat ex Mellis puri part. 2. & Terebinth. part. 1. mixtis exactè, & per Retortam, vel Alembico destillatis.

5. Oleum caruleum Terebinthinæ.

Fit S. S. S. in Vesicâ cupreâ ex srobe Radicum pinguium abietinarum, cum Flore Chamam. affusâ Aqu. q. s. fermententur per dies aliquot, donec Terebinthina Abieti inhærens Tincturam Veneris ad se attraxerit, quam in Olei ejus profectione secum in Alembico rapit, sibi que per omnia miscetur. Est *Vulnerarium* incomparabile, si Thurnbeusero creditur.

6. Tin-

ne, Calculo, Ulceribus Vesicæ, in Mictu cruento & purulento, in Gonorrhœâ & similibus: & nuperrimè Vir quidam hîc locorum magnum solamen accepit ex tali Mixture, cum laborârit Ulcere Vesicæ. Si quis vult habere aliquantisper Laxantem, potest admiscere q. s. de *Rhabbarbaro*: si vult habere Anodynam, aliquantum potest addere *Opii correcti*, & sic porrò. Experta hæc Potio est in Affectibus Renum, Vesicæ, & Gonorrhœâ. Vel

℞. Terebinth. Cypr. ʒiʒ.

Solv. c. s. q. Vitell. Ovorum,
addendo paulatim

Syrup. de Alb. Fern.

Vini Malvat. ana ʒvj.

Misce pro Liquore lacteo:

Dosis ʒiʒ.

Notabile est quòd Terebinthina optimè dissolvatur cum Vitello Ovi: videtur hoc facere Vitellum ratione sui Salis volatilis oleosi peculiaris. Nam & Alcalia alia hoc præstant, utut aliqualis subsit diversitas; nempe, si Terebinthina cum Oleo Tartari per deliquium simili modo per trituram probè miscetur, etiam in lacteum-Liquorem vertitur: item si Spiritus Salis ammoniaci, vel Sal Cornu Cervi in Aquâ solutum, & Terebinthina simili modo commisceantur, ambo coeunt in Crassamentum album, spissum, instar tenacioris cujusdam Saponis. Arbitror, futurum hoc esse non inelegans Subjectum, ut exinde fierent *Empiastra*; tenax enim est, & extensile, & quod firmiter adhæret; variisque usibus facile accommodari potest. Nam singularis effectus ex talibus Volatilibus extrinsecè applicatis sperari potest, cum in simili artificio excellat BURRHUS. Confer. BARTHOLINUS Cent. 3. Epistolarum pag. 387.

Externè vis ejus balsamica satis decantata est, ratione cujus Corpora à Putredine conservat; quod Artificium est SCHWAMMERDAMMII; unde nullum ferè Linimentum, nullum *Empiastrum*, vel *Unguentum* Chirurgorum ad Vulnera & Ulcera est, quod non Terebinthina, & quidem vulgaris, tanquam Anima & Corpus, ingrediatur. Citò sanè, tutò, & jucundissimè sanat quævis Vulnèra recentia citra aliorum Balsamorum adjumentum, etiam nudè liquefacta instilletur iis; & mirum quantum illa consolidat. Est enim Liquor oleosus balsamicus, qui constat Liquore admodum oleoso. Etiam Ulceribus confert, pro quibus curandis cum Melle miscetur sub nomine *Unguenti Digestivi*, cujus additi ratione Abscessus, Ulcera & Vulnèra mundificat, suppurat, & ad maturitatem deducit; cum omnem Putredinem arceat & curet. In Dysenteria, ubi noxa Intestinorum ab Exulceratione inducta, sananda, *Clysmata* cum Terebinthina conveniunt: qualia videbitis in BARBETTE. Conveniunt & in Colicâ pertinacis humorosâ; item in Convulsione habituali sunt nobilissima, necnon in Colicâ convulsivâ, Dolore Lumbari Nephritico, & Ischuria vicio Renum.

Quoad Præparata, notandum, quòd à multis Terebinthina in præparatione Medicamentorum lavari soleat in Aquâ appropriatâ; sed est inanis lotio: multum enim suffuratur Aqua, in qua lavatur, de Sale ejus volatili balsamico. Quod etiam fit, quando à quibusdam Terebinthina leni Ignis ardore exhalatur, ut amittat glutinositatem & spiffescat,

T t.

6. *Tinctura Terebinthina.*

Evaporet *Oleum flavum* illius leniter in scutellâ, dum re-
ret Colophonia rubentissima, è quâ *Tinctura* cum *Spiritu Vin.*
trahitur, eoque remoto *Balsamus* relinquatur, quo Renes inun-
guntur in Doloribus.

7. *Sal volatile Terebinthinae purgans.*

Describitur in *Myrob. Fabri.*

8. *Pilula de Terebinthina cum Rhabarbaro.*

N. Terebinth. Cypr. ℥j.

Coq. in *Aq. Chamapityos* dum albescat.

Hinc adde *Rhabarb. opt. pulv. ℥vj.*

Ioa artetic.

Succin. alb. ana ℥ij.

Extr. Glycyrrhiz. ℥j.

M. F. Massa.

N. Crato aliquot hujusmodi descriptiones exhibet, atque
Rhabarbarum in minori quantitate immiscet.

spiffescat, ut facilius cogi queat in *Pilulas*; sed in hoc etiam
multum tollitur de Sale ejus volatili, in quo consistit ejus
primaria agendi vis balsamica, à quo Sale volatili balsamico
oritur *Odor violaceus in Urinâ*. Videatur BORELLUS
Observ. 33. Cent. 2. Dum ergo hoc Sal volatile balsamicum
loturâ & exhalatione suffurantur ab Aquâ & Igne, probè
observetur, ne Terebinthina lota præscribatur, quia nobilioribus
suis virtutibus spoliatur: vid. ZWELFFERUS
Animadv. in Pharmac. August. pag. 419.

Inter *Præparata* sunt *Spiritus* sive *Oleum* subtilius *Tere-*
binthinae, quæ malè destillatur per Vesicam cum Aquâ,
quia sub destillatione Aqua resolvit Sal volatile alcalinum,
& secum rapit, atque ita minùs volatile habebitur *Oleum*:
vid. ZWELFFERUS. Optimè contrâ *Terebinthina liqui-*
facta miscetur & subigitur cum *Cineribus*; sive alio *Alcali*
fixo, aut *Arenâ*, & ita destillatur per Retortam vel Alem-
bicum ex *Arenâ* moderato Igne: sic enim additum *Alcali*
retinet crassius & spiffius inquinamentum oleosum *Tere-*
binthinae, simulque hebetat *Acidum*, & *Spiritus* sive
Oleum prodit volatile penetrantissimum & perquam effi-
cax. Nam *Terebinthina succino* videtur vicina, & simile Sal
volatile continere.

Quadruplex autem *Oleum Terebinthinae fundis*, colore &
consistentiâ distinctum. Nam quod primò prodit, *Album*
est & tenuissimum, & communiter *Spiritus* vocatur; alte-
rum *Flavum*, & tenue; tertium *Rubicundum* crassius, *Bal-*
samum Terebinthinae dictum; & ultimum instar *Balsami* ni-
gricantis & crassioris, Liquori non innatans.

Spiritus Terebinthinae internè est *nephriticus*: convenit in
Affectibus urinariis, in Mictu cruento, & purulento, ab
Ulcere Renum & *Vesicæ* enato; in *Affectibus* Pulmonum:
unde in *Pleuritide* à BARTHOLETO valdè solet com-
mendari, quòd scilicet Humorem in *Thorace* impactum
solvat, & ad vias urinarias felici cum successu perducit.
Externè est *vulnerarius & balsamicus*: in *Ichuriâ* *Urinæ*
fluxum promovet inungendo, tam vitio Renum, quàm
Vesicæ: miscetur cum *Unguento Dialtheæ*, & dimidio *Olei*
Scorpionum: imprimis convenit contra *Frigus* hyemale, &
Mammaram aliarumque partium *Ulcera* curat: quod &
Oleum crassius pariter efficit. SCHRADERUS *Observat.*
& *Hist. ex Harvæo de gener. Animal. collectis*, annexit mo-
dum *Cadavera* conservandi mediante *Oleo Terebinthinae*,
pag. 236.

Oleum Flavum internè solet commendari in *Peste* & *Fe-*
bribus pestilentialibus, quòd egregiè conveniat pro arcendâ
Maliginitate.

Oleum crassius convenit contra *Frigus* hyemale: imò si
partes *Frigore læsæ* omnibus annis iterum intumescant,
certò curat inunctum, etiam si per multos annos duraverit.
Potest etiam fieri *Oleum Terebinthinae*, & *Spiritus compositi*
pro variis usibus, præsertim diuretico, si v. g. cum *Succino*,

(T) *Terebinthus Arboris* genus est *Flore apetalæ*: *Embryones* autem *is Terebinthi speciebus* innascuntur, quæ
Floribus carent, abeuntque in *Testam* nunc *unicapsularem*, nunc *bicapsularem*, *Semine* fetam oblongo. Addit *Tour-*
nefortius Folia per conjugationes *costæ affixa*, cui *summæ impar* innascitur. *Vulgaris Terebinthus Arbor* est medio-
cris altitudinis, cortice subcineritio: *Folia Lauri* non decidua, sed *minora*: *Flores* flaminei in racemos purpureos,
steriles: *Fructus* magnitudine ad *Juniperi* *baccas* accedentes, duri, resinosi, *Semen* unicum continentes. Ex *hujus*
Arboris incisione extillat *Resina Terebinthina* appellata, quæ vera est, solidior & pretiosior, *Chia dicta*, vel *Cypria*
à loco. Colligitur & *Terebinthina fluidior*, magis odorata, flavescens, quæ *Venetæ* vocatur, nobisque familiarissima,
incisione aliarum *Arborum*, *Resinosarum*, ut sunt *Larix*, *Pinus*, *Abies*, *Picea*. *Terebinthina* inter optima *Balsama*
naturalia connumeranda, nisi nimia copiâ vilesceret.

Vires. Commendantur in Præservatione *Arthritidis*, *Cal-*
culi, &c. Assumuntur singulis trimestribus, &c.

Dosis ad ℥j.

Gregorius Horstius lib. 1. Observ.

CCCC. S A C C H A R U M.

Σάκχαρ, Σάκχαρον, μέλι καλάμιον, ελς Ινδικον,
Sacchar, *Saccharum*, *Zuccharum*, *Zacchar*, *Zaccharum*,
Succharum, *Mel Harundinaceum*, *Mel Cannæ*. *Arabib.* *Za-*
zar, *Sudur*, *Sutter*. *Germ.* *Zucker*. *Gall.* *Du Sucre*.

Succus est *Plantæ* cujusdam *arundinacæ*, non solum in *In-*
diâ, sed in multis *Asiæ* & *Africæ* locis, quinimò & in *Euro-*
pæ quibusdam *Regionibus* vernaculæ.

Exhibet autem *Saccharum*, partim incisione *Trunci*, unde
Saccharum instar *Lacrymæ* extillat, quod rarum est; partim
elizatione, potissimum *Medullæ* ac *Radici*, donec scilicet
Saccharum in fundo instar *Salis* concreverit.

Planta illa *saccharifera* inscribitur *Arundo saccharifera*, C.
B. 2. scil. inter *Arundines Indicas*. *Arundo saccharata*, De-
lech,

cum *Campborâ*, aliisque similibus modis destilletur: *Confer.*
WILLISIUS Pharm. Rational. Vol. 1. pag. 157.

Oleum Terebinthinae à Sale marino abstractum *Spiritus* *Vini*
fit commiscibile, teste *BOYLE de Specif. pag. 126. & Hist.*
Fluid. & Firm. pag. 83. qui etiam refert, quòd hoc *Oleum*
Terebinthinae, sæpius per se destillatum, tandem in coa-
gulum abeat, cit. loc. pag. 20. quod verum arbitror; obser-
vavi enim aliquando, quòd *Oleum Terebinthinae* copio-
sius & diutius in *Vase terreo* asservatum, seposuerit in fun-
do coagulum *Campboræ* simillimum.

Cum *Spiritu Terebinthinae* etiam paratur *Balsamum Sul-*
phuris egregiè penetrans, aded ut si aliquot guttæ inungan-
tur *carpis Pulsum*, paulò post sentiatur in *Urina* *Sulphu-*
ris odor; de quo inferiùs, ubi de *Sulphure*. *Satis* expertum
est in *Mictu* cruento & purulento, atque in *Gonorrhœâ*,
uti & in *Affectibus* *Pectoris* & *Partium pulmonalium*.

Spiritus Terebinthinae melliti *AUTOR* mentionem facit,
qui internè singulare *nephriticum* est; externè autem elegans
suppurativum, *digestivum*, & excellens *mundificativum* *Ul-*
cerum & *Vulnerum* inveteratorum.

Pilule de Terebinthina sunt, vel cum solâ, vel cum ad-
ditis. *Ex solâ*, si cum igne blando & *Spiritus* volatiles &
Plegma acidulum exhalent cum *Oleo* volatili, & ex *Tere-*
binthina sic inspissatâ formentur *Pilule*; cui & aliquot
grana *Scammonii præparati* addi possunt; vel cum *Aquâ*
communi, vel cum *destillatâ* quâdam assumendæ. Hæ utut
Oleo subtiliori spoliatæ sint, non tamen inanes sunt
in *Doloribus* *nephriticis* nothis circa regionem *lumba-*
rem perquam contumacibus, qui malè vulgò *den Len-*
deslein, idest *Calculo* *Lumborum* tribuuntur. Cum additis
sunt *Pilule cum Rhabarbaro*, quæ in expurgandis *Renibus*
& viis urinariis, hinc in *Calculo Vesicæ*, conveniunt; pri-
mas vias abstergunt, & blandâ *Diuresi* pollent. *Urinæ*
ardorem simul temperant, & hinc etiam in *Stranguriâ* usur-
pari possunt. In tali casu valdè commendantur *Pilule de*
Terebinthina Mynsichti. Possunt etiam fieri *Pilule* hoc modo:

℥. *Terebinth. Venet. seu puræ* ℥j.

Rhabarb. pulverisat. ℥ij.

Succin. præparat. ℥iſs.

Cinnam. ℥ſs.

Fiant *Pilule* in *Calculo* & *calculosis Affectibus*, pro
duabus dosibus. (T)

CCCC. S A C C H A R U M. *Saccharum* vocabulum est
Arabicum, cum apud *Arabes* & nomen & res
frequentissimè fuerit usitata; unde commodè a *Latinis* vo-
catur *Saccharum*, à *Germanis* *Zucker*:

Prima controversia est: *An Saccharum Veterum idem sit*
cum Saccharo Modernorum? Nego. Quid revera sit? paucis
explicabo. *Saccharum nostrum Succus* est ex proprii generis
Plantâ arundinacâ, benè contritâ, expressus, calore ignis
plùs

Jech. in D. Arundo saccharina Indica, Lob. Arundo & Calanius Saccharinus, Lon.

N. Sunt qui Saccharum Veteribus incognitum fuisse statuunt, sed falsò. Mentionem enim Sacchari faciunt, sed nomine Mellis in Cannis concreti, Mellis arundinacei, Galeus 8. Meth. & 7. Simpl. Dioscorides lib. 2. cap. 75. Hinc Paulus Aegineta, lib. 7. c. 3. Salem Indicum vocare videtur, quòd interdiu superveniente Solis calore induretur & concretum Salis effigiem referat. His tertio adripulatur Plinius lib. 14. cap. 18. Sic Avicenna Fen. 1. Can. 4. tetr. 2. c. 23. Salem scilicet appellat, qui ex Indià advectus, colore Sal, dulcedine Mel representat.

Denominationes Sacchari sumuntur tum à locis, unde plerunque asportatur, tum ab elaboratione, qua depuratur, Officinique communicatur.

A loco natali dicitur 1. Saccharum Madariense, vel Maderiense, à Maderà Insulà. 2. Saccharum Canariense, Canarium, à Canariis Insulis. 3. Saccharum Thomasiense, seu Thomasiense, ab Insulà S. Thomæ. 4. Saccharum Maltanum, Melitum, live Meliteum, Cibale, à Maltà, seu Melitâ Insulâ, sic dicitur

plùs minùsve excoctus, inspissatus, & sic tandem defæcatus. Hæ Arundines, quæ copiosèveniunt in Indiâ, tam Orientali quàm Occidentali, quales etiamveniunt in Calabriâ, & Siciliâ Italiæ, sunt singularis species Arundinis, quæ in se habent Succum quandam subdulcem, & masticatæ illum præbent. Et quidem apud Chymicos est modus parandi Salia essentialia ex Plantis, dum exprimunt Succum, coagulant, & in formam Salium redigunt: Hac ratione Saccharum est nihil aliud, quàm Sal, vel Tartarus, ex Succo per coagulationem illius igne elicitus. Hoc ipsum Saccharum nostras omninò fuit incognitum Veteribus & ita omninò nostratum: econtrà Veterum Saccharum fuisse nihil aliud, nisi Manna, quæ non à qualibet, sed eâ duntaxat, quæ in Arabiâ F. lici & Indiâ Orientali in certis Arundinibus, præsertim circa genicula, majoribus fructibus majorique duritie, nocturno frigore circa Arundinem elevata, & subsequente vehementiore Solis calore coagulata, proptereaque vocatur etiam Mel Arundinaceum: quod de nostrate nullo modo dici potest. Unde & fit, quòd non omne æquè ut Manna Alvim leniat, cùm inter vocatas Mannas eæ magis Alvim citare soleant, quæ sunt liquabiliores. Nec ipse Arabs SERAPION nostri Sacchari meminit.

Jam verò, licet Antiquorum Saccharum ad nos non deferatur, reperitur tamen, & differunt duo hæc Sacchara toto cælo: & quidem

I. Materiâ. Nam Materiam Sacchari nostratis subministrat Succus ex arundinaceâ Plantâ expressus & inspissatus: Materia verò Veterum fuit Ros sensim sensimque coagulatus & inspissatus circa Arundinem in formâ Mannæ. Nam Ros dum se conjunxit cum Exhalationibus Arundinum, accepit ab illis saporem dulcem & Manna appellatur.

Differunt II. Formâ. Nam Saccharum Antiquorum Salis granulati habuit formam; nostras majoris Coni, aut quasi Tartari cujusdam coagulati.

Differunt III. Modo parandi. Nam nostratis Sacchari efficiens est Torcular, exprimens Succum, & Ignis eundem inspissans; Antiquorum verò Sacchari est Calor Solis blandè indurans Rorem nocturnum circa Arundines in formam Granulorum salinorum.

Denique IV. Proprietatibus differunt & Efficaciâ. Nam Veterum Saccharum à PLINIO & DIOSCORIDE aliisque inter Mella recensetur, utpote cùm & citati Auctores soleant Mel referre ad Spiritum Roris: quod ipsum de nostrate Saccharo nullo modo dici potest. Adeoque nostras est Ens purè artificiale, Saccharum verò Veterum fuit omninò Ens naturale Efficaciâ etiam differunt: nam Saccharum Veterum vim habuit absterfivam leniter, & modicè laxativam; Modernorum verò nullo modo tales habet virtutes, sed longè alias, uti postmodum dicitur.

Interim Veterum Saccharum non planè interiit, sed adhuc in Indiâ Orientali, alio tamen nomine, Mambu, ex Succo circa Genicula transfudat & sponte concrevit: sed nobis nstratum Saccharum est Succus, ut suprâ monitum, expressus & inspissatus.

Multas de hoc Controversias, ut & modum inspissandi Succum ex Arundinibus, videbitis apud MONARDEM lib. 2. Epist. 22. quem secutus SALMASIUS in elegantia Tract. Critico-Medico de Saccharo & Manna; MATTHIOLUM l. 1. Epist. pag. 71. & BARTHOLINUM l. 1. Ep.

& 5. Valentinum à loco resinationis, quâ Valentia Hispania celebris est.

N. Madera, Canaria, S. Thomæ Insula, sunt Insulæ in Atlantico Mari sitæ, Africæque vicinæ.

Ratione elaborationis, Saccharum vel est non finum, vel refinatum, seu finum, vel Candisatum, vulgo Saccharum Candi seu Candum. Non finum quod solâ Cœctione in Aquâ depuratum est, adfertur ad nos partim in Pyramidales Metas sulum, partim in formam Pulveris ac Grumorum crassiorum redactum.

Non finum in Pulvere Materialistis Cassonada, vel Cassonada vocari solet, forsàn à Cistis, quibus inclusum ad nos advehitur: Cista enim Germanis inferioribus Kast appellatur. Aliis Saccharum miscellaneum, quòd ex diversis Saccharis commisceatur. Estque hoc Saccharum tum minùs excoctum, tum quoque minùs purgatum, unde & minùs candidum, quippe quòd magis depuratur, eò magis albescit. Hinc diversi coloris exhibetur, album, griseum, pallido-citrinum, citrinum, purpureo-nigricans, &c.

Non finum in Metis, est pulveratum illud Saccharum, ulteriori

3. pag. 6. Ep. 49. p. 206. & Epist. 45. pag. 228. 229. 230. ubi explicat modum usitatum consiciendi Saccharum in Sicilia & Calabriâ: item Exoticorum Scriptores, ut Tract. Gallicum qui inscribitur, Naturalis Montiliana. Conferatur & in specie ERASMUS FRANCISE in Theatro Horti Indici Orientalis & Occidentalis pag. 262. seq. necnon SALMUTH in Panciroll. l. 2. Tit. 5. p. 125. De Algâ Saccharifera Boreali Vid. Act. Med. Hoffniens. Vol. 1. pag. 119.

Obiter noto: dum Veteres in suis Dispensatoriis, ut Arabs MYREPSUS, Saccharum subinde miscent Medicamentis, non imitandos esse illos, & loco Sacchari illorum nostras substituendum; quoniam plùs est nocivum, quàm proficuum: contrà Veterum fuit plùs proficuum, quàm nocivum. Quam malè ergò multi excusent suos Syrupos & Conservas, Saccharoque permista alia, & quam hallucinantur, facillè apparet, dum dicunt, quòd etiam Veteres Syrupis & aliis admiscuerint Saccharum. Nostras ergò Saccharum artificiale est Sal quoddam essentialiale, ex Succo Plantæ inspissato genitum, & habet se instar Musti recentis expressi & inspissati. Nam & Mustum Vini inspissatum diurnitate temporis copiosum Sal dulce crystallinum, sed obscuri coloris, quasi Saccharum Candi rubrum, in latera & circa fundum Vasis seponere solet.

Porrò pro varietate Locorum naturalium varia fortitur Nomina: unde appellatur Madariense, Canariense, Thomasiense, Meliteum & Valentinum; uti habet AUTOR. Differunt hæc Sacchara ratione puritatis & purificationis; dum aliud dicitur Saccharum Candi, aliud Finum, & sic porrò. Modus refinandi Saccharum est satis clarus apud AUTOREM: Succus nimirum hic dicto modo inspissatus in Sacchari formam, clarificari solet per Aquam Calcis vivæ, & Argillam sifulinam.

Ipsium autem Saccharum cùm nihil aliud sit, quàm Mustum concentratum, tanquam Sal essentialiale, imprægnatum est propriis effectivis seu constitutivis Plantæ, iisque valdoperè fermentescibilibus, Acido nempe & Alkali, quæ copioso Oleo temperata sunt, ex quibus necessariò Concretum tale emergit, quod, quantum in se est, quodlibet Acre temperare in Corpore, & partes ex acrioribus Succis læsas lenire, indeque Dolorem non nihil demulcere solet. Id quod in Faucium asperitate notissimum. Sed hæc vis temperativa sabinde invertitur, quatenus hoc ipsum Saccharum, non secus ac alia Dulcia, admodum fermentescibile existit, utroque nempe Sale activo imprægnatum; id quod patet exinde, quoniam Saccharum per se destillatum subministrat Spiritum acidum & corrosivum instar Aceti cujusdam, quod corrodit Corallia, Perlas & similia subiecta. Imò si Saccharum permisceatur cum Antimonio, & destilletur, simul prodit Liquor antimoniatus, dum Saccharum corrodit Antimonium, & corrosivum per Retortam secum transportat. Præterea destillatur Spiritus ardens & inflammabilis instar Spiritus Vini, qui potest parari ex Saccharo per fermentationem; si scilicet Saccharo q. s. in Aquâ soluto addatur Fermentum, quod invenitur apud Pistorum Panum mellitorum (Germ. beyden Pseffer-Kuchen Beckern) Fæces Vini, &c. & sic subministrat Spiritum ardentem volatilem. Imò vel nudum Saccharum, solutum in Aquâ, facillè fermentat, & fermentando in Vinum dulcissimum evadit, instar Vini Hispanici, quod hinc in Acetum commutari potest, de quo vid. BECHERUS Phys. subterrann. lib. 1. pag. 378. & 380. Quod si fiat hæc Fermentatio Sacchari cum Liqueore Betulæ, erit Potus magis medica-

teriori Coctione in Aquâ excoctum, despumatione (citra refinationem) clarificatum, in Formulas Pyramidales usitatas effusum, qua ratione à fordibus sæculentis per foraminula Formularum illarum destillantibus sequestratur.

Refinatum, seu *finum* est, quod Lixivio (ex Calce vivâ cum Aquâ factâ) solutum, excoctum, despumatum, & postmodum inspissatum, inque Formulas effusum est, inferiori parte perforatas, ut sæculentus glutinosus Succus defluat.

Saccharum Candisatum, vulgò *Saccharum Candi*, scilicet *Candum*, *Saccharum Candium*, *Saccharum Crystallinum*, *Saccharum lucidum*, Germ. *Zucker Candi*, Gall. *du Sucre Candy*. Est Saccharum candisando in crystallinam formam s. a. redactum, ad modum quo Salia crystallifari diximus. Atque *Album* vel *Rubrum*: *Album* fit ex Canariensî, *Rubrum* ex Thomasio.

Delectus. 1. Ex *Loco natali* optimum habetur *Maderiense*, hinc *Canariense*, tertium locum sibi *Melissum* vendicat, ultimum *Thomasi*. 2. Ex *Colore* purius æstimatur *Album*, hinc *Griseum*, & denique *Rubrum*.

N. De Saccharo refinato, utrum non refinato præset, du-

medicamentosus: adeoque propter hanc vim mustaceam tam facile fermentat: quæ Fermentatio patet adhuc ex eo, quod *Carnes recentes*, sicut per Sal commune præservantur à Putredine, ita *adperso Saccharo subito putrescunt*. Fiat periculum & suspendatur Caro recens, & Caro vetus: recens adspargatur Saccharo, & altero die reperietis Carnem recentem Putredine correptam, veteri adhuc sine noxâ contractâ existente. Saccharum ulterius *lucidos* & *ferventes* in se continet *Spiritus*; quod patet ex eo, quod, si in loco occulto sive opaco fricetur, possint conspici Scintillulæ: propter Spiritus igneos & ferventes in Saccharo residentes: vid. BORELLUS *Cent. 1. Observ. 3. pag. 6. D. TACKIUS*, *Archiat. Darmstadiensis*, scripsit *Traçtatum de Consanguinitate Auri, Spiritus Vini, & Sacchari*, in quo Saccharum honestè admodum tractatur, & multum boni ipsi adscribitur: sed propter vim facile fermentativam promptè in Stomachum primique viis acescit, & volatili aciditate Bilem turbat, eamque in præternaturalem orgasmum excitat, & sic admodum nocet. Hinc est, quod Veteres dixerunt, *Saccharum*, aliaque similia *Dulcia*, *Bilem augere*, & hinc promptâ istâ Effervescentiâ & Fermentiscibilitate Hypochondriaci, Scorbutici, & Cachectici admodum inimicum est, & inimicissimum Febriticantibus; utpote in quibus varia Pathemata excitat. Idem de Hystericiis judicandum, utpote quæ tantillo Sacchari propinato Paroxysmum statim incurrunt. In talibus etiam Subjectis ex Sacchari usu subitanæ Massæ Sanguineæ agitationes oriuntur, Inflammationes Abdominis, Murmura & Borborygmi, Ructus, Tormina, Diarrhæa, Phlogoses & similes alii Affectus & Effectus, qui sequi solent Fermentationes nimias Humoribus. Propter similem fermentationem & agitationem *Saccharum Ventriculo, Pulmonibus & Pectori* nocet: id quod sufficienter & eleganter docet GARAUZIERS in *Traçt. pereleganti de Tabæ Angl. pag. 68*. qui non sine ratione perstringit *Decoctionum Pectoralium* in Morbis Pulmonum, & imprimis in Phthisi, cum Saccharo permissionem & edulcorationem; quoniam Ulcera Pulmonum magis reddit fordida, Pulmonesque magis ad putrilaginem disponit. Hoc dum præstat Saccharum ratione particularum salinarum, reliqua ejus substantia pinguis in consistentiam viscidam atque mucosam degenerat, & Succo corporis hoc ipso nonnihil glutinosos reddit, quod vocant Germ. *Der Zucker schleim*, id est, *Saccharum viscositatem causat*. Ergo cautus sit Sacchari crudi internus usus: Unde *Syrupi, Conservæ, Conditæ*, & similia Medicamenta cum multo Saccharo parata non adeò crebrò apud nos amplius in usu sunt, cum notoriè Stomacho noceant, & in Febribus, sive Intermittentibus, sive Continuis, & Morbis Acutis, turgescitiam febrilem intendant: Demonstrat namque HEINRICUS ab HEER, quod multi Ægrorum divitum soleant interire in Febribus propter abusum Syruporum & Medicamentorum dulcium vel Saccharatorum, quæ nimium exasperant Febres, & cum econtra Pauperiores, qui non semper sint solvendo Medicamenta Saccharata, nudis Decoctionibus & similibus feliciter curentur, propter defectum Sacchari. Curiosum est de Saccharo, quod refert HORNIUS in *Arcâ Moysi p. 51*. quod Saccharum omnibus Cibis admisceri queat, exceptis Intestinis; hæc enim Saccharo si condiantur, scereant, ac recens Stercus bovium.

Internè nullum usum habet, nisi quod Fauces leniat, earumque asperitatem nonnihil obtundat: necnon *Julepis* ad

bium movetur. Negativam habet *Tabernamontanus Herbar. lib. 1. cap. 41*. Affirmativam tuctur *Angelus Sala* in sua *Saccharologia, lib. 1. c. 4*. Verùm mallem ex Scopo rem decidere: quod refinatum, quia aliquantulum acrius est, præstat in attenuatione, incisione, absterione; non refinatum in lenitione, lævigatione, adeoque in Pulmonum vitiis, &c.

P R Æ P A R A T A .

1. *Saccharum Penidium*. Hoc sic fit. R. *Sacchari* q. v. dissolve & clarifica per *Alb. Ovi*. Hinc cola ac inspissa lentè, donec bullæ magnæ apparuerint. Hinc retrahe ab igne, ut bullæ resideant, effundeque in tabulam *Oleo Amygd.* (vel *Butyr. insuls.*) illitam, atque ubi nonnihil induruerit, de unco suspende, Manibus celeribus (*Amyglo* conspersis) distrahe in formam debitam ac repone.

2. *Saccharum rosatum*. Fit ex *Saccharo* in *Succ. Ros.* soluto.

3. *Saccharum violatum*. Fit eodem modo cum *Succo Violarum*.

4. *Aquæ seu Spiritus acidulus*. R. *Sacchari* (℥ij.) destilla ex Cucurbitâ vitreâ sat altâ & amplâ (quippe facilè in altum attollitur,) igne arenæ per gradus (NB. vel Retortam adhi-

here

conciliandam gratiam inserviat. In Phthisi additur *Lacti*, ut ejus coagulationem impediatur; quod in Phthisi, ubi acrimonia Massæ sanguineæ & Lymphæ præpoller, maximè est necessarium. Externè verò egregium *Vulnerarium*, simulque *Concretum Balsamicum*, Putredini resistentis, rectè dicitur BECHERO *Physic. subterr. l. 1. pag. 318*. Eoque meliùs convenit, si diluatur cum tantillo *Spiritus Vini* non dephlegmati. In Ulceribus putridis *Unguentis* addi potest. Turcæ quotidie solent *Vulnera* recentia abstergere *Vino*, & hinc post ablutionem inspergere *Saccharum pulverisatum*, & sic non inconvincè se ipsos curant: vid. STARIZIUS in suo *Thesaur. Heroico pag. 132*. In Febribus Intermittentibus, si Scorbutus simul affligit, aut Dolores convulsiivi scorbutici, *Clysmata* ex *Lacte* profunt, in quo *Saccharum adjecto Vitello Ovi* solutum.

Inter *Preparata* est *Saccharum penidium*, item *Spiritus*, quo *Corallia* & *Perla* solvi possunt. AUTOR per se destillat per Alembicum, vel Retortam. Melius interim est, si addatur vel *Arena*, vel *Silices contusi*, ne *Saccharum* ebulliendo ora Retortæ excedat: sic enim per Retortam destillatum dat *Spiritus acidulum*, & *Oleum empyreumaticum*. Hic rectificatus simillimus est *Spiritus Lignorum*, tam quoad usum in solutione Corporum & vi diaphoreticâ, quam quoad texturam, dum pariter ex duplici Substantiâ, acidâ, & oleosâ volatili, compositus est. Sunt, qui hoc modo destillant *Spiritus de Saccharo nephriticum*, pro promovendo scilicet Calculo, dum recipiunt scilicet *Saccharum* additione copiosæ *Aquæ liquefactum*, quod superinfundunt *Lateribus parvis*, sive contusis, & candefactis: hoc continuant tamdiu, usque dum incandefacti Lateres nihil amplius imbibant, tunc frustula imprægnata Saccharo indunt Retortæ, & per eandem pellunt *Spiritus singularem*, qui laudatur in Nephritide, & in Chymiâ elegans est *Menstruum* pro solvendis Concretis testaceis, Coralliis, &c. pro parandis quibusdam Medicamentis.

Usitatum etiam est *Oleum Sacchari*, sive *Liquore* ejus aut *Syrupus Sacchari*, qui paratur ex præscripto AUTORIS cum *Spiritu Vini*. Cæterùm observetur, quod *Spiritus Vini* etiam rectificatissimus non solvat *Saccharum*, utpote quod, cum Sal quoddam essentielle tartareum Plantæ, pro genuino *Menstruo*, uti reliqua Salia omnia, requirit *Menstruum aquosum*: unde etiam *Spiritus Vini*, si rectè est rectificatus, non solvit *Saccharum*; sin verò adhuc est Phlegmate imprægnatus, potest se sociare cum Saccharo, dum illud absorbet & suscipit. Recipiendus ergò *Spiritus Vini* non rectificatus, à quo Saccharum abit in elegantem *Liquorem crassum* & *subdulcem*: & hic est *Oleum Sacchari*, expertum sanè *Remedium* in leniendis *Faucibus* earumque asperitatibus non nihil obtundendis, & in *Tussi*, in qua ipsum magni fit. Pro qua *Tussi* variæ ejus profant *Præparationes*: Valdè per se hunc *Liquorem* commendat HARTMANNUS in *Praxi*, non minùs quàm RIVERIUS, & alii *Autores*. Sunt qui magis reddunt appropriatum *Liquorem*, & loco *Spiritus Vini* simplicis recipiunt *Spiritus Baccarum Juniperi*, & cum eodem præparant *Oleum Sacchari*. Alii magis compositum reddunt, dum primùm *Spiritus Vini* affundunt super *Simplicia Pectoralia, Radicem Helenis, Radicem Ari, Herbam Marrubii, Hyssopi*, &c. & extrahunt *Essentiam* ex his; & hæc *Essentiâ* solvunt *Saccharum*, & methodo usitata faciunt *Liquorem* seu *Oleum pro Tussi*.

Quidam

7. hunc *Liquorem Sacchari* ad ℥j.

ad-

bere poteris,) sic extillat *Aqua acidula*, cum *Oleo supernatante*; Rectifica VB. si placet, Oleumque à Spiritu separa.

Vires. Spiritum hunc in dissolutione Lapidum, aliorumque Crustaceorum adhibere licet, & est instar *Spiritus Guajaci*.

5. *Oleum*. Ex prioribus patet.

6. *Sal*. Ex relicto *Capite mortuo* ulterius incinerato elixivatur.

7. *Liquor*, seu *Syrupus*. R. *Sacchar. cand.* q. v. affunde *Spirit. Vin.* ad eminent. digit. 1. accendatur, efflagretque ad consistentiam *Syrupi*.

Vires. Prodest in Tussi, aliisque Affectibus Pulmonum, incisione ac lævigatione opus habentibus.

N. *Liquor* hic apud vulgum usitatissimus est, magnæque æstimationis.

8. *Liquor alius*. Inde *Saccharum candidum Albumini Ovi* cocti ad duritiem, reponere ad liqueendum.

Vires. Exhibetur ad Tussim & asperitatem Gutturis Infantum. Extrinsecus confert Oculorum rubedini.

9. *Essentia & Crystalli Sacchari*.

Essentiam & Crystallus Sacchari paravi, ut reperies publicatum *Centur.* 3. *Artic.* 20. *Kesleri*: Addo autem *Pastæ ex Sacch. & Acet. destill.* factæ cochleare unum ac alterum *Ol. Tartari*, materiam relinquo in digestionem cinerum per 24. horas, postea pro *ßj. Sacch.* affunde *Spirit. Vin. non rectif.* mens. *ßj.* digeratur denuo, habebis *Tincturam corroborantem*.

Dosis Cochl. ij. Sam. Cloff.

CCCCI. SAGAPENUM.

Σαγαπίνον, Diosc. Sagapenum, Sacoponium, Offic. Serapinum, Matth. Cord. hist. Cast. Germ. Strapinsaffr. Gall. Sagapene. Est Lacryma seu Gummi Arboris cujusdam ferulaceæ, ejusdem cum Succo nominis, ex qua sauciata educitur.

Nascitur in Mediâ regione, unde Alexandriam, ac hinc Venetias, atque in alia Europæa loca transportatur.

Optimum censetur sincerum, translucidum, foris colore fulvo, vel rufo, intus albido, gustu acre, odore gravi, Porrumque æmulans.

Vires. Calfacit 3. siccat 2. attenuat, aperit, substantiæ est tenuis: tantâ extrahendi vi pollere dicitur, ut quoque Spicula ex carne eliciat: purgas lentos & crassos, imò & serosos Humores ex Ventriculo, Intestinis, Utero, Renibus, Cerebro, Nervis, Juncturis, Pectore. Hinc prodest in Hydrope, Tussi inveteratâ, Asthmate, Cephalalgia, Spasmo, Epilepsiâ, Paralyti, tremore Artuum, in Obstructione & Tumore Splenis, Febribus Intermittentibus, Dolori colico. Menfes ciet, (sed Fætum enecat) Urinam movet. Extrinsecus convenit in Pleuresi, aliisque Tumoribus ac Doloribus, mitigatione ac resolutione opus habentibus. Fumus excitat Epilepticos, Hordeola Ciliarum sanat.

Dosis à *ʒj.* ad *ʒj.*

N. 1. Ventriculo ac Epato quia non admodum familiare est, corrigitur tertiâ parte Mastiches, Cinnamomi, Zingiberis, &c.

PRÆ-

addunt

Olei Cinnam. gr. vj.

Aquæ Cinnam. *ʒiv.*

Olei Sulph. *ʒj.*

Hæc omnia miscent, & unius Cochlearis dosin assumunt pro Tussi, & Faucium ac Pectoris Affectibus.

AUTOR habet, quod communi methodo *Spiritus Vini* accendatur, & sic separatur à Liquore, seu Oleo Sacchari: melius tamen esse existimo, ut non tam accendatur, quam abstrahatur per Alembicum, ut sic relinquatur *Oleum Sacchari*.

Oleum hoc *Sacchari* egregium præterea est *Vulnerarium*, vel quod recentia glutinare facit, vel quod Ulcera jam facta purificat & detergit; *abstersivum* etiam *vim* habet externo usu, & omnem Putredinem in Ulceribus arceat; id quod imprimis de Liquore, seu Oleo hoc *Sacchari* verum est. Idem *Liquor Sacchari* potest fieri *Liquor* jucundissimus, si scilicet *Spiritus Vini*, in quo solutum est *Saccharum*, misceatur cum *Aquâ Cinnamomi*, & sic destilletur per Balneum, in rostro verò Alembici sit *Nodus Moscho* repletus, & sic *Liquor*, qui prodest, erit *Liquor* jucundissimus.

AUTOR noster pariter de *Oleo per deliquium* cum *Albumine Ovi* mentionem facit, quod Oculorum Affectibus, Ophthalmiis, Lippitudinibus, & Nebulis dicatum est.

Saccharum si fermentatur, dat *Potum vinosum*, qui in Febribus Ardentibus optime convenit, & Ventriculo confert: videatur BECHERUS in *Phys. subterraneâ*.

Præterea conficitur etiam ex *Saccharo Essentia*, & *Crystalli Sacchari* ad Tussim & asperitatem Gutturis; sed *Sal* ex relicto *Capite mortuo* nullius momenti est. (V)

CCCCI. SAGAPENUM. *Gummi Sagapenum* seu *Serapinum* ejusdem ferè naturæ cum *Galbano*, *Gummi Ammoniaco*, & *Bdellio* est: colligitur enim ex simili prorsus *Plantâ ferulaceâ*, sicuti omnia reliqua *Gummata*, quod ex eadem per incisionem sauciata transudat & extillat. Sicut & ejusdem usus est cum dictis *Gummatibus*, imò etiam cum *Resinis*, *Mastiche* & similibus; paulò tamen acrior, adeoque penetrantior videtur. Jam verò cum omnia hæc *Gummata* convenient naturâ & effectu, dum attenuant valde operè, incidunt, emolliunt, & resolvunt dura atque compacta, unde habeant has vires, paucis edisseram.

In genere præsuppono, omnes Arborea nutriri Succo quodam subaspero & quasi austero: (loquor de Truncis) Hic Succus nutritus Arborum nunc est magis temperatus, nunc minus temperatus. Qui est magis temperatus, est ille, qui reperitur communiter in Arboribus quibuscunque. Qui minus temperatus, consistentiam obtinet crassiusculam & subpinguem; & hinc similiter est vel magis pinguis, vel magis mucilaginosus. Is qui est magis pinguis, sunt *Resina*, *Terebintina*, &c. Qui magis mucilaginosus, sunt *Gumma-*

ta. Differentia consistit in hoc, quòd *Mucilaginoso* solvantur in *Menstruo aquoso & acido*, v. g. *Aquâ simplici* vel *Aceto*; *Resinosa* verò in *Menstruo oleoso*, quale est *Spiritus Vini*. Obseruetur porro, quòd in genere ex omnibus Lignis destilletur *Spiritus subtilis*, acidus, quem habet ex Succo nutritio, & qui etiam est in *Fuligine* deprehensibilis; quæ fit ex Spiritu in combustionem Lignorum exhalante, & cum reliquis partibus coagulato. Cum ergò *Gummata* & resinosi *Succi*, qui destillant ex Arboribus, sint earum proprium Nutrimentum, patet, quare destillati etiam dent *Spiritus*, & *Liquorem subacidum*, magnarum virium in Medicinâ; non quidem Aciditate fixâ, sed est *Spiritus acidus volatilis*, compositus imprimis ex *Liquore acido*, & ex *Liquore salino volatili*: qui duo conjuncti & uniti dant *Spiritus volatilem* admodum penetrantem. Mox autem possunt separari ab invicem; si scilicet in talem *Spiritus subacidum volatilem* & penetrantem injiciantur *Lapilli Cancrorum*, vel *Corallia*, *Spiritus acidus* corrodit *Corallia*, iisdemque firmiter adhæret; quo fit, ut *Spiritus volatilis sulphureus* postmodum instar *Spiritus Vini* sit separabilis.

Cum ergò *Gummata* quæcunque, *Resinæ* itidem, & *Terebintinæ* quoque ipsæ, sint largiter dotata tali Spiritu subtili acido volatili & penetrante, facile patet, unde hæc *Gummata* habeant vim attenuandi, resolvendi & incidendi crassa & mucilaginoso? unde convenient in Scirrhis Viscerum internorum, quos interno usu resolvunt? quare convenient in Tumoribus duris partium externarum, quos potenter attenuant atque emolliunt? Nimirum præstant talia per talem *Spiritus volatilem subtilem acidum*; unde etiam in usu interno hæc *Gummata*, & ex iis paratæ *Pilula*, in frequenti sunt usu in Obstructionibus Viscerum internorum. Conveniunt ubi *Ventriculus* & *Intestina obducta* sunt copiosa *Pituitâ*, & viscidâ & tenaci, ex qua per fermentationem fiunt *Flatus*. Mirum namque est, quàm potenter incidunt, educunt & evacuant: simul etiam obtinent vim purgantem: unde & incidunt, & incisa exturbant. In specie *Sagapenum* in Menstruis & Lochiis obstructis, aliisque Morbis Uterinis, præ cæteris familiaris usurpatum fuit à Veteribus. Aliàs in Purgationibus quoque, sed rarè, adhibetur.

Externè frequenter *Emplastra Attractiva* primariò ingreditur. Quoad *Attractionem* hanc, quæ propriè in totâ Naturâ non datur, notetur, quòd *Gummata* talia in *Aceto soluta* acrimoniam penetrantem & saporem acrem habeant; unde nudæ Cuti apposta *Pustulas* excitant; hinc fit, ut *Sensus Pruritûs* excitetur, & parte ita irritatâ affluant *Humores* & stant, tunc dicunt *Germ. Es bat Wohl gezogen*, id est, probe attraxit. Quando ergò opus est, ut *Abcessus* augmentetur, *Gummata* talia applicari debent. Aliàs nihil singulare de *Sagapeno* monendum est.

Pilula de Sagapeno sunt multi usus, ubi *Viscerum*, *Lienis*,

(V) *Saccharum* quamvis exoticum Simplex, admodum tamen suâ dulcedine omnibus notum, ut præstet de eo nihil potius quàm paucâ dicere. Completam de *Sacchari* naturâ ejusque preparatione *Traçtatum* habes apud P. Labat Voyages tom. 3.

P R Æ P A R A T A.

1. *Sagapenum depuratum*. Fit ut depuratum Ammoniacum.
2. *Pilula de Sagapeno*. Vide *Disp. August.* & *Cordi*.
3. *de Sagapeno Camilli*. Videsis apud *Quercetanam* & infra lib. 2.
4. *Fetida*. Vide *Disp. Aug.* &c.
5. *Oleum stillatitium*. Fieri poterit ut *Oleum Gummi Ammoniaci* per Alembicum in Arenâ.

CCCCII. SANGUIS DRAGONIS.

Aίμα δράκοντιον, *Dioscor.* Sanguis Draconis est Lacryma Arboris cujusdam, instar Sanguinis exsiccati concreta. Solvitur quidem in Aquâ, quam lacteam quasi reddit, sed sine mixtione, quippe refrigeratâ Aquâ subsidet iterum, partibusque vasis adhærescit. Videatur *Cord. hist. Matth. Clus. Acoſta* (inter Gummi) Germ. *Drachenblut*. Gall. *Sang de Dragon en Larmes*.

Advehitur ex novi Orbis Insulâ cui nomen *Portus sanctus*, ubi partim sponte, partim vulnere caudici illato profluit. Arboris illius Fructus Cerasis similes sunt, detractâque pelle *Dracunculum* exactissimè representant, unde & nomen *Lacrymæ* Succo huic impositum est.

N. Sunt qui *Dioscoridis Cinnabarin* esse velint.

Vires. Refrigerat (aliis caliditate & frigiditate temperatus est,) exliccat strenuè, astringit, repellit. Usus ejus est præcipuus intrinsecus in exsiccandis Catarrhis (impositus Capiti) in Hæmorrhagiâ sistendâ, Vulneribus glutinandis, Dentibus laxis stabilendis.

N. Umbilico impositus quoque Dysentericæ prodesse dicitur.

P R Æ P A R A T A.

Nulla inde prostant: *depurari* tamen potest, si in Aquâ decoquatur, à facibus decantetur, & denuò inspissetur.

CCCCIII. SARCOCOLLA.

Σαρκοκόλλα; est Lacryma gummea in granulis, Mannæ seu pollini Thuris similis, colore subrufa (vel flava) sapore amara, dulcedinemque Glycyrrhizæ æmulam post se relinquens. Profluit ex Arbore quâdam exoticâ, spinosâ ac nodosâ, ejusdem cum Lacryma nominis, quæ tum sponte, tum fauciatâ Lacrymam illam profundit. Videatur *Mustb. Cord. in D. & hist. Casf.*

Eligenda recens, coloris ad pallorem vergentis (vetusta enim rubescit,) saporis amari, substantiæ porosæ, viscosæ, glutinosæ, & quasi sponiosæ, facili que in Aquâ solutionis, &c.

Vires. Calfacit & siccat. 1. astringit, consolidat, glutinat, coquit, maturat. Usûs præcipui in Vulneribus extergendis, consolidandis, cicatrice obducendis, unde & Nomen adepta est, &c. Mirificè prodest & in Oculorum fluxionibus, Albugine, Nubeculis, (maceratur in *Lacte asinino* vel *humano* per dies (5.) postea cum *Aqu. Rosar.* mixta, Giliis imponitur, addito si libet tantillo *Sacchari*) : in Hæmorrhagiâ narium. (*Anacollematis* immiscetur.)

N. Sunt qui propinant purgandi gratiâ, crassosque & viscosos Humores ex partibus dislitis, e. g. ab Articulis, Pulmonibus, illâ retrahi scriptitant.

Dosis ℥j. Corrigenâ est ut *Sagapenum*.

P R Æ P A R A T A.

Pilula de Sarcocollâ composita. Vide *Dispens. August.*

CCCCIV. SUCCOLATA.

Succolata est Massâ in Placentas fat crassas formata, rubra saturatò, friabilis, sine odore, non ab similibus Sanguini Draconis, præterquam quòd sit coloris lucidioris.

Dicitur *Chucalate*, *Chocolate*, *Linscotto part. 9. lib. 4. c. 22. Ind.*

nis, Vaporum lacteorum, & Mesenterii sunt Obstructiones. In Menſibus & Lochiis obstructis aliisque Affectibus Uterinis, optime conveniunt; quod etiam de *Pilulis fetidis*, quæ ex *Sagapeno* originem duxerunt, dicendum, vel solis, vel cum *Pilulis de Sagapeno* mistis. (X)

CCCCII. SANGUIS DRAGONIS. *Sanguis Draconis* est Lacryma quædam rubicunda instar *Cinnabaris* in parvis quasi Grumis in Panes coacta, vel Folliculis foliaceis inclusa, ex Arbore quâdam fauciatâ in Lyciâ transfudans, ad nos delata, quæ **DIOSCORIDI Cinnabaris** vocabatur: de qua conf. **LANGII Epist. pag. 325.** Arbor hæc vocatur *Draco*, propterea quòd Fructus hujus Arboris imaginem representet Draconis.

Hic Sanguis rarissimè ad nos affertur genuinus, quin sæpè *Sanguine Animalium*, præsertim *Capræ* vel *Hirci*, adulteretur. Hinc & cum *Aceto* aliisque *Acidis* mistus efferverescere solet: unde propter suspicionem talis adulterii rarus ejus fit usus, nec vires à Veteribus adscriptas obtinet, nec tutò usurpatur. Hi enim *adstrictorias* illi tribuerunt facultates, & propterea, tam internè, quam externè in Fluxibus quibuscumque Sanguinis ac Humorum valdè laudarunt; externè in Hæmorrhagiâ Vulneris, ac Sanguine Arteriâ discissâ compescendo & sistendo. Quæ vires cum in nostro deficient, nemo eodem utatur; quin magis æstimo *Extractum Tormentillæ* similis coloris, consistentiæ, ac effectûs. Adhibetur aliàs à nobis in *Pulveribus dentifricis* pro colore rubro illis conciliando. Aliàs nullius est usûs. (T)

CCCCIII. SARCOCOLLA. *Sarcocolla* propter glutinositatem ita vocatur, quia *Gummi* glutinosum & emplasticum est, conglutinans quasi & *coagulans Carnes*; est Gummi ex Arbore Asiaticâ ejusdem nominis emanans.

Electionem habet **AUTOR** sufficienter.

(X) *Sagapenum Gummi* est exoticum incisione exsudans è Plantâ ferulacæ in Persiâ præcipuè nascente. Multo Oleo & Sale volatili turget: quare satius est illud, cum adhibere velis, in pulverem redigere, quam igne emollire, ne ejus pars volatilior dissipetur, & in auras abeat. Seligendum quod in Lacrymas dividitur pellucidas, forti ingratoque odore, acrique gustu præditas.

(Y) *Arbor exotica*, cujus incisione extillat Succus gummosus, & ruber, Sanguis Draconis appellatus, est *Draco Arbor Clusii*, Pini altitudinem præferens, foliis ensiformibus ornata. Quod autem narrant de Fructu decortico Draconis formam referente, inter fabulosa connumerat Lemery. Sanguis Draconis Officinarum innumeris Mercatorum sophisticationibus est obnoxium. Cum Alumine & Cryſtallo montanâ adustus elegans præbet Dentifricium.

(Z) *Sarcocolla* à σαρξ caro & κόλλα gluten, quòd Gummi sit ad Carnes conglutinandas idoneum. Manat è Frutice spinoso ejusdem nominis, atque ad nos ex Persiâ & Arabiâ felici affertur; in micis spongiosas, & flavesceres distinctum. Olei Salisque acidi multum continet. Externum *Sarcocollæ* usum ad cicatrizandum & adstringendum vel nomen ipsum demonstrat.

Adstringit valdoperè; hinc & Veteribus ad Dysenterias usitata fuit, & contra Sputum Sanguinis pariter commendatur: **ORIBASIO** valdè fuit in usu, qui exinde paravit *Electuarium* contra Sputum Sanguinis.

Quoad usum externum, constituit *Emplastrum Consolidantia*, & applicatur Vulneribus & Ulceribus consolidandis & conglutinandis, in quibus pro Carne regenerandâ, & Cicatrice obducendâ usitatissima est, cum ab eodem effectu, ut dixi, habeat nomen: item temperandis acrioribus Lymphæ fluxibus, v. g. Oculorum, imprimis conducit. (Z)

CCCCIV. SUCCOLATA. *Succolata*, *Chocolate* potiùs dicenda, quæ non est nativum quid, sed *Massa* composita artificialis, ab Indis elaborata, & in nostras regiones transportata. Paratur scilicet ex Fructu cujusdam Arboris Indiæ Occidentalis, Amygdalis similis, qui dicitur *Cacao*, Germanis *Coccos-Nusse*: intùs & extùs flavet, & Succo blando oleoso temperato turget; unde & ad Amygdalarum species à quibusdam refertur. Confer. **VESLINGIUS Observat. pag. 154.** item **HOFFMANNUS Clav. pag. 600.** Ex hoc Fructu exprimitur Succus ab Indis inspissatus, & parum *Cinnamomi*, *Feniculi*, *Piperis* & *Croci*, & similia Aromata gustui partim, partim etiam viribus magis conferentia, præprimis Vegetabile *Ariotes* dictum pro colore, adduntur; quæ *Massa* ita composita vocatur communiter *Chocolate*: videatur **MARQUARTUS de Med. Indorum**, & **MARCUS AURELIUS SEVERINUS de Chocolate**. Ex Fructu pariter hoc exsiccatò contuso ac pulverisato Indi coctione parant *Potum* egregium.

Chocolate genuina apud nos rara est, & sæpissimè mirè adulteratur: inter ℥. 100. vix ℥. x. genuinæ invenietis. Potus hujus usitatissimus est apud Indos Americanos, seu in Americâ, qui frequentissimè illo utuntur, & dein Hispanos & Anglos, apud quos frequentis fatis itidem usûs est. Coloris est subfusci, & quando Angli parare volunt pro Potu,

Ind. Occid. Cacavate, Benzoin. part. 5. lib. 2. c. 16. & 17. Ind. Occ. Clus. exot. lib. 2. c. 28.

Fruktus ex quibus Chocolate conficitur, dicitur Cacao, *Clus. Tab. Amygdalis similis fruktus, Guatimalensis, scilicet Avelana Mexicana, C. B. 6. Jaco, Bertio, Mercatoria in Hispaniola.*

Fruktus hic arboreus Siliquis inclusus, Amygdalarum speciem refert colore fuscus. Adfertur copiosus ex Guatimala, adhibeturque loco Monetæ, pauperibusque elemosynâ datur. Parant ex hoc tum *Potum* Indis vulgarem, tum *Massum* hanc Chocolaten dictam: (& Potus hoc nomine venit) quæ fit ex dictis Granis contulis, & Aromatibus mixtis.

N. Primus honor debetur ei, quæ in Americâ paratur; posterior, quæ in Hispaniâ ex Granis advehtis conficitur: vetustate paulatim vilescit.

Vires. Conferre dicitur Ventriculo frigido, Pectori, adeoque Tussi, purulentoque in primis Sreatui, Vertigini. Quin & commendatur summè ad roborandum Vitæ Balsamum, Venereque proritandam.

Usus est, ut mane cum Saccharo in Vino, vel Cerevisiâ calidâ diluta absorbeatur, vel cum Lactè.

Dosis ℥ij. ad ℥ss. & ultrâ.

N. *Fruktus* hujus participem me fecit *Job. Petrus Materialista* hujus Reip. celeberrimus.

CCCCV. STYRAX SEU STORAX. CALAMITA.

Στύραξ. Styraç, duplicis generis in Officinis prostat, *Siccus & Liquidus*.

Siccus Officinis *Storax calamita*, (à Cannarum *Calamis* sic dicta, in quibus olim ex Pamphiliâ asportabatur,) est Arboris cujusdam gummeus, resinofusque Succus concretus, aridus,

Potu, recipiunt *Chocolatam*, coquunt in Lactè, vel Vino: unde subflavum acquirunt colorem: quando coquunt in Vino, addunt *Saccharum*: saporis est elegantis & instar *Emulsionis amygdalacæ*.

Anglis & Indis ipsis usitatissimus est ad Vires corporis confortandas & conservandas, & Sanitatem in æquali tenore sartam rectamque obtinendam. Nempe vim egregiè temperantem quodvis acre, hinc egregiè nutrientem, & consequenter materiam Genituræ augmentantem, obtinet: hinc Pectori & Stomacho imprimis dicata est; adeo ut Servis suis mane opificum aggrehtentibus propinent Indi & Angli *Potum Chocolatæ*, unde fiunt adeo robusti & laboriosi, ut per integram diem sine Alimentis, Cibo & Potu, possint perdurare: & Rex Angliæ delectaturus se Pilâ lusoriâ, accipit Potum Chocolatæ, ut possit per aliquot horas continuare lusum, in quo maximè excellit. Vis hæc nutritiva & confortativa Corporum, hujus *Fruktus Cacao*, potest deduci per Artificium chymicum. *Destillatione* nempe, si iste Fruktus, prout ad nos refertur, igne aperto per Retortam examinetur, prodit primò *Succus* seu *Pblegma* quoddam, quod *sapit Jusculum Carnis*: postea succedit *Spiritus & Oleum*, quæ habent saporem & odorem *Pinguedinis ex Carnibus*, dum assatur, in prunas destillant: vid. FEBURE. Apud nos usurpatur imprimis pro conservandâ valetudine Senum, item pro nutriendis Phthilicis, Hecticis, & ad Atrophiam declinantibus. Anglis quoque in Tussi & Affectibus Catarhalibus, ex Lymphæ acrimoniâ acido-falsâ ortis, in usu est: quin & in Scorbuto convenit, per quam Angli curant suos Scorbuticos; temperat enim Acidum nitrosum, imprimis si cum Lactè decoquatur, aut cum Lactè calido dissolvatur, & assumatur mane dosi ℥ss. Aliàs etiam in *Vino*, vel in *Aquâ calidâ* dissoluta paucò addito *Saccharo* matutinis horis hauriatur.

Hispani, sicuti nos *Vinum*, honoris gratiâ Advenis & Amicis, tam sexûs virilis, quàm muliebris, propinant *Potum Chocolatæ*. Compositionem ejus & Potum apud Indos videb. in FRANCISCI *Lust Garten*, pag. 491.

In Tussi Indi *Suffumigium* faciunt ex *Fruktibus Cacao*, in quo Affectu etiam ipsa *Chocolata* ipsis in usu est. Ex eodem Fruktu etiam eliciunt *Pinguedinem* instar *Butyri* delicatam, quâ præter usum cosmeticum, in Affectibus Pectoris, præfertim Tussi, crebriùs utuntur.

Tom. IV.

(A) De Chocolate, ejusque constituyente Cacao, vide quæ adnotavimus hic v. Cacao col. 96. R.

(B) *Styraç Gummi-resina* est odora, cujus tres in Officinis species. Prima dicitur *Styraç ruber*, & à quibusdam Thus Judæorum, putantque unum esse ex Magorum muneribus SERVATORI nostro oblatis. *Styraç* hic incisione elicitur ex cognomine *Arbore*, quæ *Styraç* folio Mali Cotonei dicitur C. Bauhino. Est autem *Styraç* *Tournesundio* *Arboris Genus*, *Flore monopetalo*, *infundibuliformi*, cujus pistillum è Calyce surgens abis in Fruktum subrotundum carnoso sum,

odoris suavissimi. Videatur *Matth. Cord. hist.*

Crescit Arbor illa *Storaciflua* in Syriâ, Ciliciâ, Pamphiliâ.

Præfertur *Styraç pinguis*, lentus, fragmentis albicantibus rufescens, vel flavus, odore perseveranti, qui dum molli-tur, melleum liquorem reddit. Improbatur furfurosus, niger, cano situ obduktus, inodorus.

Vires. Galfacit, exsiccat, emollit, concoquit, Cephalicus imprimis est & nervinus: medetur Tussi, Catarrhis, Raucedini, Gravedini, Vulvæ præclusæ, duritie laboranti: extrâ & intrâ datus convenit: immiscetur Cardiacis & Lætificantibus, Alvim leniter mollit, si cum Terebinthinâ in formâ Catapotii assumatur.

Extrinfecus Suffitu Capiti adhibetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum stillatitium*. Fit si *Styraç* cum *Aq. Rosarum* digeratur, postmodum in cinere ex Alembico destilletur, primum igne leni, dein, quando Oleum stillare incipit, fortiori.

Vires. Isdem confert, quibus *Styraç*, sed majori efficaciac gutta Auribus instillata Sibilum discutit.

2. *Oleum coctum*. Vide *August.*

N. Occurrunt descriptiones Medicamentorum, in quibus *Storax calamita* & *rubea* distinctim præscribuntur, uti sunt *Diacastoreum Nicolai*, *Trochisci Aliptæ moschatæ*. In his igitur quid per *Styraç* calamitam à *rubeâ* distinctam intellectum velit *Nicolaus*, diversæ sunt opiniones. Sunt qui *Thymiana* per *Styraç* rubeam innui volunt, ut *Fuchsus* in *Composit. Medic.* & *Baubinus* in *Pinac.* Alii *Styraç* optimam, quæ in grana confluit, ut *Augustani* & *Cordus*. Alii *Styraç* vetustate rubefactam. Verum enimvero cum in Præscriptionibus optima quæque eligenda sint, adeoque & *Styraç* in granis recipiendis, ubi calamitæ *Styraç* fit mentio, per rubram aliud quid intelligere usique oportet.

CCCCVI.

Bonum ergo & revera utile Remedium est *Chocolata*. Cæterum cum omnibus regionibus abundè prospexerit Deus, arbitror, quod etiam apud nos similis *Mixtura ex Amygdalis dulcibus*, aliisque quibusdam additis, non inferioris effectûs concinnari, & genuinæ substitui possit. (A)

CCCCV. STYRAX seu STORAX CALAMITA:

Styraç Calamita ita dicitur à *Calamis* Cannæ, in quibus inclusus è Pamphiliâ olim fuit advektus: *Calamis* autem fuit inclusus non quia fuit liquidus (latis enim crassam habet consistentiam), sed ut suavis Odor conservaretur, nec ab Aère ambiente dissiparetur; quod etiam fecerunt ii, qui *Diammum Creticum* attulerunt. Est enim *Succus resinofus* purus & concretus, suaveolens, & in hoc præ reliquis palmam ferens, qui ex Arbore Asiæ, Provincie Syriæ, Ciliciæ & Pamphiliæ, colligitur. Hujus nobilitat Substantia oleosa expressione, aut aliâ quacunque ratione separata *Styraç liquidum* genuinum constituit: substantia remanens est iste *Storax*, qui ad nos defertur, cujus sanè indicium est & consistentia, & levitas, & friabilitas.

Propter hanc igitur Odoris gratiam commendari solet, quod Caput & Spiritus Animales confortet: in Gravedine igitur & Anxiety Præcordiorum maximè usurpatur: conducit quoque in Affectibus Capitis, Stomachi, Uteri, Pectoris, Tussi, Raucedine, Catarrhis, & similibus Malis; unde *Roullis* & *Pilulis* permisceri solet, sicut & *Pilule de Styraç*, satis famosæ sunt; rari autem est usus propter pretium.

Externè in *Suffitu* conducit Capiti, quod roborat & confortat, Vertigini & Catarrhis succurrit. Quibusdam pro roborando Stomacho in *Emplastro* formâ arcanum est; e. g.

℥. *Styraç. calami.*

Aloës an. ℥ss.

Subigantur cum sufficiente quantitate *Balsami Peruviani*: Pasta sumatur pro *Emplastro Stomachali*.

Aliàs verò non magni usus est.

Quoad *Præparata*, pro usu interno *Essentia Storacis* paranda est cum *Spiritu Vini* rectificatissimo tartarificato.

Externè *Oleum Stomachale* per coctionem ex *Styraç* elicitum secundum ZWELFFERUM *Pharmac. Reg. pag. 263.* Ventriculo & Abdomini in horum Malis à frigidâ, ut vocant, causâ natis, utiliter inungitur. (B)

V u

CCCCVI.

CCCCVI. STYRAX LIQUIDUS.

Est Liquor pinguis, instar Balsami crassus, graveolens. *N. De Styraçe liquido*, magna inter Authores dissensio. Aliis videlicet nihil aliud est, quam *Stafte*; i. e. *Myrrha colamen*. *Matth. in Diosc. lib. 1. c. 26. Baubin. Pinac. lib. 12. sect. 6.* Aliis *saffitium* quid ex *Styraçe calamitâ* in *Oleo ac Vino* soluto, admistâque *Resinâ lariceâ* excotâ. *Fuchsf. de comp. med. lib. 1. c. 11.* quæ Decoctio ubi refrigerit, *Styrax liquidus* ad fundum secedere dicitur, ad superficiem mittens oleosam substantiam liquidioram, (alii expressu idem moluntur.) *Serapioni Styraç liquidus*, est *Oleum* ex Nucleis Arboris *Storaçifluæ* expressum: at *Cortex*, & *Fructus*, ex quo *Oleum* expressum est, *Styrax sicca* eidem dicitur. *Avicenna* *Styrax* humidus fit per decoctionem *Corticis*, estque colore nigro. Fæx remanens eidem *Styrax sicca* dicitur, *lib. 6. cap. 32. Dioscorides Oleum Styraçinum* appellat, quod ait componi in *Syria* ex *Styraçe*. De hoc refert quòd calcfaciat vehementer & emolliat, verùm Caput dolore afficiat gravetque, & Soporem adferat. Quæ facultates in *Styraçe liquido*prehenduntur.

CCCCVII. TACAMAHACA.

Refina est ex iis, quæ ex Novâ Hispaniâ non ita pridem adferri cœperunt. Colligitur ex vulneratâ Arbore instar *Populi* procerâ, admodum odoratâ, cujus *Fructus* ruber est, *Pæoniæ Semen æmulans*. Resina autem colore accedit ad

Galbanum, unguibus est albis, uti *Ammoniacum*, odorem ac saporem gravem refert, cutique tenaciter adhærescit. Vide *Frag. Monard. & India Occid. part. 9. lib. 4. cap. 9.*

Vires. Calcificat in principio 3. siccatur 2. validæ attrictionis particeps, digerit, resolvit, maturat, Tumores emollit, Dolores ac Flatus discutit: Uterina imprimis est, Nervina ac Cephalica. Usus præcipue externus est. Prunis injecta naribusque admota, Mulieres Uteri suffocatione laborantes illic liberat. Umbilico *Emplastro* modo imposita Uterum suo loco retinet (usu familiarissimo.) Ventericulum roborat, Defluxiones quasunque à Capite defluentes reprimat (Linteis excepta, & post autem alteram saltem vel utramque applicata, Suffituve attracta.) Temporibus adhibita (*Cerati* modo) Defluxiones in Oculos aut alias Faciei partes revellit, Dolorem Dentium sedat (Dentibus etiam corruptis indita:) Abdomini *Emplastro* instar imposita Uteri fluxum cohibet: magnæ est efficacis in Doloribus Articularum (*Coxendicis*, *Juncturarum* ac Nervorum Vulneribus imposita eadem curat): nimirum statim suppurare facit, & Spasnum prohibet. *Monardes*.

N. 1. Aded celebris est apud Indos, ut ad qualemcunque Dolorem adhibeatur, nec aliud Remedium nõrint, modò non adsint Inflammationes admodum calidæ.

N. 2. Inveteratos Cruris Dolores *Tacamahacâ Emplastro* loco impositâ curatos vidi.

P R Æ P A R A T A.

Emplastrum Stomachicum. Vide *lib. 2.*

CCCCVIII.

CCCCVI. STYRAX LIQUIDUS. *Styrax Liquidus* Offinarum est *Liquor* pinguis & crassiusculus, consistentiæ *Terebinthinæ*, ex flavo rufescens, sed admodum graveolens, suavis tamen. De hoc non sciunt Auctores quæ dicunt: quoniam nesciunt, quid sit? nec conveniunt inter se: quare nec nos in eodem explicandum multum temporis teremus. (C)

CCCCVII. TACAMAHACA. *Tacamahaca* Resina est ex Arbore procerâ, *Tacamahaca*, Populo simili, in Indiâ Occidentali Provinciâ Hispaniæ exudans, solidæ consistentiæ; aded ut rarissima sit *Tacamahaca liquida*: de qua vid. *M. A. N. C. Ann. 3. Obs. 296. pag. 510.*

Hæc raro internè usurpatur.

Externo usu est frequentissima & usitatissima in genere ad quoscunque Dolores partium externarum, in specie nervosarum, ex vicio *Lymphæ acidæ* natos, mitigandos & demulcendos, unde vi anodynâ resolutivâ, discutivâ, Nervorum confortativâ &c. est nobilissima: temperat & lenit quodvis acre, Acrimoniâ sibi connatâ dissolvit & attenuat Viscidum hinc inde congestum. Deinde in Affectibus flatulentis Stomachi & Intestinarum, Colicis convulsivis, hisque similibus ex irritatione Nervorum natis, Passionibus hysteris, &c. est elegans & multi effectûs, si scilicet in Mortario calido dissoluta super Alutam extensa partibus affectis applicetur. Præ cæteris etiam est *Specificum* expertum, applicata Ventericulo, in Dolore ejus seu Cardialgiâ, in qua curandâ cum *Emplastro ex Tacamahacâ* præstitit multa & miranda *POTERIUS C. 3. cap. 32.* Unde etiam tale *Emplastrum* usitatissimum fuit *D. MICHAELIS*, quod dedi sub *Balsamo Peruviano*. *Emplastro* hoc in Febris Continuis & Malignis, ut & Intermittentibus, ubi de Anxietate Præcordiorum conqueruntur Ægri, nil melius est; sicut & in Vomitu compellendo, malaxatum cum *Oleo Nuctis Moschatae* vel *Macis destillata*, vel *Oleo Succini*, convenit; non secus ac in Doloribus Artuum & partium musculosarum, qui Catarrhis vulgò adscribuntur, in illo nempe Symptomate, quando in vel post sudorem Artus frigori exponuntur, & Defluxio inde oritur, malaxata cum *Balsamo Peruviano*: e. g. mihi sequens Præparatio commodior videtur.

℥. *Tacamahac. pulverisat.* ꝑiii. vel ꝑiv.

nosum, uno vel altero officulo factum, in quo Nucleus continetur. Unica bujus Generis usque ad huc cognita Species, *Malo Cotoneo* similis est, Folia tamen minora sunt, oblonga, supernè viridia, infernè incana & lanuginosa: Flores racematim dispositi, albi. Colitur & in nostris Hortis.

Secunda *Styracis* species dicitur *Calamita*, quod *Calamis inclusa* ex *Asiâ* adportetur. Verùm Pomet alitque illum artificialem esse putant; atque ex primo veroque *Styraçe*, ac nonnullis odore refertis *Simplicibus*, componi existimant. *Schrœderus* atque *Ettmullerus* *Styracem* ad Uteri Morbos commendant; attamen illius Suffitum ad Hystericas passiones Mulieres adigere experienciâ compertum est. Tertia species est *Styrax liquidus*, de quo mox.

(C) *Styrax liquidus* substantia est oleosa, tenax, ad spissi *Balsami* consistentiam accedens, griseo colore, odore forti, aromaticoque. Mistura est ex Corporibus resinosis, veroque *Styraçe*, *Vino* & *Oleo* additis, ac coctione ad di-

(D) Arbor, cujus incisione colligitur Resina *Tacamahaca*, grandis est, Populo similis, & resinosa: Folia parva, rotunda,

Balsam. Peruvian. ꝑj.
lentoque igne liquefacta misceantur, & optimam dabunt *Massam pro Emplastro* inducendo, cum & sine *Sindone* ubicunque locorum applicando.

Hic præparandi modus probè est observandus. Nam qui vulgò heri solet cum *Terebinthinâ* minùs concinnus, & propter viscidam glutinositatem imprimis molestus esse solet, ut non sine *Epidermidis læsione* removeri queat; utut *Gummata* ejusmodi resinosa, *Galbanum* etiam, optimè *Terebinthinâ* ceu *Resinâ liquidâ*, pro usu externo dissolvi queant, meliùs longè quàm cum *Aceto*, ut rectè docet *ZWELFERUS* in *Animadvers.* In Capitis Affectibus dolorificis & catarrhalibus Pathematis, *Emplastrum* tale Vertici & Temporibus commodè applicatur. Dolores Dentium cariosorum delet, si iis indatur: in quibus aliàs *Mulierculæ* nostrates gestant *Emplastrum ex Tacamahacâ* in formâ *Thaleri* Temporibus applicatum, & multis *Chirurgis* Secretum est *Secretorum*, quo tamen quidam *Mafschis* usum *Tacamahacæ* longè præferunt. In Affectibus nephriticis & Doloribus arthriticis, speciatim *Ischiade*, necnon *Contusionibus* omnis generis simili ratione applicatum, multi est usûs, malaxatum cum *Oleo Succini*; sicut etiam post arthricos *Paroxysmos* partium affectarum fibras ac membranas roborare, ac debitum in tonum restituere solet.

Oleum aliàs *Anodyno-polycrestum* ex *Tacamahacâ* paratur Nervis singulare, & in Affectibus Catarrhalibus, multoque aliis præstantissimum. Modus parandi hic est:

℥. *Tacamahaca*:

Maceratur cum *Vino*, & per arenam destillatur, additis *Silicibus calcinatis*, ne liquefactum Gummi in formâ nativâ per *Retortam* prodeat: prodibit primùm *Pblegma*, hinc *Oleum album*, post *luteum*, denique *rubicundum*.

Quæ omnia probè rectificata quoscunque Tumores & Dolores optimè tollunt in *Hemicraniis*, Affectibus *coxendicis*, *podagricis* &c. Temporibus illitum *Defluxiones* sistit, & sedat Dolores Dentium; in *Paroxysmis colicis*, uterinis &c. illitum Umbilico, optimum evadet Remedium: vid. *HOFMANNUS* *Clav. pag. 601.*

Emplastrum Stomachale Autoris ex *Tacamahacâ* p. iij. *Styracis* p. i. & momento *Ambrae*, paratur, & sic præstantius est *Pocrii*. (D)

CCCCVIII.

CCCCVIII. DE TARTARO.

Tartarus in Medicinâ pathologicâ est res Naturæ lapidescentis, i. e. in Lapides coagulati apta, vel jam demùm coagulata: potissimum tamen viscosam ac lentam Mucilaginem denotat, quæ nondum in duritiem Lapidis conversa est. Hinc deducitur quoque ad Officinam, denotatque *Sal terrestre ex Vegetabilibus certis vel per se, vel artificio separatum.*

N. De *Tartari origine* non possum quin Animi sensa communem. *Rerum Principia* primitus indigesta sunt, ac veluti in Chaotica suâ dispositione simplicia; hinc subinde cum maturitate in Partes fecernuntur Crassiores & Subtiliores. Crassiores ad Elementalem vergunt statum, scilicet *Aqueo-serrenum*; Subtiliores & potiores exaltantur subinde seu (uti dicitur,) spiritualisantur, i. e. in statum *Spiritus* evehuntur. Hæc ergo ubi ad statum deductæ fuerint summum, quem Natura intendit, exhibent *Spiritualem Partem*; sin minus eadem sint digestæ, vel cum tempore retrogressæ ad statum, crudiorum exhibent *Tartarum*, constantem scilicet ex partibus potioribus *Aquæ, Terræ & Salis*, adeoque Tartarus pollet viribus insignibus, Spiritus vires æmulantibus.

P R Æ P A R A T A.

Præparaciones Tartari sunt 1. *Depuratio*, 2. *Destillatio*, 3. *Salificatio*.

I. DEPURATIO.

Depuratio vel fit à sordibus externis, vel parte magis arenosâ ac minus solubili: illa *Lotione* peragitur, hæc *Solutione* ac *Coagulationibus*.

CCCCVIII. DE TARTARO. Vox Tartari tripliciter usurpatur:

Primò generaliter pro omni *Acido vinoso*, quod in *Vino* reperitur, & cum *Vino* semper conjunctum manet, etiam purissimo; & quod est *paren Aceti in Vino*, dum subigit partem *Vini* volatilem in *Aceto*. Hic Tartarus in *Vino* est autor, quod *Vini* potiores sint obnoxii *Arthritis* & *Colicæ*; sicut *Calculi* & *Renum Morbi* ab *Acido* ejusdem coagulante oriuntur: & ita admodum variat pro insigni varietate *Vinorum*. Quò magis enim matura *Vina*, eò Tartarus hic magis vel minus volatilis est: *magis volatilis*, ut etiam cum *Spiritu* per *Alembicum* rapiatur: id quod fit in *Vino* generoso *Hispanico*, *Ungarico*, *Rhenano*. Interdum est minus volatilis, ut remaneat in fundo; interdum fit, ut *Vitrum* *Vini* effusum in tabulam per noctem, manè monstrat *Tartarum* in tabulâ, qui in *Vino* fuit, cujus farinæ est *Gallicum* & *Jenense*. Sic *Vinum* *Hispanicum* minorem, *Rhenanum* majorem, *Gallicum* quoque parcam *Tartari* quantitatem suggerit. Quædam verò *Vina*, *Moravica* v. g. ad eò tartarea sunt, ut *Tartarus* manifestè appareat, si nempe *Ovum* per noctem *Vino* immittatur, altero mane prorsus *Crystallos* quasi vitreis, aut imprimis tartareis, in crustatum extrahitur: quod fit, quando *Acidum* in *Vino* rodit *Testam Ovi*, quæ copioso *Sale* volatili alcalico est imprægnata. Dum ergo rodit, se conjungit cum *Sale* volatili alcalico *Corticis Ovi*, & coagulat se in *Crystallos* tartareas minutas, quæ adhærent altero mane *Corticis Ovi*. Hinc enim fit, quod *Lapilli Cancrorum* infusi *Vino*, ejus adimant *Aciditatem*, & illud robur suum amittit & saporem, & cum iis se coagulat atque unit, quoniam *Acidum* rodit *Lapillos Cancrorum*.

Secundò specialiter *Tartarus* vocatur, illa substantia *Vini*, quæ per fermentationem ulterius separata, tanquam terrestri pars in fundum detruditur; & alio nomine propriè vocatur *Fæx Vini*.

Tertiò, proprièssimè *Tartarus* vocatur *Concrementum crystallinum acidum terrestre*, quod *Doliis* & *Parietibus Doliorum* adhæret: ita vocatur, quia fit ex *Fæcibus*, ab *Acido Vini* in talem *Crystallum* coagulatis, & est nihil aliud, quàm *Sal essentielle Vini*.

Differt ergò *Tartarus* verus à *Fæcibus Vini* in eo, quod *Fæces* imprimis consistunt *Salibus* volatilibus, & partibus terrestribus copiosis; *Tartarus* verò ipse constat copioso *Sale* acido subtili, figente *Spiritus* volatiles *Fæcum*, & concentrante *Salia* volatilia earundem, eaque cum terrestri *Fæcum* portione in *Crystallos* coagulante.

De generatione ejus & crescendi modo optimè explicarunt in specie *PORZIUS* in *Anal. Chymicâ Vini Rhenani*, item *BECHERUS* *Phys. subterr. lib. 1. pag. 429. seqq.* & optimè *Tom. IV.*

rotunda, dentata: Fructus Juglandis fructum æquat, ruber, resinofus, odoros, Officulum ut Malum Persicum continens. Frequens est in Novâ Hispaniâ, atque Insulâ Madagascar. Tacamabacæ delectum ac vires satis exponunt Aurores nostri.

Lotio seu Ablutio: unde Tartarus lotus.

N. *Tart.* triti ac cribrati, q. v. affunde *Aquam fontanam calidam* (vel *Lixivium forte*, e. g. ex *Cinerebus clavellat.*) agitaque optimè, hinc sine residere ac refrigerescere, postea decanta *Aquam* una cum impuritatibus, idque repete aliquoties, donec *Tartarus* sit instar arenæ.

N. Si *Lixivium* adhibueris, edulcorare *Tartarum* oportet.

Solutio & Coagulatio: unde

1. *Tartarus depuratus, Acidum Tartari, Cremor & Crystalli Tartari.*

N. *Tartari* optimè loti, q. v. affunde *Aquæ ferventis* bonam quantitatem, agita spatulâ ligneâ, & solvetur particula *Tartari*: cola per *Manicam Hippocratis*, dum adhuc calet, aliàs coagulabitur rursus, quod solutum erat: restanti *Tartaro* affunde aliam *Aquam* ferventem, agita, idque reitera tantisper, donec nisi *Arena* irresolubilis restet. *Aquas* has *Tartaro* imprægnatas repone ut refrigerescant, & videbis *Tartarum purum*, partim supernatare instar *Cuticulæ*, partim instar *Crystallorum*, vel ad fundum residere, vel parietibus ac bacillis immixtis adhærere: utrumque, *Cuticulam* scilicet & *Crystallus* collige, exsicca, atque serva.

N. 1. Si nimia *Aquæ* quantitas *Coagulationem* impederit, evaporare aliquantulum sine.

N. 2. Sunt qui *Cuticulam* supernatantem seorsim colligunt (nomine *Cremoris Tartari*), & *Crystallus* itidem seorsim (titulo *Crystallorum Tartari*). Verum cum utrumque ejusdem sit naturæ & efficacæ, distinctionem hanc parvi momenti auctumo.

N. 3.

mè *HELMONT*. in *Traç. Tartari vini Historiæ pag. m. 355. seqq.* ubi hic elegans, perspicuus & accuratus est, & meretur, qui legatur. Nempe, ut aliquid de generatione dicam, notum est, quod ex *Musto*, dum fermentat, præter *Gas* sylvestre narcoticum inebrians, subeuntes suffocans, & *Candelas* extinguens, per fermentationem separetur portiuacula non benè miscibilis, quæ abundat particulis *Vini* salinis, tam volatilibus quàm acidis, admixtis simul portionibus terrestribus: unde secedit in fundum *Vasis*, & dicitur *Fæx Vini*. Jam in omni *Vino*, imprimis quod habet copiosum *Tartarum*, est subtile *Acidum*, quod successivè rodit *Fæces alcalinas & terreas*, & dum rodit, coagulantur ambo in *Sal crystalliforme*: sub qua coagulatione *Salium* cum partibus terrestribus *Fæcum*, oritur tale *Concrementum salino-acidum*, quod dicitur *Tartarus*, & quidem ex *Vino* albo concrefcit albus, ex *Vino* verò rubeo ruber.

Ab hac similitudine *Tartari* in *Vino*, desumpta est appellatio *Tartari Microcosmici*, per quem *PARACELSUS* intelligit *Sal recrementosum in Corpore humano*. Sicut enim *Tartarus in Vino* fit ab *Acido* subtili rodente & coagulante *Fæces Vini*; ita etiam *Tartarus Microcosmi* dicitur talis *Succus esse*, qui acidus, vitto *Digestionis* primæ in deficiente volatilisatione genitus, in convenienti *Materia* abeat in *Coagulationes*, ex quibus *Coagulationibus* denique *Nodi*, *Tophi*, *Calculi*, *Gummata* &c. producantur, & *Coagulationes* aliæ.

Tartarus ergò est *Sal enixum*, ex *Acido Vini* in ejus substantiâ mediâ contento, & *Fæcibus* alcalinis oleosis concretum, utut in texturâ sui *Acidum* dominari videatur: adeoque *Tartarus* in recessu habet *Acidum Vini*, copioso *Alcali Fæcum Vini* saturatum, unâ cum copioso *Oleo* intertexto. Parili enim ratione ex *Aceto*, ceu *Tartaro* liquido, & *Sale Tartari*, vel alio quodam fixo, *Concretum tartareum* obtinetur simile *Tartaro*: vel ex *Sale Tartari*, aut quocunque *Alcali* alio, & *Vino* facilè *Concretum* tertium instar *Tartari* haberi potest: & hæc Compositio mechanica ipsam *Tartari* generationem naturalem docet: confer. *TACHENIUS* in *Hippocr. Chym. pag. 80. in Clave Hippocr. Chym. pag. 88.* *BECHERUS* *Physic. subterr. pag. 396. & Supplem. 2. pag. 85.*

Ex his patet, quid de *Tartari virtutibus* habendum sit; nempe habet vim *resolutivam*, *abstersivam* & *digestivam* pro detergendo *Muco* aliisque sordibus, in *Stomacho*, & *Intestinis*, seu primis viis, stabulantibus. *Hypochondriaci* & *Cachectici* utuntur illo pro laxandâ *Alvo*, in ejusdem nimia obstructione. Usurpatur in *Vehiculo calido*, ut dissolvatur. Refert *THONERUS* de *Cachex. lib. 3. Observ. 4.* quod quidam *Cachecticus*, abhorrens ab omnibus Medicamentis, fuerit

V u 2

N. 3. Felicius adhærescent Crystalli Vasi ligneo .

N. 4. Si depuratum hoc Tartarum haud satis candidum sit, solve iterum in Aquâ fervente, filtra, reponè ut antè, ad coagulandum .

Vires . Usus hujus Tartari depurati est, crassos tartareosque Humores, præcipuè autem in primâ Ventris regione stabulantes incidere ac attenuare : commodè itaque adhibetur in Obstructione Hepatis, Lienis, Mesenterii, Renum, & in Affectu Hypochondriaco, &c. Hinc quoque sibi primas vendicat inter *Digestiva universalis*, cujus rei gratiâ & Catharticus præmitti plerumque solet. Quinimò ad laxandam Alvum commodissimum Medicamentum est, si saltem grano uno ac altero *Diagridii*, vel *Gummi de Gamandrâ* acuatur.

Dosis à ʒss. ad ʒj. vel ʒij.

2. *Crystalli Tartari chalybeati, Acidum Tartari chalybeatum Sala.*

R. *Acid. Tart.* ʒiiij. *Magister. Chalyb.* i. e. *Crystall. Mart.* per *Spir. Vitriol.* (vide in *Marte*) ʒij.

Crystall. Mart. solve in *Aqu. Fumar.* Solutionem incorpora cum *Acido Tartari* in Mortario lapideo. Exsicca iterum ac pulverifia; aromatizetur aliquot guttis *Ol. Cinnamomi*.

Vires. Utilissimum Medicamentum est in Morbis chronicis, ut sunt Obstructio Lienis, Quartana, Icterus uterque, Cachexia Virginum, Hypochondriaca passio .

Dosis à ʒj. ad ʒij.

3. *Cremor Tartari chalybeatus compendiosior, S. Closs.*

Ubi *Aqua* imprægnata *Tartari pulverisat.* ʒj. (solvitur in ʒxv. *Aqu. fluvial.*) per ebullitionem fuerit resoluta, & ad

fuerit restitutus solertiâ Medici, qui loco *Salis communis*, omnibus Alimentis addidit *Pulverem Tartari*, quâ eleganti fraude *Ager* fuit curatus .

Cæterùm cum in Tartaro adsit pars terrestris & sæculenta, quæ non est superabilis à nostro Stomacho, & instar Calcis cujusdam in fundo ejus præcipitetur & sublidat; propterea superficialiter præparari solet, ut fecernatur pars crassior & sæculenta : fitque per *Solutionem* iteratam & *Coagulationem*, ex quibus oritur *Cremor* & *Crystalli Tartari*. Solvitur enim *Tartarus* in *Aquâ calidâ*, agitur probè cum baculo, & solutus dat in superficie Cutem seu Spumam Salinam, quæ cum Cochleari perforato ablata & denuò pulverifata, dicitur *Cremor Tartari*; *Aqua* verò reliqua trajicitur per pannum, & in loco frigido denuò concrevit in *Crystall. Tartari*.

Sed observetur, quòd interdum, ut *Crystalli* fiant puriores & magis perspicuæ, sæpius iteretur hæc Solutio; sed perperam : nam semper in *Aquâ* pars alcalica volatilis remanet, unde debilitantur, & tantum virium decedit. Id ne fiat, semel, aut ad summum bis, sufficiat Solutio seu *Crystallificatio*.

Tartarus depuratus, seu *Cremor* & *Crystalli Tartari* egregiè incidunt viscidum & abstergunt, penetrant, Urinam promovent; & simul blandè laxant : unde Medicamentis Laxantibus & Purgantibus adduntur, quia eorum vim laxativam promovent. Constant enim utroque Principio fermentativo, Acido, & Alcali volatili utut præponderet Acidum. Imò sunt, qui *Cremorem* & *Crystall. Tartari* ceu *Digestivum Universale*, & Præparativum excrementorum ad Purgationem & Evacuationem, commendant. Hinc in Affectibus Hypochondriacis, Nephriticis, & Affectibus Cachecticis, & similibus, pro stimulantâ leniter Alvo commodè propinantur; Purgantibus enim additi adjuvant eorundem operationem : e. g.

ʒ. *Crem.* vel *Cryst. Tartari* ʒss. ad ʒij.

Diagryd. vel *Scammom. sulphurat.* gr. ii. vel iij.

Misce fiat *Pulvis*.

Et sic *Medicamentum Laxans* habemus in dictis Affectibus multi usûs. In Febribus Intermittentibus Medicina polychresta in Tartaro est, sive solitariè usurpetur, sive *Crystalli* subigantur diu terendo cum *Coralliis* præparatis, quod dicitur *Specificum esse Febrile Kergeri*.

Verùm in usu *Crystallorum* & *Cremoris Tartari* observetur; quòd primò assumendi sint in *Liquore*, quantum possibile, fervido, vel *Carnis*, vel *Gallinæ*, vel alio *Jusculo*, vel *Cerevisiâ calidâ*, ut meliùs dissolvantur in eodem; quia aliàs moras in Stomacho nectunt, tardiùsque operantur. *Secundò*, dum assumuntur, benè sunt *motanda* pro faciliiori dissolutione eodem fine, ne in Ventriculo coagulata aut concretâ subsistant, sed resolvantur.

Elegantem modum, *Cremorem* & *Crystall. Tartari* cum

decidentiam unius quartæ evaporata, injice in Vas ʒiiij. *Lim. Martis*, inoque ab igne remove ac cola calidè. Habebis *Cremorem* presiosum & summè deoppilativum.

N. injiciatur *Limatura* dum *Aqua* fervet, nec diu relinquatur, ne *Cremor* reddatur vomitorius.

(*Tartarus Tartarisatus*, Tartarus est sui ipsius beneficio præcipitatus. Videatur apud *Bartholetum*. Tartarus solutus etiam dicitur in frequenti apud nostrates usu.)

II. DESTILLATIO : unde

1. *Spiritus, ac Oleum.*

R. *Tartari* albi crudi loti (vel quod melius depurati,) q. v. destilla ex Retortâ vitreâ in Arenâ (vel igne nudo) igne gradatim adhibito : primò exillat *Phlegma*, dein *Spiritus* in formâ Nebulæ, & tertio *Oleum* pingue. Separa *Oleum* à *Spiritu*, vel beneficio Chartæ ac Filtrationis, vel Tritorii Gossypivæ auxilio.

N. Sunt qui *Spiritum Tartari* ternâ vice supra *Colchotar* rectificant.

Rectificatio Spiritus Tartari. Destilla ex MB. tertiâ vel quartâ vice, semper Vasa Destillationi inservientia optimè Lixivio forti eluendo.

Rectificatio Olei Tartari. Affunde quantitatem magnam *Aquæ*, (vel *Aceti destill.*) ac destilla per MB. Separa *Oleum* ab *Aquâ*, ut moris, idque rectifica, *Aquam* scilicet fragrantem aliquam addendo, ac denuò destillando.

N. Ex residuo Capite mortuo extrahi potest *Sal*. Vide *sua loco*.

Vires. Spiritus vim habet incidendi, attenuandi, resolvendi, discu-

Simplicibus Alterantibus & Purgantibus imprægnandi, subministrat ZWELFFERUS in *Mantisiâ Hermet. ult. Edit. pag. 411.*

Prostant etiam in Affectibus Hypochondriacis *Pilule de Tartaro Quercetani*.

Sic quoque prostat elegans *Traçtatus Medicorum Heilbrunnensium de Cremore Tartari*, conscriptus contra Pastorem quendam paganum, qui omnes morbos curare voluit *Cremore Tartari*.

Habemus in Officinis *Cremorem Tartari* seu *Crystall. rubitundas* sub nomine *Pulveris Hepatici Dresdensium*, qui valde convenit in corrigendo Stomacho, & in compescendâ ebullitione Sanguinis à Sale volatili. Convenit itidem tempore æstivo pro arcendo *Æstu nimio*, pro arcendâ Ebrietate & similibus aliis; hinc Germanis dicitur *das Sauffpulver*, id est *Pulvis Potatorius*; quia mane si sumperimus Potum consueto majorem innoxie perferre possumus, atque ad quam plurima alia commendari, notum est. Præparationem videre potestis in ROLFINGII *Cbym. in Artis formam redactâ*, & hinc inde apud Autores.

AUTOR etiam Nu. 2. & 3. præscribit modum parandi *Tartarum Chalybeatum*, qui est egregium Medicamentum, & multi usûs in Mâlo Hypochondriaco. Optimè paratur cum ana *Crem. Tartari*, & *Limat. Martis*, terendo & coquendo tamdiu, donec omnis Mars resolutus instar *Pulveris* reperitur; & in Cachecticis, Quartanis, Scorbuticis, Hypochondriacis, & aliis Affectibus Chronicis, optimo cum successu adhibetur; absorbet enim Acidum in Affectibus Chronicis, Hypochondriacis. Confer. ZOBELIUS in *sua Tartarologia*.

Succedunt nunc *Præparata ex Tartaro chymica*: & quidem primò *Tartarus* igne aperto per Retortam destillatur, unde prodit (1.) *Phlegma spirituosum urinosum*; (2.) *Oleum* copiosum admodum fetidum empyreumaticum; & (3.) remanet *Caput mortuum nigrum*, continens copiosum *Sal fixum* lixiviale, & *Terram* nigram.

Suprà dixi, quòd constat Tartarus ex copioso Alcali volatili concentrato per Acidum Vini subtile. Dubium ergò, ubi *Acidum Tartari* in ejus destillatione maneat? & quomodò *Amarities* illa *Spiritus destillati* oriatur? Communi modo si procedatur, Destillatione Aciditas ex Tartaro haud separatur, aut vix sensilis eadem observabitur; adeoque *Phlegma acidiusculum*, quod pro *Spiritu Tartari* vulgò exhiberi solet, suppositum est. Dum ergò moderato & leni igne Retortæ inditus urgetur Tartarus, liquefcit, Acidum agit in Alcali, & Alcali vicissim in Acidum, & tali mutuâ actione & reactione, seu Fermentatione, subtiles partes erumpunt sub formâ Liquoris seu Spiritus urinosi. Quòd enim talis oriatur Fermentatio in Retortâ, patet exinde, quòd tunc temporis copiosus exhalet *Spiritus* seu *Gas sylvestre*, adeò incorribilis, ut omnia Vasa angusta & clausa penetret, in ðdes

discutiendi. Hinc referat Obstructiones Viscerum, purgatque per Sudorem ac Urinam: ideoque utiliter adhibetur in Hydrope, Tympanitide, Arthritide, Paralyfi, Scorbuto, Lue Venereâ, Impetiginibus, Scabie, Contracturâ Artuum (ex Materiâ flatulentâ & humoralis fluidâ, non tartareâ, coagulata & fixâ.)

Dosis à ℥j. ad ℥ij.

Oleum intrinsecus adhibitum prodesse creditur adversus Dolorem colicum, Suffocationem uterinam, &c.

Dosis gr. iij. iiij.

Extrinfecus admisceri potest Unguentis contra Scabiem communem, vel Luis Venereæ, &c. Vide *Crollium, Sennertum in Instit. Salum in Tartarologia.*

N. Spiritum Tartari ex Musto parat *Forsterus pag. 100. de Morb. Tartar.* collectis scilicet Crystallis evaporatione lentâ, in quibus Spiritum Tartari primateriale remanere credit.

2. Spiritus Tartari compositus.

℞. Tartar. purum, destilla ut moris, prodeatque Phlegma, Spiritus, ac Oleum. Ex Capite mortuo extrahe Sal com. quod solutionibus ac coagulationibus purificatum, conjunge cum Phlegmate, Spiritu ac Oleo. Hinc digere in MB. Vase clauso, donec Sal com. totus solutus sit: cum hoc Liquore impasta Argillam siccam, formaque Globulos, & destilla ex Retortâ, Igne nudo (ut destillatur Spiritus Sal. Nitri): prodibit cum Spiritu & Oleo, Sal totus spiritualiter, in posterum à Spiritu Tartari inseparabilis: Oleum fatens separa à Spiritu, ut moris.

Vires. Penetrantior & efficacior est priori.

3. Spiritus Tartari vitriolatus, seu Spiritus Tartari. Aperitivus compositus.

℞. Spir. Tartari (simplicis) ℥ij. Spir. Vin. ℥iij. Misce & affunde Colchotari: digere in MB. (per dies & noctes 8.) ac destilla per Retortam adhibitis Ignis gradibus omnibus. Totum deinceps, quod prodit, funde super Caput mortuum nigrum Tartari, ex quo nimirum Spiritus ille simplex est prolektus. Digere hor. 24. Tincturam decanta, residuum calcina ad albedinem, atque ex eodem extrahe Sal cum Tincturâ illâ decantatâ, in calido B. (hor. 24.) relinquendo: Aquam hanc per Filtrum purifica.

Vires. Exhibetur magno cum successu ad contumaces Obstructiones Viscerum, ad fœdos Colores, Febres diuturnas, Hydrope.

Dosis à ℥j. ad ℥ii. in Aquis appropriatis.

4. Spiritus Tartari Philosophicus ad Aurum potabile S. Closs.

Reverberetur Sale Tartari super Testâ probatoriâ (in *cimer flachen Scherben*) absque fusione tamen, per horas 24. ita cœruleum evadet Sal: affunde Acet. destill. quousque non tumuletur amplius, & Acetum destill. tres digitos super Materiam emineat: digere, & tingetur Acetum destill. saturato rubore, filtra & coagula. Hoc quater cum novo Aceto destill. repete. Permictis his 4. Salibus Vini Spirit. rectific. suffunde; & Tincturam extrahe toties, dum colorari desinat; Sal restans solve iterum in Aceto destill. iterumque cum Spiritu Vini extrahe Tincturam. Jam omnes Spiritus Vini tinctos, & in unum collectos distilla per MB. in Cucurbitâ, cui Alembicus Infun-

des perreptet, propter abortam Fermentationem intensiores. Quod si verò exactissimè Vasa sint clausa, non potest fieri, quin rimas agant, & dissiliant. Dum ergo Acidum agit in Alkali, fit, ut sensim sensimque Acidum & Alkali arte resoluta se conjungant, & cum oleosâ parte maximè abundante colliquantur, Acidumque prorsus obliteratur usque adeò, ut ex commissione Oleositas, Acidi, & Alkali, ex colliquantione mutuâ, indeque mutatâ texturâ, oriantur partim Liqueur oleosus crassus & fœtidus, qui cum sit Oleum destillatum, nihil aliud est, quàm Sal volatile Tartari concentratum ab Acido, & in Olei corpus seu formam redactum; partim verò Sal Tartari fixum alcalinum in Capite mortuo remanens, qui aliorum Acidorum more ex arctiori combinatione & fortiori liquefactione Acidi pinguis cum Alkali volatili originem duxit.

Ex hoc apparet, quàm varias formas Ignis attribuat rebus, quæ sub ejusdem sunt torturâ seu dominio, ut v. g. Tartarus abeat in Spiritum, in Oleum, & Alkali fixum; vid. quædam in TACHENII Hippocr. Chymico.

Tartarus nempe ex suâ prima generatione est admodum alcalicus ex Sale acido præpollente; quod etiam Gustus testari potest: nihilominus si per Ignem destilletur, in omnibus Productis ne tantillum Acidi reperitur: quoniam omne Acidum, concentratum per Fermentationem & subactionem ab Alkali, concentratur ab Arte cum Alkali, & dat Oleum. Idem Alkali liquefactum cum Acido, dat Sal alcali fixum in Capite mortuo, adeò ut hoc non sit naturale, sed omninò artificiale. Id quod non tam de hoc, sed de omnibus Salibus fixis & lixivialibus Vegetabilium est intelligendum.

Spiritus iste Tartari, sive Liqueur urinosus Tartari, qui primùm prodit, probè dephlegmetur. Sic fit tandem urinosus volatilis, & eò melior in Operationibus, & efficacior in Medicinâ.

Modi parandi Spiritus Tartari volatiles sunt varii. Sunt, qui Spiritum Tartari vulgarem rectificant proprium super Caput mortuum remanens, quod copioso Sale fixo est imprægnatum. Fundamentum est hoc, quoniam scilicet in Spiritu Tartari, utur urinoso, adsit tamen subtile Acidum, quod impedit penetrationem Salis volatilis penetrantissimi. Dum ergo reasfunditur Spiritus Tartari Capiti mortuo, imprægnato Sale fixo, fit, ut à Sale fixo Acidum in Spiritu resistans imbatur, & Sal fixum uniat sese cum Acido in Spiritu volatili, & illud retineat; unde Spiritus Tartari urinosus perfectus exhalat, & instar Spiritus cujusdam urinosi volatilis se repræsentat. Paucus quidem habetur, revera tamen perfectè urinosus volatilis. Volatilifari etiam potest Spiritus Tartari vulgaris, si scilicet misceatur cum Spiritu Vini, hinc dulcescit, & saporem & odorem nauseabundum & fœtidum perdit; quâ Misturâ destillatâ, prodit Spiritus Tartari volatilis cum Spiritu Vini, in fundo remanente Phleg-

mate: qui Spiritus egregium solet esse Sudoriferum.

Duo aliæ in Tartari Preparatis primariae sunt, quæ Modernos exercent.

- (1.) Spiritus volatilis urinosi in majori copiâ acquisitio.
- (2.) Salis Tartari fixi cum variis Acidis, aliisque Corporibus, pro usu Medico combinatio.

I. Quoad prius, plures admodum tentati fuerunt modi copiosum Spiritum urinosum, & si possibile Sal volatile ex Tartaro elicere, in quo præprimis occupatus fuit LUDOVICI, uti videri possunt Experimenta in M. A. N. C. Ann. 6. Observ. 243. pag. 358. qui tandem ex parte unâ Sacchari vilioris cum Tartari part. ii. extremo Arenæ gradu octo vel decem horarum spatio elegantem Spiritum urinosum ad ℥xij. & ℥xiiij. acquirit, Tartaro odore & sapore simillimum: quorum tamen loco melior & copiosior Spiritus volatilis habetur ex Facibus Vini exsiccatas, ex quibus omnem suam volatilitatem Tartarus habet: & qui novit Artificium hoc, simul acquirit Sal Tartari volatile egregium, quod in formâ Nivis Alembico adhæret, saporis urinosissimi & subfœtidi odoris, instar Salis volatilis Urinæ. Nam miscela Tartari cum Alumine, aut etiam volatilisatio Salis Tartari fixi cum Alumine instituta, nil valet. Quod enim tunc prodit volatile urinosum, maximam partem est ex Alumine, nempe portiones sunt Urinæ humanæ, quæ Alumini pro meliori Crystallificatione fuit addita.

Sed eo ipso, quo tam copiosum Oleum empyreumaticum in destillatione Tartari prodit, manifestum est, sub hoc ipso Sal volatile copiosissimum ab Acido pingui concentratum delitescere. Artificium ergo copiosius parandi substantiam urinosam volatilem ex Tartaro, consistit in Concreti hujus resolutione; quod ipsum fit tribus modis.

- (1.) Vel ipsum Oleum cum Sale alcali fixo mediante Digestione recludendo.
- (2.) Substantiam oleosam per Ignem Deflagratione destruendo.
- (3.) Eandem mediante Putrefactione invertendo.

Omnibus his modis copiosus Spiritus & Sal volatile elegans ex Tartaro haberi potest.

Priorem quod attinet modum per Digestionem & Rectificationem Olei Tartari empyreumatici, destillati cum Sale Tartari aliove fixo, & inde Salis volatilis copiosi elevationem, hunc videbitis in LUDOVICI de Sale Tartari pag. 19. & præsertim in HOFFMANNI Clave pag. 604. & ipsemet vide optimè succedere negotium.

Secundus modus per Deflagrationem, manifestus est in Destillatione Tartari cum Nitro per Retortam tubulatam in Clysso urinoso, Spiritu Carminativo, & similibus. In his enim adjuncto Nitri deflagratur Pingue Tartari, & colligitur in Receptaculo Spiritus Tartari volatilissimus urinosus, qui super Caput mortuum rectificatus, Sal volatile suggerit. Nempe nullum Oleum empyreumaticum tunc prodire solet, destructo

Infundibulo instructus imponatur: exstillatum Spiritum Vini reassunde per Infundibulum Salis tincto, & cohoba toties (14. vicibus ad minimum) donec videas guttas rubentes decidere: tum cessa, & liquorem ex Arenâ per Retortam leniter destilla: ita transibit Spiritus Salis Tartari nebulosus cum guttis rubris, superflite in fundo Retortæ Pulvere rubro. Illo utere ad extractionem Salis.

Vires. In Obstructione Mesenterii, & Arthritide, dantur gutt. 4. 6. in Vino; in retentione Menstrui, si Dosis ter aut quater iteretur, tertio fluent Menses.

III. SALIFICATIO. unde

1. Sal Tartari.

Sal Tartari elixivatur ex Tartaro ad albedinem calcinato, (i. e. combusto,) non secus ac ex aliis Cineribus Sal extrahi solet.

N. 1. Ex Capite mortuo in destillatione Spiritus residuo, itidem Sal elixivari potest, si ulterius comburatur. Prompte enim Ignem concipit, atque etiam extra Ignem comburi potest.

N. 2. Communiter calcinatur Tartarus in Fornace figulinâ.

2. Oleum Tartari per deliquium.

Pone Tartarum calcinatum in Cellâ ad liquefendum, vel dissolve Tartarum calcinatum in Aquâ communi, filtra & coagula.

Vires. Optimum est Remedium in Serpiginibus, Ulceribus, Tineâ, Scabiæ, &c.

structo Concreto pingui, mediante Detonatione & Ignis Destigatione. Spiritus hic est potentissimus. Receptaculum autem contineat aliquid Aquæ simplicis pro Chyllo urinoso, vel Spiritus Vini pro Spiritu Carminativo.

Hujus Spiritus Tartari ejusque Salis volatilis usum quod attingit, imprimis ea, quæ dicuntur de Spiritu Tartari foetido, intelligenda sunt de Spiritu Tartari volatili, in quo vires sunt exaltatæ, & longè potentiores quàm in vulgari: cumque sit volatilis urinosus, patet, quod conveniat externè & internè in Affectibus ab Acido vitioso, præsertim vinoso, oriundis; cum Acidum istud vinosum tanquam sui compos, ratione Salis urinosi etiam in remotis Corporis locis præ aliis volatilibus destruat & dulcescere faciat, ac ita Morbos inde natos curet. Nempe specialem adhuc in radice convenientiam quandam habet cum matre suâ, Vino; unde Morbis dictis apud nos corrigendis conveniens imprimis ejus usus est. Unde insignis est ejus usus internè in Pleuritide, Affectibus Hystericis, Hypochondriacis, Scorbuticis, Cachecticis, & similibus Morbis Chronicis tartareis, per Urinam & Sudorem purificando Sanguinem: in Febris etiam Intermittentibus, præmissis præmittendis, egregie est Sudoriferum & Diureticum; Urinam enim movet potenter: adeoque in Hydrops est ejus usus adeo exoptatus. Uterius in Pareli ex Colicâ Spiritus Tartari volatilis vel intrinsecus assumptus, à ℥j. ad ℥ss. vel extrinsecus Membris paralyticis inunctus, est expertum Remedium; & quidem internè in tali casu adhibetur sub Vehiculo vel Vini vel Decocti Enulati; curat enim sic Parsin per Sudorem. In Calculo, Podagrâ, & Arthritide vagâ & fixâ, Doloribus Artuum Scorbuticis & similibus, egregii quoque est usus; quoniam acidam Lympham, Nervos infestantem; & Tendines pungentem & corrodentem emendat: Coagulationem in Topos impedit, internè assumptus, externè inunctus, aut cum linteis applicatus.

Tertius modus per Putrefactionem est elegans & penetrantissimus. Sic habetur Spiritus & Sal volatile, teste BECHERO *Physic. subterr. pag. 429. & seq. item in Supplem. 2. pag. 93.* Novi Amicum, qui ex Tartaro egregium & copiosum paravit Spiritum instar Spiritus Salis ammoniaci penetrantem, in quibuscunque Morbis tartareis, ex Acido viscido oriundis, maxime utilem. Morbi enim nostrates Acidi ortum habent ex Esu & Potu Acido: Ergo per symbolizationem destruitur à Tartaro alcalino. Artificium consistit in legitima Tartari Putrefactione. Retulit hic ipse Amicus, se Tartarum miscuisse cum s. q. Aquæ simplicis, coquendo ad dissolutionem Tartari, quam Cocturam inspissavit in tantum, ne Tartarus in grana denuò concrefcere & coire potuerit; sic enim successivè putrescere. Putarim, si verus est processus, melius esse, si cum Musto hoc modo coquatur Tartarus: non solum enim promovebitur Putredinis negotium; sed etiam ipsum Mustum supplementum Spiritui &

N. Est porrò hujus Olei elegans usus in *Extradis Vegetabilium Purgantium* conficiendis. Ejus enim guttæ aliquot cum Menstruo mixta, tum Extractionem faciunt, tum Cathartism ipsam promovent.

3. Magisterium Tartari, seu Sal Vini Tartareus alcoholifusus.

Imprægna Sal Tart. Sale volatili Vini: v. g. ℞. Salis Tart. purissimi, q. v. affunde Spirit. Vin. ad eminentiam digit. 1. digere ac destilla lenissimo calore, iterumque Spiritum Vini affunde, idque repete toties, donec Sal Tartari totam spirituosam Vini substantiam, seu omne Sal volatile Vini imbeberit: quod ubi factum, sublima, habebitque Sal Vini sublimatione ab omni phlegmate & aquositate separatum. Sennertus in *Institut.*

4. Magisterium Tartari purgans.

℞. Sal. Tart. q. v. imprægna Aceto optimo, donec Tartarus nihil amplius Aciditatis retinere velit (vide Correctionem Flor. Antimonii Croliamam lib. 3.) dein affunde Spirit. Vin. eumque abstrahe aliquoties cohobando: tandem repone Tartarum ad liquefendum, & habebis Oleum rubrum.

Vires. Purgat per inferiora, utile in omnibus Morbis deploratis.

Dosis à gr. v. ad ℥ss.

N. Sal illud Tartari Aceto destill. sufficienter imprægnatum, si in Aquâ destill. (e. g. Borraginis) solutum, atque s. a. crystallifatum sit, conveniens Medicamentum evadit in Morbis Tartareis.

5. Tin-

Sali volatili subministrabit. Alii copiosâ Aquâ affusâ in blandâ Digestione Tartarum continent, ac ita ad Putredinem eundem deducunt. Arbitror optimam & brevissimam viam putrefaciendi Tartarum esse, si misceatur cum Solutione Salis cujusdem Alkali fixi, donec cessante Effervescentiâ dissolutus appareat Tartarus, & ita blando calore cum s. q. Aquæ digeratur. Enervabitur sic Acidum Tartari, dissolvetur & invertetur textura Olei, & consequenter moru Putredini simillimo ita alterabitur Tartarus, ut Spiritus & Sal volatile haberi queat. Nempe videtur huc respexisse LANGELOTT in famosâ sui Tartari Fermentatione, de qua vid. *Epist. ad Nat. Curios. pag. 10.* & BARTHOLINUS *Cent. II. Epist. 42. pag. 532.* item *Epist. BECKII ad Langelotti.* de hac materiâ: dum Solutioni Salis Tartari additur Tartarus crudus, quo ingens Ebullitio excitatur propter Sal Tartari fixum, quod congregitur cum Acido Tartari; in Crystallum abeunt lamellarum instar, & sunt Diuresicum singulare. Et hoc est, quod dicitur, quod Sal Tartari per Fermentum proprium fermentatum, det Spiritum volatilem.

Sed Effervescentia hæc est saltem, non verò Fermentatio; & Bullæ istæ aviformes communes sunt quibusvis aliis Fermentationibus Concretorum nonnihil pinguium; & Spiritus, qui hoc modo obtinetur, nihil præ vulgari Tartari Spiritu obtinet. Unde & BECKIUS minùs ferit scopum, dum Concretum quasi ammoniacale exinde emergere putat: quod tamen ad Concretum Tartari pingue, & diversimodè compositum, non adeò quadrat. Habeatur saltem ratio Pinguedinis in Tartaro, ejusque per Alkali Putredinis motum Resolutionis, & res sponte patebit, uti *suprà* ex Olei empyreumatici cum Sale fixo digestionem innouit.

Cæterùm optimus Spiritus Tartari volatilis est, qui fit ex Facibus Vini; & præ cæteris omnibus per Detonationem cum ana Nitri paratus Spiritus, sit dictus Carminativus de Tribus, cum parte tertiâ Salis Tartari vel Cin. Clavell. aut Calcis vivæ; per Retortam ritè destillatus in Receptaculum, cui Spiritus Vini tartarifatus infusus sit; & Tinctura Solaris Nephritica Ammelungii, quæ præparatur ex ana Tartari, Nitri, Mineræ Antimonii, & Silicium Saalfeldian. solarium, qui maculas & fibras quasi solares striatas habent: pulverifatis his admiscendo Nitrum in Aquâ calidâ solutum; subigendo probe, & reponendo aliquandiu in cellâ, sæpiùs agitando, destillantur postmodum per Retortam cautè, ne cum impetu fulminante omnia diffrigant: Liquor prodit urinosus, coloris nonnihil aurei, egregius propter Sal volatile Tartari nonnihil oleosum: nam parum Sulphuris Antimonii est quod continet, & nihil quod ex Silicibus habet, parum igitur respectu hujus præstare potest. *Dosis* ℥ss. vel ℥j.

Post Spiritum Tartari vulgarem, Oleum copiosum factum, sub quo copiosum Sal volatile ab Acido pingui concentratum delitescit, prodire, *superius dixi*. Hæc enim duo

COR-

5. Tinctura seu Sulphur Tartari.

R. *Sal Tart.* optimè purificatum, calcina igne violentissimo ad cœrulitatem; deïn affunde *Spiritus Vini*: extrahe rubedinem s. a. decanta, abstrahæ ad consistentiam Olei. Sic habes *Tincturam Tartari*, quam si placet exaltare, digere aliquandiu cum *Spiritu Vini* recenti, ad eminentiam dig. r. affuso.

N. 1. Sunt qui ex *Tartaro* cum *Sal. com.* ana calcinato *Tincturam* hanc extrahunt: sed prævalet modus prior.

N. 2. Maxima pars Tartari decedit.

Vires. Urinam largiter ciet, confertque in Melancholiâ hypochondriacâ, Scorbuto, Hydrope, aliisque Mesenterii ac Lienis Morbis & Ostructionibus.

Dosis gutt. aliquot, 4. 5. 6. 7. 8.

6. Tartarus Vitriolatus.

R. *Ol. Tart. purissimi per deliq.* ℥iij. affunde guttatim *Spir. Vitrioli* ℥ij. vel q. s. donec strepitus cesset, idque in Vitro capaci, sic fiet *Coagulum*: sedatâ Ebullitione evaporare sine humiditatem lento calore ad siccitatem.

conjuncta exeunt sub formâ Olei, quod est Liqueor crassus obscurus & foetidissimus; ob id à multis rejicitur ut inutile quid: sed perperam; cum in eo sit Sal volatile concentratum egregium, magnarum in Medicinâ virium. Multa certè latent adhuc in hoc Oleo paucis cognita. Miscetur cum *Cornu Cervi usso*, vel cum *Cineribus Animalium*, & rectificatur aliquoties; sic acquiritur Oleum coloris aurei, saporis & odoris penetrantissimi, in Colicâ, Passione Hystericâ, &c. *dosis* gutt. iij. vel iv. in haustu *Vini*: corrigit quodcumque Acidum, & pellit Sudorem foetidissimum. Ubi opus ergò forti Sudorifero, optimum est. Præservat Calculum, purificat *Renes*, &c. Externè ad Scabiem & Luem Veneream multum conducit. Adhibetur etiam in Tumoribus Malignis, Bunionibus & Carbunculis Pestilentialibus, imprimis pro iisdem maturandis, ut & pro Ulceribus ex maturatione ortis purificandis & consolidandis. Mirificè resistit Doloribus Podagricis, & *Emplastri* loco Renibus applicatum, Dolores Nephriticis consistit.

Postquam Oleum prodiit, in Capite mortuo *Sal fixum* restit, conjunctum cum copiosis nigris terrestribus portionibus, quod factum ex colliqatione Alkali & Acidi: quæ duo cum particulis terrestribus & pinguibus colliquata abeunt in *Sal fixum*, quod de omnibus Salibus lixiviosis Vegetabilium verum est, quæ non nativa sunt, sed Igne producta, per fortem Colliqationem facta.

Hoc *Sal Tartari elixiviatum fixum* est Medicamentum singulare multis in Medicinâ & Alchymia. Nam quæcumque Acida aliena in primis viis destruit, *Febrifugum* est optimum, ante Paroxysmum in *Vino* assumptum, pellit potenter Urinam. Deinde *Digestivum* est celebre in Morbis Chronicis & Affectibus Hypochondriorum ab Acido ortis. Uterius etiam liquefactum in Aquâ adhibetur pro correctione omnium Venenorum, imprimis Purgantium: v. gr. pro Infusione purgativâ ex *Fol. Sennæ* in *Aquam appropriatam*, addatur *Sal Tartari fixum*, & hoc elicit potenter virtutes, ut promptè ab illo sequatur Purgatio. Ex hoc fundamento prodit *Infusum Laxativum Mannagettæ*, quod describit ZWELFFERUS in *Pharm. Reg.* quod paratur equidem cum *Cremore Tartari*; melius tamen foret, si pararetur cum *Sale fixo Tartari*. Unde in usu est, ut ingrediatur *Nodulus Purgans* & *Alterans Vino*, infundendo *Sal Tartari fixum*; hoc enim solutum à *Vino* efficit, ut extrahantur fortius virtutes Vegetabilium.

Si hoc *Sal Tartari* ponatur in locum humidum, liquefcit in Liqueorem (Salia enim alcalia facile liquefcunt in humido) & vocatur *Oleum Tartari per deliquium*, ad differentiam *Olei destillati fatidi*. Hoc externè in usu est creberrimo inter *Cosmetica*, contra Serpiginem imprimis, Pruritus, Scabiem, Pustulas, Varos, & sorditium Cutis quæcumque, præsertim cum s. q. *Olei Amygdal. dulcium* factum. Destruit nempe Acidum intercutaneum, unde dicta Mala oriuntur. In Achoribus & Tineis Capitis Infantum, in Guttâ rosacâ & similibus, quæ proveniunt ab Acido fermentativo sub Cuticulâ concluso, egregium est.

Tandem etiam in Alchymia *Sal Tartari* magni est usus pro resuscitandis Metallis, & pro elaborando *Mercurio Corporum metallicorum* unde etiam privilegium dicitur *Sal Tartari TACHENIO*, quatenus tanquam naturæ semi-mineralis potentiùs operatur in Concreta Metallica, aliæque Mineralia, agendo in eorum Sulphur; unde inter *Salia resuscitativa* dicta præ cæteris eminere solet; inter quæ etiam pertinet

Vires. *Digestivum* est præstantissimum, Tartarum in Corpore humano efficacissimè resolvens. Hinc utilissimè exhibetur in Ostructionibus Viscetum, Venarum Meseraicarum, in omnibus Febribus, præcipuè in Quartanâ, in Ostructionibus Mensium.

Dosis à ℥ss. ad ℥j. in convenienti Liqueore: convenientissimè autem propter saporis emendationem offertur in *Hydro-melite*.

N. Eodem modo fieri quoque poterunt *Salia Vegetabilium vitriolata*. Sic *Sal* (e. g. *Abstinii*) depuratum solve in *Aquâ Abstinii*, instilla *Spiritus Vitrioli*, procedetque ut cum Tartaro Vitriolato.

Tartarus Vitriolatus alius.

R. *Magisterium Tart.* purgans ad siccitatem evaporatum, affunde guttatim *Spiritus Vitrioli*, donec strepitus omnino cesset: abstrahæ *Phegma* in Arenâ, *Coagulum* superstes reverbera per triduum, ita tamen ut *Sal* non fundatur, sed in continuo isto calore velut fixetur. Vocatur à *P. wacelfo lib. 7. Archidox. Specificum Purgativum*.

Vires.

Spiritus Urinæ, Sal Fuliginis, Spiritus Salis ammoniacalis, &c. *Sal Tartari* tamen primatum obtinet. ejusque singularis est vis potenter omnia resuscitandi, & *Mercurios vivos* producendi. Fundamentum consistit in hoc, quoniam præprimis solvuntur Metalla per Spiritus acidus, dum ergò *Sal Tartari* fixum adjicitur, conjungit se cum Acido, quo Acido separato, ipsa Metalla liquefacta in igne regenerantur, antiquam formam assumunt & resuscitantur. Item Concretio Metallorum, quâ solutâ *Mercurius vivus* acquiritur, fit ab Acido. Dum ergò hoc Acidum per *Salia* resuscitantia, qualia sunt omnia Alcalia, imprimis per *Sal Tartari* fixum, solvitur & attrahitur, fit, ut solvatur *Coagulationis vinculum*, & acquiritur sic *Mercurius Corporum metallicorum*, qui multi est usus in Alchymia & Chymia. Multa sanè habent in hoc *Sale Tartari* volatili Alchymistæ, quia singulare privilegium obtinet, uti dixi, in Metallis resuscitandis, & Mercurio vivo producendo.

Quod II. *Salis Tartari cum aliis*, præsertim Acidis, pro usu medico *Combinationem* attinet, has inter eminet *Terra foliata Tartari*: scilicet *Sal Tartari fixo* affunditur *Acetum destillatum* q. s. pro saturando *Sale Tartari*: sic Acidum volatile Aceti se jungitur cum *Sale fixo Tartari*, & prodit per Alembicum insipidum: hoc si fiat toties, usque dum *Acetum* sub antiquâ suâ acredine super Alembicum ascendat, & remaneat *Sal Tartari* ab Aciditate Aceti saturatum, sic *Tartarus* quasi regeneratus, *Terra dicta foliata Tartari*, vel *Sal Tartari essentielle*, à quo Spiritus Vini aliquoties abstrahitur.

Multum valet in Medicinâ, estque excellens *Menstruum* pro recludendis Vegetabilibus, & extrahendis eorum *Essentis*; sicuti eadem *Terra foliata Tartari* convenit egregie in eliciendis *Tincturis Metallorum*, & cum hac præparatur *Tinctura Martis aperitiva ex Vitriolo Martis*; quæ Autore ZWELFFERO est inventa, & est excellens *Remedium* in Morbis Cachecticis, & aliis quibuscumque Chronicis: vid. *Mantissa Spagy. ZWELFFERI pag. 337*. Terra hæc foliata Tartari, conjuncta cum *Spiritu Salis Ammoniaci* in digestionem, est *Remedium* singulare in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, & similibus. Vocari etiam solet aliàs *Sal essentielle Vini*, quoniam parata est ex *Sale Tartari fixo*, *Aceto*, & *Spiritu Vini*; adeo ut ex hac Terrâ denuò possint destillari, tanquam ex Tartaro, *Spiritus*, *Oleum*, & *Sal fixum* mirâ Naturæ pericyclofi. De hac Terrâ Tartari foliatâ videatur ZWELFFERUS in *Apologia contra Tachenium*, imò ipse TACHENIUS in *Hippocrate Chymico*, & ROLFINCIUS in suâ *Chymia*, ubi de *Tinctura Martis aperitiva*, & simul de hac Terrâ Tartari foliatâ. Egregium est *Diureticum*; quod magnificè SENNERTUS, uti videre est in *Institutionibus*. Terra foliata hæc Tartari, si solvatur in loco frigido in Liqueorem, vocatur *Liquor Terræ foliatæ Tartari*, seu *Arcanum Tartari*. Terra foliata Tartari, si cum *Sale volatili ammoniacali* conjungatur, & humectatum per Retortam, in cujus Recipiente sit *Spiritus Vini*, destilletur, *Liquor* prodibit admodum spirituofus volatilis, & valde penetrans, qui resolvitur in *Spiritu Vini*, & est *Remedium* penetrantissimum atque gratissimum.

Terra hæc foliata Tartari, loco tædiofæ cum *Aceto* præparationis, compendiosius haberi potest, si

℥. *Cryfall. Tartari* ℥viij.

Sal. Tartari ℥iv.

Aquæ comm. ℥iij.

Filteretur

Vires . Purgat benignè per inferiora , & Sudores movet in Peste , Scorbuto , Hydrope .

Dosis ℥ss. in Syr. de Ros. de Rhamno, &c. Ex communicatione S. Cioff.

7. *Tartarus Vitriolatus crystallifatus.*

℞. Crem. Tart. ℥iiij. Spir. Vitriol. ℥ij. digerendo solvantur . Hinc affunde Aqu. calid. ut penitus Solutio fiat , abstrahè aliquantulum , & repone ad crystallifandum .

(*Tartarus nitratus Grulingii* ad Anginam , Febres , Hepatis infarctus utilis .)

Dosis à ℥j. ad ʒss.

8. *Sal Tartari volatilifatum.*

℞. Sal. Tart. purificat. q. v. affunde Spirit. Vin. rectificatiss. destilla ex Arenâ per Alembicum cohobando aliquoties (3 .) & adhærescet *Sal Tartari* lateribus Alembici .

N. Si per MB. destillaveris , non sublimabitur , sed exhibebit *Menstruum Corallis solvendis* idoneum .

Vires . Insigne est *Lithontripicum* .

Dosis gr. v. vj.

Filteretur Liquor post ebullitionem factam , & evaporetur ad siccitatem , & in fundo restabit *Sal candidum* .

Hoc ipsum optimè cum *Martialibus* jungitur , speciatim cum *Vitriolo Martis* , & exinde fit vel in formâ liquidâ *Tinctura Vitrioli Martis Zwelfferi* , vel in formâ siccâ *Pulvis Martialis compostus* : vid. ZWELFFERUS loc. all. Quinimodò & ipse *Cremor Tartari* cum *Vitriolo Martis* probè subactus , compendiosius sub eadem efficacità eadem Remedia , tam in formâ siccâ quàm humidâ , suggerit . Autore LUDOVICI in M. A. N. C. Ann. 3. Observat. 250. pag. 454.

Tinctura Tartari ab AUTORE sub hoc nomine descripta , propriè loquendo est *Non Ens* , & nihil aliud , quàm *Sal Tartari fixum* , subtilius cum substantiâ fæculentâ , ex Calcinatione intensiore enatâ , in *Spiritu Vini* solutâ . Recipiunt nempe *Sal Tartari* calcinatum ad cœruleitatem ; affundunt *Spiritus Vini* , ponunt in digestionem , decantant , *Sal Tartari* iterum calcinant ; hinc etiam omnem suam efficaciam debet saporì acri calcifato . Sed est impostura ; nam perfectè calcinatum *Sal* nullam deponit *Tincturam* ; sed quicquid *Tincturæ* est , id habet à *Sulphure Carbonum* incensorum , ab *Alcali Tartari* imbibito . Unde etiam usque ad cœruleitatem calcinari debet , quòd *elegans & rubicunda Tinctura* obtineatur . *Tinctura* ergò ista non elicitur ex *Sale Tartari* ; sed oritur ex *Spiritu Vini* , cum scoriis terreis *Salis Tartari* per fortiores calcinationem genitis , se tingentis ; quibus pro *Tincturæ* exaltatione ipsum *Sal à Spiritu Vini* blando calore imbibitum aliquantulum tribuit . Per experientiam constat , violentâ Calcinatione ad cœruleitatem usque successivè ipsum *Sal Tartari* absumi penitus , ut factâ novâ semper *Lixiviatione* , *Inspissatione* & *Calcinatione* , totum *Sal fixum* destrui possit , & in *Fæces* obscuras commutari . Has *Fæces* , quæ cœruleum colorem *Sali Tartari* conciliant , imbibit *Spiritus Vini* cum particulis salinis , & exinde *Tincturam* istam repræsentat . Si recipiatur *Caput mortuum Spiritus Carminativi* probè calcinatum , & infundatur in *Spiritus Vini* rectificatum , cujus partibus iij. pars i. *Spiritus Tartari* addita fuerit , mediante digestionem pars alcalica *Spiritui* committitur , ac elegans & pro usu Medico efficax *Tinctura* sic paratur .

Vi alcalinâ *Acida* primarum viarum absorbet , cum iisdem in falsum saporem diureticum abit , & egregium Remedium est contra Calculum , mucilaginem Stomachi incidit , Appetitum provocat , Corpora resinosa dissolvit , & usui medico aptiora reddit , Menfes stimulat , &c. Cùm hac quælibet *Resinosa* aliàs irresolubilia in *Essentias* adiguntur .

Paratur etiam *Tinctura Tartari acris* , ex *Tartaro* & *Calce vivâ* coctis vel calcinatis , hinc extractis , inspissatis : quod cum *Spiritu Vini* digeritur , & ad usum servatur .

Ex hoc *Sale Tartari* fit *Tartarus Vitriolatus* , affundendo *Sali Tartari Spiritum Vitrioli* : Alii cum *Spiritu Salis* componere satagunt *Sal Tartari* ; sed labor horum frustraneus est : nil aliud enim quàm *Vitriolum* & *Sal regeneratum* accipiunt . Præfero ergò modum *Tachenianum* in *Sua Clavi Hippocrat. Chym. p. 70.* Optime fit ex *Oleo Tartari per deliqu.* & *Vitriolo* ex *minera Martis Solaris* in *Aquâ soluto* , ad imitationem nempe *TACHENII loc. alleg. vid. WEDELIUS Pharmac. pag. 21.* sic enim in *Sal falsum* amaricans abit .

Elegans & universale est Digestivum ante Purgationem pro *Affectibus Ventriculi & Intestinarum* , & *Aperitivum* viarum & meatuum obstructorum ; sapore enim suo iusto , & vi nonnihil laxativâ & diureticâ insigniter abstergit & temperat ; hinc in *Morbis Chronicis* Remedium meritò laudand-

9. *Liquor Tartari Spieticus.*

℞. Tart. ℥j. Sal. com. ℥ss. (al. ℥ij.) Misce exactè , imponeque *Mortario* , *Sartagum* vel *Laminæ ferreæ ignitæ* . ut calcinentur . Hinc pulverifata ac affunde *Aquæ ferventis* ℥iiij. digere in loco calido per dies noctesque (6 .) quotidie agitando , postea colentur , ut omnis faldedo insit *Aquæ* . Huic *Aquæ* imprægnatæ tandem adde *Tart. el. ℥j.* digerantur per dies noctesque (8 .) , filterenturque pro usu .

Vires . Insigne est *Deoppilativum* *Lienis* , aliarumque *tartarorum* *Obstructionum* , *Mensentium* maximè *infestantium* , adeoque utile in *hypochondriacâ* , *Scorbüticâ*que *Affectione* , ac *Mensium* *obstructione* .

Dosis Coch. ℥. ad i. cum aliis appropriatis *Vehiculis* .

(*Tartarus Emeticus Mynsichti* exhibetur ad gran. ij. *Hoffmanni* à ℥j. ad ʒss.)

TEREBINTHINA vide RESINA ,

CCCCIX.

dum est . Observatur quoque , quòd si *Tartarus Vitriolatus* à ℥j. ad ʒss. *Purgantibus* admisceatur , dimidia saltim *Dosis* sit fumenda *Purgantis* , quoniam *Tartarus* per se habet vim proritandi *Alvum* , & stimulandi *Intestina* ad excretionem .

Uterius paratur *Tartarus Vitriolatus metallicus* , seu qui conjungitur cum *Metallis* , imprimis *Tartarus Vitriolatus antimoniatum* , ex liquescentiâ & fusione mutuâ *Antimonii* & *Salis Tartari* , elixiviati ex *Capite mortuo* , affuso *Spiritu Vitrioli* .

Quidam ad imitationem *Tartari Vitriolati* parare satagunt *Tartarum Nitratum* , si *Spiritus Nitri* conjungatur cum *Sale Tartari* (per effervescentiam enim coeunt ;) qui egregius dicitur in multis *Morbis internis* , cui multum tribuit *BARTOLETTUS in Tract. de Respir. diffic. l. 5. c. 1.* Sed observetur , quòd sicut *Sal Tartari* cum *Spiritu Salis* conjunctum , dat *Sal commune* : ita cum *Spiritu Nitri* det verum *Nitrum regeneratum* .

Denique cum *Sal Tartari fixum* non sit aded magnarum virium , si sub fixitate suâ persistat , propterea semper *alaborarunt* omnes *Alchymistæ* , ut *volatilifaretur* . Ubi observetur distinctio , quòd aliud sit *Sal Tartari volatile* , & aliud sit *Sal Tartari volatilifatum* . Nam *Sal volatile Tartari* potest parari ex *Fæcibus Vini exsiccatiss* , quod est egregium , uti *suprà dictum* . Quod autem attinet *Salis Tartari* operosam , milleque modis tentatam *Volatilifationem* , ad quam primus omnium stimulum addidit *HELMONTIUS Tract. de Febris cap. 15. §. 26. & cap. 17. §. ultimo* , magnus requiritur labor , & qui nõrunt volatilifare *Sal Tartari* , habent succedaneum *Liquorem Alcabest* , seu *Menstruum Unversale* . *Sal* enim hujusmodi *fixum volatilifatum* est Remedium penetrantissimum , quod autore *HELMONTIO* proreptat ad quartum *Digestionis* limen , quod statuit in *Arteriis* , quodque saponariâ virtute quascunque partium sordes abstergit , & *Corpus* purificat virtute stupendâ . Mirum quid in *Melancholicis* *Affectibus* præstat *Sal Tartari volatilifatum* !

Natura Volatilifationis Salium fixorum consistit in eo , ut *Terra* figens *superflua* separaretur à *Salibus* fixis : ut *Salia* colliquata , *Acidum pingue* cum *Alcali* volatili , redigantur in naturam volatilem , quæ , quoniam *Ignis* colliquatione admodum antè sunt concentrata , emergit *Sal volatile* quasi oleosum acerrimum , penetrantissimum , in *Solutionibus* *Corporum* & inde parandis *Remediis* efficacissimum .

Quare autem *Salia* fixa tanto studio volatilifare nitantur *Autores* , & in quo *Salia* fixa volatilifata , à *Salibus* per se volatilibus differant ? optimè videtur explicare *BECHERUS in Suppl. 2. pag. 82. & seq.* Conf. etiam quoad hanc materiam *BECKIUS Epist. de Sale Tartari pag. 19.* item in *Experim. pag. 124. & 144. & seq.* Perficere hoc ipsum res multi laboris est , ut hoc docet *BARNERUS in Prodr. Vindic. lit. C. &* imprimis laboriosissimum se exhibuit *LUDOVICI Tract. de Sale Tartari. Modi volatilifandi* instituuntur varii ; infelici tamen cum successu . Sunt qui *Alumen* cum *Sale Tartari* fixo mistum destillant , unde acquirunt *Spiritus urinosum* , & *Sal volatile* : sed hoc *Sal* non ex *Tartaro* , verum ex *Alumine* est . Quidam volunt volatilifare per *Spiritus Vini* egregiè correctum & rectificatissimum ; & verum est , quod aliquid substantiæ volatilioris alcalifatæ rapiat secum *Spiritus Vini* per repetitas per *Retortam* *Cohobationes* ; sed genuinam non sapit *Volatilifationem* . Alii volunt volatilifare *Sal Tartari* per *Deliquescentiam reiteratam in Aère* , quali modo *ZWELFFERUS in Pharmac. Regiâ pag. 247.* magno hiatu multa promisit ; sed labor hic est ridiculus , & *o-phisticus*

CCCCIX. T H U S.

Libanum, Dioscoridis, Λιβανων, Olibanum, Arab. *Lovan*, Conder. German. *Voeyrauch*. Gall. *P Encens*. Resina est duriuscula, pellucida, profluens ex Arbore Arabica *Lovan* Arabibus dicta. Vide Thus, *Matth. Cord. hist. Cæs. Lovan* & Conder, *Garz. C. B. 7.* (inter *Gummata*)

Genera *Thuris* traduntur duo, Masculinum scilicet, quod proprie *Olibanum* dicitur, seu *Melax* (Arab. *Melafon*), & Femininum.

Masculinum ex albo flavescit, suapte naturam rotundum est, Guttarum formam referens, candidum intus & pingue.

Femininum, resinofum magis est, ac molle, citò ardens, flavum.

Præfertur Masculinum, ut quod ex Arboribus montanis colligitur.

Vires. Calcificat 2. siccatur 1. subastringit. Usus præcipui intrinsecus ad varios Capitis & Pectoris Affectus, ut ad Alvi, Uterique Profluvia, ad Tussim (deglutitur vesperi frustatim,) Vomitum, Sanguinis excretionem, Diarrhœam, Dysenteriam mitigandam. Extrinsecus inservit Suffitibus pro Capite roborando, Catarrhos discutit, cava Ulcera carne replet, & ad Cicatricem perducit, cruenta Vulnura cephalica imprimis glutinat, Perniones (cum *Suillo Adipe aut Anserino*) sanat, Ulcera cacœthea, tum Sedis, tum reliquarum partium demulcet, (tritum cum Lacte in Linimento): Oculorum rubedini ac Lippitudini medetur, scilicet *Aqua Rosarum* multiplici extinctione *Thuris* imprægnata, *Lactique muliebri* post-

modum commixta, pro *Collyrio* liquido. (Verrucas incipientes & Impetigines abigit, cum *Fice* & *Aceto* impositum.)

Cortex *Thuris* in Officinis corticosum illud vocatur, quod *Thymiana* supra appellavimus. Cortex hic præfertur crassus, pinguis, odoratus, recens, lævis, minimè scaber. Vide supra.

Manna *Thuris* sunt micæ, fragmenta (pollen, ac farina) *Thuris*, quæ ex collisione, dum in saccis vehitur, colliguntur.

P R E P A R A T A.

1. *Liquor*. Fit in *Albumine Ovi* cocti, summeque prodest ad Maculas abstergendas, cavitatesque Cicatricum explanandas.

2. *Electuarium Diabolianum*. V. *Disp.*

CCCCX. TRAGACANTHA.

Tragacanthum, Tragacantha, corruptè *Tragantum*, vel *Dragagantum*. Germ. *Tragant*. Gall. *Melese*. Est Gummi Fruticis ejusdem nominis, pellucidum, album, subdulce, leve ac sincerum, in Granis plerumque fragmentive contortis.

N. Aquam calidam solvitur, *Mucilaginemque* exhibet aliis Medicamentorum Formulæ, e. g. *Trochiscis*, formandis convenientem.

Dicitur *Spina Hirci*, Arab. *Chitin*. Germ. *Bocksdorn*.

Exsudat hoc Gummi Radice incisâ, vel ut alii volunt, sponte sua.

Præstat

phisticus; quoniam acquiritur nil nisi *Aqua elementaris*. Epicrisin quoad hunc laborem videbitis in **LUDOVICI** *Præfat. de Sale Tartari*, item in **BECKII** *Medit. & Experim. circa Rerum Natural. Princip. pag. 155*. Alii volunt volatilisare *Sal Tartari* fixum per *Rorem Majalem*, & *Spiritum* ejus; quod est magis probabile: sed est labor admodum difficilis. Alii *Aceto* mediante hoc peragere nituntur, ita ut *Sal essenziale Tartari*, crebriori destillatione & renovatâ imbibitione *Sal fixum* totum tandem secum rapiat. Succedit negotium, sed tam tardè & successivè, ut particulae fixiores repetito igne, & *Aceti* rosione ita dispergantur, ut nullibi inveniantur. Alii ex *Spiritu Tartari*, *Oleo Tartari destillato*, & *Sale Tartari fixo*, per repetitam digestionem & destillationem omnia unire, & tandem ipsum *Sal fixum* sic volatilisare nituntur: sed quod habetur *Sal volatile*, videtur esse ex *Oleo*, dum ipsum *Sal fixum* maximam partem in fundo remanebit. Ergò meliores encheireses ulterius investigandæ erunt. Modum ex *Tartaro eliciendi Sal volatile* habet **BOYLE** *Chym. Scept. pag. 142*.

Plura qui cupit de *Tartaro* ejusque Medicamentis, videat **SACHSIUM** in *Ampelographiâ*, ubi multa habet de hoc ipso *Tartaro*. (E)

CCCCIX. THUS. *Thus* quid sit? omnibus notum est; nimirum *Resina* elegans, exstillans ex Arbore exoticâ resinosa. Solet adulterari sæpiùs & permisceri cum *Cortice* & *Resinâ Pini*, sed fraus potest deprehendi in ignem injectione; quia *Fumus* de *Pino* talem non spirat odorem, quemadmodum *Thus*.

Vulgò duplicis habetur generis: *Masculinum* & *Femininum*. *Masculinum* est, quod est album, aut modicè flavum purissimum, & in Globulos rotundos concretum instar *Testiculorum*: unde etiam *Thus Masculinum* vocari obtinuit: *Femininum* est magis resinofum & molle.

Quoad Vires, non ultimi usus est. Ingreditur *Tberiacam* & cum aliis laboriosam illam constituit Compositionem. Alii pro roborando & confortando Ventriculo deglutunt aliquot grana *Thuris*, iisque Ventriculum admodum confortari dicunt. Vires habet temperatas, indeque ad acriores *Humani Corporis Succos* & *Lympham*, præcipuè acidam & balsam nimis, in Affectibus Capitis & Pectoris, aliquanti temperaturâ, corroboracione & adstrictione opus habentibus; unde in Tussi sicâ, Asthmate & Raucedine, multum convenit. Singulare speciatim est pro Curâ Pleuritidis; unde Tom. IV.

(E) *Tartarus Officinis Medicis* notissima materia est, lapidea, vel potius crustosa, Vini doliorum parietes internè circumtegens, alba vel rubra, pro vario Vini, unde emergit, colore. Videtur esse pars Vini crassior, sed salina, ope fermentationis à Vino ipso secreta, ac dolio adhærens. Sexcentas habes tum apud nostros, tum apud alios Autores *Tartari Præparationes*. Sed ut mihi quidem videtur, his omnibus faciliè carere poterimus, dummodò *CrySTALLIS* seu *Cremore Tartari* ritè depurati potiamur. De Volatilitate Salis Tartari integram legere potestis (si otium sit) *Dissertationem apud Pharmacopœiam Schrœdero-Hoffmannianam lib. 4. Class. 2. pag. 538*.

(F) *Thus* à *Sû* suffio, quod pro Suffitibus præcipuè adhibeatur. Præter usum Medicum, in sacris ceremoniis non infimum locum obtinuisse, nemini non cognitum.

QUERCETANUS recipit *Pomum dulce* excavatum, replet cum *3j. Thuris* (hodie *Mastiche* additur) postea operculo testum sub cineribus coquit; quod ita coctum in Pleuritide comeditur, ita ut *Aqua Cardui benedicti 3ii* superbibantur. Videatur de hoc ipso **RIVERIUS** in *Praxi*, uti etiam in *Cent. 1. Observ. 76*. Hoc *Pomum* adhuc melius perficit **FORESTUS** *lib. 2. Curat. 85*. qui intromittit *Thuris ʒʒ.* & *Flor. Sulph. ʒj.* quæ coquit, & dat contra Pleuritidem. Tale *Pomum* similiter utile est in Asthmate: vid. **RIVERIUS** *Cent. 4. Observ. 88*. Item *Pomum* hoc modò paratum est egregium Experimentum in Dysenteria, dum *Ulcuscula Intestinalium* consolidat, & fluxum Sanguinis inhibet, & imprimis in Dysenteria sumitur convenienter *Cotoneum excavatum*. Aliàs *Thus* & ad *Diarrhœas* & muliebria Profluvia laudatur. Rarioris tamen est usus interni.

Extrinsecus ulterius usus est frequentis in Suffitibus Capitis pro Catarrhis, Vertigine, Coryzâ, & similibus, uti & in Procidentiâ Ani & Tenesmo, si scilicet in Sella sit Suffitus, qui Ano aperto excipiatur. Deinde frequentis est usus in Ulceribus manantibus, & Vulneribus nervinis: sicuti etiam *Epuloticum* est primarium; unde nullum ferè *Balsamum*, *Unguentum*, & *Emplastrum Vulnerarium* & *Ulcerarium consolidans* est, quod *Thus* non ingrediatur: pro quo scopo etiam solet *Pulveribus Dentifricis* permisceri, quando copiosus Sanguis per Gingivas transfundat.

Oleum Thuris in Phthisi efficacissimum est Remedium.

FABER in *Myrobec. Spagy. lib. 2. cap. 43*. præparat ex *Thure Quintam Essentiam Thuris balsamicam* cum *Spiritu Terbinthina*, quæ egregium est Remedium. (F)

CCCCX. TRAGACANTHA. *Tragacantha* est *Liquor* gummosus ex *Planta*, *Tragacantha* dicta, exsudans, quæ est Frutex parvus, friabilis admodum, & spinosus, in Italiâ frequens; unde à quibusdam dicitur *Spina Hirci*: ex Radice imprimis scissâ vel fractâ exsudat.

Gummi hoc in Aquâ communi facile in *Mucilaginem* resolvable, hujus ratione egregium est in Tussi sicâ & Raucedine, aliisque Affectibus Pectoris, pro demulcandâ Acrimoniâ, ubi *Rotula* inde fiunt, quæ successivè deglutuntur. Quod valet de Humoribus acris in Pectore, valet de Urinæ Acrimoniâ, quando convenit in Dysuria, exulceratione Renum, Stranguriâ &c. dum eandem Acrimoniam simul demulcet & compescit, Partes quoque exasperatas, excoriatas earumque Fissuras &c. mitigat; unde tam externo, quam

X x

Præstat pellucens, gracilis, levis, sincera, subdulcis.

Vires. Refrigerat 2. (aliis temperata est) humectat 1. (aliis siccatur), lenis, Cutis spiracula obstruit, Acrimoniam mitigat, incrassat. Usus præcipuus ad Tussim inveteratam, ad Fauces exasperatas, retusas Voces, cæterasque Destillationes (cum Melle inde fit *Linctus*, subditurve Linguae, ut liquecat,) contra Renum dolorem & Vesicæ rosiones (in *Pusso* vel *Brodio*,) in Dysenteria. Extrinsecus ad Dysenteriam (in *Cyberibus*,) ad Rubedinem & acres Destillationes Oculorum (soluta *Aqu. Rosar.* vel *Lacte*,) ad Palpebrarum scabriciem. *Defis* 3j.

N. *Tragacantha* quò vetustior, eò calidior.

P R Æ P A R A T A.

Species Diatragacanthæ calidæ (v. *Disp.*)
Diatragacanthæ frigidæ.

(*Tragacanthum Venereum Indicum*, *Nidus Avium*, commendatur ad excitandam Venere in Juculo mane sumptum.)

CCCCXI. TUBERA CERVINA.

Fungus Cervinus, Cervi Boletus, *Matth. Cam. Lon. Tab. Cord. in D. C. B.* 2. Germ. *Hirschbrunst*, *Hirschwamm*. Gall. *Terebinthe*.

Crescit in sylvis, ut vulgò creditur, ex libidine Cervorum, quippe nonnunquam formâ Genitalis Cervini reperitur. Verum testibus *Lonicero* & *Cordo*, nec iis denegatur locis, ad quæ nec Cervi, nec Damæ unquam pervenerint. Inhiant au-

quàm interno usu *Mucilago* ejus frequens usurpatur.

Externè *Mucilago* hæc convenit ad Fissuras Manuum, Pedum, Papillarum, &c. cum *Aquâ Spermatis Ranarum* extracta. Ingreditur *Pulverem Sympatheticum compositum*: nam habemus & *Simplicem*, ex *Vitriolo Romano* ad albedinem calcinato in Sole, & adhibetur ad Vulnere cæsim & punctum inflicta; & *Compositum* cum *Tragacantho* permixtum, qui convenit in Vulneribus cum Contusione, Ossium Fracturâ, & similibus Symptomatibus conjunctis, in quibus Pulvis simplex non est sufficiens. De his Pulveribus multa hinc inde profant: videatur tamen etiam *WORMIUS in Museo*, ubi de *Vitriolo*. Aliàs externus usus rarus est.

Profant in Officinis *Species Diatragacanthi* utilissimæ pro compescendâ Tussi, sub formâ *Rotularum* & *Morsulorum* liquefactæ in Ore, & sensim sensimque deglutitæ, & quidem in Catarrhis falsis, ubi oriuntur Raucedines, aliique cognati Affectus.

Sub *Trochiscorum* quoque formâ cum aliis propinatur, uti sunt *Trochisci de Carabe*, *de Terrâ sigillata*, &c. (G)

CCCCXI. TUBERA CERVINA. *Tubera cervina*, Germ. *die Hirsch. Brunst*, vocatur etiam *Fungus Cervinus*, usitatissimè *Boletus Cervi*. Est *Species Fungi*, & figurâ externâ *Membrum genitale Cervi* repræsentat; unde Fabula orta est, quòd in Sylvis ex Spermate Cervi, in orgasmo ejaculato, crescat. Sed nihil est. Teste enim *LONICERO* & *VALERIO CORDO*, Fungus talis reperti solet etiam iis in locis, ubi nunquam fuere Cervi reperti.

Hinc patet, quòd externâ figurâ occasionem dederit Commento, quòd oriatur ex Spermate Cervi, adeoque ad Venere conducatur; unde ingreditur *Electuaria Venere stimulantia*: sed pessimo consilio, cum ex se sic indigestæ naturæ, & instar omnium Fungorum aliquid maligni in recessu habeat. Ergò potius extinguit Venere, quàm provocet. Hinc secutum ex uno inconvenienti adhuc aliud; quòd Mulieres

(G) *Tragacanthum Gummi*, extillat ex Plantâ *Tragacantha dictâ*, à *τραγός* Hircus & *ἀκανθα* Spina, quasi Spina Hircina. *Tragacantha* autem Plantæ Genus est Flore papilionaceo, cujus pistillum abie in siliquam bicapsulam, Seminibus fetam reniformibus. Addit *Tournefortius Folia bina costæ in mucronem abeuntia adbærentia*. *Vulgaris species* est *Tragacantha Massiliensis* J. B. quæ ramos plures emittit lanugine obritos, ac spinis albis armatos, ac Foliis exiguis ornatos: Flores in extremis oriuntur racematim, albi: Radix longa est, alba, lignosa, è quâ præcipuè exsudat Gummi, ut plurimum vermiculatum.

(H) *Tubera Cervina dictâ*, quibusdam Cervi Boletus, est J. Bauhino magnitudine Juglandis vel Avellane, tuberosus, mediæ consistentiæ, cortice subcineraceo, granulato, cui callus subest atro-purpureus: medullium fungosa ex albedo purpurascens substantia occupat, raræ texturæ, Aranearum telis finillima, ut exsiccatione in pulverem, ut *Crepitus Lupi* abeat.

Crepitus verò *Lupi* est, quod *Lycoperdon* Græco vocabulo appellare mavult *Tournefortius*, ex eoque Genus Plantæ constituit, in quo & Flores & Fructus vulgò desiderantur: ad Fungum accedere ait, subditque, illius Species duritiem primivam & carnosam substantiam præferre, hinc disruptas pulverem minutissimum effundere. Species Officialis, quam *Lycoperdon* vulgare laudatus A. appellat, nullo conspicuo pediculo nititur, glomeratâ rotunditate, Juglandis ut plurimum magnitudine in pascuis observatur: albâ primivâ cute est & medullâ, mox hâc corruptâ, si comprimatur, sumum pulverulentum cum crepitu emittit. Inter *Ichæma medicamenta* connumeratur.

tem iis Cervi ob odorem fortem, quo delectantur.

Vires. Rari usûs est, nec adhibetur, nisi quòd nonnulli ad Libidinis stimulum, Latissimè incrementum id commendent, cui *Lonicerus* contradicit, qui contra naturæ frigidæ & humidæ statuit, adeoque ad stimulum ineptæ. Extrinsecus commendatur ad Uterinas Ascensiones compescendas, & Partûs difficultatem.

N. His subjungi poterit & *Fungus Chirurgorum*, videlicet *Fungus orbicularis*, ovatus, pulverulentus, *Crepitus Lupi*, Germ. *Bubensist*, *Wesbersist*, *Wolffsist*. Videatur *Lon. Tab. Cast. Dod. Matth. Cam.*

Hujus vires sunt adstringere, siccare, adeoque Pulvis ejus ad Intertrigines, & Abrasa non inutiliter adhibetur, de quo plura suprà.

CCCCXII. DE VINO.

Anatomia Vini.

Vinum est Succus Vitis, Fermentatione exaltatus. Dicitur *Paracelso*, Sanguis Terræ. *Quercetano* omnium Vegetabilium Princeps, & maximè vitriolatum. Eligatur generosum, beneque maturum.

P R Æ P A R A T A V I N I.

Sunt varia, pro diversis scilicet partibus variantia. Nimirum

Vini

illum permiscere soleant in *Poculis amatoris* cum aliis quibusdam *Speciebus Incantatoris & Magicis*. Hæc enim omnia sunt vana & inutilia: adeoque Fungus hic optimo jure ab Officinis potius exulare debet, quàm ut eodem frustra utamur: Videatur *WORMIUS pag. 139.* & *VALERIUS CORDUS in Notis in Dioscor. cap. 83.*

FUNGUS verò LUPINUS, seu *Lupi Crepitus* ab *AUTORE* hic additus, est Fungus sui generis famosus apud Chirurgos, & exsiccatus in Vulneribus recentibus pro sistendo Sanguine undecunque manante usurpatur, uti notum est: Spongiæ enim instar hunc imbibit, qui coagulatus talem acquirit texturam, ut exinde obturetur orificium Vasis Sanguinem fundentis. Præstantioris effectûs observatur, si discindatur in Taleolas, & comprimatur quantum possibile, & tunc imponatur; qualem modum præparandi docet *FELIX WURZIUS in Chirurgiâ*, ubi tractat de *Symptomatis Vulnerum*. (H)

CCCCXII. VINUM. Vinum nihil aliud est, quàm *Mustum* ex Uvis expressum, Fermentatione depuratum & exaltatum; nempe *torius Maturationis Fructuum progressus sit per Fermentationem*. Sunt enim ante sui Maturationem acidi vel austeri, dominante nempe Acido, nec sufficienter cum Alcalino & Oleoso fermentato. Dum verò Pedunculi Fructuum Baccarumque arescere incipiunt Fructus ulteriori Materiæ nutrientis affluxu destitutus, fermentare incipit; sub quo motu Acidum cum Alkali in debitâ texturâ coit, & interposito Pingui temperantur, simul verò ad aliqualem subtilisationis & volatilitatis statum deducuntur, unde dulcescunt, molliores evadunt, & moles notabiliter augetur. Fermentatio dicta sufficit quidem pro proportione texturæ, Fructûsque mutatione pro debitâ Maturatione, nondum verò ad Spiritualescentiam debitam sufficit.

Cum *Musto* hoc commune habent omnes omnium Vegetabilium *Succi expressi*, ut fermentescendo depurentur, partim per heterogenearum & non miscibilium particularum separationem,

Vini partes sunt

1. *Essentia* subtilissima, incorruptibilis, vulgò *Aqua Vita*, *Aqua Ardens*, *Spiritus Vini*, *Sulphur caeleste*, *Sulphur Bosoardicum vegetabile*, *Menstruum caeleste*, *Aqua calica*, *Lullii Calum*, *Clavis Philosophorum*, *Corpus æthereum ex Igne & Aquâ constans*, *Balsamus volatilis Liquoris catholici*. 2. Magna copia *Aquâ* inspidæ corruptibilis. 3. Hanc sequitur, *Spiritus* quidam fumidus, qui nihil aliud est, quàm *Sal commune* Vino volatili crassius, in formâ Fumi ascendens. 4. Huic mox subjungitur *Oleum* quoddam verè pingue & unguosum combustibile, sed paucum. 5. Ex Capite mortuo extrahitur *Sal commune* quoddam corrosivum. 6. Post extractionem Salis communis relinquitur *Terra* limosa inutilis. *Sala in Anatomia Antimonii*. Hinc

1. *Spiritus Vini*, scilicet *Aqua Vita*, *Quinta Essentia Vini*.

2. *Vinum generosum*, destilletur per Vesicam, donec pars optima destillarit, (quod guitu facile cognoscitur): destillatum rectificetur aliquoties per B. M. abstrahaturque saltem pars dimidia, tertia, aut quarta, ut nihil humiditatis relinquat combustibilis.

N. 1. *Rectificatio* feliciter peragitur 1. Si in Rectificatione orificium Cucurbitæ Chartâ subtili triplici vel quadruplici, vel Panno spissiori tegatur, quippe hac ratione penetrat solum pars spirituosior, aquosior in Cucurbitam relabente. 2. Si Rectificatio ex Cucurbitâ colli longi, vel per Phialam, Serpentinamque perficiatur.

nem, partim per reliquarum miscibilium arctiorem unionem, & per oleositarum volatilisationem. Dum enim in Succo Fermentatio cessans ulterius continuatur, per motum hunc intestinum partes salino-oleosæ magis magisque attenuantur, perfectè volatilifantur, & fiunt liberiores, dum ab aliis separantur, & in volatilitate ac in penetrabilitate sic exaltantur; ex qua Exaltatione ex parte in Spiritum abeunt, indeque Liguosi vinosi prouident, uti in *Vino ex Uvis*, item *Pomaceo*, *Pyraceo*, &c. manifestum est. Pariter hoc fit sub Fermentatione Musti, unde sequitur vis Vini roborandi & confortandi, ac abusu Ebrietatem conciliandi: unde Mustum sub Fermentatione longè aliter se habet, ac post eandem. Nam si quis vel Dolium Musti eberet, nunquam tamen inebriaretur; quòd si verò vel Cantharus Vini generosi assumatur, vis illius sentietur, facilèque quis inebriabitur, & hoc habetur per Fermentationem, dum exaltatæ partes spirituosæ, & à vinculis liberatæ, facilè penetrant, & vi narcotica afficiunt, & ligant Spiritus nostros. Et quidem hoc non tantum contingit ex Succo Uvarum, sed etiam ex Succis expressis quorumcumque; Fructuum, uti notum est, ex Pomis, Pyris, Baccis Rubi Idæi, Cydoniis, & similibus aliis. Propter egregias has virtutes *Vinum* non immeritò vocatur *Sanguis Terræ*, & *Princeps omnium Vegetabilium* à PARACELSO.

Auctà ulterius Fermentatione magis successivè attenuatum Acidum hoc, partim extrudit, partim concentrat Alkali, & simul supprimit Oleum & Spiritum, adjuvante imprimis Calore externo; & sic ex Vino fit Acetum. Nempe Tartarus, per substantiam Vini novi dispersus, Fermentatione continuatâ ita recluditur, ut in fluorem abeat, ut loquitur WILLISIUS, hoc est, totam massam undique repleat. Hinc BILICHIUS Acetum Tartarum liquidum, Tartarum verò Acetum siccum seu coagulatum appellat; unde ex Aceto volatilis Spiritus ordinariâ Methodo amplius acquiri nequit.

Mustum est quo fit Vinum, compositus est Liguor salus salinus oleosus, de Acido nempe & Alkali participans: & quidem, quò magis de Alkali & Oleo participat Mustum, eò dulciora exinde fiunt Vina. Per se alba sunt Vina; rubra verò fiunt, si Mustum fermentet unà cum parte Vinaceorum: nempe Alkali Vinaceorum temperat Acidum, & ita texturam immutat, ut exinde rubescat Alkali cum Oleo concurrans. Hinc *Vina rubra magis tartaræ, quàm candida*, diutiusque in Corpore subsistunt, quàm Vina candida.

Vina dulcia, Muscatellinum, Hispanicum, &c. non solent fermentari, nisi pars Phlegmatis prius evaporarit. Hinc est, quòd non tantummodò sunt glutinosa, sed & quòd Phlegmatis defectu non possint sufficienter fermentari, unde non ritè exaltatur Oleum, nec debite in Spiritum volatilifatur; hinc multò minùs Spiritus de Vino Moschato & Hispanico colligitur, quàm de Vino Rbenano, vel Gallico: hinc etiam Saporem acidulum pungentem acquirere nequeunt, sed dulcia permanent; cum Oleum non sufficienter rarefactum impetom. IV.

N. 2. Nonnulli obstruunt Cucurbitæ vel Phialæ orificium Spongiâ Oleo imbutâ, qua ratione solus Spiritus transit, Aquâ in Spongiâ remanente. *Sennertus Instit. Libavius in Alcym.* Verum nemini suafero hunc modum, inficitur enim ab Oleo ascendente ipse Spiritus Vini.

N. 3. Eodem modo paratur Spiritus Vini & ex Facibus Vini, ut & ex Siliquis Uvarum, ex quibus Vinum fuit expressum. *Keslerus 1. cap. 70.*

2. *Aliter Spiritus Vini subtilissimus.*

2. *Vini generos.* q. v. digere (14.) per dies in Fimo, vel alio lenissimo Colore, postea per Phialam destilla, destillatumque aliquoties per eandem Phialam rectificata, donec ad summam subtilitatem pervenerit.

2. Hujus Spiritus ℥ij. misce cum recentis Vini ℥vj. destilla iterum per Retortam, ac prolice saltem ℥ij. attunde iterum recentis Vini ℥vj. ac destilla denuò, ut dictum, idque repete septies vel pluries ab ℥ij. colligendas.

N. Hic Spiritus adeò subtilis ac fugax est, ut guttatim destillando, ne Terram quidem attingere possit, quin in auram evanescat. *Tentzelius. Gluckerath in Beguin.*

Vires. Spiritus Vini calidus est & siccus, penetrantissimus, incorruptibilis, resistit Putredini, refocillat Apoplecticos, Gomate oppressos, &c. Extrinsicè resolvit Tumores frigidos ac scorbuticos, arcet coagulationem Sanguinis in Contusionibus, Cruoremque resolvit ac discutit.

N. Sunt qui Spiritum Vini circulatum ac toties destillatum, ut in oleaginosam abeat consistentiam, *Circulatum Paracelsi* autumant, sed malè. Alii Spiritum Vini cum proprio Sale, inter-

diat resolutionem Salium, præprimis acidi, & consequenter Saporis debitam intensionem. Unde *Mustum recens*, si infundatur *Limaturæ Martis*, fermentare nescit: equidem Bullas copiosas in superficiem ejicit propter Acidum Martem rodens, & ita nonnihil cum Marte effervescens; interim tamen quoniam Acidum, relicto proprio Alkali, in Martem agit, Fermentatio cessat, & ita nec Acetum, nec Vinum fit, quin talis Solutio per plures annos, si parum Phlegmatis evaporaverit, asservari potest. Hinc & ex Vitis dulcibus Destillatione plus Olei, ex cæteris ritè fermentatis plus Spiritus, acquiritur.

Fermentatione Musti in Vino viget actio Acidi in Alkali, hinc copiosa Substantia alcalina pinguis terræ præcipitatur in fundum, & Facès Vini, Acido in Vino imprimis dominante; quod tamen Acidum Vini, cessante Fermentatione, redit denuò, & solvit ex parte Facem, cum eaque coagulatur in ambitu Vasis in Tartarum. Hinc dulcia Vina parum Tartari suggerunt, etiam Hungarica. In Vino ergò deprehenditur Acidum resolutum cum sufficiente portione Alkali volatilis & Oleo intermixto, eoque ex parte volatilifato. Alkali Vini inexisteret docet imprimis Mechanica BECHERI quoad triplicem Vini substantiam, quam videbitis *Physic. Subterranean. lib. 1. cap. 2. pag. 33. seq.*

De Vino, ejusque Productis, Aceto & Tartaro, plura habet in specie PORZIUS in *Anat. Vini Rbenanti*; item CANONHERIUS de admirandis Vini virtutibus, BECHERI loc. allegat. pag. 429. seq. & HELMONTIUS *Tractat. Tart. Vini p. m. 255. seq.*

Usus medicum Vini quod attinet, in hoc duæ sunt pensandæ partes:

(1.) Pars oleosa salina volatilifata, sive Spiritus volatilis ardens, & hinc

(2.) Subtile Acidum, quod in omni Vino deprehenditur.

Ratione Spirituosæ partis moderatus Vini usus est summum Restaurativum; summè enim debilitatos maximè recreat & refocillat, simulque agiles facit, & exhiberat Spiritus nostros, unde in Febribus Malignis haustus Vini optimum dicitur Cordiale. Pro iis, qui in Exercitio Venereo nimis delassati atque debilitati sunt, ita ut animo linquant, haustus Vini, imprimis Hispanici, Restaurativum optimum est; idque eò magis, si indatur & agiterur cum Vitello Ovi, vel Ovo sorbili, & aliquot granis Ambræ: & mirè reficit solus Odor Vini Lipothymicos, Syncopiticos, & summè debilitatos maximè restituit & refocillat. Spiritus hi nihil aliud sunt, quàm Oleum Vini Fermentationis medio, adjuvante Igne, attenuatum & volatilifatum; cum Spiritus Vegetabiles aliàs nihil aliud sint, quàm Oleum in essentiali suo Phlegmate resolutum. Spiritus hi propter aliqualem symbolisationem promptè se sociant Spiritibus nostris Vitalibus, indeque ista Alacritas, & Virium incrementum ab ejus usu.

Substantia Vini cætera acidula, amica imprimis & perquam grata est Stomacho, Acrimoniam alcalinam corrigit,

intervenientibus tamen Digestionibus, aliquoties destillant, ut Sal tandem cum Spiritu Vini per Alembicum transferatur, vocantque *Circulatum Majus*. Libavius tract. de Igne Naturæ. Verùm fallunt & falluntur.

3. Spiritus Vini Alcalisatus.

¶ Vini generosi Hispanici vel Hungarici, q. v. elice Spiritum ac Phlegma; separe eadem ab invicem: ex Fæcibus calcinatis cum Phlegmate extrahe Sal, idque per Crystallificationem purifica, in Spiritu solve Sal, & habes Spiritum Vini Alcalisatum.

4. Spiritus Vini acuatius Tartaro, seu Spiritus Vini Tartarisatus.

¶ Spirit. Vini. ℞ij. Tart. alb. crudi puriss. grossè contusi ℥j. destilla in Balneo pleno scobe Ligni serrati madefactâ, leuissimo Igne, ut ad quartum ferè pulsum guttula cadat; quando Phlegma stillare inceperit, cessa, vel si Phlegma quoque prodierit, rectificata.

N. 1. Si subtilior adhuc expetatur, denudè ad bujus ℞ij. addatur Tartari ℥j. destilleturque ut antè. Sennertus in Institut. Tentzelius in Exeg.

N. 2. Ad cognoscendum utrùm Spiritus prodeant necne, observentur Striæ, quippe quò spissioribus Striis Alembicus refertus fuerit, eò uberior semper Spirituum fit evaporatio, & econtrà.

N. 3. Oleum, quod lentâ hac destillatione peractâ, guttis quibusdam innatare videbitur (quamvis Vina in hoc valde inter se discrepent), vera Vini Essentia æstimatur. Tentzelius.

& Digestionem primam valde promovet, Appetitum revocat, & Sanguinis consistentiam nimis fluidam, & inde vires resolutas corrigit & restituit; adeò ut turdè in Febribus possit concedi pro Virium refectivo, modò non nimis inordinatè usurperetur, adeò, ut Acidum à Stomachi Fermento possit subigi, & in Salsum volatile mutari, & sic non fit nocivum. Venenis præterea resistit; unde in Peste optimum est Præservativum haustus Vini generosi mane assumptus; Id quod omnes Pestis victores unanimi consensu testantur. Videatur WILLIS de Febr. cap. 18. de Peste, HELMONTIUS pag. 878. & DIEMERBROCCIUS pag. 145. Imò Vini meracioris Potus Oculorum dolores & rubores curat: vid. Aporism. HIPPOCRAT. 31. Sect. 6. & Aporism. 46. Sect. 7. POTERIUS Cent. 2. Observat. 63. ac RIVERIUS Cent. 3. Observ. 25. & habet Observationem BORELUS Observ. 77. Cent. 2. p. 175. de tribus Viris nobiles, antiquis Oculorum doloribus & ruboribus cruciatis, aliis omnibus irritis, Vini meracioris Potu curatis. Sed per nimium (audi vinose) usum Vini, ratione Acidj in Stomacho non subacti, & in Duodeno non ritè correcti, atque cum Acore suo ad partes transmissi, multa Mala generantur, in Intestinis Tormina, in Massâ Sanguineâ Ebullitiones, in Partibus membranosis & nervosis Dolores podagrici, in Renibus Calculi, aliaque, quæ ab Acido vulgè derivantur. Aliàs per se nemini nocet. ERASMUS FRANCISCI Part. 3. p. 30. LUSTIGERUS SCHAU-BUHNE ex BALDO Anglo refert: Vinum in Dolio prorsus corruptum ad priorem bonitatem posse redigi, si in illo Dolio viva Viperæ enectur.

Anatome Chymicâ accedente subministrat Spiritum ardentem, qui dicitur Aqua Vitæ, quoniam Spiritus vitales roborat & confortat, quatenus symbolizat quasi cum Spiritibus nostris, ut facillè in eorundem consortium rapiatur, & propter egregias virtutes à ZAPATA dicitur Aurum potabile vegetabile, cum magis confortet Corpus, quàm aliàs Aurum potabile. Hujusmodi Spiritus per Alembicum destillatur, vel in Balneo Mariæ; copiosior, isque optimus, per Vesicam elicitur ex Fæcibus Vini, & pro usu medico melior: turget enim partibus salinis alcalinis volatilibus oleosis, quæ dilutæ sunt Phlegmate aqueo. Spiritus Vini ergò est quasi Oleum, seu pars sulphurea Vini, fermentando volatilifata; hinc Saccharum, aut Sal & his affinia Concreta non solvit, benè autem Concreta oleosa, pinguis, resinosa, & similia.

Spiritus Vini rectificatus dicitur Alcohol Vini. Ejus Signum est (1.) si Cochleare unum Spiritus Vini in terram effunditur, nec tamen guttula ulla illam attingat; sed potiùs sub nebulæ formâ in aère dispergatur. Dein (2.) si cum Pulvere Pyrio subigitur ac accenditur, & nullam relinquat humiditatem, ritè rectificatus est; sin verò relinquat, signum est Phlegmatis contenti. (3.) Si Linteum à Spiritu Vini madefactum post ejus deflagrationem sine humiditate reperiatur.

Cæterùm est adhuc alius modus parandi Spiritum Vini

5. Alius Spiritus Vini Tartarisatus, seu Spiritus Vini Tartaro-alcalisatus.

Hic Spiritus si super eundem Tartarum per Retortam cum cohobis rectificatur, & in fine (Phlegmate intermedio objecto) fortiori Igne urgetur, Spiritus Vini Tartarisatus acquiritur. Sennertus Institut.

6. Spiritus Vini Tartarisatus, seu Aqua Philosophica.

¶ Tartarum in præcedenti Spiritus Tartarisati præparatione post cohobiam relictum (vel & Tartarum recentem), calcina ad viriditatem (cærulitatem,) dein affunde Spiritum illum Vini Tartarisatum, destilla & tandem propelle igne fortiori. Tentzelius. Vel

Ex Sale Tartari ad cærulitatem calcinato extrahe Essentiam digerendo cum Spiritu Vini (Spiritus Vini habeat aliquid Phlegmatis, cujus beneficio Sal arripit): destilla gradatim, ad Ignem fortissimum subinde progrediendo.

Vires. Spiritus hic longè præstantissimus est ad Tincturas & Extracta Purgantium in genere elicienda, ad conservandas Metallorum, & Vegetabilium, Animaliumque, facultates.

In Separatæ Arcanum est ad plurimos Affectus, imprimis Tartareos, & ubi Sal fixum ex deficiente Cœctionis quadruplici abundat, ut in Scorbuto Tartareo Hypochondriaco, Aithmate, Cachexiâ, Hepatis, aut reliquorum Viscerum Obstructionibus: conciliat insuper Somnum cum Essentiâ Croci propinatus.

N. 1. Spiritus Vini hoc modo ritè præparatus, est Ros Jovis amphibii vegetabilis, ad parandum illud Biogebnium Burgravii

per Congelationem à Frigore, quem docuit PARACELSUS, & vocatur Spiritus Vini Philosophicus. Nempe sub hyberno Frigore intensissimo exponuntur Dolia Vini repleta, sicque pars aquea salino-acida convertitur in Glaciem, in medio Spiritus Vini subtilissimus & volatilissimus, non facillè coagulabilis, apparebit. Spiritus Vini enim à Frigore ad medietatem pellitur: vid. etiam BOYLE in Chym. Scept. p. 45. & KUNRATH in Medullâ destillatoriâ pag. 28. qui per Glaciem, extrinsecus Cucurbitæ adnotam, post Vini in Balneo Mariæ digestionem præparare satagit.

Optimè Spiritus Vini rectificatur & dephlegmatur, si cohobetur à Sale Tartari fixo; sic enim Sal Tartari absorbet & retinet apud se omne Phlegma, & Spiritus sulphureus purissimus ascendit: vid. BOYLE Tentamin. pag. 38. Hoc Sal tartari efficcandum, & de novo Spiritus affundendus tandiu, donec fiat rectificatissimus, qui ita abstractus dicitur Spiritus Vini tartarisatus: rapit enim secum aliquid de partibus Salis Tartari per Alembicum, idque eò plùs, quò sæpiùs affunditur & destillatur; estque Menstruum pro extrahendis Essentis Simplicium Vegetabilium, fortius enim penetrat in consistentiam Misti. Vix ulla in Spiritibus, ex quibusvis Vinis destillatis, observatur differentia. Generosa Vina, utut plùs inebrient, minus tamen Spirituum reddunt. Inest Spiritui Vini singularis quædam penetrans Acrimonia præ Spiritibus ex aliis Vegetabilibus paratis. Constat Spiritus Vini ex Oleo volatilifato; adeoque de occulto, sed subtilissimo Acido volatili participare omninò arbitror: idque eò magis quò potentius & generosius est Vinum, quod non tantummodò BECHERVS in Phys. subterr. pag. 360. & 425. item in Clave pag. 156. KUNCKELIUS etiam Observat. pag. 119. aliique referunt; sed etiam effectus isti, nempe quod Vitella & Albumina Ovorum mox coagulat; quod Serum Sanguinis mox coagulat, &c. quæ aliàs ab Acidis fiunt. Ut nihil dicam de Offâ istâ ex Spiritu urinoso & Spiritu Vini rectificato oriundâ, in quam hunc, ratione hujus Acidj, cum Spiritu & Sale volatili Urinæ, vel Salis ammoniaci, tanquam Sale urinoso purissimo, coagulari posse HELMONTIUS inquit: quatenus Sal volatile permixtum cum Spiritu Vini arripiat Acidum subtile in Spiritu Vini; quod tamen nonnihil est controversum, cum non propriè dicta Coagulatio, sed saltim Olei Vini Præcipitatio, esse videatur.

Quoad usum Spiritus Vini; hic ipse internè potenter penetrat, incidit, attenuat, & Succos acidos nostri Corporis oleositate volatili temperat & corrigit, quare in Cruditate stomachi acidâ convenit, & Digestionem primam nonnihil promovet: id quod patet ex eo, quòd Spiritus acidissimi, Spiritus Vitrioli, Nistri & Salis, cum Spiritu Vini conjuncti, digesti & circulati, dulcescant: Cum Rob Sambuci dilutus, in omnibus Inflammationibus conducit. Ex Spiritu Vini verò nimium hausto Stupores fiunt propter vim sulphuream.

Queritur: cur Cantarus Vini nos citiùs inebriet, quàm Spiritus Vini ex Cantaro illo proleçtus. Respondeo, quòd Spiritus

10. *Aliud Opus Vegetabile, ex communicatione*
S. Class.

Cohoba *Acet. destill.* super *Sal Tartari proprium* tantisper, donec tam acidum egredietur, ac fuerat affusum: cumque sufficienter Spiritibus suis acidis fuerit imprægnatum, *℥. iiij.* Spirit. Vin. super *Sal. Tart. proprium rectificati ℥j.* Digere per mensem Igne Lampadis, usquedum Corpus suam receperit Animam: imbibatur rursus eadem quantitate *Olei Ætherei*, & desiccetur per quindenam: his imbibitionibus ad sufficientiam factis, detur Ignis æqualis, & elevabitur *Sal candidissimum*, relictis terreis aliquot impuritatibus. Sublimatum reconde in alia Phialâ Hermeticè clausâ, & Igne eodem Lampadis decoque ad albedinem usque perfectam. Quo violo imbibatur fixissima hæc Materia Spiritu æthereo suo, sive Animâ, idque toties intercedente Digestione fixativâ iteretur, donec in igneum ruborem elevata fuerit, summam Corporis nostri Medicinam.

11. *Magisterium Vini, seu Lapis Vini*
vegetabilis.

R. Vini generosi Hispanic. vel Hungaric. q. v. putrescat. 40. per dies noctesque in Fimo equino. Hinc destilla in MB. & prodibit Spiritus, ac tandem Oleum: hæc separa ab invicem, Spiritumque dephlegma. Oleum denuò in Fimo equino per dies ac noctes 40. putrescat ac destilletur. Ex remanentibus Fæcibus beneficio Phlegmatis extrahatur *Sal volatilius* sine calcinatione. Utrumque conjunctim s. a. purifica. Postea impræгна *Sal Spiritu* suo ac digere: hinc adde & *Oleum*, digereque, donec coloris tandem rubei *Pulverem* nanciscaris.

centratæ partes in formâ oleosâ ascendentes *Quintam Essentiam* constituunt pro *Alchymicis operationibus*. Vid. PARACELSIUS lib. 4. de *Vitâ longâ* p. 96. & 86. Hanc *Essentiam Quintam Vini* vulgò de *Oleo Vini* explicant; sed malè. Nam Oleum Vini & Oleum Spiritus Vini non tantum habent in recessu, & faciliè parabilia sunt, autore LUDOVICI, de *Sale Tartari* pag. 25. Sic enim *Sulphur, seu Oleum Spiritus Vini* cum *Spiritu Vitrioli* parare docet WILLISIUS in *Pharm. Rat. Part. I. pag. 162.* sicuti cum *Spiritu Salis concentrato Oleum Spiritus Vini* parat GLAUBERUS *Part. 2. pag. 29.* Quò etiam facit *Oleum & Anima Vini* GLAUBERI *l.c. pag. 269.* mediante qua *Vina debilita*, item *Pomacea & Pyracea*, in *Vina generosa* perficere nititur: quod tamen Theoria est sine Praxi. Pertinet huc alius procedendi modus AUTORIS *Num. 11. pag. 229.* sub nomine *Magisterii Vini* seu *Lapis Vini Vegetabilis*; dum nempe ex *Vino LULLIUS* parat *Lapidem Vegetabilem* seu *Mercurium Vini*, mediante quo purpuream vellem extrahit Auro pro Metallis tingendis, & specialiter Corpore humano curando.

Suprà dictum fuit, Spiritus Vini saltem esse Oleum Vini resolutum, & à proprio Phlegmate solutum, adeoque pro Olei ratione de Sale volatili participare. Hoc *Sal volatile* seu *Mercurium Spiritus Vini* per incensionem GLAUBERUS parare voluit: reverà tamen est Non-Ens, utut magna jactitet, & ex accenso Spiritu Vini quod prodit, *Sal volatile catholicum* esse innuat: scilicet sub Alembico Spiritus Vini rectificatissimus accenditur, ita Collo cum Cucurbitâ Alembico adaptato, ut Vasculum, in quo Spiritus Vini de-

Vires. Grana (vel *Guttæ aliquot*, si mavis liquidius) integram *Mensuram Aquæ* vinosis qualitatibus perfundunt.

12. *Menstruum Basilii Valentini, Aquæ temperatæ,*
Temperatum Extraktivum.

R. Spiritus Vini subtiliss. q. v. eumque cum *Spirit. Sal. comm.* digere, ac ternâ *Destillatione* per Alembicum uni. Sic dulcescit, acrimoniamque amittit. Vidi *Spiritum Salis communis dulcem*.

Vires. Solvit Aurum non radicaliter, sed *Tincturam* ejus extrahendo. Vide de *Auro Basilium* in *Repetit. magni Lapidis Veterum, Sennertum Instit.*

N. 1. Alii R. Spirit. Vin. optimum, eumque cohobant multoties (12.) supra *Sal. com.* ut *Essentiam Sal. communis* secum evehat. Huic *Spirit. Vin. Essentiâ Sal. com.* imprægnato affundunt tantundem *Spir. Sal. com. rectific.* digeruntque.

N. 2. Tenzelius R. Spirit. Vin. rectific. q. s. superfundit *Sali Tartari philosophico* ad emin. 3. digit. digeritque in Phialâ longissimi colli aliquamdiu lento calore: postmodum destillat.

13. *Sal Tartari Philosophorum.*

R. Sal ex cineribus Sarmentorum. extractum, reverberetur Igne aperto (hor. circitor 3.) donec albescat. Dein solve in *Aquâ*, & separa *Fæces* filtrando & coagulando. Sic habes *Sal Tartari Philosophorum. Tenzel. in Exeg. de Auro potabili.*

14. *Cimis Clavellatus.*

R. Caput mort. ex *destillatione Fæcum* residuum, combure & elixivia.

CLASSIS

flagrat, suppositum undiquaque liberius accedentem Aërem intromittat; Rostrum Alembici Recipiente instructum est, & eâ ratione, si *Spiritus Vini* h. j. Flamma absumperit, præter Phlegma satis copiosum, vix unum alterumve granum *Salis*, interdum nihil, in Receptaculo impetrabitis. Eandem difficultatem experti fuerunt, qui *Spiritum Vini* cum *Oleis* miscuerunt, ut *Destillatione* ex iis *Sal volatile* præparent; quæ irrita sunt. Facit huc etiam *Spiritus Vini rectificatissimi* cum *Spiritu Nitri rectificato* facta permittio, & ex his post sedatam Effervescentiam *Salis volatilis* præparatio; quem modum primus habet GLASERUS in *Chym.* & repetitur à WEDELIO de *Sale Volatili Plantarum P. 2. pag. 42.*

Sequuntur *Fæces Vini*, quæ sunt Substantia ista, quæ mediante Fermentatione, fuit præcipitata ex Musto, dum fiet Vinum. Constant copiosâ Terrâ & Sale volatili oleoso, unâ cum Acido subtili, quæ cum Sale volatili constituunt Salsum. Acidum hoc ab Oleo ita temperatur in Musto, ut Sapor dulcis emergat.

Fæces hæc Vini destillatæ suggerunt *Spiritum Vini* elegantem: id quod remanet, exsiccano separatur à Phlegmate & hinc destillantur Igne aperto eo modo, quo Tartarus destillari solet; prodit *Spiritus, Sal volatile, & Oleum*, quæ Rectificatione possunt separari. *Spiritus urinosus* longè copiosior ex his elicitor, quàm ex Tartaro, cum *Sale volatili* eleganti; quale ex Tartaro vix ullâ arte parabile est. Omnibus etiam iisdem usibus inserviunt, quibus aliàs satisfacit *Spiritus Tartari. (I)*

CLASSIS

(1) De *Vino* ejusque usu *Autores nostri*, etsi ambo Germani, satis sobriè egerunt. Nos de eo nonnulla in nostris *Notis sparsim* interseruimus: pauca tantùm hic adnotabimus.

Ex *Hist. Regiæ Scient. Acad. Anno 1706.* *Mulier pauperrima*, copioso vilioris *Vini*, *Vinique Spiritus potui* à longo tempore assueta, quo valdè debilis, atque bebes reddita, tandem ex nimia potatione ebria, atque aded amens, æquor, frigida, pallida facta, nunc horum nunc illorum membrorum levi convulsione ac difficili respiratione prebensa, demum exiguâ Febri per inæqualia intervalla recurrente tentata, duodecim horarum spatio mortem obiit. Cadaver à Dño Litte apertum, atram & ex parte coagulata ostendit universam Sanguinis massam: Lienem, Pancreas, Hepar, Pulmones exsiccata, scirrhusa, & ex parte lapidescentia: innumeras Glandulas, & præcipuè Jugulares, Salivares, Lienares, Mesentericas, Lumbares, atque alias, præter naturæ modum prægrandes. Hinc philosophandi ansam arripuit laudatus Litte, harum in Corpore mutationum, Mortisque generis Causam exponendâ: atque, vilius illud Vinum, quo *Mulier sæpè se ingurgitaverat*, multo crassoque Tartaro abundasse, cujus vi Sanguis crassior reddi potuit, ac Vasorum amplitudo sensim imminui, adhærentibus nempe ipsorum internæ superficiei (non secus ac dolis) crassioribus illius particulis: atque hinc factum, ut ex pororum obstructione & transpiratio, & nutritio impediretur: nil mirum ergò si *Viscerum exsiccatio & veluti lapidescentia* hinc infecuta. Nil mirum quoque si *Glandulæ præternaturalem molem acquiserint*, crassis scilicet liquoribus illarum meatus infarciuntibus, ut ad percolationis munus prorsus ineptæ redderentur. Evidens hinc est, cur *Corpus summè bebes redditum* forti Ebrietate succubuerit. Notat denique Hippocratis Aphorismum quintum quintæ Sectionis (Si ebrius quispiam repentè obmutuerit, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, quâ solvuntur crapulæ, Vocem recuperet) baud propositio Casui aptari posse; loquutus est enim Hippocrates de *Subiecto aliunde sano*, aut de *Febre forti & continuâ*. Vide quæ ad hunc Aphorismum habet Cl. Lucas Tozzi *Præceptor mentis æternum colendus.*

Notandum

C L A S S I S T E R T I A .

D E

P U R G A N T I B U S P R I M A R I I S .

Offerunt se nunc *Purgantia*, & quidem *Vegetabilia*, quæ similiter sunt *duplicis generis*: *Primaria* nempe, & *Secundaria*. Ne autem opus sit itidem repetere, quædam in genere de eorum *naturâ & usu* præmonenda.

Quod *purgandi rationem in genere* attinet, omnis vis purgandi *Vegetabilium* consistit in *parte resinosa* admodum acris, ratione cujus *Purgantia* ut plurimum Saporem acrem & valde pungentem exerunt; unde etiam *Vomitiva* acrimoniam suam irritando Stomachum, Vomitus excitare, & *Purgantia Intestina* irritare, & Massam Sanguineam in fermentativum motum cedere solent.

In genere *duplici ratione* operationem exerunt, *irritando, & fermentando*. Pro varietate hujus acridinis unum altero fortius purgat: sic *Colocynthis* fortius purgat quam *Aloë*, *Esula* fortius quam *Jalappa*. Etli igitur omnia *Laxantia* & *Purgantia* promiscue operentur, & ex *Massa Sanguinea* expurgent; ratione tamen *acridinis*, vel majoris, vel minoris, unum alterum antecellit; rationeque *Salis volatilis* oleosioris fermentant & colliquant *Massam Sanguineam*, & excrementa evacuant. Cæterum promiscue operantur, tam evacuando Excrementa quæcunque, quam horum defectu alterando *Massam Sanguineam*: unde sæpe eadem efficiunt, quæ non invenerant, Excrementa. Unde cadit divisio illa Veterum, nil profus in recessu habens, quando *Purgantia juxta triplices vias* Corporis distingere: ita, ut (1.) alia Stomachum, Intestina, Mesenterium, Lienem, Hepar, & Pancreas; alia (2.) Vasa majora & Massam Sanguineam; alia (3.) Vasa minora, Articulos, Caput, & Juncturas Articulorum, totamque Corporis peripheriam purgent. Hæc verò cum Circulationi Sanguinis repugnent, talo suo stare nequeunt, sed sufficit distinctio in *Purgantia Fortissima, Fortiora & Mitiora*.

1. *Fortissima* sunt, quæ cum *Massa Sanguinea* Partes solidas & Artus perreptant & non solum fermentativam vim in illâ exerunt, sed & in his aliqualem operationem imprimunt: quæ tamen sunt periculosa.
2. *Fortiora* sunt, quæ ad *Massam Sanguineam* pertingunt, eamque alterant & colliquefaciunt.
3. *Mitiora* sunt, quæ expurgant saltem primas vias, Ventericulum & Intestina.

Sic & divisio in *quatuor electivè Purgantia, Cholagoga, Pblemagoga, Melanagoga, & Hydragoga*, nulla est, & à Modernis tatis explosa.

Quæritur autem, *An nullus Delectus eorum habendus sit?* Respondetur distinguendo inter *Purgantia promiscue operantia, & inter talia promiscue usurpata*. Omnino *Delectus haberi debet*, quia præter vim purgantem adhuc specificas

Qualitates obtinent; sic v. gr. *Aloë* Hæmorrhoides ciet; *Bryonia*, præter vim laxativam, resistit Vermibus; *Colocymbis* in Chronicis Mulierum Morbis magis valet; *Helleborus niger* in Affectibus Melancholicis & Maniacis, & sic porro. Ratione ergo hujus, omnino Delectus eorum, non quæ Purgantium, sed quæ Specificorum, pro varietate Affectuum habendus, & Experientia consulenda, nec ad *Humores fictitios* respiciendum.

Interim omnia *Purgantia* proprie dicta aliquid *Venenositatis* habent reconditum, exceptis *Rhabarbaro & Aloë*, ratione cujus Veneni acris colliquefactivi, ut vocat HELMONTIUS de Febr. & CNOEFFELIUS in Tr. de Febribus Epidemicis Malignis, Sanos non minus quam Ægros expurgant, & utiles æquè atque inutiles Succos evacuant, & de Viribus & Succis vitalibus aliquid deprædantur, ut inquit HELMONTIUS: quod Symptomata eorum varia, ut plurimum Convulsiones Artuum, Tormina, Dyfenteria, Exulcerationes Ani &c. testantur. Cautè igitur usurpanda, & *Corrigentia* addenda. Hunc in finem vulgò *Corrigentia* dicta, quæ fuerunt apud Veteres *Aromata*, ut *Zingiber, Anisum, Macer, Coriandrum* &c. e. gr. *Sennæ* Zingiber, *Helleboro Anisum, Agarico Zedoariam* &c. addunt, ut hæc *Aromata* metuendas noxas corrigant & emendent.

Sed quid hæc corrigunt? Nonnihil saltem *imminuitur* his noxa, non autem corrigitur Venenum, sed unâ eademque ratione manent Venena. Correctio enim hæc non est vera, sed *so-phistica*, dum Malignitatem Purganti permittunt ut exerat; & dum noxam inducunt, ejusmodi *Aromata* saltem eandem inde illatam corrigunt. Alio ergo modo sunt corrigenda.

Legitima autem corrigendi ratio fit *tribus modis*: vel per *Salia fixa*, vel per *Acida*, vel per *Fermentationem*. Cum enim vis in *Resina* consistat; hinc *Alcalia* corrigunt Oleosum; *Acida* Alcalia seu Sal volatile oleosum supprimunt; *Fermentatio* texturam Mixti totam variat, & ferociam volatilem mitigat. Inter *Alcalia* autem *Sal Tartari* primatum obtinet. *Acida* addenda non sunt nimis copiosa, nec acris, aliàs Purgantium vim profus destruant & castrant. Nam vis purgativa seu colliquefactiva consistit in Sale volatili acris, quod per *Acida* figitur & infringitur, adeo ut tantum Purgantia deperdant virium, quantum imbibunt de tali Aciditate, & quod restat, similiter est malignum ac crudum, atque prius fuit. Loquor hic de *Vegetabilibus* tantum; de *Antimonio* & aliis res aliter se habet. Talia autem *Acida* sunt *Succus Citri, Cydoniorum, Acetum destillatum*; non verò *Spiritus Vitrioli*. Optimus corrigendi modus est *Fermentatio*, qua blandè & moderatè fiunt agentia; adeo ut *Fermentatio* ita invertere dicatur illorum Malignitatem. Instituitur cum *Succis* appropriatis, cum *Succo Pomorum*

Notandum hic quoque, *Vinum*, cum *Mustum* est, *Gypso immerso & diu relicto*, ad longum tempus conservari. Vel quod suis meatibus excipit *acidus Vini* particulas, prohibetque ne illarum actione effervescent *Vinum* acefcat & corrumpatur: vel quia veluti *compeditus implicat retinetque Spirituosas & volatiles Vini partes*, ne illis evolutibus *Vinum* vappescat & in *Acetum* vertatur. Hinc ad *Vini* (imò & omnium *Liquorum fermentescibilium*) conservationem *Pice & Gypso* Dolia obducimus, *Vasis vitreis vel vitriatis ad angustum usque collum repletis* utimur, *Vino ipsi Oleum superimponimus*, *stricteque orificia accuratè obfirmamus*; ne scilicet ullus *Spirituum* evaporationi remaneat locus.

Notandum denique, quod, quamvis *Vini Spiritus & Aqua Vitæ* vulgò confundantur, ea tamen majori & minori tenuitate inter se differre, credendum sit; ut juxta *Dominum Gothofredum junioem Regiæ Scientiarum Academiæ Socium*, *Aqua Vitæ* sit *Vinum*, è quo magna *Pblegmatis* copia detracta est; *Spiritus* verò *Vini* sit *Aqua Vitæ* è qua omnis, quoad fieri potest, *Pblegmatis* quantitas est separata. Hinc sequitur, quod quemadmodum *Aqua Vitæ* est magis inflammabilis quam *Vinum*; *Spiritus Vini* inflammabilior sit quam *Aqua ipsa Vitæ*: præterea *Aqua Vitæ* post deflagrationem aliquid relinquit *Pblegmatis*; *Spiritus* verò *Vini* integrè nullo remanente *Pblegmate* conflagrare debet. Quum ergo, quod in utroque incenditur *Sulfur* sit seu *Oleum*, quod ignem respuit sit *Aqua* seu *Pblegma*; si illorum viros (quæ à *Sulfure* pendunt) ad trutinam revocare velimus, recipiendus erit *vulgaris* bujus probationis modus: ut scilicet *Aquam Vitæ* variæ destillationis pari quantitate incendamus, atque illam fortiore reputemus, quæ minorem *Pblegmatis* quantitatem in *Vasis* fundo relinquit: præterquam quod & *Pblegma* hoc resistat bonitatis majoris vel minoris *Aquæ Vitæ* incensæ præbere poterit argumentum; si scilicet gustui ingratum non sit, & minus præferat acritatis.

Quod verò ad *Spiritus Vini* attinet, quum hic nullum relinquere debeat post incensionem *Pblegmatis* vestigium; nullus restat illius varias differentias discernendi & probandi modus. Quamquam autem hæc *Spiritus Vini* probandi ratio in Praxi sufficientissima sit; haud tamen laudato *Gothofredo* satisfacit: ait enim *Vini Spiritum*, etiam ad summam rectificationem evectum, non aspernabilem *Pblegmatis* copiam adhuc continere, quod quidem tempore conflagrationis ob calorem *Vasis* in quo sit conflagratio, sensim in auras abit, ut nil profus tandem inveniat. Quapropter ut hoc negotium ad exactitudinem perduceret, *Vini Spiritus* conflagrationem in *Vase* instituit ad *Naviculæ* formam constructo, quod frigida *Aqua* *Vasis* excalescentiam impediendi, innatet: imò ne *Aqua ipsa* à *Vase* incalente incalescat, illam successivè effluere sinit, atque *Fonsiculum* admovet frigidam assiduo refundentem. Cætera bujus farinæ videre est apud eundem, Anno 1718.

nihil resinosi quoque in se continet, præstat Spiritum Vini adhibere.

Dosis à ℥j. ad ʒʒ. vel ʒj.

2. *Agaricus Trochiscatus*.

℞. *Agaric. limat. cum Vino*, in quo maceratum *Zingib.* additoque tantillo *Tragacanth.* vel *Gummi Arab. F. Trochisci*.

(*Fæcula Agarici etiam paratur*.)

3. *Trochisci de Agarico*.

℞. *Agaric. lim.* ʒij. *Sal. Gemm.* ʒʒ. *Zingib.* ʒij. cum *Oxymell. q. s. F. Trochisci*. Vide *Disp.*

ratur vel ex *Agarico crudo*, vel, quod melius, *Trochiscato*, nunc per *Menstruum spirituosum*, v. g. *Spiritum Vini*, nunc per *Menstruum aquosum*, infunditur in *Aquam* appropriatam.

Hic quænam *Præparatio sit melior* quæritur: vid. ZWELFFERUS in *Animadv. in Pharm. Augustanam*, qui controversiam decidit pro *Menstruo spirituofo sulphureo*, seu *Spiritu nempe Vini*. Cum enim vis in *Resinâ* consistat, hinc per *Menstruum sulphureum* optimè extrahitur: non tamen *Spiritus Vini* sit nimis rectificatus, sed aliquali *Phlegmate* adhuc imprægnatus; unde eò feliciter & melius *Extractio* nem suam perficiet.

Dosis est à ℥j. ad ʒʒ.

De *Agarico Trochiscato* observetur, quod sæpius substituitur loco *Agarici crudi*, quoniam ejusdem *Malignitas* aliquantisper corrigitur per admistum *Zingiber*, & propterea tutius usurpatur *Agaricus Trochiscatus* loco *crudi*, quando miscetur pro *Infusione* & *Decoctione*. *Trochisci de Agarico* fiunt cum *Oxymelite*: nam per hoc ratione *Aciditatis* optimè corrigitur *Malignitas* & *Venenositas* in *Agarico*, & antiqua est *Præparatio*: abstergendo enim & incidendo *Pituitam*, adjuvat & faciliorem reddit *Agarici operationem*.

Pilula de Agarico sunt *Simplices*, vel *Compositæ*; quæ posteriores dicuntur *Pilula de Hierâ cum Agarico*: & utraque adhibentur in evacuando *Muco crasso* & *viscido*, seu *Pituitâ acidâ Intestinatorum* & *Stomachi*, & quidem in hoc expertæ sunt *Pilula de Hierâ cum Agarico*, dum *Stomacho* sunt admodum dicatæ. Sed *Dosin* tantam ad ʒʒ. qualem **AUTOR** habet, nos non usurpamus; satis enim est violenta; sed tantum ad ℥j. sæpius infra ℥j. substitimus, addito *Stimulo* justo, ut *minori Dosi* pariter operentur: miscentur tamen pro *meliori operatione* cum *Vehiculo convenienti*, e. gr. *Gummi Ammoniaco*.

Tom. IV.

(K) *Agaricus ex Tournefortio est Plantæ Genus Arborum truncis plerumque innascens, & ad Fungum accedens. Hujus plures sunt species, non tam ab Arboribus quibus innascuntur, quam à formâ desumptæ. Est enim Agaricus Pedem Equinum, Auriculam, Tubam Fallopiam, Cornua Damæ & similia referens, nunc excavatus, nunc multifidus, nunc digitatus &c. Officinalis est Agaricus, sive Fungus Laricis C. B. Hujus duas faciunt species, Marem nempe & Fœminam. Relicto Mare subflavo, compacto, lignoso, in usum Medicum venit Agaricus fœmina dictus, cujus substantia albâ, levis, friabilis, odore penetranti. Continet multum Sulfuris exaltati, Sale essentiali misto, parum Phlegmatis & Terræ. Eo ad Corpus Phlegmate expurgandum non tam solo utimur, quam in Medicis Compositionibus.*

Hic notaverim, *Agaricum à Tournefortio inter eas Plantas connumerari, quorum Flores, & EruBUS vulgè desiderantur: non quod Plantæ hæc (quales sunt Musci, Fungi, Boleti, Lycoperdi, & similes) sponte & absque Semine nascantur: oppositum enim expressè docet in Comment. Academ. Anno 1707. ubi modum Fungos ex fimo equino extempore producendi curiosè exponit; sed quod illarum Plantarum Semina, etsi existant, & Menti rectè philosophanti facillè obijciantur, ob nimiam tamen exilitatem sensibus non innotescunt. Quod solum ad Plantarum Classes & Genera constituenda requirendum esse, idem laudatus A. in Institutionibus Botanicis docet, his characteribus contentus, qui oculis etiam microscopiâ auxilio destitutis manifestantur. Quare supervacaneam appellaverim Clarissimi Viri, & de Re Botanicâ optimè meriti Dñi Vaillant æπιβερτω diligentiam, qui ut Genera Tournefortiana nimio Specierum numero onusta subdivideret, eos Plantarum Characteres prosecutus est, qui vel microscopio, vel nonnisi accuratissimo scrutinio in conspectum veniunt. Quâ methodo, ut mihi quidem videtur, quum non tam Specierum numerus imminuatur, quàm nova Genera, Generumque insolentia Nomina, plerumque unicam tantum vel duas species complectentia, in medium intuebantur, nos facillè negotio carere posse censuerim. Præterquam quod si *Valantiana* methodus locum habeat, & *Florum, Frustrumque structura* ad eò intimè & minutissimè sit investiganda, vix erit Genus *Tournefortianum*, etsi duas vel tres tantum Plantarum Species comprehendens, quod subdividi non debeat: quum vix duæ ejusdem Generis Plantæ sint, quæ quoad Characteris formam, & quoad minima constituentia, quæ requirit Dñus Vaillant, aliquod non habeant discrimen. Et en *Elementa Botanices ad methodum (usque adhuc incassum à Veteribus & Recentioribus tentatam) à Cl. Tournefortio ad eò concinnè redacta, in antiquum Cbaos iterum abeuntia. Atque id obiter, pace tanti Viri, dictum sit.**

(L) *Anagyris hæc non fœtida, major, vel Alpina C. B. seu Laburnum Arbor trifolia Anagyridi similis J. B. à Tournefortio inter Cytifos connumeratur, appellaturque Cytifus Alpinus, latifolius, flore racemoso, pendulo. Cytifus hic Arboris brachiatae magnitudinem nonnunquam assequitur, cortice virente, materie durâ: Folia Trifolii Asphaltii, infernè subhirsuta & subviridia, supernè glabra & saturo virore perfusa: Flores lutei, Genistellæ floribus similes (papilionacei) è longâ, sereti, hirsutâ, & incana ligulâ pendent: his succedunt Siliquæ compressæ Semina lentiformia continentes. Nullus nec Folius nec Floribus factor, ut in verâ Anagyride, in quo Matthioli error, qui videtur Arborem utramque confundere.*

4. *Pilula de Agarico*. Vide *Disp. Dosis* à ʒʒ. ad ʒʒʒ.

5. *Pilula Hieræ cum Agarico*. Vide *Disp.*

Dosis à ʒj. ad ʒij.

(*Syrupum de Agarico* quidam habent in usu.)

CCCCXIII. A S A R U M.

Aσαρων, Diosc. *Asarum*, *Brunsf. Trag. Matth. Fuchs. Dod. Cord. in D. & bist. Lon. Cast. Tab. Ger. Cam. C. B.*

1. *Asarum baccaris*, seu *baccatum*, *Lob. aliis vulgè Germ. Haselwurtz. Gall. du Cabaret.*

Solo gaudet montano opaco, viciniâque *Corylorum*. Viret perpetuè,

℥. *Masse Pilularum Hier. cum Agar. gr. xv.*

Gum. Ammoniaco ʒʒ.

Extract. Trochisc. Alband. gr. ij.

Cum *Tincturâ Tartari* f. *Pilula*.

Operatio enim non ex secessibus æstimanda, cum quinque, sex, vel septem *Sedes* sufficiant: quod excedit nocivum est (K). Offert se, ratione ordinis alphabetici

ANAGYRIS NON FOETIDA.

ITa dicta ad differentiam *Fœtidæ*. Et *Laburnum Dodonæ*, vel *Siliquastrum Montalbani*, Germanicè *Baum-Bobnen*, quam in *Siliquis* maturis *Fabæ* continentur.

Usus Medicus hujus *Plantæ* nullus est. Quidam tamen *Grana* ejus pulverisata, *Emetica* fortissima ad *Sanguinem* usque esse, deprædicant. (L)

CCCCXIII. A S A R U M. *Asarum*, *Germ. Hasel-Wurtzel*, *Remedium* est polychrestum & multi usûs, *Vomitorium* & *Purgans* per inferiora forte, imò simul *Diureticum*, *Morborem diuturniorum* *Remedium*, & *Menses* stimulans.

Subministrat *Officinis Folia recentia, & Radicem*.

Vis ejus residet in *Sapore acri aromatico*, fundato in *Acto volatili oleoso*: emergit exinde *Alterans* *dyscrasiam Sanguinis*.

Folia Asari recentia tria, quatuor, quinque, vel sex, pro varietate circumstantiarum, incisa vel trita, & cum ʒij. vel iv. *Vini albi* per noctem infusa ac expressa, pro *Emetico forti* inseruiunt, ad *Febres Intermitentes*, dum adhuc sunt in principio, ingruente præsertim *Paroxysmo febrili*; & fortius operantur adhuc, si exprimatur *Infusio*. Quando verò *blandè laxare* voluerimus, tunc

Y y

℥. Fol.

P R Æ P A R A T A.

1. *Cassia Flores*, seu *Pulpa Cassia*, *Cassia Extracta*. Fit trajctione Medullæ exemptæ per Cribrum.

N. Vapor Aquæ Cribro subditur, ut Medulla in Cribro agitata eò facilius transeat: debet autem fieri Extractio acutum quando usus postulaverit, acescit quippe Pulpa cum tempore.

Dosis. Infantibus ad ℥iſſ. Adultis ad ℥iſſ. in *Clysteribus* ad ℥ij.

2. *Cassia Extracta*, seu *Cassia extracta communis*, live pro *Clysteribus*. Fit *Pulpâ* cum *Decocto Herb. mollientium & Melle* ad consistentiâ *Electuarii* coquendo. Vide *Disp.*

3. *Electuarium Diacassia cum Mannâ*. *Electuarium* est & paratum ex *Pulp. Cassia* p. vj. *Tamarind.* j. *Manna* ij. *Sacchar. cand.* j. *Penid.* j. *Sacchar. Violar.* iij. quæ suscipiuntur *Decocto Prunor.* & *Syrupo Violar.* V. D.

4. *Cassia Extracta sine Foliis Sennæ*. *Electuarium* est ex *Pulpæ Cass.* ℥ij. *Tamarind.* ℥i. *Sacchar.* ℥ij. susceptis *Decocto express.* *Polypod. Sem. Carti. Herbar. Pectoral.* Vide *Disp.*

5. *Cassia Extracta cum Foliis Sennæ*. Fit ex prioris *Electuarii* p. xij. *Pulo. Sennæ.* p. j. Vide *Disp.*

6. *Extractum Cassia*. Vide *Quercetanum* in *Diat. & Pharm. restit.*

Dosis ad ℥iſſ.

7. *Aqua Cassia*. Fit ex *Pulpâ*, additis *Limon. parvis*, & *Sero*

nigra Medulla, quæ præprimis refertur inter *Purgantia*, & eliminat sordes flavescentes; qua ratione inter blanda *Cholagoga* relata fuit. Clementer enim & leniter solet laxare *Alvum*: pro quo scopo olim frequentiori fuit usu, unde in *Affectibus Biliofis*, & *Febribus*, uti vocant, *Biliofis* laudatur.

Vis consistit in *Fermentatione*, propter quam vim est flatuosa admodum, & *Murmura* ac *Tormina* affert; unde in *Hypochondriacis*, *Hystericis* & *Gravidis* propter metum *Fermentationis* plus nocet, quam juvat. Ex eadem ratione & ii errant, qui mox in principio *Febrium* eandem propinant, quia agitationem febrilem auget. Aliàs usurpatur pro *Purgatione Prægnantium*, & (præter usum purgandi,) etiam pro *Affectibus Urinariis* & contra *Stranguriam* laudatur pro temperandâ nimia acrimoniâ *Urinæ*. Contrariatur autem rectè *HOEFERUS in Herc. Med.* & negat. Nisi enim recentissima sit, facile acescit, & propterea ad *Stranguriam* disponit: in *Gravidis* autem metus propter *Flatulentiam* est, ne *Menses* cieat, & *Abortum* provocet. *Pleuriticis* specificè commendatur ad ℥j. in principio, quoniam simul *Sputum* egregiè promoveat, infusa vel decocta in *Potionibus Expectorantibus*. Videatur *FORESTUS*. Cæterum utur interne valde commendetur *Cassia* ab *Autoribus*, multum tamen ipsi detrahit *QUERCETANUS*. Dicit enim, *malignum esse Remedium*, ne quidem purgare nec laxare, sed quòd, dum tractetur *Cortex* & destilletur, det *Liquorem causticum & corrosivum*; unde ridiculum esse, quòd omnes in *Affectibus Urinariis* & *Stranguriâ* illum convenire asserunt, utpote quos potius auget, quam imminueret. Rarum est apud nos *Medicamentum*; interim tamen in *Italiâ* & *Galliâ* frequenter usurpatur. Copiosos autem producit *Flatus*.

Externè contusa, vel cum *Herbâ Solani* decocta & *Podagricis* locis illita, laudatur: etiam in *Inflammationibus* optimè convenit.

Cæterum non tantum *Pulpa* intus contenta solet purgare & evacuare; sed etiam *Interstitia lignosa* inter *Pulpam* confusa. Id quod casu fuit inventum: nam cum talis *Cortex* fuisset projectus *Simiæ*, ex illo devorato fortiter purgata fuit: confer. *PECHLINUS de Purgant. pag. 216.* *Grana* adstringunt: vid. *BOYLE de Orig. Form. p. 199.* ex *GARZIA* ab *HORTO Aromat. Hist. l. 1. c. 29.*

Usitata ex *Præparatis* sunt *Medulla*. Ex *Fistulis Cassia* nunquam præscribitur; sed sub nomine *Pulpæ Cassiæ recentis extractæ*: nam brevi post *Extractionem* acescit, & auget

Laff. q. f. Extrahitur Aq. per B. M. dantur ℥vj. in Nephritide & Inflammatione Renum.

Syrupus de Cassiâ. Describitur à *Renodæo*.

CCCCXVII. CATAPUTIA MINOR.

Ladupis, *Dioscor.*, *Lathyrus*, *Brunsfelf. Matth. Fuchf. Dod. Cord. in D. Lob. Lon. Cam. Cust. Gerb. Tab. Lathyrus* seu *Cataputia minor*, 2. *Trag. Cataputia minor*, *Lob. Tab. Lathyrus minor*, C. B. 1. *Granum regium minus*, *Mes. German. Springkornor. Gall. Espurge.*

Ratione ætatis, latiora vel angustiora Folia habet, hinc apud *Tabernamontanum* *Lathyrus duplex*, *Latifolia* scilicet & *Angustifolia*, quæ promiscuè usuales.

N. Recensetur inter genera *Tithymalorum*, utpote tota candido & lacteo Succo turgens.

Colitur in hortis: Floret Julio, fert Semina Augusto.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen (seu *Grana*) rarissimè *Folia*.

Vires. Purgat cum violentiâ per *Vomitum* ac *Secessum*, *Humores imprimis serosos*, & *biliofos*, hinc *phlegmaticos*. *Calfacit & siccat*. 3. *Dosis* à *Baccis* vj. ad xij. *Folia* Num. 4. vel 5. sed est rari usus. *Extrinsecus Vescatorium* exhibet & *Psilithrum*, præcipuè *Succus lacteus*.

CCCCXVIII. CO-

Tormina, inducitque multa *Symptomata*; unde semper extrahitur, quando adhibetur in usum. Modum videbitis apud **AUTOREM**, qui satis clarè est descriptus. Infantibus datur ad ℥iij. adultis ab ℥iſſ. ad ℥j. & ℥iſſ. utur apud nos rarè usurpatur. In *Italiâ* ab ℥iſſ. propinari solet frequenter, sed est nauseabundum *Remedium*. Instar *Epibematis extractæ Cassia* cum *Spiritu Urinæ* illinitur *podagricis Affectibus*: vid. **FERNELIUS**: quin *Clysteribus* sæpius addita fuit olim. (P)

CCCCXVII. CATAPUTIA MINOR. *Cataputia*

minor propriè dicitur *Lathyrus minor*: nam *major* est, quæ dicitur *Ricinus*, de quo *imposserum*. Dum dicitur *Lathyrus* observetur, ne cum *Lathyro*, de quo in *Alterantibus Primariis* dictum, confundatur. *Planta* tota tota, quanta quanta est, lactea est, acerrimum ac causticum *Lac* instar *Esulæ* fundens; unde rectissimè ad *Esulæ* refertur, ac *Esula minor* dicitur. *Planta* hæc copiosas habet *Capsulas seminales*, quæ *Semina* matura hinc inde spargunt; unde & *Germ. Spring-Kornor* dicuntur. *Lac* hocce causticum, revera *esulinum*, *Tibiis* ac *Cruribus* affricatum pro scopo eodem exulcerandi adhiberi potest.

Pro usu *Pharmaceutico* subministrat nobis tantum *Grana*: *Folia* enim propter vim causticam & corrosivam vix in usu sunt.

Violenter sursum & deorsum purgant, & propterea rarè vel nunquam adhibentur nisi ab *Empiricis*. *Semina* autem *Mulo-Medicorum Purgans* sunt, v. g. si à *granis* vi. x. ad xij. vel xv. decorticata & trita cum *Ovo sorbili* assumantur, κατὰ πόδα violentissimè ac in momento purgant; unde propter hanc vehementiam & violentiam vix adhibentur. Propinantur iis, qui opus habent *Vomitivo violento*, quando haulerunt *Philtrum*; iis quoque qui per *Venicium* aliquid interiùs assumperunt, per *Vomitum* denique excludendum. Et quidem, si fortiter purgare debent, mastitentur bene; qui verò *Vomitum* magis desiderant, integra deglutiant.

Aliàs *Cataputia* & ad *Vescatoria* refertur. *Folia* quoque trita cum *Lactæ bubulo*, adhibentur, ubi scopus est locum depilem reddere, ita, ut post hac nunquam crescant *Pili*.

Succus seu *Lac* hoc inspissatum violentissimè purgat *Serum*, & nulli *Scammonio* aut *Lacti esulino* cedit; ex quo tamen *Lacti inspissato* cum *Tincturâ Tartari*, *Extractum* seu *Essentia* mitior parari potest. (Q)

CCCCXVIII. CO-

(P) *Cassia*, de qua hic sermo, est *Arboris* genus *Flore rosaceo*, ut plurimum *pentapetalo*, cujus *pistillum* abie in *Siliquam*, nunc teretem & cylindraceam, nunc compressam, in varia loculamenta divisam à dissepimentis transversâ positis, medullâ ut plurimum nigricante obductis, *Seminibusque* factam duris. Est sint variae *Cassia* species ex *Americâ* ultimis temporibus advectæ, antiquior tamen & magis familiaris est *Cassia fistula*, *Alexandrina* C. B. Hæc *Arbor* est prægrandis, *Folio* *Nucis Juglandis*, oblongo, mucronato: *Flores* *lutei racematim* longo hærent *pediculo*, longis *staminibus* ornati, in *Siliquas* tandem abeuntes *cubitali* & *bicubitali* longitudine, *cylindraceas*, *digit* diametro, ac *sepimentis* distinctas, quibus *Pulpa* intercipitur *dulcis*, *nigricans*, *Ecchymatis* consistentiâ, atque *Semen* *Tamarindi* grano minus. *Medullâ* *Cassia* vulgò utimur ad *Ventris* *lubricitatem*: imò & *Decoctum* ex *Corticibus* unâ cum *sepimentis*, *Medullæ* jam *extractæ* reliquiis ad huc obductis, ad eundem finem adhibemus.

(Q) *Cataputia minor* seu *Lathyrus*, de quo hic, est sanè *Tithymali* species: *Planta* enim est *Flore monopetalo*, *campaniformi*, *globoso*, *multifido*, & *duobus foliis* cincto, quæ *Calycis* vice *fungi* videntur: *pistillum* *trigonum* abie in *Fructum* ejusdem formæ, in *terna loculamenta* divisum, ac *Seminibus* factum *oblongis*. Hi namque sunt *Tithymali* cba-

CCCCXVIII. COLOCYNTHIS.

Colocynthis, [Rotunda. [Major.
C. B. est [Oblonga. [Minor. Hæc usualis.
[Pyriformis.
[Pomi formis.

Dicitur Κολοκυνθίς, *Dioscorid.* Colocynthis fructu rotundo minor, C. B. 2. Fœmina, *Tab.* Colocynthis fungosa & levis, *Cord. hist.* Aliis Cucurbita sylvestris, fructu rotundo, minor. *Vulgò* Coloquinthis Sicyonia. Arab. *Chandel, Handel & Handbal.* Videatur & Colocynthis, *Mutib. Cord. in D. Lob. Dod. Cast. Cam. Ger. Vera, Trag. prima, seu mas, Tab. German. Coloquintib. Gall. Coloquinte, Pommes des Coloquintes.*

CCCCXVIII. COLOCYNTHIS. Colocynthis Arabibus dicitur *Handal*, unde præposito Articulo *Al*, vocantur *Throchisci & Extractum Albandal.* Est Cucurbita quædam sylvestris, & inter Purgantia validiora, nobisque magis convenientia, cum Scammonio recensetur, atque Rex quasi primus Purgantium, cui *Elleborus niger*, pro *Triumviratu* contendens, advenit.

Officinis subministrat Fructum seu Pomum, qui propter frigiditatem Climates non provenit apud nos, sed ex Ægypto adfertur, ubi reperit per tetram Sarmenis longis, sicut apud nos Cucurbitæ, *Foliis amplis & lanuginosis.*

Sunt amarissimi saporis, in quo consistit vis laxativa. Pulpa Serum resolvit, Succos concretos foras evacuat. Vis ejus consistit ferè in Resinâ perquam viscidâ, cum intensissimo amaro conjunctâ; unde non tantummodò pertinaci adhæsu Tormina gravissima ciet, sed præterea vi alterativâ, attenuativâ & colliquefactivâ etiam viscidissimorum Contentorum, insigniter pollet; hinc ad Pituitam vitream, crassam & viscidissimam expurgandam, imprimis in incrustatione Stomachi à Pituitâ acidâ, nil melius est quàm Remedia ex Colocynthide. Ec cùm colliquatas Sordes sub formâ mucosâ ferè soleat evacuare, propterea inter *Phlegmagoga*, seu Pituitam evacuantia primaria, censetur; & ferè saltem in casibus, ubi viscidus & conglutinofus Mucus peccare solet; unde in Affectibus Chronicis contumacioribus, v. g. Epilepsiâ, Febris Intermittentibus, & in specie in Colicâ pituitosâ, in atrocioribus Abdominis Torminibus, egregiè convenit. In Lue Venereâ multùm commendatur, & dixit HELMONTIUS, se melius velle curare per Colocynthidem Luem Veneream, quàm per omnia Decocta Lignorum, modò sit legitime correctâ, & Venenum laxativum sufficienter castigatum: imò Acrimonia ejus innuit, sub istâ vi laxativâ venenosâ latere singularem Medicinam pro Fomite morbofo tollendo; sicut & HELMONTIUS Colocynthidem pro Alterante insigni habet in Morbis Chronicis, dummodò vis ejus virulenta laxans dematur. Pro usu autem in Lue Venereâ, tanquam Remedium crudum, non tamen contemnendum, quidam recipiunt Pomum dimidium Colocynthidos, pro viribus Ægri & varietate circumstantiarum, macerant per noctem in Vino in Vitro clauso, mane clarum per declinationem sine expressione effundunt, quod ipsum Æger, qui Aërem frigidum vitare debet, calidè bibat; & quinque vel sexies assumptum Luem Veneream curare dicitur. Nullum enim datur Remedium, quod Venenum Venereum remotis partibus adeò solet revellere, quàm Colocynthis: unde dixit HELMONTIUS, quòd in Lue Venereâ plus exsiccet unâ die, quàm Decoctum Sarsaparilla, aut Lignorum per tres septimanas. Præterea tamen, ut illam corrigat, Brodium vel Jusculum ex Lactucâ, Portulacâ, Endiviâ &c. aliquot post assumptionem dicti Infusi horis præscribunt, & Cibum per totum illum diem interdiciunt, hæcque aliquoties iteratò Luem Veneream curari posse, perhibent. In Affectibus Menstruationum Fœminarum, ut Hemicranii, & pellendo Fœtu mortuo, primatum obtinet: vid. TIMÆUS in *Consil. & Epist.* Alias in Arthritide præprimis & Malo Ischiadico multùm commendatur. ZACUTUS LUSITANUS

characteres ex Tournefortio, potius quàm ut Lactæ turgeat; quum multæ sint Plantæ Lactæ turgentes, quæ Tithymali non sunt; nec ineptè fortasse, juxta ipsum, diceretur Planta solis his characteribus gaudens, Tithymalus lactæ carens.

Cataputia inquam minor, de quâ agimus, est Tournefortio Tithymalus latifolius, Cataputia dictus H. L. Bat. Hic Caulem producit cubiti altitudine, digiti crassitudine, superius ramosum, multis ornatum Salicis Foliis, decussatim dispositis, colore viridi subcæruleo: Flores Tithymali in summitate ex viridi flavescetes: Fructus trigonus, crassifolius, Semina tria continens, ad grani Piperis magnitudinem, medullâ referta albâ: lacteo Succo univèrsa turget Planta, quæ multum Olei, Phlegmatis & Salis acris continet. Ejus Semina quamquàm à Rusticis ad corporis evacuationem usitata, ab Officinis Medicis ob vim nimis drasticam jure exulant.

OFFICINALIA NATIVA.

Fructus seu Poma, ac præcipuè Medulla ejus arida: afferuntur autem ex Ægypto.

Vires. Pituitam crassam ac glutinosam ex profundioribus & remotioribus partibus expurgat, ut ex Cerebro, Nervis, Juncturis, Pulmonibus; unde cum commodo exhibetur Vertiginosis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, Scabie, Lueque Venereâ afflicto. Calida est & sicca 3, verùm ob vehementiam ac amarorem, & quia Ventriculo ac Intestinis noxia est, rarissimè in substantiâ, & nonnisi robustis, imò decenter correctâ, exhibetur. Corrigentia illa sunt Cuminum, Tragacantha, Mastiche, Bdellium, & similia Cardiaca, Hepatica, Stomachica.

Dosis in substantiâ à gr. vij. ad ℥j. in Clysteribus (in petiâ) ad ℥ss.

PRÆ-

L. 3. Hist. 30. & 31. Exempla habet curati Mali Ischiadici per usum Colocynthidos.

In omnibus his, pro alterativo & evacuativo simul, inferre potest, præsertim ad expurgandam ex Intestinis Pituitam vitream est convenientissima. In substantiâ à quibusdam ad grana 6. usurpatur; sed validissimè purgat, & cum Dolore ac gravibus Symptomatibus: est enim Simplex unum ex vehementissimis & malignis, unde ea, quæ Agarici & Turpetibi vim eluserunt Excrementa, convenienter per Colocynthidem possunt expurgari: nihilominus si dimidium Salis Tartari addatur, nil ferè purgat.

Difficilis autem est pulverisationis, nisi à Seminibus repurgatum misceatur cum partibus duabus, vel ana, vel dimidio Sacchari, & invicem probè in Mortario contundantur; aliàs non potest teri & pulverifari: vel Forfice minutissimè concisa, cum paucis Gummi Arabici vel Tragacanthi & Aquæ Rosarum, vel Vini impastetur, & blandè exlicetur; tunc sic aspera & discontinuatur, sicque longè faciliùs pulverifatur: Sed cùm periculosus sit ejus usus, facilè additione aliquot granorum Salis Tartari mitigari, & quando placet, adhiberi potest.

Externè Decoctum Colocynthidis in Lixivio cum Absinthio & similibus adhibetur contra Tineas Capillorum, Vermes & Pediculos, dum in eodem lavatur Caput, omnes Vermes enecat, ut cesset infestatio eorum: id quod præstat Decoctum imprimis Seminis, quod etiam à quibusdam habetur pro Purgante. In Mensium defectibus, pro pellendo Fœtu mortuo, item in Secundinis, in Lochiis provocandis Decoctum Colocynthidis TIMÆUS, tam in formâ Sufficis, quàm in formâ Injections, aliisve modis adhibuit commendat. Cont. TIMÆUS in *Caf. L. 4. Caf. 9. pag. 267.* item *Caf. 34. pag. 233.* & *Epist. l. 3. Epist. 40.* Aliàs Pulpa à ℥j. vel ℥ss. ad ℥j. Clysteribus, incoquitur pro fortiori Alvi stimulo in Affectibus somnolentis, imprimis in Apoplexiâ, cum alijs Specificis. Ligata autem tunc temporis sit, necessum est in Petiâ; nisi enim hoc fieret, solet adhærere Intestinis, eaque exulcerare, monente LOBELIO in *Observationibus*: quod benè observandum; nam hac in parte multum errant communiter Practici.

Interim, quoniam cum Malignitate insigni est conjuncta, de qua vid. SALMUTH C. 3. *Obser. 2.* uti etiam simile Exemplum habet PLATERUS L. 3. *Obs. 805.* adeò ut cum Nauseâ, Syncope, Lipothymiâ, & similibus evacuet, per se rarò usurpatur, nisi in robustioribus Intestinis; sed saltem Stimuli loco alijs Purgantibus addi solet.

Ut ergò tutius & jucundius in usum vocari possit, modis varijs corrigitur; quæ Correctio consistit in viscidæ Resinæ attenuatione, & hostilis Amaroris mitigatione: quibus ritè correctis, loco Veneni laxativi egregium Alterans, Resolvens, & Menstruis deficientibus conveniens Medicamentum haberi potest. Obtenemus hoc ipsum optimè per Alcalia: Acida enim castrant, non corrigunt Colocynthidem, Alcalia verò tam fixa, quàm volatilia, hic optimè conveniunt. Pro Correctione Veteres addidere Oleum commune, nec absurdè adeò; cùm hoc obtundat ejus aculeos: tamen superficialis est hæc Correctio. RIVERIUS & FREITAGIUS *Auror. Med.*

P R E P A R A T A.

1. *Trochisci Albandal.* Vide *Disp.*
2. *Infusum Trochiscorum Albandal.* Spiritus *Vitæ aureus Rulandi* (nonnullis).

3. *Trochisc. Alband.* ℞. Spirit. *Vini Malvat.* ℥x. vel ℥xij. Digere aliquandiu, & serva ad usum.

Vires. Purgat per Alvum absque periculo omnes Humores viscosos, Bilem utramque ac Serum, si tertio quoque die propinetur.

Dosis à ℥ij. ad ℥j. vel ℥iſſ. vel si placuerit inspissare ad consistentiam *Extracti*, detur à ℥ſ. ad ℥j.

3. *Extractum Colocynthidis.*

℞. *Colocynth. Pulpam* (rejectis Seminibus) pulverifatam, extrahe digerendo, vase clauso cum *Spiritu Vini*, aliquot se-

ptimanis (3.) quo temporis spatio totam acnimoniam amittit: filtra & si dulcius desideras, iterum digere, & dulcescet, Medicamentum evadens optimum ad Pituitam & alios Humores crassos à remotioribus partibus attrahendo, idque sine noxâ. Corrigitur *Ol. Mastich. Nucist. Cinam. Wecherus ex Querc. N. Sala. N. Pulpa Colocynth. sine Semine* q. pl. eamque subinde irrorando *Aqu. Plantag.* incidit, dein extrahit cum *Aqu. Plantag.* part. ij. Spirit. *Vin.* p. j. filtrat, defœcat & inspissat ad consistentiam Mellis.

Menstruum ex Aquâ Plantaginis & Spiritu Vini commiscet, ne quid ex parte resinosa ac villosa, quibus Colocynthidem conitare ait, intactum maneat.

Dosis à gr. iij. ad x. cum Corrigentibus.

N. Præstat Extractum hoc cum aliis *Purgantibus* miscere, ut illis stimulo sit, quàm solum exhibere.

CCCCXIX. EBU-

Med. pag. 336. instituunt Correctionem infusione in *Urinam*; sic enim ita corrigitur, ut Amaritudinem maximè deponat, & Remedium insipidum evadat, simulque Vehementia & Virulentia ita infringitur, ut ad ℥j. tutò possit exhiberi: id quod testantur omnes ferè Præctici: Videatur imprimis *RIVERIUS L. 1. Præcos cap. 15.* Sed cum nauoseolum quibusdam videatur hoc Corrigens, meliori modo corrigitur *Colocynthidis* per *Spiritum Roris Majalis*. Alii Correctionem minus artificiosam instituunt per Macerationem in *Aqua & Vini Rhenani* partibus æqualibus, vel in *Sero Lactis*, & sic deponit multum de Amarore & Venenositate: sed necessum est, ut putrescat, & per longum tempus stet in Balneo, additis *Plantis aromaticis, Menibâ,* & similibus; sicque multum conducit in Mensibus ciendis, & est potens Remedium. Alii aliâ ratione corrigunt, blandis *Acidis* scilicet, v. gr. *Aceto, Spiritu Mellis,* aut *Vino*, quod Virulentiam nonnihil coëctet, si infundantur *Poma*. Potentiùs corrigitur Malignitas purgativa *Colocynthidos Aceto*, cum *Arcano Tartari* imprægnato, vis enim maligna consistit in Sale volatili acri & penetrante, à quo etiam suam habet Amaritiam; unde necesse est ut istâ debite correctâ, & Sapor talis corrigatur. Optima verò Correctio fit cum *Sale Tartari*, quod cum *Pomo Colocynthidis* digestum omnem Amarorem extrahit, & texturam viscidam promptè corrigit, atque aurei coloris Liqueorem dat, inspissandum, & cum *Spiritu Vini* in *Tincturam* blandè amaricantem extrahendam, quæ etiam pro lubitu in *Extractum* satis tutum & mite redigi potest. *Pulpa* candida manet in fundo, quæ, insipida est, ut devorari citra Amarorem possit; *Sal* verò *Tartari* inspissatur, cumque *Spiritu Vini* elicitur *Tinctura* blandè amaricans, cujus ℥j. propinatur: suaviter *ad rō* laxat.

Præstat tandem hoc etiam *Arcanum Tartari*, conveniens ejus Corrigens.

Quoad *Præparata, Trochiscorum Albandal* descriptionem videbitis in *ZWELFFERO* & aliis *Dispensatoriis*: alii decoquant *Colocynthidem*, decoctam inspissant, & addunt *Panem triticeum* pro *Trochiscis* formandis; vel possunt fieri fortiores, si loco *Panis triticei* ipse *Colocynthidis Pulvis* correctus addatur.

Infunduntur in *Vinum*, commodissimè in *Spiritum Vini* probè tartarificatum; vel hujus loco in *Tincturam Tartari* mediocrem, & paratur *Extractum*, quod postmodum ad granum unum vel alterum additur aliis *Purgantibus*, præsertim pilulari in formâ loco stimuli in *Gonorrhœâ* virulenta.

Potest etiam *Vinum Cholagogum* fieri, si ℥j. *Trochiscorum Albandal* bulliat in *Vino Rhenano*, & *Filtratura* postmodum exhibeatur pro *Potu laxativo*.

AUTOR noster mentionem facit *Spiritus Vitæ aurei Ru-*

landi, qui nihil aliud est, quàm *Spiritus Vini*, cui *Trochisci Albandal* infusi: vid. in *Tthesauro & Practicis ejusdem*. Meliùs paratur, si recipiatur *Spiritus Vini tartarificatus*, ut Virulentia corrigatur. *Spiritus* hic ad ℥j. usurpatus purgat fortiter.

Ipsa *Colocynthidis* si extrahatur cum *Spiritu Vini*, dat *Resinam*, quæ potens Remedium, & substituitur loco *Extracti Trochiscorum Albandal*, de quo vid. *ZWELFFERUS in Pharm. Reg. pag. 75.* potest etiam fermentari cum *Succo Pomorum*.

FABER in *Myrothec. Spagy. l. 2. cap. 29.* docet parare *Quintam Essentiam ex Colocynthide*, quæ est egregium Remedium, & Purgans non inelegans.

Poma Colocynthidos si macerentur in *Aquâ*, & per *Vesicam* destillentur, dant simul *Oleum*, cujus gutta una vel altera *Umbilico* illita sufficienter purgat per inferiora.

Prostat etiam in *Officinis Oleum Diacolocynthidis Quercetani* pro coctionem paratum, quod non aded est nocivum *Intestinis*, quæ *Colocynthidis* aliàs corrodere & exulcerare solet. Adhibetur pro inunctione *Suppositoriorum*, ut feliciùs operentur: additurque etiam *Clysmatibus* pro fortiori *Alvi* stimulo. Inungitur *Umbilico* pro pellendis *Vermibus & Lumbricis*, vel solum, vel cum *Aloë & Fello taurino*, instar *Unguenti* mixtum.

De *Seminibus* referunt quidam, quod etiam *Laxativa* sint, sed mitiora, ita ut *LOBELIUS* testetur, se illa in majori dosi, quàm *Colocynthidem* ipsam, exhibuisse, & Purgationem meliorem, utiliore & minimè molestam sensit. Ex his *FREITAGIUS* parat *Extractum Purgans compositum*, ex ℥iv. *Semin. Colocynthidos*, ℥ij. *Aloë*, & ℥j. *Scammonii*, cum *Spiritu Vini* ℥ij. quod cum aliis elegans purgans à ℥ſ. ad gr. xiiij. (R)

COLUTEA VESICARIA.

Colutea Vesicaria, Germanis *Welsche-Linsen*, *Colutea* dicitur à *Colore Florum luteo*; *Vesicaria* verò à *Vesicis*, quas repræsentat; *Officinas* non ingreditur. Sunt tamen qui putant, *Folia* ejus *Folii Sennæ* posse substitui, unde nonnullis *falsa Folia Sennæ* dicuntur. *BARTHOLINUS* refert in *Epistolis suis*, quòd in *Obsidione Hassniensi* horum duplam dosin receperint, & eundem cum *Foliis Sennæ* effectum haberint. Cum igitur non tantum figurâ externâ *Foliorum Foliis Sennæ* respondeat, sed & *Exemplo* res sit confirmata, omninò illorum defectu hæc substitui possunt. Quantum verò in specie *Plantæ* differant *Colutea & Senna*, optimè explicat *JUNGIUS in Doxoscop. Phys. P. 2. Sect. 3. cap. 17. pag. 225.* (S)

CCCCXIX. EBU-

(R) *Κολοκύνθης diminutivum est à Κολοκύνθη Cucurbita*, quasi *Cucurbitula*; *Fructus* enim exiguum repræsentat *Cucurbitam*. Et reverà *Colocynthidis* inter *Plantas Cucurbitaceas* recensetur: à cæteris tamen *Folio* in profundas *lacinias dissecto*, atque ab *Anguriâ Fructu amaro & non eduli*, differt. *Species Officialis* (quamplurimæ enim sunt) est *Colocynthidis fructu rotundo*, major *C. B.* Hæc per terram *sparsa striatis*, asperis *flagellis*, *Folia* profert *Anguriæ* *divisurâ*, *singularia*, *aspera*, *instana*, & *hirsuta*, *hirsutis* quoque *capreolis prædita*: *Flores cucurbitacei*, *luteoli*: *Poma pugno æqualia*, *subflava*, *virosa*, *medullam candidam*, *fungosam*, *amarissimam*, cum *Seminibus compressis continentia*.

Fructus hic Catharticum vehemens est, Sanguinem, ob infensum Intestinis virus, educens. Vulgè hinc creditum est, ab illius *Sale volatili Sanguinem nimis fluxilem reddi*. Id tamen negat *Dñs Boulduc*, atque ad *Experimenta* provocat: *Pulvis enim Colocynthidos in Sanguinem nuper è Venâ educum injectus, illius coagulationem baud remorata est: idem & Lactis acidis.* *Validum sanè argumentum, si Sanguini adhuc per Venas fluenti pari ratione aptari posset.* Idem laudatus *Autor Extractum Colocynthidos longâ in Musto maceratione, & repetitis destillationibus suo modo parat, illudque tutò ad granorum x. dosim exhibet: imò & idem non Musco, sed Aquâ paratum salubrius & tutius expertus est.* Vide *Acta Reg. Scient. Acad. 1701.*

(S) *Colutea est Plantæ, seu potiùs Fruticis, Genus Flore papilionaceo, cujus pistillum abit in Capsulam membranaceam, Vesicæ adinstar inflatam, Seminibusque factam reniformibus.* Inter eas *Arbores & Frutices* à *Tournefortio* connumeratur, quæ præter *Florem papilionaceam, Folia* habens per conjugationes *costæ* *innascentia*. *Colutea vesicaria*

de

CCCCXIX. EBULUS.

DE Ebulo actum est supra, *Class.* 1. Hoc loco ergo solum Ebuli partes Purgationi inservientes perstringimus. Hæ sunt *Cortex*, & *Acini*, seu Seminula Baccarum. Gall. *Buyes d' Hieble*.

Vires. Ebuli Cortices & Seminula vim habent educendi Aquam; conferunt igitur in Hydropo, Arthritide, cæterisque Morbis à Sero natis.

N. Eligantur Cortices mediæ ac potissimum Radicis.

Semen Ebuli solutorium acquiritur hoc modo:

N. Baccar. Ebuli quantitat. magnam, exprime *Succum* (quem in *Extractum* redigere poteris ad normam datam *lib. 2.*) *Acinulosque* restantes à *Siliquis* separa, aliquoties lavando, semperque quod supernatat rejiciendo, donec solos *Acinulos*, eosque puros nactus fueris. Hos sicca ac serva pro usu.

Diuretici sunt.

N. 1. Dosis à ℥j. ad ℥ij. vel fit *Emulsio* in Dosi majori. *Sala.*

N. 2. Ex hoc Semine exprimitur *Oleum*, quod Ventri inun-

ctum Alvim laxare dicitur.

Aqua stillatitia Sambuci aut *Ebuli Radicum*, cujusque ad ℥ij. sumpta per 30. dies, confert Hydropi.

Arcanum Chamaejas S. Cloff.

Semina contusa pone in Cucurbitam affunde Aquam limpida, agita materiam in calore remisso, donec in *Pulverem* evadat, digere per 3. dies, dein cola. Torculari fortiter. *Oleum* mixtum erit cum *Aqua*. Digere, & quod supernatabit, serva, & in fundo habebis ejusdem *Sem. Unguentum*.

Vires. Oleum hoc intus sumptum purgat egregie Pituitam, si ejus ℥ss. cum *Farina Amyli* incorporaretur, vel in *Jusculo* exhibeatur. Extus Podagræ Materiam influentem abigit, ingressam discutit, durescentem emollit, in omnibus Doloribus salutare est.

CCCCXX. ELLEBORUS NIGER.

Utimur non omnibus Ellebori nigri speciebus sed (momente *Matthiolo*) Helleboro nigro, flore roseo, C. B. 4. cui tamen alii substituunt Helleborum nigrum hortensem, flore

CCCCXIX. EBULUS. De Ebulo cum nihil inter *Alterantia* sit dictum, hæc aliquid monendum.

Aliàs vocatur *Chamaejas*, i. e. *parva Sambucus*, vel *Sambucus fruticosa*, quod quoad speciem & figuram conveniat ferè cum *Sambuco*, & nonnisi majoris & minoris ratione differunt; *Ebulus* enim est humilior & fruticosior.

Cum igitur formam, quam externè gerit, similem *Sambuco* obtineat, conveniet cum illà quoad facultates, & quæ dici possunt de *Sambuco*, etiam intelligenda venient de *Ebulo*, nisi quod *Sambucus* sit calidior, acrior, & fortius purget quàm *Ebulus*. Nihilominus inter *Purgantia* non ultimum obtinet locum *Ebuli Cortex*, & *Acini* seu *Semina Baccarum*: reliqua, ut *Folia* & *Flores*, alterant, egregie discutunt, emolliunt, *Anodyna* sunt.

Cortex interior, præsertim *Radicis*, saporis est amaricantis, odoris ingrati, qui consistit in Sale volatili acri, particulis sulphureis & viscosis immerso, unde potenter purgat Phlegmata aquosa in Hydropicis; deinde etiam Lympham acidam & acrem, vellicantem partes nervosas circa Articulos; adeoque in Affectibus Arthriticis à Lymphâ acri commendatur pro *Purgante*, & in genere in omnibus Morbis, ubi est serosa Colluvies, non inutiliter præscribitur. *Cortex* ergo pro scopo purgandi præscribitur in *Infuso* vel *Vino*, (quod quidem violentius est,) aut *Decocto* quod mitius agit: vel solum, vel unà cum aliis: cujus *Dosis* in *Infuso* solet esse ad ℥ij. vel ℥ss.

Externe Cortex recens coquitur in *Oleo veteri*, vel *Lini*, additur *Succus expressus Corticis* ad imprægnationem Olei, ebulliat, post exprimitur: Optimum hinc est Remedium contra Ambustiones.

Acini potenter evacuant Aquam & Serum, seu Lympham copiosam in Hydropicis, & in Arthriticis partes nervosas vellicantem.

Succus Baccarum ab ℥j. ad ℥ij. propinatus purgat per inferiora in Hydropicis, & simul per Vomitum, si præprimis ex *Corticibus* proliciatur.

Aquam destillatam ex Sambuci aut *Ebuli Radice* commendat

AUTOR. QUERCETANUS in *Pharmac.* habet *Aquam destillatam purgantem ex Baccis Corticibusque Ebuli & Sambuci*. Disceptant autem inter se Chymici: An ex *Purgantibus* possint haberi *Aqua & Spiritus purgantes*? Negant hi, affirmant illi; sed neutrum universaliter dici potest: sunt enim quæ dant *Aquam purgantem*, sunt etiam, quæ nullam dant: Ergo de uno saltem hoc verum est, non de omni.

Aliàs ex *Semine Ebuli & Semine Sambuci* *Oleum* fit per expressionem, quod est egregium *Vomitivum*. Laudatur præsertim à quibusdam pro Philtro propinato. *Dosis* ℥j. ad ℥ij. in *Cerevisiâ* tepida. Externè illinitur Umbilico & Ventriculo pro laxatione Alvi. Virtutes *Arcani Chamaejas Cloffei* satis expressæ sunt ab AUTORE.

Quod attinet virtutes alterandi, in *Floribus & Folis Ebuli* est vis diaphoretica, sicuti etiam in *Folis & Floribus Sambuci*, dum movent Sudorem potenter; vid. **AUTOR** in *Class. 1.* ubi de *Alterantibus primariis*. Ex *Spiritu Ebuli* proprio, digesto super *Grana Ebuli*, fit *Tinctura*, vel *Essentia Granorum Ebuli*, quæ est elegans Remedium in curandâ Suffocatione uterinâ; non minus etiam *Tinctura Granorum Sambuci*.

Prostat quibusdam in locis *Extractum Corticis interioris* cum *Spiritu Vini*, quod à ℥ss. ad ℥j. Humores serofos educit. (T) Sequitur, ratione Ordinis alphabetici,

ELLEBORINE SYLVESTRIS LATIFOLIA.

ELLEBORINE sylvestris latifolia, Germanis *unser Frauen-Schue*, id est *Calceus Mariæ*, dicitur: sed malè; quia *Calceolus Mariæ* longè alius est. Est hic quidem species *Helleborines*, sed cum aliis non convenit. Nostra *Helleborine Helleboro albo cognata* est; sed nondum innotuit, quid & quantum valeat in usu Medico? an conspiret cum illo necesse? (V)

CCCCXX. ELLEBORUS NIGER. Hactenus duo *Ellebori genera innotuerunt*: unum vocatur *Nigrum*, alterum *Album*, de quo in sequentibus. *Niger Elleborus*

de qua hæc *Ettmullerus*, *Arbuscula* est *ramosa*, cujus *materies Sambuci* *materie durior*, intus *cava*, duplici *teâ cortice*: *Folia multa ad costam conjugata*, *Sennæ modo*, sed *rotundiora*: *Flores ex longo pediculo multi*, *leguminosi*, *lucet*, quibus succedunt *Folliculi membranacei*, *pellucidi*, *spiritu quodam distendente turgidi*, ut *pressu cum crepitu dissoliant*, in quibus *Semina*, *reniformia*, *nigra continentur*. Nullius est *Coluteæ* apud nos *usus medicus*.

(T) *Ebulus sanè inter Sambuci* (de qua *Class. 1.*) *species recensendus*, vocaturque *Sambucus humilis* sive *Ebulus C. B. Græcis χαμαιάκην*, à *χαμαι* & *άκην*, *humilis Sambucus*. Hinc inter *herbaceum genus & fruticum* ambigit *Ebulus*: *Caule surgit striato meduloso ut Sambucus*, *quam & Folia æmulantur*, sed *ordinatiis & per conjugationes*, *impari rabin terminante*, *disposita*, *odore graviore*: *Flores in umbellis albidis*, quibus nigri *Acini*, *succo rutilè purpurascente*, *Seminibusque ternis*, *turgentes succedunt*. *Folia Ebuli amariuscula* sunt, *Fructus amariore*, *styptici*, & *cæruleam papyrus* haud *rubefaciunt*. *Chymicâ Angli Folia & summitates parum reddunt Acidi*, *multum Spiritus urinosi*, *nil Salis volatilis concreti*, *multum Olei & Terræ*. *Folia emolliunt & resolvunt*: *prunis castigata*, ac *Cætoplasmatis formâ applicata*, *Podagricos solantur*, & *Tumores discutunt*. *Vini albi cyathus ex infusione seminiuncæ Seminum*, *factâ levi expressione*, *Hydropicos purgat*; sed *satis leviter*: *efficacior est Emulsio ex ℥vj. vel viij. eorundem Seminum*. *Vapor vel Balneum ex Decocto Foliorum Ebuli*, *Tanacetis*, *Salviæ & similibus Plantarum*, *Œdemata Hydropicorum resolvit*.

(V) *Elleborine*, seu potius *Helleborine*, quam *sylvestrem*, *latifoliam* vocat hæc *Ettmullerus*, *quamque verè negat esse Calceum Mariæ*, erit sanè *Helleborine latifolia*, *montana C. B. Helleborine autem Plantæ Genus est Flore polypetalæ*, *anomala*, *Orchidi valde affine*, ab illâ tamen *Radicibus fibratis præcipuè differt*. *Helleborine de qua hæc*, *numerofis sane fibris albidis radicitur*: *Caulis modò unus*, modò *plures*, *ad cubitalem accedentes altitudinem*, *ramis carentes*, *teretes*, & *farinâ quâdam asperfi*: *Folia adnascuntur Hellebori albi instar nervosa*, sed *multo minora*, & *amara*. *Flores Orchidis à medio ad summum alternatim Caulem ornant*, *herbacei*: *Semen minutissimum in canaliculato capitulo continetur*.

flore viridi . Alii ejus loco cum successu utuntur Elleboro nigro tenuifolio , Buphthalmi flore , teste *Baubino in Matth. German. Schwartz Nieszwurtz*. Gall. *Elleboze noir*.

Prior insignitur Elleborum nigrum , *Matth.* (cui & Elleborum purpureo flore ,) *Cass. Cam.* Helleborus niger , *Lob.* 2. *Dod.* verus , *Ger.* Veratrum nigrum , *Dod.* Legitimum , *Clus. hist.* Styriacum , *Tab. C. B.* 4.

Posterior nominatur Helleborus niger , *Brunsfels.* alter , *Matth.* 3. *Dod.* nostras , *Cord. hist.* Helleborus niger adulterinus domesticus , *Trag.* hortensis , *Fuchs.* Helleborastrum , *Lob. Ger.* Veratrum nigrum , *Cord. in D.* *Clus. hist.* *Tab. C. B.* 2.

Tertius dicitur Elleborus niger verus , *Trag. Lon.* Pseudo-Elleborum , *Matthiol.* Buphthalmum , *Dod. Clus. Cam.* Helleborine tenuifolia , *Cord. b.* Helleborastrum nigrum , *Cam.* Helleborus niger ferulaceus Theophrasti , *Lob.* Elleborum alterum , *Cass.* Helleborus Hippocratis , *Tab. C. B.* 9.

Prior crescit copiose in Austria : floret Januario .

OFFICINALIA NATIVA.

Radix , ac præcipue *Cortex* .

N. Colligendi tempus referunt Lunâ in Aspectu felici cum Jove aut Venere , existente sub ortu Solis , Lunâ crescente , ac peragrante Signum Capricorni , Leonis , aut Sagittarii . *Heurnius* .

Vires . Purgat potenter Humores melancholicos : utile per

consequens Medicamentum est omnibus Affectibus inde originem trahentibus , quales Mania , Infania , Hypochondriaca passio , Elephantialis , Herpes , Cancer , Quartana , Vertigo , Epilepsia , Apoplexia , Scabies . Sed cautè & non nisi robustis ob violentiam , quam exercere aptus natus est , exhibere conducit . In Decocto tamen minus periculi . Corrigitur *Mastiche* , *Cinnamomo* , *Feniculo* , & similibus .

Dosis à ℥j. ad ℥ij. *Infusione* dant à ℥j. ad ℥ss.

P R Æ P A R A T A .

1. Præparatio Ellebori Officinarum .

Maceretur (rejectâ Medullâ ligneâ) per dies 3. in *Vino Cydonior.* (alii in *Malvatico*) , postea exsiccetur : *Aug.* *Quercetano* sufficit 24. hor. in *Aceto ros.* macerasse . *Ph. Rest. c.* 26.

N. Alii *Radice* ita præparatam ulterius *Pomo Cydonio* infigunt , idque *Pastâ Panis* obvolutum in Clibano coquunt , postmodum *Radice* exemptam exsiccant .

2. Præparatio Recentiorum .

N. *Rad. Elleb. nigr. pulveris.* q. v. irrorâ *Phlegmate Viatrioli* , & ad lenem calorem continuè ligneâ spatulâ agita , iterumque irrorâ & agita , donec Fœtor omnis exhalarit , Radicesque gratum odorem & colorem nigricantem acquisiverint .

Dosis

leborus à PARACELSO , (cui *Helleborismi* fuerunt in frequenti usu) vocatur *Senior & Daura* ; *Albus* verò *Junior* . Alias *Elleborus niger Veratrum* dicitur ; ratio est ea , quòd Mentem vertat , quoniam in Maniacis & Melancholicis eam invertit ; unde dicitur *Caput Elleboro dignum* , id est insanum , quod corrigendum est per Elleborum Capiti dicatum . Dicitur *Niger* ratione *Radicitis* , quæ est nigra , & *Albus* ratione *Radicitis* quæ alba , non ratione *Florum* , qui in Nigro sunt albi , in Albo nigri .

Quatuor autem *Species Ellebori nigri* nobis jam in promptu sunt :

1. Est *Elleborus niger legitimus* , seu *Veratrum nigrum* , flore roseo , albo , juxta MATTHIOLUM *Styriacus flore purpureo* . Paradoxa quidem videtur hæc de coloribus *Florum* relatio : sciendum autem , quòd *Flores Ellebori nigri* primùm albicantes post aliquot dies rubescant . Germanicè Vocatur *Schwartz Niese-Wurtzel* , ab efficacia . Dicitur etiam *Christ-Wurtzel* , id est *Radix Christi* , quia circa Menses Januarii aut Festum Nativitatis Christi lætissimè floret ad Aprilem usque . *Folia septem* vel plura , ex parte crenata , circa caulem habet .
2. *Secunda Species Ellebori nigri* est *Hortensis flore viridi* , *Rosarum in modum* , ut plurimum novem *Folia* crenata habens .
3. *Helleboraster* seu *Pseudohelleborus niger nostras* , *adulterinus* , *domesticus* , *hortensis* , *flore ex flavo viridiflorescente* .
4. *Helleborus Hippocratis flore luteo* , *Helleborine tenuifolia* , *Helleborastrum nigrum* , & c. *Buphthalmi* potiùs *Species* est .

Helleborus niger genuinus *Siliquas* habet numero ut plurimum octo , *Semen* oblongum continens : *Radix* nigra numerosis constans fibrillis , odore est gravis , sapore acris , amaricans & nauseosa . *Folia* ejus sunt volatillissima , & si gustantur , acrimoniam habent insignem , morsicantem instar *Piperis* ; sunt enim acriora quàm *Folia Plantarum Antiscorbularum* , *Piperitidis* , *Nasturtii* , *Cochleariæ* , *Raphani rusticani* & c. quod culibet illa degustanti innotescet : si destillantur , prodit *Aqua* similis saporis , ac habet ipsa *Planta* ; unde remanentia si calcinatur , parum vel nihil *Salis fixi* continet , *Sal* enim *volatile acre* ascendit Alembicum , à quo *Aqua* saporem habet acrem : vid. ZWELFFERUS in *Pharmac. August.* pag. 139. & *Pharm. Reg.* pag. 34. *Vis* ergò *purgatrix* ejus consistit in *Sale* volatili acris , & perquam penetranti , quod insimul , corrigit *Acidum præternaturale* . *Folia* hæc cum *Saccharo* PARACELsus pro Vitâ longâ commendat , & *Balsamum Salutis* exinde parare docet , cujus TACKIUS in se ipso *Experientiam* fecit : vid. ejus *Chryso-gonia* .

Folia apud nos rarò usurpantur , propter acrimoniam .

In usum vocatur tantùm *Radix Ellebori Styriaci* , cujus colligendæ rationem habet AUTOR ex HEURNIO . Discrepant tamen , & sunt , qui dicunt colligendam esse Mense Septembris , Sole in Librà , vel Mense Martio , Sole in Ariete existente . Quidam colligunt Mense Octobri : cum enim floret rigorosissimâ Hyeme , sub mediis Nivibus , tempus autumnale illi est quasi vernum , & æstivum instar hyemalis ; adeoque autumnali in maximo est vigore , perpetuâ

Tom. IV.

fronde viret . Sub collectione autem ejus probè observetur , ne confundatur cum *Radice Aconiti* , Radicibus Elleborinis non ab simili , quæ quoque in iisdem provenit Montibus , & maligna est ac venenosa , & cum maximo Ægri detrimento ac nocimento juncta : & quidem præ cæteris vid. de Aconito HILDANUS in *Epist.* p. 974. & ZWELFFERUS *Pharm. Reg.* pag. 75.

Radix est nobile *Purgans* , & *Pharmaca* recondita habet : unde dicitur *secundus Rex Medicaminum Purgantium* , sicuti *Colocynthidis primus* vocatur , propter egregiam & fortem vim purgantem : item sunt , qui dicunt , quòd nihil adeò sit salutare humano generi sub Lunâ , quàm *Elleborus niger* . Contrarium dicitur de Brutis , quæ jugulantur ab *Elleboro nigro* , teste MATTHIOLO . PARACELsus præfert omnibus aliis *Simplicibus Purgantibus* , & dicit , quòd non sit melior *Radix Elleboro nigro* , quoniam curet quatuor Morbos principales ; qui ipsi sunt , Podagra , Hydrops , Epilepsia & Apoplexia , & quorum sub vexillo , tanquam sub summo genere , reliquorum Morborum cohortes coërcet . Dicitur enim Capiti in Epilepsiâ , Apoplexiâ , Vertigine , Paralyfi , & c. in Specie in Affectibus Chronicis , Genus nervosum & Caput affligentibus , indeque tam Mentem turbantibus , quàm Morbos convulsivos inferentibus ; adeoque Systemati nervoso convenit , & Causis Morborum Partium nervosarum occasionalibus confert ; indeque Melancholicis , Affectibus cutaneis , Scabiè ferinâ , Ulceribus partium internarum , pro Fomite interno corrigendo & eliminando , egregium est . Sanè inter ea , quæ Humores sic dictum Melancholicum Veterum , id est crassum , viscidum , ac acidum evacuant , est præcipuum *Elleborus niger* : imprimis cum præter vim purgantem , in dictis Affectibus etiam singularem vim alterativam appropriatam , Saporum morbosorum correctivam , & hinc *Massæ Sanguineæ* , ac *Viscerum* in Ventre emendativam , obtineat ; adeò ut sint qui dicunt , quòd si *Elleborus niger* per fermentationem imprimis alteretur , & dematur ipsi Malignitas , & Venenum laxativum , fiat magnum Remedium Specificum in Morbis Cephalicis , & Confortativum Capitis : conferatur hinc *Specificum Melampodii non purgans* pro Melancholicis , quod recenset VELSGHIUS in *Hecatoth.* 2. num. 20. pag. 11. Certum aliàs est , quòd acuat Ingenium , & Spiritus roborat , Hominesque hilares atque promptos reddat ; id quod *Experientiâ* propriâ confirmat GESNERUS *Epist.* pag. 13. Et certum est , quòd imprimis PARACELsus multum tribuat *Elleboro nigro* ad prolongandam Vitam ; unde vocatur etiam *Thesaurus Vitæ* . Ad Infaniam præstantissimum vocatur *Alexipharmacum* à ZACUTO LUSITANO L. 2. *Hist.* 29. Sicut & *Ellebori nigri* ope , unâ tamen cum aliis , aliquot *Hydropicos* curatos fuisse ab EZLERO , constat . A MATTHIOLO *Dilutum* seu *Infusum Ellebori nigri Specificum Purgans* vocatur *quartanarium* : dicit namque , quòd nulli propinaverit , qui non unâ alterâve Purgatione fuerit curatus : vid. MATTHIOLUS *Comm. in Dioscor.* Et DEODATUS dicit , vim specificam *Elleboro nigro* inesse educendi omne id , quod Sanguini permixtum , eundem corrumpit ; & rectè dici

Z z

Fugam

Dosis à ℥ss. ad ℥j. cum Corrigentibus. *Hartmannus in Coll. Sennertus Inst. Tentzelius.*

N. 1. Alii irrigant aliquoties (3.) *Succo Rosarum*, & in umbrâ exsiccati fiunt, dantque ad gr. 10. vel 12. imò ad ℥j.

N. Non minoris virtutis sunt aliæ *Correctiones*, quæ per Macerationem *Radicum* seu *Fibrarum Hellebori* teretum & minutularum ex Oriente allatarum, fiunt in *Lacte caprino*, *Sero Lactis*, *Melicrato*, & *Oxymelle*, per triduum, vel etiam modo sequenti.

3. Extractum Ellebori nigri.

℞. *Cortic. Rad. & Fibrar.* q. v. Coque in *Vino albo generoso* leni calore hor. 3. in fine Ignem augendo, ut bulliant. Dein exprime, & coagula ad consistentiam *Extracti*.

Dosis à gr. x. ad xv. vel xx. cum *Oleo Mastiches* & similibus.

N. Alii loco *Vini* solâ *Aqua pluviali* utuntur, ut *August. Alii Aquâ Anisi*, de qua *Oleum* separatum, ut *Hurnius in Meth. pract.* vide & *Weckerum*. Vel *Aquâ Majoranæ* aut *Melissæ* cum *Oleo Tartari* per d. *Hartman. in pract.* Alii *Spiritu Vini*, ut *Beguinus lib. 2. cap. 9.*

4. Extractum Ellebori nigri Quercetani.

℞. *Rad. & Fibrar. cum Aceto Rosar. preparat.* q. v. extrahe digerendo, cum *Succ. Limonior.* part. 1. & *Succ. Po-*

Fugam Daemonum, eò quòd Succos, Mentis turbantes, expellat in quibus Succis esse dicitur *Balneum & Stabulum Diaboli*, & inde nata *Deliria Melancholica* exhauriat: de quo videbitis *Experientiam* in *FREITAGII Aurorâ Med. Capite de Elleboro*, ubi narrat *Exemplum* curati per *Elleborum*, qui quasi *Diabolo* fuit obsessus, ex quo locutus, se coactum esse, inquiens, ut exeat, quoniam *Nidus* suus sit destructus.

Dosis tam in *substantiâ*, quàm in *Infuso* habet **AUTOR**. In *Infuso* usurpatur præsertim cum *Sennâ*, ut *suo loco videbitis*.

Externè convenit in usu *Sternutatorio*; unde **HELMONTIUS** *Tr. Asthma & Tuss. §. 65.* præstantem *Pulverem Sternutatorium* exinde parat: dum

℥. *Rad. Helleb. nigri*,
Saccbari, an. part. æqu.
M. f. *Pulvis*

Qui pro majori suavitate aliquot guttis *Olei destillati Caryophyllorum*, vel *Cinnamomi*, vel *Majoranæ*, irrorari potest.

In *Coryzâ* optimus est, & longè tutius usurpatur, quàm *Elleborus albus*: item *Radix* hujus *Hellebori* *Fonticulo* imposita non tantummodò acrimoniam suam excretionem *Fonticuli* promovet, sed simul etiam *Corpus* turbat, teste **WALÆO** in *M. M. pag. 43.*

Cæterùm quoniam est vehemens *Remedium*, à *vo* *xi* *xi* *no* violenter purgans, rarò, aut planè non, in *substantiâ* usurpatur, nisi priùs corrigatur aliquantisper. Testantur enim *Observationes*, quòd *Elleborus niger* inducat *Convulsiones* lethales: id quod quidam dicere volunt de *Elleboro albo* tantum, **HIPPOCRATI** usitato: Verùm enim verò præstant etiam *Exempla* de *Elleboro nigro*. Sic **HILDANUS** in *C. Epist. pag. 914.* refert, quòd quidam *Princeps* per *Extractum Ellebori nigri* pro *Purgante* fuerit interfectus: item quòd *Mulier* cum *Extracto Ellebori nigri* purgata intra sex horas sit mortua; sicut etiam **Du HAMEL** *Tr. de aff. Corp.* refert, *Radicem* hanc *Fonticulo* applicatam, *Purgationem* per superiora & inferiora excitasse. Ut ergò *Malignitas* præcaueatur, propterea præparatur, & quidem cum *Vino* hoc modo:

℥. *Radic. Ellebori nigri* justo tempore collectas.

Macerentur in *Vino Malvatico*, exsiccentur in *Sole* vel alio calore, exemptis tamen primùm interaneis seu medullâ, quod ter est repetendum; tunc pulverisanda *Radix*, & *Vitro* indenda: huic superfundendus *Succus Rosarum pallidarum*, & in *Sole* vel alio calore, vel *Furno* siccanda *Radix*, quod iterum ter repetendum, tandem *Radix* sicca denuò pulverisanda & servanda.

Dosis est à ℥ss. ad ℥j.

Vinum Cydoniorum à multis dicitur *Specificum corrigens Ellebori nigri*, quod etiam confirmat **ZWELFFERUS** in *Pharm. Reg. pag. 35.*

Præparatio Ellebori nigri per *Pomum assatum*, quam refert **AUTOR**, fuit **FONSECÆ** *Secretum*, qui recepit *Pomum*, imprimis dulce, & per hoc transigit *Fibras Hellebori nigri*, cumque illis sub cineribus assavit, deinceps extraxit

mor. redolent. part. ij. (Succi priùs sint benè depurati & clarificati,) exprime. *Fæcibus* affunde novum *Succ. Rosar. pallidar.* clarificatum, ac denuò digerendo extrahe colando & exprimendo. *Utramque Tincturam* conjunctam digere in *MB.* & defæca. *Defæcatam Tincturam* lento igne coagula ad formam *Extracti*.

Dosis ad ℥j. cum *Stimulo* aliquo vim *Ellebori vomitoriam* obtundente, e. g. *Extracti Diagridii* & sim. *Quercetanus in Pharm. Ref. cap. 26.*

5. Aliud Quercetani.

℞. *Extract. Elleb. nigri.* (cum *Aquâ Anisi* factum) affunde *Spirit. Vin.* digerendo: extrahe, filtra, coagula. *Weckerus ex Quercetano.*

N. Si *viridem* habueris *Elleborum*, *Extractum* quoque parare poteris cum *Aquâ ejus destillatâ*, ad modum in *Esulâ Extracto* delineatum.

6. Extractum Ellebori nigri Sala.

℞. *Cort. Ellebori nigri*, ℥ss. *Aquæ Borrag.* ℥iij. *Spir. Vin.* ℥iij. digerendo extrahe, *Vale clauso*: decanta, ex *Fæcib. combustis* extrahe *Sal*, idque *Tincturæ* admisce, digere per diem, ac coagula.

Dosis à ℥ss. ad ℥j.

7. Extractum

Radiculas, & *Pomum* ita coctum propinavit *Melancholicis*, quos suaviter purgavit; uti & aliis, quibus opus fuit *Elleborismo*.

Aliàs per ea quoque corrigitur, quæ in genere de *Purgantibus* commendata sunt, imprimis per *Acida*, quibus tamen castratur; quia partim *Sal volatile* evocatur & figitur, partim in *Aceto* macerando virtus ejus optima extrahitur. Per *Alcalia* tamen ita corrigitur, ut si *Sero Lactis*, vel *Aquæ destillatæ Sero Lactis* cum *Sale Tartari* imprægnatæ, infundatur, insigniter cicuratur *Elleborus*. Si verò *Acida* placeant, ad imitationem **HARTMANNI** in *Praxi Chymiatr. pag. 17.* recipiatur *Pblegma Vitrioli*, vel *Pblegma aut Spiritus Vitrioli*, addatur *Sero Lactis*, qua *Mixtura* irrorentur *Radicibus Ellebori nigri*. Ubi tamen notandum, quòd *Acida* nimis castrant eum, ut in majori dosi usurpetur, quòd plus enim *Spiritu acidulatum* fuerit *Phlegma*, eò minùs evacuat: nam *Acidum* figit *Sal purgans*, & vim deleteriam: & quò dilutius, minor *Dosis* præscribitur; contra quòd minùs fuit *acidulatum*, eò magis purgabit in tali dosi. Qui mitiùs corrigunt, præferunt *Succum Cydoniorum* infusum *Radicibus Ellebori*, sicque maceratæ corriguntur pro ulteriori usu.

Pro *Decoctis* autem & *Infusis*, indeque paratis *Extractis*, item *Nodulis*, in *Morbis Hypocondriacis*, *Melancholicis*, *Quarranâ*, *Affectibus Capitis*, *Catarrhalibus*, aliisque *Chronicis*, item in *Affectibus cutaneis externis*, *Scabie*, *Serpiginibus*, (vid. **HILDANUS** loco allegato,) recipienda est *Radix cruda*, acri *sale volatili* insigniter turgida, non verò, prout communiter fit, præparata. Eligatur pro *Infuso Radix* recens vel potiùs *Radix fibrosæ*, rejectis partibus *lignosis*, quæ *Fibrillæ*, quia maximam partem *substantiâ corticali* constant, virtute medicamentosa copiosius ditatæ sunt; sicut in toto *Vegetabilium Regno* *Cortex* duplo plùs, quàm *Medulla lignosa*, virtutis obtinet. *Menstruum* sit *Aqua*. Elegantissimum autem *Infusum* fit cum *Vino Nectarino*, vel *Moscattino*, quod propinat a ℥j. ad ℥ss. Pro *Scorbuto* *Infuso* in *Sero Lactis* probè depurato faciendum est, addendo parum *Salis Tartari*, & egregium sic *Laxativum* per epicrasin habetur.

Huc pertinet etiam *Aqua Hellebori nigri destillata*, quam sufficienter purgare asserunt, non tantummodò quæ ex *Helleboro* recenti paratur ad imitationem **BORRICHII** in *Herm. sapient. pag. 341.* sed recipiunt etiam

Rad. Helleb. nigri ℥j.

infundunt

Vini *Mens.* iv.

unà cum *Semine Anisi* & *Fœniculi*, ceu *Corrigentibus*: deinde per *Balneum Mariæ*, vel *Balneum Vaporosum* destillant *Aquam*: cujus *Coehlear* unum, vel alterum pro corpore evacuando propinatur.

Non contrariatur hic **ZWELFFERUS** in *Pharmac. Reg. p. 35. & 76. & 206.* Volatiles enim admodum sunt *particulæ medicamentosæ*, præsertim *salinæ Hellebori nigri*; unde non tantummodò *Destillata* ejus acre admodum sapiunt, sed etiam in cineribus ejus nullum *Sal fixum* remanet. Conf. **ZWELFFERUS** in *Pharmac. Reg. pag. 34. & 76.* item in *Animadu.*

11. Syrupus Elleboratus .

In hoc continentur

Cort. Elleb.	3.)	
Rhabarb.	8.)	
Fol. Senæ.	16.)	partes
Polypod.	16.)	
Helleb. alb.	3.)	

12. Oxymel Elleboratum .

In quo continentur

Helleb. nigr.	3.)	
Efulæ.	2.)	partes.
Agarici.	2.)	
Turbith.	8.)	

13. Pulvis Purgans .

Fit ex Foliis Helleborastri mense Septembri vel Octobri collectis, Lunâ decrescente, quæ in umbrâ per se exsiccanda, vel in Pant fliginoso .

Dosis à ʒʒ. ad ʒj. in Vino albo .

CCCCXXI. ELLEBORUS ALBUS .

Elleborus albus, flore subviridi, C. B. 1. Elleborus albus, Brunf. Trag. Fuchf. Cord. bist. Lon. Cam. Clus. bisti. Helleborum album, Matthioli. Lob. Cast. Veratrum album, Cord. in D. mas & foemina, Tab. German. Weisf. Nieszwurtz. Gall. Ellebore blanc.

OFFICINALIA NATIVA .

Radix .

Vires . Ob violentiam purgationis, quam per superiora & inferiora exercet, usum purgandi internum soli serè Elleboro nigro linquit. Ingreditur tamen ceu basis Vomitorium Conradinum. Extrinsecus Sternutationes movet, Scabies, Impetigines & Serpignes mundificat & sanat, Lethargicos excitat (Naribus indita), Menses proritat (subdita.)

P R Æ P A R A T A .

1. Vomitivum Conradini .

ʒ. Rad. Bryon.
Cyclamin. an. ʒij.

Helleb.

485. qui illud valde laudat, & dicit expressè: quendam Decanum ex illius usu usque ad 186. ætatis annum Vitam protaxisse, ut illi mortuo tale fuerit positum *Epitaphium* :

Hic jacet edentulus canus atque Decanus,
Rursus dentescit, nigrescit, & requiescit .

Præterea CLAUD. DEODATUS Lib. 3. Pant. Hygia- sic. pag. 52. habet Balsamum Senecutis Paracelsi, paratum ex Decocto Ellebori nigri certo modo præparato, item Thesaur. Vita ejusdem. FABER Lib. 4. Myrothec. spagy. cap. 17. habet Oleum Ellebori nigri purgans, præparatum ex Radice sicca per distillationem per descensum, in quo, dicit, consistere Curam Catarri perfectissimam. HILDANUS in Epist. pag. 974. habet Crystallor Ellebori nigri purgantes ex DEODATO, quæ etiam videri possunt in FABRI Myrothec. spagy. Lib. 2. cap. 5.

Syrupi Elleborati elegantissima & efficacissima sunt Remedia. Per extractionem cum Menstruis Aqueis vel Vinosis parati, & loco inspissationis in Syrupum redigi possunt, ad imitationem ZWELFFERI Pharmac. Reg. p. 34. vel ad imitationem CNOFFELII; de quo vid. M. A. N. C. Ann. 6. & 7. (X)

CCCCXXI. ELLEBORUS ALBUS. Elleborus albus, seu junior Paracelsi, Flore est subatro. Radix frequentissime in usu fuit HIPPOCRATI, & Veteribus; quia robustissima eorum Corpora illum perferre poterunt; apud nos verò, propter summam Virulentiam, rarissime usurpatur, nisi in fortissimis Subjectis; cum impetu enim per superiora & inferiora purgat, quicquid in Corpore invenit, & in omnibus vehementior & violentior est præ

Elleboro nigro. Dicitur insuper, quòd recens imposta Ventriculo, soleat Vomitus cieri. Colligitur tempore verno, Sole ingrediente Signum Tauri, vel sub ortu Solis in incremento Lunæ in Signo Leonis vel Capricorni.

Purgat egregie Phlegmata crassa & Succos melancholicos: upde inter Melanagoga refertur vulgò, & nonnisi in Melancholicis, Maniacis, Furiosis, & aliis, qui non possunt curari cum Antimonialibus, ad Elleborum album, tanquam ad ultimum refugium, devenimus. In Maniâ sanè Vomitus ex Elleboro albo est radix curandæ Maniæ, & propter vim alterativam cum vomitoriâ conjunctam, generosum simul Maniæ Alterans: vid. LINDANI Colligium in Hartmanni Praxis: sicut & D. MICHAELIS per Essentiam Ellebori albi curavit hîc Virginem melancholicam, quæ à Dæmone obsessa putabatur. Modus exhibendi est:

ʒ. Rad. Elleb. albi ʒʒ. ad ʒj.

Coquitur in Vino, donec mollescat: exprimatur, Vinum abiciatur, & Radix novo Vino infundatur: ubi per noctem in loco tepido relictum, mane vel cum vel sine expressione transcoletur, & Maniaco propinetur, prout mitius aut fortius haberi vult, sicque ut plurimum primâ vice cicuratur aliquantulum.

Veteres, tempore imprimis HIPPOCRATIS, Elleborismo crebrius usi sunt; unde natum Proverbium: Elleboro indiget, seu Caput Elleboro dignum. In nostro tamen Climate cautiùs usurpandus, quia violentus est. Mulieri cuidam, Materialistæ Uxori, aliquando jubebam Nodulum ex Speciebus in Officinâ suâ obviis facere, quibus etiam ex aliis Elleborum nigrum addere jufferam: Famulus verò ejusdem loco hujus album recipit, me & herâ insciis. Mulier in Vinam infundit,

(X) Helleborus (quibusdam Melampodium appellatus, quoniam Melampus caprarum pastor furens in se Præti filias, eo primus purgasse & sanasse fertur) est Plantæ genus Flore rosaceo, cujus pistillum corniculis cinctum abis in Fructum, in quo velut in capitulum colliguntur Vaginæ membranaceæ secundum longitudinem debiscentes, & Seminibus sæcè subrotundis vel ovatis. Hi sunt characteres Hellebori nigri dicti; albus verò appellatus novum Genus ex Tournefortio constituit, cujus nomen Veratrum, de quo mox.

Hellebori nigri species Officinis cognita, est Helleborus niger angustioribus foliis T. b. e. Helleborus niger flore rosaceo C. B. Huic Radix crassiusculis fibris donata, è quâ Folia longo, tereti, maculato pediculo surgunt, digitatim disposita, viridantia, obtusa, serrata: inter hæc occultantur Flores rosacet, carnei, vel valde rubentes, pediculo item maculoso appensi, cujus medium lutea stamina occupant, ac decem corniculorum corona: Siliquæ demum corniculatæ Semen continent. Notante Dño Boulduc, Extractum Radicum Hellebori nigri (quemadmodum & omnium Purgantium) Spiritu Vini paratum sulfureum tantum est; Resina enim sulfureæ aptum est menstruum Spiritus Vini: at idem Extractum Aquâ elicatum salinum simul & resinofum est; nam Aqua quæ menstruum Salinarum partium est, secum quoque & sulfur rapit. Hinc Extractum purè resinofum Hellebori nigri b. e. Spiritu Vini paratum, purgat parum & cum irritatione; Extractum contra Aquâ elicatum satis purgat, & blandè, in eo enim partes salinæ & sulfureæ se invicem contemperantes, & purgationis opus aptius promoventes, continentur. At si quod relictum est post extractionem resinofam Spiritu Vini factam, iterum Aquâ extrahatur, parum vel nihil purgat, sed movet tantum per urinam.

Ettmullerus hîc, præter expostam Hellebori nigri speciem, quam primam vocat, recenset secundo loco Helleborum nigrum, hortensem, flore viridi C. B. qui est Helleborus niger vulgaris, flore viridi, vel herbaceo, radice diuturnâ J. B. differtque à priore Foliis amplioribus, laciniatis, serratis, atque colore Florum.

Tertia species Ettmullero est Helleboraster, seu Pseudohelleborus niger, nostras, adulterinus, domesticus, hortensis, flore ex flavo viridescente: hic fortasse est Helleborus niger, scetidus C. B.

Quarta demum species est Ettmullero Helleborus Hippocratis flore luteo, quem Helleborinem vocat tenuifoliam, Helleborastrum nigrum &c. illumque Bupthalmis accenset. Tournefortius tamen rectius inter Ranunculos numerat, vocatque Ranunculum Fœniculaceis foliis, Hellebori nigri radice H. R. Monsp. Hic à J. Bauhino describitur hoc nomine: Bupthalmum Dodonæi, aliis Confiligo tenuifolia. Planta hæc è Radice fibrosâ Hellebori nigri Caulis profert spithameos, striatos, tenues, in quibus Folia tenuissimè dissecta, sapore subamaro, odore insuavi: Flores pulchri, flavi, ex sexdecim plerunque petalis constantes, in quorum medio amœna herbidorum staminum corona capitulum Ranunculi echinatum circumdat. Putat Tabernæmontanus atque alii hunc esse Hippocratis & Antiquorum Helleborum nigrum, cujus Radices ἀπο κατω vehementius purgant.

Hellob. alb. ʒj.

Radices has probè munitas, lotas & exsiccatas pulverifas, affundeque *Spir. Vin.* ad eminentiam dig. 2. stens in MB. dein destilla per Alembicum: Fæces exime & comminue, Spiritum abstractum reafunde, stentque aliquamdiu Vase clauso. Postea filtra, & habebis verum *Vomitorium*.

Ufus. Pennæ extremas Plumæ intinge, & immitte in hautum Vini Malvatici, eumque bibe & evomes. Vid. *Hartmannus in Croll.*

2. *Vinum Vomitorium.*

Fit *Vinum* ex *Elleb. albo*, si *Radicum* illius crassè contus. ʒʒ. maceretur in ʒj. *Vini Hispan.* exponaturque Soli.

Vires. Est singulare *Heurnii Experimentum* pro movendo Vomitu, Cochlearium unum: ad Alvim verò ciendam detur Cochl. ʒ. cum aliis Laxantibus, adde *Vomitorium Amati Lusitani*.

infundit, & Vomitu adeò vehementi corripitur, ut etiam cruentus secutus fuerit: dolum statim subolfeci, unde interrogato Famulo, etiam certus factus, utpote dicente, album esse melius: sed hera ejus noxam demum experta est.

Quòd si tamen ritè corrigatur, ut saltim per inferiora purget, non simul per superiora, etiam in aliis Affectibus usurpari poterit. Incorrecta enim vehementissimum est Remedium, quod mortes & tragica solet excitare. Vid. in M. A. N. C. Ann. 2. pag. 279. & 280. item GEIGERUS in *Microcosmo hypochondriaco* c. 23. pag. 283. KIRCHERUS in *Musurg. cap. 23. pag. 283.* refert, Maniacum convulsam interiisse ex haustu *Decocti Ellebori albi*. Adeò tragicum & generosum, simulq; periculosum, est Remedium *Elleborus albus*! Et digna sunt lectu, quæ habet MATTHIOLUS in *Comment. Dioscoridis*; quòd Hispani ex *Elleboro albo* pararint præsentaneum *Venenum*, quo illitæ Sagittæ incontinenti enecant Bestias: id quod se expertum esse dicit in Gallis gallinaceis, quos tali Sagittâ læsit, ubi statim interempti sunt, utut interiùs sine noxâ assumpserint. Ex quo multum inclarescit virtus, qua operantur Venena: & dicunt Hispani, non posse talia Venena corrigi, nisi per *Succum Cydoniorum*, vel per *Mala Cotonea* aliquot devorata ab illis? cuidam tamen, cui *Elleborus albus* per fraudem propinatus, *Castoreum* ad ʒij. pro *Alexipharmaco* fuit: vid. THONERUS pag. 227. Quòd si ergò gravia eorundem Symptomata sequantur, maturè à ʒj. ad ʒij. cum *Tberiacâ* propinetur. FORESTUS L. 8. Obs. 44. *Pulverem Florum Nymphaeæ albæ* proprium *Radix* hujus *Ellebori albi* esse dicit Remedium; quod tamen minùs probabile mihi videtur, sed potiùs *Castoreum* peculiare *Alexipharmacum* existimo cum THONEROLoco allegato.

Externè sternutatoria solet ingredi, quæ reddit satis fortia. Mitius est HELMONTII, quod fit ex ana *Sacchari* & *Radix Ellebori nigri*: vid. p. 298. in *Tract. Tussis & Asthma*, quodque in Affectibus Cerebri commendatur à RIVERIO Lib. 1. *Prax. cap. 1. pag. 16.* Utut autem usu interno *Radix* sit adeò potens laxans, *externè* tamen *Cingulum ex Foliis Ellebori albi* applicatum Abdomini & circa regionem Renum est Experimentum singulare ad Hæmorrhagias Uteri & Ani sistendas, uti hoc refert LINDANUS in *Praxi*, & HARTMANNUS *Praxi Chymiatr.* ubi de *Hæmorrhagiis*.

Ut autem internè pro pluribus Affectibus exhiberi queat, *Malignitas* ejus cicuretur, aut corrigatur: quod fieri potest non tantummodò per *Acida*, de quo vid. MYNSICHTIUS, sed etiam *Decoctione* & cautâ *Infusione* cum *Vino*. Modos videbitis in *Autore*. Præ cæteris tamen, ut tutus sit ejus usus in *Furiis* & *Maniacis*, in quibus vitiosos, viscidos ac tenaces Humores potenter revellit, sicut inde aliquot prostant *Exempla* feliciter adhibiti *Ellebori albi* in confirmatis *Melancholicis* & *Maniacis* Affectibus, corrigitur hoc modo:

Radices Ellebori albi, nigrore rafone à Radice separato: Incisæ in taleolas infundantur in *Succum Rosarum* tribus vicibus, semper iterum exsiccano; sic per *Succum Rosarum* elicitur maxima *Virulentia* pars, ut ita à ʒj. vel

CCCCXXII. EPITHYMU M.

Ἐπίθυμον, Dioscorid. Epithymum, *Matth. Lob. Cass. Tab. Castucha minor, Dod. C. B. 1. German. Tymseid, Gall. Epitheme, Goute ou Teigne de Thym.*

OFFICINALIA NATIVA.

Integra Planta.

Vires. Purgat blandè melancholicos & serofos Humores, calcacit & siccat 3. *Ufus* præcipuus in Scabie, Ulceribus, Affectibus melancholicis, in Hypochondriorum & Lienis Passionibus & Obstructionibus.

P R Æ P A R A T A.

Syrupus de Epithymo. Vide Dispensat.

CCCCXXIII. ESU.

ʒʒ. ad ʒij. vel ʒiij. pro *Infuso in Vino albo* usurpari possit, quod dosi Cochlear. j. per inferiora tantum purgat sine recremento.

Quin & cum *Sale essentiali Tartari*, seu *Sale Tartari cum Aceto imprægnato* corrigitur, quod *Infusum* blandè evacuat supra & infra. LINDANUS præparat ita:

Rad. Elleb. alb. ʒʒ. ad ʒj.

Coquit in *Vino*, donec mollescat: *Radix* ubi cocta est eximatur & abjiciatur *Vinum*, quia nimis venenosum: *Radix* in aliud *Vinum* calidum infunditur, & relinquitur per noctem; secundâ autem vice coqui non debet, sed relinqui tantum in loco calido: Tunc mane illud *Vinum* vel sine expressione, si minùs validum illud velimus; vel cum levi aut forti expressione, prout validissimum intendimus, adhibeatur.

Dosis hujus *Vini* summa est ʒj.

Cum hoc repetitis vicibus mirè cicurati & mites redduntur *Maniaci*.

Vinum Vomitorium Heurnii fuit expertum Remedium in Asthma convulsivo & Catarrho suffocativo, modò iterum in usu revocaretur. Nam in tali casu mirè convenit tale Vomitorium. GESNERUS *Epist. pag. 12.* dicit, quòd dederit suæ Ancillæ Cochlearia duo *Vini Malvatici*, in quo *Radix Ellebori albi* cum aliis jam diu fuit macerata: unde illa post tres horas per Vomitum plurimum *Materia* excrementitia rejecta, cum perfrictione quadam extremorum quam sensit; aliàs satis tamen benè tulit, ut habet GESNERUS. Pertinet huc *Infusum Ellebori albi in Vino* pro curandis *Maniacis* & quasi *Dæmoniis*, quod videbitis in *Append. M. A. N. C. Ann. 4. p. 42. (T)*

CCCCXXII. EPITHYMU M. *Epithymum, Germ. Tbiem-Seyde*, est *Cuscuta* quædam species super *Thymum* crescens, de quo supra ubi de *Cuscutâ* egi.

Veteres inter blandè *Laxantia* & *Diuretica* retulerunt, & quando nitrosæ naturæ esse dicitur ab HOFFMANNO, vi absterivâ cum aliis commodè usurpari potest, præsertim verò in Chronicis Morbis, ab Acido vitioso natis, seu, ut Veteres vocarunt, ab Humore Melancholico natis Affectibus in usu esse solet. Rarò tamen usurpatur hodierno tempore, & ferè in *Infuso*, *integra Planta* contusa cum aliis, & propterea est ordinarium *Ingredientis Nodulorum Purgantium* *Vino* infundendorum, ab ʒʒ. ad ʒvj. in Affectibus Hypochondriacis, Splenicis, & Cutaneis scabiosis. Tantum præscribitur pro *lenti Laxante* in *Infuso*. Nam non sublinet decoctionem, quia vis ejus multâ decoctione avolat; & propterea quoque rarò vel planè non est præscribenda in *Syrupis* & *Apozematibus*, quemadmodum rectè hoc monet FORESTUS L. 3. *Obs. 32.* In *Insaniâ*, *Epilepticis* & *Vertiginosis* Affectibus, imprimis qui oriuntur per consensum Splenis & Hypochondriorum, est expertum Remedium.

Præparatur ex hoc *Syrupus*, qui tamen valdè est compositus: vid. POTERIUS *Spag. L. 3. p. 559. (Z)*

CCCCXXIII. ESU.

(Y) *Helleborus albus* *Officinarum novum Plantæ Genus* constituit ex *Tournefortio*, *Veratrum appellatum*, quod quamvis *Flore* item sit rosaceo, ut *Helleborus niger*; ab eo tamen differt, quòd *corniculis* careat, & *Semen* habeat marginatum, & quasi alâ foliaceâ cinctum. Ejus duo recensentur species, *Veratrum nempe* flore subviridi, & *Veratrum* flore atro-rubente. His *Radices* fibrosæ albæ (unde nomen *Hellebori albi*, potiùs quàm à *Flore*), in caput collectæ: *Caulis* bicubitalis teres: *Folia* *Gentianæ*, mollia, liris striata: *Flores* in thyrsum creberrimi, in primâ specie herbacei, in secundâ (cujus *Folia* amplicora) atrorubentes. Utriusque usus in cautiore Medicinâ exolevit.

(Z) *Epithymum* *Cuscutæ species* est ex *Tournefortio* (ut verbo *Cuscuta* notavimus) vocaturque *Cuscuta minor*. *Planta* est filamentosa, capillis similis, subrubro colore, odore satis forti. *Vicinas Plantas* amplectitur, præcipuè *Thymum* (unde nomen): imò ex iis, obliteratâ propriâ *Radice*, nutrimentum exsugit: *Flores* & *Semina* *Cuscutæ*, *Epithymum* haud purgat, ut vulgò creditum: potiùs *stomachicum* est & aperiens.

CCCCXXVI. HERMODACTYLUS.

(Iris tuberosa. Hermodactylus verus, Mat. & Tab.
Hermodactylus est (Colchicum (Perniciosum. Inusitatum.
 vel (Non Venenatum. Hoc usuale, &
 (Satyrium (Hæc Officinis ignota.
 (Cyclamen

Dicitur Colchicum radice siccata, albâ, C. B. 2. Colchicum album, Card. hist. Hermodactylus legitimus, Dod. Hermodactyli non venenati Offic. Lob. Hermodactylus Officinarum, Cam. Lon. Hermodactylus albus Serapioni. Hermodactylus Orientalis, Casalpino.

N. Mattbiolus & Tabernamontanus Hermodactylum in Officinis usitatum esse volunt Radicem Iridis illius tuberosæ;

à quibus dissentiunt Dodonæus, Lobelius & alii.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix, quæ ad nos ex Syriâ affertur.

Reperitur Hermodactyli Radix alba, ruffa & nigra, sed eligenda quæ foris & intus verè alba, gravis, compacta, quæ leni contusione in Pulverem Farinæ triticæ similem facile redigitur, sapore suavi ac dulci.

Vires. Pituitam crassam, lentam, aliosque humores viscidos peculiariter è juncturis efficaciter trahit, ob id Articulorum Affectibus, Chiragræ, Podagræ, &c. conducit.

Dosis à ℥ss. ad ℥ss. in Infusione à ℥ij. ad ℥ss.

P R Æ P A R A T A.

Extractum.)

Pilule de Hermodactylo. Vide apud Augustanos.

Dosis à ℥j. ad ℥iiij.

CCCCXXVII. JA-

lido, ut fiat Extractio. Quod si jam sufficienter imprægnata, cujus testis erit Color, filtretur: filtrata Aqua cum Aquâ solutionis Aluminis calidâ præcipitetur: tandem decantetur Aqua, & sic remanet Magisterium Gratiolæ. Quem modum parandi Magisteria ex Vegetabilibus quibuscumque cum Aquâ Aluminis per præcipitationem, invenit MYSICHT, sicut hunc postea imitati sunt ROLFINGIUS & ZWELFFERUS. Verùm Magisteria hæc parùm valent; quia Terrâ Aluminis simul præcipitatâ, adulterata sunt; quod probè notandum.

Quibusdam etiam Sal Gratiolæ fixum cineritium commendatur in Hydrope, ut virtute purgativâ sit spoliatum. (C)

CCCCXXVI. HERMODACTYLUS. Hermodactylus verus seu Colchici Ægyptiaci Radix, rarè proflat. Noltrates autem loco ejusdem exhibent Colchici Radicem albam non venenatam: sunt enim duæ Colchicorum species, Malignum unum, alterum Benignum. Ad Colchica Maligna pertinet Colchicum vulgare, autumnale, flore albo, ac purpureo, tam simpliciter quàm pleno, Germanis Zettlose. Dicitur Colchicum, quod in Colchide reperitur. Mirè hæc Planta ratione temporis variat: verno enim tempore protrudit Folia, æstivo tempore succedit Fructus, autumno fert Flores nudos absque Foliis, unde & nonnullis Germanis Nackede Magd, id est, nuda Virgo dicitur; & tandem Hyeme per Radicis multiplicationem se diffundit.

Ipsa Planta & Flos non sunt in usu; Radix tamen ejus in Officinis hæctenus fuit recepta, sed malè; à Veteribus enim Radix hæc inter venenatas Radices relata fuit. Differentia tamen aliqua est Malignitatis; quædam enim magis, quædam minùs sunt venenatæ: hujus autem Colchici vulgaris Radix non caret venenositate. Datur tamen Colchicum Benignum, seu Radice albâ non venenatâ, quæ sub nomine Radicis Hermodactyli, ad emungendum Mucum in Articulis, Officinis recepta. Lis est inter Botanographos; quid sit Veterum Hermodactylus, de quo tam multa reperiuntur? & quidnam loco Hermodactyli veri propriè sit recipiendum? De hoc observandum venit, quod dicit MANARDES in Annot. in Mesuen pag. 389. dum inquit: Ut notissima Radix numero ea est, quam Officinæ Hermodactylum vocant, ita ignotum est, quo nomine sit apud Veteres usitata, & quam rem ipsi voluerint Hermodactyli voce significare. Noltri Hermodactyli vires vix possunt conferri cum istis laudibus, quas Veteres suo Hermodactylo tribuerunt. Vocatur enim Anima Articulorum, & ab AVIGENNA Theriaca Articulorum dolentium; sicut Rhabbarbarum Anima Hepatis, & Aloë Anima Stomachi vocatur: quia Pituitam viscidam & acidam, uti etiam Lym-

pham acidam, ex Articulis & remotioribus partibus, tertiâ Corporis regione, in Alvim trahere putatur; unde speciatim in omnibus Articulorum Pathematis & Doloribus, Dolo- re ischiadico & similibus, in paralyticis Affectibus, in Affectibus Nervorum & Tremoribus, in genere in Affectibus arthriticis, ubi opus est Evacuatione, maximè commendatur. Videbitis quoque, quod omnium Purgationum Artbriticarum Basis ordinariò soleat esse Radix Hermodactyli, propter vim egregiam Articulis dicatam; imò & à quibusdam in Curâ Luis Venereæ Potionibus Hydragogis, seu Sudoriferis permiscetur, ut sensim sensimque acidam Pituitam in Lue Venereâ peccantem, per Alvim evacuet. Sed laudes hæc apud nos evilerunt, cum de vero ac genuino Hermodactylo non costet, utut quidam affirmant, fuisse Radicem Iridis bulbosæ, ex Indiis allatam; unde loco ejus Officinæ recipiunt Radicem Colchici albam & benignam, qualem commendat AUTTOR: quæ tamen neutiquam vera est Hermodactyli Radix.

Usus ergò Radicis Hermodactyli, cum de ejus genuinâ essentia nobis non constet, est rarus; quæ nobis usitata, est effœta, quia ex diversis oris affertur, & ob ariditatem ferè nullius usûs; unde securius est planè ab eo abstinere, præsertim, quia non est ea Radix, quam in Articularibus Morbis tantoperè Veteres commendârunt. De cætero Radix Colchici alba recens satis solet Hypochondria infestare ac turbare, Alvimque eo modo laxare, uti observatum fuit à LUDOVICI in Phar. p. 141. Imò Tormina & Affectus Intestinalium excitat, & gravia Symptomata infert; unde rarissimi usûs est. Corrige idè solet & quidem impostoriè, per Aromata; accommodè tamen permiscetur cum re acri, ut Scilla & Succo Raphani, ut ratione acrimonie salinæ horum & augmentetur vis purgativa, & facilitetur operatio. Augmentatur, quoniam talia Acria sunt instar Stimuli; facilitatur operatio, quoniam talia Acria incidunt & resolvunt Phlegmata crassa & acida, per Hermodactylos expurganda.

Dosis est à ℥j. ad ℥ij. Infusum ex eâ non potest fieri, quia est resinosa nimis, nisi extrahatur cum Spiritu Anisi, Juniperi, Cinnamomi, & similibus.

Quidam in superiore Peste Radice hac Colchici albâ, superstitione quadam inducti, loco Amuleti usi sunt.

Inter Præparata prostant Pilule de Hermodactylo, quæ Veteribus usitatæ fuerunt in Doloribus Articulorum, arthriticis & paralyticis Affectibus, similibusque aliis &c. nobis verò rarissimi usûs sunt.

PARACELSUS Veterum laudibus persuasus habuit Pulverem Artbriticum seu Podagricum purgantem, è Radice Colchici

(C) Gratiola, seu Gratia Dei Germanis, ad Digitalis Genus reducitur à Tournefortio, vocaturque eum Morifono, Digitalis minima, Gratiola dicta. Ejus Radices Pennæ anserinæ crassitudine, geniculatæ, fibrosæ, obliquè reptantes ubertim luxuriant: Caules plures teretes, creberrimis geniculis distincti, ad quæ Folia bina Saponaria minora, nonnihil crenata apponuntur, atque modò Surculi, modò Flores singulares, oblongi (Digitalis) in pericarpium oblongum abeuntes, Semen continens minutum. Gratiola chymico subjecta magisterio nil præbet Salis volatilis, multum tamen Acti, Olet, & Terræ.

Quamquam nullum ferè usum medicum habeat Gratiola, ob nimium violentas putatas, in corpore tam supernè quàm infernè purgando, vires; nihilominus Dñus Boulduc repetitis in illius exhibitione experimentis Medicorum timorem excussit. Etenim præter vim evacuandæ Aquas per vomitum & scæssum, si in substantiâ, vel infusa sumatur, atque Ulcera detergendæ, si exterius applicetur; illam in Lactè infusam, ad Ascitem curandum, atque ad Vermes necandos, egregiam simulque utam invenit: imò & expertus est, Gratiolæ Radicem in pulverem redactam, atque Dysentericis exhibitam, idem præstare, ac Ipecacuanha. Amarissima est hæc Planta; unde fortasse vis ejus antebelminthica: præter amaritatem Radix styptica quoque gustui videtur; atque hinc fortè vis antidiysenterica. Paravit quoque & ex Succo expresso Extractum valdè solidum & salso-acidum, quod dosi xxiv., ad xxx. gran. dejectionem quidem movet, sed expectatione & famâ minorcm. Extractum autem aliud ex magmate residuo elicium, quod minùs salso-acidum fuit ac primum, sed magis amarum & asperum, eadem dosi vehementius purgavit. Quod de Facibus reliquorum Catharticolorum verum esse, notat idem Autor: sic Syrupus ex Facibus, post expressionem Succu Rosarum, & Florum Persicæ, relicti Decoctione paratus æquè purgans est, & fortè efficacior, quàm qui è Succo expresso vulgò conficitur.

CCCCXXVII. J A L A P P A.

Jalappa Radix est exterius nigricans, interius rufescens, Radici Mechoaca similis.

N. Incognita fuit Majoribus, & non nisi paucos ante annos ex Indiâ ad nos transportari cœpit. V. *Horslii Problem.*

Dicitur Gialappa, Chelopa, Celopa, Jalapium, vel Gialapo (à Massiliensibus) aliis Mechoacanna nigra, quod Mechoacannæ assimilatur. C. B. Bryonia, Mechoacanna nigricans, Num. 7. Bryonia Indica. Gall. *Mechoacan noir*, ou *Jalappe*.

Colchici alba, uti & *Turbitib;* vid. in HARTMANNI *Praxi Chymiatr.* C. 230. §. 17. *segg.* sed jam ferè in desuetudinem abiit. Ex hoc Pulvere Paracelsi enatum est famosum *Electuarium Marocostinum*, cujus Autor est MINDERERUS, pro præservanda & curanda Arthritide, cujus etiam Basis est *Radix Hermodactyli*. Ita POTERIO usitatum Purgans in Affectibus Articularum fuit *Extractum Ellebori nigri*, mistum cum *Extracto Hermodactyli albi*; & verum est, quod *Extractum Ellebori nigri* per se est elegans pro purgandis & evacuandis Arthriticis. (D)

CCCCXXVII. JALAPPA. *Jalappa Radix* est exotica ex Indiis Occidentalibus allata, & nihil aliud est, quam *Bryonia Mexicana*, vel *Leruviana*: similis est *Mechoacannæ*; unde aliàs vocatur *Mechoacanna nigra*. Non tamen ex Indiis ad nos afferitur, sed etiam in Hortis nostris crescit, estque reverà *Radix Plantæ* istius, quæ *Flos Mirabilis Peruvianus*, vel *Mexicanus* dicitur à CAROLO CLUSIO in libro suo de *Plantis Exoticis*, & HOFERIO in *Herc. Med.* p. 386. ideò quod ex Peru ad nos sit allata. Hæc interim deprehenditur Differentia, quod illa exotica fortius purget, quam nostras. Datur *Flore luteo*, *albo*, & *purpureo*, qui vespertino tantùm tempore floret, matutino verò *Florem* claudit. *Planta* aliàs est *beteroclita*, id est quæ ad certam aliquam Classem revocari nequit; unde, incerti sunt Botanographi, ad quamnam potissimum Classem eandem referant? Sunt inter Modernos, ut JOH. BAUHINUS in *Hist. Plant. Tom. 2.* qui inter *Jasmina* referunt, vocatque rectius modò nominatus JOH. BAUHINUS *Jasminum Peruvianum*. Alii inter *Solana* referunt, vocantque *Solanum Indicum*, item *Mexicanum*. Rectè autem dicit MORISONIUS, quod *Planta* sit *beteroclita*. Sed quæritur, cujus sit usus? Nimirum hæc est *Planta* illa, cujus *Radix* hic dicitur *Jalappa*, famosissimum illud & decantatissimum Purgans, quod tamdiu fuit incognitum, non secus ac *Mechoacanna alba*.

Radix ista ingens & crassa in taleolas dissecta & exsiccata in usu est; est admodum resinosa, & in Resinâ ejus vis purgandi materialiter residet: quod in ejus *Extractione* cum Spiritu Vini manifestum est, & ulterius conferri potest WILLSIUS in *Pharm. Rat. Vol. 1. pag. 115.* quare perennat in Hortis: *Radix* nimirum recens Succo scatet lacteo qui sub exsiccatione in Resinam concrevit. Hujus cognitio & proba: an sit genuina? est, si scilicet Igni, vel Carbonibus aut propè Candelam admoveatur, inflammabitur.

Satis sufficienter purgat, quæcunque invenit, sicuti reliqua Purgantia, imprimis sub formâ Liqueaminum copiosorum aquosorum & serosorum flavescuntium; unde & inter *Hydragoga* vulgò refertur, & *Hydropicis* aliisque colluvie serosâ abundantibus imprimis confert. In specie prodesse Melancholicis & Hypochondriacis dicitur, ac contra Lumbricos est appropriata Medicina. In omnibus casibus, etiam Infantibus, tutò potest usurpari, cum non sit Purgans malignum.

Modus usurpandi est vel in substantiâ sub formâ Pulveris, vel Resinæ, vel Infusi seu Essentiæ. In substantiâ Adulto datur à ℥ss. ad ℥j. in Adultis fortioribus tamen ad g. xxiv. vel ℥ss. adhibetur: Infantibus verò datur pro ratione annorum commode cum Tartaro vel cum Cremore Tartari, grano uno vel altero numerum annorum transcendendo: v. g. Infanti sex annorum Tom. IV.

(D) De Hermodactylo nullam in Institutionibus Botanicis mentionem fecit Cl. Tournefortius: at ex Oriente rediit novum Plantæ Genus Hermodactylum fecit, Floræ quidem liliaceæ, monopetalæ, Floris Iridis æmulo, sed Radice tuberosâ, & veluti digitatâ. Unicam bujus Generis speciem sibi notam appellat Hermodactylum folio quadrangulo, atque synonymon facit cum Iride tuberosâ, folio anguloso C. B. cumque Iride tuberosâ Belgarum, & secundum Aldrovandum primâ Lonchiti Dioscoridis Lob. Hermodactyli igitur Offeinarum (ab Epurâ Mercurius, & δάκτυλος digitus fortasse à digitorum aliquali formâ) non sunt Fructus, ut falsò existimavit Pomet, quem redarguit Cl. Lemery; sed potius Radices sunt tuberosæ, exiguæ Castanæ magnitudine, cordiformes, extus subrubræ, intus albissimæ, levi & fungosâ substantiâ, fragiles adèò, ut facilè in farinam comminuantur, sapore subdulces & viscidæ. Ad nos ex Ægypto & Syria afferuntur. Purgans Hermodactyli serosos humores, sed nonnisi aliis permixti.

Vires. Expurgat validè Humores noxios omnes, imprimis autem serosos, idque citra molestiam.

Dosis à ℥ss. ad ℥ss. in infusione à ℥ss. ad ℥ij.

P R Æ P A R A T A

1. Extractum Jalappæ.

Extrahe cum Spirit. Vin., f. A. decanta & abstrahe ad consistentiam.

Dosis à ℥ss. ad ℥j.

N. 1. Ex-

propinantur *Jalappæ & Cremoris Tartari* an. gr. vij. vel viij. sic sufficienter laxabitur; & sic consequenter cum aliis quoque: Puero ad gr. vij. ultra dictam Dosis ascendere vix licet; satis enim fortiter purgat: & refert BARTHOLINUS C. 5. *Hist.* 69. quòd quidam, qui ℥j. Radicis *Jalappæ* usurpavit, septuaginta habuerit sedes, adèò ut vitam agere voluerit ex Purgatione nimia; utot eadem Dosis in alio nihil omnino profecerit, teste eodem BARTHOLINO C. 3. pag. 130. & 133. Sed observetur Differentia; nam si est recens, purgat valdè, & ultra ℥j. non debet assumi; quòd si verò sit antiqua & cariola, substantia resinosa erit imminuta, & tunc adsumi poterit ultra ℥j.

Notandum autem, quòd *Jalappa*, uti omnia Purgantia resinosa, Intestinis adherendo excitet Tormina & Hypercatharsin; quæ impediuntur, si addatur Stimulus salinus ex Nitro, vel Sale Tartari, vel Cremore Tartari, item Tartaro vitriolato, Sale digestivo hypochondriaco, Arcano duplicato Mynf. & Tartaro nitrato; & sic Resina dissoluta in minori dosi efficacius, & sine insigni molestiâ, operatur. Ut res fiat clarior, sit e. g. Pulvis Purgans:

℥. Rad. Jalapp. pulv. gr. xv. ad ℥j.

Nutri puriss. ℥ss.

Scamm. sulphurat. gr. j. vel ij.

Olei destillati Anisi gutt. ij.

M. f. Pulvis pro dosi:

qui sufficienter purgat, sine torminibus & insigni alteratione. Basis est *Jalappa*, Stimulans Scammonium, Juvans & Abstergens Nitrum.

℥. Rad. Jalapp. pulveris. gr. xv. vel xvj.

Crem. Tartari, vel Tartari vitriolat. ℥ss. vel gr. xij. ad ℥j.

Extr. Troch. Alband. vel Scamm. sulphurat. (pro stimulo) gr. j.

Olei destillat. Cinnam. vel Anisi (pro odore & sapore) gutt. j. vel ij.

M. f. Pulvis.

sumatur in Vehiculo calido: propter Tartarum egregiè purgat.

Jalappa nostra dissecta & exsiccata eundem saporem & colorem habet cum *Jalappa Officiali*, ita ut *Jalappa Indica Officialis* ordinariò ad ℥j. vel ℥ss. illa verò (*Radix* scilicet *Floris nostræ Mirabilis Peruviani*) in duplo, scilicet à ℥ss. ad ℥ij. vel ℥j. propinata, ejusdem sit efficacitæ; sicut & Succus Foliorum hujus *Floris Peruviani* inspissatus Adultos & Infantes optimè purgare compertum est. Ratio verò, cur ista *Indica Jalappa* ad ℥j. & ℥ss. tantùm detur, est, quòd magis resinosa; hæc verò nostra minus talis sit, unde in paulò majori Dosi propinanda.

In formâ liquidâ à quibusdam sunt Infusa, dum *Jalappam*, vel solam vel cum aliis, Aquæ incoquant, aut Vini infundunt: sed malè; Aqua enim ex illâ nullam vim exhaurit, propterea, quia Aqua est inconveniens Menstruum pro extrahendis Resinosis; Resina verò in *Jalappâ* tantùm purgat; unde per Spiritum Vini debet extrahi: & si vel ℥ss. *Jalappæ* infundatur per noctem in Aquâ, alterâ die poterit hauriri Aqua absque omni laxatione. Verè ergò errant secundo qui Radicem *Jalappæ* solent præscribere in Nodulis, Aquæ vel Vini infundendis. Nam, uti dixi, talia Resinosa requirunt Menstrua sulphurea spirituosâ, quale est Spiritus Vini, non aquosa: quæ verò sunt Mucilaginosâ, vel quorum vis consistit

A a a

filit

affertur; altera verò ex Continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præstantior est. Eligatur recens, intus albicans, ex tuis cortice cinereo vestita, minus cariola.

Vires. Pituitosos, aquosos, serososque Humores ex toto Corpore, ac imprimis ex Capite ac Nervoso genere, Pectoreque blandè ac sine molestiâ educit. Utilissimum itaque Remedium est in Catarrhis, ac inde ortis Affectionibus, in Hydrope, in omnibus Arthritidibus speciebus, Lue Venereâ, & similibus. Quia tamen calida & sicca est, in Calidis Constitutionibus ejus usus ne sit continuus.

Dosis Infantibus ℥j. præterpropter; Adultis à ℥j. ad ℥ij. in Infusione ad ℥ss.

N. Conducit maximè Infantibus in Cruditate Ventriculi, ac Pectoris viscosâ Mucilage expurgandâ.

P R Æ P A R A T A.

1. Extractum Mechoacanna.

Extractum, ut alia Extracta parari potest cum Spiritu Vini, vel secundum *Quercetanium* (in *Pharm. rest. cap. 25.*) cum Aquâ aliquâ *Epitica*, e. g. *Endivia*, *Succo Limoniorum* vel *Citriorum* acidulâ reddita. Alii parant cum Aceto. *Hartmannus in Pract.* Verùm minus rectè, quippe vis purgatrix hac ratione obtunditur.

Dosis ad ℥j.

N. Nihil lucri in hoc Extracto præ Pulvere habes, præterquam quòd dissolvi in Liquoribus possit.

2. Extractum Mechoacanna compositum.

N. Rad. Mechoac. el. non cariola ℥ij.

quorum Ventriculi & Intestina sunt referta copioso Mucoviscido, & Cruditatibus, tam ex Pulve & Lactis grumis, quàm ex Addiphagiâ congestis, quia cum minimâ molestiâ purgat, & nec gustui nec odorati molestia: utur ferè à Modernis *Jalappa* loco hujus undique substituitur. Plures laudes qui de Mechoacanna desiderat, **GABELCHOVERUM** consulat C. 1. *Observ. 13. in Scholio*, ubi plura egregia de usu ejus videbit.

Dosis pro Infante est à ℥ss. ad ℥j. in Lacte Nutricis vel Pulve: pro robustioribus paulò ad ℥j. ascendere licet: Adultis autem ordinariè ad ℥ij. datur in substantiâ in formâ Pulveris. Interim & Aquis appropriatis cum Sale Tartari acuatim infunditur, ubi ℥ss. ad ℥vj. sumatur & Infusum in loco frigido relinquatur, filtrando sub usu. *Electuarium* quoque purgans non inelegans ex Mechoacannâ potest fieri, si extrahatur cum *Vino Canariensi generoso*, cui instillentur aliquot guttæ *Olei Tartari per deliquum*: Vinum hoc per levem evaporationem insensibiliter inspissatum, addendo Saccharum, donec Syrupi consistentiam acquirat, habet vim evacuativam, & hoc modo, ratione Salis Tartari, convenit. Alio modo potest fieri *Electuarium compositum* D. MICHAELIS in Formulâ hac:

℥. Fol. Senn. sine stip. ℥ss.

Rad. Polypod. ℥j.

Decoquit in sufficiente quantitate Aquæ simplicis ad ℥j. circa finem addendo

Herb. Epithymi ℥j.

Vini Cydoniorum ℥ss.

Colaturæ addantur

Pulv. Sant. albi,

Pulp. Cydon. an. ℥vj.

Pul. Mechoac. ℥ss.

& cum sufficiente quantitate Mellis vel Sacchari fiat *Electuarium purgans* non inelegans.

Quidam etiam ex Mechoacannâ parant *Morsulos purgantes* hoc modo:

℥. Pulv. Mechoacan. ℥j. vel ij. ad ℥ij.

Diagrid. ℥j.

Lapill. Cancror. præp. ℥ss.

Tom. IV.

(F) *Barbaro* Mechoacannæ nomine appellamus Radicem albam, levem, leviter cathartica, quæ in taleolas secta ex Novâ Hispaniâ ad nos affertur. Ea Plantam producit, quæ à Cl. Rajo (consentiente Cl. Tournefortio quidquid dicat Lemery, qui falsò ait, Mechoacannam à Tournefortio Bryoniam Americanam, repentem, folio anguloso, appellari) ad Convolvulorum Genus reducit, appellaturque Convolvulus Americanus, Mechoacan dictus. Mechoacannæ Caulis ex Marggravio oculato teste, est sarmentosus, longissimè serpens & scandens, ac lacte turgens: Folia cordiformia, auriculata, digitali pediculo insidentia: Flos Convolvuli, albus cum pauco incarnato dilutus, intus purpureus: Semen Pisi magnitudine, ferè triangulare figuræ: Radix demum medium aut integrum pedem longitudine æquat, eadem ferè crassitie, ut plurimum bifida: recens Resina quamdam fundit. Ex *Analysi Dñi Boulduc* Radix Mechoacannæ Sal continet duodecuplo Resinæ copiam superans. Nec resinosa, nec salina Extracta tantum purgant, quantum ipsius Radicis substantia: satius igitur est illam Pulveris formâ exhibere, quod tutissimè etiam in Infantibus experti sumus in Praxi.

Turpeth. gummos. & alb. ℥j.

Zinziberis albi ℥ij.

Polypod. querni ℥ss.

Incis grossò modo, extrane digerendo cum Spiritu Vini opt. & Aqu. Beton. (quæ ab Aloë est abstracta, si adsit) ana ℥ss. exprime fortissimè, facibus relictis, aliam affunde Aquam Betonica, macera iterum ac exprime: expressis Liquoribus adde

Mannæ puriss. ℥ij.

Scammon. mund. ℥j.

Agitando misceantur: adde

Spir. Vitrioli. g. v.

Ol. Cinam. g. iij.

Redige ad consistentiam Extracti.

Vires. Panchymagogen est, omnes Humores noxios simul educens, præcipuè autem serosos.

Dosis ℥j. plus minus. *Hartmannus in Groll.*

(Parantur etiam *Morsuli de Mechoacannâ.*)

(*Fæcula Mechoacæ.*)

CCCCXXIX. MEZEREUM, LAUREOLA, SEU DAPHNOIDES.

Frutex est Mezereum Officinarum, cujus Baccæ Officinis Coccignidii, seu Grana Cnidia vocantur.

Dicitur *Chamelæa*, seu *Mezereon*, *Trag. Germanicum*, *Lob. Chamelæa Germanica*, *Dod. Daphnoïdes*, *Fuchs. Cam.* (*Epit.*) flore purpureo, *Tab. Laureola major*, *Cast. Thymelæa*, *Cord. in D. Daphnis altera*, *Lon. Laureola folio deciduo*, flore purpureo, *Officin. Laureola sœmina*, C.B. 2. *Germ. Kellers-haltz.*

Coral. rub. præpar. ℥j.

Sacchar. albiss. in Aqua Cinn. & Rosar. sol. ℥ss.

Olei Cinnam.

Caryophyll. an gtt. xij.

M. f. l. a. Morsuli purgantes: quorum *Dosis* ℥ss. ad ℥vj. *Rotulæ* etiam inde ex ℥j. fieri possunt cum sufficienti quantitate *Sacchari in Aquâ Rosarum soluti*: Vel harum loco *Panis Martius* exinde ita paretur:

℥. *Amygd. dulc. excort. q. s. v. g. ℥ss.*

Ex his cum Aquâ Rosarum contusis cum Saccharo f. l. a. *Panis Martius*; cui addatur *Mechoacanna pulverisata*, vel sola, vel cum granis aliquot *Scammonii præparati* acuata.

Hic, quoniam albus, non prodit fraudem, & ab infantibus faciliùs assumitur.

FABER in *Myrobec. l. 2. cap. 28.* habet *Quintam Essentiam ex Mechoacannâ*, quam asserit egregium Purgans quæcunque Massæ Sanguineæ excrementa, eamque multis laudibus effert.

Extractum Mechoacannæ cum Spiritu Vini, quod habet **AUTOR noster**, malum est, & de nihilo, adeò ut ℥j. ejus vix tantum operetur, quàm ℥j. in substantiâ: vis enim ejus laxativa latet in Mucilage gummosâ: si ergò cum Spiritu Vini extrahitur, Gummi intactum relinquatur, quod tamen ejus nucleus purgans est: unde loco Spiritûs Vini potiùs cum *Vino Rhenano*, aut etiam cum Aquâ quâdam destillatâ, priùs cum *Oleo Tartari per deliquum* acuatâ, extrahitur, & in Extractum, Menstrui evaporatione, redigitur. *Extractum* verò *Mechoacannæ compositum* satis clarum est, & elegantis compositionis, quæ notetur, ut de aliis meliùs judicare queatis. (F)

CCCCXXIX. MEZEREUM, LAUREOLA, seu DAPHNOIDES.

Mezereum seu *Laureola*, Germanis *Kellers-Hals*, unde *Semen Coccignidii*, *Frutex* seu *Arbuscula* est elegans, crescens in Hortis, primo Vere producens Flores. Vocatur etiam *Thymelæa* & *Chamelæa*. Flore est purpureo. Fructu rubro. In usu est *Mezereus Radicis Cortex* & *Folia*; rarò verò *Baccæ*. *Corticis* sapor causticus

A a a 2

Kellers-haltz. Gall. Laureole, Racine de Mezereon.
N. Sunt qui Chamædaphne Dioscoridis faciunt. At alii
Dioscoridi ignotam fuisse volunt.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex, Folia, & Grana.

Vires. Mezerei vis est ignea, acerrima, exulcerans, mor-
dens, Febres accendens, Cordis principumque partium vi-
res exsolvens, validissimè Bilem, biliosasque Serositates pur-
gans. Corrigitur macerando hor. 24. in Aceto (ut Elleborus
ac Esula) Succo Mali Punici aut Cydonii, Portulacæ, Muci-
lagine Seminum Psyllii.

N. Alii corrigunt infundendo in Vino, & iterum exsiccan-
do. Alii triduanam Macerationem in Aceto requirunt, sin-
gulis diebus novum Acetum affundendo, & tandem Aquâ
benè eluendo.

Dosis Foliorum ac Corticum Mezerei optimè præparatorum
& correctorum (sine correctione exulare debent,) est, gr. viii.
ad xv. Grana à gr. vj. ad xv.

N. 1. Rejiciantur Fibræ, dum teritur.

N. 2. Ob malignitatem rarissimè in usum venit.

P R Æ P A R A T A.

Pilulæ de Mezereon. Videsis apud Augustan.

N. Est & Mezereon Chamelææ Tricoccos, C. B. 1. Chame-

sticus & erodens est, ad naturam Euphorbiæ & Cataputiæ ac-
cedens; quia abundat acerrimo Sale volatili. Cum impetu
autem varia Liqumina liquidissima & ferosa, atque Hy-
dropicos sursum & deorsum expurgat: propter causticam ta-
men vim, & uti AUTOR dicit, nimiam Malignitatem,
rarissimè usurpatur; nisi cum Aceto probè castratum fuerit.
Corrigi ergò potest hæc vis caustica salina volatilis, & inde
nata impetuosa & effrænis Virulentia, per Succum Cydani-
orum immaturorum, vel Acetosæ: vel & Aceto infundendo, acer-
ritum ejus Sal destrui potest; Liquor tamen non decan-
tandus, sed Cortex & Folia sunt per evaporationem lentam
exsiccanda, aliàs nullius usûs evaderent.

Dosis Corticis Foliorum est à gr. vj. vel viii. ad ℥ss. quæ suffi-
ciunt, adèd ut propter horrenda Symptomata ultra gr. xij.
aut xv. ascendere summa religio sit. Hoc interim obser-
vandum est, quòd Folia Mezerei in Vino decocta Menses
cieant singulari efficacità sine laxatione: vid. M. A. N. C.
Ann. 4. Append. pag. 34.

Cæterùm, utut internus usus sit rarus; externo tamen usu
frequentius Radix Mezerei loco Setacei adhiberi potest in Af-
fectibus Oculorum, in quibus particulæ ejus orbiculares ali-
quantisper in Aceto, vel Lixivio acri, vel Aquâ, in qua Ni-
trum solutum fuit, macerata, Auriculis perforatis inferun-
tur; sic enim fit, ut instar cujusdam Fonticuli copiosissimum
eliciat Serum, & hoc modo Inflammationibus Oculorum,
Doloribus Oculorum, Suffusioni, adèdque ipsi Cæcitati &
catarrhalibus quàm plurimis Oculorum Affectibus mirificè
confert, & miranda præstat. Medicamentum fuit D. SCHE-
GELII. Videbitis quoque ejus effectus adhuc observatos à

(G) Quam Mezereon Germanicum, Laureolam, seu Daphnoidem Officinæ vocant, est Thymelæa folio de-
ciduo, seu Laureola fœmina T. ad differentiam Thymelææ Lauri folio sempervirentis, seu Laureolæ maris Ejusd.
quæ est Laureola Dodonæi. Hæc autem Thymelææ species baud confundendæ sunt cum Chamelææ, ut facit hic
Ettmullerus: Thymelæa enim Fruticis Genus est Flore monopetalo quodammodò infundibuliformi, quadripartito, cujus
pistillum abit in Fructum nunc succiplenum, nunc siccum, Semine setum oblongo; Chamelæa autem alio insignitur cha-
ractere, ut mox.

Mezereon igitur Germanicum, seu Thymelæa Lauri folio deciduo, sive Laureola fœmina, Frutex est inter-
dum tricubitalis, Radice divisâ, aliæque se demittente innixus: ex hac Virgulæ singulares assurgunt, teretes, obse-
quiosæ, duplici Cortice, exteriori cinereo, interiore exteriori virente, interiori albicante, testæ: Flores nunc singulares,
nunc plures simul ad ramulorum latera juncti, purpurascens, odore suavi: Folia Laureorum æmula: Bacca ex ma-
turityte rubentes, sicca nigricant, ac Cannabinum Semen continent. Thymelæa autem Lauri folio sempervivens,
seu Laureola mæ, simplici aliquando, aliàs ramoso, bicubitali Caule assurgit, subcinereo testæ Cortice: Caulis fasti-
gium Lauri Folia perpetua & frequentia exornant, nigricantia, splendentia: Flores multi stellati videntur, lutei,
quibus Bacca succedunt glomeratæ Juniperinis pares, nonnihil oblongæ, primùm virides, postea ex maturitate nigra,
Nucleum durum, ad Cannabis Semen accedentem, continent: Radix divisâ, longa, crassa lenta. Sapor toti Frutici
fervidus. A Fructibus fortassis figurâ, uterque hic Frutex Olivellæ nomine vulgò venit. Aliis à Foliorum formâ,
Daphnoides, & Chamædaphne.

Mezereon verò Arabum, de quo hic aliqua habet Schroëderus, est potiùs Chamelæa tricoccos C. B. Chamelæa
autem Plantæ Genus est, à Thymelæâ diversum, Flore monopetalo tripartito, ita ut tripetalos videatur, cujus pistil-
lum abit in Fructum ex tribus ossiculis compositum, subrotundis, Semine setum oblongo. Chamelæa tricoccos C. B.
seu Chamelæa Dodonæi, Frutex est bicubitalis sarmentosus, rugosus: Folia Phyliream referunt, inter quæ Flores
lutei, parvi, qui ex tribus foliolis constare dicuntur J. Bauhino, reverà tamen monopetalis sunt, sed tripartiti: his
succedunt Semina tricocca, primùm viridia, mox rubra, medullam albam continentia, manifestissimamque amaritudinem
egrè dentibus confracta prodentia.

Thymelææ relatæ species, & Chamelæa tricoccos, etsi Rusticis ad corpus purgandum ex usu sint; nihilominus
ob maximam virulentiam à cautiore Medicis rejiciendæ.

læa foliis magnis & tenuibus, Mesua. Chamelæa latifolia,
vel alba, Serapioni. Chamelæa, Matthioli. Dod. Cord. in D.
Bellon. Lon. Clus. Tricoccos, Lob. Cast. Mezereon Arabum,
Lob. Tricoccos, Tab. Chamelæa vera, Cam. Germ. Scidel-
bust. Verùm Officinis nostratibus non adèd vulgare, quamvis
sint qui pro Mezereon Officinarum habeant.

CCCCXXX. MYROBALANI.

Myrobalani Fructus sunt ex numero Prunorum exotico-
rum, Veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus pri-
mùm inventi.

(Chebuli.)

(Citrini.)

Suntque Myrobalani (Bellyrici.) omnes sunt usuales.

(Indi.)

(Emblici.)

1. Myrobalani Chebuli dicuntur Quebolia & Quebuli, Arab.
Mirobalani Cepula, Mes. Clus. Chepulæ, Astuario, Matth.
Garz. Lob. Chebuli, Cord. hist. Lon. Cast. Chebulæ, Tab. Ger.
Myrobalani maximi, oblongi, angulosi, C. B. 1.

2. Citrini dicuntur Azafar, Arab. Myrobalani lutei, Astuar.
flavæ, Garz. Lob. flava, Matth. lutea, Clus. in Cord. Myro-
balanus citrea mas, Citrini. Cord. hist. Lon. Lob. Cast. Ger.
flavæ, citrinæ, luteæ, Tab. Myrobalani citrini, Bellon. My-
rob-lani

RIVERIO, vel quicumque est Autor, in C. 4. Obs. 100.
TIMÆO in Epist. pag. 52.

Inter Præparata in Officinis exinde prostant Pilulæ, quæ
rarissimi sunt usûs. (G)

CCCCXXX. MYROBALANI. Myrobalanorum quin-
que species usitatæ sunt in Officinis,
quas AUTOR noster recenset cum Synonymis & eligendi
modo: est tamen adhuc sexta species, quæ in Indiâ instar
Condimenti solet adhiberi. Sunt Fructus parvi, & reverà
Pruneola exotica, quæ nomen habent à figurâ externâ.

Adferuntur autem nobis exsiccata, & saporem habent aci-
dulum, nonnihil adstrictorium. Evacuant, simulque etiam
adstringunt. Ratione Pulpæ succulentæ more nostrorum Pru-
norum nonnihil laxant, fermentando Succo Corporis; quæ
vis laxativa in Infuso & blando Decocto saltem se exerit; Ra-
tione Corticis autem, & reliquæ substantiæ ipsius Pulpæ, val-
lidè adstringunt; quæ vis adstrictoria fortiori Coctione etiam
elicitur. Quare, quia parùm laxant, & magis adstringunt,
rarò usurpantur, nisi in Alvi Fluxibus, principio imprimis
Diarrhæarum, Dysenteriarum, Fluxu Hepatico &c. ut
abstergant sordes, & post blandam Laxationem sapore suo
& vi stypticâ tonum Fibrarum denuò firmant, & ita blan-
dam Adstrictionem post se relinquunt: & in Dysenteria
usitatè permiscetur cum Rhabbaro. Quin & Fermenta-
tiones & Effervescentias blandè temperant Sapore suo aci-
dulo, easque mitigant. Aliàs rariùs usurpantur.

Quoad utendi modum; in substantiâ ferè nihil laxant, ma-
gis autem in Infuso; & quidem sine Adstrictione, ubi me-
diante

robalani teretes, citrini, C. B. 2.

3. *Bellyrici*, *Belleregi*, *Bellilegi*, *Bellega*, *Arab.* Myrobalani *Belliricae*, *Matth. Cord. hist. Clus. in Cord. Garz. Lob. Tab. Ger. Bellirici*, *Lon. Cast. Myrobalani rotundæ, Belliricae*, C. B. 3.

4. *Indi*, *Asuar*, *Arab.* Myrobalanus nigra, *Actuar. Mes. nigri*, *Lob. Myrobalanus Inda & Damafonia & nigra*, *Clus. in Croll. Indicæ, Lob. Tab. Ger. seu nigræ Garz. Indi, Cord. hist. Cast. Myrobalani nigræ, octangulares*. C. B. 4.

5. *Emblisci*, *Embelgi*, *Emblegi*, *Ambegi*. *Arab.* Myrobalani de *Seni*, *Serapioni*. *Seniticae*, *Avicennæ*. Myrobalanus *Empelica*, *Matth. Empelitica*, seu *Emblica*, *Clus. in Cord. Emblici*, *Cord. hist. Lob. Lon. Cast. Emblicæ, Lob. Tab. Ger. C. B. 5.*

Eligendi sunt carnosiores, crassiores, ponderosiores.

Vires. Myrobalani *Citrini*, seu *Flavi*, *Bili flavæ* educendæ apti nati sunt. *Indi*, seu *nigri Bili atræ*. *Chebuli* *Pituitæ* ac postea *Bili*. *Emblisci* ac *Bellyrici*, itidem *Pituitæ*.

Dosis à ʒvj. ad ʒʒ.

OFFICINALIA NATIVA.

(1. *Myrobalani conditi*.)

2. *Pilulæ de 5. generibus Myrobalanorum*.

3. *Extractum Myrobalanorum*.

4. Genus *Myrobalanorum* quodcumque volueris, exemptis *Nucleis*, tere partem carnosam subtiliss. *Macera* dies aliquos cum *Aquâ* dein exprime & inspissa. *Sala*.

N. Alii adhibent *Succum Pomorum redolentium*, indeque conficiunt *Extractum Myrobalanorum pomatum*.

(*N. Emblicorum Mel* *Officinale* est. *Vires*. Vide *Disp. Aug.*)

diante *Aquâ* succulenta ejus *Pulpa* magis resolvitur, unde plus præitare solent. Infunduntur autem commodè pro solâ *Purgatione* in *Sero Lactis*; sin verò in substantiâ adhibeantur, aut etiam fortiter coquantur, tunc simul cum *Purgatione* adstringunt. Quò autem plus decoquantur, eò magis adstringunt: sin priùs pulverisatæ aliquantisper pertoreantur, tunc assumptæ solent adstringere, non purgare: adeò mutant vires pro varietate *Præparationum*. Nam, uti dixi, in iis, quod est *gummosum*, est id, quod purgat; *Cortex* verò est saporis acris, & adstringit. Unde etiam illud *Myrobalanorum* genus feliciter uberiusque purgat, in quo *gummosum* hoc copiosius reperitur, ut in *Myrobalanis Chebulinis*, quæ ipsæ magis *gummosæ* sunt, & magis purgativæ. Cæterùm istud effatum, quod evacuent certam *Materiam*, nihil est.

Parari solet ex *Myrobalanis Syrupus*, qui commendatur contra *Dysenteriam*. In usu inde est *Syrupus de Myrobalanis Sennæ* ad *Diarrhœas*, *Dysenterias*, & alios *Fluxus*. Sic quoque habemus *Syrupum compositum Mysicibet*, cujus non ultimum ingrediens sunt *Myrobalani*. Aliàs verò *Myrobalani* rarò usurpantur; & his quoque facillè carere possumus. (H)

CCCCXXXI. **POLYPODIUM.** *Polypodium* dicitur ita à figurâ *Radicis*, quæ variis cirris seu polypis hinc inde est circumseptâ; Germanis *Engel-Suff*, ob dulcedinem *Radicis* admodum suavem. *Species* est *Filicis*, ac *Semina* sua itidem in dorso gerit. Crescit circa *Radices Arborum*, *Quercûs*, *Abietis*, *Fagi*, *Coryli*, &c. Optimum autem est *Polypodium*, quod crescit ex *Radice Quercûs*, quia de acrimoniâ quercinâ vitriolaceâ nonnihil participat; unde à *Præcticis* in *Formulis* præscribitur *Polypodium quercinum*.

In usu est *Radix*, quæ innocenter refertur inter *Purgantia*, cum & hunc in finem nunquam præscribatur: saltem vi aliqua absterfivâ promovet *Purgantium* operationem. *Splene-*

(H) Myrobalanus à *μύρον* Unguentum, & *βάλανος* Glans, quasi diceret Glandem unguentarium, sive medicamentosam, à *Fructûs formâ* & usu medico. De Myrobalani naturâ & speciebus satis superque *Autores nostri*: *Officinis familiares magis sunt Citrinæ*.

(I) *Polypodium* (quasi *Planta πολύπους* Multipes, ob *Radicum formam*) inter eas *Plantas à Tournefortio connumeratur*, quæ *Flore* carent, & *Semine* donantur: atque inter *Capillares dictas Herbas distinguitur*, quod nequam *vamosum* sit, quòdque *Folia ad nervum penè in partes angustas & oblongas secari solent: præcipuè autem facie quâdam propriâ dignoscitur*. *Polypodii Fructus Foliis innascuntur: Capsulæ scilicet (notante Tournefortio) membranacæ, sphericæ, in acervulos congestæ, anulo carentes, quæ fibrarum contractione rumpuntur, & Semina fundunt minutissima*. *Polypodium Officinale est Polypodium majus Dod. seu Vulgare C. B. notissima & omnibus obvia Planta: præfertur quæ Quercui adnascitur, Polypodium quercinum dicta. Hujus Radix chymico subjecta magisterio quamplurimos præbet Liquores acidos, parum Spiritûs urinosi, nil Salis volatilis concretæ, multum Olei, & modicum Terræ. Veteres inter Purgantia illam connumerant: Manardus vix alvum laxare primus notavit: Dodonæus illam baud purgare fatetur, nisi cum Malvâ & Betâ veteris Galli Brodio incoquatur. Frequentissimè solo exhibitio Radicis Polypodii Decocto, forti factâ expressione, ventrem movisse mihi contigit.*

CCCCXXXI. POLYPODIUM.

Polypodium [*Vulgare. Hoc usuale.*
Minus. *Dod. 2. Matth. 1. Tab. &c.*
Dicitur *πολυπόδιον*, *Diosc.* *Polypodium*, *Brunsf. Trag. Matth. Fuchf. Cord. hist. Lon. Lob. Cast. Cav. Tab. Ger. majus, Dod. C. B. 1. Germ. Engelfousz. Gall. Du Polypode.*

Reperitur in *Fago*, *Corylo*, in antiquis & cædis *Saltibus*, in *Ruderibus saxosis*; præfertur tamen omnibus, quod in *Quercu* nascitur. *Gall. Polypode de Chêne.*

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Educit *Bilem adustam & Pituitam lentam*. Hinc utilissimum in *Obstructionibus Mesenterii*, *Epatis ac Lienis*, & inde natis *Passionibus Hypochondriorum Scorbüticis*. *Rarò* autem solum datur, sed aliis *Purgantibus* ferè admiscetur: & quia segniter purgat, plerumque in *Decoctis* vel *Infusionibus*, rarò in aliis *Formulis* adhibetur.

P R Æ P A R A T A.

(*Syrupus de Polypodio simplex, & compositus.*

(*Extractum.*)

CCCCXXXII. PSYLLIUM.

Ψύλλιον. *Psyllium* [*Dioscoridis, scilicet Indicum arenatis foliis.*
(*Supinum, 2. Matth. Cast.*
Majus. (*Tab. &c.*
(*Erectum, Hoc usuale solum.*
Minus.

Dicitur

tica dicitur, & in *Affectibus hypochondriacis & splenicis*, tam ex *Splene* ortis quàm falso eidem adscriptis, valdè convenit; ejusdem enim est naturæ cum *Filipendulâ*, *Filice* &c. unde inter *Melancholiam evacuantia*, & inde natos *chronicos Affectus* curantia, hoc est *Aperientia* vulgò dicta, refertur. Præter vim suam *anti-melancholicam* vi quoque *suaviter laxativâ*, ac primas vias è *Muco* acido *depurativâ* pollet, quæ se imprimis in *Polypodio quercino* exerit. Per se rarò aut nunquam usurpatur, saltim aliis additur; hinc etiam *Infusum* ejus, vel potiùs *Decoctum*, cum *Foliis Sennæ* pro *laxandi scopo* in *Melancholiâ* est egregium: vel cum aliis *Appropriatis*, *Nodulis Alterantibus*, & *Laxantibus*, ab ʒj. vel ʒiʒ. ad ʒij. præterpropter *Vino* vel *Aquâ* infundi, vel cum *Purgantibus* appropriatis, *Decoctis* ejusmodi incoqui potest, ut etiam habet *AUTOR*. Et quidem, ut ex hujusmodi *Purgantibus* vis alterans & purgans meliùs & feliciter possit extrahi, adduntur aliquot unciz vel *Cremoris Tartari*, vel *Salis Tartari fixi*, vel alia corpora salina: hujusmodi enim *Sal* acuit *Mentrum*, ut extrahantur virtutes talium *Simplicium* eò convenientius.

Externè pro usu *dentifricio* *FREITAGIUS in Aur. Med. pag. 253.* *Vino* permiscet *Spiritum Sulphuris*, ut leviter accescat: huic *Mixturæ* intundit *Radiculas Polypodii* per 24. horas: *Radiculas* postmodum siccant, & iisdem utitur pro *Dentifriciis*, quas valdoperè & ceu singularè mundificativum & dealbativum *Dentium* commendat. Loco *Radice Polypodii* posset assumi *Radix Bisfortæ*, quæ est major, vel *Radix Aristolochiæ rotundæ*, *Cyperii* &c. & cum his ita imprægnatis fricari *Dentes*.

Prostat in *Officinis Syrupus de Polypodio*, quem videbitis in *POTERII Pharm. Spagy. p. 559.* & *ZWELFFERO in Notis ad Pharm. Augustanam. (I)*

CCCCXXXII. **PSYLLIUM.** *Psyllium* habetur *majus & minus*. *Planta* est glabra, nobis *exotica*, in *Italiâ* crescit, cujus *Semen* ad nos pervenit.

Semen

Dicitur Pſyllium, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Cord. in D. & hiſt. Dod. Lob. Gaſt. Ger. 1. Tab. Germ. Pſyllienkraut. Gall. Herbe aux puces.*

Crefcit ſponte in Italiâ, lociſque nonnullis Germaniæ, ſolo gaudens aſpero; nobis nonniſi in Hortis colitur. Floret Julio & Auguſto.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen collectum Octobri.

Vires. Evacuat Bilem flavam, Mucilagineque ſua acrimoniâ Humorum obtundere aptum eſt. Hinc convenit maxime in Dyſenteriâ, & corroſione Inteftinorum.

Dofis à ʒij. ad ʒvj. ſcilicet ex his *Aquâ convenienti* extrahitur *Mucilago* propinanda, ſed raro.

N. Semen Pſyllii hoc peculiare præ cæteris Purgantibus habet, quod qualitate refrigerandi ſit præditum, ſecus ac *Mſue* ſtatuit. Verum enim verò nec tamen extra reprehentionem poſitum eſt, quam incurrit ratione Virulentix ſux.

P R Æ P A R A T A.

Electuarium de Pſyllio.

Dofis ad ʒj. plus minus.

CCCCXXXIII. RHABARBARUM.

*P*α ρ̄ ρ̄ον, *Dioſcor. Arab. Raved & Rhabarbarum, Romanis Raponticum, Rhabarbarum Officinarum C. B. 1. Knabarbarum, Garz. Acoſt. Fragof. Lob. 3. Tab. 2. Ger. Rhabarbarum Americanum, Monard. Rhabarbarum ſeu Indicum, Cord. Rheum, ſeu Rha, Dod.*

In Chinâ provenit, unde in Turciam, hinc Venetias de-

Semen Pſyllii majoris ſolet evacuare Recrementa, ſimulque habet vim mitigandi Humores, eoſque obrundendi, & convenire ſolet in Dyſenteriâ & Diarrhœâ, ut ſimul abſtergat, & etiam acrimoniâ Humorum temperet, quando opus eſt laxatione Alvi & attemperatone Humorum. Uſurpatur in *Infuſo* à ʒiij. ad ʒvj. Uſus tamen ejus rarus eſt.

Semen Pſyllii minoris communiter reſertur inter *Alterantia*: nobis autem inuſitatum eſt, niſi quod parilem *Mucilaginem* ſuggerat, ac *Semen Cydoniarum*, in Affectibus Faucium ardentibus, Anginâ; ardore & ſiccitate Linguæ, eſtque ejuſdem uſus cum *Mucilagine Cydoniarum*, niſi quod magis conveniat in Ambuſtis cum *Saccharo Saturni, Camphorâ, Succo Cancrorum ſtuviatiliſum, &c.* (K)

CCCCXXXIII. RHABARBARUM. *Rha* eſt Vox

Geographica, ita dicta à Fluvio Sarmatiæ principali *Rha* ſeu *Volga*, Regnum Moſcoviticum profluente, in cuius confiniis *Rha* uberrimè creſcit. *Duplex* eſt *Rha*: *Barbarum & Ponticum*: *Rha Barbarum* ruriſus in duplici differentiâ; vel enim eſt *verum Moſcoviticum, & Sinicum* ſeu *Oriente*; vel, quod ignorantes Monachi huic ſubſtituere, *Rhabarbarum Monachorum*, quod reverà *Hippolapathi noſtri ſativi majoris Radix* eſt. Prius autem, *Sinense*, revera *Lapathi ſui generis ſpecies* eſt, uti hoc offendit *MORISONIUS* in *Horio Bleſenſi* pag. 340. & in *Dialogo NEUHOFII* in *legatione in Chinam*. Copioſiſſimè ex Indiâ Orientali, imprimis ex regione Chinæ & ſimilibus, uti & ex Septentrione, Moſcoviâ, adfertur; & *Radices* magnæ, flavæ, ſucculentæ, & dulcis ſaporis ſunt, quæ in umbrâ exſiccantur: nam in Sole ſi exſiccarentur, vis purgans exhauriretur à calore Solis. *Moſcoviticum* nullius eſt pretii; id verò quod habemus ex Oriente, tantùm eſt uſitatum. Dubium tamen eſt: *An hoc noſtrum Rhabarbarum idem ſit cum Rhabarbaro Veterum?* vid. pluribus *PANAROLLUS & SALMUTH* *Comment. in eum L. 2. Tit. 4. p. 122.* Interim loco *Rhabarbari veri* commodè *Rhabarbarum Monachorum* ſubſtitui poteſt, modò in duplâ, modò in triplâ doſi ſumatur, *Semine* gaudet triquetro, ſeu tribus angulis conſtante: hinc concludo, eſſe: *ex Lapathorum genere*, quippe quæ omnia *Semen* continent triquetrum.

(K) *Pſyllium* à *Ψύλλω* *Pulex*, quod ejus *Semen Pulices* vel *repreſentet, vel fuget*. Inter *Plantas connumeratur* à *Tournefortio*, quæ *Flore ſunt monopetalo, hypocrateriformi, cujus piſillum abit in Fructum*; à *congeneribus autem, Plantagine & Coronopo, diſtinguitur, quod in Caulis aſſurgat foliatis & ramosos, ut notat Cæſalpinus*. *Magis Officinale eſt Pſyllium majus erectum J. & C. B. quod multis fruticat ramis, biſutis, divaricatis, in quibus Folia graminea, incondita, tomentosa: in ſummo Caule & Ramis crebri pediculi Flores ſuſtinent Plantaginis, umbellæ in modum: Semen lubricum, lucidum, nigrum, Pulicis eſſicie, manu vel maceratione Mucilaginem reddens*. *Sal hujus Plantæ ſimile eſt Sali Coraliorum; ſed cum pauco Salis ammoniaci, multo Sulſure, multisque partibus terreſtribus commiſtum eſt*. *Ignis miniſterio Pſyllium multum exhibet Olei & Terræ, nil Salis volatilis concrevit, parum Spiritus urinoſi, plurimoſque acidus Liquores*. *Pſyllii Semen catharticum putant, qui Electuario de Pſyllio utuntur: verùm hujus Remedii vis purgatrix Scammonio, aliſque catharticis medicamentis tribuenda*. *Semineum Mucilago Ophthalmicæ medetur: ac Clyſteribus addita Dyſentericos levat*.

fertur, & quidem vel navibus, quod citiùs corrumpitur, vel itinere terreſtri, quod durabilius.

Duplex venale proſtat: alterum dicitur *Rhabarbarum de Levante*, quod flavius & melius: alterum *Moſcoviticum*, quod obſcurè flavum & vilius eſt.

OFFICINALIA NATIVA.

Radix.

Vires. Purgat benignè Bilem flavam, Pituitamque viſcoſam ac tartaream in Ventriculo, primâque regione ſtabulantem. Epato ſpecificè confert, adeo ut *Cor Epatis* dicatur, curat Icterum, & quia vim quoque aſtriſtoriam obtinet, in omnibus Morbis diſſolutis, Dyſenteriâ, Diarrhœâ, præ aliis commendatur.

Corrigitur tertiâ parte *Cinnamomi, Schanantibou, Santali Citrini*.

N. 1. Partem tum purgantem, tum aſtringentem obtinere creditur, quarum prior faciliùs eximitur, poſterior difficiliùs. Hinc pro diverſâ intentione diverſimodè quoque tractatur. Nonnulli levi *Toſſione* vim purgantem minui, & aſtringentem augeri ſibi imaginantur, quod alii improbant, nec immeritò; etenim cum vis purgans fixior ſit, quàm ut levi toſſione in auram evaneſcat, Toſſio illa vix ſatisfaciet. Præſtat itaque ſi aſtriſtoriam vim auſtam velimus, rejectâ primâ *Decoſtione*, denuo id coquere, ac fortiſſimâ expreſſione exprimere.

N. 2. *Radix Rhabarbari Monachorum* (aliàs *Lapathi domeſtici, bortenſis, ſativi*) eandem purgandi facultatem cum vero Rhabarbaro habere creditur, modò in duplo uſurpetur. Hinc ſunt qui pro *Rhapontico* illud habent, ſed malè: *Rhaponticum* quippe verum & à Rhabarbaro Monachorum, & à vero

Quod uſum *Rhabarbari* attinet, mitioribus ac optimis *Purgantibus* jure accenſeri debet, quia evacuât leniter Corpus, & poſtquàm evacuavit, adſtringit, & ſolum inter *Purgantia* dicitur *carere Malignitate*, cum *Aloë*. Sed præter vim laxativam ratione Salis acris, habet vim alterativam, Bilis vitioſæ correctivam: *Cachexias, & ſimiles Affectus Chronicos* multùm emendat, & ceu appropriatum in Calculo, Hydrope, & Ictero, aliſque Affectibus Hepatis à vitioſâ Bile oriundis, uti dicitur, ſeu in *Maſſæ Sanguineæ dyſcraſiâ*; & in quibus Morbis Sal volatile urinoſum eſt depravatum, aut nimis oleoſum, commodè cum aliis uſurpatur, magis alterandi, quàm laxandi ſcopo. Adeoquè à *CRATONE Anima Hepatis* vocatur; ſordes enim ſua Tincturâ, ſcilicet *Flavedine*, intenſè inquinat: imò *Sudor luteus* à Rhabarbari uſu obſervatus eſt; unde Bilem ab illo evacuari, vulgò æſtimant. Præſcribi poteſt pro *Purgatione & pro Alteratione*, & propinari in *Affectibus Cachecticis* cum *Paſſulis minoribus, Rob Paſſularum, vel Infuſo Paſſularum, Medicamentis Tartareis, Martialibus &c.* Si miſceatur cum *Gummi Gutte & Reſinâ Jalappæ*, eſt Specificum Purgans *Hydropicorum*, dum etiam ex *Maſſâ Sanguineâ Serum* evacuat, ac expurgat.

Vis autem *Rhabarbari laxativa* ſuperficialis eſt, & in ſubſtantiâ mucilaginosa, *Menſtruo aqueo præſertim extrahibili, reſidet*, cujus ſubtiliores & volatiliores particule laxant, quæ levi *Coſtione* vel *Toſſione* exhalant; quibus ſeparatis reſtqua *Rhabarbari ſubſtantiâ, quaſi terrea, ſtypticum & adſtriſtorium* eſt maximâ ex parte. *Rhabarbarum* enim, præter vim laxandi, etiam habet vim adſtringendi & Alvum cohibendi; hinc dicimus: *laxat & adſtringit ſimul*. Raro ergò in ſubſtantiâ & ſolitarium datur pro ſcopo *Laxationis & Purgationis*, cum ſic ad ʒj. uſurpandum foret; niſi in *Diarrhœis, Dyſenteriiſ &c.* ubi laxandi & ſimul adſtringendi, Cauſamque ſimul morboſam, Inteftinorum ſcilicet acra, à quo fluxus Alvi oriri ſolet, corrigendi animus eſt; ſic enim à ʒj. ad ʒſſ. propinari poteſt. Quodſi magis adſtringere, quàm laxare velimus, torreri poteſt, ut vis laxativa exhalet: hoc enim *Rhabarbarum toſtum* adeo ſerè adſtringit, ut *Terra ſigillata*: & in fluxibus Alvi, ubi opus eſt adſtriſtione, commodè cum *Nuce moſchatâ, Laudano opiato & ſimilibus* præſcribitur: propter

vero Rhabarbaro diversum, nonnunquam ad nos transportatur. *Weckerus*.

Dosis Rhabarbari veri à ℥ss. ad ℥iij. in *Infuso* ad ℥ss.

N. 3. *Rhabarbarum* ex omnibus Catharticis est uirtutissimum, sine ullo periculi metu omni ætati, atque ideo etiam Pueris & Prægnantibus conueniens.

P R Æ P A R A T A.

1. *Rhabarbarum conditum*.
Cujus *Dosis* paulò major est crudo.
2. *Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro*. (in quo solum *Rhabarbarum*) V. D.
3. *Syrupus de Rhabarbaro solutivus*, in quo part. æqu. *Rhabarb.* & *Fol. Senna*.
4. *Syrupus Diasereos*, in quo partes

Rhabarb. 4.
CARTHAM. 5.
AGURIC. trochisc. 2.
Fol. Sen. 1.
5. *Trochisci de Rhabarbaro*. V. D.

6. *Pilule de Rhabarbaro*. Vid. D.

7. *Extractum Rhabarbari*.

R. Rhabarb. el. q. v. extrahe s. a. digerendo cum *Aquâ destill. Epaticâ* (*Endiv. Cichor. Agrimon.*) affusis aliquot guttulis *Ol. Tart. per d.* decanta ac exprime, coagulaque ad formam *Extracti*.

Alii addunt quoque *Corrigentia*, eaque simul extrahunt, Sic *Quercetanus* *R. Rhabarb. ℥ss.* addit *Cinam. ℥ss. Santal. ℥j.* extrahitque cum *Aqu. Endiv. Succo Limonior. vel Citriorum acidulâ* reddita. *Pharmacop. Rest. c. 25.* Fit quoque *Extractum* per *Spiritum Vini*. Vide *Weckerum*.

Dosis à ℥j. ad ℥ss. vel ℥j. Acui tamen potest *Diagrid. præparat. Gummi Gut. Elater. &c.*

N. Melius est *Extractum* simpliciter sine *Corrigentibus* conficere, cui si opus sit, pro intentione Medici *Oleum* aliquod conueniens, e. g. *Macis, Anisi* & sim. admisceri potest.

(8. *Tinctura Rhabarbari*.)

9. *Confectio Rhabarbari*.

CCCCXXXIV. RI-

propter quam virtutem adstrictivam etiam in Hæmorrhagiis quibuscunque commendari solet. Conf. *PEGLI-NUS de Purgant. pag. 233.* & *BORRICHIVS in Apolog. contra Conringium. Rhabarbarum* quoque *PARACELSO* dicitur habere in se vim & Arcanum Arenas & Calculum pellendi, si laxativa ejus vis ei auferatur. Novi hic Virum, Calculo aliàs obnoxium, qui omni Septimanâ ℥j. *Rhabarbari pulverisati* accipit; idque ex eo commodi habet, ut parciorem Calculorum sentiat progeniem. Plura qui cupit de virtutibus egregiis *Rhabarbari* in roborando Corpore videre potest *SCHOLZIUM Epist. 15.*, qui ejus continuato usu *Hydropem* curavit, & *Vulnus* in Capite periculofum. Pro scopo autem purgativo *Infusio Rhabarbari in Aquâ* frequenti in usu est: infuso enim *Rhabarbaro* in *Aquam appropriatam*, v. g. *Centaurii minoris, Absinthii &c.* acuatam cum *Oleo Tartari per deliquium*, vel *Sale* aut *Cremore Tartari*, quæ saporem ejus nauseosum corrigunt, vis purgans abit in *Aquam*, & residuum in substantiâ tantum adstringit. Commodè etiam infunditur in *Serum Lactis*, quod *Infusum* valdè conuenit in *Febribus Intermittentibus*, *Tertianis* sic dictis biliosis, & *Quartanis* scorbuticis, in quibus hæc *Infusio* est elegans & egregia. Modus infundendi talis est:

℥. *Rhabarb. opt.* ℥ij. vel ℥iij.

Sal. Tartari ℥j. vel *Crem. Tartari* ℥j. vel ℥ss. ad ℥j. Infundantur in

Aquâ simpl. ℥iij.

stent in loco calido: Colaturæ adde

Syr. de Cich. solus. ℥j.

M. pro *Hausu purgante*.

Si *Cremor Tartari* recipiatur, ebulliat parùm ad *Tartari* dissolutionem, procedendo deinde, ut in priori. Optimè etiam cum *Sennâ* infunditur; per *Decoctionem* enim vis ejus volatilis laxativa perit, & adstrictoria tantum permanet.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro, quem Germani *das Rhabarber-Saffigen*, id est *Succum Rhabarbari* vocant, solet permisceri cum *Infusis* & *Decoctis* Aluum modicè purgantibus seu laxantibus. In specie Infantibus conuenit recens natis, quos præservat à superventu *Epilepsiæ*, evacuando *Meconium* ex eorum *Intestinis*.

Extractum de Rhabarbaro propinatur ad ℥j. in *Vebiculo* quo-

dam dissolutum; potest etiam redigi in *Pilulas*. Extrahitur cum *Aquâ alterante*, cum *Oleo Tartari per deliquium* acuatâ; in *Febribus Tertianis* & sic dictis *Biliosis* mirè conuenit. Hac ratione *WEDELIUS* in *Tr. de Sale volatili Plant. pag. 270.* & in *App. ad Ann. 4. & 5. M. A. N. C. Animam Rhabarbari* extrahit.

℥. *Rhabarb.* ℥j.

Sal Tartari ℥ij. ad ℥ss.

Aquæ Hepat. nob. ℥x.

& dicit *Medicamentum* esse longè nobilissimum & reverà polychrestum.

Extractum autem juxta *WECKERUM* cum *Spiritu Vini* paratum, nil valet, minùs purgat quàm ipsa substantia.

PARACELSVS *Tr. de Tartaro ex Rhabarbaro Tincturam* habet in *Arenâ* vel *Velicâ*, in qua vim solutivam auferendam esse dicit, quod facit *Sal Tartari*. Hæc citò ad vias urinarias dilabitur, & *Calculosis* succurrit: nam propter amaritatem destruit *Acidum*, & promptè vergit ad vias urinarias.

Ex infusione *Rhabarbari* fit *Magisterium* eodem modo, atque dixi sub *Gratiola*, si scilicet infundatur *Aqua Aluminis*; quod *Magisterium* magis laudatur vi laxativâ, quàm ipsum *Rhabarbarum* per se usurpatum. Sed præ *Rhabarbaro* crudo vix prærogativam obtinebit, præsertim cum sub *Præcipatione* cum *Terrâ Aluminis* adulteretur. (L)

RHABARBARUM MONACHORUM.

JAM dictum fuit *Rhabarbarum verum* esse *Lapathorum speciem*; unde ipsius defectu olim *Monachi MESUES Commentatores*, aliam *Lapathi* speciem substituerunt. Nempe duo *Lapatha* imprimis sunt in usu Medico. *Angustifolium*, quod aliàs *Oxylapathum* dicitur, & *Latifolium* seu *Hippolapathum*, quod est *Rhabarbarum Monachorum*.

Radix hujus conspirat nonnihil cum viribus *Rhabarbari* genuini, cum in duplâ dosi non solum laxet, sed etiam amaricante sapore vim *Rhabarbari* alterativam, adeoque, ut dicunt, *Hepaticam*, id est, *Bilis correctivam*, & *toni Hepatis conservativam*, æmuletur. Usus saltem est in *Infusis* & *Decoctis* cum aliis hujus generis *Alterantibus*. (M)

CCCCXXXIV. RI-

(L) *Rhabarbarum* est *Tournefortio Plantæ Genus Flore monopetalo, companiformi, & multifido, cujus pistillum crassescens* abit in *Semen triangulare, capsulæ ita affixo, ut ab ipsâ divelli nequeat. Species unica Rhabarbari Tournefortio nota, appellatur Rhabarbarum tortè Dioscoridis & Antiquorum, quod idem putat ac Rhaponticum P. Alpini, adeoque Rha-Ponticum Veterum. Radix crassa, fungosa, lutea in caput primum abit grande, rotundum; hinc in Folia primum corrugata, mox sensim extensa, longitudine bipedali; nec minori latitudine, obscure viridia, sapore acido: ex eorum medio exsurgit Caulis crassus, robustus, Foliis minoribus, rotundis, ad nodos amictus: Flores albi, malè hexapetali crediti, sed potiùs monopetali in sex partes divisi: Semen triquetrum, majus, splendens. Semina à Verbi divini præcone, è *Sinarum Imperio* reduce, receptimus, sed ab hinc mense sata, baud dum germen edidere.*

Hujus exoticæ Plantæ in familiarissimum usum Medicum venit per universam Europam *Radix*, quam è terrâ effosam, crassiore externo, ac tenuiore subjeçto *Corrice mundant*, hinc perforant, ac per foramen juncto trajecto, suspendunt, ut lentè exsiccentur: quapropter haud grandiores seligendæ sunt *Radices*, quæ ob crassitiem minùs aptè exsiccatæ putrescentem medullam sæpenumerò abscondunt; sed potiùs *Radices* mediocris magnitudinis, duræ, graves, *Nucem moschatam* contraçtæ colore æmulantes. *Animadversione dignum* est, quod notat *Dñus Boulduc*, in *Analysi Rhabarbari*: quòd scilicet *Tinctura Aquâ elicta fortius purget*, quàm quæ *Vini Spiritu parata* est. Unde eruit, vim *Rhabarbari cathartici* potiùs in *Sale ipsius* (quod *Aquâ solvitur*) quàm in *Sulfure* residere: imò si quid purgativum *Spiritus Vini* ex *Rhabarbaro* extrahit, id salinum potiùs reputandum erit, à *Phegmate aquoso ipsius Spiritus Vini* dissolutum. Addit idem *Autor*, minùs purgare *Rhabarbari Decoctum*, quàm ejusdem *Infusum*: sed omnibus præparationibus ipsum *Rhabarbarum* in substantiâ assumptum est præferendum.

(M) *Rhabarbarum Monachorum* dictum est *Tournefortio Lapathum hortense, latifolium C. B. quod Caule striato, rubente, surculoso, hominis proceritatem quandoque assequitur: Folia pedalia & sesquipedalia, lata, acuminata, rigida: Radix proluxa, crassa, fibrosa, crocea: Flores muscosi & Semina Lapathi. Usus ejus medicus nunc temporis exolevit. Vocatur quoque & Hippolapathum, quasi Equinum, seu potiùs maximum Lapathum.*

CCCCXXXIV. RICINUS.

Ricinus [Vulgaris . *Hujus loci* .
Americanus . *De hoc infra* .

Dicitur *Kixi*, *Diof.* *Plin.* Ricinus, *Trag. Matthiol. Fuchf. Dod. Cord. Lon. Lob. Cast. Tab.* vulgaris, *Cam. C. B. 1.* Cataputia major, *Frag.* Granum regium majus, *Mesue, & alii* Palma Christi. *Arab.* Alkaroa & Kerva. *German.* Wunderbaum. *Gall.* Palme de Christ.

Colitur in Hortis, tum ob raritatem, tum ob Talpas, quæ ejus præsentiam fugere dicuntur.

OFFICINALIA NATIVA.

Semen seu *Nuclei*, Cortice suo triquatro echinato exuti.

Vires. Potenter Bilem & Pituitam *ἀνω καὶ κάτω* pellit, calcificat, liccat.

Dosis. Nuclei N. xij. plùs minùs.

N. rarissimi itidem usùs est.

P R Æ P A R A T A.

Oleum ex Semine expressum, quod dicitur *Oleum de Kerva*. Vid. D.

N. *Oleum* hoc dicunt *Oleum ficùs infernalis*.

CCCCXXXV. RICINUS AMERICANUS.

Est & genus Ricini, quod ante annos aliquot ex America adferri cœpit, vulgari paulò majus, cujus Operimentum

seu Siliqua, quæ Semina continet, tuberculis asperis non est oblita, ut in vulgari, sed lævis & cinerei coloris: ipsum Granum five Semen vulgari simile est, nigrum tamen, non maculosum, Nucleumque continet solidum.

Nominatur Ricinus Americanus, *Lob. Tab. Clus. in Monard.* Ricinus Americanus, C. B. 2. aliis Curcas. Vulgò *Granatiglia*. Ubi tamen nosandum *Granadilla Monardi* Grana esse ab his diversa, & *Granati* Seminibus similia.

Vires. Valenter supernè ac infernè purgat.

Dosis. Nucleus unus excorticatus, vel solùm dimidium Nuclei.

CCCCXXXVI. SENNA.

Senna (Alexandrina, s. Foliis acutis . *Hæc præstantif.*
(*Senna* .
C.B.Gall. (Italica, s. Foliis obtusis . *Hæc priori substitui-*
Senè. (*tur.*

Prior inscribitur Senna Alexandrina, *Trag. Cam. Orientalis, Bellon. Lob. Tab. Ger. Aliis* Ægyptiaca aut Syriaca.

Altera dicitur Senna, *Hermolao, Sena Matth. Fuchf. Dod. Cord. b. Lon. Lob. Cast. Italica Trag. Tab. Ger. Cam.* altera media dicta, *Bellon. Aliis nostras.*

N. Veteribus Græcis indicta videtur, primùm à *Serapione* descripta.

OFFICINALIA NATIVA.

Folia, tum quoque *Folliculi*, sed rarò.

N. *Folia*

CCCCXXXIV. **R**ICINUS. *Ricinus* ita dicitur, quòd *Grana* ejus figuram Animalis *Ricini*, Germanis *Hunds-Muchen*, pone Aures Equorum sedentium repræsentent. Dicitur aliàs *Cataputia major*, & *πενταδάκτυλος* quòd *Folia* ejus *quinque Digitos* quasi repræsentent. Ordinariè dicitur *Planta Christi*, Germanis *Wunderbaum*, quod speciosè ac ferè sine pari crescat.

Duplex est: vel *Vulgaris* minor, vel major seu *Americanus*. Differentia cognitu est facilis, præter magnitudinem, quæ Grana minoris sunt minora, majoris verò majora: majora sunt nigra, nec adeò eleganter sunt picta atque colorata, quàm minora. Ricinus minor nonnisi *Semina* in Capsulis hirsutis contenta nobis suppeditat.

Famosa sunt *Semina* hæc vi emeticà. Matura enim Num. vj. viij. ix. vel x. ad xij. juxta AUTOREM assumpta, mirè turbant Corpus, quoniam nimis potenter, fortiter ac violenter purgant, & cum impetu *ἀνω καὶ κάτω*, quicquid inveniunt, ejiunt; hinc rarissimi, nisi apud Agyptas, solet esse usùs. Hungari verò, qui fortiora aliàs Medicamenta facilè ferre possunt, gr. xxx. absque noxâ assument, quemadmodùm & iidem *Cantharides* internè sine noxâ usurpant: vid. *M. A. N. C. Ann. 1. Append. p. 32.* Sunt qui ex *Seminibus* his cum *Lacte* terendo parant *Emulsionem Cathartica* satissimè potentem, quo vis ejus purgans aliquatenus temperatur. Notandum tamen, non totum Granum esse, quod purget, sed dividitur Granum in duas partes, in quarum medio Membrana est duplicata, seu Tunica bipartita, in qua vis ista cathartica residet. Verùm propter virulentiam ejus, & cum Remedia alia mitiora præsentent, non adhibetur. In Persiâ *Planta* hæc seritur in Agris, ac exinde *Oleum* fit dulce & elegans, quo in Cibis præparandis utuntur: vid. *OLEARIUM Itinerar. Persic. l. 5. c. 7. pag. 566.* (N)

CCCCXXXV. **R**ICINUS AMERICANUS. *Ricini* majoris seu *Americani Grana nigra*, dicuntur *Granatiglia*, & inclusa sunt Capsulis glabris.

Hæc decorticata & deglutita purgant valde admodùm, suprâ & infrâ; hinc rarissimi, nisi apud Agyptas, usùs esse solent. Rusticis robustioribus Granum j. aliis verò quarta pars Grani sufficit; propter nimiam enim virulentiam vix unum vel alterum assumi potest. Dixit tamen mihi quidam Empiricus, quòd unum Granum assumptum sit expertissi-

mum Remedium ad Vermes; & dixit, se illo aliquando evacuasse Vermem Cucurbitalem ingentis magnitudinis, & quod citò operetur, ut non ita tutò. Integrum iterum secedit, peractâ tamen operatione.

Exprimitur inde *Oleum*, cujus gutt. j. vel ij. in *Jusculo Carnis*, vel unâ cum *Saccharo* propinatâ sufficienter purgant: vid. *VELSCHIIUS Hecatost. 2. p. 13. BORELLUS C. 3. Obs. 29.* ubi faciliè ostendit Purgationem cum *Oleo Seminis Ricini Americani*, quod etiam vocat *Nucleum pineum Indicum*. In hoc *Oleo* singulare quid contra Epilepsiam Infantum latet, si cum *Pinguedine Erinacei* in *Linimentum* redigatur, cujus guttæ quædam Umbilico illitæ, mira faciunt.

Ex remanente post *Oleum* expressum corpore sunt, qui *Extractum purgans* beneficio *Tincturæ Tartari* fieri existimant. (O)

CCCCXXXVI. **S**ENNA. *Senna* genuina Officialis debet esse *Alexandrina* seu *Orientalis*.

Italica vulgò substituitur, sed non tantæ est efficacæ ac usùs: affinis est *Coluteæ Vesicariæ* quoad *Folia*, imò & quoad *Effectus*; unde solet à quibusdam etiam haberi pro *Sennæ succedaneo*, ubi tamen *Coluteæ Folia* in doplâ dosi assumenda: idque non sine Experimentiâ, qualem videbitis in *BAR-THOLINI Historiis Anatomicis C. 5. Hist. 60.*

In usu sunt solùm *Folia*, *Folliculi* rarò, imò nunquam.

Folia usurpantur sine *Stipitibus* seu *Cauliculis*, quibus adherent, propterea, quoniam adstringant; quæ vis *adstringoria* est contraria *laxativæ virtuti* Sennæ.

Purgat autem sufficienter, quicquid adoritur; unde ridiculum est, quòd ad Humores adutos & melancholicos, biliosos, & pituitosos commendetur. In Febribus tamen diuturnis, Affectibus hypochondriacis, melancholicis, Quartanâ, Scorbuto, aliisque Morbis chronicis, in Affectibus Mulierum, & similibus aliis, ubi Fomes morbosus in lento ac viscido Humore raditur, unum est ex mediocribus & usitatissimis Purgantibus, cui multa encomia hinc inde tribuuntur, quoniam est valde moderata, & sine graviorum Symptomatum concursu, turbulentia & agitatione *Massæ Sanguinæ*, blandè solet elicere & purgare Excrementa viscida atque serosa, plùs minùs flavedine tincta, ex primis viis & *Malsâ Sanguinè*, & ad *Catholica Purgantia* imprimis referenda. Blandè dico: nec quemquam impediât, quod excitet

(N) Ricinus est *Plantæ* genus *Flore* apetalæ, sed sterili: *Embryones* autem à *Floribus* sejuncti, in eadem *Plantâ*, abeunt in *Fructum* trigonum, ex tribus *Capsulis* compositum, *Semine*que factis cortice duriore obductis. Ricinus vulgaris C. B. *Planta* est celeriter adolescens: *Caule* crasso, striato, geniculato, glauco, ad quatuor cubitorum altitudinem assurgente, superius ramoso: *Folia* Platano & *Aceri* similia, in septem, octo, & novem serrata segmenta divisa, atrovirentia, splendida: *Flores* longo thyrsu racematim insident: *Vascula* triquetra *Semen* continent Ricini animalculi æmula, unde *Plantæ* nomen. *Semina* hæc ob vehementem vim cathartica, baud tutò adhibebis.

(O) *Etsi* sint Ricini Americani species duæ: Ricinus nempe Americanus, major, caule virescente H. R. Par. (qui à *Tournefortio* Ricini vulgaris creditur varietas) & Ricinus Americanus, minor C. B. attamen Semen quod ex America nomine Ricini Americani adportatur, vel non est Ricini veri Semen, vel neutra species est ex modo dictis. Vulgò *Granatiglia* appellant: sed cave confundas cum *Granadilla Plantæ* Genere ex *Tournefortio*. Ajunt *Semina* hæc ab *Arbore* Americanâ ferri, quæ Ricino similis est, *Ficùs Foliis*, & *Lacte* surgens: vi cathartica itidem pollent.

Dosis à ℥iſſ. ad ℥j. & ultra.

N. Extractionem ex eisdem Foliis secundò ne repetas : gravia nimirum Tormina excitare solet.

7. Tinctura Sennæ, aut Rhabarbari. Ex communicatione S. Clossæi.

℞. Fol. Sennæ Orient. vel Rhabarb. ℥ſſ. Sal. Nit. tantumdem reduce in Pulverem, qui accensus cum Carbone ignito detonet in Crucibulo, Cinerem solve in Acet. destill. aut Spirit. Vin. solutum filtra & evapora : solvatur denuò in Ag. Ros. filreturque addendo ℥ij. Rbei aut Fol. Senn. in pulv. redact. digere per 4. aut 5. horas.

Dosis hujus Tincturæ sint Cochl. ij. in Jusculo. Ita reliqua Purgantia in Tincturam adducuntur.

CCCCXXXVII. SOLDANELLA.

K Πάριση θαλασσία, Dioscor. Soldanella, Dod. Lon. Lob. Tab. Marina, Ger. Brassica marina, Matthiol. Cord. Lon. Cam. soldanella maritima, minor, C. B. 2. Germanicè Meerwinden. Gall. De la Soldanelle.

Crescit in locis maritimis Italiæ, Galliæ, inferiores Germaniæ. Floret æstate.

OFFICINALIA NATIVA.

Herba seu Folia ad nos ex Galliâ allata.

Vires. Calfacit & liccat 3. Aquam validè educit, adeoque

næ Montagnanæ, qui paratur ex Foliis Sennæ, Cremore Tartari, & aliis, cujus Dosis est à ℥j. vel ℥ſſ. ad ℥j. & ℥iſſ. nec non Pulvis Tartari crystallini solutivus compositus ZWELFFERI in Animadv. Pharm. August. Sed utut convenienter purget, propter dosim nimiam & nauseam raro præscribi solet. Conf. LUDOVICI Pharm. pag. 152. Syrupus de Pomis Regis Sab. adhibetur in Affectibus hypochondriacis & melancholicis.

Quidam cum Sennâ præparant Electuarium Purgans polybrejium hoc modo :

Ponunt ad ignem Syrupum Rosatum solutivum ad ℥ij. huic leniter calenti injiciunt

Sacch. Cantbi rubri pulver. ℥iſſ.
quò soluto addunt

Fol. Senn. ℥iſſ.

Crem. Tartari ad ℥iij.

Zingib. ℥j.

Sem. Anisi ℥ſſ.

Misc. cum spatulâ, removeatur ab igne, donec frigeſcat : hinc iterum aliquid Syrupi Rosati solutivi injiciunt & miscent.

Dosis est instar Nucis juglandis pro eleganti evacuatione. Extractum Sennæ raro proſtat, & est suspectum; quia metus est, ne sub inspissatione vis laxativa evaporaverit.

Tinctura Sennæ, ut & Rhabarbari, est mirabilis : cum Spiritu Vini, utut dephlegmato, fieri nequit; sed potiùs recipiatur Solutio Salis essentialis Tartari, cui Rhabarbarum vel Senna infunditur, & habebitur Tinctura egregia laxans. (P)

CCCCXXXVII. SOLDANELLA. Soldanella dicitur etiam Brassica marina, Germanis Meer-Kohl, & Meer-Winde; nil tamen affinitatis habet cum Brassicis. Meer-Winde autem dicitur, quoniam in locis marinis instar Volvuli hinc inde serpat, & Flores habeat instar Volvuli. Uberrimè crescit in Italiâ & Provinciis Gallicis, inde etiam Folia exliccata ad nos adferuntur.

Planta est rari usûs, copiosissimas Aquas purgat, unde in évacuando Sero scorbutico, & similibus Affectibus, à ferossâ colluviè natis, speciàtim in Hydrope, officium suum egre-

confert in Hydrope, Scorbuto, &c. Corrigitur cum Stomachicis Zinzibere, Macere, Cinamomo, Sem. Anisi, &c.

Dosis in substantiâ à ℥ſſ. ad ℥j.

P R Æ P A R A T A.

Succus inspissatus.

CCCCXXXVIII. SPINA INFECTORIA.

R Hamnus Catharticus, C. B. 6. Rhamnus solutivus, Dod. Ger. Rhamni alia species, Trag. Spina infectoria, Matt. Bellom. Lob. Cast. Clus. bist. Tab. Cervi Spina, Cord. bist. Spina alba, Lon. German. Voegdorn, Creutzberr. Gall. Du Rhamne cathartique.

Crescit juxta sepes in Sylvis, aliisque locis incultis, amans scrobes & rivulos, familiarisque est tractui circa Rhenum. Floret Majo, Fructus fert Autumno.

OFFICINALIA NATIVA.

Baccæ, collectæ in fine Septembris, aut initio Octobris.

Vires. Purgant Bilem, Pituitam ac maximè serosos Humores; unde usus præcipuus in Cachexiâ, Hydrope, Arthritide.

Dosis Baccarum à N. xv. ad xx. vel aridæ Baccæ teruntur, daturque Pulvis à ℥j. ad ℥iſſ. in Decoctione coquantur Baccæ Num. 40. vel 60.

P R Æ

gium facit: adeò ut ERASTUS eam nunquam in Curatione Hydropiseos omittendam asserat : quo in casu præsertim cum Rhabarbaro jungenda venit, utpote cum quo optimè Hydropticis porrigitur. Caret malignitate, quam velare alia Purgantia nesciunt.

Dosis Foliorum pulverisatorum est ℥ſſ. vel ℥j. ad ℥ij. pro Decocto verò ℥ſſ. ad ℥vj. vel ℥j. c. g.

℥. Fol. Soldanell. M. j. ad M. iſſ.

Coquitur in Aquâ appropriatâ vel simplici &c. Quibusdam Succus ad ℥ſſ. in usu est, qui inspissatus ultra ℥iſſ. aut ℥j. dari non debet. (Q)

CCCCXXXVIII. SPINA INFECTORIA. Spina infectoria Spina cervina, Spina alba, Rhamnus catharticus seu solutivus, Germanis Wegedorn, crescit juxta sepes, in Sylvis, etiam culturâ provenit in Hortis nostris.

Floret Majo, Fructus fert Autumno.

Pro usu purgandi suggerit Baccas rubras in fine Septembris aut initio Octobris colligendas, quæ pro Medicinâ domesticâ laxativâ inserviunt : sufficienter purgant varia Liquamina Sero involuta; unde convenire valdè dicitur in Affectibus cachecticis, chronicis, Hydrope, Arthritide, & similibus, ubi abundat colluviè serosa, præservativè & curativè. Raro præscribuntur in substantiâ; sed in usu inde est Syrupus de Spinâ infectoria seu de Spinâ cervinâ ex Succo Baccarum paratus, Domesticus aliàs dictus, quia IMPERATORI MAXIMILIANO tanquam Medicinâ domesticâ in Podagrâ frequentis usûs fuit. Præparationem videbitis in SOLENANDRO Conf. 20. & ZWELFFERO, etiam in AUTORE, qui loco Sacchari rectè Mel sub Sole, aut per se depuratum, substituit. Solus potest præscribi ab ℥j. ad ℥iſſ. quoniam eleganter purgat. Præprimis autem competit Infantibus tenellis à ℥ij. ad ℥iij. pro quibus laxandis mihi perquam est ulitatus. Fæces quidem virore inficit, easdem tamen perquam commodè laxare solet. Datur in Cochleari vel solus, vel cum paucis Lapillorum Cancrorum mistus, necnon cum Syrupo de Cictorio cum Rhabarbaro mistus: v. g.

℥. Aquæ Cinnam. ℥ij.

Lapill.

(P) Sennâ est Plantæ Genus Flore pentapetalo, cujus pistillum abie in Siliquam planam, incurvam, ex duabus membranis compositam, quas inter nidulantur Semina gigartii similia. Senna Officinalis est Senna Alexandrina, sive foliis acutis C. B. Hæc Caulibus assurgit cubitalibus, lignescens, quibus pediculi longiores adhaerent; quatuor aut sex Foliorum Glycyrrhizæ, sed acutiorum, conjugationibus ornati: Flores non describit J. Bauhinus, sed rosaceos notavit Tournefortius, ex quinque petalis constantes: Siliquæ falcata Semen compressum album vel nigricans continent.

Sennæ Folia vulgatissimum & familiarissimum sunt deſertorium; odore tamen & sapore inſuave, atque status cum torminibus ventris excitans : utrumque hoc vitium retundit Yquetaya, Brasiliensium Planta, cum Sennâ permixta, absque eo quòd illius vim catharticam imminuat. Ex observationibus Marchantii, & Hombergii, idem præstat Scrophularia major; aquatica C. B. fortassis quòd hæc apud nos sit ipsissima Yquetaya Brasiliensis. Usus ejus est, si eandem Foliorum Sennæ, & Scrophulariæ majoris aquaticæ dosim (nempe ℥ij.) in ferventem Aquam infundas, atque Vas ab igne removeas: Decoctum enim hoc erit egregium & jucundum Catharticum.

(Q) Soldanella nostras, & Officinarum Brassica marina, sanè est Convolvulus maritimus, major, Italicus, innuato folio Morif. Hujus Convolvuli Folia inferiora Phyllitidem, superiora Hemionitidem referunt, longis pediculis innituntur, viridia, splendentia: Flores magni ex Foliorum alis prodeunt, Convolvuli majoris: Semina in folliculo triangulo. Est & Soldanella alia, Dodonæi dicta, quam Convolvulum maritimum, nostratam appellat Morifonius. Acre est hydragogum Brassica marina.

P R Æ P A R A T A.

1. Succus ex Baccis expressus.
2. Syrupus de Spinâ insectoriâ, seu Syrupus domesticus. Syr. de Spinâ Cervinâ. Fit ex Succo ac Melle (sub Sole depurato) additis Corripientibus.

Dosis ℥j. ad ℥iſſ. V. D.

N. Ex Baccis immaturis fit luteus Color: ex maturis, viridis (Saffegrün.)

3. Extractum Rhamni & Tithymalorum omnium S. Cloſſai.

Contundantur Rhamni Baccæ, vel Tithymali cum toto, & inter pistandum irrorentur Aceto Rosarum. Succum exprime, clarifica, tortivæ hujus materiæ recrementum calcina, addito pari pondere Salis Niri, & extrahe Salem cum Acet. destill. quem Succo remisce, ad Extracti consistentiam redige, quod longè purius erit, si denud solvatur in Aq. Ros. addaturque ℥ſſ. Ol. Sulphur. campanarij, filtretur & evaporetur ut prius.

Dosis gr. viij. in Jusculo.

N. Sic quoque Cucumer agrestis, & Radices Hellebori in Extracta redigi possunt, affuso Vino albo loco Aceti, in quo Radices per horam unam aut alteram decoquantur.

CCCCXXXIX. STAPHISAGRIA.

Staphisagria descripta est supra. Hujus loci Semen est, quod purgat per Vomitum, sed rarissimi usus est.

Dosis gr. 12. vel 15.

CCCCXL. TURPETHUM.

Turpethum (1. Arabum, f. Turbith Officinatum. C. B. est (2. Indicum Turbith, Garz. Acoſt. Frag. Dod. (3. Garganicum, f. Pseudo-Turpethum, Matth. 1. Dicitur Turbith Mesuæ, Matth. Turbitum, f. Turbit

Lapill. Cancr. præpar. ℥ſſ.

Syr. de Spinâ cervin. ℥ſſ.

M.

Dosis Cochl. j. Infantes certè libenter assumunt, & sufficienter laxat.

Ad hujus imitationem Syrupum Compositum videbitis in ZWELFFERI Pharmac. Reg. pag. 32.

Inter reliqua Præparata Num. 3. Extractum Rhamni habet AUTOR, quod elegans; cum vis Tithymali caustica Aceto Rosarum destruat: plus minus Aceti addatur; quo plùs minus acre est & validius. Ad hunc modum non incommodè etiam parari possunt Extracta de Esulâ, Tithymalo & aliis Purgantibus, cum in iis per Acetum & Nitrum corrigatur vis maligna purgativa: adeoque non est inelegans modus. Ob Nitrum autem in calcinatione acquiritur Alcali fixum, quod dum extrahitur cum Aceto, habetur Tartarus regeneratus, hoc est, Sal essentielle Tartari, ex Aceto Rosarum & Nitro ortum, & compositum. Solutio cum Aquâ Rosarum superflua est. (R)

CCCCXXXIX. STAPHISAGRIA. De Staphisagria

supra inter alterantia Primaria dixi, quia malè inter Purgantia refertur, cum pro hoc scopo nunquam usurpetur.

CCCCXL. TURPETHUM. Turpethum Vegetabile hic

intelligitur ad differentiam Mineralis, quod ex Mercurio præparatur. Alio nomine dicitur Turbith, quod qualis sit Radix? & quodnam Veterum Turpethum fuerit? utrumque nos latet; quoniam ex peregrinis locis solet afferri. Hinc & Dosis ejus, unâ & Usus, suspectus & controversus est, & quia validum nimis Purgans, rarè usurpatur.

Quatuor rebus nomen Turpethi imponi docet MONARDES in Annot. in Mesuen Epist. annexis pag. 386. quas inter

1. Est Radix Tripolij Dioscoridis, quæ est Turbith Serapionis.

Tom. IV.

(R) Spina insectoria Officinarum est Rhamnus catharticus C. & J. Bauhini. Arbuscula est cortice nigro vestita, sed cui duo alii subsunt, alter viridis, alter luteus: Rami crebri ex adverso, duri, rigidisque spinis longioribus & brevioribus minaces: Folia ad Pruni folia accedunt, acuminata, atrovirentia: Flores monopetali, herbacet, multi simul juncti: bis succedunt Baccæ per maturitatem nigra, succulentæ, quatuor callosis Seminibus factæ. Hæ chymicâ Analysi multum reddunt Phlegmatis acidi, multum Olei, parum Salis fixi & Terræ: Catharticae sunt, & ad Morbos chronicos apertissima, in iis præsertim, in quibus vetus Fermentum, Sanguinem serosorem reddens, est eradicandum. Convenit ergo Rhamnus Catharticus Arthriticis, Paralyticis, Cachecticis, Ischiadi & Rheumatismo obnoxiiis. Notat Tournefortius, quod in praxi sæpè experti sumus, Syrupum de Spinâ insectoriâ promptius & jucundius corpus movere, si post illius potionem Jus conditum, vel jurulentum quodcumque assumatur.

Arabum, Cord. b. Turbith Alexandrinum, Lob. Ger. Cast. Thapsiæ Radix, Fuchs. Turpetum, Tab. Gall. Turbith blanc.

N. Hoc esse quod in Officinis ulitatum est, auctores sunt Clusius in Garz. Matthioli, & alii quamplurimi.

2. Dicitur Turpethum repens, foliis Althææ, C. B.

N. Hoc esse verum Officinarum Turbith defendit Garzias, & hoc Dodonæus, &c.

3. Nihil aliud est (teste Matthiolo,) quàm Radix vel Thapsiæ, vel Pityusæ ex Gargano Apuliæ monte allatæ, vel (teste Clusio in Garziam,) Scammonæ Radix, loco veri Turbith venundata.

OFFICINALIA NATIVA.

Cortex seu Radix à medullâ lignosâ sequestrata.

Vires. Calfacit 3. crassos viscososque Humores, sive Pituitam fortiter & à remotioribus partibus, juncturisque elicit: unde & diuturnis Morbis maxime conducit. Imprimis proficuum ejus usus est in Arthritide, Ventriculo Pituitâ abundante, Lue Venereâ, Hydrops, Elephantiasi, Scabie, &c.

Quia Ventriculo Nauseam & Vomitum procreare per se solet, corrigitur Zinzibere, Mastiche, Pipere, Cinamomo, Fæniculo.

Dosis à ℥ij. ad ℥iij. in infusione à ℥j. ad ℥iij.

N. Infantibus ac Gravidis dare caveto.

P R Æ P A R A T A.

1. Species Diaturbith cum Rhabarbaro Vide Disp.

2. Pulvis Stockſtaldi dictus V. D.

3. Pilula de Turbith, Stomachicæ Mesue. V. D.

4. Acetum de Turbith, varii generis.

Vires. Commendatur in Peste, fitque ex Turbith, Rutâ, Myrrhâ, Aloë, aliisque putredinem arcentibus in Aceto infusis.

5. Extractum.

N. Quia Turpethum resinosum est, seu ut ajunt, gummosum, convenit cum Spiritu Vini Extractum ejus conficere. Dosis hujus Extracti à gr. vj. ad x. & plura.

CCCCXLI. TA-

2. Radix Pityusæ, quæ est Turbith Dioscoridis; & putatur esse Tithymalus foliis Pini seu Cypressinus: vid. TABERNÆMONTANUS pag. 990. & 991.

3. Est Radix Tithymali fœmina, Myrtites vocatæ, qua nunc passim sub Turpethi nomine utuntur Medici.

4. Quod Folio Ferula constare dixit Mesue, cum quo Mesue Turpetho videtur convenire Thapsia, quæ in Galconia Galliæ, item in Sicilia & Montibus Apuliæ reperitur, quod multi istud Turpethum esse putant, quoniam utimur.

Ab his omnibus distinctum adhuc est Turpethum Indicam Garziæ, de quo vid. DODONÆUS Tr. de Purgantibus pag. 174. & 175.

Quicquid sit hæc Radix Turpethi, seu Indica Garziæ, seu Thapsia, quæ in Officinis à medullâ lignosâ separata observatur, potenter satis operatur, & omnè, quod attingit, sub formâ Mucilaginis crassæ & viscidæ evacuare solet, eamque non tantum ex primis viis, sed beneficio Sanguinis circuli ex aliis etiam partibus; hinc inter Pituitam evacuantia, & Phlegmagoga ferè numeratur. Unde Regula: Quicquid Agaricus non attingit, Turpethum promovet: & quod Turpethum negligit, Colocynthibus attingit. Et hic est progressus majoris & minoris efficacis. Imprimis solet commiseri cum aliis: in Affectibus arthriticis cum Hermodactylis constituit Pulverem purgantem Paracelsi. In Morbis chronicis & diuturnis specificè convenit. Dosis est à ℥j. ad ℥ſſ. vel ℥ij. rarè ad ℥j. per se: aut in Infuso à ℥ij. ad ℥iij. Parari autem debet in Infuso, non cum Liquore vinoso aut aquoso, quoniam est resinosa Radix, & hinc non communicat virtutes purgativas tali Menstruo vinoso vel aquoso; sed cum Menstruo seu Liquore spirituoso. Egregium ergo est vel in substantiâ, vel formâ Essentiæ, vel Extracti cum Spiritu Vini parati, ut utotum Remedium rari sit usus. Aliàs & in usu sunt Species Dia-Turbith cum Rhabarbaro, quæ dantur quoad summam dosin à ℥ſſ. ad ℥j. Et quidem in minori doli valde conveniunt Pueris vermiculantibus, uti etiam Adultis. Nam post Mercurium

B b b 2

curium

CCCCXLI. T A M A R I N D I.

Tamarindus Serapioni. Tamarindi, Matth. Bellon. Garz. Acof. Fragof. Lab. Alpin. Tamarindi, Dactyli Indi, Mesue. Tamarindus, i. e. Acacia Indica, Cord. bist. Tamarindi, Cam. Epit. Palmæ sylvestris Fructus oxyphœnica, Lon. Cast. Siliqua Arabica, quæ Tamarindus, C. B. 3.

OFFICINALIA NATIVA.

Dactyli acidi (sic dicti ab Arabico *Tamar*, quod *Dactylus* est): dicuntur & *εξυποίνικα*, *Palmulæ acidæ*, non quod Fructus Palmæ arboris sint. Arbor enim Tamarindifera instar Fraxini procerâ est.

Eligendi recentes, nigro-rufescentes, teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi, seu vinosi.

Vires. Refrigerant & siccant 2. Humorâ acrimoniâ & fervorem reprimunt, Bilem ac adustos Humores blandè ducunt. Siti succurrunt.

curium nihil fortius exturbat Vermiculos, quàm Species Diaturbith. Unde Specificum sunt Medicamentum tam Adultis, quàm Infantibus; quibus dantur cum *Saccharo* sub formâ *Morsulorum* vel *Tabellarum*, ut sic decepti Vermium ejaculationem sustinere queant. HORSTIUS in *Obs.* refert, se ex Rustico Specibus *Dia-Turbith* cum *Rhabarbaro* *Bufones* evacuasse.

Tinctura Aurea inde elicitur cum *Spiritu Vini tartarificato*, quæ egregium est Remedium, ubi validiore evacuatione opus est. *Resina* elicitâ cum *Spiritu Vini* valdè purgat, & in deturbandis Vermibus & Animalibus, tam in Adultis quàm Infantibus, adhibetur. FABER *Lib. 2. Myrobec. Spagy. c. 24.* habet *Quintam Essentiam Turbith*, paratam cum *Spiritu Roris Majalis* elegantem, quæ citato loco videri potest. (S)

CCCCXLI. T A M A R I N D I. Tamarindi reverà sunt *Siliqua Arabica*, congeneres *Cassie solutive*: qui vocantur etiam *Dactyli Acidi*, crescunt in Arboribus proceris, & Fistulis siliquosis membranaceis per longitudinem inclusi; quæ contusæ, & cum quibusdam Nucleis duris fuscis splendentibus commistæ, ad nos deferuntur. Arbor species est *Palmæ Indicæ*: vid. PROSPER ALPINUS de *Plantis Ægyptiacis*.

Fructus ille succosus, seu *Pulpa* nigra, suavem habet saporem acidulum, qui est vinosus; hic in temperandâ Bile confert, id est blando acore fervorem & orgasmum Bilis reprimat, agitationes Massæ Sanguineæ inhibet, nimiam acrimoniâ humorum temperat, horumque fervorem & Sitim compescit, & nimios ardores ac incalcescentias Corporis sapore acidulo suavi inhibet. Propter aliqualem nitrositatem Cruditates nidorosas abstergit blandè & laxat, seu potius saltem Alvum apertam conservat. Vulgò *Tamarindos* inter *Chologoga* referunt. In Febribus Tertianis biliosis, & continuis Ardentibus, Benignis & Malignis, & imprimis Scorbuticis, egregiè conferunt, ubi Acido volatili blando agitationes febriles egregiè alterant, æstum temperant, & Alvum apertam servant, Humoresque turgentés blandè evacuant. Item Scorbuticis, quibus subinde Phlogoses vagæ aut Amarror oritur, aliaque similia Pathemata molesta sunt, his Tamarindi optimè conveniunt.

Usitatiùs recipitur *Pulpa Tamarindorum Saccharo condita*, ut asservari possit; cujus Dosis est ℥ss. vel ℥j. ad ℥iiss. vel ℥ij. sed melius est, si loco Sacchari *Pulpa Tamarindorum* cum *Succo Passularum* addito inspissetur, & ita ad tempus asservetur. Commendatur valdè soluta in *Cerevisiâ* aut *Ponu ordinario*, vel in *Decocto Hordei*, aut aliis Liquoribus appropriatis, qui sunt instar *Juleborum*; quoniam Liquores acescunt, & colorem rubicundum acquirunt; id quoque etiam facit *Decoctum Tamarindorum*, tam *Simplex* extempore parandum,

(S) *Nomine Turbith in Officinis venit Radix longa, digiti crassitie, resinosa, exteriùs fusca, intùs albida, quæ ex Indiis ad nos asportatur sicca, secundum longitudinem scissa, suoque medietate mundata.* P. Hermanno in Horto Lugd. Bat. vocatur *Convolvulus Indicus*, alatus, maximus, foliis lufco nonnihil similibus, angulosis, Turbith Officinis. *Caulibus Planta hæc gaudet sarmetosis, sex & septem ulnarum longitudine, scandentibus, atque Hederæ in modum vicinas arbores amplectentibus: Folia Altbæ, sed magis alba & tomentosa, mediocribus pediculis barentia: Flores Convolvuli, albi & carnei: Fructus membranofus quatuor continet semina, granorum Piperis magnitudine: Radices ad quatuor & quinque pedum altitudinem terram subeunt, lac fundentes glutinosum & flavescens.*

Turbith verò Garganicum dictum, est Thapliæ species, vocaturque Thapsia sive Turbith Garganicum, semine latissimo J. B. cujus ampla & pulchra sunt Folia, glabra, pedem longa, in alas elegantèr divisa, & subdivisa: Caulis crassiusculus in amplas Umbellas desinens, in alas minores divisa, luteas: Semina maxima, uncialia, labiis prædita foliaceis. Hanc Plantam in nostro Monte Virgineo, & Gargano reperire facile est: unde nomen Turbith Garganici.

(T) Tamarindus est Arboris Genus Flore rosaceo, cujus pistillum abit in Siliquam compressam, aliam condentem, Semine factam plano, angulato: intervallum inter utramque Siliquam Pulpâ turgere ut plurimum nigrâ, & acidâ. Relictis variis multorum Autorum Tamarindi Arboris descriptionibus, uni credendum puto Cl. Tournefortio, qui eam Granata

Dosis ab ℥ij. ad ℥iij. in Decocto. Alii ab ℥ss. ad ℥j. N. Parum nutrimenti subministrant.

P R Æ P A R A T A.

(Tamarindi conditi interdum adportantur.)

1. *Pulpa Tamarindorum*. V. D.

Dosis ad ℥j. ad ℥ij.

Sunt qui paulò aliter hanc Pulpam depuratam conficiunt. *Extractum Essentiale Tamarindorum* vocant. *Hy. Tamarind.* q. v. coque in f. q. *Aquâ*. Exprime, clarifica cum *Albumine Ovi* ac inspissa.

Dosis à ℥ss. ad ℥j. & ultra.

N. Fit & *Tartarus ex Tamarindis* l. a. sed minimè purgat. *Sala*.

2. *Electuarium Diaphanicum*. Vide *Disp.*

3. *Electuarium de Tamarindis cum Foliis Sennæ*, *Horstii*.

quàm *Compositum* cum *Passulis*: pro quo ℥ij. vel iv. coquantur in *Sero Lactis* vel *Aquâ* in Affectionibus biliosis, febrilibus, Tertianis Ardentibus & Malignis, in quibus necessum est, ut Alvus sit aperta; suavissimi est usus, blandè enim laxat, Sitim compescit, & æstum nonnihil mitigat, effervescentiam Humorâ blandè compescit, & moderato coagulo Sanguinis agitationem sistit, & nullum Laxativum est aliud, quod æquè tutò in his possim propinare, quàm *Decoctum Tamarindorum*, dum præterea laboranti Stomacho optimè succurrit: quin & Stomacho ad Cruditatem nidorofam proclivi benè admodum conducunt Tamarindi, eumque blandè constringunt, & Nauseam ejus ac Inappetentiam corrigunt.

Utendi modus est speciatim in formâ liquidâ, e.g. in *Tertianâ* continuâ, ubi Alvus obstructa:

℥. Tamarind. ℥ij.

Coquitur *Aquâ simplici*, vel pro Scorbuticis meliùs in *Sero Lactis*; sic Acidum Tamarindorum præcipitat omnia recrementa in *Sero Lactis*. *Decocti colati*

℥. ℥j. vel ℥iiss.

adde

Tinctura Flor. Bellid. ℥ij. vel ℥iij.

Syr. acetos. Citri ℥iiss.

M. D. S.

Julapium Alterans & Laxativum.

Item

℥. *Decocti Tamarind.* vel cum *Pass.* vel *simpl.* ℥j.

Syrup. Rubi Idæi ℥i.

M. D. pro Julebo.

Vel præscribitur ita:

℥. *Decoct. Hord.*

Tamarind. an. ℥v. vj. vel viij.

M. D. pro usu.

Item v. g. in Scorbutico:

℥. *Pulp. Tamarind.* ℥j.

Dissolvitur in sufficienti quantitate *Seri Lactis*: Colatur

D. S.

Potiuncula Laxativa.

℥. *Pulp. Tamarind.* ℥ij.

Pulveris Rhabarb. ℥j.

Scammon. pp. gr. iij.

M. f. Bolus

D. S.

Bolus Laxativus pro unâ dosi.

Porro ex Tamarindis etiam *Sal essentielle* seu *Tartarus parari* potest ad legem, quam præscribit SALA. De cætero ex iisdem *Tamarindis* cum *Sero Lactis* infusus, aliâ ratione *Tartarum* parare docet BARTHOLINUS *G. 3. Hist. 21.* quæ est lectu digna; Tartarus tamen hic nil peculiare habet. (T) Hæc

Hæc sunt *Primaria Purgantia*, ex quibus sufficere possent sequentia. Nempè

1. *Senna*, tanquam polychresta.
2. *Rhabarbarum*.
3. *Elleborus niger*.
4. *Jalappa*, &

5. Ubi validè agendum, *Colocynthis*.

His quinque satis armati sumus pro scopo purgatorio, modo legitime adhibeantur. Sequamur tamen **AUTORIS** nostri ductum, & jam *Purgantia Secundaria* adhuc perlustremus, quæ nihil aliud sunt, quàm varia *Vegetabilium Producta*.

Granata in Hispaniâ vidit, à Mauris illic satam, eamque accuratissimè describit *Comment. Reg. Scient. Academ. Anno 1699*. Arbor est procera, trunco crasso, Juglandis magnitudine, sed spissior & opacior, brachiata, cortice rufescente: Folia alternatim disposita & frequentia, quorum costa multæ foliorum conjugationes adnascuntur, interdum parvula, noctu vero invicem conniventes: Flores in alis foliorum atque ramorum extremitatibus in varis fasciculos disponuntur, tripetali, roseo colore, sanguineis venis interspersis, ac calyci carnosio quadrifido adhaerentes: Pissillum in Fructum abit, Fabarum Siliquæ perquam similem, qui duplex potius Siliqua est, quarum exterior carnosâ, interior tenuis, inter quas Pulpa illa continetur nigra, acida, solutiva, quæ in usum venit medicam: Semina æquum in interiori continentur, dura, plana, & irregularis figuræ. Arabes, Indi, & Africani detractâ externâ Siliquâ, Pulpam cum Seminibus in massam redactam Europæis Mercatoribus vendunt: iidem cum Saccharo refrigerantes Potiones etiam ad delicias parant. In Tamariindis Officinarum Acidum primas tenet, quod sulfureum esse chymica demonstrat *Analysis*. Parum quoque Salis essentialis, Cremori Tartari omninò simile, ex iis elicitur.

YPECACUANHA, vel **IPECACUANHA**, famigeratissimo jam per universam Europam Vomitorio, non denegandus hic locus. Radix est à Brasiliâ Regione ad nos advecta, supremum Dysentericæ remedium. Tres sunt illius species à colore desumptæ: Alba debilior, Fusca vehementior, Grisea inter has media. Piso, qui primus de *Ypecacuanha* sermone habuit, de Albâ tantum, & Fuscâ mentionem facit. Loquitur autem de Caa-apia, Plantâ item Brasiliensi, quam iisdem ferè viribus ac *Ypecacuanha* pollere ait: unde factum est, ut quidam Caa-apiam Pisonis cum *Ypecacuanhâ* confundant: hos autem falsè redarguit Dñus de la Hire & Dñus Geoffroy, factâ accuratissimâ utriusque Plantæ descriptione.

Dñus tamen Lemery quatuor *Ypecacuanha* Radicis species numerat. Prima est Fusca, quæ fortior & commendatior. Radix anulatim rugosa est & compacta, fractu contumax, intus albida; gustu acri amaroque. Planta nascitur in Brasiliâ super Auri fodinas, partim elata, partim repens, Folis Parietariæ: Flores pentapetali albi, in Baccas, albâ pulpâ succulentâ, & duobus lenticularibus Seminibus factas, abeuntes. Secunda species est Griseo-rubescens, item anulatim rugosa, priore debilior, ejusque Planta in pratis humidisque locis nascitur. Tertia est Griseo-cinerea, à secundâ distans, quòd crassior sit, & rugas habeat secundum longitudinem dispositas: saporem præfert dulcem, ad *Glycyrrhizæ* dulcedinem accedentem: crescit in uliginosis. Quarta demum *Ypecacuanha* species Alba est, non solùm colore à reliquis, sed figurâ quoque discrepans; haud enim contorta est & inæqualis superficiei. De Plantâ non constat: quidam enim *Pulegio*, quidam *Acerosæ* similem faciunt.

Dñus Boulduc ad chymicam *Analysim* revocavit primùm *Ypecacuanha* griseam (nullâ factâ mentione de duplici griseæ *Ypecacuanha* differentiâ, à Lemery recensitâ), & quidem præcipuè ope Extractionis: deprehendit autem hanc Radicem partibus salinis, Aquâ pluvîâ elicitis, majori copiâ pollere, quàm partibus sulfureis, Spiritu Vini extractis: imò notat potiorē esse Extractionem Menstruo aquoso factam, quippe quòd illo non solùm salinæ particule dissolvantur, sed etiam quia quamplurimæ particule resinosa & sulfurea, à prædominantibus salinis tenuiores reddita, simul rapiuntur, atque Liquorem catharticâ & emeticâ vi diutorem reddunt.

Factâ autem *Analysi* Radicis *Ypecacuanha* Fuscæ, tam ope Destillationis, quàm Extractionis, illud constantissimè invenit, in Griseâ majorem principiorum activorum copiam contineri, quàm in Fuscâ. Quod quidem mirum videbitur illis, qui sciunt Fuscâ *Ypecacuanha* Griseâ vehementiorem esse. Fatendum igitur erit cum Boulduc, Corporum vim non mole æstimandam esse, sed particularum activitate: ita ut verum sæpenumerò sit, vim maximam in minimâ mole contineri.

Quum verò ulterius chymicam hujus Radicis *Analysim* promoveret laudatus Boulduc, id ei repetitis experimentis constantissimè constitit, vim illius emeticam & catharticam in parte resinosa consistere: Extractum enim resinosum b. e. Spiritu Vini paratum, vomitus & secessus vehementes ciebat, absque ullâ adstrictione (quippe quæ à parte salinâ dependet); Extractum verò Salinum Aquâ pluvîâ elicitum, Urinam potius, quàm Seccessus ciebat, & absque nausea; nibilo tamen minùs Dysenteriam curabat.

Quidquid autem de hoc sit, ut me liberè aperiam, satius duco Radicem *Ypecacuanha*, prout Natura nobis illam concessit, & barbari rudesque homines nos primùm docuere, hoc est, nullâ præviâ præparatione, in pulverem tantum redactam, cum Jusculo exhibere: sive illâ ad Dysenteriam curandam, sive ad Vomitus quâcunque ex indicatione sciendum, in praxi uti velimus. Ea enim est principiorum componentium in hac Radice (quemadmodum in *Cbinacbinâ*, & tantumnon omnibus *Vegetabilibus Medicamentis*) ab Autore Naturæ insita proportio, & contemperatio, ut cuicumque etiam diligentissimæ encheiresi sit præferenda. Dosis Pulveris est à ℥ss. ad ℥j. in Jusculo, ut dixi, quod post borulam, etiam factis Vomitu, est repetendum.



C L A S S I S Q U A R T A

P U R G A N T I B U S S E C U N D A R I I S.

CCGCXLII. A L O E.

Aloë est Succus sapore amarissimus, qui ex Arabia & Ægypto ad nos pellibus involutus deportatur. Genera ejus moderno tempore Officinis in usum sunt quatuor, quæ tamen non nisi puritate & impuritate discrepant. Nam Aloës crassamentum, seu pars impurius, arenosa, sordibus conspurcata, & idecirco nigricans, dicitur Aloë Caballina: pars purior, colorem Hepatis referens, Hepatica; adhuc purior Succotrina vocatur, quasi Succo-citrina; quod Pulvis ejus citrini coloris sit, vel Succotrina ab Insulâ Socotra, ubi copiosè crevit; pars purissima, si adeo depurata ut transparentis sit, Lucida dicitur, quod scilicet radiis solaribus obiecta pellucida instar Vitri appareat.

Optima Lucida est, atque sine ulteriori præparatione in usum medicum accersiri apta. Lucidæ succedit Succotrina & Hepatica.

N. Caballina, Caballis seu Equis exhiberi debet, non Homini.

Genetur Aloë bona, quæ pura, eximie amara, & subflava, difficilis soluta ac fractu. Hinc, quanto Aloë purior, amarior,

flavior, tantò quoque melior est. Nigra enim & fractu contumax, reprobanda, seu adulterata.

Aloë C. B. est (1. Vulgaris. Hujus loci. (2. Folio in oblongum aculeum abeunte.

1. Dicitur Aloë, Trag. Matbiol. Fuchf. Dod. Cord. Lob. Cast. Garz. Clus. hist. communis, Cam. Ex hac exprimitur Succus, qui inspissatus Aloën hujus loci exhibet.

2. Est Sempervivum illud folio mucronato, quod de tabulis Cœnaculorum suspensum diutine virefcit, præsertim si luto Radix circumligetur, & subinde irrigetur. Dicitur Aloë Americana.

Vires. Vim præter purgantem obtinet & exsiccantem (gr. 3.) calfacientemque (gr. 2.) prorit Hæmorrhoides & Menfes, roborat Ventriculum, enecat & expellit Lumbricos, arceat Putredinem, astringit, consolidat, extergit, adeoque Vulneraria est insignis.

P R Æ P A R A T A.

1. Aloë depurata, sive lota.

℞. Aloës q. v. pulveris. solve in Aquam quod arenosum subidet, abjice; pinguisimum eontra & quod leve est, recipe.

N. 1.

CCGCXLII. **A**LOE. Aloë, uti notum, Succus est gummeo-resinosus amarus, ad Myrrhæ odorem ferè inclinans, ex Plantâ ejusdem nominis, quæ etiam Sempervivum Marinum dicitur, expressus, & leni calore inspissatus, ac in quadruplici habetur Differentiâ, quatenus ratione puritatis & sæculentia admodum differt.

1. Enim impurissima dicitur Caballina, quia Caballis seu Equis inservit curandis, & crassamentum ignobilius est, quisquiliis & heterogeneis particulis refertum. Hac purior est.

2. Hepatica, ita dicta, quod Hepatis colorem habeat. Hinc

3. Succotrina, quod ex Socotra, Insulâ Orientis, in qua copiosissime crescit, apportari solet. Hæc ex incisus Foliis suâ sponte stillans, & Solis calore condensata, optima est, & ulterius purgata, rubenti colore splendet. Unde

4. Aloë Lucida exurgit, quæ omnium optima est, interne assumpta.

Virtutes hujus Succotrina & Lucidæ quod attinet, blandè admodum evacuat, & purgat simul Excrementa flava, liquida & acris; unde vulgò inter Cholagoga, seu Bilem evacuantia, refertur: sed malè. Suâ enim tincturâ interne flavâ Fæces ita tingit, quæ antea in Corpore flavæ non fuerunt: sicut Aloë pulverisata Pulverem exhibet omninò flavescentem.

Præter vim purgantem, obtinet vim adstringentem, & in majori Dosi minùs purgat, quàm in minori. Duæ enim in Aloë substantiæ sunt:

1. Substantia mucilaginosa aquosa.

2. Viscida resinosa instar cujusdam Colophonis.

Hæc in Spiritu Vini solubilis, in Aquâ insolubilis est; illa verò in Menstruo aquoso: sub cujus tegmine subtilis & acris quædam Resina laxativa delitescit, & in hac solâ substantiâ consistit vis purgans atque laxans. Unde Pilule Glassianæ & Francofurtenses, quas adeo magnificiunt, & maximam partem Aloë sunt, cum Succo Violarum extracta, ad novem vel undecim assumptæ plus purgant, quàm Aloë in maximâ dosi; quoniam in tali dosi Aloës vis purgans non potest se exercere propter vim adstrictoriam, quæ purganti quasi præponderat. In alterâ verò substantiâ, fibras Stomachi, & Intestinorum firmando, vis styptica latet. Unde, ubi purgatione solâ opus est, Aloë integra non omnibus convenit, sed prior substantia mucilaginosa speciatim requiritur: ubi autem opus est, ut substantia illa resinosa & balsamica retineatur, selecta saltem Lucida Aloë, non lota, usurpetur, (nam æquè suaviter laxat), aut in formâ Pulveris, addendo grana aliquot Tartari vitriolati; aut in formâ Pilularum, cui etiam Gummi Ammontacum interdum additur, ad imitationem TILEMANNI, qui

℞. Aloës lucid. ʒʒ.

Gum. Ammon. cum Aceto sol. & inspiss. ʒj.

Tartari vitriolat. ʒʒ.

Cum Essentia Martis liquidâ sit Massa pilularum.

Dosis sit à Pilulis v. viij. ix. vel x. in Morbis chronicis. Aloë hæc, præter vim laxativam in Mucilage fundatam, ratione Resinæ suæ habet quoque vim egregiam præservandi à Putredine, Humoribus corruptelas plus minùs præcavendo & corrigendo; unde etiam Lumbricis & Ascaridibus inimica est, quos præservat, & genitos fugat & expellit, sive interne assumatur cum aliis, sive externe applicetur instar Unguenti. Observetur tamen, quando dantur ejusmodi Amara per os, ut Dulcia per anum injiciantur, quo possimus per Amara Vermes fugare, & per Dulcia allicere, sicque ex Intestinis exturbare: Unde quando interne porrigitur Aloë, semper Clyster cum Melle, vel potiùs Lactè, est injiciendum.

Præterea Stomacho est amica, cui specificè succurrit: abstergit Mucum crassum & viscidum in Stomacho hærentem; unde dicitur Læticia Stomachi, & Amarum in Ore, Sannum in Stomacho: & exinde in Hierâ Picrâ Galeni & similibus, quorum omnium Basis est Aloë, Aloë convenit in Affectibus Stomachi: hinc in Pilulis de Hierâ cum Agaricò in detergendo Ventriculo & Intestinis non melius habemus Remedium. Juxta hæc Aloë vi alterativâ, à Putredine præservativâ, & primarum viarum absterisivâ, à quorumcunque gravium Morborum insultibus præservat, si crebrò ea usurpetur: vid. MINDERERUS, qui fusè de Aloë agit in Aloëdario, ut etiam FREITAGIUS in Aurorâ Medicorum. Hinc quibusdam dicitur quasi Fel Naturæ (est enim amarissima) quo noxia detergantur & abstergantur; item Naturæ Balsamus & Vermium specificæ Antidotes, dum conservat Corpora à Putredine, & nihil in vivo Homine vivere permittit, quod non pertinet ad ejus essentiam, & constitutionem vitalem: vis enim basamica egregia est in Aloë, in quâ ipsa non cedit Myrrhæ vel Myrrhatis. Hinc inter omnia Purgantia Aloë & Rhabarbarum habentur innocua; cum reliqua de Virulentia & Venenositate, Corpori inimicâ, plus minùs participant.

Cum verò Aloë Succus medius sit inter Resinas & Gummata, ratione substantiæ resinose præpollentis facilè potest inhærere extremati Ani, seu Intestino Recto, ubi sunt Venæ Hæmorrhoidales, & continuâ sic irritatione provocare Dolorem & Fluxum Hæmorrhoidum. Unde ii, qui sunt dispositi ad Hæmorrhoidum fluxum, ex assumptione frequentî Aloëticorum eundem solent incurrere, quod observandum; unde cautè iis exhibenda Aloë. Id quod tamen Aloë soli non convenit, quin etiam alia Laxativa idem, sed in dispositis præstare solent. Confer. hic MONARDES in Epist. Medicin. Lib. 12. Epist. 3. pag. 226. qui in Rhabarbara eundem stimulum observavit; item SCULTETUS in Arm. Chirurg. Obs. 68. à Scamontatis.

Ex dictis facilè patet, quare Aloë & Remedia Aloëtica post Laxationem Alvi Obstructionem ejus relinquunt. Cujus ratione etiam Hypochondriacis, Melancholicis, necnon iis, qui sunt constitutionis siccoris, vel naturâ Alvi pertinnacioris, Remedia ex Aloë minùs conveniunt, quoniam

ad

N. 1. Sunt qui *Aquam Endivæ*, vel *Cichorii*, *Acetosæ*ve adhibent. Alii ut augeatur vis purgatrix, *Decoctum purgans* loco *Aquæ* substituunt.

N. 2. *Aloë* constat parte resinosa & aquea; illa Purgationi inutilis est, hæc idonea. Eapropter, si *Aloë* purgantem expetas, neglecta resinosa, aqueam collige, in *Aquâ* solubilem, eamque à *Fæcibus* sequestratam.

2. Balsamus, sive Extractum Aloës.

N. *Aloës succotrin.* q. v. extrahe rubedinem s. a. cum *Spiritu Vin. rectific.* decanta, filtra coagulaque ad consistentiam *Aloës* debitam. *Pharmacop. August.*

Vires. Ex superioribus collige.

Dosis à ʒj. ad ʒss.

N. Aliam quoque *Extractionem*, scil. cum *Aceto destillato* & *Aquâ Rosarum* vide si libet in *Pharm. August.* sub *Extracto Cologogo Andernaci*.

3. Aloë Violata.

N. *Aloës puriff. grossè contusa* ʒ i. *Infusionis Violarum* (ex triplici infusione, vide *Syrupus Violarum*) ʒij. clarifica, digere, ut solvatur *Aloë*, cola ac coagula leni calore ad consistentiam *Pilularem*.

Dosis à ʒss. ad ʒss. *Sala de Essentiis*.

4. Aloë Violata Tartarea.

N. *Aloës Violatæ* ʒ i. *Crystall. Tart.* ʒss. misce.

N. *Sala* vocat *Aloëdarium Tartaro-violatum*.

Dosis à ʒss. ad ʒr.

5. Aloë Rosata.

Fit eodem modo (quo *Violata*) cum *Succo Rosarum*, & ex eadem cum *Vino F. Pilulæ*. Vide *Pharm. August.*

6. Aloë Rosata Hieronymi ab Aquapendente.

N. *Aloës puræ pulveris.* q. v. impasta cum *Succo Rosar. Damasc.* seu *Provincialium*: exsicca leni calore æstivi Solis, iterumque impasta, idque repetatur bis vel ter, sic habetur *Aloë rosata optima*.

Dosis ad ʒss.

7. Eadem aliter.

N. *Aloës puriff.* ʒ i. *Succ. Rosar. Damasc.* ʒss. coagulentur ad ignem, idque repetatur bis vel ter, sic habetur *Aloë rosata optima*.

N. *Corrigitur* quoque cum *Spiritu Vitrioli*. Vide *Scammonium*.

8. Oleum Aloës purgans.

ʒ. Aloës Hepat. ʒ i.

Myrrb. ʒij.

Tburis ʒss.

Destilla lento igne in cineribus ex *Cucurbitâ humili*.

Umbilico illitum purgat & expellit *Lumbricos*.

(*Aloë* *Succo Nicotiana* imprægnatam in usum trahunt.)

CCCLXIII. EIA-

ab eadem potius læduntur. Unde ulterius patet, quare *Aloë* in minori dosi subinde melius operetur, quam in majori; *Mulieribus* itidem gravidis non convenit, quoniam solet proritare *Menses*, & pellere *Fœtum*: & quod dicitur de *Aloë*, dicitur de *Elixire Proprietatis*, cujus *Ingrediens* primum constituit *Aloë*.

Externè ob vim balsamicam in usu est *Chirurgico*: propterea pro mundificandis *Vulneribus* externis, quæ in *Ulcerâ* solent degenerare, magni est usus; sive decoquatur in *Vino* cum *Aristolochiâ*, cum *Nicotianâ* & *Myrrbâ*, & adhibeatur pro eluendis *Ulceribus* sordidis; sive misceatur cum *Emplastris* & *Unguentis* appropriatis, *Myrrbâ*, *Tburis* & similibus; pro quo scopo sufficit *Aloë Hepatica*, vel *Caballina*, nam ita detergit sordes, & putredinem. Imprimis si sint *Vermes* in *Ulceribus*, iis poterit resistit. *Vulneribus* recentibus inspersa *Aloë*, tam integra, quam *Resina* separata, omnis *Vulnerum* progressus præcavetur, & *Putredini* resistit. Prætereà propter vim mundificativam & adstrictivam detergit & consolidat *Vulnera*, arcendo degenerationem & corruptionem *Nutrienti*, & *Cicatricem* ad constrictionem conducit; adeoque *Vulneraria* est insignis.

In *Vermibus Intestinorum* potest fieri tale *Unguentum*:

ʒ. *Aloës Hepat.* ʒj.

Pellis Tauri insp. ʒss.

Olei Diacolocynth. Querc. q. s.

M. fiat *Unguentum* aut *Linimentum*.

Quod super partem *Vesicæ* extendatur, & *Umbilico* applicetur: quod ipsum, si adsunt *Vermes*, non facile decedit, donec sint rectè expulsi; quando verò nulli adsunt, solet decidere; quod est *docimasia præsentis Vermium* in hoc *Unguento*.

In *curandis Pediculis*, *Irritationibus* intercutaneis, *ejus* ʒj. solvantur in ʒj. *Aquæ Graminis*: quâ *Aquâ* TIMÆUS in *Cas. & Epist.* frequenter usus est; sicut etiam in *Scabiæ* usum suum præstat.

Inter *Præparata* primo loco se offert *Aloë depurata* seu *lota*, quando vulgè lavatur *Aloë*, ut magis purificetur à sordibus. Sed malè præscribitur *Aloë* hæc *lota*, propterea, quoniam vis purgans consistit in parte mucilaginosâ, quæ facile per *Aquam* separatur; vis verò adstringens in parte resinosa, *Aquæ* reluctantæ, remanet. Quando ergò lavatur *Aloë*, hoc ipso eadem *Mucilage* & vi purgativâ spoliatur & castratur, & tantum remanet pars viscida styptica, *Hæmorrhoides* excitans, rectèque dicitur *castrata Aloë*: vid. ZWELFFERUS *Animadv. in Pharm. Aug. pag.* 107. & 104. Hoc ne fiat, *Aloë* pura, vel saltem superficialiter à sordibus depurata, est assumenda, nullo modo verò *lota*.

Pro scopo igitur laxandi & purgandi, extrahatur *Aloë* cum *Aquâ simplici*, vel *Fumariæ*, vel aliâ appropriatâ, aut *Rore Majali Sale Tartari* vel *Oleo Tartari per deliquium guttis aliquot acuat*, quo mediante mucilaginosâ subtilantia laxativa elicetur, relicta resinosa, inutili, quæ in *Aquâ* non solubilis est. Hinc omnis postmodum *Tinctura*, factâ evaporatione

Phlegmatis, successivè inspissata dat *Extractum Catharticum*, in *Pilulas* formandum, à gr. iij. iv. v. ad vj. egregiè laxans, vel ad ʒj. fortiter purgans. Interim non nimium *Salis Tartari* addatur, aliàs vim purgandi omnino destruit; cum *Alcalibus* enim in sufficienti quantitate *Spiritus Vini* digesta, amarorem & vim catharticam insigniter deponit.

Pilulæ hæc vel solæ ita usurpandæ sunt, vel additis *Gummatibus*, *Salibus*, aliisque, diversimodè specificari, & præsertim in *Morbis chronicis*, aliquot horis ante cenam, loco usualium *Pilularum* capi possunt: Conf. LUDOVICI loco allegato p. 135. 183. item de *Sale Tartari* p. 76. & 81. WEDELIUS *Opiol. pag.* 52. pro *Pilulis suis Aloëticis* parandis *Menstrui* loco *Phlegmate Aceti*, sub præparatione *Terræ foliaræ abstractæ*, utitur.

Occasione hujus *Extracti* exortæ sunt *Pilulæ Glassianæ*, & *Francofurtenses*; quæ posteriores nihil aliud sunt, quam *Aloë* cum *Succo* aut *Infuso Violarum* extracta, & in *Pilularem* consistentiam redacta: cujus ʒj. si addatur ʒj. *Extracti gemmarum Sambuci* contularum, cum *Aquâ simplici* parati, habentur *Pilulæ Francofurtenses*.

Quidam cum *Spiritu Vini* parant *Tincturam*, sed tantum viscosam acquirunt, sine ullâ purgatione. *Aloës* interim segnitiam aut *Caryophyllorum* aut *Rorisardini* *Oleo* egregiè excitari PECHLINUS de *Purgant. pag.* 144. asserit.

Balsamus seu *Extractum Aloës*, quod habet *AUTOR*, est adstrictorium & roborans, non purgans: per *Spiritum* enim *Vini* acquiritur pars resinosa purgativæ contraria.

Sequuntur *Aloë insuccata*, quando *Aloë Succis Rosarum*, *Violarum*, *Verbasci*, *Liliorum convallium*, & aliarum *Plantarum*, imprægnatur & exsiccatur, ubi *Insuccatio* aliquoties repetenda: Interim hæc superflua est, modò ritè præparetur *Extractum*. Fit hoc scilicet cum in finem, ut nonnihil temperetur, corrigatur, & acuatur *Resina viscosa Aloës*. Nam non melius præparari poterunt *Aloë*, quam per imprægnationem *Succorum*: qui præparandi modus vulgè *Aloës Insuccatio* dicitur; unde oritur *Aloë Violata* & *Rosata Hieronymi ab Aquapendente*. Harum *Pilularum* compositio in familiâ *Zschorschanorum* est abscondita. Dantur à gr. xv. ad ʒj. Sic *Aloë*, ne *Hæmorrhoides* irriter, solet solvi & imprægnari cum *Succo Verbasci*, quod *Verbascum* resistit, ne possit proritare *Hæmorrhoides*. In *Hepate calido*, seu in quibus *Massæ Sanguineæ* crasis corrupta, in iis præparatur per *Succum Cichorii*, *Endivæ*, *Taraxacti*, & similibus *Plantis Hepaticis*, crasin *Sanguinis* corraentibus. In impuritate *Sanguinis* insuccatur cum *Succo Fumariæ*, quod etiam facit FREITAGIUS in *Affectibus melancholicis*. Aliâ *Oleum purgans* ex *Aloë* destillatur, quod *Umbilico* illitum *Vermes* necat.

TIMÆUS *Aquam* habet *Aloëticam* contra *Morbos externos* non inconcinam, quæ ita se habet:

ʒ. *Aquæ Absinth.* ʒj.

Dissolvuntur in eâ *Aloës* ʒij. terendo probè & subigendo.

Hæc

CCCCXLIII. ELATERIUM.

P R Æ P A R A T A.

Eλατήριον, Elaterium Succus est amarus, ex Fructu Cucumeris asinini expressus & inspissatus.

N. Omnium Succorum hic maximè durabilis est, aded ut ultra centum annos efficax manere credatur.

Cucumis asininus describitur Cucumis agrestis, *Brunsf. Cord. in D. Cucumis sylvestris, Trag. Matth. Fuchs. Dod. Lon. Cast. Cucumer Elaterii sylvestris, Lob. Cucumis asininus, Tab. Ger. Elaterium quod leve & candidum, & igne instar pinguedinis accenditur, Bellonio.*

Eligatur Elaterium vetustum, summè amarum.

N. Elaterium à bimatu ad decennium colore candido utile, *Dioscoridi: Aeginetæ*, quod anno antiquius non est, & quod virefcit, *Theophrasto* optimum, quod vetustissimum.

Vires. Purgans est violentum Humoribus ferolis; movet Menses, Fœtumque interimit, unde rarus ejus usus, præcipuè cum neq̄ Malignitate careat.

Hæc fricanda & abluenda sunt Corpora Puerorum in Balneo, pro encandis Pediculis, Crinonibus seu Dracunculis, & Sironibus, aliisque similibus cutaneis Affectibus: vid. *TIMÆUS l. 5. Cas. 23.* In Capillorum quoque defluvio commendatissima est, si eâ Crines laventur. (V)

CCCCXLIII. ELATERIUM. Elaterium nihil aliud

est, quàm Succus lacteus expressus & inspissatus ex Cucumere sylvestri asinino. Genuinum colligitur ex ipso Fructu, qui colligendus, quando flavescere & maturare incipit. Quidam tamen etiam recipiunt Radicem, quidam totam Plantam contusam, & Succum exprimunt, inspissant, & sub nomine Elaterii venditant: quod perinde est; siquidem tota Planta inter Purgantia fortiora excellit, ut ex Fructu sit omninò violentius illo, quod ex reliqua planta defumitur. Radix saporis est acris amarissimi, ingrati & nauseabundi, odoris nullius. Constat Particulis salinis acris, seu aculeatis, irritantibus; & ex Acrimonia sua causticâ vim habet simul Succo Corporis nostri colliquefaciendi, partefque fibrarum sensiles irritandi: ex quo utroque effectus purgans imprimis dependet. Succus enim iste est acerrimus, & etiam non leviter causticus: ita ut quidam Medici sint, qui eundem ante triennium in usum non trahant. Radix hæc pro scopo purgandi in taleolas discindenda, quæ filo connexæ in aère umbroso ponantur, & exsiccentur; atque dehinc arefactæ ad annos decem durant. Fructus maturus attractus, Capitulum suo impetu elastico pandit, Succumque in faciem ac oculos adstantium ejaculatur, ridiculo spectaculo. Germanis dicitur *Eself-Kurbs*. Cucumis hic pater est famosi illius Succo, qui dicitur Elaterium. Ex Cucumere hoc asinino omnia purgant, ut rectè asserit *CASPAR HOFMANNUS pag. 28.* speciatim Purgans est admodum violentum, efficaciter ac copiosè exterminans; unde in Hydrope, imprimis Ascite, ubi Liquamina ista ferosa ac aquosa veniunt educenda, specificè convenit, cum etiam, teste Experientiâ, ex cavitate Abdominis soleat evacuare Serum vel Lympham Hydropicorum: aliàs in reliquis Seris & Lymphæ abundantis usurpatur hoc Elaterium; nam potenter & fortiter evacuat. In Hydrope tamen & Affectibus ferolis omnibus præferendum, extra quorum usum vix adhiberi solet. Sicut & Empirici duas vel tres Pulas Ciceris magnitudine, ex Farinâ triticâ & Succo Cucumeris asinini efformatas, Hydropicis exhibere, & copiosas Aquas expurgare solent.

(V) Aloë est Plantæ Genus Flore liliaco, monopetalo, veluti tubulato, in sex partes secto, cujus Calyx, vel Pistillum abit in Fructum cylindraceum, in terna locamenta divisum, Seminibusque fœtum planis, & quasi semicircularibus. Inter commenta reponendum, quod de Aloë flore vultu crediditum est: quod scilicet singulis floreat seculis, & nonnisi maximo edito fragore, tormenti explosionem æmulante, altissimumque Caulem innumeris Floribus ornatum parvo temporis intervallo propellat. Multas enim Aloës Plantas florere vidimus, absque hoc mirabili apparatu.

Succus inspissatus unius ex Aloës speciebus (& propriè illius, quæ quamvis Americana sit, Aloë vulgaris dicitur C. Bauhino, eo quod per totam Europam familiarissima facta sit) est Aloë Officinarum. Hujus tres vulgatiões species, Succotrina, Hepatica, & Caballina à nostris Autoribus recensita sunt. De Aloë, cœlyticâ illius institutâ Analysi, hæc notavit Dñs Boulduc. In eâ pars salina prævalet resinosa: salina pars est quæ Venarum rodere extremitates, Sanguinemque ex iis elicit. Quare illæ Aloës præparationes rejiciendæ, quibus pars resinosa à salinâ separatur, & rejicitur; illa enim est veluti salinæ frænum. Notat insuper laudatus Boulduc, satius esse salinam resinosa Aloës partem, alcalino vinculo, nempe Sale Tartari, strictius colligare, ut blandius operentur. Aliter tamen philosophari videtur Cl. Tournesfortius, qui Aloën corrigi, illius in Aquâ solutione, ac per papyrum griseum filtratione, ut pars resinosa, (quam irritationis & hæmorrhagiæ causam putat) papyro adhaerens à reliquâ substantiâ separaretur, quam evaporationem ad Extracti consistentiam ducit. Securioris crisin Experientiâ suppeditabit. Nos sane ex crebriori Aloës, quocumque modo præparata & insuccata usu, hæmorrhoidales Venas irritari haud rarò observamus. Lectu tamen dignissimum est Caput primum primi Libri Paradoxorum Medicinæ Leonardi Fuchsi, ubi Experientiâ, & Clarissimorum Virorum autoritate probat, Aloën ora Venarum non aperire, imò etiam accludere, atque Sanguinem undecumque fluentem sistere.

1. Elaterium depuratum.

(Dosis à gran. ij. ad iv. vj.)

2. Elaterium correctum.

N. Depurari potest, si in Aquâ solvatur ac filtratur, quod facili fieri potest negotio, siquidem ut plurimum liquidum extat.

Corrigitur cum Spiritu Vitrioli & Oleo, ut de Scammonio dicitur.

(Syrupum ex Elaterio parat Poterius, ad colluviem serosam. Dosis ab ℥ss. ad ℥i℥.)

3. Fit etiam Extractum ex depurato Succo per Spiritum Vini, ut & Fæcula ex Succo Cucumerum maturorum per subsidentiam, cujus vires vide in Observat. Henrici ab Heer. Dosis gr. j. ac ij.

(4. Oleum ex Elaterio cocto Sicyonium dicitur, Nervorum Affectibus, Surditati, Bubonibus conveniens.)

CCCCXLIV. EU-

Extractum autem hujus tantum usurpatur, rarè aut nunquam in substantiâ propter amarissimam Acrimoniâ, & hinc violentam Operationem. Optimum autem est, quod paratur juxta MORELLUM in Tr. de Materia Med. p. 322. cum Spiritu Vini, (aut cum Tincturâ Tartari, ut docet WILLSIUS Pharm. Rational. Part. 2. pag. 312. quâ Acrimonia ejus melius corrigitur) addendo in fine inspissationis Oleum destillatum Macis & Cinnamomi.

Dosis ejus est ad gr. xv. vel ℥j. vel solitariè, quod rarè tamen fit, vel cum Mercurio dulci: Essentia verò cum Tinctura Tartari parata datur ad ℥j. Non facilè corrumpitur, ita ut CARDANUS asserat, durare potest ad centum annos; dicitque, quod quod vetustius fit, eò efficacius deprehendatur, & melius. Mirum est, ut dicit BORELLUS, quod purget Aquas ex cavitate Abdominis. Experientiâ tamen confirmatum, quod post assumptum mane Elaterium, Hydrope Ascite laborantis Abdomen, admoto Cingulo, fuit repertum sensibilibiter imminutum post meridiem: sicut & retulit mihi D. MICHAELIS, se aliquando in aliquot Gravidis, quæ ob Serum abundans in Tunica, Fœtum ambientibus, Fœtus motiones animadvertere nequiverint, beneficio suæ Essentiæ Elaterii effecisse, ut denuò sentirentur.

Porro ipsa Radix Cucumeris asinini in Taleolas dissecta legitime exsiccata, cum Spiritu Vini tartarificato, vel Tincturâ Tartari suppeditat Essentiam fortissimè purgantem; unde & Medicis quibusdam eadem in quovis ferè Hydrope est in usu; in specie in Hydrope Uteri D. MICHAELIS habuit expertissimam, addendo simul Aromata & Appropriata: inter quæ est Oleum Cinnamomi & similia; vel Macis simul infunditur. Dosis ℥j. ad ℥ij.

Essentia hæc abstractione Spiritus Vini inspissari potest in debitam consistentiam Extracti, addendo ejus ℥j. Olei destillati Cinnamomi & Macis ℥ss. ita Hydropicis dosi ℥j. feliciter exhibuit. Quidam & in Gravidis usurpare non dubitant, sed cautè hic agendum. FREITAGIUS imprimis Essentiæ vel Extracto, quæ fiunt cum Spiritu Vini, præfert hanc Compositionem: si scilicet cum Spiritu Vini Extractum factum, vel parata Essentia, permisceretur cum Succo Cydoniorum, vel Berberum, vel Pomorum, & hæc ad consistentiam Elestuarii coquerentur.

Aliàs & per Acida & per Fermentationem quoque corrigi potest, si nempe Elaterium solvatur in Succo Violarum, Cydoniorum, Pomorum, vel aliis Succis, pro specificâ Morborum varietate, & post Fermentationem & residiam partem impurioris inspissetur.

Denique

CCCCXLIV. EUPHORBIIUM.

Eϋφορβιον, Euphorbium Succus est concretus acerrimus, ex sauciata Libycâ Ferulâ ejusdem nominis extractus.

N. 1. Modum extrahendi docet *Dioscorides*. Videatur *Masthiolus Dod. Lob. Ion. Tab. Ger.*

N. 2. *Dodonæus* Euphorbium (unde Succus ille extrahitur) Plantam esse perhibet. *Dioscorides* Arborem: contradictione haud difficili conciliatu. Sunt enim Plantæ quæ temporis progressu, vel diligenti culturâ arborefcunt, cujus rei exemplum & in hac Civitate præbuit arborefcens Rutæ (& Buxi) Frutex.

Genera Euphorbii sunt duo.

1. Sarcocollæ modo pellucidum, flavum, Pisi magnitudine in *Guttis* æquales densatum, modicè cavernosum. 2. In Utriculis, quibus excipitur, in *Massam* densatur candicantem, aut Vitri colore.

Dosis à gr. v. ad x.

N. Adulteratur admixtis *Sarcocollâ*, aut *Gummi*, atque Liqore *Tithymali*.

Eligendum est purum, translucens, candidum aut flavum & acre, quod levi linguæ contactu os accensum diu detinet. Annotinum, nimirum per ætatem perfectionem suscipere creditur, Acrimoniâ cum tempore mitiore redditâ. Recens

Denique *Succus Cucumeris asinini* recens ad Cochlear unum propinatus fortiter purgat; id quod Hortulani nostri optimè norunt. Præter virtutem purgativam *Succus Cucumeris asinini* recens multum facit externo usu in Tumoribus duris emolliendis, & Scirrhis discutiendis, uti & Scrophulis ac Strumis emolliendis: sicque externè ingreditur usitatè *Unguenta & Cataplasmata* ad Scirrhos Lienis & infarctus destinata, uti & ad quoscunque Tumores duros, & difficulter denuò solubiles. Item in Scrophulis ac Strumis est egregius *Succus Cucumeris asinini*, non minùs etiam *Cataplasma ex Folis Cucumeris Asinini* contusis: de cujus efficacità in Scrophulis vid. *RIVERIUS* in *Observationibus communicatis*. (X)

CCCCXLIV. EUPHORBIIUM. Euphorbium Succus acerrimus est ex sauciata Plantâ ejusdem nominis exstillans, Veteribus cognitus. Cæterùm ista Planta, an sit *Arbor?* an *Frutex?* an *Ferula?* discrepant Auctores; quoniam incognita est omnibus Botanicis. Ejus tamen formam subministrat *DODONÆUS*, quam figuram omnes imitantur, utut Monstrum magis, quam Plantam referat. Hoc certum est, nostrum distinctissimum esse à Veteribus, quod nobis incognitum. *HOFFMANNUS*, Scriptor accuratissimus, de *Medicam. Officin. p. 35.* rectè dicit: illud, quod sub Euphorbii nomine ex Asiâ ad nos adfertur, esse Succum Indicum Tithymalinum inspissatum, acrem & fortiter purgantem. Vis enim ejus caustica, & Acrimonia convenit cum *Succo Esulæ*: unde quæ de *Esulâ* dicta, hinc applicari poterunt. De denominatione vid. *ROLFINGIUS de Purgantib. p. 180. seqq.*

Validissimè expurgat Pituitam ac Serum cum gravissimis Symptomatibus, & quicquid invenerit, promiscuè evacuat: estque malignum satis, quoniam bonum cum malo, & malum cum bono, colliquefacit & expurgat, & propter virulentiam & violentiam non tam ex *Massa Sanguineâ*, sed ex toto Corpore, evacuat potenter, unde & in deluetudinem ejus usus abiit. Hinc propter sui causticam acrimoniam, & potentem operandi vim, ob quam Veteres Pituitam ab Euphorbio validissimè trahi ab Articulorum commissuris compaginumque cavitatibus, à Cerebro & nervoso genere, asseruerunt, scilicet in Apoplexiâ, Comate, Lethargo, & similibus Affectibus Soporosis, uti etiam in Tremore & Nervorum resolutionibus, ceu præstans Remedium à quibusdã solet laudari, non tamen pro scopo purgandi apud nos ampliùs operatur, nec nisi à robustioribus tentari debet, quia est validum Remedium, & in substantiâ, uti dicit *AUTOR*, vix ad ℥ss. assumitur. Vidit tamen *FREITAGIUS* ejus usum satis innoxie frequentatum à Rusticis, ro-
Tom. IV.

(X) Cucumis sylvestris, sive Asininus, Melonis Folia quodammodò profert, incana tamen, aspera, & bisutis pediculis appensa: Flores calatbi formâ, parvi, colore ex albido herbaceo: Fructus majorem Cerri Glandem æquat, olivæformis, spinulis asper, qui maturus evissimo tactu viscosum succum cum lubrico Semine violenter ejaculatur. Fructus hic Naribus Ictericorum admotus maximam flavi Muci copiam elicit, sed nonnisi cum Narium excoriatione.

Ex Fructu Cucumeris Asinini Elaterium (de quo hic) paratur hoc pacto: Contunduntur Fructus hi maturi in mortario lapideo: relinquuntur quatuor vel quinque horarum spatio (ad viscidum succi rarefactionem, facilioremque expressionem), hinc ex calefactis & linteis inclusis, prælo Succus exprimitur: hic evaporatione ad Extracti consistentiam redactus est Elaterium Officinatum, cujus Dosis gr. iij. ad x. sed so possimus tutius carere.

improbandum ceu virium violentiâ suspectum.

Vires. Insignem quidem vim obtinet Serum ac Aquas ex toto Corpore purgandi. Verum enimverò non sine violentiâ ac molestiâ, quam præter substantiæ proprietatem malignam, & vi inflammandi (calidum est enim gr. 4.) exerit.

P R Æ P A R A T A.

Correctum Euphorbium.

Correctio Euphorbii consistit partim in partium acrium volatilium abolitione, partim in residuarum malignarum ac calidarum mitigatione, quod fit

1. R. Euphorb. purificati ab omnibus sæcibus, q. v. redige exigua frustula, ac inde *Pomo Citrio* vel *Limonio* excavato, *Massaque Panis* obvoluto, coque in Clibano: Euphorbium dein sic præparatum (quod albißimum) vase vitreo serva. *Quercetanus Pharm. Rest.*

N. *Augustana Pharmacopœa* initio Euphorbium cum *Ol. Amygdal. dulc.* q. s. instar Collyrii terere, ac *Massam* dein *Pomo* imponere jubet.

2. Correctio Euphorbii.

Solve Euphorbium in *Aceto rosato*, cola & inspissa, ablueque *Aquâ Rosarum*.

3. Cor-

bustisque Corporibus, qui *Pulverem* ejus ad ℥j. pondus cum evidenti successu adhibuerunt, cæteris Medicamentis nihil proficientibus. Belgæ cuidam contra *Quartanam* felici cum successu dedit in *Pilulis* ad ℥j. & ultra: conf. *PECHLI-NUS de Purgantibus pag. 240.* quod tamen non facile imitandum suaderem, nisi optimè correctum fuerit.

Electiorem & eligendi modum videbitis apud *AUTOREM nostrum*.

Externè autem pro usu chirurgico frequentius & latius adhibetur; in Carie Ossium, quando acidum Fermentum Ulcerum omnia corrodere incipit, ubi nihil expertius & melius, quam si pulverisatum adspargatur Ossibus cariosis, cujus Acrimonia, à Sale volatili dependens, absumit Acidum corrosivum in Carie Ossis, quo absumpto etiam cessat Caries. Inspergitur vel solum, vel permixtum cum ana *Radice Iridis Florentina*, vel *Aristolochia rosunda*, vel cum aliis similibus, & cum *Spiritu Vini* irroratis: nam *Spiritus Vini* solus egregius est in Carie temperandâ & abigendâ. De qua virtute Euphorbii in Carie Ossium, & Ulceribus cariosis, meretur quod vid. *HELIDÆUS de PADUANIS, & HILDANUS Cent. 2. Obs. 92. pag. 159. Cent. 4. Obs. 21. & 96. necnon Cent. 5. Obs. 22.* item *FALLOPIUS l. de Ulcerib. C. 271.* qui illud his in calibus magnificiùs: uti etiam *RIVERIUS C. 2. Obs. 66.* cum quibus conferatur *KESLERUS Cent. 5. Processu 42.* Ulterius Euphorbium convenit in Puncturâ Nervi, si nimirum ineptâ Venæsectione, quod sæpè fit, pungatur Nervus, quam Puncturam multa magna & drastica sequuntur Symptomata: in tali casu est egregium Remedium *Unguentum Sculteri in Armamentis. Chirurg. Obs. 64.* quod parat ex

Euphorbii optimi ℥j.

Terebinth. ℥ss.

Ceræ parum.

Extendit super Linteum, & applicat calidè loco Puncturæ Nervi: quæ ipsa Compositio jam ex *GALENI Scholis* est derivata: vid. *SENNERTUS l. 4. Prax. Capite de Vulneribus Nervorum pag. 471.* id quod etiam observavit *HELIDÆUS PADUANUS in Obs. pag. 310.* qui cuidam qui magnum Dolorem Brachii sentiebat, ex Venæsectione ob læsum Nervum, justit applicare Euphorbium, quo applicato cessavit Dolor: Ab Hemicraniâ quoque contumaciori Fœminam *WEDELIUS* curavit solo Euphorbio.

Præterea & in usu sternutatorio Naribus applicatum validissimum est, adeò ut ob Hæmorrhagiam nimiam vim ejus observare debeamus, cum tragicos casus hoc modo excitare possit; Hæmorrhagia enim lethalis subsecuta est: vid. *KERKRINGIUS Spicil. Anatom. Obs. 57. pag. 109.* Eo ergò non utamur, nisi ℥j. ejus cum ℥ss. aut ℥j. *Pulveris Iridis*

C c c

dis

3. Correctio præstantior.

R. Euphorbium (præstat quod primâ correctione correctum) affunde Succum Limon. vel Granat. acid. depuratum, ad eminent. digit. 3. vel 4. solve digerendo in MB. filtra calidè ac coagula. *Quercetanus Pb. R.*

4. Correctio præstantissima.

Solve Euphorbium cum Pblegmate Vitrioli, totali & integro suo Spiritu imprægnato, vel cum Aquis Cydonior. Pomorumve curtispendulorum, Oleo Sulphuris per campan. vel Spiritu Vitrioli acuat, decanta vel filtra & coagula. *Quercetanus dist. loc.*

5. Extractum Euphorbii.

R. Euphorb. opt. depurat. (ut suprâ cum Acet. Refsr.) extrahe cum Spiritu Vin. decanta, coagula & denuò circula cum novo Alcoole (per dies 8. 10): dein separato Menstruo coagula igne lento, addendo aliquod Correctorium pro libitu: fiat Mixtura.

Vires. Paralyti, Arthritidi, Spasmo, Hydropique conductæ, Pituitam Nervis impactam expurgando ducit.

6. Oleum Euphorbii stillatitium.

7. Oleum Euphorbii commune.

R. Euphor. ʒʒ. Ol. Cbeirin. ʒv. Vini generos. ʒv. coq. ad consumptionem Vini.

dis Florentina misceatur; sic Mucum lymphaticum è Naribus extrahit. In formâ liquidâ pro Sternutatorio tutius usurpatur:

R. Euphorb. ʒj.

Coquunt in

Aquâ simplicis, vel Lil. convall. ʒj.

Transcolata, & guttæ aliquot naribus indantur, & satis validum ac potens erit Sternutatorium: Conf. LUDOVICI in Pharm. pag. 147.

Tandem externè Linimentis & Unguentis pro acriori Stimulo additur contra Atrophiam, Paralytin & similes Artuum Nervorumque Affectus.

Quando internè debet adhiberi, quod tamen rarò fit, est corrigendum, ut effrænis vis dematur: sed Correctiones communes ut plurimum sunt ridiculæ. Quidam, ut aliquantisper imminuat Acrimonia, corrigunt per absorptionem & exhalationem Salis volatilis acris. Vix usurpatur, nisi quod priùs anni unius superet ætatem, nam sic imminuitur Acrimonia ejus caustica, & Virulentia mitigatur. Anosum est recipiendum, nec quidem tutò, nisi cum Aceto, Succo Citri, aut aliis Succis acidis, optimè correctum fuerit. Per Acida enim vim ejus alcalinam causticam castrare poterimus. Nec contemnenda est Cossio cum Pomo Citro aut Cydonto in Clibano.

Trituratio cum Oleo Amygdalarum dulcium est insufficiens. Tutissima est, quæ fit cum Spiritu Vitrioli. Peruviani in correctione Euphorbii usurpare solent Antieuphorbium, quo utuntur ad noxas ab Euphorbio impressas tollendas & sanandas. Hoc cum destituamur, nihilominus tamen ipsi possumus substituere Portulacam, monente FREITAGIO, ex eo quòd Antieuphorbium maximè æmuletur cum virtutibus Portulacæ, & cum eâ conveniat: & propterea rectius cum Succo Portulacæ inspissato, quàm cum re quacunque aliâ, posset exhiberi aut corrigi.

Altenburgenses non inconcinne præparant vel corrigunt hoc modo:

R. Euphorb. sel. ʒiii.

(Y) Euphorbium est Gummi resinofum è Plantâ exsudans, quam Euphorbiam Plinius dictam vult, nomine ab Euphorbo ejus inventore desumpto. Veteres quidem Gummi Euphorbium agnoverunt, at Plantam illud ferentem non agnovisse videntur: Dioscorides enim Arborem illam dixit Libyam Ferulæ specie; Plinius foliis Acanthinis spectari ait; Galenus spinosam Arborem vocavit; Dodonæus (quem quamplurimi sequuntur) Herbam potius describit, depingitque; Lobelius Cerei spinosi titulo insignivit. Hortus Amstelodamensis duas Euphorbii elegantissimas Icones habet: primæ titulum Euphorbium Cerei effigie, caulibus crassioribus, spinis validioribus armatum; secundæ Euphorbium Antiquorum verum: Scadicacalli H. Malabar. apponit. Cl. tamen Frider. Ruyschius in Notis ait, primam Euphorbii speciem, ex Zaleo Urbe Africa Mare Atlanticum spectante advectam, Plantam lacteam, pro Euphorbio vero Veterum, respectu loci natalis viriunque, merito habendam: Nobilissimumque Commelinum carpit, quòd in Commentariis Horti Malabarici tom. 2. 82. Plantam Scadicacalli Malabaribus dictam (secundam Iconem Horti Amstelodamensis) ipse pro vero Euphorbio habeat.

Quidquid autem de hoc fit, Euphorbium Offinarum est Gummi seu Succus resinofus, ex Africa adportatus, flavescens, in parva frustula divisus, friabilis, acerrimus & fervidissimus, ut cum in pulverem est redigendus non nisi Aceto conspersus & aversâ facie sit conterendus. Cave ab ejus usu interno: imò & ab usu sternutatorio. Euphorbio vix usimur ad Ossa desquamanda, atque ad Vesicantium compositionem.

Præparata illa communiora, quæ Euphorbium seu basis ingreditur, sunt

Hiera Logadii.

Pilula de Euphorbio, &c. V. lib. 3.

Sternutatorium Colonienfium.

CCCCXLV. G H I T T A J E M O U.

Gutta Gamandra, Gummi gotta, Gutta gemau, Catta-gauma vel Gemu, Gummi Peruvianum, seu de Peru, ac Jemu, de Gamandra: aliis Succus Cambici vel Cambriici.

Est Succus concretus aut inspissatus (potius quàm Gummi.) Cujus autem Plantæ Succus sit, nondum certò constat. Sunt enim qui ad Esulam, ad Cataputiam majorem, ad Flores Ricini Indi originem ejus referant, coloremque aliunde (e. g. ex Curcumâ) conciliatum volunt; alii Euphorbii Succum censent: aliis ex Scammonio & Tithymalo compositus est: nonnullis compositum ex Chelidonis majoris succo, Scammonio, & Croco suspicantur: alii ex Succo corticis mediani Frangulæ. Nos præcipue de Usu solliciti, eligere suademus purum, flavique coloris.

Adfertur ex Sinarum regione, primumque adferri cœpit ante annos 40.

Videatur Clusius lib. 4. exot. cap. 8. succ. 11.

N. Videtur esse Gummi contra Podagram Monardi.

Vires. Expurgat per superiora & inferiora, præcipue Humores serofos & aquosos, tum quoque omnem saburram vitiosorum Humorum ex toto Corpore educit. Hinc usus ejus creber

Pulverisato affundunt

Aquâ Cinnam. opt. ʒiv.

Detinent in Patellâ vitreâ ad calorem Fornacis tantisper, donec arefactum sit; cui demum affundunt

Succi Granat. acidor. ʒiv.

Spiritus Vitrioli ʒʒ.

Et procedunt, ut priùs: tandem profundunt unâ cum Aquâ destillatâ Cydoniorum ad ʒiv. & priorem observant processum. Resiccatum denique terunt affusâ guttâ unâ vel alterâ Olei Amygdalarum dulcium.

Inter Præparata profertur Oleum Euphorbii commune, cujus Præparationem habet AUTOR, & prodest in Affectibus frigidis Nervorum, in specie in Catarrhis & Lethargo, uti etiam in curandâ Atrophia, & hæc omnia externo usu. Confert etiam ad generationem Capillorum, in casibus scilicet, ubi aliud nihil juvat. (T)

CCCCXLV. GUTTA JEMOU. Gutta Jemou seu Gummi gottæ, uti vocatur vulgariter, vel Gutta Gamandra, est Succus concretus gummeo-resinosus flavo-rubescens, saporis in recessu acris, Veteribus incognitus, sed Modernis tantum in usu. Planta verò & Fructus, unde derivatur, certò ignoratur. Quidam putant, quòd sit Succus vel Lac coagulatum ex Plantâ lactiferâ, quales sunt Esula, Tithymalus, & similes, quòd horum Succus lacteus inspissatus etiam flavescat, & causticus sit; unde vocatur modò Succus, modò Gummi; videatur CASTELLUS de Gutta Cambodia vel Succo Cambodio, MERRET-TUS in Notis in Art. vitrar. NEERII, pag. 460. BONTIUS de Medic. Indorum lib. 2. cap. 9. p. 130. Reverà tamen Succus esse videtur ex Ricino Indico collectus & coagulatus. Gummi scilicet quoddam est è Caudice Ricini, circa Radicem vulnerato, destillans, & Croco Italico tinctum: videatur ROSENBERGIUS in Rhodologia P. 2. cap. 22. pag. 2. & BAUHINUS lib. 12. sect. 6. Pinac. HORSTIUS lib. 7. Observat. 37. pag. 388. Ex Semine item Ricini Indici expressum & inspissatum esse eundem putat HOF-FMANNUS

creber est in Hydrope, Febri, Scabie, Pruritu & similibus.

Dosis à gr. v. ad xiiij.

P R A E P A R A T A.

Esti crudum quidem non citra commodum adhiberi queat, attamen cum nauseabundam possideat qualitatem, operæ pretium duxerunt hanc obtundere. Unde

1. *Gbitta lemou correctum per Spiritum Vitrioli, aut Tartari, Mindereri.*

R. *Gbitta lemou* q. v. dissolve cum *Spir. Vitrioli*: abstrahatur dein Spiritus Vitrioli, residuumque exsiccat lentè, ne scilicet nigrescat, sed colorem suum retineat.

N. Edulcora, si volueris, *Aquâ* aliquoties abluendo.

N. 2. Procedit feliciter Correctio ad modum quem habes de *Scammonio*: vel *Gummi Guttae* ternâ vice cum *Spir. Vitrioli*, aut *Acezo* imbebe, tere & exsicca.

Dosis à gr. xv. ad xx.

2. *Extractum, seu Magisterium.*

R. *Gbitta lemou pulv.* ℥ij. *Spir. Vin. opt.* ℥vij. fiat solutio, digerendo in MB. hor. aliquot (2. 3. 4.) decanta & filtra calidè, præcipita affundendo *Aqu. Ros.* (vel aliam aliquam,) abstrahere Spiritum Vini, & coagula lentè.

N. 1. Melius succedit processus:

R. *Gbitta Gem.* ℥ij. *Spir. Vin. opt.* ℥v. *Ol. Tartari* ℥i. digere, & solvetur in MB. brevi tempore.

N. 2. Sunt qui R. *Spir. Vin. Santali tincturâ imprægnatum.*

3. *Magisterium Gummi Gottæ S. Cloffæ, sive Gammandra correctâ.*

Imbibatur *Pulvis Gbittæ lemou Ol. Tart. deliquioso*, ita

ut liquecat instar *Pastæ*, malaxetur diutissime in Mortario, terendo Pistillo vitreo, donec colorem mutet, affunde *Spiritum Vini tartarificatum*, macera per 15. horas in tali calore, qui colligatur, solvendoque Gummati non sit satis: decanta, malaxa ut prius, addito novo *Ol. Tartari*, idque tertis vice reitera, tandem albescentem hanc Materiam lava pluries *Aquâ Ros.* & ex illa desiccata *Tabellas* aut *Trochiscos* frige.

Vires. Leniter & absque Vomitus provocatione operationes suas in plerisque absolvunt.

Integrum doctumque *Tractatum de Gbitta lemou* conscripsit Clariss. Dn. D. *Joan. Petrus Lottichius, Marpurgi Med. Professor publ.* Amicus meus singularis, ad quem Lectorem remitto.

CCCCXLVI. M A N N A.

Ἀροσμάλι & ἀσπομάλι, *Galen.* Mel ex Aëre, cui cœlestis natura, *Plinio.* Men Siracost & Terniabin, *Arab.* Thereniabin & Trungibin, Terengibin, *Serapioni & Avicenna.* Manna purgatoria. *Matth. Drosomeli, Cord. bist.*

Est Ros sive Liguor suavis, qui ex Aëre subluanis temporibus decidens Arborum ramis & frondibus, hinc Herbis, Lapidibus & Solo interdum invenitur inhærere, brevi tempore coalescens, grumofus instar Gummi apparet.

(Liquida Thereniabin Aricæ, *Bellon. lib. 2.*

Obs. c. 65.

Manna itaque est (Durior (Mastichina.) *Hæ Officinales.*

(Granata.)

Pro diversitate Regionum est Manna Orientalis, seu Syriaca, Persica, Calabrica, Goritiana, Tridentina, Brianfonsensis.

N. Me-

FMANNUS de Medicament. Officinal. pag. 27. Potens est Remedium Vomitus & Seccessus movens cum violentiâ & gravissimis Symptomatibus, Massam Sanguineam colliquefacit, cum partibus inutilibus ejus utiles unâ cum serosis Humoribus evacuat; unde cauti simus in ejus usu, cum interdum non sine periculo usurpetur, teste **HORSTIO** in *Obs. pag. 233.* Cum autem promiscua Liguamina evacuet, præsertim sub Seri facie, contra hydropicos Affectus imprimis, & à colluvie ferossâ natos, usurpatur. Præstantissimam tamen operandi facultatem conciliari illi ajunt, si permisceatur cum *Sale Fraxini*, vel cum *Sale Absinthii*, & *Specificum Purgans Hydropicorum* habetur à multis, idque imprimis à **THONERO** in *Obs. pag. 131.* & **HOECHSTETTE-RO** Dec. 3. cas. 1. & in *Epist. Decadi 6. annexâ pag. 746. seqq.* qui multum commendat in Hydrope. Nemo interim inter Practicos est, qui eo aded frequenter utitur, quàm **LOTICHIUS** atque **FABER**. Probabile est, hoc esse Gummi contra *Podagram*, cujus **MONARDES** in *Epist. mentionem* facit.

Quoad Dosis, non potest aded certa præscribi, sed, uti rectè monet **FREITAGIUS**, in usu deprehenditur, quod modò remissiores, modò intensiores habeat virtutes in diversis partibus: propterea Differentia quoad operationem subest certa. Præscribitur Adultis à gr. iij. v. vel vij. ad ℥ss. vel gr. xv. utut raro, cum non sine conturbatione Corporis soleat operari, cum *Tartari vitriolati*, vel *Cremoris Tartari* ℥j.

Corrigatur autem necesse, sive per *Alcalia*, sive per *Acida* Utrumque modum **AUTOR** habet. Quoad *Correctionem per Acida*, corrigitur à **MINSIGHTIO** sub Titulo, *Gummi de Peru rosatum*, cum *Spiritu Vitrioli*; sed pessimè: vid. **ZWELFFERUS** in *Animadvers. in Pharmaco. August. pag. 461.* Optimum est **THONERI** iudicium lib. 3. *Obs. 3.* qui dicit: *Si conjectura est, quod in Ventriculo & primis viis hæret viscosus Humor, qui ægrè Medicamento purganti cedat, & per Remedium averruncandus sit, se non præparatum commendare cum Spiritu Vitrioli, propterea quia Spiritus Vitrioli adimit vim vomitoriam, & Vomitus tantâ violentiâ non movet more aliorum Vomitoriorum.* Spiritus enim Vitrioli acidus illud non tam corrigit, quàm castrat. Pro scopo purgandi per Anum, corrigatur necesse est per *Alcalia fixa*, præsertim *Sal Tartari*, cum quo tam in formâ siccâ, quàm liquidâ; quos præscribendi modos videbitis in **WILLISII Pharm. Rational. P. 2. Sect. 2. C. 3.**

Tom. IV.

(Z) Gummi Gutta est *Gummi resina Indica*, dura, fragilis, extremè flava. Incertum est quamvis Arbore colligatur. Ferox est hydragogum: ab eo igitur jure abstinendum. *Boulduc* hanc celebrat *Gummi Gutte* præparationem: si scilicet conteratur, ac nodulo lineo clausum in Panem recens è furno extractum immittatur, sicque relinquatur per 24. horas: idque quater vel quinquies, semper Gummi iterum terendo repetatur.

Uulgò *Magisterium Gummi Guttae* in usu est, & ad aliquot grana Stimuli loco aliis Purgantibus appropriatis admisceatur in Cura Hydropis, uti etiam in Affectibus arthriticis. Præparationem habet **AUTOR** num. 2. ubi tamen melior est illa, cui *Oleum Tartari* vel *Spiritus Vini tartarificatus* adhibetur, & cum *Aquâ simpliciter* præcipitur: quin & *Essentia aurea* cum *Tincturâ Tartari* inde dicitur. (Z)

CCCCXLVI. MANNA. De *Mannâ* apud Veteres pauca prostant, unde disceptant **Auctores**, quid sit? & quomodo generetur? Quidam *Rorem cœlestem inspissatum*, & in granula coagmentatum esse dicunt: vid. **FEBURE** *Chym. p. 170.* Quidam verò *Succum* subpinguem ex Vegetabilibus ipsis, speciatim Arboribus, quibus innascitur, destillantem; quod & veritati consentaneum videtur. Quæ plura curiosa & elegantissima de ea desiderat, adeat **MAGNENUM, Professorem Ticinensem**, qui de *Mannâ* imprimis eruditum ac elegantem aureumque ferè *Librum* scripsit. Præter hunc videre potestis & alios, imprimis **CLAUDII SALMASII** de *Mannâ & Saccharo Commentarium*, **SENNERTUM** Lib. 3. *Prax. pag. 88.* **CORTESIUM** in *Miscellan. Decad. 8. Tr. 5.* qui ventilavit *Controversiam*: num uti *Nostratibus*, ita & *Veteribus cognita fuerit Manna*: de qua controversia **MONARDES** L. 4. *Epist. 41. & Lib. 1. pag. 6.*

Quod igitur attinet *Mannam*, reverà nihil aliud est, quàm glutinosior *Succus*, ex quibusdam Arboribus per Corticem transudans, qui vespertino tempore, remittente æstu, nonnihil condensatus, cum Rore deciduo incorporatur & hinc noctis temperato Frigore condensatur & granulatur, adeoque tam in Trunco, quàm Surculis Arborum, item in Foliis reperitur, postquam Calore diurno aquosa pars absumitur. Experientia namque testatur, quod adhærescens quarundam & certarum Arborum Foliis & Cortici reperitur Materia, aded ut etiam ex Arbore vespertino tempore, Cortice leviter sauciato, matutino circa Ulcusculum illa reperta fuerit: confirmat hoc **BARTHOLINUS** C. 1. *Epistola 54. pag. 231.* qui ceu testis oculatus docet, quod in Calabria ex incisâ Arbore *Fraxino & Orno* per transudationem fiat & colligatur Materia, eodem modo, quo ex Pino *Relina*, vel ex *Ceraso Gummi*: cum quo conferendus simul **HOFMANNUS** de *Med. Officinal. pag. 50.* Id quod etiam testatur **THONERUS** *Epist. 16. pag. 315.* qui refert, quod in Syria in Montibus, qui scatent Arboribus Resiniferis, & Plantis

C c c 2

N. Meminit & *Garzias* Mannæ Granatæ instar Seminis Coriandri, quæ nobis penitus incognita, nisi intellectum velis Graminis Semen, Mannæ nomine veniens, de quo supra *Class.* 1.

Ex his etſi Syriaca laudem omnibus præripiat, attamen nostratibus in Officinis primas damus *Calabriensis*, & præcipue *Granatæ*, i. e. quæ Granulis minoribus constat. Vulgus *Mixtam Foliorum* vocat, quod scilicet de Arboribus colligatur. Hac inferior est *Masticbinâ*, i. e. quæ Granis majoribus & Masticis guttis propè æqualibus est. Dicunt *Mannam Corporis*, quod de Ramis colligatur, vel impetu Ventorum in terram delabatur.

Eligenda candida, recens, anno non vetustior: ruffa enim & fusca inveterata est. Adulteratur Saccharo penidio, Herbarum Foliis circumvoluto. Sic quoque quæ Sennæ Folia granis suis amplectitur factitia est, C. B. Fit quoque Manna factitia ex Amylo; Manna Scammonæa Semine aliquo, & Radice lactiniâ. *Christ. Acoſt. cap. 8.*

Vires. Temperata est ad caliditatem reclinans, Guttur, asperam Arteriam, Thoracemque leniens, Alvim blandè movens, Bilem serosofque Humores educens.

Dosis Infantibus à ʒij . ad ʒʒ . Adultis ab ʒiʒ . ad ʒiiʒ . & ʒiiij .

N. Quia facilè bileſcit, in Febribus, nisi Frigida admixta fuerint, non adeò conveniens censetur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Electuarium Diacassia cum Mannâ*. Vide *Disp.*
2. *Electuarium Lenitivum de Mannâ*. Vide *Disp.*
3. *Manna Tartarifata*, *f. Tabula de Manna*.

Fiant ex *Minnâ* solutâ & purgatâ, quæ more communi in *Tabulas* effunditur, ad *Mannâ ʒj. Cremor. Tartari ʒj.*

Plantis pingui Succo dotatis, singulis annis, sed æstate tantùm fervidiorè, etiam copiosè reperiatur adhærensens Arborum Foliis; quod ipsum propriâ confirmat Experimentiâ.

In Insula Ceylonensi albiſſimam & dulciſſimam à *Formicis* parari, & Arborum Ramis imponi, testatur *HELBI- GIUS* in *M. A. N. G. Ann. 9. & 10. Obs. 194. pag. 459.* Manna quoque in *Folii Borruginis* in Hortis reperitur, de qua etiam videri potest *HOEFERUS* in *Hercule Medico*. Jam verò licet Materia etiam reperiatur in ipso Campo, Lapidibus & similibus locis vicinis; non tamen putandum, quòd sit Ros coagulatus in Lapidibus & similibus locis, sed Arboribus descendat.

Si ergò quærat, *cujus nature sit Manna?* sanè nec ad *Gummata*, nec ad *Resinas* commodè referri poterit; sed potius ad *Succum* quendam subtilem roridum, cum Rore mixtum & condensatum. *Orientalis Syriaca* autem optima est, sed rarissimè ad nos perveniens, minùs usitata est; *Occidentalis* autem hodierno tempore usitata quæ in Calabria, Italiæ Provinciâ, ex Arbore *Fraxini* & *Orni* copiosè, ut & ritè, colligitur. Post hæc optima est *Laricea*, quæ ex *Larke* Arbore colligitur, teste *SYLVIO*. *Manna* autem *Calabrina* rursus duplex est, vel *Manna Foliorum*, vel *Manna Corporis*? *Illa* ex *Folii Orni* & *Fraxini*; hæc ex *Trunco* & *Ramo* sauciatò colligitur. Sub collectione rorida ferè est Substantia, quæ Martem in Rubiginem rodere valet; unde cum lapideis & ligneis Cultris colligitur, ne nigrescat. *SYLVIVS* variare, inquit, Mannæ virtutem, pro varietate scilicet Plantarum, ex quibus colligitur, & rectè. Obseruetur ergò, ut colligatur ex Plantis odoris, & Homini salubribus.

Cæterùm Substantia est dulcis, & liquescent in ore, & Dulcedine sua palato blandiens. *Eligenda* autem est recens: nam vetusta abit, quod dicunt, in Bilem, seu acquirit Saporem nidorosum.

Quod attinet *virtutes Mannæ*, notum est, quòd sit *elegans, suave*, & *temperatum Laxativum*, quod sine impetu, & gravio- rem Symptomatum concursum, aliquoties evacuando, Corpus blandè expurgat. Vis ejus laxativa consistit in *Motu fermentativo*, quo laxat & abstergit Sordes, quas in Liquamina flavescentia mutat; unde inter *Cholagogâ* vulgò refer- tur. Proinde in promiscuo est usus Tenellis ac Adultis & Gravidis, & non Gravidis; sed magis Infantibus videtur convenire quàm Adultis: istis cum *Pulte* propinata, vel sub *Lactis* vehiculo suaviter admodùm, & pro ratione Doseos, sufficienter laxat.

Quoad *Dosim*, Infantibus à ʒj . ad ʒʒ . Adultis verò ab ʒj . vel ʒiʒ . ad ʒij . pro aperiendâ Alvo commodè datur.

Utendi modus est, quòd Infantibus in *Pulte*, Adultis verò in *Jusculis* detur, & hæc omnium optimè convenit pro Laxatione Mulierum prægnantium: videatur *FORESTUS L. 2. Obs. 28. de Morbis Mulierum*. Interim caveamus pro-

(Prostat etiam *Manna Composita* additione *Jalapæ*.)

4. *Manna liquida*.

ʒ. Mann. Calab. ʒij.

Crem. Tartari ʒij.

Aq. destillat. pro libitu ʒv.

Tartarum primò Aquis optimè solvatur: hoc factò, lento igne *Manna*; quæ omnia ealide per linteum trajicienda, & cum *Albumine Ovi* clarificanda in modum *Syrupi*. Gui ad conciliandum gratum odorem *Aqua Cinamomi* (*Essentia Cistri*) vel simile quid affundi potest.

Ex communicatione D. D. *Joban. Kierſer.*

(*Dosis* ab ʒiʒ . ad ʒij . Pueris, Adultis ad ʒv . vel ʒʒ .)

5. *Spiritus Manna*.

ʒ. Mannæ el. q. v. destilla igne lento ex Cucurbitâ, & habebis *Spiritus* insipidum.

Vires. Sudoriferum insigne est in Febribus tum Pestilentia- libus, tum Communibus, Sudorem propellens admodùm sætidum.

Dosis ad Cochlear 1.

Solvit itidem *Sulphur*, unde *Tinctura Sulphuris, flava*, *Cl. Dn. D. Helvic. Dietericus, Medicus Electoris Brandeb. Princip. Dan. & Holsat.* Amicus meus integerrimus.

6. *Spiritus Manna alius*.

Dissolvatur *Manna Rore Majali*, & tandiu cohobetur donec sublimetur in Caput Alembici instar Nivis. Hic *Spiritus* in fluidam naturam redactus, fit Solutivum Solis mineralis, sepositâ omni vi corrosivâ. *Beckerus in Hermete redivoivo*.

7. *ʒj-*

pter Dulcedinem, & hinc facilem Fermentescentiam, & consequenter Aceſcentiam, ne Hystericis illam, Hypochondriacis, Scorbuticis, Febricitantibus, debili Stomacho laborantibus, Bilioſis, & ad Diabetem dispositis, propinemus, quibus minùs convenire solet: quo in casu potius optimum Gravidarum Laxans erit *Rob Passularum*, quod etiam sensim leniter ac moderatè eas laxat, si commisceatur cum *Cremore Tartari*, vel *Sale*. Aliàs verò in asperitate Faucium leniendâ, & ariditate earum humectandâ convenit.

Quoad *Preparata*. Quidam *Electuarium Laxativum* parant ex *Prunis, Passulis, & Mannâ*. Alii verò cum *Nitro Aquam* purgantem & simul sudoriferam inde destillare volent per Vesicam: de quo videatur *HOEFERUS Herc. Med. p. 385*. Sed *Aqua hæc* nihil valet. *Manna* cum Nitro in fundo remanet, vix tantillum spirituositatis adscendit, quod etiam purgandi vim habet.

Sequitur *Manna Tartarifata*, quæ apud nos in usu, & elegans Remedium est, cum propter Tartarum minùs fermentativum sit. *Dosi ʒj. ad ʒij. Prostat etiam Manna Composita*, additione *Jalapæ*.

Huc pertinet *Manna Julebata*, quæ fit hoc modo:

ʒ. Mann. elect. & non adeò pingui. ʒiiij. vel iv.

Crem. Tartari ʒiiij.

Aqua simpl. vel scabios. vel alius Peſſoral. ʒv.

bulliant leni igne ad dissolutionem Tartari: & coletur. Hauriri potest in quibuscunque affectibus pro Laxativo Alvi, & Absterſivo primarum viarum.

Præter hoc obseruetur in *Mannâ*, quatenus de Rore participat, singulare *Sal essentialè nitrosum*, quod parare docet *LUDOVICI in Pharm. pag. 186*.

Spiritus Manna duplex parari potest, vel per præmissam *Fermentationem*, vel eadem omiſſâ per nudam Igne aperto vel *Arenæ Destillationem*. Per *Destillationem* acquiritur *Spiritus sulphureus inflammabilis*; sine eâ autem vel per se, ut vult *AUTOR*, cum addito duplo *Arenæ* vel *Boli*, ad *Ebullitionem* nimiam inhibendam Igne *Arenæ* prodit *Spiritus acidus*, adeoque non insipidus, ut communiter tradunt, cum *Oleo Empyreumatico*, qui *Sudoriferum* est egregium, & singulare quid in recessu habet. Item destillari potest *Manna* admixto *Capite mortuo*, post destillationem *Salis communis* relicto: videatur *WEDELIUS Pharm. pag. 28*.

Quoad *Fermentationem*, fermentatur *Manna* eadem ratione ac *Mel*: scilicet dissolvitur *Manna* in sufficienti quantitate *Aquæ simplicis*, vel *pluvialis*, ipsique additur aliquid *Fæcum Cerevisiæ non lupulata* vel *Fermenti communis*: hinc Fermentatione peractâ, destillatur per Vesicam, & rectificatur *Spiritus sulphureus inflammabilis* per Vesicam, aut Cucurbitam ex *Arenâ* vel *Balneo Mariæ*, lento igne.

Spiritus, qui *Num. 6.* ab AUTORE describitur, vocatur aliàs *Mercurius Manna*, cui multa tribuunt in *Preparationibus Reme-*

7. Syrupus de Mannâ laxationis, Dn. D. Echoldi.

℞. Polypod. q. ℥vj.
Rad. Ireos Flor. ℥ss.
Passul. min. ping. & incis. ℥ij.
Fl. Violar.
Borrag.
Bugloss. ana p. j.
Senna s. st. ℥ijss.
Cinam. ℥ss.
Aq. Musf. ℥ijij.

Coque omnia s. a. ad consumpt. lib. 1. Coletur & exprimatur. In Colaturâ dissolve
Mann. Calabr. ℥ijij.
Sacchar. Penid.

Cand. alb. an. ℥j.

Coq. ad consist. Syrupi, addendo in fine *Aq. Cinam.* parum.

Dosis ab ℥j. ad ℥ij. & ultra.

CCCCXLVII. OPOPANAX.

Opopanax quid sit, & quodnam optimum, vide *suprà*: hoc loco illius purgandi facultatem describemus, quâ educit Phlegma crassum & viscosum, non solum è Mesenterio seu regione primâ, sed & idem allicit è Partibus remotis & Juncturis, adeoque mundificat Cerebrum, Nervos, Poctus: Tussi antiquæ confert; potum cum Aceto horâ unâ ante Accessionem febrilem, arceat Rigorem, maximè si idem *Opopanax* cum *Succo Apis* ac *Oleo Anethino* Spinæ illinatur.

Dosis à ℥ss. ad ℥j.
 Corrigitur *Spicâ & Mastiche.*

Remediorum ex Metallis; sicut singularissimum Menstruum est pro extrahendo Sulphure Solari, & reliquorum Metallo-
 rum, ut & Gemmarum. Manna enim hæc turget Rore Majali, Sale igneo Hermetico imprægnato, unde Mercurium seu Spiritum planè singularem dat, qui multa habet in recessu.

Hinc ex Rore & Mannâ, matri simili sobole, *Salem saccharinum* sunt qui conficiunt, idque duplici modo:

1. Manna simul cum Rore putrescat, sicque procedatur, ut *AUTOR* docet de Rore lib. 3. cap. 3. sub nomine *Tartari Philosophici*.
2. Grana Mannæ electiora albaque, superaffuso Spiritu Vini rectificatissimo extrahuntur.

Certum enim est, Mannam præter Roris fructum, de *Resinâ Fraxini* quoque ac aliarum Arborum, in quibus colligitur, participare, qua mediante Spiritu Vini extrahenda est. Extractio fit tamdiu, quàm videmus eum tinctum resinosa Mannæ Pinguedine, quæ abstracto Spiritu Vini instar Butyri se habet. Quando Spiritus Vini non ampliùs tingitur, residuum cum Rore depurato mistum solumque, institutâ leni Digestione ac succedaneâ evaporatione, *Crysallos* tandem instar Sacchari subduces præbet. (A)

CCCCXLVII. OPOPANAX. De *Opopanax* superiùs in Classe secundâ de Alterantibus Secundariis dixi.

CCCCXLVIII. SCAMMONIUM. *Scammonium* alio nomine etiam dicitur *Scammonea*, *ἄρο τῆ σκῆπτρου*, à *sodiendo*, vel *cavando* Caule, pro colligendo Succo. De hoc observetur, quòd sit Concretum gummeo-resinosum, polychrestum, *valdeperè purgans*, unde & in Menstruo aqueo dissolvi, & etiam *Resina* ejus, speciatim cum Spiritu Vini extrahi potest: virtute multum differt à

(A) Manna falsè ab Antiquis pro Rore è Cælo super Arborum Folia decedente habita, est Succus concretus, flavescens, ad Sacchari & Mellis naturam quamproximè accedens: hic vel sponte erumpit, vel incisione deflute ex Foliis, Ramis, & Trunco Orni, quæ est *Fraxini* species, frequentissima in multis nostri Neapolitani Regni Provinciis: hinc Manna Montis Gargani, Calabrina, atque aliter appellata. Est sanè Manna Succus nutritius Orni, & quidem purior & defæciator, qui Solis calore rarefactus, vel per teneriores Ramos, & Folia, disruptis Vasorum tunicis, viam sibi parat, vel ex incisionibus datâ operâ factis erumpit, ac deinde consistentiam quandam acquirit. Id agnovèrunt, haud inter Recentiores numerandi, Angelus Palea, & Bartholomæus ab Urbe veteri, Comm. in Mesuem Can. 2 & 8. atque post illos noster Donatus Antonius ab Altomari lib. de Mannæ diff. ac viribus. Confirmatur Observationibus Dñi Bourdelin, qui institutâ Analysi Succu Orni, illum de Mannâ & Saccharo evidentissimè participare, ostendit. Subdit insuper Dñus Renealmus, Substantiam Mannæ persimilem ex aliis quoque Arboribus, & præcipuè ex Nuce Juglandæ extrillare. Mannæ substantiam parùm distare à Melle & Saccharo, multis experimentis probat Lemery: quibus quoque deprehendit in illâ particulas salinas in sulfureas dominari. Idem Autor parat ex Mannâ Liquorem vinosum, seu Hydromel Mannæ: destillatione elicit Spiritum vinosum, atque ex hoc Spiritum ardentem, inflammabilem ut Vini Spiritus. Spiritus hic Mannæ est optimum sudoriferum à ℥j. ad ℥ijss. assumtus. Fortè Spiritus hic Manna est quod nomine Aquæ Vitalis vel Vitæ, ab Empiricis venditur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Opopanax depuratus*. Fit solvendo (in Aceto) colando & inspissando.
2. *Extractum*. Fit ut Euphorbii.
3. *Pilula de Opopanax compositæ*. Vid. Disp. Dosis ℥j.
4. *Oleum stillatitium*. (Ex Alembico per cinerem.)

SAGAPENUM. Vide Class. 2.

CCCCXLVIII. SCAMMONIUM.

Scammonium, *Scammoneum*, *Scammonia*, *Scammonæa*. Est Succus ex Radice *Scammonææ*, Plantæ lacteo succo plene, extractus & inspissatus. Extrahitur autem vel Radicem adhuc crescentem incidendo (Vid. *Dioscorides*) vel eandem (dubio procul cum Foliis & Gaule,) prælo submittentido.

Scammonia Planta est (Syriaca, hæc *bujus loci*.
 (Monspeliana, Valentina.

Dicitur *Σκῆπτρον*, *Diosc. Theophr.* *Scammonia*, *Matth. Lon. Cast.* *Scammonæa*, *Cord. in D.* *Antiochena*, *Cam.* *Scammonium*, *Cord. hist. Doc.* *Syriacum*, *Lob.* *Syriaca*, *C. B. 1.*

Optimum est quod ex Antiochiâ afferitur, dein Armenium, Europæum omninò pravum est. Probatum quod nitidum, splendidum (instar Gummi) rarum citò liquecens, friabile, colore, cum frangitur, fulvo, non valde ponderosum, tactu linguæ lactescens, nec vehementer eam calefaciens (nimirum hoc Tithymali admixti argumentum est). Quod ab his notis recedit, tantò pejor existit, quantò longius receserit.

Scammonio Veterum. Hoc namque ex *Herbâ* quadam de *Convulvulorum* genere colligebatur, è cuius Radice benè maturâ excavatâ Succus repertus inspissabatur; hocque est *Verum* & *Veterum Scammonium* in Palæstinâ & Syriâ natum, benignius nostrate, aded ut autore MESUE, & ejus affectis aliis, ad ℥j. potuerit propinari absq; ullo periculo: quod ipsum de nostro Scammonio nullo modo potest dici. Deinde tamen spe lucri variè fuit adulteratum, itaut *integram Plantam cum Radice contusam* expresserint & inspissarint, ut rectè docet MORISONIUS in *Horto Blefensi* p. 339. & in *Dial. pag. 473.*

Hoc Veterum Scammonium exulat ex Officinis nostris, & *Adulterinum* illi substituitur, acre satis & causticum, mortificans & malignum, quod nihil aliud est, quàm *Succus lacteus Esule*, vel *Tithymali* inspissatus & coagulatus. Notum enim est, quòd omnes Esularum & Tithymalorum species fundant Succum lacteum, qui inspissatus fit nigricans, & vocatur *Scammonium*, toto differens cælo à Veterum: videatur FALLOPIUS in *Tr. de Simplicibus purgantibus*, ubi egregia habet de Scammonio Veterum & Modernorum. In *Convulvulo* tamen *sylvestri*, si idem Succus lacteus inspissatus fuerit illi similis reperitur. Præter hoc quòd Nostris est distinctum à Scammonio Veterum, multas sustinet *Adulterationes*, dum variæ quisquilæ, heterogeneæ partes, & sordes, illi permiscuntur, aded ut accuratâ *Depuratione* ac *Preparatione* opus sit, antequàm in usum Medicum adhibeatur.

Nostris autem indifferenter & validissimè purgat, quicquid adortur, sub Sordium serosarum flavescendum, & stercidarum facie exterminat, unde vulgò *Cholagogum* seu Bilem evacuans reputatur, quod tamen falsum est. Excreta enim ab assumpto Scammonio non à Bile veniunt, Succu Corporis laudabiles à Scammonio corrumpuntur, sicque expurgat tam Sanos, quàm Ægros. Exinde per se rarè præscribitur, sed loco *Stimuli* saltem aliis Purgantibus sæpè additur, quorum

4. Extractum Diagridii aromatizatum F. F.

- ℞. Cinam.
- Zinzib.
- Caryoptyll.
- Macis,
- Nucif.
- Cardamom.
- Cal. Arom.
- Anif.
- Cortic. Arant. ana ℥iſſ.

F. Extractum cum Spirit. Vin. ℞ſſ.

2. ℞. Diagrid. ℥iij. Extrahe itidem cum Spirit. Vin. s. a. Utrumque Extractum conjunctim digere, Spirit. Vin. abstrahe ad consistentiam Extracti. Dosis gr. xv. ad ℥j.

5. Extractum Scammonii Glycyrrhizatam.

Verum Scammonii Correctivum est Succus Liquiritiæ. Infundatur Radix Glycyrrh. bona quantitas in Aq. per 24. horas, eaque infusio novâ semper Glycyrrh. additione ter repetatur, Coctione levi præmissâ. In hoc Decocto Scammon. pulverisatum resolvatur, filtretur, exhalet Aqua sub finem lenissimo igne (ne aduratur), usquedum Extractum in fundo residet. Est S. Clossai.

6. Elixir Scammonii Croliamum, seu Pilula Scammonii.

Ex Scammonio crebris imbibitionibus Succu Rosar. (ut supra) imprægnato, extrahe Tincturam s. a. digerendo cum Spirit. Vin. opt. (in quo Sem. Anif. Fenic. Cinam. Spica Nardi macerata,) decanta & abstrahe Spirit. Vin. ad consistentiam duriusculam, vel, quod melius, præcipita cum Aqua Rosar. & lava.

prescribendum solum, sed admisso Stimulo salino, ne adhaereat Intestinis. In formâ humidâ etiam in Emulsionem redigitur, v. g.

- ℞. Ref. Scamm. ℞ſſ. vel gr. xij.
- Sacch. Candi ℥iij.
- Misc. probè & adde
- Succi Citri ℥j. M.

sic fit Emulso gratissima gustui, quæ citra omnem vim purgat.

Præparant quidam ex Scammonio Medicamentum: quod vocant Rubinum Vegetabilem; ex Scammonio nimirum crudo, eodem modo aliqui Resinam Scammonii parant, & præcipitant cum Succo Rosarum rubrarum Provincialium: post præcipitationem Resinæ in fundum, moderatè separatur Succus Rosarum per inclinationem, & denique cum Tincturâ Rosarum Resinæ superinfusâ, colorabitur eadem Resina rubicundo colore elegantissimo: tandem exsiccat, pulverisatur, vocatur Rubinus Vegetabilis.

Scammonium etiam ob acrimoniam causticam ulterius Glycyrrhizâ optimè depuratur juxta modum Num. 5. descriptum, quæ stimulos acerbos & volatiles Scammonii inviscat, & cicurat. Dixi enim superius, quod Glycyrrhiza temperet acrimoniam Humorum & Succorum in nostro Corpore; ergo & Medicamentorum assumptorum acrimoniam infringet. Dum igitur ita in Scammonio illa corrigitur, impeditur, quod minus Succos utiles in Corpore colliquefaciat, nec Exulcerationem in Intestinis, nec Dysenteriam inducat.

Pilula Scammoniatæ compendiosius parantur, si Resina cum Succo Rosarum blandè inspissatur.

Præparatio per Acida validiora, e. g. cum Spiritu Vitrioli, quam habet AUTOR, nil valet: non est vera Præparatio: sed potius Castratio; sicut enim talia Acida Sal acre in Scammonio purgans, si que non corrigunt, sed castrant: id quod patet ex eo, quod Scammonium vitriolatum possit propinari ad gr. xxv. quod nullo modo fit in crudo: castrata ergo fuit ejus vis per Spiritum Vitrioli. Et hoc etiam verum est de alio modo, quo fit Magisterium Scammonii vitriolatum; quando scilicet Scammonio pulverisato affundunt Spiritum Vitrioli rectificatum, solvunt, extrahunt, & Extractum præcipitant cum Oleo Tartari, & procedunt, ut in Magisterio Coralliorum, abluendo illud; cujus Dosis est à ℥j. ad ℥iv. Sed apparet ex magnâ dosi, quod non sit Correctio, sed potius Castratio; adeo ut tales Præparationes potius sint irridendæ & ridiculæ, quàm amplectendæ.

7. Hujus Extract. ℥j.

- Succi Cydonior. depurati, ℥iij.
- Ref. Rub. depurat. ℥j.
- M. & coagula ad consistentiam Filularum.
- Dosis à gr. 10. ad 20.

7. Alia correctio Hartmanni: Scammonium Vitriolatum.

℞. Scamm. minutiss. triti q. v. imbebe cum paucillo Spirit. Vitrioli, vel Ol. Sulphuris p. e. adfundendo guttas aliquot Ol. Anif. vel Fenic. concere diligenter ut fiat Massa instar Picis viscida, quam serva.

Vires. Purgat leniter sine omni molestia.

Dosis à gr. xv. ad xxv. Hartmannus in Croll.

N. 1. Eodem modo mitigatur & vehementia omnium Succorum purgantium, Aloës, Elaterii, Gummi de Peru. Hartmannus in Croll.

N. 2. Quercetanus in Pharmac. Resit. cap. 15. Chymici, inquit, qui elegantes illas & singulares Vitrioli proprietates oculis in eo dilatantes everserunt, baud verebuntur Scammoniam, Myrrham, & ipsa etiam Gummi præparare & dissolvere cum Phlegmate Vitrioli toto suo Spiritu imprægnato. In hoc solo enim Spiritu latet vera illorum Simplicium Præparatio, quæ cum exsuperante calefaciendi qualitate insignita sint, & hac viâ exquisitè & perfectè corriguntur.

N. 1. Spiritus Vitrioli & Tartari comburunt Scammonium & in Picem vertunt, ac proinde multum virtutis cathartice deprudunt. Satias igitur erit Scammonium resolvere in Tincturâ Ros. cum Spiritu Vitrioli paratâ, ut moris est, resolutumque ad Extracti consistentiam reducere.

8. Scammonium Sulphuratum.

℞. Scamm. minutiss. triti, q. v. (e. gr. ℥j. vel ℥ij.) Extendatur supra Chartam bibulam, detineaturque super Carbonibus

Quod & Præparatio Scammonii cum Sulphure pertinet: unde Scammonium sulphuratum, quod fit per imbibitionem cum Fumo sulphureo. Fundamentum hujus Præparationis est hoc: quod Fumus Sulphuris accensi imprægnat Scammonium. Jam verò, cum Fumus Sulphureus acidus & Spiritus Vitrioli sint ejusdem nature & ejusdem essentie, patet, quod fit Castratio non verò genuina Præparatio: imò Dosis incerta redditur, cum pars quædam minus suffumigetur, & ita corrigatur: Aliàs hoc Scammonium ritè sulphuratum generalius & potentius est, quam Diagrydium, & commodius loco Stimuli adhibetur Scammonium Sulphuratum, quam Diagrydium.

Dosis pro Stimulo addendo sunt gr. ij. vel iij.

- ℞. Tartari emet. gr. ij.
- Scamm. sulphurat. gr. iij.
- Sacch. gr. v.

Misce, fiat Pulvis supra & infra purgans.

Vel

- ℞. Tartari vitriolati aut Arcani dupl. Myns. gr. xij.
- Scamm. præp. gr. viij.
- Misce fiat Pulvis.

Item

- ℞. Tartari vitriolati gr. xv.
- Scamm. sulphurat. gr. iij.
- Extr. Troch. Alband. gr. ij.
- M. & Pulvis.

Pertinet huc quoque Cerberus triceps, vel Pulvis Comitæ de War-Wick, qui aliàs paratur ex Cremore Tartari, Antimonio diaphoretico, & Scammonio sulphurato, rectius tamen ex Magisterio Scammonii.

Per se autem Scammonium sulphuratum ad g. xv. ad summum ℥j. potest usurpari: v. g.

- Scamm. sulphurat. ℞ſſ. ad gr. xij.

cum Aquâ Fumar. sufficienti quantitate subigatur, ut fiat Emulso quæ cum Syrupis de Nymphaeâ edulcorata gustui grata est. Possunt & Semina Melonum, & Resina Jalappe addi.

Quidam, cum Scammonium assumptum sit ingratum propter amaritiam, & nauseabundum saporem,

- ℞. Scamm. sulphurat. gr. xij.
- Permissent cum
- Sacch. Candi ℥iij.
- Subigunt cum

Mucil. Tragac. factâ cum Aquâ Rosar. q. f.

& exinde faciunt Orbiculos, quos illinunt Oleo stillatio Ligni Rhodii, sicque fiunt Orbiculi eleganter purgantibus.

bonibus vivis, Sulphure superinjecto fumantibus, donec Scammonium, (quod continud movendum) liquefcere incipiat vel albefcat. Scammonium hac ratione optime correctum exhiberi potest a gr. vj. ad vij.

9. Scammonium Rosatum.

R. Scammon. vel Diagrid. q. v. Extrahe cum Spiritu Cydonior. s. a. decanta, filtra & inspissa ad consistentiam Mellis Dein adde Scammon. ad ℥j. Succo Ros. rub. recenter express. ℥ij. coaguletur simul ad siccitatem.

N. Si Spiritum Cydoniorum, infusione Santali tinctum, loco Menstrui Extractioni huic adhibueris, non modò Scammonium colore elegantius, sed & Epato minus noxium acquires. Et hoc modo paratum Scammonium Rosatum extat in Officinâ Salswedelianâ, jucundâ suâ rubedine vitum oblectans.

Dosis a gr. vj. ad xv.

10. Infusum Scammonii, seu Spiritus purgans.

R. Scammon. el. p. iiij. Succo Cydon. p. ij. mixta pone in locum calidum quotidie movendo, donec indurentur. Tunc affunde Spirit. Vin. Maloaticis, q. s. stentque aliquamdiu in digestionem. Et fit Spiritus purgans, seu solutiivus.

Vires. Purgat sine ullo fastidio ac molestiâ.

Dosis variat pro Scammonii ingredientis quantitate.

N. Hæc infusio ad annum circiter servata, rejicit ad superficiem guttulas Olei rubri, instar Picis liquidæ, in quo ferocia seu malignitas Scammonii residere judicatur. *Tentzelius in Exeg.*

11. Diacydonium Lucidum Scammoniatum, seu Laxativum.

R. Gelat. Diacydon. lucid. ℥j. Extract. Diagrid. ℥vj. coque lento igne, (NB.) optime miscendo, ad justam consistentiam.

Vel

R. Scammon. ℥iv. extrahe Tincturam cum Spirit. Vin. po-

stea fiat s. a. Cydoniatum ex Succo Cydonior. ℥ij. Sacchar. ℥j. Tincturam paulatim Succo affunde; Misce exactè ac effunde in Scatulas.

Dosis a ℥j. ad ℥ij. & ℥iij.

N. Nisi mixtio exactè fiat, fieri potest, ut Diagridium in uno loco parcius, in alio copiosius concreseat; inde Purgatio justo lenior, hinc copiosior, adeoque Hypercatharsis nonnunquam subsequitur.

12. Gelatina Cydoniorum Laxativa cum Turbit.

R. Scammon. ℥ij.

Turbit. ℥iv.

Extrahe cum Spirit. Vin. postea

R. Decoct. Cydon. ℥v.

Sacchar. ℥xviii.

Coq. s. a. & F. Gelatina, cui sub finem affunde Tincturam Diagridii & Turbit, Spatulâque agitentur, donec Spiritus Vini evanescat. Tandem reponere pro usu.

N. Communiora Præparata, quæ Diagridium ceu Basis ingreditur, ipsemet Tyro observare poterit.

Præcipua ex his sunt

Confectio Anisi Laxativa.

Electuarium Benedictum Laxativum.

de Citro Solutivum.

Diacydonites Laxativum;

Episcopi, s. Elefscoph.

Confectio Hamech.

Indum majus.

Diaprunum Solutivum.

Rosatum.

de Succo Rosarum.

Zinziber Laxativum.

Pilula Aggregativæ majores.

Aurea.

de Fumaria.

de Hermodactylis.

Extractum Catholicum, &c.

SCHROEDERUS.

Corrigitur Scammonium etiam per Alcalia, ubi Sal Tartari eminet: hinc Lixivio Salis Tartari injiciatur Scammonium, & emergit Tinctura rubicunda, quæ inspissata, & cum Spiritu Vini extracta, dat Essentiam laxativam. Cum hoc Tartari Sale invertitur sapor & odor ejus nauseosus. ZAPATA in Clave Med. Essentia Scammonii cum Spiritu Vini extracta & filtratae addit Saccharum cum Aquâ appropriatâ solutum, quam vocat Aquam Rubineam solutivam.

Fit etiam Sal Scammoniatum purgans, scilicet

℥. Scamm. ℥ij.

Solvatur in Spiritus Vini q. s.

Postmodum

℥. Sal commune;

quod solvitur in Aquâ fontanâ.

Ambæ Solutiones permisceantur invicem, & evaporentur sensim sensimque, & in fundo residet Sal, quod sine sapore nauseabundo purgat leniter.

Datur a ℥ss. ad ℥j. estque nihil aliud, quàm Sal commune imprægnatum Scammonio.

Denique pro Correctione Scammonii cum dixerim, quodd Succus Cydoniorum sit optimus, Diagridium solet permisceri cum Gelatinâ Cydoniorum; unde fit Gelatina Scammoniatata laxativa, vocaturque Diacydonium laxativum. Præparationes videbitis in AUTORE nostro: & quidem de Gelatinâ Cydoniorum supra egi in Classe 1. sub Cydoniis. Ad eorum imitationem, imprimis secundæ Præparationis, quæ est optima, & fit cum Succo Cydoniorum, potest fieri cum Succo Ri-

bitum, Berberum, Rubi Idæi, & Succis aliis, Diarbitum laxativum, Diaberberum laxativum, & sic porro.

Huc referendus Syrupus Citri scammoniatatus, vel diagridiatatus, qui fit hoc modo:

℥. Scamm. crudi vel sulphurati ℥j.

cui superfundatur

Succi Citri depur. rec. expressi ℥ss. vel ℥ij.

Terantur invicem: stent in Vitro bene obturato in Digestione per tres dies & noctes in loco calido, sæpius agitando & movendo, atque ultimo die permittatur sine agitatione, ut clarescat. Hinc Solutio clara decantanda & transcolanda per Lintheum. In Colaturâ clarâ dissolvuntur Sacchari ℥ij. vel iij. & blando igne rediguntur in consistentiam Syrupt: cujus Dosis est Cochlear. (B)

Et hæc quoque dicta sint de Purgantibus secundariis. Cæterum ex hisce duo sufficere possunt: Aloë nimirum, & Scammonium; aded ut cæteris facile superferere possimus. Unde ex omnibus Purgantibus septem sufficerent: quinque ex Primariis, & duo ex Secundariis. Ex Primariis Rhubarbarum, Helleborus niger, Jalappa, Colocynthidis & Senna; ex Secundariis Aloë & Scammonium. His si rectè utamur, citra incommodum Ægros purgare, cumque summâ exultatione finem nobis propositum assequi poterimus.

Quibus jam concludo Regnum Vegetabile, & ad Animalis pergo.

(B) Scammonium est Succus resinofus concretus, incisione defluens è Radice Plantæ quam Scammoniam Syriacam vocant, estque reverà Convolvuli species, Convolvulus Syriacus, & Scammonia Syriaca Morifono appellata. Planta hæc è Syriâ delata, nostro assuevit solo: Radix longa, crassa, lacteo succo prægnans, longas, contortas, scandentes viticulas emittit: Folia triangula, glabra, tenuia: Flores Convolvuli nonnihil purpurascens: Fructus veluti pinguedine obductus, Seminibus nigricantibus fertus. Succus inquam lacteus incisione è Radice educus, ac solis calore inspissatus, Alepo & Smyrnis ad nos missus, est Scammonium Offinarum, primæ notæ catharticum.

Scammonii chymicam Analysin instituit suo more Dñus Boulduc: ille tamen ingenue fatetur, hoc Catharticum felicidus & securius operari, si absque ullâ præviâ præparatione, seu partium componentium separatione, adhibeatur: etenim pars illius resinosa aded è salinâ contemperata est & veluti perdomita, ut si resinosa hoc fræno carens exhibeatur, b, perca-thartica & caustica evadat. Siqua autem præparatio desiderabitur, quæ Glycyrrhizæ sit Decocto seligenda, fatente citato Boulduc.



SECTIO SECUNDA. ZOOLOGIA

S E U

REGNUM ANIMALE,

E X

SCHROEDERI

Pharmacopœa Medico-Chymicæ

LIBRO V.

SCHROEDERUS.

ZOLOGIA est pars Pharmacopœæ, quæ Medicamenta ex Animalibus desumpta recenset.

N. Animalia puta, tam Viva quam Interempta (liceat hæc Animalia appellare). De utrisque commonere hic expedit, eligenda esse, quæ extra dispositionem morbosam & hinc detrimentosam constituta sunt. Itaque si ex *Vivis* expectis, providas sana ea sint: si ex *Interemptis*, Interempta illa adhibeas Morte violentâ extrinsecus accedente. Etenim expetitur medicamentalis cujusque rei Substantia, eaque ad Medicationem apta, adeoque Facultatibus morbosis destituta, salubribus econtrâ Tincturis delibuta. Hæc imprimis *Pars rei Spirituosa* est, in naturali scilicet dispositione constituta, facultatibusque peregrinis orba. Nimirum hæc, ut Morte naturali paulatim senescens consumitur, curriculoque tuo destinato perfuncta, in Principia sua resolvitur: ita eadem ipsa, si Flamma vitalis violentè extinguitur, superstes aliquamdiu manet, nec à Corpore separatur, donec hujus dissolutione, & ipsa dissolvatur. Et quidem talis ferè illa superstes suppetit, qualis erat, dum Flamma illa extinguebatur, i. e. salubribus, insalubribusve Tincturis imbuta. Hinc itaque non rarò miræ Cadaverum facultates elucet, veluti præ reliquis est vis illa Formatrix, non modò è Cineribus Vegetabilium suscitabilis (teste *Sennerto*, ex *Quercetano & Polono*, ut & ex *Libavio*, teste *Cl. Horstio* Epistolâ eâ de re ad me missâ, teste itidem *Vigenario Gallo*, in Tractatu Gallico de *igne & Sale*, pag. 262.) sed & in Animalium quorundam Cineribus demonstrabilis. Hujus rei Historiam, cum Parisiis degerem, ceu verissimam mihi retulit Doctor Medicinæ Parisiensis, nomine *Certain*, Vir vel ætatis ratione fide dignus, videlicet sibi in maceratione *Cineris Cancrorum*, tam perfectorum, quam imperfectorum, Cancrorum in liquore natantium; simili ratione in *Aquâ stillatitiâ Spermatis Ranarum*, sibi Ranarum imagines quondam fuisse representatas, testis est Vir Excellentissimus *Joan. Daniel Horstius*, in Academia Marpurgeni Medicinæ Professor publicus, Amicus meus integerrimus. Non minus & in perfectiorum Animalium Ossibus idem accidere, præter alios re-

fert *Robertus Flud de Fluxibus*, Medicus Anglus, Scrutator Naturæ sagacissimus. Et quæso quid causæ subesset, quòd solum Animalia macerata Culinis expetantur, posthabitis quæ secus obierunt, nisi sit, quòd illa balsamicâ, seu spirituali prædita sunt Substantiâ, ad Nutritionem requisitâ, hæc vel eadem destituta sint, vel inquinatam & insalubrem possident? In Medicis difficultatibus non postrema est, quæ etiam doctissimos macerat, unde scilicet *Facultates occultiores Medicamentorum fluant*? Nimirum alii *Formæ Mixtæ* eas acceptas referunt, alii *Formæ Separatæ* relictæ vestigio: ne dicam de peculiari *Qualitatum primarum* mixtione, quam alii ponunt. Verùm annè satius sit, difficultates has & similes hoc ipso, quod posui, fundamento dirimere, quàm Entia citra necessitatem multiplicare, cuiuslibet pro arbitrio do judicandum; nec enim quemquam cogo, sed saltem Philosophicâ libertate nixus modum suggero è difficultatibus emergendi, & quidem ejusmodi, quem (ne novitatis accuses) tota Stoicorum Schola olim docuit. Videbis *Quercetanum libr. de Veritate Hermeticæ Medicinæ. cap. 10.* Nec est quod hinc metas simplicitati Formarum hac ratione derogari. Simples quidem sunt *Formæ*, id fateor, sed & *Materiales*, non ut communiter fingitur, simpliciter *Spirituales*. Caveas autem ne huc Spiritum divinum Hominis retrahas: hic enim, ut sublimioris est originis, ita & altioris indaginis.

Quia *Epistolâ Horstianâ* mentionem feci, ejus verba subjungere placet, quæ sunt: *Quod attinet suscitabilem vim Formatricem, certè saepeque D. Georgius Moltherus M.d. Wezlar. retulit, non semel se Urticam vidisse in Aquâ congelatâ. Mibi est Sal Absinthii, cujus ope, vera loquor, totum Absinthium tibi ponam ob oculos.* Hæc *Horstius*, quibus & hoc subjicere yolui, quod certâ quadam operatione *Sal commune Absinthii volatile* elevatum, Alembici lateribus adhærendo, Plantam suam dilucidè repræsentet.

Classes Zoologiæ sunt quatuor:

1. *Animalia terrestria* exhibet, eaque perfectiora.
2. *Aves* recenset.
3. *Pisces* describit.
4. *Insecta* subjungit.

I. AGNUS.

Absolutâ in præcedentibus PHYTOLOGIA seu Regno Vegetabili, ordo nunc nos deducit ad ANIMALIA, quæ omnia, quoad structuram, ferè conveniunt, & quidem imprimis Terrestria & Volatilia: ubi, quæ habet AUTOR in *Prolegomenis de Resuscitatione Animalium ex Cineribus* in genere, sunt lectu dignissima, & prostant de his multa Exempla, quæ hinc inde videri possunt.

Quod attinet Animalia, quæ in usum Medicum adhibentur, eligenda sunt ea, quæ adhuc sunt *Viventia*, vel *violentiâ Morte* interempta: quæ enim sponte vel Morbo vel Senio interierunt, sunt planè inepta; quoniam maxima eorum vis, quæ residet in *Sale volatili*, imprægnato *Spiritu Vitali infuso*, quod propter Senium, deficiens Fermentum, & longum Morbum exhaustum est, deficit & deest. Et propterea assumenda sunt vel Animalia viventia, si sint minora; vel Partes Animalium violentâ Morte interempto-

rum, si sint majora. Quod non tantùm in usu Pharmaceutico observatur, sed etiam in Culinari, in quo rejiciunt Animalia inveterata, & mortua, propterea, quoniam vis eorum est exhausta & imminuta: id quod eò magis observandum in usu Pharmaceutico, & pro scopo, ut exinde præparentur Medicamenta.

Partes Animalium distinguuntur in *Duras & Molles*: *Duræ* sunt *Ossa*, *Cornua*, *Ungulæ*, & qui huc pariter referi possunt, *Dentes*: Hæc ipsæ Partes utui Medico conveniunt, quatenus Acidum quodcunque absorbent, & Sudorem movent. Acidum autem absorbent non sine insigni Effervescentiæ motu, quia *Sale volatili alcalino* turgent. Dum autem Acidum absorbent, & Sanguinem fluidiorem reddunt, eo ipso insimul Sudoriferæ sunt.

Compositionem & Resolutionem Animalium Spagyricam quod attinet: omnia, quæcunque sint Animalia, imprægnata sunt

sunt copioso Sale volatili . Hoc ipsum tamen , dum adhuc sunt in suo Esse Animalia , est Salsum , seu est Acidum volatile urinosum : quæ duo per Fermentationem combinata , dant Sal volatile salsum , demonstrante sufficienter TACHENIO in Hipp. Chym. & Clave &c. Hoc Sal salsum volatile , dum destillatur , mutat naturam , & sub Ignis examine rigoroso Sal volatile urinosum prodit , & adhæret lateribus Alembici ; Sal verò acidum volatile arripit partem Salis volatililis , & cum illo , mediante Pingui coniectum , sub formâ Olei crassi foetidi , & turbulenti anà abit & transie . Nam Oleum tale non reperitur in iisdem , sed fit tandem in Ignis examine . Vulcano ergò chymico si subiciuntur quæcunque Animalia , Destillatione rigorosâ subministrant

1. Phlegma aqueum per Retortam .

2. Paulò post sub formâ Nebulæ prodit Spiritus volatililis Mercurialis , non tamen salinus præcisè , aut sulphureus , sed mediæ quasi naturæ .

3. Copiosum Sal volatile se elevat , quod adhæret lateribus Alembici , & repræsentat formam sui Simplicis : v.g. Cornu Cervi , Sal volatile in Cornu Cervi formâ , Sal volatile Viperarum in formâ Viperarum &c. adhærens Alembici lateribus .

4. Interea temporis , quando exhalat Sal volatile , Acidum arripit partem Salis volatililis urinosi , & colliquatum transie sub formâ Olei crassi , & Empyreumate contracto , foetidi & turbulenti ; quod nihil aliud est , quàm Salia concentrata , dum Sal volatile urinosum & Acidum pingue se uniunt , & quando pars Salis volatililis avolvit , transiunt & exstillant .

5. Id quod remanet in Retortâ post Principia destillata , est Caput mortuum insipidum , & omni virtute medicâ destitutum , quod ut plurimum solet esse nigricans .

1. Phlegma est naturæ simpliciter elementaris , & parum habet in recessu .

2. 3. Spiritus penetrantissimus est & volatililis & potenter sudoriferus , non tamen præcisè sulphureus , quia minus inflammabilis ; nec salinus , sed mediæ naturæ : qui si unitur cum Sale volatili , vocatur Spiritus Essentificatus , v. g. Spiritus Cornu Cervi si miscetur cum Sale Cornu Cervi , vocatur Spiritus Essentificatus Cornu Cervi ; & sic porro . Spiritus hic Essentificatus , vel Sal volatile rectificatum , egregiè penetrans , quodcunque Acidum in Corpore absimit , temperat & corrigit , Sal volatile Massæ Sanguinæ augmentat , Sanguinem coagulatum & congruatum dissolvit , Sanguinis stagnationem impedit , ejusque Motum propter auctam fluiditatem promovet , Sudorem ac Urinam potenter ciet , quæcunque Obstructiones partium , imprimis in Capite ex Sanguine stagnante , referat & resolvit , & quæ sunt aliæ virtutes talium Præparatorum .

4. Oleum destillatum ad aliquot guttas interius assumptum in hysteriis Afflictibus & Colicâ lummum pariter Remedium est , & excedit virtutes Salium volatilium , dum reverà sunt Salia volatililia concentrata ; sed propter insuavitatem saporis & foetorem vix tolerabilia : si tamen super Caput mortuum rectificetur per Retortam , habetur Oleum aurei coloris & instar ignis penetrantissimum , & efficacissimum , Sudorem ciet , Acidum quodcunque simul destruendo , ut rarè usurpetur . Externè etiam propter odorem ingratum , ex Empyreumate contractum , usurpatur rarè ; nihilominus Podagræ , Artubus Paralyti ac Tremore affectis , item qui laborant Paresi , illicitum optimè convenit . Præterea in Bubonibus & Carbunculis pestilentialibus maturandis & extrahendis Olea destillata ex Animalibus sunt egregia , & Tumores duos emolliunt , eosque emollos , uti & alios , imprimis sanguineos , Tumores discutiunt & attenuant , quò minus suppurare & in Abscessum degenerare queant .

5. Sequitur denique Caput mortuum , post destillationem residuum , quod est instar Carbonis nigrum , sed si in aperto Vase calcinetur , profus albescit . Dicitur Terra usta seu calcinata , fitque v. g. Cornu Cervi ustum , vel Ossa humana usta . Hæc Ossa ita combusta nihil aliud sunt , quàm Terra mortua , omni activâ vi & Sale fixo spoliata , adstringunt tamen , quia Acidum imbibunt ; unde in Dysenteriis admodum conveniunt , ut & in Febris Intermittentibus cum Specifico Febrifugo Strobelbergeri , dosi ʒi. ante Paroxysmum . Dum etiam Humiditates quæcunque imbibunt , exsiccare & Partes laxas corroborare dicuntur . Nam uti Ori admota adstringunt & Salivam imbibunt , ita quoque in Corpore apparenter operantur . Præterea Acidum in primis viis imbibunt , id quod patet exinde : si enim illis insillatur Spiritus acidus , illum , ut nihil Acidi supersit , absument & imbibunt : unde simili modo , si reperiant Acidum præternaturale in Stomacho , Intestinis & primis viis , imbibunt

illud , ut acrimoniam & corrosivitatem deperdat . Et propterea possumus adhibere in Fluxibus Alvi , & Hæmorrhagiis habitualibus atque scorbuticis , ut Serum acidum imbibant & increassent .

Quæritur hic de Partibus hisce duris : an in Capite mortuo remaneat Sal fixum , sicut in Vegetabilibus ? Notum enim est , quòd ex Cineribus Vegetabilium eliciatur Sal fixum urinosum , quod quidem non est Naturale , sed Artificiale , & fit per Ignis colliquationem . Multi hoc negant in Animalium Partibus duris , utpote in quibus ob continuam Aëris inspissationem , & fermentationem nil fixi reperitur in Corpore humano , & omne per Urinam & Excrementa abeat ; quicquid enim est in Animalium hisce Partibus duris , vel sub formâ Salls volatililis & Olei transie , vel sub formâ Calcis seu Terræ insipidæ remanet . Alii contrà affirmant , cum Partes duræ vitrificari possint ; unde suspicio non levis sit , Sal fixum quoque occultarum in iis contineri : negantes verò regerunt , quòd Silices sine Alkali vitrificari possint .

Cæterùm hæ ipsæ Partes duriores blandâ cum Aquâ simplici Coctione dimittunt ex se Gelatinam , in qua Ros seu Succus glutinosus nutritivus cum Sale volatili copioso impregnatus continetur , istis Ossibus ex quibus Gelatinæ sunt extractæ , hoc est , quæ sunt calcinata sine igne , non tantum Salis volatililis hinc continentibus , quàm si crudè adhibeantur ; interim tamen quoniam participant adhuc de Sale volatili & Oleo , merito Calcibus istis post destillationem residuis præferuntur .

Partes animalium Molles quod attinet , sunt hæc vel Pingues , vel non Pingues .

Non Pingues sunt Solidæ , Liquidæ . Solidæ sunt Viscera carnosa , v. g. Caro , Cerebrum , Secundina , Hepar , uti etiam Pili , Lana , Corium , &c. quæ turgent Succo pingui & Salso blando . Hæc omnia cum Igne examinata eadem suggerunt Producta Pharmaceutica , quæ Partes duræ ; minus tamen Salis volatililis , utut penetrantissimi , quod reverà nihil aliud est , quàm Sal volatile copiosum , à pingui Acido concentratum . Spiritus equidem & Sal volatile difficulter eliciuntur ex Partibus mollibus ; ubi autem dissectæ hæc Partes ad Putrefactionem aliqualem separantur , copiosius longè & penetrantius Sal volatile & Spiritum seggerunt , parcius verò Oleum . Per se aliàs destillatæ copiosius Oleum foetidum suggerunt , atque Terram mortuam & siccam relinquunt ; nullum verò in hisce Salls fixi vestigium deprehendere datur . Quod itidem de Lumbricis v. g. observandum , qui putrefacti longè copiosius , & penetrantius Sal volatile ac Spiritum suggerunt . Formicæ etiam quæ uti Acidum spirant , ita per se Spiritum acidum suggerunt ; putrefactæ tamen Spiritum & Sal volatile urinosum subministrant . Sunt tamen qui Putrefactionis tædia per additum Alkali fixum prævenire , & ita dicta Subjecta tractare fatigant .

Partes Liquida quales sunt Sanguis , Urina , eadem Producta suggerunt , ut modò dictæ Partes ; sed copiosiora Salia volatililia & penetrantiora , si præcedente aliquali Putredine reclusa fuerint . Caput mortuum horum Sal fixum relinquit . Sic ex Sanguine bubulo Sal fixum , sed sui generis , ferè instar Salis communis , & falsi saporis , in aërè tamen diffuens , obtinetur : quod in Urinis Animalium etiam per se manifestum est .

Ex dictis patet , Animalia eorumque Partes quoddam Sal volatile urinosum continere . Sed accidentaliter subinde Differentia est observanda , quatenus Salia hæc volatililia Animalium pro varietate Animalium multum variant : copiosius enim & penetrantius est in Sylvestribus , quàm in Domesticis ; deinde acrius & volatililius in Maribus , quàm in Fœmellis , ulterius penetrantius & volatililius est in Maribus non Castratis , quàm in Castratis , in quibus omnino est temperatum propter Fermentationem non adeò acrem & fortem , ex defectu Fermenti Testiculorum , quod Massæ Sanguinæ in non Castratis inspiratur , atque Sanguinis Fermentationem acriorem & celeriore reddidit . Insecta imprimis constant subtili Sale salso magis , seu acido sulphureo volatili & urinoso fortiter conjunctis , adeò ut juncta subministrent Spiritum acrem volatilem & penetrantem , qui respectu aliorum longè est volatilior ac penetrantior , ac in Animalibus majoribus ; qualia Insecta sunt Millepedes , Lumbrici , Scarabæi & Formicæ , quæ acriori & penetrantiori Sale volatili , adeoque imprimis diuretico , constant . In Marinis , Cancriis , Piscibus , &c. temperatum magis est & subtilius ; in Animalibus verò majoribus terrestribus acrius ferè & uniusmodi elicitur .

Cùm igitur omnia Animalia putrefacta suggerant Sal volatile ;

latile; alia verò Salia aliis pro ratione partium temperatio-
ra sint, quæritur: *an ejusdem naturæ, usûs, & efficitur sint Salia
volatilia?* Affirmatur. Conveniunt omnia in genere, quòd Sa-
lia acida destruant, & sudorifera sint; attamen & specificas
simul doses habent sic: v. g. Sal volatile Sanguinis huma-
ni est epilepticum, Sal volatile Lumbricorum in Arthriti-
de vagâ & fixâ convenit; Sal volatile Cancrorum fluvia-
tilium est diureticum; Sal volatile Bufonum antihydri-
cum: ita ut & in his quædam quasi Respublica de-
cur.

Pinguiores partes, ut Serum, Axungia, &c. in Piscibus
Pinguedo marinarum Belluarum, Germanicè dicta der Tran,
in hoc conveniunt, quòd consistunt parte sulphureâ, quæ in
recessu ab Acido occulto concentratur: hinc cum Alcalibus
in Saponem abeunt, quod & Olea Vegetabilium faciunt,
quæ cum Lixivio mista, instar Butyri fiunt; non secus ac
Sulphura Mineralium in recessu habent Acidum, tempera-
tum à Pinguedine: sicut & Olea Vegetabilium quæcunque
expressa habent in recessu Acidum, Pinguedine sulphureâ
obvolutum. Omnes hinc Pinguedines Animalium propter
Sulphur temperatum, vim habent relaxandi & emolliendi

crassa, Dolores sistendi, attenuandi, & plûs minûs Ano-
dina sunt.

Stercora Animalium certè abundant Sale volatili falso, qua-
si ammoniacali, ex Acido stomachi fermentativo, ipsorum-
que Alimentorum fermentando acescunt, cum horum
Alcali debitè unito natum: quæ ipsa dum de Oleo Bilis plûs
minûs participant, ad naturam nitrosam ferè accedunt; un-
de Sudorem movent, Sanguinis grumos dissolvunt, & vi
diaphoreticâ ac diureticâ in Dysenteria, Pleuricide, An-
ginâ, &c. commodè usurpari possunt. In specie ad Affectus
chronicos, hypochondriacos pro corrigendis vitiosis Sapo-
ribus, speciaticim acidis, pro abstergendis primarum viarum
sordibus, & hinc pro ciendâ Urina, egregii sunt usûs. Pro
hoc scopo inter Animalia terrestria excellunt Stercora, Ca-
ninum, Lupinum, & Muscerda.

Cæterùm varia AUTOR *noster* hoc in loco congeffit,
quæ nullius sunt pretii, nulliusque usûs. Saltem ergò du-
ctam ejus sequamur, dum totam ZOOLOGIAM in qua-
tuor Classes distinxit: 1. *Terrestria Animalia*, 2. *Volatilia*, 3.
Aquatica, & 4. *Insecta* continet.

C L A S S I S P R I M A .

D E

'ANIMALIBUS TERRESTRIBUS PERFECTORIBUS!

I. A G N U S .

A *Mvôs, άρνός, Germ. ein Lamb, Schaaf, Gall. Un Agneau.*
OFFICINALIA NATIVA.

1. *Pulmones.* (tum recentes, tum siccati.) 2. *Fel.* 3. *Lana.* 4. *Ossa incinerata.* 5. *Coagulum.*

Vires.

1. *Pulmo*, Attritus à Caicementis contractos, ab Inflam-
mationibus tuetur (*impositus*.) Vide *Ovis*.
2. *Fel*, ad Morbum Comitalem exhibetur.
3. *Lana*, (cum *Corio*) Anginæ, aliisque Colli Tumoribus
leniendis ac molliendis confert (*imposita*.)
4. *Ossa incinerata*, Consolationem Vulnerum, etiam eo-
rum, quæ difficilioris sunt Consolidationis, consolidant.
5. *Coagulum*, valet ad Venena, ad Lac coagulatum, ad
Morbus venenosos (cum *Acelo* potum.)

II. A L C E S .

A *λχχ, Alces, magna Bestia, Cæsari, Albert. Magn. (cui
& Equicervus) Olao Magno, Mizald. Lev. Lemnio.*
Germ. *Elend.* Gall. *Le Eslant*.

Animal est gregarium, bifulcum, ad Cervi figuram ac-
cedens, quo tamen majus est, naturâ timidum, Comitiali
Morbo obnoxium.

P R E P A R A T A .

1. *Cornu.* 2. *Ungula,* ac 3. *Nervi.*

Vires.

1. *Cornu*, cui plus tribuitur quàm Ungulæ.
2. *Ungula* specificâ virtute celebratur adversus Epilepsiam;
tum præcavendam, tum curandam, idque usu tam interno,
quàm externo.

Internè propinatur *Scobs*, & *Præparata* subjuncta.

Externè

I. A G N U S . De Agno nihil prostat in Officinis.

Quibusdam in usum venit *Pulmo*, qui uti & *Pulmo
Vulpis* commendatur specificè in Phthisi & Affectibus Pul-
monum, imprimis in Vulneribus Pulmonum; quod an ve-
rum sit, digladiantur inter se Autores. Instar omnium vo-
bis sit KIRCHERUS in *Arte Magnet. Lib. 2. Part. 3. cap.*
6 qui tanquam pro aris & focus pugnat, quòd Partes Ani-
malium profint Partibus in Homine, quibus respondent,
vel quòd Partes humanæ profint Partibus, cum quibus sym-
bolizant, vel similitudinem gerunt, adeò ut Pulmo Agni,
Vulpis, & Cervi, conveniant in Affectibus Pulmonum. Hos
tamen non immeritò irridet HELMONTIUS, SCHRA-
DERUS in *Dissertat. de Facultat. medicamentosis*, & alii,
quòd post Mortem ejusmodi Partes amittant hanc analo-
giam, appropriationem & symbolizationem. Quod jam di-
co de Pulmone, valet etiam de aliis Partibus; & semel
pro semper hoc observandum, Egoque ipse his non multum
tribuo.

Dicit AUTOR, quòd *Ossa calcinata* Vulnera, etiam quæ
difficilioris sunt Consolidationis, consolident. Hoc non
tantùm de Ossibus Agni calcinatis, sed de omnibus aliis ve-
rum est; quoniam sunt instar Terræ mortuæ, quæ absunt
Acidum, quod Consolidationem Vulnerum aliàs impedire
solet: vid. ALEXANDER BENEDICTUS *l. 3. Prax.*
pag. 110.

Sequitur *Coagulum*. Mirum est, quòd *Coagulum Agni*,
Hædi, *Vaccinum*, & similia Lacticia, præsent in La-
cte coagulato, assumpta, dissolvendo; unde tale *Coagulum*
Animalium solent præscribere Mulieribus pro solvendo La-
cte in Mammis congruato, & Experientiam dicunt hoc
Tom. IV.

(C) *Agnus, ab άρνός castus. Agni & Hædi Coagulum potius lacteos tubulos in Mulierum Mammis constringens,*
impedimento est, ne novum Lac ad eas affluat, quàm ut jam coagulatum in eis dissolvat. Olypum (ab οίς Ovis, &
οίτρον putrescere), quod est crassa & pinguis Mucilago, ex Ovium succidâ Lanâ collecta, multo abundat Oleo, pa-
rumque Plegmatis & Salis volatilis continet: anodynum hinc est & malacicum.

ipsum confirmare, utut mihi, ut verum fatear, res videat-
tur suspecta.

Prostat quoque in Officinis *Oesypus*, quæ nihil aliud est,
quàm *Pinguedo Lanarum succidarum*. Commendatur à
vulgo in Luxatorum Doloribus, & Tumoribus Colli le-
niendis, hisque emolliendis, sed hujus loco *Butyrum Maja-*
le vel alia *Pinguedo anodyna* sufficere potest; sicut &
ZWELFFERUS in *Animadv. ad Pharmacop. August. p.*
415. ex Officinis planè rejicit. (C)

II. A L C E S . *Alces* est Animal de genere *Cervorum*, cuius
elegantem descriptionem nobis communicavit
WORMIUS in *Musæo l. 3. cap. 24.* sicut & integros *Tra-*
ctatus scripserunt ANDREAS BACCIUS de *Magnâ Be-*
stia Alce, & WIGANDUS de *Alce Borussia*.

In usum medicum accersuntur *Cornua*, *Ungulæ*, & *Nervi*.
Cornua, quæ non ampliùs sunt rara, specificè commen-
dantur in Epilepsia, Tremoribus, Spasmo, Convulsioni-
bus, ac similibus Affectibus; & in his ipsis longè præferri
solent Cervinis Cornubus, in quo ipso tamen meritò consu-
lenda uberior Experientia: vid. HOFFMANNI *Clavis*
p. 641.

De *Alcis Ungulis* notum est, quòd contra Epilepsiam, Spas-
mum ac Convulsiones commendentur, Experimentis jam
à multis annis confirmatis: & quidem non solum Internè, si
scilicet ejusdem *Rasura* mox propinetur cum *Aquâ Litorum*
convallium, vel cum *Aquâ Lavendule*, sed & externè pro
usu Amuletico appensa aut Annulo inclusa & Digno gestata:
de quo videatur SCHENCKIUS, dum solo contactu Epi-
lepticos restituit: quod à LEVINO LEMNIO in *Tr. de oc-*
cult.

D d d 2

Externè includitur Particula Annulo, gestaturque Digito, qui minimo proximus est, ut palmam respiciat. Inditur itidem Pugno, applicatur Pulsui, immittitur in Aurem (sinistram,) suspenditur de Collo, ut Cutim attingat.

Dosis ℞. & ultra ℥j.

N. 1. Dignoscitur odore, quem gratum Suffitu exhibet.

N. 2. Referunt, non quodlibet hujus speciei Animal Malo Epileptico adversari, nec omnia eadem proprietate prædita esse, sed pro Ætate, Sexu, Tempore, & ipsius etiam Ungulæ ratione, plurimum variare. Fœminæ Ungulam hac facilitate nequaquam pollere, sed Maris solum; nec Pulli, sed Adulti, idque eo tempore, quo in Venerem ferti incipit, (inter Festum Assumptionis Mariæ & Nativitatis ejusdem.) Plus etiam Unguibz posterioribus, quàm anterioribus tribuunt, & horum quidam Pedi (quod vulgatius) dextro, alii sinistro. Sunt qui velint has Ungulas ab Animalibus adhuc vivente, dicto tempore præscindendas esse. Andr. Baccius lib. de Alce.

3. Nervi, circumligantur membris Spasmo obnoxiiis.

PRÆPARATA EX CORNU.

1. Præparari potest uti Cornu Cervi, & uri.
2. Vaporari licuti Cornu Cervi philosophicè calcinatum.
3. Galeda exinde confici.
4. Spiritus.
5. Sal volatile.
6. Oleum.

PRÆPARATA EX UNGULIS.

1. Ungula præparatæ, lege communi.

cult. Naturæ miræ. lib. 2. c. 3. Historia, uti etiam SCHENCKIO Observations de Epilepsia, confirmatur. Quæritur jam, qua ratione vim epilepticam exerant? Respondetur: non tantum ob vim absorbendi Acidum, sed & aliam secretio-rem causam ab extrâ; Alces nimirum Bestia est admodum meticulosa, & à strepitu etiam Arboris in fugam pellitur: hic metus in totum Corpus transfertur, præprimis in Ungulas, & quidem posteriores, unde vis hæc dependet. Illud autem falsum est, quod quidam inde vim hanc ei tribuant, quod Animal Epilepsia tactum, Aurem Ungulæ Pedis posterioris dextri scalpat, & in eandem inferat; utut etiam HEINRICUS à BRAHE de Medicamentis epilepticis referat se habere expertum, quod portiancula in sinistram Aurem immissa, veluti scalpendo mota, Epilepticos resuscitaret, sicut MIZALDUS hoc ipsum pariter pro Miraculo refert. Verùm nugas esse CRATO in Epist. 49. pag. 60. dicit. Præter hoc etiam, quod sit rasa specificum Remedium in Epilepsia, etiam in Vertigine ac Tremore, tam partium externarum, quàm internarum, necnon Palpitatione Cordis. Item in Suffocatione uterinâ specificè commendatur; sive Scrobs, sive præparata Ungula, aliaque ejus Præparata, propinentur. Sed reverà vix existimo tantum tribuendum esse huic Ungulæ, quin alia parabilia & præstantiora Antiepileptica profrent.

De Nervis observetur, quod AUTOR habet, & non absolum videtur; id quod non tantum de hoc verum est, sed etiam de Nervis ex Hominibus & Cervis.

Inter Præparationes est Ungula præparata, quæ fit lege communi.

Ungula calcinata & Magisterium nil valent. De Magisteriis tamen obiter noto, quod ex Cornubus Animalium, Ovis, Ungulis, & similibz partibus duris, sint difficilis Præparationis, propterea, quoniam inest Mucilago glutinosa seu Gelatina, quæ impedit quod minus possit solvi à Menstruo. Ut ergo fiat dissolutio, prius coquenda sunt in Aquâ, ut prodeat Mucilago, & quasi Gelatina: hinc facile corroduntur per Spiritum acidum, sive Acetum destillatum, vel Spiritum Salis, vel aliud quoddam Menstruum, & sic soluta per Oleum Tartari per deliquitum, vel alium Liquorem, præcipitari in Magisterium. Hoc observetur quoad Encheireses, ne fiat error.

Cæterum Cornu Alcis eodem modo præparari & usurpari potest, ut Cornu Cervi, tam in Pulveribus, quàm Potionibus, dosi ℥j. ad ℥ss. imò Ignis beneficio Spiritum & Sal volatile suggerit contra Epilepsiam, Tremores, Spasmos, contra Con-

2. Magisterium fit lege communi Aceto (alii malunt Spir. Vitrioli,) ac Oleo Tartari.

N. Magisterium hoc Cineris colorem ferre refert.

3. Sunt qui Aquam ex Medullâ Cerebri destillatam, pro Arcano Epileptico habent. Vide in Homine.

4. Exhibere itidem poterit Oleum, Liquorem, ac Sal volatile, l. com.

N. Cum in Finlandiâ degerem, præfectus institutioni Generosissimi Gustavi Horn, Everhardi Filii, qui jam Generalem Majorem in Suedico Exercitu agit celeberrimum, transfossam Alcem, Generosissimâ illius Matri viduæ à Servis præsentatam vidi 17. palmos altam.

III. APER.

Aper { Mas, ærpos, Verres sylvaticus. Germ. Wildschwein, Eber. Gall. Un Sanglier.
Fœmina, Sus fera, Scropha silvestris. Germ. wilde Sau.
Porcellus sylvestris. Germ. Frischling.

Vescitur Glandibus, Nucibus fagineis, Castaneis, Radicibus Filicis, Angelicæ, & simil. Coit initio Hyemis, parit Vere.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Adeps. 2. Dens. 3. Genitalia. 4. Fel. 5. Stercus. 6. Urina.

1. Aper, ut Verri domestico cognatus est, ita & Vires communes obtinet, sed fortiores. Hinc recipitur Adeps ad Unguentum Armarium, commendatur peculiariter ad Laterum Dolores leniendos, Materiamque molliendam: rejections

vulsionem, & similes Nervorum Affectus: Vid. FINCKIUS in Encheirid. c. 6. Contra Venena & Morbos malignos laudat PANAROLLUS Penec. 3. Observat. 30.

FABER parat egregiam Quintam Essentiam Antiepilepticam ex hoc Cornu.

Ex Cerebro etiam Aqua & Spiritus cum Sale volatili per Retortam igne aperto destillari potest. (D)

III. APER. Quæ de Apro habet AUTOR, non declaro, nec opus est, saltim privato studio illa legantur.

Nil nobis in usu est, nisi Genitale, atque Dentes. Adeps internum ad Pleuritidem externè usurpatur.

Dentes imprimis in usu sunt, & contra Pleuritides, Anginas, & alias Inflammationes partium internarum Febri junctarum optimum sunt Specificum ad ℥j. in formâ Pulveris propinati. Coagulatum Sanguinem resolvunt, absorbent Acidum, quo absorpto Sudor sequitur. In Anginâ, & omnibus speciebus ejus, specificè expertus est VELERIO-LA lib. 2. Obs. 11. qui dat Rasuram Dentis Apri ad ℥j. cum Oleo Amygdalarum dulcium & Saccharo cando, & dicit, quod Mistura, uti in Pleuritide, ita & in Anginâ, sit expertissimum Remedium. Hæc Rasura Dentis Apri commendatur permista Decoctis Antipleuriticis, quoniam in Decoctis mista cum Plantis appropriatis, & decocta subministrat Gelatinam.

Testiculi Apri sunt specifici in Sterilitate Mulierum, & commendantur quoque ad stimulantiam Venerem. Aliàs quoque notum est, quod Sanguis Galli valdè stimulet.

Quod de Stercore in Sanguine sistendo habet AUTOR nosse, de Stercore potius Suis, seu Porci domestici, (de quo inferius ubi de Sue) non de Apri seu Suis sylvestris, intelligatur.

Fel Strumas discutit; Genitalibus verò illitum, Venerem stimulat.

In Folliculo felleo Lapilli interdum reperiuntur, qui in Ichtero & Nephritide specificè laudantur: vid. UNZERUS de Nephritis. pag. 124. SCHENCKIUS in Litbogen. p. 94. & TULPIUS l. 4. Observat. 51.

Urina Apri in Vesicâ collecta valdè laudatur ad comminandum Calculum Vesicæ & Renum. Comendatur etiam Lectimingis: Ipsa Vesica in furno exsiccata Epilepticis commendatur ab HEINRICO ab HEER in Spadacrene p. 276.

Dens Apri sine igne præparatus propinatur à ℥ss. ad ℥j. in Anginâ

(D) Quæ de Alcis Idæâ pavoris in Pedum posteriorum Ungulas dum fugit transmissâ, atque de ejusdem Epileptico paroxysmo, Auris sinistra Pedis Ungulâ scalptu sanato, feruntur, aded insulsa sunt, ut refutatione non indigeant. Si quid Alcis Ungula facit ad Epilepsiam, id non nisi Oleo & Sale volatili quo abundat, (quemadmodum & Ungulæ & Cornua omnium Quadrupedum) efficit. Alces inter Animalia biforca Cornigera numeratur, & propriè ad Cervorum familiam spectat. Charleton Exerc. de Animal.

nes Sanguinis sistit, (in Aceto vel Vino potum,) ad Rupta & Convulsa, (ex Aceto bibitum,) Luxatis (cum Aceto Rosarium) medetur. *Dioscorides*.

2. Dens specificè in Pleuritide exhibetur: Cynanchen (cum Oleo Limi inunctus, vel & exhibitus) curat.

3. Genitalia ac Testiculi ad Veneris impotentiam, ac Prostitutionem faciunt.

4. Fel Strumas discutit. (Urina & Cerebrum Apri, in Vesicâ in fumo suspensa, in Linimentum coeunt Tinea utilo.)

5. Stercus aridum (potum) rejectionem Sanguinis sistere creditur, id quod etiam præstat extrinsecus admotum.

6. Urina comminuit specificè Vesicæ Calculos, eosque expellit. (Lapis porcinus, ex Apri Vesiculâ felleâ, Piedra de Puerco Lusitanis, Ictericis commendatur.)

P R Æ P A R A T A.

1. Dens præparatus lege communi.
2. Fieri etiam potest Magisterium ex Dente, solvendo cum Aceto destill. & præcipitando cum Spir. Vitrioli, vel Oleo Tartari.

N. Dens Apri mucilaginosus valdè est, ideoque congelascit nonnunquam in fundo præparatum. Hanc congelascentiam ut præcaveant, solent Igni aliquantulum exponere & urere.

3. Sunt & qui Aquam ex Sanguine cum Plantis Refrigerantibus & Humefactantibus destillatam in Atrophîâ magnificiunt. Hartmannus in Pract.

Anginâ & Pleuritide in Aquâ Florum Acacia, in Decocto Florum Papaveris rhæodos, vel in Decocto Cardui benedicti, vel horum Aquis destillatis. Unde ordinariè cum Maxillâ Lucii piscis etiam Dens Apri præparatus ordinariè solet propinari. Gelatina paratur (Præparationem hanc docet WEDELIUS in M. A. N. C. Ann. 3. Obs. 72.) coquendo scilicet per aliquot dies cum Aquâ simplicî in Vesica cuprea, & hinc ad Fornacem reponendo, ut fendantur; quod signum legitimæ Præparationis, ut Gelatina Cornu Cervi, quæ nihil est aliud, quàm Sal volatile, sub formâ Mucilaginis sese sistens, & elicatum. Hæc ipsa ergo in Potu pleuritico egregium Remedium est, & idem præstat in Pleuritide, quod Dens in substantiâ assumptus; quod de Decocto Cornu Cervi & aliis similibus semel pro semper sit dictum. Quodque talis Mucilago nil aliud sit, quàm Sal volatile, patet ex eo, quòd talia Ofsa, ubi elicita est Gelatina, postmodum in Distillatione vel nullum, vel parum dant Salis volatilîs. Aliàs Dens Apri destillatus dat Sal volatile admodum elegans & penetrans.

Magisterium nihil valet.
Ex Testiculis cum aliis paratur Essentia, præsertim cum Spiritu Sanguinis Galli, quæ non tam Mulieribus in Sterilitate, quàm Viris in Impotentiâ adhibetur. Magnates quidam utuntur Essentiâ Testiculorum Apri ad promovendam Venerem.
De Sanguine, quæ habet AUTOR noster, quòd destillatus in Aquam conveniat in Hæctica, intelligendum potiùs est de Porcellis seu Suillis Nefrendibus, item non tantum de Porcellis sylvestribus, sed etiam de Porcellis domesticis. (E)

IV. **A SINUS.** Asinus inter omnia Animalia pilosa hoc habet privilegium, quòd careat Pediculis, quod observatu dignum est.

Ungula ejus solet Ungulæ Alcis esse vicaria in Morbo Comitiali, uti rectè dicit AUTOR noster.
Imprimis Sanguinem suggerit, qui prope Aures extractus contra Maniam & Furores maniacos laudatur. Modum propinandi & eliciendi invenietis in HARTMANNI Praxi Chymiatricâ, ubi de Maniâ: Tempore verno scilicet (Diem & Mensem videbitis in HARTMANNO loco citato) instituat Venæsectio prope Aures ejus, & Sanguis Linteo novo excipiat atque exsiccet. Sunt, qui in Camino exsiccant, ut de Spiritu seu Sale volatili Lignorum participet, magisque sudoriferus sit. Asservatur per integrum annum citra virium debilitatem. Sub usu recipitur hujus Linteifrustulum, longitudine unius Digiti, & latitudine Palmæ, injicitur in Aquam destillatam Hyperici, item Anagallidis flore phœniceo, vel in Decoctum horum, vel in Potum, usque dum Sanguis

IV. **A S I N U S.**

Ovis (Mas. Germ. Esel. Gall. Un Asne.
Fœmina. Germ. Eselin. Gall. Asnesse.
Pullus. Germ. Poullin.)

Animal est pigrum, melancholicum, vivax (ad annos 30.) Mense 12. pariens.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Ungula. 2. Sanguis. 3. Lac. 4. Urina. 5. Stercus. 6. Adeps. 7. Pili.

Vires.

1. Ungula in Morbo Comitiali Ungulæ Alcis vicaria censetur: (datur per mensem diebus continuis ad \mathfrak{z} ss.) nonnullis & Calvaria.

Extrinsecus commendatur Cinis ad discutiendas Strumas & sanandos Perniones (cum Oleo inunctus) ad Rimas Cutis consolidandas, Apstemata discutienda, Pterygium oculorum tollendum (cum Lacte Mulieris instillatus), ad Fœtum mortuum eliminandum, (in Suffitu,) ad Epilepticas & Hystricas excitandas (Nidore.)

2. Sanguis Sudorem ciet, pone Aures, si ex Aure extractus, Linteo susceptus, & interveniente Linteî illius infusione assumptus, Melancholici Humorî ferociam dicitur mitigare, Morbosque Incantatione introductos arcere: sunt & qui eundem ad Febrim Quotidianam exhibent. Pulli Asini Sanguis Ictericus curat.

3. Lac nutrit, abstergit fortiter; hinc utile in Phthisi, in Morbis Ventriculi, Renum Abcessu, Vesicæ Lithiasi, arthriticis Doloribus; laxat nimirum Alvum, abstergit Vias urinarias, ciet Menses.

Extrinsecus

omnis extractus sit: dehinc bibat Ager, & expectetur Sudor. Præmissis certè præmittendis, Specificum est egrèglum. Id quod non tantum expertus est HARTMANNUS; sed MICHAELIS etiam in Aulâ Altenburgensi, & in multis aliis locis, hoc ipso curavit multos Maniacos. Nam Sanguis hic infusus solet ciere Sudorem & Urinam, cujus Sudoris beneficio eisdem curat. Idem potus etiam commendatur ad Morbos ab Incantatione oriundos. Fundamentum Curæ consistit in Ideis: Nam torporis & timoris Ideæ in Asino contraria est Ideæ furoris in Maniaco, quam contrarietate suâ delet.

Ex Sanguine Asinino præparatur aliàs Essentia, quæ præferre varetur dicitur ab Epilepsia.
Sordes Aurium ex Asino illinuntur Temporibus, & solent conciliare Somnum imprimis in Febribus malignis: sed non adeo frequenter usurpanda Inunctio, ne nimis profundus excietur Somnus.

Lac Asinum potum potenter nutrit; unde usus hujus frequens est in Italiâ contra Phthisin, Hæcticam, & Exulcerationem partium internarum. Quia enim Asinus est Bestia sana & longæva, hæc ipsò Lac ejus salubrius est præ cæteris, & in Atrophîâ & Aridurîs maximè confert; laxat simul Alvum, & vi nitrosâ Urinas promovet, & præterea præfertur Lacti Bubulo in Curâ Phthiseos, & Nephritide præservandâ. Modus utendi est, ut præterpropter Agrotus Cibis dulcioribus per tres, quatuor & quinque dies probe nutriatur: post tempore matutino ab \mathfrak{z} vi. vel vij. ad \mathfrak{z} j. propinetur de Lacte Asini tepido, cui \mathfrak{z} j. Sacchari candi vel albi addi debet, ne tam facilè coaguletur. Hinc tempore vespertino duabus vel tribus horis ante Cœnam eodem modo, eademque Dosi propinetur, & ad tempus continuetur. Cibus interea dulcis sit, & minus acidus, aliàs potius augetur Malum, quàm imminuitur.

Lorium Asini contra Fœtorem Narium commendatur, per illas attractum.

Stercus porro Asinum, in Majo collectum, singulare Remedium est contra quasvis Hæmorrhagias, quocunque in loco erumpentes, & cum Stercore Sullo Remedium hoc in Regno est celeberrimum; sive propinetur in substantiâ Stercus ad \mathfrak{z} j. vel plures; sive ex Infuso in Aquâ appropriatâ exprimatur Succus, & assumatur; sive etiam fiat Symplicium.

Æ. Aquæ Plantag. \mathfrak{z} j.
Succ. Sterc. Asin. \mathfrak{z} ss. ad \mathfrak{z} j. vel \mathfrak{z} ij.
Syr. Myrsill. ad \mathfrak{z} j. M.

Hæc Potio mane in scicis Agrotantibus assumpta, & per aliquot dies noctesque continuata, expertum est Remedium in Hæmorrhagiâ Narium impediendâ, item in Hæmorrhagiâ

(E) Apri Dentes in tenuissimum Pulverem redacti, alkalinum sunt & diaphoreticum medicamentum: hinc illis in Pleuritide, Hæmoptœ, atque ad Humorû acrimoniam retundendum, exhibemus;

VI. BUBALUS.

Bubalis, Animal est Bovi figurâ & naturâ simile, majus tamen & crudelius, colore nigrum. Germ. *Buffel*. Gall. *Un Buffle*.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Cornua & Ungula*. 2. *Sevum*. 3. *Stercus*, &c.
Vires. 1. *Cornua & Ungula* medentur Spasmo (Annulus exinde factus gestatur *Digitis Manûs vel Pedis*.)
2. *Sevi, Stercoris*, &c. (in *Vulnerum Tumoribus, Sciaticâ*.)
Vires. Ex descriptione Bovis addiscere licet.
(*Stercus Sciaticæ Tumorumque duritiei* conveniens putatur.)
(*Congulum Pulli* contra potum *Cicutæ*.)
(*Urina* ad Dolores articulares.)
(*Vulva Moschi* odore siccata *Unguentariis* servit.)

P R A E P A R A T A.

Extractum Epatis Bubali fit eodem modo, quo *Extractum Splenis Bovis*.

N. Præstantius habetur, si *Sal proprium* ex *Capite mortuo* extractum admixtum fuerit.

Vires. Usus ejusdem est, cujus *Extractum Splenis Bovis*, sed promptioris efficacis.

Dosis quoque eadem est. *Hartmannus* in *Croll. Gluckr. in Beg.*

VI. BUBALUS. *Bubalus* Germ. *der Buffel*, Animal est Sylvestre. Hic repetenda, quæ dixi de differentiâ Sylvestrium & Domesticorum; aded ut quæ dicta sunt de Bove, intelligenda quoque veniant de Bubalo, in gradu tamen excellentiori; quoniam *in usu Medico Sylvestria sunt Domesticis meliora.* (H)

VII. BUFO. *Bufo* Animal est satis notum, uti ex *Antipathia*, quam fovet cum *Araneâ*, satis cognita, contra quam se munit usu *Plantaginis*: de quo plura sub *Plantaginis* dixi; unde sunt, qui volunt, quod *Lapis Butleri* præparetur ex *Araneis & Bufonibus*, quod tamen est ridiculum. *Hiistoriam Bufonis* habebitis in *WORMII Museo lib. 3. pag. 265.*

Bufones hi inter omnia *Animalia venenata* principatum tenent liquidem singulare de modo intoxicandi Cibos per *Saltem*, Veneno *Bufonum* imprægnatum, Experimentum *DEODATUS in Valetud. pag. 79.* refert, cujus fides sit penes Autorem. Sed *Venenositas hæc Bufonum* non videtur in alio consistere, quàm vel in eorum *Furore*, vel in eorum *Excrementis*, speciatim *Urinâ acris*, caustico volatili *Sale* imprægnatâ, quam *Acrimoniâ* obtinere videtur ex *Alimentis*, nempe *minutulis* istis *Scarabæis*, qui in eorum *Ventriculo & Colo* reperuntur. Quod si autem quis læsus fuerit à *Bufone*, huic læsioni seu *Veneno* resistere dicuntur *Cantri fluviatiles, Saliva humana, Cornu Cervi, Terra sigillata, Smaragdus*, & in specie *Flores Vitis*; cum his enim ingentem inimicitiam gerunt *Bufones*, uti *superiùs* dixi, ubi *de Vite*. Ipse quoque *Bufo* loco læso applicatus, brevi sanat. *Conf. Acta Hassn. pag. 265. Volum. 2.* Cæterùm Experimentum etiam præbent contra *Morsum Viperæ*, aliorumque *Serpentum venenatorum*; si nempe læsioni à *Viperâ factæ* applicetur mox *Bufo vivus* contusus, certò exinde evadunt læsi. Ipsi *Bufonibus* maximè adversatur *Pix liquida*, quæ eos interficit. Conferatur *PAULLI* in sua *παραδοξις de Febribus Malignis*, item *BORRIGHIUS in Hermet. Sipientiâ*. Observavi etiam, quod *Bufones* tactu *Olei Tartari per deliquitum*, si paucis saltem guttis externa eorum *Pellis* in dorso tangatur, miris *gesticulationibus Dolorem* prodant, tandem *Brevi* post moriantur.

Bufo tamen *mortuus omni caret Veneno*, & interno & externo usu multum facit in *Medicinâ*.

Usus quod attinet *Bufonum internum* medicum: exsiccantur, pulverifantur, ac propinantur interne pro *ciendâ Urinâ*: ratione enim dictorum *Scarabæorum* minutissimorum

VII. BUFO.

Mußos, Bufo. Germ. (*Palustris, qui minus vulgaris.*)
Krotze, 1 aafche. Gall. (*tus.*)
Un Crapaut. (*Terrestis, qui vulgarior.*)

N. Maxima fovetur *Antipathia* inter *Bufones & Araneas*, aded ut si *Bufo* subter *Araneam* ponatur, cum impetu illum interemptum hæc descendat.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Ipsi *Bufones*, & 2. *Lapis Bufonises*, (3. *Sperma*.)
1. *Bufones* siccantur in *Aère*, transfossi per caput, cololumve; siccati asservantur pro usu.
Vires. Est Animal sit deterrimum, venenosum ac abominabile; attamen non effugit usum medicum, eumque tum internum, tum externum.

Interne Pulvere ejus *Hydropicorum Aquas* per *Urinam* educi, desperatus quidam expertus est *Hydropicus*, qui præter spem attentatæ necis *Sanitatem* illo acquisivit. *Petræus in Nosolog. part. 1. Disp. de Hydrope. Wierus in Observ. de Hydrope, ut & de Præstig. Dæmon. lib. 3.*

Dosis ʒss.

(N. *Malle* ego minorem.)

Externè scilicet imponitur *Bufo*, parte quæ venter est, *Anthraxibus* (in *Aceto parùm maceratus*,) ad *elicendum se. Venenum* (quod aded feliciter præstat, ut *attrahto Veneno* intus-

intus-

Pulvis Bufonum egregium *Diaphoreticum & Diureticum* esse videtur, quo ipso & *Hydropicos* curare satagunt. Inter *Diaphoretica* etiam refert *WILLISIUS Pharm. Rat. P. 1. pag. 200.*, dosi à ʒss. ad ʒj. Nempe in *Peste ultimâ Londinensi* hujusmodi *Pulvis crebrius usurpatus* fuit. Quoad vim *diureticam & hinc Hydropis curativam*, *Experientia* hujus prima facta est casu: de quo videatur *PETRÆUS Diff. 35. Textu 54. HILDANUS in Epist. 69. C. 1. pag. 1028. SOLÉNANDER Consult. 15. Sect. 5. MARCELLUS DONATUS Histor. Mirabil. KYPERUS*, & alii. Ut autem certiore præstent effectum, recipiuntur *Bufones* *Mense Julio* transfossi, exsiccantur in umbrâ, & abscissis *Capitibus*, & exemptis *Intestinis*, subtilissimè pulveriscentur, quorum ʒss. vel gr. xij., ad summum gr. xv. *Hydropicis* tribus vel quatuor vicibus propinata, egregie agunt: ita tamen, ut tres vel quatuor dies post assumptionem interponantur, ne debilitetur *Æger*. Secretum fuit *KYPERI, Medici Lugdunensis Batav.*, qui cum ana *Sacchari* *Patienti* propinavit, & mirabilem exinde habuit effectum. Videatur *HELMONTIUS in Tum. Pests, FABER, & KIRCHERUS in Scrutin. Pests*. Alii contra *Febres Intermitcentes* propinant ante *Paroxysmum*. Sunt qui recipiunt *Bufones vivos*, eosque extinguunt in *Spiritu Vini*, vel *Vino Malvatico*, postea eximunt, totos in *Ketortam* immittunt, & per gradus igne aperto pellunt *Sal volatile*; egregium *Sudoriferum & Diureticum*; *Spiritus vero Vini* vel *Vinum*, quo extincti fuere *Bufones*, habetur expertissimum & egregium *Alexipharmacum* interne haultum.

Externè *Bufo vivus* contusus, & *Renibus* instar *Cataplasmatum* applicatus, in *Hydrope* laudatur: vid. *HELMONTIUS Tract. Ignotus Hydrops §. 36.*, ubi *Bufonem* recentem per medium sectum, & *Renem* regioni adaptatum commendat; item *RIVERIUS in Praxi l. II. C. 6.* Quin & externe contra *Malignitatem pestilentialem* adhibetur, aded ut utrumque, *Pests Curatio & Præservatio*, certò sit in *Bufonibus*, unde magnoperè commendantur: hinc non solum *Bubonibus & Carbunculis pestilentialibus* *Bufones* exsiccati applicati, omnem *Malignitatem* certò extrahunt, & ita curant *Ægrum*; sed in specie etiam ex *ejus Pulvere* cum aliis *Emplastris* pro *Bubonibus pestilentialibus* felici cum successu parat *HILDANUS loco supra citato*. Sic integrum *Bufonem arefactum* appendi posse pro *Amuleto* seu *Xenechtho* in *Peste*, videbitis tam in *HILDANO loco citato*, quàm *ZWELFFERO in Pharm. Reg. pag. 140.*, ubi in specie per *Experientiam* confirmatur efficacia *Xenechthi Bufonini* HEL-

(quam Aquam mille florum appellant) vuri præsertim, & verno tempore, ad duos & tres cyathos, brevi interposito intervallo, per octo vel decem dies epota, subsequente post biborium Jusculo, catharticum est & hydragogum: serosus enim humores per secessum & urinæ vias movet. Hinc medetur Rheumatismo, Lodagræ, Hydropi, atque Hystericæ passioni.

(H) *Bubali nomine* intelligimus Animal cornigerum, *Bufalo Italis* (quibus familiare) appellatum. *Charleton tamen discrimen facit inter Bubalum Africanum, & Buffelum ipsi dictum, atque utrumque inter Bovis sylvestris species numerat. Fortè Buffelus Charletoni idem erit cum Bufalo Africano dicto, quod ex Africa in nostram Italiam primum transvectum, hic deinceps remanserit, & nostras Animal factum. Sanè Africanum Elephas aliquâ ratione corporis structurâ & colore representat.*

IX. CAPER, CAPRA.

E St (Caper masculus, Τράγος, Hircus, Germ. Ein Ziegenbock. Gall. Un Bouc.
(Capra femina, αιξ, Capella, Germ. ein Geiß. Gall. Cbeure.

Animal est alacre, velox, superbum, Auditu acuto præditum, vorax, &c. obnoxium Febribus, Pesti & similibus.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Cornu. 2. Sanguis. 3. Lien. 4. Medulla. 5. Serum. 6. Lac. 7. Lapilli. 8. Stercus. 9. Urina. 10. Vesica. 11. Omentum. 12. Pellis. 13. Fel.

Vires.

1. Cornu, ut & Filis utimur in Suffumigiis, Pesti temporis, ut & ad Veterinosos & Epilepticos excitandos.

2. Sanguis Hircinus habetur Aleoipharmacus, obstruit, Dysentericis convenit, Sanguinem concretum resolvit, (siccat & exhibitus,) Calculum atterit.

Extrinfecus Tumores maturat.

N. Hircum mediocris ætatis (quadrimum) domi per mensem alunt, nihil aliud dando, præter Plantas Lithonripticas; hinc Æstatis principio cum Sol in Cancrum ingressus est, matant, Sanguinemque arteriosum, abjectis partibus ichorosis, concretum in Furno siccant. Vide Disp. Aug. & Norimb.

Preparata ex Sanguine.

Ex Sanguine Hircino, non minus ac ex aliis Sanguinis generibus, fieri possunt Spiritus, Oleum (quod summè in Calculo commendatur,) & Sal. Attamen præ aliis famosus

causans temperat & corrigit, & sic Inflammationi medetur, Abscessumque discutiendo præcævet.

Plura qui cupit de miris Stercoris Canini Facultatibus ad Curationem Anginæ, Dysentericæ ac Vulnerum, vid. ZACUT. LUSITAN. Medic. Princip. Cent. 1. Cur. 86. (K)

IX. CAPER, CAPRA. Caper & Capra Animalia factis sunt cognita.

Et quidem quod attinet Cornu Capri, usitatè illud adhibetur in Suffibus pro excitandis Mulieribus Hystericis, item pro exsuscitandis Epilepticis.

In usu imprimis est Sanguis ex Capro, Rusâ murariâ aliisque Balsamicis blandis nutrito; de cuius modo colligendi multa habet HELMONTIUS Traß. Pleura furens pag. 322. & Traß. Sextupl. Digest. alimenti §. 75. pag. 224. RIVERIUS in Praxi cap. de Pleuritide, ZWELFFERUS in Animadvers. in Pharm. Aug. pag. 419. PETRÆUS Nosolog. Diff. 40. VIDIUS l. 10. cap. 20. ARGULARIUS, HERNANIUS, SANCTORIUS lib. 15. cap. 4. RONDELETIUS in Confl. CRATO Conf. 150. LÆLIUS à FONTE in Consult. 84. CÆSALPINUS l. 3. cap. 29. Prax. FORESTUS in Schol. ad Obs. 28. libr. 24. PASCHALIUS lib. 1. Meth. cur. 47. BORELLUS c. 2. Obs. 88. KIRCHERUS lib. 3. de Magnet., KYPERUS in Institut. Phys. & alii quamplurimi. Sed non adeo necessarium est, ut Hircus juxta modum HELMONTII, præcisè Cornubus suspendatur. Sanguis hic non solum ex abscissis aut vulneratis Genitalibus, uti vult HELMONTIUS Traß. Sextuplex Digest., sed etiam è Collo stillans, unâ cum Sero suo, colligatur; qui juxta modum LUDOVICI in Pharmac. p. 167. in Vaporis Balneo probè, & citra combustionem, exsiccatus, præ aliis Animalium Sanguinibus Acidorum volatilius est destructivus. Hinc Experimentum egregium est HELMONTII contra Pleuritidem & alias Inflammationes, junctus imprimis cum Dente Hippopotami, Apri, Cinnabarinis, &c. vid. HELMONTIUS Traß. Pleura Furens. In Casu ab alto, Vulneribus & Contusionibus, Sanguinem grumofum dissolvit, & in Aceto sumptus potentissimè Urinam pellit, imò & egregium Sudoriferum, atque hinc secundariò Diureticum est. Quidam eo contra Calculum Vesicæ ac Renum utuntur, & inde quoque Balsamum Antipodagricum parant. Conferatur GABELCHOVERUS in libro, qui vocatur Wurttembergisch Artzener-Bu-

est Balsamum Antipodagricum ex Sanguine, qui ut modo fieri solet, ita & viribus convenit cum Balsamo è Sanguine Cervino. Vide suo loco.

N. Sunt qui exinde Tincturam conficiunt, ad Calculum, Sanguinemque coagulatum celeberrimam.

3. Lien. Lienem Capræ deligant per diem super Lienem infirmi, die sequenti ad Furnum, vel Solem suspendunt: quantum ibi exsiccabitur, tantum quoque Lienem Patientis diminui ajunt. Thesaur. Pauperum Petri Hispani.

4. Medulla Hircina acrior est ac siccior reliquis, ideoque & efficacior.

5. Serum Hircinum validissimè discutit, Podagricis auxiliatur, Stranguriam tollit (Umbilico immisum), Hæmorrhoidum Dolores lenit (suppositum,) (Dyentericis proficuum.)

6. Lac Caprinum nutrit, abstergit, Febri Hæcticâ laborantibus & Phthisicis, consumptisque ac emaciatis optime convenit.

Serum ejus præstat reliquis Seris: aperit, abstergit, incedit, laxat, hinc frequenti usu ad Infusiones purgandæ Melancholiæ recipitur.

7. Lapilli in Ventriculis & Felle reperti commendantur, vi diaphoreticâ & resolutivâ.

8. Stercus calefacit, siccat, abstergit, digerit, aperit, acrisque est facultatis.

Hinc usus præcipui in duris Tumoribus Lienis & aliarum partium, in Parotidibus ac Bubonibus, in Ulceribus desperatis consolidandis (cum Vino veteri expressum & appositum), Hydrope, (imponitur Ventri), Coxendicum Dolore: usum tenuioris est substantiæ, congruitque ad omnia vitia, quæ exurgi

chen, & SCALIGER Exerc. 344. n. 8. qui dicit: Sanguinem Hircinum in Renibus ac Vesicâ Lapidem frangere, tam verum esse, quam Solem meridie lucere. Hinc pro usu Lithonriptico Hircus seu Capra Herbis Antiscorbuticis nutritur: vid. HELMONTIUS Tr. Sextuplex Digest. pag. 74. Sic etiam Arcanum Sanguinis Hircini contra Calculum compositum videbitis in M. A. N. C. Ann. 6. Append. p. 128.

Dein destillatus Sanguis Hirci, dat Spiritum & Oleum; sicuti & aliorum Animalium partes. Oleum hoc Sanguinis Hirci in Podagrâ, Membris contractis & dolentibus egregiè prodest.

Caro Hædina prodest in acuendo Visu.

Serum Hircinum usitatissimum est in Dysentericis, & Tenesmo, si dissolvatur in Decocto Vulnerario, & pro Clystere injiciatur; ubi tam consolidativâ, quam anodynâ vi confert; potenter enim Exulcerationes Intestinorum purificat & consolidat: à ʒss. ad ʒj. usurpatur, nunc in Aquâ appropriatâ, v. g. Florum Acaciæ, nunc in Vehiculo Aceti non destillati; sic probè tecto Ægro Sudorem fortiter prolicet. Nunquam Oleum admiscendum, aliâ nimis coagulatus. Quin & eorporiston inde contra Stranguriam paratur, si recipiatur Serum Hircinum è Candelis, hocque Virga & Umbilicus inungatur, & Stranguriam brevi sedat: sed hoc multos spe suâ fefellit; si verò addatur Oleum destillatum Corticum Aurantiorum, magis juvabit.

Lac Caprinum præ aliis Lactis speciebus turget Sero nitroso & Nitro volatiliori, indeque magis absterfivum ac diureticum est, omnes vires in gradu eminentiori obtinet, quæ Sero Lactis Vaccini adscribuntur. In specie autem pro usu antiscorbutico & Æstu compescendo Lac & Serum Lactis Caprilli commendatur, uti & in Curâ Podagræ, imprimis si Capra nutriatur Herbis Articularibus, Podagræ Curæ destinatis; tunc enim mirè commendatur, si hauriatur methodo dictâ. Lac Capræ pastæ Purgantibus, moderatè, & simul tamen egregiè, purgat Infantes per Nutricem, si propinetur Nutrici. Omnibus præstat Lac Capræ propter copiam Serii & Nitri volatilis; quoniam spirituosum & agile est Animal, & hinc purum dat Lac, quod minus, præ aliorum Animalium Lacte, in se continet Materiæ caseosæ. Nam in Lacte, quò minus est talis Substantia caseosa, eò elegantius & efficacius est in Curâ Morborum, quia omnes noxæ à ferosâ Materiâ proveniunt.

Stercus rarioris usus est; quia tamen nitrosius reliquis est, hinc externè adhibitum vi resolutivâ, & Tumorum duriorum

(K) Canis inter Quadrupeda digitata semifera numeratur à Charletone. In ejus extispicio hoc singulare deprehendit idem notat: quòd scilicet Intestinum Colon in eo (ut & in Lupo, & Vulpe) desideretur: quòd Canalis Chyliferus prope Glandulam Renalem sinistram deferatur, ut eandem prorsus contingat, nec tamen ingrediatur, sed à latere ejus ad Receptaculum commune progrediatur. Canis utrum propter medicum usum expetendus, an potius propter venenatum morsum refugiendus sit, judicent qui horrendam Rabiei & Hydrophobiæ perniciem callent. De Hydrophobiâ hic Tom. 2. col. 1622. Dissertationem inseruimus.

extergi volunt, ad Alopecias, Lichenes, &c.

Intrinsicæ convenit Splenicis, exhibetur itidem in Ictero, Menstruis retentis, & Morbis similibus.

9. *Urina* (*Hirci*) commendatur præ reliquis omnibus Urinis ad Calculi attritionem, Urinæque expulsionem (calidè,) ut ex *Hirco* egeritur, epota.

Hinc convenit & in Hydrope, &c. (destillata.)

10. *Vesica Urinaria* exsiccata ac pulverisata Urinæ incontinentiam peculiariter curare dicitur.

Dosis ℥j. exhibita.

11. *Omentum* mitigat feroces & ebullientes Spiritus (calidè impositum): hinc prodest in Doloribus Colicis, in Maniâ, &c. Præterea Urinam obstructam pellit, Ventri impositum.

12. *Pellis* sedat Diarrhœam (*Decoctum* ejus bibitum), sistit Hæmorrhagias, præcipuè Narium, (*Cinis Pilorum* inspersus.)

N. Hadus est Pullus Caprinus, seu tenellus Caper, infra mentes sex constitutus, eapropter ut Naturâ cum Capris convenit, ita & Viribus, quas tamen ratione juventutis teniores & imbecilliores obtinet.

13. *Fel* Febrim Quotidianam curat, (cum *Pane ana*, & *Ovi Albumine*, addito *Oleo laurino* in *Cataplasmâ* redactum, & Ventri impositum.) *Petr. Hispanus*.

X. CAPRA ALPINA, SEU RUPI-CAPRA.

D Ama. Germ. *Gembse*. Gall. *Une* [Mas. *Chevre des Alpes*, *Une Daim*.] [Fœmina.]

rum discussivâ, valet; unde in Podagrâ & Œdemate cum Urinâ Ægri subactum, & instar *Cataplasmatis* applicatum, egregiè juvat.

Urina Hædi vi diureticâ laudatur in Calculo pellendo, eodemque præservando, eaque calida adhibenda. *Urinam Hirci* HARTMANNUS præfert omnibus aliis Diureticis. Conferatur HELMONTIUS de *Lith. C.* 7.

Vesica urinaria ad Urinæ incontinentiam prodest certissimè.

Ungula Capræ, vel etiam *Vesica*, imprimis hæc in Ollâ concremata seu combusta & ex *Poscâ* sumpta, medetur iis qui noctu stragula permungunt, si assumatur sub ingressum lecti. (L)

X. CAPRA ALPINA seu RUPICAPRA. *Caprea* seu *Rupicapra*, Germ. *die Gembse*, est ista species Caprarum sylvestrium, quæ altissima Montium adscendunt sine Vertigine, & sine ullâ noxâ.

Medicinalia quæ subministrat, sunt quidem illa plurima, sed tamen rari usûs: e.g. *Sanguis*, quem ROCHAS de *Aquis Mineral. l. 1.* in Vertigine hauriendum commendat, hic locorum haberi non potest.

Ex *Animali* ergò hęc, tanquam in his regionibus raro, nil nisi *Lapis* sic dictus in usum medicum venit, quem in Ventriculo continet, propter quem Animalia hæc imprimis venantur, & iste est Medicinalis, vocaturque aliàs *Ægagropila*; de qua videatur GEORGIUS HIERONYMUS VELSCHIUS, *Medicus Augustanus, Dissert. de Ægagropilis*. In Ventriculo nimirum secundo ipsius Damæ hi Lapilli generantur; Bruta enim Ruminantia solent habere quatuor Ventriculos. Malè tamen ad Lapides referuntur, cum basis seu fundamentum eorum sint saltem compages Filamentorum, ac Fibrarum duriorum *Vegetabilium*, quibus *Rupicapræ* vescuntur, in specie *Doronici*, quæ difficilis digestio nis sunt: circa quæ coagmentatur durior & viscosior Chyli pars, & tandem beneficio Fermenti coagulatur in Lapillum; cujus signum est istud, quod reperiantur instar Pellicularum conglobatarum, ita ut appareant similes Ceparum Pelliculis, & una supra alteram appareat, sicuti in Cepis conspicitur; vid. BORELLUS *C. 1. Obj. 5. p. 10.* HARDE RUS *Apiar. Observat. 14. p. 57.* & SACHSIUS in *Gammarelogiâ*. Vocantur quibusdam *Bezoar Germanicum*, quæ ratione enim generantur hi Lapilli, eadem generantur Lapilli in Capris Indiæ tam Orientalis, quàm Occidentalis, dicti *Bezoar*, de quo paulò post. Et quidem omnes Lapilli, qui reperiantur in Animalibus, in Homine, in Bobus &c.

Caprarum Genus Sylvestre est, magnitudine ac figurâ Domesticis conforme, amans Alpes, gaudens Herbis Alpintis & sabulo nascentibus, præcipuè *Doronici Radice nigra*.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Sanguis*. 2. *Seorum*. 3. *Jecur*. 4. *Fel*. 5. *Stercus*. 6. *Lapis*.

Vires.

1. *Sanguis recens* Vertiginis est medela (bibitus.)
2. *Seorum* Phthisi exulcerationique Pulmonum succurrit (cum *Lacte* assumptum.)

3. *Jecur*. Alvi fluxum sistit, (*Pulvis* assumptus.) (Ad Vertiginem etiam eo utuntur.)

4. *Fel*. Oculorum nubeculæ, Nyctalopiæque auxilio est.

5. *Stercus* Calculum atterit & expellit.

6. *Lapis* (seu *Pila* potius) in Capsulâ supra Ventriculum nonnullarum Rupi-caprarum (Mascularum imprimis, circa Autumni finem ex *Radicibus Doronici* comestis) reperiri solet, (ut *Bezoar* reperitur,) magnitudine variante, & maximâ ad Juglandis magnitudinem ascendente, colore nigro, odore dum frangitur gratissimo.

Hujus *Vires* Experientia docuit insignes ad Febres Malignas, Venena, Pestem, &c. Unde alii *Bezoar Germanicum* vocant (quidam *Ægagropilam*.)

Dosis gr. xv. ad xx. ad præcavendum gr. iv. vel v. *Casp. Baubinus de Lap. Bez. c. 15.*

De

beneficio Fermenti acidi volatilis coagulantur; sicut etiam illi, qui sunt in Vesiculâ Fellis, etiam ex Acido exorbitante fiunt, quando scilicet coagulat se in Calculum benefici Alkali salini in Bile.

Differunt *Ægagropilæ* seu Lapides Magnitudine imprimis: Odorem habent jucundum, & Pondere sunt leves. Multi usûs in Medicinâ.

Quæritur autem, unde habeant suas virtutes. Respondetur: Habent suas virtutes duplici fonte: virtutem præcipuantem & diaphoreticam ex Sale nitroso; virtutem verò alexipharmacam vel specificam à Plantis, quibus vescuntur, è quarum Fibris in Ventriculo relictis coagmentantur. Unde etiam non omnes Lapides, in quibuscunque Animalibus reperti, statim sunt alexipharmaci & bezoardici; sed obtinent aliam suam virtutem ex Plantis & Alimentis, quibus vescuntur. Cum verò *Rupicapræ* vescantur imprimis *Doronico* & aliis *Alexipharmacis*, *Ægagropilæ* etiam sunt alexipharmacæ, & Malignitati resistentes, & quia *Doronicum* est Specificum contra Vertiginem, *Ægagropilæ* etiam ex *Doronico* nascentes Vertigini resistunt. Unde *Funambuli* adscensuri *Funem*, solent se præmunire *Doronico*, ne decendant, & risum spectantibus moveant.

Quoad *vires* ipsas, *Pilæ* hæc vi sudoriferâ pollent in Pleuritide, Variolis, & præ cæteris in Partu difficili, Fœtu & Secundinis expellendis, ubi ad ℥j. exhibentur. *Dn. D. MICHAELIS* in Partu difficili Principissæ Altenburgensis egregium inde effectum aliquoties observavit. Longè tamen præstantior in Partu difficili est *Lapis albescens in Rupicapris ex peculiari Capsulâ circa Hepar extractus*, extus albicans, intus albidior, è succo chyloso concretus; cujus *Dosis* est à gr. v. ad vj. Epilepsiæ quoque medetur. In Dysenteria Lapides hi sunt singulare Remedium, cujus fluxum sanguineum coërcent. In Quartanâ conveniunt, si præmissis Universalibus propinentur ante Paroxysmum; absorbent enim Acidum, & subsequente Sudore Quartanam curant. In Lipothymia & palpitatione Cordis ex Malo hypochondriaco; uti & in Vertigine per consensum cum hypochondriaco Malo, latet egregium Remedium in hęc *Rupicapræ Lapide*: & dum est *Alexipharmacus*, prodest in Affectionibus Epidemicis, v.g. ratione virtutis alexipharmacæ convenit præter Dysenteriam simplicem, etiam in Dysenteria epidemica malignâ, quæ sæpius populariter grassatur.

Cæterum cum alia prostant Remedia magis familiaria ejusdem efficacis, propterea raro adhibetur Concrementum hocce. Specialia qui cupit, adeat VELSCHIIUM loco allegato. (M)

XI. CA.

(L) Capra, & Hircus inter Quadrupeda, ruminantia, cornigera, notissimum Animal. De Hirci Sanguine, Helmontiano modo præparato, id tantum notaverim, quod eâ ratione adeò ab Autoribus decantatas illius vires in praxi non experiamur, fortassis quia vix ad semidrachmam, nescio quo majoris doses timore prebent, illum exhibeamus: ad duas sanè & plures drachmas assumtus Sudorem movet.

(M) *Ægagropila*, quasi *Pila* sylvestris Capræ, est sanè Concrementum ovalis figuræ, cortice lapidescente circumscriptum, in secundo *Rupicapræ* Ventriculo genitum, ac verbis ab Animalis devoratis, sed integrâ ruminatione haud subactis,

De *Damarum Pilis*, seu *ÆGAGROPILIS*.
Ex *Appendice*.

Plla *Damarum*, seu *Ægagropila* pulchrè, & fusè explicatur à Dño *Welschio*, singulari *Tractatu* doctissimo. Oriuntur in Ventriculi primo aut secundo loculo, quem Venatores *Capsum*, aut *Bursulam* dicunt. Cornigeris enim & Ruminantibus Animalibus quadrifidus Ventriculus est, vel ipso teste *Aristotele* l. 3. part. anim. cap. 14. quem dispescit *Severinus* p. 303. part. 4. *Zootom. Democr.* in *Peram, Ollulam, Conclave cellulatum*, & *Ventriculum* propriè sic dictum. Non autem in omnibus Rupicapris Pilæ reperiuntur, sed saltem in nonnullis, ubi vis coagulans exuperat. Ortum trahere putant quidam has Pilas à comesto *Doronico*, cui addit *Welschius Scabiosam montanam, Asterem montanum luteum, radicem odoratarum, Chamædrys marem, Veronicam Alpinam, Teucrium Alpinum, Lotus odoratam, Pimpinellam majorem, Daucum montanum, Carlinam, Imperatoriam, Sedum Alpinum, Vitamque Idæam &c.* *Ægagropili*, aut *Ægagropilæ* calidæ sunt & siccæ, aperiunt, rarefaciunt, leviter adstringunt, attenuant, & extergunt: ac proinde sunt Diuretica, Hydrotica, Sudorifera, Fœcundantes, Alexipharmacæ. Usus illarum est in Febribus simplicibus, & malignis, Capitis defectu & Doloribus, Affectibusque aliis Comatosis, quæ omnia fufius exposita lege apud *Welschium*.

XI. *CAPRI-CERVA ORIENTALIS*, è qua
LAPIS BEZOAR ORIENTALIS.

Est Animal Persiæ ac Indiæ Orientalis, partim Cervo simile, partim Capræ: hinc fit, ut aliis Capricerva: V. g. dicitur Capra Indica, *Amato*; Capra Montana, *Monardo*; Capra sylvestris, *Lacuna*; Pazon, *Persis*.

OFFICINALIA NATIVA.

Lapis Bezoar Orientalis, qui est Lapis in dicto Animalis repletus (ac potissimum in Proventriculo, hinc & in Ventriculo aliisque cavitatibus internis), Figurâ scilicet variante, ovali, rotundâ, sessili, & intus cavâ (meditullio *Paleam*, *Pilos* vel simile continente) superficie lævi & splendente. Substantia è Laminis instar Cæparum sese invicem incumbentibus compacta; variante item Colore (plerumque atro-virente, hinc dilutiùs virente, pallecente, cineritio, fulvescente, melleo, &c.) Odore nullo; variante Magnitudine & Pondere, plerisque scilicet infra Juglandis magnitudinem constitutis, nonnunquam & paulò majoribus.

N. Dantur & *Adulterati* seu *Falsi*, confecti scilicet ex Lapidum fragmentis & Pice artificiosè coagmentatis. Item ex Cretâ, Cineribus Testarum, Sanguine sicco, & Lapidibus Bezoar minoribus pulverisatis, & cum Liquore incorporatis: Item ex Cinnabari Antimonii Mercuriali, Ignis artificio compactis,

XI. **CAPRICERVA ORIENTALIS** à qua **LAPIS BEZOAR ORIENTALIS**. *Capricerva* ita dicitur, quoniam Animal est inter *Capras Cervasque* quasi medium; similitudinem enim habet ferè partim cum Cervâ ratione figuræ, partim cum Caprâ nostrâ Europæ à ratione magnitudinis & proprietatum; nisi quòd *Capricerva* longiora & erecta gerat Cornua, ac quædam earum Pelle verficolorè, *Tigridum* instar, indutæ sint. Hæ *Capricervæ* tam in Indiâ Orientali in Provinciâ ac viciniâ Persiæ, *Ægypto* & Chinâ, quàm Occidentali inveniuntur. Conferatur *MARGGRAVIUS*.

In usu præprimis est *Lapis* ejus durus, variæ magnitudinis, splendidus foris & quasi levigatus, coloris ut plurimum atrovirentis, è plurimis Lamellis sibi invicem incumbentibus coagmentatus, qui Linguâ Persicâ vocatur *Bezabar* seu *Bezoar*, hoc est *Venenis resistens*. Ad hujus imitationem & nos omnia Remedia, quæ resistunt Venenis potenter, vocamus *Bezoardica*, v. g. *Tinctura Bezoardica D. Michaëlis, Essentia Bezoardica*, & sic porro; non ratione Lapidis Bezoar, quoniam horum nullum ingreditur, sed ob virtutem similem diaphoreticam & resistendi Venenis.

Lapis hic *Bezoar* invenitur in anteriori seu primo Ventriculo, qui vocatur *Omasus*, ut ut interdum, si sit major, etiam in reliquis Ventriculis reperiatur. Modus generandi est idem, atque superius dixi de *Rupicapris*.

Quæritur: quid de his Lapidibus sit statuendum? notus enim usus eorum decantatissimus, cujus tamen insignes sint fallaciæ propter crebriora Adulteria seu Sophisticationes; & hinc est quòd sæpiùs irritò usu sit præscriptus *Lapis Bezoar*, aded ut *GUARINONIUS, Medicus Italus, in Conf. 216.* dicat, se nunquam vidisse, quòd *Lapis Bezoar* aliquid laudari dignum præstiterit. Imò *HILDANUS C. 6. Obs. 89.* dicit, quòd hic *Lapis* frequenter usurpatus maximè soleat nocere; & habet *Obs. 88.* Exemplum, quòd ex intempestivo *Lapidis Bezoar* usu fuerit producta *Quartana & Mors*. Artificium ergò consistit in eo, ut falsus à vero cognoscatur & discernatur. Cæterùm hoc est difficultatis maximæ in cognitione & electione; id quod clarè deducit *HILDANUS C. 4. Obs. 14.* Hinc *AUTOR noster octo Bonitatis Notas* apposuit, quibus & nona ex *PHILIPPO BALDE in Descript. Indiæ Orientalis* addi possent, quæ hæc est: *Recipiatur Lapis Bezoar, exactissimè ponderetur, post injiciatur in Aquam simplicem per viginti quatuor horas, hinc exemptus si exactum rursus pondus habeat, quod habuit, antequàm erat injectus, genuinum dicunt; sin verò pondere est auctus aut imminutus, ceu falsus est rejiciendus, cum verus Lapis aded compactus & solidus sit, ut Humorem nullum imbibere queat. Plura de Notis Bonitatis videbitis apud BAUHINUM cap. 26. WORMIUM, CLUSIUM, & BARTHOLINUM in Artibus Hassniens.*

Quoad Virtutes *Lapidis Bezoar*, longus in decantandis his est *ZACUTUS LUSITANUS L. 1. Med. Princip. Hist. 21.* & verum & decantatissimum sunt genuini Lapidés, ut

dixi, *Remedium*, quatenus tanquam *Concretum alcalinum* (nam destillati Sal volatile suggerunt) *Acida vitiosa*, sive sint benignæ sive malignæ conditionis, *Lapillorum Cancrorum* instar, absorbent; (de quo conferatur *BARTHOLINUS l. a. & TACHENIUS Hipp. Chym. pag. 166.*) & in Morbis venenatis, *Peste*, & *Febribus malignis, vi sudoriferâ* seu *alexipharmacâ* singulari pollent, in quibus horum efficaciam commendat *HILDANUS C. 5. Obs. 29.* & *SENNERTUS in Paralipom pag. 184.* socians imprimis cum *Pulvere Pannonico rubeo, Pulvere Bezoardico Sennerti, aut Ludovici, Antimonio diaphoretico, & similibus*. Unde polychrestus horum usus est: sicut & in *Syncope* post *Purgationes nimias* in *Palpitatione Cordis*, & ubicunque vel *Acidum absorbendum*, vel *Acrimonia temperanda*, vel *Humores resolvendi*, convenit. Testatur *ZACUTUS LUSITANUS*, in *Melancholiâ hypochondriacâ* aliisque conducere, in debità tamen quantitate præscribendus. Sed dubium est: an vi propriâ sint alexipharmacæ? an verò virtute *Succorum Vegetabilium assumptorum, qui unâ Corpus ejus constituunt?* cum ultra spæram *Bezoardicorum* non operentur, adeoque solis in *Febribus Malignis* non fidendum sit. Sic *DIEMERBROECK Tract. de Peste p. 205.* *Bezoar* optimum *Oriente* ad ʒʒ. imò ʒiv. frustra se adhibuisse testatur; sicut & *CRAÏO in Tract. de Peste Cervinis & Antimonialibus* postponit.

Ut ut ergò *Bezoar* valdè commendetur in pellendis Venenis, nihilominùs ejus usus est rarus & ferè exoletus apud *Anglos*, & omnes ferè *Modernos*, ut propter creberrimam *Adulterationem* vel rarè vel nunquam utamur *Lapide Bezoar*, quia inter mille apud nos vix unus genuinus reperitur: quod imprimis patet ex eo, quoniam longè copiosiores sunt apud nos in *Germaniâ*, & viliori etiam constant pretio, quàm in ipsâ *Indiâ Orientali*, viciniâque *Persiâ*, ut ut suo loco natali, ut pote in quibus rariores sunt & cariores, quàm apud nos; imò *Magnatibus tantùm* dantur, & vix unus ad *Mercatores* pervenit genuinus. Et licet omnes genuini sint, non tamen omnes vim habebunt alexipharmacam & sudoriferam, sed isti tantùm, uti rectè dicit *WORMIUS in Museo*, qui ex *Animalibus montanis desumpti* sunt, & ex *Plantis salubribus* viciant: sicut vix datur *Cervorum Damarumque* genus, in cujus Ventriculo aliâve parte internâ non generentur tales *Lapides*, qui tantùm ex depascentiâ *Herbarum salubrium, bezoardici* seu *alexipharmacæ* fiunt, & pro *Lapide Bezoar* venduntur: non omnes enim *Lapides Bezoar* sunt alexipharmacæ, sed ii tantùm, quorum *Animalia vescuntur Herbis alexipharmacis*; unde *Lapis Bezoar* præstantissimus habetur *Persicus*, quoniam in *Persiâ Contrayerva* copiosè crescit, quàm depascit *Capricerva*. Quoniam verò est nimis pretiosus, *Experientia* etiam ejusdem effectûs pauca est aut nulla, quoniam in tam paucâ & parvâ dosi, ad grana nempe v. vel vj. ad summum, præscribitur, sub qua nihil operatur & rarè solus; ita ut de ejus vi specificâ parum vel nihil certi concludi queat. Conferatur *ZWELFFERUS*

subactis, factum. Talia lapidea Concreta in Animalium visceribus reperta pro Alexipharmacis, ut Lapis Bezoar, habentur.

partis, tinctis, &c. Qui sanè non modò citra utilitatem, sed & cum detrimento in usum accersuntur.

Nota ergò *bonitatis* ab Authoribus passim notatæ sunt.

1. *Forma* Renum aut Ovi columbini exterius lævigati diversa, utpote quæ Signum Lapidis adulterati.

2. *Structura* Laminis multis instar Cæparum sese invicem incumbentibus; iisque singulis glabris, lævibus, splendore coruscantibus; quod tamen alii reprobant.

3. *Cavitas* (Meditullium) expers rei heterogeneæ præter Pulverem, quidam malunt inclusam Paleam, Festucam, Graminum & similia.

4. *Pondus* aliis levius, nonnullis gravius.

5. *Commistio* cum Calce, i. e. si Lapis humectatus, & Calci vel Muro affricus, Calcem colore viridi tingat: si Lapis Calce vivâ (cui admixta Aqua) inunctus, paulò post flavescat: si Lapis Chartæ Cretæ oblitæ affricus viridem inducat lineam: si Pulvis cum Calce vivâ mixtus colorem ex pallido virentem ferat (quod tamen non de omnibus verum esse potest.)

6. *Friabilitas & Dissolutio* in Aquâ, quæ tamen itidem & falsi Lapidis propria esse non nequit.

7. *Liquatio*, i. e. si Acus candens intrudi possit.

8. *Disparitas* Fragmentorum cum Gypso aut Terrâ (in duritie scilicet.)

9. *Experimentum*.

Veram enim verè summa in dijudicatione Lapidis cautio adhibenda est, neque absque Notarum syndrome de bonitate quid certi statuere expedit. Præstantissimus tamen inter cæteros habetur *Persicus* (quoniam in Persiâ *Contrayerva* copiosè crescit, quam depascit Capra.)

Vires. Corroborat, Sudores ciet, Alexipharmacus est, ideoque utilis in Vertigine, Epilepsiâ, Lipothymia, Palpitatione Cordis, Ictero, Colicâ, Dysenteria, Vermicatione, Calculo, Menibus obstructis, Partu difficili, Melancholiâ. Præcipuè autem in Peste Febribusque Malignis, Venenis assumptis. Quin & extrinsecus adhiberi poterit in Scrophulis apertis, Cancro ulcerato, & similibus.

Dosis à gr. iij. ad xij.

RUS in *Append. ad Animadv. pag. 65.* Semper enim à ℥ss. vel gr. xv. ad ℥j. vel ʒss. dari debet, teste WILLISIO *Pharm. Rat. Volum. 1. pag. 200.* Propter nimiam tamen caritatem & adulterationem Lapidum Bezoardicorum sufficiat *Lapis Bezoar Artificialis alexipharmacus*, Naturali simillimus, *Craffellii*, quem videbitis in M. A. N. C. *Ann. 6. Append. p. 28.* Nos utimur *Bezoardico Minerali*, vel *Antimonio diaphoretico*, vel etiam Medicamentis ex *Cornu Cervi* paratis: sicut etiam RULANDUS in *Tractatu de Morbo Hung. pag. 147.* aperte testatur, quòd Cornu Cervi nobilissimum sit Lapide Bezoardico. *Succedaneum* igitur loco nobis sufficit *Calculus humanus*, & *Lapis Fellis bubuli*, qui longè meliores sunt Bezoar, & egregii in pellendâ Urinâ, ciendo Sudore, & etiam vi alexipharmacâ in curandâ Peste: id quod de Calculo humano expertum fuit Modernorum Anglorum *Experientiâ* in ultimâ Peste Londinensi; sicut & arbitror, quòd Lapides in nostrorum Animalium Ventriculis reperti earundem futuri sint virium.

Plura qui cupit, videat PHILIBERTI SARAZENI *Epistolam de Notis Bezoar*, MANLII *Epist. ad Cratonem*, HYELE *Tractat. de Lapide Bezoar*, CATELANUM, ENCELIUM *de Reb. Metall. lib. 3. C. 49.* CLUSIUM in *Exotic. BAUHINUM*, qui integrum & exactissimum *Tractatum* habet *de hoc Lapide*, PRIMEROSIUM *de Error. Vulgi lib. 2. cap. 36.* ZWELFFERUM *loco allegato pag. 17 & 65. ac in Pharm. Reg. HORSTIUM in Disp. 242.* GUIBERTUM in *Medico Officioso*, *Tractatulo de Peste p. 511.*, qui non inelegans est, & usum Bezoar propter fallaciam rejicit: & denique WORMIUM in *suo Musæo*, item HILDANUM *C. 5. Obs. 29. C. 6. Obs. 89.*

Quoniam ergò minùs tutus est usus lapidis Bezoar tam

(N) *Quamquam verum Bezoar Orientale dicatur Lapis in Ventriculo Capricervæ, Indici Animalis Capram & Cervum aliquâ ratione representantis; nihilominus accurati Naturalis Historiæ indagatores ajunt, nomine Bezoar venire posse Lapides omnes in Cysti Felleâ quamplurimorum Animalium, præsertim Orientalis & Occidentalis Indiæ, repletos. Lapides enim hi ex Animalium Bile concreti, Sale volatili alcalico abundant: hinc Acidum perdomant, & transpirationem sudoremque sollicitant. Haud igitur vanum erit veri Bezoar (semper frustra questum) succedaneum Lapis quicumque in nostratum etiam Animalium Cysti Felleâ inventus. In aliis quoque Viscerum Cavitatibus, & præcipuè in Ventriculo Caprarum sivestrum, Aprorum, Simiarum, Lapides (Bezoar quoque appellati) concrepescunt, ex laminis sibiipsis superimpositis, Nucleum quandoque ingesti ab Animalis Fructibus continentibus. De vero Lapide Bezoar geminam habet Dissertationem Dñus Gothofredus Junior Actor. Academ. Scient. Anno 1710. & 1712. illiusque bonitatis Notas esse ait: ut fuscus sit: flavo colore Calcem vivam, viridi Cretam afficiat: non solvatur in Aquâ: si Ferro candente perforetur, haud bullæ eleventur, quæ Resinæ permissionem significant: Laminae exiles sint, nec faciliè secedant: Moles exigua: Figura demum Renem, Ovum, vel quid simile referat.*

XII. CAPRI-CERVA OCCIDENTALIS.

Est Animal Peruanum, Capricervo Orientali simile, Cornibus tamen orbem, depascens Herbas salutiferas. Dicitur Vicuniras, seu Taraguas, *Jos. à Costa.*

OFFICINALIA NATIVA.

Lapis Bezoar Occidentalis, qui est Lapis in locis iisdem Animalis, ut de priori dictum, citra rem heterogeneam in Cavitate mediâ contentam, tunicatim concretus, Orientalibus ut plurimum major, superficie scabrâ, colore cinericio, albo, nigro, obscureve virente, (qui optimus.)

N. Præstantiores habentur (uti & Orientales) ex Animalibus montanis exempti.

Vires. Iisdem viribus celebris est cum Orientalibus, cujus tamen bonitati non parùm cedit. Hinc utilis compertus est in Affectibus Cordis, Venenis, Febribus Pestilentialibus, Quartanâ (cujus Symptomata mitigat), Melancholiâ, Morbis diuturnis, Lumbricis, Epilepsiâ, & similibus. Nec minùs & extrinsecus convenit in Vulneribus venenatis (inpersus.) *Monardes.*

Dosis major quàm Orientalis, scilicet gr. vi. ad xx.

N. 1. Peculiare habet, quòd Alvum quoque nonnihil moveat.

N. 2. Affertur & *Lapis Bezoar ex Novâ Hispaniâ*, sed Peruano aliquantulum vilior, & debilior.

XIII. CAPREOLUS, CAPREA.

Δ ορνός (Mas, Capreus. Germ. Rebebock. Gall. Chevreuil. δὲρξ. (Fœmina, Caprea. Germ. Rebegeisz.)

Animal est corpore Cervum referens, Cornu exigua alens, Cervinis ferè similia, moribus timidum, lepidum, alacre, cursu velocissimum, visu æquè noctu ac interdiu pollens.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Caro. 2. Coagulum. 3. Jecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Stercus. *Vires.*

Orientalis, quàm Occidentalis, propterea rarò prostant ex eo *Preparata*. In MYNSIGHTII tamen *Armament. Chym. pag. 29.* habetur *Bezoar Potabile*, per resolutionem & extractionem Lapidis Bezoar; & *pag. 34.* prostat *Magisteriam Lapidis Bezoar*. Qui tamen habet *Lapidem humanum*, *Minerale Bezoardicum*, *Antimonium diaphoreticum*, vel *Cornu Cervi*, securus est de *Lapide Bezoar*. (N)

XII. CAPRICERVA OCCIDENTALIS. De hac videatur MARGGRAVIUS. *Lapis fractu* est difficilior, minùs splendens, superficie scabrâ, & Orientali major, ita ut BARTHOLINUS in *Epist. 79. Cent. 2. ad sex Libras mercatoriâs*, id est, ℥ix. se vidisse referat.

Quæ dixi de Lapide Bezoar Orientali, de Occidentali quoque sunt intelligenda; nam de similibus idem est iudicium. Observatum tamen est, quòd Lapis Bezoar Occidentalis in duplâ dosi vix præstet, quod Orientalis in simplici. Ut ergò tales præstet effectus *Lapis Bezoar Occidentalis* in duplâ dosi est præscribendus. Reperitur etiam, uti in *Capricervâ Orientali* dixi, in *Cervis nostratibus* Lapis non minoris efficaciz quàm Lapis Bezoar: sicut & *Lapis Fellis bubuli* ad ʒj. propinatus idem præstabit, ac Lapis Bezoar Occidentalis; aut si quædam est differentia, saltem est in *Herbis*, quibus vescuntur: aliàs in virtute absorbendi & Sudorem movendi, idem sunt cum Lapide Bezoar: nam vis hæc consistit in Sale volatili falso alcalico.

Lapidem Bezoardicum Artificialem parare docet PRÆVOTIUS *Hort. Med. p. 33.*

XIII. CAPREOLUS, CAPREA. *Capreoli & Capreolæ* seu *Capreæ* forma satis est incognita, de quo non

1. Testiculi genuini ambo ex uno oriuntur principio.
 2. Adulterini Testiculi majores ut plurimum existunt.
 3. Genuini sunt gravis & ingrati Odoris, validi, acris mordacis & amari Saporis, Substantia fragilis. Fugendum potro nigrum & rancidum Castorium.
- Vires.* Calfacit 3, siccit 2, attenuat, aperit, Flatus discutit, Nervos nervosaque partes, adeoque Caput roborat, Spiritus animales torpidos excitat, Venenis resistit, Sternutationem ciet, Anodynum est, Menfes promovet. Hinc proficuum est in Lethargo, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Paralyfi, Vertigine, Artuum Tremore, Defluxionibus ad Articulos, Sarangulatu, Uteri, Dolore colico; idque usu tum externo, tum interno. Insuper Tinnitus Aurium ac difficultatem audiendi corrigit (Auri inditum) Dentiumque Dolori succurrit.
- N. 1. In Strangulatu Uteri variis modis adhibetur, admoventur Naribus, subligatur Axillis, inditur Umbilico.
- N. 2. Opii virulentiam corrigit (unde Guainerio Opii Bear dicitur.)
3. Pellis opem fert Podagricis & Paralyticis (parata & induta.)

ribus applicatum, Lethargicos excitat; uti etiam refocillat, qui ex Vaporibus narcoticis ex Carbonibus, Cellis cerevisariis, vinariis vel similibus, somnolenti sunt. In Paralyfi, Affectibus Abdominis torminosi & flatuosis, Colicâ v. g., Passionibus hystericis &c. frequentissimi usus est, externe appensum. Hinc etiam in Affectibus Apoplecticis, Epilepticis, ubi graviter Stimulantes Revelentisque præscribuntur Clysteres, iis addi solet. In Tinnitu Aurium, & similibus Affectibus Aurium, egregium est Bombaci involutum, & Auribus applicatum. Ii qui Castoreum secum gestant, in Aquâ facile suffocantur & submerguntur, quod utat mirum videatur, nihilominus Experimentiam adducit BARTHOLINUS C. 2. Hist. 17. Obs. 16. ubi mira habet de Castorei vi in submergendo sub Aquis.

Cautelam circa usum Castorei HOECHSTETTERUS insinuare vult Dec. 4. Cas. 2. pag. 369. Nempe ubi Habitus biliosus, Humores attenuati & tenues, Spiritus subtiles ac mobiles, ipsius usum vix convenire; bene autem in Corporibus humidis & pituitosis. Videbitis plura loco citato. Vix tamen universalem hic ponendam Legem Experimentia docet.

Quoad *Preparata*, prostant in Officinis *Aqua Hirundinum cum Castoreo*; & *Aqua Vite Mulierum cum Castoreo*: quæ medentur colicæ Passioni, ut & Passionibus hystericis: imprimis si Epilepsia conjuncta sit cum Passione hystericâ, aut in Epilepsiâ per consensum Uteri, *Aqua Hirundinum cum Castoreo* conducit.

Oleum Castorei infusum frequenti usu usurpatur in Paralyfi & Tremore Artuum *Inundione* externâ: ante Paroxysmum frebilem inungitur Spinæ Dorsî, in specie in Quartanâ, ad imminuendum Rigorem febrilem.

Oleum Castorei destillatum rarum, & propter Empyreuma horridum est: quod si tamen non tam per Retortam, quam potius per Vesciam cum sufficiente quantitate *Aquæ* destilletur, habebitur *Oleum* minus foetidum & efficacissimum, quod in amissâ Loquelâ propter Paralyfin Linguæ instillatur non sint fructu & successu. Multi parant *Extractum*: verum sic multum de substantiâ volatiliore exhalat. Medetur Passionibus colicis & hystericis, in quibus commodè permiscetur *Clysteribus*; sicut etiam in *Clysteribus* Stimulantibus & Revelentibus pro Affectibus apoplecticis & epilepticis præscribi solet.

Frequentius autem sub formâ *Essentiæ* adhibetur, quæ potens est Remedium in omnibus prædictis Affectibus Nervinis, imprimis in Cardialgiâ colicâ convulsivâ, & Passionibus hystericis. In Apoplexiâ & Epilepsiâ cum *Aquâ Liliorum convallium*, vel *Aquâ Salviæ* & similibus solet præscribi. Variolas tam præservat quàm curat *Essentiâ Castorei*, expellendo Malignitatem, & per Diaphoresin discutiendo; unde hanc *Essentiâ* quilibet sibi habeat commendatam, quando

(P) Castor à castrando ridiculè quibusdam dictum, quod scilicet vulgè creditum sit, illum dentibus propriis evellere Testiculos, ut Venatoribus eâ de causâ persequentibus abiciens, seipsum liberet. Testiculi enim amphibio huic Animali exigui sunt & Spinæ adhaerent: nec Castoreum, quod pro usu medico à Venatoribus quaeritur, in Castorei Testiculis continetur. Amplam exactissimamque Castoris Anatomem habemus in Actis Regiæ Scientiarum Academiæ Anno 1704. ex Cl. Sarraceni Epistolâ à Tournesfortio excerptam. Ibi nascitur, in parte inferiori Ossis Pubis hujus Animalis, quatuor esse Folliculos, Marsupiorum in modum, quorum duo extantiores, alii obscuriores: in primis, post trium membranarum involverum, continetur materia resinosa, molliuscula, inflammabilis, ingrato odore: quæ aëris actione sensim durefcens, ac fusca & friabilis reddita, est verum Castoreum Officinarum. In aliis vero bimis Folliculis, melleus item, pinguis & unctuosus continetur liquor, flavo-pallidus, foetidus, sed Castoreo inferior. Mira sunt, quæ de Castoreum Republicâ, eorumque in natandi & fabricandi arte industriâ, narravit Naturaliam Americanarum verum Scriptores.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum Castorei infusum*. Vide *Dispens. Aug. & Norimb.*
2. *Oleum stillatitium*.
N. *Castorei* q. v. dissolve in *Aceto*, aut macera in *Vino ejusve Spiritu*; hinc destilla l. igne per Retortam vitream.
N. 1. Rectificatum *Aceto*.
N. 2. Procedi itidem potest, ut in Destillatione Olei Philosophici, *Laseres*, sed ignitos, *Arungiâ* imbibendo & destillando.
3. *Electuarium Diacastorium*. Vide *Dispens.*
4. *Extractum* sit l. c. cum Spiritu Vini rectificato.
N. Alii extrahunt cum *Aceto destillato*, quo rursus abstrahendo reiterant *Spiritus Vini*. *Quercetanus* adhibet *Aquam destillatam* convenientem, v. gr. *Melissâ*, *Calendula*, *Paonia*, aut similes *Antiepilepticas & Cephalicas*, maceratque in B. M. (dies 4. aut 5.) *Pharmacop. Rest. cap. 25.*
Dosis à gr. v. ad xii.
(Paratur etiam *Essentiâ liquidâ*, *Tinctura*.)

XV. CA-

In Morbis Malignis Acidum Nervos irritat, ut in Variolis cum Epilepsiâ observatur: *Dosis* est ℞j. ad ℥ss. vel sola, vel cum aliis Appropriatis: e. g. *Essentiâ Myrrhæ*, *Succini*, *Spiritu Cornu Cervi rectificato*, & *succinato*, & similibus sociata. Eadem *Essentiâ* & externe convenit in difficili Auditu, Tinnitu Aurium, & Murmuratione earum, similibusque Affectibus Aurium; ubi à guttulâ i. ad ij. Auribus prius purgatis, instilletur, vel cum Bombace indatur: idque eò melius, si cum *Essentiâ Castorei* permisceatur *Spiritus Formicarum*, mirum est, quantum faciat in Affectibus Aurium: Tinnitum arceat, & fortiter discutit, nam Spiritus Formicarum per se est specificus in Aurium Affectibus. Sic applicatur Abdomini & Umbilico in Colicâ & Passione hystericâ cum Linteis. Partus tempore vix præsentius datur Remedium, quàm *Essentiâ Castorei*, quatenus Fœtum promovet, & Dolores post Partum præcavet. Pariter & in Aphoniâ seu Loquelâ amissâ frequentius confert, & egregium Experimentum est in Affectibus apoplecticis & similibus. Fluorem album alterat, cum *Essentiâ Succini* in *Aquâ Hystericâ* vel *Vino generoso*. Optimus *Essentiâ* hanc parandi modus est cum *Spiritu Vini probè tartarifato*, vel cum *Tincturâ Tartari ipsâ*, vel cum *Sale Tartari*, vel *Spiritu Vini*, vel *Spiritu Formicarum*, vel alio quodam appropriato: Conferatur *LUDOVICI Pharm. pag. 644. & 645.* Acidis præparandum non est Castoreum, quia ab Acidis invertitur nonnihil textura ejus salina volatilis oleosa, & ita quasi castratur. Pro Affectibus nervinis etiam cum *Spiritu Salis ammoniaci visoso* extrahi potest.

In ZWELFFERI *Pharmacopœâ Regiâ* p. 67. prostat *Essentiâ Castorei composita*, quam inter alia commendat ad expellendas Variolas & Exanthemata alia: & B. D. LANGIUS ex *Castoreo* & *Asâ foetidâ* *Essentiâ* parabat *Anodynam* dictam, cum *Spiritu Vini tartarifato* aut *Tincturâ Tartari*. Hanc propinabat non saltem in Affectibus uterinis & hystericis, sed speciatim præservandis Variolis ac Morbillis, & ne Foveæ remanerent. Si verò tempestive ante Febrem adhiberi posset, Variolas omnino præcavere: præsentem autem jam Febre, expellendæ sunt, & demum adhibenda hæc *Essentiâ*. Prostat etiam in Officinis ex *Castoreo*, tanquam *Basilis*, *Electuarium Uterinum Crollii*: ad cujus imitationem *Electuarium temporaneum* ex *Essentiâ Myrrhæ*, *Galbano*, *Succino*, *Castoreo*, *Campborâ*, aliisque.

Pellis Castorei combusta Hæmorrhagiam sistit. (P)

XV. **CATUS DOMESTICUS.** *Catus domesticus* Animal est iracundum, & exinde in Irâ rabidum, venenosum & virulentum: quâ de Virulentia & Malignitate Felium videatur KIRCHERUS in *Scrutinio Pest. pag. 406.* ubi habet Exemplum de rabidâ Fele interfectâ, atque Hospitibus in cœnâ appositâ, iisque exinde in Furem & Rabiem

XV. CATUS DOMESTICUS.

A λυρῶ, Γαλιόττις, (Domesticus, Germ. Katze, Hausz-
Felis, Catus. (butze. Gall. Un Chat.
(Sylvestris. Germ. wilde Katze.

Animal est libidinosum, visu acuto.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Axungia. 2. Sanguis. 3. Caput. 4. Stercus. 5. Pellis.
6. Secundina.

Vires.

1. Axungia Cati castrati, calfacit, emollit, discutit, mirifice Articulorum Affectibus prodest (colicis Doloribus & uterinis.)

N. Præstat Axungia Cati sylvestris.

2. Sanguinis guttæ tres (ex Venulâ sub Caudâ apertâ Cati maris) Caducum penitus curant (eputæ). Seebwensch. Quin & Cati Sanguinem, (ex incisâ Aure detractum Herpeti cum successu vidi inunctum.)

3. Caput Cati nigri incineratum ad Oculorum vitia, Un-

biem actis: imò quòd Halitus etiam sanarum sit venenatus, & disponat ad Phthisin, Tabem & Atrophiam.

Rari autem usus est Catus domesticus.

Mulo-Medici seu Veterinarii ex eo volunt præparare Medicinam Catholicam pro Curâ Vaccarum, Equorum, &c. hoc modo:

Felem vivam coquunt in Aquâ, donec Caro contabescat, & ab Ossibus secedat: Decoctum refrigeratum infundunt Bestiis ægrotantibus, quâ hausâ Aquâ Decoctio- nis Cati, curantur.

Axungia est imprimis in usu medico contra Epilepsiam, habitâ Sexûs ratione: vid. SCHMUCK in Curat. Medico Magicis. In cujus tamen defectu præfertur Axungia Cati sylvestris.

Aliàs Felibus pro Curâ Epilepsie tertiam Caudæ partem abscindunt, & ex illo erumpentes tres guttas Sanguinis propinant Ægro calidas in Aquâ Florum Tiliæ, & dicunt, expertum esse Remedium ad fuscitandos Epilepticos, in Paroxysmo propinatam, observato saltem Sexu: vid. HILDESHEIM in Spicil. 7. p. 609. In Erysipelate Feli vel Cato nigro Auricula vulneratur, atque exinde exstillans Gruor Parti erysipelacæ inungitur, superimposito Linteo sicco, illicò Erysipelas dicitur curare, aliàs Erysipelas recedere solet: id quod testatur LOTICHIUS Obs. 97. (Q)

CATUS SYLVESTRIS.

Catus sylvestris frequentius in usum venit Medicum, cujus Axungia efficacissimum dicitur Remedium in Colicâ, in cujus Paroxysmo graviore guttæ quædam liquefactæ, & Umbilico instillatæ, egregiæ sunt: Sexûs tamen ratio habeatur, ita ut recipiatur, Masculus pro Mare, & Fœmella Cati pro Fœminâ, uti refert HILDESHEIM Spicil. 7. pag. 609. In Epilepsiâ, præter ea, quæ habet AUTOR, pariter est certissimum Remedium Abdomini illita. Refert namque BRUNNERUS, quòd ex Felis sylvestris Fœmellâ inuncta Axungia Umbilico, Fœminæ Epilepsiam curet: sin ex Fele sylvestri Masculo, sanet Epilepsiam Masculi; & hoc confirmat SCHMUCK in Curat. Magico Maguet pag. 9 & dicit strenuè: Res mira! Axungiam Felis, habitâ Sexûs ratione, statim inunctam Umbilico Epileptici, si curabilis sit Epilepsia illam post ejus usum brevi cessare: sin verò sit gravis, ita ut exinde Mors superveniat, brevi post Epilepticos interire. Quod an verum sit, experiendum. Tandem contra Atrophiam Axungia Cati sylvestris reliquis Pinguinibus præfertur externè illita, quoniam impedit, ne Membra ulterius contabescant, sed potiùs illorum Nutritionem adjuvat. (R)

XVI. CATUS ZIBETHINUS. Catus Zibethinus, Germ. Zibeth Katze, est Animal peregrinum, quod reperitur in Insulâ Ceylano, quæ est illorum plenissim. Tom. IV.

guem, Nubeculam, Albuginem, &c. Remedium præstantissimum esse, si quotidie ter insuffletur, scribit Mizaldus.

N. Venenum, quod Felibus adscribitur, in solo Capite ac Cerebro stabulatur, non in reliquo Corpore, utpote quod in Cibum nonnullis venit.

4. Stercus (cum Sinapi ana & Aceto illitum) Alopecias curat, & Podagricos juvat.

5. Pellis gestatur ad calfaciendum Ventriculum, Articulosque contractos.

6. Secundinam de Collo suspendunt ad Oculorum Affectus arcendos. Præferuntur autem Cati primipari, ejuisque nigri.

XVI. CATUS ZIBETHINUS.

Zibeth Katze. Germ. Gall. Une Civette.

Animal est peregrinum, ad nostras oras tamen transportatum, à nonnullis oblectationis ergò ali cæpit.

OFFICINALIA NATIVA.

Zibethum (Civeta, Zibetta,) quod est ejus Excrementum (seu

ma, de quorum staturâ & figurâ videantur Rerum exoticarum Orientalium Scriptores.

Animal hoc multum expostulatur, imprimis propter Liquorem junta Testiculos situm, qui dicitur Zibethum: quod ipsum itidem non est ex Testiculis Bestiæ, sed omninò sunt distincti Testiculi à Vasculo Zibethico. Nam Vesicula Zibethi est Membrana vel Folliculus membranaceus Cuti intus impactus, hispidus & hirsutus, in medio habens rimam, ita ut primo aspectu fœmineum Genitale videatur. Et quidem sita est inter Testes & Penem in Maribus, sic tamen, ut æquè ac Castoreum, nullum habeat commercium cum Membro & Testibus. Intrinsicè coninet Cavitatem, cujus parietes glandulosa Substantia incrustat, durior ipsis Testibus; per quas Glandulas transfudat istiusmodi Liquor ab iis elaboratus, quem nos vocamus Zibethum, quod in Cavitate Folliculi ita elaboratum & rectificatum, per Cochlear parvum, vel per Instrumentum etiam, eximitur, & pro usu ad nos transfertur.

Plura qui cupit, videat JONSTONIUM in uberrimâ Historia Animalium, & CASTELLUM, qui de hoc integrum Tractatum conscripsit, de Hyenâ Odoriferâ inscriptum; ubi habet ejusmodi Anatomem & alia, quæ huc pertinent. Deinde etiam plura videri possunt in BARTHOLINO, qui habet de magnitudine, staturâ & figurâ Cati Zibethini C. 4. Hist. 1. & Cent. 5. Hist. 49.

Zibethum ipsum per se est Liquor fatidus, tantillum tamen aded illitum fortem & suavem spirat Odorem. Internè propter Odoris fragrantiam, in parvâ nempe dosi, solet misceri Spiritibus odoriferis, Aquisque analepticis. In magnâ dosi reverà foetet instar Stercoris, sed in minimâ dosi spirituosus & oleosis additum, mirè Odores intendit. De vi autem confortativâ multum adhuc digladiantur Auctores, & irrident illos, qui pro tali scopo adhibent. Nam propter istam Odoris penetrantiam non ab omnibus æquè ferri potest. Sunt enim quædam Mulieres hystericæ & hypochondriaci Mares, qui vix Odorem ejus ferre possunt, non secus ac nonnullæ Mulieres à Castoreo abhorrent. Propter raram enim Spirituum Animalium texturam nimis commoventur hi ipsi à talibus Odoribus, adeoque in inordinatos motus abrepti, facile Spasmos Viscerum interiorum excitare valent. Aliàs hæc ipsa Subjecta optimè ferunt Zibethum: nam hystericis Mulieribus cum aliis Odoriferis Aromaticis & Carminantibus, item cum Castoreo, optimè intrè propinari potest in Passione hystericâ, utut rarò internè usurpetur. Maribus verò Umbilico illitum in Colicâ convulsivâ, Specificum singulare fuit PARAGELSI, qui vel solum, vel cum Oleo Nucis moschata inunxit; Tormina enim quæcunque Abdominis, etiam cum Oleo Laurino mixtum insigniter alleviat. Imò sunt, qui ex Ziberbo, Moscho, Oleo Masis & similibus Remedium parant, quod usurpatum Mulieres hystericas diu à Paroxysmis præservat, modò non Nares nimium feriat; unde Mulierculæ, dum Passionibus hystericis corripiuntur

(Q) Felis (seu Catus), est inter domestica & nobis familiarissima Animalia connoveretur, at tamen & formâ, & ingenio (si quidem irritetur) Tigridi comparanda. Nonnunquam in Rabiem transit, ejuisque Morsus Homines ad Rabiem quoque adigere, novum non est. Nos Juvenem non multis ab hinc annis à rabiosâ Fele demorsum, horrendâ defunctum Rabie vidimus.

(R) Sylvestres Feles in sylvestribus locis Arboreas scandentes, & ex unâ in alteram insilientes vidimus: ferum sanè Animal, & à domesticâ Fele, hispidioris corporis habitu, vultûsque ferociâ discrepans. Cl. Charleton amplam effert descriptionem, elegantemque Iconem, Felis Sylvestris ex Indiâ Orientali in Caroli II. Anglorum Regis Thierotopion inventæ. Hanc Persico nomine Siyah-Ghush b. e. nigris auribus, appellat.

(seu *Sudor* ,) inter Testiculos concretum, Vesicâ involutum, ex qua incisâ *Zibethum* depromitur .

Vires . Galidum , & humidum est atque anodynum . Usus erebri in Dolore colico , (inungitur Umbilico ,) in Dolore Ventris Infantum , in Strangulatu Uteri applicatur Vulvæ , vel cavernulæ Umbilici .

XVII. C E R V U S .

Eλαφο (Mas , Cervus . Germ. *Hirsch* . Gall. *Un Cerf* .
(Fœm. Cervæ . Germ. *Hin* , *Hinden* . Gall. *Une Biche* ,
(Hinnulus .

Animal est vivacissimum (ad annos 100 .) Cursu velocissimum , Cornua quotannis mense Aprili deponens , coit mense Augusto & Septembri , circa diem Ægidii : parturit mense octavo .

OFFICINALIA NATIVA.

1. Cornu . 2. Corium . 3. Os de Corde . 4. Genitale . 5. Testiculi . 6. Sanguis . 7. Lacrymæ . 8. Medulla . 9. Semen . 10. Talus , seu Astragalus . 11. Lapis .

Vires .

1. Cornu crudum resistit Putredini , Malignitatem corrigit , Sudorem ciet , Balsamum humanum corroborat . Hinc usus ejus proficuum in Variolis , Morbillis , Febribus putridis

& malignis , aliisque Morbis , ubi Sudore opus est . Incoqui potest *Decoctis* , macerari in *Infusionibus* (quippe in substantiâ exhibitum , crudum ferè egetitur .)

N. Commendatur collectum intra Festivitates B. Mariæ , i. e. inter 15. Augusti , & 8. Septembris .

Preparata ex Cornu .

1. C. C. usum . Vid. lib. 2. cap. 43.
2. C. C. preparatum , fit ex usso , quod cum *Aquâ Cordiali* l. a. lavigatur .

Vires . Vi suâ siccante Putredini resistit , Fluxus Alvi sedat , Vermes necat , Sudores ciet , Medicinaque est Infantibus familiarissima .

Dosis à ℥j. ad ℥j. & ultra .

3. C. C. *Philosophicè calcinatum* . Vide lib. 2. cap. 43. Sudores ciet , Morbis malignis confert .

Dosis ad ℥ss.

4. *Magisterium* . Cornua raspata solvuntur in *Acet. destill.* præcipitantur per *Ol. Tart.* vel *Vitrioli* , edulcoranturque abluitione cum *Aquâ* . Hinc siccata servantur .

N. 1. Alii solvunt cum *Spir. Sal. Nitr.* quò dein rursus abstracto , *Magisterium* in fundo relictum edulcorant . In abstractione à *Spiritu Salis Nitri* cautione opus est , ne sc. Accensio , quæ facillè accidere aliàs potest , damnum pariat . Gaudius ergò procedunt , qui *Solutionis ℥iv.* affundunt *Aqu. fontan. Mensur.*

untur , Zibethum inungunt Vulvæ ; dicunt enim valdoperè delectari Vulvam Odoriferis : & dicunt insuper , Zibethum si inungatur Naribus , Passiones hystericas inducere ; si verò inungatur Vulvæ , eandem curare . Porro externè etiam pro Exercitiis Venereis roborandis cum *Oleo Majoranæ* vel *Spicæ* , aliisque appropriatis laudatur . Imò sunt qui *Zibethum* cum *Balsamo Apoplectico* Glandi Penis illitum pro Fœcundatione laudant , præprimis iis , qui frigidioris sunt naturæ . Zibetho si inungantur Indulia , omnes fugantur Pediculi : sed *Unguentum* pro tali usu nimis est pretiosum . (S)

XVII. C E R V U S . *Cervi Historiam* fusè describit *GRABBA* in *Elaphographiâ* , *GEORGIUS AGRICOLA* de *Usu Cervi* , *CASPAR HOFMANNUS* in *Paralipomenis* , & *WORMIUS* in *Musæo* l. 24. Totus meritò alexipharmacus & diaphoreticus dicitur , & omnia ex eodem parata eandem virtutes alexipharmacas & sudoriferas & obtinent , & potenter etiam exferunt .

Specialissimè in usu est *Cornu* , idque quodvis . Cornu hoc reverà est Concretum medium in Animali & Vegetabili Regno : nam est reverà *Truncus* è *Cervo* crescens : & perplacet eorum Opinio , qui renovationem in Cornibus Cervinis inde fieri dicunt , quòd Plantis novellis utantur Cervi victu . Curiosum nempe est , quòd Cervus non castratus quotannis nova generet Cornua , atque tunc quando Cornua sunt dura & perfecta , Cervus Veneri inhiare soleat ; Contra in *Cervo* castrato nunquam Cornua decidere certum est , sed ea perpetuò conservat . *BURRHUS* & alii mutationem Cornuum singulis annis ex eo fieri dicunt , quòd Cervi Serpentina vescantur , qui & ipsi Exuvias deponere solent . Optimè autem hæc ipsa , uti & *Historiam* , quomodò Cornua Cervi renascantur & decidant , habet *REDI* in *Experim. circa res ex Indiâ allatas* , item *SACHSIUS Gamma-rol. pag. 182. & 462.*

Cæterùm *Cornua* hæc sunt vel *Tonella* , quæ Surculum arboreum referunt , Cortice suo nonnihil hirsuto vestitum , suntque humidiuscula & rore sanguinolento resperfa ; vel *Indurata* , ubi adoleverint , quæ , ut *Arbores* , arida fiunt ; hinc ad perfectionem proventa , decidunt sponte , quia non amplius aluntur à Succo nutritivo . Unde ex ipsis Cervis colligi debent , quando in summo perfectionis statu sunt , scilicet tempore verno , quando Cervus recentibus Plantis vescitur , decidua , vel intra duos Dies sæmineos , i. e. 15. Augusti & Septembris : tunc enim sunt maturiora & ponderosiora , interius magis compacta , magis dura & magis albicantia , ac Spiritu & Sale volatili , Oleoque copiosissimo imprægnata ; quod etiam de Spiritu dicitur : efficacior enim ex talibus Cornibus destillatur : contrario modo sese habet cum Cornu Cervi immaturo , quod non adeò est ponderosum ; siquidem magis porosum , & in medio lituras & vestigia Sanguinis exhibet .

Quoad *utendi modum* , Cornu Cervi rarè crudum & saltem raspatum aut pulverisatum usurpatur , quoniam est duriusculum & difficilis digestionis , utut etiam interdum sub tali usu in Mortario probè tritum propinari possit in Affectibus , ubi Acidum in primis viis est obtundendum , & blandâ diaphoresi opus est : sic reverà aliis *Dentibus* vel *Cornibus* , v. g. *Unicornum marino* , aut *Ebori* , æquipollet ; imò debito tempore collectum , ad *HORSTIO* ipsi *Lapidi Bezoar* præfertur , & meritò : sed ejus loco præparatum potius , & ita in molliorem consistentiam redactum , usurpatur .

Preparata autem Cornu Cervi pro usu alexipharmacico , sudorifero & expulso Veneni , nunc *sine igne* , nunc *cum igne* .

Id quod *cum igne* præparatur , est *Cornu Cervi usum* , & est id quod remanet post destillationem *Spiritus* , *Olei* , & *Salis volatilis* , & postmodum ad albedinem calcinatur . Est pura Terra mortua , seu Cornu omni virtute activâ privatum , nullumq; amplius habet usum in scopo diaphoretico & alexipharmacico , nisi per accidens seu privativè : Acida nempe quælibet primarum viarum potentissimè & avidissimè imbibendo , & ea insipida reddendo aut alterando , atque ita activitatem ejus in alias Corporis partes impediendo : utut

1. Mirè in Diarrhœis & laxitate Intestinorum Humidum absorbendo *adstringat* ; adeoque in Morbis Acutis cum Fluxibus Alvi , Hæmorrhagiis , Vomitu , Cholera , &c. commodissimè propinari potest : vid *HORSTIUS* in *Problemat. Decur. 1.*

2. Ubi est Acidum abundans in Intestinis , potest propinari : nam & Acidum , & varios hinc inde Succos acres potenter *absorbet* .

3. Ubi sunt *Lumbrici* in Intestinis , potest propinari , quoniam illos pellit , præcipuè Infantum , teste *Experientia* .

D. MICHAELIS *Cornu Cervi* cum *Antimonio* , ana , lævigata , in Crucibulo calcinavit pro *Pulvere Antidysenterico* : cujus Compositionem videbitis in *HOFFMANNI Class. Schrader. l. 2. C. 77.* Cornu Cervi hoc cum *Antimonio* calcinatum *HARTMANNO* in frequenti usu fuit in *Dysenteria* epidemicâ ; addit simul *Aurum* , & vocavit *Antimonium Solare cum Fructibus Calvaria* .

Eligatur potius pro usu alexipharmacico *Cornu Cervi sine igne* seu *Philosophicè calcinatum* , coquendo scilicet leviter cum *Aquâ simplici* , vel *Appropriatis* , donec mollescat , & fiat friabile aliquantisper ; vel suspendendo *Frustula Cornu Cervi* in Alembicum , quando destillantur *Aquæ in Plantis* adeò ut ascendens Vapor penetret partes suspensas , & exinde fiant molles & friabiles ; quæ præparatio dicitur *Calcinatio vaporosa* . Utroque modo extrahitur *Cornu Cervi Gluten* roridum nutritivum mucilaginosum , quod , levi Frigore in *Gelatinam* condensatur . Hoc Cornu Cervi ita præparatum , de Sale volatili & Oleo quidem , ceu principiis activis , sub *Gelatinæ*

(S) Animal ferens Zibethum ad Felium Genus , formæ ratione , reducant , vocantque Felem odoratam , Gatum Zibethicum , & Hyænam odoratam . Folliculum circa Inguina (aliis quoque Anum) gestat , in quo odoramentum , Zibethum dictum colligitur . Hoc autem concretus Liqueor est , unctuosus , flavescens , odore forti & ingrato , nisi tantillâ mole , cum aliis commixtus adhibeatur .

3. *Testa tritæ* exhibentur Calculosis, rimas Manuum fiant & consolidant.

Pinguedo (in elixato *Brodio*, ubi id refrigerit, supernatans,) Oculorum Rubedini Doloribusque medetur, Defluxiones ad Oculos intercipit (Fronti cum *Albo Ovi* imposita.)

4. *Mucus salivofus* (quem compunctæ *Cochleæ* reddunt,) emplasticus est, ideoque glutinans, Defluxionesque ad Oculos intercipientis (in *Anacollematis*.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Aqus stillaritia*. E Carne mense Majo vel Octobri per MB. prolecta convenire dicitur *Asrophia* laborantibus. Epar nimirum corroborare statuitur.

Extrinsecus Faciem fucat.

2. *Cinis Cochlearum*. Exsiccant, incrassant, Cutis Rimas ac Scabriciem exsiccant. Synoviam (*das Gued-Wasser*) sistit.

3. *Liquor Limacum*.

Rubri Limaces concisi misceantur cum pari pondere *Sale communis*, conjicianturque in Manicam Hippocratis, ut in Cellâ desuant in Liquorem, quo dolentes Partes podagricæ illinuntur, & *Verrucæ* scalpello prius abrasæ faciliè averruntur. *S. Clossai*.

(*Liquor Limacum* Ani proidentiam tollit.)

XIX. CUNICULUS.

K *κύνκος*. Germ. *Kungle Kunglein*. Gall. *Coucil*, ou *Lapin*.

tur, tam secundum AUTORIS manuactionem ex *Cochleis concussis* & *Sale communis*, vel melius cum *Sale Tartari* conspersis in loco frigidiusculo, ubi in *Liquorem* egregiè *Cosmeticum* desuunt, quàm simpliciter ex *Cochleis* vel *Limacibus* Acubus pertusis sponte suâ effluens: uterque *Liquor Sale* volatili alcali temperato, id est minus oleoso, imprægnatus est; ratione cujus in Ardoribus & Doloribus, ex Acido viscido oriundis, in specie in *Podagrâ*, egregiè *Anodynum* & *Refrigerans* est egregium *Remedium*.

Testæ Cochleatæ congeneres sunt *Testis Cancrorum fluviatilis*; hinc usus pariter *diureticus* est. Unde aded decantatæ sunt in Curâ *Hydropis* per *Urinam* curandæ. *Usurpandi* modus est, ut tantum exsiccantur & pulveriscentur. Tempore hyberno *Opercula* habent, quo se contra *Hyemem* defendunt; hæc benè abluta, & pulverisata, pariter per *Urinam* curant *Hydropem*, si singulis mane & vespertino tempore fumantur in convenienti *Vehiculo*, quantum *Cultelli* cuspis capit. Alii recipiunt dicta *Opercula*, resolvunt in *Spiritum Salis*, resoluta per abstractionem *Menstrui* coagulant, & per deliquium fluere faciunt. Talis *Liquor diureticus* egregius est in *Hydrope*. Loco *Spiritus Salis* in *Vino acidulo*, vel *Aceto*, solvantur, & idem erit. (V)

XIX. CUNICULUS. De *Cuniculo* nihil habeo, quod dicere possim. (X)

XX. ELEPHAS *Blephas* est Animal satis cognitum, cum hinc inde transportetur raritatis gratiâ. Officinis nil suggerit nisi *Dentes*, *Ebur* dictos, qui ex *Maxillis* prodeunt, & foras prominent: interdum sunt in-

Animalculum est *Leporini* generis, timidum, secundum admodum & prolificum.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Integer ustus*. 2. *Azungia*. 3. *Cerebrum*.

Vires.

1. *Cuniculus* totus exustus medetur *Anginæ*, seu *Faucium Inflammationibus* (cum *Costo* & *Folio illitis*.)

2. *Azungia* *Articulis* & *Nervis* induratis utilis est.

3. *Cerebrum* *Venenis* resistere creditur, alioquin *Leporino* correspondens.

XX. ELEPHAS.

E *λέφος*, *Elephantus*. Germ. *Elephant*, *Helfant*. Gall. *Un Elephant*.

Animal est rarissimum, vivacissimum, placidum ac docile.

OFFICINALIA NATIVA.

Soli Dentes, *Ebur* vulgè dicti.

Vires.

Ebur refrigerat & siccant moderatè, adstringit, incidit, *Viscera* roborat, *albas Mulierum Fluxiones* sistit. *læro* convenit, *Lumbricos* fugat, *diuturnis Obstructionibus* confert, *Stomachi Dolores* & *Imbecillitatem* abigit. *Epilepsiæ* medetur, *Melancholiam* arcet, *Putredini* ac *Venenis* resistit. Adhibetur

gentis satis magnitudinis, aded ut in *Indiâ Orientali*, & in regione *Magni Mogol*, inveniantur tantæ magnitudinis, ut in utroque possit insidere *Homo* sine gravatione & molestiâ *Elephantis*.

Ebur hoc pro more *Dentium* firmioris & compactioris est consistentiæ, & *Sale* volatili magis concentrato imprægnatum. In *Medicinâ* est magni usus, vix autem nobilior est *Cornu Cervi* nostrate, imò ferè inferius, minus de *virtute alexipharmacâ* obtinens, ut ut *structurâ* suâ ferè coincidat; unde & omnia *Remedia*, quæ ex *Cornu Cervi* parari possunt, inde habentur. Præ *Ossibus Dentibus*, & speciatim *Ebur*, attrita & magis corroliva *Acida* potentiùs imbibe, ab istis excitatas *Effervescentias* compescere, *Phlogoses* vagas reprimere, speciatim post *Iræ* excandescentiam varia metuenda *Mala* præcavere, item contra *Abortum* præservativè convenire, & *Fluorem album* nonnihil reprimere solet.

Eodem modo tractari potest ac *Cornu Cervi*, eadem quoque *Producta* suggerit: imprimis præparatur tam *sine igne* seu philosophicè, quam *cum igne*, uti dixi de *Cornu Cervi*. Præ cæteris tamen usitatissimum est *Ebur phitosophicè præparatum* pro scopo temperandi *Acidum* oberrans in *Corpore humano*, & compescendi *Phlogoses* ac febriles *Ebullitiones* eminet; dumque *Ebullitiones* febriles sistit valdè commendatur in *Febribus Ardentibus*, item *Malignis*, propinatum nunc solitariè, nunc cum *Antimonialibus Diaphoreticis*, nunc cum *Corallatis Absorbentibus*, nunc cum *Salinis Abstergentibus*, nunc cum aliis præscribitur. Valdè roborare dicitur *Hepar*, seu convenire in *Massæ Sanguinæ* deficiente *crassi*

(V) *Cochleæ*, & *Limax* *Insecti Genus* notissimum, cujus due præcipue *Differentiæ*: quædam enim *Testâ* in spiræ modum convolutâ conteguntur, quædam nuda ortæ nuda gradiuntur. *Utræque* *Androgyni* sunt. De *Limacibus* curiosa habet *Dñus Poupertius*. *Curiosissimè* autem ab eo observatus est *illarum Cornuum motus*, qui sic habet. *Contrahuntur Cornua* & absconduntur ex contractione *Musculi oblongi*, qui ex partibus internis *Limacis* oriundus, atque per *Cornu* cavitatem progrediens, ac veluti *nigra linea* transparentis, finem habet in illius extremitate: cum autem *Musculus* hic contrahitur, *Cornu* extremitas internè convolvitur, & complicatur: non secus ac *Tibialia* manu intus immisâ ac illorum extremitatem apprehendente, retrahâ manu convolvuntur & contrahuntur. *Porriguntur* contra & extenduntur *Limacis Cornua*, immisâ ex ore humiditate quædam serosâ intra illorum cavitates: videmus enim ex scissis in illorum elongatione *Cornibus* illam exillare.

Dñus Du Verney multa quoque habet de *Limacum* generatione. *Acta Reg. Scient. Academ.* 1708. *Sed* omnia superat admirationem, quod primus notavit *Dñus Reaumur*. *Limacum Testæ* pro *Insecti* ætate successivè longitudinem & novas spirales convolutiones acquirunt. Quod & nos notavimus: recens enim nata *Limaces* teguntur spirali *Testâ*, vix ægrum cum dimidio habente: adolescentes verdè ad duas tres & posteriores circumpolutiones *Testâ* prolongatur. Hoc negotium exactissimè prosequitur laudatus *Autor*. *V. Acta Reg. Scient. Acad.* 1709.

(X) Incertum an *Animal Cuniculus* dictum sit, quodd, ut ait *Varro*, sub terrâ *cuniculos* sibi ipse fodere solet; an potius contra, ut putat *Vegetius*, *subterranei illi* meatus ab *Animali* nomen acceperint. *Huic* sanè adstipulatur *Martialis* hoc *Disticho*:

Gaudet in effosis habitare Cuniculus antris:

Monstravit tacitas hostibus ille vias.

Si *Idea* pavoris aliquid *Animalium Sanguini* imprimis pro uso medico, ut philosophantur *Hellmontiani*; nullus sanè erit *Sanguis* ad morbosas *Corporis* effervescentias sedandas aptior *Cuniculi Sanguine*: vix enim reperies *Animal Cuniculo* similitus.

hibetur ejus *Limatura* in Infusionibus, quin & *Pulvis* in substantiâ exhibetur.

Dosis ℥℥.

P R Æ P A R A T A.

1. *Ebur ustum* (*Spodium* vocant, & ad differentiam *Spodii Mineralis*, *Spodium ex Ebore* .)

2. *Trochisci de Spodio* . Vide *Dispensat.*

N. Sunt qui *Ebur* ad Fœcunditatem commendant . Verùm cum Elephas sit Animal paucæ prolis, tardè parens, (biennium sc. gravidum,) potiùs ad Sterilitatem Fœtûsque retentionem facere conjecturatur, quàm ad Conceptionem promovendam .

XXI. EQUUS.

Iros, Equus Mas, Equa Fœmina. Germ. *Pferd.* Gall. *Un Cheval.*

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Sanguis* . 2. *Coagulum* . 3. *Lac* . 4. *Stercus* . 5. *Lichenes* . 6. *Testes* . 7. *Pinguedo jubarum* . 8. *Ungulæ* . 9. *Pili* . 10. *Salia* . 11. *Dens* . 12. *Lapis* .

Vires .

1. *Sanguis* (malum nonnulli Equarum admiffuram ex-

pertarum) admiscetur *Septicis* ac *Cautisticis* .

2. *Coagulum* (*Hyppacen* vocant) privatim Cœliacis, Dysentericisque convenit .

3. *Lac* utile censetur Epilepticis, Phthificis, Tuffientibus, Asthmaticis .

4. *Stercus extrinsecus* Sanguinis eruptiones cohibet (tam *crudum*, quàm *ustum*,) Fœtum mortuum, ac Secundinas expellit (in *Suffitu* .)

Internè propinatur in Dolore Colico, ac Strangulatu Uteri & similiter in Fœtu mortuo, & Secundinis expellendis .

N. Præstat ex Equo Avenâ nutrito & non castrato .

5. *Lichenes* (*callosa Excrementa in Equorum Cruribus nascentia*,) laudantur peculiariter ad uterinas Suffocationes, (*Suffitu*, subtus facti,) ut & ad Morbum Comitalem, & Calculum (*Pulvis propinatus* .)

Præparata ex Lichenibus .

Extractum Lichenum fit ex *Lichenibus siccatis*, cum *Spiritu Vini*, vel alio appropriato *Spiritu* .

Dosis à gr. v. ad ℥℥.

N. *Hartmannus Menstruum* parat ex *Aquâ Melissâ & Vinâ ana ℥iij.* quæ per Retortam ex Cineribus destillat super *Succini & Gagatis ℥ij.* igne in fine forti, hinc *Aquam* ab Oleo separatam adhibet .

6. *Testes*

crasi corrigendâ, & hinc cum *Hepatico rubro Dresdensium*, aliisque Remediis Hepaticis miscetur. B. D. MICHAELIS in usu erat *Pulvis Epaticus compositus*, qui constabat ex ana *Eboris sine igne*, & *Epatici rubri*: quem frequenter usurpabat post Potum nimium, item in Phlogosi vagâ Scorbuticorum, Anorexiâ &c. Ratione Acidi, quod compefcit, commendari solet in Fluxu Mulierum albo, sicuti aliàs est Remedium, quod valdè convenit Mulieribus: imprimis commendatur iis, quæ Acido abundant: specialissimè autem illud contra Abortum laudant quidam, in quo præcavendo vel solum cum *Magisterio Coralliorum*, *præparato cum Succo Citri*, frequens adhibetur, imprimis ubi is metuendus est ob Symptomata Abdominis. Loco ejus tamen *Cornu Cervi* substituitur. Præterea in Lumbricis solet propinari Infantibus, ubi usûs non est frustranei. In Passionibus Hystericis datum *Ebur sine igne* cum appropriatis est utile Remedium. Contra Iracundiam tandem valet, ad quod tamen & *Cornu Cervi sine igne* quoque competit. *Dosis* est à ℥j. ad ℥℥. vel ℥iij.

Ebur ustum est Cornu, seu Terra mortua, omni virtute & efficacîâ activâ spoliata, unde usûs interni est nullius aut rarioris: vulgariter in Officinis dicitur *Spodium ex Ebore*, ad differentiam *Spodii Mineralis*. Adhibetur externè in *Collyriis*, & in exsiccandis Vulneribus.

Spiritus qui ex *Ebore* destillatur, mitior est *Spiritu Cornu Cervi*, (T)

XXI. EQUUS . Equus terrestris est Animal satis notum .

De hoc observetur, quod exinde quidam volunt conficere singularem Medicinam ex *Pullis Equorum* in Epilepsiâ: nimirum in *Lingua Pulli* recens editi reperitur *Caro rubicunda glandulosa*, *Coagulum* seu *Hippomanes* dicta, spithamæ longitudine, quæ & eximenda, antequam aërem hauriat Pullus, alias devorat illam: ex quâ parte carnosâ siccata & pulverisatâ præparant singularem Medicinam pro Epilepticis, & quidem ex Pullo mare pro Masculo, & ex Pullo fœminâ pro Fœnellâ. AUTOR noster Cœliacis & Dysentericis commendat .

Lac Equinum præprimis commendatur in Phthisi & Atrophîâ .

Stercus Equi recens est Medicina magni & multi usûs, cujus vires sunt singularissimæ, imprimis ex Mare non castrato, verùm Admissario forti, quod internè non tantùm in Sanguine compefcendo adhibetur, si *Succus ex Stercore recens* exprimatur, sed etiam præterea ad Colicam convulsivam, Passionem hystericam, Pleuritidem, Ictërum, Morbillos, & Variolæ egregium est Remedium, utur multis nauseosum. In Colicâ Experimentum est certissimum, si recipiatur *Stercus Equinum* Maris non castrati recens, subigatur cum haustu *Vini* vel *Cerevisiæ*, vel quocunque Liquore, benè exprimatur *Succus*, coletur per Linteum, & haui- Tom. IV.

stum egregium erit Remedium expectando Sudorem. Unde etiam sunt, qui dicunt, quòd ex hoc Stercore sit paratus *Syrupus Luberi*, qui est singularis in Colicâ, in hystericâ Passione: idem ejus usûs est, & vix habetur præsentaneum magis Remedium, quàm *Stercus Equinum*. Angli illud dicto modo præparatum, ceu euporiston usitatissimum, adhibent in Pleuritide, quam curat per Sudorem citò, & tutò & jucundè, si mox in principio ejus adhibeatur, imprimis si sit *Stercus Equi maris non castrati*; id quod præ aliis commendatur in Pleuritide. Quod autem de Pleuritide dicitur, de omnibus Inflammationibus partium internarum est intelligendum. Nec vulgaris est usûs in Anginâ idem *Stercus*, quod imprimis convenit, si sit partum Animal *Avenâ*; ab hoc ipso enim obtinet virtutem discussivam & per Sudorem curat: in Anginâ certè *Stercus Equinum* non cedit *Stercori Hirundinum & Canis*. In Peste laudatur à DU HAMEL de *Affect. Corpor.* pag. 321. In Variolis usûs obtinet, ut Infantibus æquè ac Adultis infundatur Nodus *Stercoris Equini* in *Cerevisiam* vel *Potum ordinarium*, ut eruptio Variolarum promoveatur, & Fauces ab iis defendantur, quod aliàs, si affligantur Variolis, solet esse Casus periculosissimus. Bina tamen *Stercora* sunt, quæ huic in quibusdam Casibus præferuntur: in Variolis nempe *Stercus Ovillum*, tritum cum haustu *Potûs ordinarii*, colatum & propinatum; in Morbillis optimum est *Caprillum*. Equinum interim non minùs laudatur propter vim nitrosam volatilem. Hinc in Ictero flavo pro corrigendâ Bilis nimîâ pinguedine, & acundâ eadem admodum commendatur. In Stranguriâ notum est Remedium, quod subitò etiam externè contumacissimam curat.

Externè adhibetur in Hæmorrhagiis, si ex illo fiat *Cataplasma* cum *Aceto*, & applicetur parti, unde effluit Sanguis. Alii volunt, quòd *Stercus Equinum* siccetur, siccatum pulverisetur, & pulverisatum adspargatur Sanguini efflenti; sic enim instar *Pulveris Sympathetici* Sanguinem sistere dicunt. Valdè confert in discutiendâ Inflammatione Faucium vel partium Oris.

Post *Stercus* est *Sudor*, qui quidem non solet adhiberi; nihilominùs si poterit à Muliere prægnante cum *Vino*, Fœtum ejicere, & Abortum producere solet. Equorum Sudores noctu lucere, videbitis in BORELLI *Obs. Cent. 1. Obs. 3. p. 6.*

Lichenes Equorum sunt ingentes istæ *Verruca*, quæ adnascuntur Pedibus Equorum, & quas interdum dejiciunt suâ sponte in stabulis. Hi Lichenes multùm commendantur in curandâ Passione hystericâ sub formâ *Pulveris*. Aliqui etiam horum Rasuram commendant ad quemcunque ferè Morbum. Externè instar *Suffitus* recipiatur in Vulvam; hoc ipso enim mirè Passiones hystericas compefci asserunt; unde *Pulvis* præsentissimus in Suffocatione uterinâ est hic *Paracelsi*:

℥. *Verruc. Equor.* ℥j.

G g g

Afa

(Y) Elephas omnia terrestria Animalia monstrôsâ magnitudine superat. Ejus partes magis notabiles sunt, Proboscis (quàm Tubam à figurâ, & Manum nascutam ab usu appellant), Cutis cancellata, & sagittis ferè impenetrabilis; atque Dentes, qui Ebur ad usum varios, medicum quoque, suggerunt. Docilissimum, si molem spectes, Animal. De ejus admirandâ docilitate singularem Lipsius scripsit Epistolam.

6. *Testes Castrati* ad Secundinas pellendas Remedium præsentissimum (pulverisati.) Commendantur quoque in Doloribus Colicis.

7. *Pinguedo júbati Colli*, (*Kumfchmaltz*) illinitur comòdè Articulis luxatis.

8. *Ungula Fætus mortuos Suffitu* exturbat, Pediculosque fugat. (*Antidysentericum præsentaneum friza* in Butyro Ungula putatur.)

9. *Pili Sanguinis fluxum* reprimunt.

10. *Saliva; Spuma Oris* triduo pota, Tussim sanat, fervorem Faucium contundit.

N. *Aqua frigida* ex Ore Equi non castrati in præterfluente potantis elapsa, & subito vasculo collecta, prodest ad Sterilitatem emendandam, (semel ac iterum pota.) *Hartmannus in Pract.*

11. *Dentes primùm nascentes* Dentitionem facilitare dicuntur, (*appensi.*) *Dentes dealbant*, (*Cinis affricatus.*)

12. *Lapis (Hippolitus)* in Ventriculo aut Intestinis Equorum nonnullorum repertus, uti *Lapidi Bezoar (Occidentali)* figurâ & laminaâ structura non abfímilis est, ita & viribus eundem æmulari statuitur.

N. *Historias Lapidis hujusmodi*, Ovi magnitudine reperti, habet *Jordanus de Peste Tr. 3. cap. 9. Schwenckfeldius in Theoriotropb.* Vide & *Baubinum tr. de Lap. Bez. cap. 25.* His subjungitur meretur Lapis ejusdem ferè magnitudinis, quem nostro hoc tempore præbuit mortuus Equus (ut audio, Hispanicus) non procul ab Urbe hac nostrâ *Francofurtenf* disiectus, quem apud *Henr. Volrab, Comitem de Stolberg* videre contigit. Cujus vires easdem cum *Lapide Bezoar Occidentali* Experientia docuit.

XXII. ERI-

Ase fr. ʒj.

Ungul. Capr. ʒij.

M. f. Pulvis.

Cujus ʒj. accendatur, & fiat *Suffitus* per Tubum ad Uterum, de quo dicit *FONSECA L. 1. Conf. 31.* nullam esse Suffocatum, quæ ab illo non excitetur. Pulverisati & Naribus inflati *Hæmorrhagias* sistunt: vid. *DU HAMEL de Affect. Corpor. pag. 317.*

Essentia etiam horum *Lichenum* valdoperè convenit in curandâ *Passione hysterica*, qualem *Essentiam* præparare docet *AGRICOLA Comm. in Poppium*: sicut & *HARTMANNUS & CROLLIUS Extractum Lichenum* ad idem Malum adhibere solent.

Sequuntur *Testes Equini* per Castrationem exempti. Hi priùs discindantur, post temperato igne exsiccati cum *Essentiâ Myrræ* irrorentur, ut diutiùs durent: sic pulverisati mirè commendantur in compescendâ Colicâ, & eorum usum hinc rectè commendat *ZACUTUS LUSITANUS, FONSECA in Conf. 59. Lib. 1. aliique. Dosis ʒʒ. ad ʒij. vel ʒj.* Propinatur Pulvis, vel solus, vel cum *Semine Anisi*, vel cum *Priapo Tauri* aut *Cervi*, cum *Priapo Tauri* & *Cervi* per se non sint ultimum Remedium in eadem. *ZWELFERI* certè Experimentum fuit, Pulverem horum cum *Aquâ Florum Litorum alborum* ad pellendum Partum difficilem, Fætum mortuum, Secundinam, Lochia, & si quid in Partu, vel post Partum remansit in Utero, ita ut sint unum ex primariis pro Partu difficili Specificis: vid. *GESNERUS l. 1. Epist. p. 27.* sicut quoque *HEINRICUS ab HEER in Obs. 14.* notabilem Observationem habet de Fætu mortuo, mediante Pulvere Testiculi Equini ejecto. Hinc quidam hunc Pulverem, ex Scholâ *HELIDÆI PADUANI* profectum, laudant:

ʒ. Testic. Equin. d. m. pulveris. ʒj.

Borrag. Venet. ʒʒ. ad ʒj.

Craci ʒj.

Misce pro duabus vel tribus Dosisbus æqualibus, successivè in *Aquâ Litorum alborum* sumendis, & maxime profunt in Partu difficili, Fætu mortuo, & Secundinâ expellendis.

Plura qui cupit de virtute horum Testiculorum in pellendo Fætu insigni, videre potest *GESNERUS Lib. 1. Epistolarum pag. 27.* item *FONSECAM in Consult. 89.* & denique *HORATIUM AUGENIUM*, cujus speciale fuit Secretum P. 1. Lib. 7. *Epist. 8.*

Ungula Equi est etiam *Officinalis* contra *Passiones hystericas*, & sunt qui exinde parant *Extractum* pro usu interno. Partes istæ *Ungule Equinæ*, quæ abscinduntur, quando nova imponenda est *Solea*, pulverisatæ & exsiccatæ, ad ʒj. assumptæ, valdè conveniunt in *Diarrhœâ & Dysenteria*, uti affirmat *AGERIUS in Tr. de Dysent. pag. 26.* & eadem *Ungula* friza cum *Butyro* & assumpta, fuit Secretum *HELMONTII* in Curâ *Dysentericæ*. Observetur autem, quòd non debeat desumi ex Equo lasciviente, aliàs magis erit nociva quàm proficua: videatur *HELMONTIUS in suis*

Scriptis, speciatim in *Tractatu, Pylorus Reçor*; qui, quæ habet in *Practicis*, meretur fidem maximam, testantibus omnibus, utut in *Theoriâ* interdum à vero abludat. *Suffitus* ejus *Genitalibus* exceptus *Menfes retentos & Fætum mortuum* promovet. In *Peste* quoque commendari solet.

Res mira est, quam quidam referunt, certa tamen, quòd *Solea* equinæ ex Ferro, quo alius fuit interfectus, fabricatæ, Equos, licet tardos, reddant celeres cursu, & *Frænum* seu *Capistrum* ex eodem Ferro eisdem Equos, utut ferocientes, admodum placidos tamen ac tractabiles efficiat.

Saliva Equorum spumescantium recens detraçta & cum *Oleo Rosarum* vel *Amygdalarum amararum* subiecta, in *Aurium* Tinnitu, earumque Doloribus, necnon *Verrucis* delendis, commendatur.

Hippolitus, ut rectè dicit *AUTOR*, uti structurâ, ita & usu coincidit cum *Lapide Bezoar Occidentali*. Plura de hoc *Hippolito* videbitis in *M. A. N. C. Ann. 3. Obs. 246. Ann. 4. & 5. Obs. 167. p. 215. seqq. (Z)*

EQUUS MARINUS.

Equus marinus, qui vocatur *Hippopotamus*, potius autem & genuino vocabulo *Rosmarus*, Germ. *Wallross* dictus, à Modernis tantum est inventus, cujus varias qualitates & facultates videbitis in *CHIOCCI Museo Calceolaris Sect. 6. pag. 694. Museo WORMII, & MARTENS Spitzbergische Reisebeschreibung.*

Ex hoc Hippopotamo inprimis usitati sunt *Dentes* magni, quorum unus, qui utroque latere Oris reperitur, eminet in *Maxillis*, qui deorsum versùs reflectitur, reliquis omnibus sursum vergentibus. Hic *Dens Hippopotami* præparatus est *specifica Medicina* contra quascunque *Hæmorrhagias* assumptus, quod præter *MINDERERUM in Medic. Milit. p. 169.* confirmat etiam *Experientia D. MICHAELIS*, qui *Pulveris horum Dentium*, *Fœminam* desperato *Fluxu Hæmorrhoidum* gravatam, unicâ dosi ab eo liberavit. In *Terrore* etiam, & contra *Alterationes Corporis à Terrore* inductas, propinari solet, ne noceat. Nempe pro more aliorum hujusmodi *Concretorum* potenter *vitiosa Acida* absorbet, & hinc mille natis *Malis* confert. Præterea quoque ad *Morbos convulsivos* quoscunque, speciatim ad *Spasmos*, expertus est, unde etiam quidam *Annulos* exinde fabricari faciunt ex hoc Dente, quos *Digitis* vel *Manuum* vel *Pedum* applicant contra *Spasum*, inprimis *statulentum*.

Priapo Hippopotami osseus ferè est, & rotundus, crassus, ponderosus, crassissimus verò propè *Glandem*. Hic, ejusque inprimis *Officulum*, pellit *Calculum*, & etiam promovet *Partum & Secundinas*. Pars hujus anterior mollis pulverisata curat *Stranguriam*.

Plura qui cupit de *Penis & Dentium* ejus usu, vid. citatum locum ex *WORMII Museo*, uti & *BARTHOLINI Cent. 2. Hist. Anat. 43. & in C. 3. Epistolarum* ejus p. 290.

(Z) *Equus*. *Hippomanes* (quidquid *Autor* noster dicat) quid sit, magna *Physicorum* dissensio est. *Quidam* cum *Servio* putant, virus esse ex *Equarum* inguinibus defluens, quo tempore in *annoris* furorem feruntur, unde nomen. Huc referendum illud *Virgilii 3. Georg.*

Hinc demum *Hippomanes*, vero quod nomine dicunt

Pastores, lentum distillat ab *inguine* virus.

Alii cum *Plinio lib. 8.* ajunt, *Hippomanes* *Carunculam* esse *Caricæ* magnitudine, colore nigro, frontè recens nati *Pulli* adhaerentem, quam *fœta Equæ* avellit, devoratque, aut partum ad *ubera* non admittit. Quod innuit idem *Virgilius 4. Æneid.*

Quæritur & nascentis *Equi* de fronte revulsus,

Et matri præreptus amor.

Hippomanes sanè, quidquid illud sit, *Veneficis* experimentum esse docet & *Aristoteles 6. hist. animal. cap. 23.* *Carolus Raygerus Ephem. Germ. Anno 8. Obs. 57.* allatum sibi ait Anno 1676. mense *Februario*, *Hippomanes* hujusmodi recens à fronte nati *Pulli* avulsus, & adhuc calens, quod ipse accuratè describit.

XXII. ERINACEUS.

Eχινος . Germ. Einigel, Hæbel. [Caninus.
Gall. Un Herisson. Suillus.
Animal est terrestre, echinatum. Hæc in cavernis Arbo-
rum occultatur, vescens Muribus, Juglandibus, Malis, Py-
ris, & similibus.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Echinus ipse. 2. Jecur. 3. Axungia. 4. Ventriculus.
- Vires.
1. Subvenit (coctus, vel incineratus & potus) involunta-
riè Mingentibus, Stomacho gratus est, Alvumque & Uri-
nam movet. *Forestus lib. 21. c. 15.*
Extrinsecus illitus Alopecix subvenit.
 2. Jecur vel & Corpus exsiccatum atque cum Oxymelite
sumptum, Renam vitii auxilio est: medetur Cachexix, Hy-
dropi, Gonvulsionibus & Elephantix: Viscerum fluxiones
exsiccant. *Dioscorides.*
 3. Axungia felicissimè Herniis medetur. *Hartmannus.*
 4. Ventriculi Tunicam interiorem commendant ad dolores
colicos. (assumptam).

290. (A)

XXII. ERINACEUS. *Erinaceus*, Germ. der. Igel, est
Animal satis cognitum, imprimis ratione Acu-
leorum in dorso, quos pro Lubitu potest erigere & deponere
beneficio Musculi, cui per Cutem inhærent, protensi à Ca-
pite usque ad Caudam & talem *Erinacei Anatomen* memini
me legisse in COLUMBI *Anatomiâ*, & RONDELETIO
de Piscib. Sect. ult. c. 19.

Distinctas habet vires pro ratione Præparationis. *Erina-
ceus coctus* & comestus, vel ejus Decoctum in Jusculo usurpa-
tum, Diureticum egregium constituit, & hinc in Cache-
xiâ, & in Hydrope convenit: Vid. *Act. Med. Hassn. Vol.
1. p. 49.*

Hujus Hepar cum Felle, non secus ac aliorum quorundam
Animalium Hepata vel Fella, contra Epilepsiam laudan-
tur.

Erinaceus calcinatus seu combustus dat Cinerem seu Caput
mortuum, quod contra Mictum involuntarium, seu Incon-
tinentiam Urinæ egregium Specificum est, sive Stragula
permingantur à Dormientibus, sive Vigilantibus. Frequen-
ti & experto etiam in usu fuit D. D. MICHAELIS, cui
Medicus quidam retulit, quod per viginti annos fuerit affe-
ctus Mictu involuntario: tandem tamen assumpto Pulvere
Erinacei combusti à ʒj. ad ʒj. curatus. Unde Medicamen-
tum elegans, & in Mictu involuntario valdoperè commen-
dandum est, *Pulvis Montagnanæ*, qui fit hoc modo:

- ʒ. *Erinac. combusti* ʒiij.
Tunic. interior. carnos. Stomachi Gallin. ʒss.
Agrimon. ʒj.
M. f. Pulvis.

Dosis ad ʒj. cum Jure.

Alia Compositio non minùs experta est hæc:

- ʒ. Ciner. Erinac.
Guttur. Galli tost & triti (laudatur valdè à SO-
LENANDRO & HARTMANNO: & quidem
HOEFERUS dicit, quod conveniat, si sit Inconti-
nentia à Partu difficili, quod probè notandum) an. ʒj.
Medulla Lapidum (qua quidam fuit curatus
præter spem à desperatâ Mictione) ʒij.
M. f. Pulvis.

Dosis ʒj.

Similem ferè Pulverem habet BARTHOLETUS in
Encyclop. pag. 164. qui Pulveris *Erinacei combusti* partes iij.
miscet cum Gutturis Galli calcinati parte j. & propinat.

Axungiam *Erinacei* contra Hernias commendat AU-
TOR, & rectè. In Enterocæle enim & Omphalocæle Lum-
bis inungitur, ut ejus medio faciliùs reponantur & quasi re-
Tom. IV.

(A) Hippopotamus, Equus marinus, seu potius juxta nominis notationem Equus fluviatilis; inproos enim est
Equus, & ποταμός Fluvius; Magnum est Quadrupes, inter Bisulca non ruminantia connumeratum à Charletone:
parte anteriore bubulam figuram, reliquo corpore suillam refert. Samuel Bochartus putat, Hippopotamum Bestiam esse
illam immanem, quam in Libro Job, sub nomine Behemoth descriptam legimus. Hippopotami Dens, materiam pro
dentibus suppositis, duritie & albedine aptissimam, præbet.

(B) Erinaceus (vel Herinaceus ab hærendo, quod externa corpora aculeis, quibus undique horret, hæreant)
appellatur, & Echinus terrestris, quod, non secus ac Echinus marinus, spinis cuti adhærentibus armetur: sunt qui
caninam, sunt qui suillam rostro formam æmulentur: contactum vel ferentes vel formidantes in orbem convolvuntur.
Ejus Pinguedine Hernias curant.

XXIII. HOMO.

Aνθρωπος. Germ. Mensch. Gall. Homme (Mas.
Masle & Femelle. (Fœmina.)

OFFICINALIA NATIVA.

Sumuntur vel ex Corpore vivente.

1. Capilli. 2. Ungues. 3. Saliva. 4. Aurium Sordes. 5. Sudor.
6. Lac. 7. Menfes. 8. Secundinæ. 9. Urina. 10. Stercus. 11. Semen.
12. Sanguis. 13. Calculi. 14. Lumbrici. 15. Pediculi. 16. Membrana Caput Fætus cingens.

Vel ex Partibus Corporis demortui, seu Cadaveris.

1. Integrum Cadaver, seu Caro. 2. Cutis. 3. Pinguedo. 4. Of-
fu. 5. Cranium. 6. Ufnea Cranij. 7. Cerebrum. 8. Fel. 9. Cor.

EX CORPORE VIVENTE.

1. Capilli commendantur ad Capillorum productionem
(Liquor inde destillatus & cum Melle illitus) ad Lethargum
alioque Affectus soporosos (Ginis Capiti inspersus,) ad Iste-
ritiam

trahantur Intestina, atque etiam meliùs firmentur, ne fa-
cilè rursus excidere possint; sive sola, sive mista cum Axun-
giâ leporinâ, vel, quod melius est, cum Axungia ursinâ, quæ
etiam loco Pinguedinis Erinacei substitui potest. Linimen-
tum etiam contra Epilepsiam Infantum ex hujus Pinguedi-
nis partib. ij. & Olei Sem. Ricini majoris expressi parte j. fieri
solet. (B)

XXIII. HOMO. Consideratur nunc Homo, sive Mas
sive Fœmina. Ante omnia hæc observandum,
tam multa de Homine esse dicenda, ut, si omnia annotare
vellemus, in integrum Discursus noster excresceret Tracta-
tum: Propterea ut rationem habeamus & Methodi, & AU-
TORIS nostri, potiora & selectiora solum recensere, de
reliquis verò, ne quid deficere videatur, Lectorem remis-
sum volo ad HELVETII *Diribitorium*, & BECKERI
Medicum Microscopicum, ubi tractat eleganter & prolixè de
Homine, omniaque Medicamenta, que ex illo, vel Spagyri-
co, vel Galenico, vel alio modo, possunt preparari, accu-
ratè explicat. Totum autem Hominis Corpus in usum medi-
cum ferè trahitur; quamvis enim nefas ducant alii, ex Cor-
pore Humano Remedia parare, ludicrum tamen hoc esse
BECKERUS & HELVETIUS dudum ostendere.

Partes humana, quæ ex Homine, sive interfecto, sive vi-
vo, desumuntur, sunt primo loco Halitus de quo notandum,
quod ex illo possint fieri Crystalli, quas multum commen-
dant BARTHOLETUS, per Instrumentum vitreum, cu-
jus forma videri potest in *Tract. de Dyspn. p. 39* item MA-
YOWIUS *Tract. de Chirur. Infusor. p. 275*. Item in Ho-
minis Anhelitu Sulphur seu Oleum inflammabile habet
BORRICHIIUS de ortu & progr. Chym. p. 9. Idem Hali-
tus imprimis Hominis jejuni, ad sistendam Ophthalmiam,
& discutiendas Oculorum Inflammationes, prodest, refe-
rente BURRHO in *Epist. ad Bartholinum*: item ad cla-
rificandos Oculos Infantum, si Nutrix jejuna mane masti-
cet Semen Fœniculi, & post masticationem exhalet Halitum
in Oculos Infantis.

1. Capilli reverà sunt Vegetabile quoddam, naturæ tamen
quodammodò corneæ, Poris gaudent instar Avium Penna-
rum; per Microscopium enim notum est, quod sint conca-
vi, quidam rotundi, quidam triangulares, vel aliâ formâ
præditi: videatur PLEMPIUS *Fundamen. Medicinæ & de
Capillar. & Ungutum vitis c. 1.* SENGWERDUS *Exercit.
Physiol. 8.* Duplices sunt; aut Congeniti, ut in Capite, Pal-
pebris, & Superciliis; aut post Geniti, ut in Mento & Pu-
be. Communiter disputari solet, an sint Partes Corporis vi-
ventis? quam dubitandi occasionem suggerit FERNE-
LIUS, quod præcisè Pili omnes etiam in decrepitâ Ætate
G g g 2 recre-

ritiam (*Pulsis propinatus*), ad Membra luxata, (cum *Adipe ovillo* illitus *Cinis*); ad Hæmorrhagiam Vulnerum.

N. Sunt qui ad Quartanam *Capillos Patientis*, cum aliis in Corpore dispersis *Pilis*, permixtos *Ovo* imponunt, duriter coquant, & Avibus deglutienda objiciunt, qua ratione Quartanam curatum iri volunt.

Præparata ex Capillis.

Destillatum fit per se ex Retortâ igne Arenæ non admodum valido.

II. *Ungues* cient Vomitum (intus assumpti, tum in Pulvere tum in *Infuso*), Aquas Hydropicorum educere dicuntur (refecti à Pedibus & Manibus, atque Umbilico alligati.)

N. 1. Sunt qui ad curandam Febrem *Segmenta à Manibus & Pedibus Ovo* includunt, Avibusque devoranda objiciunt: alii eadem *Cerâ* involvunt, matutinoque tempore ante Solis ortum Januæ affigunt, alii dorso *Canceri vivi* alligant, Cancrumque fluenti committunt.

recrescant; atque Hæcticis & Tabidis, quibus reliquum Corpus aliàs contabescit, & extenuatur, imò Cadaveribus quoque regenerentur. Verùm hos propriè ac verè vivere atque nutriri, probabile, quia in Canitie Pilorum radices ante horum extremitates non albescunt, sed omnes eorum partes simul canescunt; sicut in Pueris, quibus Capilli flavi in dies magis nigrescunt, Coloris mutatio simul æquè ac horum apices & radices afficit. Accedit & hoc: quòd nonnullis, testantibus Observationibus, ex Affectu Animi vehementissimo celerrimè, & intra aliquot horas Cani redditi fuerint. Conferatur PLEMPIUS *Fund. Med. L. 2. Sect. 5. c. 1.* & de *Affect. Capillor. & Ungu. c. 1.* item EUSTAGHIUS *Colleg. Anatom. Disp. 2. quæst. 16.* Non ergò sunt, uti Veteres voluerunt, tertix Coctionis vel alius Corporis Excrementum; sed eodem modo ac aliæ Corporis Partes nutriuntur vid. HIPPOCRATES *de Alim. T. 4.* quia Morbi, qui Massam Sanguineam turbant & corrumpunt, Pilorum Destilvium producant.

Pro usu medico usurpantur *pulverisati & destillati*. *Pili pulverisati* singulares dicuntur in sistendis Narium Hæmorrhagiis, observante hoc HEINRICO ab HEER *l. 1. Obs. 5.* sed quantum valeant, fides sit penes Experimentiam. Notum etiam est, quòd Mulieribus in Paroxysmo hysterico & epileptico soleant vellicari Pili Pubis, ut citius, & feliciter ad se redeant: Exempla quædam videbitis in HOEFERO.

Capilli per se ex Retortâ destillati dant *Plegma Spiritum arinosum, Sal volatile, & Oleum* admodum copiosum: & hoc de omnibus Animalium *Pilis* intelligendum. *Spiritum* cum Melle mixtum, & Capiti illitum, ad Crines augendos commendat LE FEBURE in *Chym. P. 2. l. 2. c. 8. pag. 182.* *Oleum destillatum* ad generandos Capillos in Alopeciâ multum laudatur, si loco calvo illinatur, videatur HEINRICUS AB HEER. Lichenes certissimè extirpare cum *Saccharo Saturni* mixtum habet LE FEBURE *l. a.* Beneficio *Capillorum* solutorum in *Spiritu Nitri* vult GLAUBERUS extrahere *Animam Nitri*, Medicamentum ipsi singulare, uti videre est in *Scriptis Chymicis*.

II. *Ungues* sunt Tëndinum appendices, unde inane illud, an sint *Partes Corporis vivæ*? litigium; præsertim cum & Nervi atque Vasa sanguifera iidem simul inserantur. Quæ Vasa utut exilissima sint, distincta tamen satis, ac mirificè arte disposita, ope Microscopii detexit FRANCISCUS FONTANUS, teste PLEMPPIO *de Affect. Capillorum & Ungutum c. 3.* Quòd etiam referendum, quòd in Ungulis Brutorum, Ungui Humano analogis, deprehendit MALPIGHIUS *Tract. de Tact. Org. §. 55.* In Manibus Apprehensionis, Pedibus verò Ambulationi inserviunt.

In usu sunt vomitorio. Modus usendi prostat in AUTORE. In Pulvere scilicet assumpti, vel infusi in Vinum, modo oculito potentissimè Vomitum & Secessus movent; quod Experimentum est castrense extemporaneum celeberrimi in Poloniâ Medici GNOEFELII, qui dum, in Gastris ibi versabatur, propinavit pro Vomitorio & Purgante Militibus *Ungues proprios* infusos per noctem in Vinum calidum; videatur HEINRICUS AB HEER *Obs. 29.* & HELVETIUS in *Diribitorio 110.* Quam vim purgandi exerere dicuntur imprimis in Sero Hydropicorum v. g.

℞. *Rasur. Ungu. hum. ʒj.* infundatur in *Vini Rhen. ℔j.*

digeratur, & Rasura ferè tota in Mucilaginem dissolvitur: *Filtraturæ* addatur *Spiritus Vini ʒj.*

Et de *Vino hoc Emeticò ʒij.* ad ʒʒ. propinatæ fortiter supra & intrâ operantur. Plura videbitis in BECHERI *Med. Microscopico pag. 14. seqq.*

N. 2. Ad recuperandas vires *abscissos Ungues & Capillos Cerasi Radici* incisæ imponunt, Vulnisque Fimo cooperiunt.

Præparata ex Unguibus.

℞. *Rasur. vel Resignent. pulver. ʒj.* *Vini generosi ℔b. 1.* Macera, donec in Mucilaginem abierint. Hinc filtra & addita *Spir. Vin. ʒj.* reserva.

Dosis à ʒi. ad ʒvj. vel ʒj.

(Inter *Antiepileptica* reponuntur, multumque ipsis attributum à *Digbae*.)

III. *Saliva* jejuni Hominis commendatur ad venenatos Morsus Serpentis, Canis rabidi, Ulcera, Serpigines, & similia.

IV. *Aurium Sordes* (*Cerimen*) Colicâ laborantibus præstantissimum perhibetur Remedium (in Potu si assumantur.)

Extrinsecus medentur *lâibus Scorpionum*, conglutinant *Vulnera, Fissuras & Scissuras Cutis.*

V. *Sudor*

Multæ etiam instituuntur *Curationes Magico-Magneticae naturales* per Ungues, imprimis ad curandas Febres Chronicas. Modum habet AUTOR, qui videri potest. Et certum est hoc, cum sciam ex Experimentiâ, nuperrimè tali modo Febrem Chronicam curatam fuisse; scilicet abscinduntur *Ungues Manuum & Pedum*, alligantur Dorso *Canceri vivæ*, & Cancer istis Unguibus oneratus, immittitur in Flumen retrò faciem, redeundo sine loquelâ, donec in domum facta fuerit reversio. Simile Exemplum videbitis in M. A. N. C. *Ann. 3. Obs. 89.* Instituuntur quoque *Cura Transplantatoriæ* pro viribus recuperandis per Ungues: sic MARCUS MARGI *Philosophiâ Veterum restit.* refert, quòd *Segmenta Unguium* in *Quercum* perforatam immissa & conclusa, Podagram & curent & præferent, ne tam crebro recurrat.

III. *Saliva* jejuni Hominis Spiritu acidulo falso, quasi ammoniacali turget, ratione cujus *Vulnera* mundificat, & singularem vim discutiendi & resolvendi Tumores habet: *Cosmetica* est & contra Serpigines, Lichenes, jejunè illita, imò contra Maculas à Variolis relictas valet; unde etiam *Granum Hordei* masticatum & *Salivâ* humectatum, si imponatur Hordeolo in Oculo, solet curare idem, ratione *Salivæ* maturantis, aperientis, & discutientis. Vulgus contra *Vulnera à Viperis* aliisque Animalibus illata utitur, in quibus etiam laudat ZACUTUS LUSITANUS *lib. 1. Præcos Hist. 32.* Vbi notandum, quòd Morsus Hominis iracundi adeò venenosus sit, ac venenati Animalis, adeò ut Gangræna facile superveniat, ut HILDANUS refert. Hinc HELMONTIUS Venena Animalium in certo Animi Pathemate latere putat, & rectè.

IV. *Aurium Sordes*, quæ speciali nomine vocantur *Cerumina*, sunt Mucus quidam viscosus, & instar Ceruminis flavus & amarus, & instar Medullæ Ossium inflammabilis, quo Meatus Auditorius & Membrana Tympani oblinuntur. Ab ARISTOTELE Bilis quædam species statuitur, ex Arteriolis Cerebri ad Auriculæ Alvearium transfudans: quod refutat PLACENTINUS *de Aurium struct. cap. 16. & 18.* Neoterici verò, in specie CHARLETON *Patbol. Exerc. 19.* & MOLINETTUS *Dissert. Anatomico-Patbol. cap. 9.* pro Excremento tertix Coctionis partium illarum, ex quibus Auditûs Organon præprimis cartilagineum componitur, habent: quod si exsuperat, crassius aut acius evasit, Auditui damnus infert: quatenus vel Meatum Auditorium obstruit, vel Tympani Membranam erodit.

Contra Colicam specificè valent, in Potu assumpta, ut rectè AUTOR habet; & *Vulnerarium* constituunt singulare & egregium, vel sola, vel cum *Sulphuris Balsamo* vel de *Peru* illita *Vulneribus*, in specie Nervorum recentibus punctim lætis, quæ sunt periculosissima propter Inflammationem, Dolorem & Gangrænam. Est Secretum HELMONTII, uti videri potest *Tract. Alimenta Tartari insontia p. 252. §. 24.* quod etiam ab aliis usu confirmatum fuit. Fit etiam *Balsamum Vulnerarium* ex *Cerumine* hoc, si coquatur cum *Oleo Juglandium expresso*, quod Balsamum simplex valdè commendatur in Curâ *Vulnerum recentium*. AGRICOLA in *Chirurg. parvâ* habet *Unguentum*, quod prædicat efficacissimum, quo mirabilia brevi tempore in Inflammationibus, Synoviis & Suppurationibus præstitit. Compositio hæc est:

℞. *Cerum. Aur. ʒijj.*

Sacch. Saturni ʒij.

Olet expr. Avellan. q. s. M.

Quod si debeat esse consistentiæ crassioris, super Ignem inspissari potest.

V. De

V. *Sudor* usûs proficui dicitur, contra Scrophulas, si cum Herbâ Radiceque Verbasci mixtus Folio involvatur, inque Cineribus calefactus imponatur.

VI. *Lac* refrigerat, lenit, maturat, Oculorum Rubedini subvenit.

(Phthificis præ aliis conveniens.)

Preparata ex Lacte.

1. *Aqua Lactis vitriolata.*

2. *Lactis & Vitrioli alb. an.* Destilletur ut Phlegma saltem prodeat, reliquis acrioribus Spiritibus.

Vires. Oculorum Rubedini, aliisque Inflammationibus mirè confert.

2. *Butyrum.* Insigne est *Ophthalmicum*, (& ad Atrophiam Puerulorum Dorso inunctum).

VII. *Sanguis Menstruus*, (*Zenith Juvenulæ*) exsiccat commendatur intrinsecus ad Calculum & Epilepsiam. Extrin-

secus sopit Dolores podagricos, (cum *Adipe bovino* inunctus.) Conducere item dicitur in Peste, Apostematibus, Carbunculisque (impositum *Linseum*, quod fuerit humectatum in *Aceto* vel *Aquâ Rosarum Menstruo* illo *Sanguine* imprægnatâ.) Erysipelata extinguit. Pustulas Faciei abstergit.

N. 1. Commendatur qui primâ vice erumpit.

N. 2. Ad immodicum Menstruorum Fluxum cohibendum, sunt qui *Pannum Menstruo Sanguine* imbutum certo tempore *Cerasi Radici* in Cortice apertæ induunt, incisuramque iterum operiunt.

VIII. *Secundina* (vel hujus loco *Unbilicus Infantis*) magni fit ad Strumas Gutturis tollendas (calcinata, & in *Aquâ Abrotani* quotidie exhibita, pondere $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. idque Lunâ decrecente,) ad Epilepsiam & Philtra compescenda, ad Mœlam & Fœtum exterminandum, necnon ad Animalia enecanda, etiam ea, quæ Maleficio in Homine extiterint. *Hartmannus* ad Nævus maternos commendat, alii ad Dolorem colicum (gestatam loco Amuleti.) Destillant

V. De *Sudore* curiosa sunt, quæ habet HELVETIUS loco citato pag. 118. quod *Linseum* sani Hominis Sudore madefactum Vulneribus impositum, his Balsamum mumiale sanandi inferat. Dum contra morientium *Sudor Linteo* exceptus non tantum Hæmorrhoides dolentes & tumentes discutiat, sed & Excrecentias præternaturales deleat; quod aliud quoque notum.

VI. *Lac Humanum* cum aliis Lactis speciebus convenit, maximè tamen appropriatum est Hominibus Alimentum. In usu est speciatim Phthificis, Hecticis, & Emaciatiss, imprimis quidem, si Æger ipsemet exsugat Mammæ Fœminæ, cujus felicem Experientiam præmissis præmittendis observavit D. MICHAELIS: sicuti quoque refert FORESTUS L. 4. Obs. 19. quod aliquando Juvenis quidam Phthisi & Tabe desperatâ laborans fuit curatus per *Lac Humanum*; dum necesse habuit, ut sibi conduceret Nutricem, ex qua singulis matutinis & vespertinis horis exhauriret *Lac*; unde factum est, quod non tantum fuit restitutus à Tabe, sed etiam Nutricem postmodum imprægnavit. Interdum tamen etiam fallit *Lac Humanum* in Phthisi; ergo aliæ sunt pensandæ circumstantiæ. Ita Mulier Cizensis tabida ex *Lacte* nullum habuit usum in Phthisi, sed postmodum *Pulmone Vituli & Osireis* fuit restituta. In specie Venereum quoque est *Lac Mulierum*, & contra Impotentiam laudatur; unde pro fortificandis viribus in Venereo actu, hauriatur, vel potius ex ipsis Mammis sugatur. Sicut & LUDOVICI in Pharm. observavit, *Lacticia* à Venere imprimis & *Vini* ingurgitatione marcescentes & tussientes Juvenes quandoque restituisse. Pariter ad Somnum conciliandum extrinsecus fit *Epithema ex Lacte muliebri* cum *Semine Papaveris*, quod instar *Emulsionis*, vel etiam *Cataplasmatis Fronti* ac *Temporibus* applicatur. Ad Ruborem Faciei commendat LE FEBURE l. a. p. 183.

VII. *Sanguis Menstruus*, seu *Zenith Juvenularum* à PARACELSO dictum, multa & mirabilia habet recondita, non semper revelanda, in specie primus Virginis impollutæ: signa tamen de eo relinquo; ut autem in fanis sanis per se, sic in vitatis vitiatum est: hinc verò ab Æconomia vitali proscibitur, & Cadaveris indolem induit.

Quæritur in specie: an *Sanguis Menstruus* tutè internè propinari possit. Affirmatur. Recipiatur *Sanguis Menstruus*, excipiatur *Linteo*: *Linseum* probè tinctum exsiccatum, & sub usu cum *Aceto scillitico*, vel *Vino Rhenano* extrahatur è *Linteo Tinctoria*, quod *Acetum* vel *Vinum* internè commodè Epilepticis, & ad promovendum Menstruum fluxum propinari potest. Conf. M. A. N. C. Anno 9. & 10. Obs. 35. p. 101. Guttas ejus iij. in Cochleari *Vini* assumptas mox Menses producere dicit HELVETIUS loco citato; cui tamen contrarium asserere videtur HELMONTIUS Traß. *Lunare Tributum*, prope finem pag. m. 735. Externè Indusium alterius recens menstruatam & gestatam laudat HOFFMANNUS in Clave l. 5. Sect. 1. p. 662. *Linseum Cruore menstruo tinctum* & exsiccatum, hinc denuò humectatum, & Erysipelati applicatum, omnique parti dolorosæ, in continenti evanescere facit Tumorem & Dolorem: in specie verò *Pedi Podagrici* applicatum, mirum quantum podagricos Dolores sistit. Quinimò Febris Tertiaria curata est beneficio hujus menstrualis *Linsei* Collo tantum appensi. In Morphæâ Sanguinem Menstruum Virginis, vel alius Juvenulæ boni habitus, tanquam Specificum laudat HARTMANNUS Prax. Chym. pag. 215. In Affectibus ab Incantationibus & Veneficiis oriundis multa præstat *Sanguis Menstruus*: nam & ipse *Sanguis Menstruus* ad Veneficia

adhabetur, & sunt Puellæ ac Mulieres, quæ beneficio sui Menstrui *Philtra* sua parant. Tale Exemplum videmus in BORELLO Centur. 1. Observat. 65. de quodam, qui ex *Philtra*, facto ex *Sanguine Menstruo* cum *Sanguine Leporis*, in Maniam incidit, & Patrem occidit; cujus Remedium fuisse *Margaritæ preparatæ*. Optimè autem *Secundina Humana preparata* contrariatur, præmissis *Universalibus*, in specie *Vomitivo*, eoque validiore; hinc non contemnendæ sunt *Secundinæ*, quæ plus in recessu habent, quàm vulgò putatur. Hoc ipso *Sanguine* primitus erumpente impenetrabilitatem ab Armis etiam sibi quidam volunt conciliare: sanè novi, qui *Linteo* hujusmodi *Sanguine* primitus erumpente imbuto, *Amuleti* instar appensi, usi sunt. In delendo quoque Incendio adhibetur: sed exinde Mulierem, cujus est *Sanguis*, non parum cruciari, sunt qui asserunt. Plura studio reticeo, cum vel Superstitionem, vel Artes illicitas sapiant.

VIII. *Secundina Humana* sequitur: quæ dum hospitium Homini amplius esse nequit, plurimis Morbis depellendis conducit; in hac enim multa latitant Arcana: adeò ut Chymici quidam celeberrimi nostro tempore *Panaceam* exinde voluerint parare: unde non est frustraneum, quando omnia ferè Bruta mox à Partu *Secundinas* suas egressas avidè devorent: quod ipsum Naturæ peculiari instinctu peculiarem ad usum negari non potest: & hanc *Secundinam* ab Equis devoratam fuisse Veterum *Hippomanes*, qui hoc ipso multa præstitisse in *Veneficiis & Philtris*, sunt qui statuerunt. *Secundinæ* igitur à Matre prodeutes vel concremandæ, vel in *Aquam* abjiciendæ: si enim putrescunt, aut easdem minus profundè defossas Animalia viva devoraverint, & Fœtui & Matri gravia Symptomata conciliant.

Quoad usum medicum, miram vim habent in Epilepsiâ (de qua vi antepilepticâ conf. DU HAMEL de Affect. Corpor. pag. 444.) *Secundinis* pellendis, in Doloribus post partum, in Fœtu mortuo ejiciendo, in Abortu causando, & in Partu difficili, ubi reliquis Remediis palmam eripiunt. Quin etiam in *Philtris* proficuum admodum earundem habetur usus.

Utendi modus est vel in formâ siccâ *Pulveris*, vel liquidâ *Spiritus*, vel *Aquæ destillatæ Spirituosæ*. *Pulvis* fit, si *Secundina* minutim concisæ blandè exsiccentur & pulverifentur; quod tamen citra jacturam partium volatilium haud facile fit, unde *Secundinæ* incisæ potius Balnei calore destillentur ad siccitatem, hinc remanens substantia pulverifetur, remotis Membranis. *Pulvis Oleo destillato Caryophyllorum*, aliove simili, imbuatur, ut conservetur à corruptione: raro tamen ultra annum conservari potest, quin tandem Vermiculos generet. Dosi $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. ad \mathfrak{ij} . in præfatis Affectibus. In formâ liquidâ:

¶. *Secundinæ Mulieris sanæ unâ cum reliquis in Partu prodeuntibus.*

Quæ incisâ in Cucurbitâ vitreâ capaci (aliàs frangitur) probè clausâ, in loco leniter calido ad putrescendum reponatur, ita enim tota *Secundina* convertitur & resolvitur in Liquorem aqueum perfectè limpidum, non obstante, quod Hepar ante repræsentârit, superstitibus Membranis. Limpidus hic *Liquor* horrendum foetorem habet, nullum tamen Vermem generat, utpote qui in Vase clauso produci non solet, ad annum autem dimidium ferè debent stare in digestionem. Hic in Balneo Mariæ si destilletur, dat *Phlegma & Spiritum urinosum* volatilem. *Phlegma* abjicitur, *Spiritus* verò est rarissimi & prodigioli effectus in Morbis Mulierum

Destillant Spiritum ex Secundinâ Antiepilepticum pretiosum.

I X. Urina calcificat, exsiccatur, resolvit, abstergit, discutit mundificat, Putredini resistit, ideoque usus est præcipui intrinsecus, in Obstructione Epatis, Lienis, Vesicæ biliaris, Pestis præservatione, Hydrope, Ictero. Quin & Mariti Urina hausta Partum difficilem facilitare dicitur.

Extrinsecus siccatur Scabiem, resolvit Tumores, mundificat Vulnere etiam venenata, arcet Gangrænam, solvit Alvum (in Clysmate), abstergit Fursures Capitis (cum Sale Nitri mixta), compescit febriles Insultus (Pulsui applicata), exulceratas Aures sanat (instillata Pueri Urina), Oculorum rubedini subvenit (instillata), Artuum Tremorem tollit (Lotione), Uvulæ Tumorem discutit, (Gargarismate), Lienis Dolores sedat (cum Cinere cataplasmatifata.) Vide Hieronymum Reusnerum Synops. de Remediis ab Urinâ desumptis, Tabernæ montanum. Germ. Vonser-Schatz. Gall. de l'Urine.

Præparata ex Urina.

1. Spiritus volutilis, Sal volatile.

℞. Urinam Pueri (annorum 12.) Vinum bibentis, recentem destilla per Alembicum in ferventi MB. Hinc cohoba su-

rum, & ad ʒʒ. promptissime pellit Fætum, ciet Urinam, Menses & alia accidentia.

In Philtris curandis Pulvis & Spiritus Secundinæ mirabilia faciunt: sic ex. gr. contra Philtra sequens laudatur:

℥. Secund. præpar.

Rusæ murar.

bortensf.

Theriac. ana p. æqual.

Tosta in Cepâ dentur Patienti, vel bibat cum Lactæ muliebri, vel cum Vino Caryophyllorum, vel cum Aquâ Magnanimitatis, quod secretissimum B. H.

In Epilepsiâ, tam Juniorum, quàm Adultorum, Pulvis & Spiritus dictus mirabilis est, adeo ut & contra Epilepsiam hæreditariam commendetur; quo Spiritu ab Epilepsiâ curatus dicitur Rex Poloniæ à suo Medico Aulico GNOEFELIO. Eodem etiam multæ Mulieres sanitati restitutæ sunt, quæ per sex annos nihil per Menstrua excreverunt. Mediante hoc Spiritu D. MICHAELIS paravit Essentiam è Vegetabilibus contra Partum. Aqua ex putrefactâ Secundinâ, si nimirum humectetur Linneum eadem, & injiciatur in Incendium, mox Incendium compescere dicitur. A LE FEBURE in Chym. p. 184. inter Cosmética refertur. Alii hoc modo procedunt:

℥. Secundinam primiparæ:

Concisam destillant per Alembicum, & quod prodit, cohobatur septies à Capite mortuo.

Curata fuit hoc ipso Mulier, quæ 12. annos Epilepsiâ laboravit: propinatur ante Paroxysmum. Sunt etiam qui Anodynum Antipodagricum ex Secundinâ faciunt. Secundina per sex menses in Cellâ asservatur, sic resolvitur in Liqueorem; qui externè applicatus, omnes Dolores podagricos illico lenit.

Maculas maternas aliàs eruentis adhuc Secundinis tangendo & lavando curare solent: vid. SEPTALIUS in Animadversionibus: quod idem etiam facit, si Sanguis, qui cum Secundinâ prodit, illinatur, & abstergit mirifice Maculas in Scabie etiam volaticâ, quæ est pessima Scabie species, expertum Remedium, si Secundina & Sanguis illinantur: Videatur AGRICOLÆ Comment. in Popp. cap. de Saturn. pag. 289. & Praxis Chymiatrica HARTMANNI, ubi de Scabie volaticâ.

I X. Urina sequitur, quæ nunc cruda, nunc præparata in usu est. De Urinâ crudâ notum est, quod conveniat in Veneno Viperarum arcendo. Prostant namque Observationes, quod ab Urinâ, ad aliquot uncias assumptâ, nonnulli à Viperarum moribus fuerint curati, teste ZACUTO LUSITANO Lib. 3. Præceos Admirandæ, & in specie in Obs. 96. Potus Urinæ propriæ laudatur in præservandâ & curandâ Peste. In Curâ Icteri, Hydropis, Cachexiæ & similibus Affectuum, ex Sanguinis crasi ortorum, in specie quidem in Scirrhis Lienis, multum valet. Mariti Urina hausta à Mulieribus parturientibus Partum faciliat, quod verum, & Mulierularum Experienciâ notum est: vid. LE FEBURE l. c. p. 186. In Tympanitide Urina, in qua cocta Semina Dauci, Faniculi, Cumini &c. pota, valde conducit.

per fæces: prodibit Spiritus Urinæ cum suo Phlegmate mixtus, quem si libet dephlegma, & habebis Spiritum. Hinc si ex Phialâ eleves, nancisceris Sal volatile candidissimum.

Vires. Auxilii nobilissimi censetur in pellendis Lapillis (potus cum conveniente Liquore,) sed valde sætet.

N. 1. Celeberrimus est, ob Tincturam cœruleam Smaragdi, cujus præparationi Menstruum præbet (cum Phlegmate.)

N. 2. Libavius rectificat, imponitque Podagricis, Asthmaticis, Calculosis, per Syringam in Vesicam immittit, imprægnatum tamen antea Essentiâ Saxifragorum: v. gr. Crystall. Lap. Lync. & similibus.

2. Aliter Spiritus Urinæ igneus, seu Sal volatile.

℞. Urin. Pueri Vinum bibentis, q. s. (Mens. ʒo.) evaporat leni admodum igne ad consistentiam usque Syrupi. Residuum hoc reconde in Phialâ longissimi colli, & destilla aëre frigidior, (ut scilicet in Alembico condensetur,) in Cineribus, vel Arenâ, & prodidit Spiritus in Alembico instar Nivis sese elevans, frigore coagulabilis, sed leni calore fusibilis. Osvaldus.

N. 1. Hunc Spiritum si purificato suo Salis communi ex Fæcibus scilicet elixiviato conjunxeris, cohobisque aliquot volatilisaveris, Menstruum habes inigne ad eliciendâ Vitriola è Metallis, & præcipuè è Lunâ.

N. 2. Eundem Spiritum (Salis communis) solutionibus & congu-

Externè Urina in se est egregium Anodynum, Doloribus partium nervosarum applicata. In Podagrâ Pediluvia inde parata summum levamen adferunt: & Dolorem podagricum non ita pridem hic loci curatum fuisse percepi. Imò Cosmética est, si Scabiosi se lavent Urinâ, hinc & Maculæ post Variolas & Morbillos illâ laventur, ut citius evanescant. In Fissuris quoque Manuum, Labiorum & Pedum à Frigore conducit. Exulcerationes Aurium, ut dicit AUTOR, sanat, quod verum est: mundificat Vulnere & Ulcera, & contra Gangrænam Stercore vaccino & Urinâ humanâ nil melius. In Clysmatibus quoque Urina humana egregia est, imprimis Pueri impolluti, si in Flatulentis copiosis Abdominis & Tympanitide, necnon in Hydrope, vel sola, vel cum Abrotano, Chamomillâ & aliis Plantis Carminativis cocta applicetur, uti videri potest in VALLERIO Lib. 1. Obs. 2. vel etiam in SENNERTO Lib. 3. Præceos pag. 734. Plura CONRADUS KUNRATH in Medullâ Destillatoria eleganti, eleganter tractat de Effectibus variis Urinæ in Medull. 1. Tract. 4. Quicquid tamen præstat, hoc imprimis ratione Salis volatilis abundantis, & in sapore salso prædominantis, perficit; ratione cujus etiam refrigerare dicitur, & Aëstuationes sistit; hinc præstans est contra Inflammationes Epithema sequens:

℥. Aquæ comm. ʒ. viij.

Vrina hum. ʒ. ij.

Aceti ʒ. iv. vel v.

Invicem coquantur in Ollâ vitreatâ (quia in Vitrificatione semper Stannum additur), parum Cerussæ vel nihil addendo, ad medietatis absorptionem. Liqueor residuus usu externo egregius & in refrigerandis & resistendis Inflammationibus, partim propter Stannum, partim propter Alcali Urinæ blandè discutiens.

Tandem Urina recens excreta vim habet magneticam in Curâ Morborum Magicâ, propter consensum mumialem ex toto. Modi sunt varii celebriores duo sunt.

1. Quando in unâ Urinâ Ægri ter ebullit Lardum, vel potius Caro porcina; hæc verò postmodum Cani esurienti vel Porco, una cum Jusculo propinatur: sic enim fit, ut quamplurimi Morbi curentur per Transplantationem in Animalia, quæ devorant Carnem & Urinam. Videatur PARACELSUS. Sicut & mediante hæc Transplantatione Dolores podagricos nuper hic Lipsiæ curatos novi.

2. Quando Ovum in Urinâ Ægri coquitur, post nonnihil apertum in acervum Formicarum sepelitur, sic, hoc absumpto, Atrophiâ laborantes, & Mariti per Incantationem fascinati, curantur: videatur HARTMANNUS in Praxi Chymiatricâ, ubi de Atrophiâ, & BOYLE in Phil. experimental, qui hoc etiam mihi ipsi ore tenus confirmavit.

Sic & ex Urinâ Ægri cum Farinâ Placentulæ formantur, & Cani pro Transplantatione Morborum deglutientæ offeruntur. Fabri cujusdam Minister hic Lipsiæ in Urinâ Podagrici Carnem suillam coquebat, quam Cani devorandam dabat; unde Podagræ Paroxysmus cessabat. Plura de Curationibus Magneticis cum Urinâ habet BARTHOLINUS

coagulationibus purificatum, si aliquandiu (dies ac noct. 8.) in V. B. digeretur, solvetur: Solutionem ergò si denud cum *Spir. Vin.* rectificatiff. maceraveris (dies ac noct. 8.) Menstrui particeps es, solvendo Aurum idonei.

3. *Spiritus Urinae per putrefactionem.*

N. Urin. Hominis juvenis (annorum 12.) *Vinum bibentis* quantitatem magnam (Mens. 30.) pone in *Fimum equinum* vel MB, dies ac noct. 40. ad putrefcendum. Hinc decanta à Fœcibus ac destilla per Alembicum (vel per Vesicam) ex Arenâ, idque donec omnis humiditas destillando abstracta sit. *Humiditatem* hanc cohoba aliquoties (ter) à Capite suo mortuo. Tandem destillatum in Cucurbitâ oblongi colli, committe Calori, ut Alembicus semper frigidus maneat. Sic ascendit *Spiritus* instar Crytalli, nullâ comitatus Humiditate. *Crytallus* rectificatus solvendo in *Aquâ pluviâ destillatâ*, & ex Phialâ, ut priùs destillando, idque sexies, semper novam *Aquâ pluviâ stillatâ*. adhibendo. Hinc digere Crytallum in Phialâ Hermeticè clausâ, dies ac noct. 15. lento igne, donec in liquorem limpidissimum abeat.

N. 1. Sennertus ab Urinâ dicto modo defœcatâ, destillando elicit saltem quartam aut sextam partem, eamque leni Calore ex Phialâ oblongioris colli dicto modo sublimat. Vide *Inst.*

N. 2. Alii Urinam putrefactam destillant ex Cucurbitâ,

in *Hist. Anat. C. 3. bist. 66. MARCUS MARCI in Philosophia Vet. Refl. HELMONTIUS, & WILLISIUS in Pharmac. Ration. p. 2. Sect. 2.*

Quoad *Preparata* ejus, destillatur inde *Sal volatile*, & *Spiritus urinosus*, qui imprimis duplici ratione paratur:

1. Per simplicem *Destillationem*, vel
2. Per præviam *Fermentationem*, aut *Putrefactionem*.

In utroque casu prodit *Spiritus volatilis urinosus*, valde penetrans, & nihil est aliud, quàm *Sal volatile salsum Urinae*.

Primo modo prodit *Phlegma*, quod etiam aliàs plurimi per crudam ad crassiem Mellis Coctionem separant. Urina hæc inspissata, vel *Caput mortuum* in Mellis consistentiâ, vel simpliciter destillatur per Arenam; primò *Phlegma*, deinde *Sal volatile Urinae salsum*, & *Spiritus*, obtinetur: qui, si non perfectè alcalinus sit, super *Calce vivâ* rectificetur. Quibus verò suspecta est *Calx viva*, super *Cineres* vel *Salem Tartari* Rectificationem instituire poterunt, & *Spiritus* & *Sal volatile Urinae* habebunt purè urinosum. Vel cum quodam *Alcali*, vel cum *Cineribus Urinae inspissata* mista, Destillatione ulteriore suggerit *Spiritus* & *Sal volatile* purè urinosum. Nempe additur *Alcali*, ut liberentur particulae urinosae ab acidis & occultis easdem ligantibus; Urina enim composita est ex *Acido* & *Alcalibus* volatilibus, ita tamen ut hoc præponderet. Quidam *Spiritus Urinae* mediante *Calce vivâ*, sine tamen igne, destillant sequenti modo:

Cucurbitæ immittunt *Calci vivæ* s. q. cui superfundunt

Urinam, vel *recentem*, vel ad tertiam partem lenè evaporatam: mox imponunt Alembicum cum Receptaculo, & sic subtilem & volatilem *Urinæ Spiritum* brevè tempore acquirunt.

Meliùs destillatio hæc per Retortam institui potest. Curiosum est quòd hoc modo primo loco *Spiritus* prodeat; idque cum hac differentiâ, quòd *Spiritus Urinae* hoc modo paratus, cum *Spiritu Vini* mixtus, eundem non solet coagulare in Offam albam, quod tamen aliis Urinæ Spiritibus commune est: quod offendit, vel mutari certo modo à Calce vivâ texturam Salis & Spiritus Urinæ; vel ex ipsâ etiam Calce vivâ aliquam substantiam volatilem exurgere simul. *Spiritus* hic Urinæ hoc modo cum *Spiritu Vini* destillatus mirè fit volatilis, & penetrans.

Alius tamen modus AUTORIS per *Putrefactionem* melior est, ubi *Spiritus* & *Sal volatile* mox primò loco ante *Phlegma* & *Oleum* prodit & volatilissimus est: quatenus in quavis *Putrefactione* plùs minùs perfectâ resolvitur textura & mistio Urinæ, Acidum infringitur & enervatur, & attenuatur *Oleum*; unde *Alcali* volatilis emersio & exaltatio fit; quod quotidiana rerum putrescentium confirmat Observatio; & sic *Spiritus* & *Sal volatile* mox primò prodeunt: rectificetur per Phialam ex Arenâ; sic partim acquiritur *Sal volatile*, partim *Spiritus*. De utrâque Præparatione videatur *AUTOR, ZWELFFERUS in App. ad Animadv. p. 72. item WILLISIUS Pharm. Rat. Vol. 1. p. 160. Consecratur etiam GLAUBERUS Parte 2. p. 133. qui Spiritum Urinae in copiâ per Fermentationem super Fimum equinum parare docet.*

cujus Orificium obturant Charâ triplici, Oleo imbutâ, vel Spongiâ similiter imbutâ, quâ *Spiritus Urinae* igneus tantum transeat.

N. 3. Urina quia facilè destillando exæstuat, cautè Ignem adhiberi oportet.

N. 4. Sunt qui Fœtoris corrigendi gratiâ (qui tamen & dicto modo aliquatenus correctus) *Spiritus Vini* affundunt, eumque rursus lento Calore abstrahunt, idque aliquoties novum semper *Spiritus Vini* affundendo. Verùm *Sal Urinae* hac ratione correctum, non *Sal Urinae simplex*, sed *Magisterium* potius, i. e. *Sal Urinae Sale Vini imprægnatum* dici meretur. Vide de his destillationibus *Hartmannum in Pract. & Crollium, Sennertum in Instit. Gluckrenium in Beguin. l. 3. c. 2. Keslerum l. c. 2. 4. c. 24. Beckerum in Spagyriâ Microcosmicâ, &c. Tenzelium in Emegefi.*

Vires. Insigne Anodynum est in Doloribus (si cum Liquore conveniente affricetur.) Refertur quoque tartareas Obstructiones Viscerum ac Mesenterii, unde magnus ejus usus esse poterit in Scorbuto, Hypochondriâ, Cachexiâ, Ictericâ flavâ ac nigrâ: atterit Calculum Renum & Vesicæ, Doloresque inde ortos sopit, &c. Idem *Sal* si in *Spiritu Vitrioli* solutus, ac iterum in Arenâ destillatus fuerit, Liquor prodit in Epilepsiâ efficacissimus (& Maniâ.) Idem *Spiritus* optimè purificatus (scilicet aliquoties in *Aquâ pluviâ* solvendo & destillando,) cumque *Spiritu Vini* analyticè unitus solvit Aurum, unde *Aurum potabile*.

4. Spi-

Coagulat hic *Spiritus Urinae Spiritum Vini* in Offam albam; *Oleum* autem in Saponem liquidiorum coagulat. Sicut enim *Alcalia fixa* cum *Oleis Vegetabilium expressis* constituunt *Saponem*; sic hic *Spiritus Urinae* per Fermentationem paratus pariter coagulat *Olea destillata*, quatenus *Sal volatile Urinae* se unit cum *Sale volatili*, quod est in *Oleo*. Conferatur *BARNERUS Tract. Spiritus Vini absque Acido*; *WEDELIUS in Pharm. p. 202. BOYLE in Hist. Fluid. & Firm. p. 101. & 102.* qui tamen errat, dum *Spiritus Urinae* sine Fermentatione paratum *Spiritus Vini* non coagulare asserit.

Si autem destillata Urina est hoc modo, remanet ingens copia *Salis fixi* in Capite mortuo cum *Aquâ* elixivianum.

Quæritur: *cujus naturæ sit Sal hoc fixum?* cum aliàs, uti notum & supra dictum, nullum *Sal fixum* in Animalibus reperitur? Non est de naturâ urinosâ, sed est alius naturæ, instar *Salis communis*, nempe *Sal salsum*; & additione *Argillæ* vel *Boli* part. iij. si destilletur, dat *Spiritus acidum*, similem *Spiritus Salis communis*, quod aliàs nulla faciunt *Salia fixa*: sicque reverà nihil est aliud, quàm *Sal commune esculentum*, quod cum Alimentis sumitur, quodque suâ antiquâ formâ partim cum Urinâ, partim cum Fœcibus Alvi, prodit. Unde obiter moneo, quòd ii, qui faciunt *Nitrum* in locis, ubi exponitur *Stercus* & *Urina* Hominum, ex Terrâ tali Sale imprægnatâ, necesse habent, ut refinent *Nitrum* à Sale fixo esculento, quod assumptum cum *Stercore* & *Urina* denud excernitur, quod in Nitri generatione ex *Stercoribus* adhuc est fixum, ideoque separandum, quoniam illud reddit impurum.

Ex *Urina humanâ*, ad consistentiam Mellis aut Syrupi spissioris seu Extracti mollioris inspissatâ & putrefactâ, hinc cum duplo, vel triplo Arenâ permittâ, successivis apertis Ignis gradibus usque ad summum ejus rigorem destillatâ, reperitur in summitate Retortæ Materia, cæteris prioribus ponderosior, quæ est *Phosphorus* aut *Noctiluca aërea*.

Commodissimè ac celeberrimè *Spiritus Urinae* paratur ex *Sale Ammoniaco*, qui nihil aliud est, quàm *Alcali Urinae* ab *Acido fixato*: si enim *Sali Ammoniaco* debita additur *Alcali fixi* (v. g. *Tartari*) portio, & ex Retortâ vitreâ leni calore ambo unita destillentur blando calore; *Alcali fixum* conjungit se cum *Acido* figente, & *Sal Urinae* albissimum, quia fugax est & volatile, dimidiæ horæ spatio Alembicum petit: videatur *TACHENIUS Morbor. Princip. pag. 174. & WEDELIUS Pharm. pag. 23.* Ad hujus imitationem quidam *Urinam*, additis *Cineribus* vel alio *Alcali fixo*, destillant, sic enim *Alcali* conjungit se cum *Acido Urinae*, & *Spiritus Urinae volatilis* per Alembicum ascendit: Vid. *TACHENIUS loco citato*. Verùm, postquam *Spiritus Salis Ammoniaci* innotuit, *Spiritus ex Urinâ* immediatè paratus non amplius est in usu.

Quoad usum, *Phlegma Urinae* in Ulceribus Aurium est egregium: si est debilius, aliquid de *Spiritu Urinae* addendum.

Spiritus & *Sal volatile Urinae* est Medicina excellentissima, corrigit & destruit quodecunque Acidum in Corpore humano, potens est Sudoriferum, potenter penetrat Viscidum, incidit,

4. Spiritus Urinæ Antiepilepticus.

Ex Urinâ & Vitriolo duplo digestis & destillatis. Vide lib. 2. de Vitriolo.

N. *Quercetanus de Signat. Rer.* pluribus eundem describit, eademque operâ elicit MB.

1. *Pblegma Ophtbalmicum* (primùm egrediens.)

2. *Antipodagricum* (acrius secundò destillans.)

3. Per Retortam *Spiritum glaciale* i. e. coagulabilem, quem maximoperè deprædicat ad referandas Obstructiones Epatis, Lienis, ad promovendas Urinas & dissolvendum Calculum, tum quoque ad extinguendas Inflammationes & Gangrænas.

Spiritus Urinæ cum *Sale volatili*, nupti *Oleo Tartari per deliqu.* cum *Aq. Lil. convall.* subidò guttatim mixtis, & exiguo Vitro angusti orificii Vapor Auri immisus egregium Auriculare.

5. Magisterium Urinæ, seu Microscopi.

U. *Urin. putrefactam* (ut dictum,) & defæcatam, destilla Igne ex MB, donec Phlegma omne prodierit, tunc subsiste & rectifica *Spiritum* ex Phialâ oblongi colli: sic acquirit *Sal volatile*, quod collige *Pblegmate* relicto. *Residuum* destilla ex Arenâ, & ascendet ulterius *Sal volatile*. Ex Capite mortuo elixivâ *Sal fixum*, idque coagula ad siccitatem, atque cum triplo Argillæ mixtum, inque Globulos redactum (postquam Globuli exsiccati fuerint,) destilla per Retortam, (ut destillatur *Spiritus Salis communis*). Spiritui huic affunde stillatim priorem illum *Urinæ Spiritum*, vel *Sal volatile*, donec cesset

incidit, & Meatus obstructos potenter referat, Urinam & Calculum fortiter pellit; & in Ischuriâ vitio Renum egregius; unde quidam *Spiritum Urinæ à Silicibus* nigris calcinatis aliquoties cohobando, *Spiritum cæruleum* acquirunt, & in Ischuriâ à Calculo maximè laudant; qui tamen effectus omnis à solo Spiritu Urinæ est. Præterea convenit in omnibus Inflammationibus quatenus vi sudoriferâ alcalinâ Sanguinem dissolvit, ejusque circulum restituit. Catholica Febrim Intermitterium est Medicina ante Paroxysmum præmissis Universalibus. In Scorbuto & Malo hypochondriaco est specificum Remedium, imprimis si misceatur cum *Spiritu Cochleariæ* per fermentationem temperato. In Cachexiâ Virginum, præmissis Vomitorio, est expertus, mediante quo in Hollandiâ tres Virgines curabantur: unde & Tympanitico & Hydipico sic inservire potest. In specie solent *Spiritus Urinæ* commendare in Podagrâ, similibusque Morbis, qui dicuntur Tartarei, ex Malsâ acidâ, crudâ & viscidâ constantes, unde etiam hic *Spiritus Specificum* est Antiquarium, & dicitur propterea *Spiritus Antiquarius D. Michaelis*, dum à tali tartarâ Materiâ, ut audit PARACELSO, ortam Quartanam curat. In Epilepsiâ, Morbisque soporosis, potenter succurrit. Externè Anodynum est contra Dolores colicos, & quoscunque alios ab Acido vitioso oriundos, externâ sui applicatione utile. Epilepticos, Morbisque soporosis obnoxios, potenter excitat, Naribus applicatus; quoniam est penetrantissimus. Ut taceam ulum in Operationibus Metallicis pro penetrandis & eliciendis Metallorum Tincturis.

Ex Urinâ & Vitriolo destillatur *Spiritus* efficacissimus volatilis, qui contra Epilepsiam, Albuginem & Cataractam Oculorum est egregius: de quo aliquando, ubi de Vitriolo. *Spiritus Salis Ammoniaci à Vitriolo Martis* cohobatus, Fermentationis abolitæ, tam Stomachi quàm Massæ sanguinæ, dicitur restaurator.

Sunt qui recipiunt Urinam, eamque inspissant in consistentiam mellagineam: huic addunt *Rasuram Cornu Cervi* & *Succini*, & hæc conjuncta destillant per Retortam in Arenâ, proditque sic *Spiritus compositus* admodum urinosus, adhærente lateribus Recipientis *Sale copioso volatili*, ex his tribus substantiis exactè concreto.

Pertinet huc *Lapis Animalis*, seu, ut aliàs vocatur, *Mercurialis*, paratus ex *Spiritu Vini* & *Spiritu Urinæ*, seipsum multiplicativus. Conferatur BECHERUS in *Experim.* pag. 329. item DIGBY *Liber*, qui vocatur *vor Auserlesene*. *Recept.* Vol. 2. p. 406.

X. *Stercus Humanum* sequitur, quod vocatur à PARACELSO *Sulphur Occidentale*, idque non immeritò: dicit namque GLAUBERUS de *Naturâ Salium* p. 554. quòd in *Stercore Humano* sit *Sulphur*, omnino simile *Sulphuri* communi minerali. Subiectum est oleosum, & hinc Anodynum; unde singulares obtinet usus in Medicinâ. Ut taceam usum internum singularem alexipharmacum in Curâ Morsûs Anima-

streptus. Hinc da ignem sublimationis in Arenâ, & sublimabitur *Sal Urinæ* elegantissimum, visuque jucundum.

Vires. Efficaciùs agit hoc *Sublimatum* quàm præcedens, Tartarumque totius Corporis incidendo, per Sudorem, Urinam, imò vel per Alvum expellendo. Plurimos inde ortos Affectus curat, vel saltem levat, quales sunt Atrophia, &c. Præservat itidem à Doloribus Calculi (si singulis Mensibus ante novilunium assumatur.)

Dosis gr. vii. viiii. ix. x. in Liquore convenienti.

Usus ejus quotidianus aliquamdiu continuari poterit.

6. Oleum Ludi.

Id est tartaræ Materiæ quæ Matulâ inhærescit, sit calcinando, per deliquium solvendo.

Vires. Insigne est ad resolvendum Calculum.

Dosis ℥j.

X. *Stercus* (*Carbon humanum Paracelso*, aliis *Sulphur Occidentale*,) emollit, maturat, Anodynum est. Eapropter magni usûs ad mitigandos Dolores Incantatione introductos (impositum), ad Anthracis pestilentiales maturandos, ad Phlegmonem, v. g. Gutturis, seu Anginam curandam, (siccatum, tritum, & cum Melle illicitum, ad Inflammationes Vulnerum arcendas. Quin & intrinsecùs à nonnullis adhibetur, in Anginâ (crematum & Potui datum,) in Febris ad Paroxysmos profligandos, (eodem modo propinatum. *Dof. ʒij.*), in Epilepsiâ, quam *Stercus* primum Infantuli siccatum & pulverisatum, & ad complures dies exhibitum, radicitus evellere ajunt.

Preparata

lium venenatorum ac rabidorum: de qua virtute alexipharmacâ videri potest ZACUTO LUSITANUS Lib. 3. *Præcox admir. Obs.* 89. MATTHIOLUS *Comment. in Dioscor. l. 2. cap. 73.* RIVERIUS hinc inde in *Obs. communicat. & Morbor. infrequent.* in specie *Dissert. mea* pro Licentiâ de *Morsu Viperae*. *Napellus* in suo loco natali est venenatus; unde si assumatur, Homo intra quatuor horas moriturus, nullo alio Remedio curari potest, quàm *Stercore Humano*, quod vel recens, vel aridum debet assumi in Liquore. In Peste curandâ & præservandâ singularium est virtutum *Stercus Humanum*, ad magnitudinem Avellanæ matutino tempore assumptum. In usu externo pro Tumoribus & Inflammationibus quibuscumque emolliendis, suppurandis, æquè ac maturandis etiam dolorosissimis, item pro Ardore temperando, nil melius *Cataplasmate ex Stercore Humano*, vel ipso *Stercore* calidè superimposito: idq; in Tumoribus tam benignis, quàm malignis. Conferatur HELVETIUS in *Diribitor. p. 112. & 158.* Sic in Carbunculis & Bubonibus Pestentialibus egregium Remedium est *Stercus proprium* adhibitum; uti enim compesit Dolorem, ita corrigit & elicit Venenum, suppurat, & ad maturationem citò perducit; quod hic probatum fuit in Peste ante 40. annos grassante, uti mihi nuperrimè narratum. *Stercus Vaccinum* in Doloribus Articularum valere supra dictum, quod tamen hic à *Stercore Humano*, propter vim oleosam anodynâ, Salium acidorum correctivam, in ejus oleoso Sulphure fundatam, superatur; hoc enim recens impositum parti ex Podagrâ dolenti valde imminuit Dolorem. Temperat Acidum in Inflammationibus, & cum *Allii Capitibus* Morsibus venenatis impositum certum levamen adfert. Sic etiam SAAR in *Itinerario in Militiâ Indiæ Orientalis* refert, quòd in Indiâ Orientali reperitur *Serpens*, cujus Morsus certò sit venenatissimus, ut exinde Homo lauciat, nisi intra 8. horarum spatium *Stercus proprium* possit imponi, cum hoc illius Veneni sit *Alexipharmacum*, moriatur. Ulteriùs sphacelosa loca & Membra restituit, & ab ulteriore progressu conservat; quoniam vim obtinet, quatenus *Stercus Humanum Spiritum*, qui totus *Sal volatile oleosum* est, continet. Conferatur BECHERUS *Phys. subterr. lib. 1. pag. 314.* Commendatur etiam ad *Curationem Morborum Magico-Magneticam*, ut videri potest in ZACUTO LUSITANO, & SCHMUCHIO *Thef. 1. pag. 3. in Proæmio*: nam ibi hujus rei habet Exemplum: TENZELIUS in *Medic. diast. pag. 70. & 174.* utitur *Stercore Humano* instar Magnetis pro eliciendâ Mumiâ Microscopi spirituosâ, beneficio cujus postmodùm fiunt Transplantationes Morborum in Plantas. In Veneficio arcendo notum est, quòd *Stercus Humanum* sit magni usûs, si scilicet Parti dolenti ex Veneficio applicetur *Stercus humanum*, vel solum, vel cum *Allio*, vel *Asâ fetidâ*; sic enim fit, ut illi, qui perpetravit Veneficium, sapiant omnia *Stercus humanum* & *Allium*, adeò ut necessum habeat solvere Veneficium. Alii *Stercus proprium*

Preparata à Stercore.

1. *Aqua stillatitia* fit unâ & eâdem operâ cum *Oleo*.

Vires. Moderi dicitur Oculorum Unguibus, reliquisque Passionibus Tunicæ Adnatæ, (guttula una vel altera instillata,) Faciei conciliare Colorem, Pilos producere, Ulcera corrosiva & Fistulas curare, Cicatriceque Manuum removere.

Internè prodesse ajunt Comitialibus & Hydropicis, Lapidemque Renum & Vesicæ pellere, Morsibusque Canis rabidi, venenatorumque Animalium subvenire.

2. *Oleum*.

2. *Stercor. Juvenis* (non Pueri) q. p. exsiccat in Aëre vel Furno lento igne: postea per Alembicum destilla, Igne primùm lento, sic prodibit Phlegma, tandem cum aliis Spiritibus *Oleum*. Utrumque per M.B. rectificetur.

Poterius *Andegavensis* parat hoc modo.

2. *Sterc. humanum* quant. magn. corrumpatur per se, ac convertatur in exigua quædam *Animalia*, & hinc serè in *Pulverem* abeat. *Stercus* hoc ita præparatum destilla ex Retortâ, primò Igne blando, mox validiori, sic prodibit *Oleum* & *Aqua*.

N. Graveolentia utriusque tollitur Rectificationibus & Cohobationibus repetitis.

Vires. Valet ad Tineas Capitis, Erysipelas exulceratum, Lichenes, Impetigines (illitum), Podagricis Doloribus subvenit, Cancrum curat & mortificat.

Internè iterum solvit. *Libavius lib. 2. Alchym. Poterius in Pharmac.*

3. *Zibetta Occidentalis* nihil est aliud, quàm *Stercus* mediante Digestione ad suaveolentiam redactum, quâ *Zibettam* mentitur. Vid. *Agricolam*.

proprium impositum, ubi aliquandiu jacuerit, in Vesicâ istud suspendunt, & ita Veneticam Veneficium solvere cogunt.

Si tandem destilletur, prodit *Aqua & Oleum fatidum*. Destillatur autem per Retortam.

1. *Aqua ex hoc Stercore destillata*, Sale volatili oleoso nonnihil imprægnata, internè, præter vim diureticam, ad Calculum, Hydropem & Epilepsiam conducit: imprimis curat Morsus Canis rabidi, si intrinsecus propinetur: externè eadem valde convenit in Affectibus Oculorum, imprimis quidem, si sit *Stercus Humanum* ejus, qui vescitur tantummodò Pane, & bibit solummodò Vinum. FERDINANDUS in *Hist. Mirab. 2. 5.* laudat *Collyrium* ad Suffusionem incipientem ex *Aquâ Stercoris Humani destillatâ*, in qua *Fel Mustelæ piscis* mistum est: Paronychias quoque, Cancros, Carbunculos & Inflammationes externo usu sanat.

2. *Oleum* in Vulneribus & Ulceribus cancris & Cavis fistulosis Mammarum, & in ipso Cancro exulcerato, summum est Remedium; si enim *Oleum* hoc illinitur, ulterior progressus præcaveri solet. Sic pariter convenit Doloribus & Abscessibus ab Incantatione ortis.

3. Ex *Stercore* hoc Humano PARACELSUS vult præparare *Ambra Occidentalem*, quæ à quibusdam vocatur *Zibethum Occidentale*. Notum enim est, quòd Moschus recens, si non sufficienter oleat, à Mercatoribus in Latrinis suspendatur, sicque Odor ejus intendatur; vel cum *Urinâ Humanâ* subigunt, ubi pariter Odorem gratum induit: vid. BOYLE in *Philosophiâ Experimentali* P. 2. Pari ratione *Stercori*, si affundatur *Aquæ* quantitas sufficiens, miscetur in Pulvere spissiore, ponatur in Balneo Mariæ, vel Balneo Vaporoso, beneficio diurnæ Digestionis & Fermentationis Fætor exibat, & suavem spirabit Odorem instar *Ambre* vel *Moschi*: videatur HOFFMANNUS *Clave Pharm. Schræderian. L. 2. cap. 75. pag. 106. & 107.* Quod ipsum etiam fit beneficio reiteratæ Sublimationis; sic enim fit elegans *Pulvis Cyprius*, inspergendus Capillis. Nihilominus ROSENCREUZERUS in *Astronom. infer. pag. 252.* dicit, quod *Zibethum Humanum* sit Pinguedo, quæ reperitur circa Terres Maris, quæ si illinatur Parti genitali Tom. IV.

(C) *Stercoris humani sædam sanè, sed accuratissimam instituit Analysim Cl. Hombergius Act. Reg. Scient. Academ. anno 1711. quam lege si lubet.*

HYSTRICI hic locus. Ex Charletone ab *S. sus*, & *Spiæ* pilus, quasi *Sus pilos* habens: quamvis autem Caput hujus Animalis suillum Caput demtâ magnitudine repræsentet, & setas habeat lucidas ut *Aper*; attamen Calamnis quibusdam illius Corpus borret solidis, lucidis, acutis, varii coloris. Hos vi Musculi Cutanei (quem Panniculum carnosum appellant) insignis texture, & fibrarum morricium, quibus illorum ibecæ præditæ sunt, irritatum Animal sagittarum more ejaculatur. Lapis in *Cybi* fellæ *Hystricis* genitus amidorus est efficax in Febris & Venenis omnibus. Exhibentur *ʒiij.* Aquæ, in quâ fuerit infusus: assumantur quoque Lapidis gr. *vj.* in *Aquâ Centaurii*. Tantam illius faciunt amaritatem, ut si manu continetur ad supinam manûs partem saporem pervadere affirmant.

XI. *Semen*, seu *Sperma*, non modò comperimus per se à nonnullis, ad Veneris scilicet Ligaturam maleficam dissolvendam, adhiberi, sed & *Mumiam magneticam* inde fieri, quâ Amoris concilietur fervor. Quin & *Homunculum* suum inde meditatatur *Paracelsus*.

XII. *Sanguis* (recens adhuc & calidè potus,) conferre dicitur ad Epilepsiam, si scilicet Potum Motus excipiat vehementior, Curfusque celerior ad Sudoris usque prorupcionem: Hæmorrhagiam quamcumque sedat (epotus recens vel incineratus).

Quin & extrinsecus Sanguinis eruptioni medetur, & præcipuè Narium Hæmorrhagiæ, (Cris inditus, vel & recens Fronti illitus, ut inibi exsiccat.)

N. 1. Potio Sanguinis summâ cautione opus habet, quippe affumentibus non modò Truculentiam inducit, sed & Epilepsiam quandoque generasse compertum est.

N. 2. *Sanguis Puerperii* sanat Scabiem volaticam (recens cum Secundinâ seinel ac iterum illitus,) *Hartmannus*.

Preparata à Sanguine.

1. *Aqua destillata*.

Fit eodem labore cum *Oleo*.

Vires. Valet in Phthisicis & Aridis (epota ad *ʒj.* vel Membris affricta) Fistulis purificandis & sanandis, Anbustis refrigerandis.

N. Destillatur & *Aqua Sanguinis*, & *Lactis humani* à, commendaturque ad Maculas Cutis extirpandas. *Hartmannus*.

2. *Oleum destillatum*.

2. *Sang. Juvenum* (verno extracti) quant. magn. *Alcohol Vini* ʒ. p. Cucurbitis probè munitis, digere in F. E. per dies ac

Mulieris, Fœmina attrahat Fœtum, & præcaveatur Abortus. (C)

XI. De Geniturâ nihil dico, utut PARACELSUS inde parare volverit suum *Homuncionem*.

XII. Succedit jam *Sanguis Humanus*, qui recens contra Epilepsiam hauritur, & colligitur ex Homine vivo, eoque sano. Pro epileptico autem usu colligatur ex Homine violentâ Morte interempto, imprimis decollato, quod inculcat LINDANUS, cum alius *Sanguis* vix talem efficaciam habeat. Sunt tamen, qui *Sanguinem Cervi* Humano præferunt, potissimum, si Vitæ prolongandæ gratiâ exhibeatur. Si guttæ aliquot Sanguinis extillantis internè propinentur, cessat Hæmorrhagia. In Scabie laudatur ab HARTMANNO in *Praxi Chymiatricâ*.

Notum enim est, quòd Sanguini insit vis *sympathetica*, dum adspargitur *Pulveri Sympathetico*: item si *Linieum Sanguine* ex Utero vel Naribus &c. madidum injiciatur in Ignem, fit, ut omnis cesset Hæmorrhagia; quod imprimis de Sanguine ex Utero fluente verum est. Similiter Sanguinis in *Ferrum candens* extillantis Fœtus Naribus susceptus, earum Hæmorrhagias sistit.

1. In Destillatione ejus acquiritur *Spiritus salinus volatilis*, & *Sal volatile*. Encherises Operationum sunt hæ: Sanguis recens grumofus quidem destillatus suggerit Phlegma, & Oleum, parum verò Spiritûs & Salis volatilis; sin verò evaporato nonnihil Phlegmate reponatur ad aliquot septimanas, ut ad Putredinem nonnihil declinet, & situm contrahat, *Sal volatile* elegans copiosum cum Spiritu & Phlegmate dabit. Experimentum feci cum *Sanguine Bubulo*: hic putrefactus duplo plus *Salis volatilis* suggessit, quàm idem Sanguis non putrefactus destillatus. Quòd si Sanguini recenti destillando addatur *Alcali fixum*, plus *Salis volatilis* destillando suggerere solet, teste MAYOWIO de Nitro p. 160. An verò sit differentia quædam Spiritûs & Salis volatilis ex Sanguine recenti eliciti, ab isdem ex putrefacto paratis, sunt qui dubitant, utut affirmativam sententiam defendat HOFFMANNUS loco allegato pag. 44.

2. *Spiritus & Sal volatile Sanguinis* non saltem potentissimum est Sudoriferum, sed habetur speciale Remedium Apoplexiæ
H h h

ac noctes 40. dein destilla per Alembicum è Cinere, & prodibit unâ cum *Aquâ Oleum*, Utrumque rectificâ, *Aquam* per MB, *Oleum* per Retortam è Cineribus aliquoties (9. 10.) destillando.

Vires. Maximè commendatur ad Epilepsiam radicibus tollendam (si singulis diebus per mensem integrum sumatur ℞. à Novilunio incipiendo, & postmodum singulis Novilunius semel per annum ℞.) ad Paralytin, Apoplexiam, Pulmonem exulceratum, Pleuresin. *Beguinus*.

N. Destillatio Sanguinis Humani non uniusmodi instituta reperitur. *Nimirum*:

Destillant alii *Sanguinem Humanum* recentem adhuc, & sine additione, tum quoque admixta aliquotâ parte *Spiritus Vini* rectificati.

alii *Sanguinem Humanum* non recentem, sed vel exsiccatum, vel digestum aliquandiu Destillationi subiiciunt. Digestionem autem peragunt alii solius *Sanguinis* (addito tantillo *Sal. com.*) alii *Sang.* cum *Spir. Vin. rectific.* confusi.

Exhibet autem *Anatomia Sanguinis* 1. *Aquam*, & 2. *Spiritum*, i. e. *Aquam* rectificatam. 3. *Oleum*, i. e. *Liquorem* crassorem. 4. *Sal volatile*. 5. *Sal fixum*. Verùm nos usatiora damus.

3. *Oleum rectificatum.*

N. Sanguinem Juvenis sani, mense Majo Venâ secâ extraham, suscipe *Gurbitâ*, ut solùm quarta pars repleatur. Hinc clauso Vase detineatur, in Calore mediocri, ut Sanguine intumescente tota *Gurbitâ* impleatur. Hinc fiat Destillatio, primumque exit *Aqua* (non magnæ æstimationis, nisi quod amplius elaborata, nonnullis ad extrahendum *Sal* interserviat.) Reliquum pellatur in Cineribus per Retortam, juncturis optimè clausis. *Destillatum* refundatur super *Fæces*, fiatque *Cohobatio* vice nonâ, ut Color subsequatur rubineus.

N. Attendere oportet in Destillatione, ne nimio Igne *Fæces* comburas, inque *Carbonem* redigas; ideoque tantùm ad siccitatem destilles.

Vires. Maximarum habetur virium ad refocillandos *Ægrotos*. *Libavius Syntagm.*

4. *Balsamus Antipodagricus, seu Oleum Sanguinis Humani alcalisatum.*

Fit eodem modo:

N. Sanguin. Hum. adhuc calentis Mens. 1. putrefac per aliquot dies ac noctes, dein destilla ex Arenâ per gradus, primò lento Igne, hinc secundò fortiori per Retortam, & exhibit *Oleum* rubicundum & sætens, *Sal volatile* ad spondilia Colli adhærescente. *Oleum* rectificâ per *Colchotar* ex *Gurbitâ* Igne Arenæ, aliquoties à recenti *Colchotare* destillando: demum solve in correcto hoc Oleo *Sal*, & serva.

Vires. Mirandarum est virtutum in *Podagrâ*, quotidie, bis, terve, sex diebus continuis inunctum: sistit Dolores, Tumore simul & Rubedine evanescente.

N. Similis energiæ est *Balsamus* è *Sanguine Hircino* & *Cervino* proleclus, in quibus tamen & *Viscera*, *Pulmones* scilicet, *Cor*, & *Epar* addidisse expedit. Vide *suprà*.

5. *Spiritus Antiepilepticus.*

N. Spir. Sang. Hum. dephlegmati & ter rectificati, ℞ ij.

plexiæ & Epilepsiæ: in quibus casibus non tantùm feliciter eos expertus est B. D. MICHAELIS, sed & confirmatur à BOYLE in *Experim. circa Sanguinem humanum*, & HELMONTIO Tr. *Spiritus Vitæ*, ubi inquit, hæreditariam se curasse Epilepsiam hoc *Spiritu* & *Sal*. Imò in Apoplexiâ Remedium non contemnendum est, & in aliis Morbis subitaneis quoque confert, in quibus omnibus aliis præfertur; imprimis quidem si misceatur *Spiritus salinus Sanguinis Humani* cum *Spiritu Vitrioli*, vel cum *Spiritu Vitrioli cephalico*, & sic *Misturæ* cerulea, vel potiùs viridis, expertissimi usûs in Epilepsiâ. Datur contra Epilepsiam, imprimis tempore Novilunii, & tempore Plenilunii, quoniam eo tempore præprimis solet excitari Epilepsia. Cùm igitur *Spiritus Sanguinis Humani* aded conferat ad Epilepsiam, hinc inde parati fuere *Spiritus Epileptici compositi*. Si ad *Spiritum Sanguinis Humani Castoreum*, aut *Campora*, aut *Opium*, & alia affundantur, *Spiritus Antiepilepticus*, & *Hystericum* egregium habebimus: videatur BILLICHIUS in *Parad. & Obs. Chym. pag. 115*.

3. *Oleum* autem super Caput mortuum *rectificatum*, egregium est *Anodynum*, ita ut propter luxurians principium sulphureum quoscunque sistat Dolores; unde in Doloribus partium nervosarum, à vitioso Acido oriundis, optimum est Remedium. BECKERUS in *supracitato Tractatu* habet

Infusi Fl. Lavendul. (in Vino) ℞ ij. M. & destilla per MB. ad medietatem, idque repetere tertîâ vice: dein adde *Spir. Vin. rectific.* ℞ ij. & serva.

Vires. Valet ad curandam Apoplexiam, Paralytin, ut & ad Asthma, &c.

N. Habet & Beguinus insuper *Sanguinis Humani Quintam Essentiam, Biolygonium, Pbilrum, Balsamum, Aquam Sanitatis, Arcana duo*. Verùm cùm proluxa sit horum descriptio, Autorque aliàs in omnium manibus versetur, illorum descriptio superfedeo.

6. *Mumia Vitæ alexiteriâ.*

Est *Sanguis* florentis & benè valentis Hominis, lento Calore exsiccatus, *Spiritu Limonum* & *Vitrioli Spiritu* imprægnatus, & in *Trociscos* cum paucâ *Myrrhâ* paratus.

Vires. Insignis est efficacîæ in curandis Carbunculis.

Dosis ℞. in *Aquâ Cinnamomi* mane jejuno propinata. P. J. Fabri in *Chirurg. c. 9*.

7. *Arcanum Sanguinis Humani.*

P. J. Fabri. Vide *Myrothec. c. 8*. Billichius de *naturâ Spægyr. n. 66*.

XIII. *Calculus Tartarum*, seu *Calculus* in omnibus partibus solvit, & expelli facit, ideoque omnibus Obstructionibus subvenit.

Pulsis exhibitus. *Dosis* ℞j.

Preparata ex Calculo.

1. *Sal Crystallinum.*

N. Calculum optimè calcinatum (ut durities Lapidis emolliatur,) coque in *Aquâ*, & solvetur in *Aquam Citrinam*. Hinc Filtraturâ evaporatâ, manet *Sal* in fundo: quod si libet denuo calcina, & in *Aquâ fervente* solve, ut Sulphur impurum amittat, & coagula reponere ad crystallisandum.

N. Calcinatio institui potest diversimodè. Alii calcinant cum *Sale Nitri* sex horis. Alii cum *Sulphure* & *Sale Nitri*. Alii cum duplo *Carbonum faginarum*.

Sennertus calcinat *Calculus* tritum Igne circulari, hinc Reverberii, & tandem cum *Carbonibus faginis* (in Fornace *gulinâ*). *Inst. l. 5. p. 3. f. 3. c. 5*.

2. *Oleum, seu Liqueur.*

Fit si *Sal* in Aëre humido solvatur.

Dosis gr. vi. ad x.

N. Sennertus calcinat cum *Sale Nitri*: hinc *Sal com.* cum *Spir. Vin.* extrahit, & *Spiritu Vini* separato, *Sal* reponit ad liquescendum.

3. *Essentia, seu Elixir.*

N. Sal Calculi crystall. volatilisa cum *Spir. Vin.* hinc abstrahe leni calore *Spiritum Vini*, & remanet *Essentia*. *Sennertus d. l.*

Dosis à gr. v. ad x.

N. Si ita placuerit, *Calculus* iisdem *Præparationibus* cum aliis *Lapidibus* subjicere poteris. Vide *lib. 2*.

XIV. *Lum-*

Oleum Sanguinis Humani secretum, quod crescit cum Luna ac decrescit.

Quin & *Quinta Essentia* seu *Lapis Animalis* inde paratur eodem modo, ac *suprà de Cornu Cervi* insinuatam, pro conciliandâ Amicitia inter Amicos; videatur BEGUINUS in *Tyrocin. Chym. pag. 352. seqq.* & BECKERUS in *Microcosmo*: scilicet si *Spiritus* cum *Sale* & *Oleo proprio* in Digestionem ponantur, & repetitâ Cohobatione & *Præparatione* certâ, uniantur in *Liquorem rubicundum*, qui quasi *Nucleus* totius *Sanguinis Humani* est, & vocatur aliàs *Lapis Animalis*.

Sanguinis Humani Elixire *Hydropicos* bis curavit desperatos & conclamatos, intra tres dies, ℞. qualibet vice propinando per tres vices, BORELLUS *Cent. 3. Obs. 16. pag. 299.* quod parare solet ex *Sanguinis crassamento* per *Spiritum Nitri dulcem* in *Tincturam rubineam* extracto.

6. *Mumia Vitæ alexiteriâ* ab AUTORE Num. 6. descripta, nihil aliud est, quàm *Sanguis* à corruptione præservatus. *Sanguis* irroratur cum *Spiritu Vini*, acuat cum *Spiritu Salis*, & *Myrrhâ*; & ejusdem est materiæ, usûs & efficacîæ ac reliquæ *Mumiarum* species.

XIII. De *Calculo Humano* infra de *Lapidibus in Regno Minerali* agetur, quæ huc conferatur.

1. *Mu-*

XIV. Lumbrici Intestinorum, ἄλμυθος τροχύλα Germ. Wurm, Spurbwurm. Generantur ex Cruditate Intestinorum. Vires. Sunt qui pulverisatos exhibent ad Lumbricos expellendos.

XV. Pediculi, Pediculus, φθῆρ, Σάδρηξ, Pedunculus. Germ. Laus. Vires. Devorantur à Rusticis contra Ictericum, simili modo ad Atrophiam nonnullis probantur. Urinam cient foramini Penis impositi.

XVI. Membrana, quæ Caput nonnullorum Fatuum cingit, maximam vim habere dicitur adversus colicum Dolorem.

EX CADAVERE, SEU HOMINE MORTUO.

I. Cadaver integrum. Carove, Officinis Mumia titulo venit. Munce Munmus.

Hæc resolvit Sanguinem coagulatum (assumpta ʒij.) conferreque dicitur Purgationi Capitis, Punctioni Lienis, Tussi, Inflammationi Corporis, Menibus obstructis, aliisque Affectibus uterinis, & similibus.

Extrinsecus adhibetur Vulneribus consolidandis.

N. Mumia communiter quatuor denotat.

1. Mumiam Arabum, quæ est Liguamen seu Liguor concretus exsudans in Sepulchro à Cadaveribus, Aloë, Myrrhâ, Balsamoque conditis.

2. Egyptiorum, quæ est Liguamen ex Cadaveribus Pissasphaltis conditis. Nimirum, hoc condiebantur Cadavera vilioris sortis, adeoque & ipsamet Cadavera nonnunquam eo modo condita profant.

3. Pissasphaltum factitium, id est, mixtum Picis Bitumen, quod pro Mumia venditant.

4. Cadaver sub Arenâ Solis æstu torrefactum. Fitque in Hammoniorum Regione, quæ est inter Cyrenarum Regionem & Alexandriam, ubi Arenarum Syrtes Ventorum turbine sublata incautos Viatores obruunt, unde horum Cadavera à flagrante Solis Æstu torrentur, & exarescunt.

5. His quintò & Mumia Recentiorum addi poterit, quæ fit: Eligatur Cadaver Hominis ruffi (quia in hoc Sanguis habetur tenuior, adeoque & Garo præstantior,) integrum, recens, sine maculâ, 24. aut circiter annorum, Morte violentâ (non Morbo) interemptum, per diem & noctem Luminarium ra-

diis, sereno tamen tempore irradiatum. Hujus Carnes musculosas frutulatim conscinde, & consperge Pulvere Myrrhæ & santillo saltem Aloës, postea imbibere macerando aliquot dies in Spiritu Vini: suspendatur per hor. 6. vel 10. ac iterum cum Spiritu Vini imbibatur: tandem in Aëre sicciori, locoque umbroso Frustra suspensa siccescant, tunc assimilatur Carni famo duratæ, sine fœtore, Crollius.

N. Ex his jam recensitis Mumiarum generibus, etsi prioribus, si saltem è sanis Corporibus haberi possint, suas laudes non derogem, præcipuè primo, quod tamen vix ad nos perferri credo: Attamen iis posteriora duo præferenda autumo, utpote in quibus metu sumus soluti, quem incutit Renodæus, Mumiam Officinarum nihil aliud esse perhibens, quàm expressum putridi Cadaveris Succum inspissatum, ideoque magno Mortalium damno divendi.

Preparata ex Mumia.

Vulgaria quæ Mumia Officinarum ingreditur passim occurrunt. Suntque

Pulvis ad Casum. Athanasia magna. Balsamum Petri de Ebanis. Unguentum Sympatheticum. Emplastrum Apostolorum nigrum. Ceratum pro Herniosis. Laudanum Opiatum, &c.

Insuper sunt minùs vulgaria

1. Tinctura, seu Extractum Mumia Quercetani.

Fit ex Mumia vulgari, extrahendo cum Spiritus Vini & Terebinthinae an. iterumque Menstruum separando ad Mellis consistentiam. Quercetanus Spagyric.

Vires. Alexipharmaca est, Putredinique summoperè resistit. Commendatur itidem ad Morbos Pectoris, Asthma, Phthisin, &c.

N. Fæces remanentes admodum sunt anodynæ.

2. Tinctura, seu Extractum Mumia Crollii.

Fit ex Mumia Recentiorum dictâ cum Spirit. Vin. aut Spir. Sambuci.

N. Ex hac facit Crollius Theriacam de Mumia, quæ R. Tinctur. Mum. ʒiʒ. Theriac. Androm. ʒiv. Ol. Olivar. Mumia. ʒij. Sal. com. Perlar. & Corall. ana ʒij. Terrâ sigillat. ʒj. Moschi ʒj. Digere per mensem.

Vires. Commendatur ad quævis Venena & Contagia, subvenit Pesti præcavendæ, ʒj. & curandæ, ʒ. i. vel ʒiʒ.

N. In assumptis Venenis exhiberi potest cum Ol. Amygdal. dulc. ad Vomitus.

3. Tin-

I. Mumia antiquâ appellatione est nihil aliud, quàm Corpus Balsamo conditum & exsiccatum, quæ Corpora apud Veteres fuerunt vel Regum vel Principum in Oriente. Quæ apud nos in Officinis prostat, parum in recessu habet, ex eo, quod saltem sit Liguamen, quod effluit ex Cadaveribus, quibuscunque Morbis defunctis, Aloë, Myrrhâ, Bitumine & similibus conditis. Hæc autem nullo modo potest habere vires Mumia veræ Orientalis Principum ac Regum: de qua videatur WORMIUS in Mus. l. 3. cap. 36. pag. 344. CHIOCCUS in Mus. Calceolarii Sect. 6. pag. 696. le FEBURE in Chymia, ERASMUS FRANCISCI in Spec. Artium, & Morum varior. exterior. l. 6. de Sepultur. & Honorib. Sepulchral. pag. 480. JOHANN. JACOB. CHIFLETIUS de Crisi Historica de Lint. Sepulchral. Christi C. 1. & 2. NARDII Commentar. in Lucret. p. 635. LIBAVIUS Singular. p. 3. l. 7. cap. 6. STRUPTIUS Consensu celebrior. Medicor. super. Exoticis Medicam. GRYPHIUS Mum. Uratislav. HORSTIUS in Disp. pag. 332. CLAUDERUS de Balsamat. Corporum c. 4. GASSENDUS in Vita Petresck 4. pag. 153. MATTHIOLUS in Dioscor. l. 1. cap. 85. & in Epistol. Medic. l. 5. pag. 647. CASPAR HOFFMANNUS, & KIRCHERUS in Oedipo Ægyptiaco. Unde propter ejusdem minùs fidum usum Mumia tam Orientali, quàm Hodiernæ, meritò præfertur Artificialis, quam vocamus Mumiam Patibuli, præparatam ex Corporibus strangulatis, quæ Fumo suspensa siccantur, & cum Aloë, Myrrhâ, Croco, Cinnamomo, Opobalsamo, Campborâ, &c. congiuntur: vid. PARACELSUS T. 9. Oper. Tract. 3.

Modum condiendi, quem primus dedit PARACELSUS, Differentiam itidem, ac Adulterationem, videbitis in AUTORE. Nam certum est, quod Orientalis non deferatur ad nos absque Adulteratione.

Ipsa autem Mumia Vox imprimis è PARACELSI Scholâ nata est, qui præter species ejus, ab AUTORE nostro recensitas, duas adhuc habet: Corporalem unam, alteram verò Spiritualem. Corporalem quod attinet, ejus nomine intelligit Partes Corporis violenter mortui solidas, quæ concentratæ in se continent Mumiam illam &c. Per Spiritualem

verò intelligit Substantiam subtilissimam unicuique concreto inditam, vel Spiritum Vitalem, qui in Sanguine fluctuat, qui vocatur Mumia Spiritualis; & in hoc Fundamentum consistit omnium Actionum Magneticarum & Sympatheticarum.

3. Mumia de Pissasphalto Nor. 3. in AUTORE, aliàs etiam dicitur Nativa, & magis nociva est, quàm sana.

4. Nota 4. est Mumia sine Mumia; solum Corpus non balsamatum, sed æstu Solis sub Arenâ exsiccatum, & induratum.

5. Juxta Notam 5. autem paratur elegans Mumia, si sumatur Caro Hominis suspensi, aut Rotâ confracti, & incisa imprægnetur Myrrhâ, exsiccetur successive, & in Fumum suspendatur, qui fiat è Ligno, & Bacis Juniperi, utpote quæ loco Mumia genuinæ ad quosvis usus & quocunque modo usurpari potest. Hæc Mumia propter remanentiam Spiritus Vitalis mumialis singularium est virium in Affectibus Capitis frigidis, Paralyfi, Epilepsiâ, & Vertigine; in specie præter vim alexipharmacam in dissolvendo Sanguine congrumato, & sic in Casu ab alto, in Vehiculo appropriato, expectando Sudorem, item in Menibus promovendis: dos. ʒj. Propter eundem Spiritum fermentatum plus habet in recessu in internis Viscerum corruptelis, & vi balsamicâ restituere pollet Corpora. Externè verò nullum ferè paratur Unguentum & Emplastrum in graviore Vulneri consolidando sine admistione Mumia preparata Artificialis. Videatur WORMIUS Mus. pag. 31.

Aliàs de Corporum Condituris cum evisceratione scripsit SEBIZIUS in Disputat. de Condit. Cadaverum, TIMÆUS à GULDENKLEE, lib. 6. Epist. 10. PHILIPPUS GUIBERTUS, HORSTIUS, HOFERUS in Herc. Med. l. 5. cap. 2. ROLFINGIUS de Purgantibus Vegetab. Sect. 1. Artic. 2. cap. 24. VELSCHIUS in Observat. Reusn. Observ. 102. pag. 105. Corporum verò Condituras sine evisceratione videbitis in JESSENI à JESSEN Append. Insistit. Chirurg. p. 105. & CLAUDERI Merb. balsam. Corpora.

1. Extractum seu Tinctura Mumia cum Spiritu Terebinthinae
H h h 2 Quer-

3. *Tinctura Alcalifata, seu Eliuir Mumia.*

M. *Mumia*, scilicet *Carnis humanae induratae*, tenuiter incisa, affunde *Sp. Terebinth.* Vaseque Hermetice clauso per mensem ad putrescendum sepone. *Expressioni* Vesica bubula excepta affundantur aliquot partes *Spir. Vin. rectif.* Inde in Alembico caeco super Cucurbitam, juncturis optime munitis adaptentur, ita ut Cucurbita in frigidam Aquam posita, Arena, Prunaeque circa Alembicum lento calore officium faciant, cujus beneficio *Liquor*, seu *Quinta Essentia* in forma perquam subtili cum *Spir. Vin.* per velicam delabitur. Materia residua reverberanda, & in *Sal. com.* sublimatione redigenda; demum cum *Quinta Essentia*, posteaquam illa a *Spiritu Vini* per MB. fuerit separata, Circulationis medio unienda. Quibus peractis *Quinta Essentia Mumiae* cum *Tberiacâ & Moscho* amplius digeri, & ita in formâ *Eliuirii* refervari poterit. *Tentzelius in Med. Diastat.*

Vires. Remedium est praesentaneum cum ipsiusmet Pestis, tum aliorum Deleteriorum.

N. Circumfertur & *Tinctura Mumiae ex quatuor suis Elementis* à se invicem separatis denud conjunctis, quam qui voluerit, videre poterit apud *Tentzelium in Med. Diastat.*

4. *Alia Tinctura, seu Arcanum Carnis humanae.*

1. *Carni humanae* superfunditur *Spir. Vin. rectif.* per dies ac noct. (4.) decantato *Spir. Vin.* irroratur eadem.

2. *Spir. Sal. communis* per vices superfunde, ut magnam ejus quantitatem imbiberit; hinc exlicca; habes *Carnem conditam* summè proficuum.

3. Ex hac extrahe *Tincturam* cum *Spiritu Vini*, vi Digestionis in summam fragrantiam redacta. Circulando defeca, ex *Facibus* calcinatis *Sal* extrahe, idque depuratum *Tinctura* admisce, & abstrahere. *P. J. Fabri Myroth. cap. 11.*

5. *Oleum Olivarum Mumiatum.*

M. *Mumiam* antè paratam (induratam) scinde per minima, digereque cum *Ol Olivar.* Vase Hermetice clauso per mensem. Hinc transfunde in Cucurbitam vitream, atque in MB. exhalet Mercurius, donec nullus exeat Fœtor, & *Mumia* tota dissoluta sit. *Solutionem* digere aliquandiu per dies ac noct. 20. cum *Spir. Vin.* postea eundem abstrahere, & remanet *Oleum rubicundum & odoriferum.*

N. Quercetanus recipit recentem.

Vires. Omnes *Balsami Naturalis* habet proprietates, venenatis & pestilentibus Affectibus conducit. *Quercetanus Spagyr.*

6. *Oleum exaltatum.*

Oleum hoc dicto modo paratum exaltari amplius potest, si

Quercetani internè confert ad praeservandam Putredinem internam, & vi balsamicâ ad Ulcera.

Alii recipiunt *Frustrula*, & cum *Alô & Myrrâ* inspergunt, imbibunt aliquoties cum *Spiritu Salis*, postea exsiccant *Frustrula* humida; deinde cum *Spiritu Vini*, vel, quod melius est, cum *Spiritu Baccarum Juniperi*, extrahunt *Tincturam* seu *Essentiam Mumiae* elegantem, quæ ad Calum ab alto & Sanguinem congruatum, magni usus Remedium est. Unde CLAUDE RUS Tr. de Balsamat. Corp. pag. 195. *Tincturam Mumiae* paravit per Extractionem cum *Cineribus clavelatis* in *Aquâ destillatâ* quâdam solutis, sub nomine *Essentiae Purificantis*.

5. *Oleum Olivarum Mumiatum* reverà est optimum *Balsamum Vulnerarium*.

Reliqua de *Mumia* videnda sunt in AUTORE nostro.

II. *Cutis*, & exinde paratum *Cingulum*, frequenti in usu est ad Passiones hystericas, uti etiam ad pellendum Fœtum mortuum, item ad Partum difficilem: de cujus praeparandi modo videatur BARTHOLINUS C. 3. Hist. 87. ubi effectus & praeparandi modum *Cingulum ex Corio Humano*, habet. Sed hujus loco LUDOVICI in Pharm. Corium Cervinum substituit.

III. *Pinguedo Humana* praeter reliquis nobis convenientissima, & inter Pinguedines temperatas primatum obtinet vi anodynâ & emolliente; unde conducit in Affectibus paralyticis & tremantibus, relaxatione Tendinum, Fibris contractis & induratis, Tendinumque subitaneâ contracturâ ac induratione, quæ sequitur contracturam in Paralyti & Tremore, permista cum *Balsamo Peruviano & Oleo Lavendulae*; penetrat egregiè & emollit. Convenit etiam *Pinguedo* hæc in Atrophîâ & Aridurâ, mixta cum *Arcani Aluminis Wurzii* debita dosi in formam *Linimenti*: Conf. BACO de VERULAMIO Sylva Sylvar. C. 1. §. 58.

cum *Spir. Vin.* aliquandiu digeratur; Spiritus Vini iterum abstrahatur, idque aliquoties (3. 4.) repetatur.

Vires. *Tinctura*, seu *Oleum* hoc *Mumia exaltatum*, tantâ dicitur pollere facultate vivificâ, ut nullâ sit particula, quam ipsa non penetret, nullum Ulcus, nullave Corruptio quam non curet, si ipsius exhibeas bis quotidie per aliquod tempus gr. 4. 5. cum *Decocto convenienti. Quercetanus*.

N. Libavius Carnibus recentibus incilis addit parum *Salis communis & Spir. Terebinth.* macerat Vase clauso; colat, & Fœtorem aperto Vase exhalare sinit, post destillat per Retortam, vel Alembicum rectum additoque *Moscho*, & *Spiritu Vini* digerit.

7. *Aqua Divina.*

M. *Totum Cadaver* cum Offibus, Garnibus, Visceribus (perempti scilicet morte violentâ): secetur in Frustrula minutissima, probeque subigantur omnes Corporis partes, ne quid maneat incommixtum. Hinc destillabis vice secundâ.

Vires. Sunt qui *Aquam* hanc *Divinam* magneticâ suâ virtute maximoperè prædicant. Nimirum

Guttulas aliquot *Sanguinis* (scilicet 3. vel 9.) ex Ægro aliquo extracti, miscent cum aliquotâ parte (3j.) dictæ *Aquæ*, Ignique apponunt: quod si Sanguis & Aqua invicem misceantur, intra breve temporis spatium (hor. 24.) Sanitatem promittunt, si incommixta manserint, brevi Mortem subsequuntur autumant. In defectu Sanguinis similiter procedunt cum *Excrementis*, scil. *Urinâ*, *Stercore*, *Sudore*, *Sanie* & similibus. Quæ tamen majori Dosi adhibent.

I I. *Cutis* commendatur in difficili Partu & Affectibus hysteris (si Venter eâ ligetur), in Aridurâ & Contracturâ Articularum, (si *Chirotheca* inde factæ induantur.)

I I I. *Pinguedo*, roborat, discutit, mulcet Dolores, remouet Contracturas, Cicatricum duritiem lenit, Foveas post Morbillos relictas explet.

Præparata ex Pinguedine.

Linimentum, misce *Axungiam* cum *Spir. Vitrioli*, ex actione, & reactione relinquatur aliquod Viscidum.

Vires. Penetrans est, usumque habet in Ariduris.

I V. *Ossa Humana*, exsiccant, discutunt, adstringunt; Fluxus quoscunque sistunt, adeoque utilia sunt in Catarrho, Fluxu Mensium, Dysenteria, Lienteria. Insuper Articularum Dolores compescunt.

N. 1. Usitatum est Recentioribus, Purgantibus ea admiscere.

N. 2. Adhibentur & *Dentes* à Maxillâ Mortui evulsi, commendan-

Linimentum Auroris cum *Spiritu Vitrioli* est egregium in Ariduris, quoniam est valde penetrans.

Pinguedo mista cum *Cinerebus Vitis* vel *vulgar. part. ij. vel iij.* & per Arenam destillata, suggerit *Oleum empyreumaticum*, sed volatile admodum & penetrantissimum, *Oleo Philopporum* simillimum, & singulare in Dolore Artuum chronico, Paralyti. Conferatur BORRICHIIUS Tr. sapient. Egypt. pag. 331. Potest destillari & rectificari ab *Offibus Humanis calcinatis*: proderit sic in Contracturis partium, Tophis podagricis, Luxationibus Articularum, Aridurâ, Fracturâ Ossium pro Consolidationis promotione, aliisque similibus Malis. In Aridurâ miscetur cum *Oleo Philopporum*, & *Arcano Aluminis*: nempe *Sal volatile* copiosum concentratum in hoc *Oleo*, vires hujusmodi resolutivas, & Acidi dolorifici correctivas, exferit; quodque recens Odorem instar *Salis* cujusdam volatilissimæ reddit. Si ipsi *Spiritus Vitrioli* instilletur occultè, sed cum æstu, & fumi alibi eruptione effervescit, adeoque naturæ insigniter alcalinæ erit; quod pariter de aliis Pinguedinibus asserendum videtur.

I V. *Ossa Humana* autem considerantur, vel in genere, vel in specie *Ossa Cranii Humani*. *Ossa Humana* autem, vel cum *Ebore*, vel *Cornu Cervi*, vel cum aliis Animalium partibus durioribus, colludunt, similemque Præparationem habent. Et licet quidem omnia reliqua *Ossa vi absorbendi Acidum* similiter convenient; interim tamen & vim suam specificam quoque habent. Cum enim *Acida* variant, ita ut aliud in Vulneribus, aliud in Podagrâ peccet; ita & Remedia illa Absorbentia diversa sunt; unde *Lapilli Cancrosum Acidum* in Vulneribus & Ulceribus peccans absorbent; *Lumbricæ Acidum* arthriticum in Arthritide vagâ destruant & invertunt, & ita porro: sic *Ossa Humana* pariter in Dysenteria & in Doloribus Artuum specificè conveniunt,

mendanturque ad Morbos Maleficio introductos (in Suffitu,) & ad corrosos Dentes evellendos, (si sæpius illis tangantur.) *Hartmannus in Fract.*

Præparata ex Ossibus :

1. Pulvis, seu Cinis fit l. c. calcinando in Fornace figulinâ.
2. *Ossa præparata* fiunt l. c. cum *Aquâ conveniente* lavigando.
3. *Magisterium* fieri item potest l. com.
4. *Oleum* fit Destillatione per Retortam. Vid. lib. 2. *Vires*. Discutis, Anodynum est, ideoque insigne Antipodagricum.
5. *Medulla Ossium*, commendatur summè ad Contracturas Membrorum, Germ. zur Labme der Glieder.

V. *Cranium* ad Capitis Morbos conferre compertum est, & nominatim ad Epilepsiam: unde & varias passim *Compositiones Antiepilepticas* ingreditur.

Laudatur autem præcipuè *Os triquetrum Temporum* ceu peculiare Epilepsia Specificum.

(Sunt qui *Crania Puerorum Affectibus Puerilibus* magis convenientia censent.)

Præparata ex Cranio.

1. *Cranium calcinatum* fit l. c. in Fornace figulinâ.
2. *Cranium præparatum* fit à Calcinato cum *Aquâ Antiepileptica* v. g. *Flor. Tilia* lavigato.
3. *Magisterium Cranii* fit l. c. solvendo in *Spiritu aliquo acido*: v. g. *Spir. Virrioli*, & præcipitando. *Dosis* ad ℥j. vel ʒss.

niunt, & reliquis omnibus efficaciora solent esse. Sed an hæc præ aliis aliorum Animalium Ossibus singulare quid obtineant? meritò dubitari potest. Beneficio *Ossis Humani* integri potest fieri Purgatio artificialis tanta, quantam volumus: si recipiatur *Os ex Pede*, vel *Brachio*, vel *Femore Hominis*, violentâ Morte interempti, & hoc, exemptâ *Medullâ*, impletur cum *Stercore alcujus Hominis*; Foramina obturantur cum *Cerâ*, & sic in *Aquam calidam* immittitur: hoc quamdiu jacet in *Aquâ calidâ*, tãdiu expurgatur iste, cujus *Stercus* fuit inclusum, aded ut sic aliquem usque ad Mortem purgare possimus. Potest etiam fieri alio modo, ut quis omni nocte lectum suum maculet, sed est ludicrum.

Præparantur vel cum igne, vel sine igne. Cum igne præparata, vel parùm, vel nihil præstant: potiùs sine igne seu *Philosophicè* præparata adhibentur, & hæc dicuntur vim habere laxativam *Autore PARACELSO & CROLLIO*. Propterea *CROLLIUS & PARACELSIUS* illa cum *Medicamentis Purgantibus Antipodagricis* semper permiscuere, cum in Arthritide per se à ℥j. vel ʒss. ad ℥ij. pro Alvo laxandâ adhiberi possint. In *Dysenteria* etiam cum aliis profunt singulariter. In *Paralyfi & Tremore Artuum* commendantur permixta cum *Specifico Cephalico & Cinnabari. Antimonit*, quos *Affectus* per Sudorem, præmissis *Universalibus*, certò curant, & fuerunt Experimentum *D. MICHAELIS*. Formulam habuit hanc:

℥. *Oss. Microsm. sine igne præp.* ℥j. vel ʒss.
Cinn. Antimonit ritè præp. ʒss. vel gr. xv.
M. D. S.

Pulvis Sudoriferus pro unâ dosi.

qui Pulvis est egregius in *Paralyfi*. Nam Cura *Paralyseos* consistit in Sudore uno vel altero; unde quando sudabit Ager, statim meliùs sese habebit.

Dicunt, quod si *Cossa* ex *Suspensis* pulverifetur & assumatur, singulariter proficit in *Dysenteria*: de quo vid. *STARICIUS in Helden-Schatze*, pag. 122.

Externè *Ossa calcinata* in *Pede vulnerato* & malè curato commendantur à *le FEBURE* p. 2. l. 2. p. 206.

Ossa Humana destillata dant *Spiritum & Sal volatile*, quæ valdè conveniunt in *Doloribus Artuum & Dysenteria* pro Sudore.

Sub *Destillatione* simul prodit *Oleum*, quod convenit in *Tophis & Gummatis Venereis* in specie; hinc in *Podagra* & *Affectibus* aliis *Articulorum* externè illitum. In *Fracturis* tanquam singulare Remedium laudatur ab *AGRICOLA in Cbirurg. pag. 329*. *Ulcerâ serpentia*, præmissis præmittendis, cum tantillo *Colchotarâ* mixtum, mundificat, & sanat, teste *le FEBURE in Chym. pag. 307*.

Ossibus similes sunt *Dentes*, qui ipsi ex *Homine*, imprimis violentâ Morte interempto, commendantur in *Impotentia* & *Morbis* per *Veneficium*, si nimirum ex illis fiat *Suffus*. *Dens Hominis* longâ *Tabe* interfecti, si appli-

4. *Magisterium Compositum*, seu *Spiritus Cranii essentialis* fit, si *Liquori acido*, *Oleo ac Sali volatili*, *Sal quoque fixum ex Capite mortuo* extractum conjungatur, & postea simul per mensuram philosophicè in *Cinere* illa digerantur ac uniantur.

Vires. Antiepilepticum est, cujus vires vulgariùm *Antiepilepticorum* facultates longè superant. *Brendelius*.

5. *Oleum* fit destillando *Crania contusa* per Retortam. Exit *Liquor oleosus & Sal com. volatile*.

N. Officinis hoc vulgare est incorrectum, præstaret tamen cum *Spiritu Vini* rectificasse.

Dosis à gr. iv. ad vi.

6. *Sal commune volatile* unâ operâ cum *Oleo* acquiritur.

7. *Extractum, seu Tinctura Cranii*.

℥. *Crania* 2. vel 3. grossè contusa, digere dies ac noctes aliquot (14.) & cohoba cum *Spir. Juniper. vel Salvia* ad eminentiam digit. 4. & 5. affuso: macera in *Phialâ longi colli* optimè clausâ *VB.* dies ac noct. (12. 13. 14.) Hinc exprime per *Torcularè* perquam fortissimè, & exhibit *Liquor rubicundus oleosus*. Cola & abstrahe in *VB.* ad consistentiam *Sapæ*.

Vires. *Extractum* hoc digestum & perfectè depuratum, tanquam *Thesaurum pretiosissimum* adversus *Epilepsiam* diligenter asservare fas est.

Dosis ʒss. ad ℥j. cum suâ *Aquâ propriâ destillatâ*. *Quercetan. Pharmacop. restit. cap. 26*.

8. *Extractum, seu Galreda Theophrasti*.

℥. *Limatur. Cranii*, digere cum *Spir. Vin.* (*Salvato* dies ac noct. 15.) dein destilla per Retortam (præmissâque *Maceratione*

etur *Denti* poroso & carioso, exinde fit, ut iste sponte decidat.

V. Præ cæteris autem *Ossa Cranii Humani* in frequenti usu sunt. Eligendum est *Cranium*, quod ex *Homine* violentâ Morte interempto reperitur, vel ex *Patibulo*, vel *ex Rotâ*, imprimis si ad aliquot annos sub dio vel *Cælo* jacuerit, & sit nitidum & purgatum ab omni sordè; hoc enim præfertur ei, quod ex *Cæmeteriis* ex *Hominibus* naturali Morte mortuis defumitur, quod parum vel nihil effectuum eorum habet, qui tribuuntur illi. Hujus *Ossa* tantùm rosa, aut pro more *Ossium præparata & assumpta*, in frequenti usu sunt in *Dysenteria*, *Affectibus arthriticis*, & *Epilepsia*: sic novi hinc *Rusticum*, qui multos *Epilepticos*, *Juvenes & Adultos*, feliciter hoc ipso curavit & præservavit ab *Epilepsia*. In *Pavore nocturno*, qui solet esse prodromus *Epilepsia*, est expertissima *Rasura Cranii Humani*, & instar *baeos* cum *Succinatis*, *Cinnabari Antimonit*, *Salibus volatilibus*, &c. in quamplurimis *Pulveribus Epilepticis* præscribi solet, modò legitimum habeatur. Encomia pro *Curâ Membrorum Convulsionibus affectorum* videbitis in *BORRICHIO loco citato pag. 335*. *Potus* haustus ex *Cranio Humano* taliter collecto, est expertum Remedium in *Scrophulis*, fuitque Secretum *HARTMANNI*; & usu comprobatum à *D. MICHAELIS*, qui *Fæminam Scrophulis laborantem* hausto *Potu* ex *Cranio Humano* observavit liberatam. *Milites* putant, si quis ex *Cranio Humano* hauriat *Potum*, fore ut sit immunis ab *Insultibus Armorum*. Imprimis ex *Cranio* commendatur *Os triquetrum*, quod fit ex *concurso Sutura bifida* seu *Sagittalis* cum *Osse Lambdoideo*, præ reliquis *Specificis* in *Epilepsia*. Vid. *HILDANUS C. 1. Epist. 95*.

Præparari solet *Cranium Humanum cum Aquâ spirituosâ Lillorum convallium*, est & potens *Specificum Antiepilepticum*.

Per Retortam destillatum suggerit *Sal volatile & Spiritum urinosum*, qui à *Capite mortuo* rectificetur. Sunt *Specifica* in *Affectibus Capitis*, in *Apoplexiâ*, &c. in specie in *Epilepsia*.

Galreda similis ex *Cranio Humano* paratur, ac ex *Cornu Cervi*, quæ in *Apoplexiâ*, *Epilepsia*, aliisque *Affectibus Capitis* commendatur.

8. *Extractum Galredæ Theophrasti* est potens *Antiepilepticum*. Simili modo ex *Cornu Cervi* cum *Spiritu Hyperici Galreda* paratur contra *Vermes Infantum*; ex *Unicornu* cum *Spiritu Melissa* contra *Morbos malignos*, uti ex *Ebore* cum *Spiritu Melissa* contra *Mulierum Pathemata*.

Sunt, qui præparant *Essentiam Cranii Humani ex Gelatinâ* hoc modo:

℥. *Rasur. Cranii Humani*:

Affundunt *Acetum destillatum* ad *super eminentiam trium digitorum*: hoc relinquunt in digestionè, deinde exprimunt, & accipiunt *Gelatinam*: *Gelatinæ* inspissatæ affundunt

ratione dies 15.) cohoba vice tertiâ; tandem destillatum circula, (dies 5. 6.) & Spiritu Vini MB. separato, Essentiam innar Coaguli serva.

Dosis g. 5. 6. quotidie. *Quercotanus de Med. Spagyr. præp.*

V I. *Usnea Cranii* (i. e. *Muscus* nascens in Cranio interempti, Aëri exposito,) astringit validè.

Usûsque magni est in Hæmorrhagiâ quâcunque, v. gr. *Narium* (inditus.)

N. 1. Sunt qui *Usneam* in manibus retentam Hæmorrhagiâ quamcunque Incantamenti instar suppressere tradunt.

N. 2. Adnascitur & aliis Ossibus Aëri expositis *Usnea* quædam, viliores quidem reputant, verùm & huic magnam vim astringendi inesse, Experientia docuit.

Ingreditur *Usnea Cranii* Compositionem *Unguenti Sympathetici*, seu *Magneticæ*. Vid. l. 2. c. 78.

V II. Ex Cerebro sunt

1. *Spiritus Cerebri Humani*: *Aqua Aurea dicta*.

2. *Cerebrum Hominis juvenis* (intra ann. 24.) sani, violentâ Morte perempti, cum omnibus Membranis, Arteriis, Venulis & Nervis, cum Medullâ Spinali totâ, conquassa, & affunde *Aquarum Cephalicarum* (*Fl. Tiliæ, Pæon. Beton. Ceras. nigr. Lavendul. Lil. convall. imprimis Diaphoretic. in A-cutis*) q. s. ad eminentiam dig. 4. vel 5. relinquuntur aliquamdiu, postea per Cohobiam destillantur. Ex Fæcibus calci-

affundunt *Spiritum Vini*, digerunt, in fundo subsidet *Oleum* coloris aurei, quod separandum est per inclinationem, & hæc est revera *Essentia Cranii Humani*, quæ ad Epilepsiam singulariter commendatur.

VI. *Usnea Cranii Humani*, seu *Muscus*, qui crescit in Cranii Hominum violentâ Morte interemptorum, Aëri expositus, est singularissima *Plantula*, ut rectè inquit **HELMONTIUS** in *Tractatu Magnet. Vulner. curat*. Similiter crescit in aliis Ossibus *Muscus*: sed non est adeò elegans, & potens in talibus Affectibus, quibus Cranii. Seminum habet ex Aëre, & Succum nutritivum ex Cranii Liquore: unde propter Vegetationem singulare quid obtinet. Rarè autem reperitur, nisi in Capicibus per longam annorum seriem Aëri expositis.

Hæc *Usnea* est *multi usûs*: notum namque est, quòd quâcunque Hæmorrhagias quocunque in loco obortas; tam intrò adhibita, quàm solâ applicatione, statim solet coercere & curare, atque in manibus saltem detenta. Videatur **SENNERTUS** in *Praxi* l. 1. P. 3. *sect. 4. cap. 8. p. 954.* **BOYLE** in *Philosoph. Experiment.* Et si fieret *Digestio Usneæ* cum *Tincturâ Sulphuris Vitrioli*, sanè possent fieri *Miracula* in compescendâ Hæmorrhagiâ, & esset *Medicamentum stupendum*. **Quin & KIRCHERUS** in *Regno Naturæ sympathetico* etiam externè contra Infantum Epilepsiam multum prodesse scribit. Contra Penetrabilitatem Armarum verò laudatur ab **HELMONTIO** loco citato § 45. 57. *seqq. pag. m. 757. & 758.* & **STARICIO** tr. qui inscribitur *Germ. Helden Schatz*, pag. 98. Aliàs *Basin Unguenti Armarum* & *Sympathetici* constituit, & hinc propter hanc vim Telis illicitum in Vulnerum ab ipsis inflictorum Curatione est efficacax. Descriptio, cujus primarius Inventor est **PARACELSUS**, est hæc:

ψ. *Usn. Cran. Hum. ʒij.*

Mum. veræ (in defectu hujus *Mum. Patibuli*) ʒi.

Boli Armenæ,

Olei Rosar. an ʒj.

Lini ʒj.

M. f. Unguentum.

Sunt, qui non sine ratione & effectu addunt *Pinguedinem Ursinam & Aprinam*.

Rationem singularium vitium *Usneæ* sufficientem subministrat **HELMONTIUS** in *Scriptis*, in specie *loc. supr. citato* p. 602 §. 44. 45. Conferantur etiam **M. A. N. C. Ann. 2. Obs. 53 pag. 98. seqq.** ubi multa de *Usneæ Cranii Humani* virtutibus, & largiore comparatione. Sed quoniam rara est talis *Usnea*, & non nisi ex Cranii diu Aëri expositis, eaque parca colligitur; hinc sunt, qui loco hujus *Usneæ* Arte faciunt *Muscum* hunc *Vegetatum*:

Recipiunt *Muscum* è Lapidibus grandioribus Pratorum, eumque mense Aprili collectum, & leviter exsiccatum, pulverisant grosso modo in Mortario vitreo, irrorando cum *Vino Malvatico* vel *Petri Simonis*, ut consistentiam Pulvis crassioris acquirat: postmodum hanc Pulverem cum Cultro illinant Cranio Rotâ fracti Cadaveris

natis elice *Sal*, quem deinceps cum *Spiritu facto* conjunge, & totum curiosè serva.

Vires. Antiepilepticum infigne reputatur.

Dosis à ʒj. ad ʒij. *Hartmannus in Praxi.*

N. Ex Cerebro *Aleis* infigne isidem *Antiepilepticum* simili ratione parari poterit.

2. *Oleum Cerebri*.

Substantia Cerebri admisce nonnihil *Salis communis*, ac destilla per Retortam vitream ex Arenâ.

Vires. Infigne quoque Antiepilepticum est, Caputque summè confortat.

N. Tota ferè *Cerebri Substantia* in *Oleum* redigi poterit, hinc parum *Salis* expectandum.

3. *Aqua Antiepileptica*.

ʒj. *Cerebri humani* ʒij. *Aq. Lil. convall. Lavendul. Primul. Per. Vin. Malvat. an. ʒij.* Rente infusa dies 5. dein destillentur per MB.

V III. Ex Felle Humano fit *Extractum* cum *Spiritu Vini*, quod Auri instillatum mirè Surditati subvenit.

I X. *Cor. Epilepsiam* medetur (siccatum & exhibitum.) (Ex *Matrice Sal Volatile* paratum meminì pro Fœcunditate.)

Et hæc

admodum subtiliter; ubi sensim exaruerit, denuò repetunt: ponunt sub dio seu Cælo aperto radiis solaribus; quoties verò *Pluviz* superveniunt, dimovent à loco: aliquoties hæc reiterando, usque dum efflorescat, & postmodum *Usneam* inde colligunt, quæ non est inferior *Usneæ* ex Cranio sponte proveniente. Videatur **HILDANUS C. Epist. 27.**

Aliàs in *Usneæ Cranii humani* defectu quidam etiam substituant *Muscum ex Tegulâ*, quem in Hæmorrhagiâ *Narium Aceto* imbutum Vertici imponunt: vid. **BARTHOLINUS** in *Hist. Anatom. Cent. 5. Obs. 97.*

V II. *Cerebrum Humanum* est certissimum Specificum in Apoplexiâ, uti etiam in Epilepsiâ.

Per Destillationem suggerit *Aquam copiosam & Oleum*. Quia autem empyreuma olet, si destilletur per Retortam; melius est, ut priùs destilletur in Balneo Mariæ, & eliciatur *Aqua*, post ex reliquâ *Massa* exprimat *Oleum*, quod egregium est Antiepilepticum. *Aqua hæc à BARTHOLETO* contra Memoriam amissam, eamque confortandam, maximè laudatur; vis enim egregia *cephalica* in eâ later; imò & vis *anodyna*: quare & Contracturis Tendinum & Nervorum *Aqua* cum *Oleo* illita egregium est Remedium. Melior erit hæc *Aqua*, si cum *Aromaticis & Floribus cephalicis* aliquoties destilletur, v. g. *Floribus Liliorum convallium, Lavendulæ, Cardamomo, Caryophyllis*, &c. Aliàs de *Substantiâ Cerebri oleosâ*, deque *Oleo* ejusdem pingui, aliisque *Productis*, optimè potest videri **BURRHUS** in *Epist. ad Bartholinum de Cerebro Epist. 1. pag. 15.* ubi sunt singularia & lectu digna.

Per se parum *Spiritus* suggerere solet; si verò aliquandiu in *Frustrula* incisum seponatur, ut inchoato Putredinis motu ejusdem *Oleum* resolvatur, & hinc affuso *Spiritu Liliorum convallium* destilletur ac rectificetur; haberi potest *Spiritus urinosus oleosus* ad Capitis Affectus, ad Epilepsiam, & secundum quosdam ad deperditam Memoriam, planè singularis.

V III. *Fel Humanum* destillatum subministrat *Aquam* insignem *Ophthalmicam*, quæ Maculas, Suffusiones, Ungues, & Pannos Oculorum, certò detergit & abstergit. **BURRHUS** ad delendum Unguem Oculorum solet adhibere *Fel Humanum*, destillatum in Cucurbitâ cum Alembico cæco.

Fel Humanum inspissatum cum *Spiritu Vini* digeratur, & extrahitur *Essentia*, per Filtrum separanda. Talis *Essentia* tanquam singulare Specificum in curandâ Surditate & tollendis Aurium Affectibus, commendari solet.

Appendicis loco consideranda venit Controversia; An Remedia ex Corpore Humano desumpta peculiarem habeant prærogativam præ aliis Remediis congeneribus, ex aliis Animalibus desumptis?

Hic primò duo consideranda:

1. *Textura Partium Animalis materialis*:

2. *Participatio earundem de Radice Vitæ, seu Spiritu Infuso & Infuso*, vel inde derivanda quædam *Efficaciâ formali*.

Quoad

Et hæc sunt, quæ de *Medicamentis ex Homine* depromptis Compendii ratio scribere permittit: ulteriorem farraginem qui cupit, passim apud Authores inveniet. Peculiarem quoque inde conscripsit *Tractatum Clarissimus Dn. D. Daniel Becker*, Professor & Physicus Regiomontanus, qui primum in 12. postmodum superioribus annis in 4. sufficienter augmentatus prodit.

L E O.

Exhibet 1. *Pinguedinem* ad Coitum proficuum, Priapo inunctum.

2. *Stercus*, Antiepilepticum: ex quo etiam paratur *Spiritus* ad 33. exhibendus, ingrediens Magnatibus familiarem Compositionem.

3. *Cruor* exsiccatus in *Vino* haustus Epilepsiam tollit. *Hujus* tamen *Spiritus* & *Sal Volatile* efficaciora sunt.

XXIV. L E P U S.

Lepus. Germ. *Hase*. Gall. *Le Lièvre*.

Animalium est timidissimum ac sæcundissimum, quoquo tempore coiens.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Cinis Leporinus*. 2. *Caput*. 3. *Oculus*. 4. *Sanguis*. 5. *Pul-*

Quoad prius, materialiter nempe consideratæ *Partes Humane*, hic iterum considerandæ sunt sub *duplici statu*; vel

(a) Quatenus sibi relicta saltem superficiali *Triturâ*, *Exsiccatione*, aliove crudiore *Modo*, paratæ sunt: &

(b) Quatenus *Ignis* ope, vel per *Putrefactionem*, vel aliâ ratione *Texturam Concreti* multum immutante, sunt elaboratæ.

Ratione prioris nullum dubium est, quin ex superficiali sui *Compositione* & *Texturâ* à *Semine* natâ, speciales suas, plûs minûs ab aliis *Animalium Partibus* differentes, *Proprietates* obtineant. Nam sicut *Ebur*, *Cornu Cervi*, *Pulvis Viperinus*, *Sanguis Hircinus*, *Lapis Cancrorum* &c. speciatim à se invicem differunt, ita etiam ab his ipsis *Cranium* pulverisatum, aut *Secundine Pulvis*, aut *Lac*, aliave differre, & viribus, admodum probabile est.

Ratione posterioris verò, & quoad *Præparationem* vel per *Ignem*, vel per *Putrefactionem*, vel alios modos, *Texturam Concreti* admodum invertentes, arbitror, inter præparata hinc *Remedia* paucam, vel nullam *ratione virium* præ aliis his congeneribus esse *differentiam*; adeo ut dubitare fas sit, an *Sal volatile Sanguinis Humani*, *Urina Humana*, *Secundina*, *Cranii Humani*, *Cornu Cervi*, *Viperarum*, *Sanguinis Porcini*, &c. per *Putrefactionem* parata, ullam etiam minimo effectu medico, sensibilem inter se habeant *differentiam*. Nam utrum secundum aliqualem *Olei participationem* specialius nonnihil differre videri possint; *differentia* tamen ex inde emergens exilis adeo erit, ut in usu medico nullam ferè mereatur *considerationem*.

Quoad posterius, nempe quoad *Efficaciam* quandam *formalem*, quam ex *participatione Radicis Vitæ*, nempe *Spiritus*, habere debeant, discrepantes de hoc sunt *Practicorum Sententiæ*. Quidam nempe affirmant *Partes* ab *Animali* vel *vivente*, vel *violenter mortuo*, desumptas, multum differre ab illis, quæ ab *Animali* specificè & *spon*te mortuo petuntur; quatenus nempe illæ de *Mumia* totius *Vitali Spiritu*; nempe *primario Insito*, hinc & *Influo* participant, indeque speciales agendi *Virtutes* possideant, quas ab *Ideis Passionum* seu *Affectuum* in *Spiritibus* istis sigillatis derivant *HELMONTIUS* & *MARCUS MARCI*; qui posterior multum interesse scribit ad *Homini* *Sanitatem* conservandam, qua *Morte* pereat *Animal*, quod ad *esum* paratur.

Adeoque & *Sanguinem pro Spiritu destillando*, vel ex *Homine sano* emissum, vel ex *decollato* collectum, recipere jubent. Unde etiam *Cranium* violenter interempti vi epilepticâ longè superare dicitur aliud, ex *spon*te mortuo collectum; adeoque ex illo saltem *Ufnea*, non ex hoc, colligenda sit.

Quoad hoc negotium satis spinosum, *Responsio, triplici observatâ circumstantiâ*, est limitanda:

1. *Omnis Præparatio*, quæ vel per *Ignis vim*, vel per *Putrefactionem*, vel per *Solutiones* per *Menstrua* corrosiva, vel aliis modis perficitur, destruit tam *Texturam materiale* *Concreti* ex *Semine* prius natam, quam *Efficaciam formalem* à *Spiritu Mumiali* dependentem. Destruitur enim sic & invertitur *Concretum*, fatiscit, & ut sic dicam, annihilatur *Mumia Vitalis*; adeoque sic

mo. 6. *Cerebrum*. 7. *Cor*. 8. *Jecur*. 9. *Fel*. 10. *Renes*. 11. *Testiculi*. 12. *Uterus*. 13. *Coagulum*. 14. *Talus*. 15. *Axungia*. 16. *Stercus*. 17. *Pili*.

Vires.

1. *Cinis* fit ex *Lepore integro combusto* (præstat qui *Verno tempore* captus,) vel ex *Pelle totâ*, ad *nigredinem cinerumve colorem incineratâ*. Præstantissimum *Medicamentum* est in *Calculo*.

Dosis ad ʒj. & ʒss. vel ʒj.

Alopecijis item & *Pernionibus* extrinsecus medetur.

N. Laurenbergius *Leporem* non calcinat, sed *Animal decollat*, *Ollæque inditum exsiccatur* in *Clibano*, *Pulverem* exhibet.

2. *Caput Alopecijæ* subvenit (*Cinis cum Melle* inunctus,) *Dentes* dealbat (*Cinis in Dentifriciis*).

3. *Oculi Leporini Martio* capti, valent ad *Partum difficilem*, *Secundinas* & *Molam propellendam* (siccati scilicet cum *Pipere* sine ulli *compressione*, impositique *Vertici*, ut *Pupilla* *Verticem* tangat.)

4. *Sanguis* illitus *Cutis vitia* in *Facie*, uti *Lentiginis* *Vitiliginemque* sanat, assatus. *Dysenterias* & *Cæliacorum* *profluvia* sistit, *Calculum* comminuit.

5. *Pulmo* suspiriosos juvat, *Epilepsiam* curare dicitur (*Muria* conditus, & *quotidie cum Myrrha* comestus per *ensem*): *Perniones* sanat (impositus.)

6. *Cere-*

nulla ab aliis *Congeneribus*, etiam aliorum *Animalium*, præparatis erit *differentia*.

2. *Remedia*, quæ *immediatè* vel *multum de Spiritu participant*, & *proximè* & *sine magnâ interjectâ temporis morâ* pro usu administrantur, reverà, *ratione Spiritus Influi præsertim*, omni *Efficaciâ formali*, à *Principio Vitali* dependente, non destituta sunt. Conferantur hic v. g. *Sanguis recens* in *Pulvere Sympathetico*; item *Sudoris viventium* & *morientium differentia*, item *Sanguinis Leporini* secundum *HELMONTIUM* *diversitas*.

3. *Remedia* ex *Corpore Humano* desumpta, parum de *Spiritu participantia*, aut etiam *diutius asservata*, præsertim *Partes solidæ*, minus de *speciali* & *formali agendi proprietate* participare videntur.

Hic dubitatur *meritò*: an *Cranium Homini* *violenter interempti* *specialem* habeat *prærogativam antiepilepticam præ Cranio Homini* *successivè mortuo*? vel etiam *præ aliis Ossibus*, tam *Humanis*, quam *Leporinis*? Sic pariter nec *Pulmo Ulpis* commode *Phthisicis* propinatur, ut *meritò* ridet hoc *HELMONTIUS*; quin in talibus, si quæ vis adeo *mumialis* in *violenter interemptis Partibus*; hæc aut adeo *exilis* erit, ut *vix specialis differentia* inde suspicanda sit, vel *brevi temporis morâ* pedetentim adeo evanescet, ut nihil amplius superesse queat. *Ufneam* interim non rejiciendam puto, utpote quæ ex *Cranii* & *Cerebri* *resoluto nutritivo Humore* simul nutritur & vegetatur.

XXIV. L E P U S. *Lepus* est *Animal* congener *Homini*, & satis cognitum.

1. Exhibet *Cinerem*, qui eodem modo, atque vult *AUTOR*, collectus & paratus, vi *diureticâ* valde commendatur in promovendo *Calculo*, si *interiùs* assumatur: videatur *SOLENANDER* *Sec.* 1. *Conf.* 5. & *FORESTUS* *L.* 24.

3. *Oculi Leporis* *Vertici* applicati, pellere *Fœtum*, dicit *AUTOR*: cuius rei *Experientiam* primus manifestavit *HARTMANNUS*, & ceu certum ac expertum commendavit. Idem tamen videtur confirmatum à *MAJORE* in *Tract. de Inunctione Vert.* §. 6. uti etiam in *RIVERO* *lib.* 15. *Præsec.* cap. 18. & mirandum, quod *Oculus Leporis* applicatus *Vertici* pellat *Fœtum* & *Secundinas*.

Plura de *Oculis Leporis* videbitis in *MACASII Promptuario Medico*.

4. *Sanguis Leporinus* est egregium *Experimentum* in curandâ *Dysenteria*, ex *Lepore* probè in *Venatione* agitato, adeoque in summo *Pavore Mortis* constituto: tunc per *Juguli incisionem* colligatur *Sanguis*, & ita *Linteis mundis* excipitur & exsiccatur. Sic *Sanguis* exsiccatus & pulverisatus, ac *dosi ʒj.* in *Aquâ appropriatâ* assumptus contra *Epilepsiam internam*, *Dysenteriam* & *Erysipelata*, singulare est *Remedium*. Videatur *HELMONTII* *Tract. Possess. Medicam.* pag. m. 476. ubi eleganter de hoc *Sanguine* discurret, quod *Idea Pavoris*, *Sanguini* in *fugâ impressa*, curet *Dysenteriam*: videatur etiam *MINDERERUS* in *Medicina Militari*, pag. 42. Capiatur tempore *verno* aut *mensis Martio*.

6. *Cerebrum* Gingivis Infantum affricatum Dentitionem faciliat, Tremores Artuum emendat (inassatum & mansum .)

(*Dentes Leporini* Infantibus ad faciliorem Dentitionem appenduntur, ut *Gingivas* illis fricent, sicuti *Lupini* .)

7. *Cor* dicitur itidem Epilepsiam curare (simili modo quo *Pulmo* adhibitus,) Dolores uterinos arcere (*Pulvis* assumptus .) Quartanæ peculiariter mederi, (in partes tres dissectum, & præmissis *Universalibus* initio trium Paroxyfismorum, tertiâ parte singulis vicibus propinatum .)

8. *Jecur* fluxum sedat Alvi, Jecinorosisque opem fert.

9. *Fel. Ophthalmicum* & *Otagicum* insigne exhibet.

10. *Renes* & *Testiculi* Calculosis propinantur (siccati :) Conceptum juvant (à Mensibus assumpti :) Mictionem involuntariam corrigunt.

11. *Testiculi* Urinæ incontinentiam tollunt, Vesicæ Morbis subveniunt, ad Conceptionem faciunt (pulverisati & assumpti .)

12. *Uterus* itidem Conceptionem promovet (siccatum & à Mensibus propinatum .)

13. *Coagulum* Sanguinem concretum discutit, Conceptionem promovet (post menstruas Purgationes Vulvæ cum *Buzyro* impositum,) potum verò Partum enecat, Epilepsiam curat, &c.

N. Præstantissimum est quod eximitur antequàm aliud quid, præter Lac maternum degustaverint.

14. *Ossiculum Tali*, Germ. *der Hasensprung*, commendatur ad Arenulas, Colicam, Epilepsiam, Partusque enixionem (pulverisatum & exhibitum .)

N. Idem de *Vertebri Caudæ* affirmant.

15. *Axungia* extrinsecus applicata, maximè si vetusta sit, tantâ pollet attrahendi vi, ut vel Spicula Cuti infixâ eliciat; insuper Abscessus rumpit, Dolori Dentium medetur, (pone Aures posita .)

Martio. Pro usu sumatur *Linteum Cruore Leporis tinctum*, infundatur in haustum *Vini* vel *Aquam appropriatam*, donec omnis Color extractus: postmodum Vinum infusionis hauriatur, & Remedium erit planè singulare in diètis Affectibus, imprimis *Dysenteria*, uti **D. MICHAELIS** hoc ipsum propriâ Experimentiâ edoctus confirmavit; & à **SCHMUCKIO** quoque laudatur in *Theaur. 2. Secret. Med.* 10. Ubi tamen Sanguis hic defecerit, *Sanguis Agninus*, si bene priùs agitaretur, & in Terròre ac Pavore interficeretur, substitui posset pro usu *dysenterico*. *Externè* Linteum Sanguine Leporino imprægnatum imponatur quoque *Erysipelati*, locisque podagricis, & noctu dolentibus, qui brevi post sublevantur: sistendo enim Dolorem, evanescere solet Tumor.

6. Porò *Cerebrum Leporinum* ad difficilem Dentium proventum in Infantibus, æquè ac *Sanguis ex Crisâ Galli* incisâ, adhibetur, quod, ut citò appareant *Dentes*, *Gingivis* illinatur. Sed observetur, esse forte admodum Remedium, & nonnisi aliis extraneis & frustraneis adhibendum.

7. *Cor*, tanquam certum Experimentum ad Quartanam commendatur. Sumatur scilicet *Cor Leporis* in fugâ dicto modo capti, probè discindatur, exsiccat in lentè, pulverisetur, & dividatur in tres, vel quatuor partes; quarum una semper sumatur in Quartanâ ante Paroxyfismum: videatur **SENNERTUS** in *Praxi p. 313. de Febribus*, & adhuc fuit confirmatum ab Experimentiâ: sic **Doctor TOBIAS TURNERUS** multis Hominibus propinavit hunc *Pulverem* in Quartanis, id quod videbitis in **HORSTII Obs. lib. 4. p. 234.** ubi in *Epistolis Medicis*, quas ad eum scribit, *Pulverem Cordis Leporis* mirè in Quartanâ laudat. Sed hoc non semper succedit, nisi priùs in fugam actus Lepus interficiatur, dum adhuc versatur in Pavore: de illo, qui est ex improviso & casu interemptus, non semper prosper expectandus eventus.

12. *Uterus Leporinus* commendatur valdè in *Hydrope Uteri*, & ad impediendam Sterilitatem Mulierum, si siccatetur, & propinetur, aut assetur & comedatur, imprimis si fiat *Essentia ex Matrice Leporis* & *Secundinâ Mulieris fecundæ*, & propinetur internè, Mulieres steriles Conceptioni idoneas reddit: loco *Matricis Leporinæ* *Matrix Sullia*, vel *Cervina* potest usurpari. Aliàs in Sterilitate fuerunt

(D) *Lepus fecundissimum Animal* adeò, ut non solum superfœtet, sed ex **Æliano** lepusculos etiam prægnantes in Utero ferre visum sit. *Credat Judæus*. *Leporis fecunditas* bô: *Disticho eleganter describitur*:

Prolis amans, gignit fœtus, lactatque tenellos,
Dumque superfœtat, dum parit, usque coit.

Sanguine leporino magis quàm hircino in *Erysipelate* utimur.

16. *Stercus Calculosis* prodesse dicitur (*Cinis* exhibitus,) *Dysentericæ* convenit (potum,) *Ambustis* medetur (impositum .)

(*N. Urina* ad *Auditum* gravem celebratur .)

17. *Pili Lini* Sanguinem sistentibus miscentur. (*N. Pellis* ejusdem cum *Axungia* efficacitæ putatur, Partibus dolentibus in *Arthritide* & *Catarrhis* imponitur.)

XXV. L U P U S.

Lupos, Lupus, Germ. *W. lff.* Gall. *Un Loup*. Animal est audax, rapax, vorax, Cani non absmile, unde & *Canis sylvestris* nonnullis Venatoribus audis.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Dentes*. 2. *Cor*. 3. *Hepar*. 4. *Intestina*. 5. *Axungia*. 6. *Ossa*. 7. *Stercus*. 8. *Pellis*.

Vires.

1. *Dentes* Argento inclusi Infantulis familiares sunt, quibus *Gingivas* scilicet fricant, Dentibusque erupturis patefcere faciunt: alligati Pavores eorum prohibent.

2. *Cor* Comitibus prodesse fertur (tostum, & tritum .)

3. *Epar* Epatis vitis confert, ideoque & *Hydropicis* ac *Emaciatis*, necnon & tuffentibus (siccatum & exhibitum .)

4. *Intestina*, imprimis ad colicos dantur Dolores, quos itidem arcere dicunt circumligata: hoc item fertur de *Corio*.

Dosis Intestinatorum arefactorum & pulverisator. ʒi.

(*Caro* pulverisata comesta Epilepticis utilis experta, & *sa-lia* appensa, in Hispaniâ.)

5. *Axungia* non vilioris virtutis est, quàm *Canina*: calcacit, digerit, articularibus Morbis medetur. *Oculorum* *Lippitudini* confert (si eâ fricentur.)

6. *Ossa* ad Morbum intercoitalem, ut & ad *læus Puncturasque* valent.

7. *Stercus*.

HARTMANNI Secretum Testiculi Cervæ, vel ex istis præparata *Essentia*.

13. Quod dicitur de *Matrice Leporinâ*, valet de *Coagulo Leporis*, si propinetur Mulieribus finito fluxu Mensium, quod in Sterilitate mirè etiam commendatur.

14. *Ossiculum Tali*, Germ. *Hasensprung*, commendatur in Inflatione Stomachi, & in Colicâ.

15. *Axungia Leporina* præ cæteris *Pinguedibus* in usu est *chirurgico* pro aperiendis Abscessibus suppuratis, in specie *vetus Axungia* illinitur loco affecto. Præter dictam vim etiam optima est pro eliciendis Spiculis, Fructis Lignorum, Globulis, aliisque Partibus heterogeneis ex *Vulneribus Partium*, ubi vel illinatur, vel cum duplo *Emplastri de Betonica*, aut solum, aut cum *Lapillorum Cancrorum Pulvere* mistum, applicetur. Tandem in *Herniosis* applicatur *Axungia Leporina*, illita *Corio*, *Spinæ Dorfi*, vel sola vel mista cum *Axungia Ursinâ*, & sic adjuvat retentionem & repositionem *Intestinatorum prolapsorum*. In *Enterocæle*, uti dico, seu *Hernia intestinali*, valdè solet convenire.

17. *Pili*, dicit **AUTOR**, *Linimentis* Sanguinem sistentibus miscentur: hinc adeò fuit famosum *Galenii Unguentum* ex *Aloë*, *Myrrâ*, *Tbure* & *Pilis Leporinis combustis* ana: quod in specie commendatur ad *Hæmorrhagiam* in *Arterioromiâ*, quæ aliter difficulter potest sisti propter Sanguinis impetuolum nimis affluxum. (D)

XXV. L U P U S. *Lupus* pauca suggerit *Medicinæ* usitata.

1. *Mulierculæ Dentes*, uti notum est, Argento inclusos dant Infantibus pro fricandis *Gingivis*, ut faciliatur eruptio: videatur **AUTOR**: sed nil valent.

3. *Hepar Lupi* ad ʒj. in *Aquâ appropriatâ* propinatum, commendatur in *Scirrho Lienis*. Ex eodem fit *Electuarium Neapolitanum* ad Curationem Morbi Gallici, cujus descriptionem habet **BARTHOLETUS** in *Encyclop. pag. 167.* quod laudatur post Morbum Gallicum ad excitandam *Appetentiam* & corroborandum *Ventriculum*.

4. *Intestinis* vis ad Colicam tribuitur: videatur **RIVERIUS** in *Obs. 2. Pacbequo communicatâ*. Et sunt qui faciunt ex *Intestinis Lorum* seu *Cingulum*, quo circumdant *Abdomen* & *Lumbos* pro Curâ *Colicæ*: sed falsum est. Interdum *Stercoris* loco usurpantur in Colicâ.

7. *Ster-*

7. *Stercus Colicis* confert, exhibitum (3j.) vel Brachiis, Cruribusve alligatum vinculo, ut nonnulli volunt, confecto ex Lanâ Ovis à Lupo laniatâ, vel ex Corio Cervi. Vid. *Forestus*.

8. *Pellis Lupi* commendatur itidem ad Dolores colicos mitigandos (facta inde *Stragula*, vel *Cingulum*) cujus Pili Ventrem tangant.

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum* fit, si *Lupus* in Oleo decoquatur. *Vires*. Podagricos Dolores mitigat.
2. *Essentia Sanguinis Lupi*, efficac' ad dissolvendum Sanguinem coagulatum. *Hartmannus in Praxi*,

XXVI. LYNX.

Λύξ *Lupus cervarius*. Germ. *Tbleger-Wolff*. Gall. *Le Lynx*.
OFFICINALIA NATIVA.

1. *Axungia*. 2. *Unguis*.
Vires.

1. *Axungia* convenit Articulis resolutis.
2. *Unguis* Argento & Auro includitur, gestaturque adversus morbum Comitialem & Spasmm (loco *Amuleti*.)
N. Præfertur qui in dextro Pede pro Pollice est.

XXVII. MOSCHIUS, SEU MOSCHI CAPREOLUS.

D Orcas Moschi, Gazella Indica. Germ. *Bisam-Thier*. Gall. *La Chevrete de Musc*.

7. *Stercus* enim reverà est decantatum & expertum Remedium contra Dolores colicos, in quibus unum est ex optimis Experimentis, universali Autorum consensu, de quo videatur SENNERTUS lib. 3. *Praxeos* p. 260. uti & HARTMANNUS in *Pr. Chymiatr.* p. 134. & hoc confirmatur per Experimentiam. FORESTUS Lib. 21. *Obs.* 15. uti etiam AMATUS LUSITANUS C. 3. *Cur.* 12. item RIVERIUS C. 1. *Obs.* 89. & 86. in specie PANAROLUS *Pent.* 3. *Obs.* 46. ad quamcunque Colicam, ex quacunque Causâ universaliter obortam, ceu singulare & raro fallens Experimentum, mirè commendat, & reliquis præferendum suadet, dicendo, se quosdam etiam desperatos Colicos Stercore hoc curasse. Datur ad ʒj. in *Vehiculo calido*.

Sæpius fit, ut in *Stercore Lupino* reperiantur *Officula*; quæ propter duritiem subterfugiunt Ventriculi digestionem: huiusmodi *Officula* pulverifata cum successu in Colicâ propinquantur & commendantur. Dicunt quoque; si *Stercus Lupi* inferatur Ovili, quod exinde admodum trepident Oves.

8. *Pellis Lupi* ad Dolorem colicum multum commendatur ab Autoribus. Dicunt etiam quod *Lupi Pellis* pro Veste gestata procreet audacem Animum: de quo videatur BRÜSSUS in *Operibus Med. Epist.* 24.

FABER in *Myrobec. Spagy.* habet *Quintam Essentiam Lupi*, quam multum commendat externè in Ulceribus malignis. (E)

XXVI. LYNX. *Lynx* raro vel nunquam præscribitur: propterea nihil habeo, quod de illo dicam. (F)

XXVI. MOSCHIUS, seu MOSCHI CAPREOLUS. *Moschius* aliàs dicitur *Gazella Indica*, *Capra Moschifera*, *Afiatica*, & DORCAS, seu *Cervus Odoratus*: vid. KLOBIUS de *Ambrâ* p. 66. Est Animal instar cuiusdam Capræ, quod suggerit *Liquorem odoriferum*, scilicet *Moschum*, cujus Animalis Iconem & Descriptionem videbitis in M. A. N. C. *Ann.* 6. pag. 171.

Quæritur de Origine, Collectione & Naturâ *Moschi*: apud omnes enim Autores consula est ejus Relatio. Vulgò refertur, quod *Moschi Capreolus* circa Umbilicum gettet *Vomicam* vel *Abscessum*, in quo certo tempore aperto per cor-
Tom. IV.

(E) *Lupus*, serum *Quadrupes digitatum*, ratione formæ sylvestris Canis quibusdam visum. Ad Colicam flatulentam *Lupi Intestino* exsiccatio, atque in pulverem redactio, ad ʒj. utimur.

(F) *Lynx*. *Lupus Cervarius* dicitur, quod *Lupi voracitatem* habeat, *Cervorum autem familiaritatem* cupiat. Animal est quadrupes, grandioris Cæcis magnitudinem æquans, formâ ex Leone & Fele participans. *Lynx* dicitur Charletoni από τῆς λύξης à Luce, quod omnium Animalium acutissimè videat. Hinc nomen factum fabuloso illi Lynceo, qui ut ait Apollonius in Argonauticis, Oculorum acie terram ipsam penetrare dicitur est, & videre ea quæ apud Inferos fierent. *Fabulæ occasionem* dedit, quod *Lynceus iste primus Æris & Argenti fodinas* reperisset.

Est Animal exoticum Capræ non multum ab simile, vulgare in Regno Cathai, Pegu (Ditionis Magno Cham subiectæ) & ut alii volunt in Ægypto aliisque locis: colit Alpes, Nardis vitætat, aliisque Herbis odoriferis.

N. Transvehi quidem cœpit in Italiam, verum citra emolumentum, nec enim Moschum exhibet, nec vitalis diu superstes est.

Moschus. Germ. *Bisam*. Gall. *Du Musc*.

Est Excrementum seu *Sanies* inclusa *Vomicæ* circa Umbilicum, dum Veneris œstro Animal id percussitur, enatæ: videlicet *Vomicam* hanc, dum dolet, ad Lapidem vel Arborum truncos fricat, adeoque disrumpit, *Saniem* inibi contentam effluere facit, Lapidibusque adhærescere, hinc calore Solis ulterius elaborata in *Moschum* Odoris suavissimi facit.

N. Sunt qui ex *Vomicâ* abscissâ, Solique aliquantulum expositâ, *Moschum* colligunt; sed hic ut priore immaturior est, ita & bonitate vilior. *Adulteratur* variis modis, verum cui syncerus & verus non incognitus est; eidem ex Odore & Sapore, quin & ex Pondere fraudem deprehendere non erit difficile. Nonnulli probant, an *Moschus* legitimus sit, hoc modo: Pondus librâ examinatum in Labellum humore perfusum immittunt, tum paulo post iterum æquâ lance ponderant: quod si superferatur, sincerum & legitimum existimant: sin cedat, spurium & adulteratum.

Vires. Calcificat, siccatur, attenuatur, discutitur, Cordialis est, & Alexipharmacus, hinc & Cephalicus.

Usus præcipui in omnibus Affectionibus Cordis, Palpitatione (potus ac illitus). Spiritus nimirum vitales fovet, suscitatur, recreatur. Hinc in Affectionibus Capitis ac Nervorum à Frigore & crassis Humoribus oriundis, tum & in Dolore colico (*Clysteribus* etiam mixtus,) &c.

(N. *Moschus*)

ruptionem generetur *Liquor pretiosus*, quem dicimus *Moschum*. Hæc est vulgatis & communis, sed falsa traditio. Sunt, alii qui *Moschum* esse *Testiculos Animalis* existimant, quod vero quoque non respondet: vid. M. A. N. C. *Ann.* 4. *Obs.* 205. pag. 287. & *Ann.* 9. & 10. *Obs.* 38. pag. 107. Mihi verò magis aridet plurimorum Experimentia, veritati magis conveniens, qui dicunt; *Moschum* propriè ita dictum colligi in *Folliculo* appropriato, ceu determinatâ parte, generationi & secretioni *Moschi* destinatâ, non secus ac *Zibetum* aut *Castoreum*. Colligitur scilicet in Capsulis supra Genitalia in Ventre sitis haud procul Umbilicum. Atque hoc modo genuinus ex suo Receptaculo colligitur *Moschus*.

Præterea totum Animal est *Moschus* seu *Moschiferum*. Nempe non tantum ex *Testiculis Animalium* horum potest colligi præstantissimum *Moschi* genus; sed præterea etiam datur *Moschus adulterinus*, ob veri *Moschi* pretium, raritatem & caritatem. *Adulteria* hæc multiplicia sunt. Familiarissimum est illud: *Capellam Indicam*, *Moschiferam* scilicet, à Canibus venaticis agitatam, Venatores fustibus miserè contundunt & lacerant, ut in toto corpore Tubera congrumata oriantur, ex quibus Verberibus Animalis mortuo enatos Tumores ex Sanguine grumoso filo constringunt, & sic ad aliqualem putrefactionem asservant, tumque *Moschi* parum addunt; unde exsiccatum intensum Odorem *Moschi* spirat.

Et hic est *Moschus adulteratus*, qui ad nos solet adferri pro legitimo; cum tamen ille sit legitimus, qui ex *Folliculo* ad Umbilicum sito colligitur; de cuius Ortu & Generatione vid. MANDELSLOH in *Itinerario*, BARTHOLINUS in *Actis Medicis*, CASTELLUS de *Hyænâ odoriferâ* pag. 52. JONSTON in *Hist. Animalium* cap. 7. de *Castore* pag. 126. & 225. HIGHMORUS de *Aff. Hypochond.* c. 6. SCHROECKIUS de *Moscho*, BELLONIUS l. 2. *Observat.* 14. & 15. CHIOCCUS in *Mus. Calceolarii*, SALOMON ALBERTUS *Orat.* de *Moscho*, MACCABÆUS de *Confect.* *Alchermes*, à *Strobelbegeto* Anno 1627. *latinitati donatus* p. 11. & EICHSTADIUS *Tr. de Conf. Alcherm.* cap. 13.

Unde solet interdum adulterari & multiplicari *Moschus* cum *Sanguine Humano* & *columbino* additis quibusdam *Aromatibus*. Facit huc, quod *Moschus* longo tempore amittat Odorem suum, quem tamen recuperat, si irroretur cum
l i i
Urinâ

(N. Moschus Sanguinem commovet; adeoque iis qui Hæmorrhagiæ Narium, Uteri, Hæmoptylis obnoxii sunt minus familiaris esse debet.)

Externè detergit tenues Oculorum Albugines, & humidæ Fluxiones exsiccat, ad Venerem concitat, Auditum imminentem restituit (Auribus inditus cum Costone).

Dosis gr. iv. v.

N. Uterum quia suavi suo odore allicit, Mulieribus Uteri ascensui obnoxiiis minus commodè exhibetur, econtrà majori cum utilitate Pudendis ad retrahendum Uterum illinitur.

P R Æ P A R A T A.

1. Species Diamoschi dulces } Vide Dispens.
2. amara }
3. Confectio Moschardina seu Trochisci Moschardini. Vid. l. 2.
4. Oleum Moschellinum, Μοσχελαιον, compositum. V. D.

XXVIII. MULUS, MULA.

H μῦλος. Germ. Maul-Esel. Gall. Un Mulet.
Animal est vivacissimum, genitum ex Equâ & Asino, ideoque sterile.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Ungula. 2. Urina. 3. Stercus. 4. Cor. 5. Epar, &c.

Vires.

1. Ungula Suffitu Menfes nimium fluentes sistit. Cinis potus Steriles reddit: illitus Alopecie subvenit.
2. Urina cum luto suo Pedum Clavos curat.
3. Stercus, Mensium fluorem sistit, & Dyfenterie opitulatur (combustum, tusum, cribratum & potum,) Dolori Lienis subvenit.
4. Cor, Epar, Renes, Uterus, Testes, Spuma Oris: singula hæc Sterilitatem inferre dicuntur.

XXIX. MUS.

Urinâ Pueri, vel si suspendatur in Latrinâ humanâ. Afferatur igitur in Vasculis plumbeis, ut Odor & vis dissipabilis Metallo quasi vineta teneatur: vid. SCHROECKIUS Hist. Moschi cap. 7. pag. 27.

Quæritur: Unde nam oriatur Odor Moschi? Ad hoc dicunt oriri ex Plantis suaveolentibus & odoriferis, quibus vescuntur Animalia. Dicitur autem Odor haud adeo rarus est, cum & per Putredinem intendatur æquè ac producat. Sic præter Moschium Animal, sunt etiam Animalia, quæ rejiciunt Excrementa Moschi Odorem spirantia. RHODIUS C. 3. Obs. 98. refert, quod reperiantur interdum Recrementa quorundam Serpentum, quæ & ipsa Moschi odorem fundant. De Odore Moschato Recrementorum Crocodili, Piscium quorundam, imò Hominum, videatur CASTELLUS loco citato, & BARTHOLINUS in Hist. Anat. 52. Cent. 6. sicut & Hist. 86. refert nonnulla de Odore Moschato Urinæ (des Vr-Ochfens) Pistorum.

Quoad Usum: eadem, quæ de Zibetho dicta, etiam hic applicari possunt; liquidem notum est, quod sit Subjectum odoratissimum, Spiritus animales mirè afficiens: unde prodest interdum iis præsertim interno usu, quibus nocere aliàs creditur LUDOVICI Pharm. pag. 646. & 647. Aliàs Odores in genere distinguuntur in Graveolentes, ut Odor Asæ fetidæ, Galbani, Pistorum, & Pennarum Animalium accensorum; & Suaveolentes, qui Spiritus animales blandè afficiunt, ut Moschus, & Olea destillata aromatica penetrantissima. Talia Suavia Odorifera & Gravia conveniunt, quod volatili sua penetrantiâ mirè afficiant Spiritus animales, eorumque intendant vim, eosque agiliores, volatiliores, ac mobiliiores reddant; unde torpidos excitant, deficientes nonnihil restaurant, & virium imbecillitatem Odore saltem corrigunt. Hunc in finem additur Moschus & Zibethum, quæ tamen in iis, ubi Spiritus animales agiliores & volatiliores sunt, ut & in iis, qui gravioribus Meditationibus, imò qui nimio studio indulgent, cautè usurpentur. Ratio est, quia in majores & diffusiores impetus aguntur; Spiritus enim nonnihil subtiles nimisque volatiles dissipant, quinimò simul inebriantem, seu Caput turbantem vim habent. Hinc, qui pro confortandâ Memoriam iis nimium utuntur, tandem Spirituum defectum inde sentint, ob nimiam volatilitatem; legitime verò usurpata in Affectibus Capitis summa Medicina sunt. Nocum etiam est, quod Mulieres plurimæ non ferant Moschi Odorem. Nam observetur, quod Mulieribus, si sint Epilepticæ cum Passione hysterica, Graveolentia noceant, Suaveolentia verò conducant: si contrario modo, contrarium. Sanè quanta sit ejus penetrantia, innotescit ex RIVERO C. 4. Obs. 35. qui ex assumptione Moschi pro Curatione Quartanæ, post Paroxysmum Sudorem,

Moschi odorem spirantem, refert. Vulgò commendatur Moschus, quod ejus Odor conveniat in arcendâ Peste: de quo imprimis videatur ZACUTUS LUSITANUS Lib. 1. Med. Princip. Epist. 10. uti etiam TORRENTIUS de Rebus Indicis Mexicanis. Et similiter omnes ferè Autores consentiunt, quod Moschus egregiarum sit facultatum ac virtutum in Malignis. Huic tamen non sine ratione contradicit GUIBERTUS in Medico Officio pag. 212. qui tanquam pro aris & focus pugnat, quod non conveniat in Peste: cui & ipse subscribendum & asserendum esse censeo.

Ut verò Moschus & Ambra potentiùs operentur, instituat Depuratio eorum, & in consistentiam Olei redigantur. Binæ scilicet Cucurbitæ orificiis jungantur, uti aliàs per descensum destillare solemus: in medio internè ponatur subtile Linteum; in supremâ autem Cucurbitâ contineatur Moschus: postmodum collutentur dictæ Cucurbitæ, & in diebus Canicularibus per aliquot dies radiis Solaribus exponantur; sic Moschus successive liquefcit, liquefactum deorsum destillat, descendendo in inferiorem Cucurbitam per Linteum, & sic habetur Oleum admodum penetrans.

Alii Essentiam Moschi præparant, quæ fit nunc simpliciter per nudam cum Spiritu Vini infusionem, nunc artificiosè magis: qui modus & cum Zibetho optimè institui potest: de quo videatur FABER in Myrobec. spagy. cap. 26. lib. 1. scilicet: Misceatur Moschus vel Zibethum cum Oleo Amygdalarum dulcium, donec omnis vis odorifera planè exhausta: tunc Oleo huic affundatur Spiritus Vini rectificatus, digerantur in Balneo Mariæ, & destillentur; sic Spiritus Vini attripit secum per Alembicum substantiam odorabilem & medicinalem Moschi vel Zibethi, crudo & inerti Corpore in fundo relicto. (G)

XXVIII. **M**ULUS, MULA. Sanguinem Muli, seu Mule potiùs, quidam illinunt ad tollendas Verrucas; & Lichenes Muli in Vino infusi, & Vinum infusionis potum, ad Epilepsiam commendantur.

Urina cum luto suo Pedum Clavos curare, dicit AUTOR: imò hoc ipsum in Pedum Podagrâ seu Articulari Morbo mirè convenit.

Uterius Spuma Oris Mule collecta, & in Vino calido propinata, Asthmaticos curare dicitur.

Aliàs nil suggerit pro usu medico. (H)

XXIX. MUS.

(G) Moschus est vulgare illud odoramentum, quod in Folliculo Ventri Indici Animalis (Capreolus Moschi dicti) adhaerente colligitur, ex eoque post certam quandam maturationem, vel Bestiæ confritu, vel à Venatoribus illum persequentibus evellitur. Ex Atlante Sinico Quadrupes hoc exili Cervulo haud absimile est, cornuum tamen expert. Ad ejus Umbilicum Tuber est, parvum marsupium referens, subtili pelliculâ, & subtilissimis pilis vestitum. Quæ in hoc continetur substantia subrubra, amara, fortissimique Odoris, Moschus est, qui Sulfur est totus, b. e. Oleum & Sal volatile. Paucâ quantitate, suavem; copiosâ, ingratham (ut fortium Odoramentorum insoles est) parit odoris sensationem: sic moderata Lux, levisque Sonus, gratam; utrumque autem si vehementer, sit malefè & Oculos & Aures læcessit. Moschus multis à Mercatoribus adulteratur modis. Vulgò ex Sanguine Draconis, illiusque quantitatem multiplicat. Peritiores ut fucum depræbendant, Moschum igne adurunt: qui si totus adustione evaporet, verus esse creditur; si carbo remaneat, adulterus reus est.

(H) Mulus & Mula, Animal ἰσπόροσ ex diverso semine natum: sterile vulgò ajunt. Sunt tamen & Histories Mularum, quæ concepere: imò Varro affirmare ausus est, Mularum factus regionibus Africa adeo non prodigiosus haberi, ut tam familiares sint incolis partus earum, quam sint nobis Equarum.

XXIX. MUS.

XXX. OVIS.

Mus { Domesticus, Μύχος. Germ. *Mausz.* Gall. *Un Rat, ou Araneus.* (*Souris.*)
 { Alpinus.
 { Major, seu Glis.

MUS DOMESTICUS est Animalculum notissimum, vitæ brevissimæ, salacitatis maximæ.

Officinalia Nativa, ex Mure domestico.

1. *Mus ipse.* 2. *Stercus.*

Vires.

1. *Mus vivus* dissectus & impositus extrahit Aculeos, Spicula, Sagittas, &c. curat Ictus Scorpionum, extrahit Venenum. Cinis Mictioni involuntariæ, seu nocturnæ medetur (potus,) Alopecix succurrit (illitus,) Tulli refractariæ medetur, (*Cinis.*) Vide *Forestum.*

2. *Stercus* movet Alvum Infantum (exhibitum gr. 3. 4. 5. 6. vel subditum) : inservit *Clysteribus* & *Glandibus*, Alopecix succurrit, Furfuresque Capitis abstergit (illitum.) Calculos Renum & Vesicæ aterit : Condylomata omnisque generis Verrucas, Ficus, Marifcas & Mora Ani, tollit. (*Cinis* cum *Vino* coctus & applicatus.)

MUS ARANEUS, μυρμηκός, Sorex nonnullis. Germ. *Spitz-Mausz.* Gall. *Chave Souris.*

Vires. Affectibus Sedis, peculiari experimento est (ustus & illitus cum *Axungia Anserinâ.*)

MUS ALPINUS. Germ. *Marmel-Thier, Murmentle.* Gall. *Marmotte.*

Est Animal Alpium altissimarum incola, magnitudine Cuniculos serè superans, hyeme integrâ dormitans.

Officinalia Nativa ex Mure Alpino.

Solus *Adeps* commendatur ad genus Nervosum & Articulos contractos, rigidos, &c.

MUS MAJOR, δῶν, ῥάξ, *Rattus.* Germ. *Ratte, Ratze.* Gall. *Rat.*

N. Venenum in *Caudâ* gestare dicitur.

Vires. *Stercora* Murium majorum 9-numero deglutita, Mulierculis nonnullis singulare habentur Experimentum, quo Menibus obstructis occurrere moliantur. *Platerus.*

XXIX. **M**US. *Mures* elixi in Cibo, & pro Cibo dati Infantibus, impediunt, quod minùs noctu Stragula permihgant.

Cinis etiam *Murium* internè commendatur ad Mictionem involuntariam. *Capita Murium usta* seu calcinata, cum *Melle* mista, & Partibus glabris & calvis illita, solent curare Alopeciam.

Muscerda seu *Muris Stercus*, aliàs *Officinis* dicitur *Album nigrum*: mirabiliter Alvum laxat, & Experimentum est Muliercularum, à RULANDO in *Curationib.* notificatum, pro purgandis Infantibus. Sumitur gr. j. vel alterum ad gr. iij. *Muscerda*, & usurpantur vel per se pulverisata cum *Pulmento*, vel grana hujus iv. v. vel vj. cum *Lacte* trita, & per Linteum trajecta, Infantes leniter & eleganter laxant gr. vij. vel viij. in Infantibus adultis fortius laxant; potentiùs stimulant quàm *Chyteres*. Unde etiam Adultis vij. *Murium Stercora* in Morbo Iliaco pro referandâ Alvo multum laudantur; sicut *Muscerda* in *Suppositoriis* ex *Melle* frequentissimè adhibetur; quæ dicuntur acuta, quoniam valdè stimulant: unde permiscetur etiam *Chysteribus* pro stimulantâ Alvo & Intestinis.

MUS ALPINUS.

Mus Alpinus seu *Murmentum*, in Montibus Alpinis reperibile, *Pinguedinem* suppeditat, quæ mirè conducit in Pleuritide, in qua sistendâ fuit *Secretum PARACELSI*, cujus *Unguenti Pleuritici*, quod hunc in modum parat, Basin constituit:

Tom. IV.

(1) *Muris propriè dicti hæc sunt species* Charletono: Avellanarius, Araneus, Norvvegicus, Aquaticus, & Indicus. Sorex verò alterum Genus est, ejusque species sunt Domesticus, Aquaticus, Moscardinus (quem *Italiae proprium dicit*) & Moscoviticus, sive Odoriferus.

Est & Mus Alpinus, *Marmotta* appellatus, de quo etiam hæc *Autores nostri*. Capite *Leporem* refert, magnitudine *Cuniculum*, Auribus *vix supra caput eminentibus*. Ejus *Anatomen instituit Severinus noster*, Cæcumque *intestinum per amplum, Ventriculi modo, inter cætera præcipuè notavit*.

A *Murium* & *Soricum familiâ segregandus* Glis, Talpa, & *Mustela*: cujus species sunt *Mustela Sylvestris, Hermellanus, Viverra, Furo, Putorius* (à putido, quem *expirat, balitu*), *Martes*, & *Mustela Zibellina*.

Ovis, ὄπιβρος, { Mas, Aries. Germ. *Hammel.* Gall. *Un Ovis.* Germ. { *Agneau.* Vervex, i. e. Aries castratus.
 { *Schaaf.* Gall. *Une* { *Fœmina, Ovis.*
 { *Brebis.* { *Agnus.* Vide *suprà.*

Ovis Animal est mansuetum, timidum, Lupo inimicum. *N. Coitus* tempus est à Majo ad Augustum.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Cerebrum.* 2. *Fel.* 3. *Oesypus.* 4. *Lana succida.* 5. *Sevum.* 6. *Pulmones.* 7. *Omentum.* 8. *Stercus.* 9. *Urina.* 10. *Vesica.* 11. *Caput & Pedes.* 12. *Pediculi.*

Vires.

1. *Cerebrum Arietis* prodesse ajunt in Somno immoderatè arcendo, in Morbis Epidemicis (frixant *Cerebrum*, cumque *Pinguedine* in *Placentam* redigunt, addendo *Cinam. Nuciss.* & hinc exhibent. *Conradinus de Morbis Ungar.*) Facilitat Dentitionem (illitum cum *Melle.*)

2. *Fel (Lanâ susceptum, Infantumque Umbilico impositum)* solvit Alvum, Carcinoma exterius sanat (illitum), Auribus purulentis auxilio est (instillatum cum *Lacte muliebri.*)

3. *Oesypus (succidarum Lanarum Pinguedo, vulgè Isopus bumida dicta)* conficitur hac ratione: (sed non è scabiosis.)

Lana succida è Collo, Feminibus ac Femoribus Ovium macerantur aliquot horis (6. 7. 8.) in *Aquâ ferventi*, hinc fervescunt iterum, agitanturque bacillo, donec totam *Pinguedinem* in Aquam deposuerint. *Aqua hæc*, semotis Lanis magno impetu lignèa rude agitur, aut ex alio in aliud Vas effunditur, ut spumescat, sic Sordes Spumæ inhærescentes separari poterunt. Reiteretur hæc *Depuratio*, donec nihil Spumæ amplius extet: collecta *Pinguedo* lavetur *Aquâ purâ* (alii malunt *marinam*,) Manibusque agitur, donec candida evadat, nec Aquam amplius inficiat, admotaque *Linguae* leviter tantum attingat. Et hæc omnia sub fervido Sole fieri convenit. *Matthiolus & Dioscorides.*

Vires. Emollit, resolvit, calefacit, Dolores sedat, luxasis, contusis, & similibus convenit.

4. *Lana succida, Ἰξίον ἔπιον.* Germ. *schmutzige Schafs Wolle*: colligitur Estate è Collo, Feminibusque, eaque molliis, & sudore referta.

Vires. Galfacit, emollit, lenit, convenit optimè contusis, luxatis,

℥. Pingu. Muris mont. ℥j.

Olei Amygd. dulc. ℥℥.

Chamomill.

Rosar. an. ℥j.

Misce fiat Unguentum.

In MYNSICHTII *Armamentar. Medico-Chym. pag. 188.* habetur *Oleum* seu *Unguentum* contra Pleuritidem, cujus fundamentum seu Basis etiam est *Axungia Muris Alpini.* (1)

XXX. **O**VIS. Pauca prostant in *Officinis* de hoc Animal.

Quod habet *AUTOR* de *Cerebro Arietis*, quod profit in arcendo Somno immoderato in Morbis Epidemicis, videbitis imprimis in *BURGGRAVIO* de *Morbo Ungar. cap. 9. pag. 52.* *Cerebrum Ovis*, sicuti etiam *Arietis*, commendatur illitum *Gingivis* ad facilitandam Dentitionem.

Quæ habet *AUTOR* de *Felle*, quod solet in specie commendari ad Cancrum exulceratum, Gangrænamque, si illinatur ad similitudinem *Linimenti* vel *Unguenti*, incerta videntur.

Vulgò *Oesypum* parant, de quo in *AUTORE*; quem autem *ZWELFFERUS* valdè ridet.

Pulmones & alia carnosâ Capiti prodesse, dicit *AUTOR*. In Phrenitide recipitur *Pulmo* vel ex *Ove*, vel *Ago*, vel *Vervece*, & circumdatur seu applicatur Capiti rasò calidè, sicque mirè commendatur ab *Autoribus*: id quod etiam fit, si *Gallina nigra* discindatur per medium dorsum, & calidè applicatur

l i i 2

luxatis, caëlis, & similibus. (cum Aceto, Oleo, Vino imposita.) Cremata vim habet calcificandi, siccitatem acrem, & mordacem discutendi. Eapropter confert humidis, mollibus Tumoribus, Ulceribus inveteratis, Excrescentias cohibet, Ulcera ad cicatrices perducit, Fistulas Aureque suppuratas sanat.

5. Serum datum ex Vino rubro Sanguinem sistit, Diarrhoeam, Dysenteriam, & Tormenta Ventris curat (in Clysmate.)

6. Pulmones (ut & aliorum Animalium carnosia Viscera) Capiti impositi Dolores & Aëritum mitigant, ferocesque Spiritus sopiunt.

Hinc usus præcipui in Phrenitide, Vigiliis, &c.

7. Omentum calidum colico medetur Dolori (impositum.) (N. Lactis deberet hic fieri mentio, in Ulceribus internis proficui, præsertim in dysentericis.)

8. Stercus vim habet refrigerandi, exsiccandi, aperiendi, discutendi.

Hinc maximi usus in Aurigine (sumptum cum Petroselinis, &c.)

Extrinfecus convenit in Tumore Splenis, in Thymis, Calvis, Verrucâ, Tumoribus cutaneis, &c. Maximi itidem solaminis est in Ambustis (pulverisatum & inspersum.)

9. Urina (nigræ vel rubræ Ovis) sumpta, Aquam intercutem abigit (idem facit & destillata.)

Dosis ℥v. vi.

10. Vesica (ut & Capræ Vesica,) cremata & exhibita, iis qui Urinam inviti reddunt succurrit.

11. Capus & Fedes Vervecis in Aquâ fluente optimè decocta, Atrophie & Contracturæ subveniunt, (in Balneo.)

12. Pediculi mira præstare dicuntur in Arthritis vagâ curandâ. Exhibiti N. 9.

P R Æ P A R A T A.

Emplastrum de Pelle Arietina.

In Herniis, & Fracturis Ossium usuale.

XXXI. RANUNCULUS VIRIDIS.

Ranunculus Calamites (à Calamis in quibus degit,) Dryopetis. Germ. Laub-Frosch. Gall. Une Grenouille.

plicetur Capiti, quemadmodum multum laudat LINDANUS in Colleg. super Hartmannum. De Carne Vervecinâ, notum instar multarum Lampadum lucente, videbitis in C. 1. Obs. 3. BORELLI pag. 6.

Omentum adhuc calidum ex Ove extractum, & applicatum Abdomini in Colicâ & Dysenteria, certum est Remedium, & comprobatum hoc habuit AMATUS LUSITANUS in Curationibus.

Stercus commendatur ab AUTORE in Anginâ, seu Ictero flavo. Cæterum omnia Stercora curant Icterus, in specie tamen Stercus Anserum juniorum.

Vesica Ovis, & Vesica Capræ sunt Specificum in Mictu involuntario. Dantur ad ℥j. & valde laudantur; videatur Praxis Chymiatr. HARTMANNI P. 1. pag. 252. Et quidem plurimis Vesicis hæ vires sunt communes, adeo ut, præter Vesicam Ovillam & Caprinam, etiam conveniat in Mictu involuntario Vesica Suis, Vesica Apri, item Vesica Tauri. (K)

XXXI. **R**ANUNCULUS VIRIDIS. Utut omnes Ranae sint officinales, præ cæteris tamen est Officialis Ranunculus viridis, Germ. der Laub-Frosch.

Quæcunque Rana pulverisata internè convenit in sistendo Sanguine; unde vel appensa solet interdum substitui Bufoni in sistendo & compescendo Sanguine.

Sunt qui præcipiunt, ut Ranunculus viridis totus calcinetur, & de Pulvere, quantum Cultielli cuspide capi potest, in Lacte muliebri propinetur Infanti statim post Partum, antequam Lac vel alium Gibum assumat; sic enim fieri dicunt, quod præservetur Infans ab Epilepsia. (L)

De Ranis Aquaticis habebimus, ubi de Piscibus.

XXXII. **R**HINOCEROS. Rhinoceros est Animal ingens, Taurum magnitudine æquans, ni-

Est genus Ranarum terrestrium, reliquis minus, colore viridissimum, amans dumeta & loca aspera.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Ipse Ranunculus. 2. Sanguis.

Vires.

1. Ranunculus Sylvestris convenit viribus cum Rana Aquatica, eoque Civis Vulneribus inspersus mirificè Sanguinem cohibere dicitur. Clariss. Dn. D. Arn. Weickhard. in Thesauro.

2. Sanguis peculiariter pro Philtro commendatur.

XXXII. RHINOCEROS.

Rhinoceros. Germ. Rhinocer. Gall. Le Rhinoceros.

Animal est magnitudine Taurum, formâ Aprum æmulans, Cornu unicum in Proboscide gerens, idque nigrum, fissile, cubitum longum, pyramidale, Bubali Cornu formâ suâ representans, solidum sine cavitate.

N. 1. Tale nimirum, videre licet apud Viros rerum variarum curiosos, Cornelium ac Joannem Petraos, Materialistas hujus loci celeberrimos.

N. 2. Et Cornu alterum pusillum in Dorso gerere dicitur, quod ejusdem cum priore coloris: itidem apud Petraos constat.

Vires. Commendatur ad Venena, Contagia, aliosque Affectus Sudore opus habentibus, ideoque loco Unicornu in hujus defectu esse poterit.

Datur in Sobe pulverisatâ ad ℥ss. vel ℥j.

(N. Oleum inter rara quibusdam habitum.)

XXXIII. SERPENS.

Ovis. Germ. Schlang. Gall. Le Serpent.

Animal est astutissimum, Exuvias suas singulis annis bis exuens. Vere scilicet & Autumno. Hyeme sub terrâ, & præcipuè sub Radicibus Arborum, (Betulæ, Coryli,) sopitum quiescens, Homini insensibilissimum.

N. 1. Serpentis nomen generale est, multas Serpentum species sub se comprehendens. Hujus autem loci vulgare Serpentis

robustum: de quo videantur Exoticarum Rerum Scriptores, qui omnes de hoc agunt. Sanè dum in hoc solo subinde Unicornu Animalis fit mentio, hæc ipsò nihil aliud, quàm Rhinocerotem insinuari asserit DEUSINGIUS in suis Exercit. Miscell.

De hoc ex Indiâ Orientali afferuntur Cornua prægrandia, quæ gestant in extremitatibus Narium.

Commendantur ut alexipharmacâ in Morbis Malignis seu Venenatis, & exinde in specie in Febris Malignis; unde etiam substitui solet Unicornu in iidem, uti videri potest in ZACUTO LUSITANO L. 4. Medic. Princ. Hist. 51. Dosis est à ℥ss. ad ℥j. Ad eosdem enim commendatur Affectus, ad quos vel Unicornu aliaque similia. Sunt qui tornari curant exinde Pocula, ex quibus hauriunt Vinum vel alium Potum. Præservare enim à Veneni Potu, & impediri quò minus possit, intoxicari, dicunt; quod tament hyperbolem sapit. Interim cum Cornu Cervi, Unicornu, vel Ebur, nobis sufficiat, Cornu Rhinocerotis commodè carere possumus.

In FABRI Mrotbec. Spagyr. Lib. 1. cap. 29. habetur Quinta Essentia Rhinocerotis: uti etiam in BARTHOLETO de Respirat. pag. 416. Aqua destillata ex Cornu Rhinocerotis, cui ipse multum tribuit in Morbis Malignis. (M)

XXXIII. **S**ERPENS. De Serpentibus vulgò dicitur, quod sint venenati, sed nihil est: nec i, sæ Viperæ sunt venenosæ, nisi sint iracundæ: ut taceam, reperiri plures magnos Serpentes, qui non sunt venenati, & nullo modo possunt ad iram promoveri, sed omninò sunt placidi. Exempla hinc inde prostant.

Colligendi sunt tempore verno, statim postquam depofuere Exuvias, & è latebris fuerunt egressi, atque Plantis vernalibus & tenellis vesci incipiunt; tunc enim præ cæteris sunt in usu. Serpentum venerationem & Ovorum exclusionem videbitis

(K) Ovis inter Ruminantia cornigera (quemadmodum & Capra) Cotyledoniferum Animal est, notante Gualth. Needham. Glandula enim uterina, præter Loculamenta, in Ruminantibus aliis conspicua, Cotylam obtinent majusculam, quæ totam ipsarum superficiem excavat, instar cupulæ Glandis.

(L) Ranunculus viridis dictus, Ranæ species est, à colore sic appellatus: vocatur quoque & Calamites, quod inter Arundines & Calamos versetur.

(M) Rhinoceros, à πῖρ Nafus, Nares, & κέρας Cornu, quod singulare ejus Cornu è Naso pullulet. Ejus Cutis rugosa instar Elephanti, & crassa admodum, ut Japonica matbera idem eludat.

is genus intelligimus à *Caciliis*, *Viperis*, &c. distinctum, quas damus *infra*.

N. 2. Præstant collecti initio Veris cum Senectam deponunt, at tamen non statim ab egressu è latebris hybernis.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Integri tombugsi*, *Caro*, *Cor*, *Offa*. 2. *Pinguedo*. 3. *Exuvia*. 4. *Fel*.

Vires.

1. *Integri combusti* (*Pulvis Serpentum*,) scilicet *Caro*, *Offa* ac *Epar*, vim habent alexiteriam, sudoriferam (non venenatam.)

Ususque præcipui sunt intrinsecus in omnibus Morbis Venenatis ac Malignis, quales sunt Pestis, Febris Petechialis, Lepra & similes. Quinimò & Phthificos & Lue Venereâ laborantes, *Viperarum* præcipuè usu juvari, ceu Secretum vendit *Cardanus*. Si scilicet *Caro* cocta comedatur, *Jus* bibatur, *Pinguedoque* Spinæ & Juncturis illinatur. Nec est, quod usum Serpentum internum adeò formides, exenteratam enim ac decoriatam *Carnem*, abjectis tamen *Felle*, *Caudâ* & *Lateraneis*, loco Cibi assumere licet.

N. *Caput* abjicitur, quia maximè venenosum est, adeò ut Dentibus solis vim suam malignam exerant. *Cauda* negligitur, non quod venenata sit, sed quia ex Offibus tantummodò confect. *Vesica fellea* rejicitur, quia proxima est Lacuna Materie venenatæ, quæ inde duobus Montibus ad *Dentium Vesicas*, seu *Gingivas* refertur, in quibus scilicet spirituosior ac

efficacior illa fit: adeò ut si quis Dentibus *Viperæ* etiam jam dudum interemptæ pungatur, Veneno inficiatur, secus ac de Felle constat, quo recenti Canes moriuntur, siccato sine noxâ vescuntur. *Interanea* non adhibemus ob Stercora vel Ova adhærentia; aliàs tamen his rejectis, sine noxâ usui esse possunt.

N. 2. Si placuerit *Corda* ac *Epar* seorsim servare, secundum nonnullos Theaurum Medicum obtines pretiosissimum. Verum mehercle, si quicquam peculiare à Carne & Offibus, quantum vires attinet, tibi inde persuasum habeas, falleris. Falleris itidem, si (quod communis fert opinio,) deglutitione *Pulveris Serpentis*, vel & *Cordium* recenter extractorum, atque adhuc sese moventium) ab Ictibus Serpentum tutum te imagineris. Experto crede.

2. *Pinguedo* emollit Strumas, Oculorum Rubedini & Maculis medetur, Visum acuit, podagricos Dolores mitigat.

3. *Exuvia* Partum facilitare creduntur (Vetri vel Lumbis alligatæ,) Odontalgiamque (in *Gargarismis*) mitigare. Impetigines curant (pulverisatæ, vel incineratæ, & impositæ;) Alopecii medentur, ac Pilos nasci faciunt (illitæ.)

4. *Fel* Ictibus Serpentum impositum, Venenositatem in se allicit, idem & de Capite imposito affirmant.

(*Jecur* exsiccatum cum *Aquâ Cinamomi* ad Partus difficultatem propinatur.)

P R Æ P A R A T A.

(*Sal volatile* (*Vertebrarum Spinæ* præcipuè) ad Arthritidem vagam utile. Parari etiam potest *Oleum*, scilicet *Liquor*.)

1. Pulvis.

videbitis in M. A. N. C. Ann. 1. pag. 18. item *Serpentum ex Ovis generationem* in *AB. Med. Ruffniens.* vol. 2. pag. 15.

Officinalia quod attinet, *Serpens* loco *Viperæ* convenienter potest substitui, cum totus sit *diaporeticus* & *alexipharmicus*, & multorum Morborum saluberrima Medicina; unde est, quod *Pulvis* eorum vocetur *Bezoardicum Animale*.

Cæterùm observetur, quod *AUTOR* commendat *Serpentes integros combustos*, qui modus præparandi est rejiciendus; quoniam in combustione vis egregia, quæ consistit in Sale volatili & Spiritu, exhalat: potius exsiccandi sunt Serpentes, pulverisandi, & *Pulvis* cum *Spiritu Vini camphorato* irrigandus, ut exaltet Pulveris vis alexipharmaca. In Febris Malignis, Purpurâ, in Febris Petechialibus, in Peste, & ubi est Malignitatis suspicio, datur à \mathfrak{J} . ad $\mathfrak{ʒss}$. cietque Sudorem. Sanguinem quoque mundificat, Affectus cutaneos curat, & Imprimis in Curâ Luis Venereæ mirè convenit, in quacunque formâ, sive *Decoctum*, sive *Sal volatile*, sive *Essentia*, aut aliud quid, exhibeatur.

Præterea *Serpentum Caro* comesta, vel *Passus Caponum* aut *Gallarum* cum *Serpentibus* factus, mirè convenit in firmandâ Sanitate & prolongandâ Vitâ: *LOTICHIUS* namque *Obs. pag. 426.* habet Observationem vegetæ productæ Senectutis ex comestione Carnis Serpentinæ. Ulterius valde operè profunt Serpentes aut *Viperæ* pro arcendâ Sterilitate Virorum, si edantur. Sic *Dux Bavaricæ* habuit *Gallos cristatos*, quos cibavit *Serpentibus*, & usurpavit pro Cibo, quo factus fuit sæcundus.

De Pastu hoc Gallinarum cum *Viperis* aut *Serpentibus* videatur *ZWELFFERUS Pharm.* ubi de *Trochiscis* & *Saltibus Viperinis*. Ipsa Gallinæ cum *Serpentibus* saginatæ non saltem salaciores evadunt, sed etiam sæcundæ; quod singulare robur in Spiritibus & Mâssâ Sanguineâ testatur.

Singulare dicunt esse Experimentum, si *Serpentibus* suspensis evellatur *Lingua*, Carbunculis pestilentialibus imponatur; quod Venenum mirè attrahere solcat.

Exuvia Serpentum imprimis sunt Officialia, quas tempore verno semper deponunt: pro Rejuvenescentiâ verò nihil in recessu habent; alias *Arenarum*, *Lumbricorum*, *Cancrorum*, &c. hoc pariter præstarent, quia Cutim similiter deponunt. Internè commendantur contra Icterum: Sic *Tillemanni Pulvis Antidæricus* constat ex part. ij. *Lap. Cerauntii præpar.* & alterâ parte *Exuvia Serpentum pulverisatæ*; qui etiam *AGRICOLÆ* & *Dn. D. MICHAELIS* Experimentum fuit *Dosis* \mathfrak{J} . ad $\mathfrak{ʒss}$. Aliàs & internè conveniunt insigniter. Hinc nata Opinio, quod Lumbis applicatæ pellant Aquas Hydropicorum, easque expurgent per Urinam. *Decoctum Exuviarum Serpentum* valde commendatur in Curâ Morbi Pedicularis. Notandum autem, quod *Spolia* seu *Exuvia Serpentum* imprimis sint, quæ Serpentes sponte exuunt; nam quæ aliàs detrahuntur, alias habent virtutes.

Externè pariter ad facilitandum Partum Lumbis, & Vetri circumligatæ conducunt, antecedente priùs *Linimento* ex

Cancris fluviatilibus, *Lumbricis terrestribus*, & *Exuvii Serpentum*, cum *Axungia Vulpinæ* & *Leporinæ* sufficienti quantitate. De hac vi Exuviarum in facilitando Partu, qui plura cupit, videat *KUNRATH* in *Medullâ Destillat. Lib. 1. Tract. 5* ubi etiam dictum reperitur *Unguentum*; & *SCHMUCKIUM Curat. Magnico-Magnet. pag. 30.* Ulterius *Exuvia* mirè commendantur ab *HORSTIO* in *Dispens. ad Alopeciam*, ut crescant Pili. *Exuvia Serpentum* pulverisatæ, mistæ cum *Pulvere Cancrorum fluviatilium*, mirè conveniunt in Vulneribus Nervorum: quod si quis fuerit dissectus, insperso *Pulvere*, subito concrevit, & consolidatur; quod etiam de Tendinibus & aliis verum est. Idem Pulvis est expertum in Vulneribus Oculorum, quæ citò sanat. Item, si Pulvis *Exuviarum* inspergatur in *Vulnus recens*, intra triduum illud curare dicitur.

Præter hæc etiam datur *Lapis Serpentinus magneticus*, seu *Venenorum Magnes*; de quo videantur *Moderni*, *KIRCHERUS* in *Regno Naturæ Magnet.* & alii. Hic *Lapis Serpentinus* est substantiæ lapideæ seu potius offeæ, ex *Indiâ Orientali*, Regno magni *Mogol*, primitus allatus, & ex *Serpentibus pileatis* à *Brachmannis* partim elaboratus, partim erutus; qui hanc habet virtutem, ut applicatus *Morsui* venenato, mox adhæreat, & quidem tam diu, donec exhauserit omne Venenum; postmodum ubi turgidus fuerit, decidat, hinc *Lacti* impositus, Venenum haustum illi commicet, & ita *Lac* ex livido cœrulescat. *Lapis* postea exemptus, rursus applicatur *Morsui*, & si aliquid adhuc Veneni sit reliquum, denuò adhæreat *Vulneri*; idque quamdiu aliquid superfuerit Veneni: sin verò nihil reperit, spones curantur. Conferatur *KIRCHERUS* in *Regno Naturæ Magn. cap. 5. pag. 58.* item *REDI Experim. circa Res naturales*, ubi *Lapidi* huic non parum existimationis detractum videbitis. Et curavit nuperrimè *D. TACHENIUS* Canem quendam à *Viperâ* demorsum hoc *Lapide Serpentino*, quem Veneno imprægnatum injecit in *Lac*, illudque ita intoxicavit, ut propinatum alteri *Cani*, fuerit Veneni instar lethale.

Cum autem *Lapis* hic, ejusque efficacia, adhuc controversa sit, *Lapis Serpentinus* seu *Magnes Venenorum Artificialis*, Naturali illi simillimus, confectus fuit à *CNOEFFELIO*; vid. *M. A. N. C. Annot. 6. Append. pag. 29.*

Quoad *Coronæ Serpentum*, multa de his circumferuntur, dum maxima de nihilo fit *Fabula*. Nam totum negotium est fictitium. Nempe *duplices Substantiæ candidæ offeæ* nomine *Coronarum* circumferuntur. Quædam sunt *Dentes molares* *Maxillæ inferioris*, aut *Porcellorum ablatætorum*, aut *Pullorum equinorum* (nam hi ex *Alveolis* suis exempti, & paululum mundati, à *Circumforaneis* pro *Coronis* secretissimè venduntur) aliorumve similibus Animalium: Conf. *M. A. N. C. Anno 3. Observat. 128. pag. 205.* Quædam verò sunt *Cbela Squillæ marinæ*, quæ dentatæ ab uno latere *Ebore* quovis nitidiores, & speciosè pro *Coronis Serpentum* venduntur:

1. Pulvis.

Pulveres Serpentum tot Compositionum circumferuntur, ut Agyra ferè quisque peculiare sibi quippiam imaginetur. At quid opus est Compositione? nec enim corrigi Serpentes exenterati opus habent, nec stimulari, fat est fortis eorum vis, fat tuta carnosà ac ossia substantia (Cor, Epar, Lingua, Caro, Offa, utpote quæ minimè venenata): integer itidem si comburatur, venenatam exhalat naturam (mallem tamen Caput rejecisse;) nihilominus tamen adscribam unum atque alterum.

Bezoarticum Animale Simplex.

1. *N. Serpentem excoxiatum* (rejeclis *Intermeis*, *Caudâ* ac *Capite*) : lava & exsicca, hinc pulverisa, unâ cum *Spina Ver-tobris*. *Pulverem* serva pro usu.

Dosis à ʒss. ad ʒj.

N. Exsiccatio vel per se in Aëre peragi potest, vel in MB.

2. *N. Serpentes vivos*, non exenteratos aut excoxiatos (con-jice in Ollam ac tege Operculo, torreqe ad Ign. lentum, ut omnis Pinguedo & Humiditas consumatur (absque combu-sione tamen); postea redigantur in *Pulverem*.)

N. Præfero priorem, quippe metus ne venenosâ partes sufficienter exhalârint. Ex hoc fit

Bezoarticum Animale Compositum.

N. Pulv. Serpentum ʒiij. *Rad. Valerian. Angel. Pimpin. Herb. Rutæ* ana ʒj. *M. F. Pulvis.*

Dosis à ʒj. ad ʒij. vel ultrâ.

N. 1. Solus *Pulvis Colubrinus* valet adversus Araneas vivas, & Arsenicum, non verò ad Pestem curandam, Experimento *Untzeri lib. de Peste*, pag. 195.

N. 2. Ex *Carne siccâ* extrahitur *Tinctura* per *Spiritu. Vin.* aut quidem melius cum *Spiritu Juniperi*. Vide *Quercetanium*, & *Fabri Myrosbec.*

tantur: videatur HOFFMANNUS in *Schræd. pag. 185*. Unde, quod nugæ sint, quicquid de hujusmodi Serpentum Coronis circumferunt, planum est. Sed quod *Serpentes pileatos* attinet, longè alia eorum ratio est, de quibus vulgò *Lapides* circumferuntur; videatur citati KIRCHERI *Regn. Naturæ Magneticum*: hi enim artificiale quid sunt.

Pulvis Serpentum, uti dixi, vocatur *Bezoardicum Anima-le*, & convenit in Morbis Malignis, in specie in Cutaneis, Lue Venereâ, &c. *Præparationes Pulveris Simplicis & Com-positi* habet AUTOR, qui tamen per Calcinationem pa-randi non sunt; quin potius

U. Serpentes:

discissi in frustula, immittuntur in Balneum Mariæ, & per Abstractionem Phlegmatis lentè exsiccantur. Hi pulverisati suo adhuc constant Sale volatili; quibus *Myrrha* pro lubitu, *Camphora*, & *Elaeosacchara Vegeta-bilitum* addi possunt.

Pulvis hic Basis est plurimorum Medicamentorum.

Dosis ʒj. plùs minùs, pro variâ Compositionis ratione. Observetur, quòd, ubi assumpto Pulvere Bezoardico Ani-mali ex Serpentibus, altero die velimus purgare, difficiliùs sequatur purgatio; quoniam Pulvis Bezoardicus Vegetabi-lis resistit Veneno, & Malignitati Purgantium.

Sal volatile, *Spiritus* & *Essentia* mirè conveniunt in Mor-bis Malignis & Curâ Luis Venereæ. (N)

XXXIV. SUS. *Sus* vel *Porcus* Animal est Homini simil-imum, quoad partes internas, ut *Simia* quoad externas; sicut etiam Sanguis & Caro ad Sanguinem & Carnem humanam quam proximè accedunt.

Sunt qui *Aquas destillatas* laudant ex *Porcellis* junioribus, aut *Carne Suillâ* contra Phthisin, Atrophiam, Hæcticam, & alios ad Atrophiam tendentes Morbos. Sed nihil valent.

Fel prodest in Affectibus Aurium & Oculorum; & cer-tam convenientiam habent Animalia, habito tamen delectu, quo unum altero vel plùs vel minùs in hoc Affectu conye-nit.

(N) Serpentum nomine veniunt Animalia Apoda, b. e. quæ citra usum Pedum repunt: hæcque sunt vel Terre-stra, ut *Vipera*, *Cerales*, *Aspis* &c. vel Aquatica, ut *Hydrus*, *Natrix* &c. Quæ de Serpente hic in genere à no-stris Autoribus dicuntur, videntur præcipuè ad *Viperam* pertinere, de quâ suo loco. Sunt tamen & Serpentes quidam apud nos innoxii, b. e. omni Veneno destituti.

Lapis Serpentinus (Ophites, ab opis Serpens, appellatus) baud è Serpentis corpore eruitur, sed est Marmoris viridis species, hoc nomen adepta, quòd serpentinis maculis distinguatur. Cave autem credas, quæ de cognomine La-pide, ex India allato, & Ettmullerus & vulgus deprædicant.

XXXIV. S U S.

Σ us { Mas, Verres, Porcus. Germ. Eber, Borch, Bareb; Gall. Truge, Porceau. Majalis, i. e. Porcus castratus. Fœmina, Porca, Scrofa. Germ. Sau. Porcellus. Germ. Ferckel.

Animal est maximè pituitosum & humidum, multis Mor-bis obnoxium, quales Raucedo, Angina, Struma, Febris, Grando.

N. Non datur Animal, quod Homini, quantum Interiora attinet, similius sit ipsâ Sue.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Fel. 2. Pulmo. 3. Pinguedo. 4. Offa. 5. Talus. 6. Stercus. 7. Vesica.

Vires.

1. *Fel Suillum* contra Aurium Ulcera, reliquaque omnia magno successu adhiberi scribit *Dioscorides*: Pilorum proven-tum impedit (cum *Lardo Suillo* ana, ac 3. parte *Aceci acerri-mi* & *Ol. Amygd.* ana digestum & illitum (exsiccatum ad *Sup-positoria* usurpatur.)

2. *Pulmo* mirificè prodest impositus Attritui à Calceamen-tis contracto.

(*Hepar* & *Testiculi Porcelli* pro Arcano Venereo habentur.)
3. *Pinguedo* (*Adeps* absolute dictus) calefacit minùs, ideo-que in *Unguenta Refrigerantia* infertur, inveteratos Dolores Lumborum & Articulorum sedat, inuncta cum *Cinere Stra-minis Fabacei*, aut *Calce*.

Lardum coctum & circumligatum Ossium Fracturas feliciter conglutinat.

N. 1. *Pinguedo* quæ è *Sue veteri* fuerit, vel quæ *Sale* con-dita, calidior ac efficacior est illâ, quæ tum è *Porcellis* de-sumpta, tum *insulsa* fuerit. Sic & *vetus Axungia* acrior est recenti.

N. 2. Sunt qui solâ *Axungia Verris*, vice *Sympathetici Un-guenti* utuntur. 4. Offa.

Hepar ad Affectus Hepatis solet usurpari, si scilicet ad-moveatur.

De *Pulmonibus* quæ habet AUTOR sunt legitima.

Pinguedo Suilla est temperata, & valdè convenit in emol-liendis Tumoribus, & leniendis Doloribus ex Incandescen-tiâ & Inflammatione obortis, *Cataplasmas* admittum: im-priis in Anginâ Tumorem maturat seu emollit, quia Sa-lium effervescentium temperat, & ita facit, ut melius in Salsum tertium coëant. *Pinguedo Porci* bulliens, guttatim super *Lauri Folis* projecta, & hoc *Oleo* ambustus locus inun-ctus, ille intra tres dies curabitur, quasi quodam Incanta-mento, licet Pars ambusta maximè, & quovis modoambu-sta fuerit: videatur BORELLUS *Cent. 1. Obs. 76. pag. 82*. Porro contra Tussim nimiam & vehementem inveteratam, ac imprimis nocturno tempore ingrumentem, sunt qui com-mendant hoc Remedium.

U. Axung. Porcin. q. s.

miscetur cum

Allii Capitib. No. iij.

Contunduntur optimè, ut acquirant *Linenti* vel *Un-guenti* formam.

Tali *Unguento* vesperi ante lecti ingressum prope ignem plantæ Pedum, & aliquantulum Spina Dorsi, inunguntur, per tres dies continetur, & ita Tussim vehementissimam curari afferunt, sive noctu sive vesperi affigentem: sicut & in Tussi Infantum *Pinguedo Lucii piscis* eodem modo condu-cit.

Dicit AUTOR *Notâ secundâ* quòd quidam solâ *Axungia Verris* vice *Sympathetici Unguenti* utantur, &c. qui modus est hic:

Recipiunt *Telum*, quo infictum fuit Vulnus; istudque im-mittunt eruentum adhuc in *Pinguedinem Porcinam* vel *Lar-dum*, & ita Ægrum in distans curari ajunt, ceu ab *Unguento Armario*: Videatur SCHMÛCK in *Curat. Magico-Magnet. pag. 45*.

Lardum temperatum est, & nobis conveniens; emollit enim & resolvit. Hoc arefactum quidam loco *Unguenti Ar-marit*, seu *Sympathetici* adhibent, eodem modo, ac de *Pin-guedine*

4. *Ossa*. Ajunt *Ossa* de Collo suspensa Quartanâ laborantibus esse auxilio, fides sit penes expertum.

5. *Tali Osa* (*Astragalus*) commendatur ad Fracturas Ossium, ut & ad Colli Capitisque Dolores (usum & exhibitum): (item ad Dysenteriam, & quamvis Hæmorrhagiam.)

6. *Stercus* (*Succerda*) emollit, discutit, hinc prodest in Prurigine, Exanthematibus, Clavis Pedum, aliisque Tuberculis duris (calidè impositum.) Ictibus medetur Animalium venenatorum (cum *Aceto* coctum.) Hæmorrhagiam Narium sistit, (in *Aqua* tritum & illitum) sufficit etiam Odor.

(*Vulvæ* in Hæmorrhagiâ *Uterâ* calidè adhuc, Linteo inclusum, appositum, expertum est Remedium.)

7. *Vesica* juvat eos, qui inviti Lotium reddunt, (cocta, vel usta, & exhibita.) Eadem præstat Pubi imposita. Urinam sere fertur. *Plinius*.

Lapis Porcinus, sive *Hystericus Malacensis* Malignitati resistere, & *Lapide Bezoar* potior censetur, ab Apoplexiâ & Epilepsiâ præservare, Materiam Calculi dissolvere, & Arthritidem curare. Imponitur *Aquæ*, *Cerevisiæ* & *Vino* per horam, hinc bibitur. Ad Choleram ex *Vino* datur. Secundinas pellit, ad Menses movendos manu gestatur. (Prægnantibus non exhibendus, quia Abortum facit.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Unguenta ex Pinguedine* fiunt varia, e. g. *Rosatum*, *Pomatium*, quæ suis locis attingimus.

2. *Aqua ad Atrophiam*.

Fit è *Sanguine* è fibris repurgato, atque cum *Herbis Bechicis* refrigerantibus & humectantibus in MB., destillato.

XXXV. T A L P A.

Ἄλιος, *Σπαλαξ*, Mus terrenus. Germ. *Musl-Wurff*, *ἄλιος-Μύσῃ*, *Molt-Wurff*. Gall. *Une Taupe*. Animal est acutissimi auditus, hoc peculiare præ cæteris Animalibus habens, quod non nisi sub terrâ vivere ac superstes esse possit.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Talpa ipsa*. 2. *Cor*. 3. *Sanguis*. *Vires*.

1. Cinis confert Lepris, Strumis ac Fistulis, (illitus cum *Albumine Ovi*, aut *Melle*).

Intrinsicum cum *Cerevisiâ* aut *Vino* potus curat Arthritidem vagam dictam (*die lauffende Vabren*, *die lauffende Gicht*), & Scrophulas.

Dosis ℞. quotidie assumendus.

2. *Cor*. Herniam sanat, (siccatum pulverisatum & exhibitum per dies 3. aut 4. scilicet quotidie unum. Vertiginem tamen & Palpitationem Cordis inducere dicitur.)

N. Præstat mensè Majo collectum.

3. *Sanguis* recens illitus, Capillis Calvitium decorat. (*Cruore* Charta imbuta, *Aquæ* intincta gangrænohis Membris conducit, Mammillis præsertim.)

N. Vulgi opinio est, si quis Talpam manu compresserit, ut moriatur, eum à Febri eo ipso anno fore securum, quin & in Paroxyfmo febrili manu retenta, Insultus reprimere censetur.

(*Talpæ Oleo Lini* coctæ Vapor noxius hinc Navibus incendiariis etiam admisceri, notavit *Hofmannus*.)

XXXVI. TAXUS.

guedine dixi. In *Lardo* enim vis quædam magnetica residere dicitur, ratione cujus *Lardum* commendatur in curandis Vulneribus, vel potiùs Verrucis. Dicunt enim, si imponatur *Lardum*, vel potiùs *Corium Lardi*, Verrucis ut incalcescat, & postmodum suspendatur in Camino Furni, vel in Fimo Equino sepeliatur, fieri, ut sicut exsiccat in Furo, vel putrescit in Fimo *Lardum*, ita exsiccat, & putrescat Verruca, sicque absumatur. In Odontalgia quoque recipiunt Frustulum Ligni acutum, fricant eo Dentem dolentem, seu Gingivas, post verò *Lardo* infigunt: sic brevi post evanescit Dolor. In Anginâ cum Inflammatione Linguæ, quando Lingua est arida, combusta & exsucca, conducit *Lardum*. Notum est, quod superius aliquoties commendatus fuerit *Succus Sempervivi* cum *Sale Ammoniaco* pro *Gargarismo*, vel *Absterfivo* Linguæ: quod si non sufficiat hoc *Sedum*, ita ut Lingua sit quasi combusta, nigrefacta, arida atque exsiccata, in tali Affectu commendatur pro cæteris *Frustum Lardi*, & imprimis *Corium Lardi* admotum Linguæ, & ad tempus relictum Linguæ impositum: sic enim fieri dicunt, ut durities Linguæ emolliatur, ut instar Corii detrahi possit Materia exsiccata, esseque Remedium sæpiùs probatum. Videantur *AGRICOLA* in *Chirurg. Parvâ* pag. 804. & *MINDERERUS* in *Medicinâ Militari* pag. 209.

Stercus seu *Succerda* sequitur. Jam aliquoties dixi de *Stercore* Asinino, Canino &c. quod valde convenient in sistendis Hæmorrhagiis quibuscunque. Cæterùm hæc omnia *Stercora* superantur à *Stercore* seu *Fimo Porcino*, quod in quibuscunque Hæmorrhagiis, in specie Narium, reliqua *Stercora* longo intervallo post se relinquit, sive ex *Stercore recenti* exprimatur *Succus*, & propinetur internè, aut applicetur Fronti ac Naribus externè; sive ex hoc *Succo*, miscendo cum *Vino* atque *Saccharo*, fiat *Syrupus* internè assumendus: videantur *PRÆVOTIUS* & *JOEL* in *Praxi*; si *Stercus aridum* Naribus injiciatur, aut cum *Aquâ appropriatâ*, vel *Succo Plantaginis* teratur & subigatur, pro usu interno & externo; sive *Stercus* recens adhuc calidum circumligetur Fronti ac Temporibus, vel etiam Naribus tantùm adhibeatur; aut fiat *Suffitus* Naribus excipiendus; vel etiam siccum instar Turundæ Naribus injiciatur, quocunque usu mirabilia præstat *Stercus Porcinum*. Sic quidam

℥. *Sterc. Porcin. exsucc.* ℥iij. addunt

Pulv. Rosar. ℞. pro corrigendo Fætores.

Hos Pulveres miscent cum *Succo Plantaginis*, & in hoc intingunt *Bombacem*, Naribus imittendum.

Melius est, si loco *Succi Plantaginis* misceatur cum *Succo Urticæ*, quippe qui magis est appropriatus; de quo videbitis

(O) *Sus* ab *ſ*, mutato Spiritu aspero in S. Animal notissimum, quo nostratum *Culinæ* haud carere sciunt: magna exterorum admiratione. Carnes (& præcipuè *Lumbares Musculos* internos & externos) recens maçati suls, hyberno tempore comestas, saluberrimas experior.

RODERICUM à CASTRO Lib. 1. de *Morbis Mulierum*, **RIVERIUM** Lib. 4. *Prax. cap.* 8. qualem usum, & mirabilem & insignem vim, etiam deprædicat **ZACUTUS LUSITANUS** lib. ultimo *Præcor*.

Quæ verò de *Vesicâ* habet **AUTOR**, potiùs de *Membro Genitali*, in specie de *Vulvâ*, intelligantur. Contra Incontinentiam scilicet Urinæ quamcunque diurnam & nocturnam, siccat, pulverisetur, & exinde *Farcimem* paretur, vel calcinata in formâ *Pulveris* propinetur, & certum est levamen: & hæc ipsa dicitur quidam curatus, qui à primo ortu Urinæ Incontinentiâ laboraverat. **D. MICHAELIS** aliquoties felici cum successu adhibuit. Ex hac *Vulvâ* quidam Medicus præparat *Specificum Remedium ad Partum*.

Matrix Porcæ in fumo exsiccata, & ad ℞. exhibita, singulare dicitur Remedium in Epilepsiâ.

Est etiam *Lapis Porci*, qui dicitur reperiri in Stomachis Porcellorum Indicorum: alii dicunt in *Vesicâ* eorum felleâ. Quicquid sit, multum commendatur hic *Lapis*, & paratur exinde *Panacea* in *Morbis Acutis*, *Malignis*, & *Pestilentialibus*, in Affectibus Mulierum, *Apoplexiâ*, *Epilepsiâ*, in genere contra quoscunque Affectus difficiles curatu: ita quidem, ut in *Aquam* vel *Cerevisiam* injiciatur per unum vel alterum quadrantem horæ, & *Liquor* bibatur; exinde enim dicunt, habere singularem effectum. Cæterùm meritò irridet hunc **TACHENIUS** in *Hipp. Chymico*, & non tantùm esse inutilem, sed etiam ridiculum, utut magni æstimeretur *Lapis*, nisi in substantiâ exhibeatur. Propterea **BARBETTE** *Tract. de Peste* pag. 21. dicit, quod constet, esse *Lapidem* in *Vesiculâ felleâ* *Homini* repertum certè, quoniam hic in *Vesiculâ* humanâ non raro reperitur, propterea dicit, illum posse substitui *Lapidi Porcino*, majori cum fructu & successu. (O)

XXXV. TALPA. *Talpa* pauca suggerit, nisi quæ habet **AUTOR**. An verò vera sint? in medio relinquo.

Vinum Decoctionis Talpæ prodest iis insigniter, qui laborant *Scrophulis* & *Strumis*.

Sub forma *Calcis*, dum *Talpa* aduritur & calcinatur, in *Leprâ* usurpatur, & singulariter in *Scorbuto* prodest; sicut internè in *Ulceribus canerosis* & *scorbuto*.

Cor contra *Herniam* laudatur ab **AUTORE**, & **HARTMANNO**: fides sit penes *Experientiam*.

Sanguis *Talpæ*, præter id, quod curet *Alopeciam*, ut habet **AUTOR**, peculiariter contra *Gangrænam* & *Sphacelum* laudatur, si *Papyro* illitus, exsicceatur *Papyrus*, postmodum sub usu humectetur *Aquâ* & imponatur, sic brevi post

XXXVI. TAXUS.

Mήλας, Melis, Taxus & Taxo. Germ. *Daeb.* Gall. La Marete, ou Taiffon.

Quorum est generum: *Caninum*, quod Pedes habet Caninis similes; & *Porcinum*, quod Pedibus Sues imitatur.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Integer incineratus*. 2. *Sanguis*. 3. *Adeps*.

Vires.

1. *Taxus integer incineratus cum successu exhibetur Pulmoniacis Sanguinem excreantibus.*

2. *Sanguis pulverifatus Lepræ convenire dicitur, destillatusque Pesti subvenire.*

3. *Adeps præcipue Officialis est, qui uti paulo crassior, ita & paulo calidior ac efficacior est Suillo. Renum doloribus auxiliatur, à Calculo subortis (inunctus, vel in Clysmate adhibitus,) Febrilem Æstum mitigat, contracturis ac imbecillitatibus Artuum succurrit, cum *Adipe Vulpis*, *Catiæ Sylvestris*.*

post sistit Affectum. Contra Paronychiam *Sanguis & Pellis Talpæ* applicata, est Experimentum certum HELMONTII.

Sic & in Erysiplate, imprimis Mammarum, & Cancro, sive exulcerato sive non exulcerato, Manus imposita, in qua Talpa mortua, singulare quid confert & subito cessare facit: videatur **AUTOR**, uti & **SCHMUCK** in *Curationibus Magico Magneticis*, & **HORSTIUS**.

In gangrænois Mamillarum Affectibus præ cæteris conducunt *Dentes ex Talpis visis excissi*: mirè etiam conveniunt in Dentium Affectibus, unde etiam in Dentitione Infantum adhibiti mirè convenire dicuntur, uti etiam in Odontalgis. (P)

XXXVI. TAXUS. De *Taxo* pauca sunt, quæ solent præscribi & proflare in Officinis.

Tantummodò *Adeps* adhibetur propter vim quam habet aliquantisper fortiùs penetrantem, quàm alii Adipes quicunque: in specie convenit cum *Adipe Suillo*, nisi quòd calidior sit & penetrantior. Unde applicatur Renibus in Nephritide, vel cum *Unguento Dialibææ*, quando volumus compescere Dolorem, vel cum *Oleo Scorpionum* simplici, quando volumus pellere Urinam & Calculum. (Q)

XXXVII. VIPERA. *Vipera* dicitur quasi *Vivipara*, cum cæteri Serpentes soleant esse *Ovipari*. Inter omnes Serpentes venenata præprimis æstimatur, summum nihilominus *Alexipharmacum*, & multorum Morborum saluberrima Medicina.

De Venenis autem Animalium magna lis est. Quæritur igitur, in quonam consistat Venenum? Veteres hoc in puncto nil certi habent: quæ enim dicunt de *Felle*, *Dentibus*, *Lingua*, *Capite*, & *Caudâ*, hæc omnia sunt convicta falsitatis: videatur **ZWELFFERUS** in *Animadvers. ad Pharm. August.* Si verò Modernos Medicos consulamus, dicunt, quòd uti Venenitas Viperarum, ita quorumcunque Animalium, consistat tantum in *Idea* quâdam *Furoris*, *Indignationis* & *Excandescentiæ*, unde fiat, ut tantum Morsus sint venenati; & cum totius Belliæ partes post mortem sint aliàs salubres, & elegantissima offerant Medicamenta; per Morsum autem tantum per *Salivam* *Ideæ* communicatæ & transplantatæ *Archeum* inficiant. Imprimis offert se **HELMONTIUS**, qui Ratione & Experimentiâ fretus, Venenum non tam in formali, quàm ideali & imaginativâ, imò & in *Viperâ* à *Furore* percitâ consistere dicit. Videatur **MARCUS MARGI**, **POTERIUS**, & **ZWELFFERUS**, ubi de *Theriaca*, *Trochiscis*, item de *Sale volatili Viperarum* agit. Patet hoc ex omnibus Animalium Morsibus, quorum *Saliva* est innoxia, si sint placida; simul ac verò *Furore* & *Irâ* fuerint percitâ, sit Venenum: id quod notum est de Canibus, Felibus, & similibus aliis. Imò Morsus Hominis placidus non est nocivus; simul ac verò furibundus, iratus, & Iracundiâ percitus alium momorderit,

XXXVII. VIPERA.

Eχίς, vel ἰχίδρα, (Fœmina) Arabicè *Alpès*, *Thirus*, Germ. *Viper-Natter*, *Natter*, *Otter*, *Atter*, *Heck-Natter*, *Brand-Schlang*. Gall. *Un Vipere*.

Est species Serpentis viviparæ, Serpentibus communibus venenosior, hyeme in Scopulis sopita delitescens, vel & Terrâ oblecta.

N. 1. *Vipera* Nomen nonnullis generale audit, omnique *Serpentum* generi imponitur. In specie tamen hæc sumitur pro eo, quod Italis *Marassi* nomine venit; licet adhuc controvertatur, utrum *Viperæ* Italicæ cum *Viperis* à Majoribus ad *Theriacam* expetitis eadem sint.

N. 2. *Viperis* solis peculiare esse volunt *divum Fœtum parere*, unde & *Viperæ*, quasi *Viviparæ* dictæ sunt; attamen & in Serpente fat magno, quem in Finlandiâ secui, Fœtus vivos deprehendi.

N. 3. Non tota *Vipera* venenata ac lethifera est, sed solum *Caput & Fel*, reliqua, ut *Caro*, *Epar*, *Ossa* Veneno carent. Vide *supra de Serpente*.

Præstant

Morsus non minùs est venenatus, quàm Morsus *Viperæ*, vel *Canis rabidi*, & aliorum Animalium. In **SALMUTH** & **PANAROLLO**, & aliis, qui scripserunt *Observationes*, præstant Exempla Mortis obortæ ex Morsibus Hominum iracundorum, qualem Observationem etiam habet **HILDANUS** in *Obs. Medico-Chirurgicis*.

Ex his similibusve aliis *Observationibus* concluderunt, quòd Venena Animalium oriantur tantum ex Affectibus, Perturbatione, ex Irâ, Furore, Incandescentiâ, Odio, & similibus aliis, qui Affectus & Iræ Animalium communicatæ suscitent *Tragœdias* hæcæ.

Hanc verò Sententiâ satis probabilem aliquantisper videtur labefactare *Observatio* ista accuratissima & elegantissima, quæ facta est *Florentiæ* jussu **DUCIS HETRURIÆ** per **Dn. REDI**, Virum in Rebus Naturalibus experientissimum, qui etiam edidit de hoc *Tractatum* Italico sermone conscriptum de *Viperarum Anatomia*, in qua omnes *Experientias* & *Observationes* in *Viperis*, ex Agro Neapolitano allatis, factas, acuratè describit: & dicit, se reperisse, quòd, quocunque modo tractentur *Viperæ*, vel comedantur, vel alio modo assumantur, nullo modo sint venenatæ. Ostendit autem *Liquorem salinum* *Gingivis Viperarum*, in duabus *Vesiculis*, *Dentes ipsarum* contegentibus, in hærentem, & per *Ductus* quosdam salivales ad *Vesiculas* hæcæ derivatum; quem tamen per multiplicem *Experientiam* modò in *Canibus*, modò in *Pullis*, aliisque *Animalibus*, nonnisi in *Vulneribus* nocere asserit; & hinc *Liquorem* illum pro Veneno habet. Fecit nempe Experimentum in *Canibus*, quos leviter faucia vit, & ex *Viperâ* vivâ desumpsit *Salivam*, quam instillavit, & mortui sunt. *Gallinas* vulneravit in *Pedibus*, sicuti *Gallos* in *Cristis*, & fuit illis Venenum, subitoque interierunt, immisâ *Salivâ*: aliaque plura fecit Experimenta, sive *Liquor salivalis* fuerit ex *Viperâ* vivâ, sive mortuâ desumptus, sive ex iratâ, sive placidâ, idem præstiterit: adeo ut ex hoc inferat, quòd *Viperæ* & ejusmodi *Partes* omnes assumptæ non habeant vim malignam propter vim *Succorum* in *Stomacho* & primis viis, compescentium Venenum ejusmodi. Cæterum si extrinsecus sit tantillum *Vulnuscolum*, cui instillatur tantillum de *Liquore salivali viperino*, internectioni *Hominem* & alia *Animalia* tradat; & propterea etiam *Morsus Viperæ* sit lethalis, propter *Vulnuscolum*, cui instillatum sit tantillum *Salivæ*. Ex hoc judicandum de *Veterum Psyllis*, qui haurire omne Venenum potuerunt sine noxâ, adeo ut illis dicatur esse naturale, cum iis non fuerit lethale: verum simul ac applicantur leviter in *Ore* vulnerati, *Vulnus* est lethale. Omnia propterea, dicit, *Animalium Venena* intrinsecus sumpta non esse lethalia: imò dicit præterea, quod de hoc ipso *Liquore salivali*, sive vivæ sive demortuæ *Viperæ*, possint intoxicari *Tela*. Plura videbitis in **REDI** *Observationibus circa Viperam*, pag. 38. 49. 50. & 65. Adeo ut *Observationes* hæc, si veræ sint, repugnent *Sententiis* *Helmontianis*, & ejus *Affectarum*.

Possent

(P) *Talpa* à *δαλπω* fodio: hinc *Virgilius* 1. *Georg.* Aut oculis capti fodere cubilia *Talpæ*.

Haud tamen omnino Oculis captus est Talpa; sed sic vulgò creditur, quòd pro capitis magnitudine satis illos extiguos & inconspicuos habeat. Animal sub terrâ latens, Plantarum & Stirpium pestis; illarum enim radices fodiendo corrodit. Talpæ Anatomem curiosissimè instituit Severinus noster in suâ Zootomiâ.

(Q) *Taxus Arbor* est, de quâ suo loco, & *Animal*, de quo hîc. *Quadrupes* est magnitudine *Vulpem*, formâ *Vulpem*, *Canem*, *Suemque* representans: in latibulis ferè vitam ducit: *Caro* edulis est. *Apum* mollificia venatur, unde *Melis*, *Melos*, & *Melotus* quoque dicitur.

Præstant 1. *Famella* collectæ tempore Verno, postquam aliquam diu à Cavernis suis hybernis fuerint egressæ, viduque quadantenus refectæ.

2. *Juvenula* (non effortæ, nec gravidæ,) quæ ablati Partibus au ferendis, diu adhuc moventur, quæque degunt locis aridis, & montanis.

Vires. Vide in Serpentum descriptione. Nimirum Vires ibidem recensitas præ aliis Serpentum generibus Viperæ excellenti gradu obtinent. Præter eas sunt qui *Viperæ Caput* ad Anginam notham commendant (Collo appentum.)

P R Æ P A R A T A.

1. *Oleum ex Viperis,*

2. *Viperar. nigrar.* ℞. iij. *Ol. Sesamin.* sextarium j. ℞. in Vase vitreato angusti oris probè obturato, ne vapor inde exhalet incoquantur, donec Caro ab Offibus decidat, dein cum refrigerint, reponantur. *Andernacus.*

N. Alii per descensum eliciunt ex *Viperis*, sc. Capite, Caudâ, &c. orbatis.

Vires. Cutim extergit & Impetigines, aliaque id genus vitia sanat.

2. *Sal Theriacum, seu Theriacale.* Vide *Dispens. August.* & si placet, *Quercetanum in Pharm. rest. Aëtium, & Galenum.*

3. *Trochisci de Viperis. V. Disp.*

N. 1. Sunt qui Theriacani de *Caculâ* (*Cacilia, Biind-schleib,*) confecerunt, summoque cum successu tempore Pestis ad sudorem eliciendum semel ac iterum propinarunt.

Gesnerus de Serpent. Schwöenckfeldius ex Platero.

N. 2. Fieri potest & *Vinum Viperinum* (i. e.) in quo *Viperæ* interfectæ sunt, ad Elephantiasin celebre (bibitum.) *Galenus.*

4. *Pulverem* alium egregium reperies in *Pharmac. Poterii.*

5. *Essentiam Viperarum* in *Myroth. Fabri.*

6. *Alcubel Viperarum* describit *Burgravius in Biolychn.*

Sal

Possit tamen quis de hoc dubitare, cum *Fel Viperinum*, ex quo Venenum prodit, neutiquam noceat. Huic opponitur, quoddam Animalia quædam interno usu non sine lethalia, externè tamen nocere possint, & contrà. Cum autem sint venenata in Vulneribus, dicendum, quoddam solum Liquor Gingivarum in Viperis Vulneri immixtus sit venenatus. Interim CHARAS, Scriptor Gallicus novissimus, refutat dictum REDI, & verissimam HELMONTII Sententiam esse dicit; quoddam nempe Viperæ nullum prorsus Venenum habeant, nisi Furor percitæ; quin putarem Ego, nec in Plagis indigendis venenosum esse Animal, nisi Furor percitum, utut non sine Liquoris per Morsum communicatione Venenositatem suam exercent, utpote qui Liquor per Affectus animales, imprimis per Furorem, venenosus denuo redditur. Internè certè Viperæ nociva non est, quin potius per se est salutifera, & dicata usibus pro Morbis malignis & venenatis: quibus Viperis, in defectu earum, possunt substitui alii quicumque Serpentes, teste ZWELFFERO in *Pharm. Reg. pag. 150. Editionis penultima.* Frustraneus ergo earum est metus, & muliebris, qui putant, quoddam Caput, Fel, & Gauda, sint venenata.

Plura de Viperis qui legere cupit, adeat MARGUM AURELIUM SEVERINI, qui elegans & accuratus Scriptor est, in suo *Tractatu de Viperâ Pyribâ*, FABIUM PAULINUM, *Utinensem*, de *Viperis in Trochiscis præparatis*, ABBATIUM de *Admirab. Vip. Nat. & mirific. ejus facultatibus*, LANGELLOTTUM, & HARDERUM in *Apiario.*

Colligenda sunt imprimis *Viperæ* verno tempore, imprimis circa finem Maij, & principium Junii, quando Exuvias deposuere, & denuo incipiunt veluti Plantis vernalibus & tenellis; tunc enim præ cæteris sunt in usu.

Quod *virtutes* attinet, in genere non Viperæ saltem, sed reverà quilibet Serpentes promiscuè nobis in usum Medicum possunt inservire. Possent mirabiliter *vi alexipharmacâ*, *Judoriferâ*, *Virium restaurativâ*, *Malignitatis expulsoâ*, Variolarum, Purpuræ, etiam Scabiei retropulsæ, & tam benignæ quàm ferinæ seu malignæ expulsoâ, & *vi balsamicâ* ad Vitam sanam. Præterea in Luc Venereâ mirè conducunt Viperæ: sic *Decoctum Viperarum* commendat TACHENIUS pro Curâ Morbi Gallici in *Hipp. Chym. pag. 65.* quod confirmat Experientia D. MICHAELIS, qui aliquando restituit Gallicum beneficio Viperarum, cui ita læsum Pericranium, ut fermè decideret propter corrosionem factam à Veneno Gallico. In Elephantiasî & Leprâ non efficaciora habentur & magis appropriata Remedia, quàm ex Viperis. Nota namque est Historia à GALENO *Lib. 1. de Med. Simpl. cap. 1.* commemorata, de Elephantiasî desperatâ, *Vino*, in quo extincta fuerunt *Viperæ*, curatâ: videatur etiam BORELLUS C. 2. *Observat. 37.* & ZWELFFERUS. In Scabie continuâ malignâ nihil melius est interno usu Viperis; valde enim Massam Sanguineam renovant, & vitale Balsamum, quasi quædam rejuvenescentiâ inducunt: vid. CHARAS *Remed. è Vip. c. 2.* Hinc ad Pulchritudinem conferunt: vid. REDI *Observat. pag. 32. annex. M. A. N. C. Ann. 1. in Append.* In Ulceribus inveteratis *Viperina Remedia* primatum ducunt. In Sterilitate Mulierum quoque valde laudantur; uti etiam infœcundis Maritis. Sic refert HELIDÆUS PADUANUS in *Obs. rarissimam* Historiam, se beneficio *Decocti Viperinæ* Mulierem Leprâ laborantem curasse, quæ cum antea fuerit sterilis, postmodum fecunda facta, aliquoties peperit. Unde quidam Principes solent pascere *Gallas Carnibus Viperarum*, ex quorum esu sibi conciliant fecundum Matrimonium; & quidem modum,

Tom. IV.

quo debent nutriri Capones & Galli, describit elegantem ZWELFFERUS *pag. 215. Pharm. Regiæ.* Porro contra Venena, Morbos malignos ac venenatos quoscunque, tam in Febris malignis & pestilentialibus, quàm in specie quando jam usque eò res devenit, ut Pulsus videatur deficere, vi alexipharmacâ sunt usitatissima: unde ANDROMACHUS & GALENUS *Trochiscos de Viperâ* in *Theriacam* recipere. *Remedium* autem contra *Morsus Viperarum* curativum & præservativum PARACELSI est *Campbora* in *Petroleo* dissoluta & inuncta, teste CONRADO KUNHRAD in *Med. Destillat. l. 1. Tract. 5.* Sic & *Bufo* aridus *Aquâ* appropriatâ humectatus, vel *Bufo* vivus contusus, instar *Cataplasmatiss* applicatus, Morsum sanat, & ab omni periculo tutos reddit. Videatur *Dissertatio de Morsu Viperæ.* BOYLE Ferrum candens propius Morsum applicat, ut non urat, sed saltim calefaciat, & Venenum extrahit, ita ut Symptomata omnia remittant: & non datur melius remedium. REDI *l. 1. p. 29.* Morsum Viperæ curat *Cucurbitulis & Hirudinibus*, & *p. 147.* WEDELIUS de *Facultat. Medicam. p. 168.* *Pinguetudine Viperarum.* Totam aliâs Curationem videbitis in *WORMII Mus. l. 3. cap. 9.* Cæterùm etiam Viperæ sunt egregium *Cosmeticum* interno usu; propterea Fœmellis Italiæ & Angliæ in usu sunt *Vina Viperina* pro conciliandâ Faciei elegantia, & nitore. Præterea in Strumis & Scrophulis nihil est melius Medicamentis Viperinis interno & externo usu. *Filum rubrum setaceum*, quo strangulata fuit Viperæ, si circumdatur Collo Anginâ laborantem, item ipsum *Viperæ Caput* Collo appensum, eandem curare dicitur, propter Ideam Strangulationis & Suffocationis: Videatur BARTHOLOMÆUS in *Tract. de Anginâ Puerorum*, tum in *C. 4. Hist. Anat. 73.* WORMIUS in *Mus. l. 3. cap. 8.* & CHARAS *Remed. è Viperæ cap. 3.* Quoad reliquas Partes viperinas, *Hepar & Cor*, quidam habent, ut sint tati à Morsu Viperarum; quod tamen nihil est. *Cor & Hepar* cum *Carne* in formâ *Electuarii* HIPPOCRATIS *Antidotum* fuit in Peste; in qua tamen parùm valet. In Dysenteria autem, præsertim Epidemicâ seu malignâ, egregium est *Hepar*; pulverisatur enim & à ℞ ad ℥j. tanquam singularissimum Remedium laudatur, si nempe misceatur cum *Corallis*, *Urticæ fossis*, vel ℞. *Crystalli*, & cum *Laudano opiato.* In Partu difficili *Hepar Viperinum* pro *Arcano* habet HELMONTIUS.

Pinguetudo Viperarum internè ad ℥j. assumpta contra Scabiem laudatur à BORELLO C. 2. *Observat. 37.* in Strumis & Scrophulis incipientibus egregia Medicina est, earumque incrementum præcavet. *Cosmetica* est, & Faciei illita, Maculas delet; unde vel sola applicatur, vel misceri poterit cum *Balsamo Peruviano*, & sic Vetulis contra Rugas Faciei elegans est Remedium. Quin & calidè vel externè Palpebris cum Pennâ illita, vel in ipsum Oculum bis & ter in die quoad unam & alteram guttam immissa, nobile est *Ophthalmicum* & egregiè confert pro acuendo Visu, tam Juvenum quàm Senum: vid. M. A. N. C. *Ann. 2. Obs. 207 pag. 206.* & LUDOVICI in *Pharmac. p. 159.* ubi præfert *Mixturis* ex *Antimonio* ejusque *Croco*, quæ aliàs tam in Nebulâ, Panno, Ophthalmiâ, quàm in Cataractâ excellunt; item WEDELIUS de *Composit. Medicam. l. 1. Sect. 3. cap. 1. p. 84.* Bonitas ejus æstimanda, si vel leni Carbonum igne distulerit, & liquida permanferit: videatur WEDELIUS *Pharm. pag. 18.* Hujus defectu *Pinguetudo Mustela piscis* substituitur: vid. LUDOVICI *Pharmac. Dissert. 1. p. 300.* & quidem rectius, quàm *Pinguetudo Serpentis.*

Oleum Viperarum coctum in Strumis & Scrophulis in magno usu est.

K k k

Destillata

Sal Viperarum volatile, Oleum, Spiritus, & Sal fixum, & fixatum.

Viperæ exsiccatæ, concisæ, ac leviter contusæ unâ cum Epate & Corde indantur in Retortam loricatam, usquedum impleatur, destilla in Vas recipiens amplum gradatim. Exhibet *Pblegma & Spiritus*, hinc *Sal volatile* undique lateribus Recipientis, colloque Retortæ adhærens, tandem *Oleum fatidum & crassum*, quod Chartâ separandum. Exemptum verò *Sal volatile* purificetur in Phialâ iatis longâ, cum amplo, si placet, Alembico, sublimando per Arenam moderato Igne, ne aquositas aliqua Salem sequatur, quod aucto Igne contingere solet. Salis hujus partes sublimes reliquis sunt odoris penetrantioris, idcirco in Alembico optimè clauso custodiantur.

Medicamentum summè penetrans, Putredinem arcens, in toto Corpore Obstructiones reserat, Febres resolvit omnes, & Quartanas, si horâ unâ vel alterâ ante Paroxysmum propinetur in *Liquore appropriato*, qui Acrimoniam ejus nonnihil obtundere, non tamen obstruere valeat: utpote in *Emulsione Sem. Melon. vel Amygdal. d. additâ portiunculâ Aquæ Rosar. vel Cinam. & Sacch. alb.*

Dosis g. 6. ad ℥ss.

Figitur eodem modo, quo *Sal volatile Microcosmi*, nisi quòd loco *Spiritûs proprii ex Sale fixo* (qui paucus est in Vi-

peris, & ex Capite mortuo elicitur) sumitur *Spiritus Salis communis*.

Vires. Sic fixatus, Medicamentum est immutabile, totum Corpus permeans, resolvit enim Excrementa quæcunque, ea-que abstergit instar Saponis, ubicunque locorum adhæserint non assimilata, ut faciliè & commodè à Materiâ repellantur: vel per Sudorem, insensibilem Transpirationem, aut, quod plerumque fieri solet, per Urinam: propterea in Melancholiâ quacunque, Podagrâ, Renum Calculo & Vesicæ, Obstructionibus Viscerum omnibus, ac Putredine præstantissimum est Remedium. In deperditis Viribus pertingit ad loca affecta, Naturam confortat, adjuvat purgando scilicet & resolvendo Excrementa Naturæ contraria.

Dosis ℥ss. ad ℥j.

Essentia Viperarum.

℞. Jecinora & Corda Viperarum N. 100. exsiccata & contusa cum *Spiritu Vin. rectif.* dies ac noct. (3. vel 4.) digere, extrahere f. a. Junctis Destillationibus: adde (ad ℥j.) *Essentiæ* Salis volat. ℥i. fixi ℥ss. Digere ut optimè uniantur, adhuc die uno atque altero, & habebis summum quod à Viperis separari potest Medicamentum.

N. Usitatissima hæc Medicamenta sunt in Italiâ, magnoque cum successu & Ægrorum applausu adhiberi dicuntur.

XXXVIII. VI-

Destillata Viperæ eadem quidem suggerunt, quæ *Cornu Cervi*, vel alia Animalia; in specificâ tamen vi per Ignem multum destructa & plus minus castrata sunt, sicque specialem præ aliis Differentiam viæ videntur habere.

Oleum destillatum & rectificatum est sudoriferum & alexipharmacum.

De Artificio Veterum parandi *Sal Theriacale* cum *Sale communi*, vid. TACHENIUS in *Hipp. Chym.*

Sal Theriacale Modernorum est *Sal volatile Viperarum & Serpentum*, quod paratur per Retortam more consueto, Igne aperto in Vas Recipiens capax; cum quo Sale simul prodit *Spiritus & Oleum destillatum*. Hoc rectificatum cum Spiritu suo, dat *Liquorem* sudoriferum & alexipharmacum.

Sal volatile est magni usûs & efficacis in Morbis malignis & venenatis à gr. v. vel vj. ad ℥ss. vel solum, vel addito grano *Campboræ* in *Aquâ appropriatâ*, ubi summa viget Malignitas: videatur ZWELFFERUS *Anim. in Pharm. Aug. p. 212. & seqq.* ubi de *Viperâ*. Cùm verò vis specificâ ab Igne multum destruat, sufficiat nobis *Sal volatile & Spiritus Cornu Cervi*. Sunt qui volunt figere *Sal Viperarum per Acidu*; sed parant exinde crudum *Sal ammoniacale*. Est potius *Sal volatile* sub formâ Salis volatilil affervandum, quàm frustra figendum per Acidum. Nam omnis Fixatio Salium volatilium nulla est, uti declaratum dedi in *Differatione* suprâ citatâ de *Morsu Viperæ*.

Sunt qui parant ex Viperis Medicamentum, quod vocant *Astrum Microcosmi*.

Recip. *Viperas*, vel *Serpentes recens contusos*: Abstrahunt in Balneo *Pblegma*, quod denuò affundunt, & addunt dimidium *Spiritûs Vini*, putrefaciunt in Fimo vel Balneo Mariæ per quatuor septimanas: sublimant postea, & ascendit *Astrum crystallinum*, quod in calore se coagulat, in frigore verò se in *Oleum* resolvit.

Est Remedium prædicatum contra Pestem, Venena, & Morbum Gallicum.

Trochiscos Viperarum sufficienter perstringit ZWELFFERUS loco allegato, tanquam maximè inutiles: quia sint tantum Massa Panis cum paucis Viperarum reliquiis permista; sicut & in Peste non semper cum fructu exhibitos notat DIEMERBROECK de Peste. Propterea à Modernis in Compositione *Theriaca* assumitur loco *Trochiscorum Pulvis Bezoardicus animalis*.

Vina Viperina Italis & Anglis sunt in frequenti usu pro Lue Venereâ & conciliandâ Faciei elegantia & nitore; quorum Præparationem sufficienter demonstrat & declarat ZWELFFERUS loco allegato, & *Pharm. Regiâ pag. 150.* eumque examinat SCHROËCKIUS in *Pharmacop. Rest. p. 194. & de EEBURE* in *Chym.* ubi de *Viperis*: Immittunt scilicet *Viperas vivas concisas* in certam *Vini* portionem, post in Vase clauso tepido loco exponuntur, ut ebulliant, & sic hauriant pro dictis usibus.

Deinde fiunt *Pulvere Viperini*, qui aliàs *Bezoardici Animalis* nomine veniunt; quorum varietas hinc inde apud Autores profertur Præparationes. Per Calcinationem tamen parandi non sunt: quin potius recipiantur *Viperæ recentes exenteratæ*; exsiccentur per Fumum *Baccarum Juniperi*, scilicet per *Baccas Juniperi* fiat *Suffumensum*; quæ exsiccatæ possunt pulverisari.

℥ Hujus Pulveris facti pars iij. cui miscantur

Flor. Sulphuris,

Myrrhæ pulveris. an. pars j. vel ℥.

& adspargantur postmodum aliquot guttis *Olei Cinnamonomi & Ligni Rhodii*, & erit egregius *Pulvis Bezoardicus Animalis*.

Alii.

Recipiunt *Viperas*: easque benè lotas in *Vino Malvatico*, miscent cum *Sale Prunellæ* seu *Nitro fixo*, & exsiccant *Viperas* in loco calido, ut redigi possint in Pulverem, abstergo tamen prius *Sale Prunellæ*: & huic Pulveris addunt *Corda & Hepata propria pulverisata*, similiter & irrorant *Spiritu Vini*, sicque pro usu reponunt.

Plures qui vult Compositiones *Pulverum Bezoardicorum Viperinarum* selectas, videat CNOEFFELIUM in *Appendice Ann. 6. M. A. N. C. pag. 25.* & ZWELFFERUM in *Pharm. Reg. pag. 150. seqq.* Verissima enim est VELSCHII *Epitaphis Hecatoem. 2. pag. 25.* dicentis: Pulverem illum, quod simpliciter, eò meliorem esse; & cum faciliè ad Putredinem ruat, proin condiendum suadent quidam *Oleis destillatis, Floribus Salis ammoniaci*, de qua Præparatione videbitis MARCUM AURELIUM SEVERINUM. Cæterum modum optimum Pulverem hunc præparandi docet CHARAS *Traç. de Viperis*: Nempè

Truncentur *Viperæ* optimè, hinc *Pelle* detractâ (vel & eâ cum *Caudâ* integrâ servatâ, utpote *Sal volatile* copiosum continente), *Viscera* iidem eximantur, *Intestinis* saltem abjectis, hinc in aliquot *Frustrula* discissis immittantur in amplam *Patellam* vel *Cucurbitam*, & in blando Balnei Mariæ calore per evaporationem seu abfractionem *Pblegmatis* exsiccentur, vel & in loco umbroso calido pro exsiccatione exactâ supponantur. Hæc unâ cum *Visceribus* exsiccatis pulverisatæ genuinum constituunt *Bezoardicum Animale*, & suo adhuc constant *Sale* volatili: quibus *Myrrhæ* pro lubitu, *Campboræ* & *Eleosacchara Vegetabilium* addi possunt; vel sub pulverisatione crebrius irrorentur cum *Spiritu Myrrhæ* probè imprægnato, vel, quod melius, *Spiritu Campborato*, simulque adspargendo aliquot guttas *Olei destillati Caryophyllorum*, & ita in Vase probè clauso omnia afferventur, ita ab omni Corruptione verminosâ immunis erit ejusmodi *Pulvis*.

Basis est plurimorum Medicamentorum: *Dosis* à ℥ss. ad ℥j. plus minus, pro variâ Compositionis ratione, utut levior sit, & consequenter quantitas ejus insignior sit: tamen si aliquid proficuum inde sperare volumus, necesse est, ut in tantâ Dosi propinetur.

Pulveri hujusmodi *Simplici* varia pro vario scopo addi possunt, v. g. *Flores Sulphuris, Myrrhæ, Campboræ, &c. Olea destillata Rutæ, Zedoariæ, Succini, Corticis Citri, &c.* sicque mille modis reddi *Compositus* pro cuiusvis arbitrio. Item *Pulveri* hujusmodi *Viperino, Pulvis Cordium & Hepatum Viperinarum siccatorum* seorsim potest addi, quò Remedium sic magis perfectum evadat.

Quidam *Essentiam à Viperis* parant, idque multipliciter, vel cum *Acidis*, vel cum *Spiritu Vini*. *Essentiæ cum Spiritu Vini* paratæ sunt frustraneæ, quia parùm eliciunt. Quidam robo-

XXXVIII. VITULUS.

Mόχου, ιμαλίου, Vaccæ proles. Germ. Kalb. Gall. Un Veau.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Medulla. 2. Stercus.

Vires.

1. *Medulla Vitulina* post Cervinam locum primum bonitatis obtinet, vim habet indurata & scirrhusa Corpora emolliendi, sive Musculis, sive Tendinibus ipsis durities accideri t. Quin *Pessi* quoque inde confiunt, Uterum emollientes.

2. *Stercus Erylipelati* convenit (recens illitum.)

P R A E P A R A T A.

Aqua destillata Pectoralis. Vide l. 2.

XXXIX. UNICORNU.

Mονοκρως, Remena, Reem, & Reim, Hebr. Alcherbedom. Arab. Unicornis. Germ. Einborn. Gall. Licorne.

Animal esse dicitur Equo quoad Corpus non dissimile, Ungulis fissis, Cornu in Fronte gerens procerum.

N. Cujus regionis incola sit, nondum cerò constat. *Ælianus* Montes esse ait in intimis regionibus Indiae Orientalis asperimos & Feris refertos, ubi quæ apud nos Bestiæ domesticæ sunt, Feras ajunt esse, ut Oves, Canes, Capras, &c. In iis *Monocerotem*, quem vocant *Cartaxenon*, numerant, eumque

roborant *Spiritum Vini Salis volatilis* additione, qui quidem Colorem acquirit rubicundum, & ratione Salis volatilis multum valet; sed sufficit Spiritus cum Sale volatili. *Essentia cum Menstruis acidis* nil valent; destruant enim Sal volatile. B. tamen D. MICHAELIS paravit suam *Essentiam Vipertnam*, recipiendo *Viperas exenteratas concisas exciscatas*, iisque affudit *Spiritum Æruginis rectificatum*; quo ipso, mediante diurnâ Digestione, totæ ferè Viperæ, paucissimis Exuviis relictis, solvi solent: *Menstruum* abstraxit ejusdem ferè saporis acidi, quo affusum erat, (omnem enim ejus Aciditatem iterum redire vix credendum). *Extracto* restitanti affudit *Spiritum Vini rectificatum vel sberiacalem*, & sic mediante Digestione egregiam *Essentiam* acquirebat pro purificando Sanguine, & Curâ Affectuum Cutaneorum.

Cum hac Essentiâ curavit aliquando quendam Gallicum, Ita ut post Curam Cuticula de toto Corpore potuerit detrahi eodem modo, quo deponunt Viperæ Exuvias. *Dosis* ʒʒ. ad ʒij. (R)

XXXVIII. VITULUS. Ex Vitulo usurpantur tantum

Pinguedo, & Medulla ex Ossibus extracta.

Vitulina Pinguedo, cui etiam substitui *Suilla* vel *Humana* potest, externo usu emollit, laxat, temperat moderatè absque insigniori acrimoniâ. *Cætera Pinguedines* ex Animalibus calidioribus desumptæ, v. g. *Canina*, *Felina*, &c. acriores & magis penetrantes existunt, indeque minùs quidem anodynæ, sed magis resolventes & discutientes existunt.

Pinguedo Vitulina destillata cum additis *Cineribus*, dat *Oleum empyreumaticum*, sed volatile admodum & penetrans, quodque recens Odorem instar Salis cujusdam volatilis reddit. Si instilletur ipsi *Spiritus Nitri* occultè, cum æstu & fumi albi eructatione, effervescit: adeoque insigniter alcalinæ erit naturæ: quod pariter de aliis Pinguedinibus asserendum videtur.

Ejusdem ferè, sed magis temperatæ naturæ, est *Medulla Vitulina*, quæ post *Cervinam* est optima, & quidem cum sit temperatissima, præter communem usum cum reliquis Medullis lentendi, blandè humectandi, emolliendi, digerendi, & Abscessus maturandi, egregium est euporiston in Agrypnâ vel Somni defectu, quando non possunt *Anodyna* & *Narcotica* adhiberi, ubi tantillum Temporibus inunctum Vigiliis arcet, & suavem Somnum inducit. Sic in Febribus Malignis, & Febre Puerperarum, ubi deficit Somnus, bis vel ter in die inungantur Tempora; uti & iis qui Meditationibus nocturnis sunt intenti, optimè conducit. (S)

Tom. IV.

(R) Plura de Viperâ ejusque Veneno habet Autor Dissertatione de Morfu Viperæ, hic tom. 1. 967. ibique nonnulla à nobis adnotata invenies.

(S) De Vitulo, Bovis & Vaccæ pullo, eadem dici possunt, quæ de Bove & Vaccâ à Medicis notantur. Caro Vituli adhibet lactentis, eisi ob tenuitatem inter delicias habeatur; attamen tenuioris textura Ventriculus baud illam facile digerere valet.

magnitudine ad confirmatæ ætatis Equum accedere, Jubaque præditum, Pilis fulvis esse, &c. *Nicolaus Venetus* referente *Andreas Baccio*, inveniri eum scribit in extremis Asiæ partibus, in Provinciâ appellata Macina. Narrat *Marcus Paulus Venetus*, in quadam Provinciâ Indiae Occidentalis eum reperiri, Regnumque Bafinæ Provinciam eam appellat. Verum *Andreas Baccius* illum *Monocerotem* nihil aliud esse autumat, quàm *Rhinocerotem*. *Ludovicus Vartomanus* in *Itinere suo Æthiopico* veram *Monocerotis* speciem descripsisse videtur, cujus duo individua in Civitate Arabiae Mecha sibi visa afferit, Gratribus inclusa, quorum unum fuerit magnitudine Equi 30. mensium; alterum magnitudine Pulli equini unius anni, unum Cornu mediâ fronte gestantia, primum longitudine trium Cubitorum, alterum verò duorum; Colore præditum balio, Capite cervino, Cervice non admodum procerâ, nec valde crinitâ, Cruribus macilentis, & tenuibus, Unguibus caprinorum in modum fissis, &c. Et hæc Animalia ab Æthiopiæ Rege ad Sultanum Mechæ Regem missa fuisse subjungit.

Nostris temporibus res magis detecta est, quòd scilicet sit *Dens Balenæ* Islandis *Narval* dictæ, à Cadaveribus quibus vesci solet, quæ ad Cronlandiam capitur. Vide *Wormium*, *Tulpium*, *Bartholinum*.

OFFICINALIA NATIVA.

Cornu, (Unicornu) quod ab *Ebore* distingui potest fibris, quas subtiliores exhibet, simul & solidius ac gravius ferè est, in cæteris Ebur æmulatur.

Vires. Sudoriferum est, Alexipharmacum, ac Cordiale. Hinc laudatur

XXXIX. UNICORNU. Unicornu jactatur duplex: Unicornu Terrestre fictitium, & Unicornu Marinum verum.

De Unicornu Veterum, quidnam & an sit? multum adhuc inter se disputant Autores; quidam negant, quidam affirmant. Veterum Unicornu Terrestre quadrupes, instar Tauri, &c. uti illud describunt, est Non Ens, & nunquam in rerum naturâ repertum fuit: utur mordicus illud quidam defendant, quos inter est *BARTHOLINUS* in *Tract. de Unicornu*, qui affirmat dari adhuc. Loca verò *SACRÆ SCRIPTURÆ* quod attinet, ubi Unicornu fit mentio, de *Rhinoceros* sunt intelligenda, Animali maximè ferino, & hæctenus indomabili: videatur *DEUSINGIUS* in *Tract. de Unicornu*, qui hæc dilucidè deducit.

Omnia autem ista *Concreta ossæ*, oblonga, dura, striata, quæ in Aulis Principum visuntur, sunt ex *Piscium Cetaceorum* quâdam specie, malè Unicornu dictâ. Nimirum juxta *Grœnlandiam* capiuntur Pisces Cetacei, qui Unicornu hoc in superiori Maxillâ sinistra pro Dente habent, sæpiùs trium Ulnarum & ultrâ longitudine, sive sponte deponantur, sive ex impetuoso cursu cum illo in saxa frangantur, ibi copiosè reperiantur, atque ad nos transportantur. Figuram hujus Piscis, & Dentis seu Cornu Delineationem & Historiam videbitis in *WORMII Museo* l. 3. cap. 40. *KIRCHERI Mundo subterraneo* Tom. 2. pag. 64. *SACHSIO Monocer. BARTHOLINO de Unicornu*, in *Hist. Anat. C. 4. hist. 4. & Epistolis C. 1. Ep. 21. atque C. 2. Ep. 53. CALCEOLARIO in Mus. Sæc. 6. pag. 687. uti & TULPIO in Observ. Lib. 4. cap. 55. pag. 395. ubi Sceletum & Capitis figuram delineat, & Piscium genus Cetaceum, quod Dentem contortum & concavum intùs obtinet. Reverà Unicornu hoc Marinum perquam appositè *Rhinoceros Marinum* seu *Glaciale* vocatur à *VELSCHIO Hecatoff. 1. pag. 25.**

Hic Dens ejusdem usûs cum Cornu Cervi & Ebore dicitur *VERULAMIO* in *Hist. Vita & Mortis* pag. 85. unde etiam eadem *Preparationes*, quas vel Cornu Cervi, vel Elephantis Dens subit, pati potest, eadem *Producta* suggerens. Hinc decantatus est contra Epilepsiam Juniorum, item contra Tormina, quæ minantur Convulsionibus, contra Venena, Morbos malignos, Pestem, Morbillos & Variolas, simileque alios Morbos malignos. *Dosis* est à ʒʒ. ad ʒj. vel ʒʒ. Propinatur non sine fructu, *Alexipharmacum* enim est, & Sudorem egregiè movet, uti notum est apud omnes. Certè in Epilepsiâ non rejicio ejus usum, quando Acidum in primis viis in causâ est, quod vellicat Systema Nervosum, ut Infantes inde fiant Epileptici, quatenus Acidum in primis viis Infantum ab objecto aded duro, ejusque *Rasurâ*,

K k k 2

abfor-

laudatur adversus Venena, Morbos contagiosos, &c. Proficuum quoque censetur in Epilepsiâ Infantum.

Dosis à gr. iv. ad ℥ss. etiam integrum, & ultra.

N. Andreas Baccius, qui integrum de Unicornu Tractatum conscripsit, ejus Fragmenta Annulis includere jubet, Digitisque circumferre, vel de Collo, loco Amuleti, suspendere, ut Cutim tangat.

P R E P A R A T A.

Sal volatile ad Morbum Gaducum utile confici etiam potest, Liguor, Oleum, &c.

XL. URSUS.

Aρκτος Germ. Bar. Gall. Ours.

Animal est crudele, catarrhosum, phlegmaticum, Capite imbecillo, Lumbis robustissimis, lascivum. Inimicatur Equis, Aënis, Leonibus, dormit septimanas aliquot continuas.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Pinguedo. 2. Fel. 3. Oculus.

Vires.

1. Pinguedo calfacit, resolvit, emollit, discutit, &c.

Usus præcipui in Alopeciâ (illita cum Mure combusto), medetur Doloribus arthriticis, Parotidibus, Obrenklamm: (Axungia ejus & Cerâ ana in Emplastrum redactâ.) Ulcera Grurum, Tibiarumque sanat.

N. 1. In Herniâ, seu Enterocoele, Uterique prolapsu, Muliercularum vulgare Remedium, Dorso, seu Ossi Sacro illita.

N. 2. In usu externo Pinguedinis hujus observare expedit, quod Pilis albedinem conciliat.

2. Fel commendatur intrinsecus ad Morbum Comitiam, ad Asthma, & Icterus.

Extrinsecus ad Ulcera cancrofa ac serpentina (illitum,) ad

absorbetur, quo minus Nervosum genus afficere, ac Tormina & Epilepsiam excitare valeat.

Probam hujus Unicornu hanc esse volunt, ut post usum hujus, Arsenicum & Mercurius sublimatus internè propinatus, non noceant, qui se hoc muniverit. Interim existimo Cornu Cervi crudum & raspatum eodem successu posse usurpari, ac Unicornum Marinum.

Ex hoc Unicornu, sicuti ex aliis Dentibus, potest præparari per coctionem Gelatina, per destillationem Sal volatile & spiritus, & alia similia, quæ ex Ossibus possunt præparari. (T)

XL. URSUS. Ursus est Animal satis cognitum, quod subministrat in Officinas Pinguedinem imprimis, seu Axungiam, de qua observatum est, quod, quando Urus tempore hyberno pinguescunt, ipsa augeatur & crescat in Capsulâ. Hæc cum Cinere Muris illita ad Alopeciam seu defectum Crinium vel Capillorum, est egregium Remedium. In Tumoribus discutiendis & resolvendis multum commendatur. In Herniâ Intestinali egregie convenit, si regioni Ossis Sacri illinatur, seu Emplastrum modo applicetur, ut quasi retrahat Intestina; post repositionem autem Intestinorum in locum naturalem, impedit quod minus possint denuò excidere; & fuit Secretum D. SULZBERGERI, Paris: unde etiam SCHOLZIUS Consil. 203. Herniosos inungit cum Medullâ Cervinâ, ubi est ruptio, locum verò oppositum in Dorso & Lumbis cum Pinguedine Ursinâ, admittit Anserinâ; imò quando applicantur circa Rupturam Emplastrum Attrahentia, semper in regione Dorfi applicatur Pinguedo Ursina. Similiter contra Prolapsum Sinûs pudoris summum est levamen: unde etiam Ossi Coccygis simili ratione applicata in Prolapsu Ani egregia est. Instante Partu Obstetrices Manus Pinguedine Ursinâ inungunt, quæ Abdomen Mulieris deorsum versùs premunt, aut Abdominis partem tumentem, & Latera lumbaria inungunt, & inferiora versùs cogunt. In Dolore podagrigo compescendo Pedes Pinguedine bac, priùs in Aquâ Spermatis Ranarum lotâ, inungi so-

(T) Tres Unicornu species recensitas invenies apud Autores. 1. Unicornu Minerale est Lapis figurâ & levore Cornu representans, unde Nomen: quidam Dentem Elephantis putrefactum, vel potiùs lapidescentem putant; sed falsò. Fortè erit ex Lapidibus Idiomorphis b. e. propriâ gaudentes formâ, proprioque semine oriundis, appellatis. 2. Unicornu terreste, quod singulare, frontis Animalis cujusdam Equinâ magnitudine, Monoceros inde vocati, inhaerere, vulgò creditum est. An autem Quadrupes hoc in rerum naturâ sit, vel unquam fuerit, meritò dubitatur. 3. Unicornu marinum, quod Cornu quidem est verum, quinque vel sex pedes longum, durum, album, grave, & spiræ in modum convolutum. Hoc inter pretiosa connumerant: est tamen Cornu (alio Dentem volunt), quo Nasus Piscis prægravidis de Cetaceorum genere armatur. Cete hoc in Oceano Septentrionali invenitur, & Narvval ab Islandis & Groenlandis appellatur.

(V) Ursus Pinguedinem Medicis Officinis suggerit, Membrorum contracturas, Articulorumque dolores litu leniens.

Odontalgiam, Oculorum hebetudinem, &c.

N. In Finlandiâ, ubi Urforum datur copia, vulgatum Rusticis est Fel exsiccatum instar Panaceæ exhibere, Sudoreque superveniente Morbos quamplurimos fuisse solutos audivi.

3. Oculus dexter exsiccatus & Infantibus appensus, Terrores quibus in Somnis vexantur arcere dicitur.

Sunt qui ajunt, Oculum Ursi sinistro Brachio alligatum, Quartanam fugare.

XLI. VULPES.

Aλώπηξ Germ. Fuchs. Gall. Renard.

Est animal astutissimum, naturæ caninæ quodammodo particeps.

N. Vulpium Genera tria in Sveciâ ac Finlandiâ vulgaria comperi, nimirum præter Vulgares, dantur ibidem Nigræ & Crucigeræ, Lineâ scilicet nigrâ secundum longitudinem à Capite ad Caudam per dorsum decurrente.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Pinguedo. 2. Pulmo. 3. Jecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Pellis. 7. Sanguis. 8. Integra Vulpes. 9. Stercus.

Vires.

1. Pinguedo auxilio est Convulsionibus, Contracturis, Tremoribus, &c. (illita) Aurium Doloribus, Vulneribus Capitis & Alopeciis.

(Lingua pro acuendo Visu appenditur.)

2. Pulmo consolidat, abstergit, hinc valet ad vitia Pulmonum & angustiam Pectoris (exsiccatum saltem, & combustus.)

3. Jecur, Hepaticis & Splenicis confert, (simili modo ut Pulmo adhibitum.)

4. Fel, Oculorum Pterygio succurrit (illitum.)

5. Lien, Lienis Duritiei ac Tumori medetur, (impositus.)

6. Pellis

lent. Ulteriùs Axungiam Ursæ albæ ingens esse Cosmeticum Cuti illitum, sunt qui affirmant.

Fel exsiccatum commendatur ad Epilepsiam, & hinc Icterus, illoque Morbos, ad quos reliqua Fella, & est quoddam Sal volatile acre, quod convenit in iis Morbis, ubi necessum est tale Sal acre. Non proinde mirum videri potest, quod Rustici in Finlandiâ eo feliciter in multis Affectibus utuntur; egregie enim penetrat, Acidum absorbet, crassa incidit, & sic ad quamplurimos Affectus conducit. (V)

XLI. VULPES. Pinguedo Vulpis multum in usu est contra Affectus Nervorum, Tremores & paralyticos Affectus, necnon Contracturas, & Indurationes Nervorum ac Tendinum, externè illita.

Pulmo mirè laudatur contra Phtisim, aliosque Affectus Pulmonum; in specie quidem ad eorum Vulnera & Ulcera vi consolidativâ & conservativâ. Ita D. SCHNEIDERUS Ægrotum quendam, cui Pulmo ingenti Globulo tormentario fuit transfossus, quique cum frequenti Sanguinis Expultione Frustra carnosâ Pulmonis simul rejecit, egregie curavit per Remedium ex Pulmone Vulpis recenti ac cruento, qui modò ex Vulpe exemptus in Aquâ appropriatâ leviter coctus fuit; deinde minutim conciso fuit admista Conserva Radicis Symphyti, Florum Symphyti, Amylum, & imprimis Sarcocolla purgata, lota, & Lactè muliebri nutrita: quo Remedio felici successu se usum affirmat. Sed reverà dubitò, an huic Vulpis Pulmoni tantum tribuendum: quin leviori in Malo selecta Vulneraria huic præferrem; in graviore verò hunc Pulmonem etiam inefficacem existimarem.

Fel, sicuti reliqua Fella, Oculis convenit.

Sanguis Vulpinus ad Calculum commendatur, vel in Vesicâ, vel ejus Canali morantem, si internè propinatur, & externè inungatur regio Vesicæ; rumpere illum dicunt Calculum, uti etiam pellere adhuc in Vesicâ stabulantem. Sed non est, ut mereatur commendationem.

Si quid ex Vulpe utendum, Lingua ejus usurpanda, pro extrahendis

6. *Pelvis pilosa* Membris refrigeratis, ac Articulis Morbo infectatis feliciter imponitur.

7. *Sanguis arefactus* & tritus Calculo Renum & Vesicæ medetur: idem feliciter præstare perhibetur *Sanguis recens*, potus ad Syathum scilicet, vel Abdomini, Pubi, Inguinibus ac Renibus illitus.

8. *Vulpes integra*, vel *Caro ejus* combusta, ad vitia Pectoris commendatur.

Vulpes in *Aquâ* vel *Oleo* optimè cocta, Nervinis Affectibus,

ideoque Contracturis ac Doloribus Articulorum medetur (si locus affectus eo lavetur.)

9. *Stercus* scabritiem Cæcis sanat (cum *Aceto* illitum.)

P R Œ P A R A T A.

1. *Oleum Vulpinum*. Vid. *Dispens.*

2. *Loch de Pulmone Vulpis*. Vide *Dispens.*

3. *Pulmo præparatus*, seu *lotus* & *exsiccatus*.

4. Parari etiam potest *Extractum Pulmonis*.

extrahendis Partibus heterogeneis è Vulneribus: si scilicet Mense Martio ex Vulpe vivo vel modò mortuo excindatur, & exsicceretur. Sub usûs tempore aut maceretur in *Vino Rbenano* aut *Malvatico*, & sic calidè imponatur Vulneri; sic omnia heterogenea etiam ex profundis partibus prorumpunt, atque multis Chirurgis pro maximo Secretò habetur. Interim tamen etiam de illâ videri potest **SCHENCKIUS** in *Obs. lib. 5. de Vulneribus*. Aliàs in simili casu **UNGUIUM ex Betonicâ** cum **Pinguedine Leporis** est expertum: quæ eadem **Leporis Pinguedo** cum **Pulvere Cancrorum fluviatilium** non minùs est elegans pro extrahendis ex Vulneribus alienis rebus.

(X) *Vulpes callidissimum Animal*, quasi volipes, ob pedum celeritatem, quibusdam per *syncope*n dictum. **Pinguedo** & **Oleum vulpinum** nervosarum partium tensiones mulcendo corroborat.

Totus Vulpes contra *Phthisin* valdè prodesse dicitur, si *Caro* vel *assata*, vel *elixata*, comedatur.

Oleum Vulpinum per decoctionem factum, de quo videre potestis *Dispensatoria*, in Affectibus Nervorum valdè convenit. Discutit potenter, Anodynum est, & in *Atrophia*, *Contracturis* & *Indurationibus* Nervorum ac *Tendinum* externo illitu confert.

Loch de Vulpis Pulmone in *Asthmate* & *Tussi*, aliisque Pulmonum vitiis, communi usu esse solet. Verùm *Tabidis* magis officere, testatur **LUDOVICI** in *Pharmacîa*. (X)

CLASSIS SECUNDA. D E A V I B U S.

Aves paucæ sunt in usu. **Excrementa** earum præ reliquis Animalium **Excrementis** acria magis & salia, sicque admodum nitrosa sunt; perfectum enim **Nitrum** crystallinum inde efflorescit, si **Stercus Aquæ** immittitur: id quod imprimè in **Stercore Columbino** videre est, quod **Aquâ** imprægnatum, & **Aëri** expositum,

Crystallòs reddit: unde in specie ad **Affectus Chronicos** hypochondriacos pro corrigendis vitiosis Saporibus, speciatim acido, pro abstergendis primarum viarum Sordibus, & hinc pro **Urina** abstentia, usûs egregii sunt. Excellunt pro hoc scopo speciatim **Stercora Gallinaceum, Anserculorum juniorum, & Hirundinum**.

XLII. ACCIPITER.

Ирпакъ. Germ. Hebh. Gall. Un Oiseau de Proye, Eprévier, ou Faucon.
Volucris est rapax, vorax, & audax, visu forti prædita.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Accipiter integer*. 2. *Adops*. 3. *Excrementa*.
Vires.

1. *Integer* Oculorum vitiis succurrit, (in **Oleo** coctus, **Oculoque** inunctus.)

Idem sentiendum & **de Adipe**; super omnibus vitiis Cutis medetur, (**Oleum** illud illitum.)

3. **Excrementa** calefactoriâ vi aded pollent, ut à **Galeno** ex Foro Medico eliminantur: nihilominùs tamen sunt qui Oculorum vitiis arcendis adhibeant, alii ad Partum promovendum, exhibita, vel in **Suffitu** adhibita. **Hippocrates** & **Plinius** ad Sterilitatem emendandam propinant.

XLIII. ALAUDA.

Kôps, Alauda, Gassita, Galerita. Germ. Lerch. Gall. Aloüette.

Alauda [**Grifata**. Hæc prævalet.
non **Grifata**.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Cor, seu integra Ales*. 2. *Sanguis*.

Vires.

1. *Cor*. (**Alaudæ grifata**) Femori aligatum arcere Colicum Dolorem ajunt: idem quoque de **Corde** recenti devorato perhibent, ut & de **integrâ Alaudâ, tostâ**, vel unâ cum **Peninis incineratâ**, quæ **Dos** ʒj. seu **Cochl.** 1. ac 2. per dies aliquot exhiberi poterit.

2. **Sanguis recens** ex **Aceto** acri aut **Vino** calido haustus, Calculosis efficacissimè subvenit.

XLIV. ALCEDO.

Αλκυον, Halcyon. Germ. Eisvogel, Eisengart.

Avis est speciosa, Passere paulò amplior, Rostrò longo: Colore tum cæruleo, tum viridi, tum purpureo, juxta **Glaçiem Rivulorum** degens.

OFFICINALIA NATIVA.

Cor, quod siccatum & Collo Infantum appensum Comitalem Morbum arcere volunt. (Δ)

XLV. ANAS.

XLII. ACCIPITER. Ex **Accipitre**, Germ. der Habicht, sicuti ex reliquis omnibus ferè Avibus, pauca admodum adhibentur in **Officinis**.

Sunt qui commendant **Excrementa Accipitris** ad Partum promovendum, sicuti etiam ad retentas Secundinas: vel etiam sub **Pessi** formâ ʒj. ejusdem **Fimi** supponitur: utroque modo Secundinæ excretionem promovet.

Nonnulli commendant **Ungues Accipitris** in **Pulverem** redactos adversùs **Dysenteriam**; dicuntque hoc ipsum esse per Experimentum cognitum. Cæterùm de hoc parùm mihi constat. Hoc interim verum est, quod superiùs de **Ungulis equinis** dixi. (T)

(Y) *Accipiter* fortè ab accipiendo, quòd, quum *Carnivora Avis* fit, alias infestetur ut devoret. *Ejus* **sextdecim** species numerat **Charleton**.

(Z) *Alauda* inter **Granivoras Aves** notissima. *Vocem* simul cum *volatu* attollit, atque aded *sublime* volat, ut *visum* quandoque fugiat: scandit verdè non per gyros, sed quasi perpendiculari, quod mirum videri possit. *Calandram* (ἀρδ τῶ καλῶς ἀδῶν, à suavitate cantûs dictam) inter **Alaudas** numerat **Charleton**.

(Δ) *Alcedo* seu *Halcyon*, ἀρδ τῶ ἐν αἰλὶ κύων, quòd in **Mari**, cum serenum est, **Ova** sua incubet excludatque: hinc **Dies Alcedonii**. *Avis* est **Aquatica**, **fissipes**, **pisçivora**: magnitudine **Coturnicem** æquat, varisque coloribus **depicta**. De eâ nil habet hic **Ettmullerus**.

XLIII. ALAUDA. *Alauda* magis est **Culinaris** & **Alimentaris**, quàm **Officinalis**.

Ad **Colicam** nihilominùs commendantur **Alaudæ**; unde ij, qui laborant **Colicâ**, sibi illas commendatas habeant. *Hujus Caro* **Urinam**, **Sabulum** & **Calculus** proritat: id quod **HOEFERUS** in **Hercule Med. pag.** 182. **Experientiâ** propriâ confirmat, qui ex usu **Alaudarum** evitavit **Nephritidem**; unde ad **Calculus** dispositis possumus commendare **Carnem Alaudarum**.

De **Sanguine Alaudæ** dicitur, quòd **Calculus** curet. (Z)

XLIV. ANAS.

XLV. ANAS.

H^{er}u. Germ. *Andt*, *Endt-Vogel*, *Endt*. Gall. *Cane ou Canard*.

Est $\left\{ \begin{array}{l} \text{Domestica.} \\ \text{Sylvestris.} \end{array} \right.$

Culinaris potissimum est, gignit crassos, melancholicos & superfluos Humores.

OFFICINALIA NATIVA.

- 1. *Anas viva*. 2. *Adeps*. 3. *Sanguis*. 4. *Fimus*.

Vires.

1. *Viva* sedat Dolores colicos, si Ventri imponatur, parte depumatâ.

2. *Adeps* calfacit, humectat, mollit, digerit, resolvit. Eapropter communiter utimur in Dolore interno & externo, scilicet Laterum, Artuum, in Nervorum frigidâ Intemperie, &c.

N. *Adeps* hic primas præ reliquis habet, & præcipuè *Anatis sylvestris*.

3. *Sanguis* alexipharmacus est, & hinc in Antidota nonnunquam ascitur.

4. *Fimus* Morsui venenatorum Animalium imponitur.

XLVI. ANSER.

X^{er}, Veteribus *Ganza*, Germ. *Gansz*, Gall. *P Oye*.

Anser $\left\{ \begin{array}{l} \text{Domesticus.} \\ \text{Sylvestris.} \end{array} \right.$ Hic in Officinis præfertur.

Anser itidem Culinaris maxime est, Alimentum præbens excrementitium & melancholicum.

XLV. ANAS. *Anas* Culinaris & Officinalis est. Et quidem virtutes officinales acquirit ex eo, quod vescatur *Ranis & Bufonibus*; unde dicunt, quod ad duritiem sive cocta sive assata, ut pulverisari possit, si *Pulvis* inspergatur in Lacum, exinde innumeræ *Ranae & Bufones* procreantur: id quod etiam fieri dicunt in *Fimo*, ubi putrescit; copiosi nimirum *Bufones & Ranae* progenerantur ex *Cadavere Anatis putrescente*.

De Anate vivâ dicit AUTOR, quod si circa posteriora depumatâ Ventriculo imponatur, sedet Colicam; quod verum est: sed tamen sedato Dolore, & finitâ Colicâ *Anas* moritur. Et mirum est, quod *Podices Avium*, in specie *Gallinarum*, applicati Anthracibus & Bubonibus pestilentialibus, item Morsibus venenatis, adeo egregiè convenient in extrahendo Veneno & Miasmate maligno, ut post applicationem moriantur: id quod, uti dixi, facit imprimis *Gallina* denudata circa posteriora; extrahit enim potenter, & postmodum moritur.

Sanguis ratione *Ranarum & Bufonum* inter *Alexipharmacata* refertur; qua vi in specie magni æstimat PARACELTUS, unde etiam ingreditur *Antidotum Paracelsi ex Sanguinibus*; quæ Compositio videri potest in *CROLLII Basilicâ Chymicâ*. Et quidem quod magis vescuntur *Bufonibus*, eò magis fiunt alexipharmacæ, & Venenis resistentes: imprimis commendantur *Anates* tales, quæ in Sanguine proprio, seu una in alterius Sanguine suffocantur.

Quidam *Sanguinem Anatis* destillant, & parant *Spiritum*, quem rectificatum *Sale volatili* imprægnant, & ad ℥ij. vel ℥ij. propinant pro medelâ adversus Venena. Calculum item Renum & Vesicæ valdè pellere dicitur. (A)

XLVI. ANSER. *Anser* dictus fuit à Veteribus *Ganza*.

De hoc se offert *Pinguedo*, quæ est multi usûs; est enim præ reliquis speciebus subtilior, volatiliior, & penetrantior, adeoque admodum resolutiva & discussiva existit. Internè cum *Pomo assato* assumpta valde convenit in emolliendâ *Alvo* nimis obstructâ.

Externè ad *Alvum Infantum* nimis constipatam purgandam, quidam recipiunt *Tessam Nucis Juglandis mediam*, eamque implent cum *Pinguedine Anserinâ*, & applicant *Umbilico*, simulque *Abdomen* illinunt eâ *Pinguedine*, & tunc post paucas horas *Alvus* etiam contumacissima egregiè solvit. Item

¶ *Pomum assatum*:

Subigatur cum *Pinguedine Anserinâ*, & in formâ *Linimenti* crassioris *Abdomen* hisce illinatur, & *Alvum* reserabunt.

Confert in specie ad *Rimas & Fissuras Labiorum*. Porrò

(A) *Anas Aquatica Avis*, inter *Palmipedos* connumerata. Tam fera quàm domestica notissima.

OFFICINALIA NATIVA.

- 1. *Pinguedo*. 2. *Sanguis*. 3. *Stercus*. 4. *Cuticula Pedum*.

Vires.

1. *Pinguedo* calore *Suillam* superat, suæque subtilitatis ratione promptius penetrat ac resolvit, adeoque rectè per *Anum* injicitur ad obtundendam erosionem in *Alvo* corporis sitam, *Alopecias Capillis* explet, *rimis Labiorum* medetur, *Tinnitui Aurium* succurrit, (*Auribus* indita,) *Spasmm Nervosque* rigidos sanat (*Pinguedo ex Anserè* farcito *Carne Cati*, aliisque *Nervinis Herbis*, & assato collecta,) *Alvum* laxat, præcipuè *Infantium*, *Umbilico* indita, *Ventrive* imposta.

2. *Sanguis* *Alexipharmacus* habetur.

Dosis ad ℥ij.

(*Exhibetur* in melancholicis *Affectibus*, *Cancro*, &c. ad *Humoris* malignitatem demulcendam.) *Externè* *Prurritum* tollit.

3. *Stercus* calfacit & siccatur vehementer, incidit, aperit, *Menses*, *Secundinam* & *Urinas* potenter movet.

Hinc maximi usûs in *Morbo Regio*, *Scorbuto*, *Hydrope*, cum *Cochleari Urinæ Capræ* vel *Vitulæ* destillata, continuari que potest ejus usus in dies aliquot(8.): idem & *Tussî* mederi perhibetur.

N. 1. *Adeò* calfacit, ut & *Gramina*, in quæ deciderit, urat, unde & à *Galeno* inutile judicatur.

N. 2. *Præfertur* viridiusculum in *Pratis* tempore verno collectum, quod siccatum calore moderato & pulverisatum, à ℥ss. ad ℥j. exhiberi poterit.

Alii in *Potui* recens exhibent, cum *Liquore conveniente* transfusum.

Dosis

quia subtilis est hæc *Pinguedo*, *Pedibus & Manibus* inuncta has partes præservat contra *Frigus* externum, præsertim si *Frigori* expositæ eâ illinantur, uti vult STARICIUS in *Helden-Schatze* pag. 126. In *Affectibus Nervorum paralyticis*, in *Spasmo*, *Nervis*que rigidis ac contractis multi usûs est; unde *Fotus* vel *Vapor* ex *Pinguedine Anserinâ* receptus in *Paralysî* scorbuticâ, *Westphalorum* est Experimentum, qui sæpius tali corripiuntur: coquunt illam benè cum *Aquâ*, & *Fotum* seu *Vaporem* recipiunt cum *Membro* paralytico ex *Scorbuto*; penetrat enim potenter, & ita tollit scorbuticam *Paralysin*. Unguentum *Paralyticum* mediante *Assaturâ* ex *Anserè*, *Simplicibus Nervinis* infarcto, paratum habet *BARTHOLETUS* in *sua Encyclop.* pag. 165. qualia *Linimenta* hinc inde etiam videbitis apud *Præcticos*, ubi de *Paralysî*, imprimis in *RIVERII & SENNERTI Praxi*. Modus parandi hic est:

¶ *Anser maceratus*.

Exenteretur *Abdomen*, repleatur *Plantis Nervinis usualibus*, *Unguentis & Medullis appropriatis*, & assatur: sub *Assatione* defluit *Pinguedo* virtute *Plantarum* imprægnata, quæ præmissis præmittendis, ceu expertum *Nervinum*, illinatur *Membris* paralyticis cum successo, uti prostant *Exempla* in *SENNERTO & RIVERIO* loco allegato, & *POTERIO*, ubi de *Paralysî*.

Pinguedo Anserina, probè purgata, vicem *Unguenti Armarii* in curandis *Vulneribus* subire potest, uti vult *SK-MUCK* in *Curat. Magico-Magnet.* p. 43. id quod etiam superius de *Pinguedine Suillâ* dictum fuit.

Stercus Anserinum est nitrosum valdè pererè, multo *Sulphure* refertum, unde valdè penetrat, & multi est usûs quod, ejusque utendi modum ac *Præparationem* pro *Morbis chronicis*, videbitis in *AUTORE*. In specie exsiccatum hoc *Stercus*, pulverisatum, & ad ℥j. exhibitum; quo tanquam egregio Remedio contra *Icterus Specifico Anti-Ictericis*, utitur *BARTHOLETUS* in *Encyclop.* p. 165. sive sit *Stercus Anserum* adultorum, sive etiam *Anserculorum juniorum*. Vi nitrosâ sulphureâ mirè commendatur, & *Bilem* corrigit, in specie verno tempore, Mense præprimis *Majo* collectum: conferatur *DEODATUS* in *Partib. Hygiast. lib. 1. pag. 363*. Efficacius autem erit, si *Anseres* priùs vescantur *Herbis Antihæreticis*, ut *Cbelidonio majore*, *Anserinâ*, ita dictâ, quia illius esu valdè delectantur *Anseres*, &c. Non verò ad *Icterus* solum, sed & ad *Scorbutum*, optimum est Remedium, in *Vino* frequentius haustum, vel sub formâ *Pulveris*, vel *Decocti*; tali enim *Decocto* *Scorbuticus* ferè desperatus aliquando fuit curatus. Hoc *Stercus Anserinum* ulterius per *Urinam* valdè pellit *Aquas*, unde *Hydropem* curare ob vim

Dosis ʒj. vel ʒij.

(Stercus Anseris Masculi Sagittas, & Globulos extrahit.)

4. Cuticula Pedum exsiccata & pulverifata ob astringendi vim commendatur in Profluvio Mensium sistendo.

Dosis ʒʒ.

Extrinsecus cum successu Pernioni imponitur.

N. Sunt & qui Medicamentis Anti-ictericis admiscant.

XLVII. ARDEA.

Epaldios. Germ. Reyer, Reigl. Gall. le Heron.

OFFICINALIA NATIVA.

Pinguedo seu Axungia.

Vires.

Pinguetudinis hujus rarus usus est in Medicinâ, lenire tamen dicitur podagricos Dolores, Oculorumque Nebulas discutere, & Visum clarificare (illita.) Hinc & Surdastris conferre (indita Auribus.)

N. Prostat nihilominus in gratiam Piscatorum, qui inde faciunt quo Pisces alliciant. Nimirum

Pisces quia Ardeam odio persequuntur, ad hujus odorem concurrunt, Ardeam ceu hostem invasuri.

XLVIII. CICONIA.

Πελαργος. Germ. Storcb. Gall. Cigogne.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Ciconia ipsa. 2. Stercus. 3. Ventriculus. 4. Axungia. 5. Fel.

vim nitrosam facillè credo: nam omnia Stercora, imprimis Anserinum, abundat Sale volatili falso nitroso, constante ex Urinose pingui & Acido volatilibus. Acidum volatile habet ex Succo Pancreatico, Urinosum verò pingue ex Bile; unde potest sublimari Sal volatile in formâ siccâ ex Stercoribus Animalium, quod est elegans, & magni usûs in Medicinâ. Reliqua quæ habet **AUTOR de Stercore**, videatur.

QUERCETANUS in sua Pharmacopœa Trageam habet Stercorariam, seu Pulverem Stercorarium, quæ inter alia Stercora etiam ingreditur Stercus Anserinum.

Juniorum Anserum Stercus recens Menfe Aprili & Majo collectum, destillatum per Alembicum, suggerit Aquam egregiam, quæ vocatur *Aqua Ophtbalmica Imperatoris Maximiliani* contra quoscunque Oculorum Affectus, Nebulas, Suffusiones diseutiendas, Dolores, Visûs imbecillitatem, Lippitudinem, &c. commendata; clarificat enim Visum, ejulque aciem acuit &c. uti videre potestis apud **LIPSIUM in Tractatu eleganti Germanico de Variolis**. Hæc Aqua potest etiam specificari in Specificis Affectibus pro re natâ, secundum intelligentiam Medici. Modum destillandi Aquam ex Stercoribus videbitis in **POTERIO in Pharmacop. Spagr. Lib. 1. Sect. 4.**

Lingua Anserina Stranguriam & difficultatem Urinæ ex peculiari quâdam proprietate curat, si siccet, & exhibeatur: sicuti eadem recens comesta involuntariam Mictionem corrigere dicitur. (B)

XLVII. ARDEA. De Ardea non memini me legisse; idcirco nihil habeo, quod addam. (C)

XLVIII. CICONIA. Quod dixi de Anate, dici potest de Ciconiâ, quæ habetur alexipharmacâ, quia ordinarium Nutrimentum ejus Bufones, Ranæ, quin & Serpentes, sunt: & sicut Cervus est alexipharmacus inter Animalia quadrupeda, ita non mirum est, quod inter Volucres Ciconia à dictis assumptis aliquali vi alexipharmacâ imbuetur, indeque contra Venena Morbosque malignos laude-

Vires.

1. Ciconia vim habet alexipharmacam insignem, adeò ut contra omnis generis Venena, & imprimis contra Pestem præstantissima censeatur, comesta, vel Cinis ejus (assumptus,) insuper nervosis & articularibus Affectibus succurrit.

2. Stercus si ex Aquâ hauriatur, Comitibus aliisque Morbis Capitis prodesse credunt. Crato.

3. Ventriculus exsiccat ac pulverifatus pro maximo Secreto habetur in Venenis.

N. Alii solam Tunicam internam malunt.

4. Axungia podagricis & tremulis Articulis utiliter illinitur.

5. Fel ad Oculorum vitia commendatur.

P R Æ P A R A T A.

1. Aqua Antiepileptica.

Fit ex Pullo Ciconiæ integro, i. e. deplumato, & exenterato, atque in frusta dissecto, admixtis Antiepilepticis aliis ex MB. destillando.

2. Oleum stillatitium, quod fat copiosum fundit.

3. Sal volatile, quod itidem copiosè in Destillatione exhibet.

4. Arcanum Alexipharmacum de Ciconiâ. Vide lib. 2. cap. 51.

XLIX. COLUMBA.

Περισσος, ps. Germ. Daube. Gall. Pigeon.

Avis est admodum sæcunda, calidissima, Cerealibus virens.

Unde in specie Ciconiæ Sanguis multum commendatur in dictis Affectibus, qui etiam tanquam Basis ingreditur Antidotum de Sanguine Paracelsi, Eleæuarium Alexipharmacum de Ciconiâ dictum, contra Venena omnia laudatum, unâ cum Radice Antbore, Mumia, Bezoar, Tberiacâ, &c. Præparandi modum videbitis in **AUTORE lib. 2. c. 51. HARTMANNO Comm. in Crolium**, & ipsius **CROLLI Bassi Chym.** qui etiam Essentiam Sanguinis Ciconiæ contra Venena in usu habuit: de ejus effectu videatur **FEHR de Scorz. pag. 149. Dosis** ejus est à ʒʒ. ad ʒij. Hinc etiam **BURGGRAVIUS in Biolychn.** ex Sanguine Ciconiæ parari posse Remedium contra omnia Venena asseverat: nam subministrat Sal volatile copiosum; & Sal Cordis Ciconiæ, & Sal Cordis Pavonis, contra omnia Venena mirificè commendantur. Præterea Ciconia habet usum non inelegantem in Podagrâ, in qua Ciconia calcinata commendatur à ʒʒ. ad ʒj.

Stercus Ciconiæ laudatur in Epilepsiâ curandâ, in qua, uti Stercus Pavonis, vel in substantiâ, vel in Infuso assumitur, vel etiam pro Stimulo appropriato Clysteribus permiscetur: cum Sebo Cervino, vel Axungia Anatis, vel Suilla illinitur sub formâ Linimenti Podagræ tanquam singulare Remedium. Reverà tamen huic Stercori Ciconiæ non cedit Stercus Cervinum parili ratione applicatum.

Axungiam pariter ad Podagram commendant; unde ex Pelle, uti notum est Tibialia faciunt, quibus incedant, pro Curâ Podagræ.

Sal volatile non foret frustraneum, si ut Sal volatile Cornu Cervi, & Sal volatile Serpentum, pro usu sudorifero & alexipharmacico adhibeatur.

Fit etiam ex Ciconiâ Oleum per coctionem in Oleo communi, quod Oleum Ciconiæ eundem habere dicitur usum in Paralyfi cum Oleo Viperino. (D)

XLIX. COLUMBA. Columba per medium dissecta, uti habet **AUTOR**, & hoc modo applicata Capiti, in Phrenitide Medicamentum fuit apud superiores Practicos multum commendatum, utut à Modernis, sed minus rectè, negligatur. Eodem modo applicatur plantis Pedum

(B) Anserino Calamo, quem in manibus habeo, haud suppetit, quod Lectoribus dignum de Anseris streperâ Ave scribat.

De AQUILA, Carnivorarum Avium facillè principe, verbum nullum apud Autores nostros. Varias Aquila species recenset Charleton. Dñs Mery Cruris & Pedis Aquilæ Anatomem accuratissimè exposuit: Act. Reg. Scient. Acad. anno 1699.

(C) Ardea, ab arduo altoque volatu dicta, inter Aquaticas Aves numeratur, Colli & Pedum longitudine insignis. Ad Ardeas referri debere Falcinellum, seu Avem Falcatam, putat Charleton, & non immeritò si formam speciet. Rostrum ei oblongum, tenue, & anteriùs falcatum, unde nomen. Usam cicuratum ad multos menses, domum assidud & celerimnè percurrentem, aluimus: rostro demum, quidpiam quærans, in prunas immisso, adeoque ad cibum capessendum inepto reddito, fame periit.

(D) Ciconiam Græcis Πελαργόν, Avem aquaticam, eandem quidam cum Ibi faciunt: quam, Rostrum in Anum indito, ad sæces inde eruendas, Clysteris paradigma Medicis exhibuisse, fabulantur.

Columba est [Domestica. Hausz, Daub.
Sylvestris, Turtur. Turtel-Daub.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Columba tota. 2. Sanguis. 3. Tunica Ventriculi. 4. Fimus.

Vires.

1. Columba viva per medium dissecta, Capitique dum Sanguine adhuc calet, imposita, feroces Humores mitigat, melancholicam Tristitiam discutit.

Hinc convenientissimum Medicamen est in Phrenitide, Cephalalgia, Melancholia, Podagra.

2. Sanguis tepens oculis instillatus Dolorem, Lippitudinemque sedat, Suffusiones Sanguinemque discutit, Vulnere recentia curat. Peculiariter Cruorem & Membranis Cerebri erumpentem cohibet, podagricum Dolorem mitigat.

N. 1. Præferat Sanguis Columbi maris, idque sub Alâ dextrâ elicitum (ob naturam ejus calidiorem.)

N. 2. Succus sanguinolentus ex Pennarum Galamis expressus, Sanguini substitui aptus est, præferaturque è Pullis Columbarum.

3. Tunica Ventriculi exsiccata & pulverisata commendatur in Dysenteria.

4. Fimus vehementer excalescit, (ob nitrosam facultatem, quâ maxime pollet,) ideoque urit, discutit, ruborem Cutis Sanguinem alliciendo excitat.

Hinc usûs frequentis in Cataplastis & Emplastris rubificantibus. Sic tritus & cribratus, cumque Semine Nasturtii impositus, facit ad Affectus inveteratos. Ejusmodi sunt Arthritides, Hemisrania, Vertigo, Cephalæa, Dolores inveterati in Lateribus, Scapulis, Cervice ac Lumbis, Dolores colici, Affectus apoplectici, lethargici, & similes.

Sic Strumas, aliosque Tumores discutit (cum bordeacea Farinâ & Aceto mixtus & impositus); Alopecie succurrit (illitus); Colicis confert (in Clysteribus), Desfluxiones ad

Genua delabentes discutit, cum Sale & Oleo.
Internè Calculum astringit, & Urinam pellit.

Dosis ℥j. ad ℥ij.

P R Œ P A R A T A.

(Emplastrum de Stercore Columbino ad Catarrhos Capitis.)

L. CORNIX.

Κορνιου. Germ. Krage.

Vires. Flos in Vino potum Dysenteriam sanare tradit Kyramides. (II)

LI. CORVUS.

Κόραξ. Germ. Raab, Rapp.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Pulli. 2. Cerebrum. 3. Pinguedo & Sanguis. 4. Stercus.

Vires.

1. Pulli Corvorum incinerati commendantur ad Comitiale Morbum.

Dosis ℥j. singulis diebus bis vel ter exhibita. Sic & Cinis Corvorum ad Podagram & Alphas commendatur.

2. Cerebrum commendatur idem ad Epilepsiam.

3. Pinguedo ac Sanguis Capillos reddit nigros, id quod & de Ovis affirmant.

4. Stercus Infantum Tussim, Doloremque Dentium sedare ajunt (de Collo, suspensum.)

5. Ova sunt qui in Dysenteria exhibent. N. j. ii. Gabelboverus.

LII. COTURNIX.

Όρνιξ. Germ. Wachtel. Gall. La Caille.

N. Comita Coturnix noxia esse creditur Spasmo obnoxii.

OFFI-

Pedom in Febris malignis cum Phrenitide, & in talibus Febris malignis cum Phrenitide magni adhuc facit LINDANUS.

Quæ de hujus Sanguine habet AUTOR, non tanti sunt pretii, cum Oculis instillatus mox grumescat, & Malum exasperet.

Fimus Columbinus præ aliis insigniter nitrosus est, Sale falso seu ammoniacali egregie refertus: hinc præ reliquis diureticis, & contra Hydropem utilis est: videatur FORESTUS lib. 23. Obs. 25. Leviter autem est calcinandus, vel potius in Vino, vel Aquâ simpliciter macerandus, dehinc cum Vino aut Aquâ extrahendum est Sal nitrosum seu Lixivium summè diureticum, quod intrinsicè haustum, mirum quantum expellit Hydropicorum Aquas per Urinam: addunt alii Cineres Stipticum Fabarum, Samentorum Vitis, Absinthii, & Tartarum calcinatum. In Pleuride Stercoris Columbini ℥j. in Vehiculo convenienti usurpatur. Acetum affusum Fimo Columbino, percolatum, cum pauco Melle mistum, in Calculi paroxysmo egregium est. Alii, ceu singulare Remedium pro pellendis Menibus, commendant hunc Fimum calcinatum. Nempe

℥. Fim. Columb. calc. ℥j.

Pulv. Croci ℥ss.

Misce pro Dosi, pro ciendâ Urinâ. Conferatur HER-
TODT. in Crocol. pag. 216. qui etiam ipse pag. 117. parat Aquam Anticolicam ex bals Stercoris Columbini cum aliis hunc in modum:

℥. Fim. Columb.

Sem. Anisi an. M. ij.

Flaved. Cort. Aur. rec. ℥ij.

Croc. Austriac. ℥ss.

Affunde Vino Malvasico & destilla pro Aqua Anticolicâ egregii & commendatissimi usûs, suspendendo in rostro Alembici

Croci ℥ss.

& si lubet,

Moschi gr. v.

Externè usitatus quoque est propter vim leviter causticam & vesicatoriam, unde & inter Psilobras communiter refertur,

(E) Columbæ sic dictæ, quæ lumbos frequenter colant, ut Etymophilis quibusdam visum est. Pertinent ad familiam Avium Phyltorarum, quæ se pulverant simul & lavant, juxta Charletoni aconomiam. Sunt Domestica & Sylvestres non pauca species: his Turtur accensetur.

(II) De Cornice nil habet Etmullerus. Inter Corvi species numeratur, de quo mox.

(F) Corvus à Græco κόραξ: κόραξ autem à κόρα niger, eo quod inter Aves Carnivoras nigro colore se præcipue prodatur.

propter Acrimoniam salinam. Usurpatur vel per se Aquâ humectatum, vel cum Semine Sinapi, Nasturtii, aut simili tritum, humectatum cum Aquâ simplici, & impositum. In Morbis chronicis eisdem præstat effectus, quos Sal volatile acre Nasturtii & Sinapi. In Hydrope & Pedibus œdematosi Stercus Columbinum bulliat in Aquâ, vel cum Aquâ Calcis vivæ probè subigatur instar Cataplastis liquidi, & cum aliis applicetur Tumorem œdematosi ac serosis, imprimis si immineat Pedibus œdematosi Gangræna. Lixivio Stercoris Columbini si lavantur Manus Pedesque, ab omni Frigore hæ partes ad tempus erunt immunes: & Chirobecæ ac Tibialia linea hoc Lixivio madefacta, per quatuordecim dies præservant Manus & Pedes à Frigore; uti vult STABLIUS in Hilden Scharz, pag. 116. Quibus usibus aliis conferat, videatur apud AUTOREM. Plura qui cupit de usibus Stercoris Columbini, videre potest ZACUTUM LISITANUM lib. 11. Med. Princip. pag. 17. & 117. (E)

LI. CORVUS. In Pullis Corvorum recentibus verno tempore ex Nido exemptis, antequam vestiantur Plumis, ex Ore exsumitur Caro, quæ Hepar Pulorum Corvorum, & specificè Epilepsiam curare, dicitur.

Pulli Corvorum, uti dicit AUTOR, incinerati commendantur ad Morbum Comitiale; si scilicet Pulli Corvorum nigrorum ex Nido calcinentur, specificum & probatum Remedium dicuntur contra Epilepsiam, quæ exinde nunquam amplius redire dicitur.

Cor Corvi gestatum arcere dicitur Somnum, & putatur efficax Remedium huic incommodo, nempe nimie Somnolentiae. (F)

LII. COTURNIX. Pinguedinem Coturnicis cum Pulvere Ellebori nigri, vel Radicis Pyretbri in formam Lixivii quidam redigunt, & in Impotentia virili radici Pen- nis, vel Glandi illinunt: quibus subjungenda Balnea Nervina.

De Excremento observetur quod habet AUTOR, quod credo, quia enim Elleboro, tam albo quam nigro, citra ullam alterationem vescuntur, & ex superioribus constat, quantum

OFFICINALIA NATIVA.

1. Pinguedo, & 2. Excrementa.

Vires.

1. Pinguedo Oculis prodest, Maculas abstergendo.
2. Excrementa Coturnicum Helleboro vescentium (quod ipsis, ut quidam scribunt, in Alimentis cedit,) singulari proprietate quadam conferre Epilepsii quidam volunt.

LIII. CUCULUS.

Κόκυξ . Germ. Gucker , Guckeg , Kuckug . Gall. Le Cocu .

OFFICINALIA NATIVA.

1. Cuculus ipse . 2. Fimus .

Vires.

1. Cuculus usus commendatur ad Calculum , Ventriculi Dolorem & Humiditatem . Rondeletius .

Datur & utiliter Febricitantibus Paroxyfmi tempore : medetur Epilepticis, &c.

2. Fimus Morfum Canis rabidi curat, (potus.) (Pinguedo ad Calvitiam ex Siccitate conducit.)

LIV. FICEDULA.

Συγιάλις , Ficedula , à Ficuum esu sic dicta . Germ. Schnepffe Wüfling .

Vires. In Cibo Visum acuerè dicitur.

LV. GALLUS, GALLINA.

Εστ [Mas , ἀλέκτωρ , Gallus . Germ. Han . Gall. Le Coq . Fœmina , ἀλεκτρυπίς , Gallina . Gall. La Poule .

N. Gallus castratus Capo dici solet, seu Copus .

OFFICINALIA NATIVA.

1. Gallina (seu Gallus) integra . 2. Cerebrum . 3. Tunica Ventriculi . 4. Testiculi . 5. Fel . 6. Pinguedo . 7. Guttur . 8. Stercus . 9. Ova .

Vires.

1. Gallina dissecta (preferunt nigram) Sanguine adhuc

tum Elleborus niger valeat in contumaciorebus Affectionibus, hinc Antiepilepticum haud contemnendum esse, probabile est: videatur HOEFERUS in Herc. Med. pag. 12. ubi ceu singulare Antiepilepticum commendat Ova Coturnicis, si exsiccata & pulverisata ad ὄσ. adhibentur. Unde alii dicunt, quod Cerebrum Coturnicis cum Unguento Myrtino admistum, & Faciei Epilepsia correpti inductum, mirabile sit auxilium; statim enim tunc resurgere Ægrum asserunt. (G)

LIII. CUCULUS, & LIV. FICEDULA.

De his nihilest, quod dicam. (H) (I)

LV. GALLUS, GALLINA. De Gallina per medium

dissecta, uti habet AUTOR, eadem dici possunt, quæ de Columbâ. In Phrenitide graviore per medium dissecta & cruentæ Capiti raso imponuntur, quod è Scholâ GALENI ad nos dimanavit: interim si tantum per quadrantem horæ in Capite relinquantur, horrendum scæter. Item Gallinæ integræ, quando vivæ deplumantur juxta podicem, Tumoribus malignis, Morfibus venenatis, Bubonibus & Carbunculis pestilentialibus imponuntur pro extrahendo Veneno, quod certum est, & ab Experimentiâ confirmatum: sicut etiam Gallinæ his impositæ brevi post moriuntur. Reperantur igitur harum applicationes, donec nullæ amplius moriantur, & res erit in vado: ZACUTUS LUSITANUS à Vipera demorfum ita restituit.

Ex Gallo, vel Gallie contusis parant Decoctum, seu Jus consummatum, in Atrophia, Hæctica, & Phthisi, uti & pro iis, qui reconvalescunt ex Morbis chronicis: sed credo horum omnium usum esse nullum, quia Stomachus debilis ea digerere non potest; unde Cruditatem nidorofam contrahunt. Maxime ergo ii errant, qui Ægris ex gravioribus Malis convalescentibus ejusmodi Juscula propinant; Corpora enim impura quod magis nutriuntur, eò magis læduntur. Laudantur etiam in promovendis Lochiis, imò ad fortificandam Parturientem post Partum; verum cum Puerperarum Corpora pariter impura sint, iis subinde nociva erunt, & horum loco Cerevisia calida cum Cumino cocta optime post Partum adhibetur, cum satis feliciter promoveat Lochia.

calente, imponitur Capiti in Phrenitide, Cephalalgia, &c. Morfibus itidem venenatorum Animalium simili ratione mederi ajunt: Anthracibus imposita Venenum elicit, nec prætereundum, quod Sanguinis eruptionem in Vulneribus recentibus sinit.

1. Vires Gallina (Gallus) circa Anum deplumata è Bubonibus Venenum extrahit, (imposita.)

Preparata ex Gallinâ.

1. Gelu, seu Decoctum Gelatinum Gallinæ (veteris.) Fit ex Carne Gallinæ in frusta concisæ, additisque Pedibus Vituli, Vervecis, aut Carne Bovinâ per se in Diplomate horas aliquot (sex, septem) vase clauso coctâ & expressâ.

N. Addi possunt Aromata & Aquæ Cordiales, prout libet.

Vires. Insigne est Nutritivum & Corroborativum.

2. Contusum, fit itidem ex Carne Gallinacæ, quæ coquitur donec Caro ab Ossibus decidat; hinc contunditur unâ cum Ossibus, sitque Expressio cum Vino miscenda, & pro libitu aromatizanda.

N. Gallinarum Caro melior est quàm Gallorum, nisi sint castrati; nigrarum verò quæ non pepererunt, melior est & levior.

3. Jus Galli veteris. Gallus antiquus (annorum 2. 3. 4.) fatiget optime, donec lassitudine cadat. Hinc trucidetur, deplumetur, exenteretur, farciaturque Medicamentis idoneis, coquaturque in aliquot Mensuris Aquæ, donec Caro ab Ossibus serè decidat. Hinc coletur.

Vires. Jus illud per se vim habet molliendi, & ob nitrosas partes, quibus decrepitum illud Animal præditum est, quæque fatigatione illâ exaltatæ sunt, virtute pollet incidendi, abstergendi, Alvim ciendi, idque multò magis, si in eo Medicamenta similia facultatum incoquantur. Hinc celeberrimum est in Dolore colico (coctum cum Purgantibus & Discutientibus.) In Tussi, Tartaroque Pulmonum (cum Bœbicis elixum) &c.

2. Cerebrum vim habet incrassandi, fluxusque compescendi. E. g. Fluxum Alvi (in Vino sumptum): Gingivis ad Dentitionem à Mulieribus illinitur.

3. Tunica interior Ventriculi extracta, siccata (ad Solem,) & pulverisata, singularem vim habet tum astringendi & corroborandi

Huc pertinet Jus Galli Veteris, quod à Veteribus laudatur contra Asthmata & Dyspnoas: videatur AMATUS LUSITANUS C. 2. Cur. 81. in Schol. qui Historiam habet huc optime quadrantem: valde tamen exagitur ab HELMONTIO, & quidem non sine causâ.

Sanguis Galli valde prodest ad stimulandam Venere, si scilicet ex hoc Sanguine destilletur Spiritus urinosus, & rectificetur. D. MICHAELIS certè frequentissime eo usus in Ægris suis, Affectu hocce laborantibus. Potest cum Remediis ex Formicis paratis misceri, & virtus ejus magis exaltabitur. Unde etiam Spiritus, paratus ex Sanguine & Testiculis Gallinacis, valde commendatur in stimulandâ Venere, item Spiritus ex Testiculis & Sanguine Pavonis seu Gallo-Pavi, qui & Indicus, Afer, & Numidicus vocatur, si in his Spiritibus dissolvatur unum, vel alterum granum Ambræ, mirum evadit Medicamentum Aphrodisiacum.

Cerebrum Gallinæ nigre ad confortandam Memoriam & in Deliriis commendatur: vid. LEO libr. 1. de Art. Med.

Tunica Ventriculi interior siccatur & pulverisatur, ut compescat Vomitus, præcaveat Abortum, in specie si metuentus

L 1 1

dus

(G) Coturnicem Veteres à mensis amovisse, scribit Plinius, quod Veneno, Helleboro nempe, alatur. Quæ inente Vere ad nos advolavit, Inguviam exasicarum Plantarum Seminibus adhuc vivis, refertam asserunt. Adipe ad Otalgiam utimur.

(H) Cuculus Accipitri, & Falconi, Carnivore Avibus, congener, κόκυξ Græcè dicitur, à κοκύξεν cucurire.

(I) Ficedula quamquam non minus Uvis quàm Ficibus vescatur; ab his tamen potius nomen trahit quàm ab Uvis. Hinc Martialis:

Quum me Ficus alat, quum pascar dulcibus Uvis,
Cur potius nomen non dedit Uva mihi?

roborandi Ventriculum, adeoque Vomitum, & Fluxum Alvi compescendi; tum & Calculum comminandi.

4. *Testiculi* deperditas in Morbis Vires mirificè restituere dicuntur, Semen prolificum suppeditant, & Venereas Vires roborant, (recenter usurpati,) Febris itidem medentur, (assumpti.)

5. *Fel* Maculas Cutis aufert (illitum), Oculis convenit.

6. *Pinguedo Gallinarum & Caponum* calfacit, humectat, emollit, lenit, mediaque inter Anserinam & Suillam existit, harumque Acrimoniam obtundit, convenit Labiorum Rimis, Aurium Doloribus, Oculorum Pusulis.

7. *Guttur Galli* usum & non consumptum, sed tostum & exsiccatum, sub noctem ante cœnam exhibitum, proprietate sanat Mictionem involuntariam nocturnam. *Solenander Sect. 4. Conf. 11.*

8. *Stercus* omnia eadem præstare aptum est, quæ Columbinum, sed inefficaciùs; privatim tamen colico & uterino Dolori convenit. Valet itidem maximè ad Icterum, Calculum & Urinæ suppressionem.

(Abscessus Morbi lateralis disrumpit.)

us fit ex nimio Vomitu: de qua tamen virtute non immeritò dubitat HELMONTIUS *Tr. de Lib. c. 3. §. 28.* Laudatur etiam ad Incontinentiam Urinæ. Unde ex hac *Tunicâ* cum *Pulvere Erinacei* BARTHOLETUS in *Encyclop. p. 164.* habet *Pulverem Specificum ad Mictionem involuntariam*, cui DEODATUS in *Pant. Hygiast. Lib. 1. pag. 361.* simul addit *Crisam Galli* exsiccatam; nam hæc Mictum involuntarium, vel per se sumpta curare dicitur: sed mera est fabula. Quidam in *Sale* causam quærunt, quos inter est RIVIERIUS in *Praxi l. 9. c. 5.* ubi dicit, quòd valde profic & conducatur in conterendo Calculo & Arenis comminendis. Verùm, *quale illud Sal?* vanitas vanitatum! Ad Menses potenter ciendos à ʒj. ad ʒʒ. laudatur, imprimis in *Aquâ Cinamomi* vel simili si propinetur: verùm si quid operatur, sit ratione *Aquæ Cinamomi*.

De virtutibus *Testiculorum* ad stimulandam Venerem videatur AMATUS LUSITANUS in *Curat.* & ex eo SCHENCHIUS *Obs. de Rebus Veneris*, ubi habet Historiam Mariti, *Testiculis Galli* saginati, & deinde mirè in Venerem stimulat, ut & Maritam & Ancillas duas subegerit.

Pinguedo Gallinæ est moderata & temperata præ cæteris omnibus; adeoque blandè & moderatè emollit, maturat, & indurata attenuat; hinc *Cataplasmata & Unguenta* pro tali usu solet ingredi.

Quod aliàs dicunt de *Crisâ & Tunica Ventriculi interiore Galli & Gallinarum* in Mictione involuntariâ, convenit majori jure *Gusturi Galli*. Hoc enim tostum, pulverisatum, & cum *Vino* potum, est SOLENANDRI Experimentum contra Mictionem involuntariam, quod primitus docuit *Sect. 4. Conf. 11.* & Autore HARTMANNO *Prax. Chymiatricâ pag. 250.* Mictum involuntarium juvat, tam diurnum, quàm nocturnum: in quo casu etiam usus est D.MICHAELIS, idemque convenit in Mictione involuntariâ, etiamsi illa sit ex Partu difficili, quæ aliàs est *Malum* difficillimum curatu, autore HOEFERO in *Herc. Med. pag. 343.* Aliàs in Mictione involuntariâ post Partum difficilem ex laceratione Vesicæ, Experimentum specificum est *Pulvis Bufonis calcinati Collo appens*, de quo HEINRICUS ab HBER *Obs. 14.* & expertum hoc est ab Anglis, quòd verum sit.

Hic obiter tria notentur Remedia præstantissima contra Incontinentiam Urinæ, ex Regno Animalis desumpta:

1. Est *Erinaceus combustus*.

2. *Vulva Suilla*: &

3. *Guttur Galli*.

quæ omnibus palmam eripiunt.

Stercus omnia ea præstat, quæ Columbinum. Sed non addè est potens. Egregium ad Icterum Remedium paratur ex *Albo* seu *Gilvo Pullorum Gallinaceorum*, ex quo etiam DEODATUS in *Pant. Hygiast. Lib. 1. p. 361.* & sequentibus summum Arcanum parari dicit ad Calculum, idque, uti dicit *citatus Autor*, ob vim nitro-sulphuream, cujus dosi sit à ʒʒ. ad ʒj.

Ova reverà sunt Fructus Gallinarum. De his multa dicuntur superstitiosa, inter quæ quoque puto hoc esse, quòd dicunt, *Ova* die viridium, am *Gruncu-Donnersteg*, exclusa, & fota postmodum à Gallinâ, prodere Gallinas, quæ singulis annis Pennas mutant: id quod propriâ Experimentiâ se expertum esse dicit SCHMUCK in *Curat. Magico-Magnet.* Fides sit penes Autores.

Offerunt *Ova* nobis

N. Præstantius habetur id, quod in *Stercoræ Album* est. Dosis ʒʒ. mane ac vesperi diebus ac noctibus continuis 4. vel 5. exhibitum. *Quercetanus Pharm. rest. c. 21.*

Extrinsicè exciicat Achores Capitis, aliamque Scabiem manantem (*Cinis inspersus*.)

Luteum Stercoris consolidat Vesicæ Exulcerationem, assatum in *Emgro* recenti, vel *Oleo Olivarum*, atque coniectum in Frigidam, ut Sordes secedant, & Liqueor *Olei* supernatet, in ductum Penis injiciendus. *Hartmannus.*

9. *Ova Medicinæ* exhibent *Testas*, *Membranulas*, *Ovi Albumen*, *Vitellumque*.

Testa vim habent lithontripticam, tartareamque Mucilaginem incidendi.

Membranula vim habent diaphoreticam intrinsicè & extrinsicè adhibita (Præputioque imponuntur Infantum.)

Albumen vim habet refrigerandi, adstringendi, agglutinandi.

Usûsque crebri est in Oculorum Rubedine, in Conglutinatione Vulnerum (cum *Bolo communi*) in Fracturis, &c. In-servit & *Anacollematis.* (*Albu-*)

1. *Testas*.

2. *Albumen*, &

3. *Vitellum*.

Ovorum Testas sunt Concretum quasi hermaphroditicum; simul enim de Regno Minerali & Animalis participant. Materiam nanciscuntur ex Lapillis seu Calculis, quos Gallinæ devorant, quorum particule subtiliores in Ventriculo sub Mucilage sua glutinosâ in substantiam Testarum agglutinantur. Patet hoc, quòd si Gallinæ inclusæ sine Lapidibus, vel Arenâ nutriantur, Ova sine Testis excludantur; Lapilli enim hi dissoluti in Concretum Testarum postmodum abeunt.

Aliàs *Testas Ovorum desillata* per Retortam, ratione substantiæ animalis, dant *Spiritum urinosum & Sal volatile* satis copiosum, simul cum *Oleo fetido*. Contrà, quatenus de naturâ minerali participant, relinquunt *Caput mortuum*, quod Igne aperto ulterius calcinatum facessit in *Calcem* albam, tennerrimam & subtilissimam, attactu *Aquæ* insigniter effervescentem, & ebullientem instar *Calcis vivæ*.

Quoad Usum medicum, ejusdem naturæ sunt cum *Lapillis Cancrorum fluviatilitum*; quare tam pulverisatæ, quàm calcinatæ, egregiè absorbent vitiosa Acida primarum viarum, cumque iis in Concretum nitrosum egregiè diureticum & nephriticum abeunt. Imprimis autem pro usu diuretico conducunt *Testas Ovorum*, ex quibus per incubatum Pulli modò exclusi sunt; mediante Foru enim certam simul alterationem patiuntur. Hæ pulverisatæ, & in *Vino* propinatæ, Urinam satis fortiter prolucunt; quin etiam à quibusdam nomine *Præservativi singularis* Calculosis commendantur ad Calculorum genesin, & Paroxysmos nephriticos inhibendos: videatur BARTHOLINUS *C. 4. Hist. Anat. 23. pag. 281.* RIVIERIUS *Pr. l. 11. C. 1.* BARBETTE *Pr. l. 4. c. 8.* item HARVEUS de *Generatione Animal. pag. 90. & 92.* ubi dicit, quòd exterior Cortex non sit in Ovo intra Ovarium, sed sit ab Urinâ, vel crassiore Sedimento Urinæ Gallinæ: in Urinâ verò multum Salis volatilis est, quod aptum est ad Urinam movendam.

Contenta in *Testâ* sunt *Albumen & Vitellum*, quæ insignem vim nutritivam, & restaurativam Virium deperditarum; unde in defectu Virium ex nimio Coitu, vel Corporis Exercitiis frequentioribus, commendatur *Ovum recens* immisum in *Vinum Malvaticum* aut *Rbenanum*, addito uno vel altero grano *Ambra*, quod extempore Vires amissas restaurare dicitur.

Ovum ad duritiem coctum & Acoto imprægnatum, est expertum Remedium in Diarrhœâ compescendâ. Contra verò *Ovum sorbile* quosdam solet purgare; cujus rei Exemplum refert HOEFERUS in *Herc. Medico*, quod quidam, quando cunctum voluit, sibi potuerit excitare Diarrhœam; unde commendatur in nimia Alvi obstructione, quoniam laxat Alvum.

Integra Ova desillata videbitis in BARTHOLINI *Art. Hassniens. Vol. 2. pag. 192.*

Ex *Albumine* fit *Pallus*, qui Nutrimentum, quando ad-huc est in Ovo, habet ex *Vitello*; sicut & post exclusionem Abdomini adhæret aliquid, de quo etiam per aliquot dies Nutrimentum habet, uti notum est iis, qui legerunt elegantissimè hac de re differentem HARVEUM.

Albumen Ovi per se externè pro scopo refrigerandi adhibetur, & copiosum & temperatissimum Alkali volatile in se reconditum habet, & quasi cum Spermate Ranarum vide-

tur

(Albuminis pars illa quae Calaza & Galatura dicitur, in Oculorum Doloribus, & Vulneribus, Dei Virtus ab aliquo dicta.)

N. Hippocrates exhibet Febricitantibus Albumina N. 3. aut 4. ad refrigerandum & egerendum.

Vitellum Ovi vim habet anodynâ, maturandi, digerendi, laxandi; proinde usûs celeberrimi Clysteribus immisceri, quin & cum Salis tantillo mixtum Infantum Umbilico (in Testâ Juglandis) imponi solet ad ciendam Alvum.

(Lapillus Alectorius in Ventriculo decrepiti Robur in Thoro geniali conciliare putatur.)

Præparata ex Ovis.

Paratur inde Oleum, quod crebri usûs est in Consolidatione Vulnerum, Rimarum, in Maturatione Tumorum, ad Hernias, &c. Videatur Dispens. Aug. & Norimb.

N. Fit inde Potus Puerperis nostratibus usitatissimus, vulgò Seiff, dictus.

M. Vitell. Ovi N. 2. vel 3. Aquæ Mens. 1. Vini Mens. S. (plùs minus) coquantur optimè pro Potu.

(Oleum ex Albumine Articulare paratur.)

LVI. GRUS.

Γράνος. Germ. Ein Kran. Kranich. Gall. La Grue. Vipio, i. e. Pullus Gruum.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Grus integer. 2. Pinguedo. 3. Fel. 4. Caput, Oculi, Ventriculus. 5. Medulla Tibiæ.

etur conspirare; unde imprimis refrigerare dicitur. Hinc etiam adstringere, glutinare &c. adeoque ad Inflammationes quascunque, imprimis Oculorum; commendatur, bene agitata usquequò liquefat, spumescat, & in Liquorem abeat: sicut & Vulnèra Oculorum consolidare dicit GRU-LINGIUS in Curat. 1. Observat. 15. Cent. 7. ubi & Saccharum Saturni ei addi poterit, pro meliori operatione.

Potest et pariter ex Vitellum Ovi Aquæ & Oleum: Nempe Albumen ad puritiem coctum & confutum in Patinâ super igne paulùm intensiore continuò agitando fatiscit in Oleum nigricans, quòd ulterius per Retortam in Arenâ potest rectificari; & erit Oleum instar Salis fulgens, egregium Vulnerarium & Dolorum Hæmorrhoidalium sedativum. Prodest etiam contra Ambusta. Item Album Ovi probè conquassatum, cum Bolo mistum, destillando dat Aquam quodammodo gravem, omnibus istis Affectibus, quibus Albumen confert, convenientem.

Vitellum Ovi pingue magis, magisque oleosum est præ Albumine, unde plùs nutrit, quàm Albumen, vimque habet Dolores sedativam, anodynâ, temperativam, emollicitivam, suppurativam; unde ratione utriusque ingreditur Clysters pro relaxandâ Alvo, & stimulan-dis Intestinis; hinc etiam in Alvi duritie Infantum applicantur pro eorundem Alvo stimulan-dâ, cum aliquot granis, vel guttis Fellis Tauri. Contra Vitellum Ovi ad duritiem coctum, & cum paucis Aceto rosaceo subactum contra Diarrhœam Remedium est excel-lens HELMONTII Tr. Plorus Rector: addidi ego Rasurem Nucis moschatae, & binâ vice feliciter exhibui.

Si coquantur Ova ad duritiem, & Acubus longis perforentur, exstillabit in frigore Liquor albus & limpidus, qui est egregium Cosmeticum, imprimis si aliquot grana Camphoræ in eodem solvantur, & vel ita usurpetur, vel postmodùm per Alembicum aliquoties destilletur & asservetur.

Multi commendant hunc Fucum compositum:

M. Succi Agrestæ destillat. part. ij.
Liqu. Crystall. per deliquitum,
Olei Album. Ovor. an. part. j.
Satis Nitri parum. M.

& in usu dissolvantur in Aquâ Sigillî Salomonis.

Ex Vitellis Ovorum per expressionem paratur Oleum. Modum parandi videbitis in Dispens. Augustano. Purificetur autem ita:

Oleum scilicet liquefactum sponte per Linteum colandum, Tom. IV.

(K) Ovi Gallinæ Testa in tenuissimum pollinem vedata Succedaneum est Oculorum Canerorum: imò & Margaritarum Orientalium: liceret quidem illud substituere, nisi pretio venundaretur eodem. Ex recensione Athenæi lib. 2. c. 16. Anaxagoras in libris suis de Naturâ, quod Lac Gallinæ vocant, Album Ovi esse tradit: τὸ καλλίμερον οὐαὶν ὄρνιδος γὰρ ἀ, τὸ ἐν τοῖς ὀστέοις ἀλευκόν. Nobilis Mulier, masculinæ prolis desiderio, Medico audaciter spondente, Jus Galli veteris quadraginta dierum spatio magnâ expectatione sumpsit: concepit quidem: sed quid factum est? adveniēte tempore, quæ prius singulas, geminas tunc peperit famellas.

(Θ) Grus, à gruendo: Græcè γέρανος, à γέρων senex, quòd cinereo senescente colore fit. Dicitur & Avis Palamedis, quòd is à Gruibus Trojano bello, quatuor Literas, & Actei ordines didicerit. Grues enim sublimem Aërem trajicientes, volatu figuras quasdam, non injucundo spectaculo, repræsentant.

Virus.

1. Avis hæc, quia nervosa est, nervosis ac membranosis Partibus peculiariter convenire statuitur.

Hinc usus ejus commendatur in Doloribus colicis.

2. Pinguedo Surditati auxilio est, (Auribus instillata.) Lienis duritiem, aliosque Tumores renitentes emollit (cum Acceto scillitico subacta,) Rigori Cervicis velocissimè succurrit.

N. Eiusdem naturæ esse dicitur cujus Anserina Pinguedo.

3. Fel Oculis prodest.

4. Caput, Oculi, Ventriculus, pulverisata Fistulis, Cancris & varicosis Ulceribus insperguntur.

5. Medulla Tibiæ infervit Unguento Ophthalmico inde parando. (Θ)

LVII. HIRUNDO.

Χελιδών, Χελιδών. Germ. Schwalb. Schwalbin. Gall. A-rondelle.

[Domestica. Major, cum Maculâ rubrâ sub Gutturæ. (Minor, sine illâ Maculâ. Riparia, Wasser-Schwalb. Muraria, Spir-Schwalb. Sylvestris.

Domestica in Aedibus nidificans.

Riparia in Ripis Aquarum inhabitant, unde & Aquatica dicitur.

Muraria Nidos suos Muris Templorum, seu Parietibus aut Rupibus appendunt.

N. Prævalent Riparia.

OF-

pòst imponatur Patellæ stannæ, & addatur aliquid de Cerâ; hinc cum Aquâ purâ fontanâ lavetur, agitando cum Spatulâ ligneâ, ut Aquâ eluat impuritates. Dehinc exponatur Soli ad aliquot dies & noctes, ut Fæces in fundum secedant, & Oleum supernatet, cuius usus est egregius vulnerarius contra Ambusta & imprimis contra Herniam.

Quidam etiam adimplendas Foveas, relictas post Variolas & Morbillos, necnon ad Fissuras, vel Labiorum, vel Papillarum, vel Manuum ac Pedum, uti etiam Ani: item ad Dolores à Causâ externâ obortos; Dolores enim sistit, & Anodynum simul est; quin & Cosmeticum est elegans, si prius Facies abluatur cum Aquâ simplici, in qua Borrax soluta, post hæc Oleo Facies illinatur. Quòd si Remanentiæ post expressionem Olei hujus per Retortam destillentur, acquiritur Spiritus urinosus & Sal volatile elegans, copiosum satis & admodum subtile, cum copioso Oleo destillato fetido empyreumatico. Et ratione talis Salis volatilis oleosi videtur Vitellum Ovi solvere Terebinthinam, Balsamum Peruvianum, Resinas Vegetabilium, Olea destillata, &c. (K)

LVII. HIRUNDO. Intelligitur hæc imprimis Hirundo domestica, non verò Hirundo sylvestris; nihilo minus tamen in genere quæcunque Hirundines & earum Nidi in casu necessitatis possunt usurpari.

In genere Hirundines integræ, præsertim juniores, valde commendantur ad Epilepsiam & Morbos convulsivos, sive exsiccentur & sub formâ Pulveris propinentur, sive instar Amuleti extrinsecus appendantur. Alii addunt, ut efficacius reddant Remedium, Pulverem juniorum Hirundinum ana Castorei, & ita bibunt, hoc que tanquam expertum in Epilepsiâ quacunque. Sed præterea quoque specificè laudatur in Passione hysterica, sive cum Epilepsiâ partium externarum sit juncta, sive non. Observetur enim, quòd Convulsiones epilepticæ sint duplcis generis, latè loquendo, quædam enim est Convulsio partium externarum, & est in specie dicta Epilepsia; quædam est Convulsio partium internarum Mesenterii, Intestinorum, Stomachi, Diaphragmatis, & Musculorum Respirationi inservientium, quæ à Mulierculis nostratibus dicitur Epilepsia in Corpore. Et talis est, quando propter Calculum Renum convelluntur Intestina, & fit Dolor colicus, propter Convulsionem per consensum: item quando convellitur Ventriculus, & fit Vomitus, uti contingit in Nephritide.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Integra. 2. Cor. 3. Sanguis. 4. Lapilli. 5. Nidus. 6. Stercus.

Vires.

1. *Integra*, Epilepsiæ specificè subveniunt, Oculorum hebetudini, Lippitudini, (*Cinis* cum *Melle* illitus). Anginæ ac Uvulæ inflammatae medentur, (comedæ, vel assumptus eorum *Cinis*).

2. *Cor*, Epilepsiæ itidem conferre, Memoriamque roborare ajunt: alii contra Quartanam devorant.

3. *Sanginem* peculiariter Oculis conferre volunt, præferunt autem sub Alâ dextrâ extractum.

4. *Lapillus* in Pullorum nonnullorum Ventriculo, (rarè licet) invenitur, *Cbelidonium* dictus, gradî Lentis, vel Pisi magnitudine. Hinc Epilepsiæ Puerorum convenire volunt, Brachio alligatum, vel Collo suspensum.

N. Ferunt crescente Lunâ hunc potissimum inveniri, atque in Pullo primogenito: alii mensè Augusto circiter Plenilunium eximunt.

phritide. Jam Passio hysterica est similis Convulsio partium internarum Abdominis, & ex istâ fit sensus Globi, quem ignorantes putant esse Uterum. Dum ergo Passio hysterica est Convulsio epileptica, quæ etiam interdum prorumpit ad partes externas, patet quare Hirundines conveniant in Epilepsiâ propriè sic dicta? & etiam in Passionibus hysteris, & quidem *Aqua Hirundinum cum Castoreo*: aliàs Germ. *Weiber Schlag-Wasser*; ubi tamen plus facit Castoreum, quàm Hirundines, cum illud, uti ex superioribus notum, per se fit Specificum in Epilepsiâ.

Verùm cum *Preparatio vulgaris* Aquæ Hirundinum cum Castoreo sit valdè rudis, propterea doctiorem docet ZWELFFERUS in *Animadvert. ad Pharm. Augustanam Editionis ultimæ*, quæ est concinnior & elegantior.

Eadem *Aqua* multiplicis usûs esse solet in Passionibus hysteris, Vertigine, Epilepsiâ, Apoplexiâ, & similibus Capitis Affectibus, item in Colicâ & Palpitatione Cordis, tam interno, quàm externo usu.

Certum est, in quorumcunque Pullorum Ventriculis reperiri parvos *Lapillos*; verùm hi *Lapilli* ipsis communicantur à Parentibus cum Nutrimto. Vocantur *Lapides Cbelidonii*, & contra Affectus Oculorum & Epilepsiam, imprimis Puerorum, sunt commendatissimi: de quo videatur BARTHOLINUS *Cent. 2. Epist. II. Med. p. 438.* Sed nihil habent in recessu. Accedit, & hoc, quod valdè sint rari, & rarè inveniantur, & propterea sint multi, qui falsum illi substituant, & ita defraudant Patientes. Propterea de *Lapide Cbelidonio tam falso*, qui species est *Opali*, quàm genuino, in Ventriculo, item Hepatibus Pullorum reperibili, videatur VELSCHIUS *Hecatost. I. pag. 74.*

Nidus Hirundinum unâ cum *Excrementis* est specificum & usitatissimum Remedium contra Anginam & Inflammationem Tonsillarum. Verùm & Nidus nil valet, sed *Excrementa* maxime falsa, nitrosa, quæ illic reperiuntur, vi hac nitrosâ Inflammationes d. scutiunt, Ardorem compescunt, & hinc Maturationem & Suppurationem promovent. In iisdem igitur factum *Cataplasma ex Nido Hirundinum* est expertissimum Chirurgis. *Preparatio* est hæc:

℞. *Nidus* sicuti sub testis est (si adsunt *Pulli*, est eò melius).

Contunditur, & coquitur, & per Setaceum trajicitur, fitque *Cataplasma*, quod applicatum externè circa regionem Inflammationis Tonsillarum vel Anginæ, est expertum.

Hoc *Cataplasma ex Nido Hirundinum* partim applicatur simpliciter additis tantùm aliquot *Oleis*, partim admittit aliis quibusdam *Specificis*, ut fiat efficacius: videatur AMATUS LUSITANUS in *Praxi*, & *Observationibus*, qui quamplurimas Anginas curavit hęc *Cataplasmate*. Huc spectat *Cataplasma MYSICHTI Compositum in Armament. Chymico*, quod etiam conficitur ex *Nido Hirundinum*, & est egregium id Anginâ. *Formula* talis *Cataplasmatum* posset esse hæc:

℞. *Nidos Hirund.* integr. No. ij.

Contusis affundatur sufficiens quantitas *Aque simplicis*: coquantur & per Setaceum trajiciantur: trajectæ *Pulpe* adde

Olei Chamomill.

Lil. albor. ana ʒj.

Vitell. Ov. No. j.

(L) Hirundines domesticæ, adeò nobis familiares evadunt, ut illas sequenti Vere, eadem, quæ præcedenti, secta nidificaturas advolare, apposito signo factè dignoscamus.

(M) Tam Vulgarem *Milvum*, quàm Regalem & Palustrem, Charleton inter Accipitris species connumerat.

5. *Nidus* auxilio Anginæ est (extrinsecus impositus) Oculorum rubedini medetur, isti viperino convenit, impositus.

6. *Stercus* calfacit impensè, discutit, acere est.

Usûs præcipui in Morbis Canis rabidi (intrinsecus & extrinsecus), in Doloribus colicis & nephriticis, (propinatum;) Alvum irritat, (subditum.)

P R Æ P A R A T A.

Aqua Hirundinum fit usitatius ex *Ripariis*. V. *Dispens. Aug.*

LVIII. MILVUS, MILVIUS.

INSTRUMENTUM. Germ. *Vogel*, *Vueybe*, *Vouove Ruttelvoeyb*, *Huner-Dieb*. Gall. *Le Milan*, ou *Eprevier*.

Animal est è genere *Accipitrum* acuti visûs, articularibus Morbis obnoxius.

Est (Major (Niger, robustus: hic usitator.)
(Minor, rubeus, *Rotber Vogel*.)
(Rufus propemodum, *Regalis* dictus.)

OF-

fiat *Cataplasma* applicandum extrinsecus.

Magis compositum *Cataplasma* in Inflammatione Tonsillarum & Anginâ est hoc:

℞. *Nid. Hirund.* cum *Sterc.* No. j.

Flor. Samb. M. iij.

Concendantur, contendantur & coquantur vel in *Lacte* vel *Aquâ simplici*. *Decoctum* ad molliem subigatur cum *Oleo Chamæmeliso*, fiat l. a. *Cataplasma*, quod regioni Tonsillarum applicetur. Quibus, ubi pertinacior fuerit Tumor, etiam *Cepa* sub cineribus coctæ num. iij. possunt addi. Vel

℞. *Nid. Hirund.* num. ij.

Albi Græci,

Rad. Alb.

Lil. alb.

(quoniam emolliunt & suppurationem promovent) ana ʒj.

Flor. Chamom.

Melit.

Malvæ ana M. j.

Ficum pingue num. ix.

Cepar. (quæ ratione Salis volatilis penetrant egregiè, discutunt, & sic post Discussionem Suppurationem promovent) ʒvj. ad ʒj.

Contusa coquantur in sufficienti quantitate *Aque Prunelle & Sempervi*: trajiciantur per Setaceum: *Pulpe* trajectæ adde

Pulv. Hirund. vel *Noctuæ combust.* (nam hæc facit celerem Ruptionem, ubi postmodum audietis) ʒij. vel ʒiij.

Olet Liliorum albor. q. s. pro coctione *Cataplasmatum*.

Quod applicatum Faucibus, Gutturibus, aut Tonsillis inflammatis, est egregium Remedium.

Ipsè *Pulvis* etiam *Hirundinum*, & in specie *Stercus* eorum, mista cum *Melle*, & illitum internè in Anginâ vel Inflammatione Tonsillarum, est egregium Remedium, quod partim discutit, partim, ubi jam facta est Suppuratio, Rupturam, & Apertionem Abscessus promovet: sicuti idem illitum in Uvulæ Inflammatione, egregiè conducit.

Quod attinet *Stercus Hirundinum*, hoc est de natura Salis nitrosi volatilis seu ammoniacalis, potenter penetrat, incidit, attenuat, & Obstructionem ex Sanguine restagnante, indeque ortam Inflammationem removet; quia Sanguinem jam congruatum resolvit & dissolvit; & sic Inflammationem imminuit. Quod si non potest tollere Inflammationem, juvat internam Fermentationem in Sanguine, beneficio cujus Sanguis sensim sensimque in Pus abit, & ita facilius suppuratur. In Anginâ, ut dixi, est celebre, & loco *Nidi Hirundinum* potest commodè substitui, & sicut in *Gargarismatis* pro Discussionem & Suppurationem commodè additur *Album Græcum*; ita commodius longè potest addi *Stercus Hirundinum*, quod melius adhuc est in discutendo & suppurando. (L)

LVIII. MILVUS, MILVIUS. De hoc nihil est, quod dicam, cum non memini, me vidisse aliquando præscriptum. (M) LX. NO-

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Milvus incineratus*. 2. *Caput*. 3. *Epar*. 4. *Sanguis*. 5. *Fel*.
6. *Stercus*. 7. *Pinguedo*.

Vires.

1. *Milvus incineratus* Podagræ, Epilepsiæque subventre dicitur, exhibitus.

Dosis ℞. ad ℥j.

2. Idem de *Capite* affirmant, ac *Eparte incineratis*.

3. *Epar* insuper Oculorum Medicamentis adhibetur.

4. *Sanguis* Podagricos juvat, (cum *Urticâ mixtus & impositus*.)

5. *Fel* Oculariis additur.

6. *Stercus* Articulis cum successu imponitur.

7. *Pinguedo*. Articulorum Doloribus illinitur.

P R E P A R A T A.

Sunt qui *Milvum vivum* in F. Eq. 40. dies macerandum sepeliunt, & ex *Vermibus*, qui ex eo procreantur, Unguentum ad Dolores podagricos conficiunt. *Aldrovandus*.

LIX. MOTACILLA.

Passer aquaticus. Germ. *Bach-Steltze*, *Queck-Steltze*. [Alba, κόμπος. Flava, minor. Avis est circa Fluentes præcipue degens, Caudâ tremulâ.

OFFICINALIA NATIVA.

Ipsamet integra Avis. Cujus vis mirè prædicatur in atterendo Calculo, (*Pulvis potus*.) (Ω)

LX. NOCTUA.

Παύξ. Germ. *Nacht-Eule*, *Stein-Eule*, *Kautz*. Gall. *La chouwe Souris*.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Caro*. 2. *Fel*. 3. *Pinguedo*.

Vires.

1. *Caro* curat Paralyticos (*Plinio*.) Melancholicos, & similes (*Rabbi Moys*.) Apoptema Anginæ mirabiliter aperit & rumpit (*Cinis Noctuæ integræ, nec deplumata* in Guttur immisus.)

2. *Fel*, ad Maculas Oculorum valet.

3. *Pinguedo*, aciem Oculorum acuit.

LXI. OLOR.

Κύκνος, Cygnus, Germ. *Schwam*. Gall. *Le Cygne*. Avis est ad Genus Anserinum formâ & victu, ideoque & facultatibus accedens.

LX. NOCTUA. Ex *Noctua* imprimis in usum venit *Cinis* seu *Noctua combusta*, quæ cum *Melle* subacta & Faucibus illita mirabiliter Apoptema Tonsillarum, & Anginam suppuratam, maturat, teste *HARTMANNO* in *Praxi Chyriatr. pag. 113*. Eadem *Noctua combusta* Faucibus per Cannulam inspirata Anginam rumpere facit. Nam sæpè fit, ut Apoptema maturum non rumpatur, sed Æger tandem suffocetur: in tali casu *Noctua combusta* dicto modo inflata, est egregia. *Omnem* interim *Cinere* hoc facere credo, cum *Melle* subactum. (N)

LXI. OLOR. *Pellis Oloris* Colicos juvat, uti habet **AUTOR**, & ipse vidi; unde regioni Stomachi applicant, sed Fermentationem calidam hic magis agere, quàm specialem quandam vim, probabile est. Aliàs Olor est in paucis usu. (O)

LXII. PALUMBUS, (P) & **LXIII. PARUS**. (Q)
In paucis usu sunt

(Ω) Motacilla à Caudâ semper tremulâ. Sunt Motacillæ musciparæ quatuor species ab Aldrovando notatæ.
(N) Bubo Genus est Charletono, inter cujus species Noctua recensetur, sic dicta, quod noctu canat & volat.
(O) Olori seu Cygno peculiaris Tracheæ & Laryngis structura data est, ad suavissimum cantum. Vide tamen quæ de Voce, Dissertatione peculiari adnotavimus.
(P) Palumbus, seu potius Palumbes, tam Torquatus, à Torque quâ ornatur, quàm Rupicula, ad Columbarum Genus reducendi.
(Q) Inter Aves Canoras non infimum locum habet Parus, exigua Avicula. Hujus species Parus Major, Minor, Palustris, Caudatus, Cristatus, odorem juniperinum spirans.
(R) Passeres, quod passim volitent: nulla enim est Regio, nullum Anni tempus, quo (de Vulgaribus loquor) non conspiciantur. Innumeras Passerum species recenset Charleton.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Pulli*. 2. *Adeps*. 3. *Pellis*.

Vires.

1. *Pulli Cygni* in Oleo cocti, additâ *Medullâ Cervinâ*, Podagricis profunt.

2. *Adeps* emollit, lenit, attenuat, adeoque utilis est Hemorrhoidibus, Vulvæ duritiæ: Oculos purgat: cum *Vino Lentiginis* Gutis tollit.

3. *Pellis*, Plumis tenerrimis obita Colicos juvat, & Stomachi vitio laborantes.

LXII. PALUMBUS.

Πάλυξ, Palumbus, Germ. *Holtz-Danbe*.

Convenit cum *Columbâ*, exustæque Plumæ Ictericos reficere, Calculosis Urinæque difficultatibus subvenire dicuntur.

LXIII. PARUS.

Πάριος, Parus, Germ. *Meise*.
Carbonarius major, *Kohl-Meise*, *Spiegel-Meise*.
Caudatus, Monticola. *Schwarz-Meise*, *Berg-Meise*.
Cæruleus, Montanus. *Meel-Meise*.
Fuscus, Palustris, Cinereus, *Kohl-Meise*, *Afchmeise*.
Ater, Caninus, Carbonarius minor, *Hunds-Meise*.
Cristatus, *Strauß-Meise*, *Kosel-Meise*.

Et hic præfertur reliquis. Primus efficax prædicatur adversus Renum Calculos & colicos Cruciatos (in *Cibo* vel *Cinere* exhibitus.)

LXIV. PASSER.

Passer [Vulgaris. *Sperling*. Troglodites.

Germ. *Zaunschlepplein*, *Tburn-Konig*, *Schnee-Konig-Zaun-Konig*, *Nessel-Konig*, *Winter Konig*, *Moufz-Konig*.

N. Sunt qui à *Regulo* distinguant, eoque paulo majorem esse velint, Pennisque illis aureis, quas *Regulus* in capite alit, *Passerem* hunc destitui. Verùm cum utriusque vires convenient, alter alterius vices subire non nequit.

Vires. *Passer Troglodites* maximopere commendatur ad Calculum atterendum & expellendum, sive integer evulsis Pennis Sale conditus crudè devoretur, sive incineratus asumat.

Passer Vulgaris, quia Avis salacissima est, commendatur ad Venerem, comectus, præcipue *Cerebella*.

Stercoris

LXIV. PASSER VULGARIS. In usu est non tantum *Passer Vulgaris* seu *Communis*, sed in specie *Passer Troglodites*, Germ. *der Zaun Konig*.

1. Quod attinet *Passerem vulgarem* seu *Communem*, de illo noto, quod sicut est Animal salacissimum, ita ad stimulantiam Venerem solet usurpari: in quo usu præ aliis convenit *Sanguis & Cerebrum Passeris*, & quidem desumitur ex Passere in actu venereo transfosso. Et hic Sanguis & Cerebrum Passeris in Coitu transfossi fuit secretum Comitæ à *PAPPENHEIM*, non minus clari in Exercitiis Martis, quàm Veneris. Dicunt quidem, quod Passeres, quoniam laborant Epilepsiâ, etiam Homines reddant epilepticos: sed contrariatur Experientia, ubi ex illorum usu nulla secuta est Epilepsia: sin verò Epilepsia ipsum supervenerit, factum id potius est ex usu Veneris nimio, concitato à Cerebro Passeris.

Quod superius dixi de Murium Stercore in stimulantiam Alvò Infantum, id etiam verum est de *Stercore Passerum*, quod pulverisatum & propinatum Infantibus, non minus egregie eorum Alvum subducit. (R)

II. PAS-

Stercoris grana aliquot exhibentur Infantulis ad ciendam Alvum.

(Imò & Adultis subducit Alvum , imprimis collectum ex Moro .)

(*Passeris Ossa Pulverem Epilepticum* in Hispaniâ Regi commendatum ingrediuntur .)

LXV. P A V O.

Pavus, Pavo, Avis Medica. Germ. *Pfau*, *Pagelum*. Gall. *Le Paon*.

Avis est omnium reliquarum formosissima, vivacissima, (30. annos vivere potest,) unde & balsamicâ vi vigorosa, adeò ut Garo ejus sine corruptione per se diu servari queat.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Integer*. 2. *Adeps*. 3. *Fel*. 4. *Stercus* 5. *Penna*. 6. *Ova*.

Vires.

1. *Jus Pavonis* Pleuriticis specificè fertur prodesse, præcipuè si sit pingue.
2. *Adeps* (cum *Succo Ruta* & *Melle*) colicos Affectus optime sanat.
3. *Fel*, Oculorum hebetudini, Fluxionibus, asperis item Supercilliis medetur.
4. *Stercus*, proprietate Vertiginem & Epilepsiam sanat (in dies multos exhibitum ;) nimirum exsiccatum & pulverisatum (ʒj.) maceratur per noctem in *Vino* : hinc trajectum per Linteum exhibetur, continuando à Novilunio usque ad Plenilunium, aut amplius, si opus sit. *Crato* miscet cum *Saccharo* & exhibet.

II. PASSER TROGLODITES.

Passer Troglodites aliàs etiam vocatur *Regulus*, & specificè in Affectibus nephriticis & calculosis adhibetur; si enim assatus comedatur, sive calcinati *Cinis* adhibetur, est præservativum Calculi; sicuti etiam pulverisatus, & *Pulvis* in Doloribus nephriticis assumptus mirè Calculum ex Renibus & Vesicâ exturbat, & eorum motum promovet: de quo plura qui vult, videre potest *AMATUM LUSITANUM C. 6. Cur. 93.* uti etiam *CHARLETON in Tract. de Spiritu Gorgonico p. 161.* necnon *ZACUTUM LUSITANUM Lib. 2. Med. Princ. Hist. 129.* Valdè commendatur ab omnibus. Præter virtutem promovendi Calculum Renum, non minùs commendatur in promovendâ Urinâ suppressâ, in qua eodem modo usurpatus valdè convenit: adeò ut quidam dicant, quòd Urinæ Suppressionem desperatam *Regulus* hic calcinatus certo Experimento promoveat, etiamsi Abdomen insigniter jam intumuerit, & etiam à Calculo Vesicæ oriatur: sicut & *Gorlicenses* habent *Essentiam Reguli*, quæ est conveniens in tali casu: videatur de hac vi contra *Ischuriam* *HOEFERUS in Herc. Med. p. 180.* Novi quendam, qui in Paroxysmo Calculi ac *Ischurix affato Troglodite* in cibo comesto convaluit. (S)

LXV. PAVO. Ex Pavone imprimis in usu est *Stercus*, quod reverà egregium Experimentum est contra Vertiginem, & Epilepsiam Juniorum. Videatur imprimis *HEINRICUS à BRAHE de Medic. contra Epilepsiam*, uti etiam *BORELLUS C. 3. Obs. 15.* Usus est ut ʒj. tam in formâ Pulveris cum paucis Pulvere *Caryophyllorum* & *Sacchari* mistum, vel etiam in formâ liquidâ in haustu *Vini* maceretur, exprimatur, & ita adhibeatur. Alii

Recipiunt *Stercus Pavonis* ad M. j. (observando differentiam Sexûs, ita ut *Stercus Pavonis Maris* sumatur pro Curâ Epilepsix & Vertiginis in Mare; *Stercus Fœmellæ*, si sit curanda Fœmella; sed tamen non est de necessitate).

Macerant in *Vini* sufficienti quantitate, colant per Linteum, & *Vinum transcolatum* dividunt in tres partes æquales.

Primam Dosis propinant post Paroxysmum Vertiginis,

(S) *Quamquam vulgò Passer Troglodites cum Regulo (qui Trochilus quoque dicitur) confundatur; nihilominus Charleton Passerem Trogloditem inter Passeris species b. e. inter Aves Pulverulentas numerat; Regulum verò Avibus Canoris accenset, ex eoque diversum Genus constituit. Idem tamen Regulum hunc, etiam Passerculum Troglodytem appellat.*

(T) Pavo (fortè à *rdus* idem) quamvis exotica Avis, nobis tamen familiarissima ob pulchritudinem evasit. Quæ de Stercore ad Vertiginem prædicant, omninò vana non semel observavi.

(V) Perdix (si Pennas excipias delicatioribus Hystericis appetitas) Culinaris potius, quàm Officinalis Avis est: baud ego sapidissimam, ut vulgò ventur, expertus sum.

(Ex hoc *Syrupus Antiepilepticus* paratur.)

5. *Penna*, adhibentur in *Suffitu*, adversùs Uteri ascensum, *Quercetanus in Pharm. rest.* (Imponuntur etiam in Erysiipelace & Inflammationibus Mammillarum.)

6. *Ova*, exhibentur ad curandam Arthritidem vagam diutam.

(Ad Affectus Mammillarum utilia.)

LXVI. P E R D I X.

Perdix, Perdix, Germ. *Rebbun*, *Feldbun*. AVIS EN TALACISSIMA, vivacissima (ad annos 16.) vescens Gemmis Coryli & Betulæ, Gramine & Segete virente.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Caro*. 2. *Medulla*. 3. *Sanguis*. 4. *Jecur*. 5. *Fel*. 6. *Penna*.

Vires.

1. *Caro* comesta Semen atque Lac auget, Venerem excitat.
2. *Medulla*, ut & *Cerebrum* propinatum, *Ictericos* juvare dicitur.
3. *Fel*, ad Affectus Oculorum præfertur aliis.
4. *Sanguis*, Oculis Cruore suffusis, & recentibus eorum Vulneribus illinitur.
5. *Jecur*, siccatum ad ignem & pulverisatum Morbo Reigio resistit, singularisque fertur Antidotus contra Febrem, si aliquoties in *Aquâ Millefolii* assumatur. *Crato*.
6. *Penna*, inserviunt Suffocationi uterinæ (*Suffitus* Narius admotus,) Doloribus colicis, aliisque mitigandis, discutendis, (*fomentationis* formulâ adhibitæ,) & hinc cum *Menthâ* ac *Abrotano* in formâ *Sacculi* Infantibus familiare Remedium existunt ad Tormina Ventris compescenda.

LXVII. PICA.

& ante Novilunium, expectando Sudorem; secundam Dosis postridie; tertiam imminente Novilunio, ita ut subsequatur, benè conlecto Ægro, Sudor. Fuit experimentum *Comitisse à WALDECK*.

Alii, & quidem quædam Matrona, sic sanavit quosdam Epilepticos. Accepit *Acetum Florum Tunice*, & huic *Fæces Pavonis recentissimas* infudit, postea per Linteum trajecit, sicque novem continuis diebus mane propinavit. Imprimis elegans est Historia, quæ satis confirmat usum *Stercoris Pavonis*, in *QUERCETANI Diet. polyhist. Sect. 2. Tract. 1.* Unde non est inepta Conjectura *BARTHOLETI*, quòd si *Stercus* adeò sit efficax in Vertigine, *Cerebrum* futurum sit longè efficacius, cum & ipse dicat, quòd *Pavonis Caro* comesta sit optima, iis imprimis, qui laborant Vertigine. Simul tamen, uti rectè monet *AUTOR*, danda à Novilunio ad Plenilunium: observetur enim, quòd in Curâ Affectuum Capitis, Epilepsix, Apoplexiæ, Vertiginis, &c. semper sit inspicienda Luna, & danda Prophylactica ante Plenilunium & Novilunium. Propterea Cura Vertiginis inchoanda est à Novilunio, & finienda circa Plenilunium; vel si tardiùs absolvatur Cura, una Dosis est propinanda in Novilunio, & altera in Plenilunio: superiùs namque observavi, quòd magna sit vis Lunæ hac in parte, & nisi cautus est Medicus in Curatione Epilepticorum, quod attinet motum Lunæ, plùs officit, quàm quòd proffit. Commodè etiam additur *Clysteribus* in Epilepsia usitatis pro Stimulo, ubi commodè additur ad ʒss. vel ʒj. egregiè stimulat, simulque specificè prodest, si oriatur Epilepsia per consensum Partium inferiorum, si habeat nidum in Pancreate vel Mesenterio; vel aliis inferioribus Partibus.

Penna, quæ Speculum referunt, incisæ, & in *Cerevisiâ* vel *Aquâ appropriatâ* assumptæ, singulariter conferunt contra Erysiipelata, & Inflammationem Mammarum juxta vulgum. Ratio est, quòd habeat *Signaturam Mamme pendentis*: videatur *HARTMANNUS in Praxi Chymiatricâ pag. 157.* Quæ habet *AUTOR* de Pennis in Passione hysterica, sunt certa. (T)

LXVI. PERDIX. Quidam Pennas *Perdix* incendunt & suffumigant Mulieres hystericâ Passione laborantes: aliàs non solent usurpari. (V)

LXVII. PICA.

LXVII. P I C A.

K *τράξ*. Germ. *Aglaster*, *Egester*, oder *Atzel*. Gall. *La Pie*.
Vires. Avis hæc maximè commendatur ad Oculorum
 Obituritatem, Ruborem, Dolorem (comesta vel incinerata,
 Oculisque indita, vel quocunque modo apposta.)
 Convenit & Maniacis, Epilepticis, Melancholicis, (*Cinis*
 exhibitus.)

P R Æ P A R A T A.
Aqua Picarum Antiepileptica. Vid. l. 2.

LXVIII. S T R U T H I O.

S *Truthiocamelus*. Germ. *Strausz*. Gall. *L' Autruche*.
 Avis est maxima, exotica, facultate chylicâ celebris.
 N. Duos videre mihi contigit Londini Angliæ, quibus fa-
 cile fuit objectam Chirothecam coriaceam deglutire.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Tunica Ventriculi.* 2. *Adeps.* 3. *Ova.*
Vires.

1. *Tunica interior Ventriculi*, Ventriculum corroborat,
 Calculosque dissolvit mirè.
 2. *Adeps* Nervosis partibus convenit, Duritiem Lienis mol-
 lit, Dolores nephriticos mitigat (inunctus.)
 3. *Ova*. Calculosis conducunt. Hinc *Spiritus Salis* cum *Ovis*
Struthionis, rectificatus usurpatur.

LXIX. T U R T U R.

T *τρυών*. Germ. *Turtel Daub*. Gall. *La Touterelle*.
OFFICINALIA NATIVA.

1. *Integer Turtur.* 2. *Adeps.*
Vires.

1. *Turtur* vitibus cum *Columbâ* convenit: peculiariter ta-
 men commendatur in Dysenteria, ac præcipuè in sistendo
 Mensium profluvio, (sive *Cinis combusti Turturis*, sive
 exinde *Extractum* exhibeatur.) *Dosis* gr. 4. 6. sive *Turtur* de-
 plumatus & exenteratus insusâ in *Ventre Mastiche* ʒj. (*Ace-*
to rosaceo, inter assandum asperso, *Butyri* loco,) affetur, post-

LXVII. **PICA**. *Pica* affata aut elixata, atque comesta
 singulariter prodest iis, qui per Maleficium
 sunt ligati, & ad Venerem impotentes.

Item *Cinis Picarum* cum *Aquâ Fœniculi* benè subactus, &
 Oculis applicatus mirabiliter in iis confortandis con-
 venit. (X)

LXVIII. **STRUTHIO**. De *Struthione* imprimis in usu
 sunt *Testa Ovorum*, egregiè diureticæ & li-
 thontriptricæ; unde *Liquores nephriticos* & *Pulveres nephri-*
 ticos, necnon *Pulverem Volckamerianum*, ingrediuntur. Sed
 an præ Testis Ovorum Gallinaceorum singularem habeant
 prærogativam? meritò dubitatur. FORESTUS l. 20. *Obs.*
 3. in *Arthritide* vagâ laudat. (T)

LXIX. **TURTUR**. *Turtur* egregium Remedium est
 FORESTI, cum *Mastiche* affatus, tostus, &
 pulverisatus, contra nimiam Hæmorrhagiam uterinam:
 imò in Dysenteria, uti videri potest in SENNERTO lib.
 4. *Præcor Capite de nimio Mensium fluxu* p. 175. Et hunc
 Pulverem *Turturis*, quem commendat simul HART-
 MANNUS in *Præci Chym.* ceu expertum à se ipso, in Mu-
 liere nimio Mensium fluxu laborante, laudat LINDA-
 NUS in *Colleg. super Hartmannum*. Confirmat hoc HIL-

(X) *Pica*. *Alarum brevitatem Caudæ longitudine compensat*. Nidum in altis arboribus construit, undique clausum,
 bino tamen foramine relicto, uno nempe quod ingrediatur, altero quo Caudam emittat. Est ejus species *Garrulus Bohe-*
micus Gesnero, *Ampelides Aldrovando dicta*, cujus cicurata ingenium sæpenumerò miramur.

Cave ne *Picam* cum *Pico Martio dicto* confundas. Hic enim longè diversum Avis Genus est, inter *Insectivoras*
 non *Carnoras à Charleton recensitus*. Marti sacer, unde *Picus Martius*: *δενδροκολάπτης*, & *ξύλοκόπος* Græcis
 dictus, quia Arborum truncos rostro perforat. Hujus species *lynx* & *Collitorques dicta*, Rostro item *Ligna*
tundis, *Formicasque* in iis latentes strepitu elicit, exertâ dein longissimâ *Lingua* illas allicit, ut adhareant: demum ea
 retractâ vorat. Hæc ergò inter ceteras Aves sola pabulum suum Rostro non attingit. *Lingua* Pici accuratissimam & pe-
 culiarem, pro dicto munere, structuram, ad accuratissimum examen revocatam, adversus *Borelli* & *Perraultii* senten-
 tiam, habet *Dñus Mery*. Acad. Reg. Scient. Anno 1709.

(Y) *Struthio grandis avis*, *Struthiocamelus* quoque dictus, à similitudine quâdam *Crurum* (potius *Dorsi* & *Col-*
li) cum *Camelo*. *Plumæ* potius ad ornatum quàm ad volatum data: imò & eadem *Truculentorum Militum Pileis* non
 inconcinnum addunt ornamentum. *Ferrum* ut & *Lapides* aliæque dura corpora *Struthiocameli* deglutunt, non quod iis
 nutriantur, sed ut aliorum ciborum faciliori attritu favcant.

(Z) *Turtur à sono*, quem gemens edit, sic dictus, inter *Columbarum* species meritò recensetur. *Turturis Masti-*
che facti, atque affati *Cinis*, efficax est ad nimiam *Uteri Hæmorrhagiam* remedium.

(A) *Vespertilio lucem refugiens*, vespere tantum volat, unde nomen. *Mediæ* inter *Avem* & *Murem* natura *Ve-*
spertilio est: *Corpus* instar *Murium pilosum*, *Alæ membranosa*, *Pedes murini*: *Viviparum Animal*, pullosque ubert-
 bus admotis lacat.

(B) *Upupam à sono*, quem volatu edere solet, dictam volunt. *Avis* nobis familiaris, *Alas* habet fuscis, nigris,
 albisque pennis interstinctas: præcipuè autem notabilis *Cristâ* quâdam elegantî pennarum, quam pro affectibus suis nunc
 erigit, nunc demittit.

(C) *Vultur avis* est inter *Carnivoras* voracissima, rostro adunco, oculis fœdis, truculentis. Hujus plures nime-
 rantur species.

modumque in Ollâ clausâ exsiccetur, atque in *Pulverem* con-
 vertatur, & *Cochl. j.* singulis mane exhibeatur.

2. *Pinguedo* inter assandum collecta illinitur *Renibus*,
Ventri, *Pectori*, *Inguinibus*, &c. Vide *Forestum* lib. 28. *Ob-*
servat. 10.

N. Sunt è *Podagricis*, qui sibi persuadent *Paroxysmos* arce-
 ri, *Podagramque* præcaveri, si in *Gubiculo Turtures* alant.

LXX. U P U P A.

E *τράξ*. Germ. *Wiedehopff*. Gall. *La Huppe*.
 Avis est melancholica, spurcissima, visitans *Vermi-*
culis in *Stercore* reptans, *Erucis*, *Scarabæis*, &c.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Caro.* 2. *Penna.*
Vires.

1. *Caro* ejusque *Decoctum* proprietate suâ *Colicos* juvat,
 (assumpta.) *Avicenna* *Fen.* 16. tr. 4. c. 11.

2. *Pennæ*, Dolores *Capitis* demulcere dicuntur, (impositæ.)

LXXI. V U L T U R.

V *τράξ*. Germ. *Geyer*. Gall. *Le Vautour*.

Avis est pollens *Facultatibus animalibus*, ac præcipuè
 Odoratu.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Caro.* 2. *Pinguedo.* 3. *Cerebrum.* 4. *Fel.* 5. *Penna.* 6. *Fimus.*
Vires.

1. *Caro* convenire judicatur *Affectibus Capitis*, *Epilepsiæ*,
Hemicrania, & similibus. *Decoctum* *Cutis* vitia sanare perhi-
 betur.

2. *Pinguedo* convenit *Nervis*.

3. *Cerebrum* subvenit *Capitis imbecillitati*, (illitum vel
Naribus inditum.)

4. *Fel.* *Epilepsiam* arcere dicitur, (assumptum cum *Vino.*)

5. *Pennæ*: de *Pennis* nugantur si *Pedibus* subdantur, quod
 Partum potenter promoveant.

6. *Fimus*, nidore Partum excutit.

DANUS, qui refert, se hoc Medicamento aliis irritis cu-
 rasse *Dysenteriam* citra spem. *Dosis* est à ʒʒ. ad ʒj. (Z)

V E S P E R T I L I O.

V *Vespertilio* neglecta est ab AUTORE; nihilominus
Sanguis Vespertilionis illitus *Hypochondriis*, mirabili-
 ter convenit pro compescendo *Dolore* in *Morbo Ileo*, vel
Miserere mei, uti videri potest in *JOELIS*, *Præci Po-*
merant, *Præci* p. 175. & *FORESTI* *Obs. l. 21. Obs.* 23.
 qui ceu singulare commendant Experimentum: & quidem
 non tantum illitus *Hypochondriis* sedat *Dolorem Ilei*, sed
 etiam si *Sanguis* discerpti *Vespertilionis* illinatur *Ventri-*
culo: eundem sistere dicitur. Aliàs, quod obiter noto, *Em-*
bra Serpentum in *Oleo Rosarum* decoctæ, & *Ventriculo* ap-
 plicatæ, seu singulare in *Ileo* commendantur Remedium.
 Observetur interim hoc, quoniam in *Ileo* est *Dolor* intole-
 rabilis; unde, si illito *Sanguine Vespertilionis* potest sedari,
 est eò melius Remedium. (A)

LXX. **UPURA**. (B) *Upupa* non est magni usûs; neque
 etiam

LXXI. **VULTUR**. (C) Hæc de *Volatilibus*.

CLAS-

C L A S S I S T E R T I A .

D E

P I S C I B U S .

Pisces pauca suggerunt, nisi Substantias resfaceas & lapideas. Interdum tamen & ex Partibus mollibus

aliquid in usum medicum venit. (D)

LXXII. ANGUILLA.

EΓΧΕΛΙΣ. Germ. Aal. Gall. Une Anguille.

O F F I C I N A L I A N A T I V A .

1. Pinguedo. 2. Caput. 3. Sanguis. 4. Epur. 5. Exuvia. Vires.

1. Pinguedo Vulneraria est, Capillos generat, (illita in Alopecia;) Auditum restituit, (instillata Auri;) Hæmorrhoides mitigat.

2. Caput Anguilla Verrucis Cutis mederi aiunt, scilicet si Caput sanguinolentum adhuc, quo Verrucæ tactæ sunt, terrâ cooperiatur, ut putrescat.

3. Sanguis adhuc tepidus colicos domare Dolores dicitur, (cum Vino assumptus.)

(4. Epur cum Felle siccatum pulverisatum, exhibetur in difficultate Partûs in Vino, magnitudine Avellanæ.)

(5. Exuvia circumligantur Membris luxatis, Sale condita, & fumo exsiccata: ad procidentiam Uteri usurpantur in Saffumigio.)

N. Sunt qui dicunt Vinum, in quo Anguilla suffocata fuerint, abstemios reddere, bibitum.

P R E P A R A T A .

Aqua destillata. Phthificis & Hæticis utilis.

LXXIII. BARBO.

Tριγλιν, Barbo. Germ. Barbe, Barine. Gall. Un Barbeau. Piscis est Culinis satis laudabilis.

Officinis autem in usu non est, Ova tamen Ruricolis nonnullis assumuntur ad ciendum Vomitum & Alvum, quod set violententer perficiunt.

LXXIV. BLATTA BIZANTIA.

Oρυξ, Unguis odoratus.

Testa, seu Tegumentum est Conchylii, Odore Castoreum æmulans.

N. 1. Conchylium, (Conchyliis Indica) est species Concharum oblongarum, quæ in Lacubus nardiferis nascens, Nardis

LXXII. ANGUILLA. Anguilla Pinguetnem pro restituendo Auditu commendari asserit **AUTOR**; & rectè. Modus hic est: Ex Anguilla, dum assatur, exstillat Pinguedo, quæ ipsa excipitur Foliis Lauri, & tepidè instilletur Auribus, post obturandis; idque, vel solum, vel additis Olei destillati Anisi aliquot guttis.

Imprimis quoque Pinguedo Anguilla ad prognerandos Capillos illita Capiti. Præterea quoque mista cum Oleo Monardica commendatur valde, in compescendo Dolore Hæmorrhoidum.

Porro Jecur ejus in usu est, quod satis grande. Perforatum nimirum, blando igne exsiccandum, & Remedium specificum singulare & optimum suggerit in Partu difficili, dosi ʒss. Imò **HELMONTIUS** Tract. Jus Duum-Virat. §. 46. pag. 247. **BOYLE**, **LUDOVICI** in Pharmac. pag. 578. aliique plures incomparabile id Remedium esse, asserunt. Exsiccetur autem unà cum Felle, & pulverisetur ad usum. Juxta Hepar Anguilla, quod obiter moneo, Jecur seu Hepar Serpentis non minoris est usus, & ejusdem ferè efficaciam cum Hepate Anguilla. In Nyctalopiâ etiam Anguilla Hepar laudatur in M. A. N. C. Ann. 3. Observat. 133. pag. 208. ex **PANAROLLO** Pentec. 3. Obs. 49.

Pellis seu Cutis Anguilla, sive recens, sive salita, elegans & mirabile Remedium suggerit in Procidentia Uteri, seu in Prolapsu Sinûs Pudoris, ubi Suffitus inde instituatur, ut Prolapsus, ita repositus melius firmetur, & in loco suo retineatur; quo Dn. **D. MICHAELIS** felicissimè usus. Id quod etiam confirmat **SENNERTUS** Lib. 4. Præcox pag.

96. & 97. Videri etiam potest **FERDINANDUS** Hist. Med. 39. Aliàs, quod notetur, in tali Prolapsu Uteri Suffitus, factus ex Ovo putrido & corrupto, est Experimentum melius, si scilicet Ovum putridum & corruptum integrum imponatur Carbonibus; sic enim fit, ut rumpatur cum impetu & crepitu, à quo perterrefacta Ægra unà cum Odore gravi & exhalante curatur, nam Terror per se in tali casu prodest. Cæterum observetur, me loqui jam secundum communem styllum: nunquam enim fieri potest talis Uteri Prolapsus, nisi fiat omni modo ruptura Fasciculorum Uteri; sed id quod propendet, est tantum Vagina Uteri aut ejus Rugæ nimis laxatæ: videatur **BARBETTE** Praxis c. 10. & Chirurg. P. 1. c. 8.

AUTOR dicit, quod Vinum, in quo viva perierit Anguilla, Homines Vinum per Vitæ spatium abhorretere faciat, & abstemios reddat. Hoc dicunt, sed Experientia docuit, quod sit falsum; ne decipiamur: videatur **SALMUTH**. C. 3. Hist. 12. (E)

LXXIII BARBO. De Barbone videantur, quæ habet **AUTOR**. **TIMÆUS** Cholera Morbum excitatum esse observat ex esu & usu Ovorum Barbi, quam beneficio Alexipharmacorum & Bezoardicorum curavit. Ut igitur Cibum satis laudabilem & nobis convenientem suppeditent Barbi, cauti tamen sumus in eorum Ovorum usu. (F)

LXXIV. BLATTA BIZANTIA. Blatta Bizantia species Concharum est, quare de Conchis suo loco

(D) Squamarum Piscium admirandam structuram curiosissimè prosequutus est **Dñus** Reaumur, A& Acad. Scient. Anno 1716. Singula Squamæ videntur veluti integrum Tectum, ex innumeris Tegulis continnè dispositis coagmentatum: Tegulae autem sunt Lamellæ quaedam exilissimæ ac item durissimæ, solo Microscopio conspiciendæ, quæ sibi invicem affabrè adpositæ vel superimpositæ Squamam constituunt. Lamellarum autem veluti Officina sunt Piscis Intestina: in quibus materia ad hoc opus apta, imò & ipsarum Lamellarum rudimenta, primum ex Cibi digesti portione confinguntur, ac deinde per Canales quosdam peculiare ad Cutem usque asportantur, ad Squamarum fabricam. Hoc admirandum Naturæ opificum idem Autor evidentissimè primum deprehendit in Pisce quodam, Sequana familiari, Albula dicto, sub cujus Squamis Lamellæ dictæ clarissimè visuntur, eo quod argenteum splendorem reddant: eoque splendore non solum Piscis univèrsa Cutis, sed & interna Intestinorum & Ventriculi superficies fulget. Materia hæc ex argenteis Lamellis in Albula Pisce confata, ea est, quæ utuntur Artifices ad Margaritæ factitias, Orientalibus Margaritis simillimas, fabricandas: vitreos enim Globulos argenteâ & splendente illâ materia induunt, ac aded exactè poliunt, ut nonnisi magis circinata rotunditas, & excedens nonnunquam magnitudo, quæ veras superant, illarum prodant falsitatem.

(E) Anguilla ab Anguis similitudine. Viviparam esse extra omne dubium est. Accurata Anguilla Anatome Meatum quendam peculiarem ostendit, multis foraminibus pertusum, à cavitate circa initium Spinæ dorsæ incipientem, atque ad caudam usque decurrentem: bujus usum determinare haud ausus est diligentissimus Anatomicus, Nicolaus Steno. Ex Anguillarum cartilagineis Exuviis, aliisque Adstringentibus Simplicibus, Emplastrum ad Herniam in principio repellendam, vulgò in Officinis componitur.

(F) Barbo & Barbus propriè dictus, Piscis est squamosus, fluviatilis, sic dictus à cirris, qui ex utroque ipsius labro dependens. Quamvis autem Barbum eundem esse Piscem velint, ac τριγλιν Aristotelis, caveo ne cum Italarum Triglia confundas: Hæc enim Mullus est Latinorum, cujus quaedam species etiam barbata. Mullus tamen Piscis est marinus litoralis, squamosus, inter salubriores simul ac suaviores connumerandus.

dis vivit, unde & Testa Odorem Castorei æmulum spirat.

N. 2. Sunt qui Conchylum & Purpuram seu Buccinam inter se confundunt, sed male; illud enim est ex genere Concharum oblongarum; hoc ex genere rotundarum.

Vires. Unguis odoratus internè laxat Alvum, Splenem mollit, vitiososque Humores discutit.

Externè excitat Suffitu Fœminas strangulatu Uteri oppresas, Comitialesque. In reliquis idem præstare poterit, quod aliæ Concharum Testæ. Vide Concha.

N. Blatta Dioscoridis sunt è genere Vermium, nobisque incognitæ.

LXXV. C A N C E R.

Kαρκινός, Καρκυρος, Astacus. Germ. Krebs. Gall. L' Escrovisse.

loco ejus mentio fiet. (G)

LXXV. CANCER. Cancer imprimis duplex in usum venit: *Vulgaris* seu *Fluviatilis*, propriè *Gammarus*, qui in Lacubus & ubique in nostris Regionibus reperitur, & *Astacus*, qui rotundus & rarus est apud nos, in locis autem maritimis reperitur, & nostratibus oblongioribus præferri solet.

Quod attinet *Usum*, notum est, quòd *Cancris* sint egregium *Alimentum*, vel potiùs *Alimentum medicamentosum*, quàm simplex *Alimentum*, & optimè solent conducere illis, qui laborant Febre Hecticâ, & qui inclinant ad Phthisin, Tabem, aut vel Pulmonum, vel Renum, aut aliarum Partium Exulcerationes. Unde in Hecticâ, similibusque Casibus ac Affectibus, *Butyrum Cancrinum* paratur: de quo superius locutus sum sub *Bovè*, ubi dedi ejus Præparationem; quale etiam videbitis in *SACHSII Gammar. pag. 313. & 828.* Egregiam etiam obtinent *vim diureticam* ciendi Urinam, ratione Salis volatilis urinosi, temperati à paucò Acido. Propterea, quoniam totus Cancer, quantus est, *Vulnerarius* est, quæ vis vulneraria, in singulari eorum Alkali fundata, magnificienda est. Sicut in Regno tam Vegetabili quàm Animali observare est, multa Diuretica esse simul egregia Vulneraria: videantur *Scripta HELMONTII*. Propterea, & quoniam sunt toti vulnerarii, non immerito optimo cum successu ingrediuntur *Potiones Vulnerarias* unà cum *Vulnerariis Vegetabilibus* aliis: id quod primus docuit *POTERIUS in Pharm. Spagy. Lib. 1. cap. 2. Sect. 1. pag. 320.* qui describit *Decoctum Vulnerarium*, cujus miras virtutes non potest satis deprædicare; cujus hæc est *Compositio* non inelegans:

℥. *Astac. fluviat.* Num. xx.

Rad. Aristol. ros. ℥ss.

Symph. maj. ℥j.

Fol. Bugule,

Alchimilla,

Sanic.

Agrymon.

Betonic. an. M. j.

Bullant in sufficienti quantitate *Aquæ communis & Vini*, fiatque *Decoctum*.

Hoc partim extrinsecus, partim verò intrinsecus, hauriatur ad ℥vj. bis in die, quatuor horis ante pastum: cui addit *POTERIUS ℥j. Syrupi Capillorum Veneris*, & si Sitis adsit, totidem *Syrupi Limonum*. Extrinsecus si Ulcus sit cruentum, addit *Salis communis* part. j. item *Myrrhæ* aliquando ℥ss. & alia, pro ratione Symptomatum Vulneribus supervenientium. Valdè istud commendat *POTERIUS*, dum dicit quòd mira sit ejus vis etiam in Vulneribus deploratis internè & externè. In præcis & dissectis Nervis, Tendinibus ac Ossibus, quæ sunt Vulnera peritum requirentia Chirurgum; & propterea meritò notandum hoc *Decoctum*.

Cancris ulterius conveniunt in præcavendo Abortu, si ve propinetur Mulieri gravidæ *Succus Cancrorum* cum bono *Vino* expressus, uti vult *HARTMANNUS in Praxi chymiatricâ pag. 282.* si ve *Cancris fluviatiles* cum *Jusculo Pullorum* contusi propinentur, uti vult *JOEL in Pr. pag. 289.* si ve ipse solum *pulverisatus* propinetur. Porro commendantur ad malignos Serpentum Morsus à *WORMIO in Museo l. 2. cap. 4. pag. 248.* *Pulverisandi* modus est talis:

℥. *Cancris fluviatiles* in Plenilunio capti:

(quoniam Plenilunium est legitimum tempus colligendi Tom. IV.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Cancer integer, i. e. Substantia edulis.* 2. *Oculi.* 3. *Putamen.*

Vires.

1. Refrigerant *Cancris*, homectant, Dolorem sedant, ferocientes Spiritus figunt.

Hinc usûs præcipui in Æstu, ac Dolore Capitis ac Renum, (contusi ac cataplastmati,) in Oris Ulceribus. In Anginâ (sit *Gargarismus ex Succo Cancrorum*, imò & internè *Succus* exhiberi poterit). In Atrophiâ (exhibetur internè *Succus* cum *Aquâ*, vel *Succo Chelidoniæ*, vel cum *Butyro cottus*;) Externè fieri potest *Emplastrum ex Cancris tuffis, Epate Vitulino*, atque *Oleo Olivæ, Laurinoque*. Tela ac Spicula è Corporebus extrahunt (triti & impositi.) Valent & in Igne Persico ac Ambustis. (In Doloribus scorbuticis, Fistulis.)

2. *Oculi*

di Cancros: observatum enim est, quòd crescente Lunâ etiam contenta in Cancris crescant, decrescante verò Lunâ denuò & illa decrescant: ponantur in Vase terreo non vitreato ad os Furni, ut exsiccentur paulatim, & non crementur: exsiccati *Cancris* pulveriscentur in Mortario lapideo; qui *Pulvis* internè est *Specificum POTERII in præservando Abortu* à ℥ss. ad ℥j. Cum *Sale* quodam fixo vegetabili, & *Aquâ appropriatâ*, Intermitteutes curat per Sudorem.

Præter hos & alios usus *Pulvis* hic confert egregiè *vi diureticâ*, mirè curat Ulcera Renum & Vesicæ, & præferendus est longè *Cincribus Cancrorum*, utpote qui sunt pura *puta Calx*: item ad Sanguinem congruatum resolvendum multum etiam confert.

Brodium, seu *Jusculum Decoctiois Cancrorum*, Alvum solvit, assumptum. Item ad Scorpionum & Viperarum Morsum è *Vino* per se bibuntur *Cancris*; qui etiam cum *Crußâ triti & Plagæ* impositi seu adhibiti, auxiliantur Morsui *Viperæ*.

Extrinsecus magni sunt usûs *Cancris*, si scilicet contundantur, & vel soli, vel cum aliis, instar *Cataplastmatis* applicentur, vel ex contusis *Succus expressus*, seu instar *Fomenti* admoveatur: & ita *Succus Cancrorum expressus*, vel solus vel cum aliis, egregium præbet Medicamentum in Cephalalgia Febrium Ardentium & Malignarum, imprimis si simul adsit metus Delirii aut Phrenitidis: sic enim *RULANDUS in Thes. Medico Practico* habet egregium *Frontale*, quod ipse in graviore Capitis Dolore & Delirantibus semper cum felicissimo successu adhibuit, cujus hæc est Descriptio:

℥. *Cancr. fluviat. viv.* Num. xx.

Aceti rosac. ℥v.

Contundantur in Mortario & fiat *Epithema*.

Similiter felici cum successu usurpatur in Phrenitide & Insaniâ, superveniente Febribus Malignis: addi potest, pro varietate circumstantiarum, aliquid de *Opio*, *Croco* & *Campborâ*, & tale *Epithema compositum* potest fieri hoc modo:

℥. *Aquæ Sperm. Ranar.* ℥viiij.

Succ. Cancr. fluviat. ℥ij.

Croci ℥j.

Opii Aceto correcti ℥ss.

Campb. ℥i.

Misce pro *Epithemate*: Quod in Phrenitide, Febribus Malignis, Ardentibus, item in Cephalalgia similibus Febrium, est elegans expertum Remedium.

Item in Ardoribus, Doloribus & Spasmis Renum undecunque natis, in Nephritide & Calculo, vix melius est Remedium ipsi *Cancris fluviatilibus* contusis & applicatis. Præterea quoque externè quascunque Inflammationes sistunt *Cancris*, & *Succus* ex iis expressus, quoniam in omni Inflammatione est Acidum coagulans Sanguinem, & efficiens ut itagnet, & sic Inflammationem inducat. Hoc Acidum ob Sal volatile urinosum temperatum, ratione cuius refrigerare, item Dolorem sistere dicuntur, corrigunt & refrænant *Cancris fluviatiles* & *Succus expressus*; hinc non potest non fieri, ut sublata causa tollatur effectus. In Anginâ, quòd sit expertissimum Remedium *Succus Cancrorum fluviatilium* cum *Succo Sedi* expressus, & pro *Gargarismate* usurpatus, dixi de *Sedo*: de quo etiam videre potestis hinc inde apud Autores. In Ambustis & Combustionibus vix melius habetur *Succo Cancrorum fluviatilium* recenter expresso. Sicut & in Faciei rubore *GRULINGIUS* sequens

M m m

Unguen-

(G) Blatta Bizantia, seu Unguis odoratus dictus, exoticum est Conchylum, in lacubus India stabulans: Nardo vesci ajunt, unde odor ipsi accedit, qui sensim exhalat. Unguis ad nos allatus non solum odoratus non est, sed usus Corvi usum potiùs, quàm Castoreum olet, ut vulgò ajunt.

2. *Oculi Canceri* (*Lapides Canceri*) refrigerant, siccant, abstergunt, discutunt, Calculum atterunt, Tartarum & Sanguinem coagulatum resolvunt.

Hinc usûs magni in Nephritide, Pleuritide, Asthmate, Dolore Colico, &c. sive crudi, tritique assumantur, sive usi & preparati: inserviunt itidem Dentibus abstergendis.

3. *Putamen* (*Testa*) eisdem cum Oculis dictis vires obtinet. Insuper Scabiem Puerorum ex falsis Humoribus sanat (*Oleo rosaceo permixtum & illitum*), Febrium intermittentium Paroxysmos arceat.

N. Præstat Putamen novellum tenuius, quo induuntur, postquam crassius deposuerint annuatim.

P R E P A R A T A.

1. *Cinis Cancrorum* (i. e. *Canceri combusti*), exsiccatorius

Unguentum commendat;

℞. *Cancr. fluxias*. Num. xv.
quibus contusis adde

Olei Amygd. amar. ℥ij.

Vitell. Ovor. ℥iij.

Bulliant ad humiditatis consumptionem, post coletur.

Vid. *Praxis ejus Med.* p. 3.

Ex eodem fundamento, uti superius innui, in Ulceribus sordidis & Fistulis *Succus Cancrorum fluxiatilium* cum *Succo Nicotiana* infusus vel injectus est elegans Remedium, de quo dixi sub *Nicotiana*. Hinc *Clysmata ex Decoctis Cancrorum*, item eorum *Succo* in Dysenteria, ubi Intestina crassa, aut etiam Rectum, læsa fuerint, optimo cum consilio injiciuntur.

Lapilli Cancrorum communiter *Oculi Cancrorum*, sed falsò, dicti, multùm differunt ab *Oculis* veris nigris in Capite repositis, cum hi super Stomachum potius concresecant. Nam de *Oculis* veris nigris in Capite repositis noto, quòd si quis ℥ss. vel ℥j. illorum in *Pulverem* redigat, & assumat, habebit *Pulverem* egregie purgantem, auctore DEODATO in *Panib. Hygias. l. 1. c. 44*. De *Lapillis* verò *Cancrorum* alia est ratio, nam hi in primo exortu nihil aliud sunt, quàm Liqueor lacteus, seu Liqueor tenuis aquosus Lacti haud absumilis. Hic Liqueor, dum mense Julio, Junio & Majo ægrotant *Cancri*, obdurescit in Substantiam lapideam, & sicuti sunt super Stomachum: videatur HELMONTIUS de *Lib. cap. 7. §. 32. pag. mibi 67*. ubi eorum naturam & crescendi modum optimè tradit. Reperiuntur hi *Lapilli*, quando deponunt antiquam Crustam, & dictis mensibus novam induunt: nova hæc Testa ex Cuticulâ illâ, qua involuti reperiuntur *Lapilli*, renascitur, unde Testa recens est omninò mollis, quæ tamen beneficio Acidi subtilis oculi sensim sensimque induratur. Rarum est quod habet PLATERUS *Obs. Lib. 2. pag. 63*. quòd in Lingua humanâ reperiuntur *Calculus*, similis *Lapillis Cancrorum*. Utraque & Testa & *Lapilli*, turgent Sale volatili alcalino, minus tamen acri, sed Acido subtili temperato.

Hi *Lapilli Cancrorum* magnum habent effectum absorbendi quodvis Acidum vitiosum in Corpore stabulam, imbunt hoc promptè, insimulque coeunt cum eo in Saporem salis tertium. Unde ratione prioris virtutem habent refrigerandi, & in pluribus Morbis conveniunt, in corrigendâ Sodâ v. g. seu Ardore Stomachi, ab Effervescencia acidâ oriundâ, Colicâ, aliisque Torminibus Alvi, Passione hysterica, & similibus Affectibus ab Acido oriundis, in Pleuritide, Anginâ, Erysipelate, & similibus Affectibus ab Acido natis, ubi vel soli sufficiunt pro Curâ destruendi Acidum, Sanguinem coagulans, quia dissolvunt Sanguinem quemcunque congruatum, illumque per Sudorem & Urinam expellunt. Porro contra Febres Intermittentes quascunque, præmissis Vomitu, ante Paroxysmum optima sunt Medicamenta, in specie in Quartanis, sive crudi pulverisati & propinati, sive calcinati, imprimis ubi nimium Frigus excedit, ubi pro Curâ sufficiunt; impediunt enim agitationem Massæ Sanguineæ, & virtute absorptivâ potenter sistunt. Unde novi continuo usu Quartanam *Lapillis Cancrorum* in dosi à ℥ss. ad ℥j. curatam: qui Pulvis, si videatur debilior, optimè permisceatur cum *Saccharo Saturni*, & hoc Medicamentum est Arcanum in Quartanâ, & quidem imprimis, si affectus simul sit Splen. Contumacissima certè Quartana per *Lapillos* hos cum Saturni *Saccharo* junctus, curata est, aliis verò in Febribus optimo consilio conjungatur cum *Tartaro vitriolato*. Præterea, dum cum Acido in primis viis coeunt in tertium Salsum, sunt absterfivi, resolutivi, insigniter diuretici, &c. unde etiam in Strangu-

ria, Dysuria, Suppressione Urinæ quacunque, & in Calculo, optimum curativum & præservativum sunt; absorbent enim Acidum, Arenulas & alia Mucilaginosa in Calculum coagulans; unde LUDOVICI in *Pharm. p. 448*. *Pulverem Nephriticum* componit ex *Lapillis Cancrorum*, *Cinabari nativâ*, & *Pulvere anodyno*. Quando autem vis diuretica in Calculo pellendo intendenda, miscentur optimè cum *Sale volatili Succini*, v. g.

℞. *Lapill. Cancr. præp.* ℥ss.
Salis vol. Succini ℥ss. M.

Conf. WEDELI *Pharmac. p. 7*. ubi simul *Sperma Ceti* addit. Aliàs vel crudi à ℥ss. dentur pro scopo nephritico, diuretico, & Sanguinis coagulati resolutivo, vel *Vino infusi*, vel cum *Cochleari Aceti* sumpti. In Casu ab alto Remedium sunt expertissimum, imprimis quando coagulatus est Sanguis ab Acido. Præterea cum Medicamentis in Casu ab alto admiscenda sunt vel *Purgantia* vel *Diuretica*, ut Sanguis coagulatus dissolutus per convenientes vias evacuetur; in tali casu præscribuntur *Lapilli Cancrorum*, quippe qui, præter vim vulnerariam, quoque habent vim diureticam. Illustrè hujus rei Exemplum refert LINDANUS in *Coll. Præf.* de Fabro quodam lignario, ob Casum ex alto, & duas Costas fractas, copiosissimum Sanguinem expulente, quem cum *Decocto Herbarum Vulnerariarum* in die bis hausto feliciter curavit; cui *Lapillos simul Cancrorum* addiderat in *Aceto* solutos. Sic brevi post Sanguinem grumosum per Urinam ejecit, & convaluit cum omnium miraculo. *Lapilli* hi mirè conveniunt pro usu vulnerario & ulcerario, in Febribus Vulneribus supervenientibus, aliisque Symptomatis horum præcavendis; quoniam arcent Acidum in primis viis, ne ex ejus abundantia & corruptâ Massâ Sanguineâ augeatur corrosio in Ulceribus & Vulneribus. Et quidem propinantur vel cum *Vino acidiusculo*, vel cum *Aquâ appropriatâ*, cui addendum est tantillum *Aceti destillati*; sic affuso *Vino* vel *Aceto* invicem effervescent & ebullunt, propter lustam Acidi in *Aceto*, & Principii alealini in *Lapillis*. In his *Mensuris* in totum serè dissolvuntur, ita, ut *Acetum* vel *Vinum* lixiviosum gustum acquirant; & licet corrodantur ab *Acido* vel *Vini* vel *Aceti*, non tamen nocet, sed propter saporem lixiviosum potius juvant, ut similiter & fortius possint operari in Corpore humano, teste SYLVIUS in *Præxi* & HELMONTIO, qui inter alia *Lapillos Cancrorum* valdè commendat. Objiciat quis: *Vinum* nocere *Vulneribus*, & ubi propter Inflammationem *Erysipelas* supervenerit, majorem inferre Dolorem. Respondeo: *Lapillos* hos destruere Aciditatem *Vini*, & ita destructò hòc in sua virtute exaltari: hinc & bibacibus, Arthritidi aut Nephritidi obnoxii, *Lapilli* hi ad ℥j. propinati optimum Prophylacticum constituunt, per diuresin Acidum *Vini* evacuando; hinc & in Stranguriâ, Dysuriâ & Gonorrhœâ ab Exulceratione oriundis, optimum sunt Remedium. In Synoviâ Articulorum, internè usurpati, & externè inpersi, multùm conducunt. In Exulceratione Renum & Vesicæ, necnon Pulmonum in Phthisi pariter sunt sacra Anchora cum *Vino* assumpti, pro expugnandâ & expurgandâ Acrimoniâ, seu Fermento corruptivo acido.

Usurpantur vel per se sub formâ *Pulveris*, vel cum aliis; v. g. sit *Absorbens Pulvis catholicus*.

℞. *Lapill. Cancr. præp.* ℥j.

Corallov. rub. præpar. ℥ss.

Salis Absorb. ℥ss. Misce pro 4. dosibus.

Vel in formâ liquidâ, in quo casu optimè cum paucò *Aceto* miscentur, v. g. contra Casum ab alto, vel Affectum quemdam diureticum:

℞. *Aquæ Chærefol.* ℥iij.

Aceti Vini ℥iij.

Lapill.

Vires. Urinam pellit, Calculum atterit, Sitim extinguit.

N. Quercetanus macerat Cancros cum Aquâ Sempervivâ majoris per diem, hinc destillat, ter cohobando, adhibetque Inflammationibus, Combustis, Carcinomatibus, quibus maximè prodesse ait, imprimis si Sale ex remanentiâ elixiviato imbuatur. *Pharm. resp. 6. 7.*

5. *Oleum seu Liquor Oculorum Cancrorum* fit l.com. per deliq. *N.* Aliter:

M. Pulv. Ocul. Cancror. ꝑv. Olei Tart. p. d. ꝑvi. dig. in F. Eq. (per dies 15.) hinc coagula & extrahe Spiritum Vini. Tandem abstraha Spiritum Vini, & remanet Oleum.

Dosis gr. 4. ad 6. *Hartmannus in pract.*

(6. Spiritus in Vulneribus Pectoris utilis.)

Lapill. Cancr. pulveris. ꝑj.

Laudan. Opiar. gr. j.

Syrup. Scabios. ꝑss.

Misce s. *Potio* pro duabus dosibus cum regimine.

Plura de horum virtute videbitis in HELMONTIO *Tr. Blas hum. p. 53.* item *Tr. à Sede Animæ ad Morb. 9. 20.*

Vitæ etiam Pulveres Dentifricos in Scorbuto ingrediuntur, sive usi, sive aliter preparati: nam Acidum scorbuticum absorbent ac imbibunt, & inde Gingivas ac Dentem roborant & firmant.

Putamina seu Testæ, imprimis *Cbelæ*, Germ. *die Schereæ*, sunt ejusdem naturæ & usûs atque Lapilli, quoniam habent eandem originem, & Pulvis earum eundem habet usum atque Lapilli pulverisati. In Angliâ certè Pulvis Febrilis expertus in usu est, quem *Testæ Cbelarum* & *Lapilli* ingrediuntur, cujus Compositio est sequens:

ꝑ. Pulv. ex apicibus nigris *Cbelar. Cancr.* ꝑij.

Lapill. Cancr. prepar.

Margarit. prepar.

Succini albi prepar.

Corni Cervi usi prepar.

Lap. Bezoard. ana ꝑss. *M. F. Pulvis.*

Aliam Compositionem D. CHARAS in *Pharm. Reg. Galen. cap. 19.* habet:

ꝑ. *Extermis. nigrar. Pedum major. Cancrorum mar.* ꝑiv.

Lapillor. Cancr. prep.

Margarit. Orient. prep.

Corall. rubr. prep. ana ꝑj.

Succin. alb. prep.

Radic. Contrayerv. Virgin. an. ꝑvj.

Bezoar Orient. ꝑij.

Offis de Corde Cervi ꝑij.

Croc. ꝑij.

Omnia subtiliter pulverisata irrorentur Spiritu Mellis ꝑss. deinde excipiantur Gelatinâ Viperinâ, & fiant Trochisci in umbrâ siccandi, & usûs tempore pulverisandi.

Præterea Cancrorum Putamina Pulveres quoque Dentifricos ingrediuntur. Ex Cancris subvolatilibus fit per calcinationem Pulvis candidus, saporis & odoris urinosi instar Salis fixi, seu potius instar Calcis vivæ, egregium Absorbens & Calculi Præservativum. Contra Morsum Canis rabidi ceu expertus jam ab antiquis temporibus commendatur, si assumatur cum Radice *Gentianæ*, & quidem jam GALENUS illum laudavit, ad nostra tempora ejusdem salva perstitit laus. In Cinere verò, cum nihil ferè superfit de Sale volatili, sed sit instar Calcis vivæ, quoniam Sal volatile avolat in Calcinatione, huic in dicto Affectu præsertur sola Cancrorum pulverisatio.

AUTOR præscribit modum destillandi Aquam ex Cancris per Balneum Mariæ vel Cineres; melior tamen est, quæ ex Cancris putrefactis elicitur. Hæc Aqua, præter virtutes ab AUTORE descriptas, est mirabilis in quibuscunq; Inflammationibus sedandis; adeo ut nullo modo cedat Aquæ Spermatis Ranarum in usu externo. Urinam pellit, & præterea in rabidorum Canum Morsibus est expertum Remedium à D. MICHAELE, si misceatur cum Tincturâ Bezoardicâ, & multum commendatur à POTERIO in tali casu. Multum etiam in Vulneribus & Ulceribus partium internarum, in specie Pulmonum & Pectoris, conducit, continuè sumpta: Conferatur interim FABER in *Myrosbec. spag. l. 1. c. 21.* sub nomine *Quintæ Essentiæ*; item *Oculis Tom. IV.*

LXXVI. CARPIO, vel CARPO:

Karpivo, Carpus, Carpa. Germ. Karp, Karpff. Piscis est notus, limo & mucro vivens.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Fel. 2. Axungia. 3. Lapis triangularis 4. Lapilli oblongi.

Vires.

1. Fel Oculorum hebetudini, & Nubeculæ subvenit.

2. Axungia Nervorum Affectionibus calidis auxilio est.

3. Lapillus Carpionis (triangularis in Capite, repertus,) Karpffen-Stein, colicis Doloribus, Calculosis, Comitialibusque conterere statuitur.

4. Lapilli

inflammatis & similibus medetur: ipsi Cancri post destillatam Aquam remanentes exciscati & pulverisati conferunt interne egregiè vi diuretica contra Ulcera Renum & Vesicæ, contra Abortum, & ad Sanguinem congruatum resolvendum.

Aqua Quercetani cum Aquâ Sempervivâ est elegantissima & expertissima in usu externo, & præferenda Sugo expresso. Destillari etiam vulgò solent ex Cancris Aquæ Analeptica ad Hæctiam usitate, quarum Compositiones videbitis in AUTORE nostro, l. 2. c. 38. & SACHSII *Gammarol. p. 683. seqq.* Sed nihil valent.

Ex Cancris putrefactis vel sine putrefactione, cum Alkali destillatis acquiritur Spiritus urinosus & Sal volatile; de quibustamen dubito, an magnam præ similibus Volatilibus habeant præminentiam.

Phlegma autem hujus in Aestu inflammatorio Oculorum sedando egregium est, propter Sal urinosum paucum, quod Phlegmati adhuc inest in formâ Epithematis.

Lapilli per Retortam destillati dant Phlegma, Spiritum urinosum & Sal volatile, non tamen adeo copiosum: prodit simul Oleum admodum fetidum: Caput mortuum Aquæ affusione instar Calcis vivæ effervescit, præsertim recens, quod omnium Marinorum in hoc puncto proprium est.

Liquor Lapillorum Cancrorum per deliquium, uti habet AUTOR, est egregius in Calculo & Suppressione Urinæ: Renes abstergit; exturbat enim Arenulas & Calculum, cietque potenter Urinam. Modus plures collectos videbitis in SACHSII *Gammarol. p. 625. seqq.* & BAUSCHIO *Tr. de Aëte p. 58.*

Item sunt, qui præparant ex Lapillis Cancrorum Essentiam, quæ Præparationes sunt variæ, quidam cum Aceto, quidam cum Terebinthinâ, & Spiritu Vini: vid. BOETIUS à BO: OT de *Gemm. cap. 178.* WORMIUS in *Museo p. 60.* & SACHSIUS l. 2.

Qui plura de Cancris desiderat, adeat JOHANNIS DANIELIS MAJORIS, *Kiliensis Professoris, Dissert. Epistol. de Serpentinibus & Cancris Petrefactis*, & PHILIPPUM JACOBUM SACHS à LEWENHEIM qui integrum de Cancris Tractatum scripsit, & quæ alibi sparsim reperiuntur, omnia in unum congregavit. (H)

LXXVI. CARPIO vel CARPO. *Carpionis Fel*, uti

reliquorum Piscium omnium, in specie Lucii Piscis, in Affectibus Oculorum commendatur; & quidem, ubi Affectus Oculorum detergendi, v. g. Nubeculæ, Ungues, & Pelliculæ, adhuc sunt in fieri, nec adeo confirmati, conveniunt Fella Piscium, utpote temperata, & non nimis acria; ubi verò sunt confirmati, v. g. Ungues perfecti &c. requiruntur Fella Animalium terrestrium, imprimis sylvestrium, utpote quæ tam respectu Fellium Piscium, quàm Animalium domesticorum, sunt acriora & volatiliora, & penetrantiora. Hæc observatò, de omnibus Fellibus potest dari judicium. Aliàs Carpionis Fel est egregium Specificum, & certissimum omnium Remedium, contra Erysipelata; cum Alkali ejus temperatum destruat Acidum Erysipelatis: vid. ZWELFERUS contra *Tachentum*.

Lapilli, qui reperiuntur in Carpionum Capitis propè Maxillas, sunt congeneres cum Lapillis Cancrorum & Percarum; talium enim textura, compositio & usus, in destruendo Acido, & ciendâ Urinâ inter se conveniunt. Unde ipse Lapis Carpionis triangularis valdoperè convenit ad compescendas Hæmorrhagias teste WILLUGHBÆ: M m m 2 JO

(H) Quod de Oculis Cancrorum nonnulli Rerum naturalium Scriptores suspicati sunt, omnino confecti Dñs Geofroy junior, qui Anno 1709. evidentissimè ostendit, Lapillos Cancrorum baud in Capite, sed in Ventriculo horum Animalium concretere. Idemque Autor observavit Cancros exuviam deponere singulis annis: nec tantum externam ossæ, sed internam quoque superficiem Intestinarum & Ventriculi jam veterascentem; ac in lapideam materiam facessentem, sensim separari vidit, novâ in sedecentis locum substantiâ succrescente.

4. *Lapilli* duo supra Oculos existentes, itidem ad Epilepsiam commendantur.

LXXVII. CETUS, ET MANATI.

Kητος, Cete. Germ. *Voallfisch*. Gall. La Balaine.

Cete nomen generaliter Pisces vastos vivi-paros denotat; specialiter tamen pro maximâ eorundem specie sumitur, quâ ob vastam suam magnitudinem ac conformationem Quadrupes æmulatur.

OFFICINALIA NATIVA.

Arunzia, quæ medetur Scabiei (illita).

N. Ex hoc Animali sunt qui *Sperma Ceti* Officinarum desumi volunt, sed malè: Vid. lib. 3. c. 31.

Alii *Ambram* ei acceptam referunt, sed itidem falsò.

M A N A T I.

Cetorum generibus annumeratur Piscis *Manati* dictus, à Pedibus binis anterioribus, quos solum refert: nimirum hos *Manus* Hispani vocant, unde & *Pisces Manatum*, ac si diceret *Manibus præditum* vocaverunt. Belgæ ob similitudinem Capitis, quo *Vaccam* mentitur, *Vaccam marinam* (Germ. *See-Kub*. Gall. *Le Manati*) appellant. Vide *Clusium Aldrovandum*, *Monardem*, *Gomarium*.

OFFICINALIA NATIVA.

Lapis Manati seu *de Manati*, vulgò *Lapis Manatim*, est Lapis, Os, seu Grustaceum ex Capite ejus exemptum, idque variforme; nonnunquam enim Dentes refert, unde & nonnullis *See-Kub-Zahn*, i. e. *Dens Vacca marina* audit: aliquando Officula Aurium mentiuntur, adeoque *Offa Auditus* dicuntur.

P R Æ P A R A T A.

1. *Præparatio* fit ex *Calcinato*, seu *Cremato*.

N. Præstat irrorare aliquâ *Aquâ* conveniente, v. g. *Feniculi* &c.

Vires. Summè commendatur ad Calculos Renum & Vesicæ comminuendos, Dolores nephriticos, ac colicos sedandos.

Dosi. ʒj. & ultrâ.

N. Sunt qui ad ʒj. ascendunt.

2. *Magisterium*. Fieri potest solvendo cum *Spiritu Salis*, vel *Salis Nitri*, ac præcipitando cum *Aquâ*.

LXXVIII. C O N C H A.

Kόγχη. Germ. *Muschel*. Gall. *Conche* ex *Coquille*.

Est genus Piscium Capite deditutum, *Testis* (quas eodem nomine *Conchas*, vocant,) circumvallatum, sive duplex Testa illa sit complicatilis, sive simplex.

Ex harum genere sunt & *Margaritifera*, quas vide *infra*, & lib. 3. c. 7.

Varias sub se species complectitur, secundum *Figuram Coloremque* ut plurimum Nomina nactas, vel & peculiari Nomine inignitas. Sic sunt

Concha Longa, *Rhomboides*, *Squamosa*, *Striata*, *Echinata*, *Corallina*, *Laves*, &c. Huc *Ostrea*, *Mater Perlarum*, *Blatta Bizantis*, *Chama* generum variorum &c. *Umbilicus marinus*, *Dentalium*, *Entalium*, *Purpura*, *Conchylium*.

N. 1. Crescit *Concha* ac decrefcit cum incremento & decremento Lunæ.

N. 2. Inter Aquatilia nullum Animal esse perhibetur, quod majori desiderio teneatur vescendi Carne humanâ, quàm hoc ipsum.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Testa*. 2. *Caro*. 3. *Margarita*, de quibus lib. 3.

Vires.

1. *Testa Concharum* vim habent exsiccandi, Sudorem movendi, abstergendi, &c.

Hinc usus earum *internus* præcipuè est in Febribus, quibus interveniente Sudore medentur.

Externè conveniunt in *Dentifricis* absterforiis, in *Mari- scis* & *Condylomatibus Ani* reprimendis (*Calx* applicata.)

Præparata ex Testis.

Adhibentur autem *Conchæ*, tum *pulverisatæ* solummodo, tum *calcinata* & *pulverisatæ*, vel & simul lege communi cum *Aquâ Card. bened.* & similibus lævigando præparatæ.

N. Nostratibus hoc Nomen sibi communiter vendicat genus *Concharum oblongum*, quod hisce in locis vulgariùs reliquis invenitur.

Ex *horum Testis* fit famosum illud

Antifebrile Crollianum.

Testis dictis affunde *Acetum*: stet per noctem: tunc extrahit *Mucorem*, quo abrafo, calcina *Testas* ad albedinem usque, Pulveremque serva.

Vires. Ciet Sudorem sat largiter, adeoque instante Paroxysmo

IO in *Ichthyol.* & contra *Erysipelata*, uti etiam ad curandam *Epilepsiam*, in qua à multis pro *Arcano* habetur.

Præter *Lapillos* magnos in Capite sunt duo parvi *Lapilli Lunari formâ* supra Oculos siti, qui præferuntur illis in *Cura Epilepsie*, de quo vid. *FINCKIUS in Med. Dogmatico-Hermet. p. 39. (I)*

LXXVII. CETUS & MANATI. *Cetum* seu *Balænam* describit *CLUSIUS de Exotic. l. 6. cap. 17.* De *Manati* verò præ cæteris videndus est *WORMIUS in Museo p. 58.* Sed *Lapis Manati* dictus contra *Calculum* usurpatur, ubi tamen sufficiunt *Lapilli Cancrorum*. (K)

LXXVIII. CONCHA. *Conchæ* sunt *Pisciculi minuti*, seu parvi *vermiformes*, qui habitant in testaceis Domiciliis, à quibus *Testæ* habent nomen, ut vocentur *Conchæ*; & omnes Pisces, qui habent tales *Testas*, dicuntur *Conchæ*; quarum varietates sunt *Species*, vel *Nobiles*, vel *Ignobiles*. *Nobiles* dictæ sunt *Margaritifera*, quæ præ aliis sunt usitatæ, utut sub harum defectu etiam *Cochlearum* nostrarum majorum *Domunculi*, præsertim earum *Opercula*, commodè substitui possint. Pertinent huc *Ostrea*, *Entali*, *Dentali* &c. quæ omnia sunt certæ *Concharum* species.

Omnes autem *Conchæ* naturæ congeneris sunt cum *Lapillis Cancrorum fluviatillium*, nisi quod *Margaritifera* constant *Sale* volatili magis digesto, & in casu necessitatis commodè & non sine ratione possunt substitui. *Testæ præparatæ* pro naturâ *Marinorum*, *Acidum* invertunt & destruant, præ-

sertim in primis viis, cum quibus in Saporem salsum, nunc diaphoreticum, nunc diureticum, abeunt; unde inter *Præcipitantia* & *Febrifuga* *Testæ* hæc usitatissimæ sunt; *Margaritifera* conveniunt cum *Pertis* ipsis, de quibus in *Regno Minerali* dicitur.

Præter hoc, quod *Testæ Concharum* ita crudè propinentur, etiam *calcinari* solent, quæ Ignè aperto *calcinatæ* postmodum *Aquâ* affusione sere instar *Calcis vivæ* effervescunt, & sapore acri urinoso seu alcalino præditæ sunt. *Calx* hæc *inversiva*, *absorptiva* est, & hinc potenter *diaphoretica*, & speciatim *Febrium Intermittentium* curativa. Hinc ex *Concharum Testis oblongis* calcinatis paratur *Specificum Antifebrile Tertianarum*, cujus descriptionem, quam primus invenit *CROLLIUS*, videbitis in *AUTORE*.

Notetur autem de hoc *Specifico Crollii*.

1. Quod ultra tres vires non usurpetur, quin *Febris* cesset.
2. Quod semper præmittenda sint in *Cura Febrium Intermittentium Universalis*: nam si solum, & nullis aliis præmissis usurpatur, duplicatur, imò triplicatur *Febris*; cujus multas habeo *Observationes*, præprimis ab iis, qui nimis præproperè ruunt in *Praxin*.

Uti ex his parat suum *Specificum CROLLIUS in Bassi. Chymica*; ita ex *Conchis Margaritifera* calcinatis *STROBELBERGERUS* parat suum *Specificum Antifebrile*, in *Tertianis* unâ alterâve horâ ante *Paroxysmum* assumendum, *dosi* ʒj. de quo videatur *Traçtatus de Curat. Febrium*. Loco horum possunt substitui *Ostrearum*, imò etiam *Cochlearum Testæ*.

Caro,

(I) *Carpionem* inter *Lacustres Pisces* connumerant, ac *Truttæ* congenerem faciunt. *Charleton* *Anglis* *Chare* appellari ait: idem tamen *Autor* *Chare* alium *Pisces* facit ex *Camdeno*, item *Lacustrem*, & *Truttæ* per omnia similem. At *Carpus* seu *Capriscus* eidem *Charletono* est *Piscis marinus squamosus*. *Officinæ* tamen *Carpionem* & *Carpum*, cum *Cyprino* *Pisce lacustri* & *fluviatili*, idem faciunt.

(K) Cete dicuntur *Pisces omnes*, non tam magnitudine insignes, quàm quidam *Pulmones*, *asperam Arteriam*, *Colum*, *Renes*, *Vesicam*, *Testes*, *Penem*, *Mammæ*, aliasque partes obtineant, cum *Quadrupedibus* communes. Sub hoc *Cetaceorum Piscium* genere *Balæne* reponuntur, *Delphini*, *Phocæ*, *Manati* (de quo etiam *hic*), atque alii. De *Spermate Ceti* *Officinarum* vide *integram Etmulleri Dissertationem*.

mo (præcipuè tertiano) exhibitus, Febres solvit, maximè si vice secundâ vel tertiâ iteretur.

Dosis. ℞ss. ad ℞j.

N. *Grollus* exhibet in haustu *Cerevisia calida* cum tantillo *Butyri*.

2. *Caro Concharum*, id est Substantia edulis, culinaria potissimum est, & in Cibo Quartanis convenire dicitur.

LXXIX. DENTALIUM ET ENTALIU M.

Dentalium est Conchula parva, oblonga, exteriùs asperula, intùs lævissima, Tubuli modo concava, alterâque parte Rimam habens, canini Dentis instar acuminatam, unde & *Dentalium* nominatur.

N. Non Piscis, sed *Vermis* oblongatus, ac tenuis, Dentalii incola est; adnascitur Saxi marinis, Conchisve vetustis.

Entalium itidem Testaceum quoddam est marinum, instar parvi Cornu longiusculum rectum, & cavum, foris striatum, intùs læve, rarè longitudinem Digni superans.

N. Videtur esse *Dactylus Plinii*.

Vires. Utrumque etiam in Medicinâ hætenus parùm, & non nisi in *Unguento Citrino* usitatum sit, attamen cum aliis Testarum generibus, ad similes Affectus adhiberi posse verosimile est.

LXXX. H A L E C.

Mavis, Halecus, Harengus, Germ. *Haring*, *Haring*.

Piscis est Marinus, Oceano Baltico, aliisque Germaniæ Oceanis familiaris.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Vesicula* (*Halecis Anima dictæ*) 2. *Ipsum Halec*, & 3. *Muria*.

Vires.

1. *Anima dictæ*, N. ix. exhibitæ, Urinam ciere dicuntur
2. *Integrum Halec* salitum imponitur plantis Pedum ad Humores à Capite derivandos Æstumque febrilem domandum. *Cinis* exhibetur ad Calculum atterendum, (sit ut *Cancerorum*)

Caro, & omnes *Conchæ*, ad quas etiam pertinent *Offrea*, commendantur in Phthisi & Hæcticâ, in Atrophîâ & Tabæ, si oriatur ex Stomacho, & putridâ in eodem corruptione, in qua optimæ sunt; sicut & *LINDANUS* in *Colleg. Præp.* refert, quod per *Offreas*, *Conchas*, & *Testudines*, ut ut hæ sint difficilioris aliquantum digestionis, plures Hæcticas curaverit. *Offrea* in specie turgent Succo rorulentò alcalino, quod in Atrophîâ, Phthisi, Lue Venereâ &c. convenit. (L)

LXXIX. **D**ENTALIU M & ENTALIU M. *Dentalium* & *Entalium* sunt species *Concharum*, de quibus, quæ in genere dicuntur de Conchis, valent in specie, & qui habet *Lapillos Cancerorum*, non opus habet neque *Perl*, neque *Testis*, neque *Entalio*, neque *Dentalio*. Externe ingrediuntur *Unguentum Citrinum*. (M)

LXXX. **H**ALE C. Per usum *Halecis* sine omni Potu quidam Hydropem curant, quale exemplum in *Paralipomenis* habet *SENNERTUS* pag. 149. *Integrum Halec salitum* plantis Pedum applicatum in Febribus ardentibus refrigerat potenter; & adhibetur pro impediendo imminente Delirio: disruptum per medium *Halec*, & inversè Dorso applicatum, ita ut, Caput sit in parte inferiore, Cauda verò in parte superiore; dicitur expertum in Febribus Intermittentibus. *PALMARIUS* in *Tr. de Peste & Morbis contagiosis* c. 18. p. 470. tradit, certissimâ Experientiâ constare, quod cum prima *Halecia* non salita à Piscatoribus in copiâ in maritimos locos deferantur, subito Venenum pestilentiale evanescat, licet ignoretur causa.

(L) *Conchæ nomen quomodo vulgè Conchyliis omnibus tribuatur; propriè tamen Conchæ appellatione Conchyliis quædam univalvia significantur, ut Concha Veneris, Concha Persica, Concha Anatifera, &c.*

(M) *Dentalia dicuntur Tubuli quidam candidi, seretes, striati, aliis Crustaceis adnasci soliti. A figura Syringitæ appellantur. Parùm ab his discrepant Entalia, nisi quod Conchula potius sint, parvula, nivea, læves.*

(N) *Halec propriè Harengus vulgè, ab ἀλιός saltus, quia Piscis est ad liquorem Salsamentariorum idoneus. Angliæ & Scotiæ litora immensis exercitiis Pisces hi certis anni temporibus adnatant: inde ad nos copiosissimi afferuntur. Apud Medicos invaluit Halecis nomine Pisces omnes Muria conditos appellare.*

(O) *Huso alius Piscis est Charletono ab Ichthyocollâ. Huso enim ipsi videtur Antacæus Æliani; Ichthyocollâ verò Bellonii est Tanais fluminis incola, glutinoso Corio, ex quo Ichthyocollâ, seu Gluten Piscium dictum conficitur. Alii Husonem cum Ichthyocollâ passim confundunt.*

3. *Muria* (*Garum*) est *Brodium*, quo *Halec* vel alius Piscis fuerit conditus. Inservit *Clysteribus*, in Coxendicam Dolore & Hydrope, mundificat Ulcera fœtida, Gangrænam cohibet, Strumas dissipat, ad Anginas valet (cum *Melle* illitus.)

LXXXI. HUSO, ICHTHYOCOLLA.

Exoffis. Germ. *Hausen*. Gall. *Le Poisson dont on fait la Colle*.

Genus Piscis est à maximis (longit. 24. pedum, pondere nonnunquam ad ℞. 400.) cartilagineum, Offibus expers, (exceptis quæ in Capite sunt) absque Squamis, &c.

Familiaris piscis est Danubio, nimirum ex Mari in Danubium desiderio Aquarum dulcium ascendit.

OFFICINALIA NATIVA.

Exhibet Officinis *Ichthyocollam*, (Arab. *Alkanna*. Germ. *Hausen-Blasen*.) quæ *Glutinis* genus est, colore album, ex illius Corio, Intestinis, Ventriculo, Pinnis & Caudâ confectum. Idque hoc modo:

Partes dictæ in frutula tenuissima sectæ, macerantur in *Aquâ calidâ* q. s. hinc coquantur lento igne ad consistentiam Pultis, malaxanturque antequam refrigerint in Massam.

Vires. Siccatur, explet, quadantenus mollit. (Adhibetur ad Sputum Sanguinis.)

Hinc *Usus* ejus est in *Emplastris glutinantibus*.

N. Adhibetur & ad gelanda Jura, (*Galrey zu machen*,) ex iisdem addito *Saccharo cand.* Excoquitur etiam translucidum & flavum *Glutinum* genus, (*Frischbleim & Mundleim*, appellatum,) quod in ore liquefactum ad Chartas glutinandas adhibetur.

LXXXII. LUCIUS.

Lαβραξ, aliis λυκος, Lupus. Germ. *Hecht*. Gall. *Un Brochet*. N. Sunt qui *Lucium* ac *Lupum* confundunt, quod etiam nomine tenus concedi possit, cum uterque Piscis sit rapax, ut *Lupus terrestris*, attamen reipsâ distinguuntur.

Lupus

Halecum Muria est quasi Sal ammoniacale, ex Acido Sallis communis cum Sale volatili *Halecum*. Hæc usurpari solet pro *Clymate* extemporaneo, & sufficienter purgat. *Muria* verò hujus loco alii *Brassica Decoctum* sumunt. In Hydrope certè copiosè evacuat Aquas in *Clymate* cum *Passulis* usurpata: in resistendo Gangræna confert, & pro Secreto habetur: egregium quoque est Remedium pro Partibus à Frigore læsis, si abluantur cum illâ: item pro eluendis Ulceribus cancriosis, aliisque Partibus ulcerosis valdè commendatur. (N)

LXXXI. **H**USO & ICHTHYOCOLLA. De *Husonibus*, Germ. *Von denen hausen*, nihil in usu est, nisi *Gluten* ejus, *Ichthyocollâ* dictum. Paratur ex *Offibus* & *Partibus mollioribus* ejus cum *Aquâ*, instar aliarum *Gelatarum*, & pro conglutinatione & consolidatione usurpatur. *JOEL* paravit ex *Ichthyocollâ* Remedium ad Sputum Sanguinis: item *NICOLAUS MYREPSUS* facit ex inde *Passillos* seu *Trochiscos* contra eandem Sanguinis excretionem. Propter hanc vim glutinativam & unitivam usitatissimè ingreditur *Emplastris* & *Unguentis Sarcoticis*, seu Carnem generantia. (O)

LXXXII. **L**UCIUS. *Lucius* piscis, Germ. *der Hecht*, suggerit *Fel*, quod Oculorum Albugini, Maculis, Nebulis, Ungui, aliisque Affectibus egregiè inservit, vel in *Spiritu Vini* vel in *Spermate Ranarum*, vel in *Aquâ* exinde destillatâ, de qua vid. *HARTMANNUS Praxi Chym.* p. 99. & eadem de hoc valent, quæ dixi de aliis Piscium Fellibus. Fella enim in genere usu externo inserviunt

Lupus siquidem *Veterum*, marinus Piscis est, figuræque à *Lucio alienæ*.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Fel*. 2. *Cor*. 3. *Mandibula*. 4. *Officulum cruciforme*. 5. *Axungia*. 6. *Ova*.

Vires.

1. *Fel*, Febrim arcere volunt, si assumatur. *N.* 3. Extrinsicus intervrit Oculorum Maculis, Hebetudini, aliisque eorum Affectibus.

2. *Cor*, adversus Februm Paroxysmos devoratur. *N.* Sunt qui *Cor vivo Lucio exemptum* devorare, Luciumque Corde orbem denuò in fluentem Aquam conjicere jubent.

3. *Mandibula* exsiccatur, abstergit. Hinc datur in Pleuritide seu Specificum, itidem, ut & reliqua Capitis Officula in Calcule, Fluore albo, Mulierum Partu difficili.

Extrinsicus sicut (*Cinis*) Synoviam, Vulnere inveterata mundificat, Hæmorrhoides exsiccatur.

4. *Officulum cruciforme ex Capite Lucij*, commendatur quibusdam ad Epilepsiam (assumptum.)

N. *Periapton* singulare quibusdam habetur adversus Incantamenta.

5. *Axungia* vulgare Medicamentum est, illinitorque plantis Pedum, & Pedusculis Infantulorum, ad revellendos Ca-

terrhos & demulcendam Tussim.

6. *Ova*, Vomitus ac Alvum ciere apta sunt, unde & hujus gratiæ Medicamenti loco à Plebeis exhibentur.

P R Æ P A R A T A.

Aqua Felle destillata Oculis subvenit.

LXXXIII. MATER PERLARUM.

N Acra Perlarum seu Margaritarum. Germ. *Perlen Mutter*. Gall. *Merc des Perles*.

Species est Concharum, à Margaritis nomen decentium, quæ inibi frequentius, quam in reliquis inveniuntur.

Vires. Præter vires Concharum communes (vide *suprà*) sunt qui vim cordialem huic attribuunt, verum quo successu, videant ipsimet.

Alij *Antisebrile* ex eadem conficiunt, ad modum, quæ *suprà* ex Conchis oblongis dedimus.

P R Æ P A R A T A.

(In usu est *Mater Perlarum præparata*.)

(*Magisterium Matris Perlarum*.)

LXXXIV. MUSTELA.

Sæpos Gobius fluviatilis, Mustela fluviatilis Gesneri. Germ. *Aalraup*, *Aalrup*, *Trusche*, *Quapp*, *Riffelck*. Gall. *Le Goujon*. OF-

terrhos & demulcendam Tussim. Ubi autem opus est Stimulus acrioribus, Fellibus Animalium volatilium utimur, ut Perdicis, item Bovis, Hominis; ubi temperatis, Piscium Fella sufficiunt, in Affectibus scilicet Oculorum & Aurium, ubi subtili deterfione & absterfione opus est. *Fel* hoc potentissimum habet Sal volatile, ideò resolvit, attenuat, & vitia Oculorum mitigat. Duo tamen incommoda habet.

1. Quòd nonnihil viscidum sit & glutinosum, adeoque Oculis nimium adhæreat.

2. Quòd nimiam habet acrimoniam.

Quòd si igitur metuatur, aut Acrimonia hæc rosiva Inflammationes inferat, temperetur cum *Aquâ Spermatis Ranarum*.

Porrò non solum *Mandibula* sed & *Capitis Offa* quælibet, utut *Maxillæ* ustatiores sint, vim habent singularem absorbendi & temperandi Acidum vitiosum, indeque Sudorem & Urinam ciendi, ac ejus excretionem promovendi. Nempe sicut *Corallia* & *Cancerina*, absorbendo Acidum viarum primarum, Concretum salsum diureticum fiunt; sic hæ partes absorbendo pariter illud ipsum Acidum, fiunt diaphoreticæ. Hanc autem prærogativam habent *Martia* præ aliis, quòd Sale volatili satis temperato, nec adeò acris & igneo, consistunt, quo Animalia terrestria; cum non adeò Oleum concentratum obtineant. Hinc *Offa* hæc *Capitis* egregie commendantur in usu antipleurítico, Anginâ, & aliis erysipelaceis Inflammationibus, in quibus sunt Specificum, pulverifata & propinata; vi enim sudoriferâ alcalinâ, potenter absorbendo Acidum vitiosum coagulans, congruatum Sanguinem dissolvunt, ejusque circulum restitunt: unde *Pulveres Pleuriticos compositos*, seu *Basis*, ingrediuntur. *Dosis Pulveris* est $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$. & propinantur, vel sola, vel cum *Dentibus Apri præparatis* mista, in *Aquâ appropriatâ*, v. g. *Papaveris rhæoados*, *Florum Acaciæ*, *Sambuci*, &c. Ex iisdem causis conveniunt etiam in Gonorrhœâ Marium benignâ, sicut etiam specificè in Gonorrhœâ Mulierum, quæ Fluor albus audit, & similibus Affectibus ab Acido natis. Calculum & Urinas nonnihil promovent, & efficaciter etiam Renes detergent.

Quod de *Pinguine* habet AUTOR, verum est; Pedum enim plantis tempore vespertino illita, sufficit contra Tussim Infantum catarrhalem & Agrypniam, ut possint dormire sine Tussi & molestiâ.

Quoad *Præparata* ejus: quidam parare volunt *Magisterium*, quod tamen nullius est usus: potius hujus loco propinandus est Pulvis. *Offa* hæc destillata copiosum admodum & elegans Sal volatile suggerunt, singulare Sudoriferum & Antipleuriticum.

Ex *Felle* destillatur *Aqua*, quæ tutius instillatur Oculis, quam ipsum *Fel*, ob rationes jam dictas; vel beneficio *Sp-*

ritus *Vini Essentia* elicitur; ita enim *Sal* extrahitur, & egregium est Experimentum in dictis Oculorum Affectibus. Modum videbitis in HARTMANNI *Praxi Chymiatricâ*. (P)

LXXXIII. MATER PERLARUM. *Mater Perlarum* nihil est aliud, nisi *Concha*, in qua reperiuntur *Perlae*, & est idem quod *Perla*. Observetur enim, quòd *Concha* exspuat *Salivam* seu Liquorem limpium, rosicidum, perspicuum, qui si intra spatiosa Carnis retineatur, ibique sensim sensimque coagulatur, abit in *Perlas*, cujus *Perlae* sensim augentur per Pelliculas. Nam si hæc fuerit coagulata, accedente novo Humore, qui eam in crustat, coagulatur denuò, & sic incrementa sua habent *Perlae*. Quòd si hæc *Saliva* exspuatur extra *Concham*, coagulatur & concrefcit in *Testam Conchæ*, quæ vocatur *Mater Perlarum*, quoniam est Receptaculum *Conchæ*, in quo fiunt *Perlae*. Est ergo una eademque Materia, nisi quòd *Perlae* sint magis depuratæ atque defæcatæ, quam *Mater Perlarum*, quæ impurior. Nam dum remanet Materia in *Conchæ* corpore, degenerat in *Perlas*; si verò evomat in *Conchâ*, concrefcit, & convertitur in *Testam*. Simile videmus in *Testudinibus* & *Cochleis* omnibus, quarum *Testæ* fiunt ex Liquore quasi salivali *Belliole*, qui, utur liquidus observetur; coagulatur tamen ex principiis salinis & secundum laborem Naturæ: nam omnes habent easdem facultates atque *Testæ Cancrorum* à Sale volatili alcali cum pauco Acido, quæ coagulando mutuo in talem substantiam concrefcunt; & quod dicitur de *Testudinibus*, *Conchis* & *Cochleis*, de omnibus *Ostrearum* speciebus verum est. Et hæc est natura *Perlarum*: & sicut se res habet cum *Lapillis Cancrorum* eodem modo se habet cum *Perlis*, quæ eandem habent naturam cum *Conchis*. Ergo eandem virtutem, quam habent *Perlae*, habebit etiam *Mater Perlarum*, & contrâ.

Quod attinet *Vires*, internè habet easdem, quas *Lapilli Cancrorum*. Absorbet Acidum, Urinam movet, & Vulnerarium est, utur pro tali scopo raro adhibeatur. Auda- & tamen dico: ad quos usus conveniunt *Perlae* & *Mater Perlarum*, ad eosdem convenire *Lapillos Cancrorum*: nam vis cordialis illis adscripta est ridicula.

Superius dixi, quòd STROBELBERGERUS ex *Matre Perlarum* præparet *Specificum in Tertianis*, quod etiam parari potest ex *Perlis*: unde rectè dicit DEODATUS:

Qualis erat mater, sicut talis erit.

Plura qui cupit videre potest *Dissertationem* elegantissimam D. ROLFINGII de *Perlis*. (Q)

LXXXIV. MUSTELA. *Mustela* piscis, Ger. *die Aa Raupe*, est celebris propter *Hepar*, qui liquefcit in Liquorem oleaginosum pro usu ophthalmico; quando scilicet *Hepar* hoc in Vitrum clausum suspenditur, &

(P) *Lucius*, dulcium aquarum Piscis, id habet singulare, ut *Dentes*, quibus superior caret *Maxilla*, *Palatum duplici ordine ornet*: inferior verò *Maxilla* *Dentibus acutissimis*, imparibus, & duplici, interdum triplici, serie extantibus, in os recurvis, armatur. In his *Maxillis* aliquid etiam singulare adversus *Pleuritidem* Medici agnoscunt.

(Q) Inter *Conchas Bivalves* principem locum obtinent *Matres Perlarum*, seu *Conchæ Margaritiferae*, in quarum sinu *Perlae* seu *Margaritæ* inveniuntur. De harum generi alibi.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Epar. 2. Ventriculus. 3. Spina.

Vires.

1. *Hepar*. In Vitro suspensum calorigue expositum, in Liquorem liquefit flavum, admodum utilem Oculorum Hebetudini ac Nubeculis.

2. *Ventriculus* commendatur summè ad Affectus uterinos, præcipuè autem fertur Secundinas pellere, colicosque Dolores abigere (potus.)

3. *Spina* pulverisata Caducum expugnare fertur.

LXXXV. OSTREA.

Ostrea. *Ostrea-Muscheln*. Germ. Gall. *Des Huitres*.
Sunt *Conchæ* marinæ ex genere rotondarum.

Vires. Ostrea pestiferos Bubones loco transferunt, & Virus omne ad se trahunt. Sunt autem agglutinanda Brachii parti, quæ Axillaris decurrit, videlicet si Bubo in Alis sit, sin verò Inguen obsederit, Lineamentis Femoris, quæ Vena Cruris describit. *Holleri*us.

N. *Testæ Conchæ* vicariæ esse possunt.

& exponitur leni Solis calori. Unde æstivo magis, quàm hyberno tempore, parari debet; hyemali enim tempore, dum Mustelæ Ova generant, & fecundantur, Hepar non liquefit, sed frustra tentatur processus.

Liquor est oleosus & clarus obscure flavescens, in quem totum Hepar resolvitur, exceptis quibusdam Membranulis & Cuticulâ. Omnia certè Piscium Hepata mirè oleaginosâ sunt. Cæterùm *Liquor* modò dictus igneæ & penetrantissimæ est naturæ, & singulare Specificum in deficiente Visu, suffusionibus, omnibusque Oculorum Affectibus, quæ hebetudinem Visûs inferunt, & deterfione atque mundificatione opus habent; aded, ut difficulter reperitur Remedium, quod huic *Liquori* ex *Hepate Mustelæ Piscis* sit par. Duplici autem modo adhibetur: vel primo saltem illinitur Palpebris, cavendo, ne in Oculum penetret hujus ignea vis; secundò ipsi Oculo tantillum illinitur, ubi fortius agendum. Singularrissimum & expertum usum ejus primus celebrem reddidit FORESTUS l. 11. *Obs.* 38. ubi refert Visum, qui fuit omnino depravatus propter acres Humores, Oculorum Nervos occupantes, fuisse restitutum ex *Liquore* hâc illito Palpebris Oculorum: videatur etiam l. 10. Multum etiam commendatur ab HARTMANNO in *Pr. Chymiatr.* p. 95. quem secutus est LINDANUS in *Praxin hanc Chymiatricam*. Nam in frequenti & felici usu est apud Belgas, in specie in defectu Visûs & Lucis Oculorum. Loco hujus *Jecoris Mustelæ Piscis*, possunt substitui ejusdem *Intestina*, si eodem modo per insolationem in calore Solis convertuntur in *Liquorem* oleaginosum; & deinde etiam *Intestina Lampetræ*: vid. BOREBLUS C. 3. *Obs.* 91. ubi habet Experimentum quoddam horum *Liquorum* ex *Mustelæ Piscis* & *Lampetræ Intestinis*, in Affectibus Oculorum.

Uterius *tota Mustela* cocta & comesta adhiberi solet contra Caducum seu Epilepsiam Puerorum.

Spina Mustelæ Piscis pulverisata vel alio modo præparata, ordinariò usurpari solent contra Epilepsiam, Affectusque convulsivos: specifica quoque est contra Pleuritidem, & solet misceri cum *Pulveribus Pleuriticis* non sine ratione. (R)

LXXXV. OSTREA. Dixi *superius*, quòd *Ostrea* & *Cancr* profint in Phthisi & Hæctica, ad quem usum imprimis solent convenire *Ostreæ*. Ritè enim digestæ non ineptum Nutrilimentum pro Partium Spermaticarum seu Nervearum sustentatione suggerunt, quia etiam suggerunt *Gelatinam*, copioso Alcali volatili temperato imprægnatam, similem illi, qualis in Spermate Ranarum deprehenditur; cum ratione ad Febres Hæcticas, Ardores Corporis lentè emaciantes, & inde natas Atrophias non incommodè usurpari potest: cujus rei Exemplum habet LINDANUS in *Collegio super Hartmanni Prax. Chymiatr.* qui refert curatam Febrem Hæcticam ex Ulcere Pulmonum per

(R) *Mustela Piscis*, seu potius *Mustelus*, est quem Galeum lævem vocant, Canis marini species, Italis *Pesce Palombo*: Cardano *Botta* appellatur, quòd capite Bufonem (*Bottam Italis*) referat: sed potius Ranam.

(S) *Ostrea* item inter *Conchas* bivalves numerantur. Multa illorum species: de nostris *Brandusinis* illud notavit Plinius, quòd peregrinatione gaudeant, & transferri in ignotas regiones. Ex *Ostreorum Testis* celeberrimum Antacidum parari, alibi notavimus.

(T) *Perca* Officinarum est fluviatilis potius, quàm marina: in illius enim capite gemini *Lapilli* (potius *Officuli*) inveniuntur, ad *Nephritidem* commendati.

LXXXVI. PERCA.

Percus, *Perca*. Germ. *Berfisch*. Gall. *Une Perche*.
Perca fluviatilis ad differentiam *Perce marinæ*, Piscis ab hoc differens est.

OFFICINALIA NATIVA.

Lapides in Capite reperti, juxta *Spinæ Dors* initium. Hi viribus conveniunt cum reliquis *Lapidibus Testaceis*, adhibenturque in Calculo atterendo, Renibus abstergendis.

Extrinsicus in *Dentifriciis*, *Vulneribus* exticcandis.

LXXXVII. RANA AQUATICA.

Ranaxos, *Rana*, Germ. *Frosch*. (Aquatice, Hæc usualis.)
Gall. *Une Grenouille*. (Terrestria.)
(Amphibia.)

Præfertur ex *Aquaticis*, quæ in Fluviiis puris ac Fontibus reperitur, eaque viridis.

Rubeta nimirum, & quæ in Lacubus habitat, damnatur ceu perniciofa.

Terrestria itidem cedit *Aquaticis*, imò quæ maculatæ ex his sunt, venenatæ habentur.

N. De

copiosum *Ostreorum* usum. Quidam etiam ex *Ostreis* destillant *Aquam* in Curâ Hæcticæ.

Testæ Ostrearum optimè possunt substitui *Conchis Margaritifera* in usu Medico, & his *Conchis* omnibus *Lapilli Cancrorum*; sicut omnia ea, quæ de *Conchis* supra fuerunt dicta, eadem & *Ostreorum Testis* & *Matri Perlarum*, item *Dentali* & *Entali* applicari possunt; imò etiam esculentis nostris *Cochleis*, earumque *Testis*. Scilicet omnia hæc *Concreta testacea* in nullo videntur differre, nisi, vel majoris, vel minoris *Materiæ* puritatis ratione: unde majores sunt *Matres Perlarum*, quæ reverà idem præstant, quod ipsæ *Perlæ*; ejusdemque etiam sunt usus: impuriore *Materiæ* sunt *Domunculi Cochlearum* nostrarum, sic plùs minus in aliis. Sive ergò *Conchas*, sive *Ostreorum Testas*, sive *Perlarum Matrem* recipiamus, perindè est. Nempe omnia hæc *Ostracoderma Acida* potenter absorbent, cum iisdem *Saporem salsum* acquirant, & hinc potenter diureticæ sunt.

Calcinata Igne aperto in *Calcis oleæ* naturam abeunt, *Alcali* sapiunt, cum *Acido* nonnihil effervescent, potenter *Sudores* cient. Cum *Acidis*, v. g. *Spiritu Salis*, solutæ, abstracto *Menstruo* in loco frigido liquefcunt per deliquium in *Liquorem salsum* diuretico-lithontripicum.

Ex iisdem etiam eodem modo *Specifica Febrilia* parari possunt, atque de *Conchis* supra insinuatam. (S)

LXXXVI. PERCA. *Perca* Ger. *de Berfisch*, est culinaria: sed hujus *Lapis* in Capite juxta *Spinæ Dors* repertus, est in usu in Affectibus diureticis & Renibus detergendis, à ℞. ad ℥ss. & facilius solubilis, quàm *Lapilli Cancrorum*, meliusque *Acidum* destruit in his *Dysuriis*, quæ ex esu & usu *Acidorum* oriuntur. Præterea in *Dolore pleurítico* non minus commendatur, ac *Lapis Lucii Piscis*. Ab EICHSTADIO in *Tract. de Confectione Alchemicæ* hic *Lapis* cum *Cardiacis* adhibitus efficax habetur, quoniam *Signaturam* quasi habent. (T)

LXXXVII. RANA AQUATICA. De *Ranunculo viridi* habui *superius*: hoc loco intelliguntur *Rana aquatica*, & quidem illæ quæ in Fluviiis, Fontibus salubribus & puris degunt, utpotè quæ præferuntur reliquis; quæ enim in *Aquis* degunt stagnantibus, palustribus & frigidis, ceu malignæ sunt rejiciendæ.

Sunt qui vescantur *Ranis* bene passis & coctis vel assatis, imprimis earum *Conis* in Hæctica vel Phthisi, aut etiam in *Atrophia*, in quibus *Morbis* Alimentum præbent conveniens, & singulares sunt *Italis*.

BERTRUTIUS sanè *Ranas* commendat tanquam Remedium, quod absque dubio sanet Epilepsiam.

Rana pulverisata convenit in sistendo Sanguine. Quid? quòd *Integra Rana* quocunque modo præparata applicata mirè refrigerat,

N. De Ranunculo viridi, vide Class. 1.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Ipsa Rana.* 2. *Cor.* 3. *Epar.* 4. *Fel.* 5. *Pinguedo.* 6. *Sperma Ranarum.*

Vires.

1. *Discordis Rana ipsa* contra omnium Serpentum Venena pro Antidoto sunt, si ex Sale & Oleo, vel Butyro edantur, Jusque earum itidem forbeatur. Valent & adversus inveteratos Tendinum Rigores.

Inducit etiam Vini fastidium, si Vinum in quo *viva Rana viridis* suffocata est, propinetur. *Viva Anthraci* pestilenti imposita, donec moriatur, Venenum elicit. *Viva integra* alligatur ad Causam Aëtas: Articulorum & Juncturarum Dolores mitigat, Ignisque sacros restinguit, (viva scilicet, vel confusa imposita,) Odontalgiam sedat, coëta & in Gargarismo adhibita.

N. Si Ventri torminoso adhibeatur, in ipsam vitium transire confestim fertur.

2. *Cor Ranarum* (maximè *fluviatilium*) Antiepilepticum. Febricitantium Spinæ alligatum, febriles Algores minuit. Sunt qui Cordis regioni admoveant ad mitigandos Gau-

frigerat, Dolores sistit, Inflammationes coërcet; quatenus nempe insigniter Sale volatili blando, sine vestigio quasi Acidi, turgent, unde istiusmodi etiam Affectus ab Acido natos mirè levant. Hinc & *Rana* à Frigore in Mucilaginem resoluta egregium Cancris est remedium. Conferatur HELMONTIUS *Form. Ortus* §. 25. Unde *Rana* exsiccata & pulverisata commendatur in Ulceribus malignis, inflammatis & aliis, uti etiam in Cancro exulcerato: vid. HOEFERUS in *Herc. Medico*, pag. 66. & in *Scriptis HILDANI*. Sed *Ranarum* loco earundem *Sperma* usitatus est. Aliàs *Rana exsiccata* & appensa solet interdum substitui *Bufoni* in sistendo & compescendo Sanguine. In Peste *Ranæ* singulare sunt Remedium. PARACELSIUS scilicet tria habet *Pestis* genera:

1. Est *Pestis Bubonaria*, quæ primariò in Inguinibus residet, & ex Terrâ orta. Huic *Bufones* conducunt.

2. Est *Pestis Carbunculis*, sub Axillis erumpentibus, infesta, quæ ex Aquæ inquinamento ortum trahit. Huic *Ranas* pro curâ adscribit.

3. Est illa *Pestis*, quæ ex inquinamento Aëris oritur: cui *Aranca* dicata est pro Curâ.

Hæc PARACELSIUS.

Ex *Ranis combustis* fit *Cinis*, qui est expertus in Hæmorrhagiis quibuscumque. Deinde confert etiam in curando Cancro exulcerato, si ei inspergatur: imprimis quidem, si antea Cancro exulcerato applicetur *Cancer vitus*, ligatis Chelis, donec moriatur; qui applicandus tamdiu, usque dum non amplius intereat; & quando non amplius moritur, signum est quasi interfecti Cancris: nunc inspergendus *Pulvis*, vel ex *Bufone* calcinato, vel ex *Ranâ* calcinatâ, cum *Saccharo Saturni*, & similes Pulveres alii; nam quando non amplius moritur *Cancer*, indicium est, Cancrum Morbum esse exanimatum.

Aliàs ex *Ranis* per tres dies in Aquis limpidis reservatis, destillatur *Aqua* ejusdem virtutis cum *Spermate Ranarum*, quæ & internè contra Hæmorrhagiam Uteri ad ℥ij. est egregia, & in Fluore Mulierum albo, æquè ac Gonorrhœâ, optime conducit.

Oleum Ranarum ex iisdem in *Oleo Rosarum* decoctis similis ferè usus est, ac *Spermatum Ranarum*. Præ cæteris anodynum est, & in Gutturis Inflammationibus confert. Confer, quoad alium modum *Oleum Anodynum* parandi, de HAMEL *Aff. Corp.* pag. 420.

Præ cæteris *Hepar Ranarum* exsiccatum & pulverisatum eèu singulare Specificum commendatur ad Epilepsiam Infantum: sed observetur Præparatio, quam, ut habeat usum in Epilepsiâ, videbitis apud HARTMANNUM in *Praxi Chymiatr.* pag. 66. & SENNERTUM l. 1. *Prax. cap. de Epileps.* p. 607. Et scio, cum fructu tenellis subinde fuisse usurpatum: interdum fallit; singulare tamen est Sudoriferum, teste VELSCHIO *Hecatost.* 2. pag. 27.

Sperma Ranarum tempore verno super Aquas natans imprimis est ex usu, quod nihil aliud est, quam *Ova Ranarum*, Mucilage quadam aqueâ, tanquam eorum Ventriculo & Nutrimto involuta, ne tam facile corrumpantur; ex his enim *Ovulis* in tepido calore generantur *Ranunculi*. *Sperma* hoc *Ranarum*, & ipsa etiam *Ova*, copiosum admodum Sal volatile macrum, seu non oleosum habent, ut pluribus ostendit TACHENIUS *Hippocr. Chym.* p. 131.

sonum Aëtus & incendia. *Mixaldus*:

3. *Epar* exsiccatum & pulverisatum in Februm Quartanarum (& aliarum) accessione cum successu assumi ajunt. *Crato* exhibet in *Aquâ Milliesolii*.

N. *Epata Ranarum viridum* in Paludibus degentium, ceu peculiare Specificum ad Epilepsiam commendant.

Exhiberi jubent sub Conjunctione Luminarium, Lunâ in Cancro existente. *Petræus Nosolog.*

4. *Fel.* peculiariter Oculis convenit, Quartanamque curare dicitur incineratum, & ad ℥ss. exhibitum.

5. *Pinguedo* Auribus indita Doloribus medetur.

6. *Sperma Ranarum* (*Sperniola*) *Frechleib*, refrigerat, constipat, increffat, Dolores mitigat, Manuum Scabiem curat, (si mense Martio in eo laventur;) Paronychia & Herpetes interficit, Erysipelati & Ambustis, aliisque Inflammationibus succurrit (impositum): Faciei Ruborem curat, Fluxui Mensium & Hæmorrhoidum medetur (Vulvæ vel Ano inditum).

N. *Linteum* hoc *Spermate* aliquoties madefactum & siccatum pro usu servant. Alii idem *Sperma* in fictili recondunt in terram, loco scilicet aprico, quo in *Aquam* cum tempore convertitur.

PRÆ-

Usus Spermatum hujus atque Ovorum est tam in formâ siccâ, quam humidâ.

1. In humidâ formâ pro usu Medico, mense Martio ante Novilunium, colligatur saltem Liqueor viscidus, & Ovula eximantur. Hic ne corrumpatur, indatur in Saccum lineum rarum, porosum, suspendatur in loco frigido; sic abit in *Liquorem* seu *Liquamen*, in quo solvitur tantillum *Aluminis*, aut etiam *Nitri* (utur imprægnatio hæc, præsertim cum *Alumine*, non in omnibus quadret) & sic postmodum ponitur in Solem, & ad longum tempus durable erit *Sperma* hoc. Ratione sui copiosi *Alcali* blandè corrigat qualvis Aciditates subtiles & volatiles, unde refrigerare, Dolorem mitigare, &c. affolet, & ad multos usus præscribi potest, tam solitariè, quam aliis additum. Quasunque Hæmorrhagias feliciter sistit, sive *Narium*, sive Uteri in specie aut Hæmorrhoidum: nam applicatum cum *Aceto rosaceo* in Spongiâ, in nimio Fluxu Hæmorrhoidum, Mensium, item Lochiorum, expertum est Remedium: v. g.

℥. *Spermat. Ranar.* vel *Aquæ ejus* ℥iv. adde *Aceti rosacei* ℥iſs. M.

Et in formâ *Epithematis* applicetur regioni Pubis, aut Lumbis, aut regioni Ossis Sacri.

Sic in Ambustionibus, in Ophthalmiis, Ulceribus dolorosis & inflammatis, Ulceribus cancris eluendis, &c. Remedium est optimum & coërcet nimium Aëstum & Calorem; unde & quasunque Inflammationes potenter sistit, cum *Linteis* duplicatis adhibitur, aded, ut in Curâ Erysipelatis nihil sit efficacius, sicut etiam in Ardore & Inflammatione Hepatis nimia singulare est; unde elegans *Epithema* est BARTHOLETI ad Intemperiem Hepatis calidam, seu ad ejus nimiam Inflammationem, quo multum præstitit in *Tract. de Resp.* p. 492. Compositio est talis:

℥. *Aquæ Hyosciami*,

Nymphææ,

Plantag. ana ℥iſs.

Spermatum Ranar. ℥iij.

Sacch. Saturni,

Campb. in Spiritu Vini solut. ana ℥j.

Salis Prunellæ ℥ss.

M. pro *Epithemate* Jecori applicando.

Ad eandem rationem cum *Epithematis* pro aliis partibus, Appropriata possunt permisceri.

Intensissimos Dolores sedat, idque ratione copiosi Salis volatilis blandi, demonstrante TACHENIO per encheiresin mechanicam in *Hippocrate Chymico*, quod probabile est satis, & ego credo. Convenit ergo in compescendis Doloribus ab Acido oriundis; unde applicata Articulis podagricis, tam Manuum, quam Pedum, aliisque arthriticis Doloribus, nisi ab Acido intensiore orientur, suave solamen affert, egregie testante TACHENIO & quam plurimis Practicis, qui hujus rei habent Experimentiam: præprimis, si in hac *Aquâ* paucillum *Camphoræ* fuerit dissolutum, quod ipsemet compertum habeo. In Dolore Capitis nimio instar *Epithematis* applicatum est egregium. Deinde egregium est *Cosmeticum* *Sperma Ranarum*, abstergit Sordes, Maculas, & similia Mala ab Acido orta, hoc enervando detergit, si misceatur cum tantillo *Camphoræ*: imprimis in Gutta rosaceâ, Rubore Faciei &c. tantummodò cum *Alumine* asservatum *Sperma Ranarum*, est egregium: in Paronychiâ,

P R Æ P A R A T A.

1. Cinis inspersus Sanguinem profluentem (e. gr. Vulnerum Nariumque) sistit. Uteri Hæmorrhagias Suffitu reprimat: Alopecis ex liquidâ Pice illinitur.

Internè Gonorrhœam cohibet (assumptus ad ℥j.)

2. Aqua stillatitia à Ranis.

Fit à Ranis vivis sub finem Martii, vel initio Aprilis capitis, per Alembicum.

3. Aqua stillatitia ex Spermate.

Fit per Alembicum, à Spermate collecto Martio.

N. Sal addere solent.

Vires. Ex præcedentibus patent; præter quas Vesicæ ab Humorum acrimoniâ exulceratæ egregia medela est. Facit & ad repellendum & sistendum Sanguinis profluvium, & Faciei ruborem, Impetigines curat, Erysipelati ac Gangrænis succurrit.

4. Oleum.

Fit coquendo Ranæ cum Oleo communi, vel Rosaceo.

Vires. (Commendatur in vehementissimis Articularum Doloribus.)

Paratur Unguentum ad Atrophiam ex Ranis Butyro infarctis Igne circuli.

5. Pulvis Spermola compositus.

Vide lib. 2. in Pulveribus.

N. 1. Ubi Rana, Spermaque earundem, aut Limaces, Lumbrici, Cancræ, & similia Animalia veniunt destillanda, includenda esse Linteolo mundo, & in medio Cucurbitæ suspendenda, ut velut per vaporem stillent, aliàs Aquæ putoris erunt participes. In Linteis autem remanebit Pulvis Animalium istorum, optimè præparatus, cui majoris correctionis

ronychiâ, Herpete, & Panaritio seu Verme sub Digito, Linteum madefactum sanat in continenti istius Dolorem; quando quidem applicatur, intensissimos excitat Dolores, subito tamen postmodum cessantes. Nec est de nihilo, quod hoc Sperma Ranarum ad Morsus Viperarum laudetur à BASILIO in Curru Triumphali Antimonii.

Quin & ex Spermate Aqua destillatur: ubi tamen observetur, ut mense Martio vel Aprili colligatur in Plenilunio; in Novilunio enim Sperma collectum dat Aquam, quæ semper foetet, licet centies destilletur. Aqua hæc Partum promovet, Doloresque ante Partum cessantes denuò excitare, mihi, ceu sæpius expertum, retulit mihi hîc Mulier fide digna. Cosmeticum est egregium, Sordes & Maculas abstergit, cum tantillo Campboræ mittum: imò ad omnia valet, ad quæ ipsum Sperma, teste TACHENIO, modò legitimè & cautè destillatum. Destillatur autem per Alembicum plumbeum, non vitreum, vel in Balneo Mariæ, vel Balneo Vaporis lento igne; tunc enim Sal volatile & Alkali occultum secum rapit, & ad omnes Affectus est utilis, ad quos ipsum Sperma. Conferatur etiam, quoad destillandi modum, WEDELIUS Pharm. l. 2. §. 1. c. 4. p. 74. & Nota 1. AUTORIS.

2. In sicca formâ usurpatur Sperma & simul contenta Ova, si levi Phlegmatis exhalatione restitans Materia mucilaginosâ exsicceatur, & hinc in Pulveris formâ asservetur: quod ipsum, & alia plura egregia ex Spermate Ranarum Remedia Cnoffeliana videbitis in M. A. N. C. Ann. 6. in Append. p. 182. & seqq. Conferatur simul ZWELFERUS Animadvers. p. 140. item de FEBURE in sua Chymia. Aliâ ratione etiam in formâ sicca hoc Sperma, per Linteum Spermate hîc pluries madefactum, & siccatum, pro usu asservatur. Hac enim ratione evaporante Phlegmate inutili, Substantia mucilaginosâ alcalina Linteo inhæret, & ita Linteum tale usurpatum idem præstat, quod ipsum Sperma. Quod etiam facit Pannus lineus crocatus Myns. p. 525. Quod enim Phlegmate evaporato inutili, Substantia medicamentosa alcalina resideat, docet mechanica Chymica AG. Med. Tom. IV.

(V) Cave ne inter Aquatilia Ranam palustrem, de quâ hîc, cum Ranâ Piscatrice confundas. Rana enim Piscatrix Piscis est marinus, quodammodo monstruosus, sesquipedem longus, cæcus capus grandi rictu innumeris dentibus armato hians, reliquum corpus magnitudine longè superat. Culinarius non ingratus Piscis est. Rana verò palustris Officialis potius est, imò quibusdam non insuavis cibus, Tabidis conveniens. Utriusque Ranæ accuratissimam Anatomem, & Iconem habes apud Charletonem. Hic autem id admirandum de Ranâ suviatili notat; quod demtis omnibus interaneis, ipsaque unâ Cordæ, validè huc illic profluit: abscesso tamen Capite (etiâsi Cor pulsus suum usque perpetuet) immobilis jaceat.

(X) Sepia inter Piscas molles, Loliginæ & Polypo congener: atramentum illi est pro sanguine, quod, cum se pett animadvertit, promptè effundit. Sepiæ Osse, quod Sepio appellat, ad Mîdium cruentum sæpissimè cum emolumento usus sum.

(II) De Sturionis (qui Latinorum Aequipenser) Elymo, proluxa æquè ac vanæ Criticorum controversiæ. Piscis à Mari in Flumina excurrit, dulcis Aquæ desiderio allectus, ab Apicis curiosè expetitus & præparatus. Ova Sturionis Sale condita & servata sunt Itatorum Caviaræ, si scdum Saponis colorem non respuas, Gulæ baud vanum irritamentum.

ergò Spiritus Vini guttulas aliquot instillabis, & rursus excubabis, vel cum eodem Spiritu Vini Tincturam elicies.

N. 2. Fabricius de Gangr. Pulverem laudat ad Ulcera maligna & Inflammationes omnes compescendas.

6. Emplastrum à Ranis, cum & sine Mercurio Vigonis.

LXXXVIII. SEPIA.

Σηπία. Germ. Blachfisch. Gall. Seiche.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Os Sepiæ. 2. Humor acer. 3. Ova.

Vires.

1. Os Sepiæ, σηπία, exsiccat, abstergit, (pulverisatum vel in-eineratum,) Maculis, Nævis, Scabiei humidæ medetur, Oculis convenit (cum Melle Cinis inditus), Gingivis tumidis subvenit (in Dentifricis), Asthmaticis auxilio est, (assumptus.) Gonorrhœam sistit, Calculos pellit, Urinas movet (Pulvis assumptus ℥j. Dosis.)

2. Humor acer. (Dinte.) Intra Vesiculam in corpore re-pertus. Alvum movere dicitur (assumptus.)

3. Ova Renes & Ureteres abstergunt, Menses & Urinam cient.

LXXXIX. STURIO.

Ακτινίστρος, Γαλαζίας, Gall. Aequipenser, Stora. Germ. ein Stor, Stur, Sturlein.

Piscis est dorso ac ventre echinatus, dulcesque falsasque Aquas colens, magnitudinis proceræ.

Vires.

Ossa Sturionis dicti Piscis commendantur in Arthritide vagâ (exhibita.) Forestus lib. 20. Observ. 12. in Epist. D. D. de Brabe. Ut & in Colicis doloribus discutiendis. (II) XC. TE-

Hafniens. Vol. 2. pag. 191.

Ex reliquâ sub Aquæ destillatione Mucagine, aliis additis, præsertim Saturninis, fiat Emplastrum. De Lintetis & Emplastris Spermatis Ranarum decantatis, conferatur quoad usum & præparationem M. A. N. C. Ann. 6. & 7. in Append. ubi Remedia aliquot CNOEFFELII, Medici tempore suo incomparabilis, habentur.

Pulverem Spermolæ compositum habebimus, ubi de Pulveribus. Encheiretis, quam habet AUTOR l. 2. est notatu digna. (V)

LXXXVIII. SEPIA. Ex Sepiâ, Germ. vonden Blach Fisch, usurpatur imprimis Os mollius & friabilius, quod convenit cum reliquis Testaceis.

Egremium est Simplex absorptivum quorumvis Acidorum, ex quo facilè polychrestus ejus innotescit usus in Affectibus primarum viarum, & Partium urinaryarum; unde fuit Pulvis præcipitans Dn. D. LANGII, aliorumque; ac idem præstat, quod Offrearum Testæ Canccharumque, ipsa etiam Perlarum Mater efficere valet; promptiori tamen ope imbibit Acida, eaque in Salsa transmutat. Præcipue Specificum habetur optimum ad sistendam benignam Gonorrhœam Virorum & Mulierum, quam continuato usu sistit & refrænât, Acidumque Genituræ corrigit. Dosis ℥j. ad ℥ij. vel solum sub Conservâ Rosarum, ac formâ Boli propinetur, aut sub formâ Pulveris cum Crystallo præparatâ, aut Antimonio diaphoretico & Succino præparato; vel cum Emulsione Seminis Agni casti usurpetur. Externè in Affectibus Oculorum, Lippitudine, Ophthalmiâ, & similibus Affectibus est magni usûs Pulvis Ossis Sepiæ in Collyriis, sive in formâ sicca sufflatus, sive cum Unguento appropriato instat Limententi applicatur.

Idem Os Sepiæ calcinatum commendatur ad vitia Gingivarum; unde ingreditur Pulveres Dentifricos cum aliis, vel cum Melle, sub formâ Limententi. Quod si hoc irroretur cum Succo Cochleariæ, vel Spiritu ejus, fit Specificum appropriatum in Scorbuto Oris. (X)

N n n

XC. TE-

X C. TESTUDO.

Xελών λιμναία. Germ. Schildkröte. Gall. Une Tortue.
Animal est αμφίβιον, è genere Testaceorum, Scutum testa-
ceum in dorso gerens.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Crura. 2. Sanguis. 3. Fel.

Vires.

Accipiatur Testudo masculina (cognoscitur inter cætera ex Caudæ discrimine, & leni sub inferiore Testâ incisurâ). Ubi Luna maximè fuerit diminuta, priusquam cum Sole conjungatur, amputentur vivæ Crura omnia, ea confusa in Sacculos ex Pelle hœdinâ angustos, alligentur Membris patientibus, ita ut dextrum Crus Testudinis dextro Cruri Ægrotantis respondeat, sinistrum sinistro. Item anterius Crus dexterum Brachio dextro applicetur, sinistrum sinistro. *Solenander Sect. 1. Consil. medic. 20. Schenkius in Observ. Idem refert Bapt. Porta ex Rhasi & Constantino, lib. 4. Phytogn. cap. 4.*

2. Sanguis Testudinis marina & terrestris, in Remediis internis pro Antidoto datur ad ʒj.

Sanguis Testudinis terrestris ad Hæticam imperatur (recens & crudus ad ʒij.)

3. Fel, Oculis confert.

(Hepar ad Suffocationes uterinas in Pesse utile.)

(Ex Testudine ad Cancrum Præsidium paratur.)

XCI. THYMALLUS.

Φάγος, Aschia. Germ. Asche. Gall. Le Thymalle.
OFFICINALIA NATIVA.

Axungia.

Vires. Oculorum Maculas, Unguesque abstergit (Sole liquata, & Melle permixta, (Maculas Cutis tollit, Foveas post Variolas relictas explet, (illita.)

X C. TESTUDO. Testudo, Germ. die Schildkröte quibusdam in locis est esculenta. Tribuitur illi singularis vis contra Phtisim.

Crura commendantur à SOLENANDRO contra Podagram: scilicet Locis dolentibus imponantur dicta Crura ex Testudine vivâ amputata, & retineantur illic, donec putrescere incipiant: dehinc sepeliantur in locum, ubi facile possunt corrumpi; & hæc est Methodus curandi Magnética. Peritpton simile ex Cruribus Testudinis in Podagra habet AUTOR, aliique Auctores, qui scripserunt de Testudine.

Paratur etiam Syrupus ex Testudine, qui commendatur Hæticis & Phtisicis, imprimis si eorum Affectus oriantur ex vitio culinæ communis Stomachi; ratione autem Sacchari plus nocet, quam prodest.

Quidam habent Aquam ex Offrèis, Testudinibus & Concris, quam commendant iis, qui laborant Phtisi vel Astrophia.

Sunt etiam, qui singulari artificio parant Magisterium ex Testudinibus pro Tabidis, hoc modo:

Rec. Testudines membrales q. v. abscessis Capitis & Extremis sinantur suspensæ, ut Sanguis totus excoletur, deinde absque elixatione separatur Cholys, & Incestina pariter eximantur, & seorsim Hepata & Corda seponantur; Carnes, quantum possibile, separatæ abluantur Spiritu Vini, deinde inspergitur Sal Prunella; mox in Hypocausto exsiccentur, sic Carnes efficcata imponantur Pelicano cum Aceto destillato emalato, vel Herbâ aliquâ aut Radice appropriatâ: Acetum emineat 4. digitos, stet in digestionem per 20. dies, quibus elapsis decantetur Acetum, & Pulvis in Aquam rosaceam immittatur, additis guttulis Olei Tartari p. d. & mox præcipitabitur Magisterium, quod potest aromatizari Oleo vel Essentiâ Citri: hinc misceantur Pulveres Cordium & Hepatum, & ad linguas uncias horum Pulverum, Specierum Diambra & Genmarum ana ʒss. Sed ut magis reddatur specificum, potest addi Pulvis specialis pro Phtisi, aut Species Diatrageantibi frigidis. In Tabes igitur, Phtisi & Hæticâ Febre etiam secundi gradûs, cum Jusculo aut Conservâ propriâ ad ʒss. propinari potest. Acetum decantatum evapora, & remanebit Extractum præstantius Pulvere. Hujus ʒss. cum

(Y) Est quidem Testudo Piscis: at notandum, quæ hic ab Autoribus nostris dicuntur, de Testudine terrestris esse intelligenda.

(Z) Thymallus à Thymi odore dictus, Piscis est fluviatilis, Truttæ congener, speciatu dignissimus, squamis durissimis argentei coloris testis, ad latera juxta caudam æris rubedine splendens: Pinnis donatur subcarnulis, notis rubentibus maculatis: Lien sanguineus: Ventrículus longior crassiorque, rugosus intus, foris candidus, cartilaginis instar durus, appendiculis plurimis, cum lumbricis donatus. Sic illum describit Markletonus.

(A) Tinca, Merula fluviatilis Scaligero, Aquarum dulcium incolæ Fubutridi & nigricante colore notissimus Piscis. Est & Tinca marina, Aselli species, Pesce Fico Italis appellata.

(B) Trutta à trudendo dictam voluit, quod semper in adversum flumen nitatur. Minutissimis Piscis hic est squamulis contextus, rubentibus maculis totum corpus pingentibus. Caro rubens & in delictis habita.

XCII. TINCA.

Σαόπριος, Tencha. Germ. Schleye. Gall. Une Tenche.

Piscis est mucosus, excrementosus, amans Aquas palustres, cœnosas, lutosas, vivens Cœno: generatur tum ex traduce, tum sponte. Familiaritate Lucio conjuncta est.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Integer Piscis. 2. Fel. 3. Lapillus.

Vires.

1. Integer Piscis dissectus imponitur Pulsibus Manuum, Pedumque plantis, ad mitigandum Æstum febrilem, vel ad divertendum Venenum pestilentielle. Simili etiam modo adhiberi solet in Dolore Capitis ac articularum. Vivæ Tinca (una post alteram) Umbilico ac Epati impostitæ, donec moriantur, Icterus curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt Colorem. Incineratam Tincam, (præcipuè Tegumentum) in Fluore albo Mulierum exhiberi vidi cum successu.

2. Fel, commendatur ad Aurium Affectus.

3. In Capite gerit Lapidem ut Carpio, qui ad similes Affectus exhiberi poterit, quo dictus Carpiois Lapis.

XCIII. TRUTTA.

Χρυσόπος, Aurata, Variolus, Variola, Trutta. Germ. Fohre, Forelle. Gall. Une Truite.

Piscis est Culinis creberrimus & laudabilis.

OFFICINALIA NATIVA.

Pinguedo. Hæc illinitur utiliter Mariscis & Ani fissuris.

(Maxilla dentata è vivis Truttis evulsæ ad Epilepsiam usurpantur.)

(Eadem utiles ad Dolores Menstruis advenientibus urgentes.)

Dosis ʒj.

(Lapilli etiam colliguntur viribus Carpiois Lapidibus pares.)

XCIV. APES.

Elect. Resumpti Nicolai ʒss. mirè confert, possuntque simul Pulveres admisceri, ut efficacius operetur. (T)

XCI. THYMALLUS. Thymallus, vel usitatius Aschia, Axungiam suppeditat, quæ in Vitro clauso exponatur Soli, sic liquefit & depuratur, datque Liqueorem oleaginosum elegantem, rubicundum instar Rubini; idque eò magis, si misceatur cum Melle, & hinc assequitur egregiam vim absterisivam, qui Remedium est singulare contra Maculas Oculorum, & ad eorum Ungues abstergendos, Foveas Variolarum, & contra Cicatrices earum & Vulnorum, iis hinc, dum coeunt, illinendus. Imò his ita parata Axungia instillata consolidat citra Cicatricem, & ideo magis, si permisceatur cum tantillo Balsami Peruviani, quippe qui per se prodest in tali casu. Unde in Variolis, quando jam deciderunt Crustæ, illinitur commodè pro delendis Maculis & replendis Foveis: id quod fuit Secretum FORESTI in curandis Variolis. Loco Pinguedis Aschie Piscis potest substitui Pinguedo Anguillarum, & multò magis Pinguedo, vel Axungia Serpentum. Ubi opus est majore absterisione, permisceatur cum Melle; ubi verò nudâ saltim sine Cicatrice consolidatione, permisceatur cum Balsamo Peruviano. (Z)

XCII. TINCA. Tinca, Ger. die Schleye, vi curandi Icterus imprimis commendatur, viva scilicet extrinsecus applicata. Applicandi ratio est diversa. Quidam imponunt Umbilico donec moriatur; alii plantis Pedum; alii eandem applicant regioni Splenis: sed B. Du. D.

MOEBIUS Umbilico & Hepatis regioni applicabat; unde per noctem relicta tumescit & flavescit eo in loco, ubi applicatur, & ita certò sanare Icterus inquit: vid. FONSEGA l. 2. Cas. 34. Aliàs verò nullius est usus. (A)

XCIII. TRUTTA. Trutta (Ger. die Forelle) Pinguedo imprimis est in usu pro illinendis Fissuris quarumcunque partium, imprimis Ani.

Dentes ejus simpliciter præparati etiam in usu esse solent antiepileptico.

Quidam recipiunt Dentes Truttæ, comburunt, & præparant cum Aquâ Petroselinii in Calculo, cujus Dosis est à ʒi. ad ʒiij. in Aquâ Alkekengi vel Petroselinii, dicuntque esse Remedium in Calculo probatum. (B)

GLAS-

C L A S S I S Q U A R T A .

D E

I N S E C T I S .

Insecta multa habent in recessu . Totusenim illorum exercitus præ reliquis Animalibus turget *Sale volatili acerrimo* ; ubi *Aquatilia* , temperatissimum habent *Sal*

volatile ; *Terrestria* verò *Sal volatile acre* , *Oleo tamen nonnihil temperatum* . Ex Insectis his primatum obtinent sequentia . (C)

XCIV. A P E S .

MELITRA , Apis , Germ. *Hum-* (Domestica , *bujus loci .* *men* , *Bienen* . Gall. *Abeille* . (Sylvestris , *fera* . *Hummel* . Apis Insectum est mellificans , vivens tum *Florum Melligine* , tum *Melle* ex illâ *Melligine* confectio .

OFFICINALIA NATIVA .

1. *Apis* . 2. *Mel* . 3. *Cera* . 4. *Propolis* .

1. *Apes siccae & contritæ inunctis Alopecis Capillum restitunt* .

XCIV. A P E S . *Apes* dicuntur *Sterilitatem ad tempus inducere* ; res tamen adhuc est dubia . *Exsiccata* aut *calcinata* , & *contritæ* contra *Alopeciam* laudantur , si *miscantur cum Melle* , & *locis calyis inungantur* .

Alias *Apes* in suo labore *duas nobis subministrant Substantias* valde proficias : *Mel* , *Concretum musteum* , *Saccharo* quasi , aut saltem *Manna* affine ; & *Ceram* : quæ sunt ita . *Apes* nimirum *Succum gummeo-resinosum Vegetabilium* , quem hinc inde *exfugunt ex Floribus* , unâ cum *subtiliore & volatiliore Rore nocturno* subactum , colligunt per *Linguam* , & sub *Lingua* in *Vesiculâ* quadam *magnitudine grani Milii* seponunt , eumque tandem per *Fermentationem* maturatum iterum *evomunt* , & in *Foveis cereis* recondunt , ubi sensimque deinde *fermentando tandem in temperatum Mel perfectum* abit . *Cera* autem non est in *Corpore* , sed *crassio-rem & viscidior* hanc *Substantiam* ad *Pedes ultimos* secernunt .

Plura de *naturâ ac generatione Mellis & Cerae* , aliisque huc pertinentibus , habet **MAGNENUS** in elegantissimo *Tract. de Manna* , ubi quædam sunt valde curiosa , & laude lecturæ digna , de vi *Apum mellificâ* ; cum quo conferatur **BORELLUS** *Cent. 1. Obs. 10.* & **HELMONTIUS** *Tract. Nutritio Fœtus in Utero* , qui *Mel rectè vocat Gloriam Roris* , in quo collecta sit *Quinta Essentia Plantarum* . Est enim nihil aliud , nisi *Extraçum* seu *Balsamum Florum* , unâ cum *subtiliori & volatiliori Roris* substantiâ ; *Resinam* enim *Florum* cum *Sale Roris Universalis* *Apes* sugunt pro *Materia Mellis* ; unde **QUERCETANUS** sæpius *Mel Rorem & Cibum Celestem* dixit . *Substantia autem Roris Resinam* , quæ ex *Floribus* exhalat , coërcet : ratione igitur *Roris Mel turget Sale Hermetico seu Universalis* . Hinc tanta vis latet in *Melle* , ut *Menstruum pro resolutione Metallorum* , etiam *nobiliorum* , constituat . Ex *Rore & Manna* enim destillatur *Mercurius Universalis* , de quo *Mel* participat . Certè propter *Rorem* singularæ quid latet in *Melle* , qui exaltatur partim in *Apibus* , partim in *Favis* per *Fermentationem* .

Cæterum *Mel hoc varium* est pro *Locorum* , item pro *Apum* , diversitate : prout *Vegetabilia* , & *iis insidens Ros* , variat , etiam *varium Mel* exinde *concrefcit* ; unde optimum , est quod ex *Locis frugiferis & sæcundis* colligitur : hinc in quibusdam *Tartariæ* locis dicunt reperiri *Mel* , *Saporem dulcem & elegantem* habens instar *Sacchari* , collectum è *Cannis* , è quibus *Veteres* collegerunt *Saccharum* . *Mel* ergo ,
Tom. IV.

II. *Mel* . Eligendum est *flavum* , *pellucidum* , *odore ac sapore jucundum* , *consistentiâ neque crassum* , ac *concretum* , neque *dilutum nimis* , *omni ex parte unitum seu continuum* . *Flavo* succedit *Album* , quod itidem , *modò reliqua bonitatis signa ne defuerint* , non contemnendum . *Vitetur autem in Mellis* electione *Favus Araneorum* *texturis refertus* . *Omni- bus porro præfertur Mel Virginicum* dictum , id est , quod *novellæ Apes* conficiunt , *colore ex flavo albicans* .

Vires . *Mel calidum ac siccum* statuitur gr. 2 . (*albicans tamen minùs calidum censetur*) *nutrit* , *abstergit* , *aperit* , *Pulmonibus* *convenit* , *Urinam ciet* , *Tussi medetur* , *Putredini resistit* :

Extrin-

utur *Corpus dulce instar Sacchari* , vel *Musti* , in recessu obtinet *duo Salia* , *Acidum & Alcali* , & *simul copiosum Oleum* , eisdemque patitur *affectiones & alterationes* , atque *suprà de Saccharo* dictum . *Acidum* enim se *manifestat* , quando *destillatur* ; *prodit enim Pblegma acidulum* ; & si *fermentetur* , dat *Acetum acerrimum* : *Propter hæc duo Principia* , atque *Sulphur* , *affusâ Aquâ* instar *cujusdam Musti fermentat facile* , & suggerit *Potum vinosum* , seu *Mulsum* , quod *degenerat in Acetum* . *Mulsum* hoc habet vim *inebriandi instar Vini* , & *Senibus* optimè *convenit* : exinde *possimus destillare Spiritum fortem* seu *ardentem* , instar *Spiritus Vini* : *sin verò crudum Mel* destillatur , *acquiritur Spiritus acidus subtilis* , valde *corrosivus* , quia *propter defectum Fermentationis nondum ita exaltatæ sunt particulæ acidæ cum volatilibus* . In *Melle* est hoc *mirabile* , quòd si in *magnum Cadum Panis fecalini* tantillum *injiciatur* , *tòtus abeat in copiosissimas Formicas* , uti *videri potest in CONRADI KUNRATS Medullâ destillatoriâ* , *Tr. de Melle* . Prætereà , utur *compositione* , *usu & effectu Mel* in plurimis *conveniat cum Saccharo* ; *semper tamen vis quædam singulariter penetrans* , *abstergens* , & quasi *menstrualis* in eodem *consideranda* venit , quæ nempe ex *Rore & Sale Universalis* , *Melli commisto* , *originem ducit* .

Ratione autem *hujus Salis Universalis Mel vim* habet *conservativam* totius *Corporis* , & *internè præservat omnes Putredines* , *mirificè vim vitalem Senum* *refuscitat* , quoniam , *ceu facile fermentescibile* , *deficientem Fermentationem* in *Massa Sanguineâ* *denuò restaurat* . Hinc *propter vim conservativam & Corpora Defunctorum* quibusdam in *locis Melle* obliniuntur .

Quoad *Usum* , uti *Saccharum* , ita & *Mel* , in se *considerata* , quatenus sunt *Concreta temperata oleosa* , quamlibet in *corpore Contentorum Acrimoniam* temperare , *Partes læsas internas* indeque *dolentes demulcere* , *simulque egregiè nutrire* , & *sordes quascunque* , ac *viscositates primarum viarum* , *potentiâ salinâ latente abitergere & resolvere* valet , tam *internè intra Corpus assumptum* , quam *externè Vulneribus & Ulceribus applicatum* . Unde *convenit in Ventriculo* , *copiosâ* , *crassâ* , ac *viscidâ Pituitâ* *nimis onerato* , ubi *Potiones Mellis* *conveniunt* , quoniam *liquefaciunt & abitergunt talem Materiam viscidam* : *imprimis autem convenit Pectori ac Pulmonibus* , unde in *Tussi* , *Asthmate* , & *similibus Affectibus* , à *Materia viscidâ in Pulmo-*
N n n 2
num

(C) De Insectis , *minimis usque vilissimis Animalculis* , accuratissimè scripsere **Aldrovandus** , **Raius** , **Listerus** , **Mouffetus** , **Svammerdamius** , **Charleton** , & *innumeri alii Recensiores* . Quæ *Insecta vocamus* , **Aristoteles** *ἰντομα* appellavit , quòd scilicet *illorum corpora* *Incisuris* quibusdam *præcingantur* . Hinc **Dñus Andry** *Insectum* *definit* , quòd sit *Animal completum* , pluribus *incisionibus circularibus* , & *annularibus interruptum* , quarum *opè* *respirat* . *Varia eaque admiranda serè omnium Insectorum Metamorphosis* , ut *primò scilicet sub Ovi* , *mox Vermis* , hinc *Nymphæ seu Chrysalidis* , *denum sub Insecti propriè dicti formâ* *appareant* . *Elaud prætereundum quod de Insectorum generatione Dñus Hombergius in medium posuit* : *Insecta scilicet duplici gaudere sexu* , atque *utroque eodem tempore uti* . Imò ait *Vermes mares esse ex unâ extremitate* , *femellas ex alterâ* : quare *quum flexiles sint* , *putat Lumbricum cum seipso copulari posse* , *accedente scilicet unâ sui extremitate ad alteram* , atque *utroque sexu suo fungente munere* . Si *insolens hæc Observatio vera sit* , *idem Lumbricus ejusdem prolis pater erit & mater* . De infinito *Insectorum numero* , *incomprehensibilibusque illorum speciebus* quid dicam ? Dicant qui *Leeuwenhœckianis Microscopiis* *utuntur* . Sufficiat dixisse , quòd , *quemadmodum Vermes & Pediculi variarum specierum perfectioribus Animalibus adhaerent* , *illorumque Sanguine nutriuntur* ; ita quoque & *Vermibus ipsi & Pediculis certa & peculiaria adhaerent Insecta* , *illorum nutrimento viventia* .

Extrinfecis. Oculorum Caliginem discutit, aliisque eorum Affectionibus succurrit.

Cautio.

1. *Mel* quia facile bilefcit, Epato calidioribusque Corporibus non adeo proficuum est.

2. *Mel crudum* Alvum inflat, Tuffim laccffit, Fafidium creat.

N. Mel Galeo Succus est Roris caelestis, ab Apibus collectus. *Paravello* refinofum quid Terrae est, in Vegetabile genus virtute Plantarum ac Influentiarum caelestium transplantatum, & hinc ab Apibus collectum, atque ulterius digefum. Vide *Paracelfus de Naturalibus*.

Hinc variat quoque 1. Pro varietate *Plantarum*, qua ratione optimum cenfetur Apum in Rosetis, vel Lilietis, &c. digefum. 2. Diversum quoque *Mel* exiftit pro diverfitate *Influentiarum*. Sic *Mel* praestantiffimum habetur, quod Anno fereno ac falubri, Vere ac Aestate confectum. *Quercetano* dicitur *Ros* vel *Manna caelestis*, atque inde sua *Aceta Philofophica* praeparat.

Præparata ex Melle.

1. *Mel depuratum.*

N. Mellis q. v. affunde *Aqua* portionem æqualem, vel duplam, triplamve, fi valde impurum fuerit, vel fi alienæ rei expers fit, sine additione: coque & despuma Cochleari per tulo.

num Bronchiis & Vafis ftabulante, mirè convenit *Mel*, & ufitatiffimè fiunt *Potiones Mellitæ*, *Hydromelita*, & *Oxymelita* cum *Herbis Pectoralibus*, ut poffit per Tuffim ejici crassa *Materia*; beneficio enim *Mellis* potenter incidunt & attenuant *Humores* in Pectore ftabulantes: de cujus virtutibus in *Affectibus Pectoris* vid. *ZACUTUS l. 2. Med. Princip. Miff. 2.* Convenit quoque Renibus propter vim balsamicam, cujus intuitu in horum, aliisque urinaris *Affectibus*, ubi vitia Renum adfunt, *Mellita* optime conducunt, & Urinam promovent; in opificio enim transcolationis Urinæ Renibus subvenit. Præ cæteris convenit Senibus, & Subjectis Pituitosis, uti vocant; Biliofis verò, Melancholicis, & Pueris nocet.

Externo usu in Malo hypochondriaco contumaci, id est, cum copiofis Flatibus juncto, *Mel depuratum* ad aliquot uncias *Clysteribus* cum *Lixivio* dilutis additur: quale *Clyfma* mirè abstergit Intestina, in specie fi crasso Muco sint obfufcata. In Chirurgiâ egregiè mundificat Vulnera & Ulcera, Putredinemque arcet; unde ufitatiffimum est inter *Unguenta Digestiva* Chirurgis dicta, item inter *Unguenta* pro detergendis Sordibus & delendo Fermento Ulcerum corruptivo: uno nomine, ut vocant, mundificat, vel solum, vel cum *Campborâ*, vel *Balsamo de Peru*. Ita quoque simplicia *Digestiva* fiunt ex *Vitello Ovi* cum *Melle*: nunc quidam permifcent *crudum Vitellum* solum cum *Melle*; nunc quidam *Unguenta* faciunt ex *Vitello Ovi* ad duritiem cocto cum *ʒj. Mellis*; quæ subigunt, donec ad consistentiam mediam redigantur, & colorem rubicundum acquirant, & huic Unguento multum attribuunt, quod omnia Vulnera & Ulcera tam recentia quàm antiqua & inveterata, phagedænica & maligna depuret, adeo, ut etiam à Gangrænâ præferret; quidam addunt *Tartarum Vini*, & ad consistentiam coquant, & sic fit propter Tartarum Vini magis appropriatum in facultate absterfivâ: videatur *HAFENREFFERUS de Morbis externis l. 2. cap. 2. BORELLUS Cent. 1. Obf. 96. Mel* solum cum *Terebinthinâ* permiffum elegans est pro *Digestivo* contra Fermentum corroffivum Ulcerum; unde quidam Præctici *Spiritum Mellis* cum *Spiritu Terebinthinæ* ana permifcent, & per Retortam destillant Igne Arenæ, & acquirunt potentiffimum *Absterffivum* in Ulceribus cacoëtheis &c., & hanc vim obtinet ratione Salium, acidî & urinosi, volatilium.

Quando autem *Mel internè usurpatur*, obfervetur *Cautela*, ne fermentando corrumpatur in Stomacho: dum enim fermentat in Corpore, nunc facile acefcit, nunc ex opposito sub cruditate nidorosa facile amarefcit seu bilefcit, & ita cætera Corporis Contenta liquida multipliciter turbare, & Massam Sanguineam in Fermentationes inordinatas & Ebulitiones febriles concitare poffit. In Febribus igitur, & Junioribus, Billofis, & Melancholicis, minùs confert. Eo ipfo quoque, quod facile fermentet, nocet Infantibus & similibus, Adultis, Hypochondriacis, Scorbuticis, Hystericis Mulieribus & aliis, in quibus sæpiùs murmurant Intestina: Rugitus, Effervescentias, Tormina; & similia Symptomata alia excitat in Intestinis, Succos acidos fermentando: & id quod *suprà dixi de Saccharo*, poffit applicari ad *Mel*.

N. 1. Quod fi hac ratione non satis depuratum foret, clarificari poterit cum *Albuminibus Ovorum* fingulis ad fingulas libras adhibitis. Vid. *lib. 1. c. 14.*

N. 2. *Conradus Kunrath* dictam Mellis depurationem improbat, quippe quæ potiores ac meliores *Spiritus*, quibus maxime imprægnatum est, in auram evanescant. Itaque hanc substituit.

N. Mel Virgineum nondum igni commissum, unà cum *Favis*, inde *Manicæ Hippocraticæ*, fufpendeque in loco tepido Solis, vel in Hypocausto Vaporibus aqueis (ut *Balneatorum Balnea* calefieri solent) calefacto, ut perfluat *Mel*.

(Habent *Potionis* genus, quo delectantur Poloni, Lithuani, Livonii, complures etiam Germani, *Hydromel* vocatum, ex *Mellis* p. 1. *Aqua* p. viij. Prostat etiam in Officinis *Compositum Aromaticum*, item *Laxativum*.)

II. *Mel destillatum.*

Unde

1. *Aqua Mellis*, *Spiritus*, atque *Oleum*.

N. Mellis ʒ. i. adde *Sal. com.* vel *Silicum mundor. contusor. Arenæ* ʒij. ʒv. (alii etiam addunt *Segmenta Ligni Juniperini*). Destilla per Retortam gradatim, & exit *Aqua alba*, dein *flava*, cum *Oleo*, ut & *Spiritus*, quæ aliquoties rectificentur.

Alii

AUTOR dicit, quod *Mel crudum Alvum* inflat, idque, ut dixi, propter vim fermentativam, & sic juvenilia Corpora facile disponit ad Diarrhoeas & Febres. Plura qui cupit de usu & noxâ *Mellis*, vid. *GABELCHOVERUM Cent. 3. Curat. 34. In Scholio*, uti etiam *ZACUTUM l. 2. Med. Princip. Miff. 62.*

Quoad *Præparaciones*, inter has sese offert *Mel depuratum*. Cæterum *Depuratio* ista, quæ fit cum *Aquâ simplici*, qua *Mellis* *Spiritus* copiose exhalant volatiles, meritò venit improbanda, cum citato *CONRADO KUNRATH & ZWELFERO in Pharm. Reg. pag. 24.* Ergo altera *Præparatio per Manicam Hippocraticam* præferenda est priori.

Mulsum sequitur. *Mel* enim fermentari solet, si recipiatur ejusdem pars j. *Aqua communis* vel *pluvialis* partes viij. hinc despumantur, & ad tertiz usque partis remanentiam, seu donec Ovum Solutioni supernatet, incoquantur; quo factò cum tantillo *Fæcum Cerevisiæ*, vel *Fermenti* in *Aquâ tepidâ* soluti, reponantur in Fermentationem in Vase aliquo modo clauso, & in loco calido per 40. dies & noctes, aut donec non ampliùs ebulliat, & fit *Posus*, quem vocamus *Mulsum*, quod valde est usitatum in Regionibus Septentrionalibus, Lithuania & Moscoviâ, ubi deest Vinum, & abundat *Mel*.

Dicitur *Liquor vinosus*, quia *Vini* instar habet vim inebriandi fortiffimam, ut quis vix dimidium *Mensuræ* possit haurire. Fermenti loco quidam immergunt *Sacculum Sinapi Semine* repletum: alii fingulis ʒiv. addunt *Salis Tartari* ʒi. & *Tincturæ Tartari* ʒij. atque hac ratione ex fermentato *Melle*, si per *Vesicam* destilletur, copiosus etiam elicitur *Spiritus ardens* instar *Spiritus Vini*, ex *Balneo Mariæ* rectificandus, cum ex crudo *Melle* fiat saltem *Spiritus acidus*. Si *Sal Tartari*, vel aliud *Sal fixum* addatur *Melli*, hoc exinde instar *Sanguinis* rubescit. Hujusmodi *Mulsa* poffunt fieri medicata, quando cum *Melle* & *Aquâ* permifcentur *Plantæ* (pro *Affectibus Pulmonum & Pectoris*,) *Pectorales & Pulmonatæ*, &c. ut curetur *Morbus*, & simul sustentetur *Corpus* beneficio hujus *Mulsi*.

Etiam in Officinis prostat *Hydromel*, usitatum in *Affectibus Pectoris & Pulmonum*, dum *Plantæ Pectorales* decoquantur in *Aquâ & Melle*, & nunc est *Simplex*, alterans in Tuffi, vel consolidans in Ulcere Pulmonum, vel *Purgans*, additis *Plantis Alterantibus*, *Consolidantibus & Laxantibus*, v. g. *Foliis Sennæ*, vel *Agarico*.

Qui vult uberiorem modum parandi *Spiritum Mellis*, *Mellicata*, *Hydromelita*, & *Liquores vinosos*, videat *DEODATUM Pantb. Hygast. l. 2. c. 19.* ubi aliquot præscribit modos. Poffit etiam videri *CONRADUS KUNRATH in Medullâ destillat.* ubi de *Melle*.

Mel destillando duplicem dat *Aquam: Albam & Flavam*. *Prima* est mitior, *secunda* acris. Conveniunt in *Affectibus Oculorum*, in *Albugine*, *Pannis*, & *Unguibus*, item in delendis *Maculis & Cicatricibus*, & *Vulneribus Oculorum* relictis. In *Affectibus* incipientibus *Aqua prima* est optima, in gravioribus autem sumatur *secunda*, quæ interdum cum paucò *Spiritu* miscetur: loco cujus etiam usurpari poffit *Aqua Mellis composita. Cent. 5. Curat. 53.* ubi *Nubecula* gravis discutienda.

Alii

Elicunt primò *Aquam* in Cucurbitâ ex MB. Remanenti in Cucurbita Mellis addunt *Arenam*, vel *Silices calcinatos contusos*, destillantque per Retortam *Aquam flavam* cum *Oleo*. Hæc digerunt aliquoties, per dies ac noctes aliquot (5. 6.), dein destillant, tandem *Oleum* supernatans ab *Aqua* separant. *Sennertus*, *Quercetanus Med. destill.*

Alii

M. *Mel* cum *Cera* & *Favo*, ponunt in Fimum ad Putrefactionem per mensem, Fimum sapius (diebus ternis) mutant; Hinc destillant. 1. Exit *Aqua alba* (Faciei absterfioni dicata) 2. *Aqua flava*. *Oswaldus*.

N. 1. *Aquam* hanc flavam esse *Menstruum Franc. Anton.* sunt qui putent, sed male.

N. 2. Adduntur *Arenæ*, vel *Silices*, vel *Vitrum*, ut Ferveſcentia, ad quam *Mel* maximè proclive est, præcaveatur, id quod alii meditantur *Sacculos parvos Arenæ refertos* imponendo.

N. 3. Sunt qui *Aquam* primò elicitam super novum *Mel* fundant & rectificant.

Vires.

Utraque *Aqua*, alba scilicet & flava, Suffusiones & Albugines Oculorum sanat, Capillis producendis confert. Inſervit *Tinctura Corallorum* extrahenda.

Intraſecus referat Obſtructiones, pellit Urinam, atterit Calculum.

Oleum quod instar *Aquæ Vitæ* ardet, vires habet admirandas, præſertim si per dies aliquot circuletur cum *Spiritu Vini*. Etiam ſeparato iſterum illo *Spiritu Vini*, remanet *Oleum* dulce & gratiſſimi ſaporis. Vulneribus ſclop-tatis, & phagedænicis Ulceribus plurimum conducens. Singulare quoque est ad podagricos Dolores ſedandos. Diſcutit Maculas Faciei cum *Oleo Camphoræ*.

2. *Oleum Mellis compositum.*

M. Mell. ℞. ii. *Vitrioli calcinati*, ℞. i. *Spir. Vin. veſſif.* ℞. ſ. *Tartar.* ℞. i. destilla per Retortam, primò extillat *Foſſema*, dein *Spiritus*, &c.

Vires. Lenit Dolores podagricos, si locus affectus eo illinatur.

3. *Acetum Mellis.*

M. Mellis opt. p. i. *Aqu. fluo.* p. viii. coque ad medieta-tem, post à ſuſpende in eod-ſem *Semen Eruca* in Petiâ, atque reponere in loco calido vel Sole, donec d-ferbuerint. Fit paulatim *Acetum acerrimum*, quod destilletur.

Vires. Præter alios usus, solvit & *Silices*, reliquosque *Lapides*, etiam sine ullâ præcedente Calcinatione. *Hartmannus in Coll. Sennertus Inſt.*

discutienda. Post *Aquas* has seu *Phlegmata* prodit *Spiritus acidus volatilis corrosivus*, & *Oleum* crassum empyreumaticum, non satis clarum. Ut verò *Spiritus* melior habeatur, & sit magis penetrans, putrescat ad tempus *Mel*; si verò fermentando aceſcit, suggerit *Spiritus* instar *Aceti destillati*. *Spiritus* autem acidulus cum *Phlegmate* unitus & circulatus, suggerit *Menstruum* ſingulare magoarum virium, quia in illo latet *Sal*.

Obſervetur, quòd *Mel* sub destillatione faciliè ebulliat, & per Alembicum adſcendat; pro evitandâ igitur Ebullitione, ipſi quædam admisceantur, v. g. *Arenæ* triplum, aut *Laternum*, aut *Silicum*, ſimiliumque, quæ impediunt ejus impetuofum motum & Ebullitionem, Retortaque ad medieta-tem ſaltem repleatur; hoc enim modo *Mel* destillatum dat *Phlegma* ſubtile, hinc *Spiritus* acidum instar *Aceti* destillati, & *Oleum* empyreumaticum. Ex *Capite mortuo* incinerato *Sal* elixivari poteſt.

Spiritus hic acidus commendatur contra Calculum, & ad pellendam Urinam. Externè hoc ipſo *Spiritu* sunt, qui parare volunt *Tincturam Corallorum*; solvit enim *Coralia* ac *Perlas*: sed an vera *Tinctura* ex *Corallis* & *Perlis* poſſit parari, videbitis in *Dissertatione de Tinctura Corallorum*.

Oleum Mellis, quod instar *Aquæ Vitæ* ardet, cum *Spiritu Vini* circulatum, cujus meminit *AUTOR* No. 1. sub ſine, multum etiam conducit in usu chirurgico, tam in lætioni- bus Partium recentibus, quàm Ulceribus; purificat & mundificat *Ulcera* maligna & phagedænica, uti rectè habet *AUTOR*; vel ſolum, vel cum *Camphorâ*, aut *Balsamo de Peru* miſtum. *Tinctura* ex hoc *Oleo* cum *Spiritu Vini* parata com- mendatur internè in curandâ *Phthiſi* & *Ulceribus Pulmo-* num.

Oleum Mellis compositum, quod habent *AUTOR* No. 2.

4. *Tinctura Mellis.*

Tincturam Mellis *Bequinus* extrahit ex *Melle crudo* cum *Arenis* impaſtato, eamque exhibet *Phthiſicis* pro Nutrimto.

5. *Quinta Essentia Mellis.*

1. M. *Mel* cum *Favis*, q. v. (℞. xv.) elice *Aquam* per MB. quâ prolectâ, relinquatur adhuc remanens *Materia* in MB. ferventi, per dies ac noct. (5.)

2. Dein affunde *Aquam*, atque extrahe s. a. *Tincturam*, eamque decantatam purifica optimè per digestionem ac ſubſtidentiam. Tandem destilla *Tincturam* per MB. ad ſiccitatem. (Destillatum dicitur *Elementum Aeris*, *Essentia* illa remanens *Ignis*.)

3. Ex *Facibus incineratis* (prolecto priùs *Oleo* per descen- ſum, Retortamve, si ita viſum fuerit,) extrahe *Sal* cum *A-* quâ communi, more ſolito, idque purifica optimè (dicitur *Elementum Terræ*.)

(*Sal Mellis* in *Carunculis Penis* utile.)

4. Conjunge jam omnia, atque destilla ex *Cineribus* per A- lembicum toties cohobando, donec omnia volatilia ſint, ac Alembicum tranſcenderint.

Sic habes *Quintam Essentiam Mellis*.

Vires. Instar *Panacæ* eſſe poterit.

Dosis gr. iij. iv. v. &c. *Med. destill.*

6. *Elixir Mellis.*

Clyſſus.

M. *Mel* per *Manicam Hipp.* depuratum. Elice *Aquam*, *O-* leum ac *Sal. comm.* *Sal elicatum* potato per vices *Aquâ ſud.* dein *Oleo*, donec omnia imbibere, & *Coagulum* inde factum fuerit.

Vires. Eadem vires cum *Quintâ Essentiâ Mellis* poſſidet. *Med. destill.*

7. Sunt & varia *Officinalia uſualia*, quæ *Mel* Baſin agno- ſcunt, ut *Hydromalium* genera; tum aſſervationis *Medium*, ut *Syrupi* quamplurimi, &c.

III. *Cera*, κίπος, Arabic. *Hibama*. Germ. *Wachs*. *Wax*. *Was-* Medium quemadmodum tenet calcificantium, refrigerantium, humectantium, & deſiccantium, ita tamen, ut ad Calidita- tem inclinet, partium quadantenus crassarum & emplastica- rum, ideoque digerit, maturat, &c.

N. Aded uſitata *Officinis* eſt, ut vix *Emplaſtrum* reperias, cujus non exhibeat conſistentiam.

Preparata ex *Cerâ*.

Oleum Cera. Vide lib. 2. c. 70.

Vires. Diureticum eſt, daturque intrinſecus. Dosis iij. iv. v. Gutt.

1. *Oleum*

fuit *Balsamum Podagricum Hartmanni*, eique in magno usu pro leniendo *Dolore podagrigo*: sed nil valet.

Ex *Melle* poteſt fieri *Acetum* in continenti cum *Semine Eru-* cæ: nam ſicuti ex generoſis *Vinis* genoroſa eliciunt *Aceta*; ita ex *Melle*, quod valde generoſa habet principia. Uſus ejus eſt in *Chymicis* pro ſolvendis *Lapidibus*, *Gemmis*, *Perlis*, & aliis *Metallis*.

Quidam *Tincturam* ex *Melle* cum *Spiritu Vini tartariſato*, aut *Spiritu Mellis inflammabili* per fermentationem parato, extrahunt, ejuſque dimidum abſtrahunt, quam pro *Humore viſcido* in *Pulmonibus* reſolvendo, ac per *Urinam* & *Sordes* expellendo, maximè laudant.

Aliàs *Mellis Preparata* ſunt varia, quæ tamen omnia eò recidunt, ut habeatur *Sal* iſtud *Roris* concentratum cum *Bal-* ſamo *Florum*.

Ex *Melle* etiam poteſt extrahi *Sal*, quod commendatur imprimis ad curandam *Carunculam Penis*, si cum *Cerâ vi-* vidi redigatur in *Unguenti* formam, uti aſſerit *BARTHO-* LETUS, quod etiam credo.

Cera eſt craſſior & pinguior pars *Mellis*, quæ diſponitur in ordinem ab *Apibus*; qui ordines dicuntur *Favi*, & in his aſſervatur *Mel*. Subjectum eſt reſinoſum, quod ſumma quo- que *Corroſiva* non attingunt, & in *Aquâ* obduratur magis, quàm ut liqueſcat. Ingreditur *Emplaſtra* ad conſistentiam debitam. Interno uſu nonniſi *Oleum Cera* ſuggerit, cujus optima *Præparatio* eſt, si *Cera* ℞j. miſceatur cum *Oſſium calci-* natorum ℞ij. ſic enim hæc retinent *Spiritus acidum Cera*, ut ſolum *Oleum* instar *Butyri* craſſi prodeat, quod naturæ alcalinæ eſt. *Oleum* autem hoc à *Phlegmate* ſeparatum, cum ℞iij. *Vini* & *Sal. Tartari* ℞ij. denuò rectificetur, & prodit clarum atque penetrantiſſimum. Aliàs eodem modo deſtil- latur, ut *Oleum Philoſophorum*. Nempe *Cera* liqueſcã à *Laternibus*

1. *Oleum Cerae boni odoris & coloris.*

Fit, si redificetur super recentes *Cerae* particulas Igne cinerum. Ex eo fit

2. *Balsamus Vulnerarius.*

Per Macerationem menstrualem *Florum Hyperic. & Rad. Consolid. major.*

3. *Magisterium Cerae.*

Fit ex ea soluta in *Spir. Vin.* filtrataque, ut remaneat in Charta instar Butyri, quod edulcoratum, atque ad ℥j. propinatam, valet eximie ad Dysenteriam.

IV. *Propolis*, *πρόπολις*, *σμήνιον*, *Dioscor.* *Cera Virginea*: *Germ. Vorstoss, Stop-Wachs, Bien-Hartz*, rudis est, & cerosa, crassaque materia, seu Gluten in Alveorum foribus reperitur.

Eligenda flava, odorata, Styracem vel Galbanum referens, in vehementi ariditate Mellis, & Mastichis in modum dulcibus.

Vires. Calcificat 2. aut principio 3. leviter abstergit, attrahit, Aculeos & omnia infixa Corporibus extrahit, dura concoquit, Dolores demulcet, Ulcera desperata Cicatrice obducit. In veteri Tussi Suffitu juvat.

Lateribus ignitis imbibitur, & sic destillatur.

Egregie convenit, & ab HARTMANNO & CROLIO commendatur interne pro usu diuretico ad gr. iij. vel iv. ex *Aqua Petroselinii*: item in Procidentiâ Ani, cujus crebriorem Prolapsum præcavet: præterea quoque valdoperè penetrat, incidit & referat, & propterea in Affectibus urinaris & Renum est egregium: in Arenulis Renum promovendis, & Urinâ ciendâ est expertum, ut parcius sit adhibendum, propter vim nimiam pellendi Urinas; unde in Doloribus nephriticis potest assumi, factâ illinitione externâ cum *Oleo Scorpionum & Philosophico* in loco dolente. Externè egregium est in Fissuris Mamillarum: vid. ALDROVANDUS de Insect. l. 1. cap. 3. *Vulnerarium* præterea est; unde *Balsamum Vulnerarium Mindereri* ingreditur: Nempe

℥. *Terebinth.* ℥ss.
Olei *Hyper.* ℥j.
Gum. *Elemi* ℥ij.
Olei *Cerae* ℥j.

M.

Resolvit & attenuat Tumores contumaciores frigidus, ex Lymphâ vitiosâ ortos; item Gummata podagrica, ac Nodos, Tophos, & Gummata Venerea; potenter enim resistit Veneno corrosivo In Scirrho, sive oriatur per se, sive ex accidente, sive malè curatâ Inflammatione, ubi Emollientia & Mucilaginosâ applicatur, curat sine metu Canceri & Exulcerationis. Tollit præterea Dysuriam & Stranguriam, si Umbilico illinatur: vid. FABER in *Panchym.* sic & contra nephriticis Affectus miscetur cum *Oleo Scorpionum & Oleo Philosophorum*: contra Ambusta verò & læsiones ab Igne acuat cum paucis *Olei Ovorum*: in Convulsionibus ex Puncturâ Nervi est optimum: vid. SYLVIVS in *Pr. lib. 2.*

Præparatio *Magisterii* est satis clara.

Propolis, quæ usitatè vocatur *Cera virginea*, est Materia crassa, & usurpatur externè in *Emplastris & Cataplasmatibus*, in principio Vulnerum applicandis, pro extrahendis alienis, & præcavendis sordibus supervenientibus: est elegans Cicatrizans & Incarnans, quod Ulcera curata Carne replet, & Cicatrice obducit. (D)

XCV. ARANEUS. *Araneorum* viventium vis *Maligna* nota, mortuarum verò *Innocens* est in Fe-

XCV. ARANEUS.

Araneus, *Ἄραξ*, *Ἄραξ*. *Germ. Spinn.* *Gall. Araignee*. Iniectum cu venenatum, Puncturis suis nocivum; Variorum est generum promiscuè usualium.

Est enim *Araneus* major, coloris scilicet varii; vel minor, coloris nigri, &c. Distinguitur sexu, coitque Vere ac initio Æstatis, & aliquando Autumno & initio Hyemis, unde & eo temporis puncto magis noxius habetur. Vivit Muscis, quibus capiendis Retia sua pandit.

OFFICINALIA NATIVA.

1. *Aranei.* 2. *Tela Araneorum* (*Aranea dicta.*)

Vires.

1. *Araneus* febriles Paroxysmos arcere dicitur, (Pulsibus Metacarpi, Temporibusve impositus;) peculiariter tamen ad Quartanam commendatur (*putamine Avellanae* inclusus) Colloque suspensus, vel Lacerto appensus.

2. *Tela*, confringit, conglutinatur, ideoque Vulneraria est; Sanguinem cohibens, Inflammationem præcavens. Ad arcendos febriles Motus non solum externè, sed & (satis audacter) internè à nonnullis adhibetur.

PRÆ-

bribus Intermittentibus, vario usu. Ut enim rariùs interne usurentur; Rusticus tamen quidam hinc loci *Araneas mortuos exsiccatas & pulverisatas* Ægris Febre Intermittente laborantibus quamplurimis à ℥j. ad ℥ss. felici cum successu propinavit. Qui internus usus an elegantior sit externo? in medio relinquo. Nam omnia talia Insecta abundant Sale volatili urinoso & acri, unde internè assumpta ratione Salis volatilis urinosi pellunt Urinam, & Arenas movent.

Externus earum usus in Febribus Intermittentibus magis frequens est, dum quidam vel solam, vel cum aliis applicant Pulsibus Metacarpi; alii *Araneam vivam* majorem includunt Nuci juglandi, & appendunt de Collo, imprimis in Quartanis & dicunt, se esse expertos ejus usum.

Si concluduntur *Araneae* in Vase quodam, se mutuis Puncturis interficiunt, & post mutantur in *Liquorem* scædum, qui destillatus dat *Spiritus* copiosum, & *Sal volatile* urinosum.

Ex *Araneis*, seu *Basi*, & earum *Telis*, conficitur decantatum *Emplastrum Febrifugum Strobelbergeri* contra Quartanas, de quo vid. *Tractatus de Curatione Februm*, ubi habet egregias & singulares Observaciones Quartanarum curatarum hoc *Emplastro*. Descriptionem habet AUTOR in *parte anteriore*: sed ea non est in omnibus legitima & genuina.

Ex *Araneis majoribus* fit *Oleum Araneorum simplex* per infusionem, quod Pulsibus illitum contra Febres Experimentum est: vid. STROBELBERGERUS de *Remediis contra Febres Intermittentes*.

Paratur etiam ex istis per infusionem *Oleum Araneorum compositum*, cujus elegantem Descriptionem MINDERERUS habet. Hujus usus est pro malaxandis *Emplastris & Unguentis*, applicandis Anthracibus & Bubonibus pestilentialibus, aliisque Ulceribus malignis & cacoëthis adhibetur; sicut usitatum similiter est in Febribus malignis, pestilentibus, petechialibus, aliisque similibus Affectibus, ut Carpis Mandis, Temporibus, & regioni Stomachi & aliis partibus externo impetui expositis, illinatur, imprimis ubi ex inquinamentis Aëris Pestis est contracta, ut supra dictum, sive solum, sive permixtum cum *Oleo Scorpionum* composito MATTHIOLI, vel *Oleo succini, Campboræ, Carbunculi*, & similibus.

Tela Araneorum sunt communiter Mulierum Experimentum pro conglutinandis Vulneribus recentibus, quas cum

Micâ

(D) Apes notissima alata Insecta. Ex his 1. Mel. 2. Cera. 3. Mitys seu Commosis b. e. materia nigra & acris odoris, primum Mellis: fundamentum: sed potius est Cerae purgamentum, quo Apes alveum intus obtinunt, ne bestiola nocua subeat. 4. Pissoceros, quasi materia ex Pice & Cera conflata, Cerae veluti rudimentum. 5. Propolis, σμήνιον, Dioscoridi, Cera virginea Scribonio: materia flavescens, Styraçis odorem referens, Cerae finitima, sed nondum Cera, quæ alvearis rimæ obsruantur. 6. Favi, in quibus Cellulae mivæ architecturâ exculpæ. Absolutissimam de Apibus, earumque opere, Dissertationem Cl. Dñi Maraldi, habes Act. Acad. Scient. Anno 1712. Mellis item exactissimam Analysim habes ex Lemery, Anno 1706. Notat Autor hic, quod primum Ros Mellis Nutricum Lac pessundet, Urinas cieat, difficilem Respirationem promoveat. In Carbone post Mellis calcinationem residuo, Magnes exiguas Ferri micas invenit atque allicit. Factâ Principiorum Mellis Analysim, nullum dulce Principium offendimus; imò si separata iterum commisceantur, dulcem saporem non recuperant. Cerae & Hydromelitis vinosi chymicam Analysim habes apud eundem Lemery, Anno 1707. 1708.

Pro vario Apum pabulo, variam Mellis naturam evadere, omnibus persuasum. Memoratu dignum est, quod scribit Xenophon, quod scilicet Exercitus decem millium Græcorum, ex Mellis usu vomitum & secessum passi sint, dein ebrii, & delirantes Milites evaserint, post triduum omnes sani, sed valde debiles redditi sint. Suspicitur Tournefortius Mel illud ab Apibus collectum fuisse ex unâ vel alterâ specie *Chamaerhododendri*, quæ eò locorum frequentes sunt, quarum ipse offert descriptionem.

P R Æ P A R A T A.

Oleum Araneatum Simplex & Compositum fieri potest ex infusione, ut Oleum Scorpionum.

Vires. Ingredditur Emplastrum Febrile.

XCVI. A S E L L I.

Oνίσκος, Gal. Οἶροι, Dioscor. Τίλοι Plin. Procelliones, Millepedæ, Multipedes. Germ. *Eselgen, Schaffellein.* Gall. *Anetons.*

Nascuntur in locis humidis, Cellis & similibus, sub Lapidibus Vasisque Aquâ repletis: ad tactum sese contrahunt aut rotundant.

Vires. Tenuium partium sunt, digerunt, extenuant, abstergant, aperiunt. Hinc utilitatis peculiaris sunt in Mucilagine tartaricâ resolvendâ, Calculoque ad Mucilaginem reducendo, in Obstructionibus Viscerum aperiendis, adeoque in Morbo Regio, in Dolore Nephritico, difficultate Urinæ, in Colicâ, Appetituque ob Ventriculi Mucilaginem immutato, in Asthmate, &c.

Micâ Panis benè masticatâ permiscet, & applicat. (E)

XCVI. A S E L L I. *Aselli* usitatius vocantur *Millepedes*, seu *Onisci*: Insecta sunt vilissima, in Medicinâ tamen utilissima. Colligendi sunt, qui reperiuntur in Locis saxosis, & intra fissuras Lapidum Murorum antiquorum; hinc copioso Sale nitroso volatili, admodum aceri, scatent, simili, quo Lumbrici imprægnati sunt, acriori tamen in his. Abunda autem hoc Sale ex Nutrimenti ratione, quod est Uligo intra rimas Parietum reperibili, mediante qua solutum Sal nitrosum in Calce vivâ, qua Murorum Parietes construuntur, imbibunt, & digestionem volatilisant, adeoque, quoniam Nitrum in se continent, hujus intuitu Remedium insigniter *diureticum* sunt; unde & Remedium contra Calculum Vesicæ, tam præcavendo quàm curando, inde paratur. Si igitur horum leniter exsiccatorem Pulvis cum Floribus Nitri *Mynsicht* misceatur, habetur Pulvis *Diureticus* ad ciendam Urinam egregii usus. Sic notum est Experimentum HORATII AUGENII & WILHELMII LAUREMBERGII, dum Pulvis *Asellorum* propinatus fuit in Decocto *Cicerum rubrorum*, quo Calculus Vesicæ, jam exciendus, fuit dissolutus & excretus. Historiam habet LAUREMBERGIUS de Calculo Vesicæ, in qua refert, se liberasse hunc aliquot Calculo Vesicæ laborantes. Alio tempore facta est similis Experientia Romæ in Monacho, ab AUGENIO curato; item in Angliâ duabus Mulieribus Calculo afflictiis cum fructu Potus hic fuit propinatus, eo modo, quem habuit SENNER-TUS *Prax. l. 3. p. 8. c. 2. de Calculo Vesicæ p. 847.* ubi habet modum utendi, & id quod scribit AUGENIUS. Unde in Angliâ infundunt in *Cervisiam fermentandam*, & faciunt Potum pro præservando Calculo Vesicæ. LINDANUS etiam refert, se binâ vice curasse Calculosos eâ methodo, quam descripsit SENNER-TUS, cum Pulvere Millepedum. Quin & ratione Salis volatilis urinosis in incidendo, penetrando & resolvendo Mucos acido, viscido, tenaci, ubicunque hæreat, valent; unde in Affectibus Splenis & Hypochondriacis sunt magni usus: hinc in resolvendâ Mucilagine, implente & fariante Pulmones, non habetur potentius Remedium, quocunque modo præparentur & propinentur. Propinati in mediocri Dosi sunt expertissimi in Asthmate, sive cum Aceto & Vino propinentur à gr. v. usque ad ℥j, sive in Petiâ ligati infundantur Vino, & hoc post expressionem hauriatur, ad Infarctus Pulmonum mirè conducit, & egregie convenit: alii faciunt *Electuarium ex Millepedibus præparatis*, Melle permixtis, addito Gummi *Ammoniaco*, quod pro curando Asthmate, & similibus Pulmonum Affectibus, est expertissimum & potentissimum. A Modernis contra Arthriticam vagam, & Dolores Artuum scorbuticos adhibentur, quod quidam ex Signaturâ, qua se movent & contrahunt, deducere conantur: vid. MOEL-

Extrinsecus commendatur Pulvis ad Affectus Oculorum, ad Aurium Dolores & Anginam (cum Melle illitus.)

Virus impositus Phagedænam perimit.

Dosis à ℥j. ad ℥j. in Pulvere cum Vino vel Aquâ aliquâ nephriticâ.

P R Æ P A R A T A.

Alii lavant in Vino ac exsiccant, iterumque lavant ac siccant, hinc pulverisant ac imbibunt in Spiritu Vitrioli.

Dosis gutt. iv. v. vi.

Alii contundunt cum Vino, colant, & exhibent. Nonnulli macerant solum in Vino colantque.

N. 1. Non facile ℥j. transcendendo, nec usum continuo, nimiam quippe resolvendi vi, incommoda non parva inferre possunt.

N. 2. Ubi Locus natalis saxosus, indicat ad Calculum Asellolus facere. Ita indicante aptitudine & propensione sese contrahendi, ad Convulsiones forsan non essent inutiles.

XCVII. BOM-

LENBROCCIUS *Traçatu de Vitis p. 133.* Notandum præterea, quod Insecta hæc æquè atque alia præ reliquis primatum obtinent in Affectibus dolorosis & Morbis convulsivis Partium internarum Scorbuticorum & Hypochondriacorum; unde etiam in Asthmate convulsivo, curata aliâ difficillimo, præferuntur omnibus reliquis Remediis Vino infusi. Videantur imprimis ea, quæ habet WILLIS in *Pathologiâ Cerebri, in Traçatu de Affectu hypochondriaco & Suffocatione uterinâ*, ubi Medicamenta ex Asellis laudantur; item HERTODT in *Crocolog. c. 13. pag. 129.* Laudantur porro in Fluxu albo, teste BARTHOLINO *C. 5. H. 97.*

Denique interno usu in Vulneribus, Fistulis, & aliis Ulceribus partium Corporis inveteratis & desperatis, ut & recentibus, miram vim habent chirurgicam Aselli. Angli utuntur pro curandis Ulceribus malignis & phagedænicis; sicut de Ulceribus Mammarum mirabiliter recenset BOYLE in *Philosophiâ Experimentalis*; & ex eo refert BARTHOLINUS *Cent. 4. Epistol. 92. p. 522.* Similiter & egregium Experimentum videbitis in RIVERIO *Cap. 2. Obj. 89.* ubi elegans prostat Observatio gravis Ulceris aliquando curati per internam usum Pulveris Millepedum.

Quomodo interno usu administrantur & præscribantur, optime docet WILLISIUS *Pharm. Rat. P. 2. 50. 268. 283. & 341.* Nempe vel pulverisati adhibentur in convenienti quodam Vehiculo; vel eorundem 50. 60. &c. infunduntur in Aquam appropriatam, vel in Vinum, teruntur probe, transcolantur, & ita Infusum bibitur. Quidam, cum Vino vel Rhenano, vel Malvatico ter infundunt, & toties lento calore exsiccant & pulverisant. Vid. QUERCETANUS in *Pharmac. Dogm. restituta*. Alii cum Spiritu Salis, aut Nitri, aut Vitrioli, Millepedes hos imprægnant, vel solvunt, & ita Remedia ex ipsis parare solent: sed male. Vereor enim, ne castretur potius eorundem vis medicamentosa.

Modum in copiâ colligendi habet MOELLENBROCCIUS de *Vitis p. 238.*

Purificati in Liguamen abeunt, relictis saltim Exuviis Liquori innatantibus, ex quo Spiritus urinosus volatilis fortiter diureticus & potens satis destillatur.

Aselli plures invicem coacervati, ut nonnihil putrescere incipiant, destillati dant elegans *Pblegma volatile*, quasi nitrosum, summum Remedium in Affectibus nephriticis & calculosis, tam Renum quàm Vesicæ; item partes iij. Lumbricorum cum p. i. Asellorum mixtæ, & institutâ digestionem, in Liguorem simul abeunt potenter diureticum. Tincturam Millepedum cum Tincturâ Tartari parare jubet WILLISIUS de *Scorbuto*.

Externè Millepedes in Oleo Olivarum, vel Oleo Lini, infusi & cocti, Oleum constituunt anodynum, imprimis Specificum contra Dolorem Hæmorrhoidalem, quem optime curat & sanat: de quo conferatur RIVERIUS. Singulariter enim anodyni sunt Millepedes. (F)

XCVII. BOM-

(E) Araneus *τοχικώτερος* Insectum, tum in Telis & Retibus tenendis, tum in Muscis capiendis. Generatim Aranei distinguuntur in Noxios & Innoxios. Noxii dicuntur Phalangia, inter quæ non abs re reponunt nostram Tarantulam. Innoxii sunt vel Domestici, vel Subdiales: utriusque vel Retiarum, vel Telarum, vel Varii.

Dñs Bon eruditissimus habuit Monspelii Dissertationem de Araneis, in quâ illorum species, naturam, atque optatum curiosissimè exponit. Notat insuper ex Araneorum Folliculis, non secus ac ex Folliculis Bombycum, Sericum, & quidem bombycino Serico tenuius ac delicatius, fieri posse: imò & ex illo elegantissimas Chirothecas & Tibialia confecta Ludovico Magno dono dedit. Rei Historiam latè prosecutus est Dñs de Reaumur: in eo autem hujus Artificii incrementum præcipuum offendiculum invenit, quod baud facile fit, Alimentum tot Araneis invenire, quot ad Serici constructionem necessari sunt: saltem nisi alibi Terrarum vel Aranæ crassiores, vel vulgariori visu utentes, inventiantur.

(F) Aselli, Onisci, Millepedæ, Porcelliones, synonyma sunt. Minuta sed vivipara Insecta, in locis humidis repentia

XCVII. B O M B Y X.

Bombyx. (Domesticus, *Hujus loci.*
(Sylvestris.

1. Βόμβυξ, Βομβύλις, Vermis serificus, *Albert. Magn. Germ. Seiden-Wurm.*

Vermis est Texturam sericeam texens, oriturque tum sponte, tum ex Ovis.

N. Miram subit Metamorphosin. Ex Ovis pusillis producit Animalculum, Erucæ non ablimile. Eruca hæc Mororum, Ulmi, educata Foliis augetur in dies, donec tumiditate resplendet; hinc indita Thecæ, Texturâ se cingit sericâ usque dum moriatur. Postmodum reviviscit Papilionis instar Pennas producens, Coituque interveniente triduo (è quo Masculus statim moritur,) Ova parit Fœmina quamplurima, ac deficit.

OFFICINALI ANATIVA.

1. *Bombyces integri.* 2. *Sericum, i. e. Textura bombycina.*
3. *Folliculi sericei.*

Vires.

1. *Bombyces* exsiccati & pulverisati insperguntur Vertici Capitis, ad arcendam Vertiginem & Convulsionem.

2. *Bombycina Textura*, est caliditate & frigiditate temperata (aliis calefacit.) siccatur. 1. corroborat, Spiritus vitales, animales & naturales reficit.

(Not. Fumus Texturæ in Suffocatione ab Utero utilis.)

P R Æ P A R A T A.

Uritur quandoque, quò siccior reddita lavigetur, quandoque Decoctis admiscetur. Verùm præstat crudam & solummodò incisam adhibere.

Sunt & usualia, quorum compositionem subit, ut *Confectio Alkermes, Diamoschum, &c.*

N. Infertur & in usum Medicum *Sericum Filum Kermezinum*, id est *Cocco* seu *Granis Kermes* tinctum, adhibeturque

Sanguini sistendo, Vulneribusque obligandis, exsiccandis, consuendis. Quin & à Plebeis ad Erysipelas adhibetur (circumligatum).

3. *Folliculi sericei* (*Bombycia*. Germ. *Seiden Balglein*,) iidem viribus cum Texturâ præditi sunt.

N. Caveatur à Folliculis Alvi spurcitiæ sedatis, vel in quibus adhuc *Necydalus* latitat mortuus, & Vermibus exesus.

II. *Bombyx Sylvestris* est genus quoddam Erucarum viridum, simili Metamorphosi, ut de Bombyce Domestico dixi, mutabilium.

N. Hujus generis videre mihi contigit apud Gelsissimum Principem *Philippum Hassia Landgravium*, doctrinâ multifariâ, Linguis exoticis, ut & Hebræâ, Astronomicisque Observationibus propriis celeberrimum, qui Papilionem variegatum lepidum visu, ex Erucâ viridi in Capsulâ productum monstravit.

XCVIII. CANTHARIDES.

Cantharis. Germ. *Goldwurmlein.*
Gall. *Cantarides.*

Musca Hispanica. *Hujus loci.*
Formicaria latior, *Goldkafer, Meiszhauffen.*
Prolixior, (Cornuta *gebarnete Gold-Brevior.* *Kafer.*)
Amethystina violacea, *Veitel-Braun.*
Miniata, *Friesen-Wurmle.*
Viridis (Longiuscula.
(Aurum lucens.
Nigricans, *Schwartz-Kafer.*
Castanei coloris.
Rotunda, *Oster-Kalblein.*

Dicitur *Kavdapis*, i. e. parvus Scarabæolus, Germ. *Spanische Mücke oder F'liege*, *Gold-Wurmlein.* Gall. *Mouche Verte.* OF-

XCVII. **BOMBYX.** *Bombyx* rari est usus in Medicinâ, nisi, quoddam *Bombyces* exsiccatos adspersant Capiti pro arcendâ Vertigine & Lethargo: quod an verum sit? nescio. Præ aliis in usu est *Filum Sericum Carmesinum*, sive *Cocco* sive *Granis Kermes* tinctum, de cujus usu in Erysipelate & Podagrâ, dum eo ligatur Articulus Podagrâ afflictus, & habetur pro Secreto: idem de simili usu vid. in EICHSTADIO de *Confectione Alkermes.* (G)

XCVIII. **CANTHARIDES.** *Cantharides* præferuntur versicolores, mediocris magnitudinis in Frumento inventæ, & imprimis ejus species, quæ vulgo *Musca Hispanica* dicuntur, quæ in Alis transversas lineas habent; nam variz admodum illarum sunt species.

Omnes autem *Cantharidum* Species turgent *Salis volatili acerrimo morficante*, quod in tantum stimulare solet Urinam, ut etiam Vesicam exulcerare & erodere soleat; idque non saltè usu interno, sed & externe applicatæ *Cantharides* pro scopo Vesicam excitandi, colliquefaciendo Acrimoniâ suâ Succum Corporis nutritivum, subinde Ischuriam, & aliqualem Vesicæ erosionem, excitare solent: propterea Majores nostri inter *Venena* numerârunt, & interne non, sed tantum, Pulsui externo, adhibuere. Internè *Cantharides* præ omnibus Remediis reliquis contra Suppressionem Urinæ desperatam laudantur: vid. ZACUTUS l. 1. *Prax. admir.* ubi ad Ischuriam cum *Oleo Amygdalarum dulcium* commendat; item ad pellendas Aquas in Hydrope commendat ZACUTUS l. 2. *Hist. Medic. Dub.* 67. usus, etiam sunt egregii ad Gonorrhœam virulentam, ac ad promovendum Calculum ac Sabulum: vid. FALLOPIUS de *Composu. Medicament.* cap. 3.

Modus utendi est in Infuso cum *Vino*, inquit BARTHO-LINUS Cent. 4. *Epist.* 54. p. 346. *Cantharidum* usum in

Gonorrhœâ virulentâ & Ischuriâ non semel felici cum successu expertus sum. Notandum verò, ne nocent *Cantharides* (pro interno usu) integras esse fumendas; quia *Extrema*, quæ rescantur, sunt *Alexipharmacum Ventris*. In Gonorrhœâ præprimis virulentâ Practicum quendam Lugduni-Batavorum solis *Cantharidibus* multos feliciter curasse, quæ in *Vino* fuerit maceratæ, addendo adhuc aliam *Infusionem* temperatam, refert MATTHIADES in *Epist. ad Bartholinum*: Vid. BARTHOLINI *Epist. Med. Cent.* 4. *Epist.* 53. p. 343. item *Epist.* 21. p. 93. & *Epist.* 65. p. 400. necnon in *Hist. Anatom. Cent.* 5. *Hist.* 82. & GALENUS, l. 2. de *Antidotis*, e. g.

℞. *Pulv. Cantharid.* ℥j.

infund. in

Vini Rben. ℥ij. vel iv.

Infusum stet per aliquot dies, & noctes in loco tepido: post filtretur *Liquor*, ne substantiæ aliquid transeat, & sub usu misceantur *Cochl.* vj. vij. vel viij. cum *Cantharo Vini*; sic totum Vinum imprægnatur, ita, ut *Cochlear* unum sufficiat (ascendendo tamen in dies) ad pellendam Urinam & Calculum.

Fundamentum consistit in eo, ut vis *Salis volatilis caustici* temperetur ab *Acido Vini* (vel etiam *Aceti*) & abeat in *Salsum* temperatum, non adeò corrosivum. Effectus, quos hoc modo præstant, videbitis citato loco: & tutius adhiberi hoc Infusum, quàm in Pulvere, censet VELSCHIUS *Schol. in Obs.* 89. *Rumieri pag.* 53 vel sumatur de hoc *Infuso Cochlear* parvum in *Jusculo Galli*, vel *Cerevisiâ* tepidâ tempore matutino, & est egregium in dictis Affectibus Remedium.

Sunt, qui *Cantharides* cum s. q. *Vini* præparatas interne propinant in Arthritide, quoniam *Sal* urinosum volatile *Cantharidum Acidum* arthriticum præcipitat, & abit in *Salsum*

repentia, quæ tâta in immobilem globulum, politum & lavigatum repente vertuntur. Dñs Lemery destillatione *Sal* volatile è *Millepedis* elicit, *Sal* volatili *Viperarum* valdè simile: Oleum item extraxit nigrum fatidamque, quod cum duplo Spiritus Nitri in grandem abie effervescentiam. Omnes Practici *Millepedarum* usum atreticum, usque ad Calculi comminutionem, deprædicant.

(G) *Bombyx*, seu *Vermis Serici artifex*, quamvis exoticus & Europæis primùm rarus, nunc adeò ille frequens, & vulgarissimum est *Sericum ejusdem officium*, ut nemini non notum utrumque sit. Qui completam de Bombyce Historiam cupit, adeat *Cl. nostrum* M. Malpighium. Illud tantum hic notaverim, *Sericum* baud ineptum & effectum corpus esse, ut quidam putant: etenim ex *Tournefortio*, plus illud continet *Salis volatilis*, quàm *Cornu Cervi*, & ipsum *Sal ammoniacum*. Quod adeò verum est, ut *Guttæ Anglicæ* dicæ, ad Spiritus recreandas, ac *Paroxysmos hystericos* solvendo, pro maximo Arcano habitæ, aliud non sint, nisi Spiritus volatilis Serici, cum *Oleo Cinnamomi*, vel alio quocumque *Oleo essentiali rectificatus*: hic extrâ adnotus & intrâ assumptus miras edit vires. Secretum *Tournefortius* ex *Listro* didicit.

OFFICINALIA NATIVA.

Producuntur ex Genere quodam Vermiculorum Eruris non absumptum, qui nascuntur ex Humore Folii Fraxini, Populi, Ligustri, Tritici inhaerente.

Præstantiores censentur, quæ in Frumento seu Pratis inveniuntur, vesiculosæ, & quæ luteas in Alis transversas lineas habent. Corpore oblongo, crasso, recentes.

Perimuntur Aceti acerrimi vapore, qui dum fervet, exhalat. Hinc sicantur & servantur per biennium.

Vires. Calidæ sunt & siccæ sat validè, adeoque corrosivæ

Salsum volatile insipidum, sicque per Urinam eliminatur; unde quidam Empiricus in Galliâ habuit *Pulverem ex Cantharidibus* in Urinæ retentione desperatâ; Hydrope & Arthritidè. Meretricis & Scorta utuntur Cantharidibus pro expellendo Fœtu, interdu tamen faulto cum successu. Pulvere eorundem Cantharidum sunt, qui stimulare volunt Venerem, internè adhibito: sed malè res cedere solet, dum præterea, quod stimulat Venerem, etiã Mictum cruentum inducit. Item SALMUTH Historiam habet de Senè, qui Juvenculam duxerat, cui ut placeret, accepit Medicamentum, cui adjunctæ fuerunt Cantharides; exinde factum, ut altero die Nuptiarum fuerit mortuus, Pene rigido permanente post mortem: ita quoque vidit D. MICHÆELIS, quod quædam Meretrix cuidam pro stimulantâ Venere Pulverem Cantharidum propinavit, ex quo Pulvere fuit mortuus; quoniam fuit crudè & sine præparatione propinatus. CROLLII enim Experientia docuit, quod corrodant ac ulcerent Vesicam, & inde inducant Mictum cruentum; adeò, ut non tantum interno usu, sed etiam *Vesicatoria* ex iis parata & Cervici applicata, Ardorem Urinæ & Mictum cruentum induxerint: vid. *BORELLUS Cent. 2. Obs. 58. pag. 158. & Observ. 98. pag. 192.* Hæc res, ut corrigatur, quò tutius est posterioris alsumi, & non sequatur Exulceratio, sed provocetur Urina in Hydrope & Affectibus aliis, elegantissimè præparatur cum Aceto, Oleo, vel Vino, ut modò dictum: si tamen *Extrema Cantharidum* sumantur pro *Infuso* diuretico, hoc legitimo modo mistum, nunquam cruciatum vel Vesicæ exulcerationem provocat; ut nec pinguioribus Abstergentibus, aliisque Corrigentibus, opus fuerit.

Rarum est, quod Hungari, dum *Cantharidum pulverisatarum* 10. unâ vice assumunt, exinde largum Sudorem, & copiosum Urinæ fluxum observent, citra Dolorem: Conf. *M. A. N. C. Ann. 1. p. 296.*

Remedium noxæ, à Cantharidibus Vesicæ inductæ, consistit in temperatâ Particularum istarum acerrimarum, quam optimè præstat uberior *Hauftus Lactis*, præcipue cum *Sale Tartari* vel cum *Saccharo*, quod commendat BOYLE in *Philosophiâ Experimentali*. Item *Emulsiõ ex Amygdalis dulcibus & Melonum Semine*: item *Paniculi Semen Cantharidum* Alexipharmacum observatum fuit. Conf. *M. A. N. C. Ann. 1. pag. 179.* necnon *Pulegium* ex SENNERTI *Praxi lib. 6. p. 8. c. 16.* quò etiam referri potest *Semen Ammeos*, vid. JOANNES BAPTISTA SITONUS in *Misc. p. 105.*

Usus interim *Vesicatoriorum* adhuc frequens est, in quibus *Cantharides* semper Basin constituunt; & quidem non ratione Spinarum, aculeis suis Glandulas & Fibrillas subcutaneas pungentium atque irritantium, quas innumeras Microscopii ope observavit BORRICHIIUS in *BARTHO-LINI Actis Hafniens. Volum. 4. Observat. 80. p. 186. & Volum. 5. Observat. 89. p. 117.* cum hæc in Cantharidibus pulverisatis non amplius adsint, sed potiùs ratione Salis volatilis acris. Sub usu autem Corpus tantum eligitur, abjectis Alis, Pedibus & Capitis, quæ non, quò noceant, sed ut benigniora & inutilia, rejiciuntur; nisi enim observetur, quòd sint præscribendæ abscissis Alis & Capitis, Medicus risuise exponit Pharmacopœorum. *Pulvis* deinde cum *Fermento acri* & paucò Aceto in formam *Cataplasmati* redigitur, & applicando Vesicæ excitat. Usitatè, e. g.

¶ *Cantharid. ablatis alis & Capitis* Num. v. ad vj. Fermenti ʒj. vel ʒiʒ.

Irroratur cum Aceto, & applicatur.

Vel

¶ *Cantharid.* Numero iij. v. ad vj.

Fermenti ʒij.

Pulpæ Ficum ʒʒ.

cum Aceti s. q. irroretur, ut fiat *Cataplasma vesicatorium*.

Verum hic modus, quod rectè HOEFERUS in *Herc. Tom. IV.*

seu vesicatoriæ, diureticiæ, emmenagogæ. Hinc usus creberimi in *Vesicatoriis*. Internus earum usus rarissimus est, quippe inter *Venena* vulgò recensentur: Vesicæ nimirum urinariæ adeò insensæ sunt, ut vel extrinsecus Cuti alligatæ eam exulcerent. Sunt nihilominus audaculi, qui Diureticis eas admiscunt. Sunt & improba Scorta, quæ Fœtum tenellum iis perimunt & exturbant.

N. 1. Recentiores Alas, Pedes & Capita resecant, solo Corpore servato.

N. 2. Galenus Alas & Pedes exhibet pro Antidoto Veneni proprii.

N. 3. Oleum

Med. pag. 158. urget, taxatur ob *Acidum Fermenti & Aceti*; infirmitate enim nonnihil Sal volatile Cantharidum causticum: unde quantum Aceti vel Fermenti additur, in tantum castrant vim vesicantem in Cantharidibus, adeoque tunc non adeò potenter Vesicæ excitant; nec procedit hic modus, nisi, ubi mitius agendum: id quod notandum de *Sinapismis* cum adjèctione Aceti, qui sic sunt viliores, & eorum impeditur efficacia, ut audivistis in *Collegio Formularum, ubi de Vesicatoriis*. Quidam verò recipiunt solas *Cantharides* à ʒiʒ. ad ʒij. plus minus pro varietate circumstantiarum, permiscunt cum *Medullâ Panis fecalini*, irrorant cum *Aquâ appropriatâ*, & ita applicant pro excitandis Vesicis. Sin verò potentiùs agere velimus, subigantur *Cantharides* cum *Pulpâ Ficum*, recipiendo *Ficum pinguium* ab ʒʒ. ad ʒj. *Pulv. Cantharidum* à ʒiʒ. ad ʒij. plus minus pro renatâ, & hæc sub formâ *Cataplasmati* imponantur Nuchæ pro excitandâ Vesicâ, ubi pro lubitu *Stercus Caprini* aut *Semen Sinapi*, simul addi possunt. Optimus tamen modus sit sub *Emplastris* potiùs, quàm *Cataplasmati* formâ, laudo igitur potiùs *Emplastrum Vesicatorium in Dispensatorio Augustano*, aut etiam, quod habet AUTOR *l. 2. cap. 53. num. 20.* & LUDOVICI *Pharm. p. 419.* hujusmodi enim *Emplastrum* applicatum egregiè Vesicam excitat;

Vel

¶ *Terebinthinam*.

Misce cum *Cerâ* liquefactâ: His sub refrigeratione *Pulvis Cantharidum* inspergatur: ut fiat *Emplastrum*, quod magnitudine Thaleri applicetur.

Modus est elegans: si placuerit, *Unguentum de Albeâ* addi poterit in Robustioribus; in Infantibus verò misceatur cum *Emplastro Citriusana*, aut hujus parte dimidiâ.

Sunt etiam, qui præparant *Vesicatoria indolentia* ex *Cantharidibus*, additâ *Myrrâ*, *Masticæ*, & similibus: egregia certè & elegans compositio.

Quòd si animus est diutiùs manantes conservare Vesicæ, tunc *Emplastro de Spermate Ranarum*, vel *Emplastro Albo campborato* Vesicæ incisæ applicato parum *Pulveris Cantharidum* additur. Hac enim ratione diutiùs apertæ servari possunt Vesicæ, id quod observavit LUDOVICI in *Pharm. p. 420.*

Hic usus externus *Cantharidum* saltem hætenus cognitus fuit; attamen is satis polychrestus, compluribus Affectibus, præsertim Partium nervosarum dolorosis, aliisque ex Lymphæ vitio natis multum conferunt Vesicatoria: vid. CRATO *Consil. 21. p. 40.* potissimum in Febribus Malignis plantis Pedum felicissimo cum successu applicantur: vid. PAULLI in *Digress. de Febr. Malignis*, in Malo Ischiadico, & Artuum doloribus: vid. GASSARUS in *Observationibus*; in Hydrope vid. REUSNERUS in *Obs. 18.* in Peste CUMANUS *Observ. 99.* in Bubonibus Venereis laudantur à FELICE WURZIO; HIPPOCRATES verò Cantharides etiam commendat in *Pesse* ad expurgandum Fluorem album, *libr. de Superfetat. Edit. Lind. T. 11. pag. 660. XXIII.*

Quidam *Magisterium Diureticum* cum *Spiritu Nitri* parant, quod cum *Oleo Tartari* præcipitatur; sed potiùs pervertitur vis diuretica: vid. LUDOVICI *Pharm. pag. 419.* Hinc potiùs laudatur *Essentia Diuretica ex Cantharidibus* per *Tincturam Tartari* parata: vid. WILLISIUS in *Pharmac. Rationali P. 1. S. 4. c. 2.*

Vel

¶ *Cantharid. ʒʒ.*

Salis Tartari ʒvj.

Irrorentur cum s. q. *Aquæ*, & in formam *Pulvis* diluitoris seponantur in locum tepidum, aliquandiu Irrorationem continuando, si sint exsiccatæ: si igitur per dies, & noctes 8. vel 10. steterint, affundatur *Pulveris Spiritus tartarisatus*, & eliciatur *Tinctura*, quæ propter coloris gratiam *Pulvere Vermium Cochinnæ*, qui similiter species Cantharidum sunt, & egregiè diuretici, tingi potest: sic *Essentia* gratissimi coloris evadit.

O o o

Oleum

N. 3. *Oleum Cantaridum & Cantarellorum* elicetur per *Spiratum Vini*, prodestque ad *Calculus*.

XCIX. C I C A D A.

Tίττιξ . Germ. Heuschrecke. Gall. Cigale.
Insectum est Gryllis simile, valde stridulum, Rore vivens.

N. Unum hoc Animal, ex iis quæ vivunt, est sine Ore. Pro eo enim quiddam aculeatum habet, & hoc in Pectore, quo Rorem lambit. In Italiâ vulgaris notitiæ est, nostratibus incognita.

OFFICINALIA NATIVA.

Cicada siccata.

Vires. Utimur *Cicadis fecis* ad colicos Affectus (cum paribus numero *Piperis granis*, scilicet iij. v. vij.)

Alii affus edendas iis offerunt, quibus affecta Vesica est. Cinis inlignitæ Calculum conterit.

C. C I C I N D E L A.

Λαμπυρίς, Plin. Λαμπυρίς, πυρόλαμπυρίς, Arist. Lampyris alata, *Aldrovana*. Cantharis noctiluca, Mitedula, Noctiluca. Germ. *Johannis Fliege*.

Insectum est pennatum, in tenebris Ignis modo lucens.

Officinis ignotum est, nisi quoddam *Cardanus* vim anodynam ei tribuere videatur, lib. 9. *Subtilis*. alii in Calculo commendant.

N. *Rodericus Castrensis lib. 4. Meteor. microsc. c. 16.* Cicindelæ, inquit, abscessis Capitis & Alis, ad Solem exponantur ferventissimam, donec pulverisari possint. Pulvis cum *Aquâ dissolutionis Tragacanthi* trochiscetur, addendo tantillum *Olei Amygd. Trochisci* exsiccati iterum pulveriscentur, rursusque denuo fermentur, idque quater. Valet in Calculo (Inunctionibus admittent.)

Defis Dij.

Oleum Cantaridum fit per infusionem pro usu Venereo; si enim hæc iungatur Penis vel Testiculi, simulare Venereum, & promovere erectionem Penis, dicitur. (H)

XCIX. C I C A D A, & C. C I C I N D E L A. De Cicadâ & Cicindela, nihil est, quod dicam. (I) (K)

CI. C I M E X. Cimices cum successu adhibentur pro expellendo Foetu & Secundinâ, aliâs non usurpantur in Officinis. Notum est, quod habet AUTOR de Quartanariis; quod ulcerius, si immittantur in Penem, valdoperè proluciant Urinam, & trillando faciant, ut retentio Urinæ curetur. (L)

(H) Cantharides à *κάνθαρος* Scarabæus, quod videantur veluti parvi alati Scarabæi. Et sanè illud commune cum Scarabæis *Cantharides præsertim aquaticæ habent*, notante *Poupartio*, quod illarum Ventrículus motu gaudeat systoles & diastoles: non tam, ut ipse advertit, ad Ciborum molitionem, quàm ad eorundem jam digestorum versus intestina protrusionem. *Varietas præferunt colores Cantharides, sed potissimum aureo fulgore virescunt.* *Cantharides Veneream, & quidem causticam corrosivam esse, tum internè assumtas, tum externè admotas, nemo in dubium revocaverit, qui illius effectus semel viderit.* *Quamvis autem Historiæ sint Cantharidum innoxie, imò ad remedium, assumtarum, ut legitur, effectus in Ephemeridibus Germanicis, ut Dñs Greenfield Tractatum scripserit de Cantharidum usu Medico; nihilominus id cauto Medico pro exemplo baud esse juro poterit: etenim innoxias quandoque illas fecit, vel præparatio, vel consuetudo, vel hominis idiosyncrasia, vel dosis exigua: quæ singula, etiam letalissima Venena innoxia sæpe numerò reddiderit.* *Illud ego oculatis testis ingenuè fateri possum, non paucos ex Cantharidum Pulvere assumpto, vitam cum morte commutasse.* *Illud quoque non semel notavi, ex Cantharidibus assumtis Vesicæ Ischuriam supervenisse: fortè ex Tumore in Collo Vesicæ, ob Venenæ irritationem, factò.* *Notat denique Cl. Hombergius, vim Cantharidum corrosivam, baud illarum Acido tribuendam; etenim Cantharides destillatione minus Acidi reddunt, quàm ipsæ Muscæ vulgares.*

(I) Cicada stridulo atque obstrepero cantu, summâ astute Messorum aures, feriens, no dicam, an mulcens, notissimum, Italis præsertim, alatum Insectum. Ore Cicadam carere vulgò creditum; sed ejus loco Corpore quodam triangulari, promuscidis, oris, & lingua munere fungente, prædita est. Vulgò recipitur Aristotelis sententia, qui ait Cicadas canere alliso spiritu ad membranulam septo transverso subditam: quæ carentes femella non canunt.

(K) Cicindela, alatus Scarabæolus, noctu æstivo tempore volans, lumen per intervalla emittens. Sunt & Cicindelæ non alatæ, quas femellas J. Rayus ex Fabio Columna esse putat. In illarum ventre duæ guttulæ candidæ notantur, noctu ignis modo lucentes. Mibi visæ sunt motu quodam reciproco systoles & diastoles gaudere, in quo reciprocatio illa luminis & tenebrarum. Silentio non est prætereundum, quod notat Cl. Charleton, esse Philosophos, qui putent Ignem fatuos in aère noctu apparentes, non esse nisi Cicindelarum in aère ludentium examina.

(L) Cimex, præcipuè Lectularius, notissimum Insectum, quod si ob exsuctum molestissimis moribus Sanguinem, atque ob somnum abruptum, occidere velis, borrando quem reddit foetore, suam ulciscitur necem. Vivos Cimices ad Quartanæ curationem devorant. Pby!

(Δ) Eruca ab erodendo, quoddam Olera & Pampinos erodat. Græcis *κέρυν*, ab undoso & arcuato gressu. Nostrates Græcum retinuerunt nomen. Dividuntur Erucæ in *Ερροσυνής*, seu à Papilionibus & Avelis sacas, & *αυροσυνής*, quæ ex Tribu profectas. Utræque sunt vel Glabræ, vel Pilosæ seu Hirsutæ: Glabrarum & Hirsutarum multas species numerat Charleton. Refert Mathurinus de Lignac, Erucas à Muliere Vomitu ejectas, quod Lac vaccinum cœrulescens deglutiverit. Putat ipse, Ova Insectorum à Vascâ cum Herbis ingesta, atque in Lac transmissa, cum eodem in Mulieris Ventrículum translata, in Erucas evasisse.

CI. C I M E X.

Cimices. (Lectularii, hujus loci. Hortenses, seu Sylvestres. *Κόρπες κλινικοί*, Diosc. Cimices, *Matthiol. Germ. Wanstzen, Wundtause, Bettwandelien.*

Vermiculi sunt latiusculi, compressi, rubentes, foetore abominabiles. Moribus quibus Sanguinem nobis exsugunt, admodum molesti.

Vires. Utuntur Recentiores quidam ad ciendam Urinam vivis in Penis organum immillis, (Dioscorides mortuos & tritos imponit): ad Foetum & Secundinam expellendam tritos (N. 3.) & cum successu exhibitos vidi. Septenos cavis Fabarum inclusos ante Febrium Accessiones devoratos, Quartanis auxilio esse author est Dioscorides. Vulvarum examinationes olfactu abigit.

N. *Sylvestres*, qui ex Herbis victum habent, Lectulariis majores, Colore viridi, æquè ac illi foetidi, Officinis adhuc incogniti sunt.

CII. E R U C A.

Κέρυν, Dioscor. Bruchus, Eruca vulgaris, *Aldrov.* Germ. *Raupe.*

Insectum est vulgaris notitiæ, originem trahens vel ex Stirpium Excrementis, vel ex Ovis Papilionis. Species totidem ferè sunt, quot Plantarum.

N. Similem Metamorphosin subit quam Bombyx, tandemque in Papilionem degenerat. (Δ)

CIII. F O R M I C A.

Μύρμηξ, Formica, (Minor Rubens. Nigricans. Germ. *Ameisz.* Gall. Fourmy. (Major, Equina, *Ross-Ameisz.*

Insectum est mirâ providentiâ dotatum, quâ Penam in Annum

CIII. F O R M I C A. Formicæ sunt Animalia, quæ non habeat sibi Subjectum simile in toto Regno Animalium: sunt vel *Alatæ*, vel *non Alatæ*, vel *Naturales*, vel *Artificiales*; & quidem, quæ in usum Medicum veniunt, sunt vel *Majores* vel *Minores*. In genere autem istæ sunt optimæ, quæ aliâs acquiruntur & reperiuntur in Sylvis, ubi Arbores resiniferæ crescunt, & copiosæ etiam Betulæ: hæc enim præ cæteris abundant Spiritu copioso salino subacido, spirantque Odorem acidum. Hinc observatum est à Botanicis, quod Flores cœrulei, Cyani, Borriginis, &c. Colorem cœruleum cum rubore commatent, parili modo ac si Spiritu minerali essent illi. Nempe Formicæ Liqueorem

num sufficiens æstivis Pleniluniis (Noviluniis requiescit,) sedulo colligit: collectum si opus sit, siccatur, siccata Semina, ne regerminent, arrodit, adeoque durationi adaptata recondit. Congressæ hyberno tempore Vermiculos pariant, subinde in Ova, & hinc verno tempore in Formicas mutari aptos. Senium alatas facit, sed brevi superstites.

Præstantiores habentur, quæ sub Arboribus resiniferis habitant, Acidumque olent. Collectio præfertur Lunâ decrescen- te, vel Novilunio.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Formica. 2. Ova. 3. Acervus.

Vires.

1. Formica calfaciunt & siccant. Venerem proritant. Odor acidus mirè Spiritus vitales reficit. Formicæ majores (Hercu-

lanea) Pforam, Leporam & Lentiginem sanare dicuntur, (adjecto Sale exiguo tritæ & illitæ.)

2. Ova ad Aurium gravitatem faciunt, Malas hirsutas Pueris infricata corrigunt.

3. Acervus (Myrmecium) calfacit & siccatur, Nervosum genus roborat. Hinc usûs celebris in Paralyfi, Arthritide, hysteriis Affectibus, Cachexiâ & simil. (Lotione adhibitus.)

(N. Inveniuntur in Acervis Frustra odore Thuris, (Wald-Weyrauch, Particulæ Resinæ ex Abiete & Piceâ) in Norvegiâ, & Germaniâ, & pro Fumo adhibentur.)

P R A E P A R A T A.

1. Oleum ex Infusione Formicarum (præstant Alata) in Oleo comm. per dies ac noct. 40.

Vires. Valet ad Coitum.

2. Aqua stillatitia, Magnanimitatis dicta. Vid. lib. 2. c. 37.

3. Liguor

rem talem acidum fundunt, qui dubio procul causa est illius Pruritus, quem suo contactu nobis inferunt. Acidum hunc esse Liquorem, præter Odorem Experimentiâ probatur. Nam Formica viva Aquâ injectæ, & Baculo agitatur atque irritatur, Liquorem quendam deponunt, qui totam Aquam acetosam reddit, ut etiam Aquâ hæc acida Ferrum & Saturnum rodere queat. Post hæc & Artificiales ex Melle sunt colligendæ. Parandi modus hic est:

Melli admiscetur Panis secalinus; sic per Fermentationem generantur Formicæ, quæ Alatae avolant.

Naturales pro usu medico colligantur, speciatim mense Junio & Julio, die sereno imprimis, Lunâ crescente, hoc modo: Accipiat Cucurbita, in cuius fundum frustum Casei sit repositum, quæ immittatur Acervo Formicarum; ita Casei odore allectæ omnes Cucurbitam intrant, quarum si copia pro Spiritu destillando acquisita fuerit, Baculo acuto eximantur Caseus, & superaffundatur Spiritus Vini ad superficiem trium digitorum; cum Plantis autem aromaticis Imbutus sit Spiritus Vini, si potest haberi, & procedatur destillando l. A. Spiritui destillato novæ Formicæ adjantur, digerantur, & iterum destillentur lege Artis: sic sæpius cohobando, Spiritus efficacior, atque aciditate volatili sat fortiter imprægnatus erit. Imprimis autem censetur commodum tempus Lunæ Incrementum, quia Lunæ vires Formicæ sentiunt: nam in Interlunio quiescunt, novo Lumine totis etiam noctibus operantur.

Formicæ mirè sunt confortativa, ita, ut Spiritus animales deficientes, exhaustos aut destitutos, mirè recreent: unde Formicarum Spiritus Analepticum est egregium omnium Sensuum, & vi Memoriam confortandi insigni pomlet: Magnanimos reddit, Venerem egregiè stimulat, & in Exercitio validos ac robustos reddit Viros. Idem omnibus Aquis Apoplepticis & Analepticis præferatur; valdè enim convenit pro corroborando Corpore humano, & Viribus attritis; & quidem in Affectibus Capitis, Apoplexiâ, Vertigine, Paralyfi, & in specie in Morbis Senum: contra Sterilitatem utriusque Sexûs inter Remedia alia non ultimum est, Catarrhis potenter resistit, dum Lympham superabundantem per Urinam educit; diureticus enim valdè est Spiritus: valdè commendatur in Catarrho suffocativo & similibus præcavendis & curandis.

Externè Formicæ mirabiliter Nervis conveniunt, eorumque Dolorem, Paralyfin, Tremorem, &c. curant: item Doloribus resolutum & læsum Tonum restituunt & firmant, Dolorem sistunt, Paralyfin tollunt: ad Mulierum quoque Sterilitatem egregiè sunt: vid. CONRADUS KUNRAD in Medulla Destillariâ. Unde externè, & contra Partium Dolores utilitatis. Vel etiam ipsis Speciebus Articularibus Formicæ addunt, & hinc affuso Spiritu Vini Aquæ Articulares parantur ad paralyticos imprimis Affectus, alioque Morbos Partium nervosarum, penetrando, attenuando, & imprimis resolvendo, sicque Tonum pristinum Partibus restituendo, quatenus penetrantiâ suâ volatili quosvis meatus insigniter referat, Acidum viscidum Nervis insensum incidit, dissolvit, mobile facit, ita, ut non corrigendo, sed dissolvendo & removendo Fomitum, saltem conferre videatur. Cæterùm Spiritus Formicarum externè in Affectibus Aurium conducit, in difficili enim Auditu, & in Tinnitu egregiè confert; unde Spiritus Acusticus Minderevi pro Basi agnoscit Formicas: sicut egregia Mistura ad Auditum fit, si misceatur Spiritus Formicarum cum Essentiâ Cassiæ, & cum Bombace Auri indatur, vel etiam instilletur, Auditum mirè promovet & roborat. Spiritum Formicarum & Lumbricorum terrestrium ana Auribus etiam indunt cum Bombace pro eodem usu. Præterea externo usu Spiritus Lum-

Tom. IV.

bricorum terrestrium & Formicarum valdè convenit in Arthritide & Affectibus Articularum; volatile enim Sal penetrans Acidum arthriticum absorbet & corrigit. Id quod etiam verum est de Malo Ischiadico & similibus Affectibus; in specie in Arthritide non tantum communi & fixâ, sed etiam vagâ scorbuticâ, egregiè convenit, & multum conducit: in Paralyfi & Tremore Artuum externè inungi solet Spiritus Lumbricorum terrestrium & Formicarum, vel solus, vel mistus cum Aquâ Cephalicâ, seu Spiritu Cephalico ad extrâ: hi Spiritus inunguntur post Frictionem lenem pro restituendo Sensu & Motu: in Dolore partium ex Lymphâ acru, seu in Rheumatismo, & Defluxionibus acris, in quibus occupat Lympha Partes & interstitia Musculorum, vel ipsos Musculos, Spiritus hic inunctus est egregius. Observeretur autem, quod Spiritus Formicarum in his casibus ut plurimum, si non semper, misceatur cum Spiritu Lumbricorum terrestrium.

Omnes hujus Spiritus vires in excellentiore gradu sunt in Aquâ Magnanimitatis Laurembergii, quæ ex Basi Formicarum destillatur, beneficio Spiritus Vini compositi cum Plantis Specificis: de qua, præter ejus Autorem, videtur etiam STARIZIUS in Helden-Schatze p. 86. & superius, ubi de Anacardio. Facultatem Animalem recreat, & speciatim Veneris vigorem restaurat, & Sterilitati Mulierum egregiè succurrit, si sæpius adhibeatur. Usurpatur cochlearium. Adhuc egregia est ad debilitatem Ingenii, & Memoriam conservantionem; roborat Caput, ab Apoplexiâ præservat, &c.

Cæterùm mirabilis est earum Odor acidus, nam si Formicæ per se destillantur, sicut Spiritus acidissimum, quæ & Martem corrodit in Vitriolum, & Saturnum in Saccharum, ita tamen, ut denuò acidus possit abstrahi, pariter atque Spiritus Viridis Aëris præ aliis Acidis corrosivis hoc obtinere solet, ut immutatis quasi viribus denuò destillando abstrahi queat. Probabile etiam est aliis Insectis, præsertim pungentibus, similem Aciditatem quandam inesse, in qua per Aculeum communicatâ Pathemata solita superveniunt.

Spiritus hic Formicarum acidus, Corpus, odore saltem perceptus, mirificè restaurat. Quin & Spiritus urinosus paratur è Formicis vel per se, vel cum Calce vivâ. Per se Formicæ invicem congestæ Aquâ simpliciter non nihil humectatæ, vel contusæ, asservantur in Cellâ, & seponuntur ad Putredinem; hinc enim brevi post situm contrahunt, & sic destillatæ suggerunt Spiritum urinosum, & Sal volatile elegantissimum. Cum Calce vivâ si Formicæ misceantur, & affundatur Aqua, submittanturque blando Igni Cinerum sic effervescent, resolvuntur, & suggerunt Spiritum blandè urinosum, Calcem vivam tamen spirantem: hujus ratio est, quod Aciditas omnis à Calce vivâ sit absorpta. Hic Spiritus urinosus cum Sale volatili proprio acuat Remedium in Cerebri Affectibus nobilissimum est, quod vel odore solo Partium nervosarum Dolores & Lancinationes, Tremores, & similia sistit: vid. WEDELIUS in Specim. de Sale volat. Plantar. c. 3. p. 225. in App. M. A. N. C. Anni 4. & 5. Egregium Diureticum est, pellens Urinam, purificans Renes, & specialius Scorbuto atque Hydropi convenit. Usurpantur Spiritus hi guttatim dosi gutt. xxx. vel xl. in Aquâ Lavendulæ, Menthe, aliâve Aromaticâ. Externè quoque Aquis Articulares additus in Doloribus Partium nervosarum, in Malo Ischiadico, Doloribus Artuum & scorbuticis vagis, ex Acido natis, item Arthriticis illitum summum & mirabile est Remedium; inde in Paralyfi & Tremore aliis Remediis omnino est præferendus, simili ratione, atque de Lumbricis infra dicitur. ANGELUS SALA habet Aquam Formicarum, quam propinat loco Vomitorii.

Tandem & Oleum prodit, dum destillatur Spiritus per se;

O o o 2

Oleum

3. Liqueor fit in Clybano ad modum, quo Liqueor Lumbricorum.

Vires. Insigne est Ophthalmicum, Suffusioni Oculorum auxilium.

CIV. GRYLLOUS.

Γρύλλος, Acheta. [Domesticus.
Agrestis, arvensis.

Insectum est alatum è genere Locustarum, Cicadis simile, focorum, terrarumve aridarum incola, stridulo suo Cantu sedulum. Germanicè *Heimichen*, *Heinlinge*.

Vires. Commendatur ad Diuresin (*Cinis* exhibitus), ad Visus imbecillitatem (*Succus* expressus instillatus), Tonsillas lenit (affricatus.) (A)

CV. HIRUDO.

Βδέλλα Sanguisuga. [Major, Equina.
Subfusca.
Minor, Subviridis.
Nigra.
Variegata.

Insectum est palustre, inquit Lumbrici oblongum, generantur ex Putredine, Germ. *Sang-Igel*.

Oleum scilicet *empyreumaticum*, quod rectificatum Ophthalmicum est contra Ungues Oculorum, & Visum fortificat blandissimè illicitum.

Sic & *Oleum per infusionem* in usu est; scilicet *Formicæ Oleo communit* infunduntur: quod non secus ac *Oleum Lumbricorum* affricatur externè in Affectibus Nervorum & Artuum. Item inungitur iisdem Scrotum ad promovendam Generationem & Genituram: item si inungitur eodem Penis in suâ radice, ubi Musculi sunt, suâ contractione ad Erectionem ejus facientes, armat in Venerem: quem in finem & Scroto & Testibus illinitur; præfertur tamen Spiritus. Egregium est in acuendo Auditum, Bombace Auribus inditum, vel solum, vel cum ana *Olei Lumbricorum*; unde *Oleum Acutificum Mynsichti* pro Basi agnoscit *Formicas*: item in Ulceribus phagedænicis, serpentibus, & malignis suo illicito valdè convenit.

Aliàs *Oleum destillatum*, quod in destillatione Spiritus simul prodit, insigniter prodest contra Ungues Oculorum, cum *Aquâ Rosarum* applicatum.

Liqueor, uti habet AUTOR, tam parari potest ex *Formicis*, quàm ex earum *Ovis*, per digestionem in Clybano, uti de Lumbricis dicitur; qui valdè convenit in Suffusione & aliis Affectibus Oculorum; item Aurium, Auditu gravi, & similibus Aurium Morbis.

Ova Formicarum ad 3j. si assumantur, excitant Ructus & Flatus immodicos, quod mirabile: instar *Moschatæ* olere solent, unde cum *Pulvere Nucis Moschatæ* possunt propinari iusdus gratiâ ad generandos Flatus. Internè aliàs non sunt in usu; externè in Affectibus Aurium conducunt, & ex illis paratum *Oleum* multi usus est ad gravitatem Auditus, quam potenter & securè corrigit.

Aceruus Formicarum externo usu multum usurpatur, idque in specie pro usu *Balnearum siccorum* vel *humidorum*, in Partibus nervosis & musculosis roborandis. Nempe totus colligitur, & cum Sacco *Aquæ simplicis* incoquitur, ex quo *Decocto* in Conopœo excipitur Vapor vel toto Corpore, vel saltem quibusdam Partibus. Eximie prodest in sistendis Doloribus lancinantibus, item vagis Artuum, & mediante Sudore copioso prolicito; vel *Decocto* tali immergitur Corpus vel Membrum affectum pro *Balneo humido*, in Malo Ischiadico, & Contracturâ Artuum scorbuticâ; requirit enim Scorbutus talia subtilia penetrantia: item in Affectibus arthriticis & paralyticis, tam veris, quàm nothis, seu Paresi, & quidem Arthritide tam vagâ, quàm fixâ; in Tremore & similibus Affectibus Articularum & Nervorum; imò & similia *Balnea* egregiè conveniunt sterilibus Mulieribus,

(M) *Formica laboriosum & providum*, animalculum potius dicam, quàm Insectum, inter Hexapoda connumeratum. *Formicarum* Republicam haud ad Monarchiam, ut *Apum*, sed vel ad Democraticam vel ad Aristocraticam reducit Charleton. Mirum est quod variant de *Formicis* in Paramaribo Indorum, quas Lusitani *Formicas* Vistationis appellant: eo quod turmatim, incredibili numero, singulis, vel tertio quoque anno, Provinciam invadunt, ac Mures, Sorices, Araneos, Cimices, & cætera camporum & domorum Insecta devorant: quare Incolæ apertis januis & scintillis, amicè & cum gaudio excipiunt. Sal volatile, quo *Formicæ* pollent, vel ipsarum odore manifestatur.

(A) *Gryllus* Locustæ species, Cicadæ similis, sed saltans potius quàm volans, nocturno suo Gryllismo, Somnum mulcens ne dixerim, an turbans, nescio.

(N) *Hirudo*, inter Aquaticas apoda Insecta notissimum. Os *Hirudinis* trifidum esse, ostendit trifidum vulnus insiduum Cui, quam non dimittit, nisi plena Cruoris sit.

Majoribus præferuntur *Minores*, utpote quæ minùs noevæ, & ex his, quæ Lineis in dorso distinctæ. *Majores* novem Equum sugendo interimere valent, unde *Equinæ* dictæ.

Usus. Sanguinis exsuctioni inserviunt, adeoque cum Cucurbitulis conveniunt.

N. Antequàm applicentur, servandæ sunt in Aquâ purâ, ut probè purgentur, hinc loco applicationis *Sale Nitri* fricato, *Sanguineque* vel *Argillâ* inuncto applicandæ. Gum amovere vis, insperge parum *Salis* aut *Cineris*, aut *Lini* combusti.

CVI. LACERTUS.

Σαύρα, *σαύρα*, Lacertus, Lacerto. Germ. *Egocbs*, *Ader*; *Lebzecht*, Moll. Gall. *Le Lézard*.

Insectum est quoad figuram notum, colore varians, Bufonibus ac Araneis inimicum.

N. Lacertus si dissectus fuerit, pars utraq; movetur aliquandiu, & si concurrerint, coalescunt rursus. Sunt qui Oculos, si effossi sint, renasci ajunt, id quod & de Caudâ si amputetur. *Plinius* affirmat. Degunt in cavernis Terræ, ruderibus Murorum, aliisque locis asperis: vescuntur Cicadis, Cochleis, Gryllis, Apibus.

Lacertus est (Terrestis, de quo hîc, & minùs venenatus. Aquatilis, qui venenosus habetur, & rarioris usus. N. Com-

aut crebriùs abortientibus, sive nudè, sive cum *Formicis* & *Ovis* incoquatur, per inde est: vid. CONRADUS CONRAD in *Medullâ destillatoriâ*.

Præstant hoc *Formicæ* tam penetrando, & quævis Corporis Contenta dissolvendo, & per Sudorem largissimè evacuando, quàm Pororum infarctum aperiendo, & Fomitum Acidi peccantis dissolvendo & removendo; quæ, quâ data porta, vel per Sudorem, vel Diapnoën erumpunt. (M)

CV. HIRUDO. *Hirudines* internè non sunt in usu, saltem externè adhibentur, ut exfugant Sanguinem, adeoque in quibusdam locis solent esse vicariæ *Scarificationis*, *Cucurbitularum*, & similibus aliarum Operationum Chirurgicarum. Applicantur autem in nimis & chronicis Cephalalgis Temporibus: item in Venis Pedum juxta Suras, & Brachiis, pro evacuatione lentâ: in Affectibus hæmorrhoidalibus, nimirum tumentibus, vel etiam suppressis, usitatissimè applicantur *Hirudines*, ut aperiatur Hæmorrhoides cæcæ. Vid. BORELLUS *Obs. Cent. 1. Obs. 63. pag. 66.* Interdum etiam *Vulvæ* applicantur in Mensium suppressione, vel quando non sufficienter fluunt *Lochia*.

Præparandi & applicandi Modus, quem etiam habet AUTOR, est hic: asserventur priùs in *Aquâ purâ*, addendo *Saccharum*, ut nutriantur & purificentur; post admoveantur Loco, ubi adhærere debent: si pertinaciter nimis adhærere, adspargatur aliquid *Salis*, & sic subito decidunt; non enim abrumpantur, alias relinquuntur Capita, & exinde oriuntur Ulcera sordida. Quod si fiat, ut applicatæ Ano illum ingrediantur, & metuenda sit Exulceratio Intestinarum, injiciatur *Clyster ex Aquâ salinâ*; tunc enim iterum egrediantur, quoniam non possunt ferre acredinem *Salis*. (N)

CVI. LACERTUS. *Lacertus* vel *Lacerta* est Animal ferretur, cum reverà sit Quadrupes.

In Affectibus Dentium in usu sunt: si scilicet *Pulsio Lacertarum aquaticarum* applicetur Denti, faciliè illum evelli posse dicunt: imò, si *Sanguis Lacertæ* in Dentem cavum imittatur, Dentem sponte suâ decidere volunt. Sed rarè usurpantur. Varios usus videbitis in AUTORE. Præcæteris tamen binis in casibus sunt in usu;

1. Internè contra Strumas, ubi

2. *Lacertæ*: infundantur *Aceto*, post exsiccantur, ut corrigatur in iis,

N. Commendatur præ reliquis Genus *Lacerti viride & magnam*. Verum cum in hisce Regionibus minus usitatum id sit, *Lacertum commune* hic describimus.

Vires. Elicis è Corpore Spicula, Vitra, &c. (sectus, vel cum Sale tufus & impositus, imprimis verò Caput): Capillos renasci facit, (cum Adipe illita Caro, vel Cinis applicatus.) Ictui Scorpionum succurrit. Commendatur item ad Herniam Infantum, (si Decocto *Lacerti* laventur) ad facilem evulsionem Dentium, (Pulvis aquatici affricatus.)

N. Sunt qui ajunt *Lacerti exsiccati Pulverem* Gingivis illitum facere ut sine difficultate, sine Dolore, atque sine Instrumento Dentes extrahi queant.

P R Æ P A R A T A.

Oleum infusum.

Fit ex infusione *Lacertorum vivorum* N. vii. in *Ol. commun.* *ibid.*

Vires. Commendatur ad Faciei Rubedinem emendandam (illitum.)

CVII. LOCUSTA.

Apis, Diosc. Κόρυς, κέρυς. Germ. Henschreck. Gall. La Langouste ou Sauserelle.

Insectum est ex perniciæ quam infert, (Herbas scilicet & Segetes mordendo, Terramque tactu & saliva adurendo) nul-

lis, si quæ subest, Malignitas: dehinc exsiccati pulveriscentur: Jam

℞. Lacert. pulveris. ℥j.
Mellis ℥iv.

Misceantur invicem in consistentiam *Electuarii*, cujus *℥ij.* vel *℥ij.* omni mane sumptæ, & per aliquot septimanas continuatæ, pro Strumis curandis laudantur.

2. *Externæ* pro Hernia commendantur *Oleum Lacertarum infusum*, quod tamen ad **AUTORIS** modum minus rectè paratur.

Potius sumantur *Lacerta* numero xxx. infundantur *Oleo communi antiquo*, cum in *persione Thuris, Myrræ, Mastichis, Sarcocollæ, & Resinæ Pini*.

Videbitis in **FONSECA** lib. 3. *Conf.* 36. ubi tanquam singulare Secretum commendat pro externâ *Inunctione* in Loco disrptionis in Herniâ. Insignem hujus Olei usum **ZWELFERUS** commendat in *Pharmac. Regia Edit. ult. p. 266.* ubi inquit; esse Secretum pro Principibus, nec cuiquam vulgari revelandum propter mirabilem virtutem. Idem ferè dicitur de *Oleo Formicarum*, si scilicet *Liquor Formicarum majuscularum* omni mane illinatur, vel etiam interdum aliquid istius *Liquoris* assumatur. (0)

CVIII. LUMBRICI TERRENI. Ex *Lumbricis* præstant ii, qui habent Annulum flavescentem circa Collum. Horum *captio & modus colligendi* optimè videri potest in *scriptis GLAUBERI* P. 1. p. 57. & **DRAWIZIO** de *Scorbuto*, in specie *Sc.* 1. ubi de *Arbitride vagâ scorbucicâ*. Observetur nempe Tempus pluviosum tempore vespertino, & dum ex Terrâ copiosè super Plantas perrepunt facile capi possunt. Alii eodem tempore perfodiunt Terram Baculo, quem hinc inde agitant, sic *Lumbrici*, Talpas metuendo, copiosè prorepunt, & sic capi possunt.

Sed in specie, antequàm adhibentur, priùs *purificandi* sunt: Nempe misceantur priùs cum *Terrâ purâ & Musco terrestri*, vel *quercino*, ut ita hinc inde rependo intra dictas substantias se ipsos purificent, & ita usui Medico interno aptiores fiant: vid. **NEANDER** *Tabacolog.* ubi dicit; quòd *Muscus quercinus* eos disponat ad Vomitum plurium *Excrementorum*.

Quoad *Vires*, in *Lumbricis* his multa latent Arcana medica: imprimis *diaphoretici & summe diuretici* sunt. Inest enim iis *Sal volatile*, insigniter tamen *nitrosus*; unde egregium Medicamentum est in quibusvis Affectibus chronicis, cachecticis & hydropicis, aliisque quamplurimis Morbis tam hypochondriacis quàm scorbucicis, in quibus idem præstant, quod Vegetabilia amaricantia, alterando Materiam peccantem occasionalem, si subigantur, vel infundantur, vel coquantur in *Vino* cum *Vegetabilibus* appropriatis alte-

li ferè Regioni incognitum. Generantur Æstate ineunte, ex sœtutâ Anni superioris, Favo non absumi, scilicet exin oriuntur Vermiculi, speciem Ovi gerentes, inclusi prætenui Terrâ ceu Membranulâ, qua disjectâ, emergunt *Locustæ & evolant*.

Sunt porro varix, videlicet: sunt *Magnæ, Parvæ, & Minimæ*, (Pennis carentes): sunt *Virides, Flavæ, Nigricantes, Variæve, &c.*

Vires. Odoris Suffitu Urinæ difficultates juvant, præsertim quæ Fœminas malè habent: *Dioscorides*. Sunt qui appensas Gollo Quartanas sanare ajunt. (II)

CVIII. LUMBRICI TERRENI.

Ἰὼς ἄντρας, *Dioscor.* Vermes terreni, Melloës *Paracelsi*, Germ. *Regenwurm*, *Erd-Wurm*, *Byren*. Gall. *Vers de terre*.

Insectum est vulgaris notitiæ ex Terrâ generatum, tum sustentatum.

Præstant reliquis ii, quorum Collum rubris annulis seu cingulis cingitur.

Vires. Sunt insigniter diuretici, diaphoretici, anodynî: discutiant, emolliunt, Obstructiones referant, Lac augment, Vulnèra, Nervosque præcisos glutinant.

Usus præcipui sunt in Apoplexiâ, Spasmo (ex *Signaturâ*) aliisque

rantibus, *Aperientibus* vulgò dictis, & *Menses* cientibus, propter vim penetrantem, referantem & diureticam; & exinde in Morbis Splenis mirè conducunt. Nam notum, quòd in Splenis Affectibus Medicamenta quæ simul movent Urinam, sint optima. Non minùs etiam convenit tale *Decoctum* in Hydropse Ascite, quoniam per Urinam ejicit Aquam distendentem Abdomen; in quo Ascite *Decoctum Lumbricorum terrestrium* cum *Radice Fœniculi & Petroselin* solet commendari; vel etiam recentes conquassantur cum *Vino*, exprimitur *Succus* & hauritur: item omnia ex *Lumbricis* parata Medicamenta in eodem Hydropse conveniunt, quoniam cient potenter Urinam: imò summum sunt *Anodynum* ad omnes Affectus dolorosos, præsertim ex Acido volatili scorbucico ortos, tam Partium internarum, quàm externarum, seu Artuum, mirè conducunt ratione Salis volatilî urinosi, quod absorbet & corrigit Acidum earum. In cientiâ Urinâ, ad Dolores vagos in Arthritide scorbucicâ, nihil melius habetur hisce, à quâ & ad fixam traducti sunt: vid. **WIERUS** in *Observat.* **MOELLENBROCCIIUS** de *Varis seu Arbritide vagâ scorbucicâ*, **WEDELIUS** in *Opiologia* p. 83. & **DRAWIZIUS** de *Scorbuto* l. a. In aliis etiam Artuum Doloribus, ex quacunquè fiant causâ internâ, usurpantur: præprimis in Affectibus Nervorum conferunt; hi enim, cum ex Acido subtili, iisdem insensissimò, originem ducant, mirè hic *Lumbrici* præparati succurrunt. Veteribus in Curâ Icteri frequens eorum usus fuit, ubi & adhuc sunt admodum celebres, si dicto modo infundantur, vel coquantur, aut pulverisati adhibeantur, vel soli, vel cum aliis Appropriatis permisti; nam Diuretica in Ictero flavo valde conveniunt. Propterea valde sunt convenientes in Ictero *Pilulæ Lotticii*, quarum hæc est *Compositio*:

℞. Pulv. Lumbric. terrest. præp. ℥j.

Gum. Guttae lax. gr. ix.

Olei Succini,

Terebinth. ana gtt. iv.

Cam Syr. Byzant. fiant Pilulæ.

Idem *Pulvis Lumbricorum* cum *Sale Tartari*, vel *Tartaro vitriolato* mistus, est Specificum singulare, vel *Decoctum Lumbricorum terrestrium* cum *Ebelidonio majori* est appropriatum in eodem Affectu, imprimis si addantur *Grana Juniperi*, quæ vim diureticam *Lumbricorum* magis promovent. Contra Affectus dolorosos scorbucicos, præsertim vagos, Veteres *Lumbricos* cum *Lacte* subegerunt, quod per Linteum expressum propinarunt feliciter, & mirabile sunt Remedium. In Dysenteria *Decoctum Lumbricorum* valde commendatur à **SENNERTO** in l. 3. *Prax. pag. 381.* quod etiam verum, & ratio non est obscura. Uterius *Pulvis Lumbricorum* multum convenit in augendo *Lacte* Mulierum, si præparatus *Lumbrici* propinentur ad ℥j. imprimis cum *Lacte Luna*, vel cum

(0) *Lacertus* (nisi *Lacertam aquaticam* intelligas) inter *Insecta* baud jure connumeratur; est enim potius *Quadrupes digitatum, oviparum, cujus species multæ; inter quas Salamandra aquatica, & terrestris, Scincus, Stellio, atque aliæ. De truncatæ Lacerti Caudæ regeneratione, Dissertationem habet Dñus Perraultius: mirum sanè; nam organica partes mutilatæ baud amplius integrantur.*

(II) *Locustæ Insecta* sunt *Coleoptera*, seu *Vaginipennis*. *Byrmon* ducunt à locis istis, eo quòd immenso numero aliquando volitantes, imò à vento delatæ, integros campos successivè devastant, ut quæ attingunt veluti morsu urant.

aliisque Affectibus Nervorum ac Musculorum, in Ictero (utroque,) Hydrope, Vermicatione Infantum, Dolore colico. Imprimis autem specificè profunt in Arthritide illâ scorbuticâ, quam Vagam appellant, (*die laufende Gicht, die Vabren:*) adhiberi intus possunt & extus.

Intus exhibentur vel toti conquassati, recenterque, v. g. cum *Vino* trajecti per Linteum, vel siccati & pulverisati.

Extus applicantur vivi & mortui: vivi impositi, donec moriantur, profunt Panaritio: mortui in *Cataplasmatibus* ferè adhibentur. Odontalgia convenire dicitur *Cinis* (cavitati Dentium inditus.) Podagricos Dolores leniunt (*Pulvis cum Farinâ* calidè impositus.)

P R A P A R A T A

1. *Aqua*, fit in MB.

N. Hydropicis maximè proficua est.

cum *Semine Fœniculi*, aut si fiat *Decoctum Lumbricorum* cum *Radice & Herbâ Fœniculi*: id quod fuit *Secretum HELIDÆI PADUANI*, uti prostat in *Obs. p. 83.*

Externè Convulsionibus, Spasmodicis, & Contracturis scorbuticis, ac Paronychiis, præsentaneum sunt Remedium Lumbrici, siue contusi instar *Cataplasmatibus*, siue Lumbrici vivi applicentur loco ex Arthritide vagâ dolenti & tumido, tamdiu, quamdiu moriantur; & sic Dolor cessat, quasi Malignitatem dolorosam extrahant. Vel ex *Lumbricis* fiunt *Balnea, Inseffus*, &c. in quibus balneentur Membra Arthritide vagâ, vel Contracturâ scorbuticâ affecta, quæ Balnea valdè profunt: conf. MOELLENBROCIUS & DRÄWIZIUS *locis alleg.* In Morbis arthriticis, non solum scorbuticis, sed etiam in aliis, externè applicatum *Fomentum* ex eorum *Decocto*, vel *Succus* applicatus. Contra Panarium nil melius *Lumbrico vivo* imposito, vel sub formâ *Cataplasmatibus* contusis & applicatis, qui subito atrocem istum Dolorem sedant, uti testantur omnes AUTORES, in specie verò SCHMUCKIUS in *Curat. Magico-Magnet.* In Vulneribus & Contusionibus Nervorum multum conducunt Lumbrici: unde ad Nervos penitus concisos conducit *Pulvis Lumbricorum* lavatorum & benè exsiccatorum, cum aliqua proportione *Terebinthina* mistus, qui per dies 10. super Vulnus positus, istud sanat, & Nervos denuò unire facit: idem faciunt ipsi Lumbrici soli, si *Pulvis* horum misceatur cum *Oleo proprio Lumbricorum*. Et in genere omnibus Medicamentis, Puncturis Nervorum ac Tendinum applicatis, permiscendus est *Pulvis Lumbricorum terrestrium*, in specie si admisceatur parum *Pulveris Lapillorum Cancrorum*, & sic erit appropriatus pro conglutinatione & curatione Vulnerum Partium nervosarum, harumque præcavendis Symptomatis. Vi anodynâ, seu Dolorum sensitivâ, quatenus Acidum, Doloris causam, corrigunt, externè mirè conveniunt.

Quoad *Præparata*, hæc inter est *Aqua Lumbricorum terrestrium* in Balneo Mariæ destillata, de qua vid. CROLLIUS in *Basilicâ Chym. Hartmannianâ Edit. p. 349.* Parùm differt à Phlegmate simplici, nihilominus non tantùm prodest in Hydrope, sed & tanquam *Vehiculum* convenit pro Remediis ad provocandos Menses & reserandas Obstructiones Uteri, aliosque Morbos chronicos. In Vulnerum Affectibus commodè permiscetur *Potionibus Vulneraribus Aqua Lumbricorum terrestrium*; id quod sæpius fecit POTERIUS, uti videre est in *Pharmacopœâ*. Aquæ tamen huic præferendus est *Spiritus*, & quæcunque dicuntur de Aquâ, efficacius præstat *Spiritus*.

Destillantur autem in *Spiritu urinosum* maximè polycrestum, vel per *Putrefactionem*, vel per simplicem cum *Alcali Destillationem*; non cum *Spiritu Vini*, uti vulgò est in usu; sic enim virtus Lumbricorum remanet in fundo. Prior modus ita procedit:

4. Lumbrici loti:

Includantur in Cucurbitam amplam, vel aliud Vas vitreum capax probè clausum, ut parùm vel nihil exhalare queat: exponatur in Digestionem, vel Balneo Mariæ, vel ardori Solis, tempore æstivo, vel alio in loco moderatè calido, ut putrefiant & fermentent; quæ Fermentatio interdum adèdè est impetuosa, ut si Calor sit tantillum major, disrumpat Vitra fermentando; liquefcunt in *Liquorem* liquidum aurei coloris: peractâ Fermentatione & Putrefactione *Terra* copiosa nigra remanet in fundo, *Exuvia* verò inanità *Liquori* flavo supernatant: *Liquor* hic filtretur & destilletur per Alembicum, sic prodit *Spiritus urinosus volatilis* penetrantissimus.

Hic habet crasin Lumbricorum, & omnibus usibus convenit, ad quos Lumbricos commendavi. *Dosis* est ʒss. si ri-

2. Oleum coctum. Vid. Disp.

N. Ex *Oleo* hoc destillatur cum *Aquâ Raphani*, *Oleum*, quod *Urinam & Sudores* potenter pellit.

3. Liqueur.

Fit in Clibano; nimirum

Lumbrici loti & per Stupam purgati, induntur Vitro angusti orificii. Hinc obturatur Vitrum, *Massa*que Panis inclusum committitur (ut & reliqua *Massa*) Clibano, donec cum Panibus eximatur. Post Liqueur filtratur, & servatur pro usu interno & externo:

Dosis à ʒij. ad ʒss.

4. *Spiritus* præviâ Putrefactione, ubi *Sal volatile*, statim elevatur, vel sine Putrefactione ex Retortâ, Igne aperto.

5. *Pulvis*, fit ex *Lumbricis* in Furno exsiccatis.

CIX. MU-

re rectificatus fuerit, ad ʒj. in quocunque *Vehiculo*, pro scopo diuretico & sudorifero. In Scorbuto, Arthritide vagâ scorbuticâ, aliisque Affectibus scorbuticis, non habetur melius Remedium: unde D. MICHAELIS cum *Spiritu Lumbric.* part. j. & *Spiritu Cornu Cervi cum Sale volat.* part. ij. tanquam Menstruo, ex Vegetabilibus Arthriticis paravit *Essentiam* suam *Compositam contra Arthritidem vagam*, in cuius Curâ, mediante hac *Essentiâ*, fecit Miracula. In Contracturis scorbuticis & Spasmo scorbutico singulares præstat effectus internè & externè; externè quidem mistus cum *Spiritu Formicarum*. Quod enim dictum de *Spiritu Formicarum*, valet quoque de *Spiritu Lumbricorum terrestrium*, quoniam subministrant *Spiritum* penetrantissimum & volatillimum salinum. In Affectibus dolorosis, mistus cum duplo *Aquâ Arthriticâ* ad extrâ, & illitus, majora præstat, quam *Spiritus Salis ammoniaci*. In curandâ Paralyfi & Tremore, Convulsionibus & Morbis arthriticis, non solum scorbuticis, sed etiam in aliis, est egregius.

Terra illa, seu *Caput mortuum*, à *Spiritu* relictum, unâ cum *Exuvia*, si in Prata aut Agros abijciatur, denique copiosissimos producit *Lumbricos*: sicuti MOELLENBROCKIUS l. a. cap. 15. refert Exemplum *Lumbricorum regenerantium* in Vasculo Solutionis, factæ per *Spiritum Nitri* cum *Spiritu Vini* conjunctum.

Quoad *posteriorem modum* ex non putrefactis, per simplicem *Destillationem*, addito *Sale fixo*, vel *Calce viva*, prodit *Spiritus urinosus*; paucus tamen, nec adèdè penetrans & volatilis, quàm iste per *Putrefactionem*: vid. WEDLIUS *Pharm. p. 83.*

Oleum Lumbricorum per infusionem paratur cum *Oleo communi*, quod in Conquassationibus & Contusionibus Nervorum valdè commendatur. In quibuscunque Nervorum Vulneribus & Puncturis, necnon Vulneribus Articulorum, vel per se, vel mistum cum *Oleo destillato Lavendule*, est expertum à BARBETTE. Hinc *Oleum Nervinum Carpi* à FORESTO commendatur, quod fit ex

Flor. Hyperici M. j.

Olei commun. ℥iv.

Infundantur & digerantur; post adde

Terebinth. ℥j.

Lumbricor. terrestr. pulverif. ʒiij.

Croci parum.

Medicamentum egregium est in Vulneribus & Puncturis Nervorum.

Convenit etiam *Oleum Lumbricorum* in Dolore Aurium, quarum Inflammationem discutit & mitigat: optimè quoque prodest in Convulsionibus à Causâ externâ. Ab HILDANO *Cent. 4. Obs. 27.* laudatur ad Læc augendum.

Liquor per Digestionem in Sole & Putrefactionem, probè filtratur & inspissatus ad tertias, atque in loco frigidiorè positus, *Crystallo* generat inflammabiles instar Nitri. Autore BECHERO *Physicâ subterr. l. 1. p. 329.* *Liquor* verò AUTORIS per Linteum densum transcolatus convenit in Arthritide vagâ scorbuticâ, in Artubus contractis paralyticis, & omnibus Affectibus Nervorum, & ad Atrophiam, aliaque Symptomata convulsiva præcavenda, internè & externè; uti & *Liquor Formicarum* externo usu non solum in Paralyfi & Tremore, sed etiam in Vulneribus Articulorum, & Contracturis scorbuticis, in specie in sedando Dolore arthritico cum aliquot granis *Campboræ* est egregius. *Liquorum Lumbricorum* cum tantillo *Campboræ* acuat, blandiunt Oculis illitus, in Guttâ serenâ maximè laudatur.

Pulvis Lumbricorum in Clibano exsiccatorum nil valet; sed est *Terra* mortua, sine effectu & usu; quia omne *Sal volatile* per tostionem evolavit: potius moderato Igne exsiccantur, vel post Phlegmatis in Balneo Mariæ destillationem residui, *Sale volatili* turgentibus, pulveriscentur.

LUM-

CIX. MUSCA.

M^{uvia}, Arist. *Δάρτιν*. Germ. *Fliege*. Gall. *La Mouche*. Muscarum genera varia quidem sunt, usuale tamen solum vulgare est.

OFFICINALIA NATIVA.

Musca, seu potius Capita earum.

Vires. Alopecotis subveniunt.

PREPARATA.

1. Aqua stillavitia, fit per se, vel cum Melle.

Vires. Præterquam quod Capillorum præventum promovet, prædicatur quoque ad Oculorum Affectus (instillata.)

CX. RICINUS.

R^{όπος}, *κινροπέσις*, Redavius. Germ. *Holtzbock*, *Hundwurm*. Gall. *Le Tiquet*.

Animalculum atque sordidum, Bobus, Suibus, Capris, Ovibus, atque Canibus infestissimum.

Vires. Ricini canini Sanguis, Plinio teste, Psilothrum est, & Ignes sacros restinguit; admirandus quoque est ad Impetigines contumaces, & fetas, ac curatu difficiles, (illius.)

Amatus Lusitanus Cur. 28. Cent. 7. (Δ)

CXI. SALAMANDRA.

Σαλαμάνδρα, *μύδλη*. Germ. *Molch*, *Moll*, *Olm*. Gall. *La Salamandre*.

Animal est quadrupes ex Lacertorum genere, nigrum, lu-

LUMBRICI INTESTINORUM.

DE his refert AUTOR, quod soleant propinari interne ad Lumbricos enecandos. Cæterum imposturam detexit TABERNÆMONTANUS: nam dant potius novos in Intestinis Lumbricos, quam quod illos arceant; de quo superius, ubi de Santonico. Unde etiam Agyptæ non prius propinant suos Pulveres Vermes expellentes, quam quando Pulverem Lumbricorum adhibuerant. (P)

CIX. MUSCA. Musca contrita, & ex iis Liqueor expressus commendatur in Alopecis & Calvitie curanda: sicuti etiam ex Muscis destillanda Aqua commendatur valde in Affectibus Oculorum. (Q)

PEDICULUS.

P^{ediculi} raro usurpantur, nisi quod soleant quandoque devorari à Rusticis contra Ictericum, si in specie vivi deglutiantur: & quidem, quod sint egregium Experimentum in curando Ictero, confirmat ZACÛTUS LUSITANUS libro ultimo Prax. Admir. cap. 2. Obs. 7. ubi habet Exemplum Icteri esu Pediculorum curati: id quod de Pediculis his, valet de Cimicibus. Dum dicit AUTOR, quod Urinam ciant, verum est; unde etiam usitate Pediculi numero iij. vel v. immittuntur in Canalem Penis, & sic suo motu & titillatione faciunt, ut Urina facile sequatur in ejus suppressione: Videatur ZACÛTUS LUSITANUS. (R)

(P) Lumbrici quasi lubrici, Græcis dicuntur γῆς ἔντομα Terræ Intestina, quod Terram comedant. An Lumbrici terrestres cum Intestinorum Lumbricis convenient, alibi innuimus.

(Q) Quis Muscarum æstivo tempore, & præsertim imminente pluvia, insensissimam molestiam non est pertusus? Muscæ (quemadmodum & Aranei) in extremitate crurum, inter geminas angulas, spongiosum à natura obtinuerunt fasciculum, tenaci liquore madidum, cujus ope hæc Insecta politis corporum superficiebus adeo adhaerent, ut vel per levissimum speculum inverso & pendente corpore gradientur. Liqueor hic Muscæ ætate consumitur; adeo ut senescentes tali progressionis beneficio non gaudeant. Muscarum Oleum Equorum Caudas asertiores & prolixiores reddit.

(R) Pediculus sordidissimum Insectum, & sorditiei veluti proles: nullum serè est Animal, quod sub variâ formæ specie Pediculi non infestet: præcipuè autem Hominem. Græcè ὀδῆσις ἀπὸ τῆς ὀδῆσις, ab Humorum corruptione: hinc Phthiriasis morbus, quod immensa Pediculorum caetera, intra Cutim & Cusculam latitans, assiduè prorumpit, & Corpus antroersum defædat. Hujus Morbi, à Recentioribus præsertim usque adhuc neglecti, naturam, causas & curationem accuratissimè, ut suus est mos, in duabus Epitolaribus Dissertationibus, prosequutus est Cl. Antonius Vallinerius in Patavinâ Universitate Primarius Medicinæ Theoricæ Professor, ac S. C. C. Majestatis Cubicularius Medicus, cujus profundam eruditionem, ingenique perspicacitatem, æquè in maximis atque in minimis, Europa universa admirata semper est, quemque hic honoris, & officiosissimæ amicitia causa nomino.

(Δ) Incertum an Ricinus Insectum à Ricini Plantæ Semine nomen obtinuerit, an contra. Sanè maxima inter ea intercedit similitudo. Insectum Canibus præsertim est infestissimum, adeo enim illis, ut sanguinem exsugat, fortissimè adhaeret, ut nonnisi ob saturitatem ruptum decidat.

(Ω) Inter Insecta: haud connumerari debere utramque Salamandram, Aquaticam scilicet & Terrestrem, is facile judicabit, qui illam tantum conspiciet, atque adeo Lacertarum speciebus nullo negotio adscribet. In utriusque dorso duplicem foraminulorum seriem, à capite ad extremam caudam productam, observavimus: ex iis latex ob bestiolæ cruciatum non exigua quantitate exiliens, potest ad aliquod tempus Ignis vim repellens, in vitâ aliquantulum illam conservare. Quod locum fabulae dedit, Salamandram Igni insectam ab eo non consumi.

teis maculis respersum, incola locorum frigidorum & humidorum, Foniculorumque limpidorum admodum amans, adeoque nonnullis in Terrestrem & Aquaticam distribuitur.

N. Venenatum est Animal, unâ cum Morsu lacteam Spumam virulentam conferens.

Vires. Salamandra erodit, exulcerat; incinerata medetur felicissimè Scrophulis exulceratis (Cinis inspersus.)

N. Caveat à Fumo venenato. (Ω)

CXII. SCARABÆUS.

- 1. Cornutus. Germ. *Scorten*. In usu.
- 2. Pifularius. Germ. *Roskæfer*, Gall. *Escarbot*, *Foüille-Merde*. Etiam hic Medicinalis.
- 3. Unctuosus, Cantarellus. Ger. *Kadden*, *Schmaltzkafer*, *Meywurm*. Neo hic idoneus. (Major. *Meyrkafer*, *Ereuta*.)
- 4. Rutilus. (*kafer*.) (Minor. *Brackkaferlein*.)
- 5. Bufonius viridis. *Krostenkafer*. Hic venenatus.
- 6. Pifrinarius. *Meelkafer*.
- 7. Cadaverum. *Aaskaferlein*.

I. Scarabæus Cornutus, (Bicornis, Lucanus, Cervus, Cervus volans) Scarabelaphus, Cardan. Græc. *Καρβός*, gignitur partim ex Lignis aridis, maximè Quercus aut Roboris, partim ex Coitu. Reperitur Majo & Æstate in Sylvis.

OF-

CXII. SCARABÆI. In Scarabæis, sicut in omnibus ejusmodi Insectulis, reperitur abundans Sal volatile urinosum, & multum præstant in usu medico, imprimis in Affectibus externis Membrorum ex Lymphâ admodum acris: propterea optimè succurrimus Isth Medicamentis, ex Insectis paratis, quæ constant Sale volatili urinoso, ut contrarium in contrario emendetur. Quod dicitur de *Aseitis*, *Lumbricis*, *Formicis*, &c. quod abundent Sal volatile urinoso, certissimum est de Scarabæis, & omnibus eorum Speciebus. Triplices autem Scarabæi Species in usu sunt:

- 1. Enim sunt Scarabæi Cornuti
- 2. Pifularii.
- 3. Unctuosus, Italici Cantarelli dicti, Germ. *Meyr-Wurme*, qui in usu sunt apud Italos in quamplurimis Affectibus.

I. SCARABÆUS CORNUTUS.

Scarabæos primos, nempe Cornutos, quod attinet; usus ille ob signaturam ad AUTORE additus, rarus est. Interne insigniter & potenter ciant Urinam, adeoque in Morbis, ubi opus est, ut promoveatur Urina & Serum, in Affectibus nephriticis & arthriticis, mirè conveniunt, & quidem in Arthritide externè & internè. Internè ciant Urinam, & per eandem educunt Acidum arthriticum; unde fit, ut quando pellunt Acidum arthriticum, oriatur Stranguria. Deinde in præservando Calculo multum conducunt Scarabæi quicunque.

Pulve-

OFFICINALIA NATIVA.

Ipsi Scarabæi, & Cornua.

Vires. Scarabæi commendantur ad Dolores & Contracturas Nervorum (ex Signaturâ, qua tacti immobiles & contracti redduntur) ad Febrem Quartanam. (Amuleti loco impositi.) : *Cornua* suspensa de Collo. Infantum Urinam cohibere dicuntur.

P R E P A R A T A.

Oleum. Ex Infusionibus Scarabæi.

Vires. Dolorem Aurium discutit (infiltratum.)

II. *Scarabæus Pilularius.* (Pilularis, Solaris, Stercorum, *Köcher*, *Hipp. Pferd Käfer*, *Mist-käfer*, nomen id habet, quod è Fimo (maximè Equino) ingentes *Pilas* Pedibus volutet, in quibus parvos Vermiculos fœturæ Semina recondere dicitur.)

Vires. Commendatur maximoperè in Procidentiâ Oculi & Ani, (*Pulvis* aspersus, in Hæmorrhoidibus cæcis dolorificis

Pulverisata Cornua contra Partum difficilem laudantur. *Aqua ex Scarabæis* parata, ad præservandum Calculum & Arthritidem commendatur.

Oleum Cornutorum horum per infusionem factum, externe inunctum Succedaneum est Olei Scorpionum in ciendâ Urinâ & promovendo Calculo, mirè convenit in Affectibus Nervorum, in specie Contracturis & Paralyfi: Auribus instillatum, sicut *Oleum Formicarum*, in Doloribus quibuscunque Aurium, item in defectu Auditûs, optimè convenit. Aliàs convenit *Oleum Scorpionum & Scarabæorum* conjunctim contra Convulsiones epilepticas Infantum, item in Mulieribus in Partu difficili. Notandum hic, uti habet **HOEFERUS** in *Herc. Med. p. 48.* quod tali *Oleo per infusionem parato*, & *Pulvis* illito, producat *Febris* quædam *artificialis*, simulans *Ephemeram* seu *Synochum putridam*.

II. SCARABÆUS PILULARIUS.

Scarabæus Pilularius cum *Oleo Lini* infusus & coctus in usu est; tale enim *Oleum* singularissimum & expertissimum est Anodynum in Doloribus & Tumoribus hæmorrhoidalibus cæcis, qui sunt valde infani & gravissimi. *Oleum* hoc *Principissa quædam Italia* pro singulari habuit Secreto: unde etiam omnes Practici hoc *Oleum* commendant: videatur **BORELLUS** in *Observationibus*, & **RIVERIUS** in *Scriptis*, & quidem **BORELLUS** *Cent. 1. Observ. 63.* **FONSECA** *l. 1. Conflitorium.* Loco hujus ex *Scarabæis* potest usurpari *Oleum Violaceum* ad ℥ij. cui mixta est ℥j. *Asterorum contusorum*: sed qui habent *Oleum Scarabæorum Pilulariorum*, habent Remedium magis expertum. *Scarabæi* etiam *Pilularii* bulliant in *Oleo Mastichis*; & hoc *Oleum* inungatur Anis prolapsis, in specie si Procidentiâ Ani contingat post Hæmorrhoidum inflammationem, qui casus est satis periculosus; videatur **RIVERIUS** *Obs. 27. Morborum infrequentium.*

Cinis Scarabæorum Pilulariorum si inspergatur Intestino Recto seu Ano prolapsis, impedit, quod minùs post factam repositionem possit denuo prolabi, & est expertum in tali casu Remedium.

III. SCARABÆUS UNCTUOSUS,
seu
VERMIS MAJALIS.

Scarabæus Unctuosus ita dicitur, quia, si mense Majo capitur, & aliquantisper teratur, emittere solet *Liquorem viscosum unctuosum & subflavum*, de quo conferatur **BORELLUS** *Cent. 4. Obs. 7.* Hic *Liquor* in se habet Alcali volatile acre, ratione cujus *Cantharidum* naturam imitantur, ut rectè dicit **AUTOR** noster; potenter enim Urinam pellunt, & Acidum vitiosum, hoc est, Tartarum salinum in Affectibus nephriticis & podagricis, aliisque, per eam, copiosissimè evacuant; unde mirè commendatur ad præservandum Calculum, præservandam Arthritidem, singularis enim est in Calculo & Arthritide vagâ scorbuticâ, & fixâ; sive internè assumatur *Pulvis*, sive Artificio chymico alia exinde præparentur Remedia. Paratur igitur *Remedium Antipodagricum* exinde, hoc modo:

℥. antur *Scarabæi unctuosi*

 mensè Martio, Majo, vel medio Junii, in

leniendis,) decoctus scilicet in *Oleo Lini* ad consumptionem Animalculi, & calidè positus cum Bombace.

N. Pulveris conficiendi modus optimus est:

Mortificati in Vitro clauso ad Solem benè exsiccantur, & *F. Pulvis.* *Hartmannus in Pract.*

III. *Scarabæus Unctuosus* (quod Manibus impositus pingui subflavoque Liquore inficiat): Majo & Junio juxta vias & passim in Sylvis obrepit.

Vires. *Cantharidum* naturam imitatur, Urinam pellic & Sanguinem, Canis rabidi morsum egregiè expugnat, Varos dictos, i. e. Arthritidem vagam, auctore *Wiero*, curat, (exhibitus *Pulvis* vel *Conditura*.)

Extrinsecus expetitur à quibusdam ejus *Liquor* ad Vulnera. Additur & *Emplastris* in Bubone & Carbunculo pestilentiali, (ex *Signaturâ* desumpto indicio;) permiscetur & Antidotis, sitque inde *Oleum* ex *Infus. Anim. vivorum* in *Ob. comm.* quod loco *Olei Scorpionum* nonnulli adhibent.

CXIII. SCIN-

locis pratensibus & arenosis capti, & absque tactu manûs in Scatula collecti:

Suffocentur in *Spiritu Vini*, & ita suffocati blandè exsiccantur: exsiccati discindantur, & in eorum medio reperitur istud *Liquidum viscosum*, quod exprimitur, & asservatur in Vitro.

Dehinc ipsum *Corpus* blandè exsiccatum & pulverisatum misceatur cum proprio *Liquore unctuosus*, ut acquirat consistentiam debitam: Põit

℥. Hujus *Bals.* ℥j.

Olei destillat. Anis,

Caryophyll. ana gutt. iij.

M. f. *Pilula.*

Harum *Pilularum* recip. grana ij. & propinentur Arthriticis, Scorbuticis & Nephriticis (qui aliàs nullam læsionem habent, & ubi Morbus solummodò est podagricus & tartareus), mane jejuno stomacho, in *Aqua Florum Sambuci* vel *Rosarum*, vel cum paucâ quantitate *Conserve Rosarum*: moderatè vivat Ager in Diætâ, & jejuset usque in meridiem. Tuoc largius Prandium Potumve *Cerevisie* aut *Mulsi* poterit sumere; abstineat tamen à *Vino*: circa meridiem excitabitur Dysuria & Stranguria, quæ serè per tres dies durabit. Imminentibus verò his Symptomatibus, Aegro Potus concedendus est vel largissimus; hoc enim indicium est, Tartarum ad vias urinarias tendere: si autem ex esu primæ Doseos superveniat Stranguria, reiteretur secundo die, & optatus erit eventus in curando Calculo; si verò Operationem exerit prima Dosis, non reiteretur, antequàm integra Operatio sit finita; aliàs si nihil primo die operetur, detur altera *Pilula* altero die; & quidem à gr. ij. ad iij. donec Diuresis sequatur.

Colligitur Urina omnis in terreo Vase; post evaporet ad siccitatem, sic in fundo remanebit *Mucilago tartarea*, unde cognosci poterit *Materia Podagræ* vel *Calculi*. Effectu *Pilularum* obtento, & Dolore, in excernendâ Urinâ, cessante, omni mane repetatur Dosis, Agerque totâ die domi se contineat, & Cibis aromatizatis abstineat. *Pilula* tam diu continentur, donec *Materia tartarea* in Urinâ ampliùs non conspiciatur, utpote quæ post 7. vel 8. septimanas plerumque cessare solet. In principio, sicut & deinde singulis 10. aut 12. septimanis, Ager sequenti *Pulvere* evacuetur.

℥. *Spec. Caryocost.*

Pulv. Tartari crystall. solut. an. ℥ss.

Tartari vitriolat. ℥ss.

Oss. Microcosm. calcinat. ℥j.

Diagryd. sulphurat. gr. v.

M. f. *Pulvis.*

Detur in *Jusculo Carnis* 6. horas ante prandium.

Sub usû *Pilularum* in Urinâ apparent Gutturæ sanguinæ, quod non terreat, quia est ab Acrimoniâ Humorum.

Aliàs *Diuretica* ex his *Scarabæis* ad Rabiei præservationem conducunt: Remedium est **AVICENNÆ** hætenus apud Practicos sepultum, cujus tamen mentionem videbitis in *Append. M. A. N. C. ad Annum 1. pag. 31.* utut ejus Dosis c. l. consignata jam non imitanda; quoniam Hungari fortioris sunt idiosyncrasie: Conf. eadem **M. A. N. C. Anno 3. p. 226.** & **SENNERTUS** in *Praxi*, ubi de *Rabie*.

Succedaneus est hic *Scarabæus Scorpionum*, ut rectè hoc insinuat **HOEFERUS** *Herc. Med. p. 110.* unde *Oleum* horum *Scarabæorum* in iisdem Affectibus, in quibus *Oleum Scorpionum*, usurpatur. (5)

CXIII. SCIN-

(S) *Scarabæorum tum Cornutorum, tum non Cornutorum multas numerat species* Charleton. Inter non Cornutos numeratur *Anticantharus* seu *Proscarabæus* (*κάρδαρος enim est Scarabæus*), qui est *Officinis Scarabæus Unctuosus*;

CXIII. SCINCUS.

Σκίνκος, Scincus Marinus, Officinis.

Animal est aquaticum, Squamis luteis vestitum, caudâ à Capite ad Gaudam decurrente Lineâ insignitum, Herbis odoriferis victans.

OFFICINALIA NATIVA.

1. Integri exsiccati. 2. (rarò) Pingueda.

1. Vires. Alexipharmacus est Scincus, Veneremque accendit.

2. Pinguedo simili virtute pollet.

Dosis Drach. j. Matthioli commendat Rostrum & Pedes, eosque cum Vino propinat, hinc & Carnes laterum commendat.

P R Æ P A R A T A.

Ingreditur Antidota, & præcipuè Theriacam Andromachi, & Antidotum Matthioli.

CXIV. SCORPIO,

Σκorpion, Scorpium. Germ. Scorpion. Gall. Le Scorpion.

Animal est formâ Cancros æmulans, iis tamen minus. Vires. Urinam cient Calculo Renum aut Vesicæ impeditam, (vivi incinerati & exhibiti.)

Itibus propriis subveniunt, (triti & impositi.)

P R Æ P A R A T A.

1. Oleum Scorpionum Simplex. Infusione Scorpion. in Ol. Amygd. amar. Vid. Disp. August.

N. Sunt qui propinant in colicis & calculosis Doloribus.

2. Oleum Scorpionum Compositum Mes. quod recipit insuper Aristoloch. Gentian. Cyper. & Rad. Capp. Vid. Disp. August.

Vires. Ulitativissimus est in Renum Doloribus, Urinâque obstructâ (illinitur Dorso vel Pubi.) Medetur Itibus venenatorum Animalium, Februm Paroxysmos arcet, (Pulsibus vel Dorso inunctum), Aurium Dolores mulcet.

3. Oleum Scorpionum magnum Matth. Vid. August.

Vires. Majorum est virium quàm præcedentia. Usûsque eximii in Morbis contagiosis præservandis & curandis, in venenatis Morbis & similibus (inunctum Cordi, Arteriisque Temporibus, Manuum, Pedum,) Dolores demulcet colicos & Uteri, &c.

4. Oleum Scorpionum sanguineum.

¶ Sem. Hyperic. ℥vj. Infunde in Vino Malvat. per dies ac noct. (3.) tum adde Terebinth. Venet. ℥iij. Ol. centum Anor. (i. e. verussis.) ℥vii. Croci opt. ℥j. Flor. Hyperic. M. iv.

Omnia tumulentur in Arenâ benè clausâ per triduum; deinde Liquor in aliâ Bocciam fortiter exprimatur, Liquor per inclinationem decantetur, usque ad apparitionem Olei. Oleo apparente Vas elevabis, in eo videbis Oleum rubrum Sanguinis instar. In hoc Oleo reponantur pro unaquaque librâ Scorpiones N. L. in MB. eousque relinquuntur, donec fiat perfecta Fermentatio. Hinc per Pannum exprimantur omnia, Oleumque reservandum.

Vires. Sanimè nephriticis Dolores lenit, extrinsecus applicatum.

N. Hoc est illud Oleum Nephriticum sanguineum Magni Ducis, quod Pons describit, sed Dosis non addit.

Ex communicatione Dn. D. Job. Kieferi.

CXV. TERE-

CXIII. SCINCUS. Scincus Marinus est Pisciculorum, vel juxta LUDOVICI in Pharmac. pag. 727. Lacertarum exoticarum genus, quod in Italiâ satis frequens.

Quoad Vires, ab Italis solet commendari ad stimulantem Venerem, & promovendam Penis erectionem; qua ratione Rotulas & Morsulos Aphrodisiacos ingrediuntur: vid. LANGIUS in Epist. Med. 66. p. 363. Præterea dicuntur Alexipharmacis & Venenis resistentes, unde etiam Theriacam ingrediuntur. Verum Scinci hi Marini, qui Venetiis venduntur, & in Officinis nostris monstrantur, parùm aut nihil in stimulantem Venere & Venenis resistendis faciunt: & qui Venerem stimulant, sunt Scinci Terrestris, species Crocodili, qui Autore FORESTO l. 26. Obs. 26. ad nos non feruntur.

Plura de Scincis videbitis in RONDELETIO l. de Amphib. cap. 4. MATTHIOLO in Dioscor. l. 21. c. 60. IMPERATO in Histor. Natural. l. 28. p. 739. & WORMIO in Museo. (T)

CXIV. SCORPIO. Scorpiones abundant copioso Sale volatili acris, uti reliqua Insecta; unde sunt egregie diuretici, utut propter Veneni suspicionem internus eorum usus olim non fuerit observatus. Moderni tantùm in Electuario Orvietano Scorpiones siccos pro Alexipharmaco adhibent: Conf. BARTHOLINI Acta Med. Hafnienf. Volum. 2. pag. 265. Alii Scorpiones pulverisatos dosi gr. j. ad gr. v. cum aliis Remediis interne propinant, pro scopo ciendi Urinam, non minùs quàm Lumbrici & Scarabæi anduosi possunt interno usu adhiberi. vid. HOEFERUS in Herc. Med. p. 110. & RIVERIUS Prax. l. 14. c. 1. Dum enim Urinam cient, simul egregie abstergunt, & Sabulum in Renibus & Vesicâ, necnon Calculum, promovent. Rarò tamen interne adhibentur, sed potiùs externè Oleum, tam Compositum quàm Simplex, usurpatur.

Oleum Simplex paratur per Infusionem & Insolationem cum Oleo communi, cujus egregia vis est in Acrimoniâ admodùm volatili consistens; cujus intuitu & interne Diuretici habetur in promovendo Calculo & suppressione Urinæ. Externe regioni Renum, item regioni Pubis vel Vesicæ il-

Tom. IV.

litum, idque aut solum, aut cum Unguento Diathææ, vel addito Petroleo, vel Oleo Terebinthinæ, Juniperi, Cera, &c. aut cum Cataplasmatibus ex Cepis, seu ex Parietarid, & similibus aliis Remediis. Si cum eorum Oleo inungatur Membrum virile, habetur Arcanum in obstructione viarum urinarum: sunt qui etiam Oleum hoc ad aliquot guttas intrò propinare suadent ad Calculi & Urinæ excretionem. Habet & vim anodynam, unde in Dolore Aurium planè est singularè, si scilicet una vel altera gutta calidè instilletur Aurium dolenti, aut cum Bombace indatur, vel solum vel mixtum cum dimidio Olei Amygdalarum dulcium: videatur SCHMUCK Curat. 2. Secreto Med. 11. In quo Dolore Aurium conveniunt similiter Aselli contriti aut bulliti in Oleo Nymphaeæ, vel præprimis Vitolarum, in specie, si sit Dolor Aurium ex Inflammatione, in quo tam Oleum Scorpionum, quàm Asellorum, est egregium. Aliàs etiam pro usu alexipharmacis & antipestiferis, necnon ad præservacionem contra Morbos Epidemicos, illinitur Pulsibus, regioni Cordis, atque aliis Membris.

Olea Scorpionum Composita pro scopo alexipharmacis plurimis modis variant, & pro lubitu cujusvis Practici facile præparari possunt. Oleum Compositum Matthioli, Oleum Caravittinum à GEORGIO CARAVITA aliàs dictum & descriptum, qualem Compositionem, videbitis in Pharmacop. August. cum ZWELFERI Animad. p. 325. 326. & 332. commendatur usu externo pro illinitione Pulsuum in Peste, aliisque Affectibus malignis; in Bubonibus pro malaxandis Emplastris & Unguentis; in Morbis venenatis cum aliis Remediis, de qua virtute videatur GABELCHOVERUS Cent. 3. p. 226. cum Oleo Citri & Oleo Camphoræ mistum dat Balsamum Antipestiferiale, quod applicatur Pulsibus, Temporibus, & aliis Locis aëri expositis: in Febris Maligis & Petechialibus eodem Balsamo similiter solet fieri Inunctio. Aliàs Compositionem magis egregiam hæc ipsa MATTHIOLI habet ZWELFERUS in Pharm. Reg. p. 209.

Oleum Scorpionum sanguineum, quod habet AUTOR, est elegans & inde probè observanda Compositio; est egregium in Affectibus Renum, Vesicæ, & aliis. Aliàs ANGELUS SALA in Tractatu, quem vocat

P p p Anatomem

Ætuosus; cum enim in manus sumitur, eas pingui & subflavo inficit liquore. Est & Scarabæus Pilularius, seu Stercorarius, quem Pilulas à Stercore artificiosè sanè conficere vidimus, ut in eis Ova reponeret. Ægyptii vocant Ηλιοκάρβαρον, eumque, teste Clemente Alexandrino, summopere venerantur, animatam Solis effigiem esse putantes.

(T) Quamvis Scincus terrestris inter Lacertorum species recensetur; nihilominus Scincus marinus Officinarum, videtur Crocodilus minor, Nili item incola, quemadmodùm nonnulli Auctores illum appellant. Sicci, odoriferis herbis facti, ad nos ex Ægypto offeruntur pro Theriacæ compositione.

CXV. TEREDO.

Teredo. Germ. Holz-wurm. Gall. Ver appellé Teigne.

OFFICINALIA NATIVA.

Caries, seu Farina Terebinum.

Vires. Exsiccat, unde Ulceribus humidis & fluidis feliciter inspergitur, & hoc eodem titulo Mulierculis nostratibus admodum familiaris est in Excoriationibus Infantum efficacandis.



Anatomien Vegetabilium, pag. 55. parat Essentiam Scorpionum egregiam. (V)


CXV. TEREDO. De Terebine nihil est, quod dicam. (X)

(V) Scorpio venosissimum, nobis Italici præcipue, Insectum: Aculeo in extremitate adunca Cauda fito ferit, atque in factum vulnusculum virulenti succi guttulam infundit: Liquor in Vescula ad Cauda extremitatem sita continetur, ac ductu exillissimo, Aculeum ipsum pervadente, foras emittitur. Scorpionum, in Africâ præsertim degentium, noxium aded est Venenum, ut nisi Antidota præsto sint, homines & alia animalia necet. Nostratum haud aded noxium experimur Venenum. Scorpio ipse contusus, & illic Morsui applicatus, non inefficax remedium est: Theriaca huic succedit interne & externe adbibita: Ligaturæ quoque, Scarificationes & Cucurbitulæ: sed Salis volatilis Viperarum usus omnibus præcellit.

De nostrâ TARANTULA, ejusque singulari Veneno, singulis annis æstivo tempore se prodente, atque misellos illius morsu tentatos ad Choreas excitante, non nisi certo muscorum Instrumentorum concentu sedando, integri conscripti sunt Tractatus. Sunt qui pro Fabulâ, etiam inter nostrates, illud habere velint. Verum est non negem, non paucos esse homunciones & mulierculas, lucelli aviditate Morbum simulantés, ac varias regiones saltando pervagantes; haud tamen denegari fides poterit gravissimis cateroqui viris, qui ex illi Tarantula, summo æstatis calore, ab horrendis cruciatibus anguntur, nisi certo Instrumentorum muscorum Sono (quem ab usu Tarantellam vocant) ad modulatos saltus excitati, tandem sudore disfluente, sedato paroxysmo, quiescant. Hujus morbi raram Historiam descriptam habetis in his Notis, tom. 2. col. 1631. lit. Q.

Haud prætereundum puto, quod ingeniosè de Tarantulâ meditatus est Dñs Geoffroy, quod scilicet hujus Insecti Venenum pariat in demorsorum Nervis sensationem præternaturalem, ut scilicet hi sint ad unisonum aliquarum Chordarum Instrumenti musci: quare ad hujus certum sonum, motus in Corpore excitentur, Choream Tarantilli patientes. Sed nonne plures Nervi varias simulque harmonicas sensationes, variis Chordarum tensionibus respondentes, acquirere ex Veneno debebunt? Mira sanè Veneni natura.

(X) Vermes Hexapodas dividit Charleton in Arboreos, Fruticarios, Leguminarios, Frumentarios &c. Inter Arboreos diètos recensentur Terebines, quæ Ligna omnia, sed propriè Navium tabulas, corrodeunt: Vermiculæ candidi & minuti. Farina illorum dentibus creata, Caries appellatur, eaque Infantum Intertriginibus cum fructu inspergitur.



SECTIO TERTIA. MINERALOGIA.

REGNUM MINERALE.

SCHROEDERI

Pharmacopœe Medico-Chymicæ

L I B R O III.

Pergendum nunc est ad REGNUM MINERALE, quod studio ad locum ultimum relegavi, quoniam est difficillimum omnium, & non potest ritè intelligi absque Chymicæ prægustu, utpote quæ est quasi Simia Naturæ, & nobis demonstrat quæ Natura facit in suis Cryptis subterraneis, aded ut, quæ sit Metallorum utilitas, facillè possit ex Chymicâ cognosci, utut nonnulli sint, qui Rem de Medicamentis ex Metallis reddant dubiam, dum quidam eadem ceu inutilia rejiciunt Metalla, quidam commendant. Verùm res tota consistit in Preparatione eorum chymicâ legitimâ, in qua Operatione etiam Venena crudelissima abeunt in Medicamenta saluberrima, Alexiphar-

maca & Sudorifera: uti videre est in *Antimonio*, quod nudum ac crudum propinatum, secundùm nonnullos Homini est Venenum, atque, quamdiu Vomitus & Sedes movet, autore HELMONTIO, non dicitur *Viri boni Remedium*; quando verò figitur, ut ejus Malignitas, in Sulphure volatili consistens, corrigatur & temperetur, evadit Alexipharmacum, per Sudorem malignitatem expellens. Quod dictum de Antimonio, verum quoque est de *Arsenico*, quod fixatum non solum externè Ulcera maligna cocoëthea, putrida & corrosiva, corrigit; sed præterea quoque internè evadit Alexipharmacum, elegansque Sudoriferum, uti suo loco audietis. Hæc omnia in progressu latius patebunt.

C A P U T I.

DE MINERALOGIA IN GENERE.

Libris superioribus Medicamentorum Tractationes generaliores fuerunt cum subjunctis Compositis, quæ non passim sunt speciali alicui certove *Nativo* accenseri, qua ratione *Pharmacopœa Generalis* dici posset: *Specialior* sequitur, quæ *Nativa* singula cum annexis *Præparatis* perstringuntur.

Pharmacopœa Specialis Partes sunt, *Phytologia*, *Zoologia*, & *Macrocosmologia*. Tot enim numerantur *Mundi* universi *Regna*: *Vegetabile*, *Animale*, & *Macrocosmicum*, eaque inter se summâ cognitione conjuncta.

N. Regna hæc vocat *Hippocrates* (*lib. 1. de Diata*), tres *Concentuum Harmonias*, similitudine ex *Musici* desumptâ. Nimirum sunt instar trium *Semitonorum*, perfectam & absolutam *Universitatis Harmoniam* constituentium. *Basin Macrocosmum* perhibet, qui reliquis duobus subternitur ceu *Fundamentum*, sine quo ea nec concordare invicem, nec subsistere queant. *Regnum Vegetabile* refert *Tertiam* in *Musici* dictam, videlicet ut *Latitudo* hujus *Semitoni* inter *Tertiam* ma-

jorem & minorem circumscribitur; ita & in *Regno Vegetabili* *Latitudo* deprehenditur, quæ alia ad *Naturam macrocosmicam* propius accedunt, alia longius ab eadem recedunt. *Latitudo* hæc *Vegetabilium* juxta *Mosem triplici* terminatur *Classe*. *Prima* continet *Germen pumilum*, sponte nascens (*אֶרֶב*). *Secunda* *Herbam seminificam* (*עֵשֶׂב*). *Tertia* *Plantam lignosam* (*עֵץ*). *Regnum* porro *Animale Quintam* & *Sextam* exhibet. Hæc enim uti longius à *Basin* recedunt, ambitumque integri *Toni* continent; ita & *Regnum Animale* non modo longè à *Naturâ Macrocosmi* distat, sed & *Latitudine* majori circumscribitur. Sunt nimirum in hoc *Regno Animalia Aquea* (*נֶפֶשׁ הַיָּם*) i. e. *Anima*, seu *Spiraculum vivens Aquarum*. Sunt & *Terrena* (*נֶפֶשׁ הָאָרֶץ*) i. e. *Anima*, seu *Spiraculum vivens Terræ*. Est & *Homo* (*אָדָם*) ex *Adama*, i. e. *Ferrâ* & *Aquâ* exaltatis creatus, qui præterquam quoddam est cum reliquis *Animalibus* (*נֶפֶשׁ הַבְּהֵמָה*) i. e. *Anima vivens*, inspiratum habet insuper *הַיָּרֵךְ* (*נְשֻׁמָה*) *Spiraculum Vitarum*, adeoque reliqua omnia antecellit.

Macrocosmologia est *Rerum macrocosmicarum* enodatio.

Res

C A P U T I.

DE MINERALIBUS IN GENERE, EORUMQUE PRINCIPIIIS.

Mineralia tribus *Principiis* materialibus constant, *Sale*, *Sulphure*, & *Mercurio*: quæ ita dicuntur propter analogiam, quam cum *Corporibus* vulgè ita dictis habent. *Sulphur* autem dicitur ided, quod cum naturâ *Sulphuris mineralis*, hoc est in *Pinguedine*, maximè conveniat. Dicitur *Mercurius*, quia hoc *Principium* luxuriat in *Mercurio vivo*, & mutabilitatem ac corruptibilitatem facillius in *Igne* subministrat, quæ *Proprietates* conveniunt cum dicto *Mercurio*. *Sal* verò propter fixitatem ita vocari solet; assimilatur enim *Principio Minerali*, quia sunt naturæ alcalinæ, & contrariantur acidis.

Tria hæc *Principia* *Regno Minerali* non sunt propria, sed in omnibus tribus *Regnis* reperiantur. Per *Sulphur* enim nihil aliud intelligitur, quam *Substantiâ pinguis*, eaque in recessu *acida*, quæ omnia constant: vel per *Sulphur* intelli-

guntur tales *Particulæ materiales*, quæ in *Mineralibus* & *Metallis* hoc præstant, ut facillè in *Igne* calorem & candescantiam concipiant. Ab hoc *Principio* pingui dependet *Ignitio* & *varietas Colorum*, quos nunc in *Igne*, nunc in *Menstruis*, concipiunt *Mineralia*.

Per *Mercurium* intelligunt *Humiditatem Metallorum radicalem*, seu tales *Particulas*, quæ reliquis *intertextæ mobiles* sunt, & in *Igne Fluiditatem Corporibus conciliant*, unde etiam *Liquefactio* & *Ductilitas* oritur: Istud *Principium*, cum in *Lapidibus* deficiat, illi difficillius fluunt.

Per *Sal* intelligunt *Substantiam fixiorem terream*, naturæ *alcalinæ*. Hoc *Principium Salinum* quasi suggerit *Fundamentum*, aut *Corpus* aut *Matricem* reliquorum duorum *Principiorum*; unde istud *Principium Salinum* fixius, nimiam *Fluiditatem* coërcet, simulque facillè *Sulphuris Cremabilitatem* cohibet. *Sulphur* equidem *Principium Metallorum activum*, *Sal* verò *Principium passivum* est. Inter hæc duo *medium quoddam tertium Mercurius* est, qui quasi *Vinculum* conjungit *Acidum* & *Alcali*. *Mercurius* & *Sal* agunt in *Terram*, quam subigendo apram reddunt, ut in se recipiat

P p p a

Tom. IV.

Res Macrocosmicas voco, quæcunque extra familiam Vegetabilium & Animalium collocantur, sive *Primaria* eæ sint, i. e. Macrocosmi Membra, sive *Secundaria*, i. e. ex Perittomate macrocosmico productæ.

N. Constitutionem Rerum Macrocosmicarum generalem Libro primo passim descripsimus, quò Lectorem remittimus.

In usurpatione generaliter hæc penitenda veniunt *Vires*, ut & *Modus utendi*.

Vires. Mineralibus fortiores, ac magis radicales inesse quàm reliquis, ex eo convincitur, quòd primæ Origini sint propiora, idcirco & unitiora, & consequenter fortiora. *Virtus enim unita fortior*.

N. 1. *Fortitudo* hæc secundùm Latitudinem demetienda est, qua à primo illo principio distat. Sunt enim à *Mineralibus*, quæ vel ad naturam Vegetabilium progressa sunt. Horum virtus ut magis est explicata & extensa, ita minus fortis. Sic sunt *Bitumina*.

Sunt econtrà, quæ à *Natura universali* baud ita longè recesserunt. Horum igitur virtus ut unitior, ita & fortior. Sic sunt *Salia*, *Metalla* & similia.

N. 2. Habent & *Vires Mineralia superficialiariæ*, quæ faciliè in aërem deducuntur, e. g. *Sal vires* habet, quas exercet in substantiâ, internæ enim Salis communis vires non apparent, nisi Sal sit inversam, e. g. in Spiritum redactum.

Modus utendi Mineralibus, tam internus, quàm externus esse potest.

N. Sunt qui *usum internum* Mineralium & Salinorum ex

Medicinâ deturbant. 1. Quia sint *venenata*. 2. Quia *Acrimonia* noxiâ pollent. 3. Quia *Diabesiv perniciosam* post se relinquunt.

1. Ad 1. Non adhibentur quatenus *venenata*, sed quatenus *Saluti conferentia*, sive hoc sit acquiritum Veneni Ablatione, sive Correctione, &c. Constat nimirum, Rem, quò nobilior primitus fuit creata, eò deteriore postmodum vi Corruptionis evasisse; *Corruptio* autem quia accidentarium est, essentiam & radicem profors non abstulit, sed occultat ac detinet sub suo dominio. Exemplo sit *Serpens venenatus*, qui sub Veneno salutare circumfert Antidotum; adde quòd nec omnia quæ Veneni accusantur, Venena reverà sint.

Ad 2. Non adhibentur quatenus *Acrimonia illa noxia* est, sed quatenus reliquis mista intentioni Medici convenit, vel & quatenus mitigata est eadem & emendata. Sic ingreditur Theriacam *Chalcitis*, sic *Allium Culinam*, &c.

Ad 3. Particulariter concluditur, & nonnisi adversus ea, de quibus constat, quòd *perniciosam Dispositionem* introducant. In his autem constituendis uti iniquum esse duco limites transcendere; ita temerarium reputo, Mineralibus vel solis, vel citra necessitatem velle inhaerere.

Res Macrocosmica, seu *Mineralia* sunt tum *Primaria*, i. e. ad Naturam Elementorum, seu Macrocosmi Membrorum propius accedentes, ut *Terræ* & *Aquæ*: tum *Secundaria*, i. e. Perittomate Macrocosmi prognatæ, ut *Lapides*, *Metalla*, *Metallis finitima*, seu *Semimetalla*, *Metallica Excrementa*, *Salia*, *Sulphura*.

CAPUT.

piat Principium Sulphureum.

Alii tria *Principia Materialia* vocarunt *Animam*, *Corpus*, & *Spiritum*: ubi per *Animam Sulphur*, per *Corpus Sal*, & per *Spiritum* medians *Principium Mercuriale* intelligunt. Quòd magis abundat *Corpus Metallicum* Mercurio, eò ipsius *Corpus* est plùs vel minùs ponderosum. *Principium Sulphureum* ex Corporibus compositis luxuriat in Marte ratione quantitatis; efficacem autem est in Sole ratione qualitatis. *Mercuriale* luxuriat in Stanno & Lunâ, quòd & copiosissimum reperitur in Sole à Sulphure fixatum. *Terreum Salinum* Principium in Corporibus lapideis reperitur & in quantitate & qualitate.

Hæc autem dicta tria *Principia* non sunt *prima Principia Metallorum*, sed reverà *Principiata* producta ex *Aquâ*, & quidem effectivè à *Semine Metallorum*. Nam uti in Vegetabilibus nil obstat, quin possim dicere, Vegetabilia in se habere *Oleum pingue*, cum reverà immediatè consistit ex *Aquâ*, transplantatâ ex *Semine Vegetabilium*; sic reverà *Metalla* constant ex *Aquâ* conjuncto *Seminè*, sive ex *Astris* petito, sive sit *Sal Hermetis*.

Principia autem hæc in *Terræ visceribus* se repræsentant

sub formâ *Halituum* & *Fumorum*: *Salinum* verò *Principium* sub nomine *Concrementi crystallini*, quòd Metallurgis Germanicis dicitur *Quartz*. Illud *Sal alcalinum* Matrix est recipientis *Sulphur* & *Mercurium* Metallorum.

Hæc tria *Principia*, *Pinguedo* scilicet *Sulphuris acida*, sub vehiculo fluidissimo *Aquæ Mercurialis* coërcita, in *Sale terreo*, constituunt omnia *Metalla*, quæ tamen *ratione majoris, vel minoris Fixitatis* differunt, secundùm proportionem in mutuâ *Mistione*. Quòd enim magis sunt coëta, eò magis sunt fixa; quòd magis cruda, eò magis volatilia, quæ in *Sulphure* volant: v. g. quando principia coëunt in certâ proportione, ut *Sulphur acidum* *Terram salinam* saturat, & sic exactè congregiatur cum *Mercurio*; constituitur *Corpus perfectum*, nempe *Sol*; ubi verò conveniunt, & coëunt *Principia cruda* & non ritè permista, scilicet ut unum non imbibat alterum, fiunt *Corpora Mineralia imperfecta*; scilicet ubi *Sulphur* luxuriat, ut in *Antimonio*. *Principium* verò *Sulphureum* & *Mercuriale* dependent ab *Astris*; *Sulphureum* etenim *Principium* ex *Sole* derivatur, ita ut reverà *Sulphur Solare* concentratum in *Metallis* habetur. (A)

CAPUT

(A) De *Metallis* & *Mineralibus* frequentissimi *Scriptores*, tam apud *Antiquos*, quàm *Recentiores*, luculentissimè tractaverunt. Inter ultimos sanè habendus non est *Michaël Mercatus Samminiatis*, qui *Sæculo XVI. Medicinam*, *Botanicam*, reliquasque bonas *Artes*, maximâ cum laude professus, *Summis Pontificibus*, *S. Pio V. Gregorio XIII. Xysto V. & Clementi VIII. charissimus* fuit. Hic longis institutis itineribus, immensam *Metallorum*, *Mineralium*, *Lapidum*, *Gemmarum*, similitumque *Fossilium vim* collegit, atque in curiosissimè digestam *Metallothecam* corrogavit, eamque disertis *Commentariis*, vivisque *Iconibus illustravit*. *Manuscriptum hoc diu conspexit, & auctoritate Summi Pontificis Clementis XI. serventi quo pollebat ad literas promovendas studio, coëntum, ac Cl. Jo: Mariæ Lancisio Pontificio Archiatro traditum* fuit, ut emendatum, suisque *Notis* auctum, è tenebris in lucem educeretur. *Metallotheca* igitur *Mercati Lancisiani* notis ornata, opem quoque ferente *Cl. Petro Assalto Horti Romani Præfecto*, nunc in *Sapientiarum Licæo Anatomæ Professore*, Pontificio sanè splendore typis commissa, ac *publici juris facta*: idemque *Summus Pontifex*, summâ quâ erga literatos *Viros gratiâ exundabat*, *Lancisio jussit*, ut suo *Celsissimo Nomine*, *mibi quoque illa dono mitteretur, & Sanctissimi Pontificis beneficio & munificentia Ego vel immerens cumularet*. Pro tantâ munere *Lancisio per Epistolam gratias egi. cumque emixè rogavi, ut æquas pro viribus, nî pro negotii pondere, Sanctissimo Pontifici grates redderet. Placet in rei testimonium, ueram Epistolam ac Lancisii Responzionem hic inserere.*

Illustrissimo Viro JO: MARIÆ LANCISIO ab intimo Cubiculo & Archiatro
SS. PONTIFICIS CLEMENTIS XI.
NICOLAUS CTRILLUS S. P. D.

SI quod unquam gratum honorificumque munus alicui ex insperato obvenerit; gratissimum honorificentissimumque illud esse fatebor, quòd ne expectanti quidem mibi exacto nuper mense redditum fuit. Liberalitate & munificentia SANCTISSIMI DOMINI N. CLEMENTIS XI. PONTIFICIS MAX. mihi transmittitur MICHAELIS MERCATI Metallotheca: Liber materiâ quidem atque Authore summopere commendabilis, quòd in eo recondita rerum naturalium arcana à diligentissimo & accuratissimo Viro revelentur, atque ob oculos ponantur; sed ex eo tamen præcipue suspiciendus, quòd, jussu ejusdem SANCTISSIMI PONTIFICIS, non solum quamplurima è ditissimo Tuæ eruditionis penu, operam quoque suam commodante *Cl. PETRO ASSALTO* accesserint; sed etiam quòd Autoris Vita eleganter aded & concinnè à nostro Illustrissimo MAJELLO exarata addita fuerit: neque enim de extraneis Libri ornamentis verba facere è dignitate esse censeo, tametsi nitidissimis typis, elegantissimis iconibus, augustâ chartâ, uno verbo, Pontificio prorsus apparatu, sit editus.

Cogitanti autem mibi quòd nonnisi Tuis Officiis tantâ beneficentiâ utor, quòdque ut me omninò numeribus non tam cumulatum, quàm demersum ires, eruditissimorum Tuorum Operum dono adauxeris, incomparabili quâdam lætitiâ, animique oblatione vehementer perfundor. Scio enim quanto in honore sint per universam Europam eruditi Viri, qui

mutuis

C A P U T I I.
D E T E R R I S .

DE Terrâ incipimus, non quatenus *Elementum* audit *simplex*, soloque conceptu comprehensibile, sed quatenus

Macrocosmico Semine imprægnata est. Mortua enim rectè à *Paracelso* perhibetur, vivere autem Elemento invisibili, id est, *Vapore* seu *Spiritu Universali* insulo; quippe hujus virtute, Terra aliàs mortua vivificatur, steriles sæcundatur, vegetatur, inque naturam variam, et Mineralium, tum Vegetabilium, tum Animalium facit. Ex Mineralibus sunt, quæ

Terræ

C A P U T I I.
D E T E R R I S , E A R U M Q U E D I F F E R E N T I I S .

Quid sit *Terra Vulgaris*? notum est omnibus, & qualis sit substantia? *Simplex* hæc, ut nullibi reperitur, ita nec illa in usum venit, sed diversimodè mista, adeoque variorum Colorum, Consistentiæ, Saporum, indeque multiplicitum Proprietatum. *Terræ* omnes pro Missionis ratione non incommode in tres *Classes* dividit *BECHERUS* in *Phys. subterr. Lib. 1. pag. 329.* Ex quibus *Pingues*, quasi *Ar-*

gillacæ, ac *Lutosæ Terræ* imprimis sunt, quæ ad usum medicum veniunt, adeoque Sulphureo Principio seu Pingui occulte acido insigniter imprægnatæ sunt, atque exinde *Medicatæ* dicuntur; quia obtinent *Vires* multiplices Corpori humano, usu tam externo quàm interno, utiles, pro conservandâ & restituendâ Sanitate. Unde cum sufficienter constet, quod non sint *Terræ Simples*, sed *Compositæ* quædam *Mineræ*, quæstio est, *cujus naturæ sint Terræ Medicatæ?* & unde obtineant suas vires hæc Corpora terrea *Mineralia?* Respondeo: si exactè consideramus *Opera Naturæ*, & quid faciat *Chymia?* statuendum est, quod *pinguis*

mutuis *literarum Officiis*, *amicitiâ Tuam*, quæ semel complexi sunt, assiduè colunt: *Ecquis enim in literariâ Republicâ est vel inquietus vel hospes*, cui latere possit quantum in illustrandis ac promovendis *Artibus*, in discutiendis mentis *humanæ tenebris*, novorum *inventorum lumine*, plerisque omnibus *antecellat?* Ut propterea *literarum cultoribus* & *facem exemplo præeas*, & *luculentissimis editis Commentariis*, ac *Bibliothecâ sumtu penè Regio instructâ*, *subsidiâ afferas* & *instrumentans*. Cum id porò *Viri sis*, an in *amicorum delectu* *judicio* te *labi sano* *syncipite* dicat *quisquam?* *Profecèdè* *hic hæreo*: ac ne ista *argumento impotens* *quæritia* me *transversum* agat, malo, *hanc*, quæcumque ea sit, *culpam humanitati Tuæ*, *morumque suavitati homines donent*, quàm qui *merita* in me *ulla esse optimè novi*, de me *magnificè sentiam*.

Hinc *facile cognosces quid animo meo accidat*, quum in *muneris Autorem* convertitur, *PONTIFICEM* multis *revo seculis nemini parem*, *Christianorum verè patrem*, *Literatorum sine fuco patronum*, qui *unicus exemplo fuit*, qui *possit suprema rerum potestas cum summâ vitæ sanctimonîâ sociari*, per *turbidissima tempora* *mentis serenum non obnubilari*, per *infinitas negotiorum ambages*, & *maxima rei Catholicæ pericula*, nullius *offensio incurri*, per *tristes morsosque vitæ onerosissimæ occupationes*, ad *omnigenam consummatamque eruditionem perveniri*. Quum talem, inquam, *contemplor Donatorem*, quid aliud me tunc esse putas, nisi *stuporem merum?* tantum abest, ut vel *contendendis pro rei dignitate laudibus*, vel *reddendis pro merito gratiâ* me comparem. Usque adeò *verè* *Fors* mihi *adblanditur*, ut *nedum infantia meâ* me non *pigeat*, *verùm etiam* in tanto *stupore* mihi *placeam*, quando *compertissimum habeo*, nullum fore tam *dives ingenium*, quod *ejusmodi debito solvendo satis esse possit*. Cæterum in *maximâ verborum inopiâ*, unum illud quod *superest*, non *sequitur fundam*, *vorum scilicet D. O. M. ut longum Orbis Pastori ævum*, & *valetudinem oneri servando consentaneam*, *b. e. integram firmamque lagiatur*. Teque oro *V. C.* ut cum *familiaribus SANCTISSIMI PATRIS* colloquis *beatis*, *meâ hæc concepta pro ejus salute vota exponas*, *paternamque mihi imperes Benedictionem*.

Nunc ad Te & *dona Tua* venio, *humanissime LANGISI*: an fuerint mihi *grata*, *præter alia omnia*, quæ *nuper indicavi*, dicat pro me *Poëta*:

acceptissima semper
Munera sunt, Autor quæ preciosa facit.

An *verè muneribus pensare audeam?* utinam *apud me quidquam sit*, quod *gratum Tibi unquam fore existimem*. Si quid est *autem*, *Tuum crede*. Si quando *novam ETTMULLERI Editionem*, quam *hic Typographi adornant*, *meis Notulis auctam*, *absolutam videro*, ad Te *primum omnium comportandam curabo*, ut & *quo consilio Notas addiderim* teneas, atque in quibus *cavere mihi debeam*, *Censurâ edoceas Tuâ*. Interea *nihil mihi contingere potest optatius*, quàm quod *sponte & comiter polliceris*, nimirum *Tabulas Eustachianas*, à Te tam *diligenter editas*, *Notisque venustissimis exornatas mihi mittas*, *cujus rei spem fecit*, qui *Tuo nomine Libros attulis*. Vidi ego *illarum Exemplum*, quod *apud Sanctagathensem Episcopum asservatur*, *munificentia Tuâ argumentum*, quod *sanè opus*, si quid *judico*, *immortale*, & tunc ut *potui laudibus commendavi*, nec unquam pro *occasione predicare desinam*. Effigiem *verè Tuam in Operum vestibulo* *are incisam mirum quomodo exosculatus sum*, *mentis quippe aciem per corporea illa lineamenta quadantenus se ostendentem intueri videbar*. Hanc in *Tabulâ describendam*, quæ *fieri poterit industria*, *additis coloribus*, in *amplioformam*, *Muscolo meo ingens decus atque ornamentum ponere decrevi*.

Amplexibus à Te *innumeris Illustrissimum MAJELUM* *meo nomine vinciri cupio*, quodque *antiquæ nostræ familiaritatis*, & *suavissima consuetudinis recorder gratias redde*. *CI. PETRUM ASSALTUM*, etiam *mutuum Botanicarum Epistolarum officium mecum olim fovere non fuerit dignatus*, *attentè saluta*. Denique quod *nullis provocatus Officiis tantam mihi benevolentiam exhibeas*, *gratias ago immortaliter*, *relaturus olim si possim*: *interim mihi gaudeo Te adeò equum esse*, ut *memore tantùm animo Tibi faciam satis DEUMQUE tandem rogo*, ut & *PONTIFICEM Tibi*, Teque *PONTIFICI* *seruet*, ut quæ *Ille singulari prudentiâ Te Sibi Medicum optavit*, Tu *illius valetudinem*, ex quâ *Christiana rei summa dependet*, quæ *hactenus dexteritate tuus es*, *prosperè tueri diuissimè pergas*. Vale.

Neapoli . Calendis Decembr. M D C C X V I I I .

Clarissimo Eruditissimoque Viro D. NICOLA OCTRILLO in Neapolitano Lyceo
Medicinæ Professore Primario.

J O: M A R I A L A N C I S I U S S. P. D.

Humanissimas tuas ed *chariores accepti*, quod ab *Illustrissimo Præfule MAJELLO*, *communi nostram Amico*, cuique *nominis studiosissimo reddita fuerint*. *Gratias Tibi primùm ago singulares pro luculentis benevolentia in me tuâ significationibus*, quibus *Ego non tam verbis quàm factis respondere vellem*. Neque *profecèdè voluntatem*, *sedulitatemque meam desiderares*, si quid pro *rerum tuarum opportunitate mihi mandare non prætermitteres*. Gratulor *deinde*, quod in *Metallothecæ munere novum acceperis argumentum beneficentiæ SANCTISSIMI PONTIFICIS* erga *literatos Viros*, quos etiam *absentes*, ac *famâ dumtaxat eruditionis*, *proborumque hominum testimonio*, *Sibi notos*, *fovere ac beneficiis augere dignetur*. Ad *Tabulas quod attinet Eustachianas*, quamprimum ad Te *perferendas idem MAJELLUS curabit*. *Humanitatis autem tuæ erit*, *Notas*, ob *imminentem tunc publicæ meæ Bibliothecæ dedicationem deperperatas*, *æqui bonique consulere*. Quam *verè maturitatem diligentiamque ipse inter temporis angustias adhibere non potui*, in tuis *proculdubio ad ETTMULLERUM Animadversionibus complectar*, & *commendabo*: Interea *optatissimum hoc doctrinæ & amicitiæ tuæ specimen vehementer præstolor*, Tibique *salutem plurimam impertio*, etiam *verbis ASSALTI* *nostrî*, qui *mibi pollicitus est*, se *brevis tecum per literas purgaturum*; nec unquam *posthac commissurum*, ut *negligentiæ possis redarguere*. Vale, & *Ab. DOMINICUM dulcissimi MAJELLI* *nostrî F. F. sura*, ut *valeat*.

Romæ 1v. Idus Decembris M D C C X V I I I .

Terræ faciem adhuc quidem retinentes, à communi tamen Terrâ quodammodo recedunt, atque *Medicarum Terrarum Classis* subeunt. Hæ pro diversitate Matricum, Colorum, Proprietatum, Regionum, vel aliarum etiam Circumstantiarum, diversa nomina sortiuntur. Sic dicitur 1. Ratione *Soli natalis*, *Terra Lemnia*, *Turcica*, *Armena*, *Chia*, *Melita*, *Strigensis*, *Brundisiana*, seu *Bohemica*, *Labacensis*, sive *Wetteravica*. 2. Ratione *Proprietatum & Colorum*, *Terra Solaris*, *Lunaris*, *Veneræ*, *Martialis*, *Saturnina*: & 3. Ratione *Signi impressi*, *Terra sigillata*, &c. Nos, reliquis Terrarum speciebus omisissis, *Officinarum nostratum Terras* solummodo enodabimus.

N. Dicitur Arabicè *Teri*, Græcè *Γῆ* vel *Γῆ*, German. *Erd*. Gallicè *Terre*.

Vires. Terram in genere frigidam communis statuit opi-

gus ista Substantia, Terras imprægnans, mineralis, ac præsertim metallica, sit rudimentum sulphureum Metallum cuiusdam, cum Particulis quibusdam metallicis plùs minùs perfectis; unde *Terræ Martiales*, *Solares*, *Saturnina*, &c. exinde emergunt; hinc etiam est, quòd ex Limis Lutifis subinde varia Metalla parabilia sint, in quo ipso excellit Experimentum BECHERI in suo *Supplem.* 1. p. 36. qui mediante *Limo & Oleo Lini Ferrum conficere nititur*. Sed reverà non est nova Ferri generatio, sed saltem Ferri ex Limo per præcipationem manifestatio; *Limus* enim iste, seu Lutum, *Martialis* est, sed simul continet Spiritum acidulum; quando enim destillatur talis Limus, Spiritus acidus rodit Martem, indeque in Crocum eundem transmutat: hinc Color iste ex flavo rubens Laterum. At si additur *Oleum Lini*, hujus Alkali, quod in omni reperitur Oleo, absorbet & destruit Acidum Lini, quo absorpto Ferrum non destruitur in Crocum, sed conservatur, & ex Limo quali præcipitatur; hincque Lotione postmodum elicitur. Quòd si *Limo & Oleo Lini addatur Arsenicum*, ac isto modo tractentur; loco Ferri produci dicitur *Cuprum*; sicut Amicus quidam ex *Ochra & Oleo Lini substantiam quasi cupream præparasse asseruit*. Quòd res ita se habeat cum isto Limo, confirmatur Experimentiâ, quæ habetur in *Destillatoriâ Curiosâ ELSHOLTII* pag. 93. ubi mediante *Capite mortuo* post Destillationem *Salis Ammoniaci* cum *Lateribus* permisto, intensioris Ignis beneficio ex *Lateribus* istis omnis Color ruber extrahitur, ut *Sal* Colore flavo eleveatur, *Capite mortuo* candido relicto: id quod fit, quatenus *Martiales Particulæ* quasi *Caput mortuum Vitrioli rubicundæ*, mediantibus *Salibus* eliciantur ex Terrâ istâ lateritiâ, ac ita separentur. Sic *Terram Mineralem Americanam* refert BOYLE in *Chym. septe. prope finem*, *Auro* egregiè ditè. Pertinet huc *mirabilis illa Terra*, successivè multiplicia *Metalla* producens, de qua refert BORRICHIIUS de *Ortu & Progr. Chym.* pag. 150. Adeoque *Terræ quæcumque lutosæ pingues Minerales*, præsertim *Medicatae*, *nihil sunt aliud, quam Terra Sulphure metallico immasuro imprægnata*; vel sunt prima Rudimenta metallica, seu *Venæ* quædam metallicæ, partim simplices, partim compositæ, pro varietate locorum, & quidem *impuræ*, ac *immaturæ*, & *imperfectæ*. Dico *impuræ*: quòd multum admistum habeant quilibetiarum: *immaturæ & imperfectæ*, quoniam nondum debitam acquisiverunt consistentiam & durationem Metallum; constant quidam *Sulphure metallico*, in debita Matrice Terrâ suscepto, quod tamen defectu debite *Maturitatis & Principii Mercurialis*, in perfectum Metallum non coaluit, sed partim exhalavit, partim aliquid sui vestigii in Terris istis plùs minùs reliquit.

Constant ergò *Terræ Medicatae* Terrâ alcalinâ, Fumis seu *Exhalationibus sulphureis* imprægnatâ, quæ manserunt tamen in suâ volatilitate, & maximè ideò exhalant: unde & *Aurum in Terram Sigillatam* reduxisse JOHANNEM MONTANUM, refert BECHERUS in *Phys. subterr.* pag. 198. MONTANI *Artificium* hoc fuit: Cum *Antimonium* possit discontinuare Corpus Auri, sæpiùs addendo & usurpando, adeò, ut amplius in Corpus reduci non possit: idcirco MONTANUS hoc modo præparavit Terram Sigillatam, quam quidem Auro ipsi præferre non erubuit. Item *Mineram Martis*, in Aère sponte in *Limum* solutam, idem observavit BECHERUS *Supplem.* 1. pag. 49. Presuppono enim, quòd in Generatione Metallorum fiat *Progressus à Volatilitate ad Fixitatem*, ita ut *Principia metallica sint originaliter volatilia*, & Effluviolorum vel Fumorum specie per Terræ meatus hinc inde vagentur, indeque per Aërem & Ignem facile sint dissipabilia; postquam verò concreverint in Metalla, acquirant *Fixitatem*, vimque Igni resistendi. Metalla ergò differunt gradu *Volatilitatis & Fixitatis*; un-

no, nixa *Elementorum quadrupliei combinatione*: quippe quâ Terra per *Frigiditatem* ad *Aquam* accedit, *Aqua* per *Humiditatem* ad *Aërem*, *Aër* per *Calorem* ad *Ignem*, *Ignis* per *Siccitatem* ad *Terram*. Verùm, licet hæc de Terrâ dici queant quatenus ut *Elementum simplex* illa consideratur, idest, quatenus cum reliquis *Elementis Mixtorum* generationem ingreditur; attamen quatenus nobis Terra offertur, minime talis censeferi poterit, quippe (testis *Hippocrate libro πρὸς ἀρχῶν*, (potius *πρὸς ἀρχῶν*) multum *Calidi* (*Spiritus* illius de quo *suprà*) Terræ incit, cujus vigore secunda ipsa redditur. *Fœcunditas* enim nonnisi à *Principio spirituosissimo* procedit, eoque calido, licet in *Caliditate* eâ, maxima scilicet *latitudo* ac *diversitas* deprehendatur. Quoad *Qualitates* reliquas adstringentis censeferatur naturæ, ac *Putredini* resistentis.

PRÆ-

de etiam *Metallum*, quòd est *fixius*, eò etiam est *nobilius*, ut patet in *Auro*; & quòd *Metallum volatilius*, eò *ignobilius*.

Dico ergò, quòd *Terræ* tales *Medicatae* sint originaliter, seu in primo ortu, tales *Venæ metallicae, sed impuræ, immaturæ, & imperfectæ*; quæ de *Sulphure metallico* plùs minùs quidem obtinent & participant, sed *crudo & immaturo*, nec ad debitam *Fixitatem & Consistentiam* concreto, & si de *Metallo corporali* quid contineant, parum omnino erit. Talis *Vena metallica impura & immatura* *Calcinatione* humidâ in *Cavernis & Cryptis*, seu *Mineris Terræ*, abicit in *Substantiam terream*. Dico *Calcinatione humidâ*: quæ fit per *Vapores aquosos & calidos*, à locis vicinis metallicis, elevatos, qui *Vapores calidi & aquosi acuti* sunt *Sale Terræ centrali*, seu, ut alii vocant, *Sale Naturæ Hermetico*. Tales *Vapores calidi, humidi, & salini* mediocriter, dum inveniunt *Venam metallicam & immaturam*, eandem roduunt, corrodunt, solvunt, & ita permeando in talem *Substantiam terream friabilem* mutant. Exemplum præbet *Calcinatio Cornuum Philosophicæ*, seu *sine Igne*: Nam sicut *Cornu Cervi*, vel *Ossa humana*, calcinantur sine Igne, *Philosophicè* per *Vapores aqueos, elevatos in Alembicum*, sensim sensimque penetrantes *Ossa*, ut fiant *friabilia & conturbabilia*: simili modo & ratione fit *Calcinatio humida* in *Terrâ*, dum *Vapores humidi, aquei, salini* mediocriter corrodunt *Venam metallicam impuram*, & ita in talem *Substantiam friabilem & terream* commutant.

Dixi, quòd *Vapores calidi & humidi* sint conjuncti cum *Sale Terræ centrali*, sive *Sale Naturæ Hermetico*. Nam præsuppono, quòd in *Regno Subterraneo*, sive *Mineris Terræ*, sit *Sal Universalis*, subacidum volatile, quod in *Generatione omnium Metallorum* est præsens, quodque in *Operationibus subterraneis* ferè utramque solet facere paginam. Dicitur ergò *Sal Centrale Terræ*, quoniam quasi in *Centro Terræ* habitat, vel *Sal Hermeticum Naturæ*, quoniam est *Naturæ quasi Architectus*. Dicitur *Hermeticum* ab *HERMETE*, *Chymico incomparabili*: apud *HELMONTIUM in Parad. de Font. Spadanis* vocatur *Sal acidum esurinum Sulphuris embryonati*: item *Sal Naturæ centrale* quoque vocatur *Nitrum Philosophorum*, ab aliis *Philosophis* alio nomine insignitur. Quando ergò ab Igne subterraneo, sit quodcumque sit, elevantur *Humores* tales seu *Vapores aquosi temperati* *Sale* hõcce, corroduntur tales *Venæ*, & in *Corrosione* istâ in *Substantiam terream* transmutantur.

Hoc negotium, quòd ita sese habeat, & quòd fiat *Calcinatio humida Venarum metallicarum* in *Terræ* gremio, & talis in *Terram* conversio, demonstrat *Effectus Terræ*, & patet exinde: quòd si enim recipiatur *Terra Sigillata*, & injiciatur in *Aquam*, vel *Vinum*, vel aliud quoddam, videtur levis oriri *Effervescencia*, quod proprium est rebus calcinatis, & valde exsiccatis; v. g. si recipiatur *Cornu Cervi usum*, similem ferè habebimus *Effervescencia*, unde à similitudine *Effectûs* ad similitudinem *Causæ* venit argumentum.

Hinc etiam est, quòd *Terræ nostræ Medicatae circa Fodinas metallicas* ut plurimum oriuntur: unde & istorum *Metallo- rum* vim ac virtutem possident, prout de illis plùs minùs participant. Hinc *Terra Sigillata* participat nunc de *Sulphure Solaris*, nunc de *Sulphure Lunari*; *Terra Strigoniensis* naturæ *Solaris*, *Rubrica fabrilis*, & *Bolus communis* de naturâ *Martis*; *Creta naturæ quasi Saturnina*, & quasi *Saccharum metallicum Saturni* seu *naturale*, esse solet; *Gypsus* participat de *Stanno*; *Ochra de Marte*, & *Veneræ*; hinc etiam *Terræ è Mineris Martis* erutæ similes *vires* atque *Mars* ipse possident: *Terræ* istæ *Solares*, quæ ex *Aurifodinis Hungariæ* fodiuntur, vi *Auri* egregiè pollent, quia participant de *Primo Ente Solis*, quod *Primum Ens* est quasi *Seminarium* quoddam *Auri*, seu *Rudimentum Auri* nondum perfectum: & hæc sunt

P R E P A R A T A .

Præparationes quibus Terræ subjici possunt, & inde Medicamenta producta sunt

1. Purificatio seu Loto : unde Terra lota .
2. Præparatio Officinarum : unde Terra præparata .
3. Præcipitatio : unde Magisterium .
4. Destillatio : unde Spiritus , &c.

I. De Lotione .

Quia Terra ut plurimum Sabulo ac Calculis scatens, lavari communiter solent, id est, in Aquâ dissolvi, quâ Solutione sabulosa ac lapidosa Substantia, utpote quæ Terrâ utili ponderosior est, subsidet. Hinc Aquam Terrâ turbidam decantant, exhalandoque exsiccant : verum Loto hæc, meo quidem iudicio, citra aliqualem, imò magnam Virium jacturam fieri vix poterit. Nimirum pars quædam subtilis (quâ magnâ ex parte Terræ perfusæ sunt) Lotione illâ recedit : Volatilis itidem Terræ pars (quâ imprægnatæ Terræ sunt) exhalando evanescit. In Præparationibus itaque præstat Terram crudam, non lotam recipere .

N. Non improbamus Imbibitionem, sc. Imprægnationem, quâ Terræ Succo aliquo medicamento iteratis vicibus humectantur, rursus exsiccantur, atque ita Viribus confortantur novis .

sunt Prima Entia, atq; sic porrò de aliis. Ex quibus patet, quòd Terra Medicata reverà sint Venæ metallicæ immatura, deficiente Principio Mercuriali.

Unde facile potest deduci Usus Terrarum medicus, qui est vel Generalis, vel Specialis & proprius cuicumque Speciei : Ille ex ratione Texturæ materialis omnibus communis emergit : Unde

1. Tanquam Corpora exsucca, arida & porosa, omnes Humidum potenter absorbent, seu absorbunt; unde vulgò Exsiccare dicuntur .
2. Acidum omne potenter absorbent, ita ut imbibita ab his Terris suam Acrimoniam amittant .
3. Ex ipso quo imbibunt Acida, simul junctim abeunt in Texturam quasi aluminosam, fiuntque potenter Adstringentes atque Conspicantes .
4. Dum de Sulphure minerali participant, hoc ipso temperant, simulque figunt Fermenta Morborum malignorum volatilia nimis acria . Unde
5. In Morbis malignis, præsertim cum præternaturalibus Fluoribus, vel Alvi, v. g. Diarrhœa, Dysenteria, &c. vel Narium, vel Hæmorrhoidum, aliisque Hæmorrhagiis, omnibusque Morbis, ubi Conspicatio opus, optimo successu usurpantur . Hinc
6. Per accidens Sudorifera plùs minùs confortativa existunt; & quæ sunt virtutes aliæ .

Hæ sunt Virtutes Generales, quas obtinent à dicta Calcinatione .

Usus Specialis ex permixtis variis Mineralium Effluviis & metallicis Corpusculis, præsertim sulphureis, oritur . Per se enim Terra, & quatenus talis, non est in usu; sed Medicata & Metallica, seu quæ à Metallis vires suas acquisivit . Hinc Terra Solares, ex Fodinis Auri erutzæ, vi alexipharmacæ, speciatim vi Auri analepticæ, pollere observantur : sic Terra Martiales eundem usum habent in Morbis chronicis, quem ipse Mars, & Cræcus Martis, in acido absorbendo, Mensibus stimulantibus, &c. sic Terra illa Martialis, à loco natali Norvegica dicta, nobile Specificum est ad Malum hypochondriacum & Scorbutum, quæ à Martialibus aliàs curantur .

Hæ Virtutes Specificæ oriuntur ex Venâ, seu ex proprietate Metallorum, dum Vires metallicæ in istis Terris adhuc primatum obtinent .

Antequàm autem ad Terrarum Species descendat AUTOR, præmittit earundem Præparationes, quas nunc considerabimus . Inter has

1. Est Loto, qua purificatur Terra ab adhærentibus sordibus & quisquiliis crassioribus . Sed hæc Loto nullius est usus, quoniam Aqua lavando arripit secum simul utiliores atque efficaciores Partes Terrarum metallicas, à Sale centrali per Vapores calcinatas; uti rectè dicit AUTOR . Ergò loco hujus substituitur commodè Imbibitio seu Imprægnatio Terrarum, dum irrigantur Liquore appropriato, qui Liqueor imbibitur à Terrâ, & hoc modo ejusdem virtutibus imprægnatur . Hæc Irrigatio aliquoties repetitur, donec sit saturata Terra, ut nihil ampliùs possit imbibere : sic si vellemus appropriatam reddere Terram Martialem pro ciendis Mensibus, illam adspersimus cum Aquâ Artemisicæ, vel cum Aquâ Sabinae, item

II. Præparatio .

Præparandi modus non est diversus à modo præparandi generali, Cap. 76. Lavigantur nimirum Terræ, subindeque irrorantur Aquâ appropriatâ, v. g. Tormentilla, redigunturque in Pulverem per se exsiccamdam .

III. Præcipitatio .

Unde

Magisterium .

Solvitur Terra in Spiritu aliquo acido, e. g. Spiritu Salcom. vel simili: Solutio decantatur, præcipitaturque cum Oleo Tart. per del. vel cum Aquâ communi largiter affusâ; Præcipitatum edulcoratur Aquâ fontanâ .

IV. Destillatio ac Sublimatio .

Unde

1. Spiritus simplex .

3. Terra Orbiculos formatos, ac destilla Igne nudo ex Retortâ . Vide infra de Terrâ sigillatâ .

2. Spiritus cum Vino .

3. Terra (e. g. Strigenfis, de Minerâ antequàm lavetur,)

q. v.

cum Essentiâ Sabinae : si Terram Sigillatam Lunarem vellem magis appropriatam pro usu cephalico reddere; Irriganda Terra cum Spiritu vel Aquâ Lilliorum convallium, vel cum Aquâ & Spiritu Salviae . Et sic Lotioni merito substituenda est Imbibitio .

III. Præparantur etiam Magisteria ex Terris hoc modo : Solvantur Terræ in Spiritu appropriato acido, & ista Solutio præcipitatur, vel cum quodam Alkali, vel cum Aquâ simplici, & id quod præcipitatur, vocatur Magisterium Terræ. Solutio fit per Spiritum acidum, qualis est vel Spiritus Salis Nitri, vel Vitrioli, aut aliorum Spirituum, v. g. Viridis Aëris &c. ; hi enim Spiritus acidi facillè solvunt Terras, corrodingo illas . Præcipitatio fit per Alcalia, Oleum Tartari per deliquitum, vel cum Aquâ communi (rarò tamen) . Ratio est, quoniam Menstrua acida resolutis Particulis acidis, quibus se jungunt, ingrediuntur terrestres corrodingo : quando ergò superinspergitur Alkali quoddam, Sal etiam Alkali sese unit cum Acido, & sic unione istâ exturbantur Particulæ terrestres Acido inhærentes, quæ perturbatæ & motæ, gravitate in fundum secedunt . Idem facit Aqua communis infusa, quæ cum sese unit proximè cum Particulis acidis Menstrui, per unionem Partes terrestres separantur & disjunguntur, quæ separatæ non possunt ampliùs continere Particulas terrestres graviores; hinc istæ in fundum secedunt, & fit Magisterium . Magisteria autem hæc nil valent; saturantur enim Terræ ab Acido, & remanet Calx nullarum virium .

IV. Destillatio Terrarum bujusmodi lutosarum plùs minùs Medicatarum fit per Retortam, uti moris est: videatur AUTOR: ubi omnes Phlegma dant acidulum, prout plùs minùs pingues, i. e. Sulphure plùs minùs imprægnatæ fuerint, & Spiritum singularium virtutum, Salque volatilis: de quibus multi multa promittunt, tam pro Vegetabilibus, & Hominiibus, quàm Metallis . Dicunt enim, si Spiritus destilletur ex Terrâ Solari, quod exinde acquiratur Menstruum pro solvendo Auro: imò sunt quidam, qui ex nudâ Terrâ nostrate vulgari vernali tempore Destillatione volunt elicere Menstruum pro solvendis Metallis, imprimis Auro solvendo aptissimum . Ex rubro Limo Spiritum, Solem solventem, destillare docet BECHERUS Suppl. 1. pag. 78. De Spiritu Luti fontalis carulei mirabilium virium videatur BECHERUS Phys. subterr. lib. 1. pag. 87. & Suppl. pag. 148. Alium Spiritum cum Sale volatili ex Argillâ flavâ in Fioniâ, in Malignis Affectibus utilem, & Lunam inaurantem, videbitis in BARTHOLINI Aë. Med. Hafniens. Vol. 1. pag. 36. Ob id & Spiritus bujusmodi singulares Lutorum ac Terrarum pingutum, ad præparationem Tincturæ Philosophicæ, & solvenda omnia Corpora in tribus Regnis reperibilia, pro Menstruo suo Philosophico, seu Universalis, sunt qui recipere volunt; existimantes hujusmodi Terras pingues sulphureo Mineralium Principio divites, magneticâ quasi vi Spiritum Universalis Mercurialem ex Astris, præsertim Sole, in Regionem lunarem affusum allicere, quod iisdem confermentando plùs minùs, Sal Terræ centrale à sublimioribus vocatur Chymicis . Ex tali ergò profapia oriundum Lutorum Spiritum, præsertim si Roris simul accedat crebriùs irrorati beneficium, etiam universalis dotes tam pro Metallis perficiendis, quàm Homi-

nibus

q. v. affunde *Aquam destillatam*: inde Retortæ, ac destilla lentè, ut aliquantulum aperiat corpus. Hinc superfunde *Spir. Vin.* digere & destilla.

3. Spiritus Alcalisatus, seu Balsamus.

29. *Terra Strigensis* (crudæ non lotæ,) q. v. affunde *Aquam tonitrualem*, macera aliquot septimanas ad putrescendum. Hinc destilla per Alembicum. Ex Materiâ superflite extrahe *Sal*, idque destillato *Liquori* junge: circula per mensem. Postea destilla iterum. Sic *Liquor* secum rapiet *Sal*, nanciscerisque subtilem *Balsamum*.

Aliter.

30. *Terra cruda vel lota*, e. g. lib. xx. &c. destilla per Curbitam vitream loricatam ad latus inclinantem (vel per Retortam) calore sat forti gradatim adhibito. Primum exsillat *Aqua*, hinc *Spiritus*. Spiritibus animadversis augetur Ignis, & sublimabitur *Sal*. Conjunge *Salem* hunc *Aqua destillata*, ac destilla denuo semel ac iterum, ut post destillatum liquorem *Sal* sublimetur: vel digere simul: sic *Balsamum* habes pretiosum. *Conradus Kunrath* in *Medullâ destillat.*

N. In copiâ Terram destillare oportet, alias parum *Salis* nancisceris.

nibus conservandis obtineri afferunt; ac præsertim clementi Cælo, fermentante Aëre, Sole in Ariete existente, australibus dotibus prægnantissimas istas Terras lutofas annotant.

Omnes autem pro hoc opere istas laudes habent, quæ ad Ortum Solis, i. e. ex loco Nativitatis Solis effusæ sunt; unde & *Terra Adamica* ob rubicundum plûs minûs colorem à quibusdam dici solet; Conferatur in specie RHUMELIUS in *Antidot. Chym. pag. 162.* item CRAMERUS in *Dissert. de Transmutat. Metallor. c. 3. §. 14. & 15.*

Spiritus Terræ alcalisatus, id est, Alkali fixo conjunctus Spiritus, de quo videatur AUTOR, valdoperè commendatur ad Præparationem *Tincturæ Solis*, imprimis ex *Miænerâ*: dicit namque AGRICOLA in *Comment. in Poppium*, quòd in hoc Spiritu Terræ alcalisato Caput mortuum liquecat tanquam Cera, & postmodum instar Butyri ad fundum secedat. Idem AGRICOLA citato loco, imprimis *Tract. de Venen. p. 277.* refert de Philosopho Colonienfi, qui paravit ex *Terrâ vulgari Spiritum*, & ex hoc Spiritu rursus præparavit Terram aliquam, ex qua varia postmodum & Vegetabilia & Animalia fuerunt subnata pro probandâ *Panspermia*, seu Seminum congerie in Terrâ vulgari & naturali.

Hæc de *Terris in Genere*. Consideremus potiùs in specie *Terras Medicatas* magis usitatas, quas inter excellunt

I. TERRÆ ARGILLACEÆ SEU SIGILLATÆ,

Quibus nempe impressum est *Sigillum*, & se offert jam

1. TERRA SIGILLATA TURCICA seu LEMNIA.

Terra Lemnia, quæ ex Insulâ *Lemno* adfertur, & GALENI tempore fuit valdè famosa: *Signo Capræ* insigniebatur, & hoc idèd, quia Insula Lemnos *Diana* fuit consecrata; *Dianæ* autem *Capra* addicta fuit. Aliàs quoque *Litesis Arabicis* insignitur. Nos eâ caremus, quia Turcæ, cognoscentes virtutes Terræ Lemniæ, eandem valdè custodiunt, adèd ut saltem Magnates Terræ Lemniæ fiant participes: videatur KIRCHERUS in *Mundo Subterraneo tom. 1. pag. 338.* ubi habet simul modum, quo eruitur. AMATUS quidem LUSITANUS C. 1. *Curat. 92.* vult, quòd *Bolus Armena Officinarum* sit vera *Terra Lemnia Galeni*. Cæterùm in hoc ipso errat, uti contrarium propriâ Observatione confirmat VESLINGIUS in suis *Epistolis & Obs. pag. 113.* JOACHIMUS CAMERARIUS in *Observat. de Bolo Armenâ & Terrâ Lemniâ*. CALCEOLARIUS in *Mus. p. 3.* WORMIUS in *Museo c. 4. pag. 2.* POTERIUS in *Pharmacop. Spagyr. l. 2. c. 4.* & HOFFMANNUS *Clav. pag. 130.* Sed quoniam apud nos rara & cara est, loco ejus

I. TERRÆ ARGILLACEÆ, SEU SIGILLATÆ.

Omibus Terrarum generibus laudem meritò præripit *Argilla*, quæ à *Sigillo*, quo ferè notata venditur, *Sigillata* dici solet, Arabicè *Terimachtim*. German. *Siegel-Erd.* Hanc varii generis Officinæ exhibent.

Sunt enim *Terræ Sigillatæ*, 1. *Turcicæ* (Turciis Characteribus insignitæ) quas pro *Lemniis Terris* communiter venditant, cum veræ *Terræ Lemniæ Galeni* minimè respondeant. Verùm enim verò si sint, qui Terram Sigillatam in Placentalis cinerice coloris Constantinopoli advectam, pro verâ Terrâ Lemniâ usurpare velint, utpote quæ inter modernas præstantissima sit, ipsi bellum propterea non indicam.

2. Est *Terra Melitea*, sic dicta à *Melita* seu *Maltba* Insulâ, in qua eruitur, aliàs *Terra Sigillata Sancti Pauli*.

3. Est & *Officinalis Terra Sigillata Germanica*, eaque duplex: una dicitur *Strigensis*, lutei coloris, quæ in Scapsensulâ agri Svvenicensis reperitur, Officinis *Terra Sigillata Strigensis*, à *Strigâ* Silesiæ Oppido, ubi præparari ac sigillari cœpit.

sufficiat *Terra Sigillata Silesiaca*. Aliàs hæc *Terra Lemnia* valdè commendata fuit pro resistendis Venenis, ad quem usum etiam hodiernum apud Turcas solet adhiberi. (B)

2. TERRA MELITEA.

Terra Melitea vel Melitensis, quæ aliàs dicitur *Terra S. Pauli*, in Insulâ *Melitâ* seu *Maltbâ* effuditur, & ad nos adfertur, signata *Sigillo D. PAULI* ex unâ parte, ex alterâ autem parte *Sigillo Crucis*; Terra est albissima instar Græcæ, & facile friabilis, reperitur in *Cryptis Insulæ Melitæ*, & solent exinde fieri *Vasa*, *Tabellæ*, & alia *Utenilia* artificiosa.

Quoad usum medicum, vi alexipharmacæ *Venenis resistere* præ aliis dicitur, ex eo, quòd D. PAULUS, cum hybernaret in Insulâ *Melitâ*, in illo Specu solitus fuerit versari, & exinde vim alexipharmacam illi conciliaverit.

Præter hanc Terram reperiuntur in hac Insulâ *Melitâ Lapilli*, qui vocantur *Lingua & Oculi Serpentum*, propter similitudinem *Oculi*, sunt coloris lutei, uti *Oculi Serpentum*: *Lingua* verò sunt fuscæ & cineritiæ, & uberrimè reperiuntur in totâ Insulâ, & dicunt, quòd D. PAULUS omnibus *Serpentibus in Melitâ abstulerit Venenum*; quoniam non datur *Serpens* in illi venenatus, & exinde talem vim alexipharmacam Terræ tribuerit: & certum est, quòd *Terra, Oculi, & Lingua* sic dictæ, habeant virtutem *Morsus venenatos*, non tantum præservandi, sed & curandi, & in multis *Morbis*, in quibus suspecta est *Venenositas*, conveniant. Usurpantur *Oculi* instar *Amuleti in Annulis*, ita quidem, ut dum portantur in *Annulo*, tangant *Cutem*. *Lingua* appenditur *Collo & Brachio* instar *Amuleti*, *Terra* imbibitur *Liquore* appropriato, & assumitur contra *Venaena*, ubi beneficii *Sudoris Malignitatem* expellit. Qui plura de his desiderat, adeat *Museum OLAI WORMII pag. 7 & BARTHOLINUM Cent. 1. Epist. 53.* item *Cent. 6. Hist. Anat.* necnon *STENONEM de Solido intra Solidum*, item in *Specim. Myolog.* Sed propter raritatem & caritatem *Terræ Melitæ & dictis Lapillis* substituitur *Terra Silesiaca*.

3. TERRÆ SIGILLATÆ GERMANICÆ.

Terra Silesiaca Sigillata est in duplici differentia, tam *Strigensis*, quam *Lignicensis*: *Strigensis* ab Oppido *Striga* nomen habet, & vocatur *Aurungæ Solis*; quia naturæ Solaris est. Autor hujus est JOANNES MONTANUS, qui in suo *Tract.* dicit, Terram hanc nihil aliud esse, quàm *Aurum* ita præparatum, ut quod antea non potuit usurpari, nunc exhiberi possit: sed ruinoso nititur fundamento; potiùs oritur ex *Minerâ Solis immaturâ*, & habet in se Principium sulphureum Solare, estque veluti *Extractum Solis* in visceribus Terræ, ut rectè hoc asserit SCHWENCK-FELD

(B) Adhuc sub judice lis est, num Officinarum *Terra Lemnia eadem sit cum Sphragide*, seu *Terrâ Sigillatâ Galeni*. Illud tamen pro judicato habendum, *Terras omnes Medicatas, præcipuè quæ ex Oriente ad nos advehuntur, Mercatorum sophisticationibus obnoxias esse*. Perplacet quod notat Cl. Assaltus ad *Mercati Armar. 1. cap. 2.* *Terram scilicet Sigillatam Concretionem esse terreo-sulfuream, quæ ex balitibus pinguibus infernè exhalantibus, ac Terræ superficiè adhaerentibus coalescit*. Id conjicit ex *Terræ illius lentore, mollitie, pinguedine, ac vi alexipharmacæ & sudoriferâ, quæ proprietates sunt nonnisi Sulfuri tribuendæ*. Præterea idem innuit *Loxi*, unde illa eruitur, qualitas: *Bitumine enim, Ignibus, & sulfureis Aquis univèrsa Insula scætet*: unde *Fabulæ locus de Vulcani in eam lapsu*.

cæpit. Dicitur & *Medulla* vel *Axungia Solis*, eo quòd *Sulphure Solis* imprægnata credatur. Altera *Lignicænsis* vocatur; estque *triplex*, Coloris scilicet rubei, albi & cinerei. Hanc vocant *Axungiam Lunæ*, quippe quæ *Sulphure Lunæ* sit perfusa; item *Unicornu minerale*, quòd viribus vero *Unicornu* respondeat.

N. Similiter & in reliquorum Metallorum cuniculis inveniuntur Terræ. Sic & in *Westeraviâ*, haud longè à Labaco Oppido, species quædam Terræ datur, quæ ad *Axungiam Solis* accedere videtur. Et *Hufana* prope Marpurgum.

Delectus. Præstantissima omnium quæ Modernis in usu sunt, censetur *Lemnia*, rubri, hinc cinericii coloris, quæ Constantinopoli ad nos pervenit. Huic succedere potest *Axungia Solis*, in Affectionibus Cordis, vel *Axungia Lunæ*, in Capitis & Hepatis Morbis. Ex Lunari autem antecellit ea, quæ cinericii Coloris est.

Nota Bonitatis in Ferris est, 1. si Linguæ adhæreant, 2. si Salivâ aut Humore humectatæ, in Bullam sese elevent, vel in Aquam conjectæ Bullas excitent.

Vires. Exsiccant, astringit, resistit Putredini Venenoque, resolvit, Sanguinem dilatat, adeoque ciet Sudorem. Usus præcipue in Peste, Febris Malignis, Diarrhœâ, Dysenteria, in Morbis Animalium venenatorum. Extrinsecus in Vulneribus malignis mundificandis, in Ictu venenato.

N. 1. *Terra Labacensis* Terræ Sigillatæ vires æmulari videtur; Sudores largiter movet, nec vi adstringendi reliquis cedit.

N. 2. De *Axungia Solis* Experientia comprobavit, 1. Quòd cruda (qualis scilicet ex Minerâ eruitur) sæpissimè Epilepsiam curavit. 2. Quòd in Phluris maximè profuerit.

Dosis à ʒʒ. ad ʒij.

FELD in *Catal. Fossilium Silesiæ* pag. 395. qui omnium optimè de hac ipsâ Terrâ agit. Negare tamen vult **SENNERTUS**, quia hæc Terra non tam *Spiritu Salis*, ut Aurum, solvatur, quàm *Spiritu Vitrioli*: quilibet tamen Mineralium Spiritus hujusmodi Terras promptè solvant. *Lignicænsis* verò dicitur *Axungia Lunæ*, quia Lunaris naturæ habetur, constat namque Principio sulphureo Lunari, sed immaturo & indigesto. Ubique inveniuntur tales Terræ Medicatæ, quæ si signentur *Sigillo*, vocantur *Terræ Sigillatæ*.

Terræ hæc Silesiæ sunt frequentis & proficui usûs in resistendo Malignitati, & Venenis curandis. In specie *Terra Strigenfis Solaris* convenit in Malignitate, occupante Massam Sanguineam & Spiritus Vitales; *Terra Lignicænsis* in Malignitate, quæ affligit Caput seu Spiritus Animales & Systema nervosum: & hoc ex eo, quòd Sol Sanguini & Cordi, Luna verò Capiti, est dicata. Hinc etiam in Morbis & Febris Epidemicis, Malignis ac Pestilentialibus, cum Diarrhœâ aut Sanguinis Effluviis conjunctis, item in Dysenteria epidemica, egregiè prodest. In Petechiis, Purpurâ, Variolis & Morbillis, in quibus nil periculosius, ac si Diarrhœa vel Dysenteria superveniat, optimè hæc Terræ conveniunt. Certè in his & similibus Malignis Morbis, item in Morbis venenatorum Animalium dum Anxietates Præcordiorum urgent, optimè quadrant, dum Sudorem simul promovent. In Hæmorrhagiis malignis interne assumitur quoque, utpote in quibus non securus est usus *Episbatum externorum*, quoniam repellunt Malignitatem: in tali autem casu Terræ hæc sunt expertæ, vel solæ, vel cum aliis mistæ, in dosi à ʒj. ad ʒʒ. præterpropter. Refert **SCHWENK FELD** in *Libro de Silesiâ*, quòd Terrâ Sigillatâ Strigenfis si mox post *Phlurum* assumptum assumatur, illud per Vomitum rejicere faciat; tempore verò interjecto, per Corpus Malignitate dispersâ, per Sudorem illam expellat & curet. Et Exemplum refert **AGRICOLA** in *Poppium de Auro* pag. 40. de quodam Croato, qui virtute Terræ Solaris Sigillatæ admodum prolongavit Vitam, ita ut ad 136. annos excreverit. Pro usu adstrictorio autem propinetur semper addito *Aceto destillato*, vel *Spiritu Nitri*; sic acquirit vim aluminosam, & vis adstrictoria intenditur.

Extrinsecus Terra Sigillata valde convenit in Ulceribus malignis, cancrois, & similibus purificandis, & etiam consolidandis. Pluribus usum harum Terrarum, & fati concinnè, expressit **SCHWENK FELD** loco citato. Sub generali Terrarum usu monitum fuit, quòd absorbeant Acidâ quæcunque, exsiccant, atque adstringant: unde patet, quid habendum sit de *Præparationibus* earum cum *Spiritu Vitrioli* aut *Nitri*, & parato inde *Liquore Styptico*, vel *Auro potabili Pauperum*, descripto à **BARTHOLETO Tract. de Respir.** pag. 685. **PRÆVOTIO de Medic.** pag. 41. **HOFF-** Tom. IV.

Præparationes & Præparata Terrarum Argillacearum ac imprimis Sigillatæ.

1. *Terra Sigillata præparata.*

N. 1. Ut plurimum *Terra Sigillata sine præparatione vulgari* in usum venit.

2. *Magisterium.*

ʒj. Solve in *Spiritu Sal. Nit.* præcipita *Ol. Tart. p. d.* vel *Aquâ comm.* ita *Magisterium* sub colore Terræ nativo nancisceris.

Dosis à ʒʒ. ad ʒʒ. & ultra.

3. *Spiritus Terræ Sigillatæ simplex.*

Destillatur *Terra*, per se ex Retortâ. Nimirum

1. *Terræ Silesiæ flavæ* (optima est, quæ duobus Monticulis insignitur) ʒʒ. i. frange in Particulas duas, ac destilla per Retortam Igne nudo, hor. 6. vel plures (ad diem integrum) in Receptaculum capax. Primum extillat *Pblegma*, dein *Spiritus albicantes* in parvâ quidem copiâ, sed grati acris ac saporis.

N. *Terra vestans*, ejusdem etiam figuræ extrahitur, sed quæ non amplius Linguæ adhæret, nec Salivâ humectata in Bullas exurgit.

Uusus. Non opus habet *Rectificatione*, sed in usum venit unâ cum *Pblegmate*.

Dosis. ʒʒ. Vide *Horstium* in *Problematis*.

4. *Spiritus Terræ Sigillatæ cum Vino.*

Fit macerando *Ferram* cum *Aquâ*, & destillando. Hinc digerendo

MANNO in *Clave* pag. 133. Nempe emergunt exinde Liqueores adstringentes, quasi aluminosi; sed dum Corpus jam Acido saturatum est, minus in Corpore efficax esse, necessariò sequitur; unde pro usu alexipharmaco & Acidum absorptivo minus hujusmodi Liqueores laudare possum. In Diarrhœâ autem, Dysenteria, Vomitu, Hæmorrhagiis, aliisque similibus Fluxibus nimis excedentibus, expertissimi sunt.

Modus præparandi talis est: Imbibitur scilicet *Terra Sigillata* cum *Spiritu Nitri*, vel cum *Spiritu Vitrioli*, donec Pulvis consistentiam acquirat: postea *Puls* hæc exsiccatur in lapideam duritiem. Hic *Lapis* tritus super *Porphyrite* vel *Mortario marmoreo* in *Sacculum*, vel *Vesicam* fundo perforato, vel in *Patellam* spiritur, & in locum frigidum vel *Celam* suspenditur: ita liquefcit in *Liquorem* insigniter adstrictorium, saporis aluminosi.

Alii *Liquorem* hunc subigunt cum *Spiritu Cerasorum nigrorum* (qui temperat Aciditatem nimiam stypticam) ana: digerunt, donec exactissimè uniantur; sic fit *Remedium* quasi temperatum.

Dosis hujus *Liquoris Compositi* est ʒj. *Liquoris* autem per se guttæ xij. xv. ad xx. & xxx.

1. *Lavari* aliàs solent *Terræ Sigillatæ*: sed per se fati puræ existunt, itaut non opus sit, easdem lavare; cum per *Lotionem* oblitteretur pars earum laudatissima, & usui medico maximè habilis.

2. Par ratio est de *Magisteriis* harum Terrarum; dum enim *Terræ* hæc in *Menstruo acido* solutæ, & ita imbibitæ, præcipitantur per *Sal Tartari*, cadit sic *Calx* iners, de Acido & Alkali simul, utut insensibiliter, participans, adeoque nullarum virium.

3. *Destillatæ* hæc *Terræ* per Retortam Igne aperto, suggerunt *Spiritus acidum*, sed paucum; quòd si ulterius urgeatur Ignis, aliquid *Saliforme* tandem sublimatur, quod cum *Spiritu* suo potest uniri.

Spiritus hic ab **HORSTIO Patre**, aliisque, multùm laudatur in Febris Malignis, pro temperando *Æstu* & Malignitate sistendâ, *Julepis* ad ʒij. vel iij. additus: videatur **HORSTIUS Cent. Problem. Therapeut. Dec. 1. de Febr. Quæst. 5. pag. 11.** Sed cum sit aded parvus, non videtur mereri operæ pretium.

Terra vestans aliquo modo castrata deprehenditur; Linguæ enim non amplius adhærescit, nec Salivâ humectata Bullas elevat.

RHUMELIUS in *suo Antidotar.* pag. 114. adhibet *Spiritus Terræ Sigillatæ Strigenfis* pro *Menstruo solvendi Aurum*, & parandi *Aurum potabile*. Quòd autem solvat Aurum, reverà sub judice adhuc lis est; & ipsa talis Solutio, an multum præstitura sit præ aliis similibus Solutioibus? meritò dubitatur.

digerendo eandem cum Spirit. Vin. atque destillando. Vide *suprà*.

5. Spiritus Terræ alkalifatus, seu Balsamus Terræ.

1. Fit si cum Aquâ maceretur ac destilletur, & postea cum Sale suo alkalifetur. Vide *suprà*.
2. Destilletur sine Aquâ, Floresque forti calore propulsi, cum Liquore destillato conjungantur.

Vires. Vires ex Terræ viribus judicari poterunt, præter quas, vim quoque habet arthriticos Dolores summè mitigandi, Malignitatem Scabiei corrigendi, &c.

N. Solvit quoque Aurum.

(Spiritu Nitri, Salis, vel Vitrioli imprægnatur etiam Terra Sigillata, indeque Liquores Sytyici, & Alexipharmacum parantur.)

6. Oleum Terræ Strigoniensis.

N. Terra Strigoniensis. *H.* 1. Affunde Aq. pluvialem, destilla: colloca in locum temperatè calidum per mensem vel amplius, & Oleofitas à Corpore suâ sponte separabitur, & Aquæ innabit: Aquam separa per Infundibula, & Oleofitatem cum part. vi. Spirit. Vin. destilla, & egredietur Oleum aurei coloris Spiritui innatans. Materiam autem instar Perlæ albam in fundo relictam exime, cum Aq. pluviâ, Salem, ut moris est, extrahe, hunc Oleo redde, majorumque virium ergo, circula, & ex Retortâ vitreâ in Arenâ destilla.

Dosis gutt. vj. in Vehiculo convenienti, in Febris Malignis, Variolis, Calculo.

Quintam Essentiam Terræ Sigillatâ vido in Hodegetico Poppii pag. 120:

(Terebinthina Oleum ex Terrâ Sigillatâ extrahit Liqueorem rubicundum alexipharmacum.)

(Trochisci de Terrâ Sigillatâ)

II. B O L U S.

Bolus, Terra genus est, ex pallido rubrum, Vaporibus Martialibus imprimis imprægnatum.

6. Oleum, quod habet AUTOR per Retortam destillatum, valdè laudatur in Peste & Morbis venenatis, item in Morfu Canis rabidi, in Dysenteria malignâ & contagiosâ.

II. B O L U S.

Bolus est vel *Communis*, vel *Armena*. In genere *Bolares* Terræ ex pallido plûs minûs. rubentes, *Martialis naturæ* esse solent; unde dant *Solutionem quasi viridem*, qualem dat Mars, quando solvitur in quodam Acido. Has inter excellit *Bolus Armena*, ita dicta, quoniam in *Armenia* regione effoditur, quam *AMATUS LUSITANUS* putavit esse genuinam *Terram Lemniam*; sed cum id falsum sit, jamdudum refutatum est.

Modum faciendi & etiam colligendi subministrat *WORMIUS in Museo*. Sed rara & cara est apud nos; unde litigia de hujus existentia Autorum nostra non facimus: interdum enim ab *IMPERATORE TURCARUM* mittitur *GERMANORUM IMPERATORI* tanquam Dònum, & nisi ita in Germaniam adferretur, planè illâ carerent *Officinæ*, quoniam ipsis *Turcis* est singularis in *Morbis venenatis*. Interim tamen in *Hungariâ* reperitur *Bolus Toccaviensis*, ita dicta à Regione; quæ non inferior est in virtutibus *Bolo Armenæ*, sed eadem similis, adeò ut eisdem obtineat virtutes, partim in adstringendo, partim in resistendo *Catarrhis*, partim etiam in movendo *Sudore*, & arcendâ *Malignitate*. Si quis ergò vult usurpare *Bolum*, loco *Armenæ* usurpet *Toccaviensem*, quam similem *Armenæ* statuit *OLAUS WORMIUS in Museo*, eamque *naturæ Solaris* esse *SACHS* asserit in *Ampelogr. pag. 431.* uti & *Wurtembergensem*, quæ de *Marte* participat, unde *Solutiones* cum *Spiritu Salis* viridescunt: *Toccaviensis* autem participat de *Marte & Auro* simul.

Vi *Martialis* ordinariò absorbet *Acidum*, & adstringit, vitiosas *Cruditates* absorbuit, *Sanguinem* coagulatum dissolvit, dehinc vi *sudoriferâ & antidyntericâ* est celebrior, unde in *Morbis malignis* præsertim ac *venenosis* est utilis; hinc

(C) De *Bolo Armeniâ* non pauciores quæstiones. Illud de ejus, ut & de aliarum inspidarum Terrarum, frequentiori usu, & cumalatori dosi, monitum velim, quòd nonnumquam *Viscerum obstructions* parere possint. Monito auctoritatem addit Experimentum *Mich. Mercati*, narrantis in *Cadavere cujusdam*, qui ob *Pestis metum Bolum Armeniam maximâ copîâ* ingesserat, illam ipsam *Boli quantitatem interiora obstruentem à Medicis* repertam fuisse.

Dicitur *Medicis Bolus Armena*, vel *Orientalis*, eo quòd ex *Armeniâ* finitimisque *Locis*, præcipuè advehatur. Præcipuè dico, ne excludam & alia *Loca*, in quibus ea foditur, & ad nos transportatur, quibus nec *Germania* nostra caret, unde nobis *Werthebergica* usualis est.

Delectus. Præstat pura (non arenosa) quæ in lævorem Galois instar, affuso *Humore*, promptissimè solvitur, ac comman-ducata *Butyri* modo liquefcere videtur. Reliquis tamen præstantior censetur, quæ ex *Armeniâ* vel *Locis* finitimis asportatur.

Vires. Valdè siccatur, astringit, roborat. Hinc usus ejus saluberrimus est in *Fluxu* sistendo, in *Humore* inspissando, in *Putredine* arcendâ, *Veneno* obtundendo, &c. quâ ratione convenit in *Diarrhœâ*, *Dysenteriâ*, *Fluxu menstruo*, *Catarrho*, *Sputione Sanguinis*, *Hæmorrhagiâ Narium & Vulnerum*, &c. *Externus* ejus usus creber est in *Cataplasmatibus*, *Pulveribus Adstringentibus*, &c.

Præparata ex Bolo.

1. *Bolus Armena præparata* fit modo generali.

N. Ut de *Terrâ Sigillata* monuimus, *cruda* potiùs, quàm *præparata Terra Armena* in usu est.

2. *Magisterium* fit ut *Magisterium Terræ Sigillatæ*. (*Antidotus ex Bolo.*)

III. C R E T A.

Creta Germ. *Kreid. Chalk, Kreyt.* Gall. *de la Crge.* à *Cretâ* Insulâ sic dicta, ubi in copîa invenitur (licet *Dania*, *Gallia* & aliæ *Regiones* quamplurimæ eâ scateant). *Terræ* species nobilissima est, durior & candida.

N. Renodæus triplicem hujus facit *speciem*, *Candidam*, *Virescentem & Nigriscentem*. Verùm nobis non nisi *Candida* in usu medico est, eoque rarissimo.

Vires. Siccatur, abstergit, emplastica est.

Usus ejus *internus* nonnumquam in *Ardore Stomachi* est; *externus* in *Vulneribus*, *Ulceribus* &c. siccandis.

IV. TER-

& in *Catarrhis*, abstergendo *falsos Humores*, in *Sputo cruento*, *Phthisi* & similibus, ab *acidiorè Lymphâ* natis *Affectibus*, cum *Conservâ Rosarum* assumpta, & addito uno vel altero grano *Laudani opiat*, egregie confert.

Externè in usu *chirurgico* convenit *Ulceribus* difficilis *Curationis*, & ingreditur *Emplastra Sytyca*, *Defensiva*, & vulgò dicta *Germ. Durrbande*. In *Hæmorrhagiis* pro adstrictione *Vasorum Sanguiferorum* solet adhiberi: in *Hæmorrhagiâ* etiam *Narium* cum *Aceto* subacta, & instar *Cataplasmatibus* *Fronti* applicata, fluxum *Narium* etiam desperatione compescit.

Optimè præparatur cum *Aquâ Spermatis Ranarum*. *Lactis* autem ejus planè est inutilis.

Bolus Armena destillata dat *Pblegma* quoddam *acidum*, quod reverè est ab *humido-salino Vapore*, quod corrofit *Mineræ Martis* in *Terram* hanc, quæ vocatur *Bolus*: quòd si hoc *Pblegma* ter à *Bolo* minutissimè pulverisatâ in *Balneo* abstrahatur, convertitur *Bolus* in *Oleum pingue*. Hoc *Oleum* ex lenissimo *igne* siccari, & in *Pulverem* redigi potest, ad prohibendum *Sanguinem* undecunque prorumpentem aptissimum; item ad *conglutinanda Vulnera*, in quibus est singularis.

Reliqua de *Bolo* facile possunt legi apud *Autores*, in *specie JOACHIMUM CAMERARIUM in Observat. de Bolo Armenâ & Terrâ Lemniâ*, necnon *POTERIUM in Pharmas. Spagr. c. 4. & 5. (C)*

III. C R E T A.

Terra hæc candida *Creta* dicitur, ab *Insula Cretâ* seu *Candiâ*, in quâ copiosè reperitur, utut in aliis quoque *Regionibus* ferè quibuscunque inveniatur: ratione suæ *nativitatis* de *naturâ Saturninâ* nonnihil participare videtur, ex eo, quòd per *Spiritum Salis* vel *Nitri* tractata, *Concretum* adstringens, dulce, ferè instar *Stanni*, repræsentet, & est quasi *Cervissa terrestris*, sicut cum *Spiritu Sulphuris* soluta, & in frigore *crystallifata*, dat perfectum *Alumen*. Hinc *Alumen* nihil aliud est, quàm *Terra Saturnina* *Spiritu Sulphuris*, in *naturam Aluminis*

IV. TERRA JAPONICA.

Est & Terræ genus exoticæ, colore purpureum, punctulis albis intertextum, ac si situm contraxisset, sapore austeriusculum, masticata liquefcens, subdulcemque post se relinquens saporem; CATECHU vocant, seu TERRAM JAPONICAM. Hujus usum perhibent celebrem in exsiccandis Catarrhis, Capiteque roborando, si in Ore detineatur.

(In Herniâ varicosâ, Mictione involuntariâ.)

Particulam hujus obtinui à Pharmacopœo nostrate curiosissimo D. *Matbia Banfa*.

(Non rara nunc.)



Aluminiâ redacta; unde etiam *Creta* dicitur *Minera Saturni immatura*, confecta per corrosionem ab Humido & Vaporibus aquosis salinis. Unde facile patet, quis ejus sit usus, tam internus, quam externus. Internè in Succo acido imbibendo & adstringendo, cum reliquis convenit; unde speciatim commendatur ad absorbendum Acidum in Ardore Stomachi seu Sordâ, ubi præsentaneum Remedium constituit *dosi ʒʒ. ad ʒj.* cum *Aquâ* vel *Succo Portulacæ* assumpta. Præsentissimus est Pulvis sequens:

ʒ. *Cretæ præp.* ʒj.

Nuc. moscb. ʒj.

Croc. gr. vj.

M. f. Pulvis.

Qui repetitis vicibus propinatur; sicut & in formâ *Potionis* cum *Aquâ* & *Syrupo Portulacæ*, vel *Morsulorum* propinari potest, quales videbitis in *MYNSICHTI Armament. Chymico*. Imò juratus Lumbricorum hostis est, ad ʒj. in *Vino* vel *Lacte caprillo* usurpata.

Externè inservit inspersa *Creta* Ulceribus malignis corrodentibus, Vulneribus, Pustulis, & Ichoribus manantibus, Intertrigini cum Excoriationibus Partium, & similibus Affectibus, item Erysipelati; Membris itidem ex Podagrâ dolentibus & rubentibus à quibusdam feliciter applicari vidi, Acidum nempe volatile in his Affectibus peccans absorbendo.

IV. TERRA JAPONICA.

Terra Japonica seu *Catechu* sic dicta, quid sit? & unde afferatur? adhuc nondum certè constat. Vulgò tanquam aliquod *Compositum Artificiale* in Indiis paratum habetur, ex *Glycyrrhizæ Extracto*, *Mastiche*, *Sanguine Draconis*, *Gummi Arabico*, *Succo Arecæ*, & similibus. Nihilominus SCROECKIUS in *M. A. N. C. Ann. 8. Obs. 44. p. 88.* & HELVIGIUS loco alleg. *Ann. 9. & 10. Obs. 194. pag. 463.* item HORSTIUS in *Disp. pag. 208.* contrarium probant. Integrum quoque & doctum de ea *Tractatum* scripsit HAGENDORN, ubi de ejusdem Natalibus, variis exinde Præparatis medicinalibus, eorumque usu, Lector copiosè instruitur. AUTOR commendat ad exsiccandos Catarrhos, quod facile ipsi potest largiri: nam Adstringens est stypticum, quodque in Ore detentum copiosa Sputa prolicere solet, indeque ad corrigendam Lympham acidam, aliosque Affectus Catarrhales à quibusdam adhibetur. In Affectibus Oculorum commendatam videbitis in *M. A. N. C. Ann. 9. & 10. Obs. 74. pag. 203.* Pro usu adstrictorio *Tincturam* inde paravit WEDELIUS; de qua conferantur *M. A. N. C. Ann. 2. pag. 209. seqq. (D)*

V. MARGA.

Marga, aliàs, in specie ab AGRICOLA, *Medulla Saxorum* dicta, duplex est: vel durior & incarnata, vel mellior candida ac friabilis, parùm de Sulphure participans; quæ posterior speciatim *Lac Lunæ*; à quibusdam, propter aliqualem similitudinem cum *Agarico Vegetabili*, *Agaricus Mineralis* dicitur: vid. FERDINANDUS IMPERATUS lib. 5. cap. 42. hujusque in Helvetiâ magnus provenus est.

De hac utut pauca prostant, primus tamen qui eam in Tom. IV.

(D) Terram Japonicam dictam (Officinarum Catechu) Terram veram non esse, ut quamplurimi suspicari sunt, evincit evidentissimè Boulduci Experimentum, qui notavit illam integrè à Spiritu Vini & Aquâ dissolvi: potius ergo erit Succus concretus vegetalis, fortassè à Japonensibus ipsis, ex Extracto Arecæ, Calami aromatici, Glycyrrhizæ & Seminum Baugue, compositus.

V. MARGA.

Marga, est portio quædam pinguis & quasi *Medulla*, in Saxis nonnullis, dum franguntur reperta, unde & *Medulla Saxorum* dici solet. Germ. *Steinmarck*. Gall. *La Moëlle des Pierres*.

Vires. Siccat, adstringit, consolidat, Sarcotica est, Tartarum Sanguinemque coagulatum resolvit (intus exhibitâ.)

VI. OCHRA.

Ochra Terræ species est durior, coloris flavi, seu lutei. Germ. *Ochergiel*. Gall. *De l'Ochre*.

Vires. Siccat, adstringit, discutit, Excrefcencias reprimat. Usus ejus rarissimus est, & non nisi externus, ac præcipuè in Vibicibus & Collisibus; tum quoque Tumoribus duris discutendis (Emplastro).

VII. RU-

usum medicum vocavit, est GESNERUS, Vir præ aliis eruditus, *Tract. de Fossilibus*; post hunc elegantem de eâ & lectu dignissimam *Dissertationem* conscripsit JOHANNES DANIEL MAJOR *Professor Chiloniensis*, ubi demonstrat, quòd Marga nihil sit aliud, quàm Exhalationes metallicæ, quæ unitæ circa Saxum abeant in talem Substantiam tenuem & friabilem, quam nos vocamus *Lac Lunæ*, à calore & teneritudine.

Quoad usum, Saxorum *Medulla* est egregia internè, in Sodâ & Ruëtù nidoroso, in Grumis Sanguinis dissolvendis, Casu ab alto, Contorsione Vertebrarum, tam solitarie, quàm cum *Lapillis Cancrorum* usurpata; item in Incontinentiâ Urinæ, ad ʒʒ. assumpta, aliisque Urinæ Affectibus ab ejus Acrimoniâ acidâ natis, speciatim Stranguriâ, egregia existit. Quin etiam ad Dysenteriam à quibusdam non sine ratione usurpatur.

Lac Lunæ verò in specie ad Lac Mammarum augendum adhibetur, privativè scilicet operando, removendo vitiosum Acidum impediens Lactis fluxum, nunc solum in *Cerevisiâ calidâ*, nunc additâ *Crystallo præparatâ*, *Semine Fœniculi*, aliisque Appropriatis: e. g. potest fieri talis Pulvis:

ʒ. *Lact. Lunæ* ʒj.

Crystall. præp. gr. xvj. ad ʒj.

Olei destillat. Fœnic. gutt. ix.

M. f. Pulvis pro duabus dosibus.

Vel

ʒ. *Lact. Lunæ*,

Crystall. præp. an. ʒj.

Sem. Nigell.

Card. benedicti an ʒʒ.

Olei destill. Fœnic. gutt. v. vel vj.

Misce fiat Pulvis, bis de die à ʒʒ. ad ʒij. à Nutricibus assumendus pro augmentando Lacte.

Sunt etiam, qui commendant Margam in Passione nephriticâ, item in Passione colicâ; id quòd etiam verum esse arbitror. OLAUS WORMIUS in *Musæo dicit*, quòd etiam quavis Hæmorrhagias compescat, & quòd hoc præstet ratione virtutis anodynæ.

Externè hæc Marga seu *Lac Lunæ* egregiè in Chirurgiâ confert ad absorbendum Acidum oculorum Ulcerum, solummodò inspersa, additis, si lubet, paucis granis *Myrrhe*, *Aloës* &c. Mirum quantum purificet Ulcera foridâ, eaque imprimis tibialia consolidet, Vulnera conglutinet, & Cicatricem inducat, & eisdem fermè habet usus, magis tamen præsentaneos, atque suprâ de *Cretâ* dictum: in specie *Pulverem Balsamicum* pro inspergendis Ulceribus malignis imprimis Tibiarum videbitis apud D. JOHANN. DANIELEM MAJOREM in *Tractatu citato*. BOOT dicit, quòd si Collo gestet Infans, Sallivam moveat, & sic in eorundem Morbis sit proficuum.

VI. OCHRA.

Ochra seu *Terra flava* est species Terræ, Venereæ & Martialis naturæ, qualis ex Solutione *Vitrioli Martis* & *Veneris* instillando præcipitatur; unde usus internus rarissimus: Urinam provocare sunt qui volunt.

Externè usurpatur in Casibus chirurgicis, ubi opus est adstrictione, in Emplastris & Cataplasmatibus adstringentibus & conglutinantibus; sed rarè usurpatur.

Q 9 9 2

VII. RU-

VII. RUBRICA.

Rubrica Terræ Species est lapidosa, rubea, &c. dicitur & *Rubrica Fabrilis*, quod *Fabris lignariis* crebro inserviat in aucendis lineis. German. *Rotbe Kreyde*, *Retelstem*. Gall. *De la Rubrique, ou Craye rouge*.
Vires. Siccatur, astringit.
Usus ejus medicus est in Sputo Sanguinis, & in *Emplastris Vulnerariis* & *Siccantibus*.

VII. RUBRICA.

Rubrica differentiam optimè recenset HOFFMANNUS in *Clave* pag. 137. Sed apud nos saltem cognita est *Rubrica Fabrilis*, Concretum terreum Marte turgidum, *Hæmatiti* suo modo cognatum; unde etiam in Affectibus, tam externis quàm internis, conspirant. Solvi potest in *Spiritu Salis*; unde extrahitur totum Concretum Martiale, & remanet *Limus* instar *Argillæ* communis. In formâ nativâ requiritur pro usu, ut vocant, *aperitivo*; pro scopo *adstringivo* cum *Acidis* propinetur; unde in *Dysenteria* Pauperum egregia est.

Externè iisdem usibus commendatur, quibus *Crocus Martis adstringens*, sistendi Sanguinis Fluxus, & curandi Ulcera difficilis consolidationis.

VIII. TRIPOLIS.

Tripolis Species est *Ochra*, & Terra Principiis Martis vacua, & planè exhausta. Ergò nil valet.
Pertinet hæc etiam

TERRA SOLARIS,

Quæ est *Terra* quædam *rubicunda*, quæ reperitur in Hungariâ circa *Mineras Auri*, id est, eo in loco, ubi solet generari Aurum: de quo videatur BARTHOLINUS C. 4. *Epist.* 62. pag. 284. Egregium est *Alexipharmacum*, unde convenit in Febris Petechialibus cum Hæmorrhagiâ, *Dysenteria* aut *Diarrhœa* conjunctis, aliisque Morbis malignis. In defectu hujus substituiimus *Terram Sigillatam Strigensem*. B. Dn. D. MICHAELIS à quoddam Amico accepit aliquando talem Terram Solarem rubicundam ex *Aurifodinis Hungariæ*, quæ in se continebat Aurum immaturum: hanc cum in *Spiritu Salis*, vel *simplici*, vel *composito*, facto ex *Nitro*, *Sale* vel *Alumine*, solvisset, injecto pauco tempore, visa sunt perfecta *Folia Auri* in Solutione hac flavescere innatare, ad eò ut Aurum antea immaturum in Solutione fuerit maturatum. Ex hac Solutione præparavit *Tincturam Cordialem*, dum *Extractum*, vel *Solutionem* in *Spiritu Salis* factam, filtravit, & *Menstruum* denuò abstraxit, abstracto *Menstruo* postmodum cum *Spiritu Cordiali* ex remanentia extraxit *Tincturam* eleganter rubicundam, quæ *Tinctura Terræ Solaris* propinata ad guttas x. xv. vel xx. dicitur egregium *Analepticum*. Potenter adstringit, & in Fluxibus Alvi, uti etiam Sanguinis, malignis & epidemicis, est excellens Remedium. Videatur HOFFMANNUS in *Clave* pag. 133.

Post Terram Solarem sequitur

TERRA MARTIALIS

Ex obscuro nigricans seu *vubescens*, Sulphure immaturo imprægnata, quæ in Fodinis *Minera Martis* seu *Ferris* reperitur. Exsiccatur valdoperè, & pulverisata eadem quantitate, ordine & formâ, in iis præscribi solet, in quibus aliàs *Ferrum* & ejus *Crocus* solet usurpari. Experta enim est hæc Terra in absorbendo Acido, stimulantis Mensibus, referendis Meatuum Obstructionibus, & in genere in omnibus Affectibus hypochondriacis, cachecticis, &c. in quibus commendant ZACUTUS LUSITANUS Lib. 3. *Prax.*

(E) Manifestè corruptum Etmulleri Textum, sic omninò corrigendum esse auctor sum. Terra Ilvana. Ex Insulâ Ilvâ prope Liburnum in Mari Mediterraneo. Nullibi enim est hæc Ilva Insula: nec Livoniam alluit Mare Mediterraneum. Est tamen in Mediterraneo Insula Ilva (Elba Italis) non multum à Liburno (Livorno) Hetruricâ Portu distans: familiare autem est ut v consonans Italarum & Latinarum à Germanis, in s mutetur, atque ad eò ut Ilva Insula & Ilvana Terra ab ipsis dicatur, quæ Ilva Insula, & Ilvana (potius Ilvensis) Terra dicitur. Et reverà Ilva Insula mineralibus Terris, atque Magnete ipso, est viliori, abundat: imò & perfectioribus Metallis, ut meritis à Virgilio 10. *Æneidos* appelletur.

Insula inexhaustis Chalybum generosa Metallis.

TERRA DE PATNA ob incredibilem quam præ se fert levitatem, meretur hic locum. In Regno Mogol Phiala ex hæc Terrâ confecta, plurius Aquæ librarum capaces, cum vacuæ sunt, spiritu ore eliso, in aërem sublevantur: non sicut ac ludicri Globi ex Aquâ Sapone commixto atque aëre insufflato creati.

VIII. TRIPOLIS.

Tripolis Terra est coloris citrini intensi, speciesque videtur *Ochra*.
Vires. Usus ejus in Pharmacopœâ vel nullus, vel rarus est, nisi quòd pro destillandis *Spiritibus Salinis*, *Salibus* admisceatur, quò minùs ea fluant.

CAPUT III.

Hist. 10. *Obs.* 3. & PETRUS à CASTRO Medicus Italus. Imò dicunt, quòd etiam credo, quòd Martialis Terra in suo Effectu sit mirabilior & excellentior, quàm *Preparata ex Marte*, ex eo, quòd Mars ratione sui Entis, seu Principii seminalis, in Minerâ Martis sit magis vincibilis, & sic feliciùs subigi possit à Naturâ, quàm quando in perfectum abiit Ferrum.

Nec reticenda est

TERRA NORWEGICA,

A loco natali ita dicta: effoditur enim in *Norvegiâ* prope Bergas, & aliàs etiam ab Effectu *Antiscorbutica* dicitur. Est *Terra Martialis subnigricans*, Scorbutum per Sudorem curans, *dosi* ʒss. ad ʒj. assumpta; sicut & *Hypochondriacis* egregium solamen affert: de qua videatur PETRÆI *Dissertatio Harmonica* P. 2. *Exerc.* 38. BARTHOLINUS *Cent.* 1. *Ep.* 89. WORMIUS in *Museo* 4. pag. 16. & HOFFMANNUS *Clav.* pag. 138. Hæc Terra Scorbutica apud nos est rarior, & credo, quòd participet de Marte, utpote qui ipse etiam in Scorbuto est egregii usûs, adeoque ipsi potest substitui nostras *Terra Martialis*, imbibita cum *Succo* aut *Spiritu Cocleariæ*; vel potest substitui *Bolus* benè depurata, & eodem *Succo* vel *Spiritu* imprægnata.

Pertinet hæc

TERRA HYBERNICA,

Quam vidi in Angliâ: est *Terra subnigricans*, levis, & raræ texturæ, ex *Hyberniâ* deportata: Anglis valdè est utilitata in Casu ab alto, & ad resolvendum Sanguinem congruatum.

Quibusdam in locis etiam usitata est

TERRA ILVANA,

Ex Insulâ Ilvâ prope Livoniam in Mari Mediterraneo, (E) & solet commendari in Febris malignis, mista cum *Succo Limonum*: item in Vermibus Puerorum destruendis, in compescendis Cruciatibus Abdominis mira præstat; necnon in Morbis convulsivis & Convulsionibus, quibus non rarè tentantur graviter Pueri.

Terra etiam est, quæ vocatur

TERRA CIMOLIA.

AB Insulâ Cimolo, una ex Cycladibus, & præter vires communes, in Aceto dissoluta valdè digerit: Parotides & alia Tubercula discutit; Ambrustis illita mox Dolorem sedat & curat; Nitro & Aceto destillato mista Tumores Pedum tollit; item Testium discutit Tumores, si *Cera Cypriæ* permisceatur. Illitu externo immodicos Sudores tollit, quò externo usu etiam Ulcera Capitis removet.

Est etiam Terra, quæ vocatur

TERRA DAMASCENA seu ADAMEA,

Dicuntque reperiri in Agro Damascenico in Assyriâ. Est *Terra subrubea*, ex qua fabricatum fuisse, dicunt, *Adamum*, unde vocant *Adameam*. Hæc Terra instar *Amulsi* accommodata, arcere dicitur quævis incommoda obvenientia.

C A P U T III.

D E A Q U I S.

A Quæ nativæ, quæ usui Pharmaceutico inserviunt, tum *Simpliciores* sunt, tum *Minerales*.

Præparaciones utrarumque sunt: 1. *Purificatio*. 2. *Destillatio*. 3. *Inspissatio*. Hinc *Aquæ depuratæ*, & *destillatæ*, & *Salia*.

1. Purificatio.

Scitent nonnunquam Aquæ crassis & heterogeneis Fœcibus, unde *Depuratione* opus habent. Modi *Depurationis* hujus sunt 1. *Filtratio* per Chartam bibulam. 2. *Digestio*, quæ partes crassiores ad fundum secedunt.

2. Destillatio.

Destillatio Aquarum in genere, pro variante volatilitate, fixitateve eliciendi Liquoris erit instituenda in VB. Mb. Cincere, tum quoque in Arenâ: convenientiora autem hîc sunt *Destillatoria vitrea*.

3. Inspissatio.

Inspissatio partem fixiorem reddit conspicuam, quæ si salinæ naturæ fuerit, elixivari potest.

tia. Imprimis videatur de hac *Terrâ Damascanâ* NIEREMBERGIUS in *Tr. de Natura Ker. cap. 17. pag. 65.*

Possunt huc referri aliæ plures *Terræ Medicatæ*, minùs tamen usitatæ, uti sunt *Terræ Erythrea*, *Terræ Samia*, *Terræ Juliana*, pluresque aliæ similes, quas videbitis in HOFFMANNO loco citato, item in Museo WORMII & CALCEOLARII.

Hiscæ *Terris Medicatis* etiam venit associandus

LAPIS BEZOARDICUS MINERALIS,

DE quo sufficienter agit BACO in *Obs. Naturalibus pag. 225.* Nempe apud Veteres, præsertim Arabes, subinde facta mentio est *Lapis Mineralis*, quem nemo tamen explicare potuit. Hactenus tamen hinc inde variis in locis, præsertim in Sicilia, reperti sunt hujusmodi *Lapides fossiles albi*, qui propter virtutes, & propter Texturæ similitudinem, *Lapides Bezoardici*, sed *Minerales*, appellati fuerunt. Figura est rotunda, interdum oblonga, maximi eorum non superant Ovum Gallinæ, Colorem habent albicantem, interdum nonnihil cinereum, Sapor est instar Boli Armenæ, vel Terræ Lemniæ. Compositio est instar *Lapidis Bezoardici Animalis*, dum squamati sunt, ac Pellicula una super alteram quasi ducta est, & in Centro parum Sabuli, super quod istæ Crustæ coaluerunt, reperitur.

Pelliculæ istæ vel Crustæ quatuor, quinque, vel sex, subinde observantur. *Usus* est idem, qui *Lapidis Bezoardici Animalis*, scilicet quod duplicatâ in dosi usurpentur. Plura vid. in loco citato.

Habuius hactenus *Terras Medicatas*: Nunc sequitur

TERRA VULGARIS,

QUæ non destituta est usu in *Medicina*: Nam, ut nihil dicam de *Terrâ Philosophicâ*, paratâ ex *Aquâ pluviâli*, quæ instar Magnetis solet attrahere Aquam & Spiritum in Aëre, uti videri potest in TAGKII *Chryso. p. 56.* Sed in specie *Odor nitrosus recentis Terræ* valde compescit fervorem Spirituum, & valde confortat: ita ut talis Odor ad longævitate Corpus nostrum disponat: videatur BACO de *Verulamio Tr. Hist. Vitæ & Mortis pag. 104. & 105.* ubi inter alia dicit: novi Virum nobilem longævum, qui statim à Somno apponi curavit sub Naribus recentem Terræ Globum, & hoc quotidie fecit, ut attraheret ejus Odorem nitrosum.

C A P U T III.

D E A Q U I S.

A Quæ nativæ dividuntur in *Supra-terraneas* seu *Aëreas*, vel *Sub-terraneas*: Istæ sunt *Pluvia*, *Nix*, *Ros*. Hæ iterum sunt vel *Communes* seu *Culinæres*, ut *Aqua Fontana*, *Fluvialis*, *Putealis*; vel *Medicatæ*, quales sunt *Fontes Soterii*, inter quas excellunt *Acidula*, & *Tberma*: *Species Aquarum Subterranearum* sunt variz, pro varietate *Locorum* natalium: nam Aquæ semper aliquid deportant ex *Locis*, per quæ fluunt, quod imprimis sunt *Particula salina*, & *sulphurea me-*

Vires:

Aqua quatenus Aqua, seu *Liquor* est, summè humida censetur, frigida remissè. Verùm, quatenus aliis rebus immixtis *Vehiculum* præbet, quatenus pro harum diversitate variis qualitatibus prædita judicatur.

AQUÆ SIMPLICIORES.

Aqua Simpliciores sunt *Aqua* 1. *Fontana*, 2. *Putealis*, 3. *Fluvialis*, 4. *Palustris*, 5. *Pluvialis*, 6. *Nivea*. Ex his usitatio *Fontana* & *Pluvialis*, quibus quoque 7. *Ros Majalis* addi poterit.

I. **AQUA FONTANA** est omnium purissima & usitatissima. Purissima est, quia per Terram seu colatorium colatur. Usitatissima est quia ad omnia recipitur, ad quæ Aqua sine peculiari mentione alterius, e. g. *Pluvia*, &c. recipi jubetur.

N. Præfertur inter Fontanas quæ fluit ab Oriente ad Occidentem, quæ decurrit à montanis Locis altioribus, itemque Visu, Gustu & Olfactu, pura, clara, tenuis, levis, ac sincera deprehenditur; ut & quæ citò incalescit, & citò refrigeratur; quæ Hyeme calidior, Æstate frigidior. Aquam hanc injecto

Pane

salicæ, quibus gaudent ista Loca, & horum ratione virtute alterandi in Corpore humano pollent. Aliàs notum, quod *Aqua*, quæ *Aqua*, non nutriat Corpus, sed appetatur saltem, ut sit loco *Vehiculi Alimentis*, quo eò meliùs possit trajici per minimos Intestinarum poros; & hic usus est, quare Potulenta & Aquosa assumantur. Ergò etiam Aqua, ut talis, pro tali usu non debet esse Medicata, & quod est purior, eò est convenientior pro conservando Corpore. Cæterùm cum raro aut nunquam detur *Aqua pura simplex*; sed omnis habeat Particulas heterogeneas alterantes Corpori admittas, modò plus modò minùs, pro varietate *Locorum* & *Originum*, idcirco consideranda venit

I. AQUA FONTANA.

Aqua Fontana, uti omnium est purissima, ita omnium est usitatissima. *Origo* ejus, uti omnium *Aquarum Subterranearum*, est ex *Oceano* per *Transcolationem*: non autem apertè transeunt Aquæ ad Montes aut vias suas, sed imbibuntur à Terrâ, tanquam à Spongiâ; Terra intùs calet, sicque evaporat Aqua, & relicto Sale, seu Terrâ fixiori fiunt *Aqua dulces*, donec tandem alicubi erumpant. *Transcolatio* enim ista per poros Terræ fit, ut Aqua aliàs salia, uti est in Mari, deponat suam *Acridinem*; cujus rei *Experientia* est, si in certos *Locos*, cretaceos vel arenosos, infundatur Aqua salia, fit, ut *Acridinem* reliquam marini Salis amittat, & transeat pura & inispida, depositâ salinâ *Acridioniâ*: videantur KIRCHERUS & BACO.

In omnium autem *Fontium* Scaturigine est

1. *Liquor* viscosus, obscurus. Hic constituit *Tegmen*, in quo concentrantur *Fumi*, dehinc in *Gustas* abeunt, & quibus tandem fiunt *Aquæ manantes*.

2. Ubique in *Fontibus* reperitur *Arena*, quæ vocatur *Arena Virginea*, & ad magnam profunditatem se extendit.

Varietas autem *Aquæ* non ex se (omnes enim sunt ejusdem naturæ), sed in transcurso alterantur, quatenus *Loca nitrosa*, *sulphurea*, &c. transcurrunt atque lambunt: adeoque novas adhuc in Terræ visceribus à *Saccis* variis mineralibus, metallicis, aliisque alias acquirunt *Vires exoticas*, unde etiam una alterâ est salubrior. Imprimis autem illi *Fontes*, qui (α) per *Loca saxea* manant, præ reliquis sunt salubres & medicati; turgent enim non solum *Nitro*, aut *Principio salino nitroso* non absimili; sed & Aqua horum in *Locis saxeis* est purissima, & nullis *Particulis heterogeneis* & inimicis referta, sordibusque terrestribus inquinata. (β) Salubris est ea, quæ est clara & pura, quia Intermista *Perpicuitate* non parùm turbant: quod enim clarior est, eò est purior, quod purior, eò salubrior. (γ) Salubris est Aqua, quæ non exposita est *Ventis noctivis*; sunt enim interdum *Venti*, qui non raro, uti alterant *Aquas*, ita imprimunt *Vires suas Aquis*: quod & in aliis rebus faciunt. Hinc elegantes sunt *Aquæ* præ reliquis, quæ *Ventis* non sunt expositæ. Unde & in genere omnes istæ *Aquæ*, si pro *Poru* sint adhibendæ, corrigendæ priùs sunt, uti rectè monet **AUTOR**, *Pane rosso* priùs injecto, quoniam omnes *Aquæ* haustæ interius laxant *Fibras Intestinarum* & *Ventriculi*, quæ *Laxatione* Partes fiunt flaccidæ, & amittunt *Tonium suum*, antiqua expellere nequeant, nec continere possint recens

Pane tosto corrigere, Agrotisque, loco Potus sat grati concedere nostrates consueverunt, vulgò Germ. Brodowasser. Gall. De l'Eau dans laquelle ont trempé du Pain.

II. PUTEALIS Fontanâ vilior & crudior ut plurimum habetur, eo quod ponderosior plerumque sit, ac Linguam magis feriens. (Germ. ein hart Wasser. Gall. Une Eau pesante ou rude au goût.) Verum si ex vivis scaturiat Scaturiginibus, reliquisque bonitatis Signis abundet, illius vices subire haud inepta est.

recens assumpta. Jam verò Panis tostus adstringit, & sic reficit Tonum Fibrarum laxatarum, cumque restituit: id quod fit eò magis & melius, si scilicet fricetur Panis Nucis moschata; qualis Potus etiam commodè in Diarrhœa & Dysenteria potest propinari.

Dignum notatu est, quod BECHERUS habet, Aquam ex ipso Fonte recens destillatam, & ore detentam, nonnihil Spiritus sensibilis in Caput mittere.

De Sale Aquæ elegantissima habet TACKIUS in Theosophiâ, item HELMONTIUS in Parad. 3. ubi de Ente primo Salium inspido, quod in Aquis, præcipue Fontanâ, est, agit. (F)

Aquæ Fontanæ affinis est

II. AQUA PUTEALIS,

Quæ ex Puteis profundis hauritur; cujus varietatē & multæ sunt differentiatē, ejusque Bonitas & Malignitas dependet ab eo, quatenus scilicet Scaturigo viva est in illo Puteo, Aqua est melior, & convenientior, vel quatenus ab aliis Locis fluit & derivatur, præprimis si sit Morus lentus, ubi periculum est, ne Sordibus fermentativis & Particulis alterantibus impregnetur.

III. AQUA FLUVIALIS.

Non solet esse adeò usitata, quoniam Fluxu suo continuo terrestres Partes imbibit & sibi permiscet; unde magis est crassa ac turbulenta, ac sæculenta in magnis Fluminibus, quàm in minoribus, & reliquis Aquis, propter Partes, quas abripit ex Ripis, eoque raro usur-

(F) Aquæ Fontana & Putealis non solum culinæ, sed etiam medicæ usus habet. Quædam Aquæ cum calidæ tum frigidæ Potus nonnullos & non leves morbos sanare possit, omnibus est compertum, nosque alibi eâ de re, præsertim de Frigidæ in Febris usu, aliqua adnotavimus. Non minus frequenter quoque Aquam naturalem adhibemus pro Balneis, eaque, ut Balneorum adhibendorum methodus expetit, calidâ. Mirum proinde videri poterit, si frigidis actu Aquis pro Balneorum opere utamur. Ψυχρολουσιαν seu Frigidam Lotionem, non minus quàm Ψυχροκρασιαν seu Frigidam Potionem, Veteribus non solum cognitam, sed præxi confirmatam colligimus ex Dione, scribente, quod quum Augustus cum vitæ periculo ægrotaret, jamque conclamatus videretur, salutem ab Antonio Musâ fuerit restitutus, Ψυχροκρασιαν & Ψυχρολουσιαν, quo nomine pecuniâ fuit ampliter donatus, & Annulo aureo. Sunt tamen qui scribunt Augustum Lactucarum & Refrigerantium usu sanatum à Musâ fuisse: at ex Suetonio habemus, in Aug. cap. 81. Imperatorem ad desperationem redactum, quia calida Fomenta non proderant, frigidis curari coactum, auctore Antonio Musâ, cui Statuam, ære collato, juxta Signum Æsculapii statuatam fuisse, idem Suetonius scribit cap. 59.

Leſu sanè dignus est Liber Anglicè scriptus, cui titulus: Ψυχρολουσία, or the History of cold Bathing, &c. b. e. Frigidorum Balneorum Historia, &c. à Dñis Floyer & Baynard editus, cujus hæc summa Capita. 1. Antiquitas Immersionum & Frigidorum Balneorum: additâ Methodo illis rectè utendi, ut scilicet præcedat Purgatio, & Venæsectio; summè calidum Corpus non immergendum; immersionis duratio non ultra duo vel tria minuta, &c. 2. Hippocratis de Frigidis Balneis sententia, libris de Diætâ, de Veteri Medicinâ, Aphorismorum, &c. 3. de Baptismate per immersionem erudiè agitur. 4. Morbi ferè omnes curati Balneis Frigidis: sunt enim Anodyna, Sudorifera, Diuretica, Cephalica, Febrifuga, Antiscorbutica, Antiparalytica, & quid non? Adduntur pro coronide gravissimorum Morborum inexpectatæ Curationes ope Balneorum Frigidorum.

Auceps sanè Remedium, & nonnisi in Hydropobiâ, vel in desperatis Morbis, à cauto Medico permittendum. Antonius Musâ Augustum quidem Ψυχρολουσιαν servavit; sed felici eventu confidentissimus factus, juvenem Marcellum eodem remedio, non sine maximâ sui infamiâ, interemit. Habent & Medicamenta, quemadmodum res omnes, suam fortunam, ut scilicet nunc summo in pretio & frequentissimo usu præ salubritate habeantur; nunc tamquam summè noxia proscribantur & obliterentur. Sic post Musæ audactam, atque Augusti ex insperato recuperatam salutem, Frigidorum Balneorum usus etiam sanis familiaris redditus fuit, ut lippus Horatius illis etiam per hyemem uteretur: id enim ait Epiit. 15.

Gelidâ cum perluor undâ

Per medium frigus.

At post Marcelli necem, ob similis fati timorem, debuit sanè illorum usus exolescere. Legitur porò sub Vespasiani temporibus, à Cornelia quodam hoc Remediî genus ad præxim iterum revocatum fuisse, atque illius usum adeò increbuisse, ut nihil magis familiare esset, quàm deceptos senes in Stagnis & Lacubus medio in gelu rigentes videre. Situit postmodum per multa sæcula crudelis hæc medendi Methodus. Non desuerunt autem, etiam nostris temporibus, qui illam quandoque tentare ausi sunt. Re autem verâ, si hoc Remediî genere utamur, non verâ & totali immersione, sed potius aspersione, securior, & fortasè etiam efficacior, erit illius administratio. Hippocrates sanè Tetano affectas non immergendos, sed Frigidâ plurimâ perfundendos esse suadet; si enim habet 5. Aphor. 21. Ψυχροῦ ποτὸν κατὰ χυτὸν. Imò 3. de Morbis, Methodum hæc Aquæ persusione utendi exponit, his verbis: Aquam plurimam frigidam superinfundito, & postea vellimenta tenuia, pura ac calida superintegro, ignem autem tunc non adhibeto. Non quoque in simili Morbo ab hoc medendi modo non abhorruimus; nec sine fructu.

III. FLUVIALIS, quod Radiis Solaribus exposita fuit, magis habetur digesta quidem, quàm Putealis. Verumtamen in usurpatione ejus non erit inutile spectare unde originem trahat, quòque perlabatur.

IV. PALUSTRIS pessima omnium censetur, adeoque è Medicinâ eliminanda.

V. PLUVIALIS, est Aqua levis, Linguamque minùs feriens (Germ. ist ein weich Wasser. Gall. Une Eau legere & plus douce

patur vel in Medicinâ, vel in Culinâ.

IV. AQUA PALUSTRIS,

Quæ stagnat in Loco quodam, pessima omnium est, putrescens facile, quoniam multa Inquinamenta recipit, & nihil eorum relinquit: recipit multa ex Nivibus liquefactis; recipit multa, dum derivatur ex Torrentibus ex variis Locis, ex Montibus, ex Pluviâ & Nive, &c. Hæc omnia quoniam in se recipiunt, & nihil denuò deponunt, non possunt esse puræ Aquæ in Paludibus. Accedit, quòd Solis Calor tempore verno & æstivo sublimet Partes subtiliores; hinc fit, ut reliquæ remanentes sint impuræ & insalubres, & usui interno ineptæ.

V. AQUA PLUVIALIS.

Aqua Pluvialis, & Nivea, & Ros, conveniunt omnes in eo, quòd sint Meteora, quæ ex Effluviis Terræ ac Corporum quorumvis Vehiculo aquæ unitis, deorsum versus denuò ferantur: sed singulares earum Vires, quas ab Aquâ communi distinctas habent, imprimis considerandæ sunt. Ante omnia Putredini ac Corruptioni minimè obnoxie sunt hæc Aquæ, præsertim Aqua Pluvialis Martia, ac Ros Majalis, quin potius præ Aquâ communi vim specialem sæcundandi omnia Vegetabilia obtinent, imprimis Ros. Ergò probabile est, certum Principium balsamicum contineri in Aquis Pluvialibus. Aquæ autem Pluviales pro varietate temporum Anni multum variant. Optimæ enim sunt, quæ tempore vernali, Mense Martio, Aprili atque Majo cadunt. Hi enim tres Menses vocantur Menses balsamici;

douce au goût), Fontanæ vicaria; utimar eâ ut plurimum defiliatâ. Sunt qui præferunt Imbres à Meridie advolantes, vel ab Oriente, utpote quas Radiis Solaribus magis imprægnatas & digestas arbitrantur.

VI. NIVEA, Pluviali affinis est, magisque penetrans, adeoque & ad Sudorem movendum non inefficax, quas Vires naturæ salinæ acceptas refert, quæ præ reliquis abundat, vi Frigoris condensata.

N. 1. Præfertur collecta circa Solstitium Hybernum, & æquinoctium Martii.

N. 2. Odontalgiam pertinacissimam Aquâ Niveâ fuisse domitam, vide *Zacutum lib. 1. Hist. Med. Observ. 46. De usu vid. ibi, Dub. 42.*

VII. ROS, æliquis omnes subtilitate, adeoque & penetratione antecellit. Constans Liquore volatiliori, Saleque acriori; præfertur Majalis.

miti; quo tempore Aquæ Pluviales largiter imprægnatæ sunt copiosis virtutibus Siderum & feminalibus Plantarum aliarumque rerum terrestrium. Præterea quoque acuatæ sunt copioso Sale volatili exhalante, & prodeunt ex rebus terrestribus, & imprimis ex *Vegetabilibus*, propter vim progerminativam: ratione hujus Salis & Virtutis feminalis fit, ut Aquæ Pluviales non putrescant, modò adferventur in loco frigido; benè verò possunt adigi ad *Fermentationem* propter Principia activa & fermentativa: propterea quando fermentatur & destillatur Aqua talismodi, dat *Menstruum* elegans pro extrahendis virtutibus Vegetabilium.

Habet *Aqua Pluvialis* virtutem *saponariam* & *abstersivam*, unde in Morbis Externis & Cutaneis à nonnullis solet adhiberi & commendari.

Pluviales hæ Aquæ subinde ad præcipitandas Solutiones adhibentur: de quo conf. KUNCKELIUS *Obs. Chym. P. 2. p. 123.* & ex hoc concilianda venit manifesta illa HOFFMANNI contradictio, quam habet in *Clave pag. 140. & pag. 218.* dum nempe Aqua Pluvialis quæ nitrosa est, solum Argentum ex Aquâ Forti non præcipitat; e contra Putrealis & Fluvialis, Sal magis urinosum, ac minùs nitrosum continens, promptè illud præcipitat. Illustrat hoc imprimis KUNCKELIUS *Experimento*, ubi duplicem Aquæ Nivalis observat differentiam: dum nempe Nix, quæ mitiori tempestate cadit, adeoque statim liquefcit, Lunam Aquâ Forti solutam non præcipitat; quæ verò frigidiori tempore cadit, & non liquefcit, promptè Solutionem illam præcipitando, lacteam reddit: unde *Frigus hybernum ex Alkali orivi* idem suspicatur: videantur ejus *Obs. P. 2. pag. 122.* Nam utut HOFFMANNUS *loco allegato pag. 141.* audacter pronunciet, in Hyeme ac stante Boreâ Sal Aëris acidum esse, Æstate verò alcalifatam; tamen nullum fide dignum Experimentum pro hoc Asserto profert. Quomocunque enim agat, uniformiter nitrosum elicies, nisi heterogenæ particule subinde admistæ sint.

Sunt qui ex hac *Aquâ Pluviali vernali*, in specie Martiâ, volunt præparare *Menstruum Universale*, pro universis Metallis solvendis & extrahendis, inter quos imprimis est BURRHUS, sublimis notitiæ Philosophus, qui non solum *Menstruum Universale*, sed etiam *Lapidem Philosophicum*, voluit præparare, ex eo, quod sit imprægnata Influxu astrali, & facta Spiritu Mundi Universalis. Cæterum successus non respondit, sed accepit loco Menstrui Universalis *Menstruum falsum*, quo tamen solvere potuit *Aurum*; non tamen tale, quale genuini Philosophi volunt, in quo nempe *Aurum* tanquam *Glacies* in Aquâ tepidâ sine strepitu liquefcit & dissolvatur. Alii loco Menstrui Universalis volunt præparare *Medicinam Universalem ex Aquâ pluviali*, inter quos est D. DIENHEIM, qui scripsit *Traçatum de Aquâ Pluviali*, uti videri de tali Medicinâ potest in ROSENCREUZERI *Astron. Inferiorum pag. 405.*

Modum ex Pluviâ parandi Sal videbitis apud RHUMELIUM in *Acid. Chym. pag. 145.* cujus Salis volatilis Pluvia non inelegantem facit mentionem PAULI in *Dissert. de Febr. malign. pag. 55.*

Ad Aquam Pluvialem pertinet

AQUA TONITRUALIS.

Aqua Tonitrualis magni æstimatur, virtute Siderum largiter, uti & Sulphure & Nitro nonnihl, imprægnata. Nam *Tonitru nil aliud est, quam sonitus Pulveris Pyriti naturalis, seu Sulphuris & Nitri volatili in Nubibus per motum incensurum.* Aqua hæc Tonitrualis vix ad solidum Frigus re-

(Hic Ros Majo, & Junii principio, colligendus, ante Solis Ortum, Lunâ crescente, quando Pluvia per aliquot dies non decidit, non Linteis, sed Instrumentis vitreis.)

(Vires. Vim habet laxandi, resistit Ictibus Animalium venenatorum, collectus ab Herbis Ophthalmicis Oculorum Affectibus convenit.)

Præparata ex Rore.

(1. Spiritus Roris Majalis.)

Ror. Maj. q. v. pone per aliquot dies in digestionem, hinc destilla, ascendent primò Strim, i. e. Spiritus, hinc Aqua.

(2. Sal volatile fixum.)

(Menstruum pro Auri & Corallorum Tincturâ extrahendâ ex Mannâ & Rore parare nonnulli fatagunt.)

PRÆ-

dit, sed semper aliquid Teporis aut Empyreumatis habet. Non autem putandum, Tegmen illud flavescens seu Pulverem flavum, subinde cum Tonitruali Aquâ, Pluviali etiam, deciduum, esse Sulphur quoddam genuinum; nam reverâ nihil est, quàm Pulvisculus iste flavus, qualem Muscus terrestris clavatus, item Pini, ac similes Arborea Resiniferæ in Julis & Strobilis copiosè excludunt; de quo videbitis M. A. N. C. Ann. 6. pag. 122. item BECMANNUM *Disp. de Prodig. Sangu. c. 1. §. 6.*

In usu medico habet virtutes nullas noxias, & externo usu dicunt, quòd in Capite producat Pediculos.

Si recipiatur Aqua Tonitrualis copiosa, inspissetur ad consistentiam Mellis, atque tunc destilletur, prodit Spiritus, Sal volatile oleosum, & tandem in Capite mortuo Sal quoddam fixum remanet. Sub Destillatione Spiritus variæ habentur figuræ in receptaculo.

Sequitur

VI. AQUA NIVEA.

Nix seu Aqua Nivis in recessu habet Sal singulare, beneficio cujus à quibusdam Tinctura Corallorum singularis paratur. Vulgò Nivem Nitro abundare asserunt; contrarium tamen defendunt multi Medici, imprimis eruditus BORRICHUS: quod videbitis in BARTHOLINO C. 3. *Epist. 97. pag. 424.* ubi potius Oleum seu Sulphur sæcundans in Nive observat. Conferatur de Ortu & Progr. *Chym. pag. 4.* & BARTHOLINUS *Tr. de Nivis usu medico.* Unde Nix, quæ diutius Terræ inhæret, propter Sal urinosum, & adjunctum Oleum, tantoperè Agros sæcundat: sicuti à FABRO vocatur *Alimentum Terræ hybernum*, quo conserventur subterranea, in specie Vegetabilia; adeoque Hyemem, copiosam suggerentem Nivem, sequitur sæcundissimus Annus. Unde etiam Aqua Nivea sudorifera ab AUTORE dicitur, sicut destillata Nivis Aqua, ad ʒj. assumpra, vi laxativâ ac diureticâ pollet; & SMETIUS in *Misc.* commendat usum Aquæ Nivis in Febribus Ardentibus, apparente concoctione.

V. Nix: Coquatur tamdiu, donec sæpiùs repetitâ affusione Materia alba instar Picis in fundum secedat, ex qua destillatur Oleum pingue.

Quod valet de Nive, valet verè etiam de Glacie, in qua est Sal, quod imprimis cum Frigore solet coagulare Aquam. DUX MANTUANUS superioribus annis dicitur habuisse Pulverem quendam secretum, quo Pulvere Aquas subito, etiam in mediâ æstate, in Glaciem commutare potuit.

VII. ROS.

Ros mirabile Ens est, de quo in genere notum, quòd reliquis omnibus subtilior sit & penetrantior. Rationem hujus subministrat AUTOR noster, quoniam constet ex Liquore volatili salino acris penetrante. Mensè imprimis Majo, aut Junii principio, collectus fertilissimus asseritur, cujus Anatomiam optime suggerit LUDOVICI *Pharm. p. 118.* dum ex Rore ac Pluvia, ordinariâ destillandi ratione, ab AUTORE nostro etiam insinuatâ, Partem spirituosam elicit; ex digestis verò, aut in Doliolis quasi putrefactis, Spiritum striatum sulphureo odore acquisivit: residuum Magna tempore vernali sponte fermentare cœpit, & ejus Substantia sulphurea Lunam pertinaci aureâ tincturâ imprægnat; de quo conf. M. A. N. C. Ann. 3. p. 452. ac tandem Sal cubicum subamaricans penetrans, adeoque de naturâ Salis communis nonnihl nitrosi, suggestit, quod RHUMELIUS

PRÆPARATA EX AQUIS.

Aqua Fontana plerumque crudæ in usum accersuntur, *Me-teorica* autem plerumque destillatæ. Præter has sunt qui & *Essentiam* seu *Spiritum alcalisatum* inde parant, idque medi-ante *Destillatione* & *Salificatione*.

1. Destillatio.

R. *Aqua Pluvial.* vel *Nivæa* bonam quantitatem, destilla ex Cucurbitâ vitreâ leni MB. calore, ut solummodo pars spiri-tuosa colligatur, hinc subsiste. Alii, ut eò feliciter pars spi-rituosior à reliquâ sequestretur, præmittere solent Digestio-nem, seu Putrefactionem (per mensem 1. aut 2.) in Vase Hermetice clauso: qua fit ut non modò Fæces subsideant, sed & Liquor quodammodo ad sequestrationem disponatur.

Hinc paratur

Spiritus alcalisatus, seu Essentia.

R. *Spiritus* jam elaboratum, adde *Sal comm.* circula simul, Vase Hermetice clauso, per mensem, destilla.

2. Salificatio.

R. *Aquæ* quantitatem maximam (Mensur. 20. 30.) ex-hales aliquantulum (si opus sit, interpositâ Filtratione,) hinc reponatur, evaporetque ad siccitatem; sic nancisceris Fæces falsedine imprægnatas. Elixivia crebris Solutionibus, habebis *Sal purum*.

N. 1. Sunt qui Fæces calcinant, sed metuo ne quid pereat. Continet enim & *Sal volatile*.

N. 2. Sunt & qui *Sal volatile* ex *Spiritu* sibi spondent, sed successu mihi irrito.

MELIUS in *Antidotar. Chym. pag. 145.* contra Epilepsiam ceu singulare commendat. In *Rore* sanè *Sal volatile nitrosum* latere asserit MAZETTA & DIGBY *Tr. de Vegetat. Plan-tar.* Unde etiam mirabilis ejus omnia Vegetabilia sæcun-dandi vis; sicut Stercora in Agros projecta operantur rati-one Nitri, exinde producti; cujus intuitu vires habet A-gros sæcundandi. Curiosam Roris Observationem submi-nistrant *Acta Societ. Reg. Vol. 1. pag. 26.* dum in *Rore*, non-nisi in Vase ligneo putrescibili, *Fungum* natum, *Culices* genitos, *Millepedes* copiosos pronatos, *Muscas* productas, & tandem *Sal volatile nitrosum* ex *Rore* paratum, observâ-runt.

In *Rore* ergò hoc, ejusque *Sale* volatili nitroso, *Men-struum* latet admodum conveniens pro corrigendis *Vegetabi-libus*, & extrahendis eorum *Essentis*. Hinc est, quòd in *Mel-le* lateat singulare *Menstruum* scilicet, quòd ex Floribus & *Rore* est extractum; quinimò etiam pro *Auro solvendo* singu-lare *Menstruum* in *Rore* esse docet BORELLUS *Clas. 1. Ob-serv. 6.* Hinc & ex *Rore*, exque *Mannâ*, *Menstruum* singu-lare, *Cæleste* dictum, vel *Mannæ Mercurius* appellatum, pro *radicali Auri solutione*, ejusque in *Essentiam potabilem* re-ductione, parare nituntur; ex isto nempe, qui Lunâ cre-scente, tempore sereno, ante Solis ortum, verno tempore, adeoq; balsamicis Mensibus per Linteum, imprimis su-per Triticum, collectus est, qui præ aliis præfertur ad u-sum medicum. Linteum illo imprægnatum exprimitur in Alembicum, & denuò expanditur.

Ros Majalis solet solvere Alvim, ratione *Salis* volatilis nitrosi stimulantis; hinc est *commune Rusticorum Purgans*: venenatorum etiam Animalium vim hebetat. Præter vires, quas habet in genere *Ros Majalis*, etiam destillatus dat *Spi-ritum*, qui tamen potius est Phlegma salinum, quod est e-gregium *Menstruum* pro extrahendis *Essentis Vegetabilium*, & præfertur nonnunquam *Spiritu Vini*, cujus caliditas & in-flammabile Sulphur multas est suspectam; cum *Spiritus Ro-ris Majalis* ratione *Salis* nitrosi egregie penetret & extra-hat; unde etiam vires Herbarum solet secum auferre. Nam qui in Plantis Ophthalmicis, *Euphrasiâ* & *Feniculo*, repe-ritur & colligitur, egregius habetur Ophthalmicus: *Rosæ* collectæ, dum imprægnatæ sunt *Rore Majali*, habent ele-gantiorum vim purgantem, quàm siccæ, propter *Sal* stimu-lans Roris Majalis.

Processus, quem habet AUTOR de *Rore*, multum ha-bet in recessu. Certè multa Secreta possunt exinde parari.

Ex hæcenus dictis patet equidem, *Sal volatile* plùs minùs nitrosum hæc Meteora obtinere: sed *Universale* hoc esse, seu *Spiritum Mundi* appellatum, *radicale Auri* aliorumque Corporum *Solvens*, non statim sequitur; ut ut suas vires in Vegetabilia & Animalia eidem non denegemus. Conf. de his judicium MORHOFFII in *Epist. de Transmutat. Me-tallorum pag. 38. & 40.* unde etiam *Medicinam suam Univer-*

N. 3. *Terra* illa residua ex Evaporatione, si per retortam pellatur, *Oileum* quoque supernatans exhibet, sed parum.

(*Spiritus Salis Aquæ Fontanae Spiritus Salis armoniaci affinis, & Aurum in Calcem vertere dicitur; quod intelligendum de Fontibus, quorum Aqua de Sale Armoniaco participat.*)

Tartarum Philosophicum S. Closs.

Ros vel *Aqua pluvia* levi artificio reducitur in *Terram sub-albam*, si scilicet Matracium *Rore* semiplenum Hermetice fig-gillatum immergatur in *Aquam Thermalem* calentem, vel retrò Clibanum, aut in Hypocausti ergastulo digerantur longo temporis intervallo; sic enim de die in diem vi Ignis lenti at-que continui, generantur *Atomis* splendentes, quæ ad fundum Vasis agglomerantur, & à *coruleâ Aquâ* supernatante separari debent.

Spiritus Aquæ Pluvialis acidus & ardens

Job. Fabri.

Imbibe hanc *Terram* decimâ parte alterius *Aquæ Pluvialis*, digere dum spiffescat, idque septies reiteta, habebis *Mate-riam* pinguem & ad Syrupi consistentiam accedentem, è qua Igne Cinerum primò *Spiritum acidum*, deinde Igne Arenæ *Spiritum igneum* propelles. Utrumque rectifica & super *Caput mortuum* sive *Gummi* restans pluries cohoba, interceden-te semper Digestione: quod supererit calcina Igne Reverberii ad albedinem, & ex *Calce* hac *Sal Naturæ* extrahe. Jam *Liquores* illos *Sali fixo* reafunde, digere, congela in MB. tan-dem sublima in *Salem crystallinum*, quem in Matrascio H. S. Furnoque secreto in *Terram fixam* rubentemque figere non dubitabis.

Hanc pro *Panacæâ universali* habent plures Philosophi.

AQUÆ

salem ex *Rore* paravit DIENHEIM, non secus ac BE-CHERUS *Sal suum Cæleste* ex *Rore* & *Pluviâ* pro gravissi-mis curandis Morbis parat; conf. *Phys. subterr. Lib. 1. pag. 182. & 186.* Ipse HELMONTIUS per Ignem Philoso-phus, se in *Rore Salem* saccharinum, magnorum Mor-borum Remedium, observasse dicit. Nempe ex dictis *Aquis*, in specie ex *Rore Majali*, vel *Menstruum Universale*, vel ipsum etiam *Philosophorum Lapidem* parare multi voluerunt. Quia imprægnatæ sunt *Mercurio* seu *Sale Universali*, suo *Sulphure* tincto, hæc exaltata & fixata, & *Auro* confermentata, omne negotium absolvere dicunt.

Ratio hujus Hypotheseos est, quòd in *Aëre* reperiri a june *Sal Naturæ universalis*, seu *Mundi genuinum Spiritum*, *Avi-culam Hermetis*, *Mercurium Universalem*, verum scilicet *Natu-ræ Solvens*, simulque *Agens catholicum*, beneficio cujus cre-scant & vegetentur Vegetabilia, vivant per Respirationem Animalia, & multiplicentur Mineralia, esse *Universale A-gens*, qui actuet omnia rerum Semina. Hoc invisibile per se & à priori, nullo Corpore speciali vestitum, insensibiliter saltem cum *Meteoris* istis aqueis descendit, *Sal Terræ centra-le* constituit. Quòd si Corpore visibili se vestiat, hoc imprimis *Nitrum* est, quod plurimum de *Sale* nempe visibili & *Aëre* hoc universali participat. Nam sine *Aëre* nunquam *Nitrum* producitur aut regeneratur: Conferatur LANGELOT-TI *Præfat. super Experimenta Tilemanni*. In *Aëre* enim est occultum *Vitæ Nutrimentum*. *Sal* igitur hoc per se non de-scendit, sed in *Vehiculo*. Vehiculum autem, quo se vestit, dicitur *Nitrum*. *Nitrum* hoc reverà scætet *Sale* isto *aëreo*, modò legitime ab *Acido* elementari possit separari. Nun-quam ex Animalium Excrementis generabitur *Nitrum*, nisi quasi ex *Aëre* Fermentum suscipiat. Sic si *Terra Nitri* ex-hausta *Aëri* exponatur, iterum generatur perfectum *Ni-trum*: sic si & *Caput mortuum Vitrioli* exponatur *Aëri*, in novum *Vitriolum* regeneratur; non tamen perfectum *Vi-triolum*, sed magis nitrosum. In *Aëre* *Sal Universale* est agens & dissolvens, generaliter ex *Aëtris*, specialissimè ex *Sole*: videatur TACHENIUS in *Hipp. Chymico*. Pro ca-piendo *Sale* hoc *aëreo* totus Philosophorum labor est occu-patus. Magnetes seu *Claves primarii* sunt *Nitrum fixum* vel *Ros Majalis* concentratus, vel *Nix* concentrata. Tempore vernali si destillentur *Terræ* pingues argillosæ, sub Destil-latione varia repræsentant Schemata Fluminum, Herba-rum, Plantarum, Animalium, &c. quæ Schemata oriuntur ex *Sale aëreo*: videatur BORRICHIIUS in *Dissertatio-ne de Progressu Chymicæ*, & BARTHOLINUS C. 2. *Epist. 42. pag. 531.* Medium, quo *Sal aëreum* parare volunt, est *Nitrum*: videatur BORELLUS *Cent. 1. Obs. 6.* Conf. etiam TACKIUS in *Chrysoq. anim. atque miner. pag. 56.*

De hoc *Sale* Universali intelligendum esse monent *Tabu-lam Hermetis Smaragdinam*, quatenus hoc sit illud *superius*, quod à *Sole* & *Lunâ*, tempore præsertim verno, ad infe-riora

AQUÆ MINERALES.

Sub Aquis Mineralibus comprehendimus Acidulas & Ther-

mas, quæ nihil aliud sunt, quàm Aquæ Mineralibus Essentiis in Terræ abyssis imprægnatæ.

Duo ergo & his insunt, Mineralis scilicet Substantia, ceu pars

riora Naturæ demissum, ibidem in particularibus Corporibus constituat inferius; intermedium Aërem præsertim imprægnat, unde Ventos illum in Utero gestare, Solem Patrem, Lunam Matrem esse, dicta Tabula asserit. Uno nomine: Spiritum huiusmodi Universalem ex Astris, præsertim Sole & Lunâ, ad nos radiare, qui ceu Influxus undique in rerum Seminibus exceptus Influxum constituat: quibus satisfactibus hic ipse denuò in antiquum redeat Chaos.

DE AQUIS MEDICATIS IN GENERE.

Præter Aquas Culinæ, ex Terrâ tamen scaturientes, dantur etiam AQUÆ MEDICATÆ, quales sunt variæ Minerale, Fontes soterii, speciatim ACIDULÆ & THERMÆ: de quibus paulo post in specie. Medicatarum harum Aquarum energia, seu vis medicamentosa, dependet speciatim à Contentis Mineralibus ac metallicis Effluviis. Ante omnia ergo considerandum venit? quâ ratione Contenta possint probari. Probanda venit autem tam

1. Contentorum Quantitas, quàm

2. Contentorum Qualitas.

1. Quantitatem addiscimus partim mediante Instrumento, dicto Germ. die Wasser spindel, id est Fusus Aquæ, partim mediante Ponderatione. Illud quidem, quod magis mergitur, eò tenuiorem ac paucioribus Contentis saturatam innuit Aquam; quod verò magis eminet, eò copiosiora Contenta Aquæ inesse ostendit. Ponderationis medio cognoscitur, si Vas, cui certum Pondus Aquæ communis infusum sit, postmodum Aquæ Medicatæ infusione ponderetur; quod gravior enim ista est, eò copiosiora Contenta in recessu habet, seu fovet.

II. Qualitatem seu Substantiam Contentorum in Aquis Medicatis cognoscere possumus, vel in genere, nempe Odore, Sapore, Effectu & similibus: ubi obiter notandum, plures Aquas medicatas sulphureum exspirare Odorem, non quod semper de Sulphure participant, sed quod Spiritus Mineralium acidi, dum agunt in Subjecta metallica, solvendo & rodendo, Odorem sulphureum spirare solent: v. g. Aqua Fortis, dum rodit Lunam; Spiritus Salis, dum solvit Martem, &c. sulphureum Odorem exhalant.

In specie verò cognoscimus Contenta tribus modis:

1. Evaporando seu destillando, & consequenter Contenta coagulando; sic enim Remanentia Sapor, Color, Figura, &c. ipsa Contenta manifestabunt. Nam sic Salia, in specie blandâ Evaporatione coagulata, Speciales Figuras exhibent: Sal commune cubicam aut pyramidalem, cum basi quadratâ; Nitrum figuram oblongam striatam, cum crepitatione in Igne; Alumen figuram octoëdricam cum Sapore adstringente exhibebunt.
2. Præcipitando: idque variis modis, prout variant Subjecta præcipitanda in Aquâ Medicatâ soluta. Nempe mediante Decocto Gallarum soluta, fit Præcipitatio Aquæ Medicatæ, quæ nigrescit, si de Vitriolo participat. Mediante Oleo Tartari per deliquium etiam, dum Aqua Medicata vitriolica præcipitatur, Sedimentum viride obscure nigricans in fundum dimittit: vel si medicata Aqua sit aluminosa, cadit Pulvis albens, qui in Igne examinatus in copiosas Bullas attollitur. Mediante Aceto destillato, si de Sulphure participet; hoc enim sulphureas quasvis Solutiones in formas lacteas præcipitare solet, ut in Lasse Sulphuris notum. Mediante Solutione Lunæ in Aquâ Forti, si Aqua medicata de Sale communi participet; pars enim hujus Aquæ Solutioni dictæ instillata, eandem lacteam reddit, Lunamque præcipitat: id quod aliàs Sal commune præstat.
3. Terras vicinas in & circa Fontes, vel Scaturiginem examinando, quæ & qualia Metalla contineant? de quibus Mineralibus participant. Nam hæ ipsæ semper Ramenta sua Medicatis Fontibus communicare solent. Conferitur quoad huiusmodi Probationem Aquarum Medicatarum AUGUSTI HAUPTMANNI Scriptum de Fonte Hornbusiano.

Hiscæ modis addatur & Præcipitatio ista Aquarum mediante Coccinellâ. Si enim sumantur Aquæ Fontis puræ Ziii. quarum quælibet peculiariter imprægnata sit Vitriolo vel Nitro & Alumine, quælibet harum, injecto saltem unico Coccinellæ grano, diversam statim acquirunt faciem. Vitriolacæ ex nigro rubescentem, Nitrosæ rubicundior, Aluminosæ

incarnatum exhibebunt Colorem. Hoc ipsum cum Aquis fluentibus vel Fontanis tentatum quoque continget, unde faciliè Contenta judicabuntur.

Pro cognoscendis his Contentis Aquarum, nulli horum Modorum soli fidendum est, sed omnes simul adhibendi, quoniam facillimè tam evaporando ipsa Contenta inter se, quàm præcipitando ipsa Contenta cum Medio præcipitante, novam Texturam componunt: & ita vel nova Contenta mentiuntur, vel vera Contenta variè larvant. Imò omnes hæ Probæ non ad eò exactæ sunt, cum per variam Contentorum in Aquis Medicatis proportionem, cohesionem, Texturæ mutationem &c. plura huiusmodi Fontium Contenta minus exactè cognosci queant: Conf. BECHERUS Phys. subter. lib. 1. pag. 192.

Aquæ speciales Medicatæ sunt ACIDULÆ & THERMÆ.

A C I D U L Æ.

Quod ergo attinet ACIDULAS: constant hæ Vitriolo Martis, hoc est Minerâ Martiali à Spiritu acido Sulphuris embryonato, (h. e. Sulphuris, quod est adhuc in fieri, seu generari) arrosâ, & mediante Aquâ dissolutâ. Probatur hoc tam à priori, quàm postertori.

À priori per Experimentum ROCHAS, Scriptoris Gallici, Tr. Scrutinium Aquarum Mineralium c. 2. qui simul in Vol. 4. Theatri Chymici habetur. Nempe hic ita Acidulas perscrutatus est, fodiendo usque ad Scaturiginem Fontis acidi, reperit tandem, quod Aqua quædam simplex ac insipida, currendo per Terram mineralem, evaserit salsa, ac, ut ipse loquitur, Sale Hermetico imprægnata: hæc cursu suo tandem Venam Martis penetrans, eamque corrodendo & exforbendo, tandem Acidulas constituit: quod etiam egregiè confirmatum videmus ab HELMONTIO in Paradoxis de Fontibus Spadanis, ubi huic Sulphuri embryonato adscribit. Videatur item, qui HELMONTII vestigiis insisit, TACHENIUS in Hippoc. Chym.

À postertori probatur per Præcipitationem, dum Infuso aut Decocto Gallarum Acidula permixta Atramentum constituitur; quod confirmat, eas de Marte participare: item per Oebtram, quam hinc inde deponunt Acidulæ, quæ est Minerâ Martis in Substantiam croceam soluta; item per Saporem, qui est Acido-dulcis vitriolicus quasi: item per Effectus in Animalibus, dum Acidulæ potatæ Excrementa nigra dejici faciunt, non secus ac Solutiones Martis artificiales vitriolacæ efficere solent.

Quidam etiam probant per Destillationem & Evaporationem, sed fallax est:

1. Quia in Destillatione multum de volatili Substantiâ transit per Alembicum, aut evanescit, sicque aliam acquirunt naturam.
2. Remanentia mediante Igne alteratur, & nova constituit Concreta; adeoque Contenta sic confusa & colliquata aliam acquirunt Texturam, ob violentiam Ignis. Si tamen Acidula de Alumine quid continent, optimè Evaporatione cognosci potest; sic enim Corpus Aluminis in fundo octoëdricâ figurâ concrevit. Alia quoque Proba est, quando infunditur Aqua salsa, seu in qua Sal commune dissolutum; si enim aliquid Nitri in Acidulis continetur, turbantur, & quasi lactescunt.

Generantur ergo hoc modo Acidulæ per Acidum, sive Acidum illud Aquas per Cryptas & Meatus subterraneos transcolatione imprægnat ante Solutionem Mineræ; sive post Solutionem factam Aquæ præterfluentes Lixivium quasi Martiale vitriolicum exforbeant. Sunt enim Venæ seu Mineræ Martis non maturæ, sub Maturatione tamen constitutæ, in quibus semper reperitur Sulphur, quod pariter non dum est perfectum, sed adhuc in Rudimentis constitutum faciliè hinc eructat suum Spiritum acidum probabiliter Salis Universalis ex aère sobolem, & imprægnat Aquam. Quod autem una Aqua acidula alterâ sit magis acida; id fit, quando, vel major vel minor copia Vitrioli Martialis ipsi inest, à quo Saporem habet subausterum & acido-dulcem.

Hæc sunt essentialia Ingredientia Acidularum: verùm cum Vitriola rarè reperiantur pura, quin ut plurimum Venere permixta sint, quidam disputant: annon & Acidulæ simul de Venere Vitriolo participant? Impossibilitatem duabus rationibus evincere conantur.

1. Quod Mars & Venus sint incompatibilia. Dum enim sol-

pars potior, & *Pblegmaticus Liquor*, seu *Aqua*, Substantiæ illi Minerali Vehiculum præbens.

Mineralis illa Essentia nihil esse videtur aliud, quam Spiritus Mundi in Terræ gremio conceptus, inibi pro varietate Matricis

vitur Vitriolum Veneris in Aquâ, Solutio oritur perspicua; cui indita Limatura Martis, Venerem omnem præcipitat seu separat, ut instar Crustæ supernatet: quia nimirum Acidum sulphureum libentius aggreditur Martem, quàm Venerem: hinc ex Solutionibus Veneris per Bacillos Martis, omne Acidum elici potest. Sic ergo si conjuncta reperiantur Mars & Venus, hanc per Præcipationem mox cadere putant.

2. Quod omnis Solutio, ubi tantillum Veneris adest, Vomitur excitet; Acidulæ verò nunquam vim emeticam exerant, nisi excessivè in dosi majori assumantur.

Sed Rationes hæ Experimentiæ non contrariantur: Vitriolum enim mixtæ naturæ mediante Aquâ Solutionem pariter dat perspicuam, ex qua Venus sine Limaturæ Martis injectione non separatur: sicut & Acidulas per accidens interdum de Venere participare, & Vomitorias observari ROCHAS loco citato testatur. De Alumine etiam interdum participant, cum Vitriolum & Alumen sæpius ex eadem Minerâ generentur. Item de Nitro plùs minùs, qua ratione Acidulæ Egranæ etiam Nitrum, continent: videatur LANGIUS *Diff. de usu Acidularum Egranarum*.

Ex his patet, quis sit Usus Acidularum? Nempe ratione subtilis acidi Sulphuris volatilis embryonati, sunt incisivæ, blandè absterisivæ, & resolutivæ, primarum Viarum & Massæ Sanguineæ mundificativæ, quarumvis sordium remotione, singulariter diureticæ, & viarum urinariorum purificativæ; Ratione Martis corrossi autem Salia vitiosa, imprimis acida austera, aut alio modo Corpori nociva, errato Digestionis primæ genita, primas vias & hinc Massam Sanguineam occupantia, absorbent, & per Alvum evacuant. Nempe bibitæ hæ Aquæ, ab Alkali in toto Corpore præsentè, mox præcipitantur, hinc pergunt per primas vias, referant & eluunt quosvis Meatus, & instar Aquæ limpidæ copioso Urinæ fluxu, & quidem eadem, quâ haustæ sunt, copiâ, sine Stranguriâ denuò excernuntur. Mars verò cum præcipitatur, imbibit vitiosa ista tartarea Acida, & quæcunque Salia vitiosa, eaque secum sub formâ Stercorum nigrorum per inferiora abripit, quod Signum est Acidularum ritè operationis. Id quod similiter fieri solet post usum Medicamentorum Martialium; sive sit Crocus Acido non saturatus, sive Tinctura, sive aliud quoddam ex Marte paratum Remedium.

Convenient ergo Acidulæ in quibusvis Chronicis Malis vitio Digestionis primæ in Ventriculo, aut hujus perfectio nis in Intestinis, à vitioso Sapore acido, radicato in Subiecto viscido, ortis; adeoque in Affectibus Hypochondriacis quibusvis, Scorbuticis, Splenicis, Ictericis, & Icteri dispositione, (unde crebriorem recidivam optimè curant Acidulæ) Affectibus Nephriticis, eluendo vias urinarias, & Fermentum Renum vitiosum, Lotii putrefactivum, cujus occasione generatur Calculi, abstergendo & removendo, Febribus Intermittentibus chronicis, speciatim Quartanis affectis, conducunt.

Dubium autem est: An convenient Hydropicis? Scrupulum movet PLATERUS in suis *Obs. pag. 572.* cum Aquæ acidæ augeant Morbum & in Hydrope mortuus Ventre aperto Aqua acida Sero commista deprehensa fuit. Contrarium tamen Experimentiâ ostendit LANGIUS *Diff. de usu Acidul. Egranarum Thes. 10. §. 29.* item M. A. N. C. *Ann. 2. pag. 319.* Sanè cum potenter sint diureticæ Acidulæ, nec melior sit modus curandi Hydricos, quàm per copiosum Urinæ fluxum, patet, Acidulas non esse nocivas Hydricis. Observetur tamen, ne bibantur Malo nimis jam confirmato, & in quo viscera interna jam ad corruptionem tendunt. Deinde convenient maximè in illo Hydrope, qui ex Febribus Intermittentibus chronicis, præsertim Quartanis, Ictero, vitii Mensium & simili occasione genitus est.

Controvertitur: An Epilepticis conducant? Distinguitur in Epilepsiam per essentiâ, & per consensum Viscerum, præsertim Abdominis, Splenis, Mesenterii, Uteri, ut in Affectibus gravioribus hysteriis. In talibus enim optimè conducunt Acidulæ; item si ex Terrore similive graviore Animi Pathemate sit genita.

Quæritur etiam: an convenient in Arthritide? Distinguendum in Arthritide adventitiâ, pro Fomite ejus ex primis viis eliciendo, optimè conferunt, utut Articulis affectis minus ferant levaminis, quod Theriacis saltem concessum. An in Paralyti convenient? Distinguendum est hic. In Paralyti ex Colicâ, Paralyti scorbuticâ, &c. convenient; in

aliis paralyticis Affectibus, ex Cerebro vel nervoso Genere primariò affecto, minùs videntur conferre. Quid de Lue Venereâ? Non arbitror, quòd hic aliquid profint, præsertim cum nullo Experimento hæctenus sit confirmatum. SYDENHAM *pag. 395.* dissuadet Aquarum Mineralium potum in Gonorrhœâ virulentâ, quippe per quem omnia in pejus ruant; si tamen Lue Venereâ affecti corripuntur Morbo, qui requirit Acidulas pro sui medelâ, sine scrupulo isdem possunt uti.

Sed totum negotium distinctione est expediendum: Aut enim benè transeunt Acidulæ, tam per Urinam, quàm per Alvum, & tunc bibantur audacter, cum certâ spe salutis; aut subsistunt plùs minùs intra Corpus, & stagnando augent Morbum, eumque periculosiorem reddunt, & tunc maturè desistendum est.

Nocent autem Acidulæ Phthificis, etiam iis, qui jam ad hanc declinant, adeoque debili Pulmone, & crebrioribus Catarrhis obnoxio præditis. Contrarium quidem defendere satagit HOECHSTEDTERUS *Dec. 3. Cas. 10. Schol.* Non tamen satisfacit. Non enim ferunt tales acidum Gas, quod Acidulæ spirant, quin corrugentur partim, partim perfectè erodantur Pulmones, adeò ut noverim Exempla Juvenum literatorum, aliquantisper ad Phthisin dispositorum, qui haustu Acidularum perfecti Phthifici redditi, Hydropici redierunt, item qui Constitutionis magis macilentæ sunt, idque ex Constitutione plùs minùs hecticâ, iis minùs conveniunt Acidulæ; qui verò ex Acido austero maciores existunt, ut sunt Scorbutici, Hypochondriaci, Splenetici &c. talibus optimè conducunt Acidulæ: cum post eorum usum habitiores reddantur. An Lactantes bibere debeant, affirmat HORSTIUS *Traç. de Acidulis Svoalbacensibus pag. 10. & 11.*

Quoad utendi modum, observandum venit Tempus bibendi, Quantitas, ac reliquæ Cautela.

Tempus optimum est verum & æstivum, Mensis præsertim Aprilis, Majus, & Junius. Autumnali enim & hyberno tempore turbidæ, minùs efficaces, ac minùs salubres observantur.

Quantitatem docet natura Affectus plùs minùs confirmati, Constitutio Ægri plùs minùs robusta, Euphoria major vel minor. Bibendi modus est, ut ascendatur gradatim, & fiat progressus à parvâ Dosi ad mediam, tandem ad maximam. Naturæ enim omne Nimium inimicum est, & omnis subitanea Mutatio Corpori noxia est: persistatur in summâ Dosi aliquandiu, ad decem vel quindecim dies scilicet, ac post denuò gradatim descendatur. Nam ii, qui mox in principio in maximâ Dosi incipiunt, in eâ longè persistunt, & in eadem desinunt, id non fit sine gravi noxiâ; v. g. die primo bibantur Vitra tria, secundo die quinque, tertiâ Vitra septem, quarto Vitra novem, quinto Vitra undecim, usque ad summam Dosi, & usque eò, donec Stomachus nihil ampliùs capere possit, & Nauseam percipiat, & per unam alteramve Septimanam, diutiùs si saltem semel, minùs diu, si bis in die bibatur, continuetur: tandem isdem gradibus denuò descendatur, minuendo scilicet omni die Vitra duo: ita ut si summa Dosis fuerint Vitra 13. altero die sumantur 11. hinc 9. & sic usque ad minimam. Bibunt quidam semel in die, mane saltem; quidam etiam bis, mane & à meridie: & quidam bis bibunt eandem dosin utroque tempore; quidam verò dimidiatam saltem à meridie Dosi Porùs antemeridiani assumunt.

Cautela in usu harum observandæ, sunt sequentes.

1. Non bibantur Acidulæ nisi probè præmissa sint Univerfalia, universum Corpus, præsertim primas vias mundificantia, ut his impedimentis remotis, eò feliciùs & meliùs possint exerere suas virtutes Acidulæ. Quandoque in consuetis præmittitur Venæsectio parca.

2. Viscera ejus, qui bibere vult, sint integra & robusta, præsertim Ventriculus, & Pulmones; quia omnibus, qui ad Phthisin pulmonalem inclinant, Acidulæ insensissimus hostis sunt, propter Vitriolum, quod Pulmonibus est inimicum.

3. Emundioria Corporis semper sint aperta & fluida, & ad minimum bis in die, ne Mars præcipitetur in primis viis: hinc Alvus obstructa nunc Pilulis usualibus Aloëticis, nunc Clysmatibus irritetur; Accidit enim interdum, ut Pedes quibusdam intumescant, nisi Alvum servant apertam beneficio Clysmatis. Urina etiam copiosè fluat, tantum saltem ejus excernatur, quantum Acidularum bibitur: quod qui-

tricus vel Locorum, in hanc vel illam Naturam mineralem, prout illa à Naturâ naturante naturata fuerit, transplantatus,

adeoque Liquori ceu Vehiculo commixtus.

Estque Substantia hæc Mineralis varii generis, Metallina, Sali-

quidem rarò fit primis octo diebus, quæ sub his ferè per Alvum laxare soleant, sed post aliquot dierum usum copiosior Diuresis supervenire solet.

Ut itaque melius respondeat Alvus, interdum tertiâ vel quartâ quâlibet die, *Pilulæ*, aut *Infusum* quoddam *Sennatum* bibatur, idque vel unâ alterâve horâ ante Acidularum haustum; promovetur enim sic mirabiliter operatio Acidularum & transitus: vel potius à meridie bihorium ante Cœnam melius Alvum aperient; sic sequenti mane Acidulæ melius Alvum aperient; vel assumpto tali Laxativo matutinus Potus intermittatur, & pomeridianus sumatur. Nam si Purgatio intermittatur, plerumq; plus mali quàm commodi sentitur. *Clysmata* etiam commode usurpantur, tam mane ante Potum, quàm vesperi post Potum. Ut Urinæ maneat uterque, interdum *Tinctura Tartari acridi*, *Tinctura Nephritica*, *Spiritus Carminativus*, vel aliud simile Remedium, in usum vocetur.

4. Blandâ *Deambulatione*, aut *leni Corporis Motu*, promoveatur promptior Acidularum operatio; quoniam sic facilius descendunt per Alvum (quod primis diebus difficulter fit), ac Motu aperiuntur Corporis pori, copiosiorque promovetur Diaphoresis. Sudor tamen in Acidularum usu non æquè est conveniens.

5. *Dieta sit moderata* potius quàm nimia, ne Alimentorum onere impediatur Acidularum operatio; in iis, qui bis bibunt quotidie, Prandium parcius, liberalior Cœna, concubator: nec unquam absque notabilibus Appetitûs stimulis à Mensâ secedatur.

6. Non bibantur Acidulæ, nisi *vacuo exactè Stomacho*, aliàs vel frustra, vel non absque insignioribus turbis, bibi poterunt.

7. *Plura qui cupit de genuino Acidularum bibendi Modo*, videat D. LANGIUM in *Dissertatione hujus argumenti*, quæ est satis copiosa, & satis eleganter conscripta.

8. Post absolutam Acidularum potum, *Laxativa abstergentia* blandè purgantia non omittantur, ut residuæ Acidularum Martiæ Particulæ, quæ subinde relinuntur in Corpore delitescunt, horum ope penitus eliminantur.

9. Post Acidulas haustas optimo consilio ingrediuntur *Thermas*, partim ut Viscera Abdominis horum medio ad pedimentis externarum Partium Mala à Thermis melius removeantur.

Plura qui cupit de genuino Acidularum bibendi Modo, videat D. LANGIUM in *Dissertatione hujus argumenti*, quæ est satis copiosa, & satis eleganter conscripta.

Dubium est, An etiam Acidula extra Locum naturalem aliorum transibit, & cum fructu usurpare quis? vel an necesse sit, ut in loco Scaturiginis bauriantur? *Distinctione* res potest decidi: Nempe Acidulæ quædam sunt Acido esurino ditiores; aliæ contrâ magis imprægnatæ sunt Minerâ Martiali. Jam Tom. IV.

notum est, quòd Acidulæ in Lagenis aliquamdiù reservatæ deponant Substantiam terreo-flavam; uno nomine, *Ocbram Martialem*, quæ nil aliud est, quàm Minerâ Martialis, ab Acido erosa; quæ ubi penitus imbiberit Acidum solvens, hoc secum coagulat, & ita tandem Acidum in Minerâ coagulatum ad fundum præcipitatur, supernatante Phlegmate inutili parùm acidulo, tantillum Sulphuris spirante: istæ ergò Aquæ, quæ pauperiores sunt Acido isto esurino, & respèctivè, quæ Martiales, in Loco natali esse debent, quia aliàs Acidum à Minerâ absorptum fundum petit, & Aquam vi medicatâ maximam partem orbatam relinquit. Nec est quòd objici possit, Acidulas tales in Vase clauso asservatas adhuc Spiritu turgere, ita ut si paulùm relaxetur Operculum, hic cum impetu erumpat: nam hi non sunt semper Spiritus minerales in Aquâ præsentem; quia notum est, quòd omne Acidum solvens quandam Mineram Metallicam sub Rosione & Solutione, Gas ejus elasticum seu flatuosum emittat, quod spatii defectu, subinde Vasa disjiciat in Acidulis. Ergò dum urget adhuc actio Aciduli rodentis in Mineram, etiam simile Gas excitatum similem effectum producit. Quòd si verò ditiores sint Acido Acidulæ, & quidem diutiùs operationem in Mineram exerceat, nec tam citò cum hoc coagulatum fundum in formâ Ochreæ petat, tales Acidulæ aliorum possunt transire; non tamen nimis diù asserventur, quoniam aliàs non levem etiam virium acturam patiuntur.

Cùm itaque Acidulæ fiant ex Rosione Salsis quasi Universalis in Venam metallicam, dubium oriri posset: *Cum non incalescant quandoque Acidulæ, cum actio talis vix sine Effervescentiæ motu & exsuffatione fieri posse videatur?* Sed respondetur: dilutum est Acidum Aquâ, & ipsa Vena metallica per se blandiore Rosionis actu Acidularum sit generatio. Observavit etiam Acidulas calentes in Carinthiâ P. RACELIUS in *Chronico Carinthiæ*.

Facit huc etiam Fons iste mirabilis Paderborniæ descriptus in *Ephemeridibus. Erud. Ann. 1666. die 22. Martii pag. 254. & 255.* ubi ex uno fonte tres distincti Rivi exeunt, quorum primum Aquam tepidam & ebullientem vehit, ac de Salibus & Mineralibus participare dicitur: alter vehit Aquam frigidam, turbidam & albicantem: tertius, ex utriusque apparenter compositus, Calidus est.

Debiliores aut Metallo pauperiores subinde tum observantur Acidulæ, Artificialibus propterea Acidulis fortificandæ. Varia harum Acidularum Artificialium est compositio, quæ tamen facilis est, modò Naturæ ductum sequamur; nam quod quidam Spiritum ex Antimonio, Nitro & Sulphure, seu *Clystum Mineralem acidum*, pro Acidulis Artificialibus substituunt, nihil est; cùm Martis Mineræ deficiat.

Optimè ergò Acidulas Naturales imitatur, & consequenter Artificiales constituit *Liquor Martis Solaris* dictus, ex Minerâ Martis sulphureâ paratus, seu, ut vulgò dicunt, ex *Marcassitâ ferreâ*, de qua infra, ubi de Mineris. (G)

R r r

THER-

(G) Acidularum Aquarum, quemadmodum & Thermalium naturam adhuc in obscuro latere facillè fatebitur, quæ illarum infinitam varietatem, infinitasque Aduorum de illis sententias attentè notaveris. Cuiusque enim diligentissimo Scrutinio, atque Analyti subjicere, quod in ipsis peculiare & arcanum est, nunquam produnt. Inveniuntur sanè, vel partius creduntur, in illis particula metallica & minerales, ad Ferri, Vitrioli, Aeris, Aluminis, Nitri, Sulphuris, Sulfuriumque naturam accedentes; verùm illas ipsissimas esse horum Metallorum vel Mineralium particulas, nemo ingenuè fatebitur: non solùm enim si dicorur Fossilius esse aquam piscueris, Acidulam vel Thermalem Aquam non assequeris; verùm etiam (quod mihi videri debet) si easdem minerales particulas, ex Aquâ qucumque Medicatâ nascentes operelicitas, simul iterum cum eadem Aquâ commiscueris, aliud prorsus Mistum, à priori diversum efficitur. Restat ergò ut de Acidularum & Thermalium Aquarum naturâ, ab effectibus tantùm, quoad fieri potest, philosophemur: & eo tantùm contenti simus, si illas Sulfureas, Salsas, Aluminosas, Nitrosas, vel aliter, à prædominante in ipsis sapore, odore, atque notabiliore proprietate, appellemus.

Verùm quis Acidularum & Thermalium Aquarum per universum Orbem erumpentes Fontes recensere ausit? Nulla ferè est Regio, quæ aliquâ Medicatam Aquarum Scaturigine non gaudeat. Nostrum sanè Neapolitanum & Puteolanum litus, atque adjacentes Insulæ, Orbi universo, hæc Naturæ ad pertinacissimos propellendos Morbos thesaurus, non habet quare invidet. De hoc negotio integri, nec pauci conscripti sunt Libri.

Inter Acidulas tamen nostras usas præ omnibus, vel ipsis totâ Europâ celeberrimis Spadanis Aquis præferendas, hæc nominabo, Lucullianæ nempe, ad Maris litus Castrum Lucullianum (Castello dell' Ovo) spectans, sub Ecbiæ (Pizzo Falcone) Promontorio erumpentes. Hæc Aqua non tam à sapore, quàm à ferreâ roborante, & Fontis purietibus adherente, Ferratæ nomen vulgè obtinuit. Hæc reliquarum Acidularum more, jejuna Stomacho, per plures dies copiosè epota, Ventrem solvens, atque Urinam cians (quæ sunt potissima illius usum innoxie prosequendi argumenta) Ventriculum roborat, Appetitum excitat, antiquas Obstructiones reserat, duros Abdominis Tumores emolli, Nephritidem radicibus exterminat, Hydricos levat, atque alios innumeros saluberrimos in Corpore effectus producit. Horum omnium locupletissimos testes habemus innumerosum languentium turbam, qui æstivo tempore ad illas epotandas, hauri præconceptâ spe frustrati, consertissimi advolant. De Lucullianarum harum Aquarum naturâ & virtibus Tractatum præscripti Bartholomæus Maranti Medicus Venetus. Nos si otium erit, fortassè aliqua de eodem argumento, Deo dante, edituri sumus. Pro materiæ affinitate subnectemus hæc

CON-

Salina, Bituminosa, Terrestris, &c. tum ratione Volatilitatis, Fixior, Volatilior, &c.

Vires: Vires Aquarum Mineralium, pro diversitate commixtionum

C O N S I L I U M D E A Q U I S S P A D A N I S

Ab Excellentissimo Principe potandis, adversus Taurinensium quorundam Professorum sententiam.
Neapoli 25. Augusti 1718.

Tametsi Historiam Morbi, quo Excellentissimus Dñs aliquot ab hinc annis conficiatur, ex Apulia Taurinum pro Consilio missam, Neapoli degens non perlegerim; quum tamen illius omnino ignarus non sim, quippe qui semel atque iterum de eo negotio scripserim; haud mihi vitio verti poterit, si de eruditissimo Consilio à duobus Cl. Taurinensibus Medicis conscripto, atque ab Excellentissimo Dño ad me transmissio, illius jussibus obtemperaturus, meam sententiam in medium proferam: praesertim quum in eo Aquarum Spadanarum à me praescriptum potum propterea improbatum d. prebenderim.

Mitto hinc ea perpendere, quae pro Scorbutica affectionis Curatione proponuntur: Mitto quae de Ani & Haemorrhoidum vitio seriò adnotantur, atque ut quidquid hoc sit negotii accuratae Chirurgorum observationi sit committendum; satis enim superque haec à nobis alibi & proposita & adnotata sunt. Illud tantum, quod ad Acidularum usum facit, hic ad trutinam revocabimus. Quum mense Julio praeterito ad profigendam Scorbuticam Nobilis Laborantis affectionem meum expeteretur Consilium, inter alia indicata & commendata Medicamenta, illud summis laudibus extuli, quod à Cl. Medico, cui ejusdem Principis salus concredita est, proponebatur, Potationem nempe Acidularum S. Mauritii, vel Spadanarum. Primas sanè famigeratissimas Spadanis Aquis detuli: id nempe ratus, quòd illarum usu, non solum liquorum omnium muriatica salsedo dilui atque retundi, verum etiam particularum mineralium, quibus illae scatent, ope, partium quoque solidarum consolidatio & tonus restitui potuisset.

Neque id casu, & prout tunc in buccam venit, dictum putaverim, quum sciam, Acidulas non solum propria Aquis omnibus fluiditate, Humorum, quibuscumque commiscetur, Salia muriatica scorbutica dissolvere, ac acriora Fermenta diluere valere; sed & particulis Ferri, quibus imprimis pollent, ad Viscerum atoniam emendandam, interna & externa Ulcera abstergenda, ac Corrosiones quascumque scorbuticas consolidandas, aptissimas esse. His igitur argumentis permotus, quum eum esse Excellentissimi Laborantis statum agnoverim, quem modò descripsi, absque ulla prorsus bastantia, nullum opportunius excogitari posse Medicamentum, quam Acidularum Aquarum Potationem seriò pronunciaui.

At in Taurinensium Medicorum Consilio, postquam pro fluidorum & solidarum vitio emendando, Diluentia utramque facere paginam, dictum; veluti ex insperato Thermalium Aquarum Potum proscriptum legitur: quòd nempe quae in Valle Helvetiorum sunt, longævum (longinquum) iter non ferant, adeoque nullius momenti habendae; Spadanæ verò utpote nitrosæ satis, siccumque habitum post se relinquentes, in strigoso hic & gracili magis tugienda omnino. Harum igitur loco Nocerianæ nullà interposità morà ebibenda proponuntur.

Fateor quidem S. Mauritii Thermales Aquas longo itinere effectas reddi; sed quanam erunt, quae longius transvoluta evaporationem non patiuntur? ut sint qui putent, nonnisi in ipsis Fontibus illas bibendas esse, ac omni spe frustrari qui translaticitis utuntur. Quòd si transvoluta omnino sint, nescio an efficaciores censenda sint, per omnem Europam efficacissima reputatae Spadanæ, quae ex Leodiensi usque distione, quam San-Mauritiana quae ex Helveticis vallibus in Regnum Neapolitanum traducuntur, praesertim si accuratiori industria & curiosius afferantur.

Spadanæ verò Acidulae duplici nomine à Taurinensibus Medicis Nobili Egrotanti noxiae existimantur, quòd scilicet Nitrosæ sint, & quòd Siccum post se relinquant habitum. Primum argumentum haud eà ratione diluam, ut scilicet negem (negare sanè possem), Thermales Aquas de Nitro participare posse; Nitrum enim in terræ tantum superficie, Aeri nitroso contiguà, reperitur; nequaquam in cavernis & profundis hypogeis, unde Acidularum scaturigo. Confirmare id possem exemplo innumerabilium Aquarum Thermalium, quae vel prorsus, vel ferè Nitro carent: ut Aquae de Palsy prope Parisos, ex recensione Dñi du Clos, du Hamel, Lemery; Aquae de Balaruc ex Dño Regis: Sancti Amandi prope Tornacum, ex Dño Boulduc: Aquisgranenses ex Dño Burlèt & du Hamel: Borbonenses, & de Plombiers, ex Dn. Geoffroy & Burlèt: Aquae de Vichi, ex eodem Burlèt.

Sed his posthabitis, do quidem, in quatuor Spadanis Fontibus, Savenirio nempe, Pouhontio, Geronsterio, & Tonneletio, maximè autem in Tonneletio, Nitrum contineri, vulgò creditum esse, ex recensione Henr. ab Heer in sua Spadacrenà. Attamen quae Mineralia & Metalla, ipsaque Argentum & Aurum, in his Aquis non agnoscunt, qui gustant, vel propriis sibi praedictis, admirabile Naturae opus ostentantes, de illis magnificè loquuntur? Citatus ab Heer in Fonte Savenirio contineri Rubricam seu Ferri matrem, Ochram, Aes, Sulfur, Vitriolum, Nitrumque; in Pouhontio Ferrum, Aes, Plumbum, Chalcantium, Sulfur, Alumen, Nitrum, Cerussam; in Geronsterio, praeter haec omnia, Chalybem primatum obtinere ait; ac demum Tonneletium Fontem omnibus his Mineralibus, sed praecipue Nitro scateri. Imò Helmontius de Spadanis Fontibus Paradoxo 4. ex falsà aliorum sententià notat, in Spadanis Aquis inesse Vitriolum, Chalcitum, Misy, Sory, Melanteriam, Sal, Nitrum, Bitumen sive Succinum liquidum, Carbonem fossilem, Alumen, Bolum, Ochram, Rubricam, matrem Ferri, viam Ferri, Ferrum æruginem, Chalcantium assatum, Alumen exustum, Aëris florem, Sulfur, & quid non? Reverà tamen juxta eundem Helmontium de Lithiasi cap. 4. Spadanæ Aquae continent Spiritum sulphureum manifestè acidum, & venam Ferri. Vel, ut loquitur Paracelsus, Acidulae sunt Aquae impregnatae Spiritu acido esurino sulphuris embryonati. Quin & ad destillationis examen revocata haec Aquae à citato Henr. ab Heer, nil prorsus Nitri, sed praeter Rubricam, Matrem Ferri, Ochram, tantillumque Vitrioli reddidere. Imò Clarissimus Cartesius in Epist. 15. ad Principem Elisabetham, Vitriolum & Ferrum in Aquis Spadanis agnoscit. At verba Helmontii adducere non gravabor: distillavi aliquando seriò Savenirium & Pouhontium (hinc in universam Europam transvolutur Aquae), & sanè non tantum Mineralium catalogum, imò nil quidquam in iis offendi, praeter Aquam fontanam, & Vitriolum Ferri, ab aliis ante me Scriptoribus neglectum.

Haud igitur (tantorum Virorum, qui eò loci Experimenta instituerunt, testimonio) Nitrosae existimanda sunt Spadanæ Aquae. Quòd si Nitri exigua portio in illis evaporatione deprehendatur, illud erit quòd in Aquis omnibus potabilibus reperitur, quòdque à superiori Terræ crusta illis communicatur. Sed, urgebis, è Tonneletio Fonte educta maximè nitrosae sunt, ut ait idem ab Heer. Verum hanc quoque rationem, ut ipse subdit, ex usu non sunt, quippe quae frigidae sint, & longius à Vitrioli & Sulphuris dotibus abeant.

Verum enimverò si eà ratione Spadanæ Aquas Nitrosas existimaveris, quòd acidum Saporem praesferant, id falsi infimulo. Acor enim illis conciliatur nonnisi à Chalcanti commixtione; curiosum enim est & convincens Experimentum sapiens laudati Henrici ab Heer: quòd scilicet si certam Vitrioli portionem in Aquae cymbio dissolveris, aut Olei chalcantini stillatim guttas aliquas injeceris, Aquam Spadanam emulaberis, ejus gustum linguà percipies, eisdemque ferè effectus in levandis Morbis consequeris.

Quòd si fortasè cum Petro Givrio ejus fueris sententiæ, ut Spadanæ Acidulas non ex Ferro & Vitriolo, sed ex Ferro & Alumine constare credideris, ut ipse in Arcano Acidularum novissime prodito curiosis experimentis & validissimis rationibus probat; haud tamen ut illarum acorem explices ad Nitrum confugas; nam ut citatus Autor demonstrat, atque

rum Mineralium discernendæ, in quibus tamen, cum imposibile sit in accuratam, & penitioram earum devenire Mixtio-

nem, *Experientia* potiores partes dandæ sunt.

GAP. IV.

T H E R M A E.

Thermæ sunt *Aquæ medicæ Naturales calidæ*. Harum Generationem variam habemus. Adscribitur vulgò sæpius Calori, vel Igni cuidam subterraneo, à quo istæ tam insigniter incalescant: Virtus verò medicæ earum Salibus & Mineris, quas alluunt: videatur KIRCHERUS in *Mundo subterræ*. Verùm Ignis talis subterraneus est Non Ens, cum nullibi possit esse Ignis, ubi non continuus conceditur Aëris affluxus & refluxus; quinimò ut Aëre mediante possit incendi Ignis quidam subterraneus, necesse est, ut præcedat prius Motus citatus Particularum sulphurearum, quo mediante Aëris accessu, hujusque omnimodâ resolutione, Ignem possit formaliter constituere. Quod de *Montibus ignivohis* hic proferunt, quasi sint Spiracula Ignis subterranei, nihil ad rem facit: non enim putandum in Terræ visceribus longè ab Eruptione illarum Flammarum Ignem actualem ardere; sed saltem effervescentes & ebullientes mutuo Mineræ, plùs minùs metallicæ ac sulphuræ, cum Salibus mineralibus eructant copiosos Fumos, qui tandem per Terræ superficiem ex Aëris occursu Flammam concipiunt, & formalem Ignem efficiunt. Illustro rem Experimento simili, cujus etiam fit mentio in BARTHOLINI *Art. Hoffn. Vol. 1. pag. 133.* si nempe *Oleum Vitrioli & Oleum Terebinthinæ* recentia in Cucurbitâ etiam longâ invicem confundendo misceantur, effervescente intensissimum Ardorem concipiunt, copiosos Fumos eructant; qui citò Cucurbitæ orificium transcendent, & in perfectam Flammam abeunt.

Oriuntur ergò Thermæ probabilis ab Effervescentiâ acidi Sulphuris embryonati, rodentis Mineræ & Marcastitæ, naturæ terreæ urinosa, seu quasi alcalino-sulphuræ, seu, ut loquitur HELMONTIUS de Febr. c. 9. §. 23. *Salis acido Fontium*

in Marcastitarum lixivialem Materiam primam agente. Marcastitæ Arabibus, Pyrites Græcis, et in Kies Germanis sunt unum idemque: fodiantur in omnino ferè Metallorum Fodinis, genere & colore diversæ: sunt Materia metallica immatura tot specierum, quot solidorum Metallorum; propriissimè tamen Pyrites erosus, unde Æs conflatur, seu Marcastita cuprea, Arabibus hoc nomine venit; unde & BECHERUS *Phys. subterr. pag. 537.* hanc solam sub Marcastitæ nomine describit.

Actioe ergò acidi embryonati Sulphuris in Materiam lixivialem sulphuream oritur talis Effervescentiæ motus, & ex hoc tam insignis Æstuatio, unde Calor Thermarum primariò emergit; simili nempe ratione atque Calx viva Acido, simulque Substantiâ alcalino-terreâ dives, Aquæ affusione intense incalescit, agente nempe Acido in adjunctum Corpus terreæ alcalinum. Idem observatur in Calce lora, vel Lapillis Cancrorum, vel Osse Sepiæ, à Spiritu Salis acido solutis, quæ ipsa, abstracto Solvente, semper Caput mortuum album relinquunt, cui affusa Aqua simplex mox intensissimum Æstum producit: vel sicut Aqua quædam salina cui-dam Metallo, imprimis Marti, affusa facit Effervescentiâ; ita simili ratione in visceribus Terræ fiunt Effervescentiæ Aquarum, beneficio acidi Sulphuris embryonati in Mineræ metallicas sulphureas, vel alcalino-terreas agentis. Quidam dicunt, ab Æsu Minerarum, seu Calore Solis refracto in Montibus, Lapides calcarios quasi calcinari: sed hoc quoque falsum est: quia vis calida Solis non ultra binas ulnas per Terræ crustam se extendit, præprimis in Montibus & locis saxosis. Ergò Calor formaliter consistit in certo Motu intensissimo Materialium in Acido, confer-tim agente in Concreta terreæ-alcalina.

Confirmo hanc Genesin Thermarum ex Effervescentiâ, tam

atque adversus Sarteium, Cattierium, Guerinum, aliosque Celeberrimos Medicos propugnat, Acidularum omnium Acor ab ipsissimo Alumine, cum Ferro & Aquâ permisso, suam trahit originem.

Nullum igitur periculum Excellentissimo Dño imminet, quod interminantur Taurinenses Medici, qui Spadanas respuunt Aquas, quæ Nitrosæ sint; non magis enim Nitrum continent, quàm reliquæ potabiles Aquæ, quo nempe per urinaria organa permeabiliores redduntur. At Nitrosæ sint, ut voluit: si Nitrum ex feliciorum Practicantium consilio egrarium est in Curatione Hypochondriaci morbi remedium, ut hinc Diæpoliticon Galeni fit in hac affectione singulare præsidium; cur & Scorbuto, qui ultimus est Hypochondriacæ passionis gradus, ut & ipsi Taurinenses Medici fatentur, mederi non poterit?

Sed anne noxiæ erunt Excellentissimo Dño Thermopotiones Spadanae, quæ Siccum habitum post se relinquunt, ut secundo loco in Taurinensium Consilio adnotatum? Minimè gentium. Nam est notent Practici, ab Acidularum Potatione Corpora excipari, humiditatemque omnem ex illis exprimi; illud tamen intelligendum est de superfluo aquoso Laticæ, quæ in Corporibus Cachexiâ vel Hydrope affectis abundat: hæc enim Corpora, absumto quo præter naturam madefebant humore, excitantur & macra redduntur. Verùm non idè (ut notat appositè Henricus ab Heer) exsuccit & emaciati his Fontibus arcendi; vidit enim siccissimos & tantumnon exanguis, viva potiùs cadavera quàm homines, Spadanas Aquarum usu & opacioribus & dextrioribus evasisse. Nec ratio longè adest: nam Macies, & præcipuè Scorbuticorum, sæpenuerò ex Viscerum & Glandularum obstructionibus, atque Humoribus vitio (ut in Excellentissimo Ægrotante) imprimis dependet, quemadmodum Cadaverum dissektionè observavit Dñus Poupert; quare his morbis Aquarum potu pessundatis, Corpus habitius & carnosius reddi potest.

Panico igitur timore percelluntur Clarissimi Professore, qui Spadanas Aquas adèdè horrent, ut illas Nobili Laboranti omninò noxias pronunciant. Imò è contrariò ausim dicere, nullum excogitari posse ad illius pathe-mata avertenda aptius & præsentius auxilium. Quod ad Scorbuti causas respicienti, ut priùs innuimus, primum erit demonstrare. Quinimò nullum optime notæ Autoris volutaveris librum, de Scorbuto tractantem, qui Acidularum adversus hunc Morbum viribus non personet. Prætereo Franciscum Blondellum, qui in Descript. Therm. Aquisgranensium, & Porcetanas, parùm à Spadanas abluentium, illas Scorbuto & Morbis ab acibus, salis, & tartareis succis pendentibus peraptè mederi sæpiissimè inculcat. Prætereo Jo: Baptistam Van-Helmont, qui ait, Spadanas Acidulas omnibus prorsum morbis epotas convenire, qui ex hoste Tartaro, præter naturam intus recepto & coagulato, oriuntur. Unum hic traducam Ettmulleri testimonium, qui Pyrotechniz rationalis lib. 1. sect. 1. c. 13. ait, Acidulas vim habere Salia sylvestria in Corpore oberrantia, acida, austra, aut alio modo Corpori nociva corrigendi, inque primis viis stabulantia absorbendi, imprimis in Hypochondriacis, Scorbuticis, & similibus affectibus, & quæ sequuntur. Ulcera demum interna & externa Thermopotationibus curata quis est qui nesciat? Ut hinc faciliè conjicere quis possit, quæ Nobilis Ægrotantis Podicem, sive Rhogades, sive Condylomata, sive Sarcomata quæcumque, vel Ulcera occupant, harum Aquarum beneficio curatum iri.

Quamquam autem hæc ita sint; illud tamen disceptantibus nobis aptari jure potest, quæ dum Romæ consul-
retur Saguntum expugnatum jam erat. Thermopotationis tempus quadrimestre spatium decernunt Practici, ab ortu scilicet Pleiadum seu Vergiliarum, h. e. ferè à 10. Maii, ad Arcturi exortum nempe circa 10. Septembris. Cum hæc scribimus, opportuni temporis occasio ferè jam præterlapsa est. Quæd autem Nucerinas Aquas nullâ interpositâ morâ ebibendas jubeant Taurinenses Domini, supervacaneum, imò alicæ & periculi plenum reputo; idem enim prorsus esset illas, ac limpidi cujuscumque fontis Aquas potare. De his enim dici potest, quod Eruditissimus Fernelius de Aquis Lucensibus dicebat, eas nempe nullâ manifestâ qualitate insignes esse, neque alio sapore ullo quàm nostræ potabiles sensum ferre. Præterquam quæd quum iis mineralibus Nucerina destituantur, quorum vi via ad exitum paratur, facili negotio ex illarum copiosâ repletionè, possit Excellentissimus Dominus, cum lesbati viscerum languore, in Cachexiam, & Hydropem prouere.

Hæc prolixius quàm putaveram scribebam, non tam ut Ornatis Professore satisficerem, qui perfunctoris nimis, ut videtur, negotium pertractantes, Acidularum usum pro Curatione Nobilis Viri verbulo tantum increpare contenti sunt; sed potiùs ut me cum illas commendavi, baud inconsultò & præcipitanter, sed invicè ratiòne permatum fecisse, adeoque negligentia apud Excellentissimum Principem notâ inurendum nequaquam esse, seriò demonstrarem.

tam à priori quàm posteriori. *A priori* ab Experimento ROCHAS in *Scrutin. Aquar. Mineral. c. 2.* qui in Montibus Alpibus Helvetiæ Scaturiginem fervidam seu Thermas usque ad sui principium persecutus est, & observavit Aquam originaliter inspidam, frigidam, Transudatione per certam Terram, *Sal* quoddam *minerale*, ipsi *Universale*, seu *Hermeticum* dictum, imbibere, quæ Aqua postmodum, ubi attingit Mineram seu Marcasitam sulphuream, mox intensam Ebullitionem & Effervescentiam, indeque Spumam & intensum Æstum producere, eodem modo quo solet fieri in Chymicis ex duobus Salibus, & ita Thermas constituere.

A posteriori item illustratur à *Crustâ*, simili *Lixivio Calcis vivæ* supernatare solitâ, quæ subinde in Thermis observatur. Conf. BECHERUS *Phys. subterr. L. 1. pag. 100. & seqq.* Crusta talis in Calce vivâ imprimis ab Acido est. Nam si *Aquæ Solutionis Calcis vivæ*, parum *Solutionis Alkali fixi* infundatur, Aqua nullam Crustam postmodum superinducit, Alkali Lixivii superaddito, Acidum, Crustam aliàs coagulans, enervante: item confirmatur per *Terram Calcis vivæ*, sed denuò coagulata, vel compacta, similem circa Thermas frequenter reperibilem. Tandem Experimenta & Asserta MAYOW *Tr. de Spiritu Nitri aëreo pag. 247. & seqq.* idem confirmant.

Efficiente igitur conveniunt cum Acidulis Thermæ, in primo nempe *Ente Salium*, seu *Spiritu acido esurino*: *Objecto* saltem differunt; quod in Acidulis est *Minera Martis*, vel *Veneris*; in Thermis *Marcasitæ metallicæ naturæ*, quali lixivialis plùs minùs sulphuræ, cum Acido illo effervescentis, atque perinde sive Aqua illa Acido Fontium ebria, currendo per Terræ mæandros obvios, habuerit tales Marcasitas, quas roserit, & ita cum iis ebullierit; sive Marcasitæ quædam utrumque in se jam tum contineant, nempe *Sal Universale* aut immediatum ejus productum, Acidum embryonatum, & Terram lixivalem; quale quid in Mediis mineralibus de Calcis vivæ naturâ facile evenire potest, hæc occurfu Aquæ Fontanæ subterraneæ dissoluta, in se agere, & hinc effervescenti Thermas producere valent.

Pro illustratione hujus curiosa est *Epistola*, quam Medicus D. EDMUNDUS MEARA ad D. Bryson de *Aquis Bathoniensibus* in Angliâ scripsit, & reperitur in *Hist. Singular. natural. Angliæ & Scotiæ*, Anglicè priùs conscriptâ à Domino CHILDRAY; sed à Domino BRYOTT in Gallicum sermonem translata. Verba *Epistolæ* sunt hæc: *Cùm nudius tertius non procul ab Urbe obequitaret, casu offendit Cretam quandam nivei coloris sparsim è Terrâ, in exiguis colliculis emergente, ad instar Terræ à Talpis egestæ: hujus portionem bonam attulit, mibi que offendit. Friabilis est, sponte ferè in sobem levissimam abit, Saporem exhibet manifestè acidum sine adstrictione, sed prulatin mordicat, ac inflammatoriam Strangulationem in Faucibus parit, ut non dubitem, illam multo Chalcantbo vel Vitriolo abundare, nec esse omninò sale expertem. In frigidam effusa confertim Ebullitionem vehementem excitavit, non secus ac si Calx viva esset, & pedetentim Aquam insignem Calorem concepit, ut Ovis citò coquendis par esset. Cùm hæc Creta in Thermarum vicinâ reperitur, verisimile existimo, Aquam Thermarum hoc Igne calefcere. Locus, ubi hoc Fossile fuit repertum, Terra est Spongiæ instar porosa, ut facile appareat, illud Florem esse, seu Apocrisin Mineralium fermentantium unam, ceu fermentativis Spiritibus fursum eluctantem.*

De Sulphure dubium est, *annon hoc etiam Thermas ingrediatur?* Certè plura ejus in omnibus Thermis sunt vestigia: ut taceam enim Odorem sulphureum ex mutuâ actione Sali in Marcasitis plùs minùs sulphureis emergentem; deprehenditur Sulphur in Thermis partim crudum seu corporaliter, partim, idque frequentius, volatile seu spiritualmente. De Gas sulphureo ac Sulphure volatili Thermas impregnante, videatur BECHERUS *Phys. subterr. pag. 701.* sub quo merentur conferri ea, quæ habet WILLIAM SIMSON in *Cimol. Physica*, hoc est, *Disc. Philosoph. de Ferment. pag. 10. & 11.* Sententia ejus ex Anglico in Latinum translata ita se habet: *Eruditus Dñus Broovne in suis Itineribus nobis refert has Observationes: Sulphur, quod est in magnâ abundantia in pluribus Thermis, continuò efflat, nec in iis reperitur si Aquam Thermarum evaporaveris. Propterea putabam magis rationale, extra Aquas quàm intra Aquas inspicere. Nam pluribus in locis, quæ erant super Thermas, & quæ recipiebant Vapores Thermarum, vidi Sulphur adherere, & pro satisfaciendâ curiositate, Canalem, per quem Thermalis Aqua continuò fluebat, aperiri curavi Budæ in Hungariâ, & meis manibus ex superiori Canalis parte extraxi Substantiam, vix à Floribus Sulphuris distinguibilem, qua plures Capsulas replere potui. Idem AU-*

TOR refert, quòd aliquando ambulans in inferioribus Thermis Budæ, & inclinans (*an die leyne*) observavit, quòd ejusdem Globuli argentei in Colorem flavum, tanquam aureum, fuerint mutati, utut aliquousque ab Aquâ distaret. Unde fecit Experimentum: Suspendit Monetam argenteam ad Pedis altitudinem supra Thermas, & repetiebat illam coloratam intra Minuti temporis spatium.

Varietas Thermarum pro ingredientium Marcasitarum ac junctorum varietate multiplex est, quatenus simul præter Acidum & Marcasitæ sulphureo-lixiviale Substantiam, & de Sulphure corporali, vel Nitro, vel Alumine participant. Interdum & Martiales esse solent. Sic enim *Carolina Thermæ*, præter Principium salinum minerale, & de Venâ Martis, & Calce vivâ undique nato Topho, seu Calce ferruginosâ participat, teste LANGIO de *Therm. Carolinis cap. 3. Teplicenses Thermæ* Sale, Alumine & Nitro turgent. Hinc SIMSON in *Cimol. Phys.* rectè differentiam Thermarum primario procedere asserit à differentiâ & magnâ varietate Sulphurum ac Corporum mineralium, per quæ transeunt, aut cum quibus sunt impregnata, unâ cum aliis mineralibus Particulis, quas vel in loco Fermentationis, vel in aliis locis, per quæ transeunt, arripiunt. Hinc est, quòd quædam harum Thermarum possunt pro Curâ Morborum bibi internè, quædam verò non. Iste, quæ Potu hauriri possunt, in genere talia erunt, quorum Sulphura aut à Sulphure communi, aut Antimonii, aut de Marcasitis, vel Pyrite, hisque cognatis participant: sed aliæ Thermæ, quæ non possunt commodè internè usurpari, sunt, quæ impregnata sunt Sulphure aut Minerâ bituminosâ, Arsenico, vel ad minimum ex talibus Marcasitis originem ducunt, quæ de hujusmodi Sulphuribus participant.

Usus Thermarum in genere ex earum Sulphure volatili, & hinc ex Texturâ & Sapore earum styptico, est judicandus, in specie verò ex Ingredientibus, iisque subinde variis, determinandus venit. Conveniunt ergò Thermæ in genere in Affectibus præsertim Nervorum, horum nempe Atoniâ seu Resoluzione Fibrarum partium nervosarum: item in Doloribus earum quibusvis, tam fixis, quàm vagis: hinc in specie in Paralyti & Stupore Partium, metu Apoplexiæ, &c. egregiè conferunt: item in Doloribus Brachiorum, Crurum, & Capitis chronicis & periodicis, Morbisque convulsivis Partium externarum, subinde sunt admodum utiles; sanè colicas Convulsiones, & inde Artuum tam Pareses, quàm Contracturas, mirificè Thermæ lenire solent.

Penetrat nempe illarum Sulphur, unâ cum subtilioribus mineralium Salibus, ac resolvunt quavis Partium fordes Nervoso generi inimicas, easque per Sudorem evocant, ac simul Sapore quasi styptico firmant, ac densant resolutas Partes nerveas, corrigunt simul Acidum Partium nervosarum, & per Sudorem feliciter eliminant. Porro in Doloribus nephriticis egregiæ sunt: Anasarcam, Hydropeum optimè curant, Tumores Partium flatulentos, & inde factas Inflammationes quavis auspiciò tollunt. Sterilibus Mulieribus, istis præsertim, quarum Uterus nerveus Atoniâ laborat, & hinc variis fordidus scætet, hunc ad concipiendum feliciter disponunt; permanent in Thermis usque ad Regionem lumbarem, ut purgetur Uterus. In Fluore Mulierum albo egregios Thermarum novi effectus.

De *Arthritis*, *Podagrâ*, *Malo Ischiadico*, &c. res dubia est, *an & hæc conferant?* TIMÆUS refert in *Epistolis pag. 812.* se non vidisse Podagricum, cui Thermæ conduxerint, quin potiùs rigidos & contractos reddiderint. Distinctione videtur res expediri, nempe Podagricis confirmatis, & in quibus Acidum podagricum fortius Locis articularibus infixum est, adeoque qui jam ad Nodos nonnihil dispositi sunt, his arbitror Thermas vi stypticâ & adstrictoriâ, simulque roborandi Succu potenter resolutivâ, nocere, & eisdem ad præfatas Contracturas disponi. Isti contra, qui nondum adeò confirmati sunt; his Thermæ propter vim resolvendi, discutendi, ac Partes nerveas roborandi, multum conferre existimo, saltim roboratis Articulis à paroxysmo, minùs frequenter Recidivam pati solent.

In *Lue Venerea* quaeritur, *quid propriè conferant?* Equidem Lues Venerea usu earum non curatur, redeunt, proac ingressi sunt, Ægri. Sed ubi Methodo consuetâ curata jam est Lues Venerea, vel ex toto, vel maximâ ex parte, pro Partibus externis præsertim nervosis, isto Morbo admodum debilitatis, speciatim si Mercurio curata fuerit Ægritudo, roborandis ac in debitum vigorem restituendis, adeoque morbo reliquiis penitus eradicandis, multum conferunt. Externos Affectus Cutaneos, Ulcera inveterata, & pessimi moris, Serpigines, Scabies contumaces & serinas, Leporam ipsam, nisi nimis sit excessiva, Impetigines & Lentigines, Tumores

C A P U T IV. DE LAPIDIBUS IN GENERE.

Lapides sunt Corpora terrea, dura, indurabilia, vi lapidificata ex Materia lapidescente, id est, viscosa, terrestri seu tartarea, coagulata.

N. Generantur Lapidem ex Perittomate salino terrestri, quod in Nutritione rerum redundat, vique sua lapidifica in duritiem lapideam coagulatur.

Suntque vel *Pretiosiores*, vel *minus Pretiosi*. Illi *Gemmae* nomen adsciscunt, praecipue si diaphanae fuerint; hi nomen *Lapidis* retinent.

PRÆ-

Tumores Pedum oedematosos, & similia alia Cutanea vitia, propter Sulphur curare solent feliciter Thermæ, quomodo- que usurpatæ, resolvendo Succos, & abstergendo Ulcera.

Nocent autem econtra *Thermæ* Tabidis, Atrophiam correptis, ad Hecticam dispositis; in his enim Sudores colliquativos ferè excitant: unde qui raræ nimis Texturæ sunt, cautè adhibeant earum usum; item qui falsioribus & acrioribus Humoribus nimis abundant, cautiùs iisdem utantur. Interdum cum impetu superius & inferius purgant, ad periculofum. Imò, quibus Viscera inbecilliora, ad Hypdropem disponunt, quoniam ut plurimum certum Sabulum aut Substantiam saxeam, aliasque Partes terrestres, secum vehunt, quæ transfluxu Thermarum tandem coguntur in tophaceam Materiam, quæ copiosè reperitur in Alveis, per quas fluunt Thermæ: harum Particulæ affiguntur Visceribus & Lateribus, in Stomacho, & pertinaces inferunt Dolores. Omnium optimè Obesibus, Succulentis, Phlegmaticis; item Affectibus à causâ frigidâ, vel Humore viscido natis, apprimè conveniunt.

Utendi Thermis Modus est duplex, vel *externus* solum, vel *externus & internus* simul. Experientia hinc optima est Magistra. Cùm enim à priori nequeamus semper præcisè scire, quæ Thermarum Ingredientia sint? quæ Textura mista? & quæ Textura inde emergat? an temperatior medicamentosa? an verò acrior venenosa? ob idem Experientia totum negotium merito committitur.

Potandarum Thermarum par ferè ac Acidularum est ratio; bibantur mane, quàm calidè fieri potest, cum Motu Corporis debito, idque gradatim ascendendo, observando ut simul largiter ac copiosè evacuent. *Usus externus*, vel in earum *Inseffu*, vel *Balnatione*, vel *Lutorum Thermalium* applicatione, consistit. *Balneandi modus* est, ut bis quotidie, mane à Solis ortu, & vesperi bihorio præterpropter ante Cœnam, intrent. Balnea non sint nimis subvida, ob facilem aliàs Spirituum exsolutionem, & subvitiâ nimis Humororum seu Partium solidarum alterationem; sed potiùs moderata; adeoque expectetur, dum vel intepuerint, vel Frigidæ admittance moderata sint. Usurpantur utiliùs verno & autumnali tempore, minus ardente Sirio. Insuper Balneis quidam diutiùs, quidam breviùs, pro Circumstantiarum tam *Ægri* quàm Balnei ratione. *Luta Thermalia* interdum meliori cum fructu, quàm ipsæ Thermæ, admoventur; calida humectantur, & aliquandiu in loco affecto relinquuntur, idque quotidie repetitur pro Dolorum lenitione, Ulcerum sanatione, &c.

Pro legitimo Thermalium utendi modo sequentes *Cautela* probe observandæ.

I. *Premissa* debent esse *Universalia*, nempe primas vias abstergentia, Humores evacuantia, & hinc volatilia incidentia, & blandi Diaphoretica, quò liberrimus omnium Contentorum fieri queat circulus. Aliàs ex inepto Thermalium usu, aut pessimè Febricitantes, aut Scabie malè fœdati redeunt *Ægri*.

II. *Thermæ optimè succedunt Acidulis*, ut rectificato primò Corpore interno, externè prosperiùs adhibeantur; neglectis enim Acidulis, quidam magis læsi, quàm sani exeunt. Utur non semper necessariò: nempe in chronicis quibusdam Affectibus, item iis, quibus continuato Acidularum Potu Ventriculus & Intestina aliqualem Atoniam acceperunt; item qui Renes exinde laxiores habent; item qui Articulorum & Artuum Dolores, aut Imbecillitates gravativas, sentiunt; item qui ad Stuporem vel Membrorum Spasmodum inclinant.

III. Sub Balnei usurpatione *Alys*, quæ aliàs facile adstringitur, *soluta esse debet*. Hinc vel *Pilulae* blandiores abstergentes, unâ aliâve horâ ante prandium, aut potiùs cœnam, assumptæ, vel *Clysmata* injecta, conveniunt.

IV. Vivamus secundùm naturam in Thermis quoad *Dietam*, id est, contenti paucis, & concoctu facilibus: vi-

res sublevemus & recreemus, non oneremus.

V. Balnea ingressuri *jejuno sint stomacho*.

VI. Thermas ingressuri *Diaphoreticis* ac *Sudoriferis* simul se muniant, & Naturæ motum sic promoveant: v. g. *Antimonium diaphoreticum* cum *Rob Sambuci*, item *Cornu Cervi sine igne*, *Bezoardicum Minerale*, &c. adhiberi possunt. In Scabiosis & Lue Venereâ affectis *Decocta Lignorum* sunt convenientissima.

VII. Ab egressu è Thermis *Æger Sudorem in Lecto* ulterius suaviter, & quantum vires valent, cieat, ut ita universa Corporis peripheria ab omni Humorum saburra conservetur tuta, aut saltem *Frigido se non exponat* *Æger*, sed vel in *Lectio* vel *Hypocausto* calido se conservet.

VIII. Ab egressu è Balneo non statim *Frigidis Potionibus* se ingurgitent *Ægri*, ne Viscera hinc labefactentur, aut Humores subito nimis alterentur.

Cùm autem Thermalium Calor successivè exhalet, necesse est, ut *in Loco natali hauriantur*. Queritur ergò: An & *Artificiales Thermæ* dentur ex Nitro & Sulphure? Respondetur: Sulphur quidem hoc præstare: verum Nitrum non valet, quia habet in se Sal illud jam concentratum. Ut igitur imitemur Naturam, *Mineram nitrosam* sumamus, quod optimè præstat *Calx viva* propter ebullitionem; non verò Nitrum ipsum, quod hic nil valet: & sic non inconcinne ex *Calce viva* & *Sulphure* cum *Aquâ communi* decoctis parantur; tunc enim successivè dissolvitur *Sulphur*. Modus est sequens:

℥. Calcis viva s. q.

Misce cum *Sulphure vivo*, vel loco ejus cum *Sulphure communi*. Mists his: affundatur *Aqua*, servetur in Vase clauso, & dum effervescent, illis insideat *Æger*.

Vid. ZWELFFERUS *Manifera* spagr. pag. 401. & GREISELIUS *de Cura Læsis in Arbrit*. Artic. 8. pag. 150.

Aliàs pro *Thermis Naturalibus* in alium locum transportandis, quidam

℥. Terram prope Thermas, & ebullire faciunt in *Aquâ*.

Isti *Decocto* *Æger* insideat.

Hic modus interdum proficius iisdem, qui laborant *Cruentibus*.

Plura qui vult de *Thermis* videat *Traçatum* D. LANGII *de Thermis Carolinis*, qui est elegans & valde accuratus. (H)

C A P U T IV. DE LAPIDIBUS IN GENERE.

Lapides adhuc hodie generantur, à *Principio* nempe suo *seminali*, Materiam debitè transmutante. In genere sunt vel *Pretiosi*, qui vocantur *Gemmae*, vel *minus Pretiosi*. *Triplex* imprimis eorum est *Differentia* à BECHERO in *Phys. subterr.* pag. 136. insinuata: dum nempe

1. Alii fluunt in Igne; adeoque *Fusiles*, & tandem *Vitrescibiles* sunt.

2. Alii non fluunt; sed saltem in *Calcem vivam* forti Igne rediguntur.

3. Alii denique in Igne nec fluunt, nec in *Calcem* rediguntur, sed in Igne etiam fortissimo *incolumes persistunt*, ut *Amiantibus*, *Osteocolla*, *Talcum*.

Horum rursus alii candescentes persistunt, frigefacti verò rumpuntur, & pereunt: alii verò candescunt & frigescent, quoties lubet, nunquam alterabiles: id quod in *Rubino*, *Granato*, *Adamante*, &c. evenit.

Differentias has, si ad *Instrumenta Naturæ mechanicæ* applicemus, non improbabili *Hypothesi* *Texturam Lapidum materialium*, & inde dependentes *Proprietates varias*, explicare poterimus, dicendo: In Lapidibus materialiter dominari *Substantiam terreo-alkalinam*, cum *Acido sulphureo debito saturatam*; hæc tamen *differentia*, quòd quidam *abundant Alkali*, nec plus acidi Sulphuris coagulantis obtineant, quàm ad debitam ejusmodi saturationem sufficit, & tales sunt *Lapides*

(H) De Aquis Thermalibus, atque Balneis ex illis paratis; quomodo integra habeamus conscripta Volumina, præstat nihil quàm pauca dicere. Sufficiat inuisse à celeberrimis nostris Balneis, Gurgitelli in Insulâ *Ænariâ*, & Subveni homini in orâ *Puteolanâ*, *Ægrosantes* ex ultimis *Europæ finibus*, nec *incautum*, *invitari*, imò & *trahi*.

P R E P A R A T A .

II. Calcinatio .

Præparationes seu Operationes, quibus Lapides in usum Medicum veniunt, præcipuè sunt 1. Pulverisatio & Præparatio in specie sic dicta . 2. Calcinatio, cui subjunguntur 3. Solutio, Coagulatio, & Purificatio, seu Edulcoratio . 4. Liguatio seu Deliquium . 5. Destillatio seu Volatilisatio . His accedit interdum 6. Syrupisatio.

N. Integrum & insignem Tractatum de Lapidibus conscripsit Nobiliss. Anselmus Boëthius de Boodt, Medicus Rudolphi Secundi, quem in describendis Lapidibus potissimum sum secutus . Præter hunc inservit Conradus Kunrath, qui in Medullâ suâ destillatoriâ, integrum serè Tractatum scripsit de Lapidibus pretiosis ac minùs pretiosis, utrorumque Præparationibus ac Facultatibus, part. 1. trakt. 10.

I. Pulverisatio & Præparatio .

Pulverisatio Lapidum commodissima fit primùm Triturâ, quam dein suscipit Lavigatio . Præparatio fit, si inter lavigandum Aqua conveniens stillatitia aspergatur, inque Pulpam Massa redigatur, in umbrâ exsiccandam.

Lapides primæ differentia, in Igne fusiles & vitrescibiles . Alii copiosius de sulphureo Principio participant, adeoque non sunt Fusiles, sed in Igne calcinantur in Calcem vivam, quatenus Acidum Sulphuris post Pinguedinis in Igne absorptionem, ceu fixum remanens, in Terræ solutione afluatum, seu in motum concitatum, cum Alkali coit & effervescit, & hæc est secunda Lapidum Classis . Alii denique, in quibus Acidum seminale seu Specificum cum puriore & defæciore Sulphure, cum Alkali debita proportione, & exactâ symmetriâ, & mutuo invicem firmo coagulo coaluerunt, tertiam Differentiam, & quidem Concretum anomalon, constituent, v.g. Amiantus, Osteocola, Talcum . Hi neque fluunt in Igne, neque in Calcem vivam vertuntur, sed si probè candefacti extinguantur in Aquâ, tandem fatiscunt, & pulverisari possunt . Occultum habent Acidum, quod tamen non sufficit tali Corpori fundendo : forsan tamen & in horum quibusdam Alkali vestigia deprehendere possumus, his scilicet, qui ignescentes in Igne, sed postmodum frige facti, aut Aquâ extincti, fatiscunt ; videtur enim hoc fieri, quasi infuante aquareum particularum Alkali ab Acido quodammodo secedat, indeque Concreti compages dissolvatur .

Remita se habere illustrat Mechanica Chymicæ, præsertim in Arte Vitriariâ, per Experimenta, qualia videbitis in TACHENII Hipp. Chymico, aliisque Autoribus, qui de Arte Vitriariâ scripserunt . Nempe Arena, Silice, Crystallus, alique Lapidés, in quibus est copiosum Sulphur, non possunt calcinari : verum si misceantur cum ana Alkali, e.g. Salis Tartari, ut Principium alcalinum præponderet sulphureo, & forti Igne calcinentur, facillè liquefcunt, & promptè in Vitrum splendidum abeunt, ex quo ipso postmodum additione Particularum metallicarum Gemmæ Artificiales parari solent, Naturalibus ut Ovum Ovo similes, interdum præstantiores, solâ duritie exceptâ ; conferatur DYGBY in Medic. Experiment. Vol. 2. pag. 458. & 489. Nempe Acidum illud fixum, quod suo corpore Alkali terreo saturatum, tanquam Principium seminale seu forma constituit Lapidem, ita ut ex utriusque arcto & convenienti coalitu fiat Corpus fixum in Igne constans, hoc ipsum Alkali addito se infinuât, illius quantum potest, simul informat, & cum eodem Lapidem Artificialem, nempe Vitrum, sed ob mutatum Particularum situm, perspicuum, & ob Alkali copiam in Igne ductibilem, & ob Acidum dilatatum, minùs concentrans alcalinum terreum faciliùs fragilem, ob Acidum Sulphuris fixum, fortiter coagulans, in Igne fixum constituit . Hinc si plus Alkali additum fuerit, nimis enervato Acido, facillè Vitrum in loco humido fatiscit per deliquium in Liguorem Silicum dictum, cum quo solito, sed vano, conatu tanta mirabilia præstare nititur GLAUBERUS P. 2. pag. 121. ex quo per Aquam Fortem Silicum Pulvis ex Alkali denudò præcipitari poterit . Conf. HELMONTIUS Tractatus Terra §. 16.

Est nempe Vitrum Crystallus Artificialis ex Alkali suo Acido saturato constans, saltè mollius est Crystallo, quia Acidum illud, quod antè paucius Alkali informabat, adeoque potentiùs illud concentrabat, hincque duritiem tribuebat, additi Alkali occasione copiosioris, minùs potens factum, minùs firmiter hoc coagulat ; & his quidem modis perspicui fieri videntur Lapidés . Qui opaci sunt ex Alkali impuriore, cui scilicet plus Particularum terrearum adhæret, & simul in Coaguli consortium rapiuntur, generantur.

Calcinatio, cui Lapidés subjiciuntur, vel Ministra est, vel Principalis . Ministra est, quâ Lapidés ad Principalem illam suscipiendam disponuntur ; diciturque strictè loquendo Calcinatio . Principalis est, quâ Lapidés propiùs in usum Medicum veniunt, & dicitur Solutio potius quàm Calcinatio, adjectamque habet Congulationem cum annexâ Edulcoratione .

Calcinatio, quâ Lapidés ad Solutionem disponuntur, perficitur vel Ignitione, tum simplici, tum restinctoriâ, vel Corrosione, eaque aut cum Sale communi, aut cum Sulphure, &c.

Ignitio simplex fit, si Lapis vi Ignis nudi, tum liberi, tum Reverberio inclusi, comburatur, donec in Calcem redigi queat . Exemplo sit Calcinatio illa vulgaris Lapidum calcinatorum, unde Galx viva Murariis expetita .

Ignitio restinctoria, quando Lapis ignitus in Liquore aqueo extinguitur, idque vicibus repetitis, donec in Calcem redigatur .

N. Est & alius modus calcinandi . Nimirum pulverisati miscentur cum duplo Carbonum pulverisatorum (præstant faginni) inque Fornace figulinâ per dies 24. Crucibulo cooperulato cremantur .

Corrosio

Utut Moles eorum etiam multum ad majorem Opacitatis apparentiam conferat, non secus ac Vitrum crassius ex perspicuo opacum magis videtur ; siquidem Arena, ex qua plures opaci Lapidés constare videntur, communis alba, vel leviter flavescens, utut Corpuscula opaca videantur, per Microscopium tamen lustrata, perspicuum serè exhibent corpus, frustra nempe Glaciel aut Crystalli, aut purioris Aluminis præsentare videntur .

Fundamentum ergò Lapidum perspicuorum, adeoque Gemmarum omnium, nil aliud videtur, quàm Crystallus ; Fundamentum verò Lapidum opacorum propriè sic dictorum (ad differentiam Lapidum Semimetallicorum, seu potius ad Minerarum Metallorum reducibilem, quales sunt Magnes, Lapis Lazuli) videtur Lapis candidus, adeoque & in radice perspicuus, quia albus color ex perspicui confusione oritur .

Multiplē Tincturæ Gemmarum, & Colores opacorum Lapidum, ex metallico Principio oriuntur, nempe vel ex Particulis metallicis in Cryptis subterraneis solutis, Materiam Lapidum, ex quo coagulantur, permittis ; vel ex Effluviis & Exhalationibus Metallorum, dum sunt in fieri, hinc inde dispersis, & ejusmodi Liquori seu Materiæ Lapidum permittis ; & sic fiunt Gemmæ, quales sunt Topasus, Agathus, &c. utut quædam Gemmæ crescant etiam in ipsis Mineris : Sic Rubinus in Mineris Solaribus reperitur, ibique Succo Solari tinctus rubicundum refert colorem .

Optimè ergò VELSCHIUS Hecatost. 1. Obs. 38. pag. 51. Gemmas omnes ex Crystallo, & Fluore metallico tingente, generari asserit : videatur PARACELsus Tract. de Transmut. Rerum, & Tr. de Sulphure . Idquod præter Argumenta & Experimenta illius loci confirmat

1. Amethystus & Smaragdus Bohemicus, qui ex Corpore crystallino & superinductâ Substantiâ tingente, dum in Minerâ suâ considerantur, constare observantur : ex Corpore nempe metallico, partim tincto, partim adhuc crystallino . Conf. MERRETTUS in Notis ad Artem vitriariam Neeri pag. 380. In Arenâ flavâ dicitur Principium Solare latere . Sic Gemmæ rutilantes, ut Rubini ; &c. obtinent suam Tincturam ex Principio Auri, quoniam plerumque reperiuntur iis in locis, ubi Sulphur Solare adest : Sapphirus habet Tincturam & Colorem ex Argento, quod solet in se fovere Colorem cœruleum : Topasus, Chrysolitus, Hyacinthus, & Granatus, subrubicundum Colorem instar Croci obtinent, ex Minerâ à Principio Martis, qui habet Colorem flavescens & rubescens : Adamanti participant de Jove : Chrysolitus, uti Smaragdus, ex Marte & Jove habet colorem : Lapis Armenus & Lazuli de Venere participant ; internus enim Veneris Color cœruleus est : & sic porrò judicandum de omnibus Lapidibus & Gemmis, quæ habent suos Colores ex Principio metallico .
2. Quòd ex Gemmis quibusdam Colores separabiles sint . Nam Sapphiro v. g. cœruleo aliâs, facillè omnis Color demi potest ; nempe mediante Calcinatione sæpiùs repetitâ, aut Cementatione cum Pumice, & aliis ; ita ut planè decolor & perspicuus pro Crystallo habeatur, de novo poliendus, & nitidissimè præparandus : dicuntur Sapphiri albi . Granati Orientales fortiori in Igne liquefcunt, & instar Vitri coagulantur, simulque Colorem perdunt ; Bohemici verò duriores servant eum, nisi Fornacis

Corrosio 1. cum *Sale Nitro*. *Lapis* grossè (saltem) ad minimum contusus, miscetur cum *Sulis Nitri* portione aequali, duplo, plus minus, Ignique committitur fortissimo, ut *Sal Nitrum* fundatur & concremetur.

N. Peragitur & hoc modo: Nitrum funditur primùm, hinc fuso superinjicitur paulatim *Lapis* calcinandus pulverifatus.

Corrosio 2. cum *Sulphure*. *Lapis* cum *Sulphuris* duplo, triplo, ter, quater pluriesve in Crucibulo aperto ad *Sulphuris* exhalationem uritur.

N. Præstat Sulphur vivum, vel Flores Sulphuris adhibere.

De Calcinationibus hic notandum in genere.

1. Si quidem Calcinationes id finis præ se ferunt, ut Lapidum fiant solubiles, parùm interest, utrum uno plurive Calcinationum modis finem dictum consequar. Sic perficiunt Calcinationem alii uno Calcinationis genere (v. gr. *Basilii* Ignitione solâ *Corallia* calcinat); alii duobus (sic calcinat *Crollius* Gemmas, &c.) 1. Cum *Sulphure*, 2. Cum *Sale Nitro*. *Kunrath* econtrà: 1. Cum *Sale Nitro*, 2. Cum *Sulphure*: alii præmittunt quoque Calcinationem Ignitionis, & præcipuè refinctoriam.

2. Si quid indissolutum remanserit, denuò calcinandum est, idque vicibus toties repetitis, donec tota Substantia, rejectis Facibus, sit dissoluta.

III. Solutio.

Solutio Lapidum tam Pretiosorum, quàm Vulgarium variis potest administrari *Menstruis*, quibus Lapidum ut plurimum calcinati injiciuntur, locoque tepido reponuntur, ac subinde f. A. id est, toties repetitis novi *Menstrui* affusionibus & decupelationibus, donec opus fuerit, & nihil amplius solvatur.

Menstrua idonea Solutioni videsis in Solutione Coralliorum, præcipua tamen sunt *Acetum destillatum vulgare*, ac imprimis alcalifaturn, terebinthinatum, *Acetum destillatum Mellis*, *Spiritus Vitrioli*, *Salis Nitri*, *Oleum Sulphuris per C. &c.*

Coagulatio.

Coagulatio solutorum Lapidum fieri potest, vel *Menstrui* Abstractione, vel Solutionis *Præcipitatione*.

Abstrahitur Menstruum, tum evaporando, tum destillando.

Præ-

nacis vitrariz Calor intensior eum absumat; ut innuit **MERRETTUS** citato loco pag. 393. *Smaragdus* etiam mediante Igne fortiori virorem exui posse, peritus talium rerum Gemmarum mihi reulit; sed subesse periculum fracturæ, cum Granati & Sapphiri sine ruptione Flammam tolerant. Hoc idem testatur Experimentum **BECHERI** cum *Jaspide Phys. subterræ* Lib. 1. pag. 171. cum quibus conferatur **MORHOFF**. *Epist. de Transmut.* pag. 69.

3. *Ars*, quæ Naturam non nisi imitari potest, idem ostendit in *Gemmarum Artificialium Præparatione*, dum *Vitro crystallino* per Metalla addita Pulveris formâ Tincturam inducit: Conf. **DIGBY** loco citato pag. 458 & 489. item **GLAUBERUS** pag. 243. & **KESLERUS** Cent. 5. Proc. 79. pag. 64. ubi monstrat modum præparandi Gemmas Artificiales; & ubi occasione Præparationis Gemmarum Artificialium postmodum colligit Colorem ex Principio metallicum Gemmarum Naturalium: ut ut in *Gemmarum Artificialium Præparatione* magnus usus Substantiæ metallicæ tingentis observetur: vel quod manifestius negotium declarat, dum *CrySTALLUS* Naturalis per Subjecta mineralia sulphurea in Igne, medianibus expulsi Effluviis, eleganter & diversimodè tingitur: Conf. **NEERI** cap. 75. pag. 137. & **MERRETTUS** loco allegato pag. 379. Sic ex *Minio* & *Crytallo Gemmae Artificiales* fieri possunt. Potest etiam *Tinctura Crytallorum* institui beneficio *Olei Sulphuris*, dicti *Hepar Sulphuris*, quod sit beneficio *Olei Lini*.

Quoad opacos verò & ignobiliores Lapidum, idem Assertum probari potest:

- (1.) Ex *Lapide Lazuli* & *Armeno*, quorum cyaneus Color non nisi ex Venereâ est profapia; cujus ratione & laxativâ ac emeticâ vi non nihil instructi sunt.
- (2.) *Silices* non rarè de Metallo ipso aliquid continent; ut nihil dicam de *Silicibus Solaribus*, de quibus videndus, ut non semper approbandus, **GLAUBERUS**. Certè *Lunam* ex *Silicibus* cum *Aquâ Forti* non absque lucro quendam elicuisse, refert *Commentator in Erckert Libro Probatoria* pag. 76. aliàs de *Silicibus Solaribus*, item *Martialibus*, videatur **HOFFMANNUS** in *Char.* pag. 186.
- (3.) De *Talco* notum est commune Chymicorum Assertum; rubrum de Auro aliquid continere: quod penitus non vanum esse, sed interdum in quibusdam *Talci* speciebus Aurum reperiri; vid. **BOYLE** *Tinsam.* pag. 75. item **BECHERUS** L. 1. *Phys. subterræ.* pag. 14.
- (4.) Nihil jam dicam de *Magnete* & *Hæmatite*, qui ad Minerarum *Martialium* naturam propius accedunt. Saltem Rubedo ista *Hæmatitis* ex Marte est, cum faciliè *Martialia* quævis Rubedinem, item Flavedinem, exhibeant.

Compactam autem utut sint Corpora Lapidum, ex *Fluido* tamen originem ducunt, cum iisdem in fluore potius constitutis quàm jam coagulatis, *Tincturas* permisceri, probabile videatur. Confirmatur etiam

1. Quòd reperiantur *Crytalli* plurimæ *Herbis* virantibus, *Palcis*, *Gramine*, *Pilis*, *lignis Frustulis*, naturaliter intus refertæ: vid. *Museum Septalianum* e. g. in quo ipse vidi *Crytallum*, in cujus medio inclusa *Aquæ* guttula, eaque fluida erat; quæ omnia à fluidâ *Crytalli* Ma-

teriâ includi ante sui *Coagulationem* ostendunt; quod non in *Crytallis* solùm, sed aliis quoque *Lapidibus*, fieri probat **BOYLE** in *Historia Fluid. & Firm.* pag. 148.

2. Quin etiam *Genesis Crytallorum* horum ostendit, quæ sæpius ex durissimo Saxo & Marmore quasi transfudando genita, observantur; quale elegans Specimen in *proditio Museo* observatur.

3. Curiosum est Experimentum, quo ex *Aquâ simpli* solâ, absque Ignis adjumento, saltem *Pulveris* cujusdam injectione, *Gemmae Artificiales* factæ referuntur, quod refert **GEORGIVS DANIEL MORHOFF** *Epist. de Scypho vitro* pag. 5. item *Epist. de Transmut.* pag. 21. Huc pertinent etiam *Crytalli*, vulgò Germ. *Quartz* seu *Drusen* dictæ, quæ in omnibus serè Fodinis reperiuntur, & sunt *Aquæ* suæ speciei salina coagulata: uno nomine, sunt *Crytalli*. In eo verò differunt *Crytalli* à *Quartz* isto; quòd in *Crytallis* Materia magis sit pura; in his verò, nimirum *Quartz*, magis impura.

Manu nos ducunt hæc ipsa ad illam Hypothesein Chymicorum, quæ ex solâ *Aquâ* omnes *Lapides* genitos affirmat. Ista *Aqua* si clara est, dat *Lapides* perspicuos seu *Gemmas*; si non est adèd clara, nec defacata, sed perturbata, & terreis Particulis Sordibusque quibusdam immixta, Corpus opacum generat; unde etiam *Lapides* hi non sunt adèd perspicui, sunt consistentiæ crassioris, & etiam sunt magis ponderosi. Hoc confirmat *Crytallus*, quæ in nullâ re differt à *Glacie*, nisi duritie. Quemadmodum enim se habet *Aqua* ad *Glaciem*, sic *Glacies* ad *Crytallum*. Unde *Adamus* & *Crytallus* non differunt inter se, nisi claritate & duritie: *Arena* alba reverà est *Crytallus*, ut per *Microscopium* videre est. Et quidem Hypothesein hanc, quòd *Gemmae* & *Lapides* ex Principio aquoso certò coagulentur, primus docuit **HELMONTIVS** in *Tract. Missionis Fimentum*, ubi monstrat, quòd omnes *Lapides*, *Vitæ*, & *Gemmae*, artificialiter possunt reduci in *Aquam simplicem* elementarem; quod & prolixius *peculiaris Scripto* confirmare egressus est **CHIRTAGIVS** *Tract. de Lapidibus*. Nec abluunt illæ *Observationes* *Aquarum* immediate lapidescentium, tum quæ ipsæ in *Lapides* immediate abeunt, quàm quæ alia injecta petrificant, seu sui in porulos eorum insinuatione, & ibidem in *Lapidem* *Coagulatione*, seu simplici *Incrustatione*; sicut visæ sunt *Crytalli*, in quarum medio guttulae *Aquæ* fuerunt nondum condensatæ. Ex iis, quæ immediate in *Lapides* abeunt, eminet ista, quæ in speluncâ *Barmannianâ* ex Montibus destillat per rimas & fissuras *Petræ*, & deinde in *Lapidem* tophaceum abit, qui concrevit in magnas Statuas, talisque est consistentiæ, quasi sit fabricatus ex *Silice*: & quæ sunt alia Experimenta confirmantia, quòd *Lapides* fiant ex *Aquâ*. Confer. **CONRADUS CONRATH** in *Medulla Destillat.* L. 1. Tr. 10. **VELSCHIVS** *Hecatost.* 1. pag. 86. **BOYLE** *Hist. Firm. & Fluid.* pag. 157. **HAMEL** de *Aff. Corpor.* pag. 176.

Interim tamen ex *Aquâ* immediate coalescere *Lapides*, minus probabile est; quin potius mediatè ex eadem, à Principio *Lapidum* seminali variè immutatâ, & in aliam *Texturam* redactâ, generari eisdem nil repugnare videretur; cum non pura pellicuda sit ista *Aqua*, quæ in *Lapidem* abire observatur, sed naturali crassior, ponderosior, interdum lactescens. Talis ergò *Aqua* particularis, partim jam ad *Lapides* descendit

S I I

Præcipitatio fit instillatione Salis communis fusi, Oleo Tartari p. d. &c.

Edulcoratio.

Fit iteratis Solutionibus, ac Coagulationibus, vel Ablutionibus.

N. Purificatio, quò sæpius iteratur, eò Sal præstantius ac purius evadit.

IV. Liguatio.

Liguatio seu Dissolutio per deliquium fit, quando Sal Lapidum in vitrea marmoreave Patinâ, vel simili, in locum humidum exponitur, ut in Liquorem dissolvatur.

V. Volatilisatio.

Volatilisatio fit, si Salia sæpè solvantur coagulenturque, atque tandem cum Spiritu Vini (vel Aqu. dest. appropriatâ, seu quod melius, cum Spirit. Herbae appropriatâ) per dies ac no-

descendentiam dispositis Particulis imprægnata, partim adhuc disponenda, abire in Lapidem posse, verolimile existimo, præsertim si Aëris adjumentum accedat: conferatur MORHOFF Epist. de Transmut. pag. 17. Unde etiam famosa ista per Alcahest redutio Lapidum in Aquam non immediate, sed mediante saliformi Corpore, in quod Lapidem abeant, peragitur.

Quoad Usum in genere, Preparationes Lapidum horum varias suggerit AUTOR. Et quidem

1. Certum est, quòd Lapidem tam propriè sic dicti, ut Gemma, quàm in genere, qui sunt ex Regno Minerali, non verò qui ex Animalis, seu crudi usurpentur, aut etiam sub formâ Pulverum, interno usu parum aut nihil efficiant. Durities enim eorum resistit, quò minus à Menstruis Corporis nostri operantibus possint dissolvi, sed sub formâ Pulveris, qua fuerunt assumpti, denuò excernuntur per Alivum; quod tam de Lapidibus, quàm Gemmis, verum est. Præterea, dum pulverifantur, & præparantur, fit istud imprimis Lavigatione super Porphyritem, vel etiam Trituratione in Mortario lapideo. Cæterùm in his pulverifandi Modis, simul propter duritiem Lapidum vel Gemmarum, abraditur aliquid de Porphyrite vel de Mortario, tam in Trituratione, quàm etiam in Lavigatione, adè ut non sint sinceri & puri Pulveres Gemmarum vel Lapidum, sed permixti cum Particulis heterogeneis.

2. Calcinantur Lapidem, ut referetur eorum compages, quò meliùs possint tractari in Artificio Chymico. Calcinatio autem est duplex, vel Sicca vel Humida: Sicca est, quando cum Igne actuali, vel solo, vel, quod sæpiùs fit, additis quibusdam siccioribus, in Calcem rediguntur: Humida, si beneficio Liqueorum, qui vocantur Menstrua, dissolvuntur in Pulveres calciformes.

Calcinatio Sicca, vel solo Igne, vel adjecto Corpore salino, fit eum in finem, ut Particulae igneæ aut Corpora salina, ut Nitrum aut Sulphur, se insinuent in compagem Lapidis, sicque aperiantur per Calcinationem, quò postmodum eò meliùs per Menstrua possint solvi; tam exactè enim clausi sunt Porù Lapidum, ut Menstrua etiam acutissima vix possint eadem penetrare sine præcedente Calcinatione. Calcinosos ita Lapidem ut plurimum extinguunt in Vino & Aceto, dum adhuc sunt igniti, ut meliùs penetrant Liqueores salini.

Humida Calcinatio fit per Menstrua solutiva varia, pro varietate Lapidum solvendorum; nunc est Spiritus Aluminis, nunc Spiritus Nitri, nunc Vitrioli Philosophici, nunc Spiritus Salis rectificatus, &c. Imprimis pro Solutione Lapidum Menstruum optimum est Spiritus Salis compositus, qui paratur è Sale communi, præcipue marino, & Nitro. Molles Lapidem, quales sunt Perla & Corallia (quæ tamen malè inter Lapidem referuntur) possunt solvi cum Succo Citri, Berberum, & Limonum, &c.

Quacunque autem ratione calcinantur Lapidem, mutationem subeunt, ratione cujus à naturali Texturâ deficiunt, simulque Virtute nativâ. Ex Menstruo enim iis semper aliquid adhæret, & nunquam perfectè separari possunt Salia, sive laventur, sive præcipitentur.

Quando calcinati & soluti sunt Lapidem, tunc aut præcipitantur in Magisteria, vel beneficio Spirituum acidorum, vel beneficio Salium alcalium; aut postmodum ulterius exaltantur, quatenus quidam volunt ex iis elicere Tincturam, imprimis ex Gemmis, beneficio Menstrui appropriati, abstracto Menstruo corrosivo.

Quod Salia Lapidum horum attinet, ut Sal Coralliorum, &c. imprimè talia sunt, cum nil aliud sint, quàm Con-

cretum novum adhærens Corpori lapideo, ex Spiritu acido Menstrui & Corpore corrosivo.

Alii volunt dicto modo præparatos Lapidem aut Gemmas ulterius volatilare beneficio Digestionis cum Spiritu Vini in Fimo equino vel Balneo Vaporoso, vel etiam alio modo. Verùm Volatilisatio hæc & Extractio illorum insulsus labor est. Equidem Spiritus Vini certò aliquid secum rapit, sed de Menstruo, non de Corpore.

Cæterùm ex AUTORE notum est, fieri Syrupum Coralliorum & Lapidum, dum soluti cum Saccharo rediguntur in consistentiam Syrupi. Descriptionem satis claras habet AUTOR, sicuti etiam modum Calcinationis & Solutionis per Menstrua, ut non opus habeam multa ulterius disserendi.

VI. Syrupisatio.

Quæ de Lapidibus in genere dicta sunt, etiam valent de Gemmis in specie. Quoad Usum earum, tam internum, quàm externum, ante omnia duo consideranda sunt:

1. Ipsum Corpus Gemmae crystallinum.

2. Superinducta huic Tinctura Sulphuris metallica. Tinctura hæc in Corpore adhuc clauso nullius esse potest pro interno usu efficacis, nisi ab illius carceribus solvatur; unde duo principalia emergunt Gemmarum Præparata, nempe earum Pulverisatio & Præparatio, & hinc Tinctura Extractio.

Pulverisatio & Præparatio illarum partim in Mortario lapideo, partim super Porphyritidem, nil pro usu medico adjumenti affert; quin potiùs Crystallus, quantum præstare potest, loco omnium Gemmarum sufficit. Duriora enim cum sint Corpora Gemmae, quàm ipsa Crystallus ipsumve Vitrum, aut Arena, patet facilè, quòd minùs adhuc, quàm Vitrum pulverisatum, operari queant, cum indomabiles sint à Fermento Stomachi instar Vitrorum. Adèd insulsa sunt Fragmenta quinque Lapidum pretiosorum, aut Species de Gemmis, ut affirmare aulam, tantum, si non plus, Vitrum minutim pulverisatum, quàm ipsas Gemmas, operari posse.

Unde nulla Gemmarum interno usu erit efficacis, & solummodò in solamen Pharmacopolarum præscribuntur, quicquid in contrarium nitarur BORRICHIIUS de Herm. Sap. pag. 322. & 328. Quòd si in Mortario æneo ista fiat Trituratio seu Præparatio, Ramenta Mortarii admista non leviter adulterabunt Gemmarum Pulverem, adèd ut ob id ZACUTUS LUSITANUS Præparationes Gemmarum Pistillo Mortarioque aureis, vel argenteis perfici debere afferat.

Tincturarum Extractions ex Gemmis quod attinet, multi sunt operosi in extrahendis his Tincturis Gemmarum. Quæritur autem de his: An vera Substantia Gemmarum tingentis Extractio detur, & quæ non sit simplex Corporis illarum integri Dissolutio? Denique si dantur: An non potiùs sint Solutiones metallica, à quibus nempe tinguntur Gemmae, adèd, ut consequenter Virtus earum ultra potentiam Solutionum metallicarum extolli queat? Nempe duplici Operationi innititur Tincturarum ex Gemmis Extractio: vel est Corporis totius solutio, vel ex hoc soluto Extractio Tinctura.

Equidem 1. Compactissimum Gemmarum, idquè exactè homogœneum, observatur Corpus, adèd, ut quælibet Metalla fixitate & in Igne constantiâ superent. Nam & Aurum longè Adamas superat: hinc difficillimè earundem existunt Solutiones, nec nisi mediante Ignitione, & in Menstruis corrosivis Extinctione, aut cum Subjectis solventibus, v. g. Sulphure aut Nitro, simultaneâ Calcinatione solvi possunt: nec facilè adhuc Trituræ Gemmarum, quantum quidem facit BORRICHIIUS de Herm. Lapid. tribuere velim.

2. Solutis postmodum Particulis totius Concreti sibi invicem homogœneis, tam pertinaciter Salia Menstruorum corrosiva

Operationibus hîsce fiunt ex Gemmis

1. *Gemma præparata* .

Præparantur modo dicto , lævigando , subindeque irrorando , cum Aquâ Cordiali (Rosarum , Buglossæ , & sim.) .

2. *Sal* .

Gemma calcinata solvuntur interveniente digestionem in Acet. destill. vulgari (vel terebinthinato) , Solutiones filtrantur : hinc abstrahitur Menstruum , Salque relictum purificatur eluendo cum Aquâ destillatâ . Crollius .

N. 1. Sunt qui malunt Acetum destillatum à sextâ parte Cineris Herbæ Kali ternis cohobis destillatum . Nimirum hoc subdulce , nec aded mordax est . Hartmannus in Croll.

N. 2. Calcinatione hîc fit , vel solâ Ignitione , scilicet Ustione ; vel Corrosione . Placet hîc modum Crollii inserere , qui est : Gemma lævigata cum Tart. (Flor. Sulphur.) ter quaterve comburuntur , idque Igne Rotæ Crucibuloque operculato : ultimò tegitur totum Crucibulum carbonibus . Calc. Gemmarum lotione à Sulphure repurgata miscetur cum Sal. Nit. ana & calcinatur denud in Tigillo clauso Igne Rotæ , ut fluant . Tandem aluitur optimè Sal Nitrum , Galzque Gemmarum efficcatur . Sic parata est ad Solutionem .

N. 3. Si quid indissolutum manserit , id novâ Calcinatione comburendum & solvendum , idque toties , donec tota ferè Gemmarum substantia dissoluta sit .

3. *Magisterium* .

Præcipita Solutionem dictam cum Ol. Tart. p. d. vel Spir. Vitrioli .

sua adhærent , ut vix separabilia novum cum illis Concretum constituant , unde & novæ Vires ex utriusque emergant . Nempe hæc ita sibi relicta evaporata dant Salta Gemmarum non propria . Ergò ex Concreto Gemmarum quasi Salfo , firmisimæ compagis , nullum salinum Corpus , per se in Aquâ solubile , haberi potest ; adeoque & eadem Salia impropria per deliquium in Liquorem resoluta , malè Oleum Gemmarum dicuntur ; sicut si solutio illa cum Alkali aut alio medio simili præcipitetur , cadit Magisterium Gemmarum ; nudus nempe harum Pulvis , ejusdem , si non deterioris , cum Gemmis pulverisatis seu præparatis , conditionis .

3. *Tinctura in Gemmis* , etiam colorationis , summa est paucitas , quia Substantiæ metallicæ tingentis incredibilis est extensibilitas : unde & perspicuæ sunt Gemmæ , cum opacæ necessariò essent , si copiosior Tinctura plenariè illas imprægnaret ; & in Artificialium Gemmarum Præparationibus aliquot grana tingentis ponderosi metallici Corporis , plures uncias Vitri levioris inficiunt . Conf. NEERI de Arte Vitrar. cap. 77. pag. 144. cap. 78. pag. 147. cap. 82 pag. 50. item GLAUBERUS P. 2. pag. 243. Quantum ergò requireretur Granatorum pro Tinctura rubrâ , Smaragdorum pro Tinctura viridi eliciendis ? Hinc

4. Quævis hæcenus notæ Tinctura Gemmarum , quæ ab Agyptis hinc inde circumferuntur , non sunt veræ Tinctura harum Gemmarum ; usu enim interno non aliter operantur , quàm virtute Menstrui . Sed aut nudæ Solutiones totius gemmei Corporis , aut nudæ Colorationes Menstruorum , & meræ imposturæ fuerunt : cujus Exemplum v. g. sit Tinctura Smaragdus vulgaris ab AUTORE nostro descripta , quæ est nil aliud , quàm solutio tincta , composita ex Spiritu Vini , Spiritu Urinæ & Ramentis ferreo ancis Mortarii , in quo fit Pulverisatio , ne tantillum quidem de Smaragdo eadem participante . Sic Sulphur Granatorum Argentum in Aurum tingens quidam ita parere volunt :

℥. Aquæ Fortis Mens. j.

Aceti destillati Mens. ℥.

Salis comm. ℥ij.

Destillentur Igne forti : In Liquore destillato solvantur Sal. Ammon. ℥ij.

Menstruum hoc affundatur Granatis pulverisatis , ut extrahatur Sulphur , decantetur , & Menstruum novum affundatur , &c. Extractions conjunctæ , abstracto Liquore corrosivè , ab ℥iv. Granatorum , ℥j. Sulphuris in fundo relinquunt , quod verum Sulphur Solare est .

Chymicus quidam Torgaviensis Granatos cum Aqua Forti extraxit , Menstruum solvens abstraxit , & reliquum cum Luna conjunxit (reliquum in Lunam contulit) quod major Sulphuris Granatorum portio fuit , ed major Auri quantitas reddiit . Sed nil minus est , quàm Sulphuris Granatorum Extractio , rudis nempe Particularum superficialium solutio . Luna in Aurum Transmutationem hoc medio factam tamdiu falsam credo , donec veritatem ipse inspexero : præpomis , cum

Tom. IV.

N. Fiunt quoque Magisteria Gemmarum , solvendo eas in Spiritu Sal. Nit. vel Salis Naturæ , & præcipitando cum Ol. Tart. Vide Quercetanus in Pharmacop. rest. cap. 24. & 26.

4. *Oleum Gemmarum , seu Liquor* .

Sal Gemmarum optimè Solutionibus ac Coagulationibus purificatum reponitur in Cellam supra marmoream Tabulam , ut liquecat .

N. Feliciter fit mensibus Julio & Augusto . Crollius .

5. *Tinctura seu Essentia : Sal Gemmarum exaltatum* .

Liquori live Oleo (Magisteriove) Gemmarum affunditur Spirit. Vin. alcalifacis . F. Extractio f. a. separatur Solutio , abstrahiturque Menstruum ad formam usque crassiore . Hartmannus , Quercetanus in Pharmacop. rest. cap. 24.

6. *Oleum per destillationem : Essentia elaborator* .

A Liquore Gemmarum evoca Spirit. Vin. eumque recentis Spirit. Vin. atque Acet. destill. terebinthinati ana , destilla denud per retortam : post evocatum Menstruum prodeunt Sales in formâ Olei . Hartmannus in Croll. Sect. de Liquoribus Gemmarum .

7. *Extractum Gemmarum , Crystalli , & Lapidum*
S. Closs.

N. Pulv. impalpabilem cujusunque Gemma , Lapidis , aut Crystallis , tere cum tantundem Sal. mar. decrepitis & reverbera Vale tecto in Furno Figuli per 24. horas : Materiam resolve Aq. Font. calidâ , agita Aquam fortiter , & quod solutum erit , affunde

Experimento BOYLE Sulphur Granatorum non Solare sed Martiale sit .

Idem Judicium valet de Gemmarum Præparationibus mediante Sale Ammoniaci per sublimationem factis , quod Sal Ammoniacum , teste BASILIO VALENTINO , sit appropriatum pro Volatilisatione Sulphuris metallici , & eo ipso , quod Tinctura Gemmarum proveniat Tincturâ Sulphuris metallici , beneficio ejus extrahere illarum Tincturam contendunt . Nempe

℥. e. g. Rubinum , Smaragdam , &c.

miscent cum Sale Ammoniaci , & probe sublimant per Alembicum : prodeunt Flores tincti colore additi Lapidis .

Curæ hoc est ridiculum : nam licet calcinentur Gemmæ , Sal tamen Ammoniacum non potest aliquid extrahere : quantum enim Gemmarum ab Acido Salis communis adjuncto Ignis solvi potest , tantum Sal Ammoniacum secum rapit : adeoque ad superficies Solutiones totius in suas minutas Particulas , non verò genuinas Extractions hoc , ut magis æstimeretur , pertinet . Nec Spiritus affusus aliquid extrahit , nisi in quantum phlegmatica ejus Substantia solvendo Particulas Salis Ammoniaci , simul harum medio Particulas Gemmarum imbibent .

Multi promittunt extrahere Tincturas Gemmarum cum Spiritu Urinæ subtili ; sed hi ipsi hallucinantur , quoniam Spiritus Urinæ se colorat pro varietate Salium , quibus affunditur . Unde pro varietate Menstruorum , quibus solvuntur Gemmæ , varios mentiuntur Colores , & Tincturas Gemmarum .

Plura qui cupit de præparandis Gemmarum Tincturis , Extractions , Magisteriis , &c. videat FABRUM in Myrobec. Spagyr. Lib. 5. ubi operosus est in Tincturis & Essentiis Gemmarum ; item CONRADUS KUNRATH in Medulla destillatoria Traß. de Gemmis , uti etiam BOOTIUM Tr. de Gemmis & Lapidibus , & qui sunt alii Autores , qui de hac materiâ multa satis crudè & crasse scripserunt . Præterea cautus esse debet Chymiatèr , ne à Pseudo Chymicis decipiat , & saltim Solutio pro Tincturâ Gemmarum obtudatur .

Non equidem tanquam impossibiles Tincturarum Extractions ex Gemmis negare volo : multa sanè adhuc in Naturâ latent abscondita , suo tempore manifestanda ; eo ipso enim , quo Ignis vi Color Sapphiri & Smaragdo potest exui , hoc ipso possibilitatis separationis Tincturæ ex Corpore gemmeo elucescit : genuinas tamen istas & præparatione difficillimas , & quantitate paucas , & usu non aded singulares exitimo .

5. Hinc & posito extrahi posse tingentes Particulas Gemmarum , ex superioribus clarum tamen est , metallica eas esse prosapia . Quidni ergò potius ipsi ex Metallis hæc ipsæ eliciantur , ubi nempe concentratæ , quàm tanto labore eruentur ex Gemmis , in quibus dispersæ ? Dum v. g. Granatus & Rubinus ex Auro colores suos participare dicuntur , Sapphirus

affunde per inclinationem in Vas aliud vitreatum; ita vicissim procedet, aliam *Aquam calidam* affundendo & decantando, donec *Calx* in fundo restet insolubilis, quæ novæ remixtionis & reverberationis erit submitteunda. Decantatas s. a. *Aquas* residere permitte, & separa à *Limo* subsistente, in illas projice guttatim *Oleum Tart.* ut lactescant: Filtra per Chartam, *Craffamentum* illi adhærens separa, & *Limo* superiori permisce, idemque de novo age præcipitando, colando, dum nullum amplius *Limum* dederit. Omnes has viscosas *Substantias* in unum junctas per Ablutiones plures à Salfedine vindicari, iisque

Acet. destill. affunde: digere donec dulcescat. *Acet. destill.* abstrahere ad siccitatem, restabit *Sal griseum*, è quo *Tincturam* trahes cum *Spirit. Vin. opt.* eoque revocato per Destillationem apparebit *Sapa*, sive *Syrupus Lapidis*, aut *Gemma* dissoluta, ulterius in *Essentiam* (si velis) provehendus.

8. Syrupus.

Fit dicto modo ex *Solutione & Saccharo*. Vide *Syr. Corall.* Et hæc de *Lapidibus* in genere, sequuntur jam *Gemma*.

CAP. V.

phirus ex *Lunâ*, nempe *Veneri* sociatâ, *Smaragdus* ex *Veneri*, *Chrysolitus*, *Topasius*, & *Hyacinthus* ex *Croco Martis*. Conferatur *KESLERUS Redivivus loco allegato*.

Superest ergo consideremus, quid *externo usu* valeant *Gemmae* instar *Amuletorum*, nempe *appensæ* vel *applicatæ*. Sane plures singulares annotatæ hoc in puncto leguntur *Historiæ*, quas omnes vel *Casui*, vel *Imaginationi* ac *Superstitioni* attribuerè haud facile possumus. *Rubinus* gestatus si opacus redditur, *Mortis* index est, quod ex *BACKIO* refert *HOFFMANNUS* in *Clave* pag. 115. *Sapphirus* Anthraxi peccilentia circumductus *Virus* omne magneticè elicit: Confer. *HARTMANNUS* in *Praxi Chym.* ubi de *Pesse*; item *MARCUS MARCI Phil. Veter. Restit. de Magnetismo Sapphiri. Smaragdus Annulo exiliens*, illi, cui appropinquat, *Mortem* communicat Confer. *TIMÆUS in Cas.* pag. 79. *Jaspis viridis*, hinc inde *Maculis rubicundis interspersus*, *Hæmorrhagiam Narium* in manu detentus cohibet. *Turcois* secum gestatus *Casuum* graviorum pericula avertit: videatur *BOOT de Gemmis*, item *SCHMUCKIUS* in *Curat. Magico Magnæ. pag. 17*. Ut nihil dicam de *Nephrítico* aut *Hamatite Lapidibus*. Imò quamplurimæ *Gemmae*, si in Corpore impuro minimèquæ sano gestantur, mutant Colorem, & sunt pallidæ, vel alium obscurum nanciscuntur Colorem: quod non tantùm verum est de *Corallis*, sed de quamplurimis *Gemmis*. Hujus *Experientię* quædam præstant *Exempla* in *CONRADO KUNRATH Med. destillatoriâ*. Quod videtur fieri ex *Exhalatione* quidam malignâ, obducente *Gemmas*, vel ex certo consensu *Spiritus infirmi* cum *Sulphure metallico Gemmarum*, ita ut his in statu naturali constitutis, in eodem se invicem conferent; simul ac verò patiuntur *Spiritus infirmi* eclipsin, simul *Spiritus metallicus* deperdat suum nitorem, & fiat obscurus ac turbidus,

teste *BOOTIO de Gemmis* pag. 188. Sane *Effluvia* nostra, quin multum valeant subtilitate suâ se insinuando, & hinc alterando plûs mindus *Gemmas*, nullum dubium, ut res hæc pluribus adhuc *Experimentis* illustranda veniat: Confer. *HELMONTIUS Tract. Potest. Medicam.* pag. 62.

Vera ergo videtur ejus *Sententia*, quod *Gemmae interius assumptæ*, parum aut nihil præsent, sed saltim *extrinsecus* in *Annulis* gestatæ per diffusionem *radiofam Sulphuris metallici*, à quo *Tincturam & Colorem* habent, operentur, & excitent *Spiritus infirmi* & influos. Unde quæ dicturus sum de *Gemmarum virtutibus*, ex *relatione aliorum* asseram potius, quàm quod fidem iis adhibeam. (I)

C A P U T V.
DE GEMMIS.
A D A M A S.

DE *Adamante*, dubium est, an *interno usu Dysenteriam* inducat? Confer. *SENNERTUS in Paralipom.* pag. 130. Multi affirmant: quibustamen contrariatur *WORMIUS in Museo*, qui dicit, quod *pulverisatus assumptus* *Dysenteriam* curet potius, quàm quod inducat. Pro conciliatione dico: si non sit exactissime pulverisatus, ita ut adhuc eminentias quaedam acutas obtineat, & pungat *Intestinâ*, possit inferre *Dysenteriam*; si verò lævigatur & pulverisatur minutissime, nil mali inferat, & *Dysenteriam* potius curet, quoniam absorbet *Acidum*. *SPIGELIUS Lib. 3. de Semiterriana* cap. 13. dicit: quod in *Austriâ Vir quidam maximè illustris, naturâ & temperamento prorsus Melancholicus, & Capite admodum calidus, ac ad Maniam propensus, longo*

(I) Nemo est in *Naturæ Historiâ* aded hospes, cui nova *Cl. Tournefortii de Lapidum Genesi Hypothesis* nova adhuc sit. Imaginatur est oculatissimus hic *Naturæ scrutator*, *Lapides* ex *Semine quodam*, seu *Ovo generari*, ac *Organis peculiaribus* in ipsis *insculptis*, Succoque per ea *fluente nutriti*, non secus ac *Vegetabilium & Animalium Corpora*. De *Lapidibus Idiomorphis* dicitur, seu propria gaudentibus figurâ, res videtur manifesta, ob illorum semper sibi similes atque uniformem conformationem: quod plures simul in eisdem semper locis reperiantur, ubi scilicet illorum est *Seminarium quoddam*, haud verum sit, in locis illis *Matrices* inveniri, in quarum cavis *Lapides peculiari fructuâ præditi* efformentur. Continebunt ergo *Lapides* hi propria *Ovula*, quæ in seipsis exclusa, incrementum à nutritio accedente *Succo sumentia*, ea organa *parafaciunt*, quæ prius ob exilitatem in illis non deprehendebantur. Non secus ac quamplurima sunt *Animalia*, quæ *Ova* in seipsis excludunt, eademque adauâ magnitudine *distinditi* organizata pariunt. Adderem & Ego, quod sinit *Naturæ magisterio*, *Tubera terrestris*, quæ *Radices* videntur informes, *Ovula* seu *parva Germina* in seipsis continent, quæ corruptâ *Radice*, & pereunte, ut sic dicam, *matre*, incrementum acquirunt, ac in totidem *exigua Tubera* à se invicem separata evadunt.

Quicquid autem sit de *Tournefortii Hypothesi*, illud sane negari nequit, *Lapidum etiam durissimorum nutrimentum* fluiditate quâdam præditum esse, ut scilicet per *cæcas Venas* obscure fluens, possit illorum molem adaugere. Eâ ratione videmus rimas *Lapidicinis* *insculptas* temporis tractu oblitteratas. Imò laudatus *Tournefortius* in *Crescens* *Labyrintho* cavernis, *Characteres* longo prius tempore *Lapidibus* *incisos*, non solum *planæ Lapidum superfices æquatas*, sed ad *duarum linearum eminentiam extantes* observavit: nutrimento scilicet copioso extra *Characterum foveas* exundante, ibique concrecente: non secus ac in *Ossium fracturis*, nutrimentum exundans extra *Ossium congrutinatorum superficem* erumpens, *Porum sarcoidem* in *Cicatrice* extuberantem producit.

Mollem etiam quandoque fuisse Lapidum omnium substantiam, ostendunt imprimis *extranea Corpora* in *Lapidibus*, sive opacis, sive transparentibus clausa; quemadmodum de *Succino* vulgatissimum est. Est in meo *Museolo Crystalli frustum*, in cuius medio *Aquæ* *exigua portio*, in ampliori cavitate ludens, continetur. Ostendunt quoque & *Lapides Ichthyomorphi*, sic appellati, quod vel in *superficie*, vel in *interna substantiâ*, *Piscium formas* exactè representent: sunt qui *Plantarum Folia*, *Insecta*, *Animalium Ossa*, *diversi generis Conchyliâ*, & *integros scæletus præstent*. Quæ quidem explicari aliâ ratione nequeunt, nisi *semel suppositâ lapidescentis materiæ tenuitudine*. Obiter hinc notandum duco, non abs re à nonnullis *Lapides* hos, præsertim *Ichthyomorpha*, quæ in *cryptis*, etiam in *summitatibus Montium* *sitis*, *inveniuntur*, pro *naturali argumento* haberi, *Noachicum Diluvium omnino univërsale fuisse*; *Aquis enim Montium etiam altissimorum cacumina* *superantibus*, potuerunt *Pisces*, & *reliqua Marina* ad *altas Montium cavernas* ascendere, ut *residens illis hæc in sicco remanerent*, & *Lapidibus tunc temporis emollitis* *firmiter adhærent*. Vide de eâ re eruditè *disserentem Cl. Josephum Monti*, *Horti Bononiensis Præfatum*, ac *Scient. Inst. Socium* meritissimum, cujus familiaritate mihi gratulor, in suâ *Dissertatione de Monumento Diluviano* nuper in *Agro Bononiensi* detecto.

Quod de *Corporum*, sive *Vegetabilium*, sive *Animalium* *Petrificatione* ajunt, etsi negare non aulam; illud tamen notandum attentè velim, quam *Petrificationem* vulgò vocant, haud semper veram esse *Lapidescentiam*, b. e. *omni-modam Plantæ e. g. in Lapidem transmutationem*; sed potius esse *lapideæ Materiæ Plantæ* *superficiæ* *successivam adhaeresceniam*, ut non tam *Plantæ* in *Lapidem* revera mutata, sed potius *lapideâ Crusta* *induta* sit: si enim *illam frangamus*, vel *Plantæ* *excicata* *inclusos ramulos* deprehendimus, vel *canaliculos lapideos omninò vacuos*, penitus corruptis contentæ *Plantæ ramusculis*, observamus. Simile quid *Lithophytis* *accidere* videmus. De *Lapidum* *Ortu* *ingeniosum Dñi Geoffroy specimen* habemus *Act. Acad.* Anno 1716.

C A P U T V.

DE GEMMIS.

I. CHRYSOLITHUS.

Chrysolithos (*Veterum*), Topazius (*Gemmariorum modernorum*), est Gemma aurei coloris. Germ. *Chrysolith*. Gall. *La Pierre Chrysolite*.

Duo ipsius sunt genera, *Orientalis & Europæus*, ille ut colore, ita duritie Europæum superat; hic enim instar Crystallo mollis est, & cum aureo colore vel multum, vel parum nigricat.

Inveniuntur in Bohemiâ passim.

Vires. Naturæ Solaris ex Signaturâ judicatur. Proinde creditur Timores nocturnos & Melancholiam minuere, Intellectum confortare, molestisque Insomniis adversari, (sinistro scilicet Brachio alligatus, aut Collo suspensus, Auroque inclusus); alii commendant ejus assumptionem ad Morbum Gomitalem, & Pestem.

II. GRANATUS.

Granatus est Gemma pellucida, ex flavedine rubens, Ignis instar, Minique nativi vel factitii colorem ferè retinens. Germ. *Granat*. Gall. *Pierre de Grenat*.

N. Sunt diversa genera Gemmarum, quæ colorem Ignis æmulantur, adeoque sub *Carbunculis* (quo nomine à *Carbuncibus* sumpto, Gemmas illas in genere vocant) comprehenduntur, v. g. *Granatus*, *Hyacinthus*, *Rubinus*, &c. Hinc sunt, qui *Granatum* faciunt *Rubinum colore obscuriore*, expositus enim Luci aut Soli, Carbonis imaginem ostendit dilucidius, quam ipsemet Rubinus.

Sunt *Granati* alii (vel aliæ) *Orientalis*, alii *Occidentales*. *Orientalis*, ut meliores ita & pretiosiores, proinde provin-

longo tempore sine Insomniis turbulentis perpetuis Somnum capere non poterit; solo autem Adamante plano & lato, duorum vitæ granorum pondere Auro incluso, sinistroque Brachio supra Cubitum, quo loco Fonticuli inveniuntur, alligato in formâ Armilla, ita, ut Adamas tangeret semper nudam Carnem, ab hisce molestiis plurimum liberatus fuerit. Ratione cujus etiam Dæmonem fugare dicitur, uti videre est in WORMII Museo. Docimasiam Fidelitatis Uxoribus volunt quidam habere ex Adamante, dicuntque, si Adamas Capiti Mulieris dormientis, ac inficiæ imponatur, si fidelis sit, illam in Somno in amplexu Viri ruere, quod videre est in STOECHERI Praxi Aurea: & utur à quampulurimis pro vero habeatur, nihil minus multi sunt, qui pro fabuloso agnoscunt. (K)

A M E T H Y S T U S.

Amethystus gestatus Ebrietatem arcere dicitur; item malas Cogitationes prohibere, & etiam felix Ingenium, Vigilantiam & Industriam inferre creditur. (L)

I. CHRYSOLITHUS.

Chrysolithum imprægnatum esse Sulphure Solari multi putant, unde interne solent dare, ut instar Auri sit fomentum Facultatis Vitalis; sicut & à Fascinationibus tueri dicitur. Sed falsò: potius *Chrysolithi Color* est partim à *Croco* seu *Sulphure Martiali*, partim *Joviali*.

Usus ejus est contra Melancholiam & Affectus melancholicos, interne & externe applicatus: sicut etiam GARDANUS refert, Chrysolithi 15. grana auxilio esse præsentem Melancholicis, seque octo dierum spatio desperatum Melancholicum ejus Pulvere liberasse. (M)

II. GRANATUS.

Granatus refertur ad *Carbunculos*. Tinctura hujus Auro tribuitur, sed falsò: Potius participat de *Sulphure*

ciam officinalem solis *Occidentalibus* linquunt. Hi sunt tum *Hispanici*, tum *Bohemici*, tum *Silesiaci*. E quibus Bohemici reliquos antecellunt.

Vires. Exliccant, corroborant, medentur Cordis palpitationi, Melancholiæ resistunt & Veneno, spuitionem Sanguinis sistunt, Tartarum in Corpore resolvunt, Collo suspensum iisdem virtutibus vulgò celebrantur.

R R Æ P A R A T A.

1. *Granatus præparatus* Fit. l. com.

2. *Magisterium*.

Igniuntur *Granati*, & in *Spir. Sal. com.* aliquoties extinguuntur, donec solvantur. Soluti *Oleo Tartari* in Lactis cremorem coagulantur, atque *Aquâ calidâ* dulcorati, postmodum usui adhibentur.

N. 1. Fieri quoque inde possunt & aliæ *Præparatorum* Formulæ ad modum generaliter datum.

N. 2. *Sulphur Granatorum Bohemicorum* describit *Agricola* tomo 2. pag. 261.

III. HYACINTHUS.

HYacinthus est Gemma pellucida, ex flavedine rubens, Ignisque flammam imitans. Germ. *Hyacinth*. Gall. *Pierre de Hyacinthe*.

Sunt alii (vel aliæ) *Orientalis*, alii *Europæi*. Hi inveniuntur ad Iseram fluvium, in confinibus Silesiæ & Bohemiæ, suntque Orientalibus ignobiliores. Quoad Colorem, referunt alii Colorem Minii nativi, aut Sanguinis admodum biliosi, & hi sunt præstantissimi: alii rubedine Croci flavescunt, alii exactè ostendunt Succini colorem, & hi viliores: alii albi pellucidi Succini colorem referunt, & hi omnium vilissimi habentur.

Vires. Vim habet Cor corroborandi, & à Peste tuendi. Singulare quoque est Specificum contra Spasmodum & Contracturas, *Amuletum* quoque antipeffiferum habetur Collo appensus.

Martiali, uti patet ex Experimento BOYLE. de *Gemmis Sect.* 2. quòd adeò firmiter adhæret, ut vix ac ne vix quidem possit ab eis separari: unde frustrâ laborant ii, qui *Tincturam Granati* parare volunt beneficio Sublimationis cum *Sale Ammoniac*. Quæstio aliàs est: *An Bohemici seu Occidentales Granati sint præstantiores? an verò Indici seu Orientales?* Respondetur: Bohemicos esse præstantiores Indicis seu Orientalibus, propterea, quoniam *Orientalis Granati* vi fortis Ignis liquefcunt, & instar Vitri coagulantur; Bohemici e contra Ignem fortissimum sustinent, à quo neque colorem, neque pondus mutant, sed solidi ex ipsis flammis emergunt.

Propter *Sulphur Martiale* idem Granatorum effectus est eum Corallis in Cordis Palpitatione, Affectibus melancholicis, Lipothymis, Hypochondriacis, & Scorbuticis, Terrore, &c. quod ipsum etiam tam interno, quam externo usu præstare solent, vel appensæ, aut quacumque ratione admotæ. *Magisterium* nil valet.

Tinctura Granatorum pro viribus roborandis multum commendatur, & fit duplici modo: vel mediante *Sale Ammoniac*, Sublimatione, & cum *Spiritu Vini* Extractione: vel calcinant *Granatos*, solvunt in *Spiritu Nitri*, Spiritum abstrahunt, *Calcem* relictam edulcorant, postea reverberant, & sic recipit *Pulvis* colorem antiquum; quem cum *Spiritu Vini* extrahere volunt in *Tincturam*. Sed *Tincturæ hæc* sunt sophisticæ, de quibus *Capite antecedente* jam dixi; utur valde commendetur in Curâ Dysentericiæ, cujus rei fides sit penes Autores.

III. HYACINTHUS.

HYacinthus & *Rubinus*, qui etiam vocati fuere *Carbunculi*, Gemmæ dicuntur congeneres; invicem enim de *Sulphure Solaris* participare putantur: hinc Pectori admoventur in Morbis malignis, Lipothymia, Palpitatione Cordis, & abigendis Venenis. Unde prostat in *Officinis Eleduarum*, quod vocant *Confectionem de Hyacinthe*, multi usus contra Febres malignas, Cordisque Affectus. Verum Color *Hyacinthi*

(K) Non solum fabulosa sunt, quæ de Adamantis vi Dæmonem pellendi, ac Uxoribus castitatem explorandi, hinc afferuntur; sed superstitionem quoque sapere, vel cæcis ipsis est manifestum. Quòd autem Adamantis invicta durities Agnini Sanguinis contactui cedat, inter ridicula connumerandum. Meritò igitur Gemma hæc Adamas appellatur, ab a privativo, & *δαμνῶν* domo, quòd malleo vix perdometur. Adamantis (quemadmodum & Crystallo) crassiuscula acuta fragmenta, non nisi Intestina lacerando, Dysenteriam inducere valent: quare inter Venena haud reconsebis.

(L) Imaginaria Amethysti vis, Ebrietatem vitandi, nomen Lapidis fecit: a enim privativum est, & *μῆδον* ebrius sum.

(M) Chrysolithus (aureus Lapis) saltem Orientalis, est Topazius Officiarum.

sus, aut Annulo inclusus. *Quercetanus in Pharm. Rest. cap. 26. B. de Boodt.*

P R Æ P A R A T A.

1. *Hyacinthus preparatus.*
2. *Sal & Magisterium.*

N. Hartmannus in Pract. Calcinat cum æq. parte *Sulphur. vivi* (Meneræ adhuc conjuncti, non in Magdaleones redacti,) in Crucibulo forti, cum Operculo tecto, (non lutato) Igne circulari: 1. lento, 2. fortiori, tandem 3. fortissimo, donec *Sulphur* omne exhalet, nec amplius Sulphuris odorem spirat. Hinc eluit optimè, & denuò cum ana *Sal. Nitr.* calcinat Igne circulari, donec in *Massam* abeat in Igne Metallii instar rubescentem. Hinc injicitur in *Aquam calidam*, cluiturque optimè, donec non amplius Sal Nitrum sapiat. Hinc *Pulverem* affundit *Acet. defill. terebinthinatum*, solvitque s. a. donec *Hyacinthi* sint soluti, relictis exiguis *Facibus* in fundo. *Solutionem* filtratam exhalare permittit ad siccitatem, *Pulveremque* optimè edulcoratum exhibet (*Sal Hyacinthi*), aut cum *Oleo Tart.* præcipitat. (*Magisterium.*)

Dosis ℞. vel ℥j.

(*JASPIS*, præsertim qui undique rubicundus, in *Hæmorrhag.* à multum valere putatur, appensus; *Calculus* frangere assumptus (*Claudius Empir. ration.*), Partum accelerare *Femoribus* alligatus. *B. de Boodt.*)

IV. LAPIS NEPHRITICUS.

Lapis Nephriticus est Lapis opacus, variegatus, ex colore viridi, aliisque permixtus. *Germ. Griesstein. Gall. La Pierre Nephretique.*

Rarè hic Lapis in se duos Colores habet, semperque Viriditatem refert, alius scilicet Viriditatem ex albedine, alius Viriditatem subflavam, interdum subcæruleam, plerumque ex viridi, albo, flavo, cæruleo, nigroque Colore mixtio est. Poliri exactè non potest, semper enim ipsius superficies pinguis apparet, quasi Oleo innunda esset.

Adfertur ex Novâ Hispaniâ. In nonnullis etiam Hispaniæ locis, & in Bohemiâ reperitur. Tantâ invenitur mole, ut

cinthi non est à Sulphure Solari, sed *Martiali*.

Pulvis hujus Gemmæ, vel etiam exinde paratum *Magisterium*, quod describit *AUTOR*, commendatur etiam in quibuscunque Convulsionibus, & Spasmo; sed nihil valent.

Affecto Corde hæc Gemma gestata Colorem mutare dicitur. Videatur *GESNERUS Lib. 1. Epistol. pag. 4.*

J A S P I S.

Jaspis in *Hæmorrhagiis* quibuscunque sistendis, in Manu detenta, ut incalescat, vel Argento inclusa & Naribus adducta, certum est Remedium: pro quo usu eligenda est ista Jaspis, quæ hinc inde sanguineis Maculis viridibus intermixtis est colorata; non verò multis albis aut obscuris est respersa: videatur *TENZELIUS in suo de Re Medicâ Tractatu & HILDANUS c. 3. Obs. 3.* Et quidem gestanda est in eâ Manu, ex cujus latere Nasi Sanguis effluit. Hoc enim modo aliquando fuit sublata desperata *Hæmorrhagia*, quæ à tribus celeberrimis Medicis non potuit curari: videatur *SCHMUCK in Curat. Magico-Magnet. pag. 16. & BOOT de Gemmis Lib. 1. cap. 102.* Præter virtutem contra *Hæmorrhagiam* Narium, uti etiam contra Abortum, Femori alligata, Fœtum pellere creditur.

IV. LAPIS NEPHRITICUS.

Lapis Nephriticus ex Novâ Hispaniâ adfertur, ex cæruleo ad viridescentem Colorem inclinat, & in superficie semper pinguis & oleosus apparet: ratione virescentis coloris ad *Smaragdus* refert *BECHERUS Phys. subterr. Lib. 1. pag. 347.* Species est *Jaspidis exotica*, unde rarum est, quod etiam observatus fuerit *Lapis Nephriticus albus*, de quo vid. *M. A. N. C. Ann. 3. Observat. 30. pag. 46.* Ita dicitur ab effectu, quod nempe *Amuleti* loco de Collo suspensus, aut *Coxendici* appensus, aut etiam *Armilla* aliaque ex hoc confecta, nephriticos Dolores demulcere, & *Calculi* excretionem promovere, observatus fuerit. Quod etiam non est de nihilo: nam non tantum Arenam calculosam pellit, ac à Calculo præservat, sed etiam eundem curat; & quidem Argento inclusus, majoris efficaciz esse putatur. Has Vires

Pocula inde fieri possunt. Quin imò *Frustrum* hæc *Francofurti* conspiciere licuit, ultra libras 50. pendens.

Vires. Commendatur adversus *Nephritidis* aut *Stomachi* Dolores: sed ejus præcipua laus est ad nephriticos Dolores, *Calculus*que, & *Arenulas* expellendas. Medetur his *Affectibus* *Brachio* vel *Coxendici* alligatus, aut de Collo suspensus. Cujus rei gratiâ *Armillas* inde factas gestare solent. Sole *Virginem* ingrediente insculpunt *Signum Virginis*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Magisterium. Dosis* à g. ʒv. ad ℥j.
2. *Liquor* à g. ʒvj. ad xxv.

V. RUBINUS.

Rubinus est Gemma diaphana, rutilans, rubensque (exigua portiuncula est cærulei coloris), ac *Limam* respiciens. Græcè *Ἰνδραξ*. Arabicè *lacut*. Latine *Carbunculus*, κατ' ἔξοχῆν. *Germ. Rubin. Gall. le Rubis.*

N. kuocdo ipsius est instar *Sanguinis*, *Lacæ Indicæ*, aut *Coloris coccei*. *Germ. Kermis. Gall. Couleure d'Escarlante.*

Nobiles Rubini in *Insulâ Zeylan* nascuntur; alii, qui minores, in *Coria*, *Calecut*, *Cambaia*, & *Bisnagar*. Optimi in *Flumine* in *Pegu*. Exploratur bonitas *Ore & Linguâ*. Nam frigidiores & duriores, meliores reputantur. Nascuntur in lapideâ *Matrice rosei* coloris, primumque candicant, deinde paulatim maturescentes *Ruborem* contrahunt. Hinc albi immaturi. Nascuntur plerumque in eadem *Fodinâ*, ubi *Sapphiri* reperiuntur.

Vires. Tradunt *Rubinum gestatum*, vel ebibitum *Venenis* resistere, ac à *Peste* præservare, *Tristitiam* arcere, *Libidinem* coërcere, *malas Cogitationes*, & *terrenia Somnia* avertere, *Animum exhilarare*, *Corpus incolume* conservare, ac, si *Homini* infortunia insident, ea *mutacione Coloris* in obscuriorem significare, iisque præteritis, iterum *pristinum Colorem* recuperare.

P R Æ P A R A T A.

Rubinus præparatur more communi (in *Febribus* utilis.) (*Tincturâ Rubini* Fœtum pelli, *Kozar.* refutat. *Dof. ʒij.* vel ʒʒ. in *Aquâ Helen.* vel *Rub.*)

VI. SAP-

existimo obtinere nephriticas, vi *Spasmodum* ac *Motuum convulsivorum* sedativâ, quibus etiam *Ureteribus* ac locis membranosis finitimis remittentibus, &c. Dolores nephritici abeunt, & *Calculi* sponte promoveri solent. Unde etiam, præter vim *Calculus* promovendi, mirificè in *Doloribus Coli*, *Suppressione Urinæ*, *Dolore Capitis* vehementiori, & *Affectibus catarrhalibus*, laudari solet. Hoc ipsum docet, quo jure interno usu tanquam *Diureticum & Lithontripicum* usurpetur: unde & *D. MICHAELIS* aliique *Liquorem Nephriticum*, item *Magisterium Nephriticum*, solvendo in *Spiritu Salis composito*, ex hoc *Lapide* præparare satagunt. Modos præparandi videbitis in *HOFFMANNI Clave p. 154.* Nempe utut vi *amuleticâ* *Spasmos* sedando aliquid adjuvamenti adferat; tamen interno usu non statim eundem effectum præstabit; multo minus si *Salium* sub *Præparatione* additione, *Textura* ejus plùs minus invertatur, & alteretur. Confer. *WORMIUS in Museo*, & in specie integer *Tractatus de hoc Lapide* editus à *CASPARO BARTHOLINO.* (N)

V. RUBINUS.

UT supra dixi, *Rubinum* vulgò inter *Carbunculos* referri, ideo, quòd horum *Tinctura ex Auro* præsupponatur; quod quidem verum est de *Rubino*, non verò de reliquis dictis *Carbunculis*, *Granato* & *Hyacintho*, uti supra dixi. *Sulphur Solare* in *Rubino* confirmatur præter alia ex eo, quòd hic frequenter in locis, ubi *Aurum* adest, invenitur, teste *MERRETTO de Arte vitrar. pag. 419.* sicut & *Rubinarum* generationem eleganter describit *AUTOR* noster. Hinc & *CrySTALLUS* calcinando præparata, per *Aurum in Aquâ Regiâ solutum*, & in *Pulverem* redactum, in *Carbunculum* quasi mutatur: videatur *NEERI de Arte vitrar. cap. 129.* De *Rubinis albis* vid. *VELSCHIUS Hecatost. 1. pag. 68.*

In *Febribus*, aliisque *Malignis & Venenatis Morbis*, *Lipothymia*, *Palpitatione Cordis*, &c. efficax Remedium putatur *Rubinus*; unde ceu principale *Ingredientis* est in *Eleuario de Gemmis*, quod à multis magni fit in *Morbis Malignis*, *Venenatis*, *Pestilentialibus*, &c.

Externo usu vi amuleticâ commendatur: arcet *melancholicas*

(N) Est & *Lapis Nephritici pretiosior species*: illum ab eximiiis virtutibus *Nephriticum Divinum* appellant.

VI. SAPPHIRUS.

Sapphirus est Gemma cœruleo colore, pellucida & diaphana. German. *Sapphir*. Gall. *le Sapphir*.

Sunt aliquæ Colores cœruleo albidæ, aliæ cœruleo saturæ: hæc *Mares*, illæ *Fœnellæ* appellantur: aliæ omni colore carent, *Albaque* vocantur.

Orientalis inveniuntur in Calcut, Cananor, Bisnagar, Zeilan, & præstantissimæ in Regno Pegu.

Occidentales variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemæ, & Silesiæ satis præstantes ferunt. Præstantiores tamen sunt *Orientalis*.

N. Color in Igne faciliè aufertur.

Vires. Est frigida & sicca, astringens, consolidans, alexipharmaca, cordialis, ophthalmica. Proinde Oculorum Humiditatis exsiccat, Inflammationem arcet & extinguit (in *Collyriis* adhibita, aut *Butyro loto* excepta, Palpebrisque oblinita superioribus): valet ad omnia Alvi profluvia, Dysenteriam, Fluxum hepaticum, Hæmorrhoidum, Sanguinisque rejectiones (assumpta cum *Aquâ Plantag. Tormentill. &c.*). Ulcera interna & Vulnera sanat, Cor corroborat, & lætificat. Pesti (Anthracibus impositus Venenum à Gorce arcere dicitur) omnique Veneno, Febribusque malignis adversatur: cardiacos ac melancholicos Affectus quosvis lenit, tollitque (intus exhibita). Integra Sapphirus Fronti adhibita Hæmorrhagiam sistit, ac Inflammationibus applicata eas extinguit. In Orbiculum redacta Pisi magnitudine ac perpolita Oculis imposita, Pulveres, Culices, & quicquid in Oculum deciderit, aufert, Oculos à Variolis & Morbillis tutatur, &c.

P R Æ P A R A T A.

1. *Sapphirus præparata*. Fit modo comm. lævigando cum *Aquâ cordiali*.

2. *Sal*.

3. *Liquor*, seu *Oleum*.

N. 1. *Sapphirum* duplo pondere *Sulphuris* commixtum, calcina: *Calcem Aquâ stillatiâ* sæpius ablue, rursusque exsicca. Postea *Spiritu Vini* perfunde ac macera, tum rursus exsicca, quodque in fundo remanet, iterum calcina, destillaque toties, donec in *Vino* liquefeat Nivis instar: tandem abstrahæ, & provenit *Sal*, quod in loco humido in *Liquorem* solvitur. *Hœt. de Boedt.*

N. 2. Alij solvunt *Sapphiri* pollinem in *Acet. destill.* & *Succo Limonum*, *Solutionemque* cum alio *Cordiali* exhibent mixtam.

cas Imagines, & Insomnia turbulenta, si instar Armillæ appendatur Collo. De mutatione Coloris videatur **AUTOR**, & illud quidem latius diductum in **BOOTIO Lib. 4. cap. 14. pag. 146.**

FABER in *Myrobac. spagy.* commendat *Quintam Essentiam Rubini*, quam tamen non puto esse magni ponderis.

VI. SAPPHIRUS.

Sapphirus ordinariè est cœrulea; dantur tamen etiam *albæ Naturales*: de quibus videatur **VELSCHIIUS Hecatost. 1. pag. 67.** Color ejus cœruleus dependet ex *Sulphure Veneris*, utpote quod Sulphur est à Primo Ente Lunæ, cum mutaretur in Metallum, & à Principio aquoso conglutinatum. Nam omnes Gemmæ conveniunt in Radice, differunt in Sulphure.

Famosissimus ejus usus est in Carbunculis Pestilentialibus, quasi magnetice curandis, in Circulum nempe aliquoties circumdata. Nam brevi post Circulus livescit & nigrescit, & postmodum Carbo integer à parte sanâ separatus excidit. De hoc *Sapphiri Magnetismo* videatur **MARCUS MARCI in Philof. Veter. restit.** Ophthalmica etiam habetur Sapphirus: Unde ejus usus quibusdam multus solet esse Ophthalmiis, & nimiam Oculorum Lippitudine, si Circulus ducatur circa Oculum: Unde Remedium egregium est in Variolis & Morbillis, ad præservandos ab his Oculos si nempe Circulus crebrius circa Palpebras, & Oculorum bulbos ducatur cum Sapphiro. Commendatur etiam ad roborandum & restituendum Visum. Si Pulvisculum aliquod in Oculum incidat, dicit **AUTOR** noster, quod conveniat, si in Orbiculum redigatur Pisi magnitudine, ac perpolita Oculis imponatur. Cæterum tutius applicantur *Perla*.

Sal & Liquorem Sapphiri, de quibus videatur **AUTOR**,

(Δ) *Sardius Lapis est, quem Cornalinam vel Carnalinam à Cornu lævigatione, vel Carnis colore, vulgè appellant. Ne tamen Sardium Lapidem cum Sardonyche confundas: Sardonyx enim Lapis est de Cornalinâ & Onyche participans. Est autem Onyx exoticus Lapis ab ἐὼν Ungula, cujus figuram imitatur, nomen sumens.*

Essentia, seu Tinctura,

Calcinator *Sapphirus* bis, ac postea *Oleo Vitrioli* solvitur, abstrahæ dein *Oleo Vitrioli* cum *Spirit. Vin.* *Essentia* extrahitur. *B. de B.*

VII. SARDIUS LAPIS.

Sarda, Sardius Lapis, est Gemma semiperspicua, loturæ Carnis, seu Carni sanguinolentæ similis, unde & *Carneolus*, vel corruptè *Corneolus* vocatur. Germ. *Carneol.* Gall. *La Carneole*.

Non omnes uniusmodi inveniuntur Coloris, alij enim sunt rubri, alij exiguâ Sanguinis rubedine tincti, alij subflavescentes ex rubedine.

Laudatissimus *Carneolus* in *Sardiniâ* invenitur, hinc in Epiro, & *Ægypto*, sed *Babylonius* cæteris præfertur. *Indici & Arabici* etiam non contemnendi, ut nec *Europæi*. Nam in *Bohemiâ*, *Silesiâ*, aliisque Regionibus præstantes inveniuntur.

Vires. Pulvis ad omnem Sanguinis fluxum propinatur. Gestatus fertur Animum exhilarare, Timorem pellere, Audaciam præstare, Fascinationes prohibere, ac Corpus contra Venena quævis tueri. Imprimis autem Sanguinem undecunque fluentem peculiari proprietate sistere, Ventriusque alligatus Partum conservare.

P R Æ P A R A T A.

Sardius præparatur modo communi. (Δ)

VIII. SMARAGDUS.

Smaragdus est Gemma pellucida & diaphana, grato suo Virore pulcherrima, omnium Gemmarum fragillima. Arabice *Zamarut*, nonnullis *Prasinas*. Germ. *Smaragd.* Gall. *de l'Émeraude*.

Sunt alij *Orientalis*, alij *Occidentales*.

Orientalis, uti sunt Virore amoenissimi, ita & præstantissimi.

Occidentales sunt, tum *Peruviani*, tum *Europæi*. Hi reperiuntur in Cypro, Britannia, aliisque in locis; sed reliquis sunt ignobiliores.

Vires. Omnem Alvi Sanguinisque fluxum, & præcipuè Dysenteriam ebibitus sistit; nec refert utrum à mordaci Humore, an à Veneno ortum ea habuerit: venenatis item Morbis, Pesti, Febribus pestilentibus medetur.

Dosis gran. 6. 8. 10.

Inter

commendat **CLAUDIUS DEODATUS** in Cordis Affectionibus omnibus, in quibus mira facit.

Præparatur quoque *Magisterium ex Sapphiro*: post duplicem nempe Calcinationem factam, solvitur *Sapphirus* in *Spiritu Nitri* cum *Aceto destillato*, & Solutio præcipitatur cum *Oleo Tartari*. Prima Solutio fit viridis, subsequentes simul albæ. Ratio diversitatis consistit in Sulphure Lunæ, quo imprægnatus est Sapphirus. quod in primâ Solutione sese exhibet in colore viridi; in reliquis solutionibus non amplius est præsens, unde in albicante sese exhibet. *Sycophantæ & Agyrtæ* habent *Oleum purpureum* seu viride elegans, quod dicitur esse *Oleum Sapphiri* verum (sed est impostura, estque nihil aliud, quàm *Oleum ex Terebinthinâ & Chamomillâ destillatum*. *Oleum* hoc habet **AUTOR** in Regno Vegetabili, ubi de *Chamomillâ*.

VIII. SMARAGDUS.

Smaragdus est Gemma viridi colore, mollioris consistentiæ, & facilioris solutionis, quàm reliquæ Gemmæ. Viror ejus est ex *Marte*, ut supra dictum. Mars enim duplicem dat colorem; per se rubram, & si attingatur Acido, viridem. Observantur tamen etiam *smaragdi albæ*, teste **VELSCHIO loco citato**.

Solo intuitu Visum & Oculos recreare dicitur, & quidem, quod viridior, ed utilior ad quoscunque Affectus censetur. *Amuleti* instar appendi solent Infantibus contra Pavores nocturnos, Terrores subitaneos, Morbosque convulsivos & epilepticos. Sed propterea non statim etiam interno usu pro iisdem Affectibus conferre præsumendum est, utur *Smaragdus præparata* à quibusdam pro talibus scopis, item pro Hæmorrhagiis ex acrimoniâ Sanguinis, pro Alvi fluxibus, præsertim dysentericis, adhibeatur; sive Dysenteria sit simplex, sive

Inter *Amuleta* præcipuè commendatur ad Epilepsiam, Partum accelerat (alligatus Coxæ), eundem retinet (impositus Ventri.) Hæmorrhagiam sistit (Ore conditus), Dysenterias omnes, ac Hæmorrhoidum fluxum, indubitatè compescit, (Ventri adhibitus, teste *Guainerio*). Timores ac Terriculamenta arcere fugareque, ac Hæmitritæam Febrem tollere creditur, è Collo pendulus, &c.

N. Frangi Smaragdum in Coitu quandoque Experimento comprehensum dicunt. *Cardanus*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Smaragdus præparatus*.

2. *Sal & Tinctura Smaragdi*.

Smaragdus pulverisatur, ac per linteum trajicitur; hinc superfunditur *Spiritus Urinæ*, qui aliquid Phlegmatis adjungit, ut Colorem extrahat; Spiritu dein iterum Destillatione abstracto, in fundo remanet *Extractum (Sal)* griseum, è quo tandem (citra edulcorationem) vi *Spiritus Vinæ* extrahitur *Color* seu *Tinctura* summè viridis: abstrahe igitur ad aliqualem consistentiam & serva.

Dosis gran. 10.

B. de B. *Hartmannus* in *Prætic. de Dysent. Tentzelius* in *Æcegesi sua*, *Finckius* in *Enchirid.*

Vires. Dysentericæ & fluxibus Alvi quibuscumque mirificè prodest, nec minùs utilis est in Cordis & Capitis Affectibus. Palpitatione, Melancholiâ, Paraphrenitide, Syncope, &c.

N. 1. Urina quicquid potest vi sui Salis facit; hinc non erubescat, si *Aquam stillatitiam* convenientem *Sal. com. Urinæ* acuatam loco Menstrui adhibueris. Imprimis quoque, quia Urina simpliciter destillata, nisi Sale suo acuatâ fit, laborem irritum facillè reddere potest.

sive quæ subsequitur interdum Philtrum: videatur de hoc ZACUTUS LUSITANUS *Lib. 1. Medic. Princ. p. 32.* item in DEODATI *Pantb. Hygiast. pag. 124.* Et quidem virtutes has in Curâ Epilepsicæ & Dysentericæ habet ratione *Sulphuris Martis*, quod in sistendâ Epilepsicâ & Dysentericâ potens est. In Ephialte Specificum est, tam in Infantibus quàm Adultis, necnon in Pulsu intercepto, viribusque rescindendis. In specie in Terrore nocturno Infantum, sæpiùs Epilepsicæ prodromo, usitatissimus fuit MICHAELIS non sine successu. Verùm in Dysentericis Smaragdo præferantur *Corallia*, in Pavore nocturno *Anisum*, &c. In quibusdam locis usitatus est *Syrupus de Smaragdo*, qui fit, si solvatur *Smaragdus* in *Spiritu Nitri*, abstrahitur postmodùm *Menstruum*, & cum *Aquâ Rosarum* & *Saccharo* fiat *Syrupus*, qui laudatur ad Dysenteriam.

ZACUTUS LUSITANUS habet *Tberiacam Smaragdianam*, quæ fuit ejusdem Secretum in Epilepsicâ, conjunctâ cum Febribus Malignis.

Tinctura Smaragdi, quam AUTOR cum *Spiritu Urinæ* parare docet, est *Martialis*. Paratur hoc modo:

Smaragdus pulverisatur in Mortario ferreo, tum superfunditur *Spiritus Urinæ*.

Quando igitur in Mortario ferreo pulverisatur *Smaragdus*, propter duritiem aliquid Pulveris ex Mortario ferreo secum abducit per frequentem tusionem, qui *Pulvis Martialis* mixtus cum *Pulvere Smaragdi*, aliàs per se de Martiali Sulphure participantis, per *Spiritus Urinæ* facillè extrahitur in Colorem cæruleum & viridem, & est tantùm *Solutio* superficialis particularum Martis & Smaragdi, non verò *Tinctura*. Hoc patet exinde, si scilicet *Silices* eodem modo pulverisentur, & extrahantur cum *Spiritu Urinæ*, eandem dant *Tincturam*, quam dat *Smaragdus* ita pulverisatus. Nam *Spiritus Urinæ* super *Marte* fusus inducit similem Colorem viridem. Est ergò ingens impostura hæc Præparatio, quæ tamen *Tinctura* ratione Martis contra Fluores dysentericos non ineptè commendatur.

Notetur, ex *Minerâ Smaragdianâ* fieri posse *Phosphorum Smaragdinum*.

TURCOIS.

Turcois Orientalis verus si gestetur, præservat ab omni periculoso Casu ab alto; quòd si verò Casus Homini

(O) Duo admiranda de Turcoide hic notabo. Primum, quod paradoxum videri poterit, Lapidem hoc verum Lapidem non esse, sed Ossa Animalium in locis subterraneis longo tempore conspulta, inter quorum lamellas, lapidea Materia subrepens, illa lapidescere facit. Alterum, Turcoides Lapidem naturâ cæruleum non esse, sed potius albos, maculis tamen & venis atro-cæruleis interstinctos: cærulei tamen redduntur Ignis admotione, cujus ope qui in maculis & venis illis continebatur color, per universam substantiam diffunditur, eamque cæruleo, sed dilutiore colore inficit. Utrumque evincit Cl. Reaumur, Aët. Acad. Scient. Anno 1715. qui in Gallie Mineris lapidescencia hæc Ossa invenit, & Ignis ministerio in Turcoides, cum ipsis Orientalibus comparandos, convertit.

N. 2. *Tinctura* hæc nihil aliud esse videtur, quàm *Elixir*, constans partim ex *Smaragdi* substantiâ, partim quoque ex *Sale Urinæ*, dictæ Substantiæ commixto.

CAPUT VI. DE CORALLIS.

Lapidibus pretiosis subjungimus *Corallia* & *Margaritas*, utpote quæ non modò substantiâ & viribus, sed Præparationibus, & inde resultantibus Præparatis, Gemmis admilantur.

Corallium est Frutex sub Aquâ marinâ generatus, Græcè *κοράλλιον* & *λιθοδένδρον*. Arabicè *Bassad*, *Mergen*, seu *Margian*, *Besd*. Latine *Corallium*, *Corallum*, German. *Coral*.

N. *Corallia* generari ex *Succo lapidescente* certum est: utrum autem *Succus* ille per se in Fruticem lapideam prorumpat, vel an priùs ligneam suscipiat figuram, subindeque in lapideam vergat, veldenique an Plantam (emortuam) sub marinâ Aquâ repertam penetret, transmutet, adeoque hujus figuram retineat, dubium. Dubitandi occasionem præbet, quòd Frutices Coralliorum dentur, qui ex parte Ligni adhuc referunt substantiam, partim Coralliorum. Nos posthabitis ejus farinæ dubitationibus, qualis præter hanc & illa est, quam habent de *Fructibus Coralliorum granulatis*, quos alii negant, alii perhibent: item de *Induratione*, quam alii fieri statuunt simul ac *Corallii* Frutex extra Aquas esse incipit, alii etiam in ipsâ Aquâ *Corallia* indurari volunt, utpote quas scire parum est emolumenti, ignorare parum detrimenti; pergitur ad ea, quorum Medici interest, Differentias scilicet, *Vires*, & Præparationes.

Differentia.

immineat periculoso, contingit, ut ipse Lapis frangatur & rumpatur, quasi ruinam patiatur: id quod non tantùm propriâ Experimentâ confirmat BOOT de *Gemmis*, sed etiam SCHMUCK in *Curtis Magico-Magnet. pag. 17.* ubi simul affirmat, quòd Turcois in manu gestatus, quoties ipse SCHMUCK præternaturaliter aut malè affectus fuerit, toties aliquot Maculas Turcois iste contraxerit. Unde Turcois in usu est, Turcoide ornare Pedes Equorum, item Soleas equinas, ne periculose cadant, sed sint à Casu sic magis præmuniti. (O)

CAPUT VI. DE CORALLIS.

De *Corallis* notum, quòd sint *Fructus marini*, seu quod adferantur ad nos ex Mari. Copiosus est eorum proventus in Mari Tyrrheno seu Mediterraneo, prope Hætriam, seu in illâ parte, ubi alluit Italiam: maxima est illorum copia in Mari Rubro, in cujus fundo integræ quasi Sylvæ *Coralliorum* reperiuntur: vid. BOYLE. Et quidem notum est, quòd *Corallia* crescant sub Mari instar *Arbuculorum* ex pusillo principio, imò in Ramulos & Arbores sæpe abeant.

Concretum sunt petrosum seu lapideum, adeoque reverè ad *Mineralia* pertinent, prout nempe ceu genitum confideratur. Quòd sui verò generationem, res dubia est, utrum magis ad *Vegetabilem* vel *Mineralem naturam* inclinent, cum triplex, quoad hanc Controversiam, sit *Physicorum Hypothesis*?

1. Dum quidam afferunt, *Corallium* ex *Succo lapidescente* sui generis successivè generari, & per Extrapolitionem augmentari.

2. Alii existimant, esse reverè *Fruticem* seu *Plantulam* sui generis, quæ factâ *Vegetatione* successivè, partim spontaneo Naturæ motu, partim Aquæ marinæ salis adjumento, in Lapidem induretur.

3. Sunt qui existimant, *Corallium* esse *Vegetabile*, successivè à penetrante Humido petroso sui generis induratum, & ita petrificatum.

Mediam qui sustinent sententiam, *Litbodendron* seu *Arborem lapideam* *Corallia* appellare solent, adeoque mediam inter *Vegetabilia* & *Mineralia* naturam ipsis tribuunt: uti hoc

Differentia.

Corallii variaz sunt ratione Colorum Differentia: aliud enim Rubrum est, aliud Nigrum, Viride, Subflavum, Cinereum, Fuscum, alioue mixto Colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur Rubrum Minii nativi Colore, quod Masculi nomen obtinet; & hoc recipiendum quoties simpliciter Corallium præscribitur sine Coloris mentione. *Pallefcens Faminæ* nomen habet. Huic succedit *Corallium Album*; deinde *Nigrum* (*Antipathes* olim dictum.) Nam quod alio Colore est, neque in usum adhibetur, neque pro Corallo vulgò habetur.

Rubrum, in Indiâ & Siene, teste *Plinio* reperitur: nunc in Mari Tyrrheno & Siculo passim invenitur, Neapolimque adfertur, ubi politur. Hoc antequàm rubescat, & quodammodo maturum fiat, videtur variis Coloribus tingi. *Nigrum* reperitur in Galliciâ Hispaniæ. *Album* reperitur rarò, solidum-

hoc facit *SALA Lib. 1. Apor. 4.* Interim Controversiam, hanc non facio meam, cum longior Observatio & Experimentia rem decidat. Præ cæteris videatur *KIRCHERUS in Mundo subterraneo. Tom. 2. de Coralliis*, ubi omnia sufficienter diducit, *TENZELIUS in Exeg. Chymiatr.* ubi de *Tincturâ Coralliorum*, *BACO in suis Inquisit. & Observ. Naturalibus p. 1. seqq.* item *GANSIUS in Tract. de Coralliis*, qui præteritis Nundinis de novo excusus prodiit; & imprimis *DEUSINGII*, brevis quidem, sed accuratè *Tractatus*, qui vocatur, *Vindictæ Fæctis extra uterum genitii, Sect. 8.* Item *Diff. mea de Tincturâ Coralliorum*.

Dubium etiam est; *an mollia, an verò dura deprehendantur sub Aquis Corallia?* Duplici distinctione videtur hoc expedi-ri, distinguendo

1. Inter *Corallia Matura & Immatura*. Ita reverà sub Aquis dura sunt: *Hæc* aliqualem molliem habent usque ad perfectam Maturitatem. Præsertim Cortex quasi tartareus, seu Crusta nonnihil subinde mollis, sub undâ faciliè detrahibilis observatur, quæ tamen levi Aëris tactu subito induratur.

2. Distinguendum inter ipsum *Corpus Coralliorum*, & inter *Capitula Coralliorum* Succo lacteo turgida. Ita sunt dura; hæc verò nonnihil molliora, & ipse, quem continent, *Succus lacteus* de facili in duriciem tendit.

Sperma enim *Coralliorum* est *Succus ille lacteus*, & quasi mucilaginosus, ex quo, per mediam *Coralliorum* cavitatem sensimque propulso, tanquam *Nutrimento*, Vegetationis more incrementum capiunt *Corallia*. Quod si verò fiat, ut ex iis emanet *Succus ille*, & in aliud Subjectum incidat, hoc ipso Succo, tanquam *Spermate*, novum *Corallium* enascitur & frutescit; hinc quandoque extractum fuit *Cranium Hominis* è mari, in quo fuerunt *Corallia*; videatur *KIRCHERUS loco allegato*. Hic *Succus* est mollis, tenuis & glutinosus, ex quo teneriora *Corallia* aliquantisper sunt mollia, & faciliè flexilia, dum verò adolefcunt, & in Mari diutius morantur, eandem lapideam induunt duriciem. Id quod similiter fit, si *Corallia* teneriora evallantur ex Mari, & Aëri exponantur; simul ac enim ab Aëre fuit exhausta *Humiditas aquosa*, indurescunt *Corallia*, & in lapideum Fruticem abeunt.

Notabilis est duplex eorum *Differentia*, dum nempe *Rubra & Alba* reperiuntur; *Nigra* enim *Corallia* improprie dicta talia sunt. Sed non videtur essentialis inter hæc duo *Corallia* Differentia, quin *Alba* quasi immatura, *Rubra* maturiora & nobilissima esse videantur: quod præter *KIRCHERUM* illustrat *VELSCHIUS Hecatost. 1. pag. 108.* qui possidet *Corallii* frustulum, infra albicans, superius rutilum.

In *Coralliis Rubris* pro usu medico duo sunt consideranda:

1. Ipsum *Concretum Corallinum* quasi alcalinum, seu *Corpus* integrum.

2. Eorum *Rubedo*, seu *Tinctura* rubicunda.

Concretum Corallinum pro Lapidum naturâ est salino-terreum, de Acido & Alkali participans, seu est alcalino-terreum, debito suo seu mediocri Acido concentratum, ac Substantiâ tingente imprægnatum; aded ut in Compositione materiali per se terreum Alkali præponderet: hinc faciliè absorbet Acida, eadem mediante Effervescentiæ motu secum coagulat, & hinc calcinata *Corallia* Corpus Calcis vivæ simile relinquunt, quod assusâ Aquâ effervesceat. *Corallia* enim per se per Retortam destillata suggerunt *Phlegma acidum*, quod probat Acidum *Corallinum*. Vid. *Diff. de Tincturâ Corall.*

Quoad *Rubedinem* seu *Tincturam*, hanc *Solaris* naturæ est. Tom. IV.

que est, & cavitatibus caret; quibus Signis distinguitur à specie quâdam, *Hispanis Polo* dictâ, quæ in *Cataloniâ* ab iis qui *Corallium Rubrum* querunt, inventa pro *Corallo albo* pretis viliori divenditur. Caret hoc *Cortice*, crescitque in fundo *Maris* non in *Saxis*, ut *Rubrum Corallium*.

Vires.

Corallium omne exsiccatur, refrigeratur, adstringit. Cor præcipuè, deinde *Ventriculum* & *Jecur* roboratur; *Sanguinem* purificatur; ac proinde *Pesti*, *Venenis*, *Fibris*que *Malignis* ad-feratur, hilarem *Hominem* efficit (*Nigrum* tamen *Corallium* *Homines melancholicos* reddere perhibetur); sistit *Fluxus* quoscunque *Alvi*, *Uteri*, *Penis*, *Gonorrhœam*, *Epilepsiam Infantum* præcavet, (si recens nato ante omnem *Cibum* in *Lactæ* materno gran. 10. exhibeantur). *Extrinsecus* commendatur ad *Ulceras*, quæ *Carne* explet; ac *Cicatrices*, quas extenuat;

se, ac de *Sulphure Solari* originem immaturo & embryonato ducere, sunt qui existimant, ratione cuius virtutis *Solaris*, *Coralliis* tribuunt vim roborandi *Corpus nostrum*, depurandi *Massam Sanguineam*, resistendi *Malignitati*, *Epilepsiæ*, & sic porro. Sed hujus *Asserti* *Rationem*, aut *Experimentiam* solidam, hæcenus audire nullam contigit: quin potius *Martialis naturæ* videtur *Substantia* tingens, & suo modo de naturâ, substantiâ, & particulis *Martialibus* sulphureis participare, cum *Mars* facillimè per *Acida* blanda *Rubedinem* exerat, ipsâ *Coralliorum* virtute blandè adstrictoriâ, *Hæmorrhagiam* sedativâ, *Affectuum* *hypochondriacorum* & *melancholicorum* correctivâ, aliisque *Martis* proprietatibus idem confirmantibus, aded ut non videam, quid obstet, quominus *Marti* *Tincturam* istam adscribamus.

Quoad usum eorum consideretur vel ipsius *Concreti* usus interius & externus, & deinde *Tincturæ* ejusdem aded decantatæ usus. Quoad usum internum, ipsa *Corallia* absorbent & invertunt quælibet vitiosa *Acida*, plus minus manifesta, in primis viis oberrantia, & comescunt inde enatas *Effervescentias*, id quod etiam *mechanica Chymica* cum quibusvis *Acidis* ostendit, dum *Coralliis* affusum *Acetum*, vel alius quicumque *Spiritus acidus*, eadem promptè solvit, & in *Solutione* ista omnem amittit *acrimoniam acidam* & *corrosivitatem*, ut non absque *Effervescentiâ* & *Ebullitione* fiat. Hinc absorbendo eadem, mutatione texturæ, *Saporem* & *Vim styptico-adstrictoriam* pro *Martialium* quasi naturâ acquirit; unde in *Cruditate* *primarum viarum* acidâ, & inde natis *Exæstuationibus* *Corporis vagis*, *Phlogosi*, *Scorbucis* perquam familiaribus, in *Sodâ*, *Ructibus* acidis, *Febribus* *Intermittentibus*, *Malo hypochondriaco*, ac *Melancholiâ*, & *Affectibus Chronicis*, quorum fons ab *Acido* manifestiore est, *Infantibus* item *Tormentibus* afflictiis, perquam egregia sunt. Cum *Aceto* propinata *Corallia* acquirunt naturam adstrictoriam, unde contra nimium *Mensium fluxum*, & *Hæmorrhagias* quascunque, imprimis si sint à nimia *Sanguinis acrimoniam* *scorbucicâ*, contra *Dysenteriam*, quoniam *Acidum dysentericum* exulcerans absorbent, & in se recipiunt, contra *Sudores nimios*, & cum *Laudano opiato*, & in *Affectibus*, ubi opus est aliquâli *Adstrictione*, *Sanguinis condensatione*, in *Gonorrhœâ* tam *Virorum* quam *Mulierum*, vi purificandi *Sanguinem* sunt decantarissima. Si tamen sint quædam *Obstructiones*, v. g. *Mensium* ex abundante *Acido*, ibi per accidens oritur *Apertio*, dum absorbent *Acidum*, causam *Obstructionum*: de quo plura dicam, ubi de *Marte*. Præter dicta, *Palpitationes Cordis*, *Epilepsiam Infantum*, quæ à *Meconio* retento oritur, similesque *Morbos convulsivos*, ab *Acido* plus minus differente natos, præservant partim, ac curant: vid. *ARNOLDUS de VILLANOVA*, & *GAMILLUS LEONARDUS*, qui dicunt, quod per totam *Vitam* *Infantes* reddant immunes ab *Epilepsiâ*, uno nomine vis *Coralliorum* consistit in occulto *alcalifato*, ut rectè loquitur *HOFFMANNUS in Clave p. 162.*

Externus *Concreti* *Coralliorum* usus est, ut appensa exhibeat *Amuletum* celebre contra *Fascinationes* & *Incantationes*, ita ut etiam fugare *Dæmonem* dicantur: id quod, præter *Assertum PARACELSI*, propriâ *Experimentiâ* confirmat *HELMONTIUS in Tract. Injaciatorum Modus Intraudi: &c.* Ubi inter alia refert, quod *Corallium Rubrum*, & ejusdem *Tinctura* multum *solaminis* det in *Morbis* ab *Incantatione* ortis. Item alibi refert, *Armillam* ab his applicatam sponte disruptam fuisse in quâdam à *Dæmone* obsessâ, propterea quoniam *Diabolus* non possit ferre *Corallia*.

quat; ad Oculos, quorum etiam Lacrymas sistit, Visumque recreat in *Collyriis*.

Dosis à ℥j. ad ℥j.

Rutilantia Corallia ex communicatione *Paracelsi Amuletum* exhibent celebre contra Terriculamenta, Fascinationes, Incantationes, Venena, Epilepsiam, Melancholiam, Dæmonum insultus, Fulmina. *Album* appensum, ut Pectus contingat, Hamorrhagiam sistit Mulierum, & Fluxum album.

Præparationes.

Operationes, quibus Corallia elaborantur, sunt 1. *Præparatio*. 2. *Calcinatio*. 3. *Solutio*. 4. *Coagulatio*. 5. *Liquatio*. 6. *Sublimatio*.

I. Præparatio Simplex.

Præparatio nihil à Regulâ communi diversum habet.

II. Calcinatio.

Calcinatio Coralliorum est, vel *Ignitionis*, vel *Corrosionis*.

Calcinatio Ignitionis est tum *Mittor*, tum *Violentior*, tum *Resinifloria*.

Calcinatio Mitior.

Fit Igne Reverberij, dando tamen Calorem secundi gradûs,

ne Tinctura seu Color ipsorum Ignis violentiâ exhalet. *Quercetanus de præparat. Medic. Spagyric.*

Ignitio Violentior.

℞. *Corall. integror.* q. v. calcina Igne Reverberij, primùm lento, ut saltem viva Flamma Corallia in Furno Reverberij posita superficietens lambat. *Corallia* hoc modo, primo gradu albescentia, tandiu Igne gradatim aucto fatiganda sunt, donec ex albedine in flavedinem, ex flavedine in rubedinem summam reducantur, corpore toto reddito spongioso ac levi, id quod plerumque biduo vel triduo absolvitur.

Sic *Corallia* facta sunt habilia ad deponendam in *Spiritu Vini* Tincturam. *Hurtmannus in Croll. Semertus Inst.*

N. Si *Sal Coralliorum* propriè sic dictum desideras, vehementi Ustione eadem in Cinerem redige, moreque solito *Lixivium* inde faciendo, *Salem* elixiviando extrahe.

Calcinatio Ignitionis extinctoria.

℞. *Corall. grossè trit.* candescant in Igne, extinguanturque multoties in *Acet. destill.* ut solvantur. Filtra dein, abstrahaque *Acetum destill.* & consequetur *Sal Coralliorum* per deliquium resolubile. *Med. destill. part. 1.*

Calci-

lia. (P) Unde etiam contra Veneficia, & contra Ligationes Maritorum, valdoperè laudari solent Corallia: de quo videatur præsertim *GANSIUS de Corallis*, qui contra Veneficia hunc commendat *Pulverem*:

℞. *Corall. Rubr.*

Alb.

Dens. Hom. mortui cont. an. ℥j.

Herb. & Sem. Antirrh. ℥ij.

M. F. Pulvis.

Huic Pulveri subjicit hanc *Potionem* in Veneficiis expectam:

℞. *Corall. ℥iij.*

Visci querc.

Hyperic. an. ℥iv.

Seyrac. calam.

Ladani an. ℥i℥.

Urine destillat. ℥. ij.

Digerantur clauso vase per diem & noctem, destillentur.

Uterius *Corallia* appensa *Amuletum* contra Terriculamenta, & contra Imaginationes nocturnas haberi solent, contra quæ *CLAUDIUS DEODATUS* habet *Amuletum ex Corallis*, quod ita se habet:

℞. *Corall. Rubr.*

Lap. Malacit. an. ℥℥.

Cum *Succo Chelidon. & Mucil. Tragacanth.*

F. Amuletum.

Præterea Fulmina arcere, & ab iisdem tam *Ædificia* quam *Agros* præservare, à *PARACELSO* assertum fuit, ab aliis etiam affirmatum: id quod laudat imprimis *STARIGIUS*, per *Experientiam expertus pag. 30.* quod in *Agris* hinc inde dispersa *Corallia* vim *Fulminis* avertant, & arceant; quod tamen tanquam *Paradoxon* in medio relinquo.

In genere ergò frequens *Coralliorum* usus est, internè æquè ac externè sub *Amuletorum* formâ.

Præparationes, quibus *Corallia* subjiciuntur, sunt variæ & multæ. Duo autem generalia *Præparata Medica* suggerunt *Corallia*:

1. *Pulverem Coralliorum simplicem*, *dosi ℥℥. ℥j.* usque ad ℥j. solitariò exhibendum, aut etiam aliis permiscendum.

2. *Tincturam Coralliorum*, determinato guttarum numero usurpandam.

I. Quoad *Pulverem Coralliorum*, sanè hic simpliciter in *Porphyritide* præparatus, aut exactè pulverifatus, aliis præparandi modis est præferendus, adeò ut cæteras, præter

hanc *AUTORIS*, *Præparationes*, *Destrucciones* potiùs *Coralliorum* rectè appellet *HOFFMANNUS in Clave pag. 163.* In specie habeatur ratio, ne extra *Corpus Acidis* nimis saturetur; aliàs enim absque efficacâ intrò propinatur. Interim tamen cum blandè *Acidus* simul mista propinari possunt, quando scopum *Adstrictionis* simul incendimus, quia cum blandè *Acidus* *Corallia* acidiusculam & adstringentem acquirunt naturam. Hinc *SYLVIVS* *Corallia* cum paucò *Aceto destillato*, & à nobis cum *Succo Citri*, in *Mistura* propinantur.

II. Sufficiat ergò nobis simplex *Pulvis* præ aliis *AUTORIS* *Præparationibus*, eò deterioribus, quò magis *Acido* *Corallia* saturantur; quales sunt quælibet *Calcinationes Coralliorum*, sive viâ siccâ, sive humidâ instituantur. Viâ siccâ enim calcinata *Corallia* *Acidum* *Ignis* copiosè arripiunt, hinc saturata eodem, in suo pondere augentur. Ratio est, quia *Acidum* *Ignis* adhæret *Corallis*. Notum enim, quòd in omnibus *Lignis* & *Carbonibus* insit *Acidum*. Sub incensione autem *Acidum* exhalat & adhæret *Corallis*; e. g. *Coralliorum ℥x.* vel *xij.* post aliquot dies & noctes ponderant *℥xij.* Idem observatur in *Marte* & *Stanno* calcinato. (Q) Hinc frustra ferè intrò propinantur, utut *Calcinatione* itâ sint apta reddita ad deponendam suam *Tincturam* per *Menturam vitriolicum*, de quo videatur *TACHENIVS Hippocr. Chym. c. 27.* & in *Clave pag. 173.* Nam utut calcinata sic *Rubra* *Corallia* omnia penitus albescant, hoc tamen fit non propter jaçuram *Tincturæ*, sed propter *Acidum* *Ignis*, rodens *Corallia*: & hinc texturam nonnihil immutans. Jaçura igitur hæc *Coloris* est saltem apprensus, non enim nudo Igne expelli potest, sed firmids sis inhæret.

Fortiter calcinata *Corallia* *Corpus* instar *Calcis* vivæ representant, dum *Aquæ* affusione effervescent; ex quo verò labore nonnulli *Sal* quoddam elicere cum *Autore* gestiunt: sed nihil est, cum nunquam *Sal* extrahatur in formâ nativâ, & levis saltem *Cremor salinus* sit, qualis etiam *Decocto Calcis* vivæ supernatat, temperatus à *Sulphure* in elixiviatioe, quod de multis & saltem non de omnibus *Lapidibus* calcariis intelligendum est. Rectè ergò sentiunt cum *ZWELFFERO* qui negant, dari verum *Sal Coralliorum*. *Salia* reliqua sunt nihil aliud, quàm *Solutiones* coagulatae & inspissatae, & habent formam *Salium* à *Menstruis*, cum quibus facta fuit *Solutio*. Ipsa enim *Coralliorum* *Corpora* dura non dant *Sal*, neque *lixiviale*, neque aliud, sed solum sunt *Solutiones Coralliorum*. Unde patet, quòd in *Calcinatione Ignitionis extinctoria* non fiat *Sal* verum *Coralliorum*, sed nihil aliud, quàm novum *Compositum ex Acido Aceti destillati*, quod resolvit *Corallia*, & cum iis in *Corpus salinisforme* concrevit, quod facile in loco frigido resolvi potest: De hoc *Liquore* mirabile

(P) Quæ de vi *Coralliorum* adversus *Incantationes*, *Veneficia*, & *Dæmones* hinc ex *Paracelso*, *Helmontio*, atque aliis narrantur, sunt consuetæ nostro *Autori* *anicularum fabelle*, imò & fœdissime *superstitiones*.

(Q) Annon pondus calcinatorum *Coralliorum* augetur, eâ ratione quâ ait *Renatus*, *coctorum Laterum* pondus item augetur? Reserata scilicet *Ignis* actione pororum amplitudine, ut ad aqueas præsertim particulas per aërem volitantes excipiondas apti illi reddantur, quas ante coctionem angustiores idem existentes excipere haud poterant. Idque ex eo confirmatur; quia si *Lateres* statim è fornace extracti statim explerentur, leviores quàm ante coctionem erant, deprehenduntur; contra verò post aliquod temporis intervallum ad trutinam revocati, ponderosiores inveniuntur: quod de *Corallis*, *Marte*, & *Stanno* testatur quoque hinc *Ettmullerus*.

Calcinatio Corrosionis . x. Cum Sale Nitro .

℞. Corall. tritor. atque Sal. Nit. ana : crema ; ut duodecim horis fusa , liquoris modo fluant ; vel combure ad consumptionem Sal. Nitri , deinde duas horas candentia in Igne constant . *Lessius* 1. cap. 8.

Aliter .

℞. Corall. subtiliter trit. ac Sal. Nit. ana . M. injice per vias in Retortam tubulatam candefactam cum Excipulo apposito . Tubulum ab injectione statim obtura , & cum penitus Materia injecta fuerit , continuo Igne hor. 18. Corallia probè calcina .

Hæc adscribitur *Hartmanno* , unde *Tincturam* fecisse dicitur .

2. Cum Sulphure .

℞. Corall. trit. p. iij. Sulphur. p. 1. (alii ana) calcina Igne circulari per hor. 2. Postea ignita adhuc infunde in Acet. destill. (ad Corall. ℞j. Acet. destill. ℞. 1.) , Vas mox operculo claudendo . Hinc digere per dies 14. abstrahere , &c. *Sennerzius Instit.*

3. Cum Pumice .

℞. Corallia grossè confusa , F. cum Pumice usfo S. S. S. cementaque in Vase clauso , Igne Reverberij , spatio die. noct. 3. Quo opere finito Pumex , relicto corpore albo , Coralliorum Tincturam imbibisse creditur . *Gans de Corall.* verùm impugnat id ipsum *Tentzelius in Exegeti* , p. m. 512.

III. Solutio .

Liquores , quorum beneficio Corallia solvi possunt , varii occurrunt . Præcipui tamen sunt Acetum destillatum commune & radicum : Succus Berberum , Melonum , Citri , Ros Majalis (Spiritus ejusdem , cum suo Sal. com. acuat) , Liquor Betula , Spiritus Mellis , Panis , Terebintina , Ligui Guasaci , Buxi , Juniperi , Quercus , Summitatum Alni , Sorbi sylvestris , Spiritus Salis communis , Spiritus Vitrioli , Spiritus Tart. ut & Spiritus Vini iisdem acuat , Spiritus Coralliorum ardens , Pblegma Saturni optimum , &c.

Quinimò Corallia cum Sulphure calcinata simplex solvit Aqua .

mirabile est , quantum ei tribuatur in Febribus , v. g. Malignis & Ardentibus , instillando guttas xxx. vel xl. in ℞. Potus ordinarij : sed est abusus , & merito corrigendus .

1. 2. Calcinationes cum adjectis Salibus , Nitro , Sulphure , aliisque , cum in finem præmittuntur , ut ex Coralliis , per Acidum horum sub calcinatione rosas , facilius eliciatur Tinctura , sed Corallia ab hoc Acido in Sulphure saturata , inermia redduntur , unde nullius erunt usûs .

Quod enim Acidum horum Corallia adhæreat , ex eo patet , quod eadem cum Sulphure calcinata in Aquâ simplici solvi possint , propter Acidum Sulphuratum Coralliis adhærens . Hic , ubi fit mentio Calcinationis cum Sulphure , observetur , quod quidam parent Medicinam , quam vocant *Cremorem Coralliorum* , hoc modo :

℞. Scilicet Corallia , eademque calcinant cum Sulphure , coquunt in Vino , & hinc infundunt in amplam & latam Patellam , sicque ponunt in Cellam frigidam , atque sic sensim sensimque supernatare incipit Substantia quædam similis Cremori Lactis , quæ Substantia vocatur *Cremor Coralliorum* , quæ sensim sensimque auferatur à Liquore , exsiccat , & tandem pulverisatur .

3. Calcinatio cum Pumice est impostoria & nugatoria , quam videbitis in *TENTZELIO* loco ab *AUTORE* citato .

III. Calcinationes in viâ humidâ , seu Solutiones quod attinet , quælibet Acida quidem , sive Vegetabilia sive Mineralia , Corallia faciliè rodunt ac dissolvunt , & quidem , quo acriora illa sunt , eò majores Ebullitiones & Effervescentias excitant & turbas . Præcipuis quando Acidum est Minerale , tunc majores turbæ & Effervescentiæ excitantur ; unde non ineptè collegerunt nonnulli , esse abundans Alkali in Coralliis , hinc ut Alcalina eadem valere . Et quidem inter leviora Vegetabilia Menstrua sunt . Succus acidi omnes , ut Succus Acerosæ , Citri , Ribium , Berberum : Spiritus acidi volatiles ex Lignis destillati , quales sunt Spiritus Ligni quercini , Guajaci , Sassafras , Lignorum compositus , &c. Acetum destillatum , & similia . Inter Acida Mineralia sunt Spiritus acidi volatiles Nitri , Salis , Vitrioli , Sulphuris , & sic porro , quæ Corallia faciliè solvunt , & resoluta imbibunt . At Spiritus Aluminis , Spiritus à Pane , Spiritus Rosæ , Spiritus à Nitro , non tam solvunt , quàm extrahunt Sulphur Coralliorum : sed Corallia hæcipsâ Solutione plàs minùs pro usu interno

Tom. IV.

Modus solvendi nihil peculiare habet : Nimirum Corallia in Liquoris s. q. solvuntur s. a. donec penitus ferè soluta sint .

Purificatio & Edulcoratio Salis & Magisterij fit plerumque Aquâ destill. vel si placet , adhibere poteris Rosam Majalem è Tritico collectam & destillatam , aut Aquam aliquam cordialem : Coagulantur dein vel Liquoris Abstractione (tum destillatoriâ , tum evaporatoriâ) , vel Præcipitatione .

Præcipitatio perficitur instillatione Olei Tartari p. d. Spiritus Vitrioli , vel Aquâ destillatâ , vel Olei Sulphuris p. c. Reliquæ Operationes ex sequentibus faciliè innotescunt .

P R Æ P A R A T A .

I. Corallia præparata .

Fiunt cum Aquâ Cordiali (Rosarum) s. a. N. In usu sunt præparata Rubra ac Alba .

II. Pulvis Coralliorum vitriolatus .

℞. Corall. rubr. præp. ℞ij. Ponantur in Cucurbitâ , affundendo Aq. Ros. ℞x. Spiritus Vitrioli ℞ij. Statim ebulliant & elevabuntur in bullas : quibus cessantibus reponatur Vas in MB. per horas aliquot , effundatur Aqua per inclinationem , quæ erit insipida : in fundo reperies Calcem albam cum acore astringentio , sed acrimoniâ carentem .

III. Sal Coralliorum .

Fit ex Rubris Coralliis . 1. Usitatius per Acet. destill. ut mox ; vide *Suprà* .

2. Per Succum Berber. & Limon. *Quercetanus in Pharmacop.* rest .

N. Nonnulli ℞. Succu Limonum expressi & depurati ℞ij. Liquoris Betula mense Aprili collecti ℞viij. coquunt ad casum ℞vij. cui denuò addendo Succu Limon. ℞. 1. destillant aliquoties rectificando . In hoc solvunt Corallia , Perlas & similia , Solutionemque propinant . *Hartmannus in Croll. de Perlis* .

3. Per Spiritum seu Liquorem acidum Guajaci . Sic purgat optimè Sanguinem in Luc Venereâ . *Hartmannus in Pract.*

4. Per

inepta redduntur ; abstractis Acidis , Concretum nihilominus saliniforme ex Corpore Coralliorum & particulis acidis in eodem concentratis restitit , quod malè Sal Coralliorum dicitur , cum nullâ Arte genuinum Sal ex Coralliis elici queat , sed saltem hæc sunt Concreta saliniforma ex additis Acidis nata . Non fecus ac Salia hæc per deliquium soluta , malè Oleum vel Liquor Coralliorum appellantur , cum nudæ & superficiales sint eorum Solutione .

Ad Calcinationes humidæ seu Solutiones pertinet etiam *Coralliorum Sublimatio cum Sale Ammoniaco* , de quo *infra suo loco* .

Par ratio est *Coralliorum cum Tartaro tractatorum* , & hinc destillatorum , qui Spiritus prodiens ridiculè Spiritus Coralliorum dicitur à *GLAUBERO* P. 2. pag. 119 cum Spiritus saltem sit Tartari , Acido Tartari à Coralliis corrosis in fundo Vasis restitente . Solutiones Coralliorum cum Spiritu Viridis Æris factæ , equidem hoc privilegij habent , quod Menstruum eodem ferè sapore à virtute denuò separatur : sed nisi cautè paratus sit Spiritus Coralliorum , hinc facta Tinctura , aut Sal ferè Venerei quid sapit . Si quæ Coralliorum Solutiones & inde coagulata Salia in usum vocanda sint , sint eadem facta per Acida blanda Vegetabilia , v. g. Ribium aut Citri ; taliter enim soluta Corallia aut per spontaneam subsidentiam , aut hinc nata *Coralliorum Magisteria* in Corpore nostro adhuc solubilia existunt , nec absque usu omni propinantur . Quævis tamen Coralliorum Solutiones seu Calcinationes humidæ longè inferiores sunt Coralliis crudis , nisi forsitan magis stypticæ fuerint .

II. Pulvis Coralliorum vitriolatus saltem Subjectum aluminosum erit , & pro scopo adstringentio in usu .

III. Sal Coralliorum nihil valet ; sed est nil aliud , quàm novum Concretum , uti dixi : Solutio nempe Coralliorum inspissata ; nam quando Solutiones inspissantur , acquirunt talem formam salinam . Modò dixi , nullum Sal ex Coralliis elici posse , id quod verum est , quicquid etiam dicat *BORRICHIVS* , qui Sal Coralliorum , eorumque Tincturam , post debitum tritum per solam Aquam destillatam decoquendo elicere satagit : videatur *BORRICHIVS Hermet. Sapient. pag. 329* . Sed observandum , quod Coralliis de Sale marino simul coagulato semper aliquid adhæreat ; unde suspicandum ,

T t t

spicandum ,

4. Per Spiritum Vitrioli .

5. Per Spiritum Salis communis .

N. 1. Solutiones cum Spiritu Vitrioli aut Salis communis factas si citra Menstrui separationem in usum vocare volueris, circula aliquandiu, & magnam acrimoniæ partem amittent, præcipue si quoque Spiritum Vini affuderis .

Vires . Ex superioribus repetere .

Dosis gran. 6. ad 20.

N. 2. Paracelsus calcinat primò Corallia leviter in Reverberio cum Sal. Nit. ana : hinc solvit digerendo cum Spiritu Vini . Postea Spiritum Vini abstrahit, Salque relictum per deliquium solvit, idque vocat Magisterium . Lib. 6. Archid.

IV. Sal dulce Coralliorum .

Calcinentur per biduum in Furno Figuli ad albedinem summam : solvantur in Aceto destill. stent in loco tepido per octiduum . Rubescet Solutio, Menstruum abstrahit lento igne ad siccitatem usque : Sal hoc resolve pluries in Rore Majali, filtra & coagula, tandem siccatisimum & albisimum Salem de tine per 3. septimanas in Cineribus calidis, ut majorem acredinis suæ partem deponat .

N. Acetum destillatum pro hac Solutione bis aut ter cohobandum est super Herbam Kali : ita minus fit mordax, & tamen non minus Corallorum, ut & Perlarum solutivum .

V. Magisterium .

1. Magisterium Officinarum .

Infiltetur in Solutionem Corall. (cum Aceto destill. factam) Oleum Tart. per d. præcipitatus Pulvis, edulcoretur Aquâ destillatâ .

N. Alii præcipitant cum Spiritu Vitrioli .

Vires . Ut Magisterium à Sale non differt substantiâ : ita nec viribus, nec dosi .

2. Magisterium Butyraceum .

Solve Corallia in Spiritu Magico (id est, Spiritu Roris Majalis, vel, quod idem, in Aceto destill.) præcipita cum Ol. Sulphur. per c. Præcipitatum edulcora ac digere aliquandiu Spiritu Vini, quo iterum abstracto, habes Magisterium in ore instar Butyri liquefcens .

Huc refertur potest & Galreda Coralliorum. 3. Corall. præparat. & Sal Ammoniacum . Fiat destillatio ex Arenâ, sic ascendit Sal, remanebitque in fundo Massa instar Galredæ .

3. Magisterium Plumaceum .

Solve s. a. Corall. in Spiritu non dephlegmato, destillato ex Sal com. & Alum. ana ℥ij. formati sc. cum Argilla ℥ij.

spicandum, quod Sal illud Coralliorum Borrichii inde proveniat, præsertim cum asserat BORRICHIIUS, figuræ cubicæ Salem sic ex Corallii factum fuisse, qualis est Salis marini .

IV. Sal dulce Coralliorum habet aliquid in recessu propter Rorem Majalem, qui subtilis Sulphur ex iis elicit. Sed

1. Calcinato consideretur, quæ non multum valet .

2. Solutio in Aceto, quæ concedi potest, quia Ros Majalis additur . Optimè fit cum Spiritu Salis, quæ Solutio in Balneo Mariæ ad siccitatem abstrahenda ; Sal relictum in Aquâ simplici resolvendum, inspissandum, & denuò coagulandum ; idque toties, donec Menstrui sapor cesset .

V. Magisteria sequuntur, quæ nullius sunt valoris, sive sint Communia, per Præcipitationem Coralliorum in Acido menstruo solutorum, mediante Alkali vel Spiritu alcalino factam, sive sint Butyracea seu Farinacea, aliàs dicta solubilia .

1. Nam priora ista Communia sunt Calces planè inutiles, ex Corpore Coralliorum cum Particulis acidis & alcalinis coagmentato constantes, nullius planè usûs interni, cum Salia hæc nullo modo possint separari . Unde aliquando observatum fuit, quod post nimium usum Coralliorum Magisterii fuerit repertus Ventriculus corrosus propter acrimoniã acidam Menstrui ; quale exemplum videre licet in HOFFMANNO de Medic. Chym. Itaque, quoniam sunt saturata Corallia à Menstruo acido, in Corpore nostro nullo modo possunt absorbere Acidum, & potius, sicut assumpta sunt denuò egeruntur, nullo usu, nullo fructu. Ergò Magisteriis his longè præferenda sunt Corallia nudè præparata .

2. 3. Magisteria Butyracea, ita dicta, quoniam instar Butyri in Linguâ liquefcunt, fiunt, quando Corallia in Aceto destillato solvantur, & per Spiritum Sulphuris vel Vitrioli præcipitantur . Dicuntur etiam Magisteria Plumacea, quod licet sint aded dura & cruda Corallia, Magisteria tamen hæc in-

vel iij. in Globulos, videlicet vel per vices injiciendo Corallia in Spiritum, vel econtrâ Corallia Spiritum eundem per vices superfundendo : decanta Solutionem . filtra (affundendo, ut eò commodius filtrari possit, Aquam destillatam rosatam, si placet :) Præcipita cum Ol. Sulphur. p. c. vel Spiritu Vitrioli, edulcora Aquâ Cordiali, & exicca .

N. 1. Cum Corallia velut ascendere desinunt, Menstruum debilitari incipit, subsiste igitur & inspissa aliquantulum .

N. 2. Menstruum superius si tandem Igne fortissimo fatigaveris, ascendit Maseria salina rubescens .

Aliter .

Solve s. a. Corall. in Spir. Sal. Nit. filtraque (affundendo Aqu. pluv. destillatam,) hinc præcipita cum Ol. Sulphur. p. c. edulcora & exicca .

N. Hoc modo in Magisteria præstantia redigi possunt & Perla, Offa, Cornua (c. gr. CC.) Ungula, necnon Crustacea . En candide Chymicæ Cultor, insignes plumaceorum Magisteriorum Processus gratis tecum communico, magni aliàs emptos, quos cum plurimis aliis ex communicatione obtinui Viri solertissimi D. Joannis Salz-voedelii, Pharmacopœi apud Mæno-Francofurtenses celeberrimi .

N. Quercetanus solvit in Spiritu Salis Naturæ, Pharm. rest. cap. 24.

VI. Oleum seu Liquor Corallorum .

N. Oleum Corallorum propriè Oleum non est, sed Liquor vel per Deliquium factus, vel per Destillationem prolektus ; de priori hîc agimus, de posteriori paulò post, in Spiritu. Fit

Liquor ex Sale .

3. Sal Corallorum, reponere ut liquefcet per deliquium .

N. 1. Liquefcit feliciter mensibus Julio & Augusto .

N. 2. Liquefcit promptius si Solutio aliquandiu (per dies 14.) digeratur (ut rubescat) ac dein (Acet. destill. abstracto) optimè dulcorata, defæcata & purgata fuerit (Solutionibus ac Coagulationibus iteris, ut moris) : imò si ulterius cum Spiritu Vini circuletur . Verùm hoc Oleum appellandum est potius Essentia, de qua vide Conradum Kunrath in Medull. destill. p. 1. pag. 215 .

N. 3. Alii 3. Corall. trit. ℥ij. Lapid. Prunell. ℥ss. vel ℥. 1. calcinant fundendo per hor. 3. Maseriam illam tritam ponunt in Cellam ad liquefcendum .

Dosis gran. v.

Vires . Præter vires Corallorum supra descriptas, confert & in Calculo .

Dosis

instar Plumæ sint levia, & instar Salis resolvantur in Linguâ . Optimus modus horum est hic, qui fit cum Spiritu Vitrioli Philosophico ; Solutio filtrata præcipitatur cum Spiritu Vitrioli rectificato, Magisterium edulcoratur & usurpatur . Sed observetur, quod Spiritus Vitrioli Philosophicus bene debeat esse rectificatus ; aliàs enim propter particulas tales, ex Mercurio Vitæ aut Butyro Antimonii residuas, Magisterium possit excitare Vomitus . Sed quia jam Acido sunt saturata hæc Magisteria (nam impossibile est, etiam mille Edulcorationibus Acidum penitus separare), intra Corpus nihil usûs obtinebunt . Præsertim his Magisterium cum Succo Citri, quando Corallia solvantur in hoc Succo, & præcipitatur sponte Pulvis in fundo . Nam Acidum Citri saltem infringit Corallia, non autem corrodit .

Huc pertinet Magisterium secundum ZWELFFERUM cum Spiritu Viridis Æris, quæ commendanda . Hic Spiritus utut contemnatur à TACHENIO, certum tamen est, quod contineat in se Acidum falsum volatile : unde Menstruum est non contemnendum . Hic Spiritus solvit Corallia, ita tamen, ut in Solutione Coralliorum parùm immutetur, sed denuò abstrahatur cum Aciditate, ac denuò possit solvi illo nova Corallia, quod non æquè in aliis procedit . Non autem viribus integris instar Liquoris Alcabefti è Concreto soluto abstrahitur, ut vult ZWELFFERUS, qui Spiritus hujus in Solutione Coralliorum & Magisterii Plumacei præparatione fuit primus AUTOR, sed semper aliquid Aciditatis in Concreto relinquit .

VI. Quod dictum de Magisteriis, idem valet de Sale & Oleo seu Liquore Coralliorum : nam sive coaguletur Solutio in Sale, sive præcipitetur in Pulverem, perinde est ; utrumque enim horum est saturatum Acido : unde, sicut Corallia in hoc Liquore fuerunt assumpta, ejiciuntur foras, neque adstringunt, neque Acidum absorbent . Et qui dicunt, quod Liquores Coralliorum & Perlarum sint Cardiales, sunt nugæ .

VII. Per-

Dosis à gran. 4. ad 15.

N. Vide & Solutionem Corallorum Cap. 15. in Bezoardici Solis compositione.

VII. Essentia seu Tinctura Corallorum.

17. Salem Corallorum (purificatum optimè per iteratas Solutiones ac Coagulationes, vel Magisterium): volatilisa nimirum, cum Spiritu Vini digerendo, ac destillando (vide Volatilisationem Lapidum in genere.) Postea abstrahere leni M.B. calore Spirit. Vin. ac remanet Essentia Corallorum, quam si placet ex Arenâ per Retortam propelle.

Vide Quercetanus in Pharmac. restit. cap. 24.

N. 1. Nihil interest utrum Sal receperis per Acetum destill. factum, vel per Spiritum Sal. com. vel per Spiritum Phlogiston Acet. destill.

N. 2. Spiritus Vini feliciter Essentiam Corallorum secum per Alembicum transferet, si addideris aliquid Campboræ, c. g. ad Spirit. Vini Mensur. 1. Campbor. 3ss.

N. 3. Conradus Kunrabi solvit & digerit 1. cum Acet. destill. quo iterum abstracto, solvit & digerit 2. cum Aquâ pluviâ destillatâ (M.B.) recentissimâ, 3. cum Spir. Vini.

Vires. Ut Præparatio Tincturarum operosior est, quam Salis ac Magisterii, ita & virtus earundem fortior.

Dosis, guttæ aliquot: à vj. ad xv. & ultra.

2. Tinctura Basili.

18. Salis Corall. (per Spir. Sal. com.) edulcoratissimi ʒviij. Sulphur. ʒss. mixta leniter comburantur, donec Sulphur consumptum sit: Postea contere tantillum Campboræ cum Corallis, indeque accenso Igne absumes, hinc edulcora & extrahe Tincturam s. a. cum Spiritu Vini: abstrahere Spiritum Vini ad consistentiam Olei.

N. Maniaci & Melancholici hac Tincturâ curati sunt. D. D. Gans.

VII. Pergimus ad Essentiam seu Tincturam Coralliorum, quarum sunt Præparationes variae, & tot ferè Modi, quot Capita Chymicorum, aded ut 300. fuerunt nominatæ à quodam Autore; & quilibet vult habere Arcanum in præparandâ Tincturâ Coralliorum, quarum tamen una tantum, quantum altera valet. Rarissima enim avis est Tinctura vera Coralliorum, unde ZWINGERUS Tincturam Coralliorum veram semel tantum, CROLLIUS verò nunquam, se vidisse fatetur: quam equidem ceu Non Ens cum SALA aliiſque rejicere penitus nolo, saltem hæcenus nullam genuinam me observasse, fateri cogor. Vera enim debet esse, in qua solum Principium sulphureum legitimo Menstruo sit extractum, velidit Corallis integris: quod Remedium est celebre, tanquam summum Analepticum Spiritum quorumvis, ac speciatim Cordis confortativum, summum Sanguinis purificativum, ejiciens per Diaphoresin quælibet Fermenta heterogenea, corrigit Sapores & Alterationes præternaturales Contentorum in primis viis, à quibus Sanguinis textura plus minus viciatur, ejusque Crasis & Fermentatio pervertitur: Hæmorrhagias quasvis cohibet, in Palpitatione ac Syncope Februm, item Febris Malignis, mirabilis est, Cachexiam etiam Virginum curat, Ictericis & Scorbuticis summè proficua est. Confer. BORRICHIIUS. Hermet. Sapient. pag. 326. Menstruum autem intimè se conjungit cum Corallis, ut dehinc non possint separari aut præcipitari à se invicem. In Tincturâ ergo hæc vitæ præparandâ, ac præparatâ examinandâ, observatur

1. Coralliorum Concretum durissimum esse, & cui texture firmioris Substantia tingens intimè coagulata inhaeret: unde mox difficillimè, & non cuivis obvia Præparationis erit Tinctura. Nam ut in Particulas minutas solvantur, hæc integrales Totius sunt, nec ad naturam eorum essentialem pertinent.

2. Tinctura paucitas in Corallis Rubris, siquidem cum LAUREMBERGIO Apbor. contra Salam hic facio, ʒj. Coralliorum vix ʒss. Tinctura inesse; unde Pulvis Coralliorum minus rubet, sed magis ad albedinem inclinat. Hinc

3. Famosiore etiam Tinctura Coralliorum non tantum sunt genuinæ eorum Extractions, quam subtiles Solutiones Corporis eorum integri soluti, vix, nisi Consistentiâ, à ritè pulverisatis ac præparatis Corallis differentes; quoniam per Menstrua fiunt nimis corrosiva, adeoq; Solutiones potius subtiliores, quam separatæ propriè dictæ Tincturæ sunt, ut patet per inductionem plurimorum, qui hinc inde præstant Processum.

4. Tinctura Coralliorum sæpè sunt vel aude Solutiones Con-

3. Tinctura Quercetani.

Extrahe Tincturam s. a. ex Corallis calcinatis (c. g. ignitione mitiori,) digerendo Vase Hermetice clauso, cum Menstruo caelesti, destillato scilicet cum proprio suo Saccharo (id est, cum Rose Majali, qui cum Mellis aëreo destillatur,) ad eminentiam digitor. 8. affuso. Menstruo demum abstracto, remanet Tinctura in fundo. Quercetanus Lib. de præpar. Med. Spagy.

4. Aliter.

19. Magister. Corall. extrahe cum Sulphure bezoardico ex Re Vegetabili prolecto (id est cum Spiritu Vini rectificatissimo) in Vase Hermetice clauso ad Ignem Cinerum. Postea separa, & in perfectam Tincturam decoque. Quercetanus Pharmacop. cap. 24.

5. Tinctura Hartmanni.

20. Sal Corall. (per Acet. destill.) purificatissimum, imprægnata Acet. destill. tantisper donec nihil istius Spiritus amplius retinere velis. Sal ita imprægnatum digeratur (diebus 20.) in M.B. Postea destilletur per Retortam, Reverberio clauso, vel Balneo sicco; ita tamen, ut prius Phlegma inutile evaporet. Postea prodeuntes Spiritus albicantes seorsim capaci Recipiente excipiantur, continuando Destillationem, donec omnes Spiritus cum Oleo rubro instar Sanguinis prodierint: separetur Spiritus (qui ardens instar Spiritus Vini) per Retortam ab Oleo rubro, quod in Retortâ manebit.

Hoc Menstruum (Spiritus scilicet hic partim ab Aceto destillato, partim à Corallis productus) extrahit ex recentibus Corallis impositis Tincturam rubicundissimam, quæ si rursus ab hoc Spiritu per Destillationem liberata, & tandem cum Spiritu Vini, vel aliâ aliquâ Aquâ Cordiali appropriatâ digesta, perque Cohobiam volatilis facta fuerit, elegantissima evadit Coralliorum Tinctura, suavissimi saporis, fragrantissimi- que odoris.

N. Imo

creti, vel saltem ipsorum Menstruorum Colorationes, quæ vel ipsæ simpliciter, vel occasione mutæ cum Corallis texture ad istam Rubedinem, mediante digestionem induendam, disponuntur, interdum nihil penitus de Coralliorum Substantiâ obtinentes: id quod facile patet exinde, quòd quamplurimi Processus Tincturam Coralliorum eliciendi ex Rubris, procedant etiam ex Corallis Albis, eodem modo tractatis; ex quibus impossibile est, ut eliciatur Tinctura rubicunda, aded ut possit facile hinc detegi impostura: id quod sufficienter videri potest declaratum in Dissert. meâ, quam voco Examen Tincturae Coralliorum.

5. Dubium est, annon Tinctura quædam concinnior Martis idem præstare queat, quod ipsa Coralliorum Tinctura? annon Effectus Tincturae non penitus subinde ab Additis, partim ex se medicamentosis, partim propter novam cum Corallis emergentem texturem medicamentosis factis, emergant, quam ex ipsis Corallis? Id quod in Solutionibus & Compositionibus Corporum non rarum est.

Hæ Circumstantiæ probè considerandæ sunt, quarum tamen minus genuinarum intuitu non semper Usus & Effectus Tincturarum rejiciendus est, etsi pro Tincturis genuinis & propriè dictis non habendæ sint.

In genere Præparationes omnes collimant eò, ut primò solvantur Corallia, ex solutis postmodum, abstracto Menstruo, cum convenienti Liquore extrahatur Tinctura: aded ut Solutio præcedanea Coralliorum sit tantum Præparatio, ut facilis subministrant Tincturam subsequenti extrahenti Liquori. Doximeasius seu Proba vera Coralliorum Tinctura est ea, ut scilicet non possit amplius præcipitari seu separari ex Menstruo, cum quo fuit extracta.

3. Optima Tinctura elicitur ex Spiritu vel Sale aëreo, qui ex Spiritu Roris vel Nitris fit, secundum modum QUERCETANI. Non pauci mediante Rose, aut Aquâ niveâ, vel pluviâ, parare nituntur. Sed, ut ex superioribus notum est, Sal nitrosum in hisce Meteoris deprehenditur, unâ cum adjunctâ Pinguedine seu Substantiâ oleosâ; facile itaque ab istis Salibus arrodi Corallia, & hinc ex Magmate isto composito, mediante Spiritu Vini Tinctura parari, parum tamen de Substantiâ Coralliorum participans, & quæ etiam ad subtiles saltem Coralliorum Solutiones pertinet. Alii Corallia per Roris Majalis aut Aquæ nivialis continuam & diutinam Evaporationem ita tandem emolliant, ut Tincturam suam per se in Destillatione sub formâ Olei fundant.

5. Tinctura Hartmanni est saltem Extractum Salis corallinum.

7. Quod

N. Imprægnatio illa fit hoc modo :

R. Sal Corall. ℞. 1. Acet. destill. opt. ℥ij. destilla leniter, ut exstillet solum Phlegma insipidum : secundâ vice affunde Acet. destill. ℥iij. iterumque destilla, atque ita perge singulis vicibus Acet. destill. ℥j. plus affundendo, donec tam acre Acetum destillatum inde prodierit, perinde ac affusum fuerit. Hartmannus in Croll.

6. Tinctura Hartmanni altera .

R. Corall. calcinat. (Ignitione violentiori,) q. p. injice in Spirit. Vin. vel in Alcohol Spiritus Roris Majalis, ac paulò post extrahitur Tinctura, Fæcibus (sine ullâ virtute) in fundo remanentibus. Tinctura hæc aliquantulum coagulata fit rubicundissima, cum quâdam dulcedine .

Vires . Est tantarum virium, ut post ejus usum aliquoties repetitum impossibile sit, ullam impuritatem in Sanguine totius Corporis superstitem esse posse . Exhibetur in Vehiculis convenientibus, à gutt. 3. ad 10.

N. Hæc sanè Tinctura Medico commendatissima esse debet, ob stupendas ejus Vires, ut quæ cum Spiritibus Hominum magnam convenientiam habet . Hartmannus in Croll.

7. Alia Tinctura per Acetum Coralliorum.

R. Corall. contus. ℞ij. eliciatur per Retortam Acetum, id est, Liquor acidulus, quo proleto urantur Corallia vehementer, donec recendantur albißima : exempta dein redigantur in Pulverem, ex quo s. a. cum Aceto illo, Digestione leni, extrahe Tincturam, donec Acet. destill. nihil amplius solvere valeat, universisque Corallis dissolutis, nihil præter Terram inutilem remaneat . Decantatos Liquores destilla in Arenâ ad siccitatem, ut separetur Phlegma . Dein Recipiente mutato, fac ut Igne auctiori Spiritus sublimis per Alembicum propellatur, qui diligenter colligendus. Tandem relictum Pulverem album Spiritu Vitrioli penitus solve, eundem Spiritum Vitrioli Igne forti abstrahe ; Corallia relictâ fortissimo Igne ure, donec colorem ferè nativum recipiant . His affusus proprius ipsorum Spiritus Tincturam prolificere dicitur .

N. Acetum ex Corall. ℞ij. destillatum vix solutioni dictæ sufficit .

8. Tinctura per Spiritum Coralliorum ardentem .

R. Corall. trit. q. v. extrahe Tincturam s. a. digerendo cum Spiritu Corall. ardente . (vide infra) Abstrahe Menstruum, atque extrahe denuò cum Spiritu Vini . Gans .

9. Alia per Spiritum seu Aquam Mellis .

R. Corall. cam Sal. Nitr. calcin. extrahe s. a. cum Spiritu Mellis, (vide de Melle) decanta & abstrahe in MB. donec in fundo spissus relinquatur Succus: hóc edulcorato extrahe Tincturam cum Spiritu Vini, & habes Tincturam Corallio-

7. Quod attinet Tincturam per Acetum Coralliorum parandam, BORRICHIUS de Hermet. pag. 227. Corallia Retortæ inclusa, & Igne aperto simpliciter destillatæ, Aquam seu Spiritum Coralliorum acidum, qui vocatur etiam Acetum Coralliorum, & Oleum empyreumaticum, utut paucum, largiri asserit, ex quo Oleo mediante Spiritu Vini ulterius Tincturam Coralliorum perficit . Quoad hunc laborem observandum est, fixa Corpora esse Corallia, & quæ de Substantiâ suâ petrosa nihil destillando dimittere valeant . Quantum ergò sub formâ Olei illius pauci, & Phlegmatis nonnihil aciduli suggerunt, hoc reverà ex Substantiâ vegetabili lignosâ Coralliorum oriri videtur .

12. Tinctura Coralliorum Holfatica non planè contemnenda est, sed est Præparatio præ aliis satis commoda, modò omnes adhibeantur encheireses; sed facillimè se præcipitat . Encheireses autem consistunt in hoc, quod scilicet Menstruum non sit abstrahendum ad omnimodam siccitatem, sed tantum ad mellagineam, aliàs enim non procedit Processus . Pharmacopæus Londinensis simili modo, sed elegantiori præparat Tincturam Coralliorum, qui solvit primò Corallia in Spiritu, parato ex Tartaro & Vitriolo, sicut habemus in hac Tincturâ Holfaticâ : factâ Solutione abstrahitur Spiritus in consistentiam mellagineam . Huic Extracto mellagineo affunditur Spiritus Veneris volatilis, seu Spiritus Aluminis volatilis, quo valde egregiam Tincturam Coralliorum ferè in momento extrahitur : hanc Extraktionem denuò ad consistentiam mellaginis abstrahit, tandem cum Spiritu Vini benè rectificato remanentiam extrahit in elegantem Tincturam .

13. Quidam etiam Oleis destillatis mediantibus Tincturam elicere satagunt, sive cum AUTORE Oleum Citri, sive cum LANGELOTTO Epist. ad Nat. Cur. pag. 28. Oleum destillatum Anisi recipiatur . Certè Olea Vegetabilium aromati-

ram veram . Hartmannus in Croll. Dosis à gran. 4. ad 10. vel 12.

10. Alia per Aquam temperatam .

R. Sal Corall. (per Spiritum Vitrioli) extrahe s. a. cum Aquâ temperatâ, ex Spiritu Vini & Spiritu Vitrioli (vide lib. 4. in Vini,) decanta, filtra & abstrahe .

11. Alia per Phlegma Saturni .

R. Corallia calcinata, superfunde Phlegma Saturni, cum Spiritu acuto Saturni, digerantur Vase clauso, & rubescet Menstruum : abstrahe in VB. affundeque Spirit. Vin. digereque denuò, ac pelle per Retortam : sic extillabit Essentia Coralliorum rubicunda : abstrahere Spirit. Vin. ad consistentiam . Job. Agricola .

Vires . Insigne est Cordiale, Balsamumque nativum summè exaltat, usûsque præcipui est in Terrore Infantum, Epilepsiâ, & similibus .

Dosis gran. 3. 4. 5.

N. Eodem modo possunt solvi Corallia cruda, sed tardiùs .

12. Tinctura Coralliorum Holfatica .

1. Fiat tale Menstruum : *R. Tartari crud. pulveris. ℞ xv. Phlegm. Vitrioli (Spiritu suo volatili adhuc gravidi) ℞ iij. Vitrioli Ung. ℞. 1. stent in Digestione per dies ac noctes (3.) Dein destilla ex Alembico per gradus Igne aperto, donec nihil amplius exeat : rectifica optime .*

2. R. Corall. subtiliss. pulveris. q. v. Superfunde præcedens Menstruum, misceque diligenter. Stent in Digestione, sic rubescet saturatò . Filtra & abstrahe ad siccitatem in Arenâ, & remanet Pulvis rubens . Ex hoc extrahe Tincturam per Aquam Temperatam .

N. 1. In Præparatione Aqua Temperata unio iteratis sæpiùs Rectificationibus peragenda est .

N. 2. In Præparatione Menstrui prioris verum Tartari Sulphur Alembico adhærescere solet .

N. 3. Ex Colcothare, elegans Tartarus nitratus crystallinus parari potest .

Hæc habet Lector ex communicatione Viri celeberrimi D. D. Langelotti, Chymici in Aula illustrissimâ Holfatiæ dignissimi, cui Tinctura hæc familiarissima est, adhibetque in omnibus Affectionibus ab impuritate Sanguinis ortis .

13. Per Oleum Citri.

His jam addi poterit Tinctura per Oleum Citri, quod è Corallia rubris, crudis, etiam Tincturam elicit. Huic si dempto Oleo Vehiculum aliud præbere poteris, Tincturam Coralliorum non contemnendam habebis.

14. Tin-

corum successivè ratione occulti Acidi de Coralliis a liquid abradunt, & hinc particularum talium contactu texturam mutando Rubedinem contrahunt . GLAUBERUS & alii mediante Sale Tartari Corallia calcinant, & cum Spiritu Vini Tincturam extrahunt ; de quo infra .

Cæterum utut Tinctura Coralliorum vera sit rara avis ; nihilominus sunt elegantiores Solutiones, quæ substitui loco Tincturæ possunt . Res ut pateat, in specie Modos quosdam præparandi consideremus . Nam reliquos, uti & jam examinatos, quos AUTOR habet, sufficienter excussit LUDOVICI pag. 737. ac speciatim HOFFMANNUS in Clave, ubi de Corallis . Pro præparandis ergò Tincturis duæ potissimum Operationes in usu sunt :

1. Ipsi corallini Corporis apertio .

2. Substantiæ tingentis separatio, sive hæc fiat addito Spiritu, aliove, sive simplici Destillatione, sive aliis modis .

Pro apertendo Corpore media Menstrua sunt, primò Acida mineralia, & hinc Acida vegetabilia, tam Nativa, ut Succus Ribium, Citri, Acetum, quàm Arsefacta, ut Spiritus Lignorum, Spiritus Panis, Spiritus Mellis, Manna, &c. Equidem Tincturæ, quæ fiunt ex Corallis per Acida mineralia corrosiva, vix præterquam subtiles Coralliorum Solutiones erunt, utut modus TACHENII supra citatus altius quid in recessu habeat . Corallia per Acida vegetabilia soluta, hinc Spiritu Vini extracta, sunt etiam subtiles saltem Solutiones, dum Spiritus Vini resinofam Succorum Substantiam imbibendo, simul particulas Coralliorum in iis concentratas arripit . Non inelegans est Tinctura Coralliorum, v. g. Saffrasata D. Michaelis, quæ fit ; quando solvuntur Corallia in sextuplo vel octuplo Succu Citri depurati, qui solvit tantum ex Corallis subtiliores & elegantiores partes, relictis crassioribus & terre-

14. Tinctura Corallorum S. Cloff.

Resolve Corallos in f. q. Olei Sal. com. Solutionem filtra & abstrahere Oleum forti Igne, ita ut Spiritus omnes separentur à Calce, cui affundes Aceti destill. ex Quercubus novellis mente Martio detruncatis, ad extrahendam Tincturam, quæ erit Coloris hyacinthini; evoca Menstruum & remanebit Pulvis subtilis, cui superfundes Spirit. Vin. circulatum, digere, decanta, Fæces separa à tincto Spiritu Vini, quem iterum digeres, ut novas Fæces (si adsint) deponat ad fundum; tandem filtra, & Spiritum Vini ad medias abstrahere. Parum habebis, sed magnarum virium adversus Contracturas.

Dosis ʒss. per se.

N. 1. Potest etiam parari Tinctura modo Glauberiano cum Sale Tartari instar Tincturae Silicum.

N. 2. Fit etiam sublimando Corallos cum Sale Ammoniaco, & Tincturam extrahendo cum Spiritu Vini, ut est in Myroth. Job. Fabri. Adde Rosinici Tincturam pag. 227. cum Spiritu Ligni Sancti aut Coryli.

VIII. Flores.

Flores Coralliorum parantur ad modum, quo Perlurum Flores parari dicimus.

terrestrioribus in fundo: facta Solutione decantatur, & inspissatur in mellaginem seu consistentiam Mellis: hinc affundatur Spiritus Ligni Sassafras, & extrahatur Tinctura rubicunda contra Lucem Venerem. Simili modo etiam paratur cum Spiritu Cochlearia Tinctura Coralliorum, cum Spiritu Cordis Cerol, item Sanguinis Cerol, in Palpitatione Cordis, Lipothymia, Melancholia, & Scorbuto.

Acida Vegetabilium Artesiana sunt Spiritus Lignorum, Panis fecalini, etiam ab Oleo separatus, & super Panem bis coctum rectificatus. Quando hæc citra Ignem etiam Tincturam Coralliorum eliciunt, sunt subtiles Coralliorum Solutiones; Color vero est à Menstruis. Si enim hi Spiritus, præsertim Panis, Arena vel Coralliis affundatur, etiam rubra Tinctura emergit. Nempe hi Vegetabilium Spiritus compositi sunt ex Acido volatili, ac simul Spiritu oleoso instabili: qui ipsi vel simpliciter digestionem vel Corporis terreo-alkalini attractu, sponte Rubedinem contrahunt. Facilis hæc res est probatu: si enim Coralliis v. g. Spiritus Lignorum affundatur, & facta solutione abstrahatur, Acidum in Coralliis concentratum manet, Spiritus sulphureus & volatilis saltem redire solet; non secus atque Coralliis Acetum affusum, & hinc in Corpus saliforme concentratum; si destillatur hoc salinum Coagulum, Spiritus volatilis ardens prodit, quem vulgò Spiritum Coralliorum ardentem vocant, cum tamen sit Spiritus Vini ex Aceto revivificatus: id quod observetur contra AUTOREM lib. 3. pag. 340. sub titulo, Spiritus seu Oleum Coralliorum. Dixi autem superius, quòd Acetum fiat, quando ab Acido Vini Spiritus salini volatiles figantur & deprimentur. Est ergo Spiritus Vini in Aceto adhuc integer, dum ex Solutione Coralliorum cum Aceto Acidum adhæret Coralliis. Unde Spiritus Vini, qui antea in Aceto fuit fixatus, fit sui juris per Ignem & prodit per Retortam denuò. Idque etiam verum est de Saturno, ut suo loco constabit. Spiritus hic, v. g. Lignorum compositus, Coralliis loco Succi Citeri affusus, digestus, & ad mellaginem inspissatus, dat pariter cum Spiritibus appropriatis Tincturam Coralliorum sassafrasatam, antiscorbuticam, &c.

Spiritus Panis bene rectificatus, & ab omni Phlegmate & Empyreumate legitime separatus, citra Ignem, extrahit Tincturam Coralliorum, Corpore Coralliorum manente integro. Menstruum autem melius paratur ex Farina triticeæ part. jv. Fermenti part. j. in Clibano testis. Hæc suggerunt Spiritum empyreumaticum, qui tamen Coralliis affusus elicit Tincturam sponte in loco frigido, ut Corallia in fundo albicantia remaneant.

Per Alcalia etiam tractantur Corallia, ut suggerant Tincturam. HELMONTIUS de Sale volatili Tartari, seu de Sale Tartari volatilisato dicit: quòd sit Succedaneum Liquoris Alcabest, quo vera Coralli Tinctura extrahi potest. Memini me Londini apud Pharmacopœum Regium, Dn. FEBURE, vidisse talem egregiam Tincturam, qui Solutionem Coralliorum extraxit cum Spiritu Salis volatilis Tartari, hinc per Retortam cum hoc Spiritu extractam Tincturam Coralliorum coloris obscuri & subrubicundi destillavit, ejusdem odoris & saporis cum Menstruo, in quamplurimis Morbis melancholicis, maniacis, epilepticis, Palpitatione Cordis, Scorbuto, & similibus Affectibus, elegans Remedium. Ast dubito: Annon effectus hic magis Spiritui Salis Tartari, quam Co-

N. Fieri quoque possunt Flores Coralliorum Sublimatione cum Sale Ammoniaco instituta.

IX. Spiritus seu Oleum.

1. Spiritus Coralliorum ardens, supra in quinta Tinctura Hartmanni descriptus est, videturque Compositum quid esse ex Aceto & Corallis, ardereque ratione Spiritus Aceti vinosi.

2. Oleum in idem dicto loco descriptum est.

3. Spiritus Corallatus, Spiritus Terra Corallatus.

Fit ad modum quo Perlatus Spiritus, cum Terra sigillat & Vide ibidem.

4. Oleum Corallorum succinatam.

R. Corall. rubr. pulverisat. ʒ. i. Succin. ʒss. M. destilla per Retortam, vel Cucurbitam, sic Succinum in Tincturam Corallorum per Alembicum attrahet, in formâ coloris sanguinei. In fundo Vasis residet Pulvis Corallorum colore albus.

Vires. Oleum illud valet in Epilepsiâ & Apoplexiâ.

Dosis gutt. 4. ad 8.

N. Huic similis est modus, quo Corallia Sale subdulci salita, Pinguedineque aromaticâ saginata, Destillationi subjiciuntur, atque ita Tincturam suam dictis comitibus committunt,

cum

rallis, sic tribuendus? BOYLE pariter in Chym. scept. p. 137. affirmat, Menstruum sibi cognitum esse quod Coralliorum Tincturam nobilem etiam, in Destillationem transfudat.

Alii mediante Sale Tartari Corallia calcinant: vel alii Corallia cum Nitro ana fluere sinunt in Crucibulo, ut sic alcalifetur Nitrum. Massa huic recenti affusus Spiritus Vini rectificatus egregiam Tincturam rubicundam extrahit, quæ tamen non est Coralliorum Tinctura, sed tantum Spiritus Vini super Alcali sponte se tingentis, sicut in Tinctura Tartari notum.

Facit etiam mentionem Sublimationis AUTOR noster Proc. 14. & No. VIII in Floribus cum Sale Ammoniaco. Pulverisata nempe Corallia Rubra permiscetur cum Sale Ammoniaco similiter pulverisato: postmodum Igne Cinerum in Cucurbitâ instituitur Sublimatio: hæc Sal Ammoniacum tantum unâ secum rapit, quantum Acidum Salis Ammoniaci rodere potest de Corpore Coralliorum, adeò ut in Alembicum descendant Flores rubicundi, qui sunt nil aliud, quam pura subtilia Coralliorumamenta.

Ex hisce Floribus PETRUS JOHANNES FABER in Scriptis beneficio Spiritus Vini bene rectificati, nititur parare Tincturam, quod & non absonum videtur. Processum videbitis in meâ Dissertatione.

Pertinet huc, quòd per Triturationem cum Sale marino diutius continuatam ita disponantur Corallia, ut Tincturam oleosam rubicandissimam levissimo Ignis gradu dimittant. Cum autem Corallia fixa sint Corpora, quæ de substantiâ suâ petrosâ nihil dimittere valeant: imò si verum est, ut non ineptè ratiocinatur TACHENIUS loco supra citato, fixam esse Coralliorum Tincturam, & quæ etiam in Igne subsistat non video, quomodò eadem tam facile destillando prolici possit, nisi salina Corpuscula, cum quibus coquendo aut triturando examinata fuerunt, sub Destillatione nonnihil elevata, partem substantiæ Coralliorum secum rapiant.

Hi sunt famosiores modi Tincturas Coralliorum præparandi: cuilibet liberum est, modum eligere, qui magis placeat, ut genuina Tinctura Coralliorum inter modò dictas Præparationes, aut alias satis notas nondum comparuerit. Plura aliàs de Tinctura Coralliorum videbitis in GANSII Hist. Corall. pag. 65. & 66. AGRICOLA de Corall. & in Cbirurg. parvâ pag. 832. LAUREMBERGIO in Apbor. Ang. valæ cap. 13. & ARNOLDO SCHROEDERO in D. fensione Lauremb. Quest. 13.

VIII. Flores Coralliorum, præter Sublimationem cum Sale Ammoniaco jam dictam, à quibusdam etiam parantur sublimando Corallia cum Sulphure, & exinde fiunt Flores Sulphuris rubicundi, qui aliàs sunt flavi. Denique appellantur etiam Flores Coralliorum, quando in Præcipitatione Magisteriorum in Liquorem, in quo facta est Præcipitatio, immittuntur Baculi ligni, & mittuntur simul in locum frigidum; fit enim, ut Baculis ligneis sensim sensimque adhærescat Corpusculum Coralliorum solutorum in formâ floccorum Nivis, & hi ipsi postmodum vocantur Flores Coralliorum.

IX. 4. Oleum Coralliorum succinatam AUTORIS prodit quidem rubicundo Colore, nihil tamen de Coralliis participat, nisi quantum Phlegma acidum spirituosum Succini simul per Retortam abripuerit.

X. Syrupus

cum iisdem per Retortam pelli aptam .

X. Syrupus Corallorum .

39. Corall. rubr. grossè contus. q. v. solve in Succo Berberorum, vel Limonum optimè depurato, Corallis ad eminentiam digitorum 3. 4. 5. superfuso. Hinc

39. Succus illius Essentiâ corallinâ imprægnati part. ij. Sacchar. cand. (vel commun.) part. i. coque ad consistentiam.

N. 1. Colorem dilutiorem si expetas, affusâ Aquâ destillatâ conveniente pro libitu conciliare poteris.

N. 2. Poterit similiter fieri Solutio cum Liqueuribus acidis destillatis, Juniperi scilicet, aut Guajaci.

N. Quercetanus monet Solutionem instituire. i. in Vitro, Subere vel Cerâ Hispanicâ occluso, ne Essentiâ Corallinâ separetur. 2. In VB.

N. 4. Si quid restiterit nondam solutum, huic recens Succus affunditur, donec penitus solutum fuerit.

N. 5. Similiter fieri possunt & Syrupi Margaritarum & Lapidum pretiosorum .

N. 6. Artificium Quercetani ad concinnandum hunc Syrupum nullum est aliud, quàm Evaporatio lentissima in MB. tepido solutorum Corallorum in Succo Berb. adjectis 3vi. Sacch. ad libras singulas solutionis, ita ut spatio horarum 12. non exhalet ultra spissitudinem Thaleri aut Macrocollonis densioris, aliâs certo certius soluta Corallia à Menstruo separabuntur .

Syrupus Corallorum compositus D. Sam. Cl. & D. de Mayerne .

39. Corall. rubr. subtil. in marm. lavigat. 3iv.

Succi Limon. depurat. 3xii.

Aceti quercin. 3vi.

Digerantur in B. per octiduum, quotidie Vas bis vel ter agitando, deinde filtrantur per Chartam .

4. Solutionis colata 3x.

Succi Berber. depurat. 3v.

Tinctur. Ros. 3iv.

X. Syrupus Coralliorum Simplex & Compositus; qui sunt Solutionis Coralliorum cum Saccharo in Syrupum redactio, in sistendâ Diarrhœâ, Dysenterîâ, & similibus, frequentis usus est. Loco Succus Berberum vel Limonum, potest etiam fieri Solutio cum Succo Acerosella, cum quo erit convenientior in Febribus Malignis & Ardentibus, in quibus Acerosella egregia est. Quidam volunt præparare cum Succo Tormentillæ, & sic convenientior in Dysenterîis, in quibus per se multi est usus: adstringit enim hic Syrupus, atque Efflorescentiam Massæ Sanguinæ corrigit. Non adeo tamen probandi sunt Syrupi Coralliorum; quia Succus vegetabiles fermentantes post Fermentationem Corallia denuò dimittere solent, ita ut parùm de iis Syrupus participet. Potius & extempore Mistura de tabulis Succis præscribantur, & Saccharo edulcorentur. (R)

C A P U T VII.

DE MARGARITIS.

Margaritæ seu Perle Subjectum ferè sunt simillimum Corallii, in radice tamen differunt. Corallia enim mediæ naturæ sunt inter Vegetabilia & Mineralia; Perle autem sunt primo ex ortu Animale quid, ex Succo lacteo animali, sed tandem in naturam mineralem degenerante, quod præprimis ex earum Calcinatione videre est. Calcinata enim Perle relinquunt Calcem vivam ex Acido & Urinoso; effervescentem in Aquâ, quod majus signum est naturæ mineralis, quàm animalis, cum Concretum ejusmodi calciforme nunquam ex Animalibus eliciatur. Coagulum sunt ejusdem materiæ seu naturæ cum ipsis Testis Concharum, seu, ut vulgò dicunt, cum Matre Perlarum: estque commune omnibus Concharum & Ostrearum speciebus, ut Margaritas certo tempore proferant; de quo conf. M. A. N. G. Ann. 3. Obs. 36. Perle enim genuinæ in ipso corpore Concharum seu Ostrearum deprehenduntur, ex quo postmodum successivè excluduntur. Constant simpliciter ex pluribus Pelliculis admodum subtilibus, sibi invicem Ceparum instar superinductis, nullâ aliâ materiâ inter eas contenta; quem modum elegantè exprimit HELMONTIUS Traç. de Febr. cap. 8. §. 7. Deprehenduntur etiam Perle minùs perfectæ, quas ipsæ Ostreæ excludunt ante debitam perfectionem, & unâ cum

Sacch. alb. ʒss.

M. & mediante Coctura blandâ in Vase argenteo, F. Syrupus, cui inter coquendum infundatur Nodulus continens

Santal. citrin. ʒij.

Ligni Aloës ʒi.

Ambr. gris. gr. xv.

Mosc. gr. vi.

Dosis Cochl. i. mane ac vesperi, longè à partibus .

Vires. Ex viribus Coralliorum suprâ allatis & Succo Berberorum vires censendæ sunt. Laudatur valdè in Diarrhœâ, Dysenterîâ, Fluxu hepatico, ad restaurationem Facultatum naturalium, &c.

XI. Species Diacorallorum .

XII. Trochisci Diacorallorum .

XIII. Trochisci de Corallis Nicolai .

C A P U T VII.

DE MARGARITIS.

Margaritæ, Perle (Uniones, si magnæ sint) sunt Lapides rotundi, in Conchis nonnullis ex Perittomate eodem, quo Testæ generantur, producti. Arab. Lulu. Germ. Perlen. Gall. Marguerites, Perles .

Duplices censentur, Orientales & Occidentales. Illæ splendidiore sunt, adeoque cæteris præferuntur, & præsertim Persicæ. Hæ lætescunt, minùsque sunt splendide. Inveniuntur etiam in Europæ locis multis, ut in Scotiâ, Silesiâ, Bohemiâ, Friâ, locisque maritimis aliis, sed vilioris eæ sunt notæ. Majores itidem & quæ perforatæ sunt, censentur minoribus, & non perforatis maturiores & præstantiores .

Vires. Cordiale præbent nobilissimum, quo Balsamus Vitæ oppressus Viresque exsolutæ insigniter recreantur ac confortantur; proinde Venenis, Pesti & Putredini resistunt, Animum exhilarant. Et hujus rei gratiâ in tantum ascendunt honorem, ut vel Agoniantium extrema recreatio communiter inde expectatur .

PRÆ-

Pelliculis subtiliorem & molliorem substantiam quasi farinaceam interjectam habent. Hinc istæ priores elegantè splendide, & quasi perspicuæ, ordinariè rotundæ aut elegantè ovales spectantur; Hæ posteriores minùs splendentes, magis albidæ, minùsque opacæ sunt. Meretur quæ hic legatur Dissertatio ROLFINGII de Margarit. ubi demonstrat, quòd idem sit Testa seu Mater Perlarum cum Perlis ipsis, & quod habeat eundem effectum: deinde, quòd crescant pelliculatim in Conchis, & per vomitum ejiciantur in Testam, quando sunt maturæ. Videatur etiam HORSTIUS in Dispens. pag. 247. cum quo etiam conferatur BOETIUS DE BOOT in Tr. de Gemmis & Lapidibus, JOANNES WITTICHIUS de Lapide Bezoard. pag. 184. & FALLOPIUS de Metallis & Fossilibus. Quasi Gelatinâ lætâ firmiter congelatâ, suoque Sale volatili oleoso, appropriato Acido suo concentrato, constant; quo ipso in consistentiam duram coagulantur, & dehinc abeunt in figuram rotundam; hinc sensim sensimque alius Liquor succedit coagulatus, adeo ut per successivam Coagulationem Pellicularum augeantur Perle .

Sunt quidam, qui putant, quod Mater Perlarum non sit eadem cum Perlis, sed longè vilior; nihilominus, cum ex eodem Liqueore gelatinoso concresecat Testa seu Mater Perlarum, ac ipsæ Perle, ejusdem quoque erunt naturæ & efficacitæ .

Usus Perlarum est vel privativus vel positivus. Usus privativus est, quod promptè absorbeant varia Acida in Corpore nostro, præsertim in Gravida Abortum minantia, & Effervescentias (omne quippe Acidum solvit Perlas, & dulcescit) ab Acido inductas blandè restringunt, & compefcunt; crudæ saltem pulverisatæ assumptæ. Pro quo scopo Mater Perlarum longè commodius usurpatur: hinc rectè hoc respectu eadem habet vires. Imò alia etiam Marina, Cancrorum nempe aut Percarum Lapides, & Corallia ejusdem cum Perlis erunt usûs, teste HELMONTIO, FABRO & LUDOVICI Pharm. pag. 723. Etiam Cancrorum Testæ non inferioris erunt pretii, autore VERULAMIO Hist. Vitæ & Mortis pag. 85. Quoad positivum Usum: notum est, quòd adscribitur ipsis magna vis cordialis; sed ignoratur, quid profertur. Ab omnibus nobilissimum Confortativum prædicatur, quod Balsamus Vitæ conservetur, Vires insigniter reficiantur

(R) Haud pauca de Coralliis eorumque Tincturâ, & ab Autore scripta, & à nobis adnotata, invenies in illius Dissertatione, Examen Coralliorum Tincturæ: Tom. 1. col. 951.

P R Æ P A R A T A.

Sal sive Magisterium Perlarum Riverii.

Perlarum Præparationes iisdem fiunt Operationibus, quibus Corallia: Calcinatione autem Ignitionis haud indigent. Supervacanea igitur illarum Extinctio in Aquâ Viâ ardentissimâ, quam vult *Quercetanus* in *Pharmac. rest. cap. 26.*

Solutio Perlarum iisdem perfici potest. Liqueoribus, quibus Coralliorum.

Purificatio quoque & *Edulcoratio* nihil à Coralliorum Purificatione peculiare habent.

Præcipitatio iisdem cedit Liqueoribus, quibus Coralliorum Præcipitatio. Hinc

I. Præparata Perla.

Præparantur more vulgari, super Porphyrio Lapide lævigando, subindeque *Aquam Cordialem* (verbi gratiâ, *Rosarum, Melissæ, & simil.*) aspergendo.

II. Sal Perlarum.

Fit, ut in Corallis dictum: Solvendo *Perlas*, vel (quod usitatus) in *Aceto*, vel in *Succo Berberum, & Limonum* &c. *Solutionem* filtratam ad remanentiam *Salis* inspissando, inspissatamque Ablutione, ut dictum, vel in *Solutione* iteratâ purificando ac dulcorando.

N. 1. Non opus habent *Triturâ*, quippe vel integra atque citra digestionem *Aceto destill.* obediunt.

N. 2. *Solutionem* in *Succo Limonum* ac *Betula destill.* vide de *Corallis*.

N. 3. Fit quoque *Sal Perlarum*, in quovis *Liquore* dissolubile, beneficio *Succi Citrei Mali*, Digestione depurati. Nimirum *Perla* lotæ, & si placet contusæ, in eodem illo *Succo* ad eminentiam 4. digitorum affuso, Digestione interveniente solvuntur. *Solutioni* affunditur *Ros Majalis* destillatus, vel *Aqua Melissæ*, decantaturque *Solutio*: hinc affunditur novus *Succus citri depuratus*, digeritur, affunditurque iterum *Ros destill.* vel *Aqua Melissæ*, atque decantatur, &c. Et hic labor toties repetitur, donec *Perla* penè tota soluta sint, relictis perpaucis fæcibus. Demum *Solutio* lento igne inspissatur, ad remanentiam *Pulveris*.

Dosis à gran. 6. ad ℥ss. Ex *Aquâ Roris Majalis* cum *Mensa destillatâ*, vel ex *Aquâ Cinam.* cum *Aquâ Ros. &c. Hartmanni* in *præctic.*

N. *Paraselsus*, *Sali Perlarum*, ut & reliquis inde paratis, maximas *Vires* attribuit. Processus, inquit, harum, etsi simplices, tamen crede experto, mirifica operatio ipsarum (*Perlarum*) est. Non tamen fit per *Artem* hæc virtutum ætio, sed in *Naturâ* ipsarum est, quæ in grossâ substantiâ occultatur, & non potest operari sicut mortuum Corpus, sed resolutione factâ, vivificatur Corpus ejus. Ita *lib. 6. Archid.* *Huic finitimum est.*

fiçantur & restarentur, ac imprimis Phthysicorum, Hæticorum, ac Tabidorum Corpora, tanquam Rore quodam nutritivo appropriatissimo, humectentur & restarentur.

Hos effectus qui assequi nititur, necesse est, *Perlas* in primum suum *Lac & spermaticum Liqueorem*, similem nempe isti, ex quo fuerunt concretæ, resolvere queat. Sub tali enim formâ *Alcali volatile & Oleum temperatissimum* *Vires* analepticas, Æstuationes febriles, Hæticorum temperativas, ac Tabescantium resectivas, & retardandi Senectutem, exerunt: & quæ dicuntur de *Lacte Perlarum*, de isto possunt dici verius: verum quippe *Lac Liqueor* iste est primordialis; quod non dici potest de *Perlis*, uti in *Officinis* prostant. Sed quàm paucis his concessum est adire *Corinthum!* *Omni* quidem conatu hoc contendunt *Chymici*, hincque variis *Solutionibus*, *Coagulationibus*, *Volatilisationibus*, &c. torquent *Margaritas*; sed inani conatu. *Acta* enim nil valent; per *Corrosionem* enim destruunt potius *Perlas*: *Urinosa* etiam non attingunt eas; nec *Oleosa* penetrant *Perlarum* Corpus. Forfan subtilior ac penetrantior *Substantia*, aliqualem cum *Margaritis* cognitionem habens, & in quo *Menstruo* citra vim corrosivam destructoriâ blandè & amice quasi liquefcunt *Perla*, hoc præstare poterit, quod vix meliùs, quàm in *Rore, Nive, vel Aère*, inveniri posse, probabiliter conjecturatur, præsertim si ipsæ *Oftræ Roris* beneficio, ad genituram *Perlarum* disponantur.

I. Patet ex prædictis, quid habendum sit de *Præparationibus Autoris*, tam *Perlarum Solutionibus*; quam horum in *Concretum salinum Coagulationibus*, & variis modis in *Magisteria Præcipitationibus*. Nempe penitus pro usu Medico superficiales sunt. *Perla* enim semel extra *Corpus Acido* sa-

Tom. IV.

Perlarum subtiliss. tritar. q. v. impasta cum *Succo Citri*, vel *Aurant.* & relinque aliquamdiu. Postea solve cum *Acet. destill.* f. a. donec *Perla* ex toto ferè fuerint soluta. Collectum *Acetum* misce cum tertiâ parte *Aqua fluvialis*, destilla in *Arenâ* igne primùm lento, dein fortiori. Destillatum reaffeunde *Capiti mortuo* restitanti, & denuò solve; postea filtra, evaporaque admodum lentè, & reses erit *Perlarum Magisterium*.

Vires. Præter vires suprâ allatas, summum est Præservalivum Arthritidis.

Dosis ℥j. ad summum.

III. Magisterium Perlarum.

1. *Commune* fit solvendo cum *Acet. destill.* & præcipitando cum *Ol. Tart.*

2. *Butyraceum* eodem modo fieri potest, quo *Magisterium* butyraceum *Corallorum*.

3. *Plumaceorum* Præparatio itidem ex *Corallis* repetenda. Confer. *Rolsincius Chym. pag. 347.*

Vires. *Vires* ex viribus *Perlarum* descriptis facillè colligi possunt.

Dosis à gran. 6. ad 15.

IV. Oleum seu Liqueor Perlarum.

Fit per deliquium: modum ex superioribus repete.

Essentia, Tinctura, Arcanum Perlarum.

Perlas q. v. solve cum *Acet. destill.* & para *Sal*: *Sal* ita paratum iteratis in *Acet. destill.* *Solutionibus* ac *Coagulationibus* (rejeclis semper *Fæcibus*) purifica, donec nullæ amplius *Fæces* ab ultimis *Solutionibus* restiterint, atque adeo ipsæ *Perla* ab omni immunditie liberatæ sint. Hinc solve cum *Aqua pluviali*, vel *Rore Majali*, destillandoque abstracto humiditatem, idque toties repete, donec interveniente *Destillatione* *Perla* sint edulcoratæ (id quod ostendit *Aqua* postremò destillatæ dulcedo). Hoc *Sal* ita defæcatum, digere *Vase* clauso in *MB.* (per dies ac noct. 8. vel 10.) cum *Spiritu Vini rectificatiss.* ad eminentiam 3. digit. affuso. Sic *Perla* cum tempore *Essentiam* suam initar *Oleum spissum* ad superficiem *Spirit. Vini* remittent, quam cautè separa, novumque *Spiritu Vini* affundendo, laborem repete, quoties visum fuerit. Convertitur enim totum ferè *Sal*, relictis paucissimis fæculis, in *Essentiam*. Hanc de novo cum *Spiritu Vini* aliquantùm circula, postea leni *destillatione* *MB. Spiritum Vini* separa & serva.

N. Eadem *Perlarum Essentia* cum *Spiritu Vini* per *Retortam*, vel per *MB.* seu *Reverberatorium siccum*, in *statis Cohobis*, tandem omnis transit.

Vires.

turatæ, intra *Corpus* instar *Calcis* primas vias infestabunt. Unde potius *cruda* saltem *pulverisatæ* aut in *Porphyritide* præparatæ propinentur, & aliæ quævis *Solutiones* & *Præparationes* intermittantur: nisi quibus mediantibus in *primigenium Lac* redigantur: conf. *HELMONTIUS Tr. Posses Medicaminum*, item *de Febris cap. 8. § 7.* cum quo conf. *TACHENII Clav pag 121.*

II. *Præparata* *AUTORIS* in specie quod attinet: occurrit *Sal Perlarum*, quod fit ex *Perlis* in *Menstruis acidis* solutis, sed infulso conatu: est enim novum *Compositum*, in quo *Perla* destructæ, & *Menstrui* solventis vis adest. Quod si quis tamen velit impensas suscipere & igne aperto destillare *Perlas*, non dubito, quin acquiri possit *Sal volatile*: sed *Remedium* esset admodum pretiosum.

III. *Magisterium Perlarum*, ut alia *Magisteria*, nil valet videatur *HELMONTIUS Tr. de Febris cap 8. § 7.* Infulsè assumitur ab *Hæticis* & *Phthysicis*: nam sicut assumptum fuit, ita denuò rejicitur. *MYNSICHTIUS in Armaament. pag. 39.* *Remedium* habet, quod vocat *Margaritas trochiscatas*, ex *Magisterio Margaritarum* cum *Spiritu Roris Majalis*: ubi ego recipere *Spiritu Roris Majalis*, & linquerem *Magisterium*, quia longè efficacior est, quàm omnes *Margaritæ*.

IV. *Liquores Perlarum*, quos habet *AUTOR*, sunt ridiculi, & non habent vim cordialem, neque vim absorbendi, quia saturati sunt *Menstruo acido*: *Solutionis Pulvis* in *Intestinis* præcipitatur, & interdum plus nocet, quàm prodest.

Essentia, Tinctura seu *Arcanum Perlarum*, nihil aliud est, quàm *Perla* in *Aceto destillato* soluta, & cum *Spiritu Vini* nonnihil postmodum in formam liquidam redactæ: sed parum valet.

V u u

Spi-

Vires. De usu constat ex visibus Margaritarum, fortissimum autem virium est propter summam subtilitatem.

Dosis à gran. 6. ad 14. *Hartmannus in Croll.*

Arcanum per Spiritum Guajaci.

N. Perlar. subtiliss. trit. q. v. extrahe s. a. *Tincturam* rubicundissimam cum *Spiritu Guajaci rectificato*, residem *Pulverem* calcina leniter, atque extrahe iterum bis aut ter cum novo *Spiritu Guajaci*. Postremò calcina fortius, atque iterum extrahe. *Extracta* coagula in MB. ad apparentiam Cuticulæ versicoloris, quippe quæ signum est, abstracto Phlegmate, solum *Arcanum* seu *Essentiam Perlarum* cum *Spiritu Guajaci*, in formâ coagulata restare.

N. 1. Hæc *Essentia* ac *Spiritus* vix à se invicem separari poterunt.

N. 2. Eadem *Essentia* seu *Arcanum Perlarum* cum *Aquâ Melissæ*, & similibus q. s. subito solvitur, inque rubentem pellucidum Colorem vertitur, Saporis elegantis.

Vires. Optimè Sanguinem mundificat, magnarumque virium est in Lue Venereâ.

Dosis à gutt. 6. ad 14. *Hartmannus in Croll.*

Alia Tinctura.

N. Perlar. 3℔. Spir. Sal. com. q. s. solve s. a. decanta; abstrahere, ut fiat Pulvicula, quam elue *Aquâ destillat.* Circula cum *Spiritu Vin.* septimanas 6. tandem *Spiritum Vini* abstrahere leni MB. calore. *Libavius in Syntagmate.*

V. Flores Perlarum.

Solvuntur *Perlae* cum *Aceto destill.* Solutio digeritur aliquandiu (per mensem): dein abstrahitur *Acet. destill.* & tandem fortiori igne elevantur *Flores*. *Libavius in Syntagm. lib. 2. cap. 25.*

N. 1. Sublimari possunt quoque *Margarita* & *Corallia* beneficio *Salis Armoniaci*.

N. 2. *Flores Perlarum* per solutionem in sublimatu *Saturni* describit *Hartmannus in Croll. pag. 474.*

Spiritus Guajaci extrahit ex *Perlis Tincturam rubicundam*, quæ vocatur *Arcanum per Spiritum Guajaci*. Verùm Impostura hæc patet, quia Rubedo ex *Spiritu Guajaci* est.

Tinctura Perlarum cum Spiritu Salis est destructio *Perlarum*, in qua *Perlae* cum Menstruo saturantur & destruuntur. (S)

C A P U T VIII.

DE LAPIDIBUS CÆTERIS MINUS PRETIOSIS.

I. ÆTITES.

ÆTITES, de quo præter LAUREMBERGIUM, BANSCHIUS integrum edidit *Tractatum*, Germanis vocatur *der Adlerstein*, quoniam dicunt, tantum reperiri in *Nidis Aquilatum*: est Lapis sui generis, mollis, facile friabilis, qui leniter conquassando percussus sonitum edit, quoniam in medio est concavus, alia Subjecta lapidea seu mineralia magis friabilia, instar Nuclei, in se continens, & est Lapis quasi prægnans: interdum *Lapis* est, interdum *Terra* reperitur, quin *Aquam* in se continet; pro quorum *Contexturorum* varietate etiam *Nomen* mutat; unde ille,

(S) *Controversam obscuramque Orientalium Margaritarum Genesim, videtur patefecisse vulgarium quorundam Margaritarum in Pinnâ marinâ inventarum prompta generatio. Pinna marina Conchyliorum marinorum maxima, eaque non inelegans, species est, in nostro Sinu Tarentino frequens, quæ cirros quosdam sericeos longosque ex parte sui angustiore promittit, quibus vicinis scopulis pro vicibus commodo adhaerere solet: ex his Cbirotbecas, & quidem delicatioribus manibus aptas, Salentini illius Maris accolæ contexere solent. In Pinnâ hæc marinâ Perla frequentissima inventiuntur, sed non ejusdem omnes coloris: quædam enim sunt argentea, & ad Orientalium Perlarum naturam accedentes; quædam rubentes, vel flavescences: (utriusque speciei in nostro Museo asservamus). Illud autem curiose observavit Dñs de Reaumur, quod Perlarum harum varius color sequatur varium colorem superficiei internæ illius Testæ portiois, cui adhaeret: Testa enim internè hæc argentea, illic rubentem vel flavescens exhibet colorem. Hinc non absque ratione deducit laudatus Autor, Perlas has formatas esse ex Succo, è disruptis Vasis effuso, atque in membranulis quibusdam rotundam formam adipiscentibus detento: ut Perlarum harum coagulationes & concretiones inter Piscis bujus Morbos connumeranda sint. Quemadmodum ergo diversicolor Pinna superficiei diversicolore Succo nutritur; ita ex diversicoloribus bujus Succu effusione & coagulatione variorum Colorum Perlae gigni debebunt. Idque confirmat etiam ex eo, quod argentearum Perlarum textura aliquâ ratione discrepet à texturâ rubentium & flavescens: omnes autem omnino sint similes texture illius portiois Testæ, cui adhaerent. Argentea enim Perla lamellas sibi ipsi incumbentes expressiores exhibent, non secus ac portio Testæ argentea, ex qua ortum sumunt: eadem ratione Perla rubentes & flavescens fibris quibusdam gaudent à centro ad circumferentiam productis, similibusque fibris, ex quibus Testæ portio respondens constituitur.*

Parum ab hæc hypobehi recedere videtur P. Assalti sententia, in Notis ad Mercatum Armar. 8. cap. 13. *Elegantissimam habemus de Margaritarum genesi Dissertationem Eruditissimi & candidissimi Philosophi Felicis Stocchetti ex corde Amici, in Epistolarum Memorabilium collectione ab Antonio Bulifone editâ, tom. 3. pag. 162.*

VI. *Spiritus perlatus, seu Spiritus Terræ perlatus.*

N. Sal. vel Magisterii Perlarum 3vi. Terra sigillata 3ij. M. ac imbebe cum s. q. *Olei Perlarum*, & fac *Globulos*; quos exsiccatos destilla per Retortam, uti destillatur *Spiritus Sal. communis*. Rectifica & serva pro usu.

Vires. Summum est Secretum in Podagrâ.

N. Eodem modo fieri potest & *Spiritus Corallatus*.

C A P U T VIII.

DE LAPIDIBUS MINUS PRETIOSIS:

Qui sunt

I. ÆTITES.

ÆTITES Lapis est veluti prægnans cum quatitur, alio in utero sonante: hujus *Genera* pro diversitate Superficiei, (scabræ scilicet vel lævis,) Colorum, tum Materiam inibi contentam, constituuntur quatuor.

1. Est exterius *Scabrum*, Colore vario, plerumque nigricante: continet in se *Lapidem Collimum* dictum.

2. *Cinerei Coloris* est, ac in se *Argillam*, vel *Margam* continet.

3. *Terram* in se concludit.

4. Præter hos addit *Plinius Taphusum* nomine, qui nostratibus incognitus.

N. 1. Dicitur *Lapis Aquila*, quòd in *Aquila Nido* reperitur, ad promovendum Partum ab Aquilâ eò deportatus. *Germ. Adlerstein, Klapperstein. Gall. Pierre d' Aigle.*

N. 2. Primus Orientalis est, raroque Pruni magnitudinem superat.

Secundus & Tertius etiam in Germaniâ juxta *Sveinfurum* reperiuntur, Pugni que magnitudinem sæpè æquant.

Vires. Partum promovet, si Feminibus alligetur; sin Brachio, eundem retinet: observare autem expedit, statim à Partu esse removendum, ne & Uterum ad se trahat.

II. ALA-

qui *Lapidem* continet, *Ætites* propriè talis dicitur; qui vero in se reconditam habet *Terram*, *Geotes* dicitur; sicuti qui continet *Aquam*, *Hydroites* dicitur. Sunt etiam *Ætites*, qui spirant Odorem instar *Violarum*, & vocantur *Lapides Violæ*. Falsum est, in *Aquilarum Nidis* deprehendi, à quibus nempe ad facilitandum Partum colligantur. Nam in Fluminibus prope ripas, Rivos, Agros, Montes, Saxorumque commissuras sæpissimè inveniuntur: sed qui ex *Nido Aquilæ* hunc abstulerit, nemo observatus fuit.

Decantatus est ejus usus ad Partum promovendum, si Femori alligetur; sicut eundem retardat, adeoque Abortum præcavet, sub Axillâ vel circa Præcordia gestatus: de quo ipso tamen nullibi, præterquam in VALERIO LA. 1. Obs. 10. clarum Exemplum observatum fuit. Quidam ejus Pulverem ad 3j. in *Aquâ appropriatâ* ad Partum facilitandum, & Lochia pellenda adhibent: Lac Mulierum augere dicitur, si cum *Vino* aut *Brodio* propinetur, vel etiam tantum intra Mammæ suspendatur. LUDOVICI autem in *Pfarm.* cum sanioribus dicit: Hyperbolicas Lucinarum nostrarum persuasiones circa *Ætitem* & *Geoten*, etiam selectiorem, claudicare, & si quid conferre videatur, esse Fallaciam Causæ non Causæ. Hæc de *Ætite* propriè sic dicto.

Terra argillacea Margæ similis in eo contenta iisdem viribus

Officialis non est; nisi in

P R A E P A R A T I S,

Quae sunt 1. Calx viva. Graecè αίσθησις. Arabicè Herach, Nuri, Nura.

Vires. Est ignea, mordax, adurens, cumque progressu

temporis crustam gignens.

2. *Calx lota* (è qua *Sal* optimè s. a. elixivatum). Exsiccat sine mordacitate, adeoque valet ad contumacia Ulcera (verbi gratiâ, Venerea), uti & ad Ambusta & alia, quae non facili Curationem admittunt.

3. *Lixivium*, quod conducit ad Vulnura putrida eluenda. (Ex

vandum, Lapidem calcarium Subjectum esse in Concreto suo admodum concentratum, adeoque fixum, nec nisi forti Igne, & in quo Aëris accessus non penitus impeditus est, mutari, aut Sulphure ejus vestigia manifestari posse. Consumpto ergo Sulphure, ejusque Pinguedine, ceu Glucine Misti, & Concretum Lapidis fatiscit, & friabile fit, restitaturque in Lapide ita calcinato Acidum Sulphuris cremati, simulque Alkali sub Ignis actione magis manifestum: hæc ipsa ab Aquâ soluta, concitata motu in se invicem agendo & effervescendo, Calorem adeo sensibilem producendo; Salia enim non agunt nisi dissoluta: tandem sub Aquâ cum terreis Particulis coagulata firmum quasi lapideum Coagulum constituunt.

Incalescentia illa fit, uti dixi, ab *Effervescentiâ*, non verò ab igneis Particulis sub Calcinatione unâ in Calce fixatis. Confirmat hoc Mechanica Chymica: si enim *Calx viva* lota Spiritu Salis solvatur, & post Solutionem *Menstruo* abstrahatur per Retortam, relicto verò *Capiti mortuo* Aqua affundatur, mox intensissimus *Ardor* excitatur: Acido nempe Spiritus Salis in Particulis Calcis lotæ alcalino-terreis, mediante Aquâ soluto, & cum istis ita effervescente; qualia Phænomena ex Calce lotâ simpliciter, intensiore licet Igne tractata, non apparent. (T)

Inesse autem acidum in Calce vivâ, probatur:

1. Quia *Aqua Calcis vivæ* recens *Salia volatilia*, quibus affunditur, destruit, eadem figit, & secum in terram Substantiam transmutat.

2. Quia *Aqua Calcis vivæ* infusione *Lixivi Salis Tartari turbatur & præcipitatur*, quatenus terreæ Particulæ, Acido in Aquâ Calcis vivæ adhærentes, occasione Alkali Tartari, quod ab Acido promptè absorbetur, extruduntur & dimittuntur.

3. Quia *Aqua Calcis vivæ Lacti* infusa, brevi post, hoc ipsum coagulat, atque ad grumescentiam disponit.

Inesse etiam Alkali in Calce vivâ, probatur:

1. Quia *Aqua Calcis vivæ* sulphurea Subjecta, *Sulphur commune, Antimonii, &c. extrahit*: pariter atque *Lixivia Salium* alcalifatorum facere solent.

2. Quia *Sali Ammoniaco* addita, *Sal ejus volatile & Spiritum* eodem modo, ac alcalifata Salia addita, prodire permittit.

3. Quia *Colorem* infusionis *Ligni Nephticti* per *Acetum* destructum infusa *Aqua Calcis vivæ* restituit, Alkali more: Conf. BOYLE de Color. pag. 84.

4. Quia *Solutionem Mercurii sublimati* in *Minti colorem*, utut tardè, præcipitat.

Aqua ergo, seu *Lixivium*, quod ex *Lotione & Decoctione* Calcis vivæ emergit, constat utroque Sale, adeoque quasi Ammoniacale quid constituit, & sub copulâ hæc aliquam petrosæ Substantiæ partem, quati aluminiformem aliquandiu retinet; hinc enim *Crustæ* vel *supernatantis*, vel post exhalationem restitantis, Sapor subdulcis nonnihil stypticus, quasi aluminosus, Acido cum Alkali terreis simul Particulas retinente. Unde etiam *Aqua Calcis vivæ Alkali fixum* si addatur, *Crusta* nulla amplius coagulatur: vel quòd Acidum infringatur nimis, vel quòd petrosæ Substantia præcipitata fuerit. Hinc & in perfectum *Corpus salinum* coagulare, aut *Salium salforum* more crystallifera perfectè non potuerunt, ob impositas nempe lapidasas quasdam Particulas, debitam unionem, & in situm crystallifationi convenientem reductionem, impediendes: adeo ut *nullum Sal propriè dictum, ex Calce vivâ ob id elici queat*: Conf. ZWELFFERUS *Animadvers. in Pharm. Aug. pag. 276.* Aqueis autem Vehiculis diluta Salia agunt, non verò pinguis; unde nec ab his, e. g. *Spiritu Vini, Oleo Terribintina &c.* Calcis vivæ fit Effervescencia, utut Spiritu affuso, hujus Phlegmatis ratione, *Incalescentiæ* non obscura post horas aliquot deprehendantur vestigia. Confer. M. A. N. G. *Ann. 6. pag. 371.*

1. Quoad *Usum Medicum*, *Lapis Calcarius* nullius est usus,

nisi potest usionem, in qua ocula sui juris fiant Salia, Alcali & Acidum; dum affusâ Aquâ simplici in se agunt. In Calce vivâ ergo Particulæ sunt falso-acidæ, quæ nihilominus naturam Alkali fixorum sapiunt, sicut etiam Alkali fixa quælibet nihil aliud sunt. In genere Particulæ sunt, quæ omnes effectus, Alkali fixis attributos, Acidum scilicet corrigendo Intemperiem calidam sistere, exerere solent.

Calx viva autem non extincta, rarè usurpatur, sæpè tamen adhibetur tanquam *Causiticum*, vel aditur *Salibus alcalibus causticis* pro scopo exurendi Cutem (zu der *corrosion*) ut excitentur *Fonituli*, aperiantur Abscessus, &c. Quoniam verò meliora habemus, meritò illius usus negligitur.

Sunt quidam Chymici, qui Calcem vivam adhibent pro fixatione Salium volatilium, quod ipsum tamen rejicit ZWELFFERUS in *Animadvers. pag. 276.*

2. In utu medico *Calx lota & mortua* adhibetur, quæ sic ita: Affunditur *Calci vivæ Aqua simplex*. Unde fit Effervescencia, quâ eliciuntur Principia salina cum Principio sulphureo; post factam Effervescenciam decantatur *Aqua*, & nova affunditur tandiu, donec remaneat *Calx mortua*, acribus Salibus saltem manifestioribus spoliata.

Hæc *Calx lota* Remedium polychrestum in Chirurgiis est; habet se intar Corporis terrei vacui, & absorbet in se potentissimè quælibet Acida corrosiva, quo Inflammationes, Excandescentiæ, &c. ut plurimum oriuntur: adstringit simul & poros firmat, unde exsiccare & refrigerare dicitur, Ulceribus Venereis aliisque malignis, resfrigens, dyssepuloticis, & cacoethicis inpersa mirificè absorbet sordes, & Fermentum Ulcerum acidum, eorumque progressum impedit, & hac ratione etiam consolidat, & Cicatrificationem promovet. Imprimis autem ad Ambustiones est optima: hinc de *Calce lotâ Unguenta, Linimenta & Emplastrâ ad Ambustiones* sunt usitatissima, quorum Compositiones videri possunt in omnibus ferè Dispensatoriis: v. g.

4. *Calx benè lota:*

Permisceatur cum *Oleo Rosarum*, seu *Linti*, vel alio appropriato, & benè agitentur in Mortario plumbeo ad consistentiam *Unguenti* seu *Linimenti*, ad Ambusta & Malaria inde oriunda egregii.

In Mortario plumbeo sit agitatio & mistio; hæc ipsâ enim abraduntur successivè Particulæ plumbeæ, & uniuntur cum Unguento. Unde idè præstantius evadit in Ambustionibus, in quibus Saturnus per se est egregius.

Calx viva si cum *Aceto* extinguatur, & ter lavetur, ac cum *Oleo Rosarum* ad *Linimenti* formam redigatur, è vestigio solet curare Ambusta absque vestigio Cicatricis, nec Bullas elevari permittit: Vel

7. *Calcis vivæ,*

Tut. Alexandr. ana ʒij.

Cera rec. ʒj.

Album. Ovor. No. ij.

Misc. cum q. s. *Olei Rosarum*, & erit egregium *Unguentum* in Ambustionibus.

Ad Ulcera quælibet etiam fit egregium polychrestum Remedium ex *Calce lotâ*:

8. *Calcis vivæ* bis terve lotæ, & ferè exsiccatæ, qu. v. addatur

Oleum Linti pro ratione: tingatur *Bolo* electo ad carnenum colorem, & confectum erit *Unguentum* egregium.

Habet præterea etiam alium usum *Calx viva*; à ZWINGERO enim *Calx viva* extincta probè commendatur in *Clysteribus Dysentericorum*.

3. Offerit se porro *Lixivium*, seu ista *Aqua*, post *Calcis vivæ* extinctionem restitans, vocatur communiter *Aqua Calcis vivæ*, & nunc *Simplex*, nunc *Composita* cum Sulphureis, aut Salinis, aut Mercurialibus Subjectis in usum Medicum admittitur. *Aqua Calcis vivæ Simplex* usurpatur tam interne, quàm externe. *Interne* pro Acrimoniâ Humorum sal-

(Y) Absque eo quòd tot obscura Acida & Alkali imaginèris, faciliùs Calcis vivæ Aquâ aspersæ Effervescenciam explicabis si junctâ Cartesii hypothese credas, *Aquæ* particulas subito Calcis poros, Ignis actione adeo reseratos, ut illas admittant, sed solâ materiâ primi elementi circumdatas: quare *Aquæ* particula in solâ materiâ primi elementi nata, celerem motum adeptæ, calidam Effervescenciam, & particularum Calcis contritionem parturit. Quid simplicius & vorosius?

(Ex hoc fit *Aqua Chirurgorum* pretiosa ad Ulcera Venerea, Serpiginis, Gangrænæ resistens). Quinimò ex eodem fit *Aqua Ophthalmica* insignis, quam vide lib. 2.

(*Cremor Calcis viva decocta* Canceri exulcerati labia corrupta aufert.)

(*Balsamum ad Ambustia ex Calce decocta* Oi. simpl. Rosar. & Ovorum.) 4. Spi-

sà corrigendâ laudat SYLVIUS l. 1. *Prax. cap. 6. §. 14.* & LOSSIUS l. 1. *Observat. 11. & l. 2. Observat. 9.* unde convenit non tantummodò in Pectoris Affectibus (de quo confertur WILLISIUS *Pharm. Ration. P. 2. pag. 229.*) speciatim in Exulcerationibus aut Abscessibus Partium intra Pectus sitarum, & inde oriundâ Phthisi; sed etiam in quarumvis Partium Abscessibus, post ruptionem mundificandis & abstergendis: item ad Diabetem est egregia Aqua hæc Calcis vivæ. Conf. WILLISIUS *loco allegato P. 1. ubi de Diabete.*

Externè Aqua Calcis vivæ dicitur aliàs *Aqua Pretiosa* seu *Benedicta Chirurgorum*, propterea, quòd externè in omnibus Affectibus Chirurgi obvenientibus, præsertim in Tumoribus, & Ulceribus antiquis Pedum, & quibuscunque aliis, mirifica præstet; videatur WEDELIUS *Pharmacop. pag. 150.* Dominantur enim in Aquâ Calcis vivæ Salia alcalifata, hinc Particulæ terræ seu petrosæ, Acido combinatæ, adeoque quasi aluminosæ: unde in Ulceribus antiquis corrodentibus, Ambustionibus, Ulceribus Gallicis, item quibusvis aliis etiam Gangrænâ minitantibus, optima est hæc Aqua; quasunque Inflammationes arceat, sive per se, sive cum *Saccharo Saturni* applicetur; sic enim evadit *Mistura lactea*, quæ egregiè refrigerat, Ardorem Vulnerum & Ulcerum temperat, & Dolorem demulcet: Gangrænâ mirè resistit, eamque mirabiliter sanat, sed crebrius applicata & renovata, imprimis si *Spiritus Vini rectificatus myrrhatus*, & *campboratus* addatur; aut etiam *Aloë*, *Myrrha*, & *Scordium* in Aquâ hac simul decoctum, adjungatur. In Herpetibus & Serpiginibus, tam ulceratis, quam non exulceratis, Aqua Calcis vivæ imposita certè est expertum Remedium, Arcanum HARTMANNI, & Chirurgis in frequenti usu; à quibusdam etiam ad Cancrum commendatur. In omnibus nempe his absorbet Acida, & blandè stringit poros ac firmat fibras: nam Chirurgus iste, qui rectè Acida ac Salia acidula Ulcerum & Tumorum temperare & mitigare novit, in Arte suâ est egregius, Inflammationem sic aufert, ut postmodum feliciter sequatur sanatio & consolidatio. Aqua hæc egregia est in Scabie, aliisque Ulceribus mundificandis, si eadem Membra affecta laventur, & certè brevi post omnes Pustulæ decident, sive sola, sive cum *Sulphure* adhibeatur in Scabie simplici, sive juxta Gallos permisceatur cum *Mercurio sublimato vel dulci*, in Scabie contumaci, exulceratâ, malignâ & Gallicâ. Et fit convenientior, si *Calx viva* extinguitur in Aquâ appropriatâ: si in Erysipelate scorbuticâ usurpanda, parari potest cum Aquâ *Florum Sambuci*; si ad Vulnera vel Ulcera, verminosa licet & putrida, in Aquâ *vulnerariâ*; si in compescendâ Gangrænâ, in Aquâ *Pomorum Borsdorffianorum*, &c. In talibus Affectibus externis cum Aquâ Calcis vivæ tepidâ abluuntur Vulnera & Ulcera, humectatur Linteum, applicatur, & sæpius sæpiusque renovatur, & sic egregios producit effectus.

Eadem Aqua suggerit ad Ambustiones & Vulnera præstantissimum Remedium, præsertim si in *Decocto* colato de novo extinguitur *Calx viva*, vel hac ratione

℥. Calx viva recens, quæ projiciatur in Aquam, ut 4. vel 5. digitos Aqua emineat, & ubi efferbuerit, coletur & filtretur. Huic Aquæ affundatur *Oleum Rosarum*, vel *Liliorum alborum* per infusionem & decoctionem paratum, vel *Lini* q. s. probè agitetur in Mortario plumbeo, sic subito utriusque mutatur consistentia, & ambo coalescunt in modum Butyri, quo non habetur melius Remedium in Ambustionibus, & certò Velicis præcavebit.

Ratio est curiosa; notum enim est, quòd Olea nunquam coeant cum Aquâ, multò minùs coeant in Butyrum cum Aquâ; quod hic tamen fit, quoniam ex *Oleo* mitto cum Aquâ *Calcis vivæ*, fit *Sapo*. Sicuti igitur *Sapo* fit ex *Lixivio acris*, & *Pinguedibus Animalium*, quæ *Acidum occultum* in se habent; ita & res hic sese habet. Hoc *Butyrum* etiam prodest in Vulneribus Sclopeto inflatis (ubi certò empyreuma nitro-sulphureum remansit) ad vitandam Putredinem: Conf. AGRICOLA in *Chirurg. parvâ p. 383.*

Huic Aquæ Calcis vivæ imposita Crura optimum levamen percipiunt, in eorundem Doloribus lancinantibus.

Hæc fuit Aqua Simplex Calcis vivæ.

Prætereà fiunt *Aquæ Calcis vivæ Compositæ*, pro varietate scoporum variantes. Sic *Aqua Calcis vivæ Composita* paratur

cum *Sulphure* contra Pruritem, Serpiginis, Scabiem, Maculas & Pustulas à Scabie relictas egregia; v. g.

℥. Calcis vivæ ℥viiij.

Sulphur. ℥ss.

coqu. in l. q. *Aquæ* ad ℥. iij.

Vel

℥. Aquæ Calcis vivæ ℥ij.

Sulphur. comm. pulverif. ℥vj. vel ℥j. ad ℥ij.

Ebulliant invicem: *Colatura* detur pro usu externo, quâ abluantur saltem Articulationes Corporis Scabie infectæ, vel etiam hæc ipsâ Aquâ eluantur *Unguenta Articulæ* contra Scabiem affricata.

Meliori effectu in Scabie crustosâ:

℥. Aquæ Calcis vivæ ℥ij.

addantur

Scoriar. Regulæ Antimoni ℥ij. M.

& erit *Mistura usûs externi* egregii.

Permiscetur etiam cum *Saccharo Saturni*, videlicet in Inflammationibus quibuscunque, Herpetibus & Serpiginibus, tam ulceratis, quam non ulceratis, Erysipelate, Ulceribus cum Inflammatione junctis; v. g.

℥. Calcis vivæ q. v.

Superfundatur

Roris Majalis q. s. ut leniter effervescent: *Colat. Mens. j. add.*

Sacchari Saturni ℥ss. ad ℥j. vel ℥ij. M.

Laventur hæc ipsâ Miscelâ Ulcera antiqua, & Linteola madefacta superimponantur; sic Inflammationes & Gangrænâs minitantes compescet.

Misceatur hæc *Aqua Calcis vivæ* etiam cum *Venere*, dum nempe infunditur *Pelvi anea*; exinde egregium Sapphirinum Colorem contrahit, estque egregium Remedium contra Pustulas & Ulcera Oculorum, horumque Scabiem & Pruritem, &c.

Tandem cum *Mercurio*, tam dulci, quam sublimato, etiam miscetur. Nempe si *Aquæ bujus* Mens. j. addatur *Mercurii dulcis ℥ss. ad ℥j.*, & *Aqua* hæc mista supra dictis Affectibus, præsertim Ulceribus contumacibus, cum Linteolis madefactis tepidè applicetur, & fuit Secretum CUNZII in Ulceribus antiquis.

Pertinet huc *Aqua Phagædenica* Chirurgis in Galliis usitata, præsertim in principio Gangrænæ, quando loca nervosa occupat, ut progressus inhibeatur. Arcanum hujus *Aquæ mirabilis* consistit in hoc ut permisceatur *Mercurius sublimatus Aquâ Calcis vivæ*, eaque pro varietate circumstantiarum plus vel minus, ut nunc reddatur acrior, nunc mitior, prout volumus eandem magis corrodentem; sive assumatur *Mercurius sublimatus*, sive dulcis, perinde est. Præparatur ita:

℥. Aquæ pluvial. vel comm. ℥xxx.

Indantur in Vas stanneum, & huic immitantur

Calcis vivæ ℥ij. vel v.

Hæc permittantur, ut extinguantur lentè: cessante Ebullitione addantur

Arsen. pulverif. ℥ij.

Mastic. el. & pulver. ℥j.

Hæc omnia permittantur ebullire, & benè agitentur cum Spatulâ lignèâ, & relinquuntur, donec *Calx viva* in fundum se præcipitet. Tunc successivè decantanda est *Aqua supernatans* clara, cui adde

Mercurii sublimati, præcipit. vel dulcis ℥ij.

Spiritus Vini probè rectific. ℥jv. v. vel vj. prout magis temperatam voluerimus,

Spiritus Nitri ℥ij.

Misce & reserventur pro usu.

Aqua hæc reverà usu est egregia contra Ulcera putrida & gangrænosa. Virulentiam Arsenici *Calx viva* corrigit, non secus ac Nitrum fixum.

Prætereà commodè huic *Aquæ* admiscuntur aliquot *Unciæ Spiritus Vini* benè dephlegmati: nam *Spiritus Vini* additus

1. *Aquam* in Gangrænâ reddit magis penetrantem.

2. *Spiritus Vini* tanquam sulphureus temperat blandè nimiam & excessivam acrimoniam Salium in *Mercurio sublimato* & *Spiritu Nitri*, & sic turpidus usurpatur.

Si adhuc acrior videatur, ulterius temperari potest additione vel pluris *Spiritus Vini*, vel *Pblegmatis Vitrioli*, vel *Pblegmatis Nitri*, *Aluminis* &c. Confer. quoad hanc *Aquam*

BAR-

4. Spiritus . *v. Calcis viva* q. v. læviga minutissime, imbibere que cum Spiritu Vini alcalisato, (qui ab omni Phlegmate purus sit, aliàs incassum laboratur,) quantum scilicet imbibere illa potest, (non ad eminentiam) abstrahere Spiritum Vini lenissimo MB. calore, cum Cohobis (8. vel 10. repetitis) sic fortificatur vis ignea Calcis vivæ.

v. Hujus Calcis vivæ leuigatæ ℥x.

Sal. Tartari puriss. ℥j.

Capitis mortui Tart. probè priùs igniti ℥xx.

Misc. ac destilla ex Retortâ lutatâ infra medietatem repletâ, in Excipula duo, quorum unum (in quo sit parum Spirit. Vin. rectificatiss.) destinatum sit suscipiendo Spiritum, adeoque capacius; alterum (quod vacuum) exstillanti Phlegmati.

Excipulum priùs connexum sit cum Canali ex alterius illius Excipuli collo deducto; posterius sit collocatum, ut Phlegma rectâ delabi possit. Accenso Igne stillat primùm Phlegma, quod delabitur in Excipulum vacuum; dein auctiori Igne

prodit Spiritus albicans, qui per Canalem in alterum illud Excipulum ad Spirit. Vin. rectâ tendit, eique sese committet, ut separari ab invicem difficulter possint.

Rectifica aliquoties, & separa lenissimo calore Spirit. Vini in Phialâ, vel accende Spiritum Vini, qui efflagrabit, remanente Spiritu Calc. viv. in fundo.

N. 1. Nisi Galx viva initio cum Spiritu Vini, ad modum dictum fuerit impregnata, adeoque exaltata, incassum laborabitur, quippe defluit in Excipulum minus, vique Phlegmatis commixti nullius evadit valoris.

N. 2. Spiritus primò flavus est, verùm leniter in Cinere rectificatus clarescit.

Vires. Summum est Arcanum in atterendo, radicisusque pellendo Calculo, cujuscunque speciei, aut loci. Confert & Podagricis. Pulmonibus nocet.

In usu Pharmacopœtico solvit Grystallos, Oculos Cancrorum, Lapidisque durissimos. Keslerus lib. 1. cap. 80. Spiritus Minerales volatiles figit. *Basilii in Rep. L. P.*

N. Alii

BARBETTE in Chirurgiâ, **FEBURE** in suâ Chymiâ, item **GLASSERUS** in Chymiâ.

Modus utendi est, ut abluantur Membra hæc Aquâ, vel Ulceribus ipsi Linteamina adhibeantur in hac Aquâ madefacta. Magni præterea est usus in Vulneribus Sclopetorum, ubi simul Os est fractum, ubi ingens Incallescencia & nimius Dolor, modò in principio addatur Succus 12. Cancrorum fluviatilium, qui contundantur vivi, & adspargantur paucò Phlegmate Aluminis, & addatur hic Succus istî Aquæ, sicque erit magis appropriata in Vulneribus talibus Sclopetorum.

Novi Exemplum, quòd in Gangrænâ post usum hujus Aquæ externum sublecuta sit Salvatio, & hoc in Gallo quodam, ex addito Mercurio dulci oriebatur. Interim id neminem terreat, cum in nostris Corporibus non statim eadem sequantur Symptomata, quæ in Gallis.

Tandem Aqua Calcis vivæ Composita polycrebescit ad Tumores cum Inflammatione, Exulcerationes humidæ, metum Gangrænæ, est sequens:

v. Aqua Calcis vivæ ℔. jv. vel v.

Aceti destillati ℔ij.

Lithargyr. ℔ss.

Olibani,

Myrræ,

Mastic ana ℥ss.

Campb. ℥j.

Coqu. simul, usque dum Lithargyrum sit solum; & calidè cum Linteis applicetur bis vel ter in die.

Pertinent huc denique Thermæ Artificiales, quas primò docuit ZWELFFERUS in Mant. Hermet. p. 401. dum cum Calce vivâ miscet Sulphur, superaddito interdum etiam Nitro, & huic Mixturæ affundit Aquam calidam; sic enim fit ut Calx viva effervescendo cum Aquâ solvat Sulphur & Nitrum, ejuisque virtutes eliciat; & ita eandem acquirat virtutes, quas Thermæ obtinent Naturales sulphuræ, pro omnibus illis Affectibus, ad quos adhibentur Thermæ Naturales; quæ Thermæ Artificiales multum in recessu habent, & qui sciunt modum parandi, possunt etiam facillè judicare, ad quos usus adhiberi queant. Modus est elegans, nec unquam inventus, nisi ZWELFFERO.

In dictâ Aquâ Calcis vivæ Crusta candida subpinguis supernat, quæ vocatur Calcis Cremor: hæc labiis Ulceris maligni cancerosi seu labiis Cancræ exulcerati, item in Gangrænâ, inungitur, ut Pars corrupta absumatur, remanente sanâ: destruit simul Fermentum Ulceris corrosivum, temperando istud, & successivè ad maturitatem producit. eadem Crusta cum Bolo Armenâ est Specificum in Ozænâ; Ambustionibus mirè succurrit.

4. Ex superioribus notum est, fixa Salia esse in Calce vivâ. Unde curiosum est nihilominùs & urinosum volatilem Spiritum ex Calce vivâ haberi posse, idque tribus modis:

1. Cum Spiritu Salis, qui affusus Calci vivæ & subitò destillatus, urinosum & penetrantem Spiritum suggerit: videatur LUDOVICI de Sale Tartari pag. 39.

2. Cum Spiritu Vini. Hi rectificatus Calci vivæ recentè affusus, & abstractus forti Igne, Spiritum quasi tartarifatam producit, evidenter urinosum.

Quidam sequenti modo parant, quo & Tophos Podagræ & Nodos resolvi ajunt:

v. Calcem vivam fervidam adhuc prout. ex Furno calcinatorio jam extrahitur:

Superfundunt Spiritum Vini aliquoties super Salem Tartari alcoholisatum, digerunt, & postmodùm Igne for-

ti in Retortâ ex Arenâ destillant: prodit Spiritus Vini sapore urinoso præditus, qui accensus relinquit Gelatinam instar Cremoris. Iste Spiritus bis vel ter de Calce vivâ novâ per Retortam abstractus, & locis podagricis illitus egregium Remedium est ad istos Nodos dissolvendos.

3. Ex Coagulo Calcis vivæ cum Spiritu Salis factò; cui additum Sal Tartari fixum, destillando Spiritum urinosum volatilem suggerit.

In hoc tamen volatili urinoso Spiritu videtur BASILIUS VALENTINUS & KESLERUS quæsisisse Calcis vivæ vim lithontripicam, atque nephriticam; unde Spiritum Calcis vivæ, ut occultè, parare docuit, quem plurimi imitati, paucissimi seu nulli assecuti fuerunt. Deficiunt Encheireses, quæ studio reticuit: qui videntur, Spiritum optimum & elegantissimum parare possunt.

Processus AUTORIS nostri nil valet. Alii ex Calce vivâ & Sale communi eundem parant, sed acquirunt saltem Spiritum Salis, ut TACHENIUS in Hipp. Chymico.

Uterius Galx viva habet vim antinephriticam promovendi & atterendi Calculum; unde loco Spiritus urinosi pro usu diuretico, & nephritico, cum Tartaro ex Calce vivâ Tincturam Antinephriticam, quæ nihil aliud est, quàm Tinctura Tartari acris, parârunt: cujus Autor est SULZBERGERUS Parens, & in frequenti usu fuit LANGIO, & facta fuit hoc modo:

v. Calcis vivæ part. iv.

Tartari crudi part. j.

(alii recipiunt part. ij. Tartari, sed pars j. magis convenit. HOFFMANNUS in Clave Schræd. pag. 175. recipit Calcis vivæ p. x. Tartari p. ij.)

Coquantur in Ollâ cum Aquâ fontanâ, & sic fit motus insignis fermentativus: post solutionem & cocturam filtratur & coagulatur. Coagulationi superfunditur Spiritus Vini rectificatissimus, vel Spiritus quidam Nephriticus compositus: extrahitur. Sic fit Tinctura rubicundissima sapore urinoso, non contemnendum Remedium pro Scopo antinephritico, & Urinam pellendi, in Morbis tartareis.

Alii Liguoris formâ usum Calcis vivæ diureticum administrârunt; nempe Spiritui Salis, v. g. ℔j. injiciunt per vires particulas Calcis vivæ Nucis avellanæ magnitudine, donec desinat effervescere, & Calx viva Spiritum Salis totum imbibit: stent per tres vel quatuor horas: calcinant Igne Carbonum in Crucibulo, donec fluant; Massa infundatur in Mortarium, & fiet instar Silicis duræ; pulverisatis affunditur Aqua calida, extrahitur Sal, filtratur per Chartam, evaporant ad siccitatem: ponitur in Conchâ satis amplâ in locum frigidum, & liquefcit in Oleum; laudatum contra Nephritidem & Arthritidem. Cui tamen non videntur cedere Liguores Nephritici aliorum ex mollioribus Lapidibus parati, mediante nempe Spiritu Salis. Ingredientia vid. in Clave HOFFMANNI pag. 154.

Tandem in formâ Salis vim nephriticam ex Calce vivâ alii ita eliciunt.

v. Sal. Ammoniaci,

Calcis vivæ ana part. æqual.

Fiat in Crucibulo Stratum supra Stratum, ita ut ultimâ vice Calx viva, eaque in majori quantitate, insternatur; clauso Crucibulo, calcinetur probè Igne diuturno; Massa refrigerata solvitur in Aquâ, permittitur, ut ad crystallisationem usque evaporet, quæ Crystalli sunt egregium diureticum.

Nempe

N. Alii miscent *Calcem vivam* cum *Bismutho*, ac destillant ex Retortâ in Receptaculum capacissimum, aliquot (sex) Mensuris *Aquæ* adimpletum.

5. Hinc *Spiritus Calcis vivæ alcalifatus*.

6. *Sal Calcis vivæ*, solve in *Spiritu Calcis vivæ*, ac forma *Globulos* cum *Argillâ*, vel misce cum *Pulvere Laterum*, destillaque per Retortam.

VI. LAPIS CALAMINARIS.

Cadmia lapidosa, Cadmia Metallii expers, est Lapis fossilis, subflavus, non admodum durus, luteum, dum accenditur, Fumum eructans, German. *Galmey*, *Galmeystein*. Gall. *La Cadmie pierreuse*.

Reperitur sæpius in Metallorum Eodinis.

Vires. Siccat leniter, extergit, adstringit, Ulcera carne replet, Cicatricem inducit. Adhibetur solum externè, creberrimoque usu Infantum Excoriationibus Exsiccationis ergo inspergitur.

Nempe Acidum Salis communis in Sale Ammoniaco se jungit Alkali fixo Calcis vivæ, Particulæ verò urinose volatiles partim, eæque copiosiores, avolant, partim ab Acido Calcis vivæ subiguntur, & unâ concentrantur: emergit exinde *Salex* urinoso salsum, &, ut dixi, diureticum.

Plura de *Calce vivâ* videbitis in TACHENII *Hippocr. Chym. & Clave*; hinc MAYOW de *Nitro & Spiritu aëreo*, & tandem M. A. N. C. Ann. 6. & 7. pag. 365. (Z)

VI. LAPIS CALAMINARIS.

Lapis Calaminaris, qui aliàs vocatur *Cadmia fossilis* seu *lapidosa*, simillimus quidem videtur *Croco Martis*; reverà tamen nihil aliud est, quàm Concretum quoddam *Particulis Saturninis & Veneris* permixtum, Substantiæ mediæ inter Terras & Lapidescquod probat partim *Solutio* ejus cum *Aceto*, dum instar Sacchari Saturni dulcescit, partim *vis vomitoria & cathartica*, quæ à Venere dependet. GLAUBERUS pluribus in locis suorum *Scriptorum* jactat, Lapidem hunc *Sulphur Solare* in se habere; quod tamen non adeò planum est, & viz credendum.

Duplex aliàs hic est: *Nativus* unus ex propriâ Minerâ erutus, de quo jam dixi; & *Factitius* ex Minerâ Saturni, sub hujus Calcinatione sponte exhalans & Fornacibus adherens: Conf. *Comment. ERCKERI* pag. 303.

Usurpatur vel pro *Usu Mechanico*, vel *Medico*. Pro *Usu Mechanico* in usu est hic Lapis, ut ex eodem cum *Cupro* fiat *Orichalcum*: v. g.

℞. *Veneris* seu *Cupri puri* p. c.

Lap. Calamin. p. xxx. vel xl.

Hæc Igne fusionis permixta constituunt *Orichalcum*, quod naturam *Veneris* tantùm retinet.

Videatur *Comment. ERCKERI* citato loco pag. 260. item in MERRETTO in *Notis ad Artem vitriariam Næri* pag. 353. Quoad *Usus Medicum*, est saltem *externus Chirurgicus*.

(Z) De *Aquæ Calcis* usu interno *quamplurima habet* Dñus Burlet *Hispaniarum Regis Medicus*, Aët. *Scient. Acad.* Anno 1700. *Illam sic parat*: ℞. *Aquæ pluviz* ℞. vi. *affunde* ℞. j *Calcis vivæ*: *relinque per xxiv. horas*, deinde *filtra* *Chartâ griseâ*. *Si caut. us procedere velis*, *affunde* *Aquæ* ℞. viii. *atque hoc modo satis efficax* *Aqua* *erit*: *quam si adhuc leviores velis*, *eidem Calci secundam Aquam affunde*, *eâque sutissimè utere*: *quod si tertio Aquam addideris* *erit* *serè insipida*.

Medicus Batavus *Aquâ Calcis* utebatur in *Asthmaticis & Dysentericis* cum *Lactè vaccino*. Burlet eadem usus fuit item cum *Lactè vaccino*, *primâ die ad ℞. iij.* hinc *quatuor sequentibus exhibebat ℞. iij.* sique *Dysentericum & Asthmaticum* curabat. *Notat autem Cl.* Autor hoc *Remedium magis prodesse* *Batavis*, qui *humidissimo & crassissimo utuntur* *Aëre*, quàm *Parisensibus*, & *reliquis Gallis*: *quare & nobis Italis*, aliisque *calidarum regionum incolis*, *adhuc minùs prodesse*, imò *fortasse obesse*, colligendum.

Medicus idem Batavus *Aquam Calcis* cum *Tincturâ Metallorum commiscebat*. *Tinctura autem Metallorum* *seu ex Stanno*, *Ære* (*quidam addunt Aurum*), & *ex duplo Reguli Antimonii Martialis*, *simul fufis*. *Massam hæc metallicam* *vocant* *Electrum Minerale*. *Eadem in pulverem redacta detonatur* cum *Nitro & Carbonibus*, & *convertitur in Scoriâ viridescentem*, quæ iterum in *pulverem redacta*, cum *Spiritu Vini commiscetur*, eique ope *digestionis* *Tincturam mirè vubram impertitur*. *Hæc Tinctura Metallorum* cum *Aquâ Calcis commista*, *est* *Batavis prodesse* *videretur*, *Gallis tamen nocet*: *vehementer enim caustica est*, & *corrosiva*. *Sal Tartari & Nitrum simul calcinata*, eandem *impertuntur Tincturam Spiritui Vini*, quæ eisdem *parit effectus*, ac *Tinctura Metallorum*.

Dñus Burlet secundam *Aquam Calcis*, cum *Lactè commistam* ad ℞. viij. & ix. *singulis diebus* *tutè exhibuit*. *Idem ℞.* *Aquæ Calcis* *pin.* iv. *frigida infunde* *Ligni Sassafras*, *Sem. Anisorum*, & *Rad. Glycyrrhizæ ana* ℞. j. *Passul. Corinth.* ℞. j. *Dosis* ℞. j. *vel v. bis in die*. *Hoc magisterio parata*, *sæpè inefficax*, *sed nunquam noxia*.

Aquæ Calcis *usus* *serè semper stomacho insensus est*, cui succurrendum *Vino Hispanico*, *Absinthite*, *Theriaca*. *Exsiccet*, *Ventrem consipat*. *Quare nocet in Anorexiâ*, *extremâ Macie*, *Febricitantibus*, & *durâ Alvo laborantibus*. *Conducit verò in Ulceribus internis & externis*. *Frenat Hæmorrhagias*, *Alvi fluxus*, *Dysenterias*, *Fluores albos*, & *Vasorum relaxamenta corrigit*. *Quare abstinendum ab hoc Medicamento in Menstruantibus*, & *Hæmorrhoidum critico fluxu*. *Curat Obstructiones & Tumores internos*, nisi in *Scirrbum degeneraverint*: *item & Strumas*, nisi *inveteratum* *seu Malum*. *Cum Lactè mista* *Aqua Calcis illius in Ventrículo coagulationem impedit*: *cum Catharticis*, *illorum vim adauget*. *Hæc ex Burlet*.

N. Utuntur eâ & *Ærarii* ad conficiendum *Aurichalcum*; *Cuprum enim pallere facit*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Lapis Calaminaris præparatus*.
2. *Emplastrum è Lapide Calaminari*, vulgò *Zeltenspflaster*. *August.*
3. *Emplastrum Griseum de Lapide Calaminari*. *August.* (*Differt à superiori*, quòd etiam *Myrrham & Camphoram* contineat.)
4. *Magisterium Lapidis Calaminaris S. Clof.*

Solvitur in part. x. *Spiritus Sal. com.* deinde præcipitatur *Pulvis rubeus* cum *Ol. Tart.* more vulgari, & dulcoratur sæpius *Aquâ calidâ*.

Evacuatur per Vomitum & Secessum, mitius quàm *Antimonium præparatum*.

(*Oleum Lapidis Calaminaris*.)

VII. CRY-

Crudus adstringit, pro quo scopo & externè in usu est, & *Croco Martis* serè præfertur; hinc adhibetur pro *Ulcerum & Vulnerum* curâ, *extersione*, *consolidatione*, *cicatrificatione*, *sive sub formâ Pulveris* inspergatur, *sive Unguentis* admisceatur; promptè scilicet, tanquam *Subjectum sicibundum*, absorbet *Acida* quæcunque *Ulcerum & Excoriationum*; hinc *Saporem adstrictorium* acquirit, quo poros *Partium* stringit, ut *facilis consolidatio* sequatur. *Potest* *vel solus* *urpari*, *vel cum Pinguedinibus appropriatis*: si solus adhibetur, *Cicatrix* fit *subrobra*: *sin verò cum Pinguedinibus* *blandioribus*, fit *justo & blando colore*. *Quando Infantes* *circa Genitalia* *excoriantur*, imò *Equitantibus*, *Aliisque sub Brachiis*, *Pedibus*, &c. *præsentaneum est Remedium*, si inspergatur.

GLAUBERUS mediante hoc *Lapide Spiritus Minerale* *acidis* *concentrare docet*.

℞. *Pulver. Lapidis Calaminaris*, eumque imbibit *Spiritus Salis, Nitri*, &c. hinc fit, ut *Lapis* imbibat *omne Acidum*; sic enim *abstractione primò* *prodit Phlegma*; pòt fortiori *igne destillando per Retortam*, *prodit & acquiritur Spiritus acidissimus*, & *maximè concentratus*, utut *Spiritus aliquantulum remaneat in Lapide Calaminari*.

Spiritus hic, *Autore GLAUBERO*, multum confert in *Hydrope*, quoniam fortiter pellit per *Urinam*.

1. *Preparatio Lapidis Calaminaris* fit, quando *extinguitur*, *incensus*, *vel in Aceto*, *vel Aquâ pluviali*, *vel in aliâ quâdam Aquâ appropriatâ*.

2. 3. *Emplastrum de Lapide Calaminari* est *egregium in supradictis casibus*, *malaxatum cum Oleo Nicotianæ*.

4. *Magisterium Lapidis Calaminari* secundum *AUTORIS* *modum paratum*, *vel calcinando cum Nitro*, & hinc *Caput mortuum* *elixiviando*, *ad imitationem GLAUBERI* *paratum* *Furn. P. 2. pag. 93.* inter *Remedia purgantia* *suprà & infrâ* *non ultimum locum obtinet*.

CAL-

VIL CRYSTALLUS.

CrySTALLUS Lapis transparentes est, Aquam in Glaciem congelatam omnino referens. Dicitur *CrySTALLUS* à *κρυσταλλος*, id est, *Gelu*, & *κρυσταλλος*, id est *contrabo*, Germ. *CrySTALL*. Gall. *Du Crystal*.

(*N. Calceolarius* CrySTALLUM, in cujus medio Liquor fluens, habuit. Vide *Musf. Veron.*)

N. Gemmam, si vocare libet, licet, modò omnium mollissimam dixeris, vel à similitudine Coloris, qua Gemmas colorata CrySTALLUS refert, *Pseudo-Gemmam*, verbi gratià, *Pseudo-Beryllum*, *Pseudo-Topasium*, *Pseudo-Sapphirum*, *Pseudo-Smaragdum*, quæ veris Gemmis molliores sunt. Sic & *Iris* vocata Gemma à colore, quem Fronti applicata exhibet, CrySTALLI species est.

Invenitur in variis locis, etiam in Germanià, Bohemià,

Ungarià, Cypro, & Lusitanià, & nonnunquam in Agris.

Delectus.

Quoniam coloratæ minimè negligendæ sint, ac præcipuè *Pseudo-Adamas*, quæ aliis nobilior; attamen in Præparationibus Chymicis recipitur *CrySTALLUS* propriè sic dicta, quæ eligenda est purissima, pellucidissima, ac eximiè intensa.

Vires. Facultatis est adstrictoriæ, adeoque confert Dysentericæ, Diarrhææ, Cæliacæ, Cholerae, Fluxui uterino; præbet Lactis abundantiam, atterit Calculum totius Corporis, hinc prodest & Podagricis.

Si Pulveris ℞ij. vel ℞j. pondere cum *Oleo Amygdal. dulcium* exhibeatur, curat eos, qui Mercurium hauserunt. *Boëtius de Boodt*, *Matthiolus*, vid. *Heer*.

N. Sunt qui CrySTALLUM radiis solaribus objiciunt hisque concentratis Cutem inurunt, loco *Cauteris*.

PRÆ-

CALCULUS HUMANUS.

CALCULUS *humanus*, vulgò *Ludus humanus* dictus à **PARACELSO**, & hinc **HELMONTIO** *Duelch* proprio nomine dicitur, quia Concretum est tertium falsum, magis tamen alcalinum, ex Sale volatili, seu Spiritu urinoso Urinæ, Acido convenienti præternaturali saturato, coagulatum. Quando enim *Calculi* hi destillantur, *Oleum*, *Spiritus*, atque *Sal volatile* in notabili quantitate præbent, uti hoc illustrat Anatomie ejus Chymica, facta ab **HELMONTIO** *Tartar. non in Potu* §. 7. & **TACHENIO** *Hipp. Chym. cap. 14. p. 82.* **HELMONTIUS** derivat ex Spiritu Urinæ inflammabili & Sale volatili Urinæ. Probabilior autem est prior Sententia. An autem Alkali hoc urinosum frustulis Calculi, à destillatione relictis & friabilibus, planè denuò affusum iterum redeat, prout **TACHENIUS** loco allegato p. 93. perhibet, ejus Asserti fides sit penes Autorem. *Bezoar* eodem modo coagulari, verum est.

Ufus obtinet, quòd hic Calculus pulverisatus Urinam pellat, quod suo modo verum: interim huic accedit Superstitio, quòd proprios Calculos, primùm ex Homine nephritico prodeuntes, pulverisatos & assumptos, per totam vitam præservare à Calculo dicant. Vi quidem & texturâ urinosâ vitiosum Acidum primarum viarum absorbent, hinc in Salsum, tam diureticum, quàm egregiè sudoriferum, unâ abeunt; sed curativè & præservativè ad Calculum nil valent. Sanè *Calculus humanus* per se dosi ℞j. in *Aquâ Card. benedicti* assumptus, vi sudoriferâ & antipestiferâ non paucis *Lapidi Bezoardico* æquiparatur; unde eundem vocant *Bezoar Microscopicum*, quoniam non minùs resistit Malignitati, nec minùs convenit in Febris malignis & pestilentialibus, quàm *Lapis Bezoar Orientalis*: imò in ipsâ Peste præfertur etiam *Lapidi Bezoar Orientali*, uti videri potest in **BONTII** *Comment. in Garziam ab Horto*, **TULPIO** L. 3. *Obs. cap. 4.* denique etiam **BARBETTE** de Peste pag. 21. Et sicut Urinæ propriæ haustum in Constitutione epidemicâ multi, ceu egregium præservativum, extollunt; ita *Calculus humanus* ex iisdem cum Urinæ elementis compositus, haud inferioris erit pretii. Et sanè non saltem in nuperâ Peste Anglicâ, in specie Londinensi, ubi uno die 10000. homines mortui sunt, aliquoties usus ejus antipestifentialis cum successu fuit observatus, ac à Modernis maximè tentatum est, sed & jam olim in superiori sæculo idem fuit observatum. Nempe **CHRISTOPHORUS HIEBLE**, *Physicus Constantiensis* edidit anno 1589. & 1598. *Tra-Batum Germanicum de Lapidibus Bezoardicis*, in quo pag. 22. vis bezoardica Calculi humani tantumnon superare *Lapides Bezoardicos* veros asserit: videatur etiam **BONTIUS** de Medic. Indorum L. 1. cap. 46. Præterea *Calculus humanus* egregium satis habetur Remedium in curandis Philtris assumptis, & Morbis inde productis, imprimis si Philtra ex perverso usu Menstruorum fuerint, præmissis nempe Universalibus, imprimis *Vomitoria*, de quo elegantem videbitis *Observationem* **HEINRICI** ab **HEER** 13.

Tandem multi miserè torquent Calculum humanum pro *Oleo Ludæ Paracelsi* exinde parando; labore tamen vano, cum alius longè sit *Ludus Helmontii*, nempe *CrySTALLI mollioris species*. Distinguitur etiam toto cælo à *Lapide Ludæ Helmontii Antwerpiano*, variis hris contexto: de quo merentur legi **M. A. N. C.** Anno 4. pag. 119. Certè si Artificio Chymico in suum *Ens primum* urinosum & *Oleum* resolveretur *Calculus humanus*, summum esset Remedium ad præservandam & curandam Lithiasin. **PARACELSO** hoc non fuit impossibile, mediante quo *Lapides* in Renibus & Vesicâ coagulatos reduxit in Liquorem & Mucilaginem; sed reticuit;

Tom. IV.

& sunt, qui non sine ratione putant, eandem fieri per *Liquorem Alcabest*. Ad ejus imitationem sunt multi, qui volunt parare *Oleum Calculi humani*, calcinando illum. Sed operam & oleum perdunt, quoniam nullam planè vim nephriticam, & Calculi resolutivam exinde acquirunt. Solvitur hic *Calculus humanus* in *Spiritu Salis*, & exsiccat, postmodum in loco frigido resolvitur in *Liquorem*, qui Liquor ad guttas x. xv. & xx. propinatus, commendatur in pellendo, alterando & resolvendo Calculo. Verùm Calcinationes in Acidis nil valent; destrunt enim vim dictam, eamque plùs imminuunt, quàm promovent. Hoc modo ex aliis etiam *Lapidibus* fiunt *Liquores nephritici* uti vocantur. Sic ex *Lapillis Cancrorum*, *Lapide Judaico*, *Lazuli*, *Lyncis*, *Spongia*, *Aquila* seu *Ætite*, *Glaciet*, &c. paratur, quorum *Pulvis*, quantum placet, solvitur in *Oleo* vel *Spiritu Salis*, & quòd solutum est, abjectâ remanentiâ fordidâ, coagulatur leni calore, ut inspissetur: *Materia* inspissata denuò pulverisanda est, resolvenda in Cellâ, iterum coagulanda, & cum humectatione *Aceti destillati* pulverisanda, donec non amplius se coagulare permittat; qui *Liquor* dictus *nephriticus* ad promovendum Calculum per Urinam, & ceu magnum Secretum, in eodem commendatur.

Quidam non tam operosè præparant, sed quando semel fuit solutus, recipiunt pro *Liquore nephritico*: addunt etiam *Calculus humanum*, ut magis fiat appropriatus, qui tamen in similibus Liquoribus, quatenus promovent Urinam, prædictis & convenientibus *Lapidibus* nullam habet prærogativam.

Angli hodie habent certum Lapidem, qui vocatur

LAPIS GARMINATIVUS.

HUJUSHÆC est vis, ut calefactus & impositus Umbilico, omnes Flatus in Colicâ flatulentâ mirificè sedet, & expellat. Unde ratione virtutis hujus promovendi Flatus vocatur *Lapis Carminativus*. Infallibilis est ejus Experientia, non tam apud Anglos, sed etiam jam apud Belgas. Videtur habere convenientiam cum *Lapide Serpentino*, qui calefactus, & Umbilico impositus, in Affectibus colicis & uterinis egregiè convenit.

VII. CRYSTALLUS.

DE *CrySTALLO* scripsit **ERASMUS BARTHOLINUS**. Est quasi Gemma quædam vilior, & omnium mollissima, seu maximè solubilis; fuit tamen **LULLIUS**, qui *CrySTALLOS mutavit in Adamantes*. Ut plurimum sub certæ figuræ determinatione coagulata est, id quod specifico suo debet *Acido*; simili nempe ratione atque videmus *Salia* crystallifatione sui ex determinatâ particularum minutissimarum configuratione & situatione, in certis *Figuras* se disponere: unde & iis rebus, quas coagulant, eandem Figuram imprimunt, eademque, nisi impediuntur, insignant. Sic v. g. *Sal commune* semper in formâ cubicâ concrescit, ac in formâ octangularem; *Nitrum* in formâ striarum conico-rotundâ, ac in formâ striarum sexangularem; *Vitriolum* in formâ rhombi, & sic porro: ita etiam *CrySTALLUS* in coagulatione seu unionem in Minerâ ad elegantem Figuram sexangularem, subinde etiam octangularem, se disponit.

Est *CrySTALLUS Lapis vitrescibilis*, adeoque constituit Corpus ejus primariò Substantia alcalina, Acido suo comparati mediocri saturata. Ex qua crasi & constitutione fluit.

Ufus ejus Acidorû excessivorû & corrosivorum in primis Corporis viis saturativus ac correctivus. Eo ipso enim quòd præ aliis Gémis & *Lapidibus* mollior existit, facilius ab *Acid*

X x x

N. Keslerus Elixir Crystallorum parat hoc modo :

1. Crystallus calcinat Ignitione reflexoria in Acet. destill.
2. Calcem hanc comburit eum Sal. Nitr. horis duodecim.
3. Hujus Massæ ʒi. affandit Acet. destill. ʒx. digerit per dies ac noctes 2. vel 3. in M.B. abstrahit ad luccitatem Acet. destill. Remanentiam resolvit per deliquium, Oleumque rubrum scorsim colligit (neglecto albo, quod à Sale Nitri) : Rubrum illud digerit per diem ac noctem cum Vino, Faccesque subsidentes rejicit. Claram Solutionem cum Liquore, e. g. cum Vino exhibet, idque quotidie ter. Keslerus lib. 3. Cent. 44.

7. Cremor Crystalli.

F. Crystall. in Alcohol redacti, Sal. Tart. defacati ana ʒij. calcinentur in Furno Anem. vel in Fornace figulina, in Testâ vitreatâ, cum Operculo foramine pervio, donec Vasa Figuli perfecta sint : postea in Aq. Urtic. minor. projiciantur, & omnia solventur in Aquam lucidissimam viridis coloris : si quid Pulveris in fundo maneat, abjiciatur, Liquori verò prædicto immitte parum Sal. comm. fusi, pulverisati, ubi Pulvis fundum petet.

Hujus edulcorati Dosis à ʒss. ad ʒj. vel solitariè, vel cum Cremore Tart. in Hydrope & Calculo commendatur. Habuit S. Clossæus ex communicatione D. Greg. Horstii felicitis memoriz.

(Poterius Liquoris, five Olei multiplicabilis (Sulphuris) meminit per Alcohol Crystalli, unciâ mensis spatio unciam producente.)

(FULMINARIS LAPIS, s. GERAUNIA, Gunei pyramidalis plerumque figurâ, unde Donnerkeil, vel Securis, Donnerax, &c. Hunc Mulierculæ in defluxionibus in Genas, Mammillas, &c. affricant. In Hydrope & Ictero etiam proficuum dicitur.)

xu Mulierum albo, singularis creditur.

AUTOR N. 7. pag. 351. habet Cremorem Crystalli, & reverâ tota hæc Præparatio cum Liquore Silicum Glauberiano coincidit, adeoque pro usu medico exilis pretii est : videatur HOFFMANNUS in Clavo pag. 178.

LAPIS CERAUNIUS.

Lapis Ceraunius, Germ. der Donnerkeil, reverâ de genere Pyritum est, & scætet Sulphure, unde levi collisione cum Marte Scintillas promit, & sulphureum Odorem spirat.

Quoad usum, Somnum provocare dicitur, item Herniam curare, & ab eâ præservare, testante non tantum BOOTTIO de Gemmis & Lapidibus pag. 481. & ex eo WORMIO in Museo, sed etiam BORELLO C. 6. Obs. 86. Præterea Ceraunius Lapis, usus inter varios, tanquam singulare Experimentum commendatur in Curâ Icteri flavi, & hinc in Curâ Hydrosis, à ʒss. ad ʒj. TILMANNUS, AGRICOLA, & MICHAELIS præparant inde Pulverem contra Ictericum, & Hydropem. MICHAELIS Lapidem Ceraunium præparatum cum Pulvere Exuviarum Serpentum, quas sponte deponunt, miscuit, & dosi ʒj. Ictericis & Hydropticis sæpè cum felici successu propinavit. (A)

GALACTITES.

Lapis Galactites coalescit ex Aquâ limpida, è summitate Fornicum stillante : reperitur in Baumanns-Hole. Usus medicum non habet. (B)

Tom. IV.

(A) Cerauniz seu Lapides Fulminei haud pauci à curiosis Naturæ scrutatoribus asservantur, itque cum Fulmine à Cælo demissi vulgè creduntur. Possè autem à materiâ, ex quâ Fulmen generatur, Lapidem extempore concrecere, suadent Chymici ex eo, quod ex Sale, Aquâ pluvia, & Sulfure unâ combustis possit Lapis subito gigni. At id à vero plurimum aberrare non infirmis argumentis probat Cl. Petrus Assaltus, in Notis ad Locul. 11. Armarii 9. M. Mercati. Mirandi enim effectus quandoque à Fulmine creati, quemadmodum haud jure lapideæ & dura materiæ, ita contrâ facili negotio flammæ, celeritè & per varias tortuosasque semitas motæ, tribuendi sunt : imò notante etiam Cl. Lancilio, nullum vulnere vestigium, quod à re durâ scindente proficisci potuerit, in Cadaveribus Fulmine percussorum, inventum unquam fuit ; sed tantum odor sulfureus, nigredo, aliæque flammæ comburentis indicia.

FILTRUM Lapidem inter hos meritò numeraveris. Lapis est fungosus, in fundo Sinus Mexicani, & prope Japonensium Insulas repertus, ad Aquas percolandas egregius : nisi inter pretiosiores Lapidem illum recensere velis, à Japonensibus enim pro thesauro habitus.

(B) Galactites ἀπὸ τῆς γαλακτος, h. e. à Lacte : Lapis enim est lacteum Succum reddens, ut quidam putant, vel quod Nutricibus alligatus, & ab hisdem cum Aquâ vel dulci Vino potus, Lactis copiam ministrare credatur. Ex Mercato Armar. 7. cap. 14.

(GLOSSOPETRA seu LINGUA SERPENTINA MELITENSIS, Schlangen oder Natrzung. Cortice splendido subcinereo (qui nigricante melior) minutim ad latera serrata, Terra figillatæ, vel Boli Armenæ virtute pollens æstimatur, ad venenatos Animalium Ictus & Morfus, Venenæ arcenda, Epilepsiam, Lumbricos, Variolas & Morbillos malignos assumpta, Dystociam manu detenta, difficilem Dentitionem appensa. Oculi lutei Serpentum Glossopetræ conascuntur, viribusque æquales putantur. Inveniri etiam in Ericeto Lunenburgensi dicunt pyramidales Glossopetras.)

VIII. HÆMATITES.

Lidos αιμαριτης. Lapis est, vel Terra duriuscula, Sanguinem colore æmulans. Arabicè Scedenigi. Germanicè Blutstein. Gall. La Pierre Hematite, ou Sanguine.

N. 1. Lapis Hæmatites nostratibus Officinis vltatus, differt à Veterum Hæmatite.

N. 2. Interdum niger est, interdum Ferri colorem habet.

Reperitur Lapis Hæmatites Officinarum in variis Germaniæ locis. Sæpè inter Rubricas & Ferri fodinas, quales propè Joachimicam vallem Bohemiæ, item circa Breslam, aliquando ex Ostracite nascitur, ut propè Hildesheimium contingit. Excoquitur in Ferrum Lapis hic, adeoque Ferri Materia existit. Fit etiam Hæmatites ex Magnete usto.

Optimus habetur friabilis, saturato colore niger, qui pes se durus est & æqualis, nullâ sorde admittâ, aut septo intermedio, habetque Cinnabari similem colorem, sed saturatiorem ; loci natalis ratione, Hispanicus præstat.

Vires. Refrigerat, exsiccat, adstringit ; glutinat, adeoque convenit Ulceribus Oculorum & Pulmonum, Oculis larymantibus, Sanguinis Expuitioni medetur, Profluvia, v. gr. Hæmorrhagiam Uteri, Alvi, &c. compefcit.

Datus

VIII. HÆMATITES.

Lapis Hæmatites, Germ. der Blutstein, dicitur ita partim à Colore rubicundo, partim ab Effectu in Sanguine sistendo. Reverâ nihil aliud est, quàm Subjectum Martiale, & genuina Ferri Minera, multo Marte imprægnata, adeoque mediæ quasi naturæ inter Terram, Lapidem, & Metallâ esse rectè dicitur. Participat in specie de Marte, & etiam de Saturno. Quod participet de Marte, patet ex eo quod saltem in Ferri Fodinis reperitur : deinde quod etiam in quibusdam locis elegans Mars ex eo per fusionem sub torturâ Ignis violentâ copiosè elici possit. Unde etiam Flos Ferris quibusdam audit : quinimò quod Ferrum instar Magnetis, sed obscurè trahere animadvertatur à BAUSCHIO, sicut etiam ex Magnete usto Ferrum sæpiùs confieri solet. Quod participet de Saturno, in specie potest probari, quod Arte Chymicâ Lapis similis artificialis, colore, naturâ, & usu, ex Saccharo Saturni & Vitriolo Martis probè mistis, & per Retortam sublimatis parari solet, à quibusdam Hæmatites Artificialis dicitur, & in Secretis habitus ; prostat tamen descriptio in M. A. N. C. Ann. 2. pag. 227. atque etiam eodem modo potest præparari, sublimari, &c. sicut Hæmatites Naturalis.

Reperitur in variis Germaniæ locis inter Fodinas Ferri & Rubricas ; quandoque etiam in propriis Venis : omnibus tamen Hispanicus in Medicinâ præstare dicitur.

Usus medicus hujus Lapidis est ad omnia ea, ad quæ usurpatur Mars ; præprimis autem inservit pro scopo aperiendi & adstringendi. In sistendis quibusvis Hæmorrhagiis planè excellens est, ex quocunque loco efflat Sanguis, five ex Naribus, five ex Partibus muliebribus, five alio ex loco, per Anum in Dysenteria, Hæmorrhoidibus, &c. in substantiâ assumptus

X x x 2

assumptus

P R Æ P A R A T A.

1. *Præparatus* fit lege 1.2. *Sal.* &c.3. *Magisterium.*

Calcina cum *Sulphure*, solveque in *Acet. destill. mellito*, vel *Spirit. Sal. com.* hinc abstrahe, habes *Sal.*: vel præcipita cum *Ol. Tartari*, habes *Magisterium*, edulcorando.

Dosis gran. aliquot. *Quercetanus P. restitut. cap. 26.*

4. *Oleum seu Liquor*: fit per deliquium.

N. Oleum Lapidis Judaici, Lyneis, &c. per deliquium, reperies in *Cista med. pag. 112.*

X. LAPIS LAZULI.

Lapis Lazuli, est Lapis opacus, Sapphiri colore, aut Florum Cyani, aureis punctulis aut flammalis exornatus, Armenio durior.

Dicitur *Λίθος κυανός*, *Lapis caruleus*. Arabicè *Hager, Azul.*

N. Ex hoc fit *Color ille cyaneus*, quem *Ultramarinum* vocant: *Azurum* verò ex *Lapide Armenio*, vel *Cyano Germanico* faciunt.

Genere tantum duo sunt, *Fixus*, idest Colorem in igne

Cap. pag. 319. Unde præparatur ex eo pro hoc usu *Sal & Liquor* sequenti modo. Nimirum solvitur hic *Lapis pulverificatus* in *Spiritu Salis*, parato ex *Sale* probè decrepitate, & rectificato: *Solutio* hinc facta inspissatur leni calore in *Cineribus*: *Coagulum* pulverisatum per deliquium in *Cellâ* vel alio frigido hinc, qui *Liquor* denuò coagulandus, & adhuc semel per deliquium fluere permittendus. Hunc *Liquorem* etiam *Lapilli Cancrorum*, *Lapis Lyneis*, *Osteocola*, *Lapis Spongia*, *Testæ Ovorum Struthionis*, *Lapis Specularis*, &c. ingredi solent, & sic habetur *Liquor Nephricticus compositus*. Sed nihil peculiare præ *CrySTALLIS* hoc modo præparatis obtinet. (C)

X. LAPIS LAZULI,

DE *Lapide Lazuli* supra dixi, quòd magnam habeat convenientiam cum *Lapide Armeno*; participat enim uterque de *Cupro*, indeque *vitriolaceam* sapiunt naturam, atque virtutes suas maximè à *Venere* ejusque *Vitriolo* derivant. Uno nomine: sunt *Minera Veneris immatura*, quæ non potuit coalescere: hinc est, quòd in *vitriolaceis* & *cupreis* Fodinis ordinariò inveniatur. *Lapis* est durus, & vix calcinari potest. *Venus* etiam maturior cum paucò *Sale* commista in *Lapide Lazuli* reperitur; hinc est, quòd hic *Lapis Lazuli* supra & infra purget; *Lapis* verò *Armenus* minus. Quòd de *Sole* simul non nihil participet, loquuntur *Punctula* & *Striæ* in *Corpus* per superficiem dispersæ, adeò ut non nihil per *Mercurium vivum* *Solem* extrahere nitantur: videatur **BOOTTIUS** de *Gemm. & Lapid. c. 39. p. 290.* *Veteres* persuasi sunt, *Colorem Lapidis Lazuli cæruleum* esse à *Lunâ*, quòd & jam defendit **EUSTACHIUS** de *Conf. Alchermes*, quoniam similis *Color cæruleus* ad pingendum aptus, & *Colori* illi pretioso *Ultramarino cæruleo* respondens, ex hoc *Lapide*, æquè ac ex *Lunâ*, possit confici: sed falsò; cùm *Color* iste cæruleus & *Ultramarinus*, quem ex hoc *Lapide* conficiunt (conficiendi modum docent *Commentarii in Erckert Libro Probatorio p. 91.*) hoc ipsi convenit, quatenus *Veneræ* naturæ, & ex *Lunâ* nullus cæruleus *Liquor* produci possit, nisi *Venere* adulterata sit. Unde etiam *Lapis Lazuli* propter admistam *Venerem*, hujusque facilem *vitriolescentiam*, *Vomitum* ciere, & per inferiora purgare solet. *Conjectura* ergò hæc de *Lunâ* in *Lapide Lazuli* nulla est: cùm *Color* illius cæruleus sit impostorius; *Venus* enim & *Luna* facillimè sunt miscibiles, & ita coeunt, difficillimè verò, nec per *Saturnum*, separari possunt. Manifestat etiam se *Venus*, quando fit *Solutio Lapidis Lazuli in Spiritu Salis*, vel simili acido seu acetoso *Spiritu*; *Saporem* enim acquirit perfectè *vitriolaceum* instar *Vitrioli* ex *Venere*: adeò ut sufficienter constet, *Lapidem Lazuli* participare de *Venere*, & aliquantulo *Auri*.

Est aliàs *Lapis Lazuli duplex*, *Orientalis*, & *Occidentalis*. *Orientalis* est fixior, magisque subsistit in *Ignis* torturâ; &

non mutans, qui ferè ex *Oriente* affertur; & non *Fixus*, qui in *Germaniâ* reperitur, ac vulgò *Lafurstein*. Gall. *La Pierre d'Azur* vocatur: unde *Color* dictus *Azurbleau*.

* *Vires*. *Viribus* convenit cum *Lapide Armeno*, sed imbecillius eas exercet. *Purgandi facultate* præditus est, præcipuè contra *melancholicos omnes Affectus*, *Quartanam*, *Apoplexiam*, *Morbum Gomisiale*, *Lienis vitia*, aliosque complures à *melancholico Succo* originem ducentes.

Dosis ℥j. in *Polline* subtilissimo.

N. Pro *Amuleto* etiam de *Collo* gestatur, ut *Puerorum Terriculamenta* arceat, *Oculorum aciem* roboret, *Syncopen* & *Prægnantium Abortum* præcaveat. Verùm *Partu* appropinquante, ne *Fœtum* retineat, auferendus est. *Boëtius de Boody*.

P R Æ P A R A T A.

1. *Lapis* multoties (in *Aqua*) lotus, quem *præparatum* dicunt. Lavatur autem ut *acrimonia*, visque exurendi *Loturâ* auferatur.

2. *Magisterium.*

Fit cum *Sp. Sal. com.* melius cum *Aquâ Forti*.

N. Quercetanus in Pb. R. calcinat cum *Sulphure*, & solvit cum *Acet. destill. Vini optimi*; hinc præcipitatur cum *Ol. Tart.*

Dosis ℥j. &c.

3. *Elixir.*

exinde ejus *Principia* metallica, *Venus* & *Sol*, sunt aliquantisper perfectiora & maturiora: propterea ex hoc paratus *Color Ultramarinus* est constantissimus, & non facillè alterabilis. *Contrarium* videmus in *Occidentali*, qui est mollior, & non adeò fixus, & cujus *Venus* non est adeò matura, nec adeò perfecta, & minus participat de *Sole*, quàm *Orientalis*: propterea etiam *Occidentalis Color cæruleus* cum tempore *viridescentiam* acquirit, quòd signum est minus maturæ *Veneris*.

Quoad *Vires*, convenit cum *Lapide Armeno*. Apud *Veteres Arabes* crebrò in usu fuit; tam pro scopo purgandi, quàm *Affectibus Capitis* medendi, dum propter vim suppositam *Lunarem*, ipsum egregiè conferre in *Epilepsiis essentialibus*, & *consensualibus inferiorum partium*, *Phrenitide*, ac *Melancholiis hypochondriacis*, *imprimis Maniis*, & *similibus melancholicis Deliriis*, item confortare *Memoriam* autumarunt. Unde ab istis temporibus, mutuâ *Autorum* & *Commentariorum* subscriptione citra *rationem* ac citra *experientiam* ad nostra tempora idem *Afferum* propagatum, & *Lapis hic Confectioni Alchermes* permistus fuit: sed falsò. *Sane* vis *cephalica* hujus *Lapidis* quoad istos effectus mihi semper suspecta fuit, cùm nulla fide hujus rei *Experimenta* apud *Autores* me observasse meminerim. Sunt qui propterea huic *Lapidi* vim hanc, propter *substantiæ Lunaris* participationem, adscribunt; quæ tamen exigua est & nulla, ut hanc copiosam putarint, *Colore cæruleo* decepti. *Confirmant* hoc dubium *Præparaciones Lapidis Lazuli*, tam in **AUTORE**, quàm in **HOFFMANNO** observandæ, mediante *Sale Ammoniacò*, aut *Spiritu*, aut *Sale volatili Urinæ* prolatæ; hæ enim *Tincturæ cæruleæ* simpliciter sunt *nauseosæ* & *Veneræ*: *Conf. Alch. Hoff. Vol. 1. pag. 129.* Cùm ergò & hæ ipsæ *Tincturæ* ad *Affectus Capitis* laudentur, & tamen reverà ex *Cupro* sint, facillè patet, totum hoc negotium de usu *cephalico* hujus *Lapidis*, ejusque *Præparatis*, ruinoso inniti fundamento.

1. Inter *Præparata Officialia* prostat *Lapis pulverisatus* multoties lotus, quæ *Lotio* in eum usum adhibetur, quoniam, uti dixi sub *Lapide Armeno*, ejus beneficio effera purgandi vis in *Lapide Lazuli* tollitur, & benigna operatio relinquitur. *Daturâ* ℥ss. ad ℥j. Sed *Lotio* hæc est inconcinna atque ridicula, & nullius usus: videatur **ZWELFFERUS** *Animadvers. in Pbarm. Aug. pag. 414.*

Virtutem hanc purgandi aufert etiam *Ustio* seu *Calcinatio*: *Ratio* est, quoniam beneficio *Ustionis* separantur partes volatiles *Veneræ*, & *vitriolacæ*, quæ sunt *autores purgationis*, & ceu *lethiferæ* & *malignæ* potiùs nocere solent.

2. *Magisterium* quod habet **AUTOR** cum *Spiritu Salis* & *Aceto destillato*, nihil aliud est, quàm *Venus*, quæ sub formâ *Pulveris* in fundum secedit, unde *saporem* adhuc habet *nauseabundum*, æruginosum & *vitriolaceum*, ex *Principio Venereo* difficulter immutabilem; *Dosi* tamen ℥j. citra purgationem propinatur *Maniacis*, & *Melancholicis*.

4. De

(C) Qui *Lapidis Judaici* *olivæformem figuram* contemplabitur, facillè in **P.** *Assalti* invenit *sententiam*, qui putat *Lapides omnes* *Idiomorphus* esse vel *integra corpora*, vel *partes*, tum *Animalium* tum *Vegetabilium*, in *Lapides temporis tractu* *conversas*: facillè, inquam, credit *Lapides Judaicos* *Olivas ipsissimas* esse olim *lapidescentes*. *Assalti* tamen *sententia* *corruet*, si verum est, *Lapidibus* his *Idiomorphis* easdem *Mineras*, aliis *similibus* semper *effosis*, assiduo *scatere*: non leve enim id est *argumentum Tournefortianæ favens hypothesisi*, latere in *Minera* illa veluti *peculiarium Lapidum Seminarium*, quorum *Ovula* *sensim incrementum* *summentia* *fossorum oculis* se *prodant*.

3. Elixir.

Calcinetur *Lapis Lazuli* in Fornace Laterum, deinde *Aq. Vita* solvitur calcinatus.

Fioravanti hac Solutione multos Morbos & Febres Malignas se curasse scribit, & Ulcera etiam pessima in optimum statum ad miraculum usque redegit.

4. Oleum seu Liquor.

Qui illius Dolores podagricos, Inflammationesque levat.

5. Essentia, seu Extractum.

Lapid. Lazuli q. pl. igniatur 6. vel 7. extinguiturque in *Spiritu Vin.* tandem in *Pulverem* redigatur, & cum *Aqua Melissæ* ipsius recrementa terrea eluantur, redigantur in *Pulverem* tenuissimum, & cum *Spiritu Vini* digerantur in calore septim. 3. vel 4. dein abstrahatur *Spiritus Vini*, & *Remanentiam* serva.

Dosis à ℥ss. ad ℥j. *Hartmannus in Pract.*

6. Crystalli purgantes Lapidis Lazuli.

Calcinetur forti Igne donec albefcat, teratur in Marmore, bulliat in f. q. *Acet. destill.* per v. aut vi. horas. Decantatum *Acetum destill.* injiciatur in Vas fictile non vitreatum, strictique orificii, 5. aut 6. unciarum capax, os Testæ cerâ occludatur, reponatur in Cellâ, & transsudabit *Lanugo crystallina* intra paucos dies, Vasque testaceo adhærebit, hanc collige, aliam expecta, &c.

(*Tinctura per Fl. Sal. Ammoniac. & Alcohol Vini Hispanici.*)

Dosis ℥j. ad ℥ss.

(*LAPIS LIPIS Novi Orbis, Aqua stillatitiâ* maceratus cœuleam reddit.

Vires. Mundificat Oris Ulcera. *Zacutus Lusitanus Pr. admir.*)

4. De Oleo seu Liquore, quem habet AUTOR, vult FIORAVANTA, quod Somnum & Requiem conciliare debeat, & si idem Capiti & Ventriculo inungatur, Visum mirum in modum corroborare.

5. In *Tincturâ & Essentiâ* parandâ multi occupati sunt; pro quâ acquirendâ varia adhibent *Menstrua*. Quidam parant cum *Spiritu Vitrioli*, & *dosis* ℥j. propinant: sed Acida non conveniunt, quia rodendo ramenta Venereæ saporem æruginosum & vitriolaceum acquirunt. Alii verò recipiunt *Spiritus Urinæ*, alii *Spiritus Salis Ammoniaci volatillem*, alii *Spiritus Vini* &c. Solent procedere hoc modo:

Recipiunt *Sal volatile*, vel *Flores Salis Ammoniaci* in destillatione *Spiritus Vini* ascendentem, conjungunt cum *Spiritu Vini rectificato*, & tanquam Menstruum affundunt *Lapidi Lazuli* subtiliter pulverisato, ponunt in digestionem leni Igne, & mox tingetur colore cœruleo; qualem *Tincturam* etiam *Spiritus Tartari*, & omnis *Spiritus urinosus* extrahit. Sed impostura est; est enim saltem *Tinctura ex Venere Lapidis Lazuli* extracta.

Dosis est ℥ss. vel gr. xv. ad ℥j. & in Quartanâ, Affectibus melancholicis & maniacis, similibusque Deliriis, maxime commendatur; ubi tamen *Spiritus Salis Ammoniaci* plus facit, quàm *Lapis Lazuli*. Ex hac *Tincturâ* parant quidam *Magisterium Lapidis Lazuli* hoc modo:

Huic scilicet *Tincturâ* tantum affundunt *Spiritus Vitrioli*, donec non amplius effervescat, & *Tinctura* mutata sit in Aquam viridem; hanc super modicum calorem ponunt, ut *Spiritus & aquositas* exhalet, *Pulvis* verò *Magisterialis* in fundo resideat.

Hoc Medicamento, nempe *Magisterio*, AUTOR ejusdem, Delirantem ex Philtro per tres menses, quinque repetitâ hujus Medicamenti exhibitione curavit. *Dosis* est ℥j. In Calore fluit hoc *Magisterium* instar Ceræ, in Frigore verò instar Butyri concrefcit.

BARTHOLETUS in *Traçtatu de Respiratione* facit mentionem *Tincturæ Lapidis Lazuli* à se præparatæ coloris cœlestini, & odoris violacei, quam multum deprædicat, & miscet cum *Confectione Alchermes*, cujus aliàs ordinarium Ingredientem *Lapis Lazuli* hic. Exinde dicit, quòd ℥j. hujus Medicamenti plus operetur in Corde Cerebroque roborando & exhilarando, quàm ℥j. vulgaris: vid. pag. 418. sicuti postmodum pag. 430. dicit, se præparasse *Flores ex Lapide*

(D) Imperatus noster existimat, Belemnitas ex *Aque lapidescentis*, ac per saxorum rimas fluentis, stillicidio, non secus ac Stalactitas, concrefcere. Luidius tamen, referente *Assalto*, ait Belemnitas coagmentari ex liquore lapideo in *Marinis Tubulis*, *Penicillis*, aliisque similibus concavis Testaceis concreto, adeoque eorum figuram induente: idque confirmat ex eo, quòd sæpius reperti sunt iidem Tubuli Belemnitas abscondentes.

XI. LAPIS LYNCIS.

Lapis Lyncis, Belemnites, ἀπό τῆ βελόμου, à *Sagittâ*, cuius effigiem refert, (seu *Dactylus lyncis*, à figurâ *Dactylis*, & *Idâ* Monte *Cretæ* Insulæ, ubi invenitur,) est *Lapis* teres, pyramidalis, sub variis coloribus repertus. Germ. *Altschboß*, *Schoßstein*, *Luchßstein*, *Zappenstein*, (si niger sit.) Gall. *La Pierre de Lynx*.

Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, *Vini Falerni* instar. Et hic forsitan est quem veteres LYNCURIUM appellaverunt, quem *Succini* speciem fecerunt, ob colorem, quo *Succinum* refert, quemque ex *Urinâ Lyncis*, simul ac ea excernitur, coagulari nonnulli fabulantur.

N. *Vetus* hic *Lapis graveolet*, & ne usus quidem odorem deponit.

Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in *Borussiâ*, *Pomœtaniâ*, *Episcopatu Hildesienfi*, *Helvetiâ*, *Ducatu VVurtembergensi*, (*Goppingæ*.)

Vires. Adhibetur ad *Calculos frangendos*, non aliter quàm *Lapis Judaicus*. (In *Febribus Intermittentibus* utilis. *Dosis* ℥ss. vel ℥ij. cum *Aceto*.) *Gurat Vulnera*. Putatur etiam ad *Pleuritidem* (quia mucronem habet) valere.

N. Putant *Lapidem* hunc potum contra *Ephialtis* suppressiones, *Noctisque ludibria* valere, ac *Fascinationibus* succurrere.

XII. MAGNES.

Magnes est *Lapis*, qui *Ferrum* vel alium *Magnetem* ad se trahit, ac plagis Mundi ostendit. Græcè *ἄλδος μαγνήτις* *Lapis Heracleus*, ἠπὸν κλάσιος. Lat. *Herculeus*, *Sideritis*, scilicet *Magnētis*. German. *Magnetstein*. Gall. *La Pierre d' Aimant*.

Reperitur circa *Ferri fodinas* in diversis locis Germaniæ, *Norvvegiæ*, *Sveciæ*, *Italiæ*.

Dele-

Lazuli violacei odoris; quæ Medicamenta egregia, tamen sunt suppressa ab eorum Autore.

Quidam *Flores* sublimant cum *Sale Ammoniaco*: & utut *Lapis* non solutus in fundo maneat, tamen rapiuntur particule *Veneræ* & *sulphuræ* subtiliores in sublime, ex quibus postmodum facile potest præparari *Tinctura*.

Pilulæ de Lapide Lazuli adhibentur in *Affectibus melancholicis*, *hypochondriacis*, & *maniacis*.

XI. LAPIS LYNCIS.

Lapis Lyncis, Belemnites putatus, *Lyncurium Veterum*, German. *Luchßstein*, quia Antiquitas putavit, ex *Urinâ Lyncis* generari; item *Schoßstein*, (Fabula orta est, quòd unâ cum *Tonitru* decidat,) est *Lapis durus*, non adeo magnus, apud nos rarus. Reverà Subjectum est *sulphureum*: nam cum *Sale Tartari* in Igne fusionis fluit, inque *Vitrum* redigi potest, ex quo, addito *Cobalto*, fit *Fluor cœruleus*. Interim *Aceto destillato* infusus solvitur non nihil, unâ cum bullularum copiosarum elevatione; *Solutio* facile per *Volatilia* præcipitari potest.

Peculiare hic *Lapide Judaico* vel *Crystallo* obtinet. Nam & crudus diureticus & nephriticus est, & per *Acida* præparatus *Concretum* (salsum ejusdem efficacitæ constituit. Unde ingredi solet *Liquores Nephriticos*, & etiam solet esse *Ingredientis Magisterii Nephritici D. Michaëlis*. Multum aliàs hic valet *Lapis* in absconditis *Acidibus fixioribus* corrigendis: & hinc à quibusdam ceu *specificum* in *Febribus*, præsertim *Intermittentibus*, laudatur: imprimis si cum *Salibus fixis alcalisatis* ante *Paroxysmum* in formâ *Pulveris*, vel cum *Aceto destillato* in formâ *Potionis*, propinetur. Item contra *Pleuritidem* laudatur, de quo conf. *HOFFMANNUS Clave pag. 182*. Reliquos usus habet *AUTOR*, qui videantur apud eundem. (D)

XII. MAGNES.

Magnes est Subjectum purè *Martiale*, & reverà nihil aliud, quàm *Misera Martis* sui generis & immatura, multum *Terræ Martialis*, parum *Mercurii* in se habens; unde etiam non nisi circa *Ferri fodinas* reperitur; sicut etiam interdum perfectum *Ferrum* ex eo elici potest. Conservatur

(MYOXOLITHOS, *Bufonius Lapis*, *Batrachites*. Germ. *Kratenslein* describitur *infra lib. 5. cap. 7.*)

XIV. OSTIOCOLLA.

Ostiocolla Lapis est albo cinereoque colore, Ossisque figuram æmulans. Dicitur *Lapis Ossifragus*, Lat. Sabulosus, *Ostrites*, *Osteolithus*, *Holotheus*, *Morochus Matthiolo*. German. *Beinbruch*, *Bruchstein*, *Beinwell*, *Urwailstein*, *Sandstein*, *Steinbein*. Gall. *La Pierre Ostiocolle*.

Nascitur Darmstatio in Agro in Palatinatu, locis arenosis (*an der Bergstrasse*, Gall. *au Chemin dit près la Montagne*) item in Saxoniâ, in Silesiâ, &c. crescit per Arenam formâ Coralli.

Vires. Celebratur ad Ossa citò glutinanda, quippe Materiam Gallo idoneam citissimè suppeditat, adeoque Glutinationem maturat. Adhiberi potest internè à ʒj. ad ʒiſs. & externè in *Cataplasmatibus*, *Emplastris*, &c.

P R Æ P A R A T A.

Ostiocolla preparatur lævigando cum Aquâ Geranii. *Cremor Weinlini* prodest *Hypochondriacis*.

XV. PUMEX.

Pumex Lapis est erosus, porosus, spongiosus, exquisisque cavernulis, seu foraminibus plenus. Græcè *Kiampes*,

Arabicè *Tanech*. German. *Bymstein*. Gall. *Pierre Ponce*.

Invenitur ad Confluentiam Germaniæ.

Probantur qui candore minimoque pondere, ut & qui quàm maximè spongiosi, aridique sunt, trituque faciles, nec arenosi in fricando, &c.

Vires. Refrigerat, siccatur, extenuat, Ulcera leviter purgat, Cicatrices explet, & emendat. *Farina* adhibetur sæpè Medicamentis Oculorum, & Verendorum. Immiscetur item *Dentifriciis* & *Sternusatoriis*.

P R Æ P A R A T A.

Pumex ustus. Utuntur trinâ Ustione, ita ut torræantur Carbone puro, ac toties *Vino* retinguantur albo. Lavantur deinde & siccati conduntur quàm minimè uliginoso loco.

N. Quidam teritiâ Ustione refrigeratos potius quàm *restitutos* terere malunt ex *Vino*. *Boëtius de Boode*.

XVI. LAPIS SPECULARIS.

Lapis Specularis est Lapis fossilis, instar Crytalli pellucidus, ac in Bractæas tenuissimas scissilis. Dicitur communè *Selenites*, aliis *Alumen Sciala*, quibusdam *Glacies Maria*. Germ. *Frauen Eisz*.

Invenitur in Moscoviâ, copiosè item in Hispaniâ, in Saxoniâ, Thuringiâ, Marchiâ, Misniâ, &c. Esti autem ut plurimum candidus sit, attamen reperitur & variis coloribus, melles scilicet, niger, fuscus.

N. *Veterum*

XIV. OSTEOCOLLA.

Osteocolla seu potius Congrementum calciforme, Concretum est album lapideum, in medio sui rotundum, reperiturque in tractu Hildensi: à nonnullis *Lapis Calcaris* vocatur; longo namque tractu in locis arenosis circa radices Arborum se diffundit, ibique sponte successivè concrevit. Nam quando Arbores intereunt, reperitur Crusta quædam calcosa, quæ in lapideam duritiem se stringit, & hanc *Osteocollam* constituit: sicuti præter figuram externam hæc *Osteocollæ* genesis in *Ab. Societ. Reg. Vol. 1. pag. 664.* pluribus & eleganter describitur. In *HELMONTII Tr. de Lithiâ* sæpius mentio fit *Lapidis Ludi*, ex quo suum *Arcanum* parat, qui reperitur in Brabantia prope Antverpiam ad littora Scheldæ, ac species est *Lapidis* hujus *Calcaris*. Dicitur verò *Osteocolla* exinde, quòd *Ossa fracta* quasi *conglutinet*, ac Galli generationem promoveat. Durus & fixus est Lapis, nec calcinabilis Igne. *Menstrua* etiam acida non sine difficultate ac insigni Effervescentiâ eundem adoriuntur. Nihilominus tamen utur Chymicis Præparationibus reluctetur, mirabilis ejus est effectus in conglutinandis Fracturis Ossium; in talibus enim casibus interhè assumptus mirè promovet Galli in loco fracto generationem, & consequenter Ossium fractorum consolidationem & unionem, uti videri potest in *HILDANO c. 1. Obs. 91. & c. 3. Obs. 90.* atque *SCHENCHIO lib. 5. Obs. de Fracturis*, ubi similiter virtutes hujus *Lapidis* multum commendantur, quòd citò, tutò & jucundè in Fracturis Callum generet & *Ossa fracta* consolidet; removet nempe imprimis Sapores acidos in vis primis, à quibus Galli generatio impeditur. Nam quòd substantialiter ad Partem affectam transeat, meritò dubitatur. Propinatur internè cum *Pulvere Cinnamomi* & pauco *Saccharo* in haustu *Vini*, vel *Aceto*, aut etiam utilius accipitur in Vehiculo *Decoctionis Vinæ peruvianæ*, dosi ʒj. Interim tamen internus usus in Ossium Fracturis non sit nimis; quia observatum est, quòd nimis copiosè assumpta Callum nimis magnum & deformem fecerit, qui postmodum *Emollientibus*, & *Discurtientibus* imminuendus: de quo videbitis Exemplum in *HILDANO loco allegato*. Præterè in Fluore muliebri egregium est Remedium, ac singulare in hoc Affectu est Specificum, sicut *TIMÆUS* à *Guldenkle* contra hunc Fluorem *Pulverem compositum* in usu habuit, cujus Basin constituit *Osteocolla*; vid. *lib. 4. Cas. 15.* Confert etiam in Casu

ab alto, in grumoso Sanguine, si pulverisata à ʒj. aut ʒiſs. ad ʒj. cum *Aceti* vehiculo, expectando blandum Sudorem, propinatur. Retulit mihi *TACHENIUS*, se beneficio hujus *Lapidis* curasse *Nautam Venetiis*, qui ex summitate *Antennæ* in Navem decidit, binasque *Costas* fregit, idque solo usu hujus *Lapidis*, ejusque *Magisterii*. Idem retulit, se opinari, quòd ex hoc *Lapide Medicamentum catholicum febrisugum* contra quavis Febres Intermittentes parari possit.

In Officiis preparari & lævigari solet hic Lapis cum *Aquâ appropriatâ*, e. g. pro usu vulnerario, vel cum *Aquâ Symplyti*, vel cum *Aquâ Geranii Robertiani*, &c.

Magisterium Osteocollæ ceu Specificum ad Calculum commendat *ROSENCREUZERUS* in *Astronom. Inferiorum c. de Sole p. 250.* (E)

XV. PUMEX.

Pumex non tam Lapis est, quàm Lapis quasi calcinando destructus; satis est cognitus, quoniam etiam in Germaniâ solet provenire. Participat de *Venere*, quod patet ex *Pumice calcinato*, qui ex affusione *Aceti destillati Tincturam viridiusculam* suggerit, quæ signum manifestum est Principii *Veneri* in *Pumice* latentis.

Quoad *Usum*. Bibaces hunc Lapidem pulverisatum commendat pro arcendâ Ebrietate: sed potius mera Superstitio est, quàm verum Remedium, quasi *Pumex* debeat absorbere Potum. In Curâ Strumarum & Scrophularum miscetur cum *Arcano duplicato Myns* seu *Sale Hofatico*, & multum valet, imprimis si attendatur motus *Lunæ* legitimus, quoniam Medicamenta contra Strumas debent propinari in *Lunæ* decremento.

Ufus ejus externus chirurgicus satis notus est & cognitus, dum *Pulvis* *Vulneribus* inspergitur. Præterè usus ejus egregius est in *Dentifriciis*; nam *Acida scorbatica*, *Gingivas* corrodentia, absorbet. Quoad *utendi modum*, *Pumex ustus* in *Lacte* aliquoties extinguitur; bini deinde *Lapides* affrici in *Pulverem* subtilem abeunt, qui est *Basis Pulverum Dentifriciorum*; imò solus *Pumex* sufficit pro *Dentifricio*: interdum simul adduntur *Silices calcinati*. Notum aliàs est, quòd quidam *Pumicis* *ustis* medio *Sulphur* seu *Tincturam ex Corallis*, *Gemmis*, & similibus aliis *Lapidibus*, preparare volunt: sed Processus hic est sophisticus, utut enim *Tinctura* detur; ex *Venere* tamen saltem est, in *Pumice* contentâ, uti *LAUREMBERGIUS* contra *Salam p. 9. §. 13.* rectè demonstrat.

XVI. LAPIS

(E) *Osteocollus* Lapis ἀπό τῆ κολλῆν τῶ ὀστέα, à conglutinandis Ossibus, vocatur quoque *Stelechites* à στελεχος truncus, quòd *Arboris* trunco similis sit. Annon *Lapides* hi erunt ipsissimi *Arborum* trunci in *Lapidem* conversi?

LAPIS PHRTGIUS hic non reticendus, seu *Lapis Fungarius dictus*, quòd scilicet *Aquâ affusâ*, & tepido *Aëri* exgetatione, & naturâ *Fungorum*; *Lapidem* scilicet *Fungarium* verum *Lapidem* non esse, sed potius pro *Congremento* putat veluti degenerantibus illis *Seminibus* in *Fungorum* germina, vel potius *Succo nutritio* *Congrementi* illius in *Fungorum* formam, ob pororum *struaturam* abeunte; ita ut, hòc absumtò, *Fungi* non amplius generentur, & *Lapis Phrtgius* tandem sterilis evadat. Si tamen *Fungos* (quemadmodum & *Vegetabilia omnia*) ex proprio *Semine*, nec alieno, gigni debere putaveris; necessariò fateberis, eo usque à *Lapide Fungario* *Fungos* producti, quousque *Fungorum* *Semina* in illius *vis* latentia germinabunt: illis verò *Seminibus* absumtis, frustra novos *Fungos* ex effato *Lapide* expectabis.

XVIII. LAPIS SPONGIÆ.

Lapis Spongiæ est Lapis prorsus friabilis, in Spongiis concretus, colore candido vel griseo.

Dicitur *Cybalisthos* (ab usu), *Lapis Cappadox* quorundam German. *Schwammstein*. Gall. *Pierre d' Eponge*.

Vires. Extenuat absque insigni caliditate, ad Calculos Renum Vesicæque frangendos utilis est. Valet etiam ad Strumas discutendas, si nempe omni mane fiat haustus propriæ Urinæ, & postea in ultimâ Lunæ quadrâ singulis diebus sumatur in *Vino*, cum *Sale communi*, *Tartari*, & *Sale Gemmæ*. Vide *Gluckratb*. Idem præstat *Spongia combusta*.

P R Æ P A R A T A.

Sal. Calcinatorum cum *Sulphure* calcinatione levi. Solvitur in *Acet. destill.* vel *Spiritu Sal. com.* Item ignitus toties in *Acet. destill.* extinguitur, donec in *Calcem* resolvasur.

(*STELLARIS LAPIS, ASTROITES*, invenitur in Gotlandiâ, Tyrolensi etiam Comitatu. Antiloimicus putatur, & Vermes necare exhibitus Infantibus, ad gran. iv.) (Π)

XIX. TALCUM.

Talcum Officinis Lapis est, Speculari Lapidi similis, magis tamen tenuis, squamosus, viridiusculus, Igni resistens ac fixus. Dicitur à nonnullis *Stella Terra*. Germ. *Talck*. Gall. *Du Talc*.

N. 1. Invenitur & Talcum rubrum ac nigrum (*Paracelsus in Chronic. Carinthiæ*.) verum Officinis minus id usitatum est. (Dicunt *Solare*, *Lunare*, *Venerum*, pro coloris diversitate.)

Electio. Optimum censetur, quod Venetiis ad nos transportatur: Moscoviticum tamen æquè bonum est, probatur autem præcipuè viridiusculum.

Vires ac Usus. Potissimus ejus usus est *externus & cosmeticus*, adhiberi tamen nequit, nisi vinculo suo liberatum, præparatum, ac in *Liquorem* redactum sit.

Præparationes.

E *Præparationibus Talci* præcipua est *Calcinatio*, reliquæ enim Operationes, qualis est *Destillatio & Liguatio* per se notæ sunt.

XVIII. LAPIS SPONGIÆ.

Spongia mediæ quasi sunt naturæ inter vegetabilem & mineralem. Quatenus tamen *destillatæ Spongiæ* suggerunt *Spiritus urinosum*, *Sal volatile*, & *Oleum empyreumaticum*, quæ sunt similia Productis Animalium, facile patet, quod magis ad animale quam vegetabilem naturam inclinent: & sunt Medicina contra Scrophulas; sicut & *Spongia calcinata* convenit contra Strumas.

Lapis in his *Spongiis* inventus, tam crudus quàm calcinatus, egregii usûs est in Scrophulis & Strumis, quas absumit & insensibiliter resolvit; internè sub Lunæ decrementis usurpatus, sive solitarius, sive cum *Arcano duplicato Myns* mistus propinetur. Unà cum aliis Lapidibus ingreditur *Liquores Nephriticos*, in Affectionibus nephriticis & promovendo Calculo, & solvitur facile in *Spiritu Salis*. (F)

XIX. TALCUM.

Talcum est species quædam *Lapidis Specularis*, Substantia mineralis lapidosa sui generis lamellatim & squamatim concreta, adeoque reverà ex Corpore fluido orta, ut pluribus declarat *MORHOFF in Epist. de Transmut. Metallorum p. 22. & 47.* Sub istâ fluidâ sui consistentiâ facile de metallicis Particulis aliquid imbibere, hisque imprægnari potest; unde pro varietate *Sulphuris metallici Differentia Talci*, quoad Colores, oritur, dum nempe est *Candidum*, *Flavum*, & *Rubrum*; item exinde est, quod in quibusdam Talci speciebus *Aurum* deprehendatur. Confer. *BOYLE in Tentam. pag. 73.* item *BECHER in Phys. subterr. lib. 1. pag. 140.* quod *Talcum*, ut plurimum *Rubrum*, *Aquâ Forti* tractatum aliqualem solutionem & extractionem patiat, ut in

Calcinatio igitur tum est *Sicca*, tum *Humida*.

Calcinato Sicca.

1. Contunditur in pollinem tenuissimum Pistillo ferreo, postea forti Ollæ committitur, operculo addito, imponiturque Furno Vitriariorum, Figulorum vel Calcariorum (*in cinem Zalkofen*, Gall. *dans un Four où on fait la Chaux*) ubi maximæ flammæ sunt. Post triduum aut quadriduum eximitur, & si in *Calcem* redactum sit, servatur; sin minus, repetitur labor, donec perfectè *Calx* dealbuerit.

2. *3. Talc. opt.* q. v. contunde in Mortario candenti: (sic meliùs teritur Talcum,) donec nullum amplius splendorem referat: *Pulverem* trajice per Cribrum setaceum, ac cum *Carbonum Tiliæ* ana, Misce, calcinaque in Fornace figulinâ per dies ac noct. 2. vel 3.

3. *4. Talc. subtilissimè pulver.* *3j.* *Sulphuris per Sal com. calcinat.* ana. F. S. S. S. ac cementa in Crucibulo clauso, dimidio die, ut Crucibulum candeat. Dein exime ac edulcora. Loco Sulphuris prodest *Tartarus per Sal. Petr. calcinatus*.

4. *5. Talc. opt.* in laminas tenues redacti, q. v. candefac ac extingue aliquoties (duodecies vel pluries) in *Oleo Tartari*, donec fiat candidum instar nivis. Edulcora *Aquâ pluviali*, & exicca. Hinc impasta cum *Albumine Ovi*, ac forma *Globulos*, quos in *Calce vivâ* reconditos, atque Crucibulo clauso impositos calcina per dies ac noct. 3. in Fornace figulinâ vel vitriariâ, & fiet *Talcum* instar *Crystallorum*; exime.

5. *6. Talc. opt. part. i.* *Sal. p. ij.* Misce & calcina per quadriduum, postea tere & abluè: *Pulverem* exsiccatum panno involutum obducito *Luto crasso*, ac sepeli in *Tart. crudo*, calcinaque per dies ac noct. 15. tere ac solve in *Aquâ Vitæ*, solum coagula.

6. Calcinatorum cum *Metallis*; nimirum injice *Talcum Argentum*, *Orichalco*, vel *Cupro*, ad Ignem fuso, horam dimidiam (horis aliquot).

Calcinatio Humida.

3. Talc. Venetian. opt. scinde Cultello in particulas subtilissimas, digere in Sole ferventissimo, vel Fimo equino per mensem, cum *Acet. destill. acerrimo Vini Hispanici*, quotidie aliquid *Acet. destill.* superaddendo, donec Acetum fiat quasi mucilaginosum. Hinc

PRÆ-

fundo *Album* remaneat verum *Talcum*: videatur *LAUREMBERGIUS in Comment. in Sala Apborismos Chymicos*, quoniam *Aqua Regia* tanquam Menstruum appropriatum Solis, *Talcum ipsum dimittit intactum*, extractâ *Tincturâ Solis*: ex qua solutione etiam *Pulvis Diaphoreticus* parari potest, autore *LUDOVICI Pharm. pag. 21.* Unde ex *Talco rubicundo* sunt qui facere volunt Medicinam ad tingendum & figendum Mercurium: ad tingendum, ut sit coloris rubicundi; ad figendum, ut sit fixus instar Metallum colore aureo.

Nullius hactenus usûs est interni, utut *Sulphure Talci*, seu singulari Remedio, plures Morbi curari queant: de quo confer. *HOFFMANNI Clavis p. 188.* Quidam *Talcum pulverisatum* contra *Dysenteriam*, *Sputum Sanguinis*, *Hæmorrhoidum fluxus*, &c. commendant: sed temerariè. Saltem usui externo hactenus *Talcum* inservit, nempe quoniam consistentiæ est quasi unctuosæ, propterea speciatim *Oleum pro usu cosmetico* exinde elaborare auri fuerunt Chymici: sed hactenus conatus fuit vanus. Nam ut *Talcum* iterum redigatur in formam liquidam, hoc opus, hic labor est.

Pro hoc scopo, nempe pro *Oleo Talci* parando, quod tamen genuinum Non-Ens existimo, variis modis tractatum fuit *Talcum*, nunc *viâ sicca*, nunc *humida*. *Viâ sicca* calcinando diutissimè Igne Reverberii; frustra tamen laboratur, cum Talci Substantia sit aded fixa & durissima, ac immutabilis maneat, & cum Humidum ejus paucissimum per Calcinationem fuerit inversum, tantùm Corpus calciforme acquiserunt, utut intra dimidiæ horæ spatium levi Igne tractatum in optimum *Pulverem* possit redigi: Confer. *MORHOFF de Transmut. Metall. p. 47.* Equidem *Borax ipsi* in duplo permittus, forti Igne tandem in fluorem redigit, qui tamen labor scopo medico cosmetico planè non inservit.

Acida,

(F) Veretur Dñus Lemery, nec absque ratione, ne Lapis Spongiæ lapideam materiam in Calculosis augeat potius, quàm destruat, ut vulgè existimant.

(Π) Stellares Lapidès, à Stellarum formis, quasi præ se ferunt dictos, baud confundendos esse cum Plinii Astroire & Asteriâ, notat accuratè *Affaltus*: Astroites enim & Asteria Plinii inter Gemmas connumeratur; Stellæ enim non opacis, sed vitidis ac micantibus radiis referri, maxime si luminis Solis, aut Candelæ obijciatur. Lapidès vulgares Stellares Aceto infusi moventur, ob nixum venisumque particularum liquoris poras Lapidum subeuntes, & Aëris contenti extrusionem.

P R Æ P A R A T A.

Alius Liquor , atque Magisterium Talci .

1. Oleum Talci destillatum , Cosmeticum Hartmanni .

℞. Talcum Calcinatione humidâ , (cum Aceto ,) in Mucilaginem redactum , destilla per Retortam lutatam Igne nudo , in excipulo capacissimo . Primò prodit Acetum destill. postea Oleum album . Hæc separa .

N. Alii Talci pollinem cum Cochleis Ollæ immittunt , ut Talcum devorent , ubi devoraverint , cum Tassis tufas Vitro imponunt : ac ab iis Aquam exstillant , pro Mulierum mangonio .

Vires . Aceto possunt Manus abluï , Oleo verò fieri Inunctiones .

N. Ajunt , si primò Facies fuerit diligenter ab omnibus foribus purgata , Succum integrum mensem durare posse . Hartmannus in Croll .

2. Oleum Campboræ Talcatum .

℞. Talc. crud. (præstat calcinatum) optimè pulverisati part. 1. Ole. Campboræ. p. ij. digere ut albefcat Oleum . Vide de Oleo Campboræ .

3. Liquor Talci , sive Oleum per deliquium .

℞. Talc. optimè calcinatum (Calcinatione 1. 2. vel aliâ :) F. Extractio cum Acet. destill. filtra & coagula . Edulcora ac reponere postea ad liquefendum in Cellâ .

N. Alii progrediuntur ulterius , atque Oleum cum Spiritu Vini circulant , abstrahuntque aliquot cohobis .

Liquor Talci S. Closs.

1. Talcum in pollinem terendum est , id quod fit 4. modis , vel enim Talcum exfoliatum Calculis fluviatilibus integris permiscetur , Sacculo oblongo includitur , & ministerio duorum hominum successivis vicibus agitur fortiter , vel Lapidum Fumicis continuè affricatur , Pulvisque decedens colligitur , qui tamen minùs sincerus est ; vel in Mortario calientissimo contunditur . Ego illud longè faciliùs , beneficio Limæ Levigatoriæ (une Lime douce) Aurifabrorum in scobem attero , cujus sicc. confundo cum sicc. Sal. Tart. ac in Furno Venti per hor. xii. calcino , calcinatum repono in Cellâ , quod liquefit separo à non liquefcente ; Calcem hanc siccitam denuò calcino in Tigillo Igne vehementissimo cum part. 4. Sal. Nit. Ita Talcum colligabitur in Massam albam pelliculam , quæ in Cellâ reposita defluit in Liquorem glutinosum .

Vires . Lentigines & Maculas Faciei exest , Cutem dealbat : verùm non diu relinquendus est Liquor , sed Aquâ Florum Fabacum , Nenuphari &c. abluenda Facies est , ne Epidermidem arrodât .

Acida , si cum iisdem in viâ humidâ tractetur , parùm valent , adeoque Alcalia potiùs eundem domabunt .

Alii cum Sale Ammoniaco parant , quod & LAUREMBERGIUS contra Salam §. 16. facit , qui Talcum cum Sale Ammoniaco , quantum fieri potest , minutissimè tritum sublimat , sublimatum solvit in Aquâ vulgari , & solutum cum Oleo Tartari præcipitat . Præcipitatum protinùs cum Aceto destillato solvit : Solutionem inspissatam in loco humido per deliquium fluere sinit . Hic Liquor cum certâ portione Campboræ temperatus , Cosmeticum est elegans . Verùm non est genuinum Oleum Talci , & operatur tantum ratione Campboræ .

Alii eum Spiritu Vitrioli Philosophico Talcum tritum solvendum esse suadent ; dehinc Solutionem evaporant ad remanentiam partis tertie , & tunc in loco frigido instar Vitrioli crystallifant . Crystallus has destillant per Retortam , & fit Spiritus acidus . Hic Talcum remanet in fundo , & alienu Spiritus destillatur . Ergò intrahabile est Talcum .

Si enim Præparationes , tam quas habet AUTOR vel LAUREMBERGIUS contra Salam , vel WORMIUS in Museo pag. 57. item KESLERUS , aliique Chymici , consideremus , quarum tot sunt , quot capita , plurimæ non succedunt , & quæ succedunt , reverà inanes sunt labores , ne Pulverem Talci genuinum , multò minùs Oleum , suggerentes : sunt saltem Producta nova , quæ tantùm larvam habent hujus rei .

Nil enim aliud , præter quàm Liquor salinus , acquiritur , nil præstans aliud , quàm commune Oleum Tartari per deliquium . Optimè cum Sale Tartari mediante Ignis concursu calcinatur , ut tandem aliquantulum de ejus Substantiâ in cosmetico usu possit haberi . In defectu Olei Talci sunt , qui Tom. IV.

℞. Talci grossè triti (subtilis Pulvis separatur) q. v. infunde in Acet. destill. per dies ac noct. (3. 4.) . Hinc superiicitur Plumbo fuso , calcineturque ad friabilitatem . Hoc solvatur in Acet. destill. Solutioque abstrahatur . Solvatur iterum aliquoties in Aq. destillatâ , purificeturque à sæcibus . Tandem præcipita cum Spiritu Vitrioli , edulcora & exsicca .

N. 1. Solutum ante præcipitationem per deliquium solvi potest , unde Liquor .

N. 2. Calcinari itidem potest super aliis Metallis , v. g. Luna , Ere , &c.

Ex communicatione Amici cujusdam Hamburgensis .

Cremor Talci .

Pulverifetur uno è modis 4. supradictis , affunde Acet. destill. bis , terve bulliat lento Igne in Patinâ vitreâ : Spuma pinguis supernatans colligatur cum Cochleari despumatorio , dum dabitur . Acet. destill. Cremori mixtum evaporat , Cremor autem resolvatur in Phlegmate . Sal. com. vel Pomata alicui permisceatur .

Intervit dealbandæ Faciei . Ex comm. S. Closs.

4. Tinctura Talci .

℞. Talc. optimè pulverisat. q. v. digere cum Spir. Vitrioli Philosophico , in Fimo equino mens. 3. 4. sic solvetur Talcum , protrudetque ad superficiem nonnihil instar Pinguedinis .

Huic affunde Spir. Vini , digere ac abstrahere cum repetitis cohobis , & transibit tandem per Alembicum .

Alia .

℞. Talc. calcinat. extrahe cum Spir. Sal. com. viridi , decanta , abstrahere , ac cohoba aliquoties : sic ascendit tandem & Tinctura , transitque Alembicum sub colore rubicundo .

Vires . Præservativum est efficax in Peste , quotidie sumptum . Dosis gran. vj.

N. Præstat hic rubrum Talcum sumpisse , si haberi possit . Tincturam Talci rubri vide in Agricola pag. 789. tom. secundum .

Alia .

℞. Talc. q. v. affunde Spir. Vitriol. abstrahere aliquoties . M. cum Sulphur. reverbera . Extrahe Tincturam . D.

(Sulphur Talci , quod habet Solare , extractum , egregium ad gravissimos Morbos putatur Remedium .)

XX. UNI-

inter pretiosa Cosmetica hoc commendant : scilicet Cochleas nigri coloris pascunt Talco , ex quibus Cochleis hoc modo partibus per deliquium destillatur Aqua mirandi usus , & singulare Cosmeticum .

Plura qui cupit de Liquore , seu Oleo Talci vero , an detur ? vid. LAUREMBERGIUM contra Salam §. 16. SALA negat ; cui se opponit LAUREMBERGIUS , & affirmat contra SALAM , quod detur . Negat etiam SENNERTUS lib. V. de Oleo . Nam non negandus est Liquor Talci quando paratur cum Salibus , quæ resoluta in humorem , secum rapiunt partes Talci : sed hic Liquor non est vera & nativa Pinguedo , seu Oleum Talci . Quæstio saltem est : an detur verum Oleum Talci sine his ? quod à multis valdè commendatur inter Cosmetica , utur à nullo possideatur : de quo tamen LEMERY in Galliis multa jactat .

Præ cæteris elegans Præparatio est Talci Veneti in Pulverem subtilissimum , cosmetico usui inservientem , per fumum Sulphuris : conf. M. A. N. C. Anno 6. Append. 168. Moderni ergò tritum hîc adhibuerunt , speciatim LANGELOTT , qui Talcum facillè tritu suo friabile , & hinc ferè unctile reddit , usui cosmetico conveniens . Solâ enim Conustione pulverisari non valet : unde alii Limâ terendum volunt , alii cum Pumice Pulverisationem instituunt , sed frustra .

Cosmetica Talci vis in duobus consistere videtur .

1. Quod subtilia & vitiosa ista Acida intercutanea , Nævos ac Pustulas excitantia , plùs minùs in se recipiat , & quasi absorbeat .

2. Quod extrinsecus quasi incrustatus Colorem candidum , & eleganter nitidum conciliet . (G)

Y y y 2 XX. UNI-

(G) Talcum esse Magnetidem (non Magnetem) Antiquorum , seu potiùs Agnetidem , ait Mercatus Armar. 7. cap. 10. Talcum Igne validissimè resistit : Lemery maximâ Lenæ usuriâ Horti Regii Parisiensis calcinatum vidit .

XX. UNICORNU FOSSILE.

Unicornu fossile. Cornu fossile, Ebur fossile, Lapis Ceratites, est Lapis colore & lavore Cornu resciens, interdum etiam formâ ipsâ. Germ. *gegraben Einhorn*, *gegraben Eiffrabein*. Gall. *de l'Unicornu fossile*.

N. Sæpius tam crassum ac magnum reperitur, ut à nullo unquam Animali produci potuerit. Substantia lapidea semper vel dura, vel mollis est. Exterius ut plurimum dura, intrinsecus plerumque mollis, alba, lævis, friabilis, compacta, absque poris, linguæ firmiter adhærens, odore nonnquam grato. Cortex exterior interdum flavescit, cinereus, albus & subniger est.

Invenitur in variis locis Germaniæ, prope Elbingerodam Oppidum Comitatus Stolbergenfis, prope Heidelbergam. Hildeshimium. Item in Moraviâ, Silesiâ, Saxoniâ, Haliâ, multisque locis aliis.

Materia hujus creditur *Marga*, Aquâ subterraneâ lapidescente irrigata, & fluida reddita, quæ pro diversitate Matri-

cum, in quas fluit, vel & pro diversitate rerum, quibus sese insinuat, scilicet Lignorum veterum, Cornuum, Ossium subterraneorum, varias quoque suscipit figuras, & odores.

Vires. Non omnia habent eandem facultatem, aut æquè validam, sed differunt pro diversitate originis, reique commixtæ. Ut plurimum exsiccant, adstringunt, proindeque sistunt Alvi profluvia, Gonorrhœam, Menstrua alba, Hæmorrhagiam Narium, Hæmorrhoides. Quòd si insuper Odor Medullis accedat gratus, Cordi imprimis grata sunt, idque roborant, Epilepsiam arcent. Quæ cum rebus aliis sunt commixtæ Medullæ, pro earum facultatibus naturæ mixtæ censentur. Extrinsecus Ulcera ad Cicatrices perducunt, Oculorum Lacrymas sistunt (in *Collyriis*.)

N. Frustum hujus generis Cornu non longè Marpurgo Hassiæ è terra erutum oblatum mihi est, haud ita pridem, Brachium crassitie æquans, Ebori simillimum, nisi quòd Corticem Arboris extrosùm figuræ referret, & poro mediano destitutum esset. Huc referenda *Ossa Schnisfeldica*.

CAPUT

XX. UNICORNU FOSSILE.

Distingendum hic est ante omnia, ne fiat confusio, *Unicornu Fossile Genuinum à spurio*. Hoc *Spurium* exactè *Ossa Animalium* repræsentat, legitimâ figurâ ac magnitudine: leve, porosum, & friabile est, quodque linguæ admotum fortiter hæret, & ab eadem non potest facile evelli. Uno verbo; repræsentat exactè *Ossa Animalia philosophicè*, fortiter tamen, calcinata. *Unicornu Verum* reverà ad *Mineralia* pertinet, ac id nominis accepit, quia sæpius sub formâ *Cornu* cujusdam oblongi, striati, instar veri *Unicornu marini*, nisi quòd grandius ac vastius sit, effodiatur, interdum sub formâ *Dentis Elephantis* aut *Eboris*. Imò repræsentat hoc Unicornu Fossile aliorum *Animalium partes*, modò *Cornua*, modò *Dentes ingentes*, modò *Ossa fracta*, modò *Crania*, &c. Reperitur circa Stolbergum.

Sed duplex hujus deprehenditur *Substantia*: una *Substantia* est perfectè *dura*, & aliquando dura instar *Eboris*: altera *Substantia* in prioris interstitiis contenta est, *friabilis*, sicca, linguæ adhærens instar *Margæ* cujusdam. Utraque hæc *Substantia* nihil aliud est, quàm *Marga quædam mineralis* friabilis, & levis, hinc inde coacervata, seu *species Medullæ Saxorum*, & pertinet ad *Terras medicatas*, cujus quædam partes ex interfluente Fluido sui generis induratæ ac consolidatæ, ac in osseam aut lapideam quasi *Substantiam* ferruminatæ fuerunt: quæ *Substantia* lapidosa aut ossea pro varietate pororum & meatuum, vel ipsius *Margæ*, vel *Locis*, in quo invenitur, aliorumve, varia *Animalium exhibet Membra*, casu ita, nullâ Naturæ lege, figurata; nunc *Dentes magnos*, qui dicuntur esse *Dentes Gigantum*, nunc *Manum*, nunc *Brachium*: vid. *Acta Eruditorum Lipsiens. Ann. 1682. pag. 150.* & *KIRCHERUS Mundo subterr. Sect. 2. lib. 8. cap. 4.* ubi de *Cryptis Siculis*, plura ejusmodi *Concreta* continentibus; quæ magnam affundere possunt lucem iis, quæ dicta sunt. In integris Frustis reperitur cum certis interstitiis, prout aut in lapideam aut in osseam duritiem transmutata fuit hæc *Marga*.

Non ergò sunt *Animalium partes* in Terram petrificatæ, nec *Ligna & Radices Arborum* in Terram petrificatæ, prout quidam statuunt: vid. *WEBERUS Tract. Ars discurrendi de quavis Materia pag. mibi 26. & seqq.*

Usus hujusmodi *Unicornu Fossilis* in multis coincidit cum Ossibus calcinatis, Ebone usto, Cornu Cervi usto, vel etiam Terrâ sigillatâ: magis tamen convenire observavi in *Dysenteriâ*, *Gonorrhœâ*, *Petechiis*, *Variolis & Morbilis*, & quamplurimis *Morbis acutis ac malignis*, pro *Sudorifico & Expulso*, vel solitariè, vel cum aliis junctum. Commendo id præ omni Terrâ sigillatâ, in specie ubi *Diarrhœa & fluxus Alvi*, vel similes *Affectus* superveniunt. Aliàs usu absorbendi *Acidi*, figendi inde ortas *Effervescentias*, hincque ex mutatâ textura, adstringendi, cum multis aliis *Concretis terreis* convenit. In *Epilepsiâ & Morbis ab acrimoniâ Lymphæ ortis*, cum *Cinnabari Antimonii* vel *nativâ*, *Succino preparato*, *Cornu Cervi cum & sine igne preparato*, *Cassoreo*, *Salibus volatilibus* convenit. vid. *THEODATUS Valet. pag. 34. & 237.* Unde ingreditur *Pulverem Epilepticum & Bezoarticum Ludovici & Wedelii*. In usu solidum est friabile & porosum; durum & lapidosum non debet adhiberi, quoniam est nimis durum, nisi prius aliquantisper fuerit præparatum, & quasi philosophicè calcinatum.

Ad Lapidem pertinet etiam

LIGNUM PETREFACTUM.

Quale est e. gr. *Lignum Betulinum petrefactum* præsens: id quod per fluidi intra poros Ligni susceptionem petrefactum; quod fluidum, si coalescit in Lapidem, commutat ipsum Lignum.

APPENDIX

Continens

DEMONSTRATIONEM ALIQUOT MINERARUM,

in Horto Medico Lipsiensi Anno 1682. absolutâ Botanica, habitam.

Reperiuntur interdum in Mineris *Liquores Metallici*, qui si aptam invenirent *Matricem*, perfectum herent *Metalium*: si autem iustum non invenerint *Locum*, non ad maturitatem perveniunt, sed degenerant in *Corpus album*, *Gur* dictum, ac *Metalium saxæum*; hinc fortè *HELMONTIUS* Nomen suum, quod vocat *Burr*, mutuatus est. Invenit hoc Fluidum esse primogenium, ex quo immediatè sic *Metalium*. In formâ suâ fluida instar *Lactis* fluit, & in fluore in ipsâ *Minerâ* reperitur, sed statim simul congelascit, & *Aëre* accedente, coalescit in ejusmodi *Corpus*. Conf. de his *MATTHESIUS in Sareptâ suâ Theologicâ*.

I. MINERA ARGENTEA.

In *Minerâ Argenteâ*, & quidem cujus mentionem facit *BECHERUS L. 1. Phys. subterranea*, vocatque *Saxum molle*, id est *Matricem metallicam*, German. *Quarz* dictam, immediatè efflorescit *Argentum*. Ut enim *Halituum* forma penetraverit, excrescit tamen sponte in purissimum *Argentum*, quod aliàs non nisi *Ignis* ope eliciendum foret. Est itaque hæc tanquam *Matrix Metallorum*, in qua *Halitus* ac *Fumi sulphurei* figuntur, & ita in purissimum *Metalium* transunt.

II. MINERA RUBESCENS LUNÆ.

Sub Mineris argenteis (non saltem sub Lunâ puriore, sed etiam Mineris sulphureis) efflorescit *Minera obscurè rubescens Lunæ*, quæ aliàs dicitur Germ. *rotbgulden Erz*, ac reverà est *Minera Lunæ* ex Saxo suo efflorescens. Nonnulli eam vocant *die Ungerische Gold Blubme*, id est *Flos aureus Ungaricus*. Dives est *Argento*, copioso verò *Arsenico* scatens, quod *Argentum*, nisi cautè igne tractetur, una cum *Arsenico* in auras evolat. *Arsenicum* verò esse permixtum, probò: quia si

¶ *Lunæ* p. j.

Lap. Magnet. Arsenic. (id est compositi ex *Arsenico*, *Antimonio*, & *Sulphure*: de quo vid. *Angelus Sala*) p. ij.

ac invicem fundantur, emergit exactissimè hæc *Minera Lunæ*.

Sunt qui singulariter hanc commendant, cum Luna non adedò fixa hic sit: sed nondum res hæc certò constat: interim *Compositio artificialis* docet, Lunam ex se nullum unquam exhibere colorem cæruleum, quod imprimis contra *Tincturas Lunæ* notandum; quotquot enim Lunæ *Tincturæ* sunt cæruleæ, merè sunt *supposititiæ*: quod sit, quoniam *Luna curæ*

cum Venere admodum conspirat, ita ut vix unum sine altero reperiatur. Genuina igitur *Tinctura Lunæ* obscure est rube-scens, etiam per Urinosa præparata; quæ rubedo à Parti-culis sulphureis dependet.

III. MINERA LUNÆ ALBA.

Huic opponitur alia *Lunæ Mineræ, alba*, quæ Germ. di-citur *Weis gulden Ertz*. Hæc à priori differt in eo, quod illa, scilicet *obscurè rube-scens*, Mineræ magis sit *ar-se-nialis*: hæc magis *salina*, accedens ad naturam Mineræ, Germ. *Glass-Ertz* dicta, in qua etiam Luna reperitur, quæ-que Arte fieri potest; si

L. Luna, Sulphur, & parum Salis communis:

Hæc si invicem fundantur, fit inde Mineræ ejusmodi *Glass-Ertz* dicta, genuinæ ferè similis; sed opus est, ut additamen-ti loco *scorias Plumbi*, vel *Silices*, qui Sulphur absorbent, mi-sceamus; aliàs Particulæ Sulphuris & Salis in Lunam agunt.

IV. MINERA COMPOSITA.

Possideo porrò *Mineræ Compositæ* præsentem ex *Glas Silber-Ertz, & roisguldem Ertz* (fulvum, quod in hac mineræ invenitur, est *Mineræ Sulphuris*, quæ simul est advolata). Dives est *Auro* juxta probationem Metallurgorum, qui secundum grana numerant. Sequitur

V. MINERA VENERIS NONDUM MATURA.

ET prout est in primo suo Ente, id est, quæ successu temporis perfectum ac maturum fieret *Cuprum*.

VI. MINERA VENERIS PERFECTA.

Elegantissimo colore tineta est; nulla enim *Mineræ* ele-gantiores habet colores, quàm *Veneræ* (qui si admo-dum sint elegantes, Germ. *Kupffer Blumen*, id est *Cupri Flores* à Metallurgis appellantur.) Interdum etiam *Mineræ* ejusdem *Iridis* faciem præsentant.

Ad has Mineræ pertinet etiam

VII. LAPIS SCISSILIS.

IN *Lapide Scissili*, German. *Schiefferstein*, variz nonnunquam reperiuntur *Figuræ*: sic in hoc *Figura Piscis squamo-si*, Islebiæ inventi, ac *Halescem* quodammodo præsentantis, reperiatur: Aliàs etiam Imago sæpius *B. Virginis MARIÆ*, aut alia, in eà præsentari solet. Mineræ hæc seu *Lapis Scissilis* reverè est *Mineræ Cupri*. Piscis *Figura* in hoc *Lapide* tantum per accidens talis est; *Squamæ* verò in eo apparentes sunt *Concretum* de naturâ *Cupri*: *Figura Squamarum* non est rotunda, nec quadrata, sed rhomboidæ, quæ propria est *Cupri* *Figura*.

Quoad *Usum medicum*, notetur, quævis *Veneræ* vi suâ vomitoria Ventriculo admodum esse noxia; utut *Sulphur* ejus fixum ex *Vitriolo* summum sit *Anodynum*, plurima sym-ptomata mitigans, mirè post PARAGELSUM ab HEL-MONTIO laudatum: de quo etiam POLEMANNUS scripsit. Et sanè res est possibilis. Uti enim in *Metallicis* quibuscumque aliquod est *anodynum*, ita etiam in *Veneræ* est aliquod *anodyni*, quod Somnum inducere valet. Sic ex *Vitriolo Hungarico* cum *Urinâ* tractato (ex quo *Driete Helmontii* fit) ac postmodum ex *Capite mortuo* ejus cum *Sale Tartari* examinato, emergit etiam *Sulphur Vitrioli fixum anodynum*, si non planè idem, parùm tamen abimile ei, quod ex *Veneræ* fit.

VIII. MINERA FERRI.

Mineræ Ferris, quam vocant Germani *Glass-Knopffe*, pro basi habet *Lapidem rubrum*, ac striatim crescit instar *Lapidis Hamatis*. Dantur etiam *Mineræ Martis basi flavâ*, quæ verò non tam *Marte* abundant, quàm istæ priores basi rubrâ. Datur etiam *Mineræ Martis colore cineritio*; non abimilis est illi, quæ vocatur *Gallmey*, scilicet *Cadmia*; ha-bet tamen poros, & invenitur in *Marchesatu Barreutho*. Hæ *Mineræ Martis* reperiuntur interdum elegantî facie tinctæ, ac vitreatæ quasi (Germ. *obenber-glasuret*) nonnunquam apparent. Præterea variè etiam ludit *Natura* in ef-formando *Marte*. Reperiuntur enim *Mineræ* nonnullæ, præsertim in *Bohemis Montibus*, *Figurâ* exactè rhom-boideâ, qualem nullus *Geometra* tam exactè depingere poterit ac formare (est ferè purum putum *Ferrum*, cui parum deficit.)

Hæ *Mineræ Martis*, quando sub hac formâ & in locis argillosis ac pinguibus reperiuntur, Germ. *Feste Letten* dicuntur: item *Eisen-Nieren*, propter *Figuram* externam, qua quasi *Animalium Renes* repræsentant, ac *Marte* sunt divites.

Ad has Mineræ pertinet etiam

IX. MINERA MARTIS SOLARIS.

EX qua paratur *Liquor Martis Solaris*: quæque præsens est talis, qualis ex *Hassiâ* ad nos adfertur, non ita vitriolica ac sulphurea, aliàs in *Aëre* fluere. Mineræ istæ non solum propè *Casellam* in *Hassiâ*, sed & *Salfeldi* in *Thuringiâ*, necnon in *Misniâ*, & pluribus in aliis locis reperibiles, in *Terris* pinguibus argillaceis ferè reperiuntur, & constant *Sulphure*, & *Marte*, utut *Hassiæ* interdum etiam de *Veneræ* simul participant. Datur præterea etiam alia *Mineræ Martis Solaris* in formâ *Lapidum parvorum griseorum* (magnitudine *Ovi columbini*, Canisq; excremento non abimilis est &c. vocantur *Ova Philosophica*: non tamen sunt confundenda cum *Instrumento Chymico* dicto) quæ *Numburgi* & *Hassiæ* reperitur, ac *Sulphure* dives est; purum enim *Sulphur* in medio conspicitur. Efflorescit ut *Lanugo* elegantissima, striasque habet flavas. *Mineræ Martis Solaris* dicitur, tam quoniam copioso *Marte* abundat, quàm quoniam *Solem* in recessu habet; est enim in *Marte* primum *Ens Solis*, non statim *Sol* perfectus, ut quidam sibi persuadent. Igitur *Mineræ hæc* ex *Marte*, cum intertexto copioso *Sulphure*, constat: quod enim *Sulphure* est ditior, eò melior: si autem *Mars* copiosior adsit, non fatiscit in *Vitriolum* in *Aëre*.

Quod autem *Mineræ hæc Solaris* ex *Marte* & *Sulphure* constet, probo; si enim recipiatur *Mineræ* recens collecta, & per *Retortam* destilletur *Ignè aperto*, perfectum & copiosissimum exinde elicitur *Sulphur*, quod in formâ siccâ collo *Retortæ* adnascitur. *Caput mortuum*, quod restitat, est nigrum & durum, & quod *Magnes*, si ei admoveatur, copiosè ad se trahit, certo indicio, totam *Martialem* ferè esse hanc *Mineræ*. *Sulphure* dicto modo exhausto, nihil ampliùs vitriolacei suggerit: *Aëri* verò exposita recens *Mineræ*, tempore verno & autumnali efflorescit in copiosam *Lanuginem crystallinam*, quæ tandem *Aquâ communi* elicitâ perfectum *Vitriolum*, ex albo viridescens, initar *Vitrioli* perfectum, constituit, ejusdem non solum *Saporis*, sed ex quo etiam perfectus elicitur *Spiritus Vitrioli*, simillimus *Spiritu* *Vitrioli Martis*, & ne vestigium quidem *Sulphuris* adest.

Cum enim *Vitriolum* omne constet parte *Sulphuris acidâ*, cum *Metallo*, *Marte* vel *Veneræ*, corroso; sequitur etiam hinc *Sulphuris* substantiam in *Aëre* resolutam mediante suo *Spiritu* rodere *Mineræ* *Martis* adjunctam, & ita amborum combinatione efflorescere in *Vitriolum* simile, & in *Mineræ* vitriolisatâ nihil *Sulphuris* ampliùs reperitur; sin ejus aliquid remaneat, tandem in *Aëre* etiam in *Vitriolum* abie.

Resolutio hæc *Sulphuris* fit ab *Aëre*, non quatenus calido; nam omni *Anni* tempore hoc non æquè succedit; imò *Æstate* minùs ferè *Efflorescentia* illa vitriolica apparere solet; non quatenus humida; nam *Mineræ* recens *Aquæ* communi infusa & decocta, etiam longo tempore, nullam alterationem patitur: sed quatenus vim habet dissolvendi *Sulphura*, tam mineralia quàm alia quæcumque, quæ vis fundata est in *Sale* quodam singulari in *Aëre* reperibili, quatenus, ut rectè dicit *HOOK* in *Microgr. in Aëre est Mensurum pro solvendis Corporibus Sulphureis*, ratione cujus etiam absque *Aëre* nullus *Ignis* esse potest.

Operatio hæc nos manu ducit ad explicandam *Acidularum Naturalium* ex parte naturam, illarum nempe, quæ ex simplici *Mineræ* vitriolicâ, ab *Aquâ* subterrancâ præterfluente solutâ, originem ducunt.

Modus verò parandi *Liquorem Martis Solaris* hic est: Ponitur scilicet *Mineræ* contusa in locum humidum aëreum, tum eadem solvitur, pinguis *Sulphuris* materia in halitus, abie, *Acidum* verò *Sulphuris* rodit *Martem*, & sic fit *Vitriolum*. Cum itaque in *Vitriolum* abierit, immittitur *Ollæ* non vitreatæ, seponiturque in *Cellam*, aliave loca subterrancâ, vel humida, sic per *Ollam* *Vitriolum* purius instar *Lanuginis* transudat, & textura quasi lixivialis illarum partium præcipitatur ex isto *Vitriolo*, quicquid crassius, acidius, aut impurius fuerit, partim in *Ollâ* remanet: *Lanugo* verò vitriolacea cum *Pennâ* de *Ollâ* abradatur, ac in *Rore Majali* solvatur, fitque exinde *Liquor Martis Solaris*, qui optimas *Acidulas Artificiales* constituit.

Extat

C A P U T IX.

D E M E T A L L I S .

Et primùm.

D E A U R O .

Metalla sunt Corpora dura, ductilia, ex Succo salino, sive Mercurio, vi sui Sulphuris, in Terrâ coagulato.

Exstat equidem *Disputatio de Liquore Martis Solaris* Wittebergæ Anno 1682. sub *Johanne Tbile* habita. Verùm in ea non fit mentio Transudationis. Igitur fortè, an genuinam hujus Liquoris Præparationem ignoravit Autor? dubitatur: nam per Transudationem separatur tunc Mars, & in Ollâ remanet.

Usus hujus Liquoris Martis Solaris est, quod sit genuinum succedaneum Acidularum Naturalium, iisdemque scopis exactè inservire queat. Prodesse enim observatur insigniter in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, Cachexiâ, Hæmorrhagiis nimis quibusvis, etiam Mensium: cum tamen Mensium defectum etiam curet. Sed requirit Ventriculum robustum, & minus sensibilem, gradatim quoque propinari potest numerando guttas.

X. MINERA JOVIS.

Minera Jovis Germanis dicitur *ZWitter*, *Zinn-Graupen* (quod ibi splendet, est *Stannum*) Hæc *Minera Jovis* in Igne coalescit, & fit *Stannum*. Subjectum est sulphureum; in Igne enim avolat Sulphur, ac *Stannum* perfectum remanet. NB. (Non habet aliam faciem ac si *Granatis* esset ornatum, crescit etiam sicut *Granata Boemica*) *Lapis Jovis*, der *Zinnstein* dicitur Germ. *ZWitter*. Notandum autem, quod ex Lapide hoc nigricante fiat *Stannum album*.

XI. MINERA SATURNI.

Sequitur *Minera Saturni*, tum nostra, tum Hungarica, Germanis der *Bley-Glantz*, sed non omne, quod splendet, *Plumbum* est: Datur etiam *Minera Saturni scriptoria*, Germ. *Wasser-Bley*, quo utimur ad scribendum, est aliquantum mollius. Ad has etiam pertinet alia *Minera Saturno dives*, sed copioso Sulphure mixta: Sulphur autem hoc copiosum Saturnum facit secum in auras rapere potest. Præterea etiam datur Germ. *Gros spießig.*, & *Klein spießig Glantz*: ex quibus copiosum Plumbum elici potest: Reperiuntur *Freiberg*.

XII. MINERA SULPHURIS.

Minera Sulphuris vulgò dicitur Germ. *Schwefel Kiff*. In hac quod aureo apparet colore, est Sulphur: quæ Mineræ Igne expositæ suum amittunt splendorem. Ex hac, modò Igne sublimando, modò per descensum quasi destillando, Sulphur Minerale commune elicitur. Huic opponitur Sulphur æthereum, Germ. *gediegen Schwefel*, quod Ignem nondum est expertum, & à quibusdam multum æstimatur, interne pro Pulmonibus, Visceribus aliis, plùs minùs Apoplematibus correptis.

XIII. MINERA VITRIOLI.

Sequitur *Minera Vitrioli*, quæ prope *Freibergam* & *Altenburgum* reperitur, est instar *Terræ nigræ*. Ex hac coquendo elicitur *Vitriolum elegans*: quod si Metallurgi paulò tardiùs accesserint, quando scilicet jam *Vitriolum* è Minerâ exhalavit, Matricem saltem inveniunt inflammabilem relictam (est absque *Vitriolo* & ardet postea sicut *Candela*, adeoque est quasi *Bitumen in formâ siccâ*.) Reperitur etiam ejusmodi *Minera Vitriolo exhausta* sub formâ *Ligni putridi*, quod reverà est *Bitumen terrestre*. Invenitur hoc Lignum bituminosum *Rudeltadii*, scripsitque de hoc *PILLINGIUS*, *Physicus Altemburgensis*.

XIV. MINERA ALUMINIS.

Minera Aluminis est *Lapis* quidam scissilis, Germanis vocatur der *Schieferstein*, & *Salfediæ* reperitur. Elicitur verò *Alumen* ex Minerâ istâ sequenti modo:

¶ scilicet *Lapis scissilis* contusus: Hunc in certos cumulos divisam Aëri exponunt; sic *Alumen Aëre* humidore

N. Libro primo diximus, Res secundarias ex perittomate Rerum primariarum fieri. Perittoma ergò macrocosmicum veniens in Matricem, sive Locum metallicum, idest Metallorum generationi aptum, si ibidem subriterit, suscitatur Spiritus seu Ignis illius perittomatis, subindeque vi Matricis metallinæ in naturam Metallum facit. Duobus ergò ut omnia, ita & Metalla constans; Humiditate scilicet, quæ *Mercurius* dicitur; & Spiritu, seu Igne, qui *Sulphur*. Duo hæc in Sale fundata sunt vitriolato, id est, in naturam talem transmutato, qualem Natura ad generanda Metalla proximè requirit. Hoc

resolutorum efflorescit: post *Mineram* hanc in *Lebete* coquunt, decoctoque huic copiosam *Urinam humanam* infundunt. Sine *Urinâ* humanâ enim vix parari *Alumen* potest. Sic sublimantur multæ *Particulæ vitriolicæ*, ac *Alumen* in *albas Crystallas* fatiscit: hinc e.g. *Alumen* cum *Sale Tartari* destillatum subministret *Spiritum urinosum*, qui non est ab *Alumine*, sed ab *Urinâ*, quod multos deceptit Chymicos.

Possideo quoque præsentem *Mineram Aluminis Martialem*, quæ cum *Aquâ destillatâ* perfectum suggerit *Aurum*.

C A P U T IX.

D E M E T A L L I S .

Metalla sunt Corpora mista, sed tamen homogenea. Mistæ esse ex eo patet, quod ex Metallis separari possunt partes, quæ non ampliùs possunt reduci in perfectâ Metalla, v.g. *Crocus Martis* legitimè paratus, per Calcinationem vaporosam super *Aquâ Forti*: remanet enim Terra perfectè instar *Lapis scissilis*, qui *Crocus* dehinc non potest ampliùs in Martem reduci. Item ex *Saturno* separari potest substantia inflammabilis, ut postmodum *Vitrum Saturni* succedat, quod *Vitrum* quidem in Saturnum reduci potest, cum maximæ tamen partis jacturâ.

Non sunt perpetua seu æterna Corpora Metalla, sed communes Corporum particularium hujus Geocosmi mutabilitatis Leges subeunt adeoque generabilia in Terræ visceribus, & successivè augmentabilia, atque etiam ibidem corruptibilla existunt.

Quoad *Generationem*, *Experientia* docet: *Mineras* metallicas semel exhaustas, interjecto certo annorum numero denuò imprægnari, & Metallis impleri. Decantatissimâ est *Maris Tyrreni Insula Elba* vel *Ilva*, circuitu suo 20. milliaria Italica complectens, ex qua non per plurima seculâ tantum Mars sicut erutus, sed etiamnum hodie copiosè adèd eruitur, ut semel eductum *Ferrum* à 20. annis denuò renascatur: testibus omnibus *Mineralium Scriptoribus*. Conferatur *TACHENIUS Clave pag. 41*. In *Cornubiâ*, *Britanniæ* magnâ *Provincia*, ob *Jovis Fodinas* celebri, per *Experientiam* observatum, *Fodinas Jovis* exhaustas, Terra desuper injectâ impletas, post 30. annos denuò apertas, novum *Stannum* copiosè regeneratum reddidisse. De *Plumbis* res nota, quàm copiosè è *Mineris* suis regenerari soleat. *Aurum* in *Hungariâ* insignium filamentorum formâ externâ, quasi exarescere, ac surculis tenellis vineisque non raro implicari, testantur *Observationes*. Conf. *M. A. N. C. Anno 1. pag. 290. & Anno 2. pag. 188*. non secus ac *Luna Graminis* modo ex *Mineris* suis faxeis crispis elegantis formâ in *Misniâ* prognerari, triviale est. Unde & experti Metallurgi interdum ante debitam Metallum perfectionem per *Cuniculos subterraneos* Venam ejus se nudasse conquerrunt, sicut econtrâ interdum se tardiùs ac serò nimis post Metallum geniti denuò factam consumptionem, & ab effluviis subterraneis resolutionem, se advenisse conquerrunt: conf. *BECHERUS Phys. subterr. 1. pag. 107. item pag. 292. & 337*.

Compacta autem ut sint Corpora Metalla, ex Fluido tamen originem suam ducere, non ex eo solùm fit probabile, quod *Mercurius currens Arte in perfectum Metallum durum, tan-tilla Substantia tingentis adjumento, fuerit mutatus*, sed etiam quod ipsa Metalla intra saxa durissimasque petras reperiuntur ut plurimum inspersa, quo non nisi subtilis Fluidi instar, aut Fumorum aut Effluviorum hinc inde disperforum formâ priùs deserri, & se ibidem ceu debitâ in Matrice insinuare poterit eorum Materia; quos etiam *Fumos metallicos* eorumque motus, (Germ. *die Witterungen*) ceu Venarum metallicarum primos autores, probè observare solent Metallurgi.

Hi *Fumi sulphureo-unctuosi*, seu sulphurei Mercuriales, ubi ita in visceribus Terræ agitantur, si inveniunt Materiam aptam, seu Sal terreo-alkalinum, in eo, tanquam in Matrice

Hoc Sal alteratur ulterius paulatim, nec enim statim Metallum evadit perfectum. Quare, cum in Naturâ constitutum sit, ut Partes diversâ invicem misceantur, atque insuper mixtio & maturatio fiant successivè, Particulis scilicet nonnullis

citiùs ad Maturitatem pervenientibus, aliis tardiùs, aliis crudis aliquantum manentibus; & in hac Metallorum generatione varietatem quandam esse necessum est, qua Particulæ aliæ maturiores, aliæ minùs maturæ. Maturiores ergo Partes

Matrice, defiguntur, & concentrantur; sicque mutuâ unione, actione & reactione, concentratione & susceptione, in Metalla perfectâ abeunt. Prout ergo Fumi hinc inde vagantur, & suscipiuntur à Terrâ salinâ, oriuntur Venæ metallicæ. Isti enim Fumi metallici, quando sub suo motu suscipiuntur ab Aquâ in Locis subterraneis, istam Aquam imprægnant, & hæc repræsentat naturam Lactis, seu Liquoris lactei, sub quâ formâ dicti Fumi coagulati vera Metalla secum ferunt: videtur MATTESIUS *Sarcepta de Generatione Metallorum*.

Liquoris hujus fluidi in Mineris, & intra Saxorum cavitates observati, plures prostant Historiæ, licet consistentiæ sit crassioris, nunc albidus, nunc ex albedo virescentis, qui est Germ. *eine Gubr*, item *Bergh Gubr*, ut vocant Metallurgi; HELMONTIUS verò *Bur*, qui brevi post suâ sponte coagulatus, totus perfectum Metallum, nunc Plumbum, nunc Argentum exhibuit.

De hoc Liquore Metallico hoc observârunt Metallurgi Freibergenses: *Gur der Metallen finden sich unterschiedlicher Farben: weiß, roth, gelbe; und wovon gefunden worden, da ist Kugeln zu versichern, dass ein Anbruch dasel. vooelne Pfirsich-Blau-sarbender Gur gefunden worden, ist eingewißt Zeichen, dass Cobalt-Erz oder blaue Farbe da breche. Diese Gur, wenn sie in die Luft Kommet, gesteht sie, und wird bald hart; wenn sie aber vorhin der Minera, in eine Cucurbitam, mit einem Alembico vobit vermacht, gethan, wird, Kan man sie auch ausser der Fodina eine Zeit liquidam, erbalden. Dieser Gur ist seminium oder Materia proxima Metallorum, wvelche aber noch nicht Zur rechten Maturitat Kommen ist, also dass eine solche Gur, von sie probieret wird, gar viel last da von fliegen, weil sie noch nicht fix, sondern gar Zu volatilisch ist. Exterorum, Linguae Teutonicæ ignarorum, in gratiam, hæctenus dicta Latino idiomate sequenti modo exprimere lubet. Dantur Flores metallici certis coloribus diversi: alii nempe albi, alii rubri, alii denique lutæ: quibus apparentibus, non dubitandum quin certarum Venarum metallicarum ibi latentium sint indicium. Fluor hic si erit puniceus, Mineram vel Cobalti vel Smaltum, certò indicat. Fluor hic in Aëre libero coagulatur, & mox indurefcit. Intra Minerarum verò cavitates adhuc latens, & cum illis Cucurbitæ, Alembico probè munitæ, inclusus, extra quoque Fodinam in statu fluido ad tempus asservari potest. Fluor hic metallicus Seminium aut Materia proxima est Metallorum: Maturitatem verò, nondum adeptus, & docimasie subiectus, de co multum avolat; cum nimis adhuc volatilis scitatis gradum nondum attigerit.*

Notetur in genere: Metalla sua habere tempora, id est successivè crescere, hinc subsistere, ac denique decrescere. Nam cum Fumi sulphurei Halituum formâ crescere incipiant, debitique Matricibus excipiantur, vocantur Germ. *ein wvitterndes Metall*; cum perfectum est genitum, vocant *einen Stein*; cum verò denique suo Metallo successivè spoliatur, dicitur *ein aus wvitterndes Metall*, ex quo omne Metallum Halituum formâ absumptum; cujus Matrix Metallo suo spoliata Lignum exsiccatum exactè refert.

Non autem aqueum est Fluidum hoc aut fumosum, ex quo Metalla generantur proximè, (nisi remotè tandem hoc ex Aquâ, seu Materiâ primâ, oriri cum Modernis, cum HELMONTII asseclis, dicere velimus,) sed, ut loquuntur Chymici ex ALBERTO MAGNO: *Prima materia Metallorum*, id est, Semen Metallorum, est Humidum unguosum subtile, quod est incorporatum Terrestris subtili fortiter commisso (conf. BECKERUS suppl. 1. pag. 32.) seu est Humiditas non madefaciens manus, adeoque nec propriè est humida seu aquea, sed viscosa ac Mercurialis.

Materia autem hæc proxima, ex qua coagulantur Metalla, Veteribus ex Mercurio & Sulphure constare asserta fuit: quibus BASILIUS & PARACELsus Sal quoque addiderunt: non quòd ista sint vulgaria Corpora, quæ hoc nomine aliàs appellatur; sed per Mercurium intelligunt Humiditatem Metallorum radicalem, seu Fluorem quandam viscosum, quæ abundat maximè in Saturno, vel etiam in Jove; unde facilis eorum ductilitas. Per Sulphur nihil aliud hoc loco intelligitur, quàm Substantia acido-pinguis, imprimis tamen acida, cogens & coagulans illud Humidum in Corpus; unde omne fere Metallum (subdulcem Aciditatem in recessu habere dicitur; adèd, ut Aurum & ipsum tali Acido copioso gaudeat. Conf. HAUPTMANNUS in Scripto Coll. pag.

87. Acidum namque metallicum temperatur à reliquis Principiis componentibus, ne exerat suam acetositatem fortem, sed potiùs temperetur in subdulcem acrimoniam, & acetositatem perdat. Hæc duo, debitâ Matrice saxæ excepta, cum hæc ex parte arrepta quoque Sal vocetur, in perfectum Metallum abeunt: Adeoque Mercurius est Alimentum seu Materia, Sulphur est fermentum digerens, seu formâ, & Sal est commune utriusque Receptaculum, in quo firmo nexu coeunt, & de quo plùs minùs Coaguli consortium rapiunt.

Mercurialis hæc Substantia copiosè in Mercurio vulgi reperitur; unde hujus volatilitas, fluiditas, mobilitas, &c. oritur; sed quæ non pura existit, sed jam Sulphure quodam minerali inquinata est; pariter ac Sulphuris Substantia in Sulphure vulgari inest, est volatilis adhuc, nec maturata debitè. Mercurius saltem est Liquor metallicus, non Metallum ipsum, seu est Amalgama naturale Metallorum, ut rectè BECHERUS habet: convenit etiam omnibus Metallis; hinc exinde Amalgamata fiunt ad omnia Metalla. Nam in omni Mercurio aliquid subest, vel de Saturno, vel Lunâ. Hinc sicut ex his duobus jam perfectis Mineralibus, Sulphure & Mercurio, Arte fit Corpus tertium quasi metallicum, v. g. in Cinnabari; ita ex his Principiis puris, hoc est, à Principio Metallorum seminari exaltatis, Humiditate Mercuriali & Pinguedine sulphuræ, debitâ Matrice exceptis, fit Corpus perfectè mixtum, Metallum. Matrix ista in Lapidibus vitrescibilibus uberius deprehenditur, indeque alcalino terrea fixa est.

Aliis Chymicis Anima, Spiritus, & Corporis appellationes, Sulphuri, Mercurio, & Sali, imponere consuetum est. Principiorum horum materialium non obscura, etiam in Concretis jam, & intimâ colligatione ex Mineris suis extractis Metallis, deprehendimus vestigia, imprimis in Marte, & Venere: v. g. Sulphur in Marte manifestum evadit in Croco Martis cacædico Zuvelffert, Mant. Spagor. p. 337. sub cujus Præparatione Nitrum fulum, injectione Martis saturatum, successivè & ab hujus Sulphure inflammatur & alcalisatur, non secus ac si Sulphure communi hoc factum fuisset. Stannum utur Mercuriale videatur Metallum, tamen cum duplo Nitri mistum, in moderato Igne tandem ingente flammâ cœruleâ detonat, & Nitrum alcalisatum relinquit. Mercurialis Substantia v. g. in Saturno, evidens est, qui immediatè Mercurius vivus coagulatus videtur. Unde etiam Saturno fusso, aliquandiu ab Igne remoto, injectus Mercurius vivus promptè coagulatur ab illius Effluviis, in Massam Saturni æmulam, etiam malleabilem. In Sole & Lunâ, seu perfectissimè mistis Metallis, & quorum Principia intimè subacta, & consermentatione arctissimâ colligata sunt, minùs manifesta deprehendere possumus Principiorum illorum vestigia; tamen facillima cum Mercurio vulgari sub Amalgamatione sociabilitas, & mutua unio, facillima etiam à Sulphure communi accento horum alteratio & volatilifatio, radicalem inter hæc conspirationem persuadet. Matrices denique istæ saxæ, in quibus Metalla reperiuntur, Germ. in Welchen die Metallen berchen, omnes vitrescibiles sunt, tam immediatè, quam mediante addito Alkali, unde Scorix à Metallorum fusione relicte Vitra tincta repræsentant.

Hæc si ad Instrumenta Naturæ & Artis mechanica applicemus, etiam in Sulphure Acidum pingue seu coagulans, in Mercurio verò Alkali, nempe suo Acido nonnihil saturatum, pro habitaculo quasi inservit. Hinc ut à sensibilibus ordiar, in Marte & Venere, sulphureis Metallis, Acidi dominantis manifesta vestigia apparent, ex rosione proprii Corporis in Rubiginem aut Crocum Martis, vel Eruginem, modò Aëri humido expositam, vel tantillo aqueo actuatam fuerit. In Jove similiter copiosum est Acidum; id quod probat Calcinatio & Fusio in Igne cum Antimonio; quoniam tunc exhalat flammam sulphuream: hoc Sulphur si non separatur à Jovialibus Medicamentis, habet vim catharticam per superiora & inferiora, propter præsentiam Acidi. Imò ipsum Aurum copioso constat Acido; id quod probatur: quòd si in Aurum Igne fusum & liquatum immitatur Bacillus ferreus, & extrahatur Ferrum, apparet corrosor & in Rubiginem transmutatum, non secus ac si in Sulphur commune fulum fuisset injectum, in quo Sulphur ejus Acidum corrodit: ut inde facilè pateat, unde talis Corrosio in Auro? nempe ab ejus Acido. Saturnus verò Mercurialis naturæ, adeoque

Partes id esse suspicor, quod Philosophi sub titulo *Seminis metallini* eliciunt. Licet enim in Metallis Partes adeo compactæ & unitæ sint, ut difficulter invicem separari queant, unde fieri convenit, plerasque Laborationes maximè vulgares,

non separatorias, sed solum præparatorias seu exaltatorias esse, id est, quibus Metalla citra separationem puri ab impuro, solum alterantur, ut eò melius à Calore nostro superari, inque actum deduci queant; attamen Separationem illam contra

adeoque alcalino Principio volatili dives, quævis *Acida* promptissimè absorbet, cumque iis in Corpus salsum dulce coit: *Sulphur* quod attinet: hoc in toto Regno Minerali luxuriat; & *Anima* quasi *metallica* appellatur; unde nulla Minera, & nulla Metallorum Vena reperitur, cui non copiosissimum adhæreat *Sulphur*: quod ideò PARACELSUS triplex statuit; *Minerale* quale est nostrum vulgare; *Embryonatum*, quo, tanquam cortice Nuce, Metalla vestiuntur immediatè; & *Metallicum*, quod Metallorum Substantiam constituit.

Hæc tria *Sulphura* rectè solâ modificatione differre dicuntur. *Minerale* & *Embryonatum* manifestè *acida* sunt, quod & sui disflagratione spirant: unde & de *Metallico*, quoad *Acidum* hoc, dubitandum non erit. *Mercurius* verò etiam *vulgaris*, qui quasi *spurius* aut *leprosus Filius* est *Mercurii metallici*, adeoque in radice unus idemque, nihil aliud est, quàm *Alcali volatile*, quippe omnes Alcali proprietates possidet, ab *Acido Sulphuris* nondum penetratum & elaboratum. Et sicuti vulgè *Alcalia fixa* ex *Acido Sulphuris*, & *Sale volatili Plantarum* producuntur, & notabilem fixitatem acquirant; ita Metallorum eodem ferè modo se habet *Genesis*. *Materia enim sulphurea acida cum Alcali Mercuriali abit in Metalla*, idque longâ annorum serie transcolata per infinitos Terræ poros: & *Mercurium vivum* cum *Alcali* si quis ad punctum saturationis perfectè usque *Acido* repetere sciret, tam fixum eum redderet, quàm *Aurum*, quod & olim tentare aggressus est PARACELSUS, dum *Aurum Horizontale* præparavit. Hinc etiam *Mercurius vivus* à nullo alio, præterquam ab *Acidis*, in texturâ alterari & coagulari solet, Alcalibus nullum jus in eum obtinentibus, uti per mechanicam Chymicam patet. Conferatur pluribus TACHENIUS de *Mercurio*, Alcali metallicum repræsentante, *Hipp. Chym. c. 25*. Hinc etiam *Mercuriale Metallorum Principium* de naturâ *Salium volatilium urinosorum* esse, asserit BECHERUS *Suppl. pag. 111*. qualibus *Salibus* & *Spiritibus urinosis* Metalla perfectè mirè emolliri, & longè fluidiora reddi, adeoque ad *Mercurii vivi* texturam disponi, idem ibidem curioso Exemplo monstrat; adeo ut *Mercuriale Metallorum Principium* per alterum sulphureum, quasi Alcali per Acidum, in Metallum coagmentari sic constet.

Atque ex hæcenus factis fundamentis facile est, & *Proprietates Metallorum* in genere & specie, eorumque *Differentias* explicari. *Proprietates Metallorum* sunt *Ponderositas*, *Malleabilitas* seu sub Malleo *Ductilitas*, & *Fusibilitas*, quas inter primatum ducit *Ductilitas*, omnibus & solis propriè dictis Metallis competens. Quibus & suo modo *Fixitas* addenda. *Proprietates* hæ ab uno alteroque Principio seorsim haud deducendæ: sed considerentur hæ in Concreto, quatenus ex Principiorum materialium texturâ fluunt, ut respectu unius alteriusve Principii radicaliter magis attributum quoddam Metallo Acidum conveniat.

Ductilitas ergò ex firmo *Sulphuris* & *Mercurii* sibi mutuo sufficientium nexu, adeoque tenaci hinc Concreti consistentiâ, originem ducit: hinc *Aurum* maximè omnium ductile *Pondus* habet ex *Mercuriali* imprimis Principio: hinc quò plus *Mercurii* habent Metalla, eò graviora; quò minus, eò leviora sunt. Propterea *Aurum* omnium est ponderosissimum, & copiosissimum habet *Mercurium*, sufficienti *Sulphuri* arctissimè sociatum; & quidem solum in *Mercurio vivo* submergitur & propter suam compactionem minùs est sonorum: cætera omnia leviora sunt, & quæ *Mercurio* plùs minùs supernatant, leviora sunt, multum *Martis* & *Veneris*, parum de *Mercuriali* principio obtinentia: levissimum est *Stannum* ob *Sulphuris* volatilis, nec benècum *Mercuriali* Substantiâ cohærentis, copiam: *Luna* & *Saturnus* ferè pondere coincidunt.

Ignescibilitas ex sulphureo Principio oritur particulas igneas recipiente, & concentrante.

Fusibilitas à *Mercuriali*, cum salino probè unito, oritur Principio: quò plus enim continent *Mercurii*, eò faciliùs funduntur: quò plus verò *Sulphuris*, eò difficiliùs, hinc quo plus *Mercurii* iis additur, eò molliora & ad Fusionem aptiora redduntur. Hinc *Metallorum* per se patet *Differentia*, quatenus omnium *Materia est Mercurius*, cujus varia *Coctio*, varia dat Metalla. *Forma* eorum *miscens*, & *Mercurium* subigens seu coquens, est *Sulphur*; unde pro hujus diversitate diversa Corpora metallica in *Matricibus salinis*, & ipsis plùs

minùs durioribus. *Metalla* enim quædam sunt *Perfecta*, quædam *Imperfecta*. *Perfectionis* nomine intelligo debitam *Coctionem* seu *Maturationem*, ut probè depurata & digesta ad *Fixitatem* sint deducta, quæ in Igne subsistunt, & non possunt consumi: sin Metallum minùs est maturatum, emergit non fixum & consumabile in Igne, in quo potest facillè destitui. Unde quò purius, maturius & fixius est Metallum, eò est nobilius; quò impurius, immaturius & minùs perfectum, eò est minùs fixum & ignobilius. Unde patet *Graduatio Metallorum*, quòd *Aurum* sit omnium perfectissimum, quoniam est fixissimum propter exactam *Mistionem*, adeoque densissimum; gravissimum, maximèque ductile. Hinc Ignis nunquam aliquid de *Auro* absument, minimeque *Scorias* inesse efficit, propter duritiem: econtrâ reliqua sunt impura & imperfecta; quoniam facillè liquantur. Proxima quidem à *Sole* habetur *Luna*, quòd diu duret in Igne; nihilominùs tamen non ita diu atque *Sol*, sed successu temporis etiam sui patitur jacturam. *Mars* concontrâ & reliqua facillè patiuntur alterationem & mutationem, in Igne in *Scorias* abeunt, & corroduntur. *Perfectissima omnium* sunt *Sol* & *Luna*, ex *Sulphure* fixo, potenti, puro &c. Substantiâ *Mercuriali* purissimâ & perfectissimâ, fortiter & intimè concentratis, & exactè ac æqualiter subactis, genitâ in Terrâ seu *Sale* admodum fixo & puro, sed paucò: magis tamen hæc *Soli*, minùs *Lunæ*, conveniunt. Unde & ex firmâ talium unice fixum adeò Concretum, & cum quo cæteræ *Proprietates* metallicæ imprimis conveniunt, emergit.

Fixitas præ aliis Metallis his propria, absoluta quidem in *Auro*, respectiva est in *Argento*: id quod Experimentum *GASTONIS CLAVEL* in *Apolog.* ostendit, qui *Auri* & *Argentii* ana ʒi. per duorum mentium spatium in *Fornace vitriariâ* in continuo Igne & *Fluore* asseravit, & hinc *Auro* nil, *Argento* verò duodecimam *Ponderis* sui jacturam decessisse, observavit.

Imperfectiora & *immatura Metalla* sunt *Mars*, *Venus*, *Saturnus*, & *Jupiter*, & hæc iterum sunt *duplicita*: vel *Duriora*, vel *Mollia*. *Differentia* est ratione *Sulphuris* & *Mercurii*. *Mollia*, *Saturnus* & *Jupiter*, sunt quæ facillè funduntur ac fluunt in Igne, & postmodum ob deficiens *Sulphur* demum *Ignem* concipiunt, & candescunt: id quod ex prædominante Principio *Mercuriali* cum *Sale* plùs minùs obtinent, pauciore vero minùsque fixo *Sulphure*. Nam utut *Jupiter* sulphureum sit Subjectum, volatile tamen adeò ejus *Sulphur*, & minùs cæteris unitum seu confermentatum existit, ut facillè *Fluxum* impedire nequeat; utut propter hanc rationem in *Fluxu* proprium Corpus insigniter alteret. Econtrâ *Duriora* sunt ea, quæ difficulter funduntur in Igne, sed potiùs candescunt, ex *Sulphure* forti & paucò *Mercurio* cum salino Principio copiosiore, ut *Mars* & *Venus*.

In *Radice* ergò & *Essentiâ* omnino inter se conveniunt Metalla; *Maturitate* verò aliisque *Accidentibus* saltem differunt, quæ ex Principiorum componentium puritate, & bonitate, horumque variè proportionatâ miscelâ originem ducunt; unde & mutuo *transmutabilia* existunt: vid. *HELVETIUS de Vitulo aureo*, & *MORHOFF* in *Epist. de Transmutat. Metallorum*: qui *MORHOFF* non est *Phylicus* aut *Medicus*, sed *Doctor Juris*, *Vir eruditus*, & multiplicis tum eruditionis tum lectionis: quædam tamen habet in hoc *Tractatu*, quæ impingunt in *Experimenta* & *Rationes chymicas*:

In *Transmutationis negotio* primatum tenet *Sulphur*; hinc *Sulphur* Subjectum est quasi *Transmutationis*, suscipiens *Sulphur* seu *Tincturam*. Ex gratiâ ipsa *Luna* si figitur, evadit *Aurum album*; cui si superindatur *Tinctura* seu *Sulphur Auri*, erit perfectum *Aurum*, modò *Sulphur* hoc habeat debitam maturitatem & perfectionem: sicuti econtrâ *Auro* potest detrahi rubedo, ut Corpus remaneat album, quòd *Luna fixa* appellatur; & hæc non amplius solvi potest *Aquâ Regiâ*, sed tantum *Aquâ Forti*: *Spiritus Nitri bezoardicus* extrahit *Auro* rubedinem, & remanet *Luna fixa*, quæ denuò tingi, & *Aurum antiquum* haberi potest. Et propter hanc convenientiam in *Radice* est, quòd *Metalla nunquam aut rarissimè sola inveniantur in suis Minerais*, & *Venis metallicis*, quin ut plurimum aliquot Metalla sociata deprehendantur, ita, ut ubi sunt *Auri Fodina*, ibi semper reperitur *Jupiter* vel aliud Metallum; ubi *Fodina Argentii*, ibi *Venus* reperitur, propter cognationem Metallorum, & sic porro. Quinimò pauca

contra multorum Experimentas hinc inde annotatas, impossibile statuere, pertinacius potius est, quam virorum cordatorum. Quinimò non modò cuidam ex Amicis meis, sed & mihi Sors favit, ut *Oleum rubicundissimum Aquæ supernatans ex Auro* elicuerimus.

ca sunt Metalla, quæ non de alio etiam plùs minùs participant, e. gr. rarissimus est Saturnus, qui de Lunâ non participet in suo Corpore, & quàm difficulter separari potest Luna à Venere, pertinaciter Corpori lunari inhzere? Aurum ipsum Lunæ particulas ordinariè continere solet, post solutionem ejus cum Aquâ Regiâ residuas: Venus rara est, quæ non de Sole aliquantum participet: Mars ratione sui Sulphuris convenit cum Sole; unde particulares Tincturæ cum Sulphure Martis parantur; quod arguit convenientiam Metallorum & vicinitatem: & huc facit imprimis curiosa ista *Terra BORRICHII de Ortu & Progr. Chym. pag. 149.* Quæ Aëri exposita, & Pluviâ irrorata, varia Metalla ac Mineralia successivè genuit.

Ut autem diversimodè mista ex Mineris eruuntur Metalla, ita etiam hæc ipsa, pura & omnibus numeris absoluta (id est Germ. *gediegen*) nisi rarissimè, in Mineris suis observantur. Unde priùs Ignis vi per modum Liquefactionis ex Mineris suis elicienda sunt. *Noctiva* autem admodum sunt *Metallis adjuncta* ista sulphurea Mineralia, seu *Sulphur commune, Arsenicum, Antimonium, Cobaltum, &c.* Dum enim Igne Fusionis hæc Sulphura, quatenus adhuc volatilia, deflagrant, Acidum eorum volatile rodit junctum Metallum, & hoc secum partim unâ volatilifatum in auras abripit, quod vocant Germ. *Rauben*: ut præter Experimentam quotidianam in Furnis fusoriis, de quibus vid. ERKER in *Libro probatorio*, manifestâ mechanicâ Chymicâ demonstrat TACHENIUS *Hipp. Chym. cap. 8.* partim etiam acidi talis Sulphuris adhæsiōne minùs liquefactile & fluxile Metallum redditur; vocant Germ. *sprode*. Ut ergo *Fusilitas promoveatur*, & Acida talia sulphurea coërceantur vel separentur, Mineris fundendis *Alcalia*, v. g. Germ. *Der schnelle Fluss*, item *Saturnina*, verbi gratiâ *Litbargyrium*, de quibus vid. ERKER in *Libro probatorio pag. 84.* adduntur, ut horum medio Metalla pura per Fusionem haberi queant. Artificium enim liquandi Metalla in eo consistit, ut semper aliquid additamenti ipsis addatur, quod Sulphur illud arsenicale figat, Acidumque ejus infringat, & absorbeat, ne ita in Metalla agere, aut unâ secum in auras rapere queat. Alcalia scilicet dissolvunt Sulphur, eorumque Acida absorberent; hinc reducunt Metalla, & fusilia eadem reddunt.

Saturnus etiam omne Acidum sulphureum promptè absorbet, & hæc ratione etiam ignobiliora Metalla, *Martem, Venerem, & Jovem*, ob Sulphuris horum acidi cruditatem, imbibendo quasi, à nobilioribus Metallis, *Sole & Lunâ*, separat: quibus paucis Fundamentis totum Artificium, tam Artis Metallorum & Mineralium fusoriæ, quàm Artis probatoriæ, *Solis & Lunæ in Copellâ, Germanis in der Probiër Scheibe*, unice innititur: de quibus vid. ERKERS *Aula subterræn. pag. 32. 55. 56. & 65.* Saturnus enim copioso abundans Alcali volatili, cupit saturari: cum autem sint inepta & nimis compacta Corpora Sol & Luna, absorbet Metalla dicta ignobiliora, ceu magis terrestria, quibus absorptis Solem & Lunam in fundo Testæ probatoriæ relinquit intacta. Ut nihil dicam de magis sulphureis Mineris metallicis, quibus aequali *Toftone, Germ. durch das Rosten*, Sulphur phlogiston priùs separandum venit, antequàm Furnis fusoriis immitantur: Conf. MARTINUS LOHNEYSEN *oß BergWerck pag. 76.* quia aliàs in Furnis fusoriis si Sulphur cum Minerâ maneret, de Minerâ corroderet, & absumeret.

Generantur autem Metalla omnia ex proprio suo semine, in conveniente Materiâ se multiplicante. *Seminale Principium est præsertim in Sulphure*, quod uti vocant, *Martis, Calid: Innati, Acidi, &c.* vices obtinet. *Mercurius* verò *Femina, Humidi radicalis, Alkali &c.* & perficiuntur in debitis excepta *Matricibus*. Sed prout potentius est Sulphur, & prout purior ipsi occurrit Mercurius, & defæcatus est Receptaculum; eò nobiliora aut ignobiliora generantur Metalla, eoque diversa, vel metallica Corpora perfectis Corporibus plùs minùs affinia, ut *Antimonium, Zincum, Cobaltum, Bismutum*: adeoque rectè ex unâ Radice surgere, & singulari Virtute convenire dicuntur Metalla.

Materia illa proxima, à Principio seminali sui multiplicativo alterata, nunc Fumi vel Vaporis specie hinc inde oberans, Matricibus petrosis appropriatis se insinuat; nunc liquida Substantiæ, Germ. Gubr dictæ, formâ, nunc aliâ facie deprehenditur: *seminale* verò *Metallorum Principium*, sulphureum, à prima creatione Terræ visceribus concreditum,

De Viribus Metallorum in genere nihil addo, nisi quòd tantæ inibi à Majoribus deprehensæ sint, ut principalioribus *Macrocosmi Stellis, Microcosmiquè Membris* principalioribus & dicarint, & Nomina communia imposuerint, uti patet partim

non cessat appropriatam Materiam (sive illa *Aqua fuerit simplex, sive eadem plùs minùs alterata*) ad Mercurialem Liquiditatem disponere, & in eadem se multiplicare.

Conservatur vis ista seminalis Untoerf Spiritu, qui uti omnibus Seminibus se applicat, & ejus beneficio per inspirationem vivunt Animalia, & eodem cum Pluviis, Rore, alioque Vehiculo communicato vegetantur Vegetabilia; ita ejus ope certis Terris, & Minoris copiosius ob meliorem sui receptionem se insinuans, vim seminalem, mineralem & metallicam, fovet, augmentat, & in vigore suo conservat.

Patet exinde quòd *Astra ad Metallorum Generationem nihil faciunt*: Causæ enim universales cum hæc sint, speciali modo ad Metalla generanda conspirare, aut *unicuique Planetæ suum Metallum* subesse, ejusque Influxu generari & foveri, dici non poterit. Antiqui quidem Philosophi, quæ magnificerunt Harmoniam Microcosmi cum Macrocosmo mutuam, considerantes septem Planetas principales, & considerantes septem Metalla, annumerando simul Mercurium; eadem ad *Corpus humanum*, ejusque *Partes principales*, iisdem nominibus insigniendo, applicarunt. Unde factum, quòd eo nomine, quo sunt insignita Metalla, & septem Planetæ, etiam fuerint insignitæ Partes Corporis humani, quas dixerunt *Planetas Microcosmi*: ita ut & Sol Macrocosmi habeat correspondentiam cum Auro & cum Corde; Luna cum Argento, & Cerebro, & sic porro. Sed Asserti talis evidens fundamentum est nullum; quin potius existimandum, quòd sicut ad Animalium & Vegetabilium faciliorem statum sub Influxu (qualiscunque demum sit) promovendum, multum conferunt, id quod vel Tempestatum anniversaria mutatio ostendit; ita & suo modo ad Metallorum Genesin concurrere, & promovere eandem, hæud equidem dubitarem. Sed generalis seu universalis saltem est hic Concurfus, specialem dispositionem seminalem, & ordinationem omninò præsupponens; ut ut ipsa ex Antiquitate etiam constet Planetarum nomina Metallis fuisse attributa; de quo vid. BORRICHIIUS *de Ortu & Progr. Chym. pag. 29.* unde & *Signa eadem Metalla & Planetæ* habent, quæ tamen Metallorum Signatura ex alio fundamendo derivanda venit.

Signa Metallorum quod attinet: *Auro* Circulus cum puncto centrali, ceu perfectissimo, absolutissima tribuitur Figura: *Argento* verò ejus dimidium venit. *Metalla rubea* ac *aurea* ab Auro Signum mutuuntur, sine centrali tamen puncto; ac pro diversitate imperfectionis suæ, diverso etiam in loco Signum ejus exhibent; sed Imperfectionis nota Signo Crucis reliquis Metallis appenditur. *Antimonium* omnium difficillimè ab imperfectione immune reddi potest, hinc in fronte Crucem gerit. Omnium facillimum *Venus* est, adeoque quasi caudæ loco signum hoc habet. Medio modo se habet *Mars*, unde à latere simili ferè Signo notatur. Ab *Argento* reliqua alba Metalla sua Signa habent, ut *Saturnus & Jupiter. Mercurius* verò seu *Argentum vivum*, cum radicem Solis & Lunæ constituat, expressum est Solis Lunæque Signis combinatis; propter adhærens tamen Sulphur impurum, nec metallicum fixum, Crucem etiam gerit.

Considerandus jam venit *Metallorum Usus*, qui triplex: *Medicus, vel Chymicus, vel Mechanicus.*

Mechanicus est in quamplurimis Artibus manualibus, v. g. Aurifabrariâ, Ferri, & Cuprifabrariâ.

Usus Chymicus est perficere Metalla, & ex ignobilioribus nobiliora per *Transmutationem* facere: Unde patet, quid habendum sit de *Mysterio Lapidis Philosophici*? an detur tale Remedium, ut ita dicam, quod *imperfectum Aurum*, seu Metallum non tantum, sed etiam ipsum *Mercurium*, permutare valeat in *perfectum Aurum*? Stante Hypothesi, quòd Metalla non differant nisi gradu Fixitatis, & Mollitiei, Maturitatis & Immaturitatis, &c. facile potest judicari, quòd beneficio Perfectionis Seminii metallici Metalla immatura possint maturari &c.; de quo ipso, cum non sit hujus loci, videatur præ cæteris perspicuus BECHERUS in *Suppl. 2.* item PHILALETHA in *Introitu aperto ad Regis Palatium*. Nam *Lapis Philosophicus* est tantum Medicina ad Metalla aperienda, eorumque Imperfectionem morbosam corrigendam, & eadem ad Perfectionis sanitatem deducenda: unde falsum est, quòd debeant etiam ad conservandum Corpus adhiberi: & rectè dicit HELMONTIUS,

partim ex sequentibus, partim ex Lib. 1. cap. 9.

Metalla non ineptè in Classès tres collocantur, idque tam secundùm conformitatem disparitatemve Duritiei, quàm secundùm convenientiam Præparationum.

Prima continet Metalla Nobiliora, Aurum & Argentum.

Secunda, Ignobiliora duriora, Ferrum & Cuprum.

Tertia, Ignobiliora molliora, Plumbum & Stannum.

Præ-

TIUS, quòd Possessores bujus Lapidis non sint longævi, quòd & inductione Exemplorum probari posset, sicut etiam PARACELSIUS anno 45. ætatis est mortuus.

Fundamentum totius Tincturæ Philosophicæ est Principium Mercuriale purum, vel humidâ vel siccâ in formâ, Sulphure metallico fixo, ex se adhuc indeterminato, probè digesto, probè imprægnandum, & plusquam saturandum. His pro Fermento determinante Aurum addendum, ut fiat Aurum plusquam perfectum. Ex his paratus Pulvis omnibus Metallis facillimè ob fluxum Mercurialem copiosum se insinuat, & ratione adjuncti Sulphuris tingentis, eorum Mercurium perficit, & in Aurum figit.

Fundamentales Operationes sunt: Solve & Coagula. Nempe Mercuriali Principio Subjecta, Sulphure Solari imprægnata, sunt subigenda, & horum Sulphur cum illis Coagulatione mediante concentrandum. Unde autem Sulphur istud sumatur? quæritur. Quidam in Auro quærent. Verùm Aurum vulgi est Caput mortuum, & Aurum non potest plus tingere, quàm habet Sulphur ex Corpore extracto. Operatio sit in Athanore seu Furno Philosophico igne digestionis, qui non nimis, sed successivè intendendus: Vas seu Phiala vocatur *Ovum Philosophicum*.

Quoad Medicum Usus, imprimis considerandum venit: an etiam Metalla cruda integra & nativa, sub sua constitutione & in Pulverem tantùm redacta, in Corpore nostro aliquid valeant? an verò saltem præparata, & in certam Medicamentis consistentiam redacta? Quod attinet prius ac cruda; de his nullus dubitat. Et certum quidem est, quòd effectum activum Metallis, eorumque Particulis integris, tribuere non possumus; tam clausa enim & solida sunt Corpora, ut nullam nobiscum communicationem habere queant, sed tantùm Pulveris instar, aut Arenarum, sicut fuerunt ingestâ, denuò prodeant. Nullam dico attribui posse Metallis activitatem in Corpus; exinde tamen non sequitur, quòd assumpta nullam habeant utilitatem: quin acidi Saporess in Contentis Corporis nostri, præsertim primarum viarum, erodendo eadem, absorpti, per accidens, & privativum Metallorum integrorum usum nobis insinuant. Passivè ergò conveniunt, quatenus patiuntur: sic v. g. Mars crudus vel pulverisatus, licet assumatur, activè nullam vim exeret in Corpore, & frustrâ quasi erit assumptus; nihilominus omnia Acida, præsertim in primis viis, absorbet & perfectè edulcorat, atque hac ratione absorpta, per Intestina secum abduciendo, Morborum chronicorum accidentarius existit domitor. In Specie Limatura Martis cruda in Affectibus hypochondriacis convenit. Ratio: quia Acidum in corpore rodit Martem, qua corrosione acrimoniam suam perdit, & sic usum medicum utique præstat, sed passivum. De Venere pariter notum est, quòd arrosa ab Acido primarum viarum, in Vitriolum degeneret, ejus consequens est Stomachi subversio seu Vomitus. Lunam pulveretenus assumptam Memoriam conciliasse robur asserit TACHENIUS Hipp. Chym. Aurum ab Acido melancholico Hypochondriacorum cum horum fructu absumitur, teste MOEGLINO de Vellere aur. pag. 9. Saturnus Hypochondriacis parili cum fructu propinatur. Unde quando Saturnus & Remedia ex Plumbo dicuntur quarta Columna Chirurgiæ, quatenus applicata curant Ulcera canerosa, & similia, illud non fit activè; sed quatenus Saturnus omnia Acida absorbet, & perfectè edulcorat; & hoc Remedium dum corroditur in Corpore, absorbendo Acida, prodest. Sic Jovis Limaturam quidam hystericis Mulieribus pro Acido specifico, Nervis adèd infenso, propinare assolent. Idem omnino de Metallis candefactis in Aquâ simplici extinctis asserendum, quorum ramenta Aquæ communicata, plus minùs vitriolica, dictâ ex ratione privativè Corpori conducunt. De Aquâ Ferrariorum Martialis res nota est: Aqua extinctionis Saturni Alvim laxat: Vinum in quo pluries Aurum extinctum, Icterus curat, teste POTERIO Pharm. spagy. ubi de Decoctis: eadem Aqua extinctionis Auri Paronychiæ dolorem sedat; vid. M. A. N. C. Anno 4. Append. pag. 41. Pluribus Aquæ ejusmodi auratæ usum deprædicantem BURRHUM videbitis in Epist. ad BARTHOLINUM de Oculis pag. 44.

Quæritur ulterius: An & Aurum hac ratione in Corpore sit dissolubile? Affirmatur; cum & de Lunâ notum sit, quòd dissolvatur in Corpore. Hinc Rasura Solis pulverisata con-

fert in Passione hystericâ Mulierum pro destruendo Acido vitioso. Ideòque, ut dixi, Metalla agunt passivè, non activè, sed ipsa alterantur, adèdque usum passivum habent in usu medico, & sub hac ratione conveniunt destruendo Acidum.

Interim si quærat; An nullam profus efficaciam habeant Metalla in Corpore humano? Respondetur, aliquid, sed sano sensu, concedi quoque posse. Vis autem hæc medicinalis activa consistit in Sulphure eorum, foras tamen extracto. Omnia ergò Sulphura Metallorum extracta & fixata hac ratione conveniunt. Hæc enim vim habent anodynâ, seu, ut HELMONTIUS loquitur, vi furorem Arcei sedativâ pollent & gaudet: Exempli loco sit Sulphur Antimonii, Sulphur Vitrioli anodynum, &c. Unumquodque autem Sulphur metallicum, specialem habet naturam, ex naturâ Metallum sui radicalis, & simili vi anodynâ gaudet, uti dicit ZWELFFERUS. Sulphur certè Solare præ aliis vi Sanguinis purificativâ gaudet; adèdque certum est, quòd in intimis Metallorum sint varia inclusa, quæ habent activitatem; sed quoniam latent sub duro cortice, & Sulphura absque adhæsiōne aliarum particularum commodè extrahi nequeunt, propterea variæ institutæ sunt Præparationes, de quibus adhuc paucis agendum.

Præparata quod attinet Metallorum, eorumque usum, imprimis circa Sulphura Metallorum fixa, horum Extractions, & inde paratas Tincturas, occupati sunt Chymici, inescati nempe effatis HELMONTII Tr. In Herbis, Verbis & Lapidibus, & POLEMANNI de Sulphure Philosophico, inter alia Sulphura, Vitrioli Veneti extollescentes, propter vim anodynâ, ceu Arcei ferocientis sedativam, quo, cessante ejus orgasmo præternaturali, ejusque robore vitali sic restituro, ipse vegetior insurgat in Causas occasionales Morborum: quibus & alii vim temperativam horum Sulphurum, cujusvis Acris in Corpore, adèdque præter naturam Effervescentias Contentorum, & Irritationes solidarum Partium excitantis, adducunt: adèd ut Sulphura hujusmodi metallica genuinas Panaceas omnino constituent, sive ex Corporibus metallicis perfectis sive imperfectis, istis tamen cognatis, v. g. Antimonio, &c. eliciantur. Pertinent adèdque huc omnes Tincturæ Solares, Aura potabilia, Tincturæ Lunares, Essentiæ Vitrioli Veneti. Pro hoc ergò, Tincturæ & Sulphura Metallorum præparandi scopo, Metalla in primam suam Materiam reducere, hinc Sulphura tingentia eorum separare, & ita metallica Corpora, ob Animæ nempe separationem, destruere gestiunt: sed de hoc ipso accuratioribus & circumspiciōribus Chymici omnino dubitant, pernegantes, ex Metallis Solutionem partium essentialium, vel minimam fieri posse, ob homogeneam eorum & fortissimam Mixtionem, ut per addita multipliciter larvari possint, sub integritate tamen Essentiæ; adèd ut sicut per se Metallum quoddam potabile reddere impossibile sit, sed additum Liquidum requiratur, quo redigatur in consistentiam liquidam, ut sub formâ liquidâ possit assumi; ita etiam Sulphura, Olea & Tincturæ ex Metallis elicere, æquè impossibile esse, ut per Præparationum varietatem, additorum multipliciter, & varias hinc omnes factas combinationes, nunc Sulphuris, Olei, Tincturæ, &c. faciem præferre queant, ipso Metallo integro, seu corporaliter adhuc præsentem. Non enim sufficit, ut Metalla sint potabilia, & sub formâ liquidâ assumi queant; sed ita debent esse potabilia, ut non amplius possint reduci in antiquum consistentiam metallicam: simul atque enim metallicum Medicamentum denuò potest reduci in antiquum suum Corpus durum & metallicum, non est perfectâ potabilis Medicina ex Metallo, sed est solum Solutio Corporis homogenei in partes homogeneas; sin verò ita resolvantur, ut tota compages resolvatur, & vinculum mixtionis omnino dissolvatur: ut non amplius possit reduci, Metallum est verè potabile, & stupendos edit effectus.

Redactis ita in Liquorem, & factis potabilibus Metallis, qua ratione virtutes in apicum extrahantur, Quæstio est: quomodò operentur? an per virtutem irradiantem & spiritualement? an per contactum corporalem? Quoad prius, cum operentur sub minutissimâ Dosi, hætenus à plurimis conclusum fuit, quòd operentur per virtutem irradiantem, quâ dirigant Archeum, excitent, & certas ac amicabiles Ideas, exsuscitent; quæ

Præparationes Metallorum sunt

I. Purgatio.

quæ si fuerint labefactatæ, ut operentur ad conservandam ac restituendam Sanitatem in Corpore humano ad earum ductum. Et quidem hanc vim radiativam Metallorum consistere in eorum Sulphure, seu Pinguedine sulphureâ Metallorum, dicunt: inter quæ Sulphura metallica primatum obtinet Sulphur Veneris, quod ex Vitriolo Veneris elicitur, & ab HELMONTIO Primum Ens Veneris vocatur. Verùm cum Remedia jam dicta mediante, & per accidens Succos in primis viis alterando, effectus suos edant, nec Vitrum Antimonii Vino infusum, & Mercurius vivus in Aquâ coctus, sine ponderis imminutione remanente, ab alteratione immunes sint, quin Acidum Vini vel Aceti à Vitriolo vel Regulo Antimonii subtilissima ramenta abradat, & horum poris se insinuando horum defectum suppleat; omnino hæc per contactum corporalem, radices fixiores Morborum chronicorum corrigendo, operabuntur; adeoque ad vim radiativam confugere, opus non erit; præsertim cum ex Metallis parata Remedia sub Sulphurum vel Tincturatum formâ nobis cognita, subtiles saltem Solutiones coloratæ sint, & corrosiones Corporis totius in partes minutissimas, unde etiam facile reduci possunt. Sanè possunt inflammabilia reddi Metalla; possunt volatilifari, ut facile auras petant; possunt ita apparenter destrui, ut etiam modis hætenus cognitis reduci nequeant; integrum Metallum interim in minima sui redactum, & aliorum plus minus homogeneorum additione variè incrustatum, semper præsens erit. Venus cum Sale Ammoniacò facile inflammabilis reddi potest; quod & BOYLE observavit in *Hist. Fluid. & Firm. pag. 32. & Chym. szept. pag. 3.*; ipsa tamen Venus in suo Concreto manet integra. Quis autem non existimaret, Veneris sic Sulphur haberi, aut Corpus ejus saltem totum destructum esse? Luna cornea adeò volatilifata vel ita destructa est in suo Concreto, ut nullâ ratione, nisi per Saturnum, & hoc etiam cum damno, reduci queat. Quis ergò Corpus Lunæ ex parte destructum esse non existimet? nisi integram Reductionem modò docuisset KUNKELIUS in *Obs. Lit. G. No. 5.* Curiosum est Experimentum, quod habet BECHERUS *Suppl. 2. pag. 29.* ubi mediante Lunâ certo modo præparatâ Mercurii vivi partem in Lunam transmutat. Quis hic non asserat, Lunæ Animam seu Sulphur tingens extractum esse, quod in Mercurio verò Corpus induat, & hunc ita in Lunam animet? cum tamen ex Processu clarum sit, integram semper Lunam absque ejus vel Corporis destructione, vel Partis cujusdam essentialis separatione, permanisse. Porro Aurum non solvitur in Spiritu Salis communis, etiam rectificatissimo; sin verò Auro etiam purissimo absque ullâ Lunæ miscelâ affundatur Spiritus vel Oleum Salis, pederentim leni digestionis igne, Spiritus elegantem citrino-aureum acquirit Colorem, quem ex Auro extraxit, ipso Auro in fundo albo remanente. Aurum hoc album nullo modo nec Borraxe, nec Alcalibus in Aurum reducibile est. Quis ergò non dicat, Auro suum Sulphur extractum esse? nisi Antimonium fraudem ostenderet, cum quo Aurum fufum denuò in pristinum splendorem redit: quem ut ab Antimonio superaddi Auro asserant, nondum tamen hoc probatum est. Et res hæc altioris est indaginis: nempe Spiritus Salis aliquantulum ex superficialibus Auri particulis quasi abrasit; quod patet, quia Mercurio ipsi injectus Auri particulas in fundum præcipitat; simul verò etiam particulæ quædam Spiritus Salis Auro in fundo tantùm pertinaciter adhæserunt, ut nullâ ferè arte separabiles sint, hinc apparet albus ille Corporis Color. Idem Aurum, dum in Auro fulminante occurru Nitri, non secus ac Sulphur in Pulvere pyrio, scloperat, hoc Sulphuris sui ratione facere à quibusdam asseritur; quod quàm falsum, sit, eo ex apparet, quòd Aurum illud in formâ Pulveris purpurei post Fulminationem remanere soleat: ideò verùm est Philosophorum effatum: *Facilius est, Aurum construere, quàm destruere.* Cupri quodnam genuinum Sulphur, aut quæ conveniens ejus Tinctura, quatenus cum Aquâ Forti cœruleum, cum Spiritu Urinæ cyaneum, cum Spiritu Salis viridem Colorem exhibet? Quot Præparationes Tincturarum ex Lunâ hætenus innotuerunt, plures earum etiam pro genuinis fuerunt habitæ, cœruleo Colore conspicuæ; quas omnes tamen falsas fuisse, & Veneris tantùm in Lunâ hospitantis fructus, Modernorum probat industria. Sanè cum Colores Metallorum (qui Sulphuris putantur effectus, & cujus extractione fiant Tincturæ similis Coloris, remanente Corpore Mercuriali albo) oriantur proximè à specificâ uniuscujusque Metallii Textu-

Tom. IV.

II. Calcinatio. 1. Immerfiva. 2. Vaporosa ac Illinitio. 3. Amalgamatoria. 4. Cementatoria. 5. Reverberatoria. III. Volatilifatio: unde Metallum volatilifatum, id est,

in

râ, quæ ex Sulphure & Mercurio firmissimè in Sale confermentatis, & ita ab his omnibus junctis dependet, facile apparet, quòd fundamento ruinoso ista Sulphuris singentis Extractio & Metallii potabilis Præparatio innitatur, ita ut videantur non tam Extractio, quàm per Addita in Sulphur & Tincturas mutationes.

Equidem qui contrarium asserunt, non ineptè, viis hætenus cognitis modisque ordinariis, nudis nempe Solutionibus per Menstrua vulgaria corrosiva, fieri hoc neutiquam per se concedunt; sed sublimiora requiri Media, nempe vel secundùm SENDIVOGIUM in *Novo Lum.* quærendam & comparandam talem Humiditatem, quæ Aurum sine violentâ seu strepitu solvit; imò ita suaviter & naturaliter, sicut Glacies Aquæ calidæ beneficio liquefcit, vel secundùm HELMONTIUM investigandum est universale illud Menstruum Liquor Alcabeft, de quo idem dicit, *Aurum radicaliter in partes heterogeneas, Sal scilicet, Sulphur, & Mercurium, per se sequestrari se non pati, nisi per unicum Liquorem constructivum;* quo ipso hunc innuit. Sed quamdiu nobis deficit talis Liquor, haud nisi Adeptis concessus, nec judicare de præparatis ejus medio Remediis metallicis, nec an reverà illius ope essentialis partium sit Separatio, aut externi saltem Sulphuris Extractio, affirmare possumus: utur & hoc in puncto strenuè se illis opponat BECHERUS *Phys. subterr. pag. 483. seqq.*

Sublimior ergò requiritur Metallorum Præparatio; omnes autem Solutiones vulgares sunt Corrosiones superficiales Corporis totius in partes minutissimas, unde etiam facile possunt reduci ita corrosa Metalla. Est enim Solutio vel Superficialis, vel Radicalis, & ratione Modi, vel Violenta vel Amica. Superficialis est, quando saltem integrum Corpus metallicum in suas minutissimas particulas dissolvitur, quæ sunt ejusdem naturæ cum toto. Radicalis, quando Concreto in suâ naturâ & radice resolvitur, ita ut ad eorum Principia descendamus: v. g. ut Sulphur Mercuriale à suo Principio terreo salino separatur. Solutio autem Violenta est, quæ fit per Menstrua corrosiva acida, quæ cum impetu & strepitu totum Concreto metallicum corrodit & alterant, quæ nonnunquam est destructiva. Amica denique est, quando citra talia Menstrua, & sine corrosione insigni, Metallum injectum blandè dissolvitur & liquefcit, quemadmodum Glacies in Aquâ tepidâ. Genuinæ ergò Solutiones præparandis Sulphuribus Metallorum debent esse Radicales, Amicæ, & naturæ metallicæ convenientes; sic enim aperitur Metalla, & eorum Sulphur extravertitur, ut postmodum ex his possit fieri Extractio Sulphuris.

Quod de Sulphuribus metallicis, & hinc passatis Tincturis liquidis, hætenus dictum, idem de Salibus ex Metallis asserendum; genuina talia hætenus parata fuisse nulla, utur ex Additorum ratione, præsertim Menstruorum, Corpora saliformia, in quibus tamen vis Metallorum minimè delituit, producta fuerint: verbi gratiâ ex Metallis Sal fixum à se paratum refert KUNKELIUS *P. 1. Obs. Lit. B. No. 3. P. 2. pag. 168.* quod Mercurium in Lunam transmutavit; quæ vis transmutatoria mox ostendit, non genuinum aut propriè dictum Sal fuisse, sed de integrâ Metallii naturâ, scilicet de ejus Sulphure, simul participasse. Utur autem Reductio Metallorum in primam Materiam, ac Sulphuris ac Tincturæ hujus medio Præparatio, sit ardua; tamen etiam absque tali Reductioe utilia Medicamenta, eaque varia ex Metallis fieri possunt Anodyna & Analeptica, plus minus polychresta; quæ & ipsa, more hætenus recepto, Sulphura & Tinctura, scilicet latiori sensu secundùm hætenus dicta, vocari possunt. Non secus enim ac Cinnabaris nativa vel Antimonii optima sunt Remedia, defectui Sulphuris antimonialis fixi, ejusque Tincturæ elegantioris à BASILIO VALENTINO descriptæ, suo modo substituenda; ita etiam de aliis Præparationibus metallicis hoc ipsum affirmandum.

Observandum autem hic, duplices esse Remediorum hujusmodi operandi rationes: dum quædam vi propriâ operentur, quædam ex texturâ novâ, quæ cum aliis sub Præparatione Additis emergit, alienas novas potentias acquirunt; quæ ratione v. g. Mercurius vivus assumptus brevi innoxius transit, qui per sublimationem Acidis combinatus corrosivus ac venenosus evadit. Sub his Metallorum Præparationibus, ut utilia Medicamenta ex iis sub Sulphurum vel Tincturarum formâ eliciamus, quæ tanquam subtiles sal-

Z z z 2

tem

in spiritualem naturam redactum.

IV. *Extractio*, vel potius *Maturatio*, seu *Exaltatio*: unde *Tinctura*.

V. *Sublimatio*: unde *Flores*.

VI. *Salificatio*: unde *Sal*.

VII. *Mercurificatio*: unde *Mercurius*.

AURUM.

tem & plùs minùs artificiosæ ac coloratæ Solutiones erunt, opera danda, ut ita præparentur metallica Corpora, quò textura eorum in minimis ita alteretur, ut quasi nonnihil aperiatur, atque Substantia eorum sulphurea quasi extrahatur, quæ aliàs in Concreto intimè clausa delitescit. Rem totam ut Exemplo intelligibilem reddam, consideremus *Mercurium vivum*: Hic per se præcipitatus *Sulphur* suum externum (de quo conf. *Hipp. Chymicus TACHENII cap. 24.*) extrahit, & hujus medio mutat texturam, ac *Pulvis rubicundus* evadit texturæ fixioris, virtutis diaphoreticæ, & hinc febrifugæ, ut in majori dosi & repetito usu etiam salivatorius sit: istæ tamen virtutes in eodem viro non deprehenduntur: tamen facillè iterum reducibilis est in antiquum *Mercurium vivum*, in quo istud *Sulphur* quasi obrutum delitescit, & qui alias etiam proprietates obtinet. Vel sicut *Regulus Antimonii* cum *Acidis* tractatus dat *Mercurium Vitæ emeticum*, cum *Alcalibus* verò *Salibus* fusus abit in substantiam similem *Scoritis Reguli*, quatenus in hac Præparatione sulphurea ejus Substantia, mutato magis minimorum situ, extrapofita est, quæ in *Regulo* aliàs intus quasi delitescit, unde etiam ex hoc ipso ita præparato, *Sulphure Reguli Antimonii* vulgò dicto, per reductionem idem *Regulus* denuò acquiri potest, in quo *Sulphur* istud denuò intus occludatur, ex quo tamen antea extraverso cum *Spiritu Vini* non inconcinna *Tinctura* pro usu medico analeptico diaphoretica fieri potuit, qualem ex ipso *Regulo* obtinere non possumus.

Pro his ergò & similibus elegantioribus Metallorum Præparationibus, præliminaris Corporis metallici in minutiores sui particulas requiritur Reductio seu Solutio; Actio quæ duabus saltem fieri potest modis: per *Acida* nempe, & per *Mercurium*: quibus & tertius, si placet, addi potest, *Tritus*.

1. Per *Acida* fiunt ordinariò *Solutiones*, sive *viâ sicca* sive *humida* fiunt. *Via sicca* solvit *Metalla Acidum Ignis* fundendo seu liquefaciendo, item *Acidum salinum* aut *Sulphuris*, sub *Cementatione Metallis* additum, item *Volatilissatis* cum *Sale Ammoniaco*. *Via* verò *humida* solvunt *Liquores acidi* non sine strepitu & effervescentiâ plùs minùs, tam minerales, quàm vegetabiles. Inter illos *Aqua Fortis* & *Aqua Regia* primatum ducunt: inter hos verò *Acetum*; quibus addi possunt *Menstrua ex Rose & Pluviâ* præparata, nisi & hæc ad *Acida mineralia* suo modo referre velimus; cum nonnihil sub formâ *Salis communis nitrosi* operari soleant; ac perinde est, sive immergantur *Metalla Menstruo*, sive hujus *Hilitui* & *Corpori* saltem exponantur. Sed hac ratione *Sulphur* nunquam purum extrahitur. Solutio enim hæc est saltem superficialis totius, & in partes minutissimas Corrosio; unde facillè etiam *Metalla* ita corrosa reduci possunt.

Reductio hæc Metallorum in antiquum Corpus consistit in particularum acidarum *Menstrui corrosivi* à partibus metallicis *Separatione*, sive fiat per simplicem in *Ignis Exandescentiam*, sive fiat per adjuncta simul *Salia alcalia*, *volatilia*, *fixa*, inter quæ eminet *Borax Venetus*, & hinc *Sal Tartari*, *Sal volatile Fuliginis* &c., quibus mediatis propter *Acidi*, *Metallo* adhærentis, factam absorptionem, *Metalla* à compedibus corrosivi *Acidi* dimittuntur, & per levem *Fusionem* in *Crucibulo* in antiquum suum Corpus reducuntur: vid. in *Specie ERCKER in Aulâ subterrâ. pag. 164.*

2. *Mercurius solvit Metalla amalgamando*, eaque sola, nulla alia *Mineralia*, nisi ad Metallorum naturam plùs minùs accedant, uti est v. g. *Regulus Antimonii*. Ratio est: quòd in radice cum illis conspiret, cum & illa de Principio *Mercuriali*, quale in *Mercurio vivo*, sed jam inquinato, abundat, participant. Unde facillè hic illorum Concreta ingredi, eaque penetrare, & in minima sui discernere valet: idque eò promptius ac facilius, quòd plùs de hoc ipso participant, uti *Sol*, *Luna*, & *Saturnus*; difficilius verò & tardius illa, quæ minùs de eo participant, ut *Venus*, *Mars*, & *Antimonium*. *Venus* quidem difficulter; *Mars* verò & *Antimonium* per se, ob *Mercurii* paucitatem, *Sulphuris* verò respectivam abundantiam & cruditatem, minime cum *Mercurio* amalgabilia sunt. Hinc etiam *Calces Metallorum*, v. g. *Aurum fulminans*, *Luna cornea*, &c. cum *Mercurio* difficillimè amalgabilia existunt, ob *Sulphur acidum Menstruorum* solvenciam, pertinacius ipsis adhærens. *Modum Amalgamationis* describit *ZWELFFERUS Mant.*

Spagyrica pag. 320. Fundamentum verò *Amalgamationis*, ostendit *BECHERUS Phys. subterrâ. l. 1. pag. 445 & suppl. 2. pag. 3.* Metallorum hæc per *Amalgamationem* Solutio, saltem in minimas sui particulas discernit *Metallicum*: nam post *Mercurii* separationem, *Pulvis* seu *Calx* relicta per se facillè in *Metallicum* reducibilis est. *Separatio* autem *Mercurii* optimè fit per *Retortam*, *Amalgama* blandè destillando, & ita *Mercurium vivum* denuò acquirendo: conf. de hac *Mercurii*, atque etiam *Metallorum* post *Amalgamationem* *Reductione*, *ERCKER pag. 199. Tract. superius citato*. *Alcalia* ergò in *Metalla* nil operantur, sed *Acida* & *Mercurius*: nî hunc ad *Solvens alcalinum* non ineptè referre velimus, qui ut in *Metallo* constituendo *Alcali* vices respectu *Sulphuris* obit, ac *Mercurius vivus* *Alcali* metallici rationem repræsentat; ita *Mercurius vivus* per illa, quæ *alcalinæ* naturæ sunt, fortificari potest, ut potentiùs amalgamando solvat: de quo vid. *BECHERUS Suppl. 2. P. 3.*

In *Metallis* verò, jam *Solutione* præviâ in minima sua redactis, *Alcalia*, præsertim *volatilia*, non penitus inefficacia observantur: penetrando nempe intimius eorum texturam, & extrahendo nonnihil eorum *Sulphur*; unde non inconsultò *Spiritus Vini* cum *Spiritu* aut *Sale volatili Urinæ* sociata, à quibusdam pro *Extractione Tincturarum metallicarum*, præmissis præviis illorum *Calcinationibus* seu *Solutionibus*, adhibentur. Quinimò pertinet huc effatum *BASILII de Sale Ammoniaco: Sal Ammoniacum non est minima Clavis ad referenda Metalla, unde etiam ab Antiquis comparatur Avi volatili. Potest etiam educere Colores, Tincturas Mineralium, & similibus Metallorum, velocibus suis pennis supra montes niveos.* Vid. *BASILII VALENTINI Wiederholung des Grossen Steins, p. 93. von Salmiac.*

Sed observandum tamen simul, quòd *Salta alcalia* eo ipso, quo agunt in *Sulphura* metallica, primariò inserviant ad *Mercurificationem Metallorum*, seu ad *Mercurios* Corporum ex *Metallis* parandos. Scilicet *Salia* hæc sunt transmutativa *Metallorum* in tale Corpus fluidum, seu resuscitativa dicta, partim *alcalina*, partim *Alcalibus* vicina: v. gr. *Sal Tartari*, quod dicitur *TACHENIO Sal privilegiatum*, quoniam potentiùs extrahit *Mercurium*; *Cineres clavellati*, *Sal Urinæ*, *Urina humana*, & cum hoc præparatum *Sal Ammoniacum*; item *Spiritus Fuliginis*, & ejus *Sal volatile*, *Borax*, *Acetum*, & suo modo *Sal commune*, non quòd ex *Metallis* parandum *Mercurium* resuscitent, eumque vivum fiant, qui cum *Sulphure* Concreta *metallicum* antea constituebant (qualis etiam *Mercurius vivus* *Metallis* non inest); sed quòd agendo in *Acidum Sulphuris*, hujus vim enervent, ita, ut *Coagulum metallicum* talium additione & interpositione, mollius, & hinc fluidum tandem perfecti *Mercurii* vivi schema repræsentet: parili ratione, ut rem simili aliquo modo illustrem, atque *Lapides vitrescibiles* aut *Silices*, *Alcali* additione in *Vitrum* facillè fusile abeunt; qui etiam uberius *Alcali* additione per deliquium *Liquores* reddunt, saltim quatenus *Alcali* enervat *Acidum Lapidis*, quod hinc latius dilatatum aut diffusum, firmam talem *Coagulationem* facere nequit, quin vel *Vitrum molle*, vel etiam per deliquium *Liquorem* suggerat. Ita & *Salia* ista *Mercurium* ex *Metallis* non separant, sed ex iis novâ texturæ mutatione faciunt: quòd ipsum tamen in perfectis *Metallis* absque simultaneâ *Mercurii* vivi additione fieri nequit, propter intimiorem *Sulphuris* cum *Mercurio* colliquationem quasi & concentrationem, ad quam viz præterquam maxime *homogeneum* penetrare valet *Agens*. Non ergò talis *Mercurius* præexistit in *Metallis* tanquam pars componens; sed est novum *Productum artificiale*, in quo *Metallicum* latet adhuc integrum, & suo modo *reducibile*.

Rarissimæ aliàs sunt *Aves* hujusmodi *Mercurii Corporum*, à *ROLFINGIO* propterea, multisque aliis etiam, inter *Non-entia* relati: non tamen omnino negandi sunt, quoniam *Experientia* confirmat, utut difficilius sint acquisitionis. Sic ex *Lunâ* facillè *Mercurius* currens & fluidus paratur, ut oretenus hoc affirmavit *Dn. BOYLE*, quem sæpiùs alios præparare docuerit: & *Dn. D. MICHAELIS* refert de *Generalis ARNHEIMIO*, quòd habuerit *Mercurium vivum Solis*, cujus hæc fuit nota, quòd in loco obscuro & tempore nocturno scintillas igneas visus fuerit emittere, agitatus & motus. *Mercurius Jovis* & *Saturni* facillè est præparatu; & dixit mihi expertus quidam *Chymicus*, se casu incidisse in Mer-

A U R U M.

Aurum, Metallorum cunctorum est nobilissimum, solidissimum, colore fulvum, compactum ex Principiis suis. nè digestis, adeoque fixis.

Dicitur Chymicis 1. *Sol*, quia Soli tum macrocosmico, seu cœlesti, tum microcosmico, id est Cordi, sympatheticè respondere creditur: unde & *Solis Signo* notari suevit. Germ. *Gold*. Gall. *Or*.

Mercurium Saturni: scilicet quidam solvit aliquando *Saturnum* in *Spiritu Nitri*, & Spiritum Nitri postmodum abstraxit, hinc remanserunt *Cryballi* in fundo, quæ *Cryballi* agitata cum *Spatulâ ferreâ*, & ita repositæ, tempore quodam interjecto, granula *Mercurii vivi* dederunt, adhærentia *Spatulæ ferreæ*.

Proba Mercurii Corporis metallici, quâ à Mercurio curren- te vulgi distinguitur, est hæc: quod talis *Mercurius Corporum* in volâ *Mandis* detentus promptè cum quodam fervore *Aurum* injectum perfectè & radicaliter solvat, ita ut ex calore & fervore, quo in istud solare Corpus agit, vix in *Manu* detineri queat. Deinde talem *Mercurium Corporum* in Corpore humano nullam *Salivationem* efficere ajunt, sicut solet facere *Mercurius vulgi* vivus.

Sed cum hæc *Mercurificatio* ferè instituat eum in finem, ut *Philosophico Lapidi*, seu *Tincturæ Physicæ*, labori in viâ sicca interserviat; de hac verò nostri instituti non sit dicere; ob id de his materiis consulendus præ cæteris hoc in puncto perspicuus *BECHERUS Phys. subterræn. lib. 1. & hujus Suppl. 2.*

3. Istis duobus modis in minimas integri sui Corporis particulas nempe integrales, rediguntur *Metalla*, ultra quem effectum, an aliquid amplius præter *Tritus*? equidem haud adeo constat, utut *Sal Aeris universale* imprimis huc efficaciter concurrere, & Corporis reclusionem efficere intimiorem asserat *LANGELOTT in Epistola præfixâ Experim. Tilmanni*; de quo tamen uberius consulenda venit *Experientia*.

Hactenus de *Metallis in genere*: sequuntur jam *Species* eorum, & primò quidem *nobiliorum*, quas inter omnium oculis perstringit

A U R U M.

Aurum Metallum nobilissimum in universo Regno Minerali *Rex* est, quoniam est solidissimum, & diutissimè persistit in Igne. Notatur *Signo Solis*, quia respondere *Cordi* in *Microcosmo* creditur. Ex accuratiorum Chymicorum scrutinio *Sulphure* pauco, sed maximè potente in qualitate, hoc est, *Sulphure maximè fixo* & inde potentissimè tingente, sed potente *Mercuriali Principio* multo, utroque depuratissimo, *Principio* autem *salino-terreo* puro omnium minimo exceptis, contextum dicitur. Hinc dicunt *Philosophi*, quòd *Aurum nihil aliud sit, quàm purissimus Mercurius coagulatus à fixissimo Sulphure*. Ex hoc firmo *Coagulo* dependent omnes *Auri proprietates*; ex copiâ *Mercurii* mira ejus *Ductilitas*, item ex copiâ *Mercurii* coagulati oritur & *Ponderositas*: ex *Sulphure* verò, quod per se admodum fixum est, oritur *Auri Indestructibilitas*, ut nullo Igne possit immiui, sed illibatam persistat.

Variat autem *Aurum*, nec omnia ejus individua inter se conveniunt; sed unum altero pro varietate *Loco natalis*, nunc durius, nunc mollius, magis vel minùs tinctum erit. Sic *Aurum Hungaricum*, præ cæteris hoc tempore nobile, primum obtinet, & fixissimæ naturæ est: ex *Insulâ Madagascar* est *Aurum Hungarico* mollius, & instar *Saturni* fusile facile, pallidum item, atque quasi immaturius reperitur? Conf. *BORRIGHIUS Ortu & Progr. pag. 50.* item *BOYLE Tentam. pag. 65.*

Quæritur autem: An *Corpus* adeò *fixum & densissimum*, quòd & in fortissimo Igne ne tantillum amittat, aliquam in Corpore habeat efficaciam? Negatur: Nempe *Aurum crudum*, vel foliatum, vel limatum, vel minutissimi sub formâ *Pulveris*, cum *Pulveribus*, vel *Syrupis*, &c. frequenter permixtum, nihil operatur in Corpore: nam sine omni activitate excernitur, nisi quòd aliquid patiat ab *Acidis*. Addunt quidam in *Destillatione Aquarum pretiosarum*, addunt *Jusculis consumptis*, &c. sed simili usu insano; quoniam, quamdiu manet in Corpore, nullam potest exere efficaciam. Sunt alii, qui applicant *Aurum Pulvis*, & expectant ab illo *Confortationem* Corporis: sed similiter decipiuntur. Nam si vel 100. annos relinquerent in *Pulvis* *Aurum*, nullo tamen modo hoc

2. *Rex Metallorum*, quòd principatum inter *Metalla* sibi vindicet.

Præstantissimum censetur *Arabicum*, hinc *Ungaricum*, tandem *Rhenanum*.

Vires. *Balsami* seu *Calidi nativi*, *Cordisque* summum corroborans est, unde & in omnibus *Morbis* in quibus *vires* rescificandæ sunt, cum successu exhiberi poterit. *Mundificat* insuper *Sanguinem*, noxiorum scilicet *Humorum* discussionem ac *diaphoresi*.

N. Cru-

pacto perciperent exinde *Confortationem*. Nec usus *Auri sub formâ potabili* mediante sui *Candefactione* & *Extinctione* in *Aquâ appropriatâ*, contra *Icterus flavum*, *Affectus* chronicos, pro scopo confortativo, & resistendâ *Malignitate*, &c. non adeò insignis est, nec tanti ponderis: de quò jam supra monitum, & præterea conf. *HOFFMANNUS Clav. pag. 200.* Quòd sæpiùs quidem extinguitur, eò magis de *Pondere* amittit *Aurum*: *Liquor hic extinctionis Solis* evaporetur aliquantisper, magnâ ex parte remanet flavus & aureus: sed si ad siccitatem evaporetur, facile denuò sub formâ *Pulveris* aut *Calcis* albicantis subsidet in fundo, quæ facile potest reduci fusione in *Aurum fuscum*. Nullam ergò efficaciam in Corpore humano habet *Aurum* per se, utut *BURRHUS in Epist. ad Barthol. scriptis*, & *LOCATELLUS in Teatro de Arcan. Chym. Arcano V. pag. 36.* de hisce aliter sentiant, & frustra laudent.

Aliàs laudatur *Aurum apyrum*, quòd est *Aurum perfectum* ex *Fodinis* extractum, quòd nullum *Ignis* examen percepit; & hoc *Aurum apyrum* Odorem suaveolentem de se spirat, & singulare prædicatur *Cordiale*: videatur *HAUPTMANNUS in Scripto collisivo pag. 86.* hocque *Aurum* à multis commendatur pro usu medico; cæterùm non semper tutò, quoniam in ejus *Minerâ* reperitur semper aliquid de *Excrementis Veneris* & *Lunæ*, & sic redditur *malignum & venenatum*; si verò haberi possit *apyrum purum*, non dubito, quòd ex eodem possit parari elegans *Medicina*, quoniam in Igne partes primo *Enti Auri* viciniore, & volatiliore exhalant, ex quibus unâ possit fieri elegans *Aurum Potabile*. Sunt, qui dicunt, quòd *Aurum* habeat vim purgandi: sed si hoc facit, facit tantùm per accidens.

Observandum igitur, ut, si *Aurum vires* quasdam, ab *Autoribus* sibi adscriptas, & habere & exercere debet in Corpore humano, necesse sit, ut eliciatur ejus *Principium sulphureum*, ex quo in formâ liquidâ paratur *Tinctura* seu *Aurum Potabile*. In ejusdem enim *Sulphure* seu *Tincturâ* vim cordiale analepticam, Morborum præsertim acutorum *Panaceam*, inesse, *Autores* ostendunt. Nec deneganda est *Remediis Solaribus* egregia sua in *Morbis acutis* efficaciam, *Acris* cujusvis insigniter correctiva, & *Spiritus vitalis* torrobtorativa. Unde quoscunque *Affectus* citò, tutò, & jucundè curare poterimus beneficio hujus *Sulphuris*: post quòd nihil melius, quàm *Sulphur Vitrioli Veneris*. Proba *Sulphuris* ex *Auro* extracti est, ut reliquum Corpus remaneat destructum, nec amplius reduci possit in antiquum Corpus metallicum rubeum.

Aurum autem Corpus est compactissimum & solidissimum, exinde impedit *Ignis vim*. Per *Menstrua corrosiva* notum est, quòd destruat: sed semper denuò potest in suum antiquum Corpus redigi. Nam hactenus inconcussus stat *Chymicorum excellentissimorum Canon*: quòd *facilius sit Aurum construere, quàm destruere*: & propter hoc ipsum seu firmissimam hanc unionem, vocatum fuit *Aurum* à *Veteribus Fortitudo Fortitudinis fortissima*. Et ex hac ipsâ difficultate destruendi *Aurum*, dum semper ferè potest reduci per *Salia fixa*, patet, quid habendum sit de *Preparationibus vulgaribus Auri*? quòd fiat tantum *superficiales* Corporis integri in minutissimas *Particulas Separationes*; non verò *radicales* ejusdem *Solutiones*. Nam in summâ: *Auri perfecta vera & legitima Preparatio consistit in Solutione radicali*: sed hoc opus, hic labor.

Patet ergò, quid habendum sit de *vulgari Calcinatione, Solutione & Tincturis*? quòd scil. sint *simplices Solutiones*, parvi aut nullius usus in *Medicinâ*; à nullo enim dissolvitur radicaliter, &c. nullus etiam habet verum *Aurum Potabile*. Unde præparata ex *Sole* *Remedia*, eorumque vires, accuratè priùs pendendæ sunt; adeoque in *Judicio de Remediis genuinis ex Sole parandis* tria probè observanda sunt:

1. An *Corpus Solare* magis vel minùs reclusum sit? Optimè enim *PARAGELSUS* pro *Auro Potabili* parando primum gradum statuit, ut fiat volatile, nec amplius possit reduci.
2. Quale & quomodò adhibitum sit *Menstruum*? pro hujus enim

N. Crudum Aurum foliatum Veteres multis commiscuere Compositionibus. Verum, mehercle, cui bono, præterquam quod Oculos pascit, non video; solidior enim & compactior ejus Substantia est, quam ut Calido nostro resolvi, inque actum deduci queat. Nec sufficit, quod nonnulli mutua Cordis ac Auri effluvia sympathica statuunt, atque easpropter Aurum foliatum exhibent. Etenim præterquam quod eadem facilitate id destrui possit, qua citra rationes adseritur, applicari possit extrinsecus majori in copia, atque dubio procul majori cum utilitate, minoreque vel nullo cum dispendio.

PRÆPARATIONES.

I. PURGATIO.

Purgatio Solis fit, vel à *Sordibus* superficiei adhærentibus, vel à *Metallis imperfectioribus* commixtis.

Purgatio à Sordibus sufficit *Lotio ex Aquâ*, præcipue quæ *Tartaro* vel *Sale communi* imprægnata est, vel ex *Aquâ Forti* minus spirituosâ, id est, aquosiori.

Purgatio ab imperfectis Metallis fit

1. Per Calcinationem immersivam.

Solvitur *Aurum* in *Aquâ Regiâ*, quæ solum *Aurum* solvit relictis reliquis intactis: hinc depletur Solutio præcipitaturque; *Calx* illa denuo fusa purum exhibebit *Aurum*.

2. Per Fusionem.

1. *Cum Antimonio*. Fiat *Regulus Solaris*, modo quem habes de *Regulis in Antimonio*; *Regulum* hunc *Solarem* *Cruci-*

enim indole, & inde sæpius natâ, apparenter saltem, Tincturâ, diversas facultates viresque acquirunt *Solaria Remedia*.

3. *Ipsorum Menstruorum cum Corpore Solis* considerentur probè *Congressus*, exque his nata nova *Textura*, & novum emergens *Concretum*, subinde stypticum, interdum laxativum. Unde etiam variz novæque *Vires præcisè Solares* originem suam nanciscuntur.

Meretur hinc considerationem *Effatum VERULAMII Tr. de Hist. Vit. & Mort. pag. 84 §. 84.* dum inquit: *Existimamus, Spiritus salinos, per quos fit dissolutio, virtutem illam, quæ reperitur largiri potius, quam ipsam Aurum.* Quod si aperiri possit absque *Corrosionibus*, aut per *Corrosiva* bene postea abluta, rem non inutilem fore arbitror. Nam ut rectè loquitur *POTERIUS in l. 2. Pharmacop. Spagy. pag. 452. Summa Auri Preparatio in Dissolutione consistit. Hæc verò procuranda est sine Corrosivis; secus non Medicamentum, sed Venenum, conficitur. At sunt Corrosiva ea omnia, quæ à salinis Spiritibus educuntur; & sunt tantum Solutiones superficiales, & reductibiles in antiquum Corpus. Nam reduci possunt vel per *Salia Alcalia*, vel per *Mercurium vivum*, vel per *Laminam Jovis*. Potius igitur blanda & insipida *Menstrua*, citra rosionem *Aurum* liquefacientia, & citra sensum manifestum solventia, requirantur.*

I. Ad PRÆPARATIONES vulgares aliàs pertinet *DEPURATIO AURI à Sordibus superficialibus*, partim ab *imperfectis Metallis* ipsi adhærentibus.

1. *Metalla*, quæ adhærere solent, sunt imprimis *Luna*, item *Venus*, ex quibus præsertim *Venus* difficilius separationis existit. *Luna* convenientissimè separatur per *Aquam Fortem*, item per *Aquam Regiam*: qua ratione etiam *Venus* potest separari; hæc tamen specialius mediante *Saturno* elicitur: utraque tam mediante *Antimonio*, quam mediante *Cementatione*, separatur. Per *Aquam Fortem* depuratur convenientissimè *Aurum* per repetitas ejus recentis affusiones & extractions; hæc enim *Lunam* & *Venerem* cæteraque *Metalla* saltem extrahit, *Aurum* verò extractum relinquit: *Calx* relicta probè dulcorata *Aurum* purum existit: Conf. *ERCKERUS in Aula subterr. pag. 185.* Per *Aquam Regiam* depuratur *Aurum*, quatenus hæc solum *Aurum* solvit, *Lunam* verò intactam relinquit; Solutio præcipitata *Calcem Auri* purissimam optimèque tinctam suggerit: Conf. *ERCKERUS loco citato pag. 195. & 196.* Sed convenit saltem, quando *Aurum Lunæ* permistum est; si enim *Venus* adfit, hæc ab *Aquâ Regiâ* simul solvitur. Et huc pertinet *Purificatio Solis per Quartationem*, qua *Aurum* depuratur ab omni *Lunâ* permistâ, & separatur.

¶ *Auri vulg. p. j.*

Lunæ p. iij.

(Inde nomen *Quartationis*.) Hæc invicem miscunt & fundunt. *Misturam* fuscâ tundunt in *Lamellas*, postmodum his *Lamellis* superinfundunt *Aquam Fortem*, quæ

bulo impositum, colloca in *Anemium*, adde *Ignem Carbonum* circulearem (suppressionis quoque si vis): adhibe, si opus, *Follem*, donec totum *Antimonium* effumârit, & nonnisi *Aurum* penitus purificatum remanserit. Vocant *Germ. von dem Balge beglasen.* Gall. *de l'Or purifié par Fusion avec de l'Antimoine.* Sic purgatur *Aurum* ab omnibus *Metallis*.

2. *Cum Saturno*. Fit ad eundem modum, quo *Argentum* purgare docemus *Capite sequenti*.

3. Per Cementationem.

¶ *Aurum laminatum*. F. in *Ollâ cementatoriâ S. S. S.* cum *Cemento Vulgari* vel *Regali*; committe *Igni* gradatim horis aliquot, ut *Metalla imperfecta* comburantur.

Cementum vulgare.

¶ *Farin. Laterum* ℥ viii.

Sal. com. preparat. ℥ iv.

Sal. Nitri,

Erugin. ana ℥ ss. M.

Cementum Regale, quod soli Auro parcat.

¶ *Farin. Later.* ℥ iij.

Sal. Gemmæ,

Sal. com. preparat. an. ℥ i.

Misce humectando *Urinâ*.

Cementum optimum.

¶ *Auri p. i. Antimonii p. ij.* fundantur simul, hinc fac *Lamellas*

saltem *Lunam* absorbet & dissolvit, & *Aurum* in formâ *Lamellarum* integrum relinquit in fundo.

Mirum hic est, quod, si in istâ *Misturâ* plus de *Auro*, quam præcisè quarta pars sumatur, *Aqua Fortis* *Misturam* non attingat; sin minus, tunc *Aqua Fortis* ita *Misturam* solvit, ut *Aurum* non tam in formâ *Lamellarum*, sed in formâ *Pulveris nigri* subsideat.

2. *Depuratur etiam Aurum cum Saturno*, modo quem docet *AUTOR cap. 2. pag. 374.* Nempe *Concretum Saturni Mercuriale* imbibit omnia ignobilia *Metalla*, & sic etiam *Venerem*, quatenus horum *Acidum* isto *Mercuriali Concreto* saturatur, & ita absorbetur; sed *Lunam* cum *Auro* relinquit: hinc etiam est, quod *Aurum purum* cum *Saturno* tractatum ac capellatum, interdum pallidius factum fuerit: nempe propter *Lunam*, cujus semper aliquantum in *Saturno* reperitur. Conferatur *BOYLE Orig. Formar. pag. 264. item in Tentam. pag. 484.*

Omniū optimus purificandi *Auri Modus* est per *Fusionem cum Antimonio*. Nam *Saturnus* saltem imperfecta *Metalla* recipit, & *Lunam* in *Sole* relinquit, interdum etiam de eo aliquantulum absumit; unde *Scoriae* dicuntur *Lisbargyrium aureum*. Solum *Antimonium* est, quod tanquam *Lupus* ratione *Sulphuris* sui copiosi acidi, cætera *Metalla* rodit & absumit, Solemque optimè purificatum relinquit. Nempe post *Reguli Solis triplicem Fusionem*, quam videbitis in *AUTORE pag. 429.* relictus *Regulus Solis* in *Ignis* fufus medianter *Follis* ab adhærente *Antimonio* purificatur, & ita *Aurum purissimum* obtinetur. Conferatur *ERCKERUS in Aula subterr. pag. 191. item p. 209. E. g.*

¶ *Solis p. j.*

Antimonii p. iij.

Fundantur in *Crucibulo Igne forti*, & tertiâ vice repetatur in *Testâ probatoriâ*: dehinc *Regulus* fundatur *Ignis fortissimo*, sic abit *Sulphur Antimonii* cum aliis *Metallis Auro* admistis, & omnia *Metalla ignobiliora* in *Scorias* separat.

Interim *Antimonium sæpè retinet aliquid Auri secum*, ut observatum fuit. Separatur ergo, modò *Misturæ* huic *antimoniali* addatur aliquid *Martis*: *Mars* enim *Corpus* est efuriens, & allicit ad se *Sulphur antimoniale*, quod rodit *Martem*, & sic *Aurum* cadit in fundum in formâ *Reguli elegantis*. *Reductionem Metallorum* cæterorum, præsertim *Lunæ*, post *Solis* cum *Antimonio Fusionem*, videbitis loco citato pag. 191. & 192. Quidam *Auro* hoc modo depurando tertiâ, vel quartam *Veneris* partem addunt, cum in finem, ut *Aurum* hinc accipiatur elegantius tinctum; *Venus* autem *Soli* addita *Colorem* ejus rubicundiorum nonnihil facere solet: hoc est *Aurum gradare*. Conf. *ERCKERUS pag. 185. & 207.*

3. *Depuratio per Cementationem* fit saltem in istis casibus, quando *Aurum* multum superat reliqua *Metalla* addita. Nempe *Laminis Auri*, vel *Frustulis* depurandis additur *Cementum Regale*, paratum ex *Salibus* quibusdam, v. g. ex *Nitro*,

Coagulatio fit, vel Humiditatis discussione, vel soluti Auri repercussione, seu Præcipitatione.

Præcipitatur Aurum in stillatione Olei Tart. per deliq. iniectione Cinerum clavellator. vel Salium ex Vegetalibus elixivatorum.

Præcipitatur isidem Solutio Solis per Mercurium injectum.

Præcipitatio fit etiam cum soluto Sale Ammoniaco Spiritu Urina. Dissolutio cum Menstruo aquo in spido vix est possibilis. Potest tamen acrimonia Spiritus Sal. com. solventis aliquo modo occurrere. Sic multi afferunt Oleum Salis com. ferè inspidum evadere, si Lateres candentes sæpius in eo extinguantur, & postmodum destilletur Spiritus dulcescens, in quo potest Solem solvunt. Alii Balsamo Sal. com. dulci utuntur, quod fit ex Sal. com. per vices xii. Spiritu Aceti destill. imprægnato, deinde destillato: Flores Sal. com. collo Retortæ adhæren-

tes, solvuntur in Cellâ in Oleum Auri solutivum.

Hinc

*Aurum Sclopetans seu Fulminans.
ⲁⲡⲁⲩⲟⲩⲧⲏⲩⲟⲩ.*

R. Auri laminati & in frustra incisi q. v. solve digerendo in Aquâ Regiâ (ex Aquâ Forti ℥. i. Sal. Ammoniac. ℥iv.) Solutio in funde guttatim bonam quantitatem Olei Tart. p. d. (vel e contra Solutioem Auri infunde in bonam quantitatem Olei Tart. p. d.) donec Solutio clara & alba evadat, sic præcipitabitur Aurum instar limi; Sole omni ex parte præcipitato, elue sulfedines Aquâ communi, Calcemque Solis calore Hypocausti lenissimo exlicca, vel sponte suâ exliccari permittite; sic paratum est Aurum Fulminans.

N. Aurum hoc Fulminans cautè tractes, ne flammam scilicet

ritu Salis participat; bene autem ex hoc Spiritus Nitri additione paratus Spiritus Nitri bezoardicus, in præparatione Bezoardici mineralis abstractus, promptè Aurum solvit, & Menstruum peracutum BOYLEO constituit; cujus beneficio aliquando Aurum ad eò extraxit, ut Corpus album instar Lunæ fixæ remanserit.

Perinde autem est, si in Spiritu, siue suos Fluores redacta aut resoluta sint Salia, siue eadem in Aquâ soluta Auro addantur; solvunt etenim sic Aurum in Crocum purpureum, cujus descriptionem videbitis in ZWELFFERO Animadvers. in Pharm. Aug. pag. 406. & Mant. Spagyrica pag. 319. item in M. A. N. C. Anno 6. & 7. Append. pag. 85. Qui Crocus ulterius in Sulphur Solis seu Aurum Diaphoreticum potest redigi: si nempe ex hoc Croco Zwelfferi mediante Sale Ammoniaco addito (sed qui prius terna vice à Sale communi fuit sublimatus) ritè sublimateo, post Edulcorationem acquiritur Pulvis coloris elegantis instar purpurei, qui ulterius cum Spiritu Vini tartarificato circulari, atque in Tincturam Solis exaltari potest.

Eadem Solutio Auri melius adhuc in formâ sicca fieri potest, si nempe eadem proportione Salia ista cum Auri Foliis mixta, absque Aquâ, Cucurbitæ imponantur, & optimè sigillentur; lentoque Igne per aliquot horas digerantur. Sic Alumen bulliendo Salia & Auri Folia solvit, & quasi philosophicè Vasè clauso calcinat: Materia fit quasi aureo-lutea, quæ soluta cum Aquâ communi, præcipitatur cum Oleo Tartari per deliquium factò; sic Crocus decidit, præmissâ Edulcoratione lento Igne reverberandus. Et ex hoc Croco varia fieri possunt, cum corrosiva Salium corpuscula facile elici possint, quod in Aquâ Regiâ non æquè succedit: nam corrosivorum istorum Menstruorum particulæ tenacissimè adhærent Calcibus solutis, indeque interdum non levem noxam istis conciliant.

Ut autem Salia Aqua Fortis corrosiva à Calce Solis separentur, curiosus modus est hic:

℥. Pulveris Auri per Aquam Regiam in Calcem redacti, & quantum possibile, jam edulcorati, Mercurii dulc. an. p. æqu.

Mista probè subtilentur mutuo; sic enim Mercurius quamvis acrimoniam in se recipit, & Calx Auri instar lanuginis subtilis ac blandæ remanet, ita ut longè commodius Tinctura ex eo elici possit.

Præter hæc Menstrua corrosiva mitiora, alia elaborare satagerunt sublimiores Philosophi & Chymici, ex Nitro nempe, Rore, Pluvia, Saccharo, Melle, Mannâ, &c. Ac sanè ex his Subjectis præparari possunt Menstrua Aurum solventia: non enim saltem Ros Majalis Auri Folia univèrsa successivè dissolvit, ut patet in Vellere Auri BEGUINI in Tyrocin. pag. 408.; sed etiam similem curiosam per Menstrum ex Rore parati Solutioem Auri docet BORELLUS. C. 1. Observ. 6. pag. 12. Inest enim his ipsis Meteoris Substantia salina ex texturâ nitrosâ ad naturam Salis universalis Aëris accedens; unde non impossibile est, ex horum Præparatis Menstruum Solare acquirere. In Saccharo est Spiritus, qui potest solvere Aurum; sicut & Aurum solvi potest cum Melle & Spiritu Mellis, ex qua Solutioem postmodum cum Aquâ Vitis destillatâ quidam parare volunt Aquam, vel Aurum Potabile, non tamen perfectè potabile. Sed non videtur hujusmodi Solutio ad eò multum differens à communiter notis Auri Solutioibus, cum & ipsum Aurum in minutissimas sui particulas redigatur, saltem quòd propter Solventis subtilitatem subtilior etiam & elegantior Calx Auri acquiratur. Conf. MORHOFF de Transm. Metallorum pag. 37.

Ex eodem Fundamento, nempe ex Sale Naturæ universalis, Aurum solvente & penetrante, idque suaviter, procedit etiam Trius Langellotti. Sed quoniam effectus iste spe-

ciatim ex Sale Aëris derivatur, potius per hujus debitum Magnetem, siue sint Alcalia; siue Nitrum certo modo præparatum, siue sint alia ex Aëre extracta, & hinc ejus medio Auri Solutio instruenda erit: cum summo nempe laboris compendio tractandus esset Liquor iste ex Auri Tritu prolectus: quid si cum eodem & Mercurio vivo fieret? an scilicet corporale Aurum exinde acquiri queat? an verò Aurum ita fluidum cum Mercurio se commiseret? reverà enim magnum Naturæ Secretum est sine corrosivis Auri Corpus habere fluidum. Existimo itaque, quòd talis Tritus potius prædisponat Aurum ad concinniorem & faciliorem ex eo Remediorum Præparationem.

Præter dicta Menstrua etiam ex Mineris quibusdam destillando prolecti Spiritus ad Auri Solutioem adhibentur, qualis est Spiritus Marcassita Solis, de quo vid. M. A. N. C. Anno 4. pag. 115 & 116. Faciunt huc Aquæ quædam plùs minus Solares, ex quibus etiam prolecti Spiritus vim Auri solutivam subinde obtinere dicuntur: tale nempe Menstruo videtur uti MOEGLINUS in præparatione Auri Potabilis, Tr. Vellus aureum. Præter dicta Menstrua AUTOR etiam alia recenset, ut Spiritum Salis, Spiritum & Oleum Saturni, Acetum alcalisatum, Spiritum Vini alcalisatum. Sed hæc ipsa Aurum non solent solvere, nisi prius reclusum sit; adeoque hæc & similia Menstrua potius ad Extractions, quàm integri Corporis Solutioem, conveniunt.

Dissolutio Auri cum Menstruo aquo in spido rectè ceu vix possibilis ab Auro afferitur, saltem tale nondum observatum fuit. Adeptorum istud, in quo Aurum suaviter liquefendo solvitur, quid & quale sit? nemini, præterquam ipsis solis, notum est. Balsamum Salis dulcem, quem AUTOR insinuat pro Auri Solutioem, hujus uberiorem explicatioem videbitis in HOFFMANNI Clave pag. 202.

Præcipitationes Solutioem Solarium sunt vel Medio, quod afficit Menstruum, vel quod afficit Aurum solutum. Menstruum afficiunt quælibet Salia Menstruo contraria: & cum Menstrua hæc plùs minus sunt corrosiva Acida, etiam Alcalia, tam fixa quam volatilia, præcipitant Aurum, quod etiam facere solet Saturnus, cum Solutio Auri plumbeæ Patinæ infusa Aurum dimittat, quatenus Saturnum rodit. Par ferè ratio est, dum GLAUBERUS in P. 4. Teutschlandes Wohlfarth. Auri in Spiritu Salis Solutioem cum Laminâ Jovis præcipitat. Medium Præcipitationis, quod Aurum solutum immediate afficit, est Mercurius vivus: hic injectus, Auro se associat & idem ferè secum ad fundum rapit; hincque in Auri soluti locum, Menstruum ferè imprægnat.

Post Præcipitationem per Alcalia factam emergit Aurum Fulminans seu Sclopetans quod habet AUTOR: nempe solutum Aurum in Aquâ Regiâ præcipitatur cum Sale Tartari; unde cadit Pulvis, qui si in mediocri calore accendatur, edie Fragorem instar Pulveris pyrii. In hoc tria consideranda:

1. Menstruum solvens.
2. Alkali præcipitans.
3. Paratum inde Magisterium fulminans.

1. Menstruum solvens necesse est, ut participet de Spiritu Nitri, & hinc de Sale volatili urinoso; alterum ubi deficit, non acquiritur Aurum Fulminans: hinc optimè succedit negotium per Spiritum Nitri, ipsique addatur aliquantum Salis volatilis Urinae, & sic obtinetur Menstruum huic rei aptum; Conf. KUNCKELIUS Observ. 1. F. num. 1.

Vel Aqua Regia sit parata cum Sale Ammoniaco: quia Sal Ammoniacum participat de Alkali volatili Urinae. E contra Aurum cum Spiritu Salis solutum, & Alkali Tartari præcipitatum, non fulminat, defectu nempe Nitri, ut observat TACHENIUS in Hipp. Chym. pag. 33. qui vocat aliàs Cerauno-Chryson: non secus ac Aurum in Aquâ Regiâ, ex Spiritu Nitri & Spiritu Salis paratâ, solutum, & cum Alkali Tar-

2. Calcinatio Vaporosa.

Fit similiter Vaporibus ex Liquore aliquo corroderente (uti dictum,) elevatis. Paracelsus lib. 5. de Morbe rer. natur. hanc habet, Crocumque acquiritum Vitriolum Salis appellat.

R. Aurum lamin. suspende super Urinam Pueri mixtam cum Uovarum pressurum exuviis (mit Weinstreffer,) in Aludele sat amplo firmiterque clauso. Hinc pone in Exuvias Uvarum calidas per dies ac noct. (14.) & adhærescet laminis Crocus Pede leporino abstergendus.

3. Calcinatio Amalgamatoria.

R. Auri laminat. p. i. Mercurii crudi puri p. vi. circiter. F. 333, nimirum Aurum laminatum (& si vis ignitum) cum Mercurio ab Igne calefacto, ut fumare incipiat, misce. Misturam in Aquâ infunde, ut Mistura ea undique ferè similis evadat.

Hinc tere cum duplo Sulphuris, continuoque ad Ignem lentum agitando, calcina, donec Mercurius & Sulphur sine liquefactione ac concretionem exhalarint, Calxque Solis colore Galendulæ remanserit. Sic calcinatur à Basilio ad consuevandam Tincturam. Vide infra, & conjunge Basil. Chym. Milii fr. 2.

N. 1. Felicius procedet Calcinatio si (apte combustionem cum Sulphure) idem Mercurius cum Auro toties amalgamatus, & ab eodem per Retortam abstractus fuerit, donec sese invicem amplius amplecti recusent. Vide Hartmannum in Practic. de Dysent.

F. Unic. ver. præp. 33.

Auri Fulm. gr. ij.

Mista propinabam Infanti ferè bienni; ab hujus usu post duas vel tres horas aliquot Vomitus, & postmodum unam alterumve horribilis Materiz secessum provocavit, præsentaneo levamine; qui inquietus & in Somno horrescens in proximo ad Epilepsiam erat confinio.

Cum lactantur adhuc Infantes, & sunt adhuc teneriores, granum j. vix transcendo, & quod leniter operatur, temperatum & impeditum à Grumo Lactis in Stomacho; dum verò sunt robustiores paulò, & quidem Infantibus unius anni adhuc lactentibus, etiam ad gr. ii. commodè ascendendi potest: ab lactatis ad gr. iß. sufficit, & ultra, pro numero nempe Annorum. Fomitum enim epilepticum Infantum ex Hypochondriis & primis viis eliminat, & Acidum epilepticum attractu Solaris hujus Solutionis hebescit. Præter vim enim purgantem, quæ simpliciter fit vi primarum viarum absterfivâ, & dissolutivâ Visciditatum ibidem hærentium, habet vim singularem corrigendi Acidum contumax, Fermentum primæ digestionis vitians; unde nonnisi in gravioribus Morbis adultis, & pro eorum radice evellendâ, convenit: adeoque contra Febres diuturnas, Quartanam, Podagram, &c. commodè etiam usurpatur, à gr. v. vel vj. unâ cum aliis ante Paroxysmum propinando. Sed in Ditiorebus hæc tantum præscribenda veniunt; pro Pauperibus enim Mercurialia sufficiunt.

Inservit hoc Aurum Fulminans etiam aliis exinde parandis Remediis; sic enim ex eo paratur Aurum Diaphoreticum Poterii, maxime commendandum Remedium, cujus Descriptionem videbitis in Append. ad Pharmac. Spagyricam. Vel

F. Flor. Sulphuris.

Auri Fulm. p. j.

Subigantur hæc invicem.

Inservit etiam Tinctura Solis exinde parandæ mediante Spiritu & Sale volatili Cornu Cervi, ac Spiritu Vini, qui modus fuit usitatus ANGELO SALÆ, cujus Processus videatur de Auro potabili pag. 226. Inservit etiam parandis exinde per detonationem Floribus, & ex his parandæ Tinctura. Optimus modus est, si in Retortâ tubulatâ benè calefactâ, aut Cucurbitâ cupreâ vel argenteâ tubulo à latere instructâ, Aurum Fulminans à gr. ii. successivè injiciatur; hoc enim cum strepitu valido recipiens Vas, aut Alembicum ascendit, ejusque parietibus sub Pulveris subtilissimi & purpurei specie adhærescit, à Salibus per explosionem liberatum.

Flores isti cum Spiritu Vini, cum Sale volatili Urinæ acuato, elegantem Auri Tincturam suggerunt: Alius modus parandi hos Flores per Deflagrationem cum Spiritu Vini, ab omni Phlegmate depurato, in Campanâ vitreâ, uti fieri solet in Distillatione Olei Sulphuris, videatur in BEGUINI Tyrocin. Chym. pag. 356. ex quibus Floribus cum Tincturâ Tartari extrahi potest elegans Tinctura, egregiè sudorifera & alexipharmaca, relinquens Corpus album in Aurum irreducibile. Alium modum per Retortulam cupream parandi Flores Solis ex hoc

N. 2. Beguinus separat Mercurium superfluum per Corium, post separationem miscet restantem Massam cum duplo Sal. cov. decrepitati, reverberatque sine fusione Salis in Crucibulo lutato, & nonnisi parvo foramine aperto. Solem ita calcinatum (& edulcoratum) amalgamat denuò cum Mercurio. Massam traiectione in Corio restantem miscet cum duplo Sulphuris vivi, superfunditque Spirit. Vin. optimum, unâ cum Sulphure afflagrandum, sic relinquitur Sol spongiosus valdeque attenuatus.

4. Calcinatio Cementatoria.

1. Fit quando Aurum, vel cum Sulphure, vel Sal. com. quoqueiam stratificatim mixtus, in Igne Reverberii, adhibito calor moderamine, ne Aurum fluat, subtilissimè pulveratur. Sala de Auro.

2. Cum Cornu Cervi uso.

R. Auri limat. q. v. tere diligentissimè cum C. C. uso dein reverbera (quod in Furno figulino quoque fieri potest) donec Colorem acquirat incarnatum.

Vires. Medicina est viribus suis efficacissima. Dosis proportionem C. C. (quæ recipitur ferè octupla) est, quæ grana Auri 3. 4. &c. contineat. Finckius in Enchir.

Aliter cum Cornu Cervi crudo.

R. Aurum laminat. & C. C. in similes laminas redactum. F. S. S. colloceturque clausâ lutatâque Pyxide in Igne Calcinationis gradatim, tandemque horis 4. auge Ignem, ut Pyxis incandescat: hinc exime, atque itera Calcinationem novo adhibito C. C. donec Aurum reddatur friabile (fit vice tertiâ)

Auro Fulminante, videbitis in GLAUBERO Part. 2. Furnor. Philosop. cap. 26.

2. In Calcinatione Vaporosâ, quam AUTOR describit ex PARACELSI Tract. de Morbe Rerum, qui hoc modo Vitriolum & Sulphur Vitrioli Solare parat, genuina videtur Epicrisis HOFFMANNI in Clave pag. 204. Crocum istum ex Auro efflorescentem potius esse Veneris filium, quam Auri prolem.

3. Calcinatio Amalgamatoria est, quando Aurum liquefactum miscetur cum Mercurio, quo ipso coeunt in consistentiam Pulvis seu Butyri in Crucibulo, quod in omnibus Metallis potest fieri, excepto Marte, in quo difficillimè fit ob paucitatem Mercurii; & sic Aurum in minutissima redigitur. Calcinatio hæc, & diversi ejus modi ab AUTORE consignati, non est rejicienda, cum fiat per Menstruum Auri Corpori admodum homogeneum, ipsique amicum, & inservit Calx Solis hoc modo parata aliis Remediis parandis. Amalgama tale Solare eleganter per se præcipitari potest in Pulverem rubicundum, quem videbitis in ZWELFFERI Mantissâ Spagyric. pag. 32. Idem Amalgama per exhalationem à Mercurio liberatum, & cum Sulphure calcinatum, dat Crocum Auri admodum elegantem, quem videbitis in ZWELFFERO citato loco pag. 320. Hunc Crocum Solis ulterius BASILIUS extrahit cum Spiritu Salis per Spiritum Vini dulcificatum, & hoc est, quod factâ Menstrui abstractione, Germ. dem Purpur-Mantel appellat.

Observandum autem, quòd pro feliciore usu Medico crebrius Aurum amalgamandum sit, ut hac ratione in subtiliorem redigatur Pulverem, ad imitationem nempe modi, descripti in Processibus de Auro POTERII, SALÆ pag. 284. Ad 3ij. Solis requiritur Mercurii vivi purgati 3j. vid. WÉDELIi Pharm. pag. 242.

Facit huc elegans Crocus Auri ex ejus Amalgamate restans, postquam Mercurius per Aquam fortem denuò fuerit separatus, ac describitur in Tumbâ Semiramidis cap. 5.

4. Quoad Calcinationem Cementariam, hæc cum Sulphure & Auro crudo simpliciter non procedit, benè autem potest procurari hic labor ex Auro primitus calcinato; uti docet hunc modum ZWELFFERUS Mant. Spagyric. pag. 320. Quoad Cementationem cum Sale communi, quatenus Aurum à Spiritibus Salis adjectis solvitur in subtilem Pulverem, videbitis in ANGELI SALÆ Chrysol. pag. 225.

Aurum cum Cornu Cervi uso frustrâ tentatur; benè autem Calcinatio cum Cornu Cervi crudo, ab AUTORE ex AGRICOLA Artic. de Auro pag. 27. descripta. Unde Cornu Cervi Solare, vel etiam Cornu Cervi cum Auro calcinatum, qua subtiles Auri Laminae cum Cornu Cervi recente in taleolas inciso, aut ejus rasura, faciendo stratū super stratū, in Pulverem purpureum, in Medicinâ admodum proficuum, redigi potest. Nempe si in Pyxide quasi cementatoriâ, seu Crucibulo, fiat stratū Rasuræ Cornu Cervi, cui imponatur Lamella tenuis Auri, & sic pergatur usque ad summitatem Vasis, quod exactè clausum primò Igne blando Arenæ, successivè magis magisque inten-

Aurum, inquit, ad opus adhibent, tundunt, lavant, blando igne liquant (neque enim vehementi coit,) quod ubi elaboraverunt, ad omnia utuntur. Scias tamen & Extractions genuinas non esse impressibiles. Nimirum & Amici cujusdam mei, & propria meâ Experimentiâ didici, quòd ex Sole Oleum rubicundissimum Aquâ supernatans extrahi possit, Id quod hîc repeto, ne de certitudine dubites.

1. *Aurum Potabile per Spiritum Vini, Sale Urinæ acuatum.*

℞. Calcem Auri Aquâ Regiâ sustam (Reverberatione in summam porositatem & brunitate redactam) affunde *Spirit. Vini microscopici*. digere l. calore per mensem Vase Hermetice clauso, donec Sanguinis instar rubicunda Tinctura evadat. Hinc decanta, & affunde novum Menstruum, idque toties repete, quoties opus. Solutiones collectæ per octo & duodecim dies digerantur. Hinc lenissimo calore Menstruum (in similes usus reservandum,) in MB. separetur. Sic remanet Tinctura in fundo, formâ Olei rubicundissimi, in quolibet Liquore solubilis, quæ vicem Auri Potabilis supplere potest.

LAUREMBERGIUS contra Salam Aphor. 5. similiter affirmat, se vidisse talem Aquam insipidam, in qua Aurum sine omni corrosivitate liquecat instar Glaciei in Aquâ calidâ: *Chymicus Archiepiscopi Lovicensis* habet Aquam colore albicante, sapore parùm ad vitriolicam naturam inclinante, in qua Aquâ Aurum spatio sex horarum instar Sanguinis rubescit, & Aurum exactè resolvitur: hujus Aquæ Sole imprægnatæ in omnibus ferè Morbis aliquid dat Ægris cum felici admodum successu: quòd si abstrahatur Menstruum hoc, remanebit in fundo Liquor crassus, & quasi oleosus, saporis subdulcis, & in igne coagulabilis. **BARTHOLETUS** l. 5. de Respirat. cap. 3. pag. 413. parare conatur Aurum Potabile cum Menstruo insipido ex *Lapide Lazuli*, utpote in quo *Primum Ens Auri* latere putat. Quæ habet **AUTOR** noster de *Oleo Auri rubicundo*, videbitis apud eundem: **ZWELFFERUS** in *Mant. Hermet.* p. 331. similiter destillat ex *Marcassitâ Auri* Liquamen ferè insipidum, quo ipso similiter Aurum solvere, & potabile reddere intendit. Sed hæc ipsa cum ipsâ Phœnice certant.

Considerandum porrò & hoc; paucissimum Sulphur esse in Auro, Mercurio integram Corporis molem constituyente. Dubitare ergò meritò quispiam possit, an Aurum integrum exactè volatilifatum, & aded in Corpus irreducibile, sed summe penetrabile redactum, (quale est illud **BECHERI** in *Phys. subterr.* pag. 484.) non idem præstare possit? aut etiam ampliùs quid certis in casibus, quàm nudum ejus Sulphur? cum ex Mercuriali Principio parata Remedia vi correctivâ vitiosorum Corporis Saporum sint appropriatissima, ut ex Mercurio vulgi notum est. Tincturæ ergò Solares hæcenus cognitæ & originem suam & efficaciam medicam habent, vel ex *Menstruis vulgi* sub multiplici præparatione adhibitis, & hinc variam Tincturam & Effectum medicum obrinentibus, vel ex eorum cum *Solis Calcis* seu *Croco* certâ & novâ texturâ, indeque novis acquisitis qualitatibus, ut sic sub Solutione sive sub Præcipitatione, & repetitâ Solutione; sive Exaltatione, textura ista emergat: parili nempe ratione atque Luna in Aquâ Forti soluta, prout diversimodè præcipitatur, etiam diversas qualitates & vires acquirit: conf. **BECHERUS** *Phys. subterr.* l. 1. pag. 470. Ut plurimum etiam Tincturæ ejusmodi non tam positivè, quam privativè *Acida morbosa* subtilia ac acutissima figendo, & potenter corrigendo, operantur: forsitan etiam ratione Corporis quasi aperti, & Sulphuris plùs minùs extraversi, vim anodynam & confortativam exerunt, ut hæc operandi ratio admodum intricata sit: unde hyperbolice istæ laudes & præsentanei affectus Tincturis hujusmodi tributæ non priùs admittantur, quàm Morbi ejusque Causarum exacta ratio, ipsius Præparationis, & inde nati Remedii accurata consideratio, & omnis concurrentium circumstantiarum circumspècta trutinatio sit instituta. *Facillimè decipitur, qui facilè credit*; nec satisfacit ad genuinæ Tincturæ Solis legitimationem, tam reliqui Corporis, quàm ipsius Tincturæ irreducibilitas. Nam ut hæc omnia omnino requirantur, tamen integrum Auri Corpus ita vel attenuari, vel volatilifari, vel per Menstruorum adhæSIONES iterum mutari potest, ut modis hæcenus cognitis reduci nequeat; interim tamen integrum Auri Corpus permaneat (conf. **BECHERUS** *Phys. subterr.* pag. 480.) non secus ac *Luna cornea* olim reduci tota non potuit, quæ tamen per Artificium à **KUNCKELIO** monstratum *Obs. P. 1. Lit. F. n. 5.* hodie omnis reduci potest.

Patet ex his etiam, quid de *Lunâ fixâ*, seu Corpore post

Eandem Solutionem si loco MB. in Arenâ per Cucurbitam, vel Retortam destilles, tandem *Auri Tinctura* simul per Alembicum transit, rubicunda instar Sanguinis, relicta in fundo Terrâ acidâ nigrâ spongiosâ. Tincturâ à Menstruo suo in MB. saltem tepido liberata, ulterius exaltari potest, si aliquoties in *Spirit. Vin.* solvatur, ac *Spiritus* idem per destillationem à Tincturâ abstrahatur.

Dosis à gran. iij. ad vij. imò vel ultrâ. **Hartmannus** in *Croll. & in Praef. Semperius Inst. Keslerus* 1. Cent. 2. **Gluckemius** in *Beguini*. libr. 3. cap. 2.

N. Sala, Scheunemannus & alii loco Salis volatilis Urinæ, *Salem Naturæ* recipiunt, i. e. Macrocosmi Elementorumve Spiritum in Terrâ, seu Macrocosmi Generatorio (ut inibi in Fætuum terrestrium nutrimentum faceffat) in corpoream Substantiam transplantatum. Hinc Arte Spagyricâ summe depuratum, animatione exaltatum, vocant *Mercurium Philosphorum*.

Confule **Hartmannum** in *Croll.* pag. 399. *Salam de Auro potabili.* **Tenzelium** in *Exeg.* pag. mibi 491. **Scheunemanni Hydromantiam, &c.**

2. *Aliter*

Auri Solutiones vel Extractions residuo, pallido, vel albo, sed fixo in Igne, ponderoso, & Aquæ Forti resistenti, aded ut nil nisi tinctura seu flavedo Solis deficiat, habendum sit? Nempe paucissimi pro vero, sed potiùs pro Non-Ente, & Fallaciâ saltem Chymicâ habent, dum Corpus Solis ita appareat, quia quædam Salia tam intimè se cum eo conjungunt, ut etiam Fusionem patientur; quæ si postea cum Antimonio, vel cum Marte, auferantur, rursus splendescit Aurum. Id quod patet ulterius; quod istæ Tincturæ ita paratæ dent Aurum per Reductionem, quod non fecisset solùm Sulphur Solis extractum, & Aurum post recuperatum splendorem levius reperiri solet, quia abscesserunt Salia. Conf. **BECHERUS** *Lib. 1. pag. 485.* Equidem curiosum est, quod **HAUPTMANNUS** in suo *Scripto collisivo contra Detbaridium*, præter modò dictam Lunam fixam ordinariò sic dictam, ex Corpore Auri extracto residuo, adhuc alius Lunæ fixæ naturalis, ex Mineris quibusdam parabilis mentionem faciat p. 81. quæ ipsa primitus Aurum fuerit, sed cuius Tinctura successivè denuò exhalârit, restitante saltem Corpore albo fixo: sed non immeritò suspicari possit, Probas non exactè aded forsitan fuisse institutas, cum in hac Arte ex Mineris eliciendi Metalla plures defectus adhuc observentur, qui impediunt, quominus exactè aded Metalla ex iis haberi queant.

Præterea etiam *Lunam fixam ex Lunâ vulgari* Arte paratam, à *Venere* postmodum in Aurum tingendam, insinuat pag. 17. sed cum occultârit parandi modum, de hoc certum quid determinari non poterit. Ex quibus etiam patet, *quantum pretii sit Solis Anima?* quam elicere gestiunt quidam, & quæ vel Mercurium, vel Argentum in Aurum tingat. Sanè si aliam, præter *Lapidem Philosphorum*, tingentem Substantiam, seu Animam ex Sole elicere gestiunt, hi ab homogeneâ & firmissimâ Auri texturâ omnino eluduntur; quicquid etiam dicat **MORHOFF Transmut.** pag. 70. & 74. Nam Historia, quam ibidem refert, potiùs vim tingentem in Aquâ Forti fuisse, ostendit copiosior Lunæ transmutatio, quàm ipsum Aurum fuerit, cui Animam extraxisse putabant. Huic parallelam Historiam videbitis in **BECHERI** *Phys. subterr.* lib. 1. pag. 61. Adeoque sub genuinæ Tincturæ Solis defectu saltem elegantiores Auri Solutiones, & Subtilifationes, pro usu subinde non inefficaces, comparare studeat **AUTOR**, & quarum epicrisin videbitis in **HOFFMANNI Clave**: pro quarum Extractione convenientissima Menstrua videntur *Spiritus Vini Microscopicus*, seu *Sale volatil* *Urinæ acuat*; & hinc etiam *Aqua temperata Basili Valentini*, seu *Spiritus Salis dulcis*. Similis farina est *Tinctura Auri Claudi*, quam *Tr. de Balsamat. Corp.* pag. 202. parare docet per Tritum cum *Fuligine*, Calcinationem, & *Spiritus Salis Ammoniaci*.

1. In specie quod attinet *primum Modum AUTORIS nostri*, qui sit cum *Spiritu Vini, Sale Urinæ aliâs acuat*, Color potiùs est à Menstruo (quod tamen subtiliores Solis particulas imbibit) quàm à Sole.

Rectè **AUTOR** Menstruum hoc lenissimo Balnei Mariæ calore ad *Olei rubicundissimi* consistentiam separare jubet: errat econtrâ, ubi Solutionem per Cucurbitam ex Arenâ ad Terram nigram spongiosam destillare injungit; de Sole enim cum hoc Menstruo nihil per Retortam vel Cucurbitam prodit. Tinctura igitur extracta potiùs asservanda, quàm destillanda.

Sunt non pauci, & inter hos **BORELLUS** C. 1. *Obs. Medici-*

2. *Aliter cum Spiritu Vini, acuato per Sal commune, vel per Sal Gemma.*

Alii Spiritu Vini acuunt, vel Sale volatili, seu Floribus Sal. com. aut Sal. Gemma, vel Crystallis Salis dulcibus, vel Spiritu Salis Ammoniaci, aut Salis Nitri, atque, ut dictum, cum hoc Spiritu Vini acuato, ex Calce Auri summo brunna & porosa Tincturam digerendo extrahunt; abstracto Menstruo remanet Tinctura in fundo, quam circulando fixare licet.

Usus. R. Hujus Tinctur. ℥j. Aqu. Theriac. ℥j. M. pro Sudorifero aliquot dies continuando.

Dosis ℥j. Vide Quercetanus in lib. de Medicam. Spagyric. præparat. Salam de Auro potabili. Keslerum lib. 3. cap. 31.

3. *Aliter cum Spiritu Vini alcalifato, Aurum Vita Quercetani.*

Primo calcina Solem laminatum per Cementationem (cum Sal. Nit.) & reverbera. Secundo, cementa per Sacchar. Saturni, super hac Mixturâ accende aliquoties Spirit. Vin. alcalifatum. Relictam Materiam circula (per dies ac noct. 14.) cum Spirit. Vin. alcalifato, abstrahe, & affundendo novum Spirit. Vini alcalifato, iterum circula & abstrahe, idque repete donec tota Auri substantia per Alembicum effratur. Separato Menstruo manebit Aurum Vitæ præstantissimum in fundo, Quercetanus, Sala.

4. *Aliud per Oleum Antimonii glaciale, sive Butyrum Antimonii.*

R. Calcis Sol. reverberat. conjunge cum Ol. Antimonii glaciale rectificato, digerendoque per mensem extrahe Tincturam rubicundam: quod si illud Oleum vicissim, seu secundâ vice defkilletur, Aurum elevatur in Spirit. Vin. subtile, & hoc est Aurum Potabile.

Vires. Valide per diaphoresim movet.

Dosis gutt. 3. 4. vel 5.

N. Oleum Antimonii, quod primâ hac destillatione ab Auro prodit, purgat leniter, solvitque omnes Obstructiones, & multa alia præstat. Hartmannus in Croll. pag. 226.

5. *Aliud per Oleum Antimonii Saccharatum, Basilii Magisterium Solis.*

R. Aurum volatilifato, affunde Oleum Antimonii saccharatum, cum tantillo Spirit. Sal. com. & extrahetur Tinctura, relicto Corpore Auri intacto. Basilii in Triumph.

6. *Aliud per Spiritum Salis Nitri Bezoardicum.*

R. Aurum foliat. ac calcinat. solve in Spiritu Sal. Nit. Bezoardico rubicundo, abstraheque Menstruum calore lenissimo (ne Spiritus nimium prodeant) per Alembicum vel Phialam oblongioris colli, usque ad pelliculam seu oleositatem.

Medico-phys. 6. qui Tincturam Solis seu Aurum Potabile parare intendunt per Spiritum Roris Majalis, & illi attribuunt magnas & multas virtutes. Præparandi modus est talis.

R. Mineram Solarem Ungaricam in Silice repertam, in Crucibulo prius ignitam, & in Spiritu Vini extinctam, quod aliquoties repetunt, pulverifant, & sequens Menstruum affundunt:

Roris Majalis ex Tritico collecti quantitatem, ponunt in digestionem, vel putrefactionem in Fimo Equi per quatuor septimanas, filtrant, & destillant per Balneum Mariæ: Phlegma in fundo remanens est Liqueur salinus rubicundus, qui per Retortam pellitur, igne aperto: hinc ascendit (1) Spiritus seorsim colligendus, (2) Oleum & Sal volatile: Spiritus hic à Tincturâ Auri iterum abstrahatur, remanente Essentiâ liquidâ, cujus Dosis sunt guttæ vj. ad x.

Oleum acre & Sal volatile Roris Majalis Corpus Solis pariter corrodunt & solvunt.

Potest etiam parari Aurum Potabile per Spiritum Nitris, idque extempore, tempore hyberno in Museo, quod Aurum Potabile magnarum prædicatur virtutum: vid. de hoc BARTHOLINUS Cent. 3. Epistolam pag. 256. & hoc ad eum scribit LANGELOTT, Archiater Gotorpiensis, BECHERUS in Medico Microcosmico pag. 67. Editionis Londinensis in 12. vel sub nomine Panacæ Solaris pag. 97. præscribit modum parandi Aurum Potabile non inelegantem, & qui habet aliquid in recessu. Descriptionem videbitis in citato AUTORE. Et certè si accipitur Terra Solaris Ungarica, de quo in præcedentibus locutus sum, credo, quod melius adhuc procedet operatio.

2. In Modo 2. notabile est, quod Tinctura Solares cum Spi-

Hinc recens rubicundum Menstruum affunde: solve, abstrahe, similiter procedendo tertiâ vel quartâ vice. Tandem hæc ipsa Solutio Auri ex Retortâ igne fortiori destillatur, ut & Spiritus prodeant, quos affunde iterum cohobando, donec ipsum Aurum rubicundum instar Rubini apparuerit.

7. *Aliud Aurum Potabile per Oleum Saturni.*

R. Calc. Auri per Aqu. Regiam vel Mercur. &c. circula per aliquot dies cum Ol. Saturni flavo; sic compagem Auri in Liqorem solutam videbis.

Vires & Dosis. Usus ejus est contra Venena non contemnendus, imò sæpè visum est, gutt. iv. viij. in Vino exhibitis, etiam eos, qui existimabantur Morti proximi, refocillatos fuisse. Multum etiam præstat in Caduco, Apoplexiâ, Paralyfi, & cæteris Morbis Capitis. Hartmannus in Groll. pag. 474. Keslerus lib. 4. num. 57.

8. *Aliud per Spiritum Salis communis.*

R. Calcis Auri (Solutionem Solis in Aqu. Reg. Basilii præcipit. cum Mercurio) q. v. affunde Spirit. Sal. com. rectificat. digerendo extrahe Tincturam, Corpore Auri albo remanente in fundo, (quod est reducibile in Lunam fixam). Tincturam exalta cum Spirit. Vin. circulando, totiesque cohobando, donec cum Spirit. Vini per Alembicum deducatur. Kesler. lib. 4. cap. 71.

9. *Aliud per Oleum Sulphuris.*

R. Calcis Auri q. v. affunde Ol. Sulphur. p. e. ad eminentiam digit. 7. abstrahe cohobando aliquoties, donec Aurum solvatur. Solutum tandem Auro affunde Spirit. Vin. rectificatiss. ad emin. dig. 4. Oleo Sulphuris non separato. Digere per septim. (6.) Hinc abstrahe per Alembicum Spiritum Vini, idque reitera, donec Aurum per Alembicum elevetur. Hoc factò abstrahatur lenissimè Spirit. Vini, ut maneat in fundo Liqueur rubicundus.

N. 1. Post tertiam vel quartam Cohobationem separandum est Phlegma, novumque etiam affunde.

N. 2. Reiteratio cum Spiritu Vini opus est septimanarum aliquot (10.)

Hinc fit

Aurum Diaphoreticum compositum Poppi.

R. Calcis Auri (à qua Ol. Sal. com. abstractum) ℥j. Ol. Mercurii (ex Cinnab. nativâ) ℥ij. Ol. Martis (ex Scorris Ferri) ℥j. Superaffunde Sulphur Vini, aliquoties id abstrahendo, & remanet Pulvis paulatim igne calcinandus & figendus.

Prodest in Contraëcturis. Dosis g. viij. Poppius in Thesaur.

10. *Aliud per Essentiam Salis communis.*

R. Auri optimè calcinati per Amalgma, &c. affunde Q. E. seu

ritu Salis, Nitri, aut aliis Salinis corrosivis, paratæ, aliquot guttularum dosi assumptæ, omnia Excrementa Alvi nigerimo tingere soleant colore: factâ scilicet Calcis Auri præcipitatione, & à Menstruis in Intestinis separatione. Aliàs Liqueorem Solis cum Spiritu Salis ejusque hyperbolicas laudes, videbitis in GLAUBERO, P. 2. pag. 20.

4. In Modo 4. observandum, quod non omne Butyrum Antimonii, aut inde paratus Spiritus Vitrioli philosophicus, Aurum solvere soleat: si enim cum Mercurio sublimato vulgari præparetur Butyrum Antimonii, neque hoc, neque exinde paratus Spiritus Vitrioli philosophicus, Aurum nullo modo solvunt; si verò Mercurius vivus solvatur in Spiritu Nitri, hic præcipitetur cum Sale communi q. s. & exinde abstrahendo Menstruum ita intendatur ignis, ut acquiratur Sublimatum crystallinum, hinc Mercurius sublimatus pro præparatione Butyri Antimonii usurpatus dat Butyrum, quod solvit Aurum, uti etiam exinde paratus Spiritus Vitrioli philosophicus.

6. Sextus AUTORIS Modus per Spiritum Nitri Bezoardicum elegans est; si enim ritè procedatur, per repetitas Cohobationes Aurum cum Spiritu Nitri ex parte transire solet. Conf. HOFFMANNI Clavis pag. 206. Corpus album fixum remanet, quod ab aliâ Aquâ Regiâ non amplius attingitur, propter Salia intimè conjuncta, ut supra dictum.

7. Quoad Modum septimum: miror, propter quem finem Oleum Saturni tam crebrò adhibetur ad Tincturam Solis extractiones, cum reverà hoc sit ex Aceto, parum vel nihil de Saturno participans.

8. Quoad Modum octavum. Meliorationem Processus hujus cum Spiritu Salis, & inde non inelegantem Tincturam, videbitis in ZWELFFERO Mant. Spagy. 2. pag. 322.

11. Quod

seu Oleum (Balsamum) Sal. com. ac extrahe; (solve) s. a. Decantatis Extraktionibus (Solutionibus) affunde Spirit. Vin. opt. rectificat. sic Spiritus Vini Animam Solis ad se trahet, reliquâ Essentiâ Salis com. in fundo, quam separa. Tincturam Auri in MB. à Spiritu Vini libera. Sala de Auro potabilii.

11. Aliud per Spiritum Mannæ.

R. Calc. Auri fulminantem, redige in Flores per peculiare aliquod Instrumentum argenteum deauratum: Ex Floribus extrahe Tincturam cum Spiritu Mannæ, abstrahæ ad consistentiam pro libitu.

Vires. Sudorem, eumque sædissimum pellit, felicissimè Morborum quorumcumque malignorum & venenatorum seminarium secum vehens. Cl. Helvetius, Dieterichius.

Dosis guttæ aliquot.

12. Aurum Potabile cum Spiritu Salis communis Tartari.

F. Amalgma ℥j. cum ℥vi. Mercurii more vulgi: superfluum Mercurium per Corium exprime, globulum restantem tere cum ana Sal. com. fusi, fac evaporare Mercurium mediocri Igne, Salem abluè Aq. calidâ, Calcem tere fortiter cum ℥ij. Cinnabaris communis, pone in Tegulâ fulminatoriâ (Germ. eine Treibscherven, Gall. un Creuset nommè soudroyant) coopertâ cum foramine: cementa per 3. horas ad totalem usque Cinnabaris evaporationem, idque Gementationis opus 5. aut 6. cum pari quantitate novi Cinnabaris reitera, donec scilicet Aurum in spongiam rubicundam attollatur. 2. Extrahatur Tinctura per sequens Menstruum: ℥. Spiritus Sal. com. Tartari parati (ut indicabitur Cap. de Tartaro Vini) part. 1. Spirit. Vin. part. xii. Destilla simul ex Cucurbitâ. Hunc Spirit. Vini tartarifatum affunde Calci sive Floribus Auri sublimatis, & tingetur rubro colore, abstrahæ Spiritum Vini, remanebit Pulvis coccineus, cujus vires innumera.

N. Si Calcem spongiosam aliquoties sublimaveris cum part. 8. Sal. Ammoniaci donec sandaracino colore elevetur, & postea ab admixtione Salis Ammoniaci vindicaveris, feliciter & citius extractio fit Tinctura. Ex communicatione S. Glossæ.

11. Quod attinet Modum undecimum cum Spiritu Mannæ; in Mannâ certum est, quod latitet Spiritus extrahens, beneficio cujus etiam extrahi potest Tinctura Coralliorum, & ita etiam ex Croco Auri, vel Calce Auri rubicunda potest extrahi Tinctura, vel, sicut AUTOR dicit, ex Calce Auri fulminantis in Flores redacta; qui Processus aliquid habet in recessu. Sanè Mannæ præsertim cum Spiritu Roris Majalis, sereno cælo collecta, legitime præparato Spiritui juncta, Yugerit Menstruum ac Sal volatile, quod Mannæ Mercurium vocant, pro extrahendis Mineralium Tincturis egregium, & magis præsentaneum. Nec inelegans est hic Auri hujus tinctus Liquor seu Aurum Potabile cum Mannæ Spiritu:

℥. Mannæ rec. q. s. v. g. ℥ij.

Imponatur Cucurbitæ vitreæ, & lento Igne ex Arenâ destilletur; prodibit Spiritus cum Oleo junctus: Oleum separetur per tritorium à Spiritu, semper denuò immitatur in Retortam parvam, & Igne lento Cinerum proluciat Spiritus, & si videantur aliquot guttæ supernare Olet, separentur, & tertiâ vice ponatur in Retortam, iterumque lento igne destilletur. Jam porrò

℥. Auri limati p. j.

Mercurij vivi p. ij.

Fiat Amalgama, quod affundatur in Aquam calidam, & hinc per Corium trajiciatur, remanente Amalgamate in Corio instar coaguli. Jam

℥. Hujus Amalgam. p. j.

Flor. Sulphuris p. iij.

Simul commixta imponantur Crucibulo, ad Ignem lentum continuò agitando Spatulâ lignèâ, ne Sulphur accendatur. Deinde, quando observatur, Sulphur totaliter abiisse, augeatur Ignis, ita ut Aurum igniatur, ignitum stet per mediam horam, & invenitur Aurum, quod nonnihil intumuerit.

℥. Auri hujus p. j.

Spiritus Mannæ p. iij.

Imponantur simul in Phialâ in Cineres calidos per 8. dies: quibus elapsis erit Spiritus rubicundus, qui per inclinationem decantetur, alius affundatur: stet per alios 8. dies & noctes, iterum separetur, & hic labor toties repetatur, donec Aurum album instar Lunæ in fundo existat: Liquores tincti abstrahantur per Cucurbitam ad consistentiam debitam.

13. Aurum potabile Franc. Antonii.

Aurum purgetur (bis) per Antimonium. Hinc calcinetur cum Mercurio, & Sulphure. Extraheque cum Sulphure Saturni.

N. Licet & vice secundâ cum Sale com. marino fuso, ac tertiâ cum Sal. com. Tartari calcinare.

Dosis g. 7. 8. &c.

N. Hoc est genuinum illud adeò decantatum Aurum Potabile Londinense, cujus Descriptionem mihi servare constitueram. Verum cum à diversis locis, qui etiam ex Aulâ quâdam illustrissimâ transmitteretur, ut communicaretur, nolui hac in re expectationem frustrari.

14. Aliud Quercetani Aurum Vitæ dictum.

Ex Calce Auri levissimâ & spongiosâ, elice Tincturam digerendo in MB. per Acetum destillatum: Tincturam hanc exalta circulando cum Spiritu Vini.

Vires. Ad innumerabiles Morbos ferè incredibilis videtur virtutis. Quercetanus in Scopet. Et ex hoc Sala in Auro potab.

15. Aliud Laudanum Mercuriale Bayeri.

R. Aurum per Sulphur & Mercurium optimè calcinat. ℥℥. Olei Mercurialis ℥v. (forfan Ol. Saturni). Digerantur calore ciner. in Phialâ H. c. dies ac noct. octo: sic extrahitur Tinctura Auri rubicunda, hanc (reliqto albo Corpore) in Phialâ H. c. digerendo coagula (in Athanore) in Lapidem rubrum, quem super Porphyretico humido solve, rejectisque Fæcibus denuò coagula: tertiò eandem operam repete.

Dosis gran. 2. ad 5.

16. Aliud Bellicii.

1. Calcina cum Aquâ Regiâ ac præcipita.
2. Reverbera cum Flor. Sulph. & Mercurii, ut evadat Pulvis instar Boli Armenæ.
3. Solve cum Spirit. Vin. rectificatiss. digerendo ac cohobando multoties (20.) & ultrâ: dein coagula abstrahendo.
4. Solve in Spirit. Sal. com. digere dies aliquod (3.) hinc abstrahæ. Bellicius in Exerc. tb. 102.

17. Tin-

12. Cum Modo 12. conferatur Tartaro mastix Morrovia JOHANNIS FERDINANDI HERTHOD, qui P. 2. pag. 257. per Spiritum Vini & Sal Tartari volatile invicem juncta, adeoque per Valentini Mercurium Vini, item ad imitationem RAYMUNDI LULLII, nobilem Tincturam Solis præparat, ubi per Lunariam intelligit Vinum. Potest etiam pro majori dilucidatione conferri BENZON in Farrag. Philos. pag. 13. item ejus Hand Griffe Lullii, ubi ejus Præparatio etiam clarè ostenditur.

Dum AUTOR in Notâ ad hoc Aurum Potabile, d Sublimatione cum Sale Ammoniaci mentionem facit, conf. HOFFMANNI Clav. pag. 313. ubi habetur elegans encheiresis ad sublimandum Crocum Solis.

13. AUTOR Modo decimotertio habet Aurum Potabile Francisci Antonii, quod aliàs etiam vocatur Aurum Potabile Londinense, quo ipso magni effectus sunt præstiti, & propterea in magno habitum fuit prætio. Decantatissimæ hujus Tincturæ loco multæ prostant, ut sic dicam, Descriptiones: quænam autem vera sit? nescitur: magis tamen genuina hæc Autoris videtur, utut satis cruda, quoniam nondum perfectè est cognita Descriptio ANTONII. Defensionem hujus Auri Potabilis Londinensis videbitis in BORRICHIO Hermet. sap. pag. 290. Aliam Descriptionem habet satis elegantem SALA in Chrysolog. P. 2. pag. 223. B. MICHAELIS ita parare solebat hoc Aurum Potabile Londinense.

Aurum solvebat in Aquâ Regiâ, cum Sale Ammoniacico factâ; Solutionem per Retortam abstrahabat & cohobabat toties observando, & seorsim colligendo ultimas guttulas intensè tinctas, & admodum graves, donec omne Aurum in formâ Olei crassi rubri, cum Aquâ Forti prolectum fuerit, quod intensè tinctum observatur: nam & collo & summitati Retortæ adhærere observatur Oleum ruberrimum, quod tamen, simulatque post separationem Vasorum, aère adspiratur, Colorem flavum nanciscitur. Liquor iste rubens blando calore inspissatur: quod remanet cum Floribus Sulphuris aliquoties reverberatur seu candescit; sic Auri Corpus habetur pristinum, sed admodum molle. Huic Auri Calci affunditur Oleum Saturni rubrum vel flavum, ponuntur invicem in Digestionem, donec hæc aliquandiu continuatâ, Tinctura perfecta elicitæ fuerit.

18. De

17. Tinctura Solis.

V. Auri Fulminantis probè edulcor. part. 1. Spiritus Vitrioli volatilis part. 1v. (sunt qui Oleam Vitrioli causticum, in quo Salis proprii pars 3. resoluta sit, adhibent; sed tale Menstruum Naturæ nostræ inimicum est). Digerantur in B. tepenti per 40. dies. Tinctum Spiritum rubicundissimum & clarum separa per inclinationem; abstrahe ad siccitatem; affunde Spirit. Vini à Vino Hispanico factum & tarturatum, & in calore lenissimo fiat Extractio instar Rubini; tinctos Spiritus destilla, & ad aliquam consistentiam redige, vel Pulveris formam, quem etiam à sapore Spiritus Vini poteris eluere. *Aqu. still.* vel dissolvere in quocumque Liquore appropriato.

N. Si defis Spiritus Vitrioli volatilis, tunc ejus loco sequens Menstruum excellentissimum substitue.

R. Sal. communis lb. 1. Sal. Nit. ʒ vi. destilla f. a.

W. Hujus Aq. Fortis part. iij. Spirit. Vin. tantundem, infunde Spiritum Vini in magnâ Cucurbitâ, quam statim occludes Alembico suo: ebulliunt enim illic commixti Spiritus & flavescunt, deinde durante Ebullitione rubedinem acquirunt; tandem eadem cessante Menstruum subviride evadit, quod quidem nihil peculiare possidet, nisi quodd illius acredo. facili negotio ab Auro soluto eluatur, id quod adhibitis aliis Aquis Regiis fieri non potest.

Ex communicatione S. Clossii.

18. Tinctura Fratris Basilii.

R. Auri per Amalgama calcinat. p. 1. solve digerendo Aquâ Regali ammoniacatâ, (vide in Sale Nitri Aquam Regalem Basilii) vel in Aquâ Regali sulinâ, (id est, Sale com. acuatâ) p. iij. hinc depleatur Solutio, restantique Auri Calci denuò Aqua illa solvens affundatur, &c. donec penitus soluta Calx sit. Solutiones digere in MB. ut subsideant Faces, quas sepa- ra. Solutionem defecatam digere iterum in MB. per dies ac noct. (9.). Hinc abstrahe Aquam Regalem ad oleitatem, abstractam Aquam affunde vicissim, imprægnaque Calcem cohobationibus tantisper repetitis, donec Liquor ferè insipidus exstillarit. Tum affunde novam Aquam Regalem, imprægnaque denuò, ut dictum, in Arenâ: idque tantisper donec Aurum per alembicum penitus transportatum sit. (N. cum singulis Destillationibus Ignis est augendus). Tandem abstrahe per MB. ad oleitatem, reponaturque ad crystallandum f. a.

Hinc

R. Crystall. Auri p. 1. Mercurii vivi purg. p. iij. agitato optimè sic apparebunt Colores, subsidebitque Amalgama. Exhalet Mercurius & restat Pulvis Solis purpureus Aceto destill. solubilis: qui tingit subito instar Sanguinis.

Ex hoc Pulvere extrahe f. a. Tincturam rubicundam cum Spirit. Vini, qui cum Spirit. Sal. com. mixtus dulcificatus sit, (vide Spirit. Sal. comm. dulcem, ac Aquam temperatam Basilii in Spiritu Vini,) donec Menstruum ulterius non tingatur, & Corpus album reliquum sit.

N. 1. Menstruum nisi cautè & ritè præparatum sit, pro Tincturâ rubicundâ, extrahit viridem, vel alterius alicujus coloris.

N. 2. Corpus illud album in extractione Tincturæ residuum, interservit Sali & Mercurio conficiendo, de quibus infra. Videatur Theodii Halographia, ubi ex Testamento Basilii Monachi prolixè elaborationes hæc describit.

19. Pauli secus ex manuscripto Testamento Basilii.

1. Purga Aurum per Antimonium.

18. De Modo 18. conf. propter quasdam encheireses SALA da Auro potabili pag. 227. item HOFFMANNUS Clav. pag. 214.

20. Modo 20. habet AUTOR Unicornu Solare seu Mannam Solarem, cujus Præparationis Autor est MYNSICHTIUS p. 7. Hic Menstrui Solaris mentio fit ab AUTORE, de quo videatur ZWELFFERUS, qui Marcasitam habet Solarem, ex quo destillat Menstruum insipidum.

Mentionem quoque facit AUTOR Tincturæ Solis beneficio Oleorum aromaticorum præparatæ. Inter hos pariter est MYNSICHTIUS, qui habet Tincturam Auri cum Oleo destillato Cinnamomi, qualem & GANZLANDT, Medicus Dresdensis, habuit magnarum virium; in qua Aurum beneficio Salis dissolutum erat: vid. ZWELFFERUS, ubi præscribit Modum præparandi Crocum Solis beneficio Salis Gemme, communis, Nitri, &c. Præparatio est non inclegans, & multum habet in recessu. De his autem Tincturis, an sint veræ? genuina est Autoris Censura. Pertinet hæc Balsamum

2. Calcina, i. e. solve purgatum Aurum in Aquâ Regali, coagulaque.

3. Volatilisa cum Spir. Sal. com. acuatâ per Spirit. Draconis (Sal Ammoniac.). Vide supra.

4. Præcipita cum Ol. Tart. vel quod melius, per abstractionem lentam.

5. Reverbera cum Flor. Tart. vide supra.

6. Extrahe Tartarum Solis per Spirit. Vin. igneum, & Spir. Sal. com. (vide Aquam temperatam in Spiritu Vini.)

7. Digere extractum Sulphur, & solve denuò in Mercurio Philosophorum, vel in Aquâ Regali dictâ.

8. Volatilisa cum Spiritu Vini.

N. Basilii Repet. Lapid. Pbil. volatilisa Aurum per Spir. Sal. communis; hinc conjungit extractum Sulphur cum Spir. Vitrioli rubeo (corrosivo) per digestionem cum Spirit. Vin. dulcificato, solvit & digerit aliquandiu; tandem cohobat, donec nihil in Destillatorio residui remaneat. Sic acquiritur Liquor Solaris, seu Aurum Potabile maximarum virium.

20. Unicornu Solare, seu Manna Solaris.

R. Calcem Solis optimè reverberatam, imbibere aliquoties Menstruo Solari (id est, affunde aliquantulum Solaris Menstrui ad eminent. dimidii digiti), vaseque H. clauso digere lento Igno, ut siccet.

Hinc iterum affunde, ac digere, totiesque repete, ut Sol in Pulverem subrubrum transmutetur.

Dosis à gran. 1. ad 5.

N. 1. Menstruum Solare destillatur per Cornutam ex Minerâ, repetitis aliquoties destillationibus. Mynsicht.

N. 2. Felicius forsitan procefferis, si Menstruum hoc Sale suo alcalifaveris, Calcem cum alcalifato hoc Menstruo circulaveris ad modum, quo alias Tincturas nomine Mannas fieri diximus.

Hic non possum non monere, quod nonnulli Tincturam Solis beneficio Oleorum aromaticorum sibi imaginantur. Nimirum Calcem Solis optimè elaboratam impastant cum Oleo, e. gr. Caryophyllor. Cinnamomi, Camphoræ, Vitrioli, &c. hinc Spirit. Vin. rectificatissimum affundunt, atque intercedente digestionem Tincturam extrahunt.

Verùm mehercle, loco Tincturæ Solis, aromaticorum Oleorum Tincturam nanciscuntur, quæ Spiritui Vini rectificatissimo, ceu suo simili (accedit enim ad naturam oleagineam) admixta acquiritur.

(Impositores tales Tincturas plerumque vendunt rubri coloris, nil de Auri Solutione participantem, quod quale impostum, reperitur.)

V. SUBLIMATIO.

Unde

Flores Solis.

R. Auri optimè calcinati (per Spirit. Sal. com.) part. 1. Sal. Ammoniaci depurat. p. vii. Misc. & sublima. Sic vel elevabuntur Flores Solis, quos eluendo ab Ammoniaci libera.

Dosis gran. 6. ad 9.

Fiat peculiare Instrumentum argenteum aut cupreum (Pyxydis instar complicatilis) constans ex duabus partibus, superiori ac inferiori, ut aperiri possit. Instrumentum hoc in latere Tubulum habeat, per quem sclopetans injici possit (paulatim id fieri necessum est,) Tubulum statim obturando. Sic elevabitur Aurum, Fornicique superiori adhærescet,

VI.

Solis similiter cum Oleis destillatis aromaticis factum, instar Balsami Sulphuris, de quo ZWELFFERUS in Mant. Spagy. pag. 330.

Hinc inde plures prostant Tincturæ Solis. Cæterùm ut plurimum sunt falsæ, aut certè nuda Solutiones, quæ tamen, utut non sint genuinæ, tamen suo modo non sunt contemnendæ, sed habent vim analepticam, restaurativam, quæ plûs minûs tamen variat, prout de Sulphure Solis, aut Menstrui virtute analepticâ plûs minûs participant. Plura qui de Tincturis & Extractionibus Solis cupit, adeat TILMANNUM, ejusque Processus circa Solis extractiones; item ANGELUM SALAM in Chrysol. item de Auro potabili: Vid. etiam ORTELIUS in Comment. in novum Lumen Chym. Sendivog. p. 452. & 453. Vol. 6. Theatri Chymici; non secus ac eodem Volum. p. 460. item TACKIUS Tr. de Con-sanguin. Auri, Sacchari, & Spiritu Vini, utut KUNCKELIUS in Obs. P. 2. pag. 127. Aurum Potabile cum Saccharo paratum, non Auri, sed Sacchari Tincturam esse rectè asserat.

SALI-

VI. SALIFICATIO,

Unde

1. Sal Auri.

R. Auri p. 1. Mercurii purificat. q. v. vel p. vi. F. Amalgama, abstrahaturque Mercurius per Retortam. Hinc F. iterum Amalgama ex reliquâ scilicet Solis Calce, & abstracto Mercurio, idque repetatur toties, donec Aurum assumere Mercurium amplius nolit. Tunc affunde Acet. destill. optimam (vel & Spiritum Sal. com. acuatam,) digereque l. Igne, decanta ac abstrahæ Menstruum ad siccitatem, & remanebit Sal commune Solis.

N. 1. Cum relicto Auro eodem modo procedere potes, amalgamando nimirum ac abstrahendo, donec totum Aurum in Sal commune convertatur. Keslerus l. 1. c. 4.

N. 2. Alii idem meditantur ex Auro per Aquam Regulam calcinato, ac per mensem reverberato.

2. Aliter.

R. Auri foliat., vel quod melius calcinati ℥℥. Sal. com. Sal. Nit. Aluminis, ana ℥j. Misc. ac impone Phialæ Geræ Hispanicâ obturatæ, digereque calore Arenæ, sic solvetur Aurum. Hinc affundendo Aquam calidam præcipitabitur Aurum in formâ Pulveris purpurei (maximè si Oleum Tart. instilletur). Pulveri optimè edulcorato affunde Spirit. Vin. rectificatiss. stentque aliquamdiu (menses aliquot) Vase clauso, ut Spirit. Vin. Sale Solis imprægnetur. Hinc decantetur Spirit. Vin. & abstrahatur, efflagretque. Sic relinquitur Sal albissimum in fundo.

Vires. Insigne est Diaphoreticum.

Dosis gran. 2. 3. 4.

3. Sal Solis Basilianum.

R. Corpus illud album, in Extrahione. Tinctura Auri Basiliana residuum, reverbera leniter per mediam horam, ut aliquo modo corporale fiat. Hinc affunde Aquam Mellis corrosivam, digere, extraheque Sal f. a. (labor est dierum 10. circiter. Aquam Mellis Sale Solis imprægnatam subijce Destillationi MB. ut abstrahatur. Sal Solis residuum edulcora, aliquoties Aqu. comm. destillatam affundendo, atque Destillationibus repetitis abstrahendo; tandem cum Spirit. Vin. clarifica.

Dosis gra. 2. 3. 4. &c.

VI. SALIFICATIO AURI est nulla, utut per Corpora & Menstrua salina addita in Corpus saliforme Aurum possit redigi.

VII. MERCURIFICATIO AURI est perquam difficilis, unde multi dubitant, an detur verus Mercurius metallicus seu Corporum? Præparationem tamen Mercurii Solis non inelegantem videb. in **LIBAVIO** in Syntagm. de Herm. lib. 7. c. 14. & **Theatri Chymici** Tom. 2. pag. 137. Sanè quod detur Mercurius Solis, testatur **Experientia**: siquidem **Generalissimus ARNHEIM** habuit talem Mercurium Solarem, cujus **δοκιμασία** fuit, ut supra dixi, quod noctu agitatus Scintillas igneas reddiderit, & de se sparserit. Hic si posset haberi, certum est, quod plura præstaret in **Transmutatione Metallorum**, quam Mercurius vulgaris: imprimis quidem in Lue Gallicâ præsentissimum erit Remedium, quia sine Salivationis noxâ jucundè & tutò peragitur peragenda; cum aliàs Mercurius sit Alexipharmacum Luis Veneræ. Confirmat **P. TREMELLIUS** **Comiti Montecucoli à Consiliis sacris**, qui affirmavit **D. Herbenio**, vidisse se suis oculis propriis **Instrumentum**, cujus beneficio ex Auro Ungarico currentem Mercurium ferè momento & in instanti elicerit. Inventor hujus fuit Græcus, ait idem Pater: quod si nimis violenter & nimio motu tractetur Instrumentum hoc, statim reverberaretur in Pulverem, atque nimio moto incalcesceret. Sic **EDWARDUS KELLAEUS** Scotus, egregius Chymicus, in Auro leviter fuso foramen usque ad centrum molis fecit, in quo Pulverem album inclusit, & Massam hanc simul in Vase fictili adaptavit, & circumfuso Spiritu Vini Igne admovit; ex calefactâ mole omne ferè Aurum in Mercurium currentem

N. In hac Extrahione Salis remanet Materia utilis pro Mercurio Solis conficiendo.

VII. MERCURIFICATIO.

R. Materiam in confectioe Salis Solis Basiliani residuam, affunde Spirit. Tartari, digere per mensem, ac destilla à Scoriis Ferri per retortam (vitream) in Receptaculum Aquæ frigidæ aliquotâ parte adimpletum, & habebis Mercurium Solis.

Theopidius in Halographia, ex Testamento Basilii Monachi.

Mercurius Solis Paracelsi.

Paracelsus generaliter hunc modum præscribit, quo singula Metalla in Mercurium vivum redigi possint. Nimirum

1. Calcinat Metallum fumigando, i. e. per Fuliginem Mercurii. Vide libr. 1. cap. 14.

2. Calcem Metallum amalgamat, cum Mercurio digerit, abstrahitque.

3. Abstractum Mercurium iterum cum Calce eadem amalgamat, digerit & abstrahit toties, scilicet iterando, donec Calx Metallum supra Candelam instar Cerae liquari possit. Hinc digerendo Calcem illam in Mercurium convertis. Vide lib. de Resuscitatione rerum naturalium, ut & lib. 6. Archidox. ubi Tempus amalgamandi observare monet, quo Planetæ celestes correspondentes conjunguntur. De quo legi potest Libri hujus primi cap. 22. (In Methòdo conficiendi Mercurium ex Metallis Penotus plus opinionis, quam veritatis se compensasse scribit.)

(Vitriolum Auri, sive Leonem viridem, omni Auro Potabili præstantiorem, parandi modum habet Sponsonus. Usus illius ad Arthritidem & Lepram commendatur: Vide Centur. Medicam, Conchidnologia annexam.)

C A P U T X.
DE ARGENTO.

Argentum Metallum est nobilissimum, candidum, Auro imperfectissimum.

Dicitur Chymicis Luna, vel Cerebrum, eo quòd in Macrocosmo Luna, in Microcosmo Cerebro sympathicum sit. Germ. Silber. Gall. Argent.

Vires.

fuit conversum. Quæsitum fuerit: qualisnam Pulvis fuerit injectus? **PENOTUS** innuit, Mercuriale Medicamentum fuisse; quoniam unica & sola res sit in Mundo, quæ firmitatem Auri, Igne etiam validissimo resistentem, domare posset; quæ res nihil aliud sit, quam Pulvis ex crystallino Sublimato in Aquâ Regiâ soluto, addito Sale Tartari, quod est Restitutor Vita congelati Mercurii. (H)

C A P U T X.
DE LUNA seu ARGENTO.

Luna seu Argentum, Planetarum terrestrium secundus, respondens cum secundo inter cœlestes, Metallum, excepto Sole, est perfectissimum & nobilissimum, ob Sulphuris fixitatis, minùs tamen quam in Sole copiosi, potentiam, & Mercurii depuratissimi in copiosâ Terra salinâ perfectam & exactam misionem. Cum Auro in radice convenit & magnam convenientiam habet, aded ut etiam Luna rectè dicatur Aurum imperfectum, cui tantùm Fixitas & Tinctura desit. Reverà enim est nihil aliud, quam Aurum nondum perfectè maturatum, quia scilicet Sulphur ejus nondum debitum fixitatis gradum acquisivit, & hinc candidum mansit. Hinc etiam in Lunâ certè semper aliquid Solis reperitur, & si tota deflagret, in fundo aliquot grana Auri perfecti reperiuntur. Est igitur Corpus Mercuriale coagulatum à Sulphure admodum puro, nondum sufficienter fixatum: nam modò Luna fixetur ita, ut resistat Igne, instar Auri; tunc facile ipsi Anima Auri vel Tinctura potest communicari; quod vel per Cuprum, vel per Antimonium, in quibus Sulphur Solis immaturum

(H) Metallorum quamplurimorum naturam & Principia componentia curiosè scrutatus est **Cl. Hombergius**, ope maxime Lentis usoriae in Regio Palatio Parisiis sita. Aurum in hujus Lentis foco positum, ex parte abit in fumum, illius nempe Mercurius; ex parte Vitricationem subit, Auri scilicet Terra suo Sulphure penetrata. Hombergianas de Auro Observationes in dubium revocavit **Batavius** quidam Philosophus, qui suspicatus est, Carbonis potius (cui Aurum Lentis foco exponendum superimponitur) cineres in vitrum versos, atque Auri superficiei adherentes, eos esse, qui Auri vitricationem mentiantur. Quæ hinc inde afferuntur argumenta materiam suggererunt Hombergio, ut elegantem eâ de re conscriberet Dissertationem, quam legere est Anno 1707. Actor. Reg. Scient. Academiæ.

Vires. Capitis corroborans perhibetur Specificum, Spiritusque animales confortare, unde & in omnibus Capitis Affectibus peculiaris efficaciam sentitur, quales in primis Epilepsia, Apoplexia, & similes.

Purgatio à Sordibus superficialibus.

Coquatur, laveturque cum *Aquâ*, in qua solutum *Tart. ac Sal. comm.*

I. PURGATIO AB ALIENIS METALLIS.

1. Per Calcinationem immerfam.

Solve *Argentum* per *Aquam Fortem*, quæ solummodò solvat *Argentum*, relictis Metallis intactis.

2. Per Fusionem cum Saturno.

Immittetur *Plumbum* in Crucibulum ignitum, ut liqueat, quo liquefacto, superinjice *Argentum*, continuando Ignem, donec cum *Plumbo* Metalla illa imperfecta vi Ignis, partim

in fumum abeant, partim quoque *Scoriarum* nomine secedantur, relicto *Argento* in fundo.

N. 1. Ignis sat fortis requiritur, unde è re erit Furnum Anemium adhibere.

N. 2. Saturnus hac purgatione in Spumam cum *Argenti* Recrementis concretus, dicitur *Litbargyrus*, de quo *infra* (*Helchysina* idem serè sonat ac *Recrementum Argenti plumbeum*.)

3. Per Nitrum.

Fluat *Argentum* ad Ignem, hinc superinjiciatur per vices *Sal Nitrum*, & purgabitur *Argentum*.

II. CALCINATIO.

1. Immerfiva.

Solve *Argentum laminat.* in *Liquore* aliquo *corrosivo*, coagula inspissando, vel præcipitando, ac edulcora. Præcipitatur autem *Argentum* solutum per *Muriam falsam*, *Aquam falsam*, vel per particulam *Aeris* injectam.

N. Li.

maturum esse creditur, præstare conantur: videatur **HAUPTMANNUS** in *Scripto collif. pag. 130.*

Minera, ex quibus erunt, sunt multiplices: ad quas etiam pertinet *Minera Argenti rudis rubra*, seu ut vocant *Ger. Roth gulden Ertz*, item *Minera dicta Glass-Ertz*. Nam *Roth gulden Ertz* est *Minera* copioso *Arsenico* juncta, de quo vid. **ZWELFFERUS** *Mant. Spagy. pag. 332.* sicuti idem per *Mechanicam* potest probari: si enim recipiantur *Lapidis* seu *Magnētis arsenicalis* p. ij. *Luna* p. j. & invicem fusionis Igne commisceantur, cum exinde fit verum *Roth gulden-Ertz*. *Minera* verò *Glass-Ertz* dicta, constat, ut hoc *Mechanica* docet, ex *Sulphure* & *Luna*: ex *Luna* enim, *Sulphure* & paucò *Sale communi* fulis, fit verum genuinum *Glass-Ertz*.

Luna in *Mineris* suis etiam aliis ignobilioribus Metallis junctæ: nam uti rara est *Luna*, quæ non etiam aliquid *Solis* contineat; ita ordinariè cum *Venere* juncta est, excepta eâ, quæ instar *Capillorum* ex suâ *Minera* crescens, *Luna Capillaris*, *Germ. baaricht oder gediegen Silber* appellatur: quo nomine etiam apud **GESNERUM** in peculiari *Scripto Latino veteri* venit: hoc enim purum est, uti per *Experientiam* edoctus mihi asseruit supremus *Minerarum Præfectus*, *Domus à SCHONBERG*, vir in *Metallurgiâ* & *Chymia* experientissimus; qui simul observavit, quòd *Rasura* hujus *Luna Capillare* à gr. vij. ad \mathcal{D} . sub formâ *Pulveris* exhibitâ, Partum difficilem auspiciò facilitaverit; cujus tamen rei *Experientiam* non habeo.

In *Misniâ*, *Annæbergæ* scilicet & *Freibergæ*, aliisque locis, sponte suâ, solâ *Naturæ* ope, impetu quasi factò proruit & penetrat. *Luna hæc Capillacea Arte quoque fieri potest*: consistit autem *Artificium* in eo, ut *Luna fusæ* successivè parum superinjiciamus *Sulphuris*; sic enim *Sulphur*, quoad partem pinguem desflagando, relicta parte acidâ, agit in *Lunam*, & dum particulæ *Lunares* avolare nituntur, compedibus *Sulphuris* impeditæ, in ejusmodi efflorescunt *Capillos*. Vel solvatur *Luna* in *Aquâ Forti*, coaguletur ad consistentiam *Salis*: hoc forti Igne admodum in *Pilos* tenues excrescere incipit. Scripsit de *Lunâ Capillaceâ* artificiali **KUNCKELIUS** in suis *Observ.* ac in specie **BALDUINUS** de *Germinatione Argenti*. Mentio apud hunc quoque occurrit *Germinationis Philosophicæ*, quando ex *Lunâ* & *Mercurio* in *Aquâ Forti* solutis, conficitur ejusmodi *Arbor Argentea Philosophicæ*: qualis etiam ex *Terrâ Antimonia* certâ lege cum parvis *Malis* seu *Pilulis aureis* fieri potest, quamque habuit **WENDLINGES**. De *Philosophicâ* hac *Germinatione* scripsit prolixius **FABRICIUS BARTHOLETTUS** (Auctor rarus & bonus *Archiater Mantuanus*, *Italus* eruditus, qui que *Galenicos* cum *Chymicis* conciliare voluit) in suâ *Encyclop. Medicâ*.

Propter dictum cum *Venere* commercium dependet *diversitas Operationis Remediorum Lunarium*; nam ea multum adhuc de *Venere* participant, unde insignes *Nauseas* & *Vomitum* movere solent: Conf. **BOYLE Tentam. pag. 83.** Cum econtrâ ex *Lunâ purâ* *Remedia laxativa* admodum debilia esse soleant, ut observavit **LUDOVIGI** in *Pharmac. pag. 229* adeoque vis laxativa aut vomitoria *Lunæ à Venere* primariò dependet; id quod etiam confirmat *Calx & Luna Porabilis*, quæ à *Venere* separata, absq; *Evacuatione*, simplici *Alteratione* operatur: Conf. **KUNCKELIUS Obs. P. 1. Lit. G. num 6. P. 2. pag. 13.** Ergò ex *Lunâ* saltem *Remedia Alterantia* habemus, eorumque omnium consensu *Cephalica*, *Apoplectics*, *Melancholicis*, *Maniacis*, *Memoriæ defectum patientibus*, *Vertiginosis*, & similibus aliis *Capitis*

Affectibus dicata; ut eorum immediata *Operatio* ultra primas vias non videatur extendi.

I. Ut ad *Usum Medicum* adhibeatur, ante omnia *purificanda* erit; quæ **PURIFICATIO** propriè consistit in *separatione* ab ignobilioribus Metallis, speciatim *Venere*, quæ difficillimè separatur. *Purgatio* fit vel 1. per *Calcinationem Immerfam* cum *Aquâ Forti*, quæ est *Spiritus Mineralis* acris, destillatus ex *Vitriolo* & *Nitro*, pro separandâ *Lunâ à Sole*; vel fit 2. per *Fusionem cum Saturno*, pro separandis reliquis Metallis, quemadmodum **AUTOR** sufficienter præscribit. Verum est, *Saturnus* multum hic potest; nam, uti dixi, ratione *Alcali volatilis* absorbet *Metalla* reliqua, relicta *Lunâ* intactâ, & in hoc consistit fundamentum totius *Artis* *probatoriæ*. Sed necesse est, ut quintuplum vel sextuplum *Saturni* pro *Lunâ* purificandâ recipiatur. Interim tamen *Purificationes* hæc, sive *Aquâ Forti* sive *Saturno* instituantur, non sufficiunt, quia *Lunæ* semper tantillum *Veneris* difficillimè separabilis adhæret, ita ut necesse sit, *Lunam* purificandam in *Testâ probatoriâ* fundere, & in illâ tractare, donec nihil *Veneris* remaneat. Sed res est difficilis; quinimò *Saturnus*, dum interdum *Veneris* est, cum *Lunâ* cupellatus *Venerem* denuò *Lunæ* affricat. Ergò *Luna* per *Fusionem* cum *Nitro* & *Borrace* depuranda venit, modo, quem primus docuit **KUNCKELIUS Obs. Lit. G. Num. 4.** Sin verò *Luna* cum *Marte* & *Jove* commista sit, optimè *Antimonio* vel *Nitro* depuratur: nam *Mars* cum *Saturno* non bene liquatur, ab *Antimonii* verò *Sulphure* addito exeditur; sicut & *Jupiter* statim abit in *Scorias*, quæ cum sint crassiores, *Cupellam* vel *Cineritium* non ingrediuntur, ac præterea de *Sole* & *Lunâ* subinde deprædantur: Hic ergò cum addito *Nitro* desflagando consumitur.

II. 1. **CALCINATIONE Immerfivâ** seu *Solutione* mediante, in *Calcem* redigitur *Luna*. *Menstruum* appropriatum est *Aqua Fortis*, vel ipse *Spiritus Nitri* bene rectificatus & concentratus, emergit *Solutio* amarissima: quod idem de *Lunâ* cum *Spiritu Sulphuris* tractatâ observat **HELMONTIUS** *Tract. Ignota Actio Regim. §. 11.* Curiosum tamen est, quòd *Aqua Fortis* à *Regulo Antimonii Martiali* abstracta, *Lunam* amplius non solvat: conf. *Acta Med. Hassn. Vol. 2. pag. 189.* Ergò *Solutione* hac per *Evaporationem* blandam, *CrySTALLI* vel *VITRIOLUM*; per *Præcipationem* vero cum *Sale* aut ejus *Spiritu*, *Luna cornæ* habetur. *CrySTALLI* hæc suggerunt duplex *Remedium*: & quidem pro usu interno *Pilulas fortiter purgantes*, pro usu verò externo *Lapidem Infernale*, seu optimum *Causiticum potentiale*.

Quod *usum internum* attinet, *CrySTALLI* hæc *Lunares* bene exsiccata cum *Micâ Panis*, vel *Succo Liquiritiæ*, vel *Extracto* quodam *hydragogo* subactæ, & in *Pilulas* amarissimas redactæ, sunt optimum & appropriatissimum *Purgans Hydropicorum*: dosi enim gr. ij. in *Hydrope Ascite* fortissimè evacuant *Aquas* per inferiora, & his ipsis *Anglus Hydropicus* fuit curatus aliquando. *Misceri* etiam possunt cum *Conservâ Florum Persicorum*, vel cum *Rob Sambuci*, vel *Juniperi* in formâ *Boli*. Mirè laudantur à **BOYLE** in *Philosophiâ Experimentalis*, & parantur saltem ex *Lunâ*, *Saturno* purgatâ; aliàs, ratione nimis adjunctæ *Veneris*, *CrySTALLI* excitant *Vomitum*: quarum descriptionem succinctam videbitis in *du HAMEL de Affect. Corpor. pag. 395.* *CrySTALLI* nempe pulverisatæ Igne *Arenæ* continuò agitandò, tamdiu calcinantur, donec major *Spiritu*um foetidiorum pars exhalarit: hinc ad-

B b b b

ditur

N. Liquor ille corrosivus, vel est Aqua Regalis (vide in Sale Nitro) vel Spirit. Sal. Nit. vel his finitimus Humor, (ut patebit infra in Tincturis, seu Argento Potabili,) recipitur autem in quantitate triplâ, quadruplâ, sextuplâ, &c.

N. 2. Argentum hac ratione solutum, si more solito ad crystallandum reponatur, concrefcit in Crystallus, quas Vitriolum Lunæ vocant.

2. Calciniatio Amalgamatoria.

℞. Argent. pur. ac Mercur. ana. F. Amalgama, admisce 4. p. Sal. com. vel Vitrioli. Exhalet Mercurius ad Ignem, residuum eluatur.

3. Calciniatio Cementatoria.

Fit per Tart. vitriolat. per Sal Gemm. per Mercur. per Sal com. & similia.

N. Calciniatio hæc fieri debet sine Fusione. E. gr.

℞. Argenti lauin. p. 1. Mercur. sublimati, p. ij. Misc. ex-

haletque Mercurius ad Ignem, & remanet Argentum instar Resinæ. Sennertus Inffit.

Sic cementatur quoque cum duplo Sal. Gemm. vel cum quadruplo Sal. com. hor. 4. 5. 6. 7. 8.

Aliter.

℞. Argent. limat. p. 1. Fl. Sulphur. p. ij. Sal. com. p. 8. Misc. sublimaque septies, ut Flores Sulphuris sublimari solent. Sublimatum restanti Materiæ semper addendo, ultimâ vice Sublimatum abjice, restantemque Materiam Aquâ elue.

Calciniatio Argenti Cementatoria fit etiam ut supra dictum est de Auro Potabili cum Spiritu Sal. Tart.

4. Calciniatio Reverberatoria.

Quia Argentum facilius Igni ac Calcinationi patet, quam Aurum, ulterius operosa Reverberatione opus non habet: nihilominus tamen, cui ita visum fuerit, amplius Argentum calcinatam elaborare poterit, denuò illud cum Sulph. vel cum

ditur ana Nitri, quæ Aquâ soluta & filtrata ad siccitatem abstrahatur: Massa remanens Vase aperto sine fusione blandè calcinetur, donec nullus amplius fœtor nitrosus exhalet: postea soluta & filtrata crystallifetur. Laudantur etiam in Affectibus Capitis. Quod si Solutioni huic ante evaporationem debita quantitas Mercurii addatur, acquiruntur post evaporationem Crystalli magis efficaces, & minùs nauseosæ. Confer. GLAUBERUS Oper. P. 2. cap. 29. pag. 74. Ex his Crystallis, cum Nitro super Carbones candentes injectis, Flores Lunares sublimare docet GLAUBERUS loco citato cap. 30., sed parùm de Lunâ participantès; hæc enim maximam partem à Nitro per Carbones alcalifato reducit. Ex iisdem Crystallis cum Spiritu Salis Ammoniaci ac Spiritu Vini, Tincturam parare docet Lunarem, citato loco cap. 31. pag. 75. TACKIUS in Chryfogon. pag. 37. singularem habet Præparationem Crystallorum viridum ex Lunâ beneficio Nitri, facti ex Calce vitæ & Sale communi, quæ Præparatio est singularis, & non vulgaris, benè observanda. Crystalli fiunt virides: nam licet Luna habeat Colorem albicantem extrinsecâ in facie; interim tamen Color ejus intimus reverâ subrubicundus est; Color autem cœruleus seu sapphirinus est suppositivus.

Quoad Lapidem Infernalem, à Gallis ita vocatum, genuina ejus Præparatio est hæc:

℥. Lunæ limat. ʒij.

Spiritus Nitri vel Aquæ Fortis duplum vel triplum

Solutio in Cucurbitâ abstrahatur per Arenam ad medietatem, & loco frigido crystallifetur seu abstrahatur donec Luna in formâ Salis remaneat. Hoc ipsum immittatur in Crucibulum Igni blando, donec ebullitiones cessaverint: hinc augmentetur Ignis, ut Materia instar Olei in fundo Crucibuli fluat, quæ infundatur in Connum fusorium calefactum (quod Germani vocant in elnen Wannen Einguff) & Materia instar Lapidis reperitur indurata.

Lapis hic quantitate Pisi non solum optimus est pro parandis Fonticulis & aperiendis Abscessibus, sed etiam Carnem superfluum luxuriantem simplici attritu, sine vehementiâ, sine molestiâ, mortificat: omnis iste Effectus ab Acido Aquæ Fortis, cum Lunâ concentrato, originem ducit; unde idem fieri posset cum Marte vel Venere iisdem mediis, sed hi Lapidis caustici ex his parati facillimè in aëre per deliquium diffuunt.

Ad hanc Lunæ in Aquâ Forti Solutionem pertinet etiam Inquartatio, seu Solis impuri, ac Lunæ plùs minùs permixtæ, ab hac Separatio, ita quidem, ut hujusmodi Solis part. j. Lunæ p. iij. invicem colliquefacta uniantur: de qua supra, ubi de Auro, sufficenter dixi. Aqua Fortis ergò omnem Lunam in se continet, quæ decantetur. Observetur hic Præcipitationis varius Processus: Nam Solutioni huic claræ, si immittantur Lamina Veneris, has immediatè rodit Aqua Fortis, ita ut omnis Luna soluta exinde sub formâ Pulveris albi circa Lamellas præcipitetur. Quod si verò huic Solutioni Auri immittatur Bacillus Ferreus, tunc Venus soluta iterum se præcipitabit, & intereà Mars ab Aquâ Forti dissolvitur. Hæc Martis Solutio præcipitari potest per Zincum, vel Lapidem Calaminarem, vel aliud Corpus metallicum terrestrius; mox enim Aqua Fortis arripit hoc Corpus, & omnis Mars antea solutus in fundum sub formâ Pulveris præcipitabitur. Et tandem si instilletur Nitri fixi Liquor, vel Oleum Tartari per deliquium, vel aliud Alkali fixum, hoc præcipitabit omnia Mineralia antea soluta.

Cum quo Subjecto metallico talia Menstrua habent majorem convenientiam illud solet aggredi, & alterum relinque-

re. Convenientia consistit in Texturâ mechanicâ Menstrui solventis & Subjecti solvendi; quatenus scilicet convenientiam habent pori Subjecti solvendi cum Liquore solvente: Sic, ut crassum saltem dem Exemplum: Aqua Fortis solvit Lunam, nullo verò modo Ceram; quoniam nimirum est differentia inter poros Lunæ oblongos, & Ceræ rotundos; unde Aqua non ingreditur Ceram. Hæc magnum habent usum in Chymiâ & Solutionibus Chymicis, & sæpius occurrunt.

Superstes hic Liquor si blandè evaporetur, recuperabitur perfectum Nitrum regeneratum, ex quo novam Aquam Fortem destillare poterunt.

Solutio hæc Lunæ cum Aquâ Forti parata, si præcipitetur cum Sale communi, vel Aquâ, in qua Sal commune solutum fuit, vel Spiritu Salis; cadit Pulvis Lunæ solutæ, & vocatur, propter consistentiam tenacem, facilem tamen fusibilitatem, (quia instar Cornu Igni admotum fluit & liquefcit) & aliqualem volatilitatem, Luna Cornea. Eadem Præcipitatio etiam cum Oleo Vitrioli fieri potest, sed parata inde Lunæ Cornea minùs tenacioris est consistentiæ. Curiosum est, simplici istâ Præcipitatione fixum Lunæ Corpus ad talem volatilitatem esse redactum, ita ut etiam in proximo sit gradu ad Mercurificationem. Vide BECHERUS Phys. Subterr. P. 2. pag. 13. Hæc ipsa enim Luna Cornea pro usu Alchymistico in Corporibus metallicis mutandis, maximi est usus, & cum Spiritu quovis urinoso dat Essentiam seu Tincturam Lunarem non inconcinnam. Propter sui autem volatilitatem admodum difficulter reducibilis est; Sal Tartari hic nil valet, sed Saturnus, teste TACHENIO Hippocr. Chymico pag. 46. Interim tamen nec hoc sine damno fit: Genuina ergò Reductio est ista, quæ fit superinjecto Sebo vel Oleo Olivæ, autore KUNKELIO Observ. Lit. num. 4.

2. Ad Calcinationem Amalgamatoriam pertinet suo modo Arbor Philosophica dicta.

℥. Lunæ cupellat. ʒss.

Aquæ Fortis ʒj.

Solvantur: Hinc

℥. Mercurii vivi ʒj.

Aquæ Fortis ʒij.

Solvantur. Miscantur hæc Solutiones, quo facto superadde

Mercurii vivi ʒij.

Aquæ Fontan. ʒviʒss.

Indantur omnia in Vitrum oblongum, & reponantur in locum moderatæ temperiei.

Aliàs curiosa est Germinatio Lunæ cum Sulfure, de qua videatur BALDUINUS Tr. bujus nominis, item KUNKELIUS Obs. pag. 9. Sed hoc ad Calcinationem Cementatoriam pertinet.

3. In Calcinatione Cementatoria per Tartarum vitriolatam remanet Pulvis viridiusculus, qui in Affectibus Cephalicis usurpari solet.

Quod Luna cum Mercurio sublimato tractata Resinam relinquit, illustrat ulterius BOYLE in Orig. Formar. pag. 222., cum hac ratione etiam inflammabilis reddatur: imò Luna, à qua sæpius Mercurius sublimatus abstractus fuit, quod per retortam fieri potest, instar Ceræ, fluxilis fieri solet.

Sequitur Calciniatio Cementatoria cum Sulphure, quæ etiam absque Sale fieri potest: aperitur sic Corpus Lunæ nonnihil, ut ului medicò fiat aptior.

℥. Lunæ cupellatæ p. j.

Flor. Sulphuris, aut Sulphuris tantum triti p. ij.

Ex Lunâ in bracteolas redactâ fiat cum Sulphure stratum supra stratum in Crucibulo, atque tum Igne Crucibulo

cum *Sal. com.* (*Sal. Germ.*) vel simul cum *Sulphure & Sal. Germ.* vel cum *Sal. com. & Sal. Ammoniaco*, &c. aliquoties pro lubitu cementando, ac dein Ablutionibus à falsedine liberando. E. gr.

R. Calc. Argent. (per *Aqu. Fort.*) ʒj . *Sal. com.* ʒij . *Sal. Ammoniaco* ʒij . Misce & reverbera per dies 8.

III. SOLUTIO ET EXTRACTIO. Lunæ Potabiles & Tincturæ.

N. Luna ut mollior est *Sole*, ita facilius quoque in potabilem formam reduci potest; adeo ut si optimè calcinata fuerit, soli *Spiritu Vini*, optimè tamen rectificato, obediat. Quia tamen Labor iste, aliquo modo laboriosus ac diuturnus est loco *Spiritus Vini simplicis*, idem ille *Spiritus Vini acutus*, vel aliud aliquod *Mensurum* recipi solet, ut patebit in singulis.

1. Luna Potabilis per Spiritum Vini simplicem.

R. Argentum calcinat. (cum *Spiritu Vini* in quo aliquid *Salis Ammoniaco* sit solutum) extrahe cum *Spiritu Vini* cohobando aliquoties.

Dosis gran. 3. vel 6. *Gluckrath.*

Aliter.

R. Argenti calcinat. (per *Aquam Regalem*, seu *Liquorem corrosivum* distillatum ex *Minis* p. 1. *Salis Ammoniaco* p. ij.) extrahe cum *Spiritu Vini* optimè rectificato. *Keslerus* 1. cap. 1.

2. Luna Potabilis per Spiritum Vini Sale Urinæ acuatam & similia.

R. Argentum calcinat. (per *Spiritu. Sal. Nit.* cum cohobis,

vel per *Mercurium*): extrahe per *Spiritu. Vini rectificatum acuatam Sale Urinæ volatili* (i. e. per *Spiritu. Vini microcosmicum*), filtra & coagula. Vide de *Auro Keslerum* 1. cap. 7. *Sennertum Institut. Beguinum.*

Aliter.

R. Argent. calcinat. (scilicet miscendo cum *Fl. Sulph.* p. ij. *Sal. com.* p. 1. & sublimando septies, vide supra *Cementat.*) p. 1. *Spiritu. Vin. opt.* p. ij. *Sal. com. Urin. volat.* p. quart. digerantur in Vase benè clauso per dies aliquot.

Hinc destilla per Retortam vitream aliquoties (8. 9. aut tantisper) donec *Materia* ascendat cœrulei coloris. Sin minus hæc successerint, calcinetur denud *Argentum* pluries, & procedatur, ut dictum.

Dosis gran. 5. 6. 7. &c.

N. Eodem modo fieri quoque potest *Luna Potabilis* per *Spiritu. Vini acuatam Sale Naturæ*, de quo in *Auro*.

3. Alia Tinctura Argenti per Spiritum Vini tartarifatam.

R. Calcem Argenti reverberatam, (cum *Fl. Sulphur.*) affunde *Spiritu. Vini opt. tartarifatam*, abstrahere cum septem cohobis, sic solvetur *Argentum*, circula per mensem in *MB.* & habebis *Liquorem cœruleum*. *Keslerus lib. 4. cap. 44.*

4. Alia per Spiritum Vini vitriolatum.

R. Argent. calcinat. q. v. extrahe s. a. *Tincturam cœruleam* cum *Spiritu Vini vitriolato* (vide *Vinum*), decanta ac abstrahere.

N. Præstat reliquis in Epilepsiâ.

5. Tinctura Lunæ Basiliensis.

Habetur in promptu

1. *Sal commune* cum ana *Calcis vivæ calcinatam*. Vide *Calcinationem Viridis Aëris*. 2. Ad

bulo supposito deflagrat *Sulphur*, acida tamen ejus *Salia Lunæ* plùs minùs adhærere solent. Repetitur hæc Operatio bis vel ter, donec *Luna* perfectè sic calcinata.

In commistione proportio *Lunæ & Sulphuris* est attendenda: si enim plus de *Sulphure* sumitur, *Luna* comburitur quasi; si minus de *Sulphure*, *Luna* non sufficienter calcinatur.

Ex *Lunâ* hoc modo calcinatâ non saltem concinna *Tinctura*, seu *Luna* suo modo *Potabilis* per *Spiritu. Urinosos* potest parari; sed etiam *Lunæ* ita calcinatæ adhuc calenti affundantur *Aquæ Cephalicæ*, vel *simplices* vel *compositæ*, v. g. in debilitate *Memoriæ* affundenda *Aquâ Sopororum Crollii*, vel *Aquâ* quædam *simplex* pro confortandâ *Memoriâ* usitata: in *Epilepsia* *Aquâ Cerebri bumani*, vel *Liliorum convallium*; in *Maniâ* *Aquâ Hyperici, Anagallidis* &c., & exinde habebitur *Aqua* medicamentosa, quæ vocatur *Aqua Lunæ*. Hæc miri dicitur effectûs, & mirè prædicatur pro usu cephalico, in specie in confortandâ *Memoriâ*, contra *Verriginem*, *Epilepsiam* &c. Potest postmodum edulcorari cum *Syrupis* appropriatis, v. g. per *Syrupum Florum Betonice, Tunice* &c., & depurata hinc *Misura cochl. j.* vel alterum propinari pro circumstantiarum ratione: conf. *HOFFMANNUS Clav. pag. 218. & 219.* Retulit sanè sæpius *Dn. MICHAELIS*, Virum esse magnæ æstimationis, qui hujus *Aquæ* beneficio pristinum *Memoriæ* vigorem restituerit, cum antea ferè tota amissa fuerit. Quæ vires, an huic *Aquæ*, in qua crudum tantum *Corpus Lunæ* extinctum fuit, tribuendæ sint? equidem hæreo: forsan *Sulphur & particulæ sulphuræ acidæ* adhæreres, alterabunt *Vires animales*. Eadem *Aqua* pota simul *Alvum* laxare solet, vi semper aliqualis *Veneris* Contagii.

III. Inter Præparationes *Lunæ*, non secus ac *Auri*, sunt ejus præprimis *EXTRACTIONES*, & fit *Luna Potabilis*. *Tinctura* autem *Lunæ genuina* non datur; sed quæ vulgò hoc nomine veniunt, sunt saltem simplices plùs minùs subtiles *Lunæ* corporalis saltem *Solutiones*: siquidem ex iisdem non saltem *Lunæ* omnis reducibilis denud est, sed etiam omnes *Tincturæ* saphirinæ aut cœruleæ existunt, propter quem Colorem omnes *Tincturæ Lunæ* vulgares solent commendari; reverà tamen saltem supposititiæ & fallaces sunt, quia etiam ex Capite mortuo nova *Tinctura* educi potest, cum *Lunæ* intimus Color reverà subrubicundus sit, seu *Germ. Dunc-Kel-rotb.* Ergò quælibet vulgares *Lunæ Tincturæ* cœruleæ hunc Colorem semper habent à *Veneris*, *Lunæ* permistâ, cujus ratione semper sunt vomitoria; unde non solum ad extractionem earum *Sal volatile oleosum* simul accipitur, quod cum *Veneris* semper cœruleum seu saphireum colorem dat, sed etiam si tali *Tincturæ cœruleæ* dicto modo paratæ affundatur

Tom. IV.

Spiritus Vitrioli, mutatur Color cœruleus in viridem, cum particulæ cupræ ab *Acido* arreptæ quasi *Vitriolum* quoddam constituent.

Tinctura igitur *Lunæ*, si genuinæ debent esse (1) in antiquum suum *Corpus* affusione *Salium alcalium* non sint reducibiles: (2) necesse est, ut non sint Colore saphirino, aut cœruleo. Ergò etiam quælibet *AUTORIS Tincturæ*, cum cœruleæ sint, parvi pretii erunt. *Communis Præparationum ratio* ferè in his duobus consistit; quòd *Luna Primæ Acidis* per *Calcinationem* *Cementatoriam* cum *Sulphure* tracta ri soleat; hinc *Spiritus urinosus volatilis, Urinæ, Salis Ammoniaco, Cornu Cervi*, vel solitarius, vel *Spiritu Vini* maritatus, &c. pro *Tincturæ* extractione adhibeatur: quantum enim *Acidi Lunæ* adhuc adhærescit, tantum etiam de hac *Lunâ* ab isto *Spiritu volatili* urinoso ratione *Acidi* absorbetur, & hæc est *Luna* vel *Tinctura* ejus *Potabilis*. Alias quæcumque *Salia volatilia urinosæ*, si cum *Limaturâ Lunæ crudæ* misceantur, & in Vase clauso unâ asserventur, brevi pòt *Luna* efflorescit in *Flores* cœruleos: verùm hoc nihil est, *Sal volatile* enim *Urinæ* extrahit *Tincturam Veneris*. Quòd si verò *Luna pura* adhibeatur, & ab omni contagio *Veneris* ritè depurata, nullus talis cœruleus Color emergere solet. Sufficiat ergò pro *Lunâ Potabili Remedium Solare in formâ liquidâ* illud, quod describit *KUNKELIUS Obs. P. 1. Lit. 3. nu. 17.* & quod fit ex *Lunâ purissimâ* cum *Sulphure* cementatâ, & hinc *Spiritus Salis Ammoniaco* in formam liquidam redactâ, quæ ita ad *Maniam* & alios *Affectus Cephalicos* convenienter admodum usurpari potest; sicuti abstracto *Mensuro urinoso* remanet *Corpus saliforme*, ex quo *Spiritu Lunarem* destillare docet idem *Obs. P. 2 pag. 13*; sicut aliàs *Luna* in *Spiritu Nitri* soluta, hinc in *Vitriolum* coagulata, & *Spiritu Vini* imbibita, ex parte destillabilis evadit. *PECHLINUS de Purgantibus pag. 280.* *Tincturam Lunæ* cum *Spiritu Salis Ammoniaco* paratam commodissimum *Hydragogum* appellat.

Deinde non inelegans est *Tinctura Lunæ Neuderffertii*, utut non sit *Tinctura vera*, elegans tamen *Præparatio*, quæ est hæc; *Lunæ Solutio in Aquâ Regiâ* præcipitatur cum *Sale & Laminis Veneris*: *Pulvis præcipitatus* cum ana *Sulphuris calcinati*, sublimatur cum ana *Salis Ammoniaco depurati*: *Sublimato* affunditur *Spiritus Salis Ammoniaco* cum *Spiritu Vini & Calce vivâ paratus*, & extrahitur *Tinctura viridiuscula*: *Mensurum* ad consistentiam *Mellis* abstrahitur, pòt affunditur *Aqua vulgaris*, & quartâ *Destillatione* eliciuntur *Salia Mensuræ*, & remanet *Lasurium Lunæ* in fundo, ex quo affuso *Spiritu Vini* extrahitur *Tinctura Lunæ*, cujus *Dosis* sunt guttæ x. ad xx. ter in die, mane, pòt pattum, & vesperi in *Affectibus Capitis*.

5. *Tinctura Basiliensis* extrahenda est cum *Spiritu Vini*, acua-

B b b b 2

10

2. Ad manus fit *Calx Luna*.

3. Paretur *Aqua Fortis ex Vitrioli & Sal. Nit. ana.*
Ergo

R. *Calcem Argenti*, misce cum *Sal. com. calcinato*, cum *Calce viv.* & inde Phialæ vitreæ, affunde *Aquam Fortem*, eamque abstrahe destillando, cohobaque vice tertiâ, ultimâ vice Ignem augendo, ut *Materia in Vitro fundatur*. Sic *Argentum* nancisceris pellucidum, ex quo cum *Aceto destillato fortiss.* extrahatur s. a. *Tinctura* sub colore ultramarino.

N. Remanebit *Corpus Argenti* in *Extractione* hac residuum, quod *Sali Luna* conficiendo reservetur.

Videatur *Tboldius in Halographiâ, ex Testamento Basilii*.

N. Plures modos *Tincturas Luna* conficiendi, ad imitationem Modernorum, qui in solis *Tincturis descripti* sunt, ipsemet Lector colligere poterit. E. gr.

Tinctura cum Spirit. Vini acuto Sal. com. Natura, &c.

Essentia Argenti, uti *Lapidum & Crytalli Extracta Cloffæna* sunt, parari potest. Vid. cap. 4.

6. Luna Potabilis S. Cloffæ.

Luna Potabilis fiet si primo *Lunam laminatam* pluries cum *Sulph.* calcinaveris, & inde per affusionem *Aqu. communis Vitriolum* elicueris; quod resolvendum erit in *Spiritu* composito ex *Sal. com. Sal. Nit. & Spirit. Vini* præscripto *Art. de Tincturâ Solis*: Fæces segregando per digestionem, *Tincturam* cœruleam cogendo in *Pulverem*, è quo demum per *Spirit. Vini* vera *Essentia* exurgit adversus *Epilepsiam* optima. Ex communicatione *S. Cloffæi*.

7. Alio modo:

Primo amalgmetur *Sec. pars una Argenti* cum *part. 8. Mercurii*, exprimatque per *Corium*; Secundo *Globulus* restans teratur cum *quadruplo Salis com. decrepitati*, & *prunis ardentibus* calcinetur per horas 4. in *Pyxide cementatoriâ*: si quid non probè calcinatum superfit, cementetur iterum addito *novo Sal. com. & Calx à Sale com.* per abluções liberetur. Tertiò sublimetur hujus *Calcis* ℥j. cum ℥iv. *Salis Ammoniaci*, idque 5. repetatur. 4. *Liquore acido potabili* primùm (*Aceto destillato*) dein *sulphureo*, vegetabili (*Spirit. Vini*) extrahatur *Tinctura*, quæ ad siccitatem *reducta Sal* dabit in *Cellâ* diffuens in *Oleum*, quod itidem spatio 10. dierum fixari poterit in *Medicinam* *Morbis Cerebri* specificè dicatam.

Ex communicatione ejusdem.

to cum *Sale Natura*, uti dicit *AUTOR*. *Spiritus Vini* aliàs potest acuari cum *Sale Tartari volatili*, cum *Sale volatili Urinæ*, vel *Cornu Cervi*, aut *Cranii bumant*, item cum *Sale volatili Sanguinis bumant*, ut convenientior fiat *Tinctura* in *Affectibus Capitis* subitaneis, *Apoplexiâ*, *Epilepsiâ*, & similibus. Nam *Spiritus Vini simplex* non extrahit *Tincturam*, nisi sit acuat.

Habetur etiam *Magisterium Luna*, cujus *Præparatio* videari potest in *Chymia ROLFINGII*: vel

W. *Luna purissima*:

Solvatur in *Aquâ Forti*: præcipitetur cum *Aquâ falsâ*, edulcoretur leniter, & extrahatur *Calx* cum *Spiritu Salis Ammoniaci*, qui ubi saturatus fuerit, denuò abstrahatur: *Corpus* remanens abstrahatur aliquoties cum *Spiritu Vini*, quo denuò abstracto, remanet *Pulvis*, quem *Comes Waldenanus Danus Pulverem suum Stultorum* vocat, quia eo sanavit delirantem suum buccinatorem.

Pertinet huc etiam *Luna sublimata*, eaque *duplici modo*: partim mediante *Regulo Antimonij*, partim *Sale Ammoniaci*.

Primo modo.

W. *Luna pura* ℥ij.

Reg. *Antimonij* ℥ij. ad jv.

Fundantur, pulverifentur, & sublimentur horis 12. secundum *Artem*, ita tota *Luna* cum *Antimonij Regulo* abit in *Flores*; cujus *Dosis* sunt grana jv. ad ix. in *Epilepsiâ*, *Philtris*, & similibus.

Altero verò modo, cum *Sale Ammoniaci*, fit *Luna Sublimatio* secundum *methodum*, quam docet *ZWELFFERUS Manud. Spagy. pag. 233.*: quò etiam facit *Liquor Glauberti*, qui fit ex *Lunâ* in *Aquâ Forti* solutâ, & cum *Spiritu Salis Ammoniaci* præcipitatâ: habetur sic *Pulvis*, & ex hoc per deliquium *Liquor elegans*: qui videatur in *eiusdem Prosperit. German. L. 4. pag. 69.*

Ad prædictas *Lunæ Sublimationes* pertinet etiam *Labor*, quo *Luna* in *Sulphur* ac *Cinnabarim* redigi potest.

W. *Luna finè laminatæ*, & cum *Sale Ammoniaci pulverifata*, in *Cucurbitâ* in *stratum supra stratum* redactæ,

IV. SALIFICATIO.

Argentum in *Salem vitriolatum* quomodo convertatur, ex jam dictis innotuit. Dabimus igitur *Modum salificandi Basilianum*, quem ex *Testamento* ejus manuscripto verbotenus cum plurimis aliis transtulit *Tboldius in suâ Halographiâ*. Nimirum

R. *Corpus illud Luna* in *Extractione Tinctura Basiliana* residuum: affunde *Aqu. Mellis* corrosivam s. a. abstrahæ & edulcora, ut dictum in *Sale Solis*.

N. Supererit *Materia*, ex quâ extrahi potest *Mercurius*.

Vires. Conducibile est *Morbis Capitis*, & imprimis *Epilepsiæ*, *Hydropicorum Aquam* exsiccat.

Dosis gran. 4. 5.

(*Chirurgi loco Lapidis Corrosivi* sæpè *Sale Luna caustico* utuntur, tanquam minus doloroso; citiusque *Eicharam* faciente, (substantiam.) *Modus conficiendi Molinetti* traditur ab *Hofmanno*: R. *Lun. cupellata* ℥ij. *Aqu. Fort.* ℥vi. Minutissimè in *scobem* redactam solve, pone in *Vale vitreo* *Ignem Arenæ*: ubi *Luna* soluta, auge paulatim *Ignem*, & *Lapidem Luna* instar *Lanæ* habebis, qui per *gradus* perficitur ad *Aquæ Fortis* consumptionem.)

Spiritus Lunaris S. Cloffæi.

Prima opera fit in parando *Vitriolo Luna*, quod fit per *Sulphur*, instar *Vitrioli Veneris*, verum ad minus *Calcinati* omnibus 20. iteratis indiget. Longè faciliori ac meliori *Met hodo* extrahitur è *Limaturâ Luna* subtilissimâ beneficio *Aqu. Liliæ convall.* ℥ij. fortificatæ cum ℥j. *Spiritus Vitrioli Veneris* (vel cum *Aceto destillato*), tenentur per *ensem* in *digestione Ginerum*, sic *Spiritus Veneris* imprægnabitur *Tincturâ Luna* ex *cyano-subvirescente*: quâ sepositâ alium *Spiritum Vitrioli Veneris* substitue, totiesque extrahe, donec tota ferè *Luna* soluta sit, tandem *Solutiones* evaporata ad *cuticulam* usque, collige *Crytallus*, è quibus siccatis per *retortam* more solito primò *Pblegma & Spiritum Veneris* pelles, quæ seorsim servanda; deinde auctiori *Ignem Spiritum Luna*, & ultimò *Oleum*.

Spiritum hunc *Lunarem* idiopathicæ *Epilepsiæ* *πύστρομα* esse, expertus est *Author* qui suprâ.

V. (MERCURIFICATIO videatur apud *Spontonium*. *Mercurius* hic cum *Lunâ* amalgamatus celebratur in *Cephalalgia*, *Lue Veneræ*, *Vertigine*.

Dosis gran. x. ad ℥j.)

CAPUT

& quater sublimatæ *Remanentiam*, quæ edulcorata instar alius cujusdam *Sulphuris* penitus deflagrat: *Lunare* hoc *Corpus* ita alteratum cum *Mercurio vivo* probè terendo misti, & sublimatum dat *Cinnabarim*.

Observandum tamen, quòd cum *Lunâ* priùs calcinatâ feliciter succedat negotium, quàm cum *Lunâ* simpliciter laminatâ.

Ufus medicamentorum ex *Lunâ* paratorum est in *Cephalalgia*, & omnibus *Affectibus Facultatis Animalis*, contra *Epilepsiam*, *Maniam*, *Melancholiam*, &c. tam purgando, quàm confortando. Pro confortandâ item *Memoriâ* laudantur: quæ tamen vires, an in iis reverâ contineantur, adhuc hæreo.

IV. SALIFICATIO est *Non-Ens*: non enim dantur *Salla* ex *Lunâ* & aliis *Metallis*, sed sunt *nudæ Solutiones* cum *Mentris salinis*: de quibus, uti & similibus in *AUTORE* *Processibus*, conf. *HOFFMANNI Clavis*.

Spiritus Lunaris Cloffæi est nil aliud, quàm *Spiritus Vitrioli*, mediante quo *Luna* in *Vitriolum corrosivum*, qui simul particulas quasdam *Veneræ*, vel *Lunares* haud immutatas, secum rapit, ratione quarum in *sapore & effectu* mutatur.

V. Quoad *MERCURIUM LUNÆ* adhuc est quæstio, an desur verus *Mercurius Luna*: utur certò affirmant, qui volunt parare *Mercurium Metallicum*, quod ex nullo promptius & facilius eliciatur, quàm ex *Lunâ*. Quidam extempore volunt conficere *Mercurium Luna* beneficio *Salis Tartari & Salis Ammoniaci*. *Præparaciones* videri possunt in *FABRI Tract. de Sapient. Universali*: Fit ex solutâ *Lunâ* cum *Aquâ Forti*, beneficio *Olei Tartari*, *Salis Ammoniaci*, & *Spiritus Vini*, & sic tandem volunt elicere *Mercurium*. Præ aliis autem notandus venit *Processus BEGUINI*, quem habet in *suo Tyrocin. pag. 307.* & quem magni æstimat *BECHERUS Phys. subterr. l. 1. pag. 459.* *Integrum de Lunâ Tractatum* scripsit *ROLFINGIUS*.

CAPUT

C A P U T XI.

D E F E R R O .

Classis secunda, Metalla Ignobiliora duriora continet, Ferrum scilicet & Cuprum.

Præparationes præcipua.

1. Purgatio. 2. Calcinatio. 3. Destillatio. 4. Extractio. 5. Sublimatio. 6. Sulificatio. 7. Liguatio.

FERRUM Metallum est ignobilium, constans ex Mercurio &

C A P U T XI.

D E M A R T E seu FERRO.

Habuimus Solem & Lunam; sequuntur nunc Mars & Venus, Metalla, quæ suam duritiem & deficientem liquabilitatem obtinent à copioso Principio salino, sicuti etiam ab eodem obtinent duritiem, ut non possint facile solvi in Igne. Jam de Marte.

Mars seu Ferrum vulgariissimum est Metallum, & omnium Metallorum tractabilissimum, utpote cujus universalis est diffusio per universam saltem Terræ superficiem, à Polo ad Polum; siquidem omnis Limus ac Lurum, Terraque pinguis, Martem vel actualem, vel potentialem, hoc est, ab aliis Agentibus, præsertim acidis, plus minus solutum, & in vitriolicam naturam redactum, continent: unde & Belgæ ex *Cespitiibus suis bituminosis* Venerem, & Martem nonnunquam erunt, & *Lateres cocti* Martiali croceo Colore infecti observantur; unde etiam Lateres quidam cocti inveniuntur, qui æquæ ac Mars vim magneticam directricem concipere solent. Et hinc sanè *Terræ illa verticitas*, seu *situs Magnetis polaris*, quo in fluido æthere fluctuans, æqualem tamen & æquabilem instar Magnetis ad Polos verticitatem obtinet & conservat, probabiliter dependere videtur. Hanc ipsam quoque Martis, substantiæque Martialis, universalitatem comprobatur ulterius Experimentum **BECHERI** *Suppl. II. pag. 37. & 51. de quo supra.*

Duplex est: *Nativum* quod statim purum in Fodinis reperitur, vel Granulorum formâ, vel instar Massæ: deinde *Excoctum*, quod ex Minerâ in Officinis ferrariis excoquitur.

Constat Mars in mixturâ suâ materiali primariò copiosâ Terrâ quasi alcalinâ, seu Principio salino; Sulphure forti seu potenti, & admodum acido, sed pauco, nonnihil fixo, rubro quidem, & propter proximitatem aliquam Solari vicino, indigesto tamen, & immaturo; & Mercurio, seu fluido alcalino volatili, adhuc pauciori, tanquam, quantum sufficit, pro coniungendo Sulphure cum Sale.

Ex his sequitur *Difficultas* seu *Durities vestiens fluxus*, ejusque in Igne *resistentia* ob Terræ copiam, *Malleabilitas difficilis*, *Color fuscus*, *difficillima Amalgamatio* ob Mercurii defectum; ob Sulphuris verò istius paucitatem indeque debitæ mixtionis defectum, aliqua Misti apparens saltem, heterogeneitas, friabilitas, durities, & per Ignem alteratio, ac prompta incensio. Nam & *Limatura Martis* in ipso per Candelam accensam transit ignescit, & ipsæ *Scintillæ ex Chalybe* per Silicis attritum excussæ, per Microscopium consideratæ, *Globuli Martis vitrificati* ab intenso calore & incensione esse solent, quibus aliæ partes Chalybis nondum fusæ adhærescunt: Conf. **HOCK** in *Micrograph. pag. 45.* & ex eo **du HAMEL** in *Affectibus Corpor. pag. 174.*

Sulphur præterea Marti inesse, ex Præparatione Martis *cachectici* patet; vid. **ZWELFFERUS** *Mant. Hermet.* quæ Præparatio est legitima, & acquiritur *Crocus Martis* levissimus. Unum omisit **ZWELFFERUS** in hac Detonatione; quando nempe Mars cum Nitro simul ascendunt, qui, si sit methodo **ZWELFFERI**, in auras avolant; si verò instituitur Operatio in Retortâ, possunt colligi Flores, in qua Destillatione se monstrat *Principium sulphureum*. Sulphur autem Martis tria habet *Attributa*.

1. Ut ratione Pinguedinis *inflammetur*.
2. Ut ratione occultati Acidi, hoc ipsum manifestatum, *rodât Corpora metallica*.
3. Ratione Pinguedinis Nitrum figat in perfectum Alkali fixum.

In hac Præparatione, ubi Nitrum cum Limaturâ Martis mistum est, cum in Fluore Nitrum excandescit, Martis fit incensio & detonatio: post hanc incensionem relinquitur Nitrum fixum, quod à nullo, quàm à Sulphure figitur. Hæc sufficienter docent, esse in Parte Sulphur pingue, quod figat Nitrum.

Ab hujus Sulphuris Aciditate occultâ, est facillima Martis à quovis humido aqueo in *Crocum* seu *Rubiginem* erosio, quatenus debito Socio alcalino seu Mercuriali non saturatum, facile Medio aqueo solutum, datâ sic occasione propriam *Terram alcalinam* rodit, eamque in Terram commu-

tat: conf. **TACHENII** *Clavis cap. 8. p. 175.* Aqua enim per se nullum rodit Metallum, nec Aer, sed habeant Acidum, necesse est. Si verò Rosionem Martis volumus prohibere, temperatur Acidum Martis occultum, & non facile Rubiginem contrahet: hinc etiam *Pinguia*, v. g. *Sevum* Marti illitum, item *Oleum Olivarum*, cui aliquandiu *Limatura Saturni* fuit infusa, Martem optimè à Rubigine præservant: obstruunt enim poros, atque ne Acidum suum Corpus rodere possit, quia Pingue cum Aqueo misceri nequit, Acidumque obtundit. Idem quoque præstant *Salia Alcalina*: *Lixivia nempe Alcalina Limatura Martis* affusa, hæc erit illibata, quamvis fervetur per integrum annum.

Est aliàs *Sulphur Martis acidum* maximè apud omnes Chymicos considerationis, cum omnes affirmant, nullum Metallum reperiri, nec nullum Minerale, cujus Sulphur potentius & Sulphuri Solari vicinius, adeoque universalis sit, quàm hoc Martis; unde hoc Sulphure Solis embryonato, Mercurium vel vivum, vel Corporum animare gestiunt pro *Mercurio Philosophico* præparando, tanquam *Subiecto Lapidis in viâ sicâ* v. sicut & pro tingendâ *Lunâ fixâ*, & pro maturandis & tingendis *Metallis imperfectis*, recipitur Mars, ut beneficio Sulphuris Solaris embryonati istiusmodi Subjectis concilietur *Tinctura Solis*.

Marti vicinus admodum est *Chalybs*, & conspirant mutuo; perfectione saltem differunt, hoc est, gradualiter, dum Acidum Martis aliquali Substantiâ Mercuriali nonnihil saturatum, adeoque quasi perfectius mistum, tenacius ac firmius evadit. Fit hoc per *Alcalia fixa* imprimis: v. g. *Rasuram Cornuum Tauri*, aliorumque *Animalium Sale* volatili constantium, *Carbones*, præsertim *Ligni fagini*, *Urinam humanam*, *Sal Tartari* &c. stratificando, quatenus horum Alkali plus minus volatile dicto modo, seu Principio Mercuriali analogum, poris Martis se insinuando, Acidum Sulphuris concentrat, Martemque alterat: conf. **WEDELII** *Pharm. pag. 53.* quoad nempe modum *Chalybem parandi*. Econtrâ *Unctio*, v. g. si *Chalybs* ignitus *Cerâ*, *Oleo*, *Sevo*, &c. inungatur, Martem molliorem reddunt. Ipsa *Aqua communis* aliquantum de Alkali participans duriorum Martem reddere solet. Quod si verò Chalybs istis Pinguibus emollitus iterum Igne aliquoties tradatur, & in Aquâ extinguitur, Caraphractis, quæ Ictibus sclopetariis resistunt, conficiendis aptissimus judicatur. Item fiat *Massa ex Calce vivâ & Oleo Olivarum*, inque hac involvatur Mars, & ponatur tub Carbonibus, usque dum Igne totaliter accendatur Mars, postea extrahatur, & à Pastâ separetur, & Mars adeo erit mollescit, ut instar Lunæ tractabilis sit: Econtrâ si fiat *Aqua desillata ex Vermibus terrestribus & Radice Raphani*, & in his anaticâ seu æquali proportionem mistis extinguitur Mars ignitus, mirabilem duritiem acquirit; Salia enim volatilia, quæ istas Aquas imprægnant, se insinuant in Martem candescentem, & Acidum hujus Sulphuris concentrando, duritiem conciliant. Hinc Fabri ferrarii sæpius *Ferrum candens* admovent *Cornibus Animalium*, ut dum beneficio igniti Martis liquecunt Cornua, Sal volatile eorum se insinuet in Martem candescentem, & saturetur ejus Acidum, fiatque Materia durior, quàm aliàs est Mars. Idem Artificium ex Ferro paradi Chalybem, sed minus perfectè, per *Ignem clausum* fieri potest. Conferatur **BECHERUS** *Phys. subterr. L. 1. pag. 910.* Est ergò *Differentia tantum accidentalis inter Martem & Chalybem*; cum utrumque sit familiæ ferreæ: magis desæcatur, depuratum, & durius, atque exinde etiam stabilius est corpus Chalybs, quàm Ferrum.

Quoad *Usus Martialis*; est ille ratione Principii terrei alcalini *absorbere quæcumque Acida* primarum viarum vitiosa ac præternaturalia, quæ partim dulcescunt attacku Martis, partim Acorem contrahunt, propter occursum Acidi cum Principio terreo alcalino. Si Mars miscetur cum *Salinis*, e. g. Nitrum cum *Marte*, effervescit; sedatâ autem Effervescentiâ Acida, Acorem amittunt: Sic *Spiritus Salis* dulcescit super Marte. *Acidorum* horum occasione non saltem negotium Digestionis primæ hujusque perfectionis turbatur, sed etiam ab illo ipso Partes nerveæ ac membranosæ in istis locis malè affectæ, *Fibras* contrahunt; unde omnia tensa, adeoque quasi *infarcta & obstructa* videntur, à quo ipso etiam

San-

& Sulphure minùs liquabili, crudiori: seu si mavis ex Sulphure, ac Sale, quæ partibus terreis crudioribus immixta sunt.

Vires. Diversis Ferrum dotatum est viribus: *adstringendi*

scilicet, & *aperiendi*. Vis *aperitiua* in volatiliori potissimum residet parte, ac proinde in Sale: Vis *adstrictoria* in fixiori, adeoque in Terra latitat. De his, qui ulterius erudiri cupit, adeat *Problem. Horstii Decad. 7. q. 2.*

I. PUR-

Sanguinis turgescencia menstrua impediatur: istis autem Acidis absorptis, & remittit tensio Fibrarum, cessat strictura Pororum, Sanguini restituitur debita Fermentatio, & sic Venæ Uteri ac Vasa menstrua denuò referantur, atque Menstruorum fluxus debito modo redit: unde talibus in casibus Mars ex effectu *aperire* dicitur. *Duplicem enim Substantiam in Marte esse* dicunt Auctores: unam subtiliorem *Aperiientem*; alteram terrestriorem, crassiorem & fixiorem, *Adstringentem*. Sed notandum est, Martem nihil operari, quàm ut in Corpore nostro destruat Acidum vitiosum, austerrum, vitriolaceum &c. unde Morbi Chronici, non verò ab imaginariis Obstructionibus, dependent. Potius Mars per se ex texturæ terreæ ratione ab Acidis quibuslibet saporem & vim adstrictoriam acquirit, sive crudus, sive præparatus, sive sub formâ liquidâ, sive sub formâ consistente. Quod si interdum laxaverit, fit hoc, quatenus ab Acido corrosus in Corpore Mars in Vitriolum abeat; unde Mars candefactus in Vino extinctus, istud Vinum quali laxativum reddit, quia Vinum absorbet ramenta Martis, & fit quasi Vitriolum. Per se nempe & in se semper adstringit, per accidens verò, absorbendo Acidum primarum viarum, aperire dicitur, idque nempe ex falsâ Hypothesi, quasi Obstructiones tot Morborum sint causæ.

Pro Acidi igitur, quod absorbet, *varietate*, ejusdemque Partium vel solidarum, vel fluidarum, *contentarum diversitate*, *varii Martis Effectus* sunt, ut nunc aperire, nunc obstruere dicatur. Aliquoties sanè observavi, idem Martiale Remedium nunc sistere Menses, quos alia occasione provocat: v. g. *Tinctura Vitrioli Martis Zwellfieri* in tenerioribus Menses referat, qua tamen in Mensium quoque fluxu nimio feliciter usus fui in robustioribus: item *Liquor Terræ Martis Solaris* Menses potenter movet, quo tamen etiam itidem usus fui pro iisdem in aliis Subjectis sistendis. Conf. TACHENIUS *Hippocr. Chym. cap. 18. & in Clave c. 8.* Nempe prout Acidum variat, & Massam Sanguineam magis minusque affigit, ejusque crasin vitando, & ad spissitudinem disponendo, vel prout Venas Uterinas plùs minùs rodendo afficit, inde diversi Effectus supervenire dicuntur. Per se ergò Mars, extra Corpus Acidis imprægnatus, fit *Concretum quasi aluminosum*, & adstringit; unde Vomitus & Alvi fluxus quosvis, etiam dysentericos cohibet; item qualvis Hæmorrhagias, tam Intestinalium, quàm Mensium, Vesicæ, Narium &c. hinc Scorbuticorum Hæmorrhagias præ aliis atroces, Martialia sistunt, acre illud, quod vasa rodit, absorbendo & corrigendo, Gonorrhœas item & Fluores mulieres supprimit. Per accidens verò, optimo tamen successu, succurrit Malo hypochondriaco, scorbutico, Melancholiæ hypochondriacæ, Cachexiis, Ictero, Mensibus, aut deficientibus, aut inordinatis, Affectibus spasmodicis, v. g. Suffocationi hypochondriacæ, Paresi, Hydropi, & aliis ex eruditate primarum viarum acidâ natis chronicis Malis, quæ dicuntur oriri ab Humore Melancholico: quò etiam Febres Quartanæ imprimis pertinent, quatenus absorbet & destruit Salia acida sylvestria & faciliè coagulativa, à quibus solent induci Obstructiones & indurationes Excrementorum, eorumque coagulationes, absorptaque foras eliminat. Evacuatis sic acidis Salibus coagulativis & obstruètivis, per accidens sequitur Aperiens; remota enim Causâ removetur Effectus, & ita per accidens deobstruuntur Pori & referantur. Hinc dicunt Veteres, quòd Mars profit in corrigendo, digerendo & præparando Humore Melancholico (qui Humor Melancholicus Modernis, uti notum ex *Pathologicis*, nihil est aliud quàm Succus acidus), quòd sit optimum Digestivum Melancholiæ, quòd sit, uti vocat ZACUTUS LUSITANUS, Alexipharmacum Mali Hypochondriaci, item Panacea Cachexiarum, quatenus absorbeat Melancholiam, & Excreta colore nigro tingit: nam Melancholia est Succus acidus, uti dixi. Absorbendo ergò Acidum, quòd dissolvere conatur Martem, corrigit illius corrolivitatem & acrimoniam, sicque digerit Melancholiam, & ita Affectus ex hoc Acido oriundos corrigit, id quod in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, & similibus verum est, & *Fundamentum* quoque est *Præparationum Medicamentorum Martialium*. Unde quando dicitur, quòd Mars referet Obstructiones Lienis, Jecoris, Vesiculæ felleæ &c. conducatur in Morbis Melancholicis, & sit frequentissimi usus; item quòd ingrediatur *Pulveres Cachecticos*, & quali eorum Basis

fit in Cachexiâ, tam simplici, quàm Cachexiâ Virginum usitatos, &c. hoc præstat quatenus Mars absorbet Acidum sylvestre coagulativum, quò absorptò sequitur Medela. (Mars semel saturatus ab Acido, aliud postmodum non amplius imbibit.) Hinc est, quòd *Aqua Ferrorum ferrariorum* (Germ. *Mosch. Wasser*) sit tanti usus, & commendetur pro Potu in Diarrhœis & Dysenteriis, Morbisque chronicis, pro usu adstrictorio; uti & pro *Clysmatibus* commendatur in Dysenteria, & usurpetur in Malo Hypochondriaco pro aperiens. Nam per se Aqua particulis Martialibus Imprægnata adstringit, per accidens verò Acidum absorbet. Hinc etiam est, quòd dicitur, *Canes Ferrariorum carere Splene*: non quòd omninò deficiat iis Splen, sed quòd sit admodum parvus, quoniam dum Canes bibunt Aquam Ferrariorum, assumunt simul particulas Martiales, quæ impediunt inflationem & tumorem Lienis, quoniam absorbent Acidum coagulativum, quòd dat Scirrhus & Lienis inflationes: & confirmant hoc Acidulæ vi Martiali imprimis proficua, de quibus superius, ubi de *Aquis*, sufficienter dictum. Sed probe observandum est, ut hoc fiat cum cautione, cum in Morbis chronicis, cum Scirrho Viscerum junctis, periculum sit ne magis noceat Mars, Scirrhum contumaciorem reddendo, quàm profit, ut rectè hoc TACHENIUS in *Clave pag. 87.* monet.

Ex dictis patet, suo modo verum esse, quòd dicit TACHENIUS, perinde esse, quocunque modo præparetur, quia per se adstringat, per accidens verò aperiat. Pro cinniori tamen Praxi proficuum videtur, nonnullarum *Præparationum* habere rationem. In genere notandum de Marte & aliis Metallis, ut *vel nullis, vel Acidis blandioribus potius, & temperatis, præparentur*, quæ tam non dissolvant Martem, quàm potius rodant. Nam quò minùs saturatur Mars Acidis extra corpus eò magis suo modo aperiens est intra Corpus: quò magis imprægnatur Acidis, præsertim nitrosis intimè compenetrantibus, tantò minus Acidi in ipso Corpore absorbere poterit; sed potius in Ventriculo & Intestinis hærendo, instar Calcis mortuæ jacebit; cum vix aliter operetur, quàm Acidum nimium destruendo; eoque magis saporem & texturam stypticam acquirit: item quò magis texturæ ejus nonnihil invertitur, & in Substantiam terream quasi mutatur, eò magis ab Acidis absorptis in *Aluminis* quasi naturam degenerando, fortem vim adstrictoriam acquirit.

Ex plurimis ergò *Martialibus Remediis* sufficiant nobis in Praxi:

1. Quidem pro *scopo aperiendi*, ut vocant, in *Formâ liquidâ*, in robustioribus seu valido Stomacho prædictis, & fortiori Acido donatis, *Liquor Martis Solaris*, tanquam *Vitriolum Martis* purius, à guttis xv. ad xx. cum aliquali Moru Corporis assumptus; in debilioribus verò *Solutio Martis cum Succo Pomorum Borsdorffianorum*, ad præcavendum situm mediocriter inspissata, à guttis xx. ad xxx. usurpata. Medio in casu sit *Tinctura Vitrioli Martis Zwellfieri*, quam describit *Mant. spagy. pag. 337.* vel loco hujus *Tinctura Martis tartarifata Ludovici*, ex *Vitriolo Martis*, & *Cremore Tartari*: quæ vid. in M. A. N. C. Anno 3. pag. 454. aut saltem cum duplo *Tartari* probe teritur, & cum f. q. *Aquæ simplicis* in loco calido Solutio paratur: *Dosis* gutt. 30. ad 40. Quò etiam pertinet *Tinctura Martis cum Arcano Tartari Wedelii in Pharm. pag. 113. & 232.*

In *Formâ verò solidâ* pro scopo alterandi seu aperiendi in robustioribus, quorum Fermentum Ventriculi est præter naturam acidum, ut solvere possit Martem, vel quibus Succus Pancreaticus est nimis acidus, & in quorum Intestinis est Acidum corrosivum, *Limatura Martis* crudè pulverifata & trita in Porphyritide, irrorata cum *Oleo destillato* appropriato, ne faciliè alterari, & ab humiditate Aëris in Rubiginem tam citò converti possit, commodè propinatur: in Subjectis enim tenerioribus non potest commodè propinari, quoniam periculum est, ne Mars in fundo Ventriculi subsideat. Aliàs Itali non rarò prescribunt *Martem in Substantiâ* in Cachexiis Virginum cum *Conservâ* quadam, aut *Pulpâ Passularum* in *Electuario* redactum, ut faciliùs assumatur; quorum tamen abusum satis perstringit PANAROLLUS *Peut. 5. Obs. 32.* In debilioribus verò in formâ siccâ propinatur *Sal Martis compositum*, ex iisdem Ingredientibus quibus *Tinctura Zwellfieri*, paratum, saltem Phlegmatis attracti

I. PURGATIO MARTIS.

à sordibus superficialis.

Purgatur Martis Limatura à sordibus, quibus forsitan scateat tum ventilando, tum ablucendo Aquâ communi.

Purgatio Martis Gradatoria:
unde CHALTB S.

19. Martis in Lamellas vel Virgulas (digiti majoris crassitudine) redacti p. 1. Carbonum Salicis, vel Fagi pulver. Rafur. Cornu Bovis, 5. p. 1. stratifica, ac in Vase clauso Igni

evaporatione ad consistentiam Pulveris rubicundi redactum: Dosis gr. xv. ad ʒj. Vel hujus loco etiam paratur Pulvis Cæcæticus Cnœffeli, ex Limaturâ Martis, cum Sale Tartari vel Absinthii, in Aceto destillato soluto & saturato irroratâ, & repetitis vicibus ita ad Pulveris formam redactâ, & Remedium pro morbis chronicis egregium habebitur: Conf. M. A. N. C. Anno 6. Append. pag. 111. Aut saltem simpliciter fiat Crocus Martis aperitivus ex Vitriolo Martis probè depurato per simplicem ad rubedinem Calcinationem factus: vid. citato loco pag. 105. Dosis ʒss. ad gr. xv. Crocus vocatur à Chymicis, quoniam est Coloris subrubicundi & subflavi, sicuti Pulvis ex Auro puro flavescens dicitur Crocus. Vulgò dividitur in Obscurum seu Adstringivum & Aperitivum. Cæterum rectè dicit TACHENIUS, quòd omnis Crocus sit pro adstrictione per se, per accidens pro apertione: vid. circa finem ferè Hippocrates Chymicus, ubi sufficienter hoc explicat.

2. Pro Scopo adstringivo fit in Formâ quidem siccâ, Terra Vitrioli Martis dulcis, post Vitrioli Martis destillationem, & exactam edulcorationem restitans; aut hujus loco Crocus Martis per præcipitationem cum Lixivio Salis Tartari ex Vitriolo Martis paratus: Dosis ʒss. ad gr. xv. In Formâ verò liquidâ fit Tinctura Martis adstringens, quam malè Tincturam Sulphuris Vitrioli vocant, & paratur ex prædictâ Terrâ Vitrioli Martis, vel Croco Martis præcipitato ex Vitriolo Martis, in Spiritu Nitri, vel simplici, vel quòd melius, in Spiritu Nitri, à Sale communi abstracto, soluto; posterior enim hic Spiritus, ad naturam Aquæ Regiæ accedens, potentiùs adoritur & penetrat Martem tanquam Subjectum Solare, quàm Spiritus Nitri simplex aut Aqua Fortis. Solutio hæc filtrata abstrahitur per Retortam ad consistentiam Pultis spissioris: cui affundatur Spiritus Vini rectificatissimus, ac obtinebitur post debitam digestionem elegans Tinctura styptica coloris rubicundi: Dosis gutt. 20. ad 30. usque, usurpanda in Sputo Sanguinis, Diarrhœâ, Dysenteria, &c.

Hæc ipsa facilè ostendunt Fundamentum Medicamentorum Martialium quorumvis, quæ sunt factæ Solutiones plùs minùs subtiles, quas non faciunt Alcalia, tam fixa quàm volatilia, sed Acida. Nam licet Mars cum Lixivio Salis Tartari, vel Salis Absinthii, Artemisæ, Cardui benedicti irroratus, tandem fatiscat in Crocum flavescens, quem vocant Crocum Martis aperitivum cum Salibus (vid. ex QUERCETANO MYLIUS cap. 2.); tamen non videtur, quòd Alcalia agant in Martem, cum Rubiginem magis tollant, ut supra dictum; sed potiùs Phlegma Alcali diluens, actuando Acidum Martis, Martem in Crocum seu Rubiginem rodit. Deinde dubito, an hic Crocus multùm proficit in Medicinâ; nam dum Sulphur Martis Acidum quoddam in se habet, sub Præparatione Alcalia huic Acido se associant, & ita se mutuò imbibendo firmiter cohærent, unde fit Calx terreosissima, quasi Magisterium quoddam, non aded in primis viis solubile vel alterabile. MICHAELIS præparavit Crocum hunc ex Lixivio Cinerum Herbarum dicarum aperitivarum, qui fuit basis Pulveris sui Cæcæticæ, cujus sequens est Compositio:

ʒ. Croc. Martis hujus aperit. ʒij.

Cinnam. acutiss. ʒss.

Rad. Ari præp. ʒij.

Sacchari parum.

Misce, fiat Pulvis Cæcæticus, quem dosi ʒss. ad ʒj. maximè laudavit in Cachexiis, & Malo Hypochondriaco, Scorbuto, &c.

Si verò loco hujus Croci Martis sumatur Sal Martis compositum, habebitis elegans Anticæcæticum, & Remedium maximè potens in Malo Hypochondriaco, elegantisque Digestivum in Scorbuto, & similibus, tempore matutino in Jusculo assumptum, Alvumque laxabit: quod ipsum maximum est beneficium in Malo Hypochondriaco.

Quòd si Limaturâ Martis affundatur Alcali volatile, Spiritus nempe Salis Ammoniaci urinosus, aut Sal volatile & Spiritus cujusdam Animalis; Mars cum Alcali quidem brevi post

committe Furni Anemii fortissimo, hor. 4. aut 6.

N. Chalybs igitur nihil aliud est quàm Ferrum optimè purgatum, ideoque loco Ferri Chalybem præstat recipere.

II. CALCINATIO:

Unde Crocus.

1. Calcinatio Reverberatoria:
unde Crocus Martis Obscurus.

Limaturam Martis Igne fortissimo eò usque reverbera, donec in Crocum elevetur levissimum & rubicundissimum.

N. 1.

turgescit, & quasi fermentando attollitur, & in Calcem subtilem inspidam cinereo-flavescens redigitur, odorem instar veri Croci vel Floris Calendulæ spirantem; sed idem de hoc atque priori videtur judicium. Hinc etiam Mercurius ceu alcalinum Subjectum non agit in Martem, sed superficiale est Amalgama Borrichii, quod prolat Vol. 1. in Act. Hassnienibus pag. 148. & Observatio ista Mercurii agentis in Martem, ulteriorem sui considerationem meretur. Quomodo enim ex Marte & Mercurio, adjecto tantùm Vitriolo cæruleo & Aceto acerrimo, fieri queat genuinum Amalgama, docet POTERIUS in Pharm. spag. ubi de Mercurio. Utur autem in viâ humidâ nullam actionem Alcalia edant in Martem, dubium tamen est, annon in viâ siccâ, antecedente Ignis motu penetrare, & plùs minùs solvere possint? Etenim quidam Sal Tartari cum Calce vivâ calcinatum, & ita acutum, cum Marte vel crudo, vel priùs in Calcem redacta, calcinando subigunt; unde Alcali acerrimum & ferè igneum, Sulphure Martis quasi animatum, acquirere volunt. Facit hæc Tinctura Sulphuris Vitrioli quorundam, qui Vitriolo Martis affundunt Liqueorem Silicum Glauberi, incoquant mutuò forti Igne, ut Massa suat: Mixturam hanc ponunt in Cellam, irrorando paucâ Aquâ, ut ita aliquali deliquio fiat instar Pultis: postmodùm huic Pulti inspissato superfundunt Spiritum Vini optimum, digerunt in Balneo Mariæ per 8. vel 10. dies, & extrahunt Tincturam, quam filtrant, & aliquali Menstrui abstractione exaltant. Saporis est haud ingrati & magnarum virium, participans de Sulphure Martis anodyno. Sunt qui simili ratione recipiunt Liqueorem Nitri fixi seu Alcali Nitri fixum dissolutum in Liqueorem, quem infundunt Vitriolo Martis, & ex hoc extrahunt Tincturam. Hujus guttæ x. vel xx. mira in Malo Hypochondriaco faciunt, etiam absque extractione cum Spiritu Vini: habet vim laxandi, & est omnis saporis ac odoris expertus.

Aliàs ordinario modo Acidis saltem tractatur; unde emergunt Concreta vitriolica, tam propriè, quàm impropiè dicta. Propriè, si cum Sulphure aut Spiritu Vitrioli tractetur Mars; impropiè, si cum aliis Acidis in Concretum quasi vitriolicum redigatur. Acida hæc, quibus Mars pro usu medico præparatur, sunt vel Interna, vel Externa: Interna, dum verb. grat. facili Humoris tactu in Rubiginem abit, vel quando Mars crebriùs in Aquâ extinguitur; unde Aquæ Martis non incongrui usûs pro Pauperibus oriuntur. Acidum enim Martis, Acido Ignis adventitio acutum, Aquâ plùs minus solutum, proprium Corpus rodit, & arrosas vitriolicas particulas ex parte in Aquâ extinctionis relinquit. Spectat hæc, dum quidam Aquam Cæcis recipiunt; quæ defluxit ex Cote, dum acuuntur Enses aut alia Instrumenta ferrea; & Chalybem ignitum multoties in eâ extinguunt, quæ Pauperibus in Morbis ferè omnibus chronicis, v. g. in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, Mensibus suppressis, Alvi obstructione, Lienis tumore; in Ictero flavo & nigro, in Cachexiâ, & omnibus his similibus Affectibus, egregiè succurrit. Pertinet hæc Modus POTERII parandi Crocum Martis, quem habet Pharm. spag. pag. 17. dum Limaturam Martis subtilissimè tritam solâ Aquâ communi irroratam diebus Canicularibus Solis radiis exponit, hocque aliquoties repetit, unde mira Martis incalescentia, & facilis ejus intra paucos dies in Crocum conversio. Modus, quo Mars transferatur in Crocum per Aquæ simplicis affusionem, est hic: Dixi superiùs, quòd in Marte sit copiosum Acidum: hoc ergò, insinuante sese Aquâ, accedente tepore Solis, solutum & excitatum aggreditur proprium Corpus, istudque solvit & corrodit in talem Crocum, qui est maximè absorptivus aut aperitivus; quoniam nihil externi Acidi accessit, aut eundem saturavit. Nec abludivit modus PANAROLI Pent. 5. Obs. 32. qui Limaturam Martis irrorat cum Succo Cicborii; unde successivè in Sole fervente abit in Crocum aperitivum dictum, ex quo cum Spiritu Vini Tinctura extrahitur.

1. Acido verò externo præparatur Mars vel in viâ siccâ, vel

N. 1. *Sal commune* vim habet Reverberationem hanc acce-
randi. Hinc sunt, qui citioris Reverberationis gratiâ *Limaturam* initio aliquoties *Urinâ Puororum*, vel *Aquâ falsâ*,
Acetose conspergunt, iterum exsiccant, & postmodum Re-
verberationi subjiciunt. Sic Reverberatione unius atque alte-
rius diei Mars in *Florem* surgit rubicundissimum, qui quoti-
die (ne vi Ignis pereat vel nigrescat) colligatur. *Hortman-
nus in Pract. Gluckr. in Beguin.*

N. 2. Si qua pars nondum satis reverberata sit; elaboratio-
remque separare velis, affunde *Aquam*, agita, atque ante-
quam penitus subsideat, *Aquam*, leviolem scilicet & magis elabo-
rato Croco turbidam, in aliud Vas affunde, parte graviore,
quæ subsidet, in priori Vase relicta. Abstractâ vel decantatâ
dein Aquâ, habes *Crocum* leviolem, crudioribus suis ac gra-
vioribus portionibus spoliatum.

Alii *℞. Limat. Ferri ℥ij. Sal. com. decrepit. ℥iij.* (vel
ana) mixta reverberant per diem. Hinc *Ferrum* iterum
edulcoratum subtilissimè lævigant, denuoq; reverberant
(dies octo vel decem), donec elevetur *Crocus subtilissimus*,
quem quotidie auferunt, atque *Aquâ Plantaginis* præpa-
rant.

Vires. Obstructivus hic *Crocus* est, ac siccativus, confert in
Dysenteriâ, *Lienteriâ*, *Gonorrhœâ* & similibus.

Externus ejus *Ufus* est in exsiccandis *Ulceribus* & *Vulneri-
bus*. *Quercetanus in Pharmacop. restitut. Sennertus in Institut.*
Dosis à ℞. ad ℥j.

N. Adhærescit & *Crocus Martis Baculis ferreis Furni destil-
latorii*.

vel in viâ humidâ. In viâ sicâ se offert primò, *Acidum Ignis*,
dum Mars diutius Igne forti tractatus in *Pulverem subrubri-
cundum* redigitur, qui dicitur *Crocus Martis obstructivus*, estque
primus modus in AUTORE consignatus. Ubi hoc notabile
est, quòd Mars in Calcinatione augetur in Pondere, cum
Acidum ex Carbonibus se insinuet in Martem, & inde aug-
mentatio Ponderis accedit. Perinde enim videtur, sive *Spi-
ritu Lignorum acido* Mars solvatur, & *Solutio* intensiore
calore in *Crocum siccum* redigatur, sive ipsæ *Lamellæ* aut *Ba-
cilli ferri* diu Igni expositi in *Crocum* abeant. Aliàs prom-
ptiùs similis potest fieri *Crocus Martis*, si recipiantur *Ferra-
menta Furnorum Chymicorum*, ubi per longum tempus labora-
tum, quibus adhæret *Pulvis rubicans*, qui cum *Pede leporino*
abstersus, est verus *Crocus Martis*; quoniam paratus est diutur-
nâ Præparatione in Furno Chymico, & *Remedium* consti-
tuet optimè adstrictivum in quibuscunq; Fluxibus, tam
Sanguinis, quàm aliorum Excrementorum, in *Dysenteriâ*,
Diarrhœâ & similibus; item in *Hæmorrhagiis* omnibus, un-
de ingredi quoque solet *Pulverem Stypticum Crollii*. Omnes
autem *Croci Martis* diutius usurpati nimium quantum gra-
vant Ventrículum, ejusque tonum laxant: hinc observavi,
crebriore, continuatumque hujus usum in Pueri quadrimu-
lo excitasse *Lienteriam*. *Emplastrum* quoque *Vulneraria* & *Sty-
ptica* Chirurgorum & *Oppodeldoch* ingreditur. Loco hujus
autem excellit iste ex *Vitriolo Martis* in *Aquâ* soluto, & cum
Oleo Tartari aut alio *Alcali præcipitato*, qui admodum con-
ducit externè in *Vulneribus*, *Ulceribus*, & præprimis manan-
tibus, tum mundificandis tum consolidandis, quia *Acidum*
ingreditur & absorbet, *Corrosivitatem* eorum emendat, &
sic vis *Ulceris* valde impeditur.

Post *Calcinationem Reverberatoriam*, unde jam dictus *Cro-
cus Martis* obstructivus, cum *Sulphure* ejusque acido, per
Pinguèdinis deflagrationem separato, Mars in *Crocum* ver-
titur; idque duplici modo: vel *Calcinatione Fusoriâ*, ab AU-
TORE Num. 2. descriptâ, vel *Calcinatione Cementatoriâ*, in
AUTORE Num. 3. tradita.

2. *Fusoriâ* in *Calcinatione Crocus Martis aperitivus*, quibus-
dam in specie *Crocus Martis saccharinus*, ab aliis *Crocus Mar-
tis niger* dictus, præparatur ab AUTORE, qui virtute Ob-
structiones referandi, & *Acidum*, *Obstructionum* autorem,
corrighendi & absorbendi, pollere dicitur. Modi sunt varii,
sed ex supra dictis facile potest colligi, quinam sint optimi?
Sed præfens AUTORIS Præparatio non aded concinna vi-
detur, propter rationes in GLAUBERO Oper. P. 2. pag.
17. adductas, dum *Crocum* sic paratum in tale *Concretum*
abire aufferit, quod nullo *Acido*, ne *Spiritu Nitri* quidem aut
Aquâ Forti solvi possit; quia vitrescunt quasi particule Mar-
tis. *Fundamentum* consistit in eo; dum *Magdaleones Sul-
phuris Ferro* probè ignitio superiùs admoventur, hoc lique-
facit *Sulphur*, & cum eo successivè instar *Ceræ* defluunt
particulæ Martiales in terram, & simul *Spiritus acidus* cor-
rodit Martem, qui Mars à *Sulphure acido* corrosus nihil
potest efficere, sed jam est saturatus, & *Ventrículum* onerat;
unde nec ulterius ab ullo *Acido* corrodì potest. Quod obser-

2. Calcination Fusoria:

unde *Crocus Martis aperitivus*.

Laminis Ferri seu *Chalybis* ignitis, aded ut scintillent opti-
mè, admove *Magdaleones Sulphuris*: sic liquefcit *Ferrum* instar
Ceræ, deciditque granulatim in *frigidam* suppositam, teratur
subtilissimè & servetur pro usu. (Dicitur quibuldam *Crocus
Martis niger*.)

Vires. Virtutem habet referandi, aperiendi & attenuandi.
Quercetanus in Pharmac. rest. Beguinus.

N. Maximus requiritur Calor, ideoque præstat *Officinam*
fabrilem adire.

3. Calcinatione Cementatoria:

unde *Vitriolum Martis*.

Lamin. (*Limatur.*) *Ferri*: cements cum *Sulph. pulv.* Igne
paulatim adhibito per horam, ita *Sulphure* accenso calcinatur
Ferrum: *Materiam* exemptam ac tritam calcina iterum per
se, (non secus ac calcinatur *Antimonium* in præparatione
Vitri,) ut *Sulphur* penitus efflagret, diligenter movendo,
donec *Ferro* adhæreere incipiat.

℞. *Ferri hujus calcinati ac triti ℞ 1. Sulphur. ℥ss.* Misc. ex-
actè, ac calcina iterum per hor. 4. Dein tere iterum, ac alde
tantundem *Sulph.* idque repete quinquies vel pluries. *Crol-
lius*.

Ex hac *Ferri Calce* fit *Vitriolum Martis*.

Aliter.

vetur, nam à multis Practicis videmus hoc modo præscri-
ptum, ne incidamus in eandem caveam. Cum enim *Crocus
Martis* absorbendo *Acidum*, dicatur *Aperitivus*, præfens jam
semel saturatus ab *Acido*, non ampliùs illud absorbere po-
test: hinc patet, quòd *Crocus Martis aperitivus* non fit præ-
parandus cum nimis forti, sed paucissimo *Acido*. Nam in
quantum *Acidum* abundat, & in præparatione ejus accedit,
in tantum impeditur vis absorptiva in Corpore humano, &
per consequens aperitiva. *Crocum Martis aperitivum*, ut me-
lius operetur, quidam miscent cum *Pulvere Lumbricorum ter-
restrium*, non incommodè; sic enim eleganter operari inquit
FREITAGIUS.

3. *Calcinatione Cementatoriâ* acquiritur genuinum *Martis
Vitriolum*. *Vitriolum* hoc *Martis* paratur duplici modo, vel ce-
mentando cum *Sulphure crudo*, vel solvendo cum *Spiritu Sul-
phuris*, *Spiritu Vitrioli*, &c. Prior modus est AUTORIS,
ejusque sequentes sunt encheireses: nempe *Limatura vel La-
mina Martis* stratificantur & cementantur cum *Sulphuris*
pulverifati duplo vel triplo in *Crucibulo*, Igne paulatim ad-
hibito, donec *Sulphur* accensum sit: *Materia* exempta pul-
verifata calcinetur iterum per se, sine tamen motu, ne ni-
mis citò avolet *Sulphur*; sic enim pinguedine *Sulphuris* ab-
sumptâ, *Acidum* ejus intimiùs penetrat, & resolvit Mar-
tem. Jam

℞. *Hujus Calcinati ℞j.*

Sulphuris ℥jss.

Misceantur exactè, & calcinetur iterum per horæ qua-
drantem, qui labor repetatur quinquies & pluries, &
Materia in *Crucibulo* remanens in *Aquâ calidâ* extingua-
tur; unde ita *Aqua* acquirit saporem vitriolaceum.
Quod in hac non dissolvitur, denuò cum *Sulphure* novo
fiat stratum supra stratum, donec omnis Mars solvatur:
Aqua ista, quæ fit exinde viridis, filtretur, & sensim
sensimque evaporet ad apparentiam *Cuticulæ*, & sic in
Cellâ vel alio loco frigidò concrefcunt *Crystalli virides
vitriolacæ*, adeoque reverà sunt genuinum *Martis Vi-
triolum viâ sicâ*.

Secundum modum habet AUTOR sub nomine *Magisterii
Chalybis vitriolati*, de quo suo loco:

Præparatur etiam Mars in viâ sicâ cum *Acido Salis com-
munis*, vel, quod perinde, cum *Acido Salis Ammoniaci*: dum
Mars pulverifatus cum ana, vel duplo *Salis Ammoniaci* subli-
matur in elegantes *Flores croceos*, & remanet simul *Capus
mortuum*, de quo infra.

Pertinet huc, quando Mars tractatur cum *Mercurio subli-
mato*, nempe:

℞. *Scor. Reguli Martialis sine Salibus parat.*

Mercurii sublimati, ana part. æqual.

Mixta destillentur per *Retortam* Igne fortissimo; unde
Mercurio vivo redeunte, *acidum Salis communis* ex
Mercurio sublimato arctissimè adhærens Marti, par-
tium in formâ *Butyri* transit, partium cum eo in *Capite
mortuo* remanet, quod ratione adjuncti *Acidi*, sed non-
dum sufficienter saturati, facile per deliquium fluit ac
solvitur.

In

Aliter .

Per Spiritum Sulphuris .

¶ Ferrum laminatum, cementa cum Sulphuris & Tartari ana, Crocum Laminis adhaerentem absterge. Paracelsus lib. de Morte rer. natur.

4. Calcinatio Immersiva .

Solutio Martis fit in quolibet Liquore corrosivo, etiam minori acrimonia praedito. Ut Aqua Fortis vulgaris, Spirit. Vitrioli, Sal. Nitri, & Sal. communis, Sulphuris, Aluminis; Salis Ammoniaci. Coagulatio fit, vel Inspissatione, vel Praecipitatione, sed raro. E. gr.

Per Aquam fortem .

¶ Limatur. Ferri ℥j. affunde sensim Aquam fortem ad ℥ viii. digere per noctem, & abstrahere Aquam fortem in Arenâ. Sic relinquitur Crocus rubicundissimus, per deliquium solubilis.

¶ Ferri Laminat. vel Limat. vel Croc. Martis aperit. cum Sulphure praeparat. Affunde guttatim Oleum Sulphuris simplex vel Aquâ mixtum; Solutioni affunde Aquam calidam: Filtra, coagula aliquantulum, ac repone ad crystallifandum s. a. Crystallus purifica solvendo ac coagulando. Hartmannus in pract. Beguinus, Gluckrath, & Keslerus lib. 1. cap. 13. Tentzelius in Exegef. loco de Oleo Sulphur.

N. 1. Similiter fiunt & Crystalli Martis cum Spir. Sal. com. p. 1. & Acet. destillat. p. 3.

N. 2. Eodem modo fiunt & Crystalli Martis cum Spiritu Vitrioli. Et hæc dicuntur Sala.

Magisterium Chalybis vitriolatum .

¶ Ferrum purgatum, solve in Spiritu Vitrioli rectificatiss. coagula. Sic habes Magisterium Chalybis vitriolatum in formâ Vitrioli viridiusculum. Sala in Tartarolog.

5. Cal-

In viâ siccâ etiam tractatur Mars cum Acido Nitri detonando, nempe secundum rationem, quam describit ZWELFFERUS Mantissa pag. 377. sub nomine Croci Martis cachectici. Notabile est in Praeparatione, quod Nitrum fluens Marte sufficiente saturatum, tandem incendatur, & detonetur, sicque in perfectum Alkali abeat, cum Pulvere rubro Martiali, minimè cachectico seu aperitivo, sed potius Pulvere inertis, aut saltem adstrictivo, cum Aquâ communi ab Alkali separando. Observabile tamen est, quod in hac deflagratione & detonatione Flores Martis & Nitri simul ascendunt, qui si poterint colligi, elegans habebitis Remedium, quod fieri potest, si in Retortâ operatio instituat. Huc pertinet etiam modus parandi Regulam ex Marte:

¶ Tartari,
Antimonii,
Sulphuris an. ℥ij.
Limat. Martis ℥iv.

(vel aliâ proportione fit ex Tartari, Nitri & Antimonii an. ℥ij. & Lim. Martis ℥iiij.)

Hæc invicem funduntur, & effusa in Conum fusorium præcipitant Regulam.

Præparatur etiam Mars Acidis internis in viâ humidâ eundem solvendo, vel per Immersionem, vel per Evaporationem, vel Illinitionem.

4. Per Solutionem Immersivam quælibet Acida Martem facile corrodere solent, uti sunt quælibet Vegetabilium Succu acidis; quod etiam pertinet Extractum Martis seu Magisterium Martis liquidum Myrsicibus, mediante Succo Acetosæ ac Decocto Tamarindorum paratum: item Vinum suo modo solvit Martem. Unde Vina extinctionis Martis, qualia referuntur ab AUTORE sub nomine Tincturarum. Limatura Martis candefacta in Vino Rhenano aliquoties extinguitur, donec sufficienter imprægnetur: post eadem Vino ad tempus immittatur, ita fiet Sapor vitriolaceus, & Vinum egregium Martiale. Hoc in Morbis chronicis misceatur cum Aquâ Cinnamomi Spirituosâ, & Remedium erit Anticachecticum egregium; ante passum sumendum. Qui plura de eo cupit, videre potest PANAROL-LUM citato loco. Alii in Vinum infundunt Limaturam Martis, & ponunt in locum calidum, sicque fit Vinum Anticachecticum & Antihypochondriacum; vel ad imitationem PRÆ-VOTII:

¶ Limat. Martis ℥vj.
Vini albi ℥ij.

Macerentur per 24. horas in loco calido: Colatura bulliat & despumetur, in Vitro evaporet ad formam Extracti, cujus Dosis est ℥ss.

SALA de Marte pag. 203. habet. Vinum Martiale compositum non inelegans ex Vino, Succo Cydoniorum, Limaturâ Martis, & Herbis appropriatis.

Item Acetum quocunque modo applicatum solvit Martem. Ex quavis Solutione inspissatâ cum Spiritu Vini, Essentia seu Tinctura parari potest, quam videbitis in AUTORE de Tincturis N. 2.

Pariter per blanda ejusmodi Acida Crocus Martis aperitivus paratur, quæ quod sunt mitiora, ed convenientiora, quia nimis Acida, ut sæpius dictum, Martem saturant. Primum hæc obtinet Tartarus, quod ratione ejus Acidi, Mars commodè solvitur:

¶ Tartari depur.
Limat. Martis ana part. æqu.

Mista fluant in Igne.

Alii verò ita:

Tom. IV.

¶ Limat. Martis ℥ij.
Tartari albi ℥xxxij. vel ℥iiij.
Aque fervent. ℥. xij.

Ebulliant invicem per horas 12. vel ultrâ, affundendo semper Aquam recentem, quantum evaporaverit, crebrèque movendo: filtratur Liquor niger, qui haustus cochlearim, optimum est Remedium in Morbis chronicis, vel evaporetur pro lubitu, v. g. ad consistentiam Syrupi dulcis Martialis tartarifati.

Pertinent huc quædam aliæ Praeparationes mediante Tartaro. Sic cum Marte aliquando fit Tartarus Martialis, quæ præparatio non est inelegans; dum nempe in Solutionem Tartari infunditur Martis Limatura, & secum absorbet Acidum, postmodum filtratur & evaporatur: quando concrevit in Crystallus, recenter imprægnatur Marte, & sic evadit Tartarus Martialis, egregium in Morbis chronicis. Sic fiunt Noduli, vel Infusa Martis cum Tartaro; nempe cum Herbis appropriatis miscetur Limatura Ferri cum Crystallis Tartari, vel cum Tartaro crudo, & fit Nodus. Huic affunditur vel Aqua communis simplex, vel Vinum, vel Cerevisia tenuis: relinquitur in loco calido, ubi Vinum corrodit & solvit Martem, & sic fit Potus Martis medicatus, seu Infusum Tartaro-Martiale, egregium in Morbis chronicis.

Imò Spiritus Viridis Aeris, genuinus Aceti privignus, etiam Martem solvit in Tincturam; citra quam miror instantiam tam ZWELFFERI, quàm HOFFMANNI; dum ille in Append. ad Animadv. pag. 61. Solutionem cum hoc Spiritu paratam seu Tincturam adstringentem commendat, qui in Mant. pag. 337. mediante hoc Spiritu ex Croco Martis cachectico Tincturam Martis anticachecticam, & consequenter aperitivam, parare vult; HOFFMANNI verò in hoc puncto inconstantia & contradictio in Clave pag. 230. & 232. videnda est. Potest etiam fieri Crocus Martis odoris violacei, per Solutionem scilicet Martis cum Urinâ, in qua Urinâ soluta sint Sal commune & Sal Ammoniacum: post affusionem subsequitur Reverberatio seu Calcinatio, & sic Crocus Martis violaceus, uti eundem præscribit MYLIUS in Basil. cap. 2. Imò quilibet Spiritus Mineralis promptissimè Martem solvit: sic Martem in Aquâ Forti solvit, abstrahit, calcinat, sicque Crocum suum adstringentem parat SALA. Præ cæteris Spiritus Sulphuris, & qui ferè idem, Spiritus Vitrioli, Martem solvunt, quarum Solutionum inspissatione genuinum habetur Vitriolum, uti videbitis in AUTORE, ubi de Calcinatione Immersivâ. Sed observandum: quod Spiritus Vitrioli aut Sulphuris fortiter rectificatus Marti affusus eum non solvat, propter nimiam particularum acidarum solventium concentrationem; unde requiritur, ut duplo, vel Phlegmatis proprii, vel Aquæ communis diluatur Spiritus Vitrioli; sic enim promptè corrodit & solvit Martem, & evaporatione abit in Crystallus seu Magisterium Chalybis vitriolatum, hoc est genuinum Vitriolum. Nam in Spiritu Vitrioli, vel Sulphuris rectificato particulæ acidæ adeo concentratæ uno imperu irruunt in Martem, unde se invicem impediunt, ut non possint una post alteram in poros Martis se insinuare, in Aquâ verò particulæ hæc dilutæ facilius in poros se insnuant, & sic corrodunt Martem.

Pertinet huc Vitriolum Martis, qui loco Phlegmatis assumit Spiritum Vini: nimirum

Recipit Olei seu Spiritus Vitrioli rectific. p. i.
Spiritus Vini p. ii.

Infundit invicem in Lebetem seu Catinum ferreum; sic Oleum Vitrioli dulcificatum rodit Martem, ac successivè subsidet & adhærebit lateribus Vasis elegans Vitriolum

C c c c

5. Calcinatione Vaporosa.

Laminas Ferri supra *Aqu. Fort.* in Cucurbitâ clausâ suspende, Cucurbitamque in Arenam calidam colloca, sic vi Vaporum adhærescet paulatim Laminis Crocus Pede leporino abstergendus.

N. Labore repetito major copia Croci colligi poterit. *Sennertus Insist.* *Hartmannus in Disp. Chymiatr.*

6. Calcinatione Illinitionis.

N. *Laminas Ferri*, illine *Oleo Vitrioli*, vel *Sulphuris*, vel *Limaturam Ferri* eodem *Liquore* consperge, & reponere in Cellam. Postea ablue *Aquâ*, & subsidebit *Crocus*, qui parùm ad rubedinem solummodò calcinandus.

N. *Quercetanus* infundit *Spirit. Sulphuris*, ac *Spirit. Vini* ana in Cochlear ferreum: omnia bullire finit ad Ignem lentum usque ad consumptionem. Hinc reponit per aliquot dies, *Pulveremque croceum* abstergit, qui facilè liquefcit. Hunc verum Hepatis restaurativum appellat, eumque in *Trageâ Hepaticâ* ceu basin recipit. Vide *Pharm. cap. 26.*

Vires. Utilissimus est hic *Crocus* in *Cachexiâ*, insigneque est Aperitivum.

Dosis gran. 3. 4.

lum Martis: quod exsiccatum & pulverisatum fervetur. Nam pro scopo alterativo non est contemnendum.

Pertinet huc *Magisterium* quorundam *Martis albißimumum* ad *Affectus Hypochondriorum*, *Icterus*:

℞. Limat. Martis puræ ℥. q.

Calcinetur Igne Reverberii ad summam rubedinem, tum bis terve irroretur *Aceto destillato fortissimo*, & exlicetur, demum Extractio fiat cum *Aceto*, paucò *Spiritu Vitrioli acuto*, & præcipitetur cum *Spiritu Vitrioli*, vel *Oleo Vitrioli*, & habebitur *Magisterium* candidum, absque edulcoratione in Vitro probè munito reservandum.

Dosis ℞. ad ℥j.

Observandum autem inter *Vitriola hæc Artificetalia* hanc esse differentiam, quòd *Vitriolum factum* cum *Sulphure* sit melior eo, quod fit cum *Spiritu Vitrioli*, quia est purior; licet enim *Spiritus Sulphuris* & *Vitrioli* nullâ notabili differentia discrepent; *Sulphur* tamen acutissimis flammarum stimulis adactum, in Corpora metallica citiùs faciùsque penetrat, & consequenter particulas eorundem exactiùs dissolvit.

Aliàs habetur *Vitriolum*, quod vocatur *Hermaphroditicum*, quia constat ex *Marte* & *Venere*, tanquam *Mare* & *Fœminâ*; valde commendatur ad *Affectus uterinos*. Compositio est hæc:

℞. Min. Veneris ℥iij.

Lim. Martis ℥j.

Vitrioli comm. ℥xiiij.

Pulverisatis minutissimè affundatur *Aqua simplex*, stent per diem & noctem in digestionem, & colorabitur *Aqua*, quæ decantetur, novaque affundatur, idque tamdiu, donec *Aqua* non ampliùs tingatur. In *Aquâ* hac ad cuticulam evaporatâ concrefcunt *Cryßalli* (Germ. *anschießen*, concrefcere significat, quod observetur in lectione *Autorum Germanicorum*) quæ vocantur *Vitriolum Hermaphroditicum*, & *Dosis* gr. j. cum aliis, vel etiam cum solo *Saccharo*, in Vehiculo appropriato exhibentur, aliquandiu continuando: videatur **LAZARUS MERCKER**.

Verùm fraus magna exinde apparet, quia est tantùm *Vitriolum Martis*, cum *Mars* nunquam patitur consortium *Sulphuris*: Accipiatur nempe *Vitriolum Veneris*, solvatur in *Aquâ*, infundatur *Limatura Martis*, & *Venus* præcipitata partim supernabit *Solutioni*, partimque ad fundum descendet, & sic omne *Cuprum* extruditur, & hoc quoque hic fit.

5. *Calcinationis Vaporosæ* modum describit **AUTOR Num. 5.** At cum quibusvis hæctenus consideratis *Acidis* etiam succedit: sed sub omnibus his *Præparationibus* saltem *Mars* integer, cum *Salibus solventibus* plùs minùs fortiter sociatus, faciem saltem variam & multiformem ludit, & quò minùs saturatur *Acidis* extra Corpus, eò conducibilior est usus intra Corpus. Ex quibus facilè patet, quid de *Tincturis Martis*, quæ non nisi præviis hujusmodi *Solutionibus* parantur, habendum sit.

6. *Crocus Martis saccharinus*, per *Calcinationem Illinitionis* juxta modum 6. in **AUTORE** parandus, est pessimæ præparationis, uti superius monuit.

Ad hujusmodi *Martis Solutiones* pertinet etiam *Mars Ful-*

Eodem modo fieri quoque potest *Crocus Martis* beneficio *Spirit. Aluminis*, *Salis Ammoniaci*, *Sal. Nit.* *Paracelsus lib. de Mort. rer. natur.* Verùm hic *Crocus* non nisi extrinsecus adhibendus est.

Aliter.

℞. Aqu. Fort. (ex *Vitriol. calcinat.* & *Sal. com. ana* cum *Argillâ destillatâ*,) infunde in Cochlear ferreum, ut evaporet. Sic statim relinquatur *Crocus* tenerrimus, qui abradendus, & in Vitro (quia facilè liquefcit) reservandus est. *Gluckrenius*.

III. VOLATILISATIO AC DESTILLATIO.

Unde 1. *Aqua Martis*.

℞. Limatur. Martis, expone *Aëri humido* in Cellâ aliquandiu (septimanas aliquot), hinc destilla, vel ex humili *Aludele*, vel ex *Retortâ*. Sic nancisceris *Aquam Martis* Sal redolentem, sed paucam.

N. 1. *Destillatio* hæc feliciter procedit, *Lunâ crescente*, & circa *Plenilunium*.

N. 2. Post *Abstractionem* reponi denuò potest, ut solvatur denuòque destilletur, ut priùs.

2. *Spi-*

minans: Nempe quia *Mars* Subjectum est *sulphureum*, quæritur: annon exinde *Mars Sclopetans* & *Fulminans* parari, possit? Sed dum notum, quantum incalcescat & effervescat *Mars* cum *Spiritu Nitri*, dum solvitur, præsertim si simul aliquid *Alcali Tartari* addatur, & si consideretur Experimentum **BECHERI** circa *Globum ferreum* parvum inclusi *Spiritus Nitri* ope dispoßum, facilè patet, non impossibile esse *Martem Fulminantem*, utut pro ejus præparatione encheireses debetæ nondum æquè sint obviæ. Nam nisi exactissimè observetur punctum saturationis in *Præcipitatione*, omnis spes fulminandi cessat. Modum tamen *Martis Fulminantis* describit **SACHSIUS Ampelogr. pag. 590.** Difficultas parandi *Martem Fulminantem*, est quòd sub *Solutione Martis* in *Aquâ Forti*, vel *Spiritu Nitri*, substantia volatilis & Gas quasi fulminans, solet in auras evanescere; quod patet Experimento **BECHERI** allegato. Si enim *Globus ferreus* immittatur in Vitrum parvum cum *Spiritu Nitri*, & *Globus* hinc inde volvatur, sic *Spiritus Nitri* rodit *Martem*, & excitat *Gas*, & *Spiritus Globulum ferreum* cum impetu diffringit.

Multi quidem hinc inde *Martis Fulminantis* prostant *Processus*, sed ut plurimum incerti sunt. Quidam præparant, solvendo *Chalybem* in *Aquâ Regiâ*, solum cum *Oleo Tartari per deliquium* præcipitant, ac *Præcipitatum* seu *Calcem Chalybis* exsiccant, & hunc volunt esse *Chalybem Fulminantem*. Alii præparant *Chalybem*, solvendo in *Aquâ Forti*, paratâ ex *Sale Ammoniaci* & *Nitro*; & postmodum præcipitant cum *Oleo Tartari per deliquium*. Sed observandæ sunt hæ encheireses, ne ex nimia ebullitione, quam *Aqua Fortis* super *Chalybe* fusa causatur, spes vestra fallatur, & *Gas fulminans* & effræne in auras evanescat.

Alii tertio modo hoc modo præparant.

℞. Limat. Martis per crebras ebullitiones repurgatam, quam irrorant cum *Oleo Tartari per deliquium*, terunt, iterumque imbibunt; quem laborem toties repetunt, donec in *Pulverem* redeat *Chalybs*: hunc *Pulverem Aceto destillato* imprægnant, denuò exsiccant, mox hunc *Pulverem* in *Aquam Fortem* injiciunt, unde in bullas atcolletur, & effervesceat: cum totum sic solum erit, destillando abstrahatur *Mensura*, & *Calcem* in *Laminas ferreas* vel *Patinas* distribuunt, & reverberant horis 24. qui *Crocus* concepto Igne tonare dicitur, si rectè paratus sit: vid. de hoc **AUTOR in Tract. de Vitriolo**.

Quæstio nunc est: Unde oriatur vis fulminans? *Autores* vulgò deducunt hanc vim ex *Sulphure Solari*, quo *Chalybs* gaudet, à *Sale Ammoniaci* extraverso, & *Nitro accenso*. Allegant *Sulphur* in *Pulvere pyrio* cum *Nitro concurrens*, quod uti dat fragorem, ita *Martem* cum *Salibus admistis* ex *Aquâ Regiâ* dare strepitum & *Fulminationem* dicunt. Verùm cum nec in ipso *Auro Sulphur* deflagrabile deprehendatur, nec hoc in *Marte* quæri potest: Conf. quæ suo loco de *Auro Fulminante* dixi.

III. 1. Quoad *VOLATILISATIONEM ac DESTILLATIONEM*, **AUTOR** describit *Aquam Martis*: sed quæ parùm valet. Concinnior potiùs est præ hac, *Aqua Martis ophthalmica* sine Igne per *Alembicû* destillata; quam habet **BURRHUS in Lit. ad Barthol. p. 47.** Nempe *Aqua simplex Marti* affusa, dum in Cucurbitâ vel Vase clauso Fimo equino vel loco moderatè

2. Spiritus Martis .

12. *Mineram Martis*, destilla per Retortam: *Liquorem destillatum* refluente, digere ac iterum destilla.

3. Oleum Martiale album .

13. *Martis* q. v. solve in Spirit. Sal. com. Solutio destilletur per Retortam, sic Spiritus prodit *Essentiâ Martis* imprægnatus, sapore subdulcis.

Vires. Aperit Obstructiones præsertim Epatis, Lienis, Venarumve Mesaraicarum, ac Uteri.

Dosis grana aliquot.

4. Oleum Martiale rubrum .

14. *Solutio Martis præcedens* imprægnetur cum Crem. Tartari, destilletur Igne fortissimo, ex Cucurbitâ vitreâ humili, varios intus videbis Colores instar caudæ Pavonis, extillatque primò *Liquor*: Igne dein fortiori *Oleum grave* cum *CrySTALLIS*, quas per deliquium solve, & junge prioribus.

Vires. Leviter adstringit & roborat. Hinc in Dysenteria & fluxibus Alvi aliisque maximi commodi existit. *Clariss. Dn. D. Helvicus Dietericus, Archiater Sereniss. Elect. Brandenburg. Dosis* gran. 3. 4. & ultrâ.

5. Oleum Martis Sulphureum .

15. *Mannam Martis* (*Tincturam*): circula cum Spirit. Vini rectificatis. & supernabit *Oleum*: destilla per Alembicum, ut transeat & *Oleum*.

N. Fragrantissimum hoc *Oleum* perhibetur ac pingue.

Vires. Maximas vires habere censetur in Obstructione ac

debilitate Lienis, &c. *D. D. Paulus Keslerus*.

6. Oleum Martis præstans .

16. *Croc. Martis per Reverb. Spirit. Vitrioli philof.* q. s. Digere, extrahere aliquoties recenti Spiritu rubiginem, Spiritus rufos junctos abstrahere ad mellaginem. Hanc extrahere cum Spirit. Vini, Sal verò cum *Aquâ comm.* Spiritus rufos abstrahere ad oleaginositatem, cui additur Sal purificatum per digestionem.

Vires. Summum est obstructivum.

Dosis gran. 4. 5. &c.

Clariss. D. D. I. C. Faus.

7. Vitrioli Martis Destillatio .

Destillatio Vitrioli ex Marte confecti nihil peculiare è Destillatione Vitrioli vulgaris habet, isdem enim modis perficitur, omnesque Medicamentorum Formas, quas, ex eodem illo vulgari Vitriolo descripsimus, exhibet; felicioris tamen est operationis in Morbis ad Martis affinitatem accedentibus.

IV. E X T R A C T I O.

Unde Tinctura .

17. *Limatur. Ferrî* ꝑꝑ. si candescat, & extinguatur aliquoties in Vini Malvatic. ꝑꝑ. sic *Essentia Martis vitriolata* communicatur Malvatico.

Dosis ab ꝑꝑ. ad ꝑꝑ. in Jusculo, vel haustu *Aquæ Cichorii. Hartmannus in pract.*

(Sumitur etiam *Succus Pomorum Borsdorffensium pro Extract.*)

Aliter.

moderatè tepido aservatur, Acidum Martis agendo in proprium Corpus Effervescentiam quidem minùs sensibilem, cum sensili tamen Calore junctam, excitat, cujus beneficio Aqueæ particulæ, Gas Martis imprægnatæ, per Alembicum transeat, cui multum attribuitur in Affectibus Oculorum; vid. citatus locus.

3. Juxta hanc notabilis est Num. 3. *Solutio Martis cum Spiritu Salis*, utpote cujus abstractione & particulæ Martiales simul transeunt, & in fine etiam Destillationis simul Flores Martis elevantur: Conf. HOFFMANNUS *Clave pag 227.* Sed hoc præsertim notabile est, ut si Marti ejusque puræ Limaturæ affundatur Spiritus Salis, ut fiat Solutio in Vase clauso, quod sub rosione blandissimo Igne Spiritus Martis volatilis, seu Gas quoddam Martiale, per Alembicum instar fumi transeat in Receptaculum, & tandem coalescat; de quo intelligendus BECHERUS *Phys. subterr. pag 407.* Idem cum Spiritu Nitri fieri potest; sed periculosum est, quia Spiritus hic facile astringit Vasa & facillimè inflammatur.

6. *Oleum Martis* ab AUTORE Num. 6. præscriptum, nil aliud est, quam *Præparatio* quædam *Vitrioli Martis*.

7. Numero 7. AUTOR tandem præscribit *Destillationem Vitrioli Martis*, quam exactè traditam videbitis in ZWELFFERO *Mant. spagyr. p. 337.* Circa quam observetur, quòd Spiritus Vitrioli Martis vel Veneris non sint simplices Spiritus acidi, sed simul etiam participant aliquid de substantiâ Ferri aut Cupri, utpote quorum tenues & subtiles quasdam particulas secum arctè junctas simul abradunt & evehunt: id quod patet non tantum in Spiritibus Viridis Æris præparatione, quem sub rigorosiore Igne viridiusculum interdum prodire observavi, propter admixtum Cuprum; sed etiam per Alcali cujuscumque injectionem subtilissimus quidam Pulvis aut Crocus ex illis Spiritibus præcipitari potest. Aut si Spiritus hujusmodi per Alembicum pellatur, in fundo quasi Pulverem metallicum relinquit; unde etiam in Spiritu Vitrioli Martis vis quædam vomitoria interdum observatur.

Simili modo ex Vitriolo dicto *Hermaphroditico* etiam destillatur Spiritus Vitrioli *Hermaphroditicus*. Alio modo tamen etiam præparatur hic Spiritus; nempe si assumatur Vitriolum Martis & Vitriolum Veneris, & hæc anaticâ seu æquali proportionem mista destillentur Igne aperto, uti moris est. Hic Spiritus aliquoties cohobatus à D. MICHAELIS dicitur spirare Odorem Moschi. Nam hoc est certum, quòd etiam Metalla habeant suam & elegantem Odorem: Sicuti non tantum HAUPTMANNUS in *Scripto callistvo* Mineræ Auri simpliciter suaveolentem Odorem attribuit; sed præterea quoque aliquando quidem laboravit quædam in Saturno. quem in præparatione admovit cum Catino Igne, fortè verò fuit ab opere avocatus, postmodum redux factus, suum visitavit Saturnum, & aperto Instrumento Odorem suavissimum in Saturno invenit: ita ut etiam Metallis sint sui Odores.

Tom. IV.

IV. Sequitur EXTRACTIO, unde fiunt ratione Coloris Tinctura, seu ratione Extractionis Essentiæ. Potissimum in formâ liquidâ Tincturarum nomine venit Mars pro scopo tam adstringendi, quam aperiendi. Nihil aliud sunt, quam subtiles Solutiones, adeoque Liquores occultè vitriolici.

Duplex verò labor in earum præparatione observabilis est:

1. Corporis Martialis per Acidum Solutio.

2. Subtilissimarum particularum per Spiritum Vini ex Solutione Martis Extractio.

Omnes in genere Tinctura vel Extracta fiunt, quando solvitur Mars, Solutio inspissatur, & inspissata extrahitur cum Spiritu Vini. Menstrua Martem solventia sunt varia, ipsi etiam Succ Vegetabilium Tincturis & Extractis Martialibus inserviunt; si scilicet Limaturæ Martis affundatur Succus Pomorum Borsdorffianorum pro Malo hypochondriaco; vel Succus Cydoniorum pro Affectibus Stomachi; vel Succus Acetosæ, item Decoctum Tamarindorum, & similes alii Succu subacidi Vegetabilium; hi enim promptè solvunt Martem. Quò minùs acidus Liquor est, cum quo extrahitur Mars, eò melior præparatio. Quando ad tempus stetit in loco calido, transcolatur; Colatura inspissatur in crassiem Mellis, Mellago extrahitur cum Spiritu Vini, & erit Essentia vel Tinctura Martis: quæ Tinctura, utut habeat saporem subadstringentem, uti omnes aliæ ex Marte; nihilominùs tamen sunt simul insigniter aperitivæ. Præparationes similes videbitis in ROLFINGII *Chymia*.

Spiritus Vini per se non agit in Martem, benè autem & facile se jungit Acidis. Quantum enim de Solutione Martis Acidu imbibet, tantum simul de Marte adhærente participabit, adeoque subtiles Vitrioli partes seu Liquores erunt. Potest etiam fieri Tinctura Martis beneficio Musti, si affundatur & procedatur jam dicto modo. Ubi venit monendum, quòd Limaturæ Martis Mustum affusum non solet fermentare. Rationem facile ndrunt ii, quibus cognita est doctrina Fermentationis, quòd scilicet oriatur ex conflictu Salis acidi & urinosi, in quo aliæ simul particulæ coërcentur in motum & effervescentiam. Jam verò in affuso Musto super Marte hic imbibit Musti Acidum, & ab Acido corroditur; hinc Acidum non potest agere in partes alcalinas seu urinosas. Obiter hæc.

Redeo ad Tincturas Alterativas seu Aperitivas. Elegantissima, si quæ alia, est Tinctura Vitrioli Martis Zwelfferi, quæ præparatur ex Terrâ foliatâ Tartari & Vitriolo Martis genuino. De hac Terrâ foliatâ Tartari & Tincturâ sufficienter locutus sum, ubi de Tartaro. Dicitur Terra foliata Tartari, quoniam instar Foliorum Argenti apparet; aliàs etiam vocatur Sal essentialè Vini. Hæc invicem ambo pulverisata & mista subito se invicem aggrediuntur: Mistura hæc Aëri frigidiori exposita humida fit, & intensè rubicunda; imò debuit in Liquorem rubicundissimum, qui vel per se sine Spiritu Vini, vel cum Spiritu Vini mixtus & filtratus, in quampluri-

G c c c a mis

Aliter.

R. Mart. limat. Acet. destillat. ana ℥. 1. coque in Sartagine ferreâ lento Igne semper agitando, donec Acetum destillatum consumptum sit (quod sæpius, eò melius); infunde postea in Vini Malvatici ℥. 4. 5. 6. digere, quotidie aliquoties agitando (per dies ac noct. 14.) postea depleto & adhibeto.

Vires. Prodest ad omnes Affectus Splenis, item ad Menstrua, tum provocanda, tum inordinata corrigenda.

Dosis ℥ss. ad ℥ij.

N. Potest aromatizari *Caryophyllis* & simil. *Finckius*.

2. Tinctura ex Marte crudo.

R. Limat. Martis, extrahe rubedinem cum Aceto destillato acerrimo, s. a. decanta, & abstrahe. Dein extrahe cum Spiritu Vini. Quo tandem iterum abstracto, relinquatur Tinctura seu Essentia Martis in fundo.

Dosis ad ℥j. vide *Sennertum Inst.*

Aliter.

R. Limat. Chalyb. q. pl. irroretur Aceto destillato aliquoties & exsiccetur. Hinc extrahe cum Spiritu Vini tartar. J. C. F.

3. Alia ex Croco Martis Quercetani.

R. Croc. Martis (per Aqu. Fort. facti,) extrahe Tincturam digerendo cum Spiritu Vini vulgari, donec rubescat; decanta à Fœcibus, & abstrahe ad oleositatem.

Dosis: Præmissis Universalibus, propinantur mane ac vespere gutt. 9. vel 10. in Decocto Juniperi. *Hartmannus in Pract. loco de Hæmorrhag. & de Hydrope.*

4. Alia ex Croco Martis.

Sic & ex Croco Martis per reverb. fit Tinctura cum Spiritu Vini, cujus eadem Dosis.

5. Alia quæ Basiliæ est.

R. Limat. Ferri, solve in Sp. Vitrioli rubr. p. 1. Aqu. fontan. p. ij. filtra calidè & crystallisa s. a. Crystallus exsicca sub Tegulâ continuè agitando, habe bisque Crocum purpureum: affunde Acetum, destilla, & extrahe s. a. Hinc abstrahe in MB. Acet. destillat. ac elue, Aquam font. aliquoties abstrahendo. *Tboldius*.

N. 1. Eodem modo ex Vitriolo Martis ad summam rubedinem reverberato extrahitur Tinctura, seu Sulphur beneficio Acet. destillat. s. a. Quæ Abstractio Aceti destillati in formâ Pulvisculi rubicundissimi asservanda.

N. 2. Ex remanente Terrâ extrahitur Sal com. per Aquam Mellis corrosivam.

6. Alia ex Scoriiis caruleis.

R. Scorias Ferri carulea-virescentes, pulverisa (alii calcinant prius hor. 24.), extraheque Tincturam rubram digerendo cum Aceto destillato acerrimo, filtra & abstrahe; restantem Tincturam edulcora aliquoties Aqu. pluvial. Tincturâ hæc liquefit sponte in Cellâ.

N. Efficaciorem habebis Medicinam si per Spiritum Vini Tincturæ Solutionem ac Extraktionem denuò iteraveris.

Vires. Longè efficacior est, quàm Crocus vulgaris reverberatione factus. Vim habet sistendi omnes Fluxus, sive sint Menstrua, sive Gonorrhœa, Dysenteria, Diarrhœa, Hæmorrhagia, &c.

7. Alia ex Floribus Croci Martis.

R. Crocum Martis (per reverb.) subluma cum Sale Ammoniaco, ex Floribus edulcoratis extrahe Tincturam cum Spiritu Vini; abstractio iterum Spiritu Vini, relinquatur Essentia in fundo.

N. Dicitur præcipitare Mercurium. *Keslerus lib. 3. 71.*

8. Alia ex Calce Martis.

R. Ferrum limatum à quo Sal Ammoniacum sexies vel pluries sublimatum sit, extrahe cum Spir. Vini, decanta & abstrahe aliquoties cohobando.

N. Pulvis ille ante Extraktionem in Liquorem resolvi potest, qui Aquâ elotus etiam intrinsecus exhibetur.

9. Alia.

R. Croc. Martis probè calcinat. q. v. irrota cum Spir. Vitrioli, digereque in Arenâ calidâ, donec Spiritus Vitrioli exsiccatus fuerit; hinc tere super Marmore, affusâque Aquâ fontanâ macera in Arenâ calidâ per dies (3.) postea filtra per Chartam: Filtraturam inspissa, & extrahe cum Spiritu Vini Tincturam.

Ex communicatione Affinis mei dilecti *Jacobi Holtzapffel*, Pharmacopœi nostratis laboriosissimi.

10. Alia Tinctura: Munna Martis.

R. Martis lamin. q. v. extrahe cum Spiritu Ferri alcalisato, filtra & abstrahe; sic habes Tincturam Martis.

11. Bassum Martis & Veneris, seu Tinctura extemporanea S. Clossæ.

Compara tibi Vitriolum ex Viridi Aeris (Germ. *distillierten Grünspan*, Gall. *Verdet distillé*): pelle per Retortam Igne Arenæ quidquid Phlegmatis & Spiritus volatilioris exire poterit. Hoc affunde super Limaturam Ferri in Vase strictiori. Intra quadrantem horæ absque adjuvamine Ignis, Sanguine Martis Venus imprægnabitur: abstrahe Phlegma, atque subsibili Croco Spiritum Vini superfunde, denuoque extrahe.

12. Sal saccharinum, & Tinctura flava Martis ejusdem.

R. Croci Martis parati cum Sulph. q. v. Affunde Aquam restantem post præcipitationem Butyri Antimonii, quam Spiritum Vitrioli Philosophicum vocant, unâ cum Phlegmate (si hic desit cape Spiritum Sal. com. vitriolati diureticum, ut Cap. de Sal. com. indicabitur): sine extrahere in Arenâ Tincturam flavam cum fœtore quodam sulphureo, qui mox evanescit. Hanc coagula post Filtrationem in Sal. com. Saccharo dulcius, & majoris virtutis gratiâ Spiritu Vini circula.

Vires. Hepar roborat, unde Hydropicis, iisque qui diffuentia in Tibis Ulcera patiuntur prodest, Menses superfluos & Hæmorrhoides siccat, Dysentericos juvat, sumpta cum Tberiacâ rec. Lienem deobstruit.

Dosis Salis ℥ss. cum Ol. Nuc. mosch. Tincturæ gutt. vij. in Vino, Aq. Linariæ.

13. Tinctura rubra Martis.

Laminas Ferri subtiles stratifica cum Pumice, & reverbera per 24. horas. Rubescet Pumex, è quo cum Aceto destillato Tincturam poteris elicere, & in Sal rubrum coagulare.

Ad

mis Morbis à ℥ss. ad ℥j. propinari potest. Hæc Tinctura & Præparatio ejus videri potest in *ROLFINCII Chymia*, præprimis in *Dissertatione de Marte & Venere*, quæ Dissertaciones sunt elegantes & lectu dignæ.

Ad Tincturas has pertinet sequens Tinctura seu Essentia Martialis:

R. Antimonii puri ℥j.

Fluat in Crucibulo Igne forti; injiciatur

Limat. Chalyb. ℥ss.

Fluant aliquandiu: Massa contundatur, addatur iterum Limatura Chalybis, & procedatur ut antea factum. Factis sic Scoriiis, barum ℥ij. affunde guttatim

Spiritus Salis ℥vj.

Ponantur in digestionem ruditer agitando, postea extrahatur Aqua communi Vitriolum, & coaguletur:

R. Concreti bujus vitriolacei antimonialis q. v.

Destilletur ex Arenâ, & acquiritur Spiritus; tandem fortissimo Igne ascendet Sublimatum in altum, quod solvatur Spiritu Vini, & servetur tanquam melior Martis Essentia.

Hæ Tincturæ omnes sunt Aperitivæ. Inter Adstrictivas non inelegans est Tinctura Chalybis Anticathectica cum Spiritu Veneris, seu cum Spiritu Viridis Aeris, quàm *ZWELFFERUS in Mant. Hermet. pag. 337.* habet.

3. Huc referatur Tinctura ex Croco Martis Quercetani Num. 3. ubi notanda in isto Croco certa encheirelis. Ex ejusmodi enim Croco per Aquam Fortem parato, cum Aceto destillato elicitur adhuc Crocus, qui cum Mercurio præcipitato tandem Lunam in Solem tingit.

5. Loco Tincturæ Basiliæ Num. 5. longè melior videtur ea Tinctura Martis adstringens, quæ vulgè Tinctura Sulphuris Vitrioli dicitur, & à quibusdam parari solet ex Capite mortuo Vitrioli Martis, post distillationem remanente, sed malè: raro enim Mars solus reperitur in Vitriolo, sed & Venus simul admista. Optimum præparandi modum dedi supra.

6. Elegans etiam est ista Præparatio ex Scoriiis Reguli cum Aceto destillato Num. 6. quæ Extractio inspissata postmodum cum Spiritu Vini dat Tincturam adstrictivam.

V. SU-

Ad Calcinationem Reverberatoriam
pertinet sequens.

Limaturam Ferri calcina absq; ullâ præparatione aut commixtione Ignis Reverberii, donec ex rubedine summâ in Calcem albam tranferit.

Dosis ℥ss. in *Vino albo*, *Frater D. Rondelii* hoc medio ab *Ischuriâ* curatus est. Ex communicatione *S. Clossæi*.

Tinctura alia, & inde Magisterium Martis albissimum.

Limat. Martis Igne fortissimo eousque reverberetur, donec elevetur in *Crocum* levissimum, & rubicundissimum. Irroretur cum *Sp. Aceti* atque siccetur. Repetendo hoc (4.) Dein tantum affundatur *Sp. Aceti* q. s. ad Extractionem. Digeratur usquedum colore rubicundo tingatur, sæpius verò agitur. *Extractio* lento calore redigatur ad mellaginem, quæ soluta *Aq. pluv. destillatâ & filtratâ* præcipitetur cum *Sp. Vitrioli*. Sic habebis *Magisterium albissimum*, quod probè edulcorandum.

Vires ex ipsâ descriptione cuius patebunt; prodest in Morbis quamplurimis hypochondriacis, hepaticis, &c.

Ex communicatione *Cl. D. Joëlis Langelot.*

V. SUBLIMATIO.

Hinc 1. Flores ex Marte crudo.

Sublima *Limaturam Ferri* cum *Sale Ammoniaco*) vide in *Sale Ammoniaco*) & elevatur quoque portio *Ferri*, hæc à *Sale Ammoniaco* elota habere vim *sclopetantem*, æquè ac *Aurum fulminans*, dicitur, sed erroneè.

2. Flores Martis ex Crystallis.

R. Crystall. Martis (cum *Aquâ Fort. nitrosâ fact.*) sublima cum *Sale Ammoniaco*, & habebis *Flores* rubicundos, quos edulcora. *Keslerus lib. 1. cap. 63.*

Vires. Vim maximam habent in *Lienis & Mesenterii* obstructione.

VI. SALIFICATIO.

Sal Martis duplicis videtur esse fortis, *Subdulce* scilicet & *Vitriolatum*.

1. *Sal Martis Subdulce*.

R. Limatur. Ferri, irrorata *Acet. destillat.* optimè, ut *Pasta* inde fiat, quæ siccet: siccata tere ac irrorata iterum, &c. idque repete multoties. Tandem affunde *Phlegma Aceti*, coque bulliendo & filtra; humiditate in *MB.* abstractâ, digere cum *Spiritu Vini*, *Crystallisque* serva pro usu.

Vires. Vim habent incidendi & aperiendi *Obstructiones* etiam contumaces *Viscerum & Uteri*. Vide in *Epistol. Gregor. Horstii Observationibus annexis lib. 1.*

(Ex hoc *Sale Pilulæ Spadanæ* constant.)

(Hoc *Sale Aquâ soluto Acidulæ* parantur.)

(Hoc *Sale Martis Riverius* multum efficit.)

Idem *Sal* assequi poteris vi *Aquæ simplicis*, loco *Aceti* destillati ac *Phlegmatis* ejusdem adhibitæ, sed quantitate minimâ.

N. Specicum Ferrum Sale abundantissimum est, ideoque

reliquis in *Salis* hujus confectioe præferendum.

2. *Aliter*.

R. Calcem seu *Crocum Martis* (per *Aquam Regalem factum*): extrahe *Sal* cum *Aquâ*, filtra, coagula; ac repone ad *crystallifandum*, vel *inspissa* prorsus. *Salem Vitriolicum*, quem natus fueris, solve denuò aliquoties, & coagula: sic habebis *Sal Martis subdulce*.

N. Filtratio liquidem fieri nequit, quin *Charta* vi *corrodente* corrodatur: dilui potest *Solutio Aquâ fontanâ*, quò minus acris, & filtraturæ aptior evadat.

3. *Aliter, Sal Basilianum.*

R. Materiam in *Tincturæ præparatione residuam* (e. gr. in *Tinctura Basilii*): affunde *Aquam Mellis corrosivam*, ac extrahe *Sal com.* s. a. Hinc abstrahe *Aquam Mellis*, edulcoraque cum *Aquâ fontan.* per *distillationem iteratam abstractâ*. Tandem clarifica cum *Spiritu Vini*. *Tboldius* in *Halograph. Dosis* gran. 6. 7. 8. &c.

4. *Vitriolum Martis ex Cementato.*

R. Calc. Martis (cementatam cum *Sulphure*, ut *suprà*), extrahe *Sal com.* ut moris per *Aquam calidam*, filtra & *crystallifa* s. a. *Crollius*,

5. *Vitriolum Martis ex soluto Marte.*

R. Limat. Martis, solve in *Oleo Vitrioli rubr.* p. i. *Aquâ font.* p. ij. filtra calidè, & *crystallifa* s. a. *Tboldius*.

N. Simili modo & per alios *Liquores acres* *Crystalli Martis* exhiberi possunt, de quibus in *Crocum præparationibus*, quippe nihil aliud sunt quàm ipsemet *Crocus*, quem ipsum vel solâ *exsiccatione* ad *Ignem*, referunt.

Sal Martis purgans.

R. Salis Ammoniaci, Limat. Martis p. æq. *Misce* leniter terendo in *Marmore*, inde *Cucurbitæ fictili*, & sublima primo lento *Igne*, dein fortiori, sensim per gradus *Ignem* augendo. Tandem refrigerare sine, fractoque *Vase*, partem superiorem albam reserva novæ *Sublimationi* cum *recenti Limaturâ Martis* peragenda; *Partem mediam croceam* similiter serva (sunt *Flores Martis diaphoretici*.) Denique partem quæ in fundo remansit (*Caput mortuum*) exime, & modo vulgari *Sal com.* extrahe, idque solvendo & coagulando purifica, clausoque *Vitro* reserva.

Vires. Vim obtinet purgandi.

Dosis ℥ss. ad ℥j. in *Cochl.* i. aut 2. *Syrupi Violarum laxativi*, &c.

N. Quando *Sal commune* prædictum in *Syrupo Violarum* solvitur, necessum est ut benè agitur, donec *Syrupus* totus *Spuma* evadat, quæ stet per noctem, ut clarescat iterum. Tunc additur pro libitu aliquid *Clareti laxativi*.

Ex communicatione *Amici Hamburgensis*.

VII. LIQUATIO.

Mars per se minimè liquefit, verum si in *Crocum* (*Calcinatione humidâ*), redigatur, aliquo modo liquabilis evadit; unde *Liquor* seu *Balsamus*, *Medicamentum* in *Vulneribus* aptissimum.

CAPUT

V. SUBLIMATIONIS MARTIS negotium cum *Sale Ammoniaco* faciendum, atque exinde parandum *Tincturam, Spiritum Salis Martiale; Sulphur Vitrioli Martiale anodynum*, omnium optimè & exactissimè describit *ZWELFFERUS Mant. pag. 338. & 339.* & *HOFFMANNUS* in *Clav. pag. 228* Processus est legitimus, & omnes encheireses adsunt. *Flores sublimati* colorem acquirunt *Aurantiorum*, & sanè perquam egregii sunt in nonnullis *Morbis cachecticis & chronicis* loco *Digestivi* usurpati, imprimis *Febrifugi* sunt. Ipse *Spiritus Salis Martialis Acidularum* loco usurpari & usu diuretico commodè adhiberi potest. *Sulphur Vitrioli anodynum*, quod *ZWELFFERUS* exinde parat, suspectum est: an præter vim præcipitatoriam simul vi anodynâ polleat? Retulit tamen *Amicus*, se egregiam vim, si non perfectè anodynam, saltem demulcendi & quietos servandi *Ægros*, observasse.

VI. SAL MARTIS genuinum haberi nequit. *Sal Martis subdulce* autem *Concretum novum & Compositum* est, ex *Acido Aceti* corrodente *Martem*. Quidam ut præparent *Sal Martis*, solvunt *Vitriolum Martis* in *Aquâ*, quod præcipitant *Oleo Tartari*, præcipitatum volunt esse *Sal Martis*, quod habet vim purgandi: sed reverà est *Crocus Martis* ex *Vitriolo*

præcipitatus, & est nugatoria Præparatio.

Ex *Marte* præparantur *Pilulæ Spadanæ*, propter egregium usum fatis laudatæ. Dicuntur *Spadanæ*, quoniam *Acidularum Spadanarum* virtutes æmulantur & sequuntur; principale earum *Ingredientis* est *Sal Martis*, & *Sal Ammoniacum*.

VII. Superiùs fuit facta mentio *Reguli Martis*, ex quo volunt nonnulli parare *MERCURIUM MARTIS vivum*, quem tantum *Auri* possidere dicunt, quantum quis *Mercurii* hujus habeat: ex eo, quòd in hoc *Mercurio* lateat *Spiritus Solis*, qui aptus natus sit exaltare *Lunam* in *Solem*. Modum parandi hujusmodi *Mercurium*, qui tamen non videtur genuinus, videbitis in *AGRICOLÆ Commentario in Populium ubi de Marte*. Sed difficilis admodum est *Mercurificatio* hæc, quia ut *Mercurius*, cum omnibus *Metallis* amicitiam habeat, & *Amalgamata* constituat, tamen cum *Marte* hoc non procedit. Ratio est defectus *Principii Mercurialis* in *Marte*.

De *Usu Martialium* adhuc noto primò: quòd post usurpationem *Martialium*, ut felicè operentur, & imprimis usu *Limaturæ Martis*, *blandus* ab assumptione *Corporis Morus* imperetur: deinde semper, rectè monente *SENERTO*, *ἐκκαρπτικά* & *Lubricantia* sint administranda; ne particu-

læ

C A P U T XII. D E C U P R O .

Cuprum, alterum Metallum, ex ignobilioribus duriusculis est, constans secundum Theophrastum ex Sulphure purpureo, Sale rubro, ac Mercurio citrino.

Dicitur *Venus*, quod cum *Venere Caelesti* in Macrocosmo, cumque *generativis Partibus* in Microcosmo Sympathiam obtineat: dicitur & *Es*. German. *Rupffer*. Gall. *Civre*.

lae Martiales adhæreant nimis plicis Ventriculi & Intestinorum, & sic Corpori non leves possint inferre turbas. Ratio texturæ Ventriculi in *Ægro* habeatur, quæ nunc sensibilibior & magis delicata, nunc firmior, robustior, & minus sensibilis est. In illis ex Fibrarum texturâ subtili minus in substantiâ, sed potius, quantum possibile, in minima sui redacta propinentur; in his verò, ubi fibræ densiores, robustiores, aut duriores sic quasi sunt, etiam in consistentiâ paulò crassiori propinari possunt: in prioribus enim subtilibus non rarò à Martialibus vitriolicis durioribus Dolores, Tumores Ventriculi gravativi, Apeplix, Cardialgiæ, &c. supervenire solent; in posterioribus verò post eorum usum periculum tale nullum est. (I)

C A P U T XII. D E V E N E R E seu C U P R O .

Venus seu Cuprum, alterum ex ignobilioribus & durioribus Metallis, est Mixtum in suo Concreto materiali, Marti in multis simile, copiosâ Terrâ quasi alcalinâ seu salino Principio constans, meliùs & intimius Principio Mercuriali priori combinatum, cum Sulphure forti acido rubescente, mediocriter omnia miscente. Hinc Cuprum magis quàm Ferrum malleabile, extensile & fusile evadit; unde etiam Soli & Lunæ, sine eo, ut horum Metallorum impediatur ductilitatem & fusibilitatem, commodè misceri potest. Contrarium fit in Marte, qui non potest misceri cum istis, quia liquefactionem, solutionem & ductilitatem eorum impedit. Propter hanc mixtionem cum Lunâ fit, ut *rara avis sit genuina Tinctura Lunæ*. Reperitur in Mineris Terræ, nunc pura, nunc, idque sæpius, Lunæ sociata, cui etiam pertinacissimè adhæret ejus Sulphur; difficilis enim separationis est. Saturnus quidem in Testâ probatoriâ separat Venerem; attamen semper aliquid adhæret Lunæ de Venere. Propter hanc pariter mixtionem inter quosdam sublimiores Chymicos admodum nobile habetur Appropriatum, nempe pro albis Metallis tingendis, adeò ut VALENTINUS de Lapide asserat, Venerem maximam partem esse Solis Tincturam: hinc etiam Lunam fixam Venere mediante, non secus atque cum Antimonio, in Solem tingere volunt. Cuprum enim per se est substantiæ Lunarum, magnam habens convenientiam cum Lunâ: scilicet Sulphur Veneris in recessu habet intensam rubedinem & convenientiam cum Sulphure Solis. Est tamen quodammodò heterogeneum, ex parte impurum & volatilius, & ex parte fixum: cujus ratione Lunam colore rubeo tingere volunt, modò legitimam impressionem habeant in Lunam. De hoc intelligendi sunt antiqui versus BASILII VALENTINI.

*Von innen blau, von aussen weiß,
Wenn ich erlang den Fixen Preis;
So Kleidet mich Venus zur Hand,
In Scharlach und in Purpur Gewand.*

(I) De Ferri naturâ innumera sunt Naturalium Philosophorum hypotheses. Verosimile videtur quod ait Geoffroy, Ferrum scilicet esse Compositum ex Sulfure seu Materiâ inflammabili, Sale vitriolico, & Terrâ: hoc enim posito omnes illius proprietates facile explicantur. Celeberrima est concertatio inter laudatum autorem, & Lemery. Primus putabat ex mixtione Sulfuris seu Materiæ inflammabilis, Salis vitriolici, & Terræ creari posse Ferrum: quare ex Argillâ & Oleo Lini, vel ex Oleo Vitrioli & Oleo Terebinthinæ, Ferrum conficiebat. Negabat Lemery, Ferrum ex illorum Corporum commissione creatum esse, sed aiebat (quemadmodum & Hombergius), in omnium Plantarum Cineribus Ferri micas contineri; quæ Cultro Magneti affricto facile adhæreant. Ad hæc respondet Geoffroy: hunc iterum urget Lemery, ut videre est in Actis Academ. Scient. Anno 1704. 1705. &c. Et reverà Ferri particulas non solum in Plantarum Cineribus inveniri, verum etiam in Melle, & Castoreo contineri, testatur Experientia: Magnes enim illas trahit. Quare vel Magnes aliquid aliud trahit quàm Ferrum; vel Ferrum calcinatione, aut quâcumque aliâ preparatione generari potest; vel reverà in dictis corporibus continetur. Tertiam sententiam sustinet Lemery F. ac suadere conatur, Ferri particulas cum Terræ Succo usque ad Plantarum & Arborum summitates ascendere posse. Additque Exemplum: Si Dissolutioni Limaturæ Ferri ex Spiritu Nitri in Scypho vitreo contentæ, superfundatur Oleum Tartari per deliquium; Mixtura instatur, & Ferri particule extra Scyphi labra prorumpunt; congelanturque in Corpus ramosum, ramos, folia, & flores Arborum representans: quod vocari possit Arbor Martis; non secus ac similis Vegetatio Mercurii, appellatur Arbor Dianæ. Quidni igitur poterunt Ferri particule ex fermentatione, quam cum Succo Terræ nutritio concipiunt, per Plantarum & Arborum truncos ad summos ramos & folia ascendere?

Sæcentis Ferri præparationibus addi jure poterit Nix Martis, quam vocant (ex Ferro & Antimonio paratam), cujus præparationem & egregias vires describit Lauchelli Dissertatione de Ferro ejusque Nive.

Flores Æris veniunt granula à Panibus æreis, quando affusâ Aquâ refrigerantur profidentia, plerumque etiam *Viride Æris*.

Vires. Præterquàm quòd Partes generativas peculiariter confortare creditur, variis abundare facultatibus æstimatur, adeò ut sint qui dicere non vereantur, nullum Metallorum salubriorem spirare auram, quàm Cuprum. Et hinc majoribus, ac præcipuè Hippocrati præter reliqua frequentissimo in usu fuit. Nos relicto Cupro crudo, Præparationes libabimus, quæ sunt

I. PU-

In Venere ergò consideretur Sulphur & Mercurius. Propter viciniam Veneris & Martis illa quoque in hunc, & hic in illam, mutari potest, cum in radice convenient; si enim Marti detrahatur aliquid de Principio salino, Veneræ erit naturæ; si autem in Venere Principium salinum coagmentatur, erit Mars.

Ex dicto mixtionis modo etiam insignis ista Colorum varietas emergit, cum non tantum Mineræ Cupræ præ aliis insigniter ac diversimodè coloratæ appareant, sed etiam nullum Minerale est, quod præter Venerem tam varios Colores producat; idque tam mediante Solutione, complurium Menstruorum ope, quàm mediante Præcipitatione; omnes tamen illi intra limites ex viridi cœruleo, & cœruleo viridi ferè comprehendendi solent; conferatur BECHERUS *Phys. subterr. pag. 389.* item KUNCKELIUS *Obs. P. 2. pag. 61.* Sic Venus cum Urinosis tractata cœruleum seu sapphirinum; cum Acidis, Aceto aut Sale communi, viridem; cum Aqua Forti aut etiam Aquâ Regiâ, cœruleum; cum Spiritu Vitrioli & Sulphuris in forma liquidâ, viridescens; in formâ coagulata cœruleum Colorem, repræsentat.

Quoad Usum Cupri seu Veneris in Medicinâ, sæpè tam crudè usurpata, quam quocumque hætenus modo præparata, propter Sulphuris volatilitatem est noxia, ob Nauseas, Vomitus enormes, insignes Stomachi subversiones, etiam per plures dies durabiles, supervenientes, ac inde gravia ac deteriora illata Symptomata: adeò ut nesciam nauseosa magis, Stomachoque horridiora Subjecta, quàm ex Venere. Unde ZWELFFERUS Pharmacopœos rectè monet, ut in Remediorum acriorum, & acidorum præparatione circumpecti sint, ne in Mortariis & Vasis æneis tractentur. Miror ergò cur Renibus, Utero, ac Partibus genitalibus Remedia Venere conferre dicantur, nisi forsân Assertum hoc præconceptæ innitatur Hypothesi, quasi Venus Partibus Veneri inservientibus etiam dicata sit, vi analogiæ Macro & Microcosmi, quod satis futile. Hinc potius externo saltem usui, coque chirurgico, inservit Venus, quatenus pro Texturæ suæ ratione Acida quælibet absorbet, ac simul hinc Saporem ac Texturam stypticam seu adstringentem, ac deterisivam & mundificativam, acquirat. Unde in Ulceribus mundificandis, consolidandis, in Abscessibus putridis purificandis, in Gangrænâ arcendâ, usitatissima sunt Venerea, & præ cæteris in usu sunt Æs usum, hinc Viride Æris, & post hujus destillationem Caput mortuum seu Crocus Veneris remanens. Hæc Chirurgis usitatior magisque polychresta Emplastorum & Unguentorum contra Ulcera & Gangrænas sunt Ingredientia. Cæterum, si sit legitimè præparata Venus, sententiâ AUTORIS præ omnibus Metallis saluberrimam spirat auram, salubremque dat medicinam, imprimis si Sulphur ejus volatile, aut pars sulphurea fixior, inde eliciatur: unde Sulphur Vitrioli Veneris fixum adeò nobile dicitur Medicamentum. Necessè igitur est, ut corrigatur ejusmodi Sulphur volatile & invertatur, ut fiat fixum, si internè remedia ex Venere volumus usurpare.

Quoad

stratum supra stratum : calcina , ac elue ut priùs , Tandem coque ac repone , ut subsideat *Cracus* , quem edulcora *Aquâ Vires* . Inservit Chirurgiæ , ingreditur *Emplastrum Oppodeldoch. Gluckr.*
N. Eodem modo cementatur quoque cum *Sulphure* , hor.

3. vel 4. inque *Æs ustum* reducitur Officinarum (hoc *Æs ustam Aquâ* pluries lotum fit præstantissimum ad Ulcera putrida) calcinatur itidem & *Limatura Veneris* cum *Tartaro* simili modo , quo *Martem* ad exhibendum *Vitriolum* calcinare docuimus .

III. DE-

tortam , donec nigredo appareat : habetur sic *Spiritus acidus volatilis* , viridis plùs minùs , prout Ignis intensior fuerit , à quibusdam pro singulari *Antiepileptico Valentini* habitus . Crystallificatione hac , seu cum Aceto imprægnatione , Venus aliquantulum magis magisque recluditur , ac similiter in particulas exhalabiles redigitur . Unde non tantùm viridiusculus plùs minùs prodit Spiritus , sed etiam , si *Spiritus* hoc modo paratus leni abstractione in *Facem* redigatur , ex hac ipsâ cum *Spiritu Urinæ Tinctura* cœrulea elicitur ; Veneris tamen potior pars in Capite mortuo remanet . Pro usu medico Spiritus hic rectificandus est , & omnis Venus , quantum possibile , separanda , & *Menstruum* erit *Zwelfferi* , penetrantius , quàm Acetum destillatum .

Faciliori encheiresi *Viride Æris* calefactum cum Aceto destillato , saltem irroratur ; pro illius *ßj.* sufficiunt hujus *ßij.* sic non minùs Venus aperitur , & commodè postmodùm destillabilis evadit .

Caput mortuum *Veneris* , post Spiritum ex *Viridi Æris* Destillatione restans , superfluo *Spiritu Salis Ammoniaci* , dat elegantem *Tincturam Sapphirinam* , quæ leviter exhalans dat *Cryсталlos cœruleas* , in Maniâ perquam proficuas , ut quidam affirmant : saltim id præstabit hæc *Tinctura* , quod decantatæ Lunares *Tincturæ* promittere solent .

Jam quoad *Spiritus* hos *Viridis Æris* , tam simplicem , quàm cum Aceto destillatum , is est non levis inter *TACHENIUM* , & *ZWELFFERUM* , quorum Hic in *Manifestâ Hermet.* tantumnon pro *Succedaneo Liquoris Alcabest* hunc Spiritum vendit ; Ille verò nullo modo à communi Aceto destillato differre asserit . Verùm , utut in multis coincident mutuo Spiritus *Viridis Æris* ac Aceti destillati , tamen prior hic penetrantior , & magis concentratus est , unde in solvendo Corpora , v.g. *Corallia* , *Perlas* , *Viperas* , & alia Subjecta , idem ferè *Spiritus acidus* post Solutionem denuò abstrahi , & pro novis Solutionibus sæpiùs adhiberi potest , ita ut parum ejus cum Corporibus solutis jam tum maneat , cum econtrâ *Acetum destillatum* ferè integrum cum Concretis solutis , *Corallis* , *Perlis* , *Lapillis Cancrorum* , &c. remaneat . *ZWELFFERUS* quidem vult , quod omninò sine amissione virium operetur , quod tamen impossibile est ; semper enim de Acido adhæret aliquid Subjecto corrosivo . Adhuc participat *Spiritus Viridis Æris Sulphure Venereo* , in quo Venereo odore non levis virtus medica quærenda est ; ista saltem , quam adeò deprædicat *BASILIUS VALENTINUS cap. 15. de Rebus Naturalibus* . Uno nomine : essentialiter ferè idem sunt , accidentalibus quibusdam proprietatibus , & inde dependentibus operationibus varietate plùs minùs discriminantur . Conferat hujusmodi *Viridis Æris destillatus Spiritus* præsertim pro præparandis aliis Remediis Chymicis , tanquam conveniens *Menstruum* , ita ut loco Aceti destillati longè commodiùs in usum vocari queat : vid. *ROLFINCIUS* , tam in *Tr. de Venere & Marte* , quàm etiam in *Chymia* .

Aliàs *Spiritus* hic egregius est in incidendâ quacunque mucilagine , in fecernendâ quacunque visciditate , sive in Ventriculo , sive in Pectore , sive in Pulmonibus stabuletur : si in Pulmonibus , valdè convenit in *Aquâ Hyssopi* à gutt. x. ad xv. in Lethargo in *Aquâ* quâdam *Epilepticâ* , *Aquâ Liliorum convallium* , *Florum Tiliæ* , *Salviæ* ; & cum *Aquâ Epilepticâ compositâ* , in eadem *Dosi* , in Cephalalgiiis , partim ex Cerebro , partim ex Stomacho abortis , præsentissima est Medicina . Plura qui vult de virtute Spiritus *Viridis Æris* , conferat *ZWELFFERUM in Apolog. contra Tacben. pag. 205.* item *HOFFMANNUM Clave pag. 240.*

Ex hoc *Viridi Æris* paratur etiam *Spiritus acidus* compositus cum *Gummi Ammoniaci* , & dicitur vel *Spiritus Viridis Æris cum Gummi Ammoniaci* , vel *Spiritus Gummi Ammoniaci cum Viridi Æris* : nempe

℥. *Viridis Æris* part. iß.

Gummi Ammoniaci part. j.

Misceatur invicem , & destillentur per Retortam Igne Arenæ , & prodit *Spiritus acidus* admodùm volatilis , unâ cum Oleo quodam crasso & fœrido , quæ rectificatione invicem separantur , & fit fortiter penetrans : adfervetur pro usu .

Hic Spiritus mirus est in Affectibus Pulmonum , quales sunt Asthma ex Mucilagine crassâ , Tussis ex Materiâ crassâ & viscidâ , in Catarrhis , quos vocant suffocativos . Nam

reverà tales Catarrhi suffocativi sunt Suffusiones Sanguinis in Vasis Pulmonum majoribus , & similibus Affectibus Pulmonum . Item mirabilis est in Affectibus Stomachi , quando est oneratus copiosâ crassâ & viscidâ Pituitâ ac Mucilagine . Hanc enim potenter incidit , & volatili Aciditate Fermentum Stomachi labefactatum eleganter restituit : miscetur in Affectibus Pectoris cum *Elixire Pectorali Doct. Michaëlis* , in Affectibus Stomachi cum *Elixire Stomachali ejusdem* . In defectu horum Compositorum alia substituuntur , quod facile erit iis , qui cognitionem habent Simplicium .

Cum *Sulphure* tandem etiam ex *Viridi Æris* destillatur *Spiritus* reverà singularis , cujus Præparationem accuratam ex *Sulphure communis* seu *crudi* p. j. *Viridis Æris* p. iij. videbitis in *M. A. N. C. Anno 6. & 7. Append. 54.* Spiritus hic acidior & fixior est , quàm iste , qui destillatur cum Gummi Ammoniaci , rectificandus denuò , & tunc facile accedit ad vires superioris , utut non sit adeò volatilis , sed acidior .

Aliàs ex his tribus in usu est *Spiritus Asthmaticus* dictus *Doct. Michaëlis* , cujus primus Autor est *LANGELOTT* , quem multi habent pro Secreto . Ingredientia sunt eadem , saltem variant proportione : nempe

℥. *Viridis Æris* ʒij.

Gum. Ammoniaci ʒij.

Sulphur flavi vel *inflammabil.* ʒj. ad ʒiß.

Mista destillentur per Arenam in Receptaculum amplum , & prodit *Spiritus flatuosus* , ac tandem *Oleum empyreumaticum* . *Spiritus* accuratè per Retortam rectificetur , quo ab Empyreumate liberatur : subtilis ac penetrans , & in incidendo Muco viscido , Bronchia obsidente , aliisque Affectibus Pectoris & Pulmonum , efficacissimus evadit . Sed in his Destillationibus exactum observandum est Ignis regimen , ascendendo nempe per gradus ; nisi enim hoc observetur , violentia Spiritus omnia dirumpit .

Redeo ad *Calcinationem Cementatoriam* , cujus beneficio *Venus* mutatur , nunc in *Crocum* , nunc in *Vitriolum* . Fit eodem modo , quo calcinatur Ferrum . Cum *Sale* aut *Nitro* instituta , est nullius usus : per Stratificationem autem cum *Sulphure* instituta , totum *Cuprum* in *Crocum* redigitur , qui repetita *Aquæ* affusione in *Vitriolum Veneris cœruleum* crystallifari potest . *Crocus* autem cum *Aquâ* edulcoratus , est Corpus saturatum , nihil valens . Cum *Spiritu Nitri* etiam fit perfectum *Vitriolum cœruleum* , per se horridum in Medicinâ , propter vim subversivam Stomachi & inimicam Pulmonibus . Observandum tamen , quod beneficio hujus *Vitrioli* paratur *Sulphur* illud *Veneris fixum* , quod *HELMONTIUS* vocat *Ignem Veneris* , & ex hoc *Sulphure* paratum *Oleum* , *Oleum Ignis Veneris* dictum . Certè inter Sulphura metallica vi anodynâ præfertur reliquis . Est scilicet Sulphur istud , quod virtute radicativâ dicitur placare quascunque furores & excaecescencias Archei , ipsique conciliare Ideam placabilem : vid. hinc inde in *Tr. de Herbis* , *Verbis* , & *Lapidibus* , item in *Tr. Butler.* Ex omnibus Metallis parari potest *Sulphur Philosophorum benedictum* , cæterùm citiùs ac promptiùs ex Venere : vid. *POLEMANNUS in Tr. eleganti Germ. de Sulph. Philosophorum* : ubi satis fidelis est in suis Præparationibus , utut multa promittat , quæ non potest præstare , & sic est deceptor : cujus Theoria quidem vera , Praxis autem in fine tantummodò fallax est .

Hoc *Vitriolum Veneris* singularem Sympathiam cum Morbis habet , unde ex hujus *Sulphure* , seu fundamento , oriuntur Curationes Sympatheticæ cum *Pulvere Sympathetico Digby* , qui paratur ex *Vitriolo Veneris* , juxta tempus caniculari calcinato (videatur *Theatr. Sympathet.*) Ulcera Renum & Vesicæ curans , Hæmorrhagias sistens . Loco hujus Pulveris sufficit solum *Vitriolum Veneris* , cui , aut *Capitè mortuo hujus* , imitantur Excrementa , ratione virtutis Sympatheticæ in *Sulphure Veneris* non nihil fixiori fundatæ : de quo suo loco fusiùs .

Succedaneum Sulphuris Vitrioli Veneris fixi ita parari potest , si *Spiritus Vitrioli* vel *Sulphuris* misceatur cum *Oleo Terebinthinæ* , ut effervescent : *Mixtura* hæc postmodùm destillatur , & remanet *Corpus sulphureum inflammabile* , insignem vim anodynam habens .

Ad *Calcinationem* pertinet etiam , quando ex Venere cum *Lapide Calaminari* fit *Orisbalcum* , cujus Compositionem dedi superiùs .

III. Porrò

III. DESTILLATIO.

Destillationibus iisdem Cuprum subijci potest, quibus Mars. Unde & Aquam, Spiritum, Olea, Mannam, &c. exhibere aptum natum est; inprimis tamen Destillationi subijcitur *Vitriolum Veneris*, cujus Spiritus adeo famosus est, ut peculiari nomine *Acetosus esurinus à Paracelso* nuncupetur; viresque quæ Spiritui Vitrioli vulgaris adscribuntur, huic efficacius competunt.

1. Spiritus & Oleum Vitrioli Veneris S. Cloff.

Fiat *Vitriolum Veneris* methodo Crollianâ. Hujus ℞. xii. in Retortam conjiciuntur & Igne moderato destillatur *Pblegma* omne, id quod horis circiter 6. perficitur. Cohobeturque Destillationibus aliquot super *Colcothar* proprium, ut mediante hac Fermentatione Spiritus volatiliores secedant promptius; tum demum augeatur Ignis per gradus per 5. dies continuos, minimumque *Corporis fixi* in Retortâ remanet. Spiritus albos à rubris separa, atque seorsim rectificata.

Vires. Spiritus Veneris summum est adversus Epilepsiam Sympathicam (inprimis ex Utero) Remedium, præmissâ Purgatione cum *Floribus rubris Antimonii*. Dos. à gutt. viij. ad x. in *Jusculo* acidis Succis exasperato, aliàs Vomitum excitabit.

2. Spiritus aurei coloris.

Fit ex *Capite mortuo*, cui superfunditur vel Spirit. Veneris exstillatus, vel Spirit. Vini tartarificatus, digerendo donec Tincturam extraxerit: evoca Menstruum, reliquum pelle per Retortam, egredietur aureus Spiritus.

IV. EXTRACTIO.

1. Tinctura Basiliana.

℞. Virid. Æris q. v. solve in bonâ quantitate Aceti destillati, filtra. Hinc abstrahere ad siccitatem (aliàs crystallifabitur) nanciscerisque Viride Æris purissimum, extrahe s. a. Tincturam Smaragdina cum Succo ex Racemis immaturis expresso, donec nihil amplius Coloris exhibeat.

N. Remanet Corpus, quod reservetur ad Salis Veneris confectionem. *Tboldius*.

2. Alia, seu Flores Æris.

℞. Ærug. q. v. extrahe cum Aceto destillato, decanta & abstrahere ad siccitatem, edulcora optimè Aquâ calidâ.

Vires. Mundificativum summum est in Vulneribus, unde & Emplastrum *Oppodeldoch* ingredi solet. *Wurtzius* in Chirurgiâ.

N. Simili modo fit & *Vitriolum Veneris per Crystallisationem*.

III. Porro ad VENERIS DESTILLATA, quæ inter non inelegratâ pertinet ille Labor, dum ex Veneris, cum Sublimato destillatâ, Spiritum viridem elegantem parare docet *ZWELFFERUS Mant. Spagy. pag. 344.* sicuti etiam hoc facit Spiritus Vitrioli Veneris Destillatio, de ramentis Veneris simul per Retortam plus minus secum rapiens, unde & nauseosus exiit, nisi exactè rectificatus sit. Commendatur in Affectibus Ventriculi, in Anorexiâ, ubi Appetitus est dejectus, & Epilepsiâ, ubi Digestio est abolita.

Quæritur: an Spiritus Vitrioli Veneris habeat prærogativam quandam præ Spiritu Vitrioli Martis? *PARACELSUS*, & ex eo *FABER*, vocat Spiritum esurinum, quia Stomachum robustum reddat, ut acquirat vires *Struthiocameli* in digerendo Ferro, quæ verba quidem sapiunt hyperbolem, & non tam de Spiritu Vitrioli vulgari, quàm volatili intelligenda sunt, cui *PARACELSUS* perfectam attribuit Curam Epilepsiæ. Sed tamen videtur, quod Spiritus Vitrioli Martis præferendus sit, quia est mitior. Caput mortuum autem hujus Spiritus probè edulcoratus, est *Crocus Veneris adstringens*: sicuti Caput mortuum ex destillatione Spiritus Vitrioli Martis, si legitime destilletur forti Igne, est *Crocus Martis adstringens*, uti videre est in *ZWELFFERO* *ibco allegato p. 343.* Egregium est Remedium stypticum absorbens, usu externo Chirurgis admodum conveniens.

IV. EXTRACTIONES sequuntur, unde prodeunt Tinctura Veneris, quæ tamen rarissimi sunt usus propter hostilem, quam Stomacho faciunt, impressionem: vulgari enim modo præparatæ insigniter sunt vomitivæ; sicut & Lunares, quas *AUTOR* habet *Cap. de Lunâ*, omnes sunt Tinctura Veneris: quare cautè usurpentur, quia subinde Vomitus excitant.

3. Alia, Balsamus Veneris dicta.

℞. Lamin. Veneris, affunde Spiritum Terebinthin. digere, & colorabitur colore viridi. Usus ejus est in Chirurgiâ.

4. Alia.

℞. Limat. vel Lamin. Veneris ℞iij. vel iv. irrorata Acet. destillat. siccet lente, idque repete multoties. Hinc affunde Aquam calidam, decanta ac filtra per Chartam, (& remanebit in Chartâ Terra flavas alii usui reservanda). Filtraturam coagula lento Igne ad Mellis consistentiam.

℞. Hujus Tinctura quantitate satis magnam, inde Cucurbitæ, atque Alembico leviter imposito, da Ignem lenem, & quando fervere incipit, tolle Alembicum moveque Bacillo, ut residet, idque repete, donec amplius non ferveat. Hinc firma & annecte firmiter Alembicum, (Luto, & simil.) destillaque ex Arenâ in Receptaculo capacissimo, Igne gradatim adhibito: sic prodibit primò Spiritus albus, acidus, paulatim flavescens, & rubescens cum Nebulâ: urge, donec nihil amplius ascendat (est opus unius diei). Destillatum rectifica in Cucurbitâ oblongi colli ad siccitatem, Igne moderato, ne quid flavi & rubei ascendat. Ex restante Materiâ extrahe s. a. Tincturam cum Spiritu Vini rectificato. Hanc destilla, & quia ascendit quoque Tinctura, cohoba donec figuratur: hinc coagula ad consistentiam Mellis.

N. Ex Materiâ seu Terrâ illâ remanenti, ulterius calcinatâ, extrahi potest Sal commune.

Vires. Tinctura præstantissimum Medicamentum est in Epilepsiâ, aliisque Morbis plurimis, cum Liquore convenienti exhibitum.

Alia, Manna dicta.

Manna simili modo parari potest ex Minerâ Veneris, &c. Sicut Manna Martis ex Minerâ Martis.

Quinta Essentia Veneris.

Caput mortuum post expulsionem Spiritus albi, & rubei Olei residuum, expone Aëri pluvioso, ut humescat (aliàs parum Salis obtinebis): perfundatur Pblegmate suo, eliciatur Sal ut moris est, cujus pars una confundatur cum part. duabus Spir. & Olei Veneris, stent in digestionem per 14. dies, Tingetur colore rubeo.

Vires. Hæc Tinctura levissimo Igne continuo fixata & coagulata, est summum Arcanum ad Morbos Cerebri, Sanguinem depurandum, Febresque omnes continuas & intermittentes. *S. Cloffaus*.

V. SALIFICATIO.

1. Sal.

Sal Veneris vitriolatum ex Viridi Æris lixiviarî potest beneficio

tant. Loco illarum sufficiat Tinctura ex Viridi Æris, cujus Preparationem videbitis in AUTORE, aut ex hujus post Destillationem restitante Capite mortuo per Menstruum urina sum paratæ; vel extrahitur Viride Æris Spiritu Urina, sic enim exurgit Tinctura cærulea valde elegans. *BOYLE de Specific. & Simpl. pag. 137.* Tincturam ex Limatura Veneris extrahit cum Oleo Terebinthinæ. Genuina autem Tinctura Veneris sunt, si Sulphur Veneris fixum legitime extractum fuerit. Commendatur valde ad Affectus Capitis, non minus quàm Tinctura Lunæ, ex eo, quod Venus & Luna sint naturâ ferè congeneres, & Venus est Luna immatura, cujus tamen Veneris Sulphur Solare quasi, utut immaturum, commode potest usurpari in Affectibus Capitis.

3. 4. Ad Extractionem pertinet quoque Balsamus Veneris, tam primus, quàm secundus, qui sunt egregii in mundificandis Ulceribus cacoëthis, quæ aliàs non facile possunt consolidari: hinc Balsamus AUTORIS non est inelegrans pro tali Curâ. Nam observetur, quod Viride Æris sit egregium Simplex in Ulceribus malignis & cacoëthis: item in Ulceribus corrosivis & gangrænosus. Viride enim Æs, seu Cuprum in Viridi Æris, nondum est saturatum volatili Acido Aceti seu Vinaceorum, sed tantum est apertum aliquantisper; unde ratione Veneris in Ulceribus abundantem & putrefacientem Aciditatem absorbet, & ita Putredinem & corrosivitatem Ulcerum potenter cohibet; sicut Viride Æris est Basis Unguenti Ægyptiaci & Purpurei in Ulceribus cacoëthis, aliisque periculosis usitati. Preparationem hujus Unguenti videb. in Dispensatoriis, inprimis in *Pharmacop. August. 1.* & *ZWELFFERI Pharmacop. Regiâ.*

V. Quoad SALIFICATIONEM, genuina Salia ex nullis

Preparationes sunt

1. Purificatio . 2. Calcinatio . 3. Sublimatio . 4. Destillatio .
5. Extractio : quibus addi possunt Mercurificatio , Sulfificatio
& Liguatio .

Plumbum Metallum est vilissimum , constans ex Sulphure indigesto , Sale aluminoso , ac Mercurio , naturam antimonialem æmulante .

Dicitur Saturnus , quia tum macrocosmico , tum micro-

cosmico Saturno , id est Leni , consecratur statuitur . Græcè Μόλυβδος . Germanicè Bley . Gall. du Plomb .

(Et veluti Sapo ad abtergendas Auri tordēs , Argenti & Gemmarum .)

Vires . Refrigerat , adstringit , incrassat , &c. Libidinem reprimat , Ulcera carnibus implet , Cicatrices obducit , Excrementisque liberat , Ulceribus Cheronis , quæ vocant , malignis cancerolis & putredinosis , tum per se , tum quibusdam aliis permixtum convenit .

I PUR-

stendit . Hinc & Acidum Ignis promptissimè appetit , & cum eo Pondere crescit : de quo Pondere conf. HOFFMANNI Clavis pag. 245. seqq. Idem fieri etiam solet cum Marte , Corvallis aliisque , Acidum Ignis appetentibus . Sed tamen , dum Subjecta quædam in Igne crescunt Pondere , hoc non universaliter ex Acido Ignis derivandum ; nam à quibusdam Corporibus Pondus in Igne ex subsidentiâ particularum , indeque Texturâ arctiore & densiore , v. g. in Regulo Antimonii , contingit : de quo conf. KUNCKELIUS Obs. P. 2. pag. 33. Dubium autem : an uti suo modo ex Igne , ita etiam ex Aquâ vel Aère accrescat ac ponderosior fiat Saturnus ? De Aquâ proliat effectum Commentarii in Erckeri Aulam subterraneam p. 224. Cuprum in Aquâ decrescere , Saturnum verò accrescere , quod tamen à fordibus occulto-acidis Saturno adhærentibus dependere magis videtur , quàm ex propria vi Saturni multiplicativâ sui . Quoad Aëris vim , res altioris videtur indagari : testantur enim plurimi , de quo etiam videatur HOFFERUS in Herc. Med. pag. 398. quòd Saturnus reverà Pondere augeatur , si sub dio conservetur , ut Pluviam vel Aërem suscipere possit , & si Matrice suâ , id est Terræ cavernis , destituatur ; sicut etiam in Testis Aëri expositis per multos annos , fit ponderosior . Sanè relatum mihi est Freibergæ à summo Fodinarum Præfecto , quod in Fodinâ dictâ Germ. die Halsbrucke , Scorias Saturni semel exhauritæ , Aëri expositæ , per triennii præter propter spatium , de novo animentur , novoque Saturno imprægnentur , ut denuò Metallum largiantur ; quod tamen non alibi . Forfan ergò , dum copiosæ Plumbi Mineræ quotidie in dicto loco funduntur , exhales volatiliores dictarum Minerarum particulæ , exhaustis his Mineris se insinuant , & à dictis Scorias quasi magneticè attrahuntur , quæ exinde aptæ redduntur novo fundendo Metallo .

Communissimum aliàs Metallum , & in quibusvis ferè Mineris , plus minùs tamen , reperitur : sæpius purus in Venâ suâ invenitur , ut plurimum tamen de Lunâ simul participat , ita ut nullus ferè detur Saturnus sine Lunæ commercio : conf. ERCKER in Aulâ subterraneâ pag. 33. Hinc enim est , quòd in Testâ probatoriâ calcinatus semper ferè relinquat aliquid de Lunâ perfectâ , aded ut in se adhuc contineat primum Ens Lunæ . Imò dicunt : si fiat talis Calcinatio Saturni in Radiis solaribus beneficio Vitri lenticularis , quòd loco granulorum Lunæ semper remaneant aliquot granula Solis , quòd scilicet beneficio Radium solarium Luna ista transmutata sit in perfectum Solem . Interdum Saturni Mineræ simul etiam de Antimonio participant , utpote in radice cum Saturno quodammodo convenientes . Unde etiam Corpus Antimonii , minerale licet , tamen Sulphure metallico Saturnino constare dicitur , propter convenientiam , quam habet cum Saturno . Facile tamen ab Antimonii contagio depuratur , si Saturno fuso Mars adjiciatur ; Ferrum enim promptè roditur ab Antimonio sulphureo , quod à Marte absorptum , Plumbum ita purum dimittit : Conf. ERCKERUS pag. 57. & 272.

Cæterum Plumbum non solum crudum & perfectum , sed etiam ejus Minera , vocatur in Usum medicum . Fertiliior Plumbi Minera speciatim Germ. Glanz Erz dicitur , Latinis Galena , quæ idem est cum Veterum Plumbagine seu Molybdæna , utut & Plumbum scriptorium , speciatim Molybdites , quibusdam dicatur . Minera hæc Saturni eligenda est in Vere vel Canicularibus scilicet diebus , etiam Sole in Leone existente & Luna plenâ , vel paulò antè est effodienda ; sic enim præ cæteris possidere dicitur virtutes nobiliores .

Valdè etiam Saturnus cognatus est Jovi ; differunt tamen

1. Ratione Munditæ . Nam Saturnus magis mundus est ; econtrà Jupiter immundus .
2. Differunt difficultate Calcinationis , dum Saturnus difficilius , Jupiter facilius calcinatur , propter copiam Sulphuris superficialis . Hinc
3. Sulphur Saturni Mercurio ejus pertinaciùs conjunctum est , hincque in Igne respectivè constantius , quod non fit in Jove , in quo copiosius Sulphur luxuriat , minus Mercurialis Substantiæ commixtum , indeque in Igne dissimilius .

Tom. IV.

In hoc tamen utriusque conveniunt , quod Mercurium vivum facile cogant ac coagulent in consistens Corpus ; si scilicet Plumbo fuso & leni : er denuò coagulato , in foveam factam immittatur Mercurius vivus , qui coagulatur in Massam duram , quem Coagulationis modum docet BOYLE Histor. Fluid. & Firm. pag. 115. Idem Experimentum cum Regulo Antimonii succedere primus docuit WEDELIUS Pharm. pag. 173. Nempe expirare aliquid in Saturni hac Fusione & Calcinatione , extra dubium est ; unde & tali , licet insensibili , Fumo Saturni Mercurius quodammodo figitur . Sunt etiam , qui affirmant , & Laminas Talci antimoniali Fumo calcinari posse , ut in Venere redigi queant . Dubium tamen videri possit : an integrum , & non immutatum Metallum , hac ratione in auras redigatur ? utut reverà nil adfit , quod separationem quandam partium in Saturno facere possit : hinc & talis Saturni Fumus habitu haustus supra & infra purgat ; conf. BOYLE citato loco p. 116. Mirabile est in Plumbo , quòd in Carinis ex Saturno paratis solet coqui Muria in Fontibus salinis , ut evaporatione Phlegmatis coaguletur Sal , Vas tamen plumbeum non liquecat : quod etiam miratur HOFFERUS in Herc. Med. pag. 398. uti hoc Halæ Saxonum & Luneburgi conspiciunt ; nec non Salfeldi , ubi pro Aluminio & Vitriolo coquendis & conficiendis Vasa plumbea adhibentur .

Porro , licet Plumbum sit Mercuriale Metallum , per Adita tamen quodammodo inflammari potest , si nempe granulatos misceatur cum ana Sulphuris , & hoc inflammetur ; apparebit sic Flamma potentior longè & acutior , quàm ex Venere vulgari : repetitur hoc aliquoties , idque tamdiu , donec non amplius flagret Saturnus . Hoc modo alteratus Saturnus promptè Fusione abit in Vitrum , dum præcedente Desflagratione propriè dictæ ac puriores Saturni partes absumptæ sunt . Vitra enim ut omnia , sic & omnium Metallorum , sunt ex Alcali colliquefcente cum Terrâ .

Aliàs facile Vitrum Saturni fieri potest , si Minti part. ij. cum Pulvere Silicum fluviatil. calcin. p. j. in Crucibulo fortè Igne fundantur , & hinc in Vitrum effundantur ; quod iterum in perfectum Saturnum reduci denuò potest , pondere tamen & quantitate diminutum . Vitrum hoc habetur nunc nigrum , nunc rubrum , nunc flavum , prout ex Saturno plus minùs calcinato fuerit factum : si enim Vitrum hoc paratur cum Pulvere Silicum , habetur Vitrum smaragdinum , Germ. ein grün Glas , cum Calce vivâ , rubrum .

Ufus Vitri Saturni per se facti est , quòd habeat vim nonnihil laxativam : quam infusione in Aquâ de se fundit , ut Vitrum Antimonii ; & ita Vinum laxativum facere solet .

Ex supra dictis patet Ufus medicus , quòd nempe externè & internè imprimitis valeat in absorbendis Acidis , præsertim fixis plus minùs manifestis , cum quibus se associat ; hinc Concretum dulce & quasi urinosum emergit . Unde cum interni Dolores , Ardores , Rubores , &c. ex Acido oriuntur , hoc verò usu Saturni absorbeat ; vulgò etiam refrigerare ab effectu dicitur ; dum hæc Refrigeratio non consistit in Frigoris efficaciâ , sed Texturâ suâ materiali , qua Acidum absorbet , & hinc ex mutata sui Texturâ vim adstrictoriam aliqualem acquirit . Propter vim Acidorum absorptivam præfertur adhuc Marti ; cum Martialia Acida tantum fixa , Saturnina verò Acida quælibet , etiam subtilissima , sibi affigunt .

Internè ergò in Acidis hypochondriacis , scorbuticis , splenicis , præsertim melancholicis & maniacis , item , uti vulgò vocant , atrabilaris absorbendis & edulcorandis , singulare est Remedium Saturnus . Sanè Exempla novi Malo Hypochondriaco confirmato correptorum , item Melancholiâ Hypochondriacâ graviter afflictorum , Saccharo Saturni curatorum . In Colicâ biliosâ dictâ , item Phthisi ex Acido acri corrodente , egregius est Saturnus . Ac sanè in omnibus dictis Affectibus chronicis singularis est ejusdem usus . Hoc mali ipsi affricare solent , quòd Saturnina Remedia nempe Venere extinguant , Maresque impotentes reddant , quod tamen traditio est vulgaris , & commentum debito Experimento aut solidâ Observatione nondum stabilitum .

D d d d 2

Externo

I. PURGATIO.

Fundatur Saturnus, dumque fluat, injice aliquid Cerae vel Axungiae Aurigarum (Germ. *Wagenschmier*. Gall. *du oieil Oing.*) ut efflagret, hinc effunde in Aquam (calidam).

II. CALCINATIO.

1. Incineratoria.

Funditur Plumbum, auctoque Igne ut Olla candeat, continuâ agitatione reducitur in Cinerem, seu Calcem cineream.

2. Reverberatoria.

unde

Minium Officinarium.

Calc illa Saturni continuâ agitatione reverberatur ulterius, ut rubescat.

N. In Reverberatione cave ne iterum fluat, alioquin in Plumbum de novo convertetur.

Externo usu rectè à PARACELSO dicitur quarta Columna Chirurgia, quatenus & Inflammationes, Ardores, Rubores, Dolores, Tumorum, Abscessuum, omnium Ulcerum, & similes omnes externarum Partium Affectus, omnium optimè curat Saturnus, absorbendo nempe & destruendo in se volatile & subtile illud corrosivum plus minus Acidum, quod Partes molles depascit in Ulceribus, in specie malignis, inveteratis, cancerosis, & cacoëthis &c., & effervescente in locis intercutaneis Ardores, & pungendo fibrillas nerveas intensissimos Dolores concitat, adeo ut istud Fermentum corruptivum acidum imbibitum à Saturno dulcescat, uti infra patebit de Saccharo Saturni. Hinc ordinariè Unguenta & Emplastra Chirurgorum Cerussa, Lithargyrium, Minium, Plumbum usum, Saccharum Saturni, ac similia ingrediuntur, seu primariè Bases: imò ipsæ Saturni Laminae Ulceribus manantibus impostæ seu applicatæ, egregiè conferunt. Præterea Ambustis mirificè confert, in quo casu excellit Butyrum Saturni dictum, ex Saturno in Aceto soluto, & hinc cum Oleo Rosaceo vel Oleo Raparum in Butyri consistentiam per agitationem in Mortario plumbeo redacto, Ambustis egregium Remedium, præsertim recentibus suppeditat.

Cosmeticus præterea est Saturnus, quatenus Acidum illud subtile, quod in Guttâ rosaceâ, in Pustulis scabiosis, in Tuberculis, Vasis, ac Faciei Pustulis inest, corrigit: qua ratione etiam Oculorum Malis, his præsertim, quæ ab acriori Lymphâ & acidioribus oriuntur medetur.

Ut Saturnus commodè possit usurpari, præcedant in specie Præparationes, inter quas convenit

I. PURIFICATIO. AUTORIS hic modus est genuinus; optimè tamen fit sequenti modo:

U. Plumbum:

Fundatur in Crucibulo, & sic in fluore per horæ quadrantem relinquatur: dehinc injiciatur parum Salis Ammoniaci, & agitur paulisper Spatulâ ferreâ, donec Sal Ammoniacum in auras abierit; tunc impuritates supernatantes abjiciantur, & habebitur Plumbum instar Lunæ splendens & candidum, qui depurandi modus etiam valet in Jove depurando.

Etiam alio modo fit Depuratio Saturni, à sæculentiâ seu sulphureitate denigrante, idque compositione Amalgamatis Saturni cum quartâ parte Mercurii. Amalgama hoc pistetur in Marmore, & misceatur cum ana Salis Gemmæ & Salis communis, & pistetur, donec Sal evadat nigram; tunc cum Aceto forti laveretur falsedo, iterum pistetur cum Sale, & lavetur falsedo cum Aceto, idque toties repetatur, donec nihil appareat nigredinis; pulverisetur iterum, & misceatur cum ana Salis diædi, & ebulliat in Aquâ, sic tota exibat nigredo; tum cum Aquâ ebulliente sæpè separatur ab eo falsedo, & Plumbum album instar Lunæ evadet.

Amalgama hoc Saturni cum Mercurio in usu externo est pro Ulcerum rebellium Acido corruptivo infringendo: sic in AUTORE l. 2. c. 53. No. 12. ex communicatione CLOSSÆI Emplastrum prostat, cujus Ingrediens Amalgama tale est, ad cujus imitationem plura alia facile concinnari possunt, in eundem usum chirurgicum adhibenda.

Post Purgationem sequitur

II. CALCINATIO, quæ est

1. Incineratoria quando Plumbum fufum continuâ agitatione in Calcem cineream convertitur: vid. AUTOR.

2. Hinc sequitur Reverberatoria, quando Plumbum jam

3. Cementatoria.

unde

Plumbum usum Officinarium.

Fiat stratum super stratum ex Saturni Bracteis & Sulphure pulverisato: uraturque hac ratione Saturnus, post ustionem sæpius abluatur & rehicetur. Et hoc est Plumbum usum Officinarium, quod lavari potest, ut Cadmia. Dioscorides.

4. Immerfiva.

Et si Saturnus beneficio cujuslibet Liquoris acidi calcinari possit, quales sunt Aqua Regalis, Spiritus Salis communis, Salis Nitri, Vitrioli, Acetum destillatum, in Officinis contenti, rarissimè reliquis utimur. Unde

1. Saccharum, sive Sal Saturni.

U. Calcis Saturni, vel Minii, q. v. affunde Acet. destillat. stent aliquandiu, extrahaturque f. a. Decantatos Liquores filtra,

calcinatum continuâ Reverberatione in Ocbam plumbariam factitiam (Germ. *Bleygelb*) flavescit; tandem rubescit, & in Pulverem cinnabarinum Minium dictum convertitur: quò diutius agitatur, eò rubicundior em acquirit colorem.

In hac Calcinatione duo sunt consideranda:

1. Quòd in ista Calcinatione Saturni Minium augeatur Pondere.
2. Quòd Minio utut rubicundo, facilè omnis Rubedo demi possit.

Quoad 1. h. Saturni augmentatur pondere 3j. hujus ratio est in Igne, cujus particula acide Plumbo adherent, & ita ejus Pondus augeat; partim in particulam arctiore & densiore texturâ. Patet exinde, quia cum Alcalibus Minium reducitur in Plumbum ejusdem Ponderis, quo primò fuit.

Quoad 2. Fit beneficio Salis Ammoniaci: Nempè mistum Minium cum Sale Ammoniaco, & aliquoties ab eo sublimatum, illud in formâ Calcis griseæ in fundo subsistit.

3. Calcinatio Cementatoria fit beneficio strati super strati cum Sulphure, uti habet AUTOR: sic enim fit, ut Sulphur accensum beneficio Spiritus acidi corrodât Plumbum: & hoc est Plumbum usum Officinarium.

Ad Calcinationem Cementariam pertinet etiam elegans Operatio: scilicet Granulatio Saturni, item Jovis, quæ fit cum Calce viva. Nempè Plumbum vel Stannum ducantur in minutissima, quantum fieri potest, Filamenta, cum quibus & Calce viva fiat stratum super stratum in Crucibulo, observando cautè, ne Filamenta ista se mutuo contingant. Adhibeatur successivè Ignis; donec hic in tantum increseat, ut sufficiat fundendo Plumbo, sed non amplius: quo factò, refrigerata Materia cum Aquâ simplici probè elota subtilissimè granulata Plumbum & Jovem emittit.

Alio modo: fuso Plumbo vel Jovi Sal immiscetur, ita ut particulatim injiciatur, & sedulo agitur, subigaturque cum Spatulâ; loco Salis etiam Mistura ex Sale & Nitro sumi potest. Cùm in minima discessit Mistura agitatione istâ, refrigeratâ Masâ, Sal Aquâ affusâ solvitur & eluitur, restitante postmodum Metallo sub formâ granulorum.

4. 1. Calcinatio Immerfiva seu Solutio fit ordinariò per Acida quælibet. Notabile tamen est etiam, quòd & Lixivialis jus habeant solvendi Plumbum, ut patet in Lixivio Decoctionis Lithargyrii, pro tingendis ad nigredinem Pilis usitato, de quo conf. TACHENIUS Hipp. pag. 44. Dubito tamen, an idem jus fit Lixivii in Plumbum crudum, cùm Alcalia in eundem non agant, nisi prius calcinando cum Igne in Lithargyrium redactum, adeoque Acido Ignis jam antè imprægnatum sit. Acida verò facillimè solvunt Plumbum, & ab eo dulcedinem acquirunt, quæ Solutio filtrata & blando igne nonnihil evaporata, in loco frigido concrefcit in Crystallòs, Sal Saccharum, & Vitriolum Saturni appellatas. Communiter fit cum Aceto, secundùm normam ab AUTORE præscriptam, Minium in eo solvendo. Loco Minii potest etiam Lithargyrium sumi. Interim tamen cum Aceto destillato, cum Nitro acuto, similes & elegantiores & meliores Crystallæ in uso medico fieri possunt, quales valde commendantur à CRUGNERO in Putredine Oris cap. 2. in lib. Chymischer Fruling: item cum Spiritu Viridis Aeris dulces & elegantes admodum Crystallòs suggerit. Imò cum Tartaro etiam Saturnus tractatus paria ac cum Aceto habet Producta.

Saccharum hoc Saturni mediocris depurationis & exaltationis gratiâ aliquoties cum Aceto destillato denuò solvatur, hocque ad crystallisationem usque avocetur. Imò tandem, si cum Spiritu Vini dissolvantur hæ Crystallæ, post Spiritus illius

tra, humiditatemque abstrahendo coagula: sic habes *Sal Saturni*, quod iteratis solutionibus ac coagulationibus, (primò in *Aceto destillato*, dein quoque in *Aquâ*,) purificari, & tandem ad crystallifandum reponi poterit, rejectis in operatione Facibus.

N. Quidam à *Sale illo Saturni Acetum destillatum* aliquoties (ter) cohobando abstrahunt, hinc affundunt *Spiritum Vini*, cohobantque itidem vicibus tribus.

N. 2. Simili modo & ex *Saturno granulato Sal* elici potest, quod præstat priori.

N. 3. Si *Acetum destillatum* acuaveris *Spiritu Vitrioli*, vel *Sale Nitri*, facilius negotium perficietur.

N. 4. *Sal Saturni* crystallifatum si in Cellam reposueris, liquecet paulatim, atque hac ratione *Oleum Saturni per deliquium* acquiritur potest.

Ius sufficientem abstractionem in Crystallòs purissimas crescent. Notabile etiam est, quòd idem *Saccharum* cum *Spiritu Formicarum* si destilletur, *Spiritum planè acidum* fundat, eo quòd in Aciditate illà *Spiritus Formicarum* nihil aut parum sulphurei latitet: unde vel sponte patet, quòd iste, qui ex *Saccharo Saturni* communi destillatur *Spiritus & Oleum*, non *Saturni*, sed *Aceti sint proles*.

Usus hujus *Sacchari Saturni* quod attinet: est Medicamentum polychreston, & multi usus. Nam utut corrosio fiat *Plumbi* beneficio *Aceti* vel alius *Acidi* pro *Saccharo Saturni*; *Saturni* tamen Corpus ab *Acidibus* istis apertum, non verò perfecte saturatum est; hinc vim habet absorbendi quæcunque *Acida vitiosa*, & compescendi *Effervescentias & Phlogoses* subitaneas ex vitioso *Acido* in *Intestinis* effervescente natas. Vulgò refertur *Saccharum Saturni* inter *Remedia Splenetica primaria* in omnibus *Affectibus* ab *Acido* oriundis atque contumacioribus; & ob id in specie in *Affectu Hypochondriaco*, & *Melancholiâ Hypochondriacâ*, est singulare Remedium, ubi præmissis *Vomitoris* solum *Saccharum Saturni* sufficit, beneficio cujus aliquot curatos à *Melancholiâ Hypochondriacâ* novi. In *Scorbuto* quoque egregiè prodest; unde in *Erysipelate scorbutico*, cum vitio *Splenis* pronato, figurare Experimentum est. Quidam aliquando laborabat *Erysipelate Splenetico*, qui aliis nullis cessit Remediis, nisi *Sale* seu *Saccharo Saturni* assumpto, ex cuius usu interno omninò nigricans ex Corpore facta fuit *Excretio* cum *reconvalescentiâ Ægri*. In *Colicâ* egregium est Remedium, imprimis si sit à *Bile*, quam vocant ærginosam, de qua notum est, quòd ibi abundet *Acidum*. Præterea *Sal* seu *Saccharum Saturni* à quibusdam multum commendatur ad *Curam Pestis* ex eo, quoniam scilicet malignæ *Influentiæ Saturni* Pestem inducant; unde etiam Medicamenta *Saturnina* eandem curent: certè tamen per se maximi fit à multis in *Peste* curandâ, uti etiam in quibusdam *Febribus* ardentibus & malignis multum commendatur ex eo, quòd mirificè *Sanguinem* edulcoret. In diuturniore & contumaciore *Quartanâ* cum *Splene affecto*, *Saccharum Saturni* cum *Lapillis Cancrorum* conjunctum, aliis irritis maxime proficuum est Remedium, si præmissis *Universalibus* ante *Paroxysmum* propinetur: v. g.

℞. *Lapill. Cancr. præp.* ℥ss. ad ℥ij.

Sacch. Saturni ℥ss. ad gr. xv.

M. f. *Pulvis* ante *Paroxysmum* propinandus.

Præsentissimum etiam dicitur *Cordiale Sal Saturni*, si misceatur cum *Pulveribus Bezoardicis*, & ita usurpetur. Sed hoc subinde *Acida Corporis* nimis figit, & sic vel *Morbis tantum palliat*, vel in *recidivam* ejusdem, si non atrociorum, degenerat. Quidam ejus usum *Mulieribus Sterilitatem*, & *Maritis Impotentiam*, inferre credunt. Verùm hoc est falsum, cum, ceu supra dixi, nulla present sufficientia Experimenta, quæ hoc persuadeant. Nata hæc *Opinio* exinde est, quòd *Saturnus* à *Medicis* vulgò frigidus censetur, quod tamen nihil est, & metus inanis. Ex hujus *Sacchari Saturni* part. ij. & *Vitrioli Martis* p. j. invicem mistis, probèque tritis emergit *Mistura* facilè liquefscens, & rubescens, quæ cum *Vini Spiritu* tractata *Tincturam* elegantem, vulgò *Antiphthificam* dictam, constituit, & maximam partem de *Saturno*, parum de *Marte* participat, omnibus usibus, quibus *Saturnus* conducit, interne confertens: Conf. HOFFMANNI *Clav. pag. 247.* & WEDELIUS *Pharm. pag. 231.* Valdè simul adstringit, cum invertatur sapor plùs minùs austerus, & post præcipitationem in viis primis factam *Acidum* plùs minùs corrigit & absorbeat. Unde & ingens habetur *Secretum* in consolidandis *Pulmonibus exulceratis*, & in consolidandis aliarum *Partium Exulcerationibus*.

Externè *Saccharum Saturni* valdè convenit in quacunque *Inflammatione* aut *Ardore* cujuscunque *Partis*, dum miri-

N. 5. Fit ex hoc *Sale & Balsamus Saturni*, quem vide in *Lytbargyrio*.

Aliter.

℞. *Laminas* aliquos *Saturni* tenuissimas, suspende partim in *Cucurbitâ supra Acer. destillat.* partem quoque ipsi *Aceto destillato* immerge. Hinc destilla cum cohobis: *destillatum* hoc cum eo, quod in fundo remansit filtra, addendoque *Cerussam*, quæ *Laminis* adhæret, digere aliquandiu: tandem lentissimo Calore abstrahere aliquotam *Aceti destillati* partem, residuumque repone ad crystallifandum s. a. *Crystallòs* collectos purifica solvendo, & coagulando. *Keslerus libr. 1. cap. 17.*

2. Ma-

sicè omnes *Inflammationes*, *Ardores*, & ipsa *Erysipelata* sistit, ideoque valdè refrigerare dicitur *Saturnus*. Unde in *Inflammatione Oculorum Saccharum Saturni* mistum cum *Aquâ Rosarum*, *Plantaginis*, *Euphrasie* &c. applicatum, valdè *Inflammationes* compescit. Unde etiam in *Variolis* ad præservandos *Oculos* eodem modo adhibetur, in quo casu optimo consilio unum alterumve granum *Campboræ* additur. Similiter mistum cum *Oleo Rosarum* dat *Unguentum* elegans, quod *Ambustiones* curat, sicuti omnia reliqua ex *Plumbo* parata *Remedia*. In *Cancro*, in *Ulcere* quibuscunque malignis & rebellibus, &c. item cum *Inflammatione* conjunctis, *Saccharum Saturni* est optimum; in *Inflammationibus* & *Excoriationibus Partium* & similibus *Affectibus* aliis, valdè convenit *Saturnus* & *Saccharum Saturni*. Unde etiam tot sunt *Unguenta & Emplastrum* in *Officinis*, ut *Emplastrum Album coctum*, de *Spermate Ranarum campboratum*, *Emplastrum nigrum Helmontii*, *Emplastrum Norimbergense*, *Emplastrum Mirabile seu ex Alcalibus Tacbenii in Morbor. Princip. p. 177.* in *Podagrâ* egregium, quod fit

Recipiendo *Ol. Rosati*, vel etiam *Olivar.* ℥j.

calefiat in *Sartagine*, adde

Sapon. Ven. rasi ℥iv.

liquefacto *Sapone* adde

Cerussa,

Minii an ℥iv.

Coque lentissimo, ac *Lampadis* quasi *Ignis*, continuò movendo *Pistillo ligneo*, ut *Emplastrum coloris incarnati* aut *albicantis* evadat.

Huius refrigerato ferè, aut circa finem, si lubet aut necesse, *Campboræ cum Spiritu Vini solutæ* ℥j. item pro *Vulneribus* & *Ulcere* *Alumen ustum* addi poterit. *Unguentum* item de *Cerussâ*, *Unguentum de Minio*, &c. quorum omnium *Basis* est *Saturnus*, & etiam inter alia *Saccharum Saturni*. Et quidem pro tali externo usu *Saccharum Saturni* dissolvitur in *Aquâ appropriatâ*; alii verò *Sal* seu *Saccharum Saturni* reponunt in *Cellam* vel locum frigidum, ut liquecat, & abeat in *Liquorem*, qui *Liquor* vocatur *Oleum Saturni per deliquium*; quod *Oleum* ad omnia ea modò dicta valdè est proficuum. Convenienter potest misceri cum *Aquâ Calcis vivæ* pro usu externo in quamplurimis *Affectibus*. Unde hoc *Liquore* & beneficio hujus *Liquoris* fit *Balsamum Saturni*, & *Linimentum* magni momenti in *Morbis*; si scilicet recipiatur *Calx viva*, & simul *Saturnus* in *Aceto destillato* solvatur: Hæc duo invicem misceantur cum *Oleo appropriato*, & agitando abeunt in consistentiam *Buryi* & *Unguenti*, valdè convenientis in *Morbis* externis superiùs dictis. *Saturnus* ulterius est elegans *Cosmeticum*. Unde in *Pustulis Faciei*, in *Guttâ rosacæ*, item in *Scabie* & similibus *Affectibus* aliis, summum est *Cosmeticum Saccharum Saturni*.

Simili ratione, atque ex *Plumbo*, ex *Minerâ ejus* cum *Spiritu Nitri* præparari possunt *Crystalli* & *Saccharum Saturni*. Scilicet solvitur *Minera Saturni*, vel per *Acetum destillatum* cum *Spiritu Nitri acuatum*, vel *Spiritum Nitri* solum: *Solutio* filtrata & leniter evaporata in loco frigido concrefcit in *Crystallòs*, quæ *Crystalli* præferuntur iis, quæ parantur ex *Saturno* jam fuso & calcinato: laxant leniter, & alterant egregiè: tamen in *Malo Hypochondriaco*, in *Maniâ*, & similibus *Affectibus* valdè sunt utiles & proficue, aded ut etiam desperatos in tali casu curent.

Ad hanc *Sacchari Saturni* præparationem pertinet etiam *Saturnus Fulminans*: nempe si *Solutio cum Aceto destillato facta* ad siccitatem usque abstrahatur, facillimè, si tantillum *Ignis* fuerit intensior, instar *Auri Fulminantis* fulminare solet, omniaque disjicere: id quod etiam fit, si *Saccharum Saturni* paratur cum *Aceto destillato*, cum *Spiritu Nitri acuato*; nam & sic sub *exsiccatione* nimia fulminare solet.

3. Ex

2. Magisterium Saturni.

Solutioni Saturni infilla *Olei Tart.* p. 1. & præcipitabitur. *Vires*. Saccharum & Magisterium (utriusque enim eadem ratio est,) intra Corpus sumptum, frigiditate sua Libidinem extinguit.

Dosis gran. 4. 5. 6.

Extrinsicus arcet Libidinem, si Umbilicus & Priapus eo inungantur. (N. Si vicissim mederi velis, utere *Balneo Laconico*, & inunge Umbilico *Oleum Nucis moschatae destillatum*.) Mira quoque præstat in Ulceribus corrosivis, malignis, cancriosis, Impetiginibus, Ambustis ac Inflammationibus. Dissolvit Tumores duros & scirrhosos, applicatur commodè Contusionibus, confertque Inflammationibus rubedini- que Oculorum in *Aquâ Rosarum & Euphrasæ*, vel Ciliis quoque impositum. *Crollius*, *Beguinus*, *Sennertus* in *Inst.*

N. *Sal Saturni* cum *Sale Nitri* in *Crysallos* concrefcit Asthmaticis proficuos; vide *Cap. 23.* sub titulo *Salis Nitri Saturnisati*.

3. Aliud Magisterium Saturni, Lac Saturni dictum.

R. Solve *Laminae Saturni* in *Spiritu Vitrioli rectificat.* (vel *Aqu. Fort.* ex *Sal. Nit.* & *Alum. ana*) decanta: *Solutioni* affunde *Spirit. Vini rectificat.* vel *Aquam falsam* (i. e. *Aquam* in qua *Sal* solutum) & præcipitabitur *Saturnus* instar Nivis, præcipitatum edulcora & exlicca.

4. Liquor lacteus Saturni ad Ulcera, S. Glossæ.

Imbibe ꝑj. *Salis Saturni* cum ꝑj. *Ol. Sulph. campanarii*, stet per aliquot dies in frigido, iterumque eadem quantitate *Olei* irroretur, & sulphurari permittatur in Phialâ, quam reple ꝑj. *Aqu. commu.* & agita ut lactescat.

Vires. Hoc Liquore lacteo imbuantur Pittacia sive Splenia duplicata, & applicentur bis aut ter in die calidè super Ulcera dysepulotica, citoque Cicatrice obducentur.

2. Ex *Solutione Saturni per Acida factâ* denuò præcipitari potest *Saturnus*: id quod præstant tam *Alcalia*, v. g. *Oleum Tartari per deliquium*, uti insinuat *AUTOR* sub *Tit. Magisterium Saturni*, quam etiam *Spiritus Salis* vel *Spiritus Vitrioli*; qui *Spiritus* *Solutionem* hanc in *Magisterium* candidissimum præcipitant, quod tamen nihil valet. Præfertur potius *Saccharum Saturni*, quoniam *Magisteria* hæc, cum duplici *Sale* consent, non sunt adeò proficua. Tutius autem & magis efficax est *Magisterium cum Spiritu urinoso præcipitatum*; *Pulvis* sic elegans candidus emergit, & præ aliis *Remediis Saturninis* in formâ *liccâ* satis conveniens.

Pertinet huc *Saturnus Corneus* ex *Solutione* cum *Spiritu Salis* præcipitando paratus, facile liquefcibilis, ac promptè in *Mercurium vivum* redigibilis: de quo conf. *BECHERUS Phys. subterr. pag. 461.* Idem ferè obtinetur à Præcipitatione *Solutionis* istius cum *Muriâ* seu *Solutione Salis communis in Aquâ*; cadit enim sic *Magisterium Saturni volatile*, ac additis convenientibus sublimabile, quod *AUTOR* sub nomine *Salis Saturni volatilis* N. IV. sub *Sublimatione* insinuat. Nempe in *Metallicis Sal commune* & *Nitrum* effectus habent ferè contrarios; dum *Nitrum* figit, *Sal commune* volatilifcat, ut in *Lunâ Corneâ*, *Saturno Corneo*, *Butyro Antimonii*, quod figitur per *Nitrum*, ceu hoc manifestum est. Imò *Saturnus* in *Aquâ Forti* solutus & *Spiritu Urinæ* præcipitatus, planè ampliùs reducibilis non est.

5. *Calcinatione Vaporosâ* paratur *Cerussa*, modo ab *AUTORE* insinuato, ubi *Acetum* corrodit *Lamellas Saturni* suspensas in *Pulverem album*, simili modo, ac *Calcinatione Vaporosâ* ex *Laminis Veneris* oritur *Ærugo* seu *Viride Æs*: estque *Cerussa* reverà nil aliud, quam subtilius *Saturni Saccharum* seu *Sal*. Et quidem pro usu medico fieri solet saltem cum *Aceto* modo vulgari; pro usu verò alchymistico convenienter fit cum *Aceto destillato*, in quo aliquantum *Salis Ammoniaci* solutum sit, sic enim pulcherrima & subtilissima habebitur *Cerussa*.

Quidam recipiunt *Laminae Saturni*, quas immergunt *Spiritu Vitrioli acri*, & suspendunt in *Aère*, donec *Cerussa* sensim sensimque efflorescat.

Usus *Cerussæ* imprimis externus chirurgicus, & ad eisdem usus potest adhiberi, ad quos externè adhibetur *Saccharum Saturni*, imprimis in usu cosmetico, Intertrigine Infantum, Cancro occulto, & Gangrenâ incipiente, Inflammationibus quibuscunque, v. g. *Erysiplata*, cum *Myrrbâ*, *Farinâ seca-*

5. Calcinatione Vaporosa: unde Cerussa, Bleyweiß.

Suspendantur *Lamellæ Saturni* supra *Acetum*, ut *Vapores* ab *Aceto* elevati circumeant. Sic adhærescet paulatim *Cerussa*, quam derade, &c.

N. *Sublimationem* in *Mercurificatione* videre licet.

(*Unguentum de Cerussa usuale* :)

(*Oleum Cerussæ* quidam parant ex maceratâ *Cerussâ Aceto forti*, per *Retortam*.)

(*Cerussa lutea* paratur per *Venerem*.)

III. DESTILLATIO.

Unde

1. *Spiritus Saturni ardens*.

2. *Oleum flavum*.

3. *Oleum rubrum*.

R. *Saccharum Saturni* (vel potius *Oleum Saturni per deliquium*) destilla per *Retortam vitream lutatam* in *Excipulo* capacissimo, juncturis benè clausis, *Ignem gradatim* adhibito, donec *rubræ guttæ* cadant, nihilque ampliùs exstillet.

N. *Destillatus* hic *Liquor quatuor diversa Menstrua* exhibere aptus est: *Spiritum* scilicet *ardentem*, *Oleum flavum*, *Pblegma*, & *Oleum rubrum*: quorum *separatio* fit per *Retortam vitream* in *MB.* vel *Genere*, *Receptaculis* scilicet pro diversitate *Liquoris* exstillantis mutatis.

Cognoscitur autem diversitas *Liquoris*, quia *Spiritus ardens* prodit sine ullis venulis in collo *Retortæ* apparentibus; *Oleum flavum*, cum venulis obliquis, ceu *Vinum ardens*; *Pblegma* cum venulis rectis; relinquitur *Oleum rubicundum* in fundo: *Pblegma* separatur ab *Oleo flavo*, seorsimque suscipiendum est.

Vires. *Spiritus* sodorificus est; hinc prodest in *Peste*, *Melancholiâ hypochondriacâ*, *Febribus ardentibus*, *Lue Venereâ*, & similibus.

Dosis gutt. 2. 3. *Tentzelius*.

N. 1. *Venericum* appetitum infringit.

N. 1. *Oleum*

linâ, & tantillo *Camphoræ*; in *Ardoribus Hæmorrhoidum*, & *Ambustionibus*, e. g.

U. *Cerussæ* q. v.

Misc. cum *Oleo Rosac.* in *Mortario Saturnino*, & fit *Unguentum* optimum.

Cæterum antequàm externè adhibeatur, depuranda est benè, & abluenda cum *Aquâ calidâ simplicet*. Nam nisi hoc fiat, *Cerussa* hæc, quam *Mulieres* exoptant ad *Faciem dealbandam*, *Dentes* earum reddit nigros, corrosos, & inducit *Fœtorem Oris*: quod aliquantisper potest præcaveri, si benè abluatur, & moderatè usurpetur.

Sequitur

III. DESTILLATIO SATURNI ex *Saccharo*: Nempe U. *Saccharum Saturni*, & destilletur per *Retortam*: sic acquiritur *Spiritus Ardens*.

1. 2. 3. *Processus* autem totus *AUTORIS*, aliàs adeò famosus, est nugatorius. Quicquid enim *Liquidum* inde habetur, reverà nihil aliud est, quam *proles destillati Aceti*, seu *Spiritus Vini ex Aceto destillato regeneratus*. *Oleum* etiam *flavum & rubrum* est *Acetum concentratum*, sub formâ *Olei* prodiens, nullo modo ex *Saturno*. Dixi enim *suprà*, ubi de *Corallis*, in *Aceto* esse inclusum *Spiritum Vini*: quod si vel in *Solutione Saturni* partes acidæ obstinatè adhæreant *Saturno*, ex istâ adhæensione harum partium, in *Destillatione* volatiliores fiunt sui juris, & leni *Ignem* prodeunt. Unde omnes facultates, quas adscribunt huic *Spiritu* vel *Oleo Saturni*, sunt nugæ, & nullas alias obtinent, nisi quas habet *Spiritus Vini*: & eò meliùs succedit hæc *Destillatio*, si *Saccharum Saturni*, ne tam citò in *Corpus* redeat, pro discontinuatione sui cum triplo *Aluminis usi* destilletur. Nam quòd *Spiritus & Olea* hæc non sint ex *Saturno*, patet

1. Quia *alia Menstrua* si adhibita fuerint (ut *suprà* de *Formicarum Spiritu* dictum), idem effectus ac *Destillationis Productum* non acquiritur.

2. Quia in *Corallis cum Aceto destillato solutis* eadem ferè *Producta* destillando acquiritur.

3. Quia *Caput mortuum* ex *Destillatione Olei & Spiritus ardentis* facillimè sponte, vel *Alcali* resuscitativo, v. g. *Sale Tartari*, vel cum *Borrace*, vel alio *Alcali fixo* addito, in *Crucibulo fusum* facile in *antiquum Plumbum reducibile* existit, quod accipi potest pro *Præparatione Sacchari Saturni*: Conf. *BECHERUS Phys. subterr. l. 1. p. 412. & 427.* item *HOFFMANNI Clav. p. 250.*

Utut

N. 2. Oleum flavum per dies aliquot digestum rubescit.

N. 3. Cum Spiritu & Phlegmate solvuntur & præcipitantur Perle ad Tincturam inde conficiendam. Vide Tincturam Perlarum.

Cum Oleo flavescente fit Solutio Auri: vide de Auro.

Oleum rubicundum mundificat ac sanat Vulnura, si illinantur.

Caput mortuum mundificat item Vulnura.

Vide *Beguimum* libr. 2. cap. 4. *Hartmannum in Croll. Semertam Institut.* Keslerum lib. 4. cap. 4. 57.

4. Oleum Saturni balsamicum.

W. Balsamum Saturni terebinthinatum, destilla per Retortam, Igne nudo gradatim adhibito. Primò stillat Spiritus Terebinthinæ, tandem Oleum Saturni balsamicum, suscipe seorsim.

Vires. Maximarum est virium in cancriis, eschiomenis & cæteris malignis Ulceribus.

IV. S U B L I M A T I O.

Unde

Sal Saturni volatile.

W. Min. Saturni q. v. solve in Aceto destillato: solve quoque Salfixum in Aquâ com. utraq; confunde. Sic extemplo præcipitatur Pulvis albißimus, qui probè edulcorandus & exlicandus.

Utut autem falsè appellatus Spiritus iste Saturni nihil de Saturno participet, Oleum tamen quædam ramenta Saturni secum rapere haud impossibile est, dum sub Oleo reconditum Acidum pertinaciùs particulis Saturni adhæserit, & ita quasdam earum secum per Retortam rapuerit. Veram autem Destillationem habebitis paulò inferius.

4. Num. 4. habet AUTOR Oleum Saturni balsamicum, quæ Destillatio est nugatoria. Ex Saccharo Saturni & Oleo destillato Terebinthinæ, mutuâ unione fit Balsamum Saturni terebinthinatum, quem describit ZWELFFERUS *Mantissa pag. 318.* item HOFFMANNUS *Clav. pag. 251.* nobilissimum est Remedium in Gonorrhœa virulenta, & quibuscumque Partium internarum Exulcerationibus, imprimis si addatur *Camphora*. Sed non æquè succedit Præparatio. Encheireses quædam latent non omnibus cognitæ. Suspicio tamen meliùs successurum negotium, si Saccharum Saturni pulverisatum lenissimo Igne calcinetur, ut quasi incipiat Fumum emittere, atque ita Saccharum hoc calidum immitatur Oleo pro parando exinde Balsamum rubicundo, quæ Rubedo tamen non est Saturni, sed tantùm ex unione Spiritûs Terebinthinæ cum Saccharo Saturni. Quod Balsamum, dum AUTOR destillare satagit, frustra laborat; nihil enim aliud etiam præterquam nudum Spiritum & Oleum Terebinthinæ recipit, parum de particulis Saturni participans. Huc pertinet Oleum Saturni rubrum in Oculorum Vulneribus & Inflammationibus mirabile: Videatur AGRI-COLA in *Chirurg. parvâ pag. 152.*

Ad hæc Destillata pertinet etiam non inelegans & curiosa Destillatio Sacchari Saturni cum Spiritu Vitrioli, quam videbitis HOFFMANNI *Clave p. 250.* Ipse Processum communicationem accepit à DOCT. MICHAELIS, & bonâ fide consignavit: sed in fine mancus est. Unde qui curiositatis gratiâ eum elaborare voluerint, ita pergant, quando nempe eò proventum est, donec post Cohobationes per iteratas Destillationes totaliter uniantur, postremò Igne valido in Arenâ aut Cinebris iterum destillent, ponant in Phialâ in Digestionem Fimi equini, diligentissimè claudendo Sigillo Hermetico, ultimò destillent per Phialam in Balneo Mariæ fervente: destillatum illum Liquorem servant tanquam præstantissimum Thesaurum & Panaceam Medicam, quæ Calcibus metallicis, philosophicè præparatis, solvendis, & in Liquorem potabilem reducendis, sufficit. Etque omnium Morborum, etiam qui fixas radices egere, salutaris Medicina.

Destillatio autem, de qua jam supra dictum, etiam instituitur cum Mercurio sublimato, mediante quo ex Minerâ Saturni parari potest destillando Liqueur gummosus instar Butyri Antimonii. Modus non inelegans est hic:

W. Mercurii sublimati,

Minera Saturni, v. g. an. ßß.

(sed necesse est, sit Minerâ Saturni paulò volatilior, minus fixa, Germ. ein flüchtiges Bley-Ertz: nam cum Minerâ Freibergensi non succedit). Mistura hæc destilletur per Retortam in modum Butyri Antimonii, & sic obtinetur Butyrum Saturni. Rectificetur hoc Butyrum Saturni; uti & Cinnabaris Saturni, quæ simul adhæret collo Retortæ, est rectificanda.

N. Hoc Sal Laminæ ferreæ ardenti impositum liquefit instar Cere, neque effumat.

Ex communicatione Cl. D. Joëlis Langelot.

V. E X T R A C T I O.

Unde

1. Sulphur Saturni, seu Oleum supernatans.

W. Mannam Saturni, circula aliquandiu cum Spirit. Vini rectificatissimo, abstrahe Spirit. Vini gradatim: sic ascendes tandem & Oleum Saturni supernatans.

N. Si Oleum hoc cum Spiritu Vini denudè circules, tandem fragrantissimo imbuetur odore.

Vires. Maximarum est virium in Affectibus Pulmonum, Phthisi, &c. Dn. D. Paulus Keslerus.

2. Tinctura.

Cryſtall. Saturni cum Aceto destillato fact. extrahe cum Oleo Juniperi, ac rubescet Oleum, abstrahe, si placet, & serva, vel digere cum Spirit. Vini, iterumque abstrahe.

N. Remanet Materia post Extrahionem Sali extrahendo idonea.

3. Alia.

W. Cryſtall. Saturni. (cum Aceto destillato fact. & edulcorat.) q. v. extrahe Spirit. Vini, filtra, digerendo defæca, subſident

In hac Destillatione obtinetur etiam simul Mercurius eurrens, sed non est Mercurius Saturni, sed tantum Mercurius vulgi in Minerâ delitescens. Si abstrahatur hic Liqueur à Saccharo Saturni, fit Liqueur rubeus admodum dulcis, egregii usûs externi in Ulceribus corrosivis & depalcentibus: sin verò Butyrum Antimonii recens, vel Butyrum Saturni rectificatum Minerâ Saturni affundatur, & denudè per Retortam destilletur, acquiritur tandem genuinus Saturni Mercurius: nam prior Mercurius ex sublimato revivificatus se sublimavit: si ergò denudè recenti Mineræ misceatur, genuinus Mercurius Saturni prodit.

Ex hoc Butyrum Saturni Bezoardicum Saturninum præparari potest more consueto cum Spiritu Nitri, eadem ratione atque fit ex Butyro Antimonii Bezoardicum Minerale, quod Bezoardicum Saturninum singulare Remedium est in Peste, quæ per similia fixa & Saturnina Remedia optime curatur, Scorbuto, Malo Hypochondriaco, Melancholiâ Hypochondriacâ, Pleuritide, &c. Sudoriferum enim est egregium. Idem Butyrum cum Aquâ, eodem modo atque Butyrum Antimonii, præcipitatur in Pulverem album instar Mercurii Vitæ; qui Pulvis etiam est blandè Purgans per inferiora, conveniens in purgandis Morbis Melancholicis & Splenetis; ac cum Spiritu Nitri in Bezoardicum Saturninum figi potest.

Pulvis hic, ac Bezoardicum Saturninum in Chirurgiâ sunt egregia, Ulcera cacoëthea, & à Causis internis nata, interno usu, Causam occasionalem corrigendo & removendo, curantia. Idem labor etiam cum Minera Jovis fieri potest; eodem enim modo potest præparari Butyrum Joviale, Bezoardicum Joviale, & Pulvis albus, sicuti de Minerâ Saturni. Bezoardicum hoc ex Jove hoc modo præparatum, Remedium utile exhibet in quibusvis Sanguinis impuritibus, Morbis uterinis, & similibus aliis: Videatur HOFFMANNUS loco allegato p. 286.

Pertinent huc etiam Flores Saturni, ex Saturno cum Sulphure cementato, & hinc cum ana Salis communis & duplo Boli vulgaris, mediante Folle per Retortam parato: qui labor etiam similiter cum Jove procedit, de quo conf. ZWELFFERUS *Mantiss. pag. 349.*

V. EXTRACTIO. Tinctura Saturni genuina sunt nullæ; quod semel pro semper observetur. Rem si exactè confideremus, aliud nihil acquirimus, quàm Menstruum aliorum vna auditorum colorationes, plus minus de Saturni Saccharo participantes. Unde loco horum sufficiat, vel Tinctura illa Antiphobica supra insinuata, vel simplex Cryſtallorum seu Sacchari Saturni cum Spiritu Vini Solutio & Extractio, quam AUTOR sub Tincturâ 3. insinuat. Nam Sulphur Saturni ab AUTORE num. 1. insinuat, reverà nil, præterquam Oleum Aceti, esse videtur, minimum vel nihil de Saturno participans. Maxima Saturni confectioem pro hoc labore, videbitis in HOFFMANNI l. a. pag. 281.

2. Tinctura cum Oleo Juniperi Aurore Num. 2. coincidit cum Oleo Saturni balsamico, estque color saltem ex Oleo, de quo supra. Ex Saccharo quidem Saturni dictum Oleum colorem rubrum contrahit: quæ tamen genuina Tinctura non est, sed Oleum ex digestionem colorem acquirit.

Tinctura

dent enim Faces , abstrahe tandem Spirit. Vini & remanet Tinctura in fundo rubra. Keslerus lib. 4. c. 70.

Dosis gutt. 2. 3.

4. Alia Tinctura Saturni elaboratior .

℞. Sal Saturni crystallif. q. v. affunde Aquam pluvial. sæpius (8.) destillatam , solveque quoad poteris , & decanta . Decantatis Liqueores destilla in MB. ad siccitatem . Hinc affunde Spiritum Mellis ; circola per mensem , ac destilla cum cohobis multoties repetitis . Tandem abstrahe Mellis Spiritum , remanentique Essentiæ adde Sal com. ex Capite mortuo Saturni extractum , & cum Spirit. Vini tartarifato per mensem unum ac alterum circola . Hinc Spirit. Vini abstrahe , remanebitque Magisterium seu Tinctura Saturni rubicundissima .

℞. Hæc inferere placet quæ Etzalerus de Saturno habet in Usage sua : Ex Plumbo , inquit , conficiuntur Medicamenta Jacientia ad Longævitatem ; Calcinetur Plumbum per rapidi attractionem , & per Menstruum debitum extrahatur Tinctura . Hæc postmodum abstracto Menstruo per debitam Calcinationem & Circulationem convertitur in Lapidem rubicundum pellucidum .

Usus . Præstantissima est Medicina in Maniâ , Melancholiâ , Quartanâ , Phthisi : Lienem aperit , in Melancholiâ hypochondriacâ optimè conveniens est .

5. Alia Tinctura , Manna Saturni dicta .

℞. Saturni laminat. q. v. extrahe Tincturam cum Spiritu Saturni essentificato , filtra & abstrahe .

6. Cremor Saturni S. Clossi . & inde Tinctura .

℞. Acet. destillat. partes x. Spirit. Sal. communis part. ij. Mineræ Saturni in alcool redact. part. i. Digere per octiduum in Cineribus , vel plus , donec dulcescat Acetum destillatum , solum filtra , & inter exhalandum sæpius Cochleari vitro subleva Cuticulam seu Cremorem glaciatum Nivis instar splendens , dum ejus sufficientem quantitatem habeas , reliquum crystallizetur , & ad alios usus fervetur .

7. Lapis & Tinctura .

Cremorem hunc indito Vasi fixatorio H. S. Capellâ cinereâ , Igne primò levissimo per 40. dies , cavendo ne fluat Materia (ut in Sale Saturni vulgari accidit inevitabiliter) , quibus elapsis proba super Laminam candentem , an fluat cum Fumo ; si sic , continua Ignem in eodem gradu , donec fumare desinat , & citrinari incipiat ; tum Ignem auge dum crocescat , auge fortius ad rubedinem usque totalem Pulveris , è quo Tinctura cum Spiritu Vini non difficulter postea habetur .

Vires . Valet ad Morbos Saturninos .

8. Tinctura facilior .

℞. Minit Saturni part. v. Silicum calcinat. part. ij. terantur diutillimè , fluant in Tigillo , Igne per gradus adhibito , donec in Lapidem Rubini æmulum colliquefcant , qui tritus Tincturam suam in Spiritu Vini tartarifatum deponit . Ex communicatione S. Clossi .

℞. De hoc Rubino Saturni vel sequenti Vitro Saturni videtur intelligendus Glauberus primâ parte Furnorum p. 80. ubi Calcem politam Saturni miscet cum Sal. com. Tartari , & inde destillat. Spiritum gradatorium , & Liqueorem viridem per deliquium ex Capite mortuo excipit . Vel fiat Rubinus ex Calce Saturni sive Minio , ut est in pag. 151. secundæ partis Glauberi .

9. Tinctura ex Vitro Saturni .

Saturnus vi expressivâ Igne Folium super Testâ probatoriâ redigitur in Gummi flavum , coloris Aurantii , transparentis , fusile , non vaporans in Igne , estque Aqua illa viscosa mineralis , quam Rhodanus ait omnium Metallorum colores ,

4. Tinctura elaboratior Num. 4. est saltem Saccharum Saturni cum Spiritu Mellis subtilisatum , & hinc ulterius cum Spiritu tartarifato tractatum .

VI. Quoad MERCURIFICATIONEM , seu Resuscitationem Mercurii videt ex Saturno , cujus magna dicitur esse convenientia cum Mercurio vulgari , & dicitur esse tantum Mercurius vivus perfectus , & coagulatus , plures hujus hinc inde referuntur modi , quorum fides sit penes Experimentiam . Quidam scilicet beneficio Aquæ Fortis : vel Aquæ Regiæ Saturnum transmutant in perfectum Mercurium vivum ; affundunt Mineræ Saturni , & digerunt per aliquot dies no-

odores & sapes ad se trahere , cum conservatione facultatis vegetativæ : (videfis Beguinum tit. de Spiritu ardente Saturni) quod sic fit. Spiritus Metallorum : Misce Calcem cujuscunque volueris Metallum cum hoc Gummate Mariæ , Mixture arte pulforiâ redige in Encauston sive Smaltum opacum , quod in Pulverem redactum facile Tincturam suam Aceto destillato communicat ; scilicet Luna & Jupiter subflavum colorem , Saturnus ex luteo virescentem , Venus prasinum , Mars sanguineum , Auram hyacinthinum impertitur . Solvente verò abstracto , restans inde Gummi mittitur in Retortam exstillaturque Fumus albus , opacus , tactu frigidus , quod tandem in Oleum abit naturæ vegetativæ . Basilius , Vigenerius .

VI. MERCURIFICATIONE .

Unde

1. Mercurius Saturni .

℞. Sal. Saturni , q. v. Ole. Sal. Ammoniac. p. d. ad eminent. digit. digere in Cineribus per dies ac noct. 14. Dein destilla , & tandem auctiori Igne sublima . Flores tere optimè cum Aceto destillato , Saleque com. ac Habebis Mercurium currentem Saturni . Keslerus lib. 1. cap. 29.

2. Aliter .

℞. Calc. Saturni (per Aquam Fort. ex Vitriolo & Sal. Nit.) optimè edulcorat. Crystall. Sal. Nitri purificat. ana : sublima per Cucurbitam tubulatam , Flores tere cum Aceto .

℞. Antequam affundatur Aqua Fortis , digerenda est Limmatura Saturni per dies ac noct. (14.) cum Lixivio ex Sale Ammoniaco , Sal. com. Tart. & Calc. viva in Aquâ vel Aceto destillato , quo Lixivio dein evaporato , Saturnus terendus est supra porphyritem . Keslerus lib. 4. cap. 82.

3. Aliter .

Fiat Lixivium ex Ciner. clavel. ℞. i. Ciner. Sarment. Vitis ℞. iv. Calcis viva ℞. i. Silic. ust. ℞. ij. cum Aceto destillato . In hoc Lixivio solve Saturni limat. Et quando Lixivium laetescit , injice Borrac. 3. p. (scilicet respectu Saturni injecti) ut solvatur : dein destilla gradatim , exstillabit tandem in Receptaculum Mercurius currens .

4. Aliter .

℞. Aqu. Sal. Ammoniaci sublimati , & in Cellâ resoluti ℞ij. Ol. Tart. Spir. Sal. Nitri. ana ℞iſs. M. digere per biduum in Lapidem .

℞. hujus Lapidis pulverif. ℞j. Laminarum Saturni ℞ij. Laminæ solvantur in ℞iv. Spiritus Sal. Nitri. Solutio projiciatur super Lapidem , putrefiat per mensem aut ultra , abstrahatur Spiritus usque ad Liqueorem cum cohobio terno , tandem detur Ignis sublimatorius ut Calx Saturni ascendat , quam digere cum Spiritu Vini fortificato Sale Ammoniaco & Sale Tartari , per diem naturalem , agita inter digitos , & Calx ad vitam excitabitur .

SALIFICATIONE .

Sal Saturni verum .

℞. Materia , quæ remansit post Extractionem cum Oleo Juniperi peractam , sicca optimè , ut oleofitas penitus consumatur : extrahe Sal cum Aceto destillato (sic extrahitur Sal commune , quod ante extractionem impediatur , quò minus resolvi poterat) abstrahe Acetum destillatum ac repone ad crystallifandum , Crystallus clarifica abstrahendo Spir. Vini & serva . Basilius in Test. & hinc Tholdius .

Vires . Refrigerat vehementer & exsiccat , proinde Semen extinguit .

Dosis g. 4.

Extrinsicè medetur Oculorum rubedini , Ulceribusque totius Corporis .

L I Q U A T I O .

℞. Si Oleum seu Liqueorem expetas , per deliquium id ex Sale habere poteris .

estque , & sic tandem sensim sensimque acquirere volunt Mercurium vivum . Hunc Mercurium vivum cum Auro mistum & digestum , ut probè uniantur , tandem per Retortam destillant , ex quo Mercurio cum Sole conjuncto egregium Præcipitatum parant . Alii tentant negotium Mercurificationis optimè Salium resuscitatorum beneficio , scilicet Salis Tartari & Salis Ammoniaci , uti etiam beneficio Calcis vivæ . His enim mistus Saturnus præparatur , ponitur in Cellâ in digestionem , & destillatur , & ita prodire dicunt perfectum Mercurium . Probatissimum videtur Assertum ZWELFFERII , ex Floribus istis facillimè parari posse Mercurium Corporis Saturni .

CAPUT

CAPUT XIV.

DE STANNO.

Stannum est Metallum molle, album, splendens cum livore quodam, constans ex Mercurio puriore (in genere ignobiliorum,) molliore, fugaciorque, quam Metalla duriora, fixiore verò quam Plumbum, & Sulphure albo minus maturo.

Dicitur Hermeticis Jupiter, quòd Jovi macrocosmico sympathicè conveniat, & proinde Jovi microcosmico, id est, Epatis: nonnullis Plumbum album. Germ. Zin. Wisabley. Gall. Etain, Plomb Blanc.

Vires. Præterquam quòd Epatis convenit, Uteri Morbis peculiariter quoque dicitur.

I. PURGATIO.

Funditur ad Ignem, atque inter fundendum superinjecitur aliquid Sevi, Seræ, vel Mellis, ut comburatur. Hinc affunde in Aquam calidam.

N. Purgari quoque potest per Sublimationem. Vide infra.

CAPUT XIV.

DE JOVE seu STANNO.

Jupiter seu Stannum est alterum ex Metallis mollioribus & ignobilioribus: nobilius tamen est in suo genere, quam ipse Saturnus seu Plumbum. Apud Veteres duplex Plumbi est Differentia: Albi & Nigri; quibus & Moderni tertium, nempe Cinereum, addunt, ut neutrum alteri adeò affine sit, quin quasi specie differant. Plumbum nigrum est istud in vulgus notum: Veterum Plumbum Album est illud, quod hodie vocamus Jovem: Cinereum est Bismuthum. Veteres verò alio modo hæc ipsa explicarunt: nempe Jupiter illorum non idem est cum nostro seu Plumbo candido; sed Stanni nomine vel Bismuthum intellexerunt, ut suspicatur WORMIUS in Mus. pag. 124. vel Mistura Plumbi nigri & Lunæ Veteribus Jupiter dicta fuit, ut vult JUNGIUS in Doxosc. pag. 170.; licet Mistura Solis & Lunæ iisdem Electrum, hodie verò nobis Mistura Aeris & Plumbi, Glocken-spesse, Italis Bronzo.

Jupiter in sua Texturâ materiali constat copiosâ Terrâ candidâ cum Substantiâ Mercuriali mediocri puriore, molliore tamen & fugaciore, quam est Mercurius in Metallis duris, stabiliore etiam & magis excoctâ, quam in Saturno; Sulphure verò acri impuro minus maturo seu fixo: unde Concretum minus exactè mistum, & facilitè ac multis modis alterabile, simulque aliis Metallicis commiscibile evadit. Propter paucitatem Mercurii, minus firmam mitionem, sed majorem porositatem, omnium levissimum est Metallorum, minus etiam ductile, & sub Malleo facilitè frangibile est: Sulphur in eo imprimis activum observatur, cum Nitro instar Pulveris Pyrii incenditur, & undique dispergitur, parte Nitri in Alkali fixum mutatâ: Nitrum enim per se non accenditur, sed accedat Sulphur inflammabile, necesse est: Flammam cæruleam sic exhibet, unde & Jovialia Remedia quælibet, v. g. Bezoardicum Joviale, Antibeticum Poterit, & Sudoriferum magnum Fabri, sub cæruleo colore conspicua esse solent: adeoque & Solutio Jovis calcinati, cum Oleo Tartari per deliquium commissa, cærulea evadit, autore WILLISIO de Ferment. pag. 88. Unde Remedia Jovialia Vomitus ciere solent, cum tamen debeant esse Sudorifera, & Absorbentia.

Interim tamen & sub Calcinatione Ignis citrinum & rubrum reddi potest Stannum; ideoque ex eo, quoniam est aliquid in Jove de primo Ente Solari, adeò ut in Jove semper aliquid reperiat Auri, sicut in Saturno aliquid Lunæ. Hinc etiam sunt quidam, qui volunt, quòd Jupiter sit quasi medium quid inter Lunam & inter Saturnum. Indeque vocatur à Veteribus Plumbum album, & quod quasi certâ proportionem in Matrice participet de utrisque: adeò, ut quicquid lividi subest, id Saturno acceptum; quicquid verò puri seu splendoris, Lunæ attribuendum. Propter Sulphur hoc luxurians, omnia reliqua Metalla, præter Saturnum (cui omnia facilitè & optime commiscentur, sed tamen etiam hoc nomine mitiori saltem Ignis gradu) maximè fusilem, friabilia reddit, & minus fusilia, minusque malleabilia (Germ. ungeschmetdig): hinc etiam reliquorum Metallorum Diabolus audit, utpote quorum Texturam metallicam maximè immutat, & à quibus propter glutinositatem Mercurialem maximo etiam labore separari potest. Sunt qui ex Herbâ Genistæ volunt parare Jovem, adeò quidem, ut in Calcinatione Genistæ re-

Tom. IV.

II. CALCINATIO.

1. Incinerationis, &

2. Reverberationis.

Fiunt eodem modo, quo in Saturno calcinare docuimus.

3. Impositionis.

Fit itidem immergendo Liqueoribus acidis ac corrosivis, ut in Saturno; utilitissimè tamen per Acetum destillatum.

Unde

1. Sal Jovis.

Vide Saccharum seu Sal Saturni, ad cujus modum ut parari & crystallari, ita & cum Spiritu Vini exaltari poterit.

N. 1. Nisi Jupiter optimè fuerit reverberatus, nihil effecturis.

N. 2. Simili modo & ex Floribus Sal conficere licet.

Vires. Præstantissimum ac præsentissimum est Remedium in Uteri suffocationibus, quas ad miraculum compescit, tam intrinsicè quam extrinsicè adhibitum. Commendatur itidem

pertum sit perfectum Stannum: de quo videatur ROSENCREUZERUS, & superius quæ dixi de Genistâ.

Quod Usus: Hepati ac Utero ordinariò commendari solet Jupiter: sed nescio, quo fundamento? Passiones namque Hystericæ, ad quas commendatur, ex Utero non sunt; nec Hepatis Mala, quibus conferat, æquè nota sunt: quin potius primis in viis Acida quædam vitiosa specifica absorbere, eadem temperare, & inde nata Pathemata Hystericæ, vel Hepatica vulgò dicta, corrigere poterit; & hinc vi diaphoreticâ imprimis prodesse observatur. Aliàs Jupiter adhuc crudus duas habet Vires:

1. Contra Lumbricos, &

2. Contra Affectus Oculorum.

Sic, contra Lumbricos:

U. Aqua Hyperici, in qua sæpè candens fluidum Stannum extinguitur, & Pueris contra Lumbricos propinetur.

Contra Affectus Oculorum decantatum Remedium LINDANI est sequens Saccharum Joviale: nempe teratur Saccharum cum Limaturâ aut Capite mortuo Jovis super Porphyritide, ut forti isto tritu aliquandiu Saccharum imprægnatur ramentis Jovis, & hocce Saccharum in Aquâ solutum valet contra quoscunque Affectus Oculorum, LINDANO in continuo usu.

I. PURGATIO, quam habet AUTOR, satis est clara. Alius est modus purgandi Vasa stannea, si recipiatur Sal commune, Sal Ammoniacum, & Sal Gemma, item Alumen rocha; misceantur cum Aceto albo, in quo bullienda sunt stannea Vasa, & extergenda cum Panno lineo, sic enim fiunt elegantia instar Lunæ.

II. CALCINATIO. Preparaciones Jovis quod attinet: quam plurimæ, æque in pluribus cum Saturni Preparatis coincidunt. Hæc saltim differentia intercedit, quòd propter luxurians Sulphur Jupiter minus possit solvi ab Acidis, quam Saturnus. Solutio ejus quidem in quovis fieri potest Acido: sed hæc in uno facilitè, quam in altero procedit. Unde pro facilitandâ Solutione, Jupiter vel reverberando in Caleem redactus, vel probè prius eodem modo, ac Saturnus, granulatus, vel cum Nitro in Flores mutatus, recipiendus est.

2. Quoad Reverberationem, ex Jove eodem modo potest fieri Minium, atque ex Saturno. Granulatio pariter potest fieri, sicuti dixi de Saturno: In Aquâ Forti solutus Jupiter, hac abstractâ, difficillimè fusilis, nec amplius perfectè reducibilis est. Solutio simplex evaporata dat Crystallus, sive Sal, sive Saccharum, sive Viriatum Jovis; præcipitata verò dat Magisteria.

3. 1. Salis Jovis preparatio fit ordinariò cum Aceto destillato: sed necesse est

1. Ut Jupiter optimè reverberando sit calcinatus; aliàs parum efficimus. Modum hujusmodi Calcinationis Reverberatoriæ videbitis in ZWELFFERO Mant. spagy. pag. 345. vel in HOFFMANNI Clave pag. 253.

2. Necesse est, ut Acetum destillatum sit fortissimum, aut cum Nitro, præsertim Spiritu Nitri, nonnihil acuatum. Crystalli hæc Jovis seu Sal admodum laudatur in Hecticâ, pro usu purificandi Sanguinem; quia Remedia Jovialia propter Sulphur sunt Sudorifera, & in Affectibus Uteri, in specie in Passione Hystericâ, tam interno, quam externo usu.

E e e

usu.

dem exarinfecus ad omnia Ulcera fœtida, Fistulas, Cancrum, & alia æstiomena.

Dosis gran. ij. iij. iiij. &c. repetitis vicibus.

2. Magisterium.

Fit quoque simili modo per *Præcipitationem*. Vid. *Mynsicht. Armam.*

N. Paravi quondam *Magisterium Jovis*, solvendo scilicet reverberatum in *Aceto destillato*, præcipitandoque per *Spiritus Vitrioli*: verum cum aliâ vice idem ex *Calce Jovis* à Stan-nariis emptâ meditarer, nihil effecti. *Præcipitatio* autem subsecuta est instillando *Urinam*.

Vires. Eadem sunt cum priori.

4. Calcinatio Vaporosa.

Similiter quoque ut in *Saturno* dictum, peragi potest.

III. DESTILLATIO.

Destillationi quoque eidem obedit cum *Saturno*: unde *Le-gorem* eò remittimus.

Hinc

1. Jupiter Diaphoreticus Beguini.

℞. Jov. optimè limati vel calcinati ℥ij. Mercurii sublimati ℥iv. Misc. & destilla per Retortam, ex Arenâ vel Igne nu-uo gradatim adhibito, idque in Excipulum Aquâ semiple-

usu. *Externè* quidem si per deliquium solutum hoc *Saccha-ram* calidè Umbilico inungatur in eadem Passione *Hysterica*, uti etiam hinc in *Colicâ*, & flatulentis *Intestinatorum* Morbis: sed ut ut *usum internum* pro his *Affectibus* in medio relinquam, quid externus hic usus valeat? quidem perspicere non possum, nec *Sal* hoc ampliùs in usu est.

Ad has *Solutiones* pertinent etiam *CrySTALLI Mineræ Jovis*, quæ eadem ferè ratione, atque dictum de *Minerâ Saturni*, possunt parari: Nempe

℥. Min. Jovis elegant. (quam *Metallurgi* vocant *Germ. die Zien-Graupen*) pulverif. ℥ij.

Affundatur

Spiritus Vitrioli exactè vel septies redific. ℥ij.

Digerantur aliquandiu in *Balneo Mariæ*; postea affun-datur

Aquâ simpl. ℥ij.

Mista benè invicem filtrantur, dum adhuc calent (nam cum refrigerata filtrantur, in *Filtro* concrefcunt *Cry-stalli*), & in loco frigidò concrefcunt elegantes *Cry-stalli*, *Aquâ* edulcorandæ & pulverifandæ.

CrySTALLI hæc *Dosi* gr. j. ij. ad iii. pollutè insigni vi laxandi, conducunt internè speciatim in *Affectibus Scorbuticis*, *Hy-drope* &c. *Hydropicorum* enim *Aquas* leniter per *Alvum* exturbant: externè in *Fistulis desperatis* cum *Melle rosato* ap-plicantur: conf. *HOFFMANNI Clav. pag. 256.*

2. Quoad *Magisteria præcipitata*, parari hæc possunt præcipitando vel per *Urinosa*, tam fixa, ut *Oleum Tartari per deliquium*, quàm volatilia, ut *Urinam* &c. vel per *Acida*, ut v. g. per *Spiritus Vitrioli*, hinc *Magisterium Jovis Mynsichtii*, quod videbitis in *ejusdem Armament. pag. 22.* qui etiam cum *Spiritu Salis*, idque ferè tutiùs, quàm cum *Spiritu Vitrioli*, potest fieri *Præcipitatio*. Imò fieri potest *Experimentum*, an non *Jupiter* in *Aceto destillato* vel *Aquâ Forti* solutus, cum *Muriâ* aut *Spiritu Salis* præcipitatus singulares proprietates instar *Lunæ Cornæ*, vel *Saturni Cornæ*, acquirat?

4. Per *Calcinationem Vaporosam* ex *Jove* fit *Cerussa*, non se-cus ac ex *Saturno*, vel per *Vaporem Aceti*, vel per simplicem *Lamellarum Jovialium* in *Spiritu Vitrioli* vel *Aquâ Forti* factam intinctionem, & hinc in *Aère libero* factam suspensionem, ut ita successivè efflorescant in subtile *Vitriolum* seu *Cerussam*. Sequitur

III. 1. DESTILLATIO. Ubi *AUTOR* tradit *Diaphoreticum Beguini*, seu *Magisterium Joviale Diaphoreticum*, ex *Butyro Jovis*, cum *Mercurio sublimato* destillato, cum *Aquâ præcipitatum*: quod optimè succedit, & in *Pleuritide* & *Hystericis Affectibus* utile est. Loco hujus melius est, si *Butyrum* hoc *Joviale* cum *Spiritu Nitri* trinâ abstractione, atque *Spiritus Vini* deflagratione, figatur in elegans *Bezoar-dicum Joviale*, ad imitationem *ZWELFFERI Mant. spa-gyr. pag. 345.* & habebitur *Sudoriferum* elegantissimum in purificando *Sanguine*, *Febribus ardentibus*, & *Morbis malignis*, imprimis in *Febribus petechialibus*, & *Purpurâ Puer-purarum* (*Germ. in der Fiesel de Weiber*) nimîâ *Hæmorrhæ-*

num, & præcipitabitur *Pulvis*, quem *lava*, exsicca, & serva.

(In *Febribus*, *Pleuritide*, *Hystericis Affectibus* utilis.)

N. 1. Cum incipit destillare, *Ignem suppressum* adhibe, ut calor sit moderatus.

N. 2. *Pulveris* hujus origo potiùs *Mercurio* adscribenda quàm *Jovi*. Sunt tamen qui statuunt *Pulverem* hunc nil esse aliud quàm partem puriorem *Jovis* per *Spiritus salinos* & *vitriolatos calcinatam*, solutam atque extillantem, cum per *Fusionem* abeat in *Regulum Jovis*, ut ille in *Regulum Antimonii* redibat. Hinc *Antibesticum Poterii*.

(Quod paratur ex *Antimonii* & *Jovis* partibus æqualibus, agitatione in *Scorias redactis*, & cum *Nitri* triplo in *Grucibulo* detonatione; famosum, sed expectationi sæpè insufficiens.)

N. 3. *Aquâ* residua *Spiritu Vitrioli philosophico* imprægnata, *Destillationi* subjici poterit, ut inde habeatur *Spiritus Vitrioli philosophicus*, modo in *Spiritu Vitrioli* descripto.

N. 4. Si post extillatum *Butyrum Joviale* *Ignem* suppressio-nis per gradus dederis, tunc in collum *Retortæ* sublina-buntur *Flores argentei*.

Dosis gr. 4. 5. 6. *Beguinus*.

(*Bezoardicum Joviale*, vide cap. seq.)

2. Sulphur Jovis, seu Oleum supernatans.

Elici potest ex *Manna Jovis*: modum vide in *Saturno*:

N. Eadem ratione quoque fragrans reddi poterit.

3. Gum-

giâ *Uteri*, sive post *Partum*, sive tempore *Partûs*.

Pertinet huc etiam *Sudoriferum maximum Fabri*, quod videbitis in *ejusdem Patbol. & Myotbec.* factum simili ferè modo destillando ex *Amalgamate Joviali* cum *Mercurio sublimato*. Hoc *Dr. D. LANGIUS* felicissimè semper in usu habuit. *Amalgamatis Jovis* parandi rationem optimam docet *GLAUBERUS P. 1. pag. 345.* Nam sicut *Mercurius* vivus vapore *Jovis* liquefacti faciliè coagulatur, ita ana *Mercurii* & *Jovis* facillimè in *Amalgama* transeunt. Sed ex *Amalgamate* hoc *Sudoriferi* istius *Descriptionem accuratam* videbitis in *HOFFMANNI Clave pag. 254* concisiorem verò & concinniorem videbitis in *M. A. N. C. Anno 4. pag. 286.* vel *LU-DOVICI Pharm. pag. 354* Est egregium *Remedium*, & mirificè prodest, ubi opus est purificatione *Sanguinis* per *Sudorem*. Ex *Mercurio* coagulato per *Spiritus Vini POTERIIUS* vult parare *Remedium Diaphoreticum*: vid. *Pharm. spagy. cap. 18.*

Hæc *Præparata Jovialia* beneficio *Nitri*, nos manu-dunt, ad *Antibesticum Poterii*: seu *Antimonium diaphoreticum Joviale*, quod nihil est aliud, quàm *Regulus Antimonii* & *Jovis* compositus, cum *Nitro* perfectè fixatus. *Poteriana* *Præparatio* non est adeò obscura, si modò observentur termini; sed legitima est hæc:

℥ Jovis select. part. v.

Reg. Antimonii part. iv.

Hæc ipsa sula in *Regulum compositum Joviale*, more consueto cum triplo *Nitri* sunt detonanda, uti more communi constat.

Sed in hac *Fusione* observetur: ut nempe post eandem, ut & *Nitri* ebullitionem habeatur *Pulvis albus*, non cœruleus: Nam *Remedia cœrulea Jovialia* habent secum *Sulphur volatile Jovis*, deflagrabile adhuc. Si ergo hoc non separetur, facit *Vomitum*, quos nescit legitime præparatum atque album, utut triplam ejus dosin adhibeamus. Unde sub *Fusione* *Mistura* agitetur cum *Bacillo* è lignoduriore; sic habetur *Pulvis candidus*, interdum flavus, si diutiùs in *Igne* fuerit. *Dosis* aliàs ordinaria est à gr. xv. ad ʒj.

Hoc *Antibesticum Poterii* famosum quidem in *Hæcticâ*, sed expectationi sæpè insufficiens est. Valde aliàs convenit in quibuscunque *Febribus ardentibus*, benignis & malignis, *Purpurâ Mulierum*, in quibus cum *Antimonio diaphoretico* coincidit; in *Chronicis* verò, *Hæmorrhagiâ Uteri nimîâ*, sive post *Partum* sive tempore *Partûs*, & ubi blandâ *Diaphoresi* opus est, in *Febribus lentis* & *tabidis*, eidem præferendum est: in *Diabete*, quando urgent *Febres*, item *Ardores* in regione *Lumborum*, sistit optimè: adhibetur quoque in *Affectibus variis Uteri*.

FABER etiam vult usurpare *Remedia Jovialia* ad *Affectus Cerebri*; ex eo, quoniam *Jupiter æmulatur* proprietates *Lunæ*, cum *Mercurius Jovis*, & etiam ejus *Sulphur*, puritatem saltim, si non fixitatem, habeant eandem cum *Sulphure* & *Mercurio Lunæ*; unde ratione hujus fundamenti convenire æquè in *Affectibus Cerebri*, ac ipsa *Luna*, præsupponit.

5. Sal

3. Gummi Joviale sublimatum, & Oleum S. Clossai.

℞. *Limat. Jovis* ℥ij. *Mercurii sublimati* ℥vi. M. manu celeri, pone in Retortâ collo peramplo instructâ, pelle per Arenam Spirituum semper fumosum, postea *Butyrum*, indeque *Mercurius vivus* in copiâ exhibit, tandem adhibito suppressionis Igne, elevabitur tota *Jovis* substantia, *Gummatibus* grisei ac præduri specie, paucis admodum *Fæcibus* rubris in fundo subidentibus. Hoc Gummi statim pulverisandum est, aliâs sub dio humefcit, deinde super Tabulâ Martis Stanno obductâ collocandum in Vinariâ, ubi colliguescit in *Oleum flavum*.

4. Sulphur Jovis.

Id quod remanet non colliquatum super Laminâ Martis, M. cum *Fæcibus* superioribus, affunde *Acetum destillatum*, digere per quatrimum, abstracto Aceto destillato reperies *Sulphur rubrum Jovis* instar Minii.

5. Sul Jovis.

Resolve hoc Sulph. in *Aq. communi*, vel per se in humido liquefat, filtra, coagula, solve, iterum erit coloris smaragdini cum quadam dulcedine.

Vires. *Oleum* numeratur inter *Solventia Metallorum*. *Sulphur* & *Sal* externis tantum usibus inserviunt; *Spiritus* vero *Jovis* (quem idem semper fumosum vocavi, quod in nullo Vase absque effumatione sensibili possit contineri) Gangrænas solo tactu curat.

6. Crystalli Jovis ejusdem.

℞. *Superioris Spiritus* fumantis ex Jove instar *Aquæ claræ* proliciti quantum videbitur, affunde per vices parum *Spiritus Vini*, *Tincturâ Salis Tartari imprægnati*: elevabuntur *Bullæ* cum strepitu & fumo, perge instillando, donec cesset, tumultuatio; pone Vas inter calidos Cineres, & fiet *Congulatum* nigrum Picis instar, da Ignem sublimationis, & surgent *Crystalli* albæ fusiles velut Cera.

Aliqui *Ulcerâ* scrophulosa cancrofaqe curant inurendo profundam Escharam, quâ sublatâ, *Balsamo Sulphuris* ad cicatricem perducuntur.

Crystalli ex Minerâ Jovis.

Hujus ℞. ℥j. cum p. æq. *Spiritus Vitrioli restif.* digere in Mar. Baln. hinc affunde *Aquam*, filtra dum calent: Humiditate aliqua abstractâ concrenent *Crystalli*. *Dos*. gr. j. ad ij. internè in Hydrope, & Affectibus scorbuticis, Fistulis desperatis; externè cum *Melle Rosato*, ex *Hofmanno*.

IV. SUBLIMATIO.

℞. *Calc. Jovis* (c. g. per *Aquam Fortem*) sublima per Ollas

5. *Sal* istud *Jovis*, de quo superius dixi, si resolvatur in Cellâ vel in loco frigido in *Liquorem*, iste *Liquor Jovis* est *Cosmeticum*, & convenit in usu chirurgico, imprimis *Maculas Faciei* pellit, & in *Tineâ Capitis* à quibusdam habetur pro *Secreto*.

IV. SUBLIMATIO, prout AUTOR vult, vix aded commodè videtur succedere, potiùs cum addito *Nitro* detonando optimè labor procedit: Nempe

℞. *Nitri* part. ij.

Jovis p. j.

(vel etiam utriusque ana part. æqual.)

Mista in *Cucurbitâ tubulatâ* injiciantur & detonentur; sic enim *Flores* copiosi exsurgunt, & repetitos sibi invicem superimpositos Alembicos hinc inde replent, remanente in fundo *Cucurbitæ Alkali Nitri fixo*, cum parte quâdam *Jovis*.

Flores optimi sunt ad præparanda *Remedia* reliqua ex Jove; sicuti econtrâ ex *Floribus* ita sublimatis *Mercurium vivum* ex Jove parare docet KESLERUS in *Process. Cent. 1. Part. 22. pag. 30.* Idem labor etiam per Retortam potest institui.

Ad *Detonationem* hanc *Jovis* cum *Nitro* pertinet etiam *Fulmen* GLAUBERI ex Jove, *Metalla* destruens, quod describit *Part. 1. pag. 244.* sed reverâ ex *Pelvi Fulmen* hoc videtur, de quo vid. LUDOVICI *Pbarm. pag. 357.*

Fieri etiam potest *Sublimatio Jovis* cum *Sale Ammoniaco*:

℞. Hujus p. ij.

Jovis p. j.

Tom. IV.

(K) Id tantum notaverim, *Aurum Musicum dictum*, *Aurum non esse*, sed *Stannum ope Mercurii sublimatum*, & *simplici Igne gradu ad Auri colorem evectum*. *Homburgius*, A.G. *Scient. Academ. anno 1710.*

Cucurbitæ tubulatæ impostas, ad modum quo *Flores Antimonii* parantur. Nimirum *Calx* illa per vices injicitur, *Tubulique* foramen ab injectione obturatur.

N. 1. Parum interest, an *Galcem* vel *Limaturam Jovis* receperis.

N. 2. *Flores* hi nihil aliud sunt, quàm *Jupiter depuratus*.

V. EXTRACTIO.

Unde

Tinctura Basiliensis.

℞. *Laminas Jovis*, cements cum *Pumice* (ternâ *Calcinatione* restinctoriâ in *Vino*,) *calcinato*, subtilissimeque pulverisato, in *Crucibulo* benè lutato & clauso, per dies ac noct. (5.) per gradus *Ignis*. Deinde derade *Pulverem* de *Laminis*, eique extrahe s. a. *Tincturam* cum *Aceto destillato*. Postmodum abstracte *Acetum destillatum*, & habes *Tincturam Jovis*. *Tholdius*.

VI. SALIFICATIO.

Unde

Sal verum.

℞. *Residuum*, ex quo beneficio *Acet. destillat. Tinctura prior Basiliensis extracta est*: affunde *Aquam Mellis*, stentque per aliquot dies ac noctes. Sic elicitur *Sal*, quod abstractâ postmodum *Aquâ Mellis*, fit conspicuum. *Tholdius*.

Vires. Conducit ad *Epilepsiam*, *Melancholiam*, *Vertiginem*; *Catarrhos* exsiccat, præcipuè qui ad *Oculos* destillant. *Dosis* ad ℥j. vel ℥ij.

VII. MERCURIFICATIO.

Missa est mihi *Descriptio Mercurii Jovis* *Mompelio* pro certissima, quam in *Cent. 1. Kesleri*, *Artic. 22.* postmodum reperi, ideoque eam non adscripsi. Si quid *Mercurii Metallici* tribuendum est, hæc certè non erit momenti minimi, cum in ea *Sulphur* impurum comburatur cum *Sale Nitri*, deinde pars *Mercurialis* ascendat per *Sublimationem*, quæ tandem *Putrefactione* & *Ebullitione* in *Mercurium currentem* reducitur. *S. Clossæus*.

CAPUT XV.

DE MERCURIO.

Metallis subjungimus *Mineralia Metallis finitima*, quæ si *Semi-Metalla* appellare libet, non magnè refert. Suntque *Mercurius*, *Cinnabaris*, *Antimonium*.

Mercurius nihil aliud est, quam *Liquor mineralis*, seu *metallicus volatilis*, *Metallis*, & præ aliis *Auro* avidè adhærensens.

Dicitur

Miscentur, & l. a. successivè probè priùs trita forti Igne sublimentur.

Qui cupit uberiorem *Florum Jovis* descriptionem, videre potest MYLIUM in *Basil. l. 1. P. r. c. 2.*

V. EXTRACTIO. Quoad *Tincturas Jovis*, de his idem, ac *suprà de Tincturis Saturni*, sit *judicium*. *Tinctura Basiliensis*, quem describit AUTOR, nihil aliud est, quàm *subtilis Calx*, quam ex *Laminis Jovis* *Acidum* *Ignis* extraxit, ex quo cum *Aceto destillato*, *Sal* seu *Saccharum Jovis* paratur, quod cum *Spiritu Vini* circulator, digeritur, tandem filtratur. (K)

CAPUT XV.

DE MERCURIO.

Mercurius in genere optimè definitur, quod sit *Vapor mineralis unctuosus, viscidus, crassus, in Terræ poris in Liquorem albicantem homogeneum indivisibilem congelatus*. Constituit hic ipse *Humidum radicale Metallorum*, quod ab Igne seu *Calido* eorum innato, nempe *Sulphure* plùs minùs maturo, coagulatur & fixatur in *Corpus metallicum*, plùs minùs mobile. Dicitur *Mercurius*, quia ratione mobilitatis respondere videtur *Mercurio cælesti*: *Argentum vivum* etiam dicitur; *Argentum* quidem, quia instar *Lunæ* albus; *vivum* verò, quia summè volatilis est; utut sint, qui dicunt, quod *Mercurius* magnam habeat convenientiam cum *Lunâ*; quidam

E e e z

dam

Dicitur *Argentum vivum*, *Hydrargyros*, Arabicè *Zaibar*, vel *Zibach*. Barbarè *Azock*, *Azoth*. Germ. *Quecksilber*. Gall. *Argent viv*.

Est *Nativus* (de quo hîc) & *Artificialis*, è Metallis extractus, qui & *Mercurius Corporum* dicitur.

Nativus Virgineus, etsi nonnunquam per se ipsâ Naturâ operatrice separatus invenitur; plerumque tamen ex Terra minerali, quam *Cinnabarim* vocant, vi Ignis evocatur. Vide *Mercurium ex Plantis* apud *Borellum* c. 3.

D-

dam verò cum *Saturno*. Cum Luna adeò, ut ipse *Mercurius* sit verum *Argentum*, modò fit fixatus; quidam verò *Mercurium* vocant *Plumbum dissolutum*, & *Plumbum* vocant *Mercurium coagulatum*, propter cognationem, quam putant subesse inter *Mercurium* & *Saturnum*.

Triplex aliàs *Mercurii* acceptio est:

1. Est *Mercurius Philosophorum*.

2. *Mercurius Corporum*.

3. *Mercurius Vulgi* seu *Mercurius vivus*.

1. *Mercurius Philosophorum* dicitur etiam *Mercurius duplicatus*, qui debet esse *Materia Menstrui Philosophici*; item *Materia veri Lapidis Philosophorum*. Nullo modo participat de *Mercurio Vulgi*, nec defumi debet ex Regno Vegetabili, nec ex Regno Animalis; sed in specie ex Regno Minerali, & quidem ex Principio metallico, seu primo Ente metallico elaborari debet, non verò ex Metallis perfectis. Nihil igitur aliud est, quàm *Principium Metallorum Mercuriale universale*, *Sulphure suo saturatum*.

2. *Mercurius Corporum* est, qui oritur ex Metallis perfectis, quando nempe *Corpora Metallorum* transmutantur in *Mercurium* currentem. Dicitur etiam *Mercurius Resuscitatus*, item *Metallicus*.

3. Quod attinet *Mercurium Vulgi*, Genesis ejus primè optime videtur statui posse ex *Aquâ*, ob simplicissimam sui homogeneitatem, sed immutata hâc ipsâ, & à *Principio seminali* proprio, naturæ mineralis, essentialis acido-sulphuræ, in talem Substantiam transmutatâ, in certis nempe Terræ visceribus, debitis scilicet talis Seminij Matricibus: & hoc est, quod alii dicunt, generari *Mercurium ex Aquâ & Acido universale*: quod *Seminale sulphureum* Agens aliàs etiam *Sulphur Mercurii internum essentialè* dicitur.

Aliàs *Mercurius Subjectum* est *alkalinum volatile penetrans*, de quo supra, ubi de *Metallis in genere*; indeque facilè cuique *Sulphuri acido* se sociat, eoque plùs minùs saturatur, in se aliàs immutabile, nec ullo Igne alterabile, saltem per suum compar, hoc est *Sulphur fixum metallicum perfectè* subigitur, & in fixam naturam transmutatur; ex hoc ipso verò, & quasi primogenio, & suo modo *Philosophico Mercurio*, fit *Mercurius communis*, seu *Vulgi*, seu *Argentum vivum*, per novam decompositionem, quatenus hic constat ex Substantiâ sulphuræ acidâ arsenicali vitiosâ, cum vero illo *Mercurio* junctâ. Dicitur *Sulphur* hoc *externum* seu *accidentale*, quod per *Artem* separare omni conatu laborant *Chymici* sublimiores, ut ita tandem *sine Veste Dianam* acquirant, seu, ut alii dicunt, *Mercurium de Mercurio* haberent. Ratione hujus pertinacissimè adhærentis *Sulphuris* variè, superficietenus & externâ facie, mutabilis est *Mercurius communis*, varias larvas induit, etiam per se leni Igne præcipitabilis est, unde etiam quocunque modo tractatus, denuò *resuscitabilis est in vivum Mercurium*. Hujus quoque medio & aliis *Sulphuribus* ac *Salibus corrosivis sulphureis* sociabilis existit; unde & tam facilè cum *Sulphure Cinnabaris*; cum *Sale communi* verò sublimatus, *Arsenicis* formam ludit.

Patet ex his *Differentia Mercurii vivi & Mercurii Corporum*, dum nempe *Principium illud Mercuriale* loco *Sulphuris* crudi arsenicalis metallicum *Corpus* assumpserit, penetraverit, & in statum currentem deduxerit; *Mercurius enim Corporum metallicorum* dissolvit *Aurum* cum insigni æstu in volâ *Manus* detentus, ut non possit contineri in eâ; quod & *Mercurius Antimanii* facit. Hoc non facit *Mercurius Vulgi*, quia secum junctum habet *Sulphur* quoddam metallicum externum & impurum, quod impedit illam *Metallorum solutionem*: si istud *Sulphur* non adesset, tum *Aurum* facilè solveret. Quod autem *Mercurius Vulgi Sulphur secum habeat*, patet exinde, quod *Mercurius Vulgi*, licet optimè purificatus, in recessu habeat *Acidum*: vid. *BORRICHIIUS*. Experimentum ejus est legitimum: si enim *Lamella Martis* immittatur in *Mercurium vivum* purissimum in Vase clauso, brevi post tota *Lamella* in *Rubiginem* corrosa reperitur, quod evidentissimum Signum est *Acidi* metallici occulti in *Mercurio vivo*. Nam præterquam, quod *Mercurius Corporum* non salivet, *Mercurius Vulgi* ratione hujus *Sulphuris acidi vim salivatoriam* habet, quæ per *acida Salia*, *Sulphura Mineralium*, v. g. *Spiritus Nitri* vel *Vitrioli*, & alia, magis adhuc intenditur; arripit enim *Mercurius* secum de *Sale sulphureo acido* horum *Spirituum*, inde *Mercurii Præcipitati* ð.

gr. xi. xii. ad xv. vel ðj. internè successivè usurpata (nempe gr. j. vel ij. pro unâ vice) majorem excitant *Salivationem*, quàm tota *Uncia Mercurii vivi*. Unde patet, quòd *Acidum* ejusmodi sulphureum secum rapuerit. Cumque *Mercurius vivus* de *Principio Mercuriali Metallorum* tam multum participet, sponte patet, unde tam facilis ejus cum *Metallis*, præsertim *Mercurialibus* seu mollioribus, unio, & in *Amalgama* reductio: quin imò forsan nullus *Mercurius vivus* reperitur, qui non simul *Amalgamatis* instar aliquod *Metalium* intimè admistum & dissolutum gesserit, unde major ejus ponderositas, & facilior in *sphæras* formatio, ex parte dependet, ita, ut etiam omnem *Mercurium Vulgi*, fluidum sive liquidum quoddam *Amalgama*, sive *Metalium Principio Mercuriali subactum*, vocare soleat *BECHERUS Phys. subterræn. l. 1. pag. 445. & seqq. 468. seqq.* cujus tamen planiora, negotium hoc dilucidius explicantia, expectamus *Experimenta lib. 2. proponenda*, sine quibus *Assertum* hocce in medio relinquo. Saltem *Nigredo* illa, quæ ab expressione *Mercurii* per *Corium* superesse solet, à *Plumbo* commisto oritur, *Laminæ* enim tenuissimæ *Saturni* sphæram *Mercurii* facilè obducunt, & tunc ille obscurior, & nigrior redditur: hinc & *Aceto abluitur* *Mercurius vivus* & purificatur, hoc enim modo *Substantia Saturnina* ex parte demitur.

Ex omnibus autem *Metallis summa Mercurii vivi cum Auro* est amicitia, utut *Proprietates* habeant planè contrarias. Nam sicut *Sol* seu *Aurum* est fixissimum & durissimum, ita *Mercurius* econtrâ est volatillissimus & molliissimus; nihilo minus tamen se promptè uniunt, ut vel levi contactu *Mercurius* intimè in *Substantiam Auri* se infuset, illudque dealbet. Hinc est, quod ii, qui gerunt in *Marsupio Mercurium vivum*, si retineant in manu *Nummum aureum*, ille evadit argenteus; item si geratur *Mercurius* in manu alterâ, & *Nummus aureus* in manu alterâ, vel etiam in ore, brevi post apparebit *Nummus aureus omninò inargentatus*; sic penetrans est atque subtilis! & hac ratione possumus aliquantisper corrigere *damna à Mercurio vivo* illata, v. g. post *Inunctiones Mercuriales* in *Lue Venereâ*. Cum enim *Mercurius vivus inimicissimus sit Nervis*, propterea ii, qui tali *Inunctione* pro *Salivatione* usi fuerunt, laborare sæpiùs solent *gravioribus Nervorum Affectibus*, in specie tremuli, epileptici, vel apoplectici fiunt, à *residentibus* hinc inde *Mercurii* particulis; qui tamen optimè cum *Auro* corriguntur. Unde *ZACUTUS LUSITANUS Unguentum* habet ex *Auro*, cujus illiunctione ex toto *Corpore Mercurius* extrahitur; quia *Mercurius* promptè se infinat in *Aurum*. Sic *RIVERIUS* observat post *Curationem Luis Venereæ Mercurialem*, *Cephalalgiam* ferè intolerabilem ex remanentiâ *Mercurii* in *Capite*, curatam beneficio *Nummi aurei* in ore detenti; huic enim se infinuavit *Mercurius*, *Mona aurea* albescit, & ita extractus est *Mercurius*, & subito postmodum sedata fuit *Cephalalgia*.

Plura de *Mercurii* naturâ, tam in genere, quàm de *Vivo* in specie, vid. in *BECHERI Phys. subterræn.* ejusque *Suppl. utroque*; item in *HELMONTII Tract. Progn. Meteor.* & hinc in *TACHENII Hipp. Chymico*, qui hujus vestigio insitit c. 25. & 26.

Mercurius autem *Vulgi* reperitur sub *duplici consistentiâ & formâ*.

1. Nempe in propriis suis *Mineris* fluens seu *vivus*.

2. Reperitur quoque concretus in formâ, aut *Minerâ Cinnabarinâ*.

Mercurius iste *vivus* in *Mineris* repertus, aliàs *Mercurius Virgineus* dicitur, nullo scilicet Igne hætenus alteratus, quales *Mineræ* multæ in *Carinthiâ* reperiuntur, ubi *Fossore*, qui laborant in his *Mineris*, per tres vel quatuor menses non possunt subsistere. Ratio est quia *Mercurius* halituum formâ penetrat eorum *Corpora*, & cum insensissimus sit *Nervis*, tremulos & paralyticos *Homines* reddit, & quætales *Laboratores* attingunt, inargentant quasi: nihilominus *Dentibus* sunt firmis, nullo modo vacillantibus, aut *Gingivis* denudatis, aut exulceratis; id quod aliàs fit in iis, qui externè utuntur *Inunctionibus Mercurialibus*. *Mercurius vivus ex Cinnabari nativâ* quoque elicitor, quæ reperitur copiosè in *Aurifodinis*, & *Lunæ fodinis Hungariæ*, & quidem in *Terrâ Hungaricâ dictâ*. Talis *Cinnabaris* est composita ex *Sulphure & Mercurio vivo*, quæ duo coaluerunt in *Cinna-*

Delectus.

Mercurius non aequè bonus omnis existit, sed variat, tum ratione *Matrix*, seu loci natalis, tum ratione *Inquinamentorum*, quibus nonnunquam per se in Terrâ conspurcatus est, nonnunquam & à malevolis adulteratus venditur:

Natali loco censetur optimus, qui eruitur è Mineris vicinis Auro vel Argento, & hinc præfertur *Hispanicus* & *Ungaricus*.

Inquinamentorum ratione prævalet, qui minùs scætet *Commixtione* Arsenicali, Antimoniali, Saturninâ, Cadmosâ, quibus nonnunquam in Terræ cuniculis venenosus redditur,

Cinnabarin. Unde & Mercurius ex Cinnabari vi Ignis per Retortam beneficio *Salis* cuiusdam *alcalici* vel *Limaturæ Martis* revivificatur & extorquetur, quæ Acidum Sulphuris cohibent, quò minùs possit complexu suo detinere Mercurium vivum; unde in formâ fluidâ profuit: vid. KIRCHERUS *Mundo Subterr. pag. 330.* & *Ephem. Gall. Erudit. T. 1. Ephem. 14. p. 276. seqq.* Hic Mercurius dicitur *Resuscitatus*, & est optimus pro Laboribus Chymicis, quoniam ab omnibus fordibus est purificatus.

Sunt qui ex *Sanguine humano* volunt præparare Mercurium vivum, cujus rei Experimentum producit KERNERUS. Cæterùm observetur impostura: nam ut in Aurifabrorum Sanguine hoc interdum verum sit; quoniam hi ipsi, cum sæpius versentur cum Mercurio in deaurandis Valis, inspirando hauriunt Fumos Mercuriales, qui collecti dant Mercurium vivum, ut exinde possit ex Sanguine extrahi; non tamen in aliis Subjectis simile quid sperandum, & nullo modo Mercurius vivus ex omnium Sanguine elicetur.

Differentiam Mercurii, quòd nempe Virgineus secum Aurum volatilis est, videbitis in *Act. Societ. Reg. P. 1. pag. 17.* item BECHERI *Supplem. 1. pag. 83.* Sed an hoc adeò proprium sit Mercurii Virginei? ferè dubito, cum aliàs Mercurius quicumque, iteratâ Sublimatione, Aurum ferè secum attollere soleat, hocque *Hestlingii Azot* fuit. Dicitur aliàs Mercurius vivus *Servus fugitivus Chymicorum*, quoniam ex se, licet variis modis tractatus, nullo modo est coercibilis, quin, ubi optimè alligatus putatur, promptissimè infalutato hospite denuò aufugit; tanti nempe laboris est genuina ejus *Fixatio*. Sic erat BARTOLUS Astrologus magnæ famæ, qui Mercurium ad tantam elevavit fixitatem, ut jam in eo esset, quomodò convenienti illum includeret Vasculo: sed nescio quò moratus, fortissimo subdito Igne, inopinato ipso, mæstus Mercurium evadere vidit. Hinc arduum est Mercurium reddere fixum: ut ut cum *Vitriolo*, *Alumine*, & similibus in Corpus mediocriter fixum redigi possit: Conf. ROLFINGIUS *Chym. pag. 385.*

Sed observetur *Distinctio* inter Mercurium Coagulatum, & inter Mercurium Fixatum. Coagulatus est, qui non amplius apparet in formâ fluidâ, sed quasi in Corpus durum metallicum est redactus. Coagulatio est res trivialis, & fit per *balium Jovis* & *Saturni*. Modus est, ut *Jovi* vel *Saturno* liquefacto, dum jam iterum coagulari vult, imprimatur fovea, & in foveam immittatur Mercurius vivus; sic statim coagulatur: quod fit propter halitum Saturni & Jovis, & sic etiam potest pulverisari. Eodem modo cum *Regulo Antimonii* quoque coagulatur: vid. WEDELIUS *Pharm. pag. 173.*

Mercurius à Saturno coagulatus, & plùs minùs malleabilis factus, in Tumoribus externis cancris pro Curâ palliativâ impositus, est optimus inhibendo, ne Fermentum latius serpat.

Mercurius autem Fixatus est, qui instar Metallii subsistit in Igne, ut non avolet, sed Ignis torturam patienter perfert. *Fixatio hæc Mercurii genuina nondum innotuit*, ut in hanc, frustra tamen conamine, omni studio allaborarint longo tempore Spagyrici: non potest figi, nisi per Sulphur Metallorum, quod facillè sese unit cum Mercurio, & ipsi volatillissimam Fixitatem tribuit, & ita figit. Et ut ut ed redigatur Mercurius, ut aliquot horas fortiorem Ignis torturam patiat, nihilominus tamen vel sponte denuò caput ekerit, vel facili labore in vivam formam resuscitatur, per *Alcalia* nempe *fixa*: ut *Cineres clavellatos*, *Sal Tartari*, vel alia *fixa*, item per *Limaturam Martis*. Ratio est, quia Mercurius vivus saltè ab Acidis, nullo modo ab Alcalibus, ligari nonnihil aut coerceri potest. Unde talium additione Acidum absorbentium facillimè reducitur.

Pro Usu Medico aliqualis ejus *Selectus* instituendus: *Hispanicus*, & hinc *Hungaricus*, item qui ex *Indiâ Orientali* adportatur, rectè censentur optimi. Præterea tamen, eum interdum cum *Antimonio*, *Saturno*, aliisque partibus metallicis & admix-

hinc & qui minùs falsari à Artificis manu adulteratus est: adulterare enim eum adeò exactè nòrunt (*Plumbi* scilicet & *Antimonii* beneficio, *Bismuthique* commixtione,) ut quoque simul per Corium transire æque ea queant, adeoque difficile sit fucum cognoscere. Eapropter ne quâ incautus decipiaris, non è re erit hæc *bonitatis Signa* observare.

1. Mercurius censetur bonus, qui per Retortam propulsus nihil recrementi relinquit.

2. Qui in Cochleari argenteo evaporationi super prunis expositus, *Maculam Cochleari* relinquit *flavam*, aut *albicantem*; non nigram aut fuscam.

Vires.

tus & adulteratus sit, probandus est; idque quatuor modis:

1. Si per Retortam destillatus parum vel nihil recrementi post se relinquat.

2. In Cochleari argenteo super prunas evaporet: quòd si relinquat *Maculam flavam* aut *albicantem*, de Sole aut Luna participare dicitur, & utilis pro Medicinâ censetur: si verò remaneat *Macula nigricans*, vel *livescens*, nocivus est, minùsque utilis; hujusmodi enim Macula adulterium Saturni, vel nativum vel artificiale, ostendit; dum Saturninis, Bismuthinis, Antimonialibus, Arsenicalibus, aliisque Heterogeneitatibus mineralibus, admittis, plùs minùs inquinatus est.

3. Si à Carbone candente quietus effumet; non autem cum strepitu fugam molitur, & hinc inde agitur; secus enim, signum est, participare de Metallis imperfectis: ubi minùs in Igne subsultat, plus de Saturno habet; ubi magis, Jovis quid continet. De hoc conf. BARTHOLINI *Acta Med. Hassniens. Volum. 1. Obs. 67. pag. 148.*

4. Si cum Tartaro calcinato & Calce vivâ aliquoties destillatus, splendorem magis crystallinum acquirat.

Quoad Usus Mercurii vivi in Medicinâ, ad duo semper respiciendum:

1. Ad ipsum Corpus Mercurii vivi volatile & penetrans.

2. Ad adhærens ipsi Acidum & corrosivum Sulphur, naturæ quasi arsenicalis.

Ratione illius repræsentat quasi *Alcali metallicum*, Acidis quibusvis saturandum, quatenus ab adhærente Sulphure isto nondum sufficienter saturatus est. Hinc enim Acidum Sulphuris, occultum licet, tamen facillè arripit, & cum eo in Cinnabarin sublimatur; hinc & Spiritibus acidis tam facillè alteratur, quatenus horum ope Sulphur externum actuatur magis & extravertitur, magisque ita ab his acuitur: cum quibus Acidis junctis etiam Concretum falsum tertium constituit, uti in Mercurio sublimato, item Mercurio dulci, manifestum est: conf. TACHENIUS *Hypocr. Chym. cap. 25.* item SYLVIVS in *Pr. 1. 4. de Hydrops. 9. 228.* item de *Lue Venereâ 9. 160.* & *seqq.* Hinc sub hac consideratione Mercurius vivus Acida vitiosa Corporis arripit, & eadem simul secum extra Corpus eliminat, & hac ratione genuinum *Luis Venereæ Alexipharmacum*, fixum hujus nervosis partibus perniciosissimum Acidum absorbens, & Salivationis modo extra corpus rapiens.

Ratione verò posterioris Mercurius acris, acidus, corrosivus & colliquativus existit, indeque Roris nutritivi partium solidarum attenuativus, adeoque evacuativus ac salivatorius, item septicus & rodens, plùs minùs tamen, prout Arte magis vel minùs acuitur acidum ejus Sulphur, & exaltatur hinc ejus vis colliquativa per Acida sulphurea mineralia.

Ex quibus facile est concludere: An sit Venenum Mercurius vivus? Per se equidem, quatenus Corpus Mercuriale est, innoxius est, intimè penetrativus, & Acidi vitiosi obsoletus; ratione verò Sulphuris externi acidi erodentis & colliquescentis, pessimum est Venenum; nervosis partibus inimicissimum, & gravissimorum nervosi generis Pathematum fœcundus parens. Licet enim Mercurius vivus propinatus sine ullius nocuenti vestigio citò transeat, fit tamen hoc saltem propter parvam, quam in Corpore necit, moram, alias enim si diucius in Corpore subsisteret, æque Virulentiam suam proderet per subsequentem Salivationem, atque si extra Corpus, licet vivus, inunctus fuisset.

Quod ergò attinet Usus Medicum, variat equidem hic pro varietate Preparationum & Applicationum. Laudatur tamen propriè ceu proprium *Alexipharmacum Luis Venereæ*, quæ confirmata & inveterata vix aliter curari poterit, nisi per Medicamentum Mercuriale, tam purgando, quàm Salivationem movendo, sive internè assumpta sub formâ Pulverum, sive externè inuncta, sub formâ Suffusum aut Unguentorum; & sic solet excitare copio-

Vires .

Internè mundificat Sanguinem ab inquinamento , præcipuè Venereo : fugat Lumbricos, difficilem promovet Partum, &c. *Externè* inunctus, sanat Scabiem omnis generis, fugat Pediculos, resolvit duros Tumores. De Collo suspensus, præservat à Peste, & (ut nonnulli volunt) ab Incantatione, Fascinationeque. Imò quoad ejus *Præparata* ; nulla res in Officinis est, si Antimonium excipias, ex qua major Medicamentorum suppellex elici possit, quàm ex *Mercurio*. Suppeditat enim *Purgantia*, *Sudorifera*, *Mundificantia Vulnera*, *Acri-*

copiosum fluxum Salivæ, quod vocatur *Salivatio* : quæ Salivatio continuanda est tamdiu, donec Contagium Venereum omninò salivando seù per Salivam sit expulsum. Modus hic per Salivationem curandi Luem Veneream, est usitatus Gallis. Interdum loco Salivationis solent subsequi in Lue Venereâ copiosæ *Dejectiones Alvi*; ubi interdum observatum fuit, quòd *Dejectiones Alvi* fuerunt nigræ instar Atramenti. *Rarè insensibiliter* operatur Mercurius, ita ut neque per Alvum, neque per *Dejectiones*, neque per *Salivationes* curet: utut **HORSTIUS** lib. 14. *Obs. prope finem* habeat Observationem operationis Mercurialis insensibilis. Sed necessum est, ut pro talibus Inunctionibus sit benè depuratus & purificatus, miscetur cum *Pinguedine porcina*, donec occultetur. Hoc *Unguento* composito inunguntur Articulationes Genuum & Cubitorum, idque aliquoties in loco tepido, donec succedat Salivatio; si hæc minùs procedat, fit Inunctio Spinx Dorsi secundum longitudinem: alii non ineptè inungunt plantas Pedum; sic enim totum Corpus perrepat Mercurius, & tandem salivando viros exferit effectus.

In Obstructionibus contumacissimis Alvi, & consequenter in Morbo Iliaco, sacra anchora est: si scilicet successivè assumatur, in *substantiâ* usque ad ℥j. vel ℥ij. imò ad ℥iij. vel in *Globulis cereis* in formâ *Pilularum*, qui modus est **RIVERII** in *Obs. comm.* 1. quia mobilitate suâ sine ullo periculo transit per Intestina, & per Alvum fecernitur. Notabilis est Historia, quam de simili Curâ per literas transmisit **Doct. MICHAELIS DOB.** **ERBENIUS**, *Archiater Regis Poloniae*, qui refert de quodam contumacissimâ Alvi obstructione laborante, cui, aliis Medicamentis irritis omnibus, propinavit ℥iij. *Argentii vivi*, & his nihil operantibus, illum imposuit *Currui*, & veloci motu agitavit; cumque reversus domum de nocte somnum habuerit quietum, mane Lectum stercore maculatum, & *Argento vivo* inargentatum reperit. Certum sanè **MERCURIUS** est Remedium in tali casu, de quo jam **HELMONTIUS** facit mentionem *Tr. de Flatibus*. In Morbo Iliaco, si Mercurius non juvat, res est desperata. Lumbricorum præterea juratus est hostis; *Mercurius* enim *dulcis* ad aliquot grana datus quoscunque Lumbricos expellit & exturbat. Hoc etiam fit per *Aquam Hermeticam* contra Lumbricos **AUGENII & HELMONTII** *Tract. In Verbis, Herbis & Lapidibus magna Virtus*. Nempè

℥. *Mercurii probè purif.* ℥jv.
cui super affundatur

Aqua Hyperici, vel *Ulmæ*. vel *Flor. Persic.* vel *Portulac.* vel *Aqua simpl.* vel *Graminis* ad ℥. iij.

Ebulliat leniter in eâ *Mercurius*, aut agitur in loco calido sine coctione; dehinc, ubi subsederit *Mercurius*, decantetur, & ad ℥j. vel ij. pro dosi detur, sicque omnes Lumbricos certissimè expellit.

In formâ siccâ *Mercurium* cum *Succo* quodam certo pulverisare & exhibere jubet **AUTOR**, ipso induit *Saccharum*, cum lapus duplo vel triplo facilè in *Pulverem griseum* in Mortario lapideo vel ligneo redigitur: cujus *Dosis* est à ℥j. ad ʒʒ. vel ʒj.

Assumatur autem in *Cochleari ligneo*: nam si assumitur in Cochlearibus metallicis, in specie in Cochlearibus aureis vel argenteis, nihil ferè *Mercurii* in Corpus venit, quoniam adhæret Metallo: quod observandum quoque est de aliis Medicamentis Mercurialibus; cum omnibus enim Metallis se miscet *Mercurius*, eademque etiam corrodit.

Uterius dicit **AUTOR**, quòd difficilem promoveat Partum; quod & à **MATTHIOLLO** lib. 4. *Epist. Med.* & in *Comment. lib. 5. Dioscorid. cap. 70.* ʒʒ. pondere observatum fuit. Conf. **HOFFMANNUS** *Clav. lib. 3. cap. 15. §. 10. pag. 260.* Porrò Scabiem etiam serinam optimè curat interno & externo usu, ubi aliàs omnia irrita. Hinc nempè famosum est *Cingulum Sapientie* seu *Mercuriale Rulandi*, quod est *Pannus lineus* cum *Unguento* ejusmodi illitus; de quo vid. **BARTHOLINUS** in *Cent. 3. Hist. Anat.* 79. quod *Lumbis* applicatum proficuum est Remedium, & Pediculos

moniam (præcipuè in Gonorrhœâ,) lenientia, ut patebit in Formis Medicamentorum inde paratis.

Ufus Mercurii crudi internus & externus est. *Intrinsicè* tamen rariùs adhibetur, *extrinsicè* sæpiùs. Modus applicandi intrinsicè in *Pilulis*, e. g. *Barbarossæ*. Quinimò cum certo quodam *Succo* pulverisari ac exhiberi potest.

N. Si *Mercurium* (sive crudum, sive præparatum,) exhibere intrinsicè volueris, convenientius in *Pilulis* exhibetur, quàm in aliâ aliquâ Medicamenti formâ, ne *Dentes* scil. quibus noxius est, tangat.

Ufus

celerrimè fugat. Sed sub genuino ejus usu observetur

1. Ut præmissa sint convenientia *Universalia*.
2. Benè sit *depurata Massa sanguinea*.
3. Cum applicatione *Cinguli*, aliorumque similium *Mercurialium*, interna blandè *Diaboretica antimonialia*, aliaque adhibeantur.
4. *Æger* in loco calido aut tepido versetur; &
5. Blandè interdum *Corpus moveatur*; sic dabitur facilis operatio *Cinguli Mercurialis*.

Loco hujus *Cinguli* in usu sunt *Unguenta Mercurialia*, quæ uti & *Cingulum Mercuriale* jam Veteribus in Curâ Scabiei fuerunt usitata, uti hoc demonstrat **AMELUNGIUS** loco citato c. 6.

An *Lepram*, *Elephantiasin*, & similes *Affectus* curet *Mercurius* per *Salivationem*? tentatum fuit aliquoties: sed parvo, quantum novi, cum successu: conf. **WILLISIUS** *Pharm. Rational. Volum. 2. ubi de Leprâ*. Aliàs etiam ad *Tineam Capitis* pertinaciorem *Mercurialia Unguenta* usurpantur: sed non caret periculo propter varia nervosi generis *Symptomata*, quæ inde facilè superveniunt. *Ulcerâ* maligna phagædenica, putrida & similia, aliis irritis, mirabiliter curat *Mercurius* in *Unguentum* redactus; *Gallica præsertim*, aliaque contumaciore; quæ sine *Mercurio*, vel *dulci*, vel *præcipitato*, curare difficillimum erit. Tumores tandem duros, *Nodos Gallicos*, uti etiam scirrholos in partibus carnis, & strumolos in partibus glandulosis, ex viscidâ *Materia* ab *Acido* coagulante, mirificè emollit *Mercurius vivus cum Linimentis* applicatus; unde & *Emplastrum de Ranis Vigonis cum Mercurio* (interdum cum duplo *Mercurio*) adeò crebri usûs est: quos etiam *Lamina plumbea Mercurio vivo illita*, vel *Mercurius à Plumbo coagulatus* in *Laminam* redactus, applicatione sui discutit & resolvit, doloresque junctos, corrigendo dolorosum *Acidum* mitigat; quæ etiam in *Gangliis* & *Nodis*, similibusque tutissimè admovetur, & ita citò, tutò, & jucundè illa curantur. *Pediculos* quoscunque, sive sint majores, *Inguinales*, sive alii, modò in *Marsupio* gestatus, vel cum *Unguentis*, imprimis *Unguento de Nicotiana*, subactus, & locis, uti tales sunt hospites, inunctus, subitò necat. *Cosmeticus* denique existit, præsertim *Mercurius dulcis*, aut alio modo præparatus, quocunque modo applicatus *Varos*, *Lentigines*, & alias *Faciei Maculas*, *Pustulas*, ac *Rubores*, aliis irritis tollit, *Serpigines* etiam aliaque cutanea vitia, mirabiliter tollit. Nempè penetrando, & *Acidum* peccans sub Cute latens corrigit, & simul *Humorem* peccantem excrementitium resolvit & colliquat, sicque in aliud *Concretum* mutat. Modus parandi hic est:

℥. *Mercur. vivi* q. l.

Subigatur cum *Succo Limonum*, & cum *Pinguedine* quadam redigatur in formam *Linimenti*.

Sed observetur in usu *Mercurii cosmetici*, ne sit nimius. Nam *Cosmetica Mercurialia* duo habent incommoda:

1. *Inimicissima sunt Gingivis, Tonsillis, Dentibus & partibus circa Palatum* existentibus. Unde, utut aliquandiu elegantem *Cutis* & *Faciei* colorem *Mercurius* reddat, tamen successivè *Ulcerâ* *Oris* & *Fætores*, imò *Cariem*, *Nigredinem*, hinc casum *Dentium* & *Capillorum* facit; hincque est, quòd istæ *Mulieres*, quæ in juventute usæ sunt *Fucis Mercurialibus*, in Senectute sint edentulæ, aut habeant *Halitum* foetidum propter *putredinem* inductam *Gingivis* & earum *Dentibus*.
2. Etiam *Cutim* tandem scabram, rugosam, & citiùs, quàm *Ætatis* fert ratio, senilem reddunt; unde *Juenculæ* per aliquod tempus usæ *Fucis Mercurialibus*, fiunt ante Senectutem vetulæ.

Cæterùm *Mercurius* etiam *Amuleti* instar, vel in *Avellanâ*, vel in *Pennâ* inclusus, ad Lac generandum (vid. **SENERTIUS** de *Febrib. lib. 4. cap. 5.*) contra Pestem, Fascinationes & Ligaturas, de collo gestari solet; uti dedi talem *Formulam superiùs*, ubi de *Antirrhino*; quod utut suspectum videatur **GUIBERTO** in *Medico officios. Tractatulo de Peste*, & **DIEMERBROCCIO** de *Peste*; nihilominùs tali usu exter-

Usus externus est in Unguentis (in quibus penitus disparret), in Emplastris, quæ in Scabie (complicaturis saltem Articulorum) adhibentur. Sed cave ne nimium adhibeas; etenim cum Salivatione Oris putredinem inducit, loco quocunque applicatus, id quod de Præcipitato similiter observatum est.

(Coquunt quidam Mercurium vivum & Aquam Hermeticam vocant, Scabiei convenientem.)

Præparaciones Mercurii sunt

1. Purgatio. 2. Calcinatio & Præcipitatio. 3. Sublimatio. 4. Destillatio. 5. Extractio. 6. Liguatio. 7. Salficatio.

I. PURGATIO.

Purgatur Mercurius. 1. Expressione per Corium, quæ Fæcibus crassis in Corio remanentibus Mercurius tranlit. N. Et Metalla si bene admixta sint, simul transeunt.

2. Lotione.

Lavetur autem vel per Acetum simpliciter, aut cum Sal. comm. mixtum, vel per Lixivium Calcis vivæ, & Cinerum clavellatorum, vel etiam per Lixivium Saponariorum, sæpius nimirum cum his agitando, & vicissim à sordibus eluendo.

Quinimò purgatur quoque Agitatione forti cum Spiritu Vini in Vitro obturato, separatur enim nigredo ad latera.

3. Destillatione.

Nimirum destillatur in Arenâ per Retortam Igne sat forti, idque per se, id est sine additione, vel addito Sale Tartari, Calce vivâ, & similibus. Optimè verò purgatur amalgamando

externo est valde proficius.

Sed bene fit præparatus Mercurius pro quocunque usu, imprimis externo, aliàs inducit varias noxas, casum Dentium & Capillorum, Tremorem, Paralyfin, Contracturas, & similes alias graves & periculosas noxas, ex perverso Mercurii vitiosi usu posse oriri certum est; de quibus vid. HOFFMANNUS de Medic. Chym. pag. 36. AMMELUNGIIUS de Chym. cap. 6. pag. 226. FERNELIUS lib. 2. de Curat. Morbi Gallici cap. 1. & UNZERUS in ejusd. Tr. de Mercurio. In Scorbuto speciatim usus Mercurialium cautissimus esse debet. Cum enim per se Mercurius sit infestus Gingivis, & etiam in Scorbuto Dentes sint corrosi; propterea facile cum Mercurio Malum exasperaretur. Unde in nostris Regionibus Septentrionalibus non solum inusitatum, sed etiam periculosum est, curare Luem Veneream per Mercurium, propter metum Scorbuti. Et quidem tam promptus est Mercurius ad Salivationem, ut illis, qui habent Gangrænam in Pede, applicatus facile excitet Ptyalismum, ut in minimâ dosi. & remotissimo loco fuerit applicatus: id quod observetur in curandis Ulceribus scorbuticis, ne applicetur cum noxâ.

I. Ad usum autem Medicum PURGETUR MERCURIUS, & quidem eum in finem, ut Fæces, aut potiùs adhærentia Concreta Saturnina, Bismuthina, Arsenicalia, &c. separentur; talia enim aliàs Præparaciones Mercuriales usui Medico minùs aptas reddunt. Communiter purgatur Expressione per Corium, deinde lavatur cum Aceto, Sale, &c. vid. AUTOR. Cæterùm optimus purgandi modus est Destillatio, si scilicet Mercurius vel crudus, vel, quod melius est, ex Sublimato aut Cinnabari revivificatus, cum Salibus, Sale communi, Sale Tartari, Calce vivâ, & similibus aliis, bis vel ter destilletur per Retortam, sic enim evadit purissimus. Quidam idem non ineptè præstant cum Spiritu Vini uti habet AUTOR. Quidam miscent cum Terrâ sigillatâ, & destillant per Retortam non incommodè. Nec contemnenda est Purificatio Mercurii, si fiat Amalgama ex eodem cum Metallis, & postmodùm hoc Amalgama per Retortam destillatur; revivificatur enim sic Mercurius, qui potest tutò adhiberi internè.

Quod attinet Mercurii Præparaciones, & ex eo elicita Medicamenta, observetur, quòd rectè dicat HELMONTIUS: quòd Mercurius nunquam ullâ ratione sit divisibilis, adeò ut sit impossibile, per Artem & Naturam exinde Sal aut Sulphur extrahere. Unde rectè HELMONTIUS omnia Liquida ex Mercurio per se præparata, ut Oleum, Spiritus, Essentias, &c. Mercurii, vocat Non-Entia, & Imposturas Pseudochymicorum. Nam licet Mercurius propter adjuncta Salia vel alia simplicia, suscipiat larvas varii generis; nihilominùs tamen non sunt, nisi Oculorum imposturæ: quippe semper ex iis-

cum Metallis perfectis, ac postmodùm per Retortam à Corpore admixto separando.

N. 1. Sequestrari quoque potest Mercurius purissimus per Reduccionem ex Mercurio sublimato.

N. 2. Purgationes quò sæpiùs iteraveris, eò puriorem Mercurium colliges.

N. 3. Optima Purgatio fit à Metallis perfectis aliquoties copobando.

II. CALCINATIO & PRÆCIPITATIO.

Calcinatio Mercurii communiter Præcipitatio dici solet, voce tamen minùs accuratâ & minùs strictâ, quippe quæ solam secessionem ad fundum sonat: nihilominùs tamen hanc sequar, Calcinationemque Præcipitationis voce exprimam, adeoque Mercurius Calcinatus nomine Præcipitati veniet, qui vel sine Metallis, vel cum Metallis. Est itaque

Sine Metallis.

1. Præcipitatio Mercurii per se.

1. Merc. puriss. ʒij. vel q. v. injice in Phialam (peculiariter in hunc usum factam, infernè scilicet latam, supernè compressam, intus rostro angustissimi orificii in ventrem usque producto) ut tantummodò fundus operiatur: Phialæ exactè ad æquilibrium in Arenam collocatæ (ut Mercurius æquali crassitie ubique fundum tegat,) subdatur Ignis primò lentus, post fortior, donec Mercurius in Pulverem rubicundissimum instar Cinnabaris conversus sit; hunc ablue Aquis Cordialibus, vel Spiritu Vini.

N. Labor est multorum dierum (30.)

Vires.

dem Mercurius denuò vivus potest resuscitari, uti rectè loquitur HELMONTIUS.

Quod igitur reliqua Præparata ex Mercurio attinet, eadem omnia sunt saltem Magisteria, hoc est cum Salibus variæ Concretiones. Magisteria autem hæc sunt vel in formâ fluidâ, vel in formâ ficcâ: illa, nempe fluida, ab his siccis demum originem habent.

Præparata sicca sunt vel Præcipitata, vel Sublimata.

Præcipitata fiunt vel

1. Per se vi Ignis; vel

2. Per Spiritus salinos abstrahendo.

3. Propriè dicta Præcipitata cum Oleo Tartari, vel alio Alkali fixo in Aquâ soluta, præcipitando Solutiones Mercurii per Acida factas.

Et hæc Præcipitata rursus sunt, vel Simplicia, vel cum aliis Metallis Composita. Hæc de Præcipitatis.

Sublimata sunt vel cum Sulphure, vel cum Salibus: Illa dant Cinnabarin; hæc verò pro variis accidentibus varias denominationes obtinent.

Hæc est quasi Sctiographia omnium Præparatorum Mercurialium.

II. CALCINATIO & PRÆCIPITATIO. Quoad Mercurii simplices Præparaciones, eminet Præcipitatio, quæ quidem, uti rectè monet AUTOR noster, non est vera Præcipitatio, sed Mercurii per digestionem in Pulverem rubicundum mutatio. Observetur nihilominùs, quòd Mercurius in Pulverem redactus, vocetur Præcipitatus, sive cum sive sine Menstruo: item vocatur Turbit Minerale, ad differentiam Turbit Vegetabilis, quoniam sicut Turbit Vegetabile est Purgans vehemens, ita & Præcipitatus Mercurius.

1. Inter Mercurii Præcipitationes eminet hæc Mercurius per se præcipitatus sine ullo addito, sed solo Igne per Digestionem lentam in Pulverem rubicundum mutatus, in Vase specialiter ad id elaborato. Hoc autem in Mercurio Corporum non fit, sed saltem in Mercurio Vulgi. Phialæ ad hunc laborem necessariæ conformatio variat: nunc enim fit in Cucurbitâ fundi plani, qualem describit ZWELFFERUS Mant. spagy. P. 1. cap. 7. pag. 353. nunc in duplici Vase, quasi duobus Urinalibus ad Clepsidræ formam sibi applicatis, qualem describit WILLISIUS in Pharm. Rat. P. 1. Sect. 2. cap. 2. pag. 42. Sed non opus erit curiosis Instrumentis, modò observetur encheiresis à nonneme observata; nempe ut Ignis Suppressiois adhibeatur, id est ut Carbores supra Vas, in quo Mercurius continetur, Arenâ contactum ponantur; hoc modo nempe & citiùs & tutiùs figitur seu in Pulverem cinnabarinum præcipitatur. Dubium enim est: quomodò Corpus album fluidum volatile Mercurii vivi per se sine addito, solius Caloris beneficio, in Pulverem nonnihil fixum rubrum convertatur. Sunt qui existimant, simplicem Texturæ in Mercurio mutationem esse causam, ut HOFFMAN-

Vires. Sudores valdè movet, Lucem Veneream sexies vel septies exhibitus eradicat, Febres omnes tollit, Lumbricos eliminat.

Dosis à g. iv. ad vj.

N. 1. Ut plurimum Vomitus quoque movet sat violentum.

2. Præstantior erit *Præcipitatus*, si fiat cum octavâ p. Solis, vel Luna.

Sennertus Instit. Hartmannus in Croll. Tentzelius, Beguinus.

3. Potest quoque præcipitari eadem ratione & *Amalgama Solis & Lunæ*, de quibus *Crollius. Præcipitavi aliquando*, inquit, *Amalgamata Solis & Lunæ seorsim per duos annos, & quamvis Pulverem rubicundum nascisceret, tamen nondum erat debite fixus, nec ad usum Medicum commodè exhiberi poterat, sine ulteriori præparatione.* Hæc *Crollius.*

Verum meherclè, quia *Præcipitatus per se* exhibetur, quid vetet, quò minus *Præcipitatus hic Solaris, Lunarise* exhiberi possit, non video.

2. Mercurii Præcipitatio per Silices.

19. Merc. puri ℥ij. aut ad summum ij.

Silicum magnitud. Fabur. ℥. ij.

Detine in Igne Arenæ (aliquoties circumvolvendo, ac Mercurium lateribus adhærentem detrudendo, donec Mer-

curius planè fuerit præcipitatus & Silicibus adhærescat. Hinc *Mercurium à Silicibus* concussione separa ac serva.

Viribus ac Dosis convenit cum præcedenti.

Hartmannus in Croll. Keslerus lib. 1. Centur. 50.

3. Mercurius Fixatus, Panacea.

19. Mercurii viv. purg. ℥ij. *Sulph. citrin.* ℥ij. *Salis Ammoniac.* ℥ij. Misce exactè, donec nihil Mercurii appareat. Postea sublima; *Sublimatum* semper de novo cum *Fæcibus tritum sublima iterum, tandem auge Ignem, ut candescat.* Id quod in fundo remanet fixum, Medicina est secretissima.

Vires. Omnes Humores noxios exsiccat, perque Diaphoresin expellit.

Dosis ℥ss. ℥ij. ℥ss.

4. Mercurius Præcipitatus per Oleum Sulphuris.

19. Mercurii purgat. ℥. i. ℥. affunde *Olei Sulph. per camp.* ℥. i. digere per dies (2.) in Arenâ, ac destilla postea per Retortam vitream, cum cohobis tribus. Quartâ vice, si libet, aliquid recentis *Olei Sulph.* affunde, Ignemque in fine auge, ut Retorta incandescat: sic *Magma* habes albam, quam postquam *Aquâ calidâ* abluta fuerit, tere, inque Phialâ saltem Gossypio obturatâ, Igne Arenæ vehementissimo per dies ac noctes (octo) committe, ut si quid *vivi* supersit *Mercurii*, subli-

MANNUS *Clave pag. 265.* alii Calorem externum, ut **SYLVIUS** *de Hydr. §. 272.* Optima in hoc puncto est **TACHENII** sententia, proprium Mercurii Sulphur externum hoc modo præcipitare Mercurium: vid. **TACHENII Hippocrat. Chym. cap. 25.** ubi de Mercurio. Nempe sicuti à Sulphure, Mercurio addito, rubificatur Mercurius in Cinnabarin; ita parili ex ratione Sulphur Mercurii externum, Igne mediante actuat, & quasi extraversum, & tingit, & etiam ita nonnihil figit Mercurium. Una ex optimis Præparationibus Mercurialibus hæc est. Nam ritè paratus bonum est Remedium diaphoreticum, resolvens, mundificans, plurium chronicorum Morborum, ex impuritate Contentorum acidâ plùs minùs fixâ natorum, Remedium: uti sunt Lues Venerea, Scabies, Podagra, Febres diurnæ, aliaque similia: nempe consideratè adhibitus. Aliàs, si non ritè fit fixatus, aut inconsideratùs exhibeatur, etiam Vomitus & Seccessus movet; imò continuato usu ad Salivationem tandem disponit. Minùs enim Præcipitatio hæc sufficiens est pro Mercurio ita figendo, ut vel per diaphoresin saltem operetur, vel ad pristinam volatilitatem & fluiditatem reduci nequeat; ubi tamen nimis rigorosus est **HELMONTIUS**, quando dicit: *Vix boni viri Remedium esse Mercurium, quamdiu adhuc resuscitari potest.*

Nobilis hic *Mercurius præcipitatus per se* magis nobilitatur, si *Amalgama cum Solis per Antimonium depurati*, vel *Lunæ ℥ss. & Mercurii vivi depurati ℥iv.* hoc modo præparetur, & in *Pulverem purpureum, Aurum Vita* aliàs dictum, redigatur: in quo ipso imprimis consulatur **ZWELFFERUS Mant. spagy. pag. 321. & 353.** non secus atque **POTERIUS**, qui nobilissimum *Aurum diaphoreticum ex Mercurio Antimonii cum Auro amalgamato*, & ita per se præcipitato recipit, ut *prope finem ejusdem Pharm. spagy.* videre est. Quò etiam facit *Panacea ista de la Vigne*, quam videbitis in **HOFFMANNI Clave pag. 266.** qua ratione etiam Mercurius cum aliis Metallis amalgamari, & sine Menstruo acido corrosivo per se præcipitari potest.

Sed utut pro *Usu Medico* nobile sic evadet Remedium, ut non solum aliis Præparationibus apprime inserviat, sed & pro sublimioribus Laboribus spagyricis recipi queat; interim tamen non nimis excedamus in ejusdem laudibus, ejusque *Usus Alchymisticum* non nimis extendamus, in quo ipso peccasse videtur **ZWELFFERUS citato loco pag. 354.** Nam Mercurius Corpus Auri, ut in illud quodam quasi amplexu feratur, adeò exactè non dissolvit: ab iteratâ ex *Regulo Antimonii & Lunæ scobe* Præcipitatione, an Mercurius novas *Vires* acquirat? dubium est; nisi forsan ex *Regulo Sulphur externè* adhærens Mercurio accedat. Adeòque ambigitur: an sine interventu Medii alterius seu Clavis, solâ Digestione, sublimando aut præcipitando Aurum cum Mercurio, adeò amicablem ac intimâ unione commisceri possint? quod quamdiu non fit, voto Transmutationis excidimus. Tentandum etiam est: annon digestum & præcipitatum hujusmodi *Amalgama* in pristinum Auri Corpus denuò reduci possit, avolante Mercurio? & sic *Præcipitata* illa cum *Auro, Lunâ, Mercurio*, & putatitia omnis generis *Azobis*, se habere videntur. *Vires* tamen *Medicæ Præcipitato* sim-

plici adscriptæ, eidem ac sanè nobiliori hujusmodi composito adscribendæ erunt.

2. *Mercurii præcipitati per Silices* in **AUTORE Processus No. 2.** est legitimus. Modum habet **HARTMANNUS in Croll. p. 41. & KESLERUS C. 1. Process. 50.** Coincidit hæc Præparatio cum priori, saltem quòd moles Silicium adjectorum impediunt motum & Præcipitationem Mercurii, unde quasi vi coërcitus Mercurius faciliùs præcipitatur. Putant quidam, quòd per Ignem Arenæ successive Sulphur Silicum exaltetur, ratione cujus Sulphuris Silicum, Sulphur Mercurii externum excitetur: unde *Silices* recipiuntur *Solares*, de Sulphure Solis participantem, quales interdumveniuntur & se produunt colore flavescente & rubescente, ut Mercurius cum iis ratione Principii Solaris promptissimè se jungat. Verùm an Silices ratione sui Sulphuris aliquid conferant? haud videtur vero simile.

3. De *Mercurio Fixato* seu *Panacea* **N. 3.** genuinum est **LUDOVICI** *judicium Pharm. pag. 117.* esse nempe *Cinnabarinæ naturæ*, quatenus ex *vivo Mercurio & Sulphure communi* reverà *Concretum salinum* emergat; unde effectus ejus præ Cinnabari nativâ vel antimoniali haud dabit singulariores.

4. 5. 6. 9. Sequuntur *Præcipitationes Mercurii in viâ humidâ*, nempe **No. 4. & 5. 6. & 9.** per *Spiritus acidus*, ut *Oleum Sulphuris, Spiritum Vitrioli, Spiritum Nitri* &c. affundendo aliquoties & abstrahendo, & sic in fundo Mercurius remanet sub formâ *Pulveris*, varii coloris pro ratione Spirituum. Succedit in omnibus negotium, utut diversimodè: omnium optimè per *Spiritus Nitri*, qui & solvit Mercurium, & exinde abstractus Præcipitatum intensè rubrum relinquit: Spiritus Sulphuris verò, Spiritus & Oleum Vitrioli, non solvunt Mercurium, utut eundem faciliè in Pulveris formam alterent, qui abstractis Spiritibus saltem flavus aut citrinus remanet; qui *Pulveres* cum *Spiritu Vini* digeruntur &c., uti habet **AUTOR & CROLLIUS in suâ Basil. Chym. cum Notis** imprimis **HARTMANNI.**

In his *Præcipitationibus* duo considerentur:

1. *Color ruber*, qui nonnisi à *Spiritu Nitri* conciliatur: nam Spiritus Sulphuris & Vitrioli, vel Mercurium præcipitatum flavum aut citrinum saltem, relinquit. Color hic oritur ab ipso Mercurii Sulphure externo sicut *suprà de Mercurio per se præcipitato* monitum fuit. Quia enim Spiritus & ipse sulphureus agit in hoc ipsum Sulphur, hoc ipsum extraversum colore tali Mercurium tingit. Spiritus Sulphuris verò & Vitrioli propter symbolum, quod habent, agunt quidem nonnihil in Sulphur Mercurii, sed debiliter, unde tantum flavescit.

2. De *Spiritibus acidis* post debitam edulcorationem cum *Aquâ*, & deflagrationem cum *Spiritu Vini*, nihil ferè aut minimum saltem cum Mercurio præcipitato remanet; quod testatur, quia Mercurius ita præcipitatus non crefcit pondere; unde nec vim corrosivam Mercurio addunt, sed quicquid mutationis Mercurio accedit, saltem ratione proprii Sulphuris acidi, in quod ista *Acida Mineralium sulphurea* agunt, evenit. Conf. **TACHENII Hippocrates c. 25.** Nam ut in medio relinquam, quod

sublimetur. Hunc denique *Mercurium fixum* trinâ desuper *Spiritus Vini* incensione ulteriori correctam serva.

N. Eodem modo poterit quoque *Mercurius præcipitari* cum *Spiritu Vitrioli*.

Vires. Purgat omnes vitiosos Humores, resolvit Catarrhos, contra Infirmittates ex Humorum putredine remedium est, quo in Morbis deploratis vix experiri licet præsentius. Hinc atile est in Hydrope, Podagrâ, Lue Venereâ, Venenis, Peste, Febribus, Ulceribus malignis, Scabie.

Dosis à gr. 3. ad 6.

Crollius, Sennertus in Institut. Beguinus, Untærns de Mercurio.

5. *Mercurius Præcipitatus per Oleum Vitrioli rubicundum.*

M. *Mercurii purific.* q. v. digere cum *Oleo Vitrioli rubicundo*, donec sub formâ liquidâ penitus *Mercurius* lateat: abstrahe,

Oleum per Retortam in Arenâ, & restabit *Præcipitatus* in fundo.

N. Ex hoc fit *Vitrum Mercurii*, quod vide infra.

Disput. Chy nico-Med. Hartmanni 7. tb. 127. Biffilius.

6. *Mercurius Præcipitatus per Spiritum Salis Nitri Mercurius Corallatus.*

M. *Mercur. parific. Spirit. Sal. Nitri optimè rectific.* ana *℥iv.* digere, ut solvatur penitus *Mercurius*. Hinc abstrahe *Spiritum Salis Nitri* (in Arenâ per Phialam longi colli). *Mercurio* relicto trito affunde denuo tantundem novi *Spirit. Sal. Nitri.* ac abstrahe, idque vel tertiâ vice: videbis in fundo *Mercurium Corallatum* elegantem, quem Igne l. paululum igniando calcina.

Dulcis est, & sine corrosivâ facultate.

Usus idem est, qui *Corallini*, & quidem felicior. *Crollius, Hartmannus in Croll.*

7. Mer-

quod HELMONTIUS hinc inde asserit, *Mercurium Sulphure externo spoliatum, esse immutabilem*; aut quod TACHENIUS affirmat, *Mercurium Corporum nec præcipitari per se, nec per Spiritus acidus posse*, quia caret illo Sulphure externo adhærente: saltem pro hoc negotio notabile est, *Mercurium* cum *Spiritu Nitri* præcipitatum rubescere, non secus ac si Sublimatus communis cum *Oleo Tartari* per deliquium præcipitatur, qui etiam rubeus cadit, prout nempe *Alcali fixum* agit, in Sulphur *Mercurii* externum, hoc afficit, extravertit, & ita Colorem rubrum infert. *Alcalia* econtrâ *volatilia Mercurium* talem album præcipitant, quatenus hæc debilius agunt in Sulphura mineralia, quàm *Alcalia fixa*. Conf. hic TACHENII *Hippocrates cap. 7.*

Præcipitatorum Usus.

Præcipitata hæc magis inserviunt usu interno, minùs tamen tuta sunt, licet etiam *Spiritus Vini* desuper deslagratus sit; cum impetu enim Vomitus & Seceffus movent, prout magis *volatilia* vel *fixa*. Quod enim sunt *volatilia*, eò magis Vomitus cient, quò magis erunt *fixata*, eò promptius per inferiora purgant: imò si grana iij. tantum usurpentur, horrida Symptomata causantur. Nam per *Spiritus acidus*, v. g. *Nitri*, *Vitrioli*, &c. extravertitur Sulphur *Mercurii* & exaltatur: unde gr. xv. *Mercurii præcipitati per Oleum Sulphuris* (ad gr. ij. vel iij. pro una vice) potentiorum *Salivationem* excitant, quàm *℥j. Mercurii crudi* externè adhibiti.

Turpetum Minerale cum *Oleo* seu *Spiritu Sulphuris per campanam* paratum in specie quod attinet, in se quidem satis tutum, & in Affectibus chronicis conveniens Remedium est.

Dosis gr. v. vel vj. in formâ *Pilularum* vel *Boli*; aliàs impressionem vitriolicam in Faucibus relinquit, *Ægris* molestam; hinc cum *Theriacâ*, *Extr. Hellebori nigri*, vel *Succo Liquiritiæ* mistum, commodè propinatur. Ordinariè verò cum *nauseâ* per inferiora tantum purgat, utut in delicatis & tenerioribus præsertim, Vomitus interdum moveat, quin & repetito usu in dosi minori *Salivationem* cieat: hincque nonnisi in Morbis chronicis evacuandi aut alterandi causâ adhibitum locum habet; & quidem pro scopo *salivatorio*, primo die gr. ij. vel iij. post ad jv. sicque quotidie continuando, donec doses quinque assumptæ, & *Salivationis* futuræ indicia superveniant.

5. *Mercurius Præcipitatus cum Oleo Vitrioli AUTORIS* No. 5. revocat in mentem Asserta HELMONTII *Tr. Ignota actio Regim. §. 11. & sextupl. Dig. §. 29.* quòd *Oleum Vitrioli* solo tactu *Mercurii* transeat in *Alumen*. Res anno fere ab hinc, comprobata, aut Exemplo illustrata, ita se habet:

℥. *Mercurii* ℥j.

Olei Vitrioli ℥iv.

Digerantur mutud, & post Solutionem plus minùs factam, ac Phlegmatis evaporationem, & subsequentem Destillationem, remanet *Mercurius albus præcipitatus*; qui edulcoratus probè suggerit *Pulverem citrinum*, mediante Destillatione à *Cineribus clavellatis* in idem *Mercurii* currentis pondus revivificabilem: *Aqua* verò ista *edulcorationis* Sale vitriolico imprægnata, ebulliendo evaporata, reddit genuinum *Alumen*. Res curiosa.

6. *Mercurius præcipitatus per Spiritum Nitri* No. 6. seu *Mercurius corallatus*, optimè describitur ab HARTMANNO in *Croll. pag. 63.* fit hoc modo:

Mercurii vivi probè depur. qu. v.

Abstrahatur ab eo *Spiritus Nitri* ritè rectificatus tribus vicibus; sic evadit *Pulvis* egregiè rubeus ferè instar *Cinnabaris*.

Tom. IV.

Sed notandum est, *Mercurium hunc præcipitatum* post ternam *Spiritus Nitri* abstractionem & subsequentem sub Tegulâ aut in Crucibulo levem Calcinationem, donec non amplius fumet, & *Spiritus Nitri* concentratus maximam partem avolet, ulterius cum *Spiritu Vini* ter esse deslagrandum, ut omnis Acor corrosivus tollatur: sic enim tutius, & etiam auctâ nonnihil dosi, cautè tamen, internè usurpari potest. Vocatur à quibusdam, imprimis HARTMANNO & CROLLIO, etiam *Arcanum Corallinum*, quia post *Præcipitationem* remanet *Pulvis rubicundissimus* instar *Coralliorum*.

Sed duplex hic Error deprehenditur:

1. Quia ob solum Colorem ita vocarunt, & cum PARACELSI *Arcano Corallino*, quod etiam à *Colore sanguineo Mercurium hæmatinum*, item *Aquilam hæmatinam*; ab usu verò in Archidox. *Mercurium Vita* vocavit, non convenit, quod vult purgare & uno impetu curare Febres intermittentes & Podagram, ratione cujus etiam ab HELMONTIO *Purgatio Diacetyteson Paracelsi* vocatur. Conf. de hoc *Mercurio Vita Paracelsi* CNOEFFELIUS *Tr. Metb. Med. Febres epidem. pag. 75. & 85.*

2. Quòd hic *Mercurius hæmatinus Paracelsi*, seu *Arcanum Corallinum*, fuerit nihil aliud, quàm *Mercurius vivus per Menstruum universale fixatus in Pulverem rubeum*, blandè diaphoreticum & solutivum, & per *Aquam Ovorum* edulcoratus; quo Vulnere & Ulcera Vesicæ, Faucium & Oesophagi curentur, uti HELMONTIUS hoc ostendit *Tr. de Febr. c. 14. §. 10.* item *Tr. Arcan. Paracelsi*. Hinc ortus est Error ille in Præparatione *Mercurii*, dum quidam cum *Spiritu Nitri* in Rubedinem præcipitatum, putarunt esse eandem Rubedinem cum PARACELSI. Cùm econtrâ *Arcanum Corallinum Paracelsi Terra* fuerit *Balsamica dulcissima*; *Autoris* verò *Arcanum, corrosivum*, quoniam corrosivitas *Menstrui* nunquam elui potest ex *Præcipitatis*.

Inservit tamen usui interno pro leni Purgante, sed cautè: interdum enim etiam per superiora purgat. *Dosis* gr. iv. vel v. Sed *Mercurialia* hæc nonnisi in Malis contumacioribus conveniunt, & saltem in iis, ubi Acidum tale peccat, quod vix, præterquam à *Mercurio*, corrigibile existit. In Morbis enim difficillimis, v. gr. *Quartanâ* inveteratâ, *Lue Venereâ* confirmatâ, *Podagrâ* &c., *Mercurialia* prærogativam singularem præ aliis habent, adeò ut aliis irritis (modò *Viscera Ægri* utcumque adhuc robusta sint) intentioni Medici satisfaciant. Sic *Aurum Vita Cnosilii Antipodagricum* fuit, & nihil aliud, quàm *Mercurius* per certum *Oleum Vitrioli*, laboriosè licet, fixatus. *Oleum* enim *Vitrioli* probè rectificatum jus habet præ *Acidis* aliis singulare in *Mercurium*: & utut eum perfectè figere non possit, vim tamen singularem præ aliis *Mineralium Acidis* in illum exerit, volatilitatem ejus multum coërcet, si post factam solutionem & abstractionem tandem fortissimo, quantum fieri potest, Igne, quicquid de *Oleo Vitrioli* superfit, exhalet. *Mercurius* hic fixatus assumptus nunquam salivatorius est, nisi per accidens, in *Lue Venereâ* egregius. In *Lue Venereâ* confirmatâ sine *Mercurio* sanè nihil perficere possumus: imò Affectus etiam longè remotos in extremis Artuum *Mercurialia* corrigunt, radicem ex primis viis evellendo, & Fermentum peregrinum simpliciter corrigendo. In *Ulceribus* manantibus Crurum, aliis irritis, *Pilulæ* factæ ex *Cinnabari*, *Arcano corallino*, & *Theriacâ*, usu repetito aliquoties assumptæ, per inferiora purgant; & sine Remedio alio singulari sponte ita exsiccare faciunt *Ulcera*, quod Remedia alia vix aut non, nisi post tempus diuturnum, præstare possent, idque non semper. Unde in

F f f f

gra.

7. Mercurius Præcipitatus per Aquam Oorum.

℞. *Mercur. purific.* q. v. affunde *Aquam destillatam ex Ovis ad duritiem costis*, & præcipitabitur in *Pulverem*. Huic *Pulveri* affunde sæpius *Aquam eandem, destillatam* scilicet à *Putaminibus Oorum calcinatis*, cohobaque Igne Cinerum, donec Mercurius sit conversus in *Pulverem rubrum & dulcem*.

N. *Paracelsus* vocat *Balsamum*.

Vires. Curat *Ulcera colli Vesicæ*, etiam quæ æstimantur incurabilia: sanat *Vulnera & Ulcera externa*. *Untzerus*.

8. Præcipitatus per Tincturam Smiridis, Præcipitatus Miraculosus dictus.

Calcina *Smiridem* Igne violentissimo donec virescat, & lateribus Crucibuli adhærescat, (aliquot horarum spatio fiet). Extrahe dein *Tincturam per Acesum destillatum vel Spirit. Vini opt.* decanta & abstrahe ad oleositatem.

℞. Hujus *Tinctura* ℥j. *Mercurii* ℥iv. confunde, & præcipitabitur Mercurius in momento. *Mercurium* hunc l. Igne in Crucibulo candefac per horam, postea edulcora.

Vires. Purgat leniter *αρω υ; κατω*.

Dosis gran. 3. 4.

N. Mercurius hic purgat tantummodò per inferiora, si horis duabus igniatur; si verò horis quinque vel sex, evadit fixus ac diaphoreticus.

2. Aptior erit *Smiris* ad *Tincturam* eliciendam, si aliquoties in *Aquâ* antea extinguitur.

Beguinus, Gluckrenius, Keslerus lib. 3. c. 42.

De Solutione in Aquâ Forti communi.

9. Præcipitatus communis.

℞. *Merc. puriff.* p. 1. *Aqu. Fort.* p. ij. solve ac præcipita,

gravioribus Morbis singulare quid obtinent. Pro scopo *salvatorio* datur cum *Tberiacâ*, vel *Succo Glycyrrhizæ* in formâ *Pulularum* ad gr. ij. vel iij. alterâ vice seu die sequente gr. iv. hinc die tertio gr. v. & sic donec omnes doses si nul gr. xv. vel xvij. compleverint; tunc desinamus: sequitur enim *Salivatio*; raro plus requiritur. *Externè* commodè permiscetur cum *Unguentis* contra *Scabiem*; sicut quoque *Emplastris* additum valet egregiè in quibuscunque *Ulceribus* etiam rebellibus, *foetidis & malignis*. Nam in *Mercurio* est *Arcanum* contra *Ulcera maligna & foetidissima*, sicuti etiam *Mercurius dulcis* est egregium *Remedium*.

7. Sequitur *Mercurius per Aquam Oorum præcipitatus* Num. 7. Circa quem observetur: in *PARACELSI Scriptis* occurrere subinde *Mercurium corallatum*, item *Arcanum Coralliorum*; quo nomine non *Mercurium* communem cum *Nitro* paratum, aut *Præcipitatum* Autoris intelligit, sed, uti jam supra dixi, est *Mercurius vivus per Liqueorem Alcabest fixatus*, & per *Aquam Albuminum Oorum edulcoratus*: sed occultavit modum, & hunc substituerunt *Impositores*. *PARACELSUM* ergò malè communiter intellectum pessimè semper imitati sunt: id quod etiam ostendit hic *Mercurius præcipitatus per Aquam Oorum ad Paracelsi imitationem* institutus: sed prout ab *AUTORE* præscribitur, nullo modo succedit. Potius conf. *M. A. N. C. Anno 4. pag. 90.* ubi *Aquæ Albuminis Oorum* genuina, *CNOEFFELIO* olim usitata, habetur descriptio. Ac sane ibidem descriptus *Labor Mercurialis* asseritur, quod fuerit genuinum *Remedium CNOEFFELII*, quo *Podagram* curaverit, de qua *Curâ* non saltem publicè prostat *Epistola* hujus argumenti, & propter elegantem *Theoriam* conf. *Consilia & Apologia CNOEFFELII* in *M. A. N. C. Anno 4. pag. 148 & 152.*

Vicinum huic est *Aurum Horizontale*, quod est *Mercurius vulgaris præcipitatus cum Aquâ Forti*, imbutus *Sulphure Venereis fixo*, à quo postmodum *Spiritus* abstrahitur, & remanet *Pulvis fixus dulcis*: *Remedium* diaphoreticum, optimum contra *Scabiem*, *Luem Veneream*. *Externè* contra *Scabiem & Ulcera foetida* cum *Unguentis* usurpatur.

8. *Mercurius præcipitatus per Tincturam Smiridis* No. 8. *Præcipitatus Miraculosus* dictus, nihil valet. Nempe copiosus *Mars* est in *Smiride*, & inde beneficio *Aceti* destillati *Principium Mercuriale* extrahitur, quali *Tincturâ* superficialiter alteratur *Mercurius*; unde *Præcipitatus* hic non est *fixus*, sed dum candescit in *Crucibulo*, *Mercurius* evaporat; *Pulvis* verò *ruber* remanens est à *Smiride*, & nihil aliud, quàm aliquis *Crocus Martis*, qui tanquam *fixus* sustinet *Ignem*.

9. *Mercurius præcipitatus Communis* No. 9. præparatur per *Solutionem* cum *Aquâ Forti*, & *Præcipitationem* cum *Aquâ falsâ*, & sic albescit ob *salinas volatiles particulas* adhæren-

affundendo scilicet *Aquam falsam*, vel abstrahendo *Aqu. Fort.* per *destillationem* cum cohobis tribus. *Præcipitatum* edulcora iteratis *Ablutionibus*, vel *reverbera*, ut à *Spiritus* *Aquæ Fortis* liberetur.

Vires. Purgat per inferiora & superiora.

Dosis à g. 6. ad 12.

Beguinus, Hartmannus in præf.

10. Præcipitatus albus S. Cl. Sæi, Vomitivo-Catharticus.

Solve ℥ij. *Sal. Ammoniaci* in ℞. *Ag. Font.* & in eam projice *Mercurii sublimati in pulv. redacti* ℥ij. Stent in loco calido, & intra bihorium fiet *dissolutio* integra *Mercurii sublimati*, cui guttatim superfundes *Ole. Tart. deliquiosum* ℥i. *Aqua* evadet lactea, sine sublidere: *Aquam* decanta à *Pulvere* albidissimo, quem *Phlegmate Mellis* bis aut ter elues, aut *Aq. communi* calente dulcorabis.

Dosis ℞ g. xij. cum ℥ij. *Confect. Hamech*, in *Siphylide*, *Elephantiali*, *Tineâ*, *Scrophulis*: decantatâ *Aquâ* laventur loci scabi osi, & *Erysipectata præsertim Venerea*, ut citò curantur.

11. Præcipitatus dulcis.

Miscetur *Mercurius crudus* cum an. *Præcipitati rubri*, superjuso *Spir. Vin. ex arte dulcificati*, & in calore *Arenæ* destinentur per 20. dies, sic enim sese mutuo coagulant & miscunt.

Correctio seu Rectificatio Præcipitati.

1. Dissolve *Præcipitatum* bulliendo *Acet. destillat. acris* per hor. 6. &c. (ut totus dissolvatur). *Dissolutioni* superfunde *Spir. Vini* vel *Ole. Tart.* & præcipitabitur denuò, abluè igitur & sicca.

Dosis g. 4. 5. 6. *Untzerus*.

Dige-

res, quæ solæ *Mercurio* paulò exactiùs combinabiles sunt: quando autem *Aqua Fortis* abstrahitur sine *præcipitatione*, acquirit colorem rubeum. Pro usu externo usitatissimus est *Chirurgis Italis*, & apud nos in *Emplastris, Unguentis*, &c. pro *Ulceribus Venereis callosis*, aliisque *cacoëthicis* ac difficilius curationis. Nempe *corrosivum* est & simul malignum *Acidum* illud *Ulcerum*, quod *Mercurius* absorbet; hinc *Remediis* aliis in dosi etiam parvâ additus, ut in *Ulceribus Luis Venereæ cacoëthicis* &c. notabiliter ea levat, labia horum rubicunda fiunt, loco *Sanici* fluit *Pus album*, & *Ulcus* integrum brevi consolidatur. In *Ulceribus cancerosis* commendatur à *POTERIO*, intrâ per inferiora saltem purgare eidem dicitur: quod tamen minùs vero simile videtur. Nam omnia hæc modò enumerata *Præcipitata* in formâ liquidâ ratione *Sulphuris acidissimi* nervosas partes insigniter stimulant, *Contenta* verò *Corporis* colligunt; unde *Vomitibus*, *Salivationibus* ac *Secessibus* movent, & quidem magis illa hæc faciunt, quæ minùs fixa sunt; minùs hæc faciunt, quæ magis fixa, adeò ut hæc ad diaphoreticam naturam proximè accedant, saltem *Alvum* tantùm stimulant. Hinc *fixissimus est Mercurius per se præcipitatus*, præsertim cum *Auro* lociatus, post hunc cum *Spiritu Nitri* paratus.

Cætera omnia minùs fixa sunt, præsertim cum *Aquâ falsâ præcipitatus*; hinc enim *facili encheiresi*, post *Phlegmatis* nempe saltem *evaporationem*, *sublimari*, & in perfectum *Mercurium sublimatum corrosivum venenosum* mutari potest: id quod confirmat, *Mercurii* istas sub *præcipitatione* alterationes magis ab *acido Sulphure* externo, plùs minùs actuato, quàm ab *ipsis Spiritibus acidis* dependere: ut hi ipsi agendo in *Sulphur acidum* illud, vim ejus intendunt, & ita *præcipitationi* *Mercurii*, ejusque plùs minùs fixationi, occasionem præbeant: quo sensu explicanda etiam sunt *Afferta SYLVII Tr. de Hydrope* §. 228. & *sequentibus*, item *de Luc Venereâ* §. 160. & seqq.

10. Sequitur No. 10. *Præcipitatus albus Cl. Sæi*. Arridet hic labor *HOFFMANNO*: sed nescio quare? habetur enim nihil aliud, quàm *Præcipitatum* quoddam seu *Turbidum Minerale*, haud adeò multum differens ab alio simili *Præcipitato*, per *Alcali fixum* ex *Mercurio sublimato* parato: loco quorum omnium sufficiat *Turbidum Minerale MYNSICHTI* pag. 118.

11. *Mercurius præcipitatus dulcis* No. 11. simplex fucus est: nempe *Mercurii vivi* interpolatione separantur, minùsque unitæ sunt *particulæ præcipitatæ*; unde in eadem dosi minùs operatur.

Præcipitata quæ jam dixi cum sint *maligna & venenosa*, propterea sequuntur jam in *AUTORE* eorum *Correctiones*. *Correctiones* horum *Præcipitatorum* in eo consistunt, ut corrigatur

2. Digere *Præcipitatum* per diem cum *Spiritu Vitrioli*, hinc abstrahere igne forti, (alii cohobant aliquoties); super *Mercurium* affunde *Spirit. Vini* ad eminent. digit. 2. digere per dies (2.) decantaque, alium *Spirit. Vini* denuo affunde, idque tertiâ vice repete. *Sennertus Institut.*

Vires. Purgat per inferiora.

N. Alii abstrahunt *Spirit. Vini* & cohobant aliquoties.

3. Imbibe *Præcipitatum communem*, flavum vel album *Aquâ Rosarum* aliquoties ablutum, cum *Spirit. Vini opt.* ac *Camphorâ* ana, vicissimque *Spirit. Vini* l. igne evoca.

Vires. Purgat per inferiora, præcipue Materiam febrilem. Utilis quoque est in Peste, Morbisque Epidemicis.

N. Ante Paroxysmum cum *Tberiacâ* exhibetur.

Dosis à gr. 3. ad 6. *Hartmannus in Croll.*

4. Vis vomitiva *Præcipitatorum Mercuriorum* infringitur etiam, si in *Spiritu Fluminis* solvantur, reverberentur leniter, & per *Aq. Oporum* sæpius cohobatam figantur.

12. Mercurius Præcipitatus incarnatus.

R. *Mercurii* ℥ij. solve in *Aquâ Fort.* ℥ij. *Solutioni* adde *Aquâ calidâ* ℥ij. ac infunde postea *Urinam sani Hominis recentem*, & præcibitabitur *Mercurius incarnatus Aquâ* eluendus. *Hartmannus in Croll.*

Vires. Solum per secessum movet.

Dosis à gran. vj. ad x.

13. Mercurius Præcipitatus luteus.

Fit, si loco *Urinæ*, *Solutioni* priori instillaveris *Oleum Tart. p. d.* sic præcipitabitur *Mercurius luteus*, quem similiter lotionem edulcora. *Hartmannus in Croll.*

Vires. *Vires* & *Dosis* eandem cum priori obtinet.

14. Alius Mercurius Præcipitatus Vitriolatus fixus, dulcificatus.

R. *Mercurii purific.* solve in *Aquâ Forti* (ex *Vitriol. ℥ij.* & *Sal. Nit.* p. 1.) abstrahere & cohoba vice tertiâ. Hinc affunde *Spiritum Vitrioli*, rectificata, destillaque cohobando (6.) postea affunde *Spirit. Vini*, cohobaque isidem aliquoties (decies); *Præcipitatum* edulcora *Aquis Cordialibus* ac serva. *Kesslerus lib. 1. c. 2.*

rigatur nimia eorum *Acrimonia*, vel per *Spiritum Vitrioli*, vel *Oleum Tartari*, unde fit *Remedium* magis benignum. Attamen cauti sumus in usu interno; nam pro varietate *Alcalium* etiam variat *Mercurius præcipitatus* in *Acrimonia*. Si enim cum *Alcalibus* volatilibus præcipitatus fuerit, ad *Rubedinem* vel *Colorem incarnatum*; si per *Alcalia fixa*, ad *Albedinem* vergit; vid. *TACHENIUS*.

12. 13. *Mercurius præcipitatus incarnatus*, & *Mercurius præcipitatus luteus* No. 12. & 13 per *Alcalia* parati ex *Solutione* cum *Acidis* cum *Aquâ Forti* factâ, reverâ re ipsâ coincidunt, ac easdem vires obtinent cum supra dictis *Præcipitatis* per *Acida* factis; mitiora tamen paulò sunt *Medicamenta* minusque vehementia, quatenus nonnihil fixiora: sanè rarioris usus sunt in *Medicinâ internâ Præcipitata Mercu- rialis per Acida facta*, quin tutiora ferè prostant *Evacuantia*, nisi forsan in *Chronicis* difficulter eradicabilibus aliisque similibus *Affectibus*; unde frequentissimè in *Lue Venereâ internâ* & *externâ* adhiberi solent. *Præcipitatus luteus* cum *Oleo Tartari* vel *Spiritu Urinæ* paratus, à *FINCKIO* contra *Icterus* tanquam summum *Remedium* insigniter commendatur; sed nihil est. Tutius est uti *Rhababaro* vel *Aloë*, &c. quàm *Mercurii præcipitatis*, quoniam sunt maligni per se & *Menstrua corrosiva* adherent.

Eodem modo potest fieri *Mercurius præcipitatus vulgaris*, si

W. Mercurius sublimatus vulgaris:

Solvatur in *Aquâ communi*, & solutus præcipitetur per *Oleum Tartari per deliq.*

Observetur hic modus solvendi & cum *Sale fixo* præcipitandi, quoniam quædam magna habet in recessu; & qui hoc non sciunt, non possunt intelligere *BOYLEUM de Coloribus*, & *TACHENIUM in Hipp. Chymico*.

14. *Mercurius præcipitatus vitriolatus*. Processus hic No. 14. ex *KESLERO* petitus mancus est: potius imitemur *CNOEFFELIUM*, quia ita *Remedium* hoc paravit:

W. Mercurii vivi ℥ij.

Aquâ Fortis ex Nitro & Vitriolo ℥ij.

Misceatur in *Cucurbita*, abstrahatur per *Alembicum* & cohobetur quatuor vicibus, quintâ vice recens *Aquâ Fortis* affundatur, & tribus vicibus cohobetur; sic enim acquiritur *Mercurius præcipitatus* suavissimè rubicundus: Huic affundatur *Spiritus Vitrioli* ℥ij. Abstrahatur per *Retortam*, & cohobetur quatuor vicibus, tandem *Spi-*

15. Præcipitatio Mercurii egregia.

Fac *Aquam Fortem* ex *Sal. Nit.* ℥ij. *Vitriol.* ℥ij. *Alumi- nis non calcinat.* ℥x. *Sal. com.* ℥vi. in hac vel communi *Aquâ Forti* solve *Mercur.* purgat. quantum *Aquâ Fortis* solvere potis est, (alioquin non libenter fit *Præcipitatio*). *Solutioni* affunde *Aquam fontan. frig.* ℥ij. iij. stent aliquot horas extra *Ignem*, ut præcipitetur *Mercurius*; post affunde multum *Aquâ frigidâ*, atque repone ad subsidendum; *Præcipitatum* edulcora iteratâ *Ablutione*, ac digere in *Vitro* lati orificii, sive *Alembico* l. *Ign.* ad siccitatem. Exsiccatio huic *Præcipitato* affunde denuo *Acet. destillat. acerr.* p. iv. digere in *Mar. Baln.* per diem unum ac alterum in *Cucurbitâ* probè obturatâ, tandemque ut antè in *Vitro* lati orificii exsiccâ. *Hartmannus in Croll. Sennertus Institut.*

Dosis gran. i. ad v. vel vj.

De Præcipitatis cum Metallis.

1. Præcipitatus Solaris.

R. 1. *Auri puri in limat. vel lam. redacti* ℥℥. solve in *Aquâ Forti* ex *Sal com.* (sine *Sale Ammoniaco*) jactâ.

R. 2. *Vitri Antimonii hyacinth.* ℥℥. solve in *Aquâ Forti*.

R. 3. *Merc. purgat.* ℥ij. solve similiter in *Aquâ Forti*.

Solutiones omnes confunde, abstrahere *Aquam* per *Alembicum*: hinc novam *Aqu. Reg.* affunde, sæpiusque identidem evoca, idque tantisper, donec *Præcipitatus* in ignitâ ferreâ *Laminâ* nullum penitus fumum de se emittat. Postea *Præcipitatum* totum calcina sub *Tegulâ*, ut *Spir. Aqu. Reg.* omnes dissipentur. Tandem ab eodem *Spiritu Vini* sexies destilla, atque denuo *Mercurium* sub *Tegulâ* lentè igniando calcina.

Vires. Summum est *Remedium* mundificativum *Sanguinis*, ac totius *Corporis* in *Lue Venereâ*. Magnum quoque fert solamen in *Hydrope*, pellit *Aquam* per *Urinam*, exsiccat *Fontem*. Prodest quoque in *Caduco*, *Colicâ*, *Quartanâ*: *Ulceribus* malignis ac *cancerosis* subvenit, & similibus. *Hartmannus in Croll.*

2. Præ-

ritus Vini rectificatus exinde bis vel ter destilletur, ac tandem cum *Aquâ Borraginis* vel *Buglossæ* edulcoretur; habebitur sic elegans *Mercurius vitriolatus dulcis*, & suo modo fixus præcipitatus, qui in morbo *Gallico*, item *Morbis* contumacioribus quibusvis, *Ulceribus* chronicis ac *diuturnis*, multum præstare valet.

Mercurii præcipitati cum Metallis.

Post *Mercurios præcipitados simplices* sequuntur *Compositi cum Metallis*, ubi non *Mercurius* solus, sed simul cum *Metalis*, imprimis cum *Lunâ & Sole*, in formam *Pulveris* per *Solutionem* & *Abstractionem* redigitur. *Præcipitata* hæc *Metallica* essentialiter non differunt à *Simplicibus*, saltem ob adjuncta *Metalla*, præsertim *Solem*, hujusque beneficio mutatam *texturam*, & *mitificatum Sulphur Mercuriale*, mitior forsan erit eorum operatio. Hæc inter se offert

1. *Præcipitatus Solaris*, qui aliàs quoque *Aurum Vitæ* dicitur. *Ratio Præparationis* est, quod *Aurum* per *digestionem* societ se cum *Mercurio*, & ita *Mercurius*, ejusque *Sulphur externum*, nonnihil figitur, ut mitius & *Naturæ* convenientiùs virtutes exercere valeat. Hinc *FREITAGIUS in Aur. Med. cap. 2. vel 4.* dicit: *Aurum optime corrigit malitiam Mercurii, ejusque noxiam coërcet naturam, & diaphoreticam ei conciliat*. Hoc ipsum tamen non ita absolutè accipiendum est, cum subinde supra & infra plus minus purgare, & continuatâ in minore pondere *Dosis*, etiam *Salivationes* ciere possit, nempe major vel minor fixitas *Mercurii* semper hic attendenda est. *Aurum* tamen hoc *Vitæ* in purificando *Sanguine* ab inquinamento *leprosis*, *Venereis*, *Scabie* contumacissimâ, &c. est optimum *Remedium*. *Aliam Præparationem sine Vitro Antimonii* descripsit partim *WILLIUS in Pharm. Rat. P. 1. cap. 2. de Vomitor. Formul.* partim *ZWELFFERUS in Mant. spag. ubi de Mercurio*. Hic ritè præparatus omnium mitissimus est, per inferiora suaviter purgat; quibusdam etiam *diaphoresin* aliqualem movet. Nempe *Sulphur acre externum*, quod in *Mercurio* præsertim *Laxationis* & *Salivationis* Autor est, hac associatione *Solis* correctum & temperatum, mitius fit, & per inferiora tantùm purgat; rariùs hic *Præcipitatus Solaris* per se *Salivationem* aliqualem stimulat aut movet: quod etiam valet de *Amalgamate Solari per Præcipitationem spontaneam parato*.

Ffff 2

Inte-

2. *Præcipitatus Solaris regulinus, seu diaphoreticus.*

19. *Regul. Antimon.* ℥j. solv. in *Aqu. Fort.* vel *Aqu. Reg.* Confunde & abstrahere ad siccitatem in Arenâ. Hinc edulcora *Aquâ*, & *Spiritum* aliquoties (7.) desuper cohoba, subita novum *Spiritum* affundendo. Tandem edulcora denud, ac *Spirit. Vini* ternâ vice inde destilla, ad siccitatem *Pulveris flavi*.

Vires. Præstantissimum est *Sudorificum* in omnibus Morbis, qui diaphoresin requirunt.

Dosis gran. 3. 4.

N. Ut *Regulus* eo feliciter solvatur, imbibere aliquoties ejus *Pulverem Aqu. Reg.* hinc solve.

3. *Hercules Bovii.*

Huic finitimus est *Hercules* (potius *Aurum Vitæ*,) *Bovii*, qui nihil est aliud quam *Mercurius Præcipitatus Solaris* cum *Vitro Antimonii* conjunctus. Nimirum

19. *Aur. purific.* ℥j. *Merc. purific.* ℥iv. utrumque solvit seorsim in *Aqu. Reg. Solutionem* utramque confusam destillat (igne graduâli, & in fine aucto) per Retortam; *Præcipitatum* quod in fundo remansit, us & *Sublimatum*, quod parietibus, vel collo Retortæ adhæret, solvit iterum in *Aquâ Regal. novâ*, & destillat, idque repetit tantisper, donec tota Materia in *Præcipitatum* convertatur. Postea calcinat supra Ferrum ignitum ad figendos Spiritus corrosivos, & denique edulcorat.

Vires. Ex mente *Bovii* omnibus aliis *Catharticorum* speciebus antecellit: Estque domitor Vermium, Luis Venereæ, Petechiarum, Pestis, Quartanæ, & aliorum incurabiliū Morborum.

Dosis à gr. 3. ad 6. vel 8. cum *Saccharo rosato*, & in *Ovo*, vel *Brodio*, vel in *Pilulis*, imprimis si conjungatur cum *Scammonio*, & humectetur *Aquâ Vitæ*, quæ desuper comburatur. *Tentzelius sect. 3. Panchnag. Mercuriali.*

4. *Aurum Vitæ Hartmanni.*

1. 19. *Auri purgat.* ℥ss. solve in *Aqu. Regal.* ℥ij. servando *Solutionem* in calido.

2. 19. *Mercurii crud. purific.* ℥vi. solve in *Aqu. Fort. communis.* ℥i. utramque *Solutionem* mixtam (qua mixtione apparebunt omnia nigerrima) ex Arena per Alembicum l. Ign. graduâti aucto, destilla, donec quæ in fundo rufescant. *Cucurbitam* tandem subitus candeat. Exemptum dein *Pulverem* sub capsulâ in Catillo, subinde cum ferreo Baculo calcina, donec Spir. ab *Aqu. Fort.* probè evanuerint. Ablue postea *Aquâ dulci* omnem falsedinem, & extremè *Spirit. Vin.* correctum ab eodem sæpius per cohobiam destilla.

Ufus ejus egregius est in Peste, ut & aliis Morbis quamplurimis.

N. Fit *Aqua Regalis* ad hoc opus:

19. *Aqu. Fortis ex Vitriol. Sal. Nit. & Alumin. ana fassa* ℥iv. *Sal. Ammoniaci* ℥j. Misc. & destilla per Alembicum ex Arenâ.

Interim longissimè absunt hæc Præcipitata, etiam Metallica, ab *Auro Horizontali* seu *Mercurio diaphoretico Helmontii*, universalis isto Remedio, & quod perficit, quicquid Chirurgus & Medicus possint optare sanando: vid. *Tract. Arcana Paracelsi*, item *Tr. de Lib. c. 8.* item *Tractatus de Febr. cap. 14.* & hujus non obscura prostant veltigia in *PARACELSO Tr. de Morte Rerum.*

2. Descriptio *Præcipitatus Solaris regulini*, quæ habetur in *AUTORE No. 2.* est manca Deficit in hac primarium Ingrediens, nempe *Mercurius vivus*, cujus ℥iv. etiam solvantur simul in *Aquâ Forti*. Tres *Solutiones* hæc conjungendæ sunt, & modo ab *AUTORE* præscripto postmodum procedendum. *Spiritus Vini* autem deslagret, non destilletur.

Est *Febrifugum antiquarium*, & commendatur in Lue Venereâ circa finem, si conjungatur cum *Extracto Fumariæ*, vel cum *Extracto Lignorum*.

3. *Hercules Bovii.* *BOVIUS* fuit Medicus Italus, qui magnificè hunc *Herculem*, quo ipso etiam desperatos Morbos curavit. Conf. de *Appellationis* ratione *HOFFMANUS Clave pag. 270.* Sicuti pro dilucidandâ *Preparatione* conf. *WILLISIUS Pharm. Rat. P. 1. pag. 72.* Sunt qui commendant in Febribus Petechialibus internè, & adhuc hodie in Italiâ magnificè.

4. *Aurum Vitæ Hartmanni.* Melius perfici potest hoc Remedium, si secundum *CNOEFFELII* modum, postquam ex Arenâ per Alembicum in *Aquâ Forti* destillata fuerit, ut denud affundatur, & ita quinque vicibus in Igne quo-

5. *Aurum Vitæ S. Cloffæ.*

Fac Amalgama ex Regulo Martis steliato & Mercurio: lava hunc pluries, & exprime per Pannum; secundò fac aliud *Amalgama ex Auro*, & superfluum Mercurium itidem exprime: tertio ambo *Amalgama* commisce, ita ut sint *Reguli Martis & Auri ana* ℥ss. *Mercurii* ℥ij. aut circiter: quarto superfunde *Ol. Vitrioli*, digere dum Colorem ruberrimum acquirat; quinto *Tincturam* inde extrahe cum *Spirit. Vini*, extractam circa per mensem, tandemque rectifica.

Vires. Purgat suaviter, & sudores copiosos movet.

Dos. à gr. 8. ad ℥ss. gr. 12.

6. *Aurum Vitæ aliud.*

19. *Mercurii purific.* ℥v. *Auri puriss. laminat.* ℥ss. *F. Amalgama*, quod abluatur *Aceto*, donec omnis nigredo ablata sit.

Postea impone in Retortam, & affunde *Aquam fortem* (ex *Vitriol. p. ij. & Sal. Nitr. p. 1.*) digereque (in Cineribus vel Arenâ,) ut solvatur *Mercurius*, & *Aurum* in fundo sub formâ *Pulveris* remaneat: dein destilla, augendo in fine Ignem, ut fundus Retortæ incandescat, omnesque *Spiritus corrosivi* prodeant. Valis refrigeratis, tere *Materiam*, & abstrahamque *Aquam fortem* iterum affundendo cohoba & invenies in fundo *Pulverem rubicundum*, quem collige, abjaciendo quod ad latera Retortæ fortè fuerit sublimatum. Hinc candefac *Laminam ferream*, cui optimè candescenti, insperge *Pulverem illum Mercurialem*, non modò ut optimè exlicetur, sed & ut id quod volatile restat, evaporet. Hinc aufer & reserva in Vase clauso.

Vires. Purgat per secessum lentè sine omni etiam Vomitu, nisi scilicet Ventriculus impuritatibus refertus sit. Summum Arcanum est in Hydroke, Lue Gallicâ & omnibus cutaneis Affectibus, atque Defluxionibus, ut & ubi Corpus scatet pituitolis humiditatibus.

Dosis à gr. 3. ad 8. cum *Terebinth. pauxillo*, aut *Extracto aliquo.* *Hartmannus in pract. pag. 12.* Confer. *Sennertus in Institut.*

7. *Præcipitatus viridis, seu Venereus.*

19. *Mercurii purific.* ℥iv solve in *Aqu. Fort. commu.* in eadem *Aqu. Fort.* solve & *Veneris* ℥ss. conjunge *Solutiones* ac abstrahere in Arenâ, augendo in fine Ignem, ut maxima pars Spirituum tollatur. *Præcipitatum* exsicca ac digere cum *Aceto destillato*, in Mar. Baln. per dies ac noct. ultimo fac bullire, ut purissima pars *Mercurii* in *Aceto destillato* solvatur. Hinc decanta & abstrahere, atque sicca sine Lotione.

Vires. Est Specificum in Gonorrhœâ virulentâ, quam nimiam tollit, insufficientem promovet, ideoque singulis diebus continuandus ejus usus est, donec omnis fluxus sedatus sit.

Dosis à gr. ij. ad viij. *Hartmannus in Croll.*

N. Signum boni *Præcipitatus* est, si *Aurum* fortiter cum eodem fricatum, non dealbetur, ut solet ex contactu *Mercurii*. Huc

8. *Vitrum Mercurii Lunare.*

19. *Mercurii Præcipit. (per Oleum Vitrioli rubic.)* ℥ij. *Lunæ calcin-*

dammodò fixius præcipitatur, postmodum secundum *AUTORIS* descriptionem procedatur. *KEGLERUS* habet *Aurum Vitæ*, quod videbitis in *Tract. de Peste*, & *SENNERTUS Instit. pag. 1443.* quo ipso sese binâ vice à Philetro liberavit, dum propinato hoc *Auro Vitæ* denud illud rejecit Vomitu. Nempe

19. *Mercurii viridi* ℥v.

Auri laminat. ℥ss.

Fiat Amalgama Solis cum Mercurio, quod solvitur cum *Aquâ Forti*, quæ Aqua solvit solum Mercurium, non verò *Aurum*: abstrahitur Aqua per distillationem, sic remanet *Pulvis rubeus*, sub Tegulâ calcinandus.

7. *Præcipitatus Viridis, seu Venereus.* Fit quando *Venus & Mercurius* conjunguntur. *B. D. MICHAELIS & HARTMANNUS* urebantur in Gonorrhœâ Venereâ, quam optimè per Urinas expurgat & omnibus aliis irritis curat. Processus *AUTORIS* est justus. Observandum autem & hoc in usu ejus, quòd Gonorrhœa primitus videatur augeri; continuato verò usu certissimè illam refrænât, quoniam cum imperu evacuat virulentiam resistentem, & sponte postmodum cessat: adeo ut non sit, ut Tiro expavescat quando tale quid videt. Commodè etiam cum *Extracto Catholico Andernaci*, vel cum *Panchnagogo Crollii* potest dari in formâ *Pilularum*, cum *Oleo Camphoræ* iis, qui Lue Venereâ laborant.

8. *Vitrum Mercurii Lunare.* *Vitrum Mercurii Lunare* re ipsâ nihil de Mercurio participat; hic enim in Fusione avolat, Luna

calcinat. & Sal. Ammoniac. ana ℥j. Misc. & sublima. Sic ascendit Sal Ammoniacum, relictis in fundo Mercurio & Lunâ instar Auri purissimi; inde Crucibulo, & da Ignem Fulionis, ut in Vitrum simul abeant. Vide Disput. Chym. Med. Hartmanni 7. lb. 127.

9. Vitrum ex Mercurio Vitæ, sive Succinum Antimonii.

10. Mercurium Vitæ, abstrahe per Retortam partes minùs fixas, reliquum fundatur Igne forti in Vitrum, quod transparens opacum, vel si diutius in Igne contineatur, hyacinthinum evadit.

11. Dicitur aliis Succinum Antimonii, quia nihil aliud esse videtur quàm Vitrum Antimonii, non Mercurii.

12. Si Abstractio partium minùs fixarum fortius urgeatur, exstillat vicissim Liquor instar Butyri Antimonialis.

III. SUBLIMATIO.

1. Mercurius Sublimatus Offinarum.

℞. Merc. in Aqu. Fort. solut. Vitrioli exsiccat. Sal. com. decrepit. ana. Misc. exactè & sublima ex Cucurbita humili. Gluckrath in Beguin.

2. Aliter optimus pro Mercurio dulci conficiendo.

℞. Merc. purific. Vitriol. rubific. Sal. com. decrepit. ana

℥. 1. Sal. Nit. ℥. 12. Misc. exactè aspergendo modicum Acet.

destillat. sublimaque, ut dictum. Jam denuò

℞. Merc. sublimat. illius ℥. 1. Sal. com. decrepit. ℥. 11.

Vitriol. rubific. ℥. 14. M. & sublima. Iterum

℞. Merc. sublimat. illius ℥. 1. Sal. com. decrepit. ℥. 11. M. & sublima.

N. Puriores Mercurium sublimatum si desideras, reitera adhuc Sublimationem, sed sine additione. Beguinus, Utczerus.

3. Sublimatus Regulinus.

℞. Merc. purific.

Regul. Antimonii ana ℥. 12.

Vitrioli rubific. ℥. 17.

Sal. com. fus. ℥. 16.

Misc. & sublima ex Sublimatorio vitreo, desuper defundendo Aqu. Fort. Sublimatum misce cum Capite mort. ac sublima denuò, idque vice tertiâ.

Vires. Inservire commodè potest Mercurio dulci, aliisque Medicamentis, ex Mercurio sublimato præparandis.

4. Mercurius dulcis vulgaris : Draco mitigatus.

℞. Merc. sublimati ℥. 111. Mercur. crud. purific. ℥. 1. Misc. exactè in Mortario lapideo, vel super Porphyrite, donec Mercurius vivus amplius conspici nequeat. Hinc sublima

Luna interim fusa non abit in perfectum Vitrum, sed ferè propter Sal Ammoniacum ad naturam Lunæ Corneæ declinat.

9. Vitrum ex Mercurio Vitæ, sive Succinum Antimonii. Observandum, quòd Mercurius Vitæ sit Regulus Antimonii in Pulverem præcipitatus, ex quo fit elegans Vitrum flavum instar Succini, unde rectius quibusdam Succinum Antimonii dicitur. Hoc melius operatur, quàm commune Vitrum Antimonii, utpote cujus respectu copiosius per inferiora purgat, quàm per superiora. Interim quando Vomitus movet, lenius hos provocat, quàm Mercurius Vitæ communis. Interim observanda est encheiresis Autoris, nempe abstrahendum esse per Retortam partes minùs fixas, aliàs sub Fusione cum fumo Mercurii Vitæ maximam partem evolat. Nempe adhærent adhuc acidæ Butyri Antimonii particulæ Mercurio Vitæ, cum quibus evolat.

III. SUBLIMATIO.

1. 2. 3. Mercurius Sublimatus est vel Corrosivus, vel non Corrosivus: Ille quocunque modo præparatus nihil est aliud, nisi Mercurius vivus qui se conjunxit cum Salibus corrosivis admixtis, & beneficio Ignis fortioris secum sublimavit: Salia hæc Acore suo rodunt Mercurium, & cum eodem se uniant; unde dum Mercurius avolat in Igne, sublimando simul rapit Sal commune in altum, & cum eodem in Substantiam crystallinam concrefcit. Modos videbitis in AUTORE Nu. 1. 2. & 3.

Mercurius Sublimatus non Corrosivus fit sine Sale communi, solo Vitriolo & Nitro, ac aliàs à CROLLIO, vel propter Coloris elegantiam, vel propter malè intellectum PARACELSUM, Arcanum Corallinum dicitur, ab AUTORE num. 8. 9. & 11. descriptus. Ille Pondere augetur, hic verò edulcoratus & ablutus nullum accessorium habet Pondus: unde, utut Mercurius sublimatus corrosivus fiat cum Vitriolo, Sale communi & Nitro, nihilominus Corrosivitas hæc & Pondus saltem est à Sale communi; non verò à Nitro & Vitriolo, utpote quæ nihil materiale de Acido suo seu corrosivo, Mercurio addunt, quia solo Sale communi, sine Vitriolo & aliis, optimè etiam parari potest, uti sufficienter docet TACHENIUS in Hippocr. Chym. cap. 24. ubi etiam genuina Mercurium sublimatum parandi docetur ratio. Hoc observandum simul, quòd dum Nitrum additum agit in Sulphur Vitrioli, hocque simul nonnihil elevat, hoc ipsum in Mercurii Sulphur externum simul agere, adeò ut Mercurius sublimatus corrosivus non de Acido Nitri aut Vitrioli, bene autem de hujus Sulphure participet; unde etiam illa differentia Butyri Antimonii, dum quoddam Butyrum Antimonii, exque eo paratus Spiritus Vitrioli philosophicus, Aurum solvat, aliud verò Aurum non solvat. Nempe quod paratur ex Mercurio cum Vitriolo simul sublimato, non solvit Aurum, propter Sulphur ejus Solutionem impediens; quod verò paratur ex Mercurio sublimato sine Vitriolo, Aurum solvit. Ille verò Mercurius sublimatus, qui sine Sale communi fit, nihil de Nitro vel Vitriolo, Acidi vel Corrosivi adfciscit: unde etiam Mercurius sublimatus rubeus

non corrosivus vocatur, quin facile omne, quod adhæret, edulcorando eluitur, sed tantum Spiritus Nitri sulphureus, qui simul elevat Sulphur Vitrioli, agit in Mercurii Sulphur externum, ratione cujus extraversi assurgit Mercurius sublimatus rubeus, non corrosivus: dum verò addito Sale communi profundius Mercurius dissolvitur, Sublimatus albus corrosivus ascendit.

Est hic palliatus Mercurius, quoniam denuò potest revivisci, si scilicet solvatur in Aquâ communi in Sartagine ferreâ, sic enim Ferro inhæret acidum Sal, & Mercurius sponte in fundo recipitur. Excitari etiam potest cum Fermento Panis, uti docet ZWELFFERUS p. 160. in Apol. contra Tachenium.

Mercurius hicc sublimatus totus corrosivus est, vixque locum invenit in Medicinâ propter nimiam corrosionem, quam de Spiritu Salis concentrato accepit, saporem habet instar Aluminis adstrictorium. Hujus Mercurii sublimati assumpti Alexipharmacum est Lac, Oleum Amygdalarum dulcium, Butyrum, &c. quæ acrimoniam illam corrosivam & virulentam obtundunt & demolcent; vel Alcalia, ut Oleum Tartari per deliquium, Nitrum fixum, &c. quæ Acidum corrosivum immutant, vel quæ absorbent, Crystallus præparata.

Externè vix habet usum, nisi cosmeticum, in quo tamen cautissimè adhibetur. ZAPATA, natione Hispanus, Medicus Italus, in Clave Medicinæ (quod Scriptum ex Italica in Germanicam linguam translatum est) habet, quod Unguentum Æsculapii vocat, & nihil aliud est, quàm Butyrum recens non salitum, cum Mercurio sublimato pauco acuatum: quo ipso Ulcera cacoëthea maximè rebellia sanari & curari putat:

Recipit e.g. Butyri non saliti ℥. 3. ad ℥j.

Mercurii sublimati ℥j. M.

Adulteratus sæpè Mercurius sublimatus per Arsenicum admixtum. Verum fraus facillimè per Oleum Tartari per deliquium aperitur; si enim guttæ quædam hujus Olei inperfer Mercurio sublimato fuerint, Maculam nigricantem relinquent, si Arsenici quid adfuerit, unde fraus patet; si verò Mercurius sublimatus est genuinus, Maculam flavam vel rubicundam contrahit locus, ubi instillatum est Oleum Tartari per deliquium.

4. Ex isto corrosivo Mercurio sublimato additione Mercurii vivi, quo mitigatur corrosivitas, fit Mercurius dulcis vulgaris, ab AUTORE No. 4. præscriptus. Modus hic est: Mercurius sublimatus misceatur cum Mercurii vivi ana, vel melius juxta AUTOREM hujus p. iij. & illius p. iv. terantur probe invicem in Mortario lapido, & sublimentur deinde, donec purus & sine Fæcum residentiâ appareat; sic vis corrosiva in novum supeditatum Mercurium vivum abit, & vis ejus corrosiva mitigatur. Dicitur dulcis, quoniam liberatur ab omni corrosivitate. Nempe Acidum illud Salis communis concentratum in Mercurio sublimato, additione novi Mercurii vivi diluitur, & ita agendo simul in Mercurium vivum additum, multum in acrimoniam minuitur, & sic fit insipidum Medicamentum.

Quoad Encheireses Præparationis: variat

1. Proportio Ingredientium. Prout enim magis corrosivus est

N. 1. Eodem modo dulcescit & Mercurius præcipitatus luteus, si per se sublimetur, dulcescatque leniter Alvim in ovet.

Dosis gr. 8.

N. 2. De usu. Ex omnibus hisce Mercuriis dulcibus potest parari Aqua utilissima ad Inflammationem, Fistulas & Ulcera maligna, non tantum detergenda, sed etiam cicatrifanda, præcipue in Lue Venereâ; valet etiam ad Scabiem sine noxâ penitus curandam. Nimirum

Projiciatur Calx viva recens in Aquam bullientem, relinquaturque aliquamdiu, hinc filtratur, in Filtraturâ ℥ . 1. dissolvitur bulliendo Mercurii dulcis q. s. colesur & solvatur. Fallopius vocat Aquam Aluminis. Hartmannus in Croll.

6. Sublimatum dulce Talcosum S. Clossæi.

Fit si M. cum Sal. Nit. irrorando guttulis aliquot Olei Sal. com. Hæc tria constituunt Axungiam Talcosam fluentem.

Vires. Suaviter purgat absque Vomitu, deobstruit & refrigerat, estque securum Februm Intermittentium solamen.

7. Lanugo Perlata, sive Flores Mercurii argentei, ex inventionione S. Clossæi.

1. Facta est Aqua Regal. ex ana Sal. com. & Sal. Nit. triplo Boli communis, ad modum Aquæ Fortis. 2. In ℥ . 1. hujus Spiritus soluta fuere Merc. crudi ℥ . 3. & abstractâ Aqu. Regal. ad duas tertias, collectâ fuere Crystalli, probeque edulcatæ. 3. Perfusæ sunt eadem Spirit. Vini tartarifato, ad 3. digit. supereminentiam, sicque per mensem in putrefactione Mar. Baln. steterit. 4. Materiâ in Retortâ conjectâ, eductoque Spirit. Vini pars quædam Mercurii sublimatur Igne auctiori, pars in rubrum abibat Præcipitatum. 5. Ambobus iterum confusus Acet. destillat. affundebatur, & post digestionem unius diei, ac Filtrationem calidam, tota Materia soluta in Floccos argenteos Gossypio perlato fulgentisque similes fuit conversa, in inclarescente Menstruo. 6. Hos Flores Cochleari vitreo detraxi & in Chartâ bibulâ quadruplicatâ exsiccati, ita enim splendorem non amittunt. 7. Cum alio Aceto destillato super restitantiem Materiam conjecto, novos Flores collegi, idque ter quaterve repetii.

Vires. Ex Untero repetendæ, qui longè operosiorum nobis Methodum aliam reliquit in Anat. Mercurii, p. 255. Ubi enim illic per grana & scrupulos abraduntur Flores, hæc per uncias & libras congeruntur.

Dosis eorum est gran. vj. in formâ Pilul. cum pauxillo Extracti Liquir. Educit absque violentiâ Humores vitiosos in Febre quotidianâ, Scabiæ, Leprâ.

8. Mercurius sublimatus rubeus non corrosivus; Arcanum Crollianum.

℞ . Mercurii optimè purgati ℥ . 1.

Sal. Nit. optimè purificat.

Vitrioli ad rubedin. calcin. ana ℥ . ij.

Pulveriscentur & misceantur optimè, subinde irrorando, & incorporando cum Aceto destillato acerrimo, donec dispareat penitus Mercurius. Hinc sublima ex Arenâ, in Cucurbitâ lutatâ, cum Capitello, & exit primùm Phlegma, dein auctiori Igne viginti quatuor horas continuato sublimabitur; Sublimatum proximè à Materiâ rubeum, paulò altius flavum, cum

vivæ cum Mercurio dulci, quod videb. in AUTORE No. 5. & superiùs ubi de Lapide calcario. Mirè prodest in Lue Venereâ, purificat Ulcera Gallica, aliaque maligna & cacoethæ, in specie in Gangrænâ, eaque mundificat, Scabiem quamvis ferinam, Serpignes, &c. optimè curat. Si Calor, Ardor, & Inflammationes adsint, aliquantum Sacchari Saturni simul addi potest, quod corrigit Inflammationem, cui interdum etiam admiscetur Spiritus Vini. (L)

7. Lanugo perlata, seu Flores Argentei; Ex communicatione Samuelis Clossæi. Hæc Preparatio non est admodum legitima. Si rem exactè consideremus, est Miscela Mercurii, partim sublimati ratione Spiritus Salis, partim præcipitati ratione Spiritus Nitri in Menstruo, & Alkali Tartari in Spiritu Vini tartarifato. Hæc duo cum Aceto destillato in Floccos contrahuntur, Mercuriale Corpus Salibus istis plùs minùs larvatum, & nonnihil fixatum continentes; unde & vis

Sal. Nit. ℥ . 1. & Aluminis leniter calcinati ℥ . 1. misce impastaque cum Phlegmate Aceti, sublimaue denuò, ut priùs (horis duodecim) & ascendit iterum Sublimatum rubicundum ac flavum, collige singula seorsim; Rubicundum elue Aquis Cordialibus, ac ab eo efflagrare sine Spirit. Vini; Flavum calcina Igne mediocri, ut rubescat, hinc elue similiter ac corrige cum Spirit. Vini desuper accenso.

N. Faces nigricantes cum Mercurio in Capitellum ascendentes, abiciantur in singulis Sublimationibus.

Vires. Purgat per inferiora præcipue, magnumque Secretum in Hydrope, Morbo Gallico, Podagrâ, Scabiæ, Ulceribus, Cancro, &c. Crollius.

9. Modus compendiosior:

Laudanum Mercuriale, sive Metallicum.

℞ . Salis extracti ex Capite mortuo Aquæ Fortis (ex Vitrioli & Sal. Nit. ana fact. ℥ . vi.

Merc. purific. ℥ . ij.

Sal. Nit. purific. ℥ . ij.

Pulverisa ac misce optimè impastando cum Aceto, sublimaue, ut dictum: sic ascendit pars quædam alba, quædam lutea, quædam crocea, quædam rubicundissima; collige Croceam ac Rubicundam, abjectis cæteris, sublimaue denuò per se ex Arenâ Igne sat forti, ac omnia rubescant; hinc elue ac corrige Spirit. Vini supra accendendo.

Vires. Eastem habet cum præcedenti. Hartmannus in Croll.

10. Manna Mercurii, seu Mercurius dulcis Solaris.

℞ . Mercurii dulcis vulgaris, q. v. tantisper Sublimationibus iteratis eleva, donec infixas abiecit Crystallus, postmodum in Liquorem solvito.

℞ . Hujus part. iij. Auri calcin. p. 1. Misc. ac digere per mensem, cohoba donec in Cucurbitâ instar Ceræ fluat.

Vires. Ad summum Medicinæ gradum Mercurius ita redactus est, & in Epilepsiâ, & Morbis Venereis admirandæ virtutis. Tenzelius.

N. Egomet Mercurium dulcem ter sublimatum miscui quondam cum Lunâ foliatâ; Sublimationem adhuc quartâ vice iteravi, quibus peractis Sublimationibus, restantem Materiam Igni subjeci fusorio, ut si quid Lunæ restaret colligerem; verum sine commodo, quippe Luna cum Mercurio penitus fuit sublimata; vis autem illius Sublimati sudorifera potius fuit, quàm dejectoria.

11. Arcanum Corallinum correctum, S. Clossæi.

℞ . Vitrioli, Sal. comm. ana ℥ . ij. Aluminis calcinati & Mercurii ana ℥ . 1. Omnibus Arte mixtis detur Ignis sublimationis in fine benè fortis; quod rubescit Sublimatum collige, benè edulcora, tere, & digere in Acet. destillato ad 4. digitorum extantiam per 2. aut 3. dies; evacua per inclinationem, aliud affunde, digere, donec nihil amplius solvatur; tandem evapora, remanebit Pulvis luteus, quem lavabis sæpiùs Aquâ calidâ.

Dosis mitificatæ hujus Aquila est à gr. v. ad ℥ . cum Panchymag. Feliciùs adhuc operabitur, si ejus gr. viij. cum Auri sclopel. & Croci Martis ana gr. iij. in Conf. florum Borrâg. aus Pil. de Aloë lota exhibeantur.

Ad Mercurium sublimatum pertinet quoque

12. Cin-

laxativa. Illa, quam HOFFMANNUS p. 277. hujus loco suggerit & à Doct. MICHAELIS habet, idem est, atque si Mercurius sublimatus corrosivus cum Oleo Tartari præcipitatus, mediante Aceto destillato in aliam faciem mutaretur. Negotium uno nomine parvi ponderis est, cui commune quoddam Turbith accuratiùs paulò paratum æquari valet.

10. Manna Mercurii, seu Mercurius dulcis Solaris. An Mercurius cum aliis Metallis sublimari, æquè ac præcipitari possit? dubium videtur. Testatur autem BOYLE in Chym. scept. p. 5. se aliquando vidisse Regulum Antimonii & Lunam cum Mercurio sublimari: quod confirmat Experientiam AUTORIS nostri per sublimationem Mercurii dulcis cum Lunâ foliatâ. ZWELFFERUS in Mant. Spagy. p. 355. Crocum Solis Mercurii dulcis partibus quatuor addit, & ita eundem digere tendo exaltare intendit. Verum vis laxativa infringitur Ad Mercurium sublimatum pertinet

12. Cin-

(L) Notaverim hic ex Lemery, quòd quamvis vulgò Mercurius sublimatus corrosivus paratur additione & sublimatione Salis communis & Vitrioli, quorum Mineralium aculeis armatus Mercurius, & internè potens venenum sit, & externè superfluas Ulcerum carnes corrodat; nibilo tamen minùs, si Mercurius solâ Salis communis additione sublimetur, in Sublimatum evadit minùs corrosivum, & externis usibus magis opportunum. Imò Sublimatum hæc modo paratum, Mercurii additione dulcescit magis, atque ad internos usus accommodatius evadit. Et encheiresin, & varia de hac re experientia, legere est apud laudatum Autorem in Act. Acad. Scien. anno 1709.

12. Cinnabaris Officinarum artificialis.

℞. Sulphuris commun. ℥iij. vel iv. Huic liquefacto infunde Mercurii vivi ℔. i. Spatulâ lignea benè agitando incorpora, donec Mercurius à Sulphure planè consumptus videatur. Hinc *Mustum* refrigeratam tere super Marmore, atque sublima ex Sublimatorio lutato, Igne primò leni, dein auctiori, &c. Primò ascendit Fumus citrinus, paulatim rubescens. Quando itaque Fumus nigro-rubeus ascendere incipit, urge Igne violentissimo horas quatuor vel quinque, & sublimabitur Cinnabaris, adhærescetque lateribus, quam exime rejectis *Fœcibus* in fundo & capitello.

Paracelsus in Chirurg. Manual. lib. 1. pag. 702. Brendelius.

Aliter.

℞. Sulphur. ℥iij. Mercurii ℥iv. M. ac Sulphur aliquantum efflagrare sine, ut *Pulvis* remaneat niger; hinc sublima semel ac iterum, ut Cinnabarim nanciscaris rubeam.

13. Panacea Mercurii purgans.

℞. Mercurii Vitæ p. ij.

Mercurii vivi in destill. Butyri Antimonii provenientis p. 1. Sublima ut Mercurium dulcem.

Dosis à gr. v. ad viij.

N. Mercurius Vitæ ad hoc opus fit ex Mercur. p. ij. Antimonii optimi vel Reguli p. 1. destillatur & præcipitatur *Aquam*. ut moris, & de supra flagret aliquoties *Spir. Junip.*

Cl. D. D. Job. C. Fauf.

12. Cinnabaris Officinarum artificialis. Quæ fit, quando Sulphur & Mercurius benè trita, mista & subacta invicem, sublimantur in altum. Omnis enim Cinnabaris constat Mercurio vivo & Sulphure Minerali: & utut Sulphur commune sit flavum, & Mercurius albus, nihilominus hæc duo sublimata mutuâ adhæsiōne constituunt Concretum intensè rubrum tertium, Cinnabarim. Fundamentum hujus rei est, quòd Sulphur ratione Acidi sui promptè Mercurio alcalino, ejusque Sulphuri externo, sociatur; unde & additione vel Martis, vel Salis Tartari & Calcis vitæ, mediante Destillatione Mercurius denuò à Sulphure separatus ac revivificatus prodit, quatenus hæc Sulphur promptius arripiant & firmius sibi jungunt. Ex hoc etiam fundamento fit Cinnabaris Antimonii, quoniam Mercurius similiter in Destillatione Butyri Antimonii revivificatus se conjungit cum Sulphure Antimonii, & se mutuò sublimant in Cinnabarim, quam vocamus Cinnabarim Antimonii. Perinde enim est sive Sulphur minerale vulgare Mercurio addatur per Artem, ut in Cinnabari artificiali, sive per naturam, ut in Cinnabari nativâ, ubi Sulphur commune, reprens in loco aliquo Mercurium vivum, cum hoc concrevit, & mutatur in Cinnabarim; sive sumatur Sulphur minerale in Antimonio reperibile; ut in Cinnabaris Antimonii præparatione.

Cinnabaris Artificialis fit vel in viâ sicca vel humidâ. In sicca, prout præscribit AUTOR noster: in viâ humidâ, prout docet ERCKER in Aulâ subterrâ. p. 301. Interea tamen Cinnabaris Vulgi seu Artificialis non adeò commodè usurpatur internè; frequentius utimur Cinnabari Antimonii, quoniam est ex Sulphure Antimonii, in quo est verus Magnes Epilepsicæ, uti habebimus suo loco. Si rectificetur Cinnabaris, & denuò redigatur in Mercurium vitæ, erit Mercurius optimè rectificatus, & purificatus, ut ex eo possit fieri *Arbor Philosophica*, quæ imprimis admittione Antimonii fert *Poma aurea*: qualem Arborem habuit WENDELINUS.

13. Panacea Mercurii purgans. Si non adeò exactè aduocetur Mercurius Vitæ, & ei jungatur Mercurius vivus, ambo coeunt, & Acidum adhærens Mercurio Vitæ jungit secum Mercurium vivum, ut ita cogantur in Panaceam Mercurii purgantem.

Sublimationem sequitur

IV. DESTILLATIO.

1. Quæ beneficio Mercurii sublimati, additione Antimonii in dimidia vel anatica proportione, Liquorem acrem & crassum fundit, qui ratione consistentiæ dicitur Butyrum Antimonii & Oleum Antimonii glaciale, item Spuma duorum Draconum venenatorum, quoniam sunt quasi duo Dracones, qui misti, exspuunt hunc Liquorem. Præparationem subministrat AUTOR hic in Mercurio; sed falsum est: Nam Butyrum Antimonii nihil aliud est, quàm Concretum fluidum, quod fit ex Acido Salis communis, in Mercurio sublimato hærentis: hoc mediante Igne in motum concitatum rodit Regulum Antimonii, & cum hoc solutus in formam spissi seu gum-

IV. DESTILLATIO.

1. Oleum Antimonii Mercuriale, seu Butyrum Antimonii: Liquor gammofus.

℞. Antimonii puriff. Mercur. sublimati ana. Misc. exactè in Mortario lapideo, & destillentur per Retortam vitream ex Arena Igne primò mediocri: sic Liquor, seu Butyrum Antimonii instar glaciæ egreditur, qui si concreverit in collo, ne id obstruat, admove cautè Carbonem ut liquecat. Finità Destillatione Liquoris, auge Ignem, daque Ignem suppressionis (id est supra Arenam,) & sublimabitur Cinnabaris Antimonii, (de quâ vide suo loco, in Sublimatione Antimonii;) Liquorem egressum rectifica per Retortam vitream.

N. 1. Præstat hoc Oleum Cinnabari suâ ante rectificationem imprægnare. Nimirum, Cinnabarim tritam adde dicto Oleo, stentque in digestionem (hor. 24.) Vitro clauso in Cinere: sic fiet unio, hinc rectifica per Retortam.

N. 2. Felicior procedit Destillatio Igne aperto, sed sensim & successivè aucto. Item si Retortam cum Materiâ ante Destillationem in Cellam per triduum reposueris.

N. 3. Alii ℞. Reguli, & Mercurii sublimati ana, singula seorsim trita miscent, & ut concretionem in collo præcaveant, ad liquefcendum in Cellâ reponunt, Liquoremque deinde destillant.

N. 4. Beguinus eodem modo ex Mercur. sublimati p. ij. Jovis limat. p. 2. Oleum elicit, unde Pulvis: fit præcipitatus, quem vocat Jovem diaphoreticum: vide in Jovei

Vires.

mosi, aut butyracei, & in frigore coagulabilis Liquoris per Retortam transit. Dum verò Acidum Mercurii sublimati Regulum Antimonii rodit, Mercurius hinc ex ejus compedibus liberatus, revivificatus, & ita partim in vivâ formâ cum Butyro prodit, partim cum Sulphure Antimonii, à Regulo dissoluto separato, se unit ac sublimat in collum Retortæ in Cinnabarim. Hoc est totum, tam Butyri Antimonii simplicis, quàm compositi, negotium. Liquor qui prodit, infusione Aquæ simplicis turbatur, laesescit, & præcipitatur in Pulverem album, qui propter errores Autorum, qui dicunt esse Productum Mercuriale, inale vocatur Mercurius Vitæ, cum genuina Antimonii sit proles, adeoque rectius *Magisterium Antimonii emeticum* vocatur.

Ipsa autem Mercurii Vitæ appellatio est deducta ex PARACELSO. Cæterum sic dictus Mercurius Vitæ vulgaris non est idem cum Mercurio Vitæ Paracelsi. Nam Paracelsi scilicet paratus est ex Mercurio vivo, per Menstruum fixum in Diaphoresin, vel lenem Alvi solutionem fixato, & probè per Aquam Odorum edulcorato. Noster Mercurius Vitæ est Regulus Antimonii à Spiritu acido Mercurii sublimati solutus, sed à Menstruo per Aquam simplicem separatus, dum particule salinæ se promptè uniant cum Phlegmate (id quod omnia Salina faciunt): ex istâ unione cum Aquâ dimittunt ex suis compedibus ligatas particulas antimoniales, quæ cum à partibus Menstrui corrosivi acidis non ampliùs contineantur, gravitate suâ ad fundum secedunt: nam Regulus, seu metallica Mercurialis Antimonii pars, copioso adhuc gaudet Sulphure, quo saturatus minùs strictè cohæret externis Acidis, quin Aquæ affusione facile separatur.

Aqua hæc præcipitando Pulverem album, recipit Spiritum istum acidum solventem, unde rectificata relinquit Spiritum acidum, Spiritum Vitrioli Philosophicum dictum, reverà Spiritum Salis rectificatum, ex Mercurio sublimato resuscitatum, quia Mercurius corrosivus non nisi de Acido Salis communis participat.

Dictum fuit, Butyrum Antimonii esse Regulum Antimonii solutum, adeoque non esse Productum Mercuriale; Cinnabarim verò constare ex Mercurio revivificato & Sulphure Antimonii. Proba est facilis, quia ex Antimonio non etiam cum Salibus, vel Spiritu Salis solo, sine Mercurio, fieri potest simile Butyrum Antimonii; & deinde etiam Mercurius Vitæ præcipitatus ex Butyro Antimonii hocce, denuò potest fundi in Regulum antimoniale, quod impossibile est ex Mercurio. Sit v. g. Butyrum Antimonii sine Mercurio in viâ sicca:

℥. Antimonii,

Salis comm. ana p. ij.

Vitrioli ad albed. calc. p. iij.

Pulverisata destillentur per Retortam probè loricatam Igne aperto, & transibit Oleum seu Butyrum Antimonii. In viâ humidâ:

℥. Reg. Antimonii qu. v.

Trajiatur per Cribrum subtilissimum, solvatur in f. q. Spiritus Salis; Solutio hæc rectificata destillando dat genuinum Butyrum Antimonii, Aquæ affusione in Pulverem album

Vires. Usus hujus Olei glacialis per se est externus solum, in Gangrænâ & Sphacelo, in quibus si Pars mortua illinitione hujus Olei circumlinatur, non serpit ulterius putredo, sectioque feliciter peragitur. Simili ratione Carbunculus pestilentialis Oleo hoc circumlitus paulatim emoriendo excutitur, adeoque aptus redditur, qui postmodum Emplastris aliis obediât. Usitatum Corrosivum Chirurgis existit.

Ex hoc Oleo fit & Mercurius Vita, & Bezoardicum Minerale.

I. MERCURIUS VITÆ.

Oleo præcedenti, sive Butyro Antimonii infunde Aquam, ac statim Pulvis albus præcipitabitur, qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam sapiat, deinde exsicceetur.

album emeticum præcipitandum.

In his autem modis nulla obtinetur Cinnabaris, propter Mercurii defectum; sicuti e contra, si Butyrum Antimonii, destilletur cum Mercurio sublimato, ex Antimonio calcinato, Regula Antimonii, Antimonio diaphoretico, ex Vitro Antimonii, &c. Sed nulla obtinetur Cinnabaris propter defectum Sulphuris Antimonii volatilioris, quod Fusionem in Regulum, vel Calcinationem in Antimonium diaphoreticum, omnino exhalavit. Reverà ergo est Butyrum Antimonii Liquor compositus ex partibus Antimonii, per Spiritum salinum Mercurii sublimati corrosis: Cinnabaris verò nihil aliud, nisi Compositum ex Sulphure Antimonii, quod se conjungit cum Mercurio sublimato revivificato.

Prout itaque magis vel Butyrum Antimonii vel Cinnabarim desideramus, observandæ sunt Encheireses: nempe si Antimonium & Mercurius sublimatus invicem mixta prius aliquandiu in Cellâ repolita fuerint, copiosius Butyrum acquiritur; e contra si Species sicca probe mista mox destillentur ex Retortâ cum collo oblongiori, & quidem maturè paulò Ignis suppressionis adhibeatur, citius & copiosior Cinnabaris acquiritur. In genere Proportio Ingredientium sit, ut Mercurii sublimati duplum respectu Antimonii sumatur, sicutum Antimonium transit in Butyrum & Cinnabarim: si nulla desideretur Cinnabaris, loco Antimonii crudi recipitur Regulus Antimonii, & Butyrum æquè ac Mercurius Vitæ tutiora erunt & benigniora. Porro si loco Reguli Antimonii simplicis sumatur Regulus compositus, & majoris usus erit in Medicina.

Quando destillatur Butyrum Antimonii, vel etiam quando præcipitatur Mercurius Vitæ, simul solet progredi Mercurius revivificatus ex Sublimato Antimonio addito: hic oriundus ex Butyro, si leniter evaporetur in Igne, solet post se relinquere aliquot granula Solis, quæ granula Solis Mercurius ex Antimonio ad se attrahit, quoniam, uti habemus, in Antimonio latet primum Ens Solis.

Butyrum Antimonii rectificandum est aliquoties, ut mitescat ejus ferocia & rectificatione aliquantisper figatur.

Quod attinet ejus Usus: quibusdam internus laudatur, sed rarus est, utut ad gr. ij. in Vehiculo largo dilutum intrò propinatum maximè purget, sed præstant meliora. Externus verò Usus crebrior est, propter vim acidam & corrosivam concentratam: est Remedium pro parandis Fonticulis. Nempe recipiatur Calamus scriptorius, abscinditur particula, cujus cavitas impletur unâ vel alterâ guttâ Butyri Antimonii, & applicatur Cuti, ubi excitanda est Fontanella, comodeque & convenienter deligatur: sic enim Butyrum Antimonii coercitum non potest extravagari, sed sensim sensimque Cutim subjectam corrodit, & sic Escharam, & hæc separatâ Foraminulum pro Fonticulo excitat: vid. M. A. N. C. Ann. 9. Observ. 158. p. 336. Sed præstant pro hoc scopo Crystalli Lunæ. Est quoque Remedium pro aperiendis Abscessibus, in specie malignis, ut sunt Bubones & Carbunculi pestilentiales; si enim his maturatis guttâ una vel altera illinatur, eundem aperiri facit. In locis etiam Gangrænâ vel potius Sphacelo correptis est egregii usus, si in Sphacelo pars sit emortua; similiter in Carbunculis pestilentialibus, pro separandâ parte mortuâ à sanâ, illinuntur confinia partis sanæ cum confiniibus partis mortuæ cum Butyro Antimonii, aut circumdatur Circulus, & sic hujus beneficii pars mortua fecedet à parte sanâ, & sponte excidet. Item impedit, quò minus Venenum pestilentialis potest regredi ad interiora, sed potius retinet, ut possit eò meliùs tractari Carbunculus. Rationes videbitis in AGRICOLÆ Comment. in Poppium.

Præter hoc Butyrum Simplex paratur & cum aliis Metallis Compositum: v. g. Sole & Lunâ; quòd facit modus PETRI JOHANNIS FABRI, qui in Patbol. cap. 12. §. 2. ita procedit:

℞. Regul. Antimonii ℞j.

Tom. IV.

N. 1. Candidior ac purior erit, si ad Destillationem Butyri, loco Antimonii crudi, Regulum ejus receperis. 2. Si per Retortam illud rectificaveris.

N. 2. Appellatur & Pulvis Angelicus, Pulvis Algoreth, Aquila alba.

Vires. Totius Corporis, & præcipuè primæ regionis Humores noxios per Secessum ac Vomitum expurgat, usûsque insignis est in Peste, Capitis Morbis, Lue Venereâ, Ulceribus malignis, Febribus, Arthritide, Hydropse, ubi & ut plurimum sine Vomitu operatur.

Dosis à gran. ij. ad iv. Macerare quoque licet gr. ij. ad iv. in haustu Vini, idque filtratum exhibere.

Sunt qui Infusum Mercurii Vitæ in promptu habent. Nimirum

R. Mer-

liquefiat in Crucibulo: hinc adde

Auri opt. ℞ss.

Lunæ opt. ℞j.

M. invicem, frigescant, & in Pulverem subtilissimum redacta, misceantur exactè cum Mercurio, & ita l. a. destillentur: quod enim etiam de Sole & Luna simul cum Butyro plus minus transeat, præter alios testatur BOYLE Chym. szept. p. m. 132.

I. Quod attinet Magisterium Antimonii emeticum ex Butyro aliquoties rectificato præcipitatum, seu MERCURIUM VITÆ, Pulvis dictus Algorethi, natione Itali, qui in frequenti usu habuit: hic probe edulcoratus, est Remedium satis validum, *ἄνω καὶ κάτω*, purgans, dosi gr. ij. vel iij. in substantiâ, utut raro; vel Infuso cum Vino ad gr. v. vel vj. Unde convenit in omnibus Affectibus, ubi opus est Vomitione & Purgatione per inferiora, imprimis in principio Febrium, in quibus vel in Infuso, vel in substantiâ adhibitus, est egregium Purgans. Hic Mercurius Vita prætereâ est egregius in facilitando Partu difficili, ubi aliis Medicamentis irritis res videtur desperata; ita enim, excitato Vomitu, cum impetu Fœtus excluditur; de quo vid. BILLICHIUS in Obs. & Parad. Chym. p. 161. ubi sunt egregia de Mercurio Vitæ, iis qui intelligere volunt naturam Mercurii Vitæ maximè legenda. Observandum: quòd post assumptionem ejus semper sapor vitriolaceus instat Pulveris Vitrioli in ore percipiatur. Rectè dicit AUTOR Nota i. quòd vis Mercurii Vitæ non exhauriatur, ex eo, cum adhibitus in Infuso, & denuò exsiccat, centies possit infundi eadem efficacità & vomendi virtute: quòd de omnibus Antimonialibus verum, quia semper de illâ substantiâ sine insigni alteratione aliquid roditur. Et hac ratione Medicamenta Antimonialia sunt inexhaustæ virtutis & in purgando & Vomitu ciendo. Sed observetur, quòd, si propinetur Hydroponico, non purget per superiora, sed per inferiora tantum: vid. POPPIUS in Bassi. Antimon. pag. 33. & HOEFFERUS Herc. Med. T. 1. pag. 129. Ratio est, quoniam Serositates Hydropticorum corrigunt Mercurium Vitæ, eumque figunt, & vim ejusdem vomitivam tollunt, ut tantum purget per inferiora. Nam sicut Sal commune optimum corrigens est Mercurii Vitæ, adeò, ut etiam postmodum audietis ex AUTORE nostro, ut si ad aliquod tempus teratur Mercurius Vitæ benè cum Sale communi, exinde ex Vomitorio evadat blandum Purgans per inferiora; ita Serositates Hydropticorum acido-saltæ corrigunt Mercurium Vitæ, ut tantum purget per inferiora. Quòd si in Apoplexiâ circa Paroxysmum opus sit Vomitorio, (quæ utramque faciunt paginam,) & propter Gulæ resolutionem non possit deglutiri, unum vel alterum granum Mercurii Vitæ impositum Lingue circa Fauces, lenem & jucundum promoverè Vomitum, per Experimentiam est confirmatum; quatenus statim per Salivam vis vomitoria tribuitur Stomacho.

Cæterùm observetur de Mercurio Vitæ & omnibus Medicamentis Antimonialibus, quòd tutius adhibeantur in Infuso, quàm in substantiâ. Ratio, quoniam in substantiâ si propinetur sine permissione Medicamentorum, possunt faciliè adhærere plicis Ventriculi vel mucos Intestinatorum, unde ex irritatione continuâ continuæ & horrendæ superveniunt Vomitiones, & miserandæ Hypercatharses. Hoc ne fiat, comode datur in Infuso, in quo beneficio Filtrationis substantia remanet, virtute per Filtrum tantum transeunte. Quòd si fiat Mercurius Vita, præcipitando Butyrum Reguli Antimonii Martialis ac postmodum Spiritum Vini desuper deslagrando, ut volatiliores acioresque particule ita exhalent; tunc minore cum vehementia purgat, vim vomitivam omnem ferè amittit: propterea, quoniam eadem ipsa beneficio additionis

G g g g

Mar-

II. BEZOARDICUM MINERALE.

1. Antimonium Diaphoreticum Crollii : seu Bezoardicum Minerale simplex , seu Officinarium .

R. Butyr. Antimonii rectificat. e. g. ℥iv. affunde guttatim Spir. Sal. Nit. rectific. ℥iv. alii Aqu. Fort.) abstrahe deinde Spir. Sal. Nit. iterumque affunde Spir. Sal. Nit. novi ℥j. idque tertiâ vice repetatur. Præcipitatus hic postea teratur , abluatur , & igniatur.

N. Crollius Butyrum hoc facit ex Antimonii p. 3. & Merc. sublimati (nempe parati per Vitriolum & Sal. com.) p. 1. sed sufficit proportio anatica .

Vires. Magnum est Alexiterium , saluberrimumque Remedium Bezoardicum , quod Sudores provocando magnos effectus monstrat in omnibus pestifentialibus & venenatis Affectionibus .

Dosis à gr. 6. ad 12. vel ultrâ.

Quercetanus in Pharmacop. restit. Crollius, Sennertus Insti-
tut. Keslerus 1.c. 70. Hartmannus in pract. ut & in Croll.

De Controversiâ : Utrum Medicamenta ex Butyro Antimonii facta , sint Mercurialia , an Antimonialia ? legat qui velit Tenzelium in Exeg. titul. de Bezoard. Salam in Ternar. Bezoard.

Probabilius videtur , naturâ id esse antimonialis .

2. Bezoardicum Solare compositum.

R. Bezoard. Mineral. Solar. ℥j.

Sal. Rut.

Guaiac. ana ℥ij.

Solut. Corall. rubr. ℥jss.

Misc. optimè per horam in Mortario vitro.

Hinc adde subinde

Spir. Sulphur. ℥ss.

Tinctur. f. Extract. Croc. or. ℥. ss.

Ol. Caryophyll.

Succin.

Cinnamom. ana ℥j

Lap. Bezoar. ℥ss. vel ℥j. si placet.

Stent in Cinere tep. do , clauso Vitro , per dies ac noct. 3.

N. 1. Bezoardicum Minerale Solare ad datam compositionem fit ,

1. R. Butyr. Antimonii ℥. ss. Cinnabar. factit. præparat. (vel Cinnabar. Antimon.) ℥j. F. Solutio in Phialâ oblongi colli , igne Arenâ mediocri (ut leniter bulliat ,) sic rubescet Solutio. Hanc præcipita affundendo Aquâ calidâ ℥. aliquot : & præcipitabitur Pulvis albus , quem decantato sensim Li- quore flavescente , edulcora optimè in Aquâ abluendo , tandem exlicca blando calore Solis , vel Hypocausti .

2. R. Auri Ungar. laminat. ℥ij. solve penitus in ℥ij. Aqu. Regal. (destillatâ ex Aqu. Fort. cum Sal. com. quart. p.) Hinc abstrahere Aqu. Regal. cohobaque vicibus 4. Dein solve denuò : Solutioem funde super Pulveris prioris ℥ij. digere hor. vigint. postea abstrahere sensim , cohobaque vice tertiâ . Tandem auge Ignem ut Spiritus Aquæ Regal. profus evanescant. Postmodum affunde Spirit. Vini , eumque aliquoties iterum abstrahere ; sic paratur Bezoardicum Minerale Solare.

N. 2. Solutio Corallorum fit ,

R. Sal. Ammoniaci purificati , (id est sublimati , primò à tantundem Sal. com. decrepitati , secundo sine Sal. com. per se) Corall. rubr. pulv. ana ℥ss. Misc. & sublima denuò : sic relinquitur in fundo Sublimatorii Calx Corallorum , quam pone super Tabulâ vitreâ ad liquefendum. Residuum quod in Solutioe supererit , denuò cum Sale Ammoniaci purificato submitte Sublimationi & Solutioe , donec tota Corallorum substantia sit soluta .

N. 3. Tinctura Croci fit cum Spirit. Vini , qui iterum abstrahitur ad consistentiam Mellis .

Vires. Sudores validè ciet , adedque confert in Apoplexiâ , Paralyfi , Arthritide , Podagrâ , Tremore Artuum .

Dosis à gr. 4. ad 8.

Excommunicatione Affinis mei colendi , Dn. Johannis Grafers , Chymici industrii & Pharmacopæi hujus Reipl. meritissimi , qui & hoc inter Chymica sua extare voluit.

3. Be-

II. BEZOARDICA MINERALIA, ita dicta propter vim alexipharmacam, quoniam instar Lapidis Bezoar Venenis resistunt, Malignitatem per Sudorem eliciunt.

1. Communis præparandi Modus est , ut Butyro Antimonii cum Cucurbitâ , in Vas Aquâ frigidâ plenum impositâ , instilletur Spiritus Nitri rectificatus tamdiu , donec cesset omnis Effervescentia, quæ aliàs insignis est , cum copiosorum Funerum rutilantium ejectione & insigni Cucurbitæ incallescenciâ . Spiritus Nitri aliàs blandè Spiritui Salis seu Spiritui Vitrioli philosophico commiscibilis est : hic verò Effervescentia oritur , quatenus dictus Spiritus intimè penetrat in particulas regulinas Antimonii Butyri , quas ceu alcalinæ naturæ dissolvit , sed insigni cum Effervescentiâ . Quòd si Spiritus Nitri fuerit fortior , solvit Antimonium , & ita sine Præcipitatione miscetur . Hoc factò per Retortam in Arenâ fiat Abstractio usque ad siccitatem : Spiritus , qui prodit , vocatur Spiritus Nitri Bezoardicus , compositus nempe ex Spiritu Nitri & Spiritu Salis Butyri Antimonii , adeoque generosior Aqua Regia , BOYLEO sic dictum Menstruum peracutum constituit . Menstruum abstractum denuò affunditur , & cum ℥j. Spiritus Nitri acuitur (si nempe Butyri saltem ℥ij. vel ℥iv. fuerint ; si verò plus hujus sumpsum fuerit , etiam copiosiore Spiritu Nitri acendus erit) : abstrahitur denuò , idque etiam tertiâ vice , semper cum additâ Spiritus Nitri novâ portione acendus : Pulvis relictus albus pulverisatus calcinatur seu ignitur in Patellâ ferè candefactâ terreâ , ut copiosiores & aciores adherentes Spiritus nitrosi ita exhalent (quod patet , si non amplius fumet) : quo factò cum Spiritu Vini benè agitetur in Mortario , qui adhuc semel desuper digerendus & deflagrandus est , quod in omnibus Bezoardicis observetur , & ita Bezoardicum Minerale erit præparatum . Nempe Acidum Nitri figit sulphureo-Mercuriales Reguli Antimonii particulas , & ita cum iis in Concretum salsum abit , quod postmodum Spiritus sub calcinatione & effumatione Concretum sulphureo-alcalinum constituit , dum & Sulphur Nitri simul in eodem nonnihil concentratur ; adeoque magnum est Alexiterium , ut rectè dicit AUTOR . Idq; non immeritò , quoniam ipsi potius deferendus Principiatus Bezoardicus , quàm Lapidis Bezoar , ex eo quoniam Lapis Bezoar sine adulteratione ad nos vix transfertur . Hoc Bezoardicum , non minùs quàm Antimonium diaphoreticum , nobile est Remedium in Febris ardentibus , præsertim quibusvis malignis & venenosis , petechialibus , Variolis & Morbil-

Tom. IV.

lis , Lue Venereâ & impuritatibus Sanguinis aliis per Sudorem eliciendis , Fermentum febrile acidum malignum frigendo , Effervescentiam hanc concitatam sedando , & mediante Sudore Massam sanguineam purificando , sicut & Neapoli grassante Peste in frequenti usu fuit . ROSENCREUZERUS in Astron. Inferior. p. 40. refert , se curasse Hydropicum propinato Bezoardico minerali simplici in Aquâ Ulmarie , Cardui benedicti , & Cinnamomi , & ex usu hujus Remedii propinati Araneas sex vivas cum Urinâ reddidisse Hydropicum .

Dosis est à ℥ss. ad summum ℥j. Hanc præ Antimonio diaphoretico prærogativam habet , quòd de Sulphure Nitri simul fixato , uti aliqui suspicantur , etiam aliquid participet : quod tamen in medio relinquo . Si autem Spiritus Nitri non optimè notæ fuerit , Vomitus facilè excitare potest : quod post sudorem observavit LUDOVICI in Pharmaciâ .

Facili modo paratur à quibusdam , si Spiritus Nitri part. vi. cum Butyri Antimonii p. i. misceantur : sic enim unicâ & simplici Abstractioe idem obtinetur , quod aliàs triplici aut multiplici Cohobatione vix peragitur . Varios quoque & simul succinctos Bezoardicum Minerale præparandi Modos videbitis in LUDOVICI Pharm. pag. 326. seqq. CNOEFFELIO M. M. de Febr. pag. 83. WEDELIJ Pharm. pag. 38.

2. Præter hoc Bezoardicum Simplex etiam cum quovis Metallo fiunt Bezoardica mineralia Composita , quæ inter eminent Solare , seu Antimonii cum Auro compositum . Tres modi hujus ab AUTORE enumerantur , quorum primus No. 2. Notâ 1. est insignis . Nam ex Butyro Antimonii , Cinnabari Antimonii , ac Auro fit præstantissimum Remedium in Morbis acutis singulari ; hinc vocatur quibusdam Bezoardicum Solare cinnabarinum , de quo pluribus agit GREIFFIUS Tr. de Ther. cæl. pag. 63. Observandum saltem pro præparatione Bezoardici Solaris Aurum probè à Venere & omni alio Metallo minùs nobili , depuratum sumendum esse : quia aliàs non esset perfectè diaphoreticum , sed ratione Veneris admixtæ potius vomitus ciceret .

In Præparatione Bezoardici Solaris Compositi etiam adhibetur Sublimatio Corallorum , quam habet AUTOR Notâ 2. & quidem sublimantur Corallia beneficio Salis Ammoniaci , & in hac Sublimatione ascendunt Flores rubicundi , seu subtilia Coralliorum ramenta , unâ cum Sale volatili Salis Ammoniaci , & relictâ Corallia ab Acido Salis Ammoniaci

G g g g 2

3. Bezoardicum Solare Crollianum.

℞. Butyri Antimonii ℥. ℞. solve affundendo sensim Spirit. Sal. Nitri.

℞. Auri fin. ℥℞. solve in Aqu. Regal.

Utramque hanc Solutionem claram confunde, abstrahere Menstruum gradatim, abstractum iterum affunde, cui adde Spirit. Sal. Nitri nov. ℥j. abstrahere, idque repete aliquoties. Calx hæc dulcoranda & ignianda est.

Vires. Vires hujus Bezoardici summis Crollius effert laudibus in Lue Venerea, Peste, Podagra, Hydrope, Febribus, Obstructione Lienis.

Dosis à gr. 3. ad 8.

N. Hoc Bezoardicum licet suis haud careat viribus, attamen ob corporeitatem, quam Aurum adhuc obtinet, præstantius censetur quod sequitur. Videlicet

4. Bezoardicum Solare verum.

Fit eodem ferè modo. Nimirum

Si loco Auri illius corporei subrituatur Aurum in spiritualement substantiam exaltatus; de qua Exaltatione vide in Solis Volatilisatione, vel Tinctura Solis. Nempe

℞. 1. Auri illius spiritualis ℥℞. solve in Aqu. Regal.

2. Solve in eadem Butyri Antimonii rectific. ℥iv. (vel ut alii vj.) utramque Solutionem confunde, abstrahere Menstruum per Retortam, Destillationibus sæpe repetitis; Postea per Calcinationem sub Tegula, (unter einen Muffel, under a covered crucible, onder een gedecktes melkroes,) reduc in Pulverem violaceum, si lenis, vel in purpureum, si intensior Calcinatione instituat.

Vires. Vires eadem obtinet, quas prius, sed efficaciores.

N. 1. Hartmannus in Croll. Sennertus in Institut.

℞. Aurum (per Spirit. Nitri bezoardicum) spirituale redditum, junge cum Butyro Antimonii, in Spirit. Nitri vel Aqu. Regal. soluto; repetitis Destillationibus unientur ac figentur: abstrahere tandem, & habebis interveniente Calcinatione Bezoardicum Solare purpurei coloris magnarum virium.

Dosis eadem quæ priorum, à gran. 2. ad 10.

N. 2. Tentzelius Solutionem illam Auri oleiformemedulcorat, superfundendo & abstrahendo aliquoties Acetum forte. Postea extrahit Tincturam, Menstruo Basilii affuso, digerendo per mensem, &c. Hinc

℞. Tinctura hujus à Menstruo separata p. 1. Butyr. Anti-

niaci corroduntur, adeoque in Corpus saliforme abeunt, quod in Cellâ positum, solvitur in Liquorem; quam Solutionem quidam inter Arcana referunt, & conantur omnes Lapides ita dissolvere; sed nihil valet.

3. No. 3. habet AUTOR Bezoardicum Solare Crollianum seu commune, quæ Præparatio est optima. Solvere jubet AUTOR Aurum in Aquâ Regiâ. Sed observetur, commodius solvi Aurum in Spiritu Nitri Bezoardico (id est Spiritu Nitri qui abstrahitur à Butyro Antimonii) & ita Solutionem hanc misceri cum Butyro Antimonii, addendo ulterius Spiritum Nitri q. s. & modo supra dicto procedendo: hæc enim Solutio Solis simul præcipitat Butyrum Antimonii; tunc in forti Destillatione volatilifatur Aurum, & prodit in formâ rubicundâ cum Menstruo, remanet Pulvis luteus in Spiritu Vini solvendus: quo desagrato remanet Pulvis purpureus, in parvis Catinis terreis candentibus aliquandiu movendus, ut avolet Spiritus acidi nitrosi, restante Pulvere purpureo. Aurum ad Butyrum Antimonii debet habere proportionem subquadruplam, ita ut ad Butyri Antimonii ℥iv. sumatur Auri in Spiritu Nitri Bezoardico solvendi ℥j.

4. No. 4. loco Auri Corporalis eligit AUTOR Aurum in Spiritualement substantiam exaltatum, hoc est, quacunque ratione volatile factum. Optimus modus, qui præsentis negotio inservit, fit cum Spiritu Nitri Bezoardico, in quo solum Aurum toties cohobetur, donec volatile fiat, & per Retortam transeat. Hoc affunditur remanenti Pulveris antimoniali, à quo Spiritus Nitri Bezoardicus fuit destillatus, & tertiâ aut quartâ vice tandem ad omnem modam siccitatem abstrahitur. Pulvis remanens cum Spiritu Vini ex Facibus parato probe irroretur, & hinc in Catinis parvis candentibus leniter calcinetur, donec nempe Spiritus combusti sunt.

Usus Bezoardici Solaris non cedit Lapidis Bezoar Orientali: in Febribus pestilentialibus, Dysenteria epidemica, Epilepsia Paucorum, imprimis si eadem oriatur à Morbillis & Variolis ante eruptionem, egregium est Remedium; tollit enim simul Epilepsiam, & expellit Variolas: quem usum similiter, quando resistendum Epilepsie, & expellendæ Variolæ, præstat Cinnabaris Antimonii legitime præ-

parata, quæ cum sit basis Specifici Cephalici D. Michaelis, propter hanc Specificum Cephalicum commodè propinatur in principio Variolarum & Morbillorum, in quibus ipsis, uti & Febribus petechialibus, & his omnibus cognatis Affectibus, nobilis est Medicina.

Dosis ℥℞. ad gr. xv.

5. Bezoardicum Lunare primum.

℞. Butyri Antimonii in Sp. Nitri solut. ℥iv.

Tinctur. Luna viridiuscula ℥℞.

Junge ac destillando aliquoties ad necessitatem fige.

Vires. Bezoardicum hoc viridiusculum utilissimum est ad Capitis affectus, præsertim ad Erypelas Capitis mulercularum.

Dosis à g. 6. ad 12.

Tinctura Luna fit

Lunam solvendo in Aqu. Fort. hanc rursus abstrahendo, & Tincturam per Spirit. Vini extrahendo. Vide suo loco.

6. Bezoardicum Lunare secundum.

℞. Extracti carules Lunæ, (ex Lunâ cum Sulph. calcinatâ per Spir. Urinæ extracti) soluti in Aquâ Forti p. 1.

Butyri Antimonii, itidem in Aquâ Forti soluti p. 2.

Junge ac destillando vel circulando uni.

Habes Bezoardicum Lunare ejusdem, vel etiam majoris virtutis.

7. Bezoardicum Lunare tertium.

℞. Extracti seu Tincturæ Lunæ, mediante Acet. destillat. extracta ex Lunâ in Aquâ Forti solutâ, & insillatione Ol. Tart. p. d. præcipitatâ.

Et Butyr. Antimonii. Procede ut supra.

8. Bezoardicum Lunare quartum.

Præstantissimum fit Bezoardicum Lunare, si Luna cum Sp. Sal. Nit. in Vitriolum redacta, & cum Butyro Antimonii s. a. in Pulverem fuerit fixata.

9. Bezoardicum Venereum.

Ex Squamâ Aëris elicitur Tinctura cum Butyro Antimonii rectificata, dein figitur per Spiritum Sal. Nit. ut in prioribus dictum.

10. Bezoardicum Martiale.

Ex Croco Martis per reverberationem extrahe cum Butyro Antimonii Tincturam, dein fige per Spirit. Sal. Nit. more ulitato.

Vires.

parata, quæ cum sit basis Specifici Cephalici D. Michaelis, propter hanc Specificum Cephalicum commodè propinatur in principio Variolarum & Morbillorum, in quibus ipsis, uti & Febribus petechialibus, & his omnibus cognatis Affectibus, nobilis est Medicina.

Dosis ℥℞. ad gr. xv.

5. 6. 7. 8. Bezoardica Lunaria No. 5. 6. 7. & 8. ab AUTORE explicata parùm valent, ob defectum veræ Tincturæ Lunæ, ac genuina est de his HOFFMANNI Censura pag. 284 Bezoardica Lunaria omnia propter Veneream, à qua hęcitia ista Lunæ est Tinctura, suspecta esse, adeoque potius Lunam probe deparatam & cupellatam in Spiritu Nitri solutam Butyro Antimonii pro parando Bezoardico addendam esse. Nam ea, quæ non cupellata, sed adhuc participat de Venere, uti habet saporem vitriolaceum, ita etiam adhuc obtinet vim vomitoriam.

Hoc Bezoardicum Lunare imprimis convenit in Morbis malignis, qui Caput affligunt, & Dolorem ac similia Symptomata inducunt; sed necesse est, ut sit ritè præparatum. Ergò, ut simus securi, loco Bezoardici Lunaris potest misceri Bezoardico minerali simplici Luna cornea, aliudve conveniens Luna Magisterium, de quo superius. Aliàs Bezoardicum Lunare ritè paratum in Lue Gallicâ, Gonorrhœâ virulentâ, in Renum & Partium genitalium Exulcerationibus, non est contemnendum.

9. Bezoardicum Venereum No. 9. Suspectum est, ob vim vomitoriam: unde nemini usum ejus suadere possum.

10. Bezoardicum Martiale ab AUTORE No. 10. descriptum non est rejiciendum, & facile succedit: Nempe Butyrum Antimonii guttatim instillatur vel Croco Martis reverberato, vel Limaturæ ejus, & in momento elicit Tincturam, quoniam solvit Martem & hinc more consueto procedendum. Sed concinnior Præparatio est, si bene candefactis Clavis equinis, ex Soleis equinis nimirum extractis, in Crucibulo superinjicitur ana vel duplum Antimonii pulverisati, & ita funduntur simul continuo agitando, & sic in Scorias ambo abeunt. Harum Scoriarum compositarum pars j. miscetur cum Mercurii sublimati part. ij. & sic destillantur per Retortam in Butyrum Anti-

Vires. Est Specificum in omnibus fluxionibus Ventris, præsertim ab Epasæ originem capientibus.

Scheunemannus in Hydromant.

11. Bezoardicum Joviale.

Reguli Antimonii sive Martis facti ℥iij. huic fuso (in Crucibulo) adde *Jovis Anglici puriss.* limuliter fusi, ad ℥j. ut fiat de novo *Regulus*, postea læviga, & admisce diligenter *Mercurii sublimati* ℥v. Destilla ex Retortâ, *Butyrumque* inde destillatum cum *Spiritu Sal. Nit.* ternis destillationibus fige, postea calcina, ignitumque in *Spiritu Vini* extingue, & exsicca, fit *Pulvis griseus*.

Vires. Potentissimè movet Sudores, insuper ad obstructions Epatis polychreston non consemnandum est.

Dosis à g. 2. ad 6. vel 8.

12. Bezoardicum Saturninum.

Cum *Butyro Antimonii non rectificat.* extrahe *Tincturam* ex *Vitro Saturni*, atque cum *Spiritu Sal. Nit.* dicto modo fige.

Vires. Prodest in affectibus Lienis.

Dosis ad g. 6.

N. Vitrum Saturni fieri potest ex Minio & Silicibus.

13. Bezoardicum Mercuriale.

Fit eodem modo quo Bezoardicum Saturni, ex *Vitro scilicet Mercurii Vitæ & Butyro Antimonii*.

De omnibus hisce Bezoardicis legi potest *Hartmannus in Groll. Tentzelius in Exeg.*

Nos ad DESTILLATA revertimur, inter quæ sequitur

2. Spiritus seu Oleum Mercurii album diaphoreticum.

Mercurii sublimati tenuiter pulverisati p. i. *Argillæ rubr.* p. iij. Misc. & fac cum *Aquâ communi* Globulos in umbra exsicandos: destilla dein ex Retortâ vitrea per Arenam

igne suppressionis (gradatim tamen) horis duabus adhibito, prodit elegans *Spiritus*, quem serva.

N. Si quid *Mercurii* sublimetur, cum recenti *Argillâ* misce, & procede ut antea.

Vires. Diaphoreticus est. *Dosis* gr. 1. 2. 3. vide *Spiritum sequentem*. *Rhenanus Chymiotech. lib. 1.*

3. Spiritus seu Oleum Mercurii rubrum.

Mercurii sublimati tenuiter pulverisati, *Limatur. Martis ana.* Misc. ac resolve per deliquium in *Oleum flavum*, quod diligenter collige. *Residuo* (quod non solutum) affunde *Aquam comm.* ac extrahe *Sal. Sal* purificatum & coagulum denuo *Oleo* junge, fietque aurei vel crocei coloris. Destilla in Arenâ ex Cucurbitâ humili per Alembicum brevis rostri: primò exibat *Pblegma*, quod seorsim colligatur; auctiori deinde igne ascendit *Rubedo*, quæ partim in Excipulum (quod mutatum sit) destillabit, partim in Alembico & rostro *Butyri* instar adhærescet. Urge ignem, donec nihil amplius ascendat, tunc cessa.

Pblegma destillatum unâ cum *Rubedine* ad spondilia Cucurbitæ elevata, redde *Capiti suo mortuo*, reiteraque Destillationem per Alembicum eundem, vix incalcescente Alembico (imò vel à vaporibus,) liquecet *Rubedo* in Alembico hærens, exstillabitque rubicundissimè in Excipulum; postquam *Rubedo hæc* exstillaverit, mutato Excipulo suscipe *Pblegma* subsequens, ac postea *Rubedinem* reliquam igne auctiori, ut antè collige, idque repete tot vicibus, quot opus fuerit.

Vires. Utriusque hujus *Spiritus* magnus est Usus, imprimis verò *rubri*: expediunt per Sudorem quodcumque in Corpore noxium fuerit, aliisque Medicamentis difficulter cedit. In Lue Gallicâ Pustulæ hujus usu sponte cadunt, Tubercula minuuntur, Dolores sopiuntur, Ulcera fetida manantia exsiccantur & consolidantur.

Dosis gr. 1. 2. &c. in *Aquâ Theriacali*, *Misturâ simpl. Spir. Guajaci*, *Decocto*, & simil.

Hartmannus in pract.

4. Oleum

Antimonii Martiale rubrum, remanente Capite mortuo friabili variegati coloris. *Butyrum* præcipitatur cum *Spiritu Nitri*; & figitur cum eodem consueto modo, hinc cum *Spiritu Vini* deslagatur, & fit Diaphoreticum singulare, Antifebrile & Anticachecticum. Postmodum *Caput mortuum*, quod remanet post Destillationem *Butyri*, elixiviatum cum *Aquâ communi*, per residuum depuratur & filtratur, & *Liquor*, qui Filtrum transit acidulus, inservit loco *Acidularum Artificialium*, & si evaporetur in loco frigidus, dat *Crysallos*. Forsan etiam ex *Spiritu seu Oleo Mercurii rubro infra* ab AUTORE No. 3. descripto, utpote quod nihil de Mercurio, sed saltem de *Marte* participat, dictâ ratione *Bezoardicum Martiale* parari poterit.

Bezoardicum Martiale est egregium in quibusvis Febris, præsertim Intermittentibus, item cum Hæmorrhagiâ aut Fluxu quovis cruento symptomatice conjunctis. Commendatur itidem in Ictero, Cachexiâ, Curâ Hydropicos, (quorum aliquot hac ratione fuerunt curati) & similibus Morbis chronicis, necnon in Fluxibus Ventris, imprimis epidemicis, quales sunt Dysentericæ & Diarrhœæ epidemicæ malignæ; resistit enim Malignitati, & simul compescit Fluxus.

11. *Bezoardicum Joviale* No. 11. commodè potest præparari ad AUTORIS præscriptum ex *Butyro Reguli Antimonii Jovialis* cum *Mercurio sublimato*, & deinde præcipitando cum *Spiritu Nitri*. Commodior tamen ac elegantior est ille modus ex solo *Jove* cum *Mercurio sublimato*, quem supra de *Jove* explicavi, & pluribus prostat declaratus in ZWELFFERO *Mant. Spagy. pag. 344.* sicut etiam *Bezoardicum Joviale* parari potest ex *Scoritis Antimonii & Jove* simul mittis, non antea facto *Regulo* ex iis.

Usus *Bezoardici Jovialis* egregius est in Affectibus Uterinis, propinatum cum aliis, in specie in Febris malignis, Purpurâ Puerperarum albâ, & petechialibus. Convenit prætereâ in Epilepsiâ ab Utero & similibus, & in iis, qui læpius Hæmorrhagiâ Narium laborant, ex qua metuenda Cachexia & Hydrops, ad gr. vj. & viij. aliquoties repetendo. In Hæcticis commodè potest substitui *Antibetico Poterii & Sudorifero magno Fabri*, cum quibus easdem obtinet virtutes. Mulieribus, Morbis Mammillarum laborantibus, imprimis induratione Mammillarum, est egregium, potestque etiam tutò propinari Prægnantibus. *Mercurium* quoque *vivum secum rapit*, si quis est dispersus per Corpus, adeò ut exinde Excrementa Alvi appareat alba, quoniam *Mercurium* secum per Fæces expurgat.

12. *Bezoardicum Saturninum* No. 12. Nil valet de-

scriptio AUTORIS, quin potius ex *Butyro Saturni supra de Saturno* descripto, cum *Spiritu Nitri Bezoardicum Saturninum* fieri potest: Vel hoc labore fiat Processus, quibusdam in Secretis reservatus.

Solve *Saturni laminati* part. iij.

Huic instilletur

Butyri Antimonii absque Mercurio sublimato par. pars j. Et præcipitabitur mox *Pulvis* albusissimus, cui infunditur *Aqua communis*, ad eminentiam 4. digitorum.

Optimè agitetur & filtretur: quod in Filtro remanet, leniter exsiccet, & habebitur *Saturnus antimoniatu laxatus*, qui servetur.

Leniter purgat, Æstimationes Corporis temperat, Viscerum Ardores ac Inflammationes, præsertim Renum ac Lienis, curat.

Dosis est pro ratione Ætatis & Circumstantiarum à g. ij. ad viij.

Quod si cum *Solutione* hac & *Butyro Antimonii*, more cum *Bezoardicis* recepto procedatur, habebitur *Bezoardicum Saturninum*.

13. *Bezoardicum Mercuriale* No. 13. est Non-Ens, & nihil aliud, quàm purum putum *Bezoardicum Antimoniale*. Paratur enim de *Mercurio Vitæ*; *Mercurius* autem *Vitæ* est *Antimonii soboles*; unde nihil peculiare habebit præ *Bezoardico Minerali simplici*.

Sunt qui parare volunt *Bezoardicum Septastrum*, idque ex omnibus septem Metallis, uti videre est in POPPIO *Tr. de Antimonio*: Sed non opus est tali Remedio, sufficiunt namque Simplicia.

Sequuntur in AUTORE plures *Spiritus*, *Olea*, ac *Salla Mercurialia*; uno nomine, *Magna Non-entia*. Omnia enim hæc vel nihil de Mercurio participant, & saltem *Salium* sunt variz mutationes, vel *Mercurium* larvatum sub *Salibus* diversimodè absconditum, adeoque nunc ad *Sublimati*, nunc ad *Præcipitati* naturam propiùs accedentem, continent. *Mercurius* per se non dat *Liquorem*, cum *Salibus* autem permixtus pro varietate illorum varias induit larvas.

2. *Oleum Mercurii Album* No. 2. quod RHENANUS in *Chymiotech.* describit non est Productum *Mercurii* genuinum, sed nihil aliud, quàm *Spiritus quidam salinus*.

3. *Spiritus seu Oleum Mercurii Rubrum*. No. 3. quod HARTMANNUS in *Praxi* describit, est tantum *Solutio Martis* cum *Mercurio sublimato*, & tamen ab AUTORE vocatur *Oleum rubrum*, & sic porro.

4. Oleum

4. *Oleum Mercurii diaphoreticum dulce.*

R. Mercurii sublimati q. v. solve in Aceto destillato, digere ac abstrahere Acetum destillatum ad siccitatem; Residuum in Retortâ digere cum Spiritu Vini rectificatiss. donec fiat crassus Liquor. Hinc destilla ex Arenâ Igne forti, & prodibit Liquor instar lactis. Lactem hunc Liquorem reafunde Materiâ in fundo relicta, destillaque denuo. Sic exstillat Oleum album ac fragrans sine corrosione. Kesslerus lib. 3. c. 30. lib. 4. cap. 35. Vide etiam Liquores Mercurii.

N. Alii contenti sunt solâ Digestione ac Destillatione cum Spiritu Vini peractâ. Kesslerus lib. 2. cap. 29. lib. 4. c. 34.

Vires. Curat Ulcera maligna, cancrofa, præsertim Renum & Vesicæ.

Ufus tam internus, quàm externus est.

5. *Oleum fragrans, Astrum dictum.*

R. Mercurii septies sublimati, totiesque per Calcem vivam reuivificati, q. v. solve in Spir. Sal. Nitri calore mediocri: dein abstrahere Spir. Sal. Nitri, edulcora optimè coquendo in Aceto destillato, ut corrosivus sapor eluatur: postmodum abstrahere quoque Acetum destillatum & denuo elue, affundendo Aquam pluviam stillatitiam, hinc exsiccata, & digere aliquamdiu cum Spiritu Vini rectificatiss. ana. Postea pelle simul per Retortam Igne initio leni, dein fortiori: Corpus residuum serva pro conficiendo inde Sale. Exstillato verò deme Spiritum Vini in Mar. Baln. Et remanebit in fundo Oleum Mercurii fragrantissimum, quod est Astrum Mercurii. Basilus.

Vires. Diaphoreticum est & peculiare Curativum Luis Venereæ: easdemque vires obtinet, quas Sal Mercurii ex Corpore residuo paratum, vide infra.

6. *Aliud Oleum Mercurii diaphoreticum fragrans.*

R. Mercurii sublimati p. i. Salis Ammoniaci fixi (in Liqueorem p. d. redacti & mundificati) p. iij. Solve p. d. Liqueore imbuatur Charta bibula. Charta sic perlusa Matraccio vitreo includatur cum suo Alembico & Recipiente: destillando Liqueorem Mercurialem Igne Arenæ elice. Hinc si rectificaveris, dulcissimum, odorisque fragrantissimi ac gratissimi, Moschum redolentis, nancisceris Oleum.

Vires. Aptissimum est in Sudoribus ciendis.

Querquetanus in Tetrad. In descriptione Panaceæ Antimonialis:

7. *Oleum Mercurii saccharatum, Spiritusque.*

R. Mercurii sublimati p. j. Sacchar. p. iij. Misc. optimè ac destilla per Retortam vitream Luto obductam in Receptaculum capax. Primò accende paulatim Carbones supra Retortam, ut calefcat: hinc accende & infra, ac continua Ignem lentum dies 2. aut 3. Quod exstillabit committe destillationi Mar. Baln. Exhibet Spiritus Mercurii subacidus, Oleo Sacchari remanente in fundo.

4. *Oleum Mercurii Diaphoreticum dulce No. 4* hoc describit KESLERUS, & est tantum Resolutio Mercurii sublimati, non verò perfectum Mercurii Oleum. Alias omnia hæc Olea Mercurii in genere conveniunt valde in Ulceribus inveteratis dysepuloticis & cancerosis, & etiam in iis, qui volunt vergere ad Gangrænam. Usus internus habent ferè nullum; externus verò aliis tutioribus, aut saltem Mercurio præcipitato communi vel Mercurio dulci, facile suppleri potest: quanta enim sunt tantum Solutiones Mercurii sublimati sunt.

6. *Oleum Mercurii Diaphoreticum Fragrans. No. 6* Hoc Oleum QUERCETANUS præparare docet cum Sale Ammoniaci fixo: sed hic Processus falsus est. Nam impossibile est, ut Sal Ammoniacum cum Calce vivâ figatur, demonstrante ZWELFFERO in Animadv. ad Pharm. Reg. Deinde Mercurius sublimatus non potest figi cum Sale Ammoniaci hoc modo fixo, licet vel centies sublimeretur, uti videri potest in UNZERO de Mercurio l. 2. cap. 6.

7. *Num. 7.* habetur Oleum Mercurii saccharatum. Reverà hoc Oleum non procedit de Mercurio, sed est tantum Oleum à Spiritu acido Sacchari & Salibus corrosivis. Necessè est, ut cautè & lento Igne destilletur, ne Saccharum ebulliat. Alii alio modo præparant Oleum hoc: scilicet

R. Mercurii sublimati,

Sacchari,

Limat. Martis ana part. æqu.

Atque destillant mutuò.

Hanc Præparationem habet LOCATELLI in Teatro Secretor. pag. 122. Ratione hujus Olei Mercurii saccharati mentio faciendâ est Olei Magnetici seu Antidoti Lysopyreti D.

N. Lentè procedas memento, ne operam ac oleum perdas. Saccharum enim æstu nimio irritatum, vi sibi exitum quaerere solet.

Ufus. In Ulceribus Vesicæ, aut aliis Affectibus ex Morbo Gallico relictis, magni est solatii.

Dosis. Spiritus exhibitus gut. 3. 4.

V. E X T R A C T I O,

Unde

1. *Sulphur seu Tinctura Mercurii, Aquila caelestis.*

R. Mercurii sublimati (cum Sul. com. & Vitriolo elevat.) q. v. affunde Acetum destillatum, stent per septimanas aliquot, ut extrahatur Flavedo s. a. Decantatos Liqueorem destilla ad siccitatem, & habebis Pulverem rubeum, qui verum Mercurii Sulphur.

Vires. Paracelsus maxima huic attribuit præconia, in curandâ Podagra, Epilepsiâ, Morbo Gallico, &c. Quorum radicem per Sudorem expellit.

Dosis g. 3. 4.

2. *Alia.*

R. Vitrum Mercurii (quod Succinum Antimonii vocatur,) extrahe cum Aceto destillato, decanta & abstrahere.

Vires. Sudorem movet.

Dosis g. 2. 3.

N. Ut Vitrum illud non est nisi Vitrum Antimonii; ita Extractio hæc nonnihi Antimonii censenda erit. Vide Bittichium.

3. *Oleum Mercurii antimonialis, Tinctura.*

R. Mercurii ex Antimonio facti part. 1. Ole. Vitrioli rub. rectificatiss. p. iv. abstrahere leniter, ut Spiritus cum Mercurio maneat, dein auge Ignem, & sublimabitur aliquota Mercurii pars. Sublimatum redde Mercurio in fundo, tantundemque novi Olei Vitrioli adde, abstrahere & sublima, idque vice tertiâ; tandem tere, & affunde triplum Spiritu Vini rectificatiss. circula, sic fiet separatio, & Mercurius in Oleum abibit supernatans. Hinc separa Oleum, idque circula per diem ac noctem cum Aceto destillato acerrimo. Sic Oleum recipiet ponderositatem, fundumque petet, & quod noxium in Mercurio erat, Aceto destillato immixtum maneat.

Vires. Basilus maximis encomiis Oleum hoc celebrat, vimque ei attribuit corroborandi Cerebrum, curandâ Apoplexiam, imò loco Panaceæ habet.

V I. L I Q U A T I O.

Unde

1. *Liquor.*

R. Mercurii sublimati q. v. digere in Phialâ vitreâ calore me-

caeseri, & præparatur ita:

R. Mercurii dulc. puriss & crystall.

Sacch. candi albiss. an. ℥iij.

Destillantur per Retortam vitream, & Oleum exstillans rectificatur, & optimè in Vitro servatur:

R. Olei rectificati ℥ss.

adde

Alois cum Aquâ Endiv. præp. ℥ss.

Conf. Paon. ℥ij.

M. & usui servetur:

Hoc factò, quotiescunque volueris,

R. Conf. Bugloss. ℥j.

cui admisc. prædictæ Mist. ℥ss. pro primâ Dosi, pro secundâ ℥j. tertiâ gr. xxv.

Exhibeatur Corpore optimè purgato & ab omnibus Obstructionibus liberato, ipso die, quo Paroxysmus invadere solet, sex horas ante, jejunio stomacho: obambulet, si vires ferant; sin minus, lecto se committat, & totâ die à Cibis ablineat, uti etiam à Potu; & omnino variè operatur, nunc per Urinam, nunc per Vomitum, nunc per Alvum: si lubet poterit Patiens propinatâ Dosi Medicamenti assumere haustum Absinthiaci, quo sapor Medicamenti ex faucibus eluatur. Medicamentum est non inconveniens, sed quòd parum aut nihil participat de Mercurio.

Supereft adhuc curiosum negotium, Mercurii nempe virtutem in simplicem elementarem Aquam, virtutis tamen plus minus alcabestica, redactio, quem Processum video in AGRICOLAË Chirurg. parv. pag. 146. & ZWELFFERO in Mant. Spagy. pag. 359. ubi prostant Figuræ, quomodo instituenda Destillatio: adeò ut ZWELFFERUS hanc Aquam esse alca-

mediocri, per dies (40:) hinc solve per deliquium.
Vires. Curat Ulcera ac Vulnere maligna inſpillatus.

2. *Alius Liqueur Mercurii præcipitati.*

R. *Mercurii per Aquam Fortem præcipitati* q. v. affunde *Spirit. Vini* opt. digere, & cum acer factus fuerit decanta. Hinc affunde alium, donec Acrimonia sublata, & Calx attenuata fit. Tunc affunde *Acetum deſtillatum*, digere, decanta, affunde novum *Acetum deſtillatum*, idque toties, donec totus *Pulvis* in *Acetum deſtillatum* abierit; abſtrahe *Acetum deſtillatum*, *Pulveremque* reponere in Cellam ad liquescendum cum *Aquâ Chelidonis*.

N. Quod si *Acetum deſtillatum* Calci huic inſufficiens fuerit, denuò calcina.

3. *Alius.*

R. *Mercurii ſublimati* q. v. Solve in *Aquâ Forti* (ex *Sal. Nit. p. ij. & Sal. ammoniac. p. i. deſtillatâ*): digere Vale clauſo, poſteâ deſtilla: *Reſiduum* tere, ruriuſque *Aquam* affunde, idque tantisper reitera, donec omne *Sublimatum* in fundo fixum remaneat. *Fixum* hoc *Sublimatum* per hor. unam ac alteram leuiter reverbera, dein tere, digere cum *Spirit. Vini*, abſtraheque cohobando, donec in *Olei* formam abeat. *Untzerus*.

Vires. Conſert Podagricis, Lue Venereâ inſectis, Cancro, Fiſtulis, & omnibus Ulceribus ſordidis, putridis atque inueteratis, ſive inſinſecus, ſive extrinſecus adhibeatur.

N. Sic quoque figitur per *Acetum deſtillatum*, fixumque per *Spiritum Vini* dicto modo in mucosam *Pinguedinem* abit: quæ ſi ex *Arenâ* gradatim deſtilletur Igne fortiſſimo, *laſſum Humorem* ſudat: digere hunc ac deſtilla, accipieſque *Oleum* candidum & ſuaue.

Vires. Uſus ejus tum *internus* eſt ad *Renes* exulceratos, atque *Calculum*, tum *externus* ad *Ulcera*.

4. *Alius, Oleum Mercurii diaphoreticum dulce.*

Mercurii ſublimati puriſſ. q. v. tere & ſolve p. d. ſuper *Ta-*bulis ferreis *Stanno* obductis *Liquori* affundatur *Spirit. Vini*, fiat *Deſtillatio* cohobis toties repetitis, donec *Spirit. Vini* acereſcere incipiat. Tandem abſtrahe leniter *Spiritum Vini*, manebitque in fundo *Oleum Mercurii dulce*. *Hartmannus in præſt.*

Dofis à g. 2, ad 6.

N. Alii pellunt Igne fortiore ex *Arenâ*, nanciſcunturque *laſſum Liqueorem*, qui reſtificatus per *Retortam* evadit fragrantiffimus ſine corroſione. Vide *ſuprà* in *Deſtillatis*.

5. *Liqueur Mercurii Jovialis.*

R. *Mercurii crudi*, *Jovis* ana ζ ij. F. *Amalgama*. Huic adde *Mercurii aliquoties ſublimati* ζ iv. *Trita* ſolvantur per deliq. *Liquorem* digere cum *Spiritu Vini* per menſem. Poſteâ abſ-

trahe *Vini Spiritum* Igne leniſſimo in *Mar. Baln.* ne *Oleum* ſimul aſcendat. F. cohobatio quater vel quinquies. Ultimo remanebit in fundo *Oleum Mercurii Joviale*.

Vires. Poſteſt adhiberi inſinſecus & extrinſecus.

Dofis à g. 2. ad 6.

6. *Liqueur Mercurii ſublimati.*

Sublima Mercur. ſublimati ζ j. cum ana *Sal. Ammoniaci*; adde *Spirit. Vini* ad eminentiam 3. digitorum, digere ſimul per 6. dies & per *Retortam* pelle. Poſt *Spirit. Vini* egredietur *Oleum*, quod in frigido coagulabitur in *Maſſum albam*, quæ in Cellâ poſita reſolvetur in *Liquorem* Solem diſſolventem, eumque in volatilitatem adducentem.

Ex *S. Cloſſæo*.

VII. S A L I F I C A T I O.

R. *Corpus* ex præparatione *Olei Mercurii fragrantis reſ-*tiduum (vide *ſuprà*): affunde idem illud *Oleum fragrans*, digereturque & extrahetur *Sal Mercurii*. *Extractioni* decantatæ affunde *Spirit. Vini* quantitatem bonam, demùm abſtrahe *Spirit. Vini* in cinere, & aſcendet poſt *Spiritum Vini* & *Oleum Mercurii*, relicto *Sale* in fundo.

Vires. Summum eſt & efficaciffimum *Arcanum* in extirpandâ Lue Venereâ, etiam radicatâ & inveteratâ: *Sanguinem* mundificat, adeoque omnis generis *Ulceribus* ſine & cum malignitate conjunctis medetur, *Scabiei* conſert, *Impetigines* ſanat.

Dofis gr. 1. ad 2. vel 3.

C A P U T XVI.

D E C I N N A B A R I.

Cinnabaris duorum generum Officinis in uſu eſt, *Faſſitia* ſcilicet & *Nativa* ſive *Mineralis*. *Faſſitiam* deſcripſimus in *Sublimatione Mercurii*. *Nativa* eſt *Terra mineralis* laſcendens, rubicunda, conſtat ex *Sulphure* & *Mercurio vivo* cum *terreſtri Materia* inſtar *Lapidis compactis*. *Germ. Zinber.* *Gall. Un Mineral croiſſant en Libie, plus rouge que Ver-*millon.

N. *Dioſcoridi* dicitur *Minium*, quippe ex *Minio* *Mercurium* vivum elici aſſumat. Nec obſtat, quòd contrarium verbotenus dicat, nimirum ſuam *Cinnabarim* à *Minio* diverſiffimam eſſe. Etenim quid *Dioſcoridis Cinnabaris* fuerit, nondum certo conſtat. Sunt enim qui *Sanguinem Draconis* intelligunt, alii *Minium Officinarum* ex *Plumbo* factum.

Reperitur in diverſis *Europæ* locis, in *Ungariâ*, *Germaniæ*que locis variis, prope *Alſheimium* *Palatinatûs*, & c. *Modique* *Mercurium* inde eliciendi, vel *Ruſſicis* non ignotus eſt.

alcaheſtinam, & ſolvere *Metalla* dicat; ſicut etiam hunc modum videtur inſinuaſſe hinc inde *Dn. BOYLE* in *Chym. ſceptico*, ubi *Mercurii* in *Aquam ſimplicem* ex parte *redacti* mentionem facit. Sed quicquid ſit, huius rei laborem meritò ceu falſum rejicit *HOFFMANNUS* pag. 290. ac ipſa natura *Mercurii* etiam fortiſſimis *Ignibus* & quibusvis laboribus immutabilis, ſui ſimplici modo in *Aquam* *redactioni* reluctari videtur. Potiùs ergo eſt impoſtura, quam deſtillata vera, & poſteſt fieri ex *Aëre* circumſtante.

Reliqua meritò à nobis ſicco pede relinquuntur. (M)

C A P U T XVI.

D E C I N N A B A R I.

Quid ſit *Cinnabaris Nativa*, eſt notum ex *Artificiali*. *Duplex* namque eſt *Cinnabaris*, vel *Nativa*, vel *Faſſitia*. Hæceſt vel *Communis*, quæ nihil aliud eſt, quàm novum quoddam *Compoſitum* ex *Sulphure* & *Mercurio vivo*; vel *Antimonii*, cum *Sulphure antimoniali* præparata in *Deſtillatione Butyri Antimonii*. Hæc duo, nempe *Mercurii* pars j. & *Sulphuris* part. ij trita probe & ſubacta, beneficio *Ignis* aſcendunt in altum, & conſtituunt novum *Concretum* rubicundiſſimi coloris, quod vocamus *Cinnabarim*; & licet non habeat conſtitutiya *Principia* rubra, nihilominùs mutuâ *connexione* & *coheſione*, quam imitatur *figura* & *textura*

particularum, talem recipit vim refringendi radios ſolares, ut ex nigro colore fiat rubicundus. *Connexio* iſta conſiſtit in eo, quoniam *Mercurius* ſe conjungit cum *Acidis*. Nam *Salia* *alcalia* nihil operantur in *Mercurium*, ſed reducunt potiùs: id quod ſimiliter verum eſt de reliquis *Metallis*, quæ alterantur ab *Acidis*, & reducuntur ab *Alcalibus*. Hæc obiter. Quando ergò *Mercurius* arripitur ab *Acido Sulphuris*, ſit ut ratione *Acidi* *Mercurius* adhæreat *Sulphuri*, & in vicem conjuncta ſublimentur in altum. *Obſervandum* hîc, *Sulphur ſavum* commune convenire cum omnibus *Metallis* rubicundis in radice, ſicut *Arsenicum* cum *albicantibus*.

Hæc *Cinnabaris Artificialis*, quæ perfecte ſimilis eſt *Nativæ*, monſtrat nobis quid ſit *Nativa*? ſcilicet, non ſecus ac dictæ *Artificiales*, *Decompoſitum* *minerale* eſt, coaleſcens ex *Sulphure minerali* & *Mercurio vivo* in viſceribus *Terræ* *concretum*: ſimili modo ac *Sulphur* & *Mercurius* beneficio *Ignis* *chymici* concreſcunt in *Subſtantiam* iſtam *cinnabarinam*, unde etiam facile ex eadem *Mercurius* *vivus* reſtificari poſteſt per *Limaturam Martis* aut *Salia* *alcalia*, quibus *Sulphur* ejuſque *Acidum* promptiùs quam *Mercurio* adhæret, modo, quem docet *ZWELFFERUS* *Man. ſpagy. pag. 359.* *WEDELIUS* *Pharm. pag. 36.* & *ERCCKERUS* *Aulâ ſubterr. pag. 301.*

Cinnabaris ergò *Nativa* ejuſdem naturæ eſt cum *Artificiali*, & in eo ſaltem ab hac differt, quod partem *ſaxeam ſecum*

(M) *Lubet* hoc loco ſubdere *Animadverſionem* *Cl. Ramazzini* tract. de *Morbis Artificum*. *Morbi* qui à *Mercurio*, vel *affumto*, vel quomodocumque intra *Corpus* inſinuatò oriuntur, vix unquam cum *Febre* copulantur: quare, ait *laudatus* *Autor* fortaffe haud fruſtrâ laboraverit, qui in *Mercurio* univerſale *Febrifugum* quæſitareret. *Saltem* haud abs re eſſet, ſi *Tertianâ* vel *Quartanâ* *Febre* affectos *Mercurio* dulci purgavemus.

Ad *Mercurium* è *Corpore* expellendum, vulgò, & non ineptè, *Auri Foliis*, & auratis *Medicamentis* utuntur: præſtat tamen *Decoſtum* ex *Radice Helenii* & *Fœniculi*, *Aquâ* & *Vino* albo paratum, atque aliquoties exhibitum; ab eò enim *affumto* nigra *Fæces*, à *Mercurio* ſcilicet *ſinſecis*, excernuntur.

est. Ollam *Cinnabari* implent, eamque Ollæ alteri, interpositâ pertusâ Laminâ ferreâ, ore converso imponunt, Lutoque circumlito vi Ignis circularis *Mercurium vivum* ex Ollâ superiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum quo *Destillatio per descensum* dicta perficitur.

Eligenda quæ grævada Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ naturæ Solaris.

Vires. Usus ejus internus, præterquam quod Antiepilepticus (*Pulv. Cratonis* nonnunquam permixta deprehenditur) quod sciam nullus est. *Extrinsicus* autem adhiberi potest ad sanandam Luem Veneream, Scabiemque aliam, in *Suffimentis*, &c.

P R Æ P A R A T A.

Præcipitatus Diaphoreticus Hartmanni.

1. *Cinnabaris* solvatur in sua *Principia*.
2. *Principia* illa purificata denuò conjungantur, reducanturque in *Pulverem*.

Processum *Hartmannus* satis prolixum exhibet, in *sine Commentariorum in Crollium*, Hunc brevioribus sic habe.

Solve sensim *Cinnabarim* (*Ungaricam*,) in magnâ quantitate *Spirit. Sal. com. supra Sal. Gemmæ* ana Igne fortissimo cohobati: (coloris hic erit rubicundissimi). *Solutionem* à Sulphure combustibili supernatante, ut & *Fæcibus* resistentibus separatam destilla ex Cucurbitâ in Arenâ, & extillabit *Men-*

secum vehat, & variat pro varietate Minerarum, in quibus concrevit. Reperitur imprimis in Hungariâ, ubi copiosissima & præstantissima eruitur. Hujus *triplicem* ostendit *Differentiam*.

1. *Vulgarem villorem*.
2. *Rubeam* præstantiorem; ac denique
3. *Præstantissimam*, sed perquam raram, quæ scilicet hauritur ex *Mineris Auri Hungaricis*, ubi Sulphur fixius & nobilior est, & de Sole participat.

Sunt qui parant *Cinnabarim colore cæruleo*:

S. Sulphuris comm. p. ij.

Mercurij vivi p. iij.

Sal. Ammoniaci p. j.

Hæc probè mista sublimant, acquirunt *Sublimatum coloris cærulei*, quod tamen præ vulgari nullas habet prærogativas.

De *Cinnabari* quædam non inelegantia habet *GREIFSIUS* in *Tr. intitulato Tberiaca cælestis*; qui habet *Cinnabarim fastidiam Solarem ex Amalgamate Mercurii cum Auro & Sulphure*, quam *Cinnabarim* valde commendat in *Peste. Cinnabarim* parare vult etiam ex *Calce vivâ & Mercurio HORSTIUS* in *Judic. super Chirurg. Infusor. pag. 97.*

Pro *Ufu medico Cinnabaris nativæ*, non semper æquè tuta existit ex eo, quod de Sulphure volatili arsenicali summè noxivo subinde plùs minùs participet; unde priùs depuranda venit.

Depuratur autem, si *Minera Cinnabaris* fuerit selectior aut purior, saltem, vel *Coctione* secundùm *HOFFMANNUM Clav. lib. 3. cap. 16. pag. 291.* coquendo *Cinnabarim* optimè pulverisatam cum *Aquâ* in Tigillo vitreato, ut *Fumus metallicus* (dicitur *Germ. der Schwaden*,) qui cavendus, separetur: *Coctio* hæc sæpiùs repetenda, & deinde subtilissima *pars supernatans* separanda accuratissimè à *Scoriis* reliquis. Hæc inditur in *Vas argenteum*, vel *Argento obductum*, affunditur sæpiùs *Spiritus Vini*, & accenditur. Vel *depuratur Cinnabarim Lotione* secundùm *WEDELIIUM Pharm. pag. 8. LUDOVICI* in *M. A. N. C. Anno 9. & 10. Obs. 15. pag. 340.* & *BOYLE* de *Specif. pag. 160.* Si verò impurior fuerit *Minera*, *Sublimationis* crebrioris beneficio *Cinnabaris* exinde eruenda est, sub *Sublimatione* primâ *Sublimatum nigricans* ferè ascendit, quod repetitis *Sublimationibus* in elegantem *Cinnabarim* abit.

Depurata talis Cinnabaris dubitandi ansam præbet, an vilior sit *Cinnabari Antimoniali*? ac sanè non tanta mihi videtur subesse differentia, quin una alteri commodè substitui possit, imò *Cinnabaris nativæ* purior etiam *Antimoniali* interdum præfertur. Sanè in genere *Cinnabaris* hæc *Nativa*, non secus ac *Antimonialis*, est anodyna, & diaphoretica in *Febribus malignis*, *petechialibus*, *Morbo Ungarico*, in *Variolis* & *Morbillis* cum *Epilepsiâ* conjunctis egregia, & in *Adultis* speciatim laudatur, & propterea fuit *Specificum Antipestilentiale Poterii*. *Nervina* etiam est insigniter, indeque *Affectibus convulsivis*, ac ipsi quoque *Epilepsiæ*, sive *Infantibus* sive *Adultis* propinata, specialiter dicata; unde propter vim suam antiepilepticam ulterius in *Contracturis* atque *Doloribus Articulorum*, aliisque *Affectibus Nervorum* doloro-

struum, *Principiis Cinnabaris* in Cucurbitâ relictis, quæ hac operatione apta reddita separationi. *Abstracto* igitur *Menstruo*, Igneque aucto, *Mercurius albidissimus* ascendens lateribus Cucurbitæ adhærescet, manentibus in fundo *Sulph. & Sal. com.* Collige *Mercurium* dictum seorsim, purificaque quàm optinè: videlicet

1. Solvetur *Mercurius* ebulliendo in *Acet. destillat.* hinc *Solutio* à *Fæcibus* suis decupellata committatur *Destillationi*, ut *Acet. destillat.* abstrahatur,

2. Procede eadem ratione cum *Mercurio remanente*, adhibeque loco *Aceti destillati Pluviam* vel *Rorem Majalem stillatit.* idque 3. vel 4. donec nimirum *Mercurius*, planè albidissimus remanserit. Hunc digere cum *Spirit. Vini rectificatiss.* per mensem.

Interea separa reliqua *Principia* (*Sulph. & Sal. com.*) & clarifica. Nimirum *Sal. com.* elixivietur, f. a. affusâ *Aquâ pluviam stillatit. calidâ*, depuratumque digeratur cum *Spirit. Vini*: tandem *Spirit. Vini* ad apparentiam cuticulæ supernatantis abstracto, sinatur coagulari.

Sulphur itidem aliquoties cum *Aquâ stillat. calidâ* lotum & exliccatum, simili modo cum *Spirit. Vini* digere, eundemque postea abstrahere.

Posteaquam itaque *Mercurius* in *Spirit. Vini* sufficientes fuerit digestus & solutus (rubescit enim totum illud Compositum eleganter,) destilla ex *Retorta* in *Excipulo* capacissimo, Igne *Arenæ* gradatim adhibito, eliceque primò *Spirit. Vini*, hinc

sis, spasmodicis, scorbuticis, multum confert: adeoque rectè à *CRATONE Magnes Epilepsia* dicitur; quod certè multo magis de *Cinnabari Antimonii* dicatur. Hinc sociatur commodissimè aliis vel *Præcipitantibus* seu *Absorbentibus*, *Urticæ marino*, *Ebori sine igne*, *Corallis*, *Martialibus*, vel *Diaphoreticis antimonialibus*, ut *Antimonio diaphoretico*, *Bezoardico minerali*, aut *Solari*, & *Salibus volatilibus*; uti enim hæc *Colorem* in *Cinnabari* magis exaltant, sic & *vires ejus nervinas* magis roborant, ac appropriatas reddunt: seu propinetur cum *Anodynis*, ut *Laudano opiato* &c., qui *usus Cinnabaris* locupletissimus explicatus est uberius passim à *LUDOVICI* in *suâ Pharm. speciatim pag. 351.* Convenit etiam insigniter in *Lue Venereâ*, *Scabie ferinâ*, uti etiam *Arthritide*, ubi *Sulphur Antimonii*, in specie *Cinnabaris*, semper *Remediis* appropriatis, in specie *Sudoriferis*, admiscenda sunt. Præterea etiam in *Sanguinis purificatione* valet. *Vis analeptica* ob *Sulphur Solare* illi quoque adscribitur, cujus intuitu in omnibus *Morbis desperatis* adhibetur.

Externè Cinnabaris Nativæ selectior appensa *Amuleti* instar, in *Morbis malignis*, *Scabie ferinâ*, &c. laudatur, quod credo: *Epilepsias Infantum* præservat, quin quod & eadem *carpis Manuum applicata* conducat, quod refert *HOFFMANNUS Clav. pag. 294.*

Cum itaque tam egregium *Remedium* sit *Cinnabaris nativæ*, non opus erit pluribus *Præparationibus* reformare *Naturæ* institutum, ne dicam infringere; quin, quomodo à *Naturâ* datur, convenientissimè usurpetur. *Bezoardicum Solare cinnabarinum*, de quo *suprà*, suam meretur laudem, sub nomine *Panacæ Solaris* à *CNOEFELIO* olim paratum, de quo videbitis *M. A. N. C. Anno 6. Append. pag. 88.*

Quidam figunt *Cinnabarim* beneficio *Spiritus Nitri* vel *Bætyri Antimonii*, quod *Remedium* summum dicunt *Diaphoreticum* in *Morbis malignis*, nulli alii *Remedio* comparandum. *Tinctura Cinnabaris* etiam à quibusdam paratur:

S. Min. Cinnab. Ungar. pulv. q. v.

Affundatur *Spiritus Terebinth.* Stent in leni calore & extrahet *Sulphur*, quod supernabit. Hoc effundatur, affundatur *Spiritus Vini* ad extrahendum, & *Tinctura* abstrahatur ad oleositatem.

Dosis guttæ ix. vel x. in variis *Morbis*, in specie in *Phthisi*. Forfan hic ille labor, quem insinuat *BECHERUS Suppl. 2. pag. 79.*

AUTOR suggerit ex hac *Cinnabari Præcipitatum diaphoreticum Hartmanni*. Sed bonum *Concretum nativum* laborioso hoc *Artificio* deterioratur, nec majores virtutes obtinet, quàm *Cinnabaris nativæ* selecta, & alio etiam nomine *Astrum Mercurii* vocatur, de quo *HOFFMANNUS Clav. pag. 287. & 294.*

Dubium interim est: unde *Concretum* hoc compositum, nempe *Cinnabaris nativæ*, *vires adeo polychrestas possideat*? Sed licet *Ventriculi digestionem* minimè pareat, neque in *Corporis* nostri *œconomia* recipi possit, tamen assumpta, quamdiu hæret in *Stomacho*, *Archeum* seu *Spiritum* alterando variè mirèque afficit, & *Sulphuri antimoniali* vim singularem *diaphoreticam* acceptam refert, *Argentum* autem vivum com-

hinc urge, & prodibit *Spir. Mercurii* (hinc inde sese extendens & sublimans instar Cryſtalli). Peractâ Destillatione relinque per hor. viginti quatuor, Sic solvetur *Spir. Mercurii* cryſtallifatus in *Spirit. Vini*. Separato tandem *Spirit. Vini* in MB, remanet *Spiritus Mercurii* in fundo cinerici coloris.

Habitis his Principiis, ad *Conjunctionem* progredere.

Solve *Cinnab. Ungaric.* ℥vi. *Spirit. Sal. com. cum Sale Gemma acuto* ut supra, sequentratifque Facibus *Solutionem* decantatam destilla ad oleositatem; hinc affunde recentem *Spiritum*, vicissimque destilla, idque fac 5. vel 6. vicibus. Postea digere in MB. per dies ac noct. (14.) Tandem abſtrahe Ign. l. Aren. donec *Spiritus* albicantes prodire inceperint; tunc mutato Excipulo cape eos simul cum *Aquâ*, urgeque Ignem usque ad ignitionem Vasis, *Aquam* hanc serva. In *bus Aquâ* ℥v. solve *Sal. com. suprasacti* ℥ij. ac circula aliquandiu in MB. Postea imprægna *Sulph. ℞.* *Aquâ* illâ, in qua *Sal. com.* solutum, idque per vices (semper affundendo ℥ij.) donec *Sal. com.* ℥j. cum *Sulphure* fuerit copulata (ex pondere id cognoscere licet) ac ex ambobus factus sit viscosus quidam *Liquor*. Hujus ℥ss. adde ℥ij. *Spir. Mercurii* supra præparati, inque Phialâ H. cl. digere in Athanore, prudenter adhibitis Ignis gradibus, donec omnia in *Pulverem rubicundum* fuerint versa, id fiet mensibus tribus vel quatuor, *Pulverem* hunc corrige cum *Spir. Vini* & serva.

Vires. Est *Medicina universalis*, in quolibet Morbo exhiberi idonea, *Balsamum internum* ad expellendum intrû hospitantem hostem, vel per Sudores mirificè adjuvans.

Dosis g. i. vel 2.

C A P U T XVII. D E A N T I M O N I O.

ANTIMONIUM est Corpus minerale, naturæ Metallinæ finitimum.

Constat 1. Ex *Sulphure minerali*, partim purissimo, naturæ Solaris, eoque in rubedine fundato; partim combustibili (instar alterius Sulphuris.)

2. Ex copioso *Mercurio* metallico indigesto, fuliginoso, (coagulato tamen, magisque cocto, quam est Hydrargyrus) participantem de naturâ Saturninâ.

Et 3. Ex *Substantiâ* quadam *terrestri & salinâ* perpaucâ.

N. Quod in Officinis proſtat, Liquefactione ex Minera est fusum, inque Formas pyramidales ut plurimum effusum. Minera quoque est interdum proſtet venalis, attamen rara est.

Dicitur Hebraicè *Zaddab*, Græcè *ιμμι*, *σιβι*. Arabicè *Aitmad*, seu *Antimad*, Latine *Sibium*, *Antimonium*. Germ. *Spiessglas*, *Rauspiessglas*. Gall. *Antimoine*. Ænigmaticè *Lupus*,

compedibus sulphureis liberatum, illustres illas dotes obtinet, quibus contagiosis epidemicisque Morbis, ipsi Pesti etiam, exterius appensum singulari virtute resistit. Ab utroque, Sulphure nimirum Antimoni & Mercurio, vim anodynâ & specificam Veneni epileptici domesticam possidet. Taceo quoque, quod horum singula in Morbo Gallico, Scabieque malignâ conferant, quæ ab iis junctis longè uberius expectanda.

C A P U T XVII. D E A N T I M O N I O.

Antimonium est *Simplex*, quo non datur aliud par in totâ Medicinâ: siquidem ex illo tot parantur *Medicamenta*, qualia ex nullo alio *Simplici* possunt haberi: & ratione *Formarum* variarum varias habet *Virtutes*; nunc purgat, nunc Vomitum, nunc Sudorem movet: adeo ut solo Antimonio *Pharmacopœa* possit repleri, & post Mercurium non habeatur simile Antimonio. *Concretum* est *metallicum maximè sulphureum*, ipsis Metallis cognatum, sed propter improporionatam missionem Sulphuris non potuit abire in perfectum Metallum, unde rectè dicitur esse *Semimetallum*.

In specie *Antimonium* maximè affine est ipsi *Saturno*, unde Chymici sublimiores *Regulum Antimonii in perfectum Saturnum* redigere conantur, addendo sufficientem quantitatem *Salis*: vid. ROGERIUS BACO in *Antimonio*. Igitur in Antimonio Metallum residet imperfectum, quod vel *Virginium* est, vel *Facitium ex Mineris*.

Est autem in Antimonio duplex ejus consideranda *Substantia*: nempe

1. Superabundans *Sulphur*; &
2. Contradistinctus *Regulus Antimonii* in recessu *Saturninus*.

Regulus enim, seu *Substantia Mercurialis*, propriè est id, cujus ratione ad *Metallicam*, & speciatim *Saturninam* naturam propius accedit: propterea & JUNGIUS in *Doxosc. pag. 170.* *Regulum* propriè Antimonium esse, reliquum verò Corpus *Antimonii Venam*, asserit. *Sulphur* verò propriè ad Antimonii *Concretum* nil facit, sed est tantum quasi *Cortex Antimonii*: simile ferè est *Sulphuri communi* in omnibus qualitatibus & proprietatibus, odore, sapore, inflammabilitate &c., nisi quod istud, scilicet *Sulphur Antimonii*, non nihil sit viridiusculum. *Sulphur* istud Arte separatur per *Salia alcalisara*, vel *Menstrua oleosa*: sed malè; nam planè exinde rubescit, & fit aliud planè *Concretum*. Ergo potiùs *Sulphur sequenti modo separandum*.

Solvuntur scilicet *Fruſtula majuscula Antimonii* in *Aquâ Forti* vel *Spiritu Vitrioli*; sic *Spiritus* rodit *Regulum*, ac Tom. IV.

Sulphur viride supernatat: quod idem est cum *Sulphure* communi, colore & sapore. Conf. TACHENIUS in *Hippocr. Chym. pag. 182.* BOYLE in *Chym. septs. WILLISIUS Pharm. Rat. P. 1. pag. 64.* item de *Ferm. pag. 74.* SALA in suis *Scriptis pag. 319.* MAYOW de *Nitro pag. 236.* Constat hic *Regulus Mercurio* metallico, *Sulphure* sui generis paulò fixiore coagulato, respectu cujus *Sulphur* illud superius minerale ipsi adhærens, *Externum* dici potest. *Duplex* enim *Sulphur* in *Antimonio* reperitur: *Crudum* unum, alterum verò in *Terrâ* magis *Excoctum*. *Substantia* hæc *metallica* ad *Saturni naturam* proximè accedit, omnibus testantibus *Philosophis*, unde & *Saturnus Philosophorum Regulus* hic quibusdam dici solet, indeque *Antimonium* rectè *naturæ hermaphroditicæ* esse, dicitur POPPIO *Tr. de Antimonio*, quatenus in se copiosum *Sulphur* minerale, & *Mercurium* metallicum contineat. Et certè *Corpus* ejus est *semiplumbeum*, adeo est ipsi vicinum.

Sulphur illud *Externum*, quod informat *Mercurium* in *Regulo*, naturæ fixioris paulò & purioris est, indeque ad *Salis* naturam proximè accedere dicitur: & hoc est, quod sub *Tincturis Antimonialibus*, tanto labore, licet ut plurimum frustraneo, elicere satagunt *Chymiaci*; sicuti non pauci per *Antimonium* ex *Metallis imperfectis* perfectum extrahere volunt, uti videri potest in *Scriptis* GLAUBERI.

De *Sale* manifesta in *Antimonio* non deprehenduntur vestigia, utut in *Regulo*, tanquam *Concreto* metallico, *Subjectum* terreum, in quo *Substantia Mercurialis* & *sulphurea* invicem coagulata sunt, adeoque, quod *Sal* aliàs dicitur, tale esse nequeat: & istius *Substantiæ Mercurialis* ratione per *Acida* solvi & tractari solet *Antimonium*.

Distincta sunt hæc duo in radice: *Regulus Antimonii*, & ipsi adhærens *copiosum Sulphur* minerale *externum*. Quatenus tamen utraque sub naturali sui *concretionem* invicem, utut non adeo intimè, coaluerunt, fit, ut etiam tam exactè separari à se ipsis non semper queant; quin & *Alcalia*, dum agunt in *Sulphurea*, etiam simul *Regulum* illorum medio solvunt; sicut *Acida*, dum in *Regulum* agunt, etiam *Sulphura* simul alterant. Hinc & ex *Sulphuribus Antimonii*, v. g. *Sulphure aurato*, etiam *Antimonium* reducibile est; non secus ac *Alcalia* sub fusionis *Ignem*, dum *Antimonii Sulphur* absorbent, si diutiùs stent in fluxu, etiam *Regulum* simul *Sulphuris* beneficio abripiunt: econtrâ *Tinctura* ista TACHENII cap. 23. *Hippocratis chymici*, si diutiùs in *Solutione* relinquatur, etiam præter *Regulum* hujus medio *Sulphur* simul odoritur. Quomodo aliàs tria ista *Chymica Principia*, *Sulphur*, *Mercurius* & *Sal*, seorsim ex *Antimonio* præparari possint, vid. ERCKERUS *Aula subterr. p. 300.* (N)

Aliàs inter tot *Autores*, qui de *Antimonio* scripserunt, H h h h præ-

(N) *Quamvis* Cl. Charas modum doceat eliciendi *Acidum* ex *Antimonio*; attamen Cl. Hombergius notat, *Acidum* illud juxta Charas methodum elictum, non ex *Antimonio*, sed potiùs ex *Terrâ* quâdam argillosâ, ferè semper cum *Antimonio* commixtâ, elicit: ex puro enim & à *Terrâ* hac defecato *Antimonio* *Acidum* nullum illâ *encheireſi* obtinebis. Ipse autem Hombergius operosissimum modum tradit parum *Acidum* ex *Antimonio* eliciendi: verum idem animadvertit, *Acidum* illud à *Spiritu Sulphuris* communis minimè differre; *Antimonium* enim *Sulfure* ardente, *Sulfuri* communis simillimo, surget, è quo *Spiritus* ille *acidus* prolicitur; nequaquam verò parti *Regulinæ Antimonii*, quæ verum *Antimonium* constituit, ullo pacto tribuendus est. Hoc autem vel ex eo confirmat, quia *Spiritus acidus* ex *Antimonio* paratus, *partis* modis adhibitus, *Spiritus Sulphuris* communis quoad effectus omnino similis semper repertus fuit.

pus, quod scilicet omnia Metalla, præter Solem, absumat. *Proteus*, quod omnes Colores Vulcani beneficio induat. *Radix Metallorum*, quod omnibus Metallis quasi adiaceat, vel quod à nonnullis Minera statuatur Metallorum. *Saturnus Philosophorum*, à devorando, tum quod Saturni, id est, Plumbi naturam redoleat; tum quoque quod *Lapidem Philosophorum* inde parare somnient, *Magnesia Saturni*, eadem ratione.

Delectus.

Variis in Regionibus eruitur *Antimonium*, Nostraque Germania ejus ubertatem passim præbet. Maxime tamen laudatur *Ungaricum* & *Transylvanicum*, utpote quod Sulphure puriori dotatum, Aurique Minerâ imbutum est, Striis id splendidioribus & longioribus, obscuraque rubedine, (quæ bonitatem ejus arguit, ob Sulphuris abundantiam) reperitur. Hujus nimirum meminit *Paracelsus* sub titulo *rubentis Leonis*. & *Basilii Monachus* in *Curru triumphali*, sub *Orientalis* nomine. Et hoc maxime ad Medicamentorum elaborationes eligendum est.

Artifices insuper variis modis bonitatem *Antimonii* explorant. Quidam *Charta luteo colore* in Pharmacopoliis tinctæ,

præstantissimus est **BASILIVS VALENTINVS** in *Curru triumphali*. *Antimonii* præsertim cum *Notis Kerchringii*, item **ALEXANDER SUCHTENIVS** in *Mysteriis Antimonii cum Comment. Thaldii*, & **PETRVS JOHANNES FABER**, qui tamen quædam habet, quæ minùs quadrant.

Synonyma Antimonii ab **AUTORE** recensita sunt plura. *Lupus* speciatim dicitur, quia scilicet instar Lupi omnia Metalla Sulphure suo copioso acido, cum proprio Corpore non saturato, imbibit & absorbet, præter Aurum, quod solum purius in Cupellâ relinquit; & sic rapacius est Saturno, ex eo, quoniam Saturnus absorbet ignobiliora Metalla, excepto tantùm Sole & Lunâ. Dicitur etiam *Proteus*, quia omnes Colores assumit: id quod patet ex Floribus sive per se, sive cum Sale Ammoniaco sublimentur Flores albi, rubri, flavi, & qui sunt alii. *Saturnus Philosophorum* vocatur abusive: nam verus *Saturnus Philosophorum* est *Materia Mysteriis Philosophici* seu *Lapidis*. Cæterùm *Antimonium* non sufficiens est, ut sit *Materia Lapidis Philosophici*, propter eruditatem & deficientem fixitatem.

Delectus sit, ut non præcisè *Ungaricum* & *Transylvanicum* recipiatur, sed & quod alibi in *Mineris auriferis* reperitur. Habeatur tamen & ratio, ut eligatur *Antimonium purum*, & quod non sit Saturno inquinatum, quod *Strias* habet elegantes, & longiores, splendentes, & quidem coloris argentei, quibus intermixta sunt *Puncta* rutilantia; quæ notant abundantiam Sulphuris Solaris; sicuti *Strias* argenteæ abundantiam Mercurii & abundantiam Reguli. Conferatur **WILLIUS** in *Pharm. Rat. P. 1. Sect. 2. cap. 2. pag. 38.* Itud *Antimonium* est rejiciendum, cujus subfuscis Striis intertexta sunt *Puncta nigra*; quoniam parum habet Sulphuris, & nullum subministrat Regulum. Elegans quoque est *purum Antimonium*, quomodo suâ sponte crescit in *Minerâ*, quale vobis jam ostensum fuit.

Quoad *Usum*. *Subjectum mirabilitatis* rectè dicitur *Antimonium*, utpote ex quo solo, ceu dixi, integrum Pharmacopolum potest repleri, ita ut quicquid intendit Medicus vel Chirurgus, deprehendere queamus in *Antimonio*. In genere tamen rectè dicitur, quod *Antimonium* idem præstet in Corpore, quod in Metallis, nempe in Sole, eundem purificando. Nam sicuti dixi, quod Sol valde immundus, sua tincturâ spoliatus, fusus cum *Antimonio* denuò purificetur; item quod aliis Metallis conspurcatus & adulteratus, ab illis denuò in fusione cum *Antimonio* liberetur; ita etiam Homo impurus & Sordibus Digestionum inquinatus, optimè purificatur ab *Antimonio*, omnesque ejusdem Sordes absterguntur: uti hoc eleganter declarat **BASILIVS VALENTINVS** in *Curru triumphali*, & **SUCHTENIVS** de *Antimonio*.

Plura qui cupit, vid. **THOLDIVM** in *Comment. ad Suchtenium*, **STENGELIVM** *Aspergin. in Antimonium*, quibus **TOXITES Spong. Stibii** opposuit, & quamplurimos alios Autores, item **POPPIVM** de *Antimonio*: adeò ut in genere nihil dicam de ejus Virtutibus, sed in specie in singulis Medicamentis easdem recensebo, quia easdem pro varietate Præparationis variant. Interim *crudum*, mixtione naturali & coalescentiâ integrâ manente, in formâ *Pulveris* potest assumi, infundi, aut decoqui sine ullo nocu-

Denteque Apri rite lævigatæ id affricant, certitudinisque notam, rubram lituram, inductione illâ post se relictam statuunt. Alii fortissimo *Aceti Spiritu* drachmas aliquot bene pulverisati *Antimonij* imbibunt, inque Lamellâ ferreâ vel figulinâ ad lentum Ignem, ne *Antimonium* fluat, evaporare sinunt; quod si post evaporationem *Pulvis Antimonij* rubrus relinquatur, ulterius de ejus certitudine non dubitant. Vide *Basilic. Antimonii Philippi Moliberi*, qui se *Hammerum* vocat.

Vires.

De Viribus *Antimonij* audiamus *Quercetanum in Tetracap. 3.* In *Antimonio*, inquit, sunt sexcenta proprietates, variæ ac præstantes, ut præparantes, expurgantes, vomitiones concitantes, id genus alia, ut nunquam satis laudari queat hoc Medicamentum. Grædo attribuerunt Veteres vim adstringendi, excruciantis, meatus Corporis obscurandi, excrescentias Carnis absumendi, Cicatrices obducendi, Oculorum Ulcera & sordes mundificandi, unde & ad Collyria imprimis commendatur. Sunt & qui ad Epilepsiam arcendum exhibent, etiam in ipso *Paroxysmo*. Unde *Pulvis niger Waldecc.*

PRÆ-

mento, quia nullam operationem nec Vomitu nec Seceffu exferit in Homine, ut *crudi* ejus aliquot granis contra Epilepsiam à quibusdam adhiberi soleant. Conf. **LUDOVICI Pharm. pag. 203.** item **WEDELIUS Opilog. pag. 94.** Exactissime tamen cum Stimulo salino in *Pollinem super porphyritidem* redactum, Emeticum omnino est. Relatum enim mihi fuit, quendam Medicum recepisse *Antimonij crudi* & *Nitri* ana part. æqual. quæ duo super porphyritidem blandè humectando, & exactè terendo in *Pulverem* subtilissimum redegerit sub nomine *Pulveris Catholici*, qui sub granis aliquot supra & infra egregiè purgasset. Sed non tutum est hoc Emeticum.

Pertinet huc *Antimonium cum Sale communi præparatum*, quod debile est *Purgans*, nisi in Dosi majori præparetur:

℥. Salis communis,

Antimonij ana part. æqual.

Mixta fundantur in Crucibulo diu fatis, dein in Conium fulorium effundantur; sic *Regulus* inferius secedit, superius sub formâ *Scoriarum Sai commune* fufum, substantiâ sulphuræa antimoniali plus minùs imprægnatum residet. *Pulvis Scoriarum* harum à ʒi. ad ʒj. propinatur, sed in *Vebiculo calido*; vix enim sine nauleâ adsumitur.

Brutis econtrâ *Antimonium crudum* optimè convenit: sanè *Porci* propinatum non tantùm pingues & crassos eos reddit, sed & sanat; quod de *Equo* aliisque Animalibus aliquoties observatum fuit: vid. *Ad. Societ. Reg. Vol. 1. pag. 647.* item **BASILIVS VALENTINVS** de *Antimonio* pag. 187. item *Ephem. Gallic. Eruditor. Anno 1668.* Interim à quibusdam *Antimonium crudum*, uti etiam *Mercurius vivus*, *Decoctis Lignorum sudoriferis*, contra Luem Veneream non absque effectu simul misceri & incoqui solet; quale *Decoctum* in Lue Venereâ ex *Radice Sarsæ parillæ* & *Antimonij pulverisati*, sed *Nodulo* inclusi an. ʒʒ. **BORELLVS**, uti etiam **ZWELFERVS**, habent. (O)

Quod si verò *Ignem expertum fuerit Antimonium*, & particule ejus liberiores factæ, & quasi magis extravertæ, præsertim simul alcalium Salium adjumento referatum; tunc exferere vim suam, & malitiam turbantem manifestare, & pro varietate Præparationum, vel Vomitionum, vel *Catharticum*, vel *Sudoriferum*, fieri solet. Sic enim simpliciter per Ignem nudum sublimate Flores adhuc in *Antimonium* reducibiles, satis violenti sunt; non secus ac vel per *Nitri* detonationem, vel cum ejus Alkali in Aquâ soluti ebullitione referatur *Antimonium*, ut fiat *Crocus* admodum vehementens. Imò ipse *Vapor* seu *Fumus Antimonij*, halitum haustus, Vomitus excitare Corpusque purgare affolet: vid. **M. A. N. C. Anno 3. Obs. 131. pag. 241.** Nempe Acidum, partes nerveas insigniter vellicans, in Concreto *Antimonij* latitat, à quo istæ primarum viarum turbationes, & pro quo temperando Operatores cum *Antimonio Panem Butyro largiter illius* edere solent. *Vix hæc Antimonij cathartico-emetica* non præcisè in ejus Sulphure, nec in Substantiâ Mercuriali seu *Regulinâ* consistit; sed utrisque simul combinatis; hinc enim talem texturam constituunt, quæ acrimoniâ suâ, Linguæ licet insensibili, sub mole etiam minimâ Stomachum tamen sufficienter vellicare, & hinc in Spas-

(O) Hæc est Aqua, quam vulgò *Antiveneream* vocamus, sed multis ausam Simplicibus, & curiosâ enchæ. res paratam.

P R Æ P A R A T A.

Præparaciones quibus Antimonium subijcitur sunt: 1. Calcinationis. 2. Sublimatio. 3. Destillatio. 4. Liguatio. 5. Extractio. 6. Infusio. 7. Salificatio. 8. Mercurificatio.

I. CALCINATIO.

Est tum Sicca, tum Humida.

CALCINATIO SICCA:

Unde

1. Vitra. 2. Croci. 3. Diaporetica. 4. Reguli.

I. VITRA ANTIMONII.

1. Vitrum Antimonii Hyacinthinum.

R. Antimonium pulver. calcinetur in Vase figulino amplo ac lato non vitreato, continuè scilicet Materiam rudiculâ movendo, ne concrecat: quòd si id præter spem evenerit, denuò

pulverificare oportet. Deducendus est hic labor, Ignisque augendus, vel in tantum, ut Vas paulatim igniatur, Materiaque cinereum seu griseum acquirat colorem, nec fumum, (à quo diligenter cavendum) ampliùs emittat.

N. Ex hac Calce fit Diaporeticum laudabile ac singulare Peftis præservativum, si ulterius in Crucibulo igniatur, ut ex albescente colore fiat Pulvis ad flavedinem inclinans.

Dosis gr. 3. infusa in Vino, datur cum Succo Calendulae.

Calx illa in Crucibulo benè & satis fusa, (quod immisso stylo ferreo experiri licet) effundatur in Tabulam lapideam, vel Pelvim æneam, ut in Vitrum abeat. Vitrum si adhuc nigrum ac opacum fuerit, reiteranda est Fusio, donec pellucidum ac hyacinthinum colorem nanciscatur, in qua fusione aliquid Antimonii crudi Matthiolus admiscet. Sed vereor ne pulluciditatem depravet. Vide Basilium in Curru triumphali Antimonii.

N. Calcinationem maturandi gratiâ licet Sal. com. dimidium (vel ana) addere, id quod post absolutam Calcinationem Aquâ fervente, & dein Aceto destillato insuper affuso ablundû.

3. Eu-

Spasmos ac Vomitus ciere potest. Probatur ex eo:

1. Quòd Cinnabaris Antimonii, & ex eâ separatam Sulphur illud TACHENII, ritè parata, nihil participant de Regulo Antimonii, & pura Sulphura sint; unde vi laxativâ penitus spoliata: econtrâ de iis observatum fuit egregiè nimias Hæmorrhagias Uteri sistere dosi ℥j. sicut econtrâ Substantia Mercurialis, in Antimonio diaporetico ex Regulo parata, vel in Bezoardico minerali, quatenus fixata est, item in Mercurio Vitæ benè effumato, insons observatur; quæ propriè fundata sunt in ejusdem Sulphure fixiori naturæ Solaris, in Regulo saltem, aut exinde parato Vitro reperibili; unde vis est analeptica & sudorifera, depurativa, & confortativa.
2. Mercurius Vitæ purè Regulinus est, seu Regulus in Spiritu Salis concentrato solutus. Participat tamen aliquantum de Sulphure, & potens est Emeticum.
3. Vitrum Antimonii spoliatum est per Calcinationem maximâ ex parte Sulphure externo, & ferè simpliciter ex Regulo constat cum Sulphure interno, potissimum tamen est Emeticum. Hinc
4. Acida nitrata figendo texturam antimonialem invertunt, ut vi emeticâ inversâ diaporetica fiant. Jam verò Nitrata in Sulphur non agunt, sed simpliciter in Regulum ejus, quem rodunt, alterant, & hujus medio Sulphur plùs mindis simul invertunt.

Antimonium etiam est odoriferum, uti testatur D. MICHAELIS ex relatione D. FINCKII. Nam hic FINCKIUS, qui scripsit *Enchiridium Dogmatico-Hermeticum*, præparavit Flores Antimonii elegantes Moscbum spirantes, exhibuitque in Maniâ felici cum successu; quoniam sunt vomitivi.

Ad PRÆPARATIONES ANTIMONIALES dubium est: an specialis Astrorum influxus, & Tempus Constellationis subinde sit observandum. Affirmat KERCKRINGIUS de Antimonio pag. 241. & PANTHALEON in *Tumulo Hermet.* pag. 24. Medicamenta ex Antimonio, ut sunt Regulus, Antimonium diaporeticum, Vitrum & similia, optimo cum successu parari Sole & Lunâ existente in Aquario & Piscibus. Id quod non esse falsum, probant ex eo, quòd Vitrum Antimonii si fundatur tempore sereno, aère placido absque pluvîâ, ventis & turbulentîâ, oriatur perspicuum & pellucidum: si obscuro tempore, flatulento, &c. simile Vitrum vel centies fundatur, semper esse obscurum & opacum. Ulterius si fundatur Regulus tempore sereno, habere in superficie planâ figuram Stellæ; sin verò tempore opaco, obscuro aut nebuloso fundatur Regulus, ne vestigium quidem illius Stellæ apparere. In Sublimatione & Rectificatione Cinnabaris Antimonii, si tempus sit serenum, & Vitrum sit clarum & perspicuum, Cinnabarim elegantissimi acquiri coloris; cæterùm si tempus sit obscurum, Cinnabarim esse obscurioris coloris. Negant econtrâ WEDELIUS in *Pharm.* pag. 171. HOFFMANNUS *Clave* pag. 295 BOYLE in *Tentam.* pag. 70. Nihil hinc decidere volo: res Facti est, per Experimentiam illustranda. Interim universaliore hæ Cause ad specialissimos hos Effectus minus strictè alligandæ videntur.

I. CALCINATIO.

Inter PRÆPARATA ANTIMONII primum locum. IV.

cum habet CALCINATIO, quando nempe Antimonium calcinatur pro fundendo Vitro.

I. VITRA ANTIMONII. Vitrum Antimonii fit per Sulphuris mineralis abundantis Exhalationem, & hinc per Reguli seu Mercurialis Substantiæ cum reliquo Sulphure resistente mutuam Colliquationem, ac ita mutuâ unione in Corpus vitriforme coalitionem. Probat hoc non saltem mutua Vitri in Regulum, & denuò hujus in Vitrum muratio, quam docet KUNCKELIUS *Obs. P. 2. pag. 31.* sed & Vitri Antimonialis reductio in Regulum, quod fit si

U. Antimonii q. pl.

Addatur illi in Crucibulo pars Olei Olivæ; Crucibulo probè clauso imponuntur Anemio, ut fundantur; sic enim deprehenditur postmodum Regulum Antimonii, qui novâ Calcinatione denuò in Vitrum redigi potest.

Modus autem Calcinationis est hic:

In Patellam latam sternitur Antimonii selecti friati Pulvis grossus, & immittitur Igne Carbonum, donec incipiat effumare Antimonium, ut Sulphur minerale sub hac Calcinatione exhalando separaretur. Ubi tamen observandum, ne Antimonium fluat in Igne, hinc semper Bacillo ferreo agitetur: hoc si non fiat, concrecit in Globulos, Germ. *es stieset zusammen*; sin verò agitetur, in Pulverem griseum calcinatur: dehinc Antimonio semel calcinato semper nova incijatur Antimonii portio etiam calcinandi, quæ encheiretis imprimis pro Vitro parando conducit. Calcinatio aliquoties hoc modo cum additione novi Antimonii pulverisati reiteretur; sic enim unum alterum impedit, ne possit liquefcere, quin calcinatum non liquefcit propter præsentiam Antimonii crudi, & hoc sine Fusionis metu facile calcinabitur, adè ut non opus sit ulteriori agitatione, nec metuenda concretio in Globulos: copiosius interim exhalat Fumus, qui in Florum albicantium formâ potest coërceri, si summitatibus Furni applicantur Alembici terrei; tunc enim in istis colliguntur, & hi sunt Flores Antimonii sulphurei, & nihil aliud, nisi Antimonii Sulphur acidum resolutum, ex se corrosivum & sordibus arsenicalibus inquinatum. Unde in hac, & omnibus aliis Antimonii Calcinationibus, Laboratores evitent Fumum, & se præmuniant beneficio rerum pinguium, quæ obtundunt acrimoniam Sulphuris arsenicalis: quòd si enim Fumus hic inspiretur, periculum est ne fiat Phthisis, Aridura & Exulceratio Pulmonum, ex ejus corrosione. Unde in Præservatione primatum obtinet Butyrum: quod temperat acrimoniam Fumi sulphurei, & oblinendo impedit corrosivitatem; ideò Panis Butyro illitus assumendus, quando instituitur Antimonii Calcinatio, id quod non tantum de Antimonio & Mercurio, sed de omnibus Metallis, Spiritus corrosivos exspirantibus observandum est.

Et quidem Calcinatio Antimonii pro parando Vitro tamdiu continuanda est, donec Ferro ignito impositum, nullum ampliùs volatilitatis signum edat, neque manus inficiendo, neque Fumum vel Odorem de se spirando, vel si ardentibus Carbonibus impositum, nullum ampliùs Fumum de se emittat; quod signum est perfectæ Calcinationis. Quod remanet, est Calx Antimonii, id est Sulphur internum Antimonii.

Calx hæc Antimonii postmodum in Crucibulo forti Igne funditur, donec tota pura appareat. Proba hujus Vitri est, si Bacillum ferreum in Massam fluidam immittatur, illudque, quod ipsi adhæret, sit perspicuum ac clarum, tunc Vitrum est optimum; si non, ulterius continuetur Fusio. Post Calcinationem.

H h h h 2

cinatio-

2. Fusionem ut promoveas, *Borracem* addere potes, nempe ad \mathfrak{ss} . 1. *Borrac.* \mathfrak{ss} . nec est quoddam inde periculum metuas: Etenim posthabito, quoddam *Borracem* exhalet, constat quoddam *Borracem* sine noxâ intrò ad \mathfrak{ss} . exhibeatur.

3. *Tempus* vitrificandi eligunt nonnulli, quo Sol & Luna in Aquario vel Piscibus (Signis aqueis) existunt.

4. Accenseri potest Vitrificationi & illa Operatio, qua *Antimonium* levi operâ Ignis, *Vitri formam*, licet absque *perspicuitate* induit, *Antimonio* scilicet in Crucibulo liquato insinguntur ferrei Baculi, decutiturque quicquid adhaerit, atque hac ratione totum *Antimonium* extrahitur. *Extractum* & contusum denuò liquatur extrahiturque ut antè, idque toties, donec *Antimonium* optimè pulverisatum rubicundo-purpureum colorem acquirat.

Dosis & *Usus* cum *simplici Vitro* communis est.

Re: cùs tamen *Spiritu Sulphuris*, *Vitrioli*, vel proprio *Aceto* aliquoties cohobatum, ut evanescente purpureo colore, albicans evaserit, exhibetur. Valdè enim ejus vis emetica hac correctione emendatur, ut solam per Alvim deturbandi vim postea obtineat. Verum *Februm* curativum.

Dosis g. 3. ad 5. in *Aquâ Centaur. min.* vel simili. *Matth.*

2. Vitrum ex Minerâ.

N. *Minera Antimonii opt. Sal. Nit. puriss. ana*, calcinentur in *Vitrum*. *Basilii.*

inationem Crucibulum eximatur, hincque super *Porphyritem* aut in *Patellam* effundatur, & ita concrevit in loco frigido in perfectum *Vitrum Hyacinthinum*. Sub hac *Fusione* observandum, ut sub istâ aliquid *Sulphuris communis* desuper injiciatur, loco *Antimonii* crudi, uti *AUTOR* vult; hoc enim *Sulphur* desagrando simul *Antimonii Sulphur* minerale combustibile absomit. Quidam sub *Antimonii Fusionem* tegunt Crucibulum cum orbe *Radici Bryoniae*, magnitudinis *Thaleri*, vel quantæ est Crucibulum, & *Radicem* omne *Venenum Antimonii* ad se attrahere, & si *Radix nigra* colorem acquirat, desistunt; quod *Arcanum* dicitur *PARACELSI*. Cæteras encheireses optimè videbitis notatas in *ZWELFFERI Anmado. pag. 459.* item *ERCKERO pag. 298.*

Pluribus modis parantur *Vitra*; optimum tamen ex his pro usu quidem *Pharmaceutico*, & inde parandâ *Tincturâ*, est *Vitrum Antimonii Hyacinthinum*. Ratio est, quoddam contineat *Sulphur fixius Antimonii*, non tamen solum, sed adhuc aliquid de *Sulphure volatili* adhæret. Pro usu autem *Medico emetico-cathartico Vitrum Succineum ex Mercurio Vita*, aut saltem *Vitrum Regulinum ab AUTORE No. 8.* descriptum. Notabile est, quoddam ex *Capite mortuo Butyri Antimonii Vitrum Antimonii album*, non emeticum, præparari asserat *WILLIUS P. Pharm. P. 1. pag. 62.* Paratur etiam per *Addita Vitrum Antimonii*, speciatim cum *Borrace*, pro cuius *Additi* quantitate, & *Præparationis* modo, nunc *album*, nunc *rubicundum*, nunc *viride* obtinetur *Vitrum Antimonii*. Conf. *AUTOR No. 5. KERCKRINGIUS de Antimonio pag. 145. & 169.* Sunt qui *Sal Antimonii ex Vitro* sibi promittunt, delusi communi *Vitro*: nam in illius *Analyse*, præter *Sulphur desagrans*, & *Regulum*, in *Antimonii Vitro* nihil deprehenditur: à *Sulphure rubedo* est, & ferè vomitoria vis; *Reguli* verò particule metallicæ colligatione simul extensæ *Vitrum* formant. Hinc enim ut eò procedat meliùs *Vitrificatio*, sunt qui *Borracem*, ex *Alcalium* nempe genere, addunt.

Quod attinet *Usum Vitri Antimonii*: in se ipso est *virulentum Remedium*, non absque insigni violentiâ supra & infra purgans, ut de cætero accommodatissimum sit *Præparatum* pro *Tincturâ Sulphuris fixi antimonialis* eliciendâ. Unde in *Medicinâ* non nisi pro *generoso Purgante*, supra & infra *Laxante*, adhiberi solet adeoque in substantiâ non concedendum est, sed saltem *Infusum ejus in Vino Rhenano* ab \mathfrak{ss} . ad \mathfrak{zj} . robustioribus personis vehementis *Emetico-cathartici* loco datur.

In quem finem parantur *Pocula Vomitoria* ejus medio, qualis est *Calix Vomitorius Rulandi*, cuius *Præparatio* hæc fuit: *Formado Poculum ex Scipite Ligni Juniperini* vel alius ad capacitatem sufficientem, v.g. \mathfrak{zj} . quod intus picatur cum *liquidâ Pice*, cui liquefactæ tenuissimi *Pulveris Vitri Antimonii* \mathfrak{ss} . vel plus immixtum sit, in *Poculum Medicum* priùs calefactum infundendo, & per totam capacitatem interiorem *Vasculi* æqualiter distribuendo, ut *Mistura Antimonii* nullibi appareat. In hoc *Poculum* infunde *Vinum*, vel *merum* vel *A-*

3. Vitrum Antimonij flavum.

Fit ex *Regulo*. Vide suo loco.

4. Vitrum Antimonij ruberum.

NB. Si *Vitrum Antimonii* miscueris cum *Sulph. citrino*, ac fuderis in *Vitrum*, hoc ipsum rubescit. Alij fundunt cum *Arsenico*, sed præstat ab hoc abstinuisse.

5. Vitrum album.

N. *Antimonii p. 1. Borracis p. ij. vel iv.* funde aliquamdiu: sic assumit primò colorem citrinum, postea album. Effunde ut in *Vitrum* abeat. *Basilii.*

Vires. *Vitrum Antimonij* *Humores* crassos, viscidolque ejicit, in *Ventriculo* vicinisque locis superfluos, idque per *Vomitum* ac per *Alvim*. Resistit quoque *Venenis* in *Peste*, præcipuè si cum *Aceto* propinetur, quippe hac ratione & *Sudorem* ciet: utile quoque est in *Febribus* putridis ac malignis, *Hydrope*, &c.

Usus & *Dosis*: Datur à gr. 2. ad 4. *Infusione* à g. 3. ad 6. Vide de hac *Infusione* infra.

6. Vitrum Antimonii nigrum extemporaneum, S. Cloffai.

F. *Minera Antimonii* \mathfrak{zj} . Liquefeat in *Acet.* tum injice per *Cochlearia* aliquid de *Mixturâ ex Sal. com. decrepit. Sal. Nit. & Cap. mort. Aqu. Fort. communis compositâ*, ana \mathfrak{zj} . absumptis *Pulver.* affundatur *Antimon.* in *Pelvim* aut *Mortarium*

quâ *missum*, aut alios *Liquores*, qui ex *Antimonii Vitro* eliciant vim purgantem, linquendo per noctem, si frigidè, vel saltim per quadrantem horæ, si *Liquor* semel ebullitus in *Calicem* infusus fuerit; sic in infinitos usus *Calix* ille sufficit, nec nisi post longas digestiones deficit, novâ tamen *Picatione* virtutem recuperabit.

Nota *Vinum*, *Vinosaque* quæcunque, item *Hydromel* & *Aquas destillatas spirituosas* facile imbibere vim medicatam *Poculi* &c. quod verò minùs spirituosas, ut *Aquam simplicem*, *Cerevisiam*, aliasque *Aquas* communiter *destillatas*, aut *Vino mistas*, semper ferventes esse adhibendas, & deinde pro ratione *Temporis* & *Morbi*, in *Infusione* relinquendas.

Similem ferè *Præparationem* etiam habet *GLAUBERUS in Scriptis*.

Præterea ex ipso *Antimonii Vitro* potest fieri simpliciter *Vitrum* seu *Poculum vomitorium*, ad imitationem *ERCKERI pag. 299* Fieri quoque possunt ex *Vitro Globuli*, qui *perpetuis* pro *Suppositoriis* inserviunt. Nam quidam conficiunt ex *Vitro* vel *Regulo parvum Globulum* perforatum, eumque filo alligant, & altè in *Rectum Intestinum* pro *Glande* immittunt, sic enim proritur *Alvus*, & *Globulus* absterfus vel pro mille vicibus sufficit. Dicitur fuisse *Secretum Castellense GNOEFFELII*. Vel *integros Globulos ex Regulo* aut *Vitro* deglutendos præscribunt, & asserunt horum potentiorum esse usum, quàm *Pulverem*, & tantùm alterare formaliter & spiritualiter. Alii faciunt *Gemmas ex Vitro Antimonii*, eamque solido ex *Auro Annulo* ita includunt, ut ab utraque parte emineat; vel plures *Gemmas* per circulum *Auro* insigunt; vel etiam ex *Vitro purgantem Annulum* vel aliam *Massam* conficiunt. Hæc quando usurpari debent, per noctem *Vino* vel *Aqua* immittantur, & mane *Liquor* potandus exhibeatur. Pro usu talium *Annulorum Vitrum Antimonii* debet fundi cum *Bor race* in *Formam* ex *Cretâ*.

Quando *AUTOR* dicit: quoddam quoque *resistat Venenis in Peste*, observetur de *Usu Vomitorium in Peste* & aliis malignis *Morbis* cum *Exanthematibus* in genere, quoddam imprimis *Antimonialia* sub *intium* statim, & ante eruptionem *Bubonum* seu *Carbunculorum*, debeant administrari; sic enim exhausto maturè *Veneno* per *Vomitum* ex primis viis, *Bubones* aut *Tumores* vix erumpunt; atque ita *Æger* protinus *Affectu* liberatur. Si verò jam efflorescant *Carbunculi* & *Bubones*, periculum est, ne per *Vomitum* retrahatur *Venenum*, & *Æger* in discrimen *Vitæ* reducat. Si nihilominus opus sit in *Peste* *Vomitu*, eruptis jam *Bubonibus* & *Carbunculis*, his *Tumoribus Emplastris* applicentur fortiter *attractiva*, ut *Emplastrum Magneticum arsenicale Angeli Salæ* (quod non esse ex *Magnete supra sub Magnete* demonstravi) & ita applicato hoc *Emplastro* tutiùs potest propinari *Vomitum*.

Sed *Antimonialia Vomitoria* & *Cathartica* sunt violenta unde rectè certo modo dicit *HELMONTIUS*, quoddam *Mercurius* & *Antimonium* quamdiu movent *Vomitum*, non sint boni *Viri Remedia*. Hinc de usu *Purgantium Antimoniorum* benè observanda sunt ea, quæ habet *RAICUS de Pedagrâ pag. 46.*
dum

rium calens. Habebis *Vitrum nigrum* purificandis Metallis aptissimum. Si *Saturni* \mathfrak{ss} . addatur, repurgabis *Aurum* instar Reguli Antimonii.

7. *Vitrum Antimonii Diaphoreticum.*

Vitrum Antimonii Diaphoreticum evadit, si pulverisatum sæpè maceretur, cum *Aceto destillato* sæpè fundatur. *Libavius lib. 2. Aleb. tract. 1. c. 23.*

8. *Vitrum Regulinum.*

Calcina *Regulum pulverisatum*, continuè agitando, ne fundatur, donec fumus cesset: hinc funde, & effunde. Sic in *Vitrum* evadet elegantissimum.

N. Si *conv. Salem* addideris, citrinescit *Vitrum*.

Hujus *Dosis* major exhiberi potest, quàm præcedentium.

9. *Vitrum Antimonii Solare, Aurum transparent.*

ss. Auri puriss. ss. Antimonii Ungar. ss. VIII. Funde ad Ignem, ac effunde (cavendo ne in *Regulum* abeat,) *Mixturam* pulverisatam calcina per se (ut calcinatur *Antimonium* in præparatione *Vitri*,) donec non amplius fumiget. Deinde funde fortissimo Igne, effundeque in *Pelvim*, ut abeat in *Vitrum* transparentis rubicundum.

N. Invenies in fundo *Crucibuli Aurum* dimidiâ parte diminutum. *Harsmannus in Croll. Keslerus 3. c. 30.*

Ex hoc fit *Infusio cum Spirit. Vini*, quam *Tincturam* vocant.

10. *Aliud ex Regulo.*

ss. Auri opt. ss. Reguli ss. VIII. Fundantur, pulverisentur

ac calcinentur sine fusione, donec fumus cesset. Dein liquefiant Igne fortissimo, effundanturque ut vitrescant.

N. Huic Calcinationi finitima est *Calcimatio Antimonii crudi*, cum *C. C. usfo*. Nimirum lævigantur simul optimè *Antimonium* & *C. C. usfum* proportione anaticâ. Hinc committuntur Igni, ut calcinentur.

Vires. Sudores prolicit.

Dosis gr. 3. ad 5. vel 6.

Quoniam *Vitru* *Antimonij* violentiùs ut plurimum operationes suas perficere, adeoque *Corpus* anxie affligere solent, diversæ institutæ sunt *Corrections*, quibus violentia ea aliquo modo infringi mitigarique queat: ideoque

Corrigitur Vitrum Antimonii.

Correctio prima.

ss. Vitrum Antimonii, teratur subtiliter, aliquotiesque affundatur *Acet. destillat.* atque iterum exsiccat. Hinc fit *Electuarium Antimoniale*, seu *Pilula Antimoniales Crollij*. *Vide lib. 2.*

Correctio secunda.

ss. Vitrum Antimonii: digeratur aliquamdiu in *Spir. Sal. com. Extracti* decantata affunde *Aquam commun.* ac reſiduet *Pulvis*, sine violentiâ Vomitum ac Seceſsum ciens.

Dosis gr. 2. 3. ad 6. *Clariff. Dn. D. Petrus de Spina.*

Correctio tertia.

ss. Vitri Antimonii q. v. solve in *Oleo Tart. per deliq. Solutioni* instilla *Spir. Vitrioli*, ac concreſcent illico *Cryſtalli* exsiccandæ.

Dosis gr. 3. 4.

Cor-

dum inquit: *Cautiones hæc etiam atque etiam observanda sunt; nempe ut Ventrisculus sit vegetus, robur solidum, nullum principale Viscus læsum, neque Vena sedæ, aut paulò post secunda sit: quas præterea circumstantias jubet observare HIPPOCRATES in Veratro, Sect. 14. Aphor. 13. seqq. Tandem ne propinentur illa Antimonialia Purgantia statim post usum Spiritus Vitrioli aut aciditates Sulphuris. Hi quippe Spiritus (præsertim Actida mineralia) omnium Purgantium vim inbibent ita, ut Purgantium Antimontiorum possidie austerum vim inde imminutam evidentissimè senserim. De Vitro Antimonii hoc moneo, pergit idem, quòd non sit vera Medicina: in Vitriſicatione namque Antimonium terreum Minerale magis commiscetur, Forma metallica verò, quæ non debuit separari, sed à centro ad superficiem educi, in fumum abt. Relinquitur ergò in Vitro Antimonii rò Minerale venenatum, postquam Forma metallica, in qua inhaeret Ignis vitæ purgans, exspiravit. Rejicienda ergò est horum opinio, quæ Vitrum Antimonii tam audaciter exhibent, ut latibulum possit querere in Scyphis ex Vitro à RULANDO & QUERCETANO suscit.*

Prostant præterea etiam *Vitru* composita cum aliis Metallis, uti *AUTOR* habet No. 9., item No. 10.

9. *Vitrum Antimonii Solare, idque Transparent.* Sed secundum modum *AUTORIS* non est *Sol transparent.* sed tantum *Vitrum Antimonii*, partes verò Solis opacitatem potiùs inducunt. Unde concinnior magisque accuratus est *HOFFMANNI Processus*, quem videbitis pag. 198.

10. *AUTOR* etiam facit mentionem *Antimonii cum Fructibus Calvarie calcinati*, ut loquitur *POPPIUS*, id est, cum *Cornu Cervi*. Valdè commendatur à quæ plurimis, in specie à *BARTHOLETO in Dysp. l. 5. cap. 4.* Egregium esse dicitur *Sudoriferum*; undè præterea quoque in *Dysenteria epidemica* & similibus Morbis, hocce *Vitrum Antimonii cum Cornu Cervi usfo & præparato*, feliciter usurpatur. Ceterum loco *Cornu Cervi* aliis potiùs *Antimonium* simpliciter cum *Rasurâ Cornu Cervi* miscetur, & ita ad summam albedinem calcinentur, & *Antimonium* sic paratum idem ferè valere dicunt, quàm *Antimonium* fixum cum Nitro sæpiùs detonatum. Sed necesse est, ut diu atque exacta fiat ista Calcimatio, ne vis emetica redeat.

Sequuntur *Corrections Vitri Antimonii*: propter nimiam enim virulentiam vix præterquam correctum adhibetur *Vitrum Antimonii*, ut mitiùs per superiora, & si possibile, saltem per inferiora, purget in Morbis chronicis firmiùs radicatis, in specie *Melancholicis*, ubi *Purgantia Antimonialia* primatum obtinent. Est autem unum ex difficilioribus Præparatis Remedium Antimoniale per inferiora purgans. Non potest hoc fieri, nisi aliquali Substantiæ antimonialis Fixatione. Sed in tali inchoatâ Fixatione, & Correctione, quæ & acrimonia nimia ex illius texturâ, hinc & volatilitas ex-

cessiva admodum penetrans corrigitur, vix tam exactè punctum illud medium potest obtineri, quin in defectu adhuc vomituum, in excessu verò Correctionis diaphoreticum evadat. Accedit & hoc, quòd rigidiore Particulæ antimonialis medicamentosæ vix tam tractabiles sint in Ægrorum Stomacho, ac sunt Vegetabilium; hinc vix sine insigniori irritationis molestiâ operationem absolvunt, adeoque vix absque Vomitu. Ratio, quare desideretur tanto studio *Antimonium* per inferiora purgans, est, quòd non tantâ virulentia colloquativâ operetur ac Vegetabilia, sed saltem acrimoniâ vellicante. Deinde accedit & hoc, quòd Sulphure suo singulariter temperante corrigit simul Sordes vitiosas evacuandas.

Quoad *Correctionem* ergò *Vitri Antimonii*: hæc optimè fit per *Alia*, sive *Alcalia* sive *Acida*. Inter *alcalia* primatum tenet *Oleum Tartari*: inter *Acida* *Acetum destillatum*, *Spiritus Salis*, &c. quòd & *Nitrum* pertinet. Ubi tamen observandum, quòd, si à Nitro nimis figatur, *Diaphoreticum perfectum* evadet, uti apparet in *Antimonio diaphoretico*, in *Bezoardico minerali*, in *Sudorifero magno Fabri*: si autem non sufficienter Nitro saturatum figitur, manet *Vomitivum horrendum*. Medium ergò tenendum est; sed hoc opus, hic labor.

Plures *Corrections* ab *AUTORE* sunt recensitæ, quas inter *Numero primo* se offert cum *Aceto destillato*, sed manca est. Concinna admodum ex eodem fundamento est sequens *Vitri Antimonii Correctio*:

U. *Vitri Antimonii pulverisatum.*

Affundatur *Acetum destillatum*, donec eleganter rubescat. Hæc *Tinctura* ad remanentiam *Pulveris* abstrahitur in *Bilneo Mariæ*: *Pulveri* affundatur *Spiritus Vini*, & post diurnam trituram aut agitationem accendatur, & desuper deflagretur, & habebitur *Pulvis per inferiora tantum* & quidem efficacissimè purgans.

Dosis sunt gr. ij. iij. vel iv.

Præ cæteris mentionem meretur *Correctio secunda* cum *Spiritu Salis*. *Acida* enim, qualia sunt *Acetum destillatum*, & imprimis *Spiritus Salis*, uti *Purgantium* in genere, ita in specie *Antimonii* vim catharticam sopiunt & imminuunt. Modus est hic:

V. *Vitri Antimonii pelluc. ʒij.*

Spiritus Salis ʒvij.

Stent in *Infuso* in *Retortâ vitreâ* per diem & noctem: post destillentur per *Arenam*; sic remanet quasi *Butyrum*, quod præcipitetur cum *Aquâ calidâ*, siccat, & erit *Magisterium album*: uno nomine, *Mercurius Vita*, *dosi* ad gr. ij. vel iij. porrigendus, & modis supra cognitis amplius corrigendus.

Correctio tertia per *Oleum Tartari per deliquum* nihil est aliud, nisi *Tartarus vitriolatus antimoniatu*. Nam hic cum *Oleo Tartari* conjunctus est *Pulvis ex Vitro Antimonii*. Aliàs

fi

Correctio quarta.

Aurum Antimonii purgans.

℞. Vitri Antimonii pulv. ℥j. Spir. vel Olei Vitrioli (vel Sulphur. per camp.) ℥j. Misc. exactè ac exsicca lento Igne . Repetatur id septies vel ultra , semper Spir. Vitrioli ℥j. admiscendo .

N. 1. Præstantior fit hic Pulvis , si in Extracto Mastich. (ex Mastich. & Spir. Vini) per dies 3. maceretur , ac Spir. Vini postmodum desuper accendatur , penitusque exhalet . Pulvis residuus l. Igne Cinerum in Patellâ vitreâ (horis 12.) exsicceatur .

Vires. Purgat per inferiora .

Dosis à gr. 3. ad 5.

N. 2. Si Pulveris hujus ℥iij. vel Pulvis prioris non macerati ℥ij. in Electuario Antimonii Croliano , Vitro ibidem substituantur , præstantius id ipsum evadet .

N. 3. Fiunt & inde Pilulæ Antimoniales ad Febres . Hartmannus. Vide lib. 2.

Correctio quinta.

Fit per separationem Sulphuris arsenicalis . Vide in Infusione Aqu. Bened. Brendelij.

Correctio sexta.

Spiritus Vitrioli purgans .

℞. Vitri Antimonii pulv. q. v. affund. Spir. Vitrioli non re-

visc. ad eminent. duorum digitorum . Digerantur aliquamdiu calore leni , sic fit Extractio nigro-punicea .

Vires. Purgat per inferiora .

Dosis gutt. 6. 7. 8. 9. 10.

Hartmannus in Croli.

N. 1. Eodem modo corrigi potest per Spir. Sulph. vel Acet. proprium .

N. 2. Ex Tincturâ illâ nigro-puniceâ (sc. per Spiritum Vitrioli extractâ) paratur Tarr. album vitriolatum purgans , quippe virtute antimoniali imprægnatum , affundendo ei duplum Olei Sulph. Coagulatumque siccando .

II. CROCI METALLORUM.

1. Crocus Metallorum vulgaris .

℞. Antimonii electi , Sal. Nit. puri ana : sigillatim trita atque exactè mixta inflammantur in Crucibulo , vel Mortario æneo , remanebit Materia , ob colorem Hepati haud dissimilem , Hepar Antimoni dicta . Hæc edulcorata Aquâ calida , dicitur Crocus Metallorum .

N. 1. Si Aqua , in qua Hepar Antimonij edulcoratum , Acetum instillâris , præcipitem dabis Crocum subtiliorem , seu ut aliis placet , Sulphur auratum .

N. 2. Inflammatio (quam & Detonationem vocant) fieri commodius poterit , si Materiam paulatim ac per vices injeceris , primaque vice vel Carbone vivo , vel Ferro ignito Materiam incenderis .

N. 3. Ex

si Sal Tartari cum Antimonii Vitro probè subigatur , & ad tempus digeratur , ita vim vomitoriam maximâ ex parte perdit , & saltem per inferiora purgat . Oleum Tartari enim corrigit virulentiam , & abeunt per Præcipationem in Tartarum vitriolatum antimoniale , qui ritè paratus est Remedium per inferiora purgans . Melior modus est , ut Phlegma Vitrioli cum Spiritu proprio acidulatum affundatur Vitro , digeratur aliquandiu , & postmodum Extractio decantata præcipiteretur cum Oleo Tartari per deliquium : Simili modo fieri quoque potest Tartarus Antimonii fixus diaphoreticus : e. g.

℞. Vitri Antimonii pulv. ℥j.

Olei Tartari per deliq. ℥viiij.

Infundantur & digerantur per menses aliquot loco calido , ponantur in Cellam per 14. dies noctesque , hinc Oleum Tartari filtretur per Chartam , & cum Oleo Vitrioli ℥vj. præcipitetur , Præcipitatum exsicceatur , nonnihil edulcoretur , & usui reservetur .

Operatur per Sudorem dosi ℞. in Aquâ Cardui benedicti.

Corrections cæteræ AUTORIS cum Spiritu Vitrioli vel Sulphuris , Antimonii Vitrum pulverisatum figendo , hoc coërent & mitius reddunt , ut dimittat vim emeticam , & fiat exinde per inferiora purgans , Hydropi potenter resistens .

Ad Correctionem sextam addatur & hoc , quodd post digestionem & abstractionem à Phlegmate per Retortam , etiam Remanentia alba & sicca solvenda per deliquium in loco frigido , & sic acquiritur Oleum purgans per inferiora & per Urinam .

Dosis est ad duas guttas .

Optimus ex his modis est Tartarus vitriolatus purgans , quem etiam insinuat AUTOR Corr. 6. N. 2. sed concinnio-rem Præparationem videbitis in HOFFMANNI Clave pag. 299. ubi Vitrum Antimonii prius Fusione cum Nitro correctum , postmodum Sale Tartari extrahitur ; hinc cum Spiritu Vitrioli in Sal tertium præcipitatur . Eleganter etiam fiunt Vitri Antimonii Corrections tam cum Spiritu Vini , quam cum Borrace factæ , à KERCKRINGIO in Basl. pag. 143. & 169. descriptæ . Sic Du HAMEL de Affect. Corp. pag. 397. cum ana Salis Tartari fundit Vitrum Antimonii , & ex hoc ipso Antimonium per inferiora saltem purgans parare docet .

II. CROCI METALLORUM. Non intelligitur hic Crocus Metallorum Helmontii , Paracelsi , Poterii , tanquam singulare Analepticum , sed qui in Officinis usitatus , & nihil aliud est , quam Antimonium per Ignem & Alkali fixum referatum , & in Pulverem quandam flavescens mutatum . Dicitur Crocus propter Colorem flavum Metallorum , quorum Pulveres flavi omnes dicuntur Croci : nam Antimonium à quibusdam Radix Metallorum dicitur .

Dicitur & Hepar Antimonii , quia integra Massa ante Saliem elxiviationem obscuram Hepatis rubedinem refert . Res omnis huc recidit , ut per Alkali Ignis medio ita recludatur Corpus , ut ejus Sulphur , & hinc simul Regulus seu Mercurialis pars extravertantur , sive Salia addita à Sulphure antimoniali unâ opera sub Croci præparatione simul calcinentur , sive Salia jam ante alcalifata assumantur , hocque posterius tam viâ sicca , quàm humidâ .

Totius Præparationis fundamentum est , ut Alkali fixum solvat Antimonii Sulphur externum , sub quo actu continuato & simul Regulus Antimonii unâ dissolvitur , postmodum per Aquam simplicem separantur Salia , & restat Pulvis croceus .

Modus præparandi triplex est :

I. Quando Salia Antimonio addita , hujus Sulphuris medio alcalifantur sub Detonatione , quæ postmodum agunt in junctum Antimonii Corpus , illudque in Crocum solvunt : atque vel cum Nitro , vel cum Tartaro seorsim , vel cum utroque simul .

Modus cum Nitro est hic :

℞. Antimonij ,

Nitri ana part. æqual.

Invicem mista detonantur in Crucibulo , aliquandiu invicem fluant , hinc affusa eluantur Aquâ : Pulvis obscure flavescens in Filtro restans est Crocus Metallorum .

LOGATELLI in Theatro Arcanor. pag. 151. Crocum hoc modo paratum sine Edulcoratione pulverisatum permiscet cum Spiritu Vini , & hunc deflagrare permittit , idque tribus vicibus repetit , & ita eum non parum corrigit , & à ℞. vel gr. xij. ad xv. vel ℞j. propinat .

Ex Aquâ elotâ , Alkali Nitri , subtilioris Sulphuris Antimonii particulas retinente , imprægnatâ , in perfusione Aceti præcipitatur Sulphur subtilius , aliàs Sulphur auratum dictum .

In Aquâ etiam Solutionis post debitam Evaporationem in loco frigido concrefcit , uti in Præparatione Antimonii diaphoretici , Nitrum antimoniatum , cujus usus in Febribus ardentibus , benignis & malignis , elegans est : nam nihil magis agitationem Massæ sanguineæ , & Æstum Febrium ardentium potest compescere , quàm Nitrum & Remedia nitrosa ; adeoque dicitur Refrigerare . Dosis est ℞ss. ad ℥j. In Postis vero ordinarij Mens. j. dissolvitur ℞ss. pro scopo refrigeratorio in Febribus continuis & ardentibus , &c. Usurpatur etiam loco Stimuli vel etiam Digestivi cum Pulveribus purgantibus : Nam hujus ℥j. commodè permiscetur Clysteribus in Febribus ardentibus & similibus pro Stimulo .

Hic Modus est communis præparandi Crocum Metallorum .

Cum Tartaro similis ferè labor est : cum ana Antimonii nempe invicem funduntur in Crucibulo , donec Tartarus abeat in Alkali , à quo ipso dissolvitur Antimonium in Crocum : Conf. BASILIUS VALENTINUS pag. 213.

Cum Tartaro & Nitro simul idem est Processus : nempe

℞. Tartari ,

Nitri ,

Antimonij ana part. æqual.

Detonando calcinantur in Crucibulo , sicque acquiritur Crocus Metallorum , & elegans Vomitivo-catharticus ; Nitrum enim à Sulphure Antimonii inflammatur , non secus atque à Sulphure injecto fieri solet : sub Inflammatione unâ cum Tartaro abeat in Alkali , mediante quo Antimonium vertitur in Crocum .

Observandum hic , quoniam sub Detonationibus hisce Spiritus nitrosi , item tartarei , avolant ; commodè hic labor in Retortâ potest institui , ut ita evolantes Spiritus Nitri

vel

N. 3. Ex *Aquâ* edulcorationibus illis imprægnatâ, si aliquantum evaporaverit, *Cryſtallos*, *Sal Nitri*, vel *Lapidem Prunellæ antimoniale* colligere potes, cujus usus idem qui *Lapidis Prunellæ dicti*, Exhibet itidem in ligno *Cauſticum*.

N. 4. Sunt qui *Sal Nitri*, *Tart.* ac *Antimon.* inclusa *Crucibulo* comburunt, relicto solo foramine; combuſta conſciunt in *Aquam calidam*, ut imprægnetur. Hinc decantant atque inſperſo *Aceto* præcipitant. Sic *Crocum Metallorum* nanciſcuntur ſubtile, magis fixum, quem ulterius in *Spiritu Vini*, macerant.

2. Crocus Metallorum Rulandi.

Crocus Metallorum Rulandi quifnam ſit, & quomodò conficiatur, variè agitur. 1. *Quercetanus* ſerè in opinione eſt, *Crocum* illud *Rulandi* non eſſe diverſum à *Croco Metallorum* vulgari. *Hartmannus* ab hoc non niſi levi diſcrimine diſtat, quod in Præparatione ſitum eſt: nempe *Sali Nit.* fluenti & ab Igne remoto, ſine Inflammatione admilcet *Antimon.* Spatulâ ferreâ continuò agitando, donec omnia probè ſint mixta, quæ tandem accendit.

N. Si qua Inflammatio acciderit, ſubſiſte, juſtam *Salis Nitri* refrigerationem expectans.

2. *Tenzelius* in ſua *Exegeſi ex Libavio* hunc præfert, quem & *Mylius* in *Baſiliæ Chymic.* pro ſincero habet.

R. *Antimonii*, *Sal. com.* *Sal. Nit.* an.

Minutiſſimè ſeorſum trita indantur *Catino*, *Luto* probè munito, foramine tamen parvulo, in mediâ ſummitate, *Spiritu* arſenicalium exhalandorum gratiâ relicto; inque *Furnum Anemium* collocentur, Igne *Folium* ſi lubet, adhibito, donec omnia ſufficienter fluant, tandiu continuando quamdiu *Fumus* per foramen prorumpere non deſinit. Quando verò deſinit, Ignem probè ad quadrantem horæ adauge, dein exime ubi *Antimonium* formâ *Vitri cinnabari* in fundo à *Salibus* ſupereminentibus inſtar *Reguli* à *torriis* ſequeſtratum

ſeſe *Malleo* facilè detruncandum atque terendum dabit. Vide *Hartmanni Diſp. Chymicæ-Medicæ*.

N. Ejuſdem cum ſuperiori eſt *Uſus*, niſi quòd deorſum colluviem vitioſorum *Humorum* deturbare potiſſimum ſolet.

3. *Brendelius Vitrum Antimonii* pro *Croco Metallorum Rulandi* venditat.

4. Alii *Regulum*, quippe qui nunquam vel ſponte ſua in præparatione *Vitri Antimonii* in *Globulos* parvos abit. Utuſ ſit: quodlibet horum haud citra magnam utilitatem in uſum *Medicum* vocari aptum eſt.

Vires. Utriuſque *Croci* idem eſſe poterit *Uſus*. Nimirum in *Doloribus Capitis* ab impuritate *Ventriculiquæ* non rarè concitantur) *Epileſiâ*, *Pleuritidè*, *Melancholiâ hypochondriacâ* *Febribus* tum continuis (ac præſepè *Ungariçâ* dictâ) tum intermitentibus. In *Peſte*, præſervatione ab *Arthritide*, *coagulatione Sanguinis*, &c. In quibus omnibus cum convenienti *Aquâ* exhibitus purgat per *Vomitum*, ac nonnunquam per *Seceſſum*.

Uſus præterea ejus inſignis eſt in *Clyſteribus*. Nimirum $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. vel $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. ebullire ſinitur in *Aquâ convenienti* vel *Vino*: *Colatura* admilcet *Brodio* vel *Decoſto Simplicium mollentium*, optimumque *Medicamentum* in *Colicâ* exhibet.

Dofis interna eſt à g. 3. ad \mathfrak{ss} . Ego vix 6. gr. tranſcendo.

3. Crocus Antimonij Regulatus.

Fluat *Regulus Antimonii* cum pari pondere *Sal. Nit.* ſuſa- que *Materia* remotis *ſcoriis* in *laticibus* eluatur à *nitroſâ* *ſalſedine*, poſtea exliccetetur, & cum effuſione *Spiritu Vini* aliquosies humectetur & decantetur. Ex *communicatione Gregorii Horſtii*.

Vires. Longè minùs per *Vomitum*, magis verò per *Alvum* movet ad g. x. cum *Zibibis laxat.* tribus exhibitur, vel cum *Diagrid.* correcto per *ſumum Sulph.* & *Mercurio dulci*.

III. DIA-

vel *nitro-tartarei* poſſint in *Receptaculo* capi.

Obſervandum etiam *Nitri* & *Antimonii* ana ſaltem ſumendum eſſe; plus enim ſi ſumatur, ſigitur nonnihil *Crocus* & loco *crocei Coloris* flaveſcentem acquirat. Conf. *WILLISII Pharm. Rat. P. 1. pag. 63*.

II. Modus ſit per additum *Alcali*, & quidem in viâ ſiccâ: hac nempe ratione ex ana *Antimonii* & *Salis Abſinthii* invicem ſuſis, ſit *Crocus Metallorum abſinthiacus Mynſchbeti* in *Armam. pag. 12*.

Sed nihil intereſt hoc in negotio, an *Sal Abſinthii* aliudve fixum ſumatur: cùm de vi ſeminali *Abſinthii* nullus effectus ſperandus. Ergò

Recipiatur *Sal Tartari*, & cum eo fundatur *Antimonii* ana in *Crucibulo*, ubi probè fuſa & in fluxu ſteterint, effundantur, & in *Aquâ* ſolvantur: *Solutione* factâ, & agitatione blandâ decantetur *Liquor*, ut poſt *Salis* ablutionem remaneat *Crocus Metallorum* vel *Sulphur Antimonii emeticum* intente flaveſcens, vel ſi ritè paretur, rubefcens, uſus *tartari*; de quo conferatur *WILLISII Pharm. Rat. P. 1. pag. 64*.

Dofis gr. v. vij. vij. ad viij. cum *Cremore Tartari* in *Vehiculo calido* propinandus, blandè nec laborioſè operatur, *Vomitum* egregiè movens. Ex ipſâ *Mala* adhuc calidè pulveriſatâ cum *Spiritu Vini* elegans *Tinctura analeptica* parari poſteſt, ut docet *WILLISII* loco citato, & conferri poſteſt *BASILII VALENTINI* de *Antimonio* p. 212. & 234. & *KERCKRINGIUS*.

III. Modus ſit per additum *Alcali*, idque in viâ humidâ: quando nempe *Sal Tartari* aliudque *Alcali* per ſimplicem *Aquam* in *Lixivium* redactum affunditur *Antimonio crudo* probè pulveriſato, ana, & Igne *Arenæ* benè bulliant invicem, *Aquam novam calidam* loco evaporatæ jugiter affundendo per horas tres vel quatuor, donec *Antimonium* probè ſolutum ſit. Quo factò, ubi omnia reſtrixerint, copioſa *Aqua* affunditur, invicem agitantur, & hinc *Liquor* ſpiſſamento ſaltem ſupernatans flavus blandè decantetur, & per *Filtrum* tranſcoletur. *Pulvis* qui remanet in *Filtro*, *Aquâ calidâ* edulcoratus, eſt *Crocus* ſeu *Sulphur Antimonii*, ulterius pro lubitu corrigendus, & eodem modo uſurpandus.

Uſus horum *Crocorum* in genere eſt *emeticus*, ſuprà & inſrà purgans; unde robuſtioribus in *Subſtantia*, delicatioribus ſaltem in *Infuſo* propinantur. In *Subſtantia* ſi uſurpantur, optimum eſt, ut cum *Tartaro* redigantur in *Tartarum emeticum*, in viâ tam ſiccâ, quàm humidâ.

In viâ ſiccâ:

U. Reſpectu *Croci* bujus, *Cremor Tartari* ana, duplum vel triplum, quæ diutiùs & exactiùs trita

uſurpentur.

Sin in humidâ:

U. *Decoſtum fervens*, in quo *Tartarus diſſolutus*, cui inſundatur *Crocus Metallorum*: idque ſecundùm *MYNSICHTUM* in *Armam. pag. 13* vel compendiſiore modo ſecundùm *LUDOVICI de Sale Tartari pag. 75*. ebulliant aliquandiu, ſiltrentur hinc ſervidè, & *Cryſtalli* concreſcunt, quæ *Dofis* gr. ij. vel iij. ad iv. vel vj. ſatis commodum ac elegans ſunt *Vomitivum*.

Commodè etiam loco *Croci Metallorum* ex *Mercurio Vita* paratur. Melior eſt, qui beneficio *Ebullitionis*, quàm ope *Trituræ* ſit; ſolvantur enim & miſcentur exactiùs. Præſcribitur cum tantillo *Sacchari*, ut ſine naufeâ aſſumatur; ſi volumus, ut ſuprà & inſrà purget, addatur *Scammonium ſulphuratum*. Fit etiam *Purgans ex Croco Metallorum* cum *ſale communi*; acquiritur enim *Sal* tale purgans, interdum ſatis forte, nec adeò debile, ac illud eſt ex *Antimonio crudo*.

2. De *Croco Metallorum Rulandi*, quis & qualis fuerit? à multis fuit controverſum, & multi dubitant an ſit habenda vera Præparatio? & etiam certum eſt, quòd ea, quam habet *AUTOR*, non ſit genuina *FREITAGIUS* in *Aur. Med. pag. 619*. aliam fovet opinionem de *Croco Metallorum Rulandi*. Sed non tanti eſt laboris. Conferatur *Medic. RULANDI*, vel *KERCKRINGIUS* in *Baſil. pag. 227*. Hic, qui deſcribitur in *AUTORE*, eſt mitior reliquis *Crocis*, & quòſdam ſolummodò per inferiora purgat.

3. *Crocus Metallorum ex Regulo* paratus, prout deſcribitur ab *AUTORE* ſub nomine *Croci Antimonii Regulati*, mitior obſervatur, quàm *Crocus* ex *Antimonio crudo*; ſicuti etiam, ſi *Spiritu Vini* deſlagret ſuper *Croco*, mitior itidem & correctior obſervari ſolet.

BARTHOLETUS Traç. de Reſpir. pag. 329. aliquod ſingulare habet: ſcilicet commendat tanquam *Secretum* in *Melancholiâ* *ſtibit Crocum ſublimatione paratum*, *Moſchi* odorem referentem, qui in *Tartari Spiritu* radicabiliter ſolutus, \mathfrak{ss} . quantitate ſine *Vomitu* purgat. Nam & *Crocus Metallorum vulgariſ* ſi maceretur cum *Aceto deſtillato*, non amplius adeò violenter per *Vomitum*, ſed tantum per *Seceſſum* purgat.

Uſurpantur *Croci* pro *Infuſis Antimonialibus* cum *Vino Rbenano*, quæ communi nomine aliàs, ad imitationem *RULANDI*, *Aquæ Benedicte* appellari ſolent: & præter uſum internum, etiam externè *Clyſteribus* commodè pro fortiori *Stimulo* miſcentur, ſi nempe *Decoſti Croci Metallorum cum Vino Rbenano* $\mathfrak{z}\mathfrak{ij}$. vel iv. pro lubitu permilcentur *Clyſteribus*, & ita *Iliacis*, *Colicis*, ac ſimilibus *Ægris* inſunduntur.

III. DIA-

III. DIAPHORETICA.

1. Antimonium Diaphoreticum vulgare.

Antimonii opt. Sal. Nit. pur. an. Exactè mixta calcinentur, Detonatione (ut in *Croco Metallorum vulg.* dictum est) ternâ , seu donec ampliùs Detonationem recuset (post singulas Detonationes *Materiam* edulcorare oportet , edulcoratamque & siccatam denuò cum *Sal. Nit.* ana misce ,) Tandem *Antimonium diaphoreticum* candidissimum exsicca pro usu .

N. Aqua illa edulcoratoria si evaporet , reddit *Lapidem Prunellæ antimoniale* , de quo in *Sal. Nit.*

Modus compendiosior .

¶. 1. Antimon. crud. Sal. Nit. puri an. Immitte in Crucibulo , cui aliud Crucibulum inversum in fundo perforatum imponatur , luto inferiori Crucibulo annexum : Ignem circularem , quo *Materia* accensa paulatim calcinetur , fumumque per foramen expiret ; Ignem per horam continua , quâ præterlapsâ , *Materiam* pulverisatam *Aquâ calidâ* edulcora .

2. B. Materie hujus edulcoratæ part. ii. Sal. Nit. puri p. 1. by ana , impone Crucibulis , ut in priori operatione .

N. Sic Antimonium diaphoreticum præparavi aliquoties , sine ullâ molestiâ Sudorem movens .

Alii non abluunt , sed *Massam* tritam cum pondere æquali *Sal. Nit.* , ut antè miscent . Alii addunt *Tart.* vel *Sulph.* 4. p. miscent .

Basilii circulat insuper hoc *Antimonium diaphoreticum* cum *Spir. Vini* , quem dein desuper incendit , &c. dein reverberat , atque *Pulverem* restitamentem per deliquium resolvit .

Vires . Antimonium hoc diaphoreticum resistit Corruptioni , mundificat Sanguinem , conducit adversus omnes Obstructiones , licet inveteratas , Hepatis , Lienis , Mesenterii , aliarumque partium internarum : adversus retentionem Menstruum , Cachexiam Virginum , Suffocationem hysteriicam , Hydropem , Melancholiam hypochondriacam , Luem Veneream , Ulcera tam interna , quàm externa , Scabiem : præsertim confert & in Febribus malignis , Exanthematibus & Variolis : rumpit interna Apotemata , verùm non subito , sed paulatim operationes suas exerit .

Dosis à gr. 10. ad 25.

2. Flores Antimonii fixi , seu Antimonium Diaphoreticum aliud .

Fit si *Antimonium diaphoreticum* præcedens in *Aquâ* horis aliquot coquatur , *Decoctumque* filtratur : sic præcipitabitur nempe *Pulvis* subtilissimus ad fundum (maximè si *Acet. destill.* insperferis) virtute priorem superans .

N. Hic *Pulvis Basilii Valentino* in *Curro suo triumph.* dicitur

tur

III. DIAPHORETICA. 2. *Antimonium Diaphoreticum* . Hoc cum *Croco Metallorum* ejusdem Præparationis est . Hoc & *Bezoardicum minerale* est unum idemque Remedium , saltem duplici viâ : illud sicca , *Nitro crudo* ; hoc humidâ & paulò operosiore , *Spiritu Nitri* , paratum ; quicquid etiam in contrarium dicat *WILLISIUS Pharm. Rat. P. 1. pag. 209.* cujus contrarium sufficienter asserunt *LUDOVICI in Pharm. pag. 326.* & *WEDELIUS in Pharm. pag. 38. 90. atque 91.* Sunt nempe nihil aliud , quam *Regulus Antimonii* ab *Acido Nitri* solutus , & hujus adhesionem fixatus ; unde ex *Regulo Mercuriali Alcalino* quasi , & *Acido Nitri* , emergit tertium Salsum fixum Diaphoreticum , in recessu sulphureum : quod tamen Salsum acidorum vel Evaporatione , vel sedulâ Edulcoratione , & ita Separatione , in *Calcem terreo-alkalinam sulphuream* redactum fuit .

Præparatio est , ut *Antimonii p. j.* misceatur cum triplo *Nitri puri* , & in Crucibulo candente detonentur , ac omnia liquefiant : quo factò dum omnia per dimidiam præter propter horam in liquidiore consistentiâ steterint , successivè *Aquæ calidæ* ingerantur & crebriùs ebulliant , ut ita *Pulvis antimonialis fixus* hujus beneficio , quantum fieri potest , ab adhærente *Nitro* separetur ; ita *Pulvis* , qui subsidet , probè cum *Aquis calidis* semper recentibus , per Ebullitionem fortem , edulcoratus pro usu conservatur . *Non opus est ternâ istâ Detonatione* , uti vult *AUTOR* , sed unâ cum triplo *Nitri* Detonatio sufficit . Quidam recipiunt *Antimonii p. j. Nitri* verò part. viij , & procedunt communi modo , quod à gr. vj. ad viij. propinant .

2. Aqua verò ista Edulcorationis successivè evaporata coalescit in *Crysallos* seu *Nitrum antimoniatum* , uti ex Præparatione *Croci Metallorum* notum est , resistente *Liquore lixiviali* non coagulabili , ex quo , uti ex ipsâ *Aquâ* , cum quâ edulcoratum fuit *Antimonium diaphoreticum* , mediante *Aceto destillato* , *Magisterium Antimonii Diaphoretici* , seu secundum *AUTOREM No. 2. Flores Antimonii fixi* , possunt obtineri . Nempe sub Præparatione hac *Nitri* aliquantula pars à *Sulphure Antimonii* sub principio ingestionis in Crucibulum candefactum , subigitur , & alcalisatur , sed parum est , & *Lixivium* illud post *Nitrum antimoniatum* superstes constituit : quin potiùs cum *Antimonio* , à triplo *Nitri* addito subigatur , ut nulla Detonatio aut Deflagratio fieri queat ; *Nitri Acidum* , quod aliàs deflagrando in formâ *Flammæ* exhalat , agit in junctum *Antimonium* , solvit *Regulum* , & huic sociatum *Sulphur externum* , invertit texturam , figit , & ita immutat , ut post debitam Præparationem *Calx terrea natura* quasi alcalino-sulphureæ restitet : unde etiam post fixæ hujus *Substantiæ* separationem *Nitri* major pars in formâ debitâ recuperatur .

Flamma , quæ in Præparatione *Antimonii Diaphoretici* sub Detonatione cum copioso *Fumo* exhalat , nihil aliud est , quàm *Spiritus Nitri acidus* , erumpens cum *Sulphure Antimonii* volatiliori , dum intereà , *Nitrum* fixum aggreditur *Antimonii Corpus* , seque cum ejus *Sulphure* acido unit , & istâ unione , ac perdurante ad tempus Calcinatione ac Fusione , abeunt mutuo in *Corpus fixum* de naturâ *Alcalium* . Nam *Antimonium diaphoreticum* est quasi quoddam *Alcali* . Ut

verò hic acquiratur *Spiritus Nitri* aliàs avolans , Detonatio per Retortam fieri potest : ita in *Vas* recipiens propellitur *Spiritus Nitri* ; *Antimonium* verò diaphoreticum remanet in fundo Retortæ , quod abluatur *Aquâ* simplici , & ita lucrum sine damno potest parari .

Quia verò *Sulphur Antimonii* simul roditur , non verò perfectè ab *Acido Nitri* imbibitur , hinc fit , ut facile textura *Sulphuris* cum regulinâ *Substantiâ* denuò emergat , & quasi reviviscetur ; indeque *Antimonium Diaphoreticum* , interjectâ aliqua temporis morâ , denuò emeticum evadat : vid. *LUDOVICI Pharm. pag. 324. & 325.* ac *WEDELIUS Pharm. pag. 91.*

Quod ne fiat , tres *Encheireses* observandæ sunt in hujus Præparatione :

1. Ex *Regulo* præparetur , præsertim *Martiali* : nam nihil hic de *Marte* participat , sed purior saltem *Antimonii* pars est .
2. Cum triplo *Nitri* exactè mistus diutius nonnihil in Fusione relinquatur .
3. Edulcoratum licet *Antimonium* ita paratum , in *Aquâ communi* tamen ebulliendo probè coquatur , ut ita ab omni *Nitro* , quantum fieri potest , separetur (nam omni contagio spoliare impossibile est) , & *Spiritus Vini tartarificatus* desuper digeratur , & accendatur ; sic nunquam alterabilis , vix vim emeticam induit , sed suave *Diaphoreticum* existit .

Præbile quoque est hoc *Antimonium Diaphoreticum* ex omnibus *Antimonialibus* simili viâ , nempe ex *Minerâ Antimonii* , *Croco Metallorum* , item ipso *Vitro* & *Sulphure aurato* , *Mercurio Vita* , *Regulo Antimonii* , *Capite mortuo Clyssi Antimonii* , *Capite mortuo Cinnabaris Antimonii* , quod ipsum nihil aliud est quàm *Antimonium* , & de similibus . Videatur *WEDELIUS Pharm. pag. 91.* Quòd si ex *Croco Metallorum* per ternam cum *Nitro* Calcinationem fiat *Diaphoreticum* , & in Furno Athanore , quem descriptum videbitis in *SENERTI Insti.* figatur , vel reverberetur per quinque dies , fit *Bezoardicum Metallicum* , ad colorem *Calendulæ* vel *Boli Armenæ* accedens . Nam suprâ dictum , quòd *Antimonium* , quod magis fixatur , fit diaphoreticum ; sin minùs , catharticum ; si leviter , vomitivum .

Aliàs , & quidem genuinas *Encheireses* , circa hujus *Antimonii diaphoretici* usum observabiles , videbitis in *WEDELIO Pharm. pag. 38. 91. & 92.* item in *M. A. N. C. Anno 3. Obs. 72. pag. 121.*

Præter modò dictas præparandi rationes , & aliæ subinde sunt non minùs concinnæ *Compositiones* , v. g. *Nitro* & *Tartaro* , variatâ tamen proportione , *Antimonium Diaphoreticum* parat *ZWELFFERUS* , de quo vid. *HOFFMANNI Clavis pag. 301.* *TACHENIUS* simplici in Igne Fixatione , item *Decoctione* , & *Aceto* Præcipitatione *Antimonium* hoc *Diaphoreticum* parat : vid. *Hipp. chym. c. 27.* Sed de hujusmodi *Antimonii Diaphoretici* cum *Aceto* præcipitandi Præparatione meritò cum *ZWELFFERO* dubitatur , annon potiùs cadat simpliciter *Calx mortua* , *Alcali* & *Acido saturata* , quàm genuinum absorbens *Antimonium Diaphoreticum* ? de quo tamen ulterior consulenda *Experientia* .

Facit

tur *Flores Antimonii fixi*, seu *Pulvis albus Antimonii*, quem commendat ad interiora Apoclemata, ut & in Lue Venerea, in qua cum *Spiritu Guajaci* exhiberi poterit.

Præterea in iisdem Affectibus, quibus convenit præcedens *Diaphoreticum*, *Pulvis hic* majori cum utilitate exhiberi aptus est.

Dosis gr. 15. quam *Dosin* vel quinquies *Valentinus* singulis diebus exhibet.

3. Antimonium Diaphoreticum Tartarificatum.

℞. *Antimonii Diaphoret. vulgaris*, *Sal. Tart.* ℥iij. M. fluant in Tigillo hor. 4. dein tere ac dissolve per deliq. Hinc

℞. *Olei hujus* ℥ii. *Spirit. Vitrioli* ℥i. instilla guttatim & præcipitabitur *Pulvis*, quem sicca & terva,

Dosis à gr. 5. ad 10.

Facit huc ulterius *Antimonium Diaphoreticum HELMONTII*, *MARGGRAVIO* ita dictum:

℥. *Flor. Antimonii rubr. cum Sale Ammoniacæ* parat. & *edulc.* ℥i.

Nitri puriss. ℥ij.

Terantur omnia minutissimè, fiatque in Crucibulo Detonatio; & relinquitur *Pulvis albus*, qui *Aquâ frigidâ* aliquoties edulcoratus, post cum *Alcohol Vini* in Retortâ vitreâ destilletur ad siccitatem, & relinquitur *albus Pulvis* vel *substratus* egregiè diaphoreticus.

Hæc modis sic *Antimonium Diaphoreticum simplex*, quod omni Acri temperando, Fermento acido maligno imbibendo, & Sudorem excitando inservit: exinde valde convenit in Febris malignis, Pleuritide, Erysipellate, aliisque Inflammationibus partium internarum & externarum; Sudoriferum enim est catholicum. Præterea convenit hoc *Antimonium Diaphoreticum* in Morbis chronicis ab Acido oriundis; nam compescit egregiè Effervescencias ab Acido ortas; pro qua Acidorum correctione commodè permiscetur cum *Lapillis Cancrorum*. Convenit præterea in Sanguine congruato, item in Casu ab alto; verbo: *ubicunque resolvendi sunt humores*. Permiscetur quoque *Pulveribus* & *Salibus digestivis* ante Purgationem, imò ipsis *Purgantibus*; unde *℞. v. g. Jalappæ*, sociatus cum paucis *Antimonii Diaphoretici* granis, plus operabitur, quam aliàs *Jalappæ* ℥j. ad 3℥. quod etiam patet in *Pulvere Cornacini*. Commendatur similiter in Morbis Mulierum, in specie in deficientibus Mensibus, permiscitur cum *Aquâ* & *Syrupo Artemisæ composito*. In Ulceribus & Scabie etiam convenit *Antimonium Diaphoreticum*, imprimis cum *Cornu Cervi calcinatum*, uti habuimus, & quidem omnia talia blanda & lenia Diaphoretica in Scabie, imprimis Capitis, Lue Venereâ, Leprâ, omnibusque impuritatibus Sanguinis, & Affectibus cutaneis, Ulceribus, & Vulneribus, quando applicantur *Emplastrâ* & *Unguentâ*, continuanda sunt, mista cum *Lapillis Cancrorum*: sicut & Ulcera rebellia solo sic *Antimonio Diaphoretico*, internè propinato, *SENNERTUS* curavit. Infantibus commodè datur in Variolis, quoniam sine sapore iisdem cum *Pulviculâ* potest propinari. In Febris quibusvis Intermittentibus cum *Aquâ quadam febrisugâ* ante Paroxysmum propinatur. Sic facit hic Medicus quidam, qui beneficio *Antimonii Diaphoretici*, præmissis Universalibus, omnes Intermittentes curavit, & propterea vocavit *Pulverem suam Febrisugam*.

Nitrum, quod per Edulcorationem separatur ab *Antimonio Diaphoretico*, denuò potest misceri cum novo *Antimonio*, & cum eo præparari novum *Antimonium Diaphoreticum*; sed observetur, quòd quando tunc temporis injicitur Mistura in Crucibulum candens, quòd tunc nullus fiat Strepitus, & nulla erumpat Flamma propter defectum Spiritus Nitri. Quoad Usus medicum, egregiè compescit Ebullitionem Massæ sanguineæ; unde egregium Remedium est in Febris Ardentibus, & præterea ratione particularum antimonialium admixtarum fixarum, disponit Corpus ad lenem Diaphoresin, de quo satis dictum in *Præparatione Croci Metallorum*.

Sunt, qui *Nitrum ex Antimonio Diaphoretico non separant*, neque edulcorant, sed saltem diutius in candescentiâ relinquant, & hoc est *Secretum RUDBECKII Sveci*. Concreta hoc *nitrosum antimoniale* in Febris malignis & ardentibus laudant pro scopo alterativo & diaphoretico, quòd simul Alvum suaviter laxet. Immittitur scilicet in Mens. ℥. (Germ. in ein Nossel.) *Potus* 3℥. vel 3vj. modò absit Alvi Fluxus.

Solet etiam fieri *Antimonium Diaphoreticum compositum*, additis aliis Metallis. Nempe *Antimonium Diaphoreticum Joviale* est id quòd vocant *Antibeticum Poterii*, paratum nempe *Metho* explicatâ, cum triplo *Nitri*, & p. j. *Reguli Antimonii Jovialis*, hoc est, compositi ex p. iv. *Jovis*, & p. v. *Antimonii*.

Tom. IV.

IV. REGULI.

1. Regulus Antimonii simplex.

1.

℞. *Sal. Nit. ac Tart. ana*, calcinentur seu fluant in Crucibulo vi Ignis.

℞. *Materia hujus calcinata*, ac *Antimonii ana*, misce ac committe iterum in Crucibulo Igni fortissimo, quo instar *Aquæ* fluant.

Funde postea in Calicem fuforium vel Mortarium æneum Sevo illitum, idque movendo, *Reguli separationem* & *subsidenciam* promove. Omnibus refrigeratis *Regulum à Scoriiis* separa.

2.

℞. *Antimonii elect.* ℥. ij. *Tart. alb.* ℥. iv. Fundatur *Antimonium*,

Conf. *POTERIUS in Pharmac. Spagy. cap. 18. & C. 3.* Item *Antimonium Diaphoreticum Martiale* seu *Pulvis Caccheticus antimonialis Ludovici*, cujus clara satis descriptio prostat in *Pharm. pag. 330. & Tract. de Sale Tartari pag. 72.* necnon in *M. A. N. C. Anno 8. Observ. 65. p. 108.* vid. etiam *WEDELIUS in Pharm. pag. 408.* Convenit in Scabie, Arthritide, Malo hypochondriaco, &c. cum *Cinnabari nativâ* vel *Antimonii, Lapillis Cancrorum, Arcano duplicato, &c.* Pertinet huc *Antimonium Diaphoreticum Solare*, sociatum cum *Calce Solis*, & modo suprâ dicto elaboratum, de quo vid. *M. A. N. C. Ann. 6. Append. pag. 23. & ZWELFFERUS Mantiff. Spagy. pag. 366.*

IV. REGULI ANTIMONII. *Reguli* in genere vocantur Partes metallicæ, separatae ex Mineris à Sulphuribus suis superfluis, & combustibilibus, aliâve Fæce quacunque. In specie autem ex *Antimonio* vel ejus Minerâ Nucleus ejus seu pars metallica præparata vocatur *Regulus*; adeoque *Regulus Antimonii* est Nucleus seu *Plumbum Antimonii*, hoc est, pura & metallica ejus pars constans *Mercurio metallico*, de naturâ ferè Saturninâ, *Sulphure* proprio interno paulò fixiori coagulata: unde *Antimonium* ut plurimum tertiam aut quartam saltem sui partem in *Regulum* dimittit: vid. *WEDELIUS Pharm. pag. 170. & KÜNCKELIUS Tr. 2. pag. 29. Fundamentum adeoque Præparationis Reguli* consistit in Sulphuris mineralis superflui seu externi ab *Antimonio* separatione. Separant ergò vel *Alcalia*, quæ illud solvunt; vel *Pinguis*, quæ imbibendo quasi illud absorbunt; vel *Martialia*, quæ dum ab isto Sulphure acido roduntur, mutud se jungunt, ut *Regulus* sensim separabilis fiat: utut etiam per se post superflui Sulphuris ex *Antimonio* per Calcinationem separationem, relicta Substantia Fusionis Igne in *Regulum* abeat, qualis *Modus est AUTORIS*.

1. Quod itaque attinet *Modum separandi Sulphur à Regulo per Alcalia* ordinariò *Tartari, Nitri & Antimonii ana*, Detonatione invicem funduntur in Crucibulo, & postmodum effunduntur in Conum fuforium, mediante quo probè moto subsidere permittitur *Regulus*. Nempe *Tartarus & Nitrum* Detonatione istâ in *Sal alcalisatum* abeunt, quòd agit in *Antimonium sulphureum*, atque invicem *Crocum Metallorum* seu *Hepar Antimonii* constituunt: dum verò Fusionis Igne committuntur, *Sal alcalisatum* intimè penetrat *Sulphur Antimonii*, illudque extrahit, ut ita pars metallica ab amplexu ejus fiat libera, quæ, quia ponderosior, utpote *Mercurialis* naturæ, in fundo secedit, supernatantibus *Scorriis*: & talis purior Substantia dicitur *Regulus*.

Modus hic est quidem vulgaris parandi *Regulum* sed melius est, si priùs seorsim detonetur *Tartarus & Nitrum*, ac ita cum iis alcalisatis ex addito *Antimonio* fiat *Regulus*. Conf. *HOFFMANNUS Clav. pag. 397.*

Idem fundamentum est *Præparationis AUTORIS in Modo secundo*. *Tartarus* enim cum *Antimonio* calcinatus & factus suggerit *Alcali fixum*, quòd agit in *Sulphur* unde separatur *Regulus*.

Par ratio est *Pulveris Carbonum*, mediante quo solo ex *Antimonio* copiosior *Regulum* parat *ZWELFFERUS Mant. Spagy. pag. 365.* Nam *Carbones* & ipsi in *Alcali fixum* abeunt, dum interea *Sulphur Antimonii* cum *Carbonibus* incensis successivè exhalat & absorbitur, unde reliquum *Sulphur & Alcali* sociatum à *Regulo* separatur. Ex hac ratione etiam quidam admiscunt cum *Nitro & Tartaro Pulverem Carbonum*, & præparant *Regulum Antimonii*; idque propterea ne scilicet *Salia alcalisata Nitri & Tartari* nimis promptè arripiant *Sulphur Antimonii*, sed arripiant simul *Sulphur Carbonum*, ne nimis penetrent in *Regulum*, quo ita consequenter in majori copiâ *Regulus* (non tamen purus)

liii

acqui-

nium, & postea adiciantur paulatim *Tart. f. f. f.* circiter, liquantur in fluxu per tempus. Dein fac *Regulum*, separaque *Scorias*. *Regulum* purifica, iterum fundendo, & dum fluit, reliquum *Tart.* addendo.

¶ *Calcem Antimonii cineream per se factam*, (vide in *Præparatione Vitri Antimonii*) fluat ad Ignem horâ integrâ, deinde removeatur ab Igne, & reponatur ut refrigescat. Agiturque refrigescendo, ut *Regulus* deorsum vergat ad fundum sedens.

N. 1. Alii admiscendo *Carbones pulverisatos* majorem *Reguli* quantitatem sibi pollicentur.

N. 2. Ex *Scoriis* fit *Sulphur auratum*; vide *suo loco*.

N. 3. *Regulus* quomodo fixetur, vide de *Floribus Antimonii*, vel in *Destillatione Spir. Reguli*.

N. 4. *Tempus* Fusioni optimum censetur Lunâ crescente,

acquiratur. Imò solo *Sale Tartari*, cum *Antimonii* ana, eodem ex fundamento paratur *Regulus* modo à **BASILIO VALENTINO** edocto pag. 234.

Sed observetur: quòd quòd citius relinquitur *Mistura* in *Crucibulo* eò minus acquiratur *Reguli*: quòd verò promptius effunditur, eò major *Reguli* accipitur copia. Non nimis ergò diu *Alcalia* permittantur cum *Antimonio* fluere, ne & hæc nimis penetrent in *Antimonii* *Regulum*, & dum in *Sulphur* exactius agant, simul de *Antimonii* *Regulo* deprædentur, ac totum ferè *Antimonium* abeat in *Scorias*.

Cæterum *Scoriae*, quæ unâ cum *Regulo* in *Fusione* separantur, non sunt contemnendæ; quia nihil aliud sunt, quàm *Salfixum* ex *Tartaro* & *Nitro*, *Sulphure* *Antimonii* externo largiter imprægnatum; unde etiam hæ *Scoriae* usu externo egregiæ sunt in *Scabie*, & in similibus *Manuum* *Affectibus*, *Ulcerebus* malignis & manantibus, præsertim *Tibiarum*, exedentibus, aliisque *Casibus* chirurgicis, si *Lixivio* *Solutionis* *Scoriarum* eluantur modicè partes affectæ. In locis pariter *Gangrænâ* affectis, egregium est hoc *Lixivium*, purificans *Ulcera* desperata & *cacoëthea* gangrænosa, si huic immergatur pars affecta ex singulis diebus horâ unâ in eodem detinendo, tunc extrahitur *Materia* crassa & viscida, quæ *Ligno* abstergenda ex parte ulceratâ, & *Ulcus* vel *locus* exulceratus *Unguento* est deligandus. Nam *Salia* hæc *alcalia* imbibunt *Acidum* *Ulcis* corrosivum, quod, uti dixi, sub formâ istius *Spumæ*, & crassæ ac viscidæ *Materiæ*, apparet. Quin & *Suffius* *Scoriarum* *barum* cum superinfusâ *Urinâ* factus, per *Infundibulum* inferioribus exceptus, pro remorantibus *Mensibus* pellendis est egregius; vel *Silices* aut *Lateres* igniti in *Lixivium* ex *Aquâ* *simplici* paratum injiciantur, cujus *Fumus* per *Infundibulum* excipitur. Videatur de hoc **HARTMANNUS** in *Praxi Chym.* pag. 222. & 226. item **CORBEUS** de *Morbis Mulierum*; & in genere omnes *Autores* hunc commendant *Suffium* in desperatissimâ *Mensium* suppressione. Ex his *Scoriis* cum triplo *Nitri*, *Antimonium* *Diaphoreticum* fieri potest. Ex iisdem in *Aquâ* *simplici* solutis instillatione subtilis *Acidi*, v. g. *Aceti* *destillati*, *Pulvis* *croceus*, *Sulphur* *Antimonii* *auratum* dictus, præcipitatur, catharticus & vomitorius. In primâ *Præcipitatione* cum *Aceto* *destillato* cadit *Sulphur* *catharticum*; in secunda verò *Præcipitatione* præcipitatur *Sulphur* *rubicundus*, quod est *diaphoreticum* seu sudoriferum; denique si *Liquor* *tertiâ* vice cum *Aceto* *destillato* & *Urinâ* *humana* vel *Spiritu* *Salis* *Ammoniaco* simul, non tamen mixtim, præcipitetur, *Sulphur* *fixum* cadet, egregium *antepilepticum*, vim habens simul *anodynâ* & *blandè* *soporiferam*. Observandum tamen, quòd & in iis ubi aliquid evacuandum invenit, infimul expurget. Ex his *Sulphuribus* cum *Spiritu* *Vini* quidam *Tincturam* *Antimonii* parare volunt: sed nihil extrahitur. Ex iisdem quoque *Scoriis* cum *Sale* *Ammoniaco* sublimando *Flores* fieri possunt, de quibus vid. **M. A. N. C.** Ann. 6. & 7. *Append.* pag. 87.

Modus parandi *Regulum* *Antimonii* per *Pingula*, v. g. *Colophoniâ*, *Picem*, &c. ita se habet:

℥. *Antimonii*,

Colophon. an. part. æqual.

Vel *Antimonii* p. iij. & *Coloph.* p. ij.

Contrita & mista fundantur in *Crucibulo*; hac enim ratione dimidio plus *Reguli* accipimus, quàm aliàs.

Ratio est, quia *Sulphur* *Antimonii* impedit separationem *Reguli* sui *Mercurialis*, & hunc plus minùs secum retinet; sub hac verò *Præparatione* aggreditur *Colophoniâ* tanquam analogum, eoque *Regulum* permittit citius, & copiosius separari.

Vel

℥. *Antimonii*,

Nitri,

præsertim *Sole* in *Leone* constituto, atque insuper sereno cælo. *Experientia* enim docuit tunc temporis majori felicitate *Stellæ* *fusionem* succedere.

2. *Regulus Martialis.*

¶ *Martis* ℥ij. circiter, appone *Igni* donec incipiat liquefcere. Huic aude *Antimonii* ℥vj. iij. auge *Ignem* ut fluant. Post injice *Sal. Nit. M. f.* & cum cessaverit strepitus, funde in *Vaginam* *fusoriam* (*Giespönckel*) vel in *Mortarium*: sic *Mars* & *Regulus* simul uniti in fundo coalescent.

Fit & si in secundâ *Fluxione*, *Martis* *Limaturam* vel *Frustra* injeceris.

N. 1. *Regulus* hic si aliquoties fundatur (in quibus *Fusionibus* semper aliquid *Sal. Nit.* vel *Tart.* injiciendum,) & à *Scoriis* separetur, tandem *Stellam* contrahit, *Solis* *radiantis* instar

Picis, vel *Ceræ* an. f. f. f.

Suggerunt multum *Reguli*, & ipse *Mercurius* volatilis in *Regulo* aliquantisper figuratur.

Verùm *periculosa* est *Præparatio* *Reguli* *Antimonii* cum *Pice*; unde cavendum ne incendantur *Ædes*: (facile enim id exinde fieri potest.)

2. Tandem per *Martialia* separatur etiam *Regulus*, idque duplici modo: aut enim primò *Limaturæ* *Martis* *candefactæ*, vel *Clavis* *ferreus* in *Crucibulo* priùs benè *candefcentibus* (*Antimonium* enim promptè funditur, *Mars* verò tardè, unde injiciantur priùs *Clavi* *ferrei* vel *Limatura* *Martis* in *Crucibulum*) adjicitur ana *Antimonii* *crudi*, ut per se fluant; sic enim *Acidum* *Antimonii* *Sulphuris* agit in *Martem*, hunc rodit, unde *Regulus* à *Sulphure* secedens, facile obtineri potest: idque eò promptius, si parum *Nitri* in fine addatur; hoc enim *alcalisatum* in *Sulphur* *Antimonii* potentius simul agit, ut exactius separetur *Regulus*. Vel secundo modo, *Antimonio* *fuso* immergatur *Bacillus* *ferreus* *candescens*, & mox apparebit actio *Antimonii* *rodentis* & *absumentis* *Martem*: quod reiteretur tamdiu, donec nulla ampliùs actio *Antimonii* in *Marte* sit observabilis. Quo factò, *Massa* *effusa* in *Conum* *fusorium*, suggerit *Regulum*.

In hoc sic dicto *Regulo* *Antimonii* *Martiali* observandum est:

1. Quòd ritè paratus, nec nimis celeriter effusus, parùm vel nihil de *Marte* participet, cum hic omnis in *Scoriis* delitescat, ut *Regulus* sic purissimus & elegantissimus cadat.

2. *Sulphur* *interim* *Martis* agit in *Sulphur* *Reguli* *Antimonii*, illudque magis extollit ac perficit, ac *Tincturâ* suâ *fixiori* suo modo nobilior reddit.

Regulum *Antimonii* *Martiale* optimè examinatum videbitis in **PANTALEONIS** *Tumulo* *Hermet.* pag. 23. Hic *Regulus* *Antimonii* *Martialis* cum *Mercurio* *sublimato* dat egregium *Butyrum*, de quo *suprà*. Unum adhuc observandum: quòd *Regulus* *Antimonii* *Martialis* tanquam *Subjectum* *Mercuriale*, adeoque cujusvis *Acidi* facile appetens, calcinando in *Igne* pondere crescat: de quo conf. **BARTHO-LINI** *Acta* *Med. Havn.* Vol. 2. pag. 190.

Curiosum est, quòd ex *Antimonio* vel *destillato*, vel in *Aquâ* *extincto* nullus *Regulus* parari possit, sed totum *Antimonii* corpus in *Scoriis* abeat. Nam in *Antimonio*, & omnibus ejus *Præparatis*, si tractetur per *Alcalia*, augmentatur ejus *Substantia* *sulphurea*; si vero per *Acida*, perit ejus *Substantia* *regulina* *Mercurialis*: & ita per *Destillationem*, vel *Extinctionem* detractò *Spiritu* *Sulphuris* *acido*, imminuitur pars *Mercurialis*.

Porrò in *Regulo* *Antimonii* his modis parato subinde in *basi* *Stellæ* observari solet, quam quidem in solo *Regulo* *Martiali* apparere quidam ajunt: unde & *Regulum* *stellatum* ex *Antimonio* & *Marte* ritè parare exactè & operosè docet **BASILIO VALENTINO** pag. 295. sicut adhuc à multis signum perfectionis *Reguli* habetur. Sed modò ritè peracta fuerit *Operatio*, etiam alius *Regulus*, modò purior fuerit, reverà *Stellam* repræsentabit, in quocunque etiam temporis articulo *Fusio* fiat, *Stella* *Reguli* est merus positus *Striarum* *metallicarum* ex *Antimonii* *Corpore* quasi fortuitus: etenim *Striæ* illæ *particulæ* *metallicæ* sunt, quæ separatæ à *Sulphure*, proprio impetu ex *minutarum* *particularum* *figuratione* ita locantur; unde quò magis *sulphureus* est *Regulus*, adeoque purior, eò elegantior *Stella*; quò impurior, eò levior vel nulla apparebit: Unde etiam, quò magis *striatum* *Antimonium* fuerit, eò plus *Reguli* præbet, & *Stellam* quoque elegantiorè: Conf. **WEDELIUS** *Pharm.* pag. 169 & 170.

Usus *Reguli* *Antimonii* medicus specialis nullus est, nisi in quantum

instar ; imò vel multis Stellis , ac si Terra Aquis circumdata esset , Regulum signatum vidi . (Hinc *Regulus stellatus* dicitur .)

N. 2. Plures Regulum præparandi modos habet *Sennertus* in *Institut. lib. 5. p. 2. f. 3. c. 19.*

N. 3. Ex Scorïis fieri potest *Vitrum. Sala.*

N. 4. Si *Regulum* in *Spiritu Salis Gemmae* solveris , *Solutionemque* aliquoties maceraveris ac destillaveris , tandemq; inspissaveris ; optimum habebis *Catharticum ævo xj κατω* blandè noxia expellens .

Dosis gr. 2. 3.

Tentzelius de *Spiritu Salis Gemmae* .

Videbis etiam *Tincturam ex Regulo Martis & Veneris* .

3. *Regulus Jovialis* .

Fieri potest , si *Regulum sine Marte factum* , denuò ad Ignem fuderis , duranteque Fusione *Jovem* adjeceris .

4. *Regulus Solaris* .

Æ. *Auri* part. 1. *Antimon.* p. iv. vel vi. fundantur & effundantur ut moris in *Regulum* à Scorïis separandum . *Scorïas* adjecto *Antimonio crudo* , funde iterum , superinijciendo cum fluxerint parum de *scoabe Ferri* , ac affundendo denuò , *Regulus* subsideat . Sic potes vice tertiâ procedere , vel donec nihil amplius *Reguli* appareat .

N. Similiter fit & *Regulus Lunaris* .

5. *Diaphoreticum Regulinum* , seu *Cerussa Martialis* , & exinde *Cerussa Antimonialis diaphoretica* .

Æ. *Reguli* p. 1. *Sal. Nit. crystal.* p. iii. (alii an.) fluant super *Carbones* per hor. dein *edulcora* , separando *Reguli grumos* , qui in fundo colliguntur . *Pulvis* l. Igne exsiccatu dicitur *Cerussa Antimonialis* . Hunc *Pulverem* si denuò cum *Sal. Nit.* calcinaveris , vel sine Fusione ad citrinum colorem reverteraveris ; planè fit *diaphoreticus* , diciturque *Cerussa Diaphoretica* .

Vires. Cerussa intrinsecus maximâ cum utilitate assumi potest in *Curacione Ulcerum inveteratorum* , *Scabierum* , aut

Pustularum pertinacium , continuis 3. 4. & pluribus septimanis , quotidie sc. assumendo . Diversimodè operari consuevit . Nam in quibusdam duobus vel tribus primis diebus *Nauseam* aliquam producere solet cum crebrâ *Exspuicione* , reliquo tempore insensibiliter operatur . Aliis *Alvum* laxat moderatè ; aliis *Sudorem* ciet ; aliis prorsus insensibiliter , & non nisi in fine tandem manifestas operationes edit . *Extrinsecus* defæcat , stringitque moderatè , abstergit & aperit .

Dosis intrò ℞. ad ℥ss. 4. aut 5. hor. ante prandium .

Cerussa Antimonii diaphoretica citra *Nauseam* easdem operationes , & quidem majori cum fructu operatur .

Dosis eadem . Vide *Salam* in *Anat. Antimonii* .

6. *Cerussa Antimonii Solaris* .

Æ. *Regul. Antimonij* ℥j. *Auri purg.* ℥j. *Sal. Nit.* ℥ij. Calcinentur in *Crucibulo* sine fusione . Sic *Regulus* abit in *Pulverem citrinum* , *Sol* verò pondere imminutus invenietur . *Pulverem* *edulcoratum* , si libet , denuò calcina .

Vires. Sudorem ciet .

N. *Curiositas humana* adinvenit quoque

Calcinationem per Calorem Solis caelestis , quam *Magiam* appellant .

Nimirum concentrentur *Radii Solares* in *Antimonio pulveris* , beneficio *Speculi* *incensorij* , sic brevi tempore *Fumus* ex *Antimonio* ascendet , *Antimoniumque album* evadet .

N. 1. *Pondus Antimonij* post *Calcinationem* auctum potius , quàm imminutum deprehenditur .

N. 2. *Flores Antimonii* hac ratione faciliùs calcinantur , quàm *Antimonium crudum* .

CALCINATIO HUMIDA .

Unde

PRÆCIPITATA ,

1. *Antimonium Rubeum fixum* .

Æ. *Antimonii elect.* q. v. affunde *Aqu. Regal.* sicut aliquandiu in digestionè , donec *Calx* in fundo alba appareat . Postea abstra-

quantum seu Substantia antimonialis propriissimè dicta , ejusque Nucleus , seu nobilior *Antimonii* pars defæcata , aut iis *Remediis* exinde parandis , v. g. *Butyro* , *Floribus* , *Vitro* , &c. cæterisque *Remediis Antimonialibus* inservit : sicut etiam egregium *Antimonium Diaphoreticum* sub nomine *Cerussa Antimonialis* ex eo parari potest , cum triplo *Nitri* illud figendo , *Methodo* ab AUTORE descriptâ ; quæ ipsa postmodum cum *Spiritu Vini* aliquoties deflagrata , eò præstantioris erit usûs .

De hac *Antimonii Cerussa* observatum fuit aliquando , quòd instar *Mercurii* moverit *Salivam* , quod rarum & observatu dignum est , aliàs *Mercurio* soli proprium .

Intervit etiam *Regulus Antimonii* , ut fiant *Globuli* , qui vel deglutiti , vel *Vino* infusi per noctem , purgant ; de quibus superiùs locutus sum . *Regulus* verò *Antimonii Martialis* , quia participat aliquid de *Sulphure fixiori Martis* , pro scopo etiam *diaphoretico* præfertur reliquis in *Morbis chronicis* , *Cachecticis* , *Ictericis* , &c. *Stannarii Regulum Antimonii* pro *Vasis stanneis* indurandis usurpant , ad *Jovis* ℥j. *Reguli* ℥ij. ad ℥ss. vel ℥j. sumendo ; sic enim *Vasa duriora* , *sonora* , & *firmiora* evadere , testatur *WEDELIUS loco allegato pag. 173.*

3. *Reguli Jovialis* præparatio in AUTORE clara est , uti etiam apparet in *Præparatione Antiseptici Poterii* .

4. Quoad *Regulum Solarem* , hic simpliciter ex *Auro* constat , cui *Antimonium Scoriarum* instar supernatat ; eodem enim modo depuratur *Aurum* per *Antimonium* , fundendo cum hoc in *Regulum* , aut si aliquid *Antimonii Auro* adhæserit , hoc faciliè *Flatu* cum *Folle* in *Fusione Crucibulo* applicato poterit separari , mediante quo *Antimonium* abit , *Aurum* verò residet . Sicuti si in *Scorïis* hisce forsan aliquid *Corporis Solis* delituerit , faciliè *Limaturæ Martis* additione , in quam promptè agit *Antimonium* , & ita *Solem* dimittit , hinc præcipitari ac separari poterit . Et hæc est *Depuratio Auri* omnium optima .

6. *Cerussa Antimonii Solaris* AUTORIS cum *Auro corporali* non adeò benè succedit . Ergò potiùs *Calx Solis* recipiatur , ac procedatur eo modo , ac in *Antimonio diaphoretico Solari* monitum .

In fine *Regulorum* facit etiam *AUTOR* mentionem *Calcinationis Antimonii per Ignem caelestem* , seu *Radios solares* , mediante *Speculo ustorio* , & quidem *ferreo* , concentratos .

Tom. IV.

Res optimè succedit prout descripta & delineata à *FEBURE Vol. 2. Chym.* Est *Operatio* , quæ multum habet in recessu : nam *Antimonium* dum ita calcinatur per *Radios solares* , copiosum reddit *Fumum* in auras , & perfectè fixatur , ut remaneat sola vis *diaphoretica* . Nihilominùs post *Calcinationem* augetur pondere , utut in *Calcinatione* copiosus *Fumus* exhalârit . Magnificat hoc modo calcinatum *BARTHOLETUS* de *Resp. lib. 4. cap. 4.* & vocat *Antimonium Diaphoreticum Solari Calcinatione paratum* ; sicut & est optimum pro scopo *diaphoretico* . Dicitur quoque ab eodem *Bezoardicum suspiciendæ facultatis* , & etiam longè plura tribuit illi , quàm *vulgari Antimonio Diaphoretico* ; quoniam scilicet *singulares* hauserit *vires* per *communione* cum *Radiis solaribus* .

Circa hanc *Antimonii Calcinationem Solarem* consideretur
1. *Ponderis augmentum* sub tantâ *Fumorum exhalatione* ,
2. *Antimonio superinducta Fixatio* , & *Effectus* inde emergens *diaphoreticus* .

Prius ex *condensatione partium Antimonii* præfertim *Mercurialium seu regulinarum* , & arctiori earundem *substantiâ* emergit , *evaporatis subtilioribus* , *volatilioribus* , & in æqualem ac porosiorum *Corporis texturam* magis *condensantibus* . Posterius difficile est explicatu , nisi ex *Sale Nitro aëreo* , alterante & figente *Regulum sulphureum* & in *Calcinatione* hac in *Concretum fixum* pro usû *diaphoretico* rigidente , hoc explicare velimus cum *MAYOWIO Tr. de Sale Nitro-aëreo* .

Habuimus *Calcinationes & Solutiones Antimoniales* per *Alcalia* , quæ speciatim ejusdem *Sulphur externum* attingerunt : Sequuntur

PRÆCIPITATA ANTIMONIALIA , Vel rectiùs *Solutiones per Acida* ; quæ præfertim in partem ejus *Mercurialem regulinam* agunt . Nempe , quod superiùs monui de *Præcipitatione ex Mercurio* , idem dici potest de *Antimonio* , quòd scilicet *Præcipitatio non sit vera* , sed solummodò *Calcivatio Humida* , qua scilicet *Antimonium* affuso *Liquore corrode*nte calcinatur , & ita in *Pulverem* abit , uti videbitis in *AUTORE* .

Menstruum acidum , solvendo *Antimonio* ejusque *Regulo* accommodatum , non est *Spiritus Nitri* , nec *Aqua Fortis* . Figunt hæc equidem *superficiali* plùs minùs *attactu Antimonii*

abstrahere *Aquam Regalem* (per destillationem vel decantationem.) vel & affundendo *Aquam* præcipita, *Calcemque* elue *Aquâ tepidâ*, donec Spiritus *Aquæ Regalis* non amplius sentiantur. *Pulverem* siccatum reverbera in Crucibulo clauso hor. 6. (dies 3. *Bafil.*) fietque *rubeus*.

N. Reverberatio hæc minori molestiâ in Fornace figulinâ absolvi poterit.

Vires. Felicissimè purgat æquè deorsum quàm sursum, idque non tam naturâ suâ, quàm *Humoris biliosi* circa Ventriculum stabulantis, quinimò in nonnullis per *Diaphoresin* operatur.

Dosis g. 2. 3. 4. & plura.

Basilii decantat *Solutionem Aqu. Fort.* decantatam destillat ad siccitatem *Pulveris*, cui affundit *Aquam pluviam*; digeritque ut fiat *Extractio rubicunda*; hanc iterum filtratam destillat ad siccitatem. Ex *Pulvere rubeo* remanente extrahit cum *Aceto destillato Tincturam rubicundam*, abjectis *Fæcibus* albis; *Acetum destillatum* iterum abstrahit, *Pulveremque* reliquum reverberat per dies 3. postremò extrahit *Tincturam* cum *Spiritu Vini*, *Fæcibus* itidem rejectis, tandem abstrahit *Spiritum Vini* ad siccitatem.

Vires. Summarum est virium in resolvendo Cruore coagulato, in rumpendis Apoptematibus, in curandâ *Luce Venereâ*. *Basilii*.

2. Præcipitatum Vitrum.

Solvatur *Vitrum Antimonii* in *Aquâ Regali*, seu in *Aquâ Forti*, vel in *Oleo Sulph.* aut in *Spir. Sal. com.* dein *Menstrui* abstractione fiat *Præcipitatio*.

N. 1. Ex *Præcipitato* illo *Antimonii* antequàm reverberetur, extrahi possunt *Sulphur & Mercurius Antimonii*, de quibus suis locis. *Sala de Mercurio*.

N. 2. Si *Antimonio* grossè contuso affuderis *Aqu. Regal.* & reposueris aliquandiu, extrahetur *Sulphur Antimonii* partim supernatans, partim frustula *Antimonii* obducens. Hoc *Sulphur* in *Lixivio Tartari* solvitur, si inibi decoquatur.

3. Præcipitatum Antimonii diaphoreticum.

¶ *Croc. Metall.* ʒii. impone Destillatorio vitreo oblongi

monii *Regulum*; non verò penetrant vel solvunt, nisi per *Sal commune* quacunquè formâ additum, redigantur in *Aquam fortem*, solvendo *Antimonii Regulo* accommodatam: v. g. *Antimonium fixum* seu *præcipitatum in viâ humidâ*, est *Bezoardicum Minerale* vel *Antimonium Diaphoreticum fixum in viâ humidâ* ita paratur:

¶ *Antimonii calcin.* qu. v.

Ab hoc aliquoties abstrahatur *Aqua Fortis* vel *Spiritus Nitri*, ad minimum ter: hinc *Spiritus Vini rectificatissimus* accensus super *Antimonium* flagret quater, unde superest *Antimonium Diaphoreticum per Præcipitationem paratum*.

1. Idem Labor secundum *Modum AUTORIS* No. 1. fieri potest, modò crebrius abstrahatur *Aqua Regia*, hinc aliquali ignitione *Spiritus* separentur; & *Spiritus Vini* desuper deflagret; ut propter *Sal commune* additum non adeò fixus evadat *Pulvis*, quàm si simplici *Aqua Fortis* vel *Spiritus Nitri* Præcipitatione fuisset instituta; sed Purgans propter aciditatem tamen *Menstrui* non adeò vehemens, uti *Antimonium crudum*, aut in Igne præparatum.

Aqua Regia ergò saltem est, quæ solvit *Antimonium*; sed hoc saltem respectu ejusdem *Reguli*, unde *Sulphur Antimonii* externum separatum sponte secedit ac supernatat, *Sulphuri* communi minerali simile: Conf. *AUTOR* N. 2. *Notâ* 2. Imprimis autem videatur *TACHENII Hippocr. Cbryn* p. 23.

3. *Præcipitatum Antimonii diaphoreticum* *AUTORIS* N. 3. nihil aliud est, quàm *Bezoardicum Minerale* ex *Croco Metallorum* paratum, & beneficio *Spiritus Nitri* fixatum. Jam perinde est, sive affumatur *Mercurius Vitæ*, sive *Crocus Metallorum*, cum *Spiritu Nitri* digerendo & abstrahendo, deinde eundem figendo, adeò ut *Bezoardicum Minerale* & hoc *Præcipitatum Diaphoreticum* unum pro altero convenienter substitui possit.

4. Idem ferè judicium esto de *AUTORIS Præcipitato Regulo Martiali*, No. 4.

Post *Calcinationes & Solutiones Antimoniales*, sequitur ejusdem

II.

SUBLIMATIO

In *FLORES & CINNABARIM*. Quicquid enim in altum adscendit instat *Fuliginis*, & adhæret in formâ siccâ, vocatur *Sublimatio*, unde *Flores*: econtrâ quicquid in altum

colli, quod calenti *Aquâ* immergetur, hinc affunde sensim *Spir. Sal. Nitri*. ʒxxi. moveque sæpius ne fundo adhæreat. Conferva id calidum, donec *Spir. Sal. Nit.* non amplius laboret, & *Antimonium* redactum sit in *Pulverem album*. Dein Vase exactè clauso, digere in *M.B.* septiman. 4. aut 5. ac tandem separa *Spir. Sal. Nit.* in *Arenâ*, *Pulveremque* *Spatulâ* ligneâ agitandò exsicca ad *Ignem*, donec nullus amplius *Fumus* exhalet. Hinc abluere & reluere *Aquis cordialibus*.

Dosis à g. 4. ad 12. *Sala de Antimonio*.

4. Præcipitatus Regulus Martis.

¶ *Flor. Regul. Martis* (cum *Sala Ammoniacæ sublimat. & edulcoratos*) solve in *Aquâ Regali* (ex *Sal. Nit. & Sale Ammoniacæ destillat.*) digere, ac tandem per iteratas *Cohobationes* præcipita. *Præcipitatum* abluere & reverbera ut *Spiritus Aquæ Regalis* separentur, continud *Spatulâ ferreâ* agitandò, donec acquirat colorem flavum. *Quercetanus*.

III.

SUBLIMATIO.

Unde

FLORES ET CINNABARIS.

1. Flores Antimonii crudi, vel Mineræ Antimonialis.

¶ *Antimonii crudi triti* q. v. pone in *Cucurbitam* fictilem, quæ in *Arenâ* ponatur satis profundè. *Cucurbitæ* adapta *Alembicum* cæcum vel rostratum cum *Excipulo*, aut si mavis, connecte *Ollas* aliquot (num. iii. vi. vel plures) sese invicem excipientes. *Ignem* gradatim admove, ne sit nimium fortis, nec debilis nimis. Si enim fortior sit, funditur *Antimonium*, nec sublimatur; si vero debilior, non ascendunt *Flores*. Si rectè *Ignem* rexeris, colliges triplices *Flores*, albos, flavos & rubros. *Sennertus Instit. Phlegma Antimonii* in appositum *Excipulum* colligi poterit.

N. 1. Feliciter ac compendiosius proceditur:

Primò si *Cucurbita* tubulum seu canalem in latere habeat, per quem *Antimonium* tritum paulatim per vices (singulis horis

adscendit sub formâ humidâ, vocatur *Destillatio*.

1. 2. *Flores Antimonii* nihil aliud sunt, quàm ipsum *Antimonii Corpus* in altum vi *Ignis* subitanei elevatum: est enim *Antimonium* Concretum admodum volatile, ob *Sulphuris*, hujusque volatilioris, copiam *Nam & Regulus in Flores* sublimari potest; sicut etiam ex *crudo Antimonio Flores* elevati cum *Tartaro*, *Nitro* & *Borrace*, in *Vitrum* & *Regulum* reduci possunt; unde palliativa tantum *Præparatio* est. *Dubium* interim est: an totum *Antimonii Corpus* per se in *Flores* sublimari possit, ita ut nullum *Caput mortuum* relinquatur?

Præparantur Flores ex Antimonio vel per se, vel per addita. Per se fiunt vel ex *Antimonio crudo*, vel ex eodem parato etiam *Regulo*; quin & ex *Vitro Antimonii* pulverisato, & omnibus artificialiter ex eo paratis, *Flores* elevari possunt. Nam uti *Antimonium* sub sui *Calcinatione* ad *Vitrificationem* sub formâ *Fumi* in copiosos *Flores* elevatur, ita quò diutius continuatur *Calcinatio*, eò copiosiores *Flores* exsurgunt, nisi mediante *Fusione* in *Vitrum* præcaveantur.

Fient autem per se ex *Antimonialibus* per *varia Instrumenta*, vel in *Cucurbita tubulatâ*, uno vel aliquot *Alembicis* instructâ, vel in *Retortâ rostratâ* cum adaptato *Folle*, vel in *Fumo* cum quamplurimis *Alembicis* sibi invicem impositis, qui vocantur *Aludel*, ad modum *GLAUBERI Furnori*. P. 1. cap. 40. pag. 41. vel in *Crucibulis tribus* in fundo perforatis, sibi invicem super impositis, alii *Crucibulo*, in quo est *Antimonium*, impositis.

Modus cum Folle est hic: *Retorta*, quæ ex utroque latere habet *Canalem* & longum *Tubulum*, in *Furno* quodam clauditur, ita ut ex utràque *Furni* parte emineat *Tubulus*: uni *Tubulo* apponitur *Vas* recipiens altum, alteri *Tubulo* applicatur *Follis*, & ipsi *Retortæ* inest *Antimonium*, quod ipsum ab *Igne* fusum & calcinatum, beneficio *Flatus* per *Follem* immissi copiosissimi *Flores* adiguntur in *Vas* recipiens. *Necessum* etiam est, ut *Foraminulum* sit in *Vase* recipiente, ut exeant *Flatus* per *Follem* immissi. Simili ferè *Encheiresi* *ZWELFFERUS in Mant. Hermet.* vult parare *Flores ex Jove*, beneficio *Follis* adigentis *Flores* ex fuso *Jove* in *Vas* recipiens.

Elegantiorum Modum parandi Flores habet *FINCKIUS in Encheirid. Doematio Hermetico*, quando eisdem sublimat ad latus: quos *Flores* valdoperè commendat in *Curâ Maniæ & Affectibus Melancholicis*.

Quoad

horis parum) in Cucurbitam (gradatim ignitam) injiciatur. Liquefcit enim statim, abiq; ferè penitus in Flores.

Secundò, si Cucurbita obliquè Fornaci imponatur, ut tubulus perpendiculariter ascendat.

Tertiò, si in Anemio Sublimatio instituat, ac *Antimonii* ℥iii. *Arenæ* ℥iii. admisceantur. Alii admisceant *Carbones combustos*, eliciuntque *Sulphur*, remanente in fundo Materia cœruleâ, in qua *Mercurius Antimonii*.

Quartò Alembici vertex foraminulosus pervius. Et hoc bene notandum est, nisi sine frustrari velis.

N. 2. Parati possunt & Flores Antimonii per Retortam binis Rostris, antè scilicet & retro connexam, quorum Rostrorum antico apponitur Excipulum amplum, per posticum autem inflatur Ventus, *Vapores* seu Flores ab Antimonio elevatos in Excipulum deducens. *Keslerus* 1. cent. 31.

N. 3. Non è re foret, si Excipulum foramen haberet canalemve, quo *acidum Phlegma* in aliud Excipulum suppositum deflueret. Quinimò Excipulum nisi pervium fuerit foramine, Flatus egressuris idoneo, incassum laborabitur.

2. Flores Reguli.

Ex Regulo eodem modo quo ex Antimonio crudo, Flores elevari poterunt.

3. Flores cum additamento, sem Compofiti.

Ex Antimonio crudo, Regula & Vitro.

N. *Antimonii*, *Salis Ammoniaci*. an. misceantur exactè & sublimentur per Arenam.

N. Sufficit Alembicus sine Ollis; elevanturque Flores rubei, qui *Aquâ calidâ* edulcorati albescunt.

Vires. Vomitus movent, mitiùs tamen quàm simplices Flores.

Dosis g. 4. ad 6.

N. 1. Restituit horum Florum usus Maniacos, Melancholicos, Quartanarios, vide *Epist. tract. 1. Observ. Horstii anæmas*.

N. 2. Si *Mercurii dulcis* gr. 12. gr. 2. horum Flor. addideris, fortiterque simul contriveris, ferè sine vomitu per secessum serosa & biliosa educunt.

N. 3. Eodem modo fiunt & Flores ex Reguli, & *Sal. Ammoniaci*, vel ex *Visri Antimonii*, & *Salis Ammoniaci* æqual. partib. *Basilus*.

N. 4. Quod in summitate Cucurbitæ invenitur, adde *Fæcibus* in fundo relictis, additoque paucillo *Sal. Ammoniaci*. Sublimationem repete, habebis Flores flavos.

4. Aster. Sulphur Antimonii secundum Basilium.

N. *Antimonii opt.* ℥. 1. *Salis Ammoniaci* ℥iv. sublima: Sublimato admisce *Antimonii* ℥v. subl. ma iterum; hinc edulcora, & habebis *Sulphur combustile*. *Basilus in Curr. triumph. pag. 217.*

N. Sunt qui loco *Salis Ammoniaci* N. *Sal commune*.

5. Flores Antimonii vitriolati.

N. *Florum Antimonii rubeor.* ℥iv. Flor. Sulph. (Sublimatorum ad perfectam albedinem) ℥ij. *Colchotar.* ℥xii. mixta sublimentur, ter, & habebis Flores rubicundissimos. *Quercetanus in Tetrad.*

N. *Basilus* non addit Sulphur.

6. Flores Reguli Spiritu Martis ac Veneris imprægnati.

N. *Reguli stellat.* atque *Sal. Ammoniaci* (à Marte ter sublimati) an. sublima bis terve, hinc edulcora & exsiccata, tandem denud à *Colchotaro* tertid eleva.

Vires. Purgant blandè, conferunt ad omnes Febres intermittentes.

Dosis ali quot gr. *Quercetanus in Tetr.*

N. Flores hi cum *Sale Ammoniaco* sublimati, & nondum ab eodem edulcorati, resolvuntur in *Liquorem* magnarum virium in Vulneribus. *Basilus*.

De usu *Florum Antimonii* in genere notare expedit, quòd sal-

Quoad Modum GLAUBERI, habet ille Vas quoddam ferreum cum Tubulo instructum, cui aliquot Ollas vel Alembicos ferreos imponit; quò sunt plures, eò est melius. In hoc Vas candefactum injicitur *Antimonium pulverisatum*, vel *Regulus*, vel aliud quid ex Antimonio paratum, quod in Vase candente subito elevatur in Flores, qui copiosè adhærent istis Alembicis.

Sed omnium optimus videtur Modus, qui per Cucurbitam tubulatam, cujus fundus Ignem tangat, & cujus supremus Alembicus sit rostratus, aut saltem in summitate perforatus, quo Aëri detur accessus, atque Gas & Phlegma subacidum, *Acetum Antimonii* dictum, convenienter possit exhalare, ne diffingantur Vasa, & frustretur negotium: vid *WEDELIUS Pharm. pag. 135.* estque hic Modus AUTORIS No. 1. Id quod etiam necessum est, ut fiat in Sublimatione *Florum Sulphuris*. In talem Cucurbitam calefactam, si successivè injiciatur *Antimonium crudum*, vel *Regulus*, &c. acquiruntur meliores Flores, sine tam stricto Ignis regimine, & sic ferè totum Antimonium in Flores abit.

In Cucurbitâ verò non tubulatâ observandum est exactissimum Ignis regimen: nisi enim hoc observetur, Antimonium in fundo liquatur, & funditur, nullosque Flores suggerit. Tutius itidem succedit negotium, si Subjecta in Flores sublimanda Antimonialia cum *Arenâ* permisceantur, ne fundantur & fluant. Habentur hoc modo ex Antimonio per se, & quidem si exactè legitimè observetur Ignis regimen, triplices Flores, Colores, & majoris minorive fixitatis ratione distincti, Rubri, Flavi, & Albi: Rubri in Alembico infimo, Flavi in medio. Rubri fixiores sunt, & ultimo Igne ascendunt, hincque cæteris tutiores habentur, quia participant saltem de Sulphure fixiori maximâ ex parte; Albi sunt periculosiores, quoniam sunt volatiliores, & primo Igne sublimantur; Flavi sunt intermedii.

3. 4. 6. Per Addita sublimantur Flores ex Antimonio præsertim per *Sal Ammoniacum*, quod in hoc negotio primatum ducit, ac certè *Aquila alba* est, quæ eleganter sublimat Antimonium, & in Sulphur ejus fixum penetrat. Nempe

N. *Antimon. crudi* vel præsertim *Min. Antimonii*, *Sal. Ammoniaci* ana part. æqual.

Minutissimè trita blando Igne sublimentur: & triplices elevantur Flores, si legitimè sit operatum (requiritur singulare Instrumentum) eadem Colorum differentiâ distincti, ex quibus Rubriundi à *Sale Ammoniaco* per *Aquæ communis* edulcorationem, probè separati, seligendi & asservandi sunt.

Ritè enim si procedatur, Pulvis coloris Aurantii, leniter diaphoreticus & antepilepticus erit, fortiter Sanguinis purificativus, in Febribus malignis & quàmplurimis Affectibus summè proficius, simulque anodynus, nisi in Dosi excedamus, quæ est à gr. v. vel vj. ad ℥ss. & vocatur à GRAMMANNO, *Medico Hallensi*, *Tinctura Antimonii sicca*, de qua etiam conf. *HARTMANNUS* & *HOFFMANNI Clavis pag. 311. & 312.* Nam in hoc loco non de nihilo est ejusdem *Encheiresis*, *Nitrum in Terram per Sulphur Antimonii convertendi*. Vid. *AUTOR No. 3. & 4. item No. 6.*

Habet *AUTOR in Not. 2. ad Flores Antimonii cum Sale Ammoniaco No. 3.* Quòd si cum *Mercurio dulci* juncti sint, sine Vomitu per Secessum operentur. Hoc etiam procedit cum *Mercurio Vita*, qui bene contritus cum *Mercurio dulci*, amittit vim purgantem per superiora: id quod de omnibus Pulveribus Antimonialibus, *Crocis*, & omnibus *Præparatis Emeticis*, verum est. Modò sæpiùs cum *Ne communi* terantur, vel modò subigantur cum *Mercurio dulci*, evadunt cathartica per inferiora, deposita virulentia cum violentiâ emeticâ; quoniam Sal in *Mercurio dulci* figit Sulphur vomitivum Antimonialium, & virulentiam corrigit.

5. Flores Antimonii vitriolati sublimantur cum *Floribus Sulphuris*, & *Capite mortuo Vitrioli*, vel *Colchotaro*. Hos Flores vitriolatos sæpè præscribit *QUERCETANUS* in Febribus, potissimum quidem in Quartanâ. *BASILIVS VALENTINUS* non addit Sulphur, sed solos Flores Antimonii cum *Colchotaro* sublimat: quos ita sublimatos extrahit cum *Spiritu Vini*, *Fæces* remanentes separat, cum *Spiritu Vini* ad siccitatem per *Balneum Mariæ* destillat, & sunt hi Flores eleganter correcti: vel *Spiritus* extractione imprægnatus decantetur ac destilletur, & remanebit Oleum. Commendantur etiam hoc loco Flores Sulphuris, sublimati cum *Regulo Antimonii Martiali stellato*; nam hi participant simul de Antimonio, Marte, & Sulphure.

Usus *Florum Antimonii* est, quòd quidam sint emetici, quidam verò diaphoretici, ac anodynî simul. Hi sunt fixiores, illi verò volatiliores. Fixiores isti in *Tincturâ* sic dictâ *Antimonii siccâ*, imprimis se exerunt; volatiliores verò in cæteris ferè *Floribus*, tam per se, quàm cum *Sale Ammoniaco paratis*, quo volatillissimæ & subtilissimæ Antimonii crudi partes liberantur ex compedibus partium terrestrium, & inde ita fortiter operantur & violenter. Quoniam ergo ut plurimum vehementi admodum hypercatharsi graviter turbant Ægros, propterea corrigendi sunt.

Corre-

scilicet quoniam violentos Vomitus ferè proritant, optimâ, *Corrèctione opus habeant*, sine qua non facile ac tutum erit eos in usum medicum vocari.

Sunt nihilominus qui exhibent g. 2. 3. 4. Sit igitur

Corrèctio prima Florum Antimonii.

℞. Flor. Antimonii alb. ℥j. Sal. com. Tart. Spir. Acet. destillat. imprægnati, ℥ij. Liquefiant vi Ignis in *Massam* rubram. Affunde *Massa* huic trita *Spir. Vini* (*Aqu. Vitæ*) aromatizatum, additis *Salis* vel *Magisterii Perlarum* ac *Corallor.* an. ℥ii. Digerantur calore Cinerum per dies ac noct. 2. postea abstrahatur *Spiritus Vini* ad siccitatem, remanebit in fundo *Antimonium optimè depuratum*, servetur in Vitro clauso, quia in aère resolvetur.

Vires. Opiulantur Morbis ab atrâ Bile oriundis, per Alvum, per superiora, per insensibilem Transpirationem noxia copiosè expurgantes.

Sal commune Tartari Aceto destillato imprægnatur hoc modo.

℞. Sal Tart. (frequenti solutione ac coagulatione summò depuratum, solve in *Aceto destillato*. Hinc abstrahere Humiditatem lento igne, novumque *Acetum destillatum* affundendo, iterum solve ac abstrahere. Operationes Solutionis ac Abstractionis repetendo, donec *Acetum destillatum* exstillet aciditate suâ non amplius spoliatum (quod octavâ vel nonâ Imbibitione ac Destillatione fiet.) Exsicceetur postmodum; sic habes *Sal Tartari imprægnatum*.

N. Hujus usus quoque est in *Magisterio purgante*.

Spiritus Vini aromatizatus, seu Aqua Vitæ aromatizata.

℞. Galang.

Gallia mosch.

Caryophyllor.

Cinnamom.

Macer. an. ℥ss.

Croc. ℥iij.

Ex mediocriter tritis fit Extractio cum *Spir. Vini optimè reffificato*, donec amplius non tingatur. *Tinctura* decantata est *Spiritus Vini aromatizatus*. Vide de his *Crollium*.

Corrèctio consistit in Sulphuris volatilis, ejusque Acrimonie quasi arsenicalis fixatione & attemperatione. Aliquot corrigendi Modos præscribit AUTOR beneficio *Salis Tartari & Spiritus Vini*.

Et quidem *Corrèctio Prima*, utut sit laboriosa, omnium est optima: nempe sicut *Sal Tartari*, aut cum eodem paratum *Sal essentielle Tartari*, est universalis *Corrèctio quorumvis Venenorum Vegetabilium*; ita etiam *Flores Antimonii* optimè corrigit: figit enim nimis Antimonii Sulphur, & sic fit Remedium tutum & mitius. *Sal essentielle* autem *Tartari* est *Sal Tartari cum Aceto destillato saturatum*.

Corrèctio Secunda fit cum *Spiritu Vini mellito*, qui optimè corrigit Purgantia, & propterea FINCKIUS cum Spiritu Vini mellito solet cogere suos *Flores*, quos, uti dixi, egregio effectu usurpat in Maniacis. Distingendum autem hinc est inter *Flores*, per se mitiores, & inter hos maligniores. Dum scilicet Albi plurem habent Malignitatem Arsenicalem & Mercurialem; Citrini verò & *Flores Rubri* plus participant de Sulphure Antimonii fixiori: unde etiam illi adhuc sunt maligniores ipsis *Floribus Rubris & Citrinis*. Mitiores isti corrigitur simpliciter *Phlegmate Mellis Spirituoso* cum *Spiritu Vini* juncto, prout innuit HOFFMANNUS pag. 313. hoc enim modo *Flores* in Sole, & alio loco calido, per mensem circulati, *Menstruo* abstracto asserventur; sic enim violentia *Florum Antimonii*, quæ à Cruditate quasi erat, beneficio hujus *Menstrui* erit concocta & sublata, ut tantum sedes moveant; sin verò fortioris fuerint operationis hi *Flores*, simul *Spiritus Mellis acidus* proliciendus, ac cum *Spiritu Vini* jungendus, ut eò certius figantur. Brevius & compendiosius possunt corrigi, si scilicet *Antimonium* calcinetur, sublimeretur, & à *Floribus* aliquoties *Spiritus Vini* abstrahatur, qui ultimâ vice cum iis probè permixtus effragare permittatur; sic enim à gran. x. ad xx. per inferiora purgant, & non, nisi in valde dispositis, Vomitus cient. Quòd si præterea *Acetum destillatum* aliquoties abstrahatur, fiunt hi *Flores diaphoretici*.

Corrèctio Tertia, & *Fixatio per se* est egregia; sicuti & supra Mercurius Vitæ parili ferè ratione correctus fuit. Coincidit hæc quoad rem ipsam cum *Corrèctione TACHENII Hippocr. Chym. c. 27.* dum Reguli *Flores Acidum Ignis* corrigit & figit: nempe *Acetum destillatum* uti *Antimonialia* quæ-

Corrèctio Secunda.

Circulentur per mensem cum *Spiritu Vini mellito*, sic omnem deponunt violentiam, retinebuntque solam dejiciendi facultatem.

Dosis à g. 5. ad 7. vel ad summum 10.

Spiritus Vini mollitus.

Spiritus Vini affundatur *Melli*, stet aliquandiu, postea distilletur: In fine augeatur Ignis, ut *Spiritus* quoque *Mellis* transeat & jungatur *Spiritus Vini*.

Corrèctio Tertia.

Exponantur *Flores* in Scutellâ vitreâ, Chartâ supernè duntaxat tectâ, mediocri calori (Fornacis) per mensem unum ac alterum, quotidie bis (ne non agitati nigrescant) agitando; *Flores* manent quidem rubei, sed tamen benè porosi & leves, Sulphure fatido ad papyrus elevato.

Vires. Movent Sedes duntaxat sine Vomitu satis benignè: *Dosis* à g. 5. ad 8. vel 10.

Corrèctio Quarta.

Mitiores etiam fiunt, si aliquandiu cum *Sal. com.* conterantur, & postea iterum *Aquâ dulci* dulcorentur.

7. *Flores Antimonii, diaphoretici.*

℞. Flores Antimonii, irriga *Oleo Sulphuris*, & calcina in Crucibulo clauso Igne Carbonum. *Sala in Anat. Antimonii sect. 3.*

N. Alij affundunt *Spir. Vitrioli*, quò iterum abstractò edulcorant ac calcinant, ut *Materia* igniatur.

8. *Flores fixi.*

Flores Cbeiri Paracelsi.

℞. Flores Antimonii, fige Sublimationibus toties iteratis, donec nihil amplius sublimeretur.

N. 1. *Flores relictae* in fundo *Materiae* denuò in singulis Sublimationibus semper admiscendi sunt.

N. 2. Hi *Flores* in Cellâ per deliquium in *Oleum* solvuntur, quod *Aquâ destil lata* quinque eluendum.

Floran-

libet figit & coërcet, ita & Acidum Lignorum vel Carbonum in Igne elevatum, eandem vim habere, manifestum est. Idem labor est BASILII VALENTINI p. 245. saltem quòd Circumstantiæ variant, & *Pulvis candidus ex Processu TACHENII* emergat, qui in cæteris ruber est.

Corrèctio Quarta fit, si *Flores Antimonii* conterantur cum *Sale communi*, & loco hujus cum *Mercurio sublimate*. Idem ferè cum *Mercurio Vitæ* supra insinuatum fuit, & coincidit cum ipso Labore, quando vel *Mercurius Vitæ Mercurio dulci*, vel etiam *Flores Antimonii* per *Sal Ammoniacum* sublimate & eloti, cum eodem *Mercurio dulci* permiscetur; prout docet AUTOR de *Floribus Antimonii* Num. 3. *Notâ 2.* Nam Acidum *Salis communis* est, quod virulentiam *Florum* coërcet: id quod manifestum est in viâ humidâ, quando nempe LOCATELLI in *Theatro Arcanor. Arcano 29. pag. 157.* *Flores Antimonii* per inferiora purgantes præparat, abstrahendo à *Floribus* communi modo præparatis duplex pondus *Spiritus Salis* quatuor vicibus, & postmodum ab edulcoratis, probè *Spiritus Vini* ter deflagretur, sic enim moderatè cathartici tantum evadunt *Flores*.

7. Quoad *Flores Antimonii diaphoreticos* non benè succedit hic Labor. Potius ergo usurpanda Præparatio BASILII VALENTINI cum *Colcothare Vitrioli*.

8. Habentur *Flores Cbeiri Theophrasti Paracelsi*; quos hoc nomine appellat propter similitudinem Coloris. Cæterum quomodo sint parandi res est adhuc dubia; quoniam nulli facile detexit sua Arcana PARACELSUS. Observetur enim, *Flores Paracelsi* esse fixos, moventes diaphoresin, & egregiè purificantes *Massam sanguineam*. Quando solvuntur hi *Flores* in Cellâ per deliquium, vocatur à PARACELSO *Oleum dulce pro Fistulis*; quoniam sit Arcanum & egregium Remedium contra *Fistulas*. Descriptio in AUTORE est falsa, cum purgent per inferiora. Coincidit tamen AUTORIS Modus cum Modo BASILII VALENTINI, quem Modum, quare HOFFMANNUS rejiciat, non video.

Subnectit AUTOR *Fixationem Florum Antimonii cum Calce vivâ*, quæ Præparatio intricata est & difficilis: corrigenda ergo per præparationem HOFFMANNI pag. 314. Estque hæc *Fixatio* cum *Calce vivâ* nihil aliud, quàm Sulphuris Antimonii, mediante *Alcali Calcis vivæ Extractio* in

Fiuntur Flores hoc modo.

Formetur *Pila* rotunda terrea cum Foramine, per illud immitte *Calcem vivam*, & reple ad medias, postea immitte quoque *Nodulum Floribus Antimonii albis repletum*, tum circumcirca novam *Calcem vivam* agglomera, ad plenitudinem usque Globuli integram: tum Otiolum Luto obducito, Globulumque in Furno lateritio ad reverberandum collocato, & per biduum urito.

Vires. Flores fixi clementius purgant, & Sudores copiosos movent.

Dosis gr. 8. *℞.* Ex *S. Cloff.*

9. Cinnabaris Antimonii.

Fit si post *Butyri Antimonialis* destillationem Ignis fortis, & Suppressionis quoque (i. e. super Arenam) horis aliquot detur. Quippe *Cinnabaris Antimonii* hac ratione collo Retortæ adhærescit, quam collectam Sublimatione unâ ac alterâ purificare poteris.

N. 1. Si desideras potius Cinnabarim, quam Butyrum Antimonii, da statim Ignem fortem.

N. 2. Ex hac paratur *Pulvis Diaphoreticus*, in Epilepsiâ & Vertigine præstantissimum. Vid. *lib. 2.*

III.

DESTILLATIO.

Unde

AGETA, OLEA, SPIRITUS, &c.

1. Acetum Antimonii.

℞. Mineram Antimonij, tere ac elice Acetum per Retortam,

in viâ siccâ, & *Extracti* cum Aceto destillato præcipitatio. Coincidit reverâ hic Labor cum Præparatione Sulphuris Antimonii in viâ humidâ, quam habet AUTOR, ubi de *Sulphure Antimonii* Num. 1.

Ex *Floribus Antimonii Rotulæ purgantes* fieri solent, dum affunditur *Vinum generosum*, & ad tempus digeruntur, & postmodum ex *Vino* additione *Sacchari Rotulæ purgantes* formantur.

9. *Cinnabaris Antimonii* Num. 9. Constat ex *Sulphure Antimonii*, cum *Mercurio vulgi* conjuncto, revivificato ex *Mercurio sublimato* in *Destillatione Butyri Antimonii*. Et quidem, dum Sulphur se sublimat, simul sublimantur quædam particule antimoniales: quæ dum in *Fusione* rursus abeunt in Antimonium verum antiquum, imposuisse dicuntur quibusdam, ut crederent, quod tota *Cinnabaris* sit Antimonium, non verò simul Sulphur; sed *Cinnabaris hæc Antimonii de Sulphure ejus externo saltem participat, non de interno*; cum ex *Regulo* parari non queat: ob id *Cinnabaris Nativa* huic Antimoniali præstantiæ palmam ferè facit dubiam.

In *Præparatione* hujus

1. Necessum est, ut *Collum Retortæ* sit satis amplum: nam si non amplum, non facile adhæret; aut si adhæret, Retortam diffringit, & sic Sulphur Antimonii, quod in Flores abit, per rimulas exhalat.

2. Urgenda est *Destillatio Butyri Antimonii*, & *Cinnabaris Sublimatio* mox satis forti Igne, ut junctim Sulphur cum *Mercurio* eò citius ascendat: aliàs *Mercurius* fugitivus avolat, & relictum Antimonii Corpus seu Sulphur comburitur.

3. Jubetur observari *Proportio*, ut ad part. j. Antimonii, part. ij. *Mercurii sublimati* recipiantur.

4. Ne *Mistura* ante *Destillationem* exponatur *Aëri humido*; aliàs enim liquefit in Butyrum, & non abit in Cinnabarim.

Plura de *Cinnabaris Antimonii præparatione & naturâ* videbis in *M. A. N. C. Ann. 3. Obs. 105 pag. 172.* & *KUNCKELIO* in *Tr. 3. pag. 27.*

Ufus ejus est diaphoreticus, anodynus, in Malignis alexipharmacus, & in Affectibus generis nervosi antiepilepticus. Unde *Basin* constituit *Pulveris Cephalici D. Hartmanni*, uti etiam *Specifici Cephalici D. Michaelis*: sicut & mediante Cinnabari hac curavit *D. MICHAELIS* in Aulâ *Altenburgicâ* Principissæ quendam Virginem desperatâ Epilepsiâ laborantem: In specie autem *Cinnabaris* sociata cum *Salibus volatilibus*, Remedium egregium est in Morbis malignis, *Sytema nervosum* simul affligentibus. In Affectibus senum catarrhalibus datur cum *Sale volatili Succini*. Gravidis quoque datur, ut Fœtum ab Epilepsiâ præservet. Plura de *Cinnabaris Antimonii usu* supra, ubi de *Cinnabari* naturâ, fac-

prolectum funde super *Mineram novam*, digere per dies (23.) hinc destilla iterum per Retortam, idque repete, donec quantitatem cupitam acquiveris.

N. Parum Aceti fundit, adeoque labor sat tædiosus est.

Aliter.

℞. Miner. Antimonii lavigat. affunde *Aqu. pluvial. destillat.* ad eminentiam digit. aliquot; digere Vase H. cl. in fimo equino, donec incipiant fermentari ac spumam ejicere. Dein abstrahe *Aquam*, augendo Ignem in fine, redde Capiti suo mortuo, & reassusâ *Aquâ*, quæ abstracta erit, fiat Cohobatio toties reiteranda, donec prodeat *Liquor acidus*, instar Aceti.

Vires. Inservit *Tincturæ Antimonii* extrahendæ, refrigerat efficaciter Sanguinem, in Febri præcipuè malignâ & Ungaricâ, si cum *Lap. Prunellæ & Aquâ destillatâ conveniente* miscetur; curat *Inflammationem* ex Pulvere astrario ortam cum *Saccharo Saturni*.

N. 1. Acetum hoc Antimonii melius evadet, si pulverisatæ novæ *Mineræ Antimonii* id affuderis ad emin. dig. 3. circ. laverisque (per dies 12.) sic tingetur rubro colore, magisque acescet: tum effunde & abstrahe per MB. sic Acetum Antimonii exibat clarum, rubedinem post se relinquet in fundo *V. Basilii* p. 223.

N. 2. Acuati potest hoc Acetum suomet Sale.

Nimirum

℞. Aceti Antimonii ℥xv. Salis Antimonii ℥i. solve ac destilla per Cineres.

Dici poterit Acetum destillatum Antimonii alkalifatam, si ve radicatam.

N. Facilius forsitan processeris, si Sal Antimonii in Aceti. solveris,

runt insinuata.

Saltem probè purificetur *Cinnabaris Antimonii*, antequam interius sumatur, repetitis aliquot *Sublimationibus*, tribus, quatuor vel quinque, nunc pluribus, nunc paucioribus vicibus, tandem nempe, donec pura ascendat, nec Sublimatum quasi arsenicale in *Cucurbitulâ* sublimatoriâ supra Cinnabarim appareat; alias adhuc Vomitus movet. In qua Sublimatione observentur *Encheireses* supra dictæ, & ratione regiminis Ignis & ratione Instrumenti, ne comburatur: si enim comburatur, nec acquirat scarlatinum Colorem, sed rubescens, & quasi nigrescat, inepta est pro usu Medico interno.

III.

DESTILLATIO.

Hujus Modos aliquot habet AUTOR.

1. *Num. 1.* docet Acetum Antimonii ex *Minerâ Antimonii*, quæ ex Retortâ per lenem Ignem destillata, suggerit parum *Liquoris* volatilis acris, idque saporis non admodum acidi. De hoc ipso Aceto genuinum videtur iudicium *BECHERI Phjs. sub. pag. 431.* Illud nempe adscribendum esse Sulphuri minerali combustibili, hujusque Acido Mineræ commisto, adeoque *Spiritus Sulphuris* maximè cognatum est; unde & nonnisi ex *Minerâ* destillando prolicitur, cum istud Acetum in *Fusione Antimonii* maximam partem exhalavit: sicut e contra Antimonium jam fustum plures subministrat Flores, quàm *Minera*. Quin imò *BASILIVS VALENTINUS* per *Campanam* instar *Spiritus Sulphuris* præparare docet hoc ipsum Acetum: circa quam Præparationem probè notandæ *Encheireses*, quas annectit *KERCKRINGIUS* in *Comment. pag. 290.* sicuti pro uberiore Aceti hujus acquirendâ copiâ, *Minera lavigata* prius aliquandiu in *Aquâ pluviali*, aut *Majali*, aut *Tontruali*, in Fimo equino vel alio loco tepido, per aliquot dies & noctes digerenda est, & quasi fermentanda, ut ita successivè Acidum illud sulphureum embryonatum, in *Minerâ* delitescens, resolvatur meliùs, ac destillabile evadat: & sic exinde volunt parare *Menstruum*, cujus hoc sit proprium, ut optimè propriam Antimonii solvat substantiam. Adhæc repetitâ semel Aceti Spiritus super novam *Mineram* affusione, Digestione, & Destillatione, major ejus copia acquiritur. Dicitur aliàs etiam *Aqua Antimonii vitriolata* hoc Acetum.

Multum quidem pro *Uso Præparationum Antimonialium* huic Aceto tribuit *BASILIVS VALENTINUS*, sed quoad *Usum Medicum*, dubito ferè an adeo multum discrepet à *Spiritu Sulphuris communi* unde & *Ufus* ejus per se patescit. Est enim reverâ Sulphur Antimonii resolutum: unde in Febribus malignis permistum *Pocui ordinario*, non contemnendum est Remedium.

3. &c.

veris, atque ex *Argillâ & Solutione hâc Massam*, & exinde *Globulos* formaveris, eosque per Retortam, ut *Spiritus Salis commun.* solet, distillaveris. *Basilii pag. 222.*

Aliud.

Acetum Antimonii in majori copiâ obtinebis, si super *Cratem ferream Mineram Antimonii* frustulatim imponas, superinstructo *Aludele* cum pluribus *Ollis perviis & Alembico*, subministrando *Carbones* in aliâ areâ focariâ accensos, ne *Acetum à Carbonum vaporibus* inquinetur. Ex *S. Glossao*.

N. Cum hoc *Aceto Antimoniali* parari possunt *Flores fixi*, sive *Antimonium diaphoreticum*, de quo *Poppius in Hodeget. pag. 145. & sequentibus*.

2. *Oleum Antimonii per se.*

℞. Antimonii quantitatem satis magnam, pone in *Putrefactionem*, dein educ *Aquam*, quam vicissim affundendo, *Putrefactionem*, ac postea *Destillationem* reitera, idque toties donec exurgat tandem *Oleum*, seu *Liquor oleagineus*.

N. Nancisceris potius *Acetum* quam *Liquorem oleagineum*. *Vires*. Dissolvens est egregium. *Peterius in Pharmacopad.*

3. *Aliter.*

℞. Miner. Antimonii, q. v. misce cum *Arenâ*, pelle per Retortam.

4. *Oleum Antimonii Saccharatum*

℞. Antimonii ℥. ℞. Sacchar. cand. ℥ij. M. opt. & destillentur per Retortam in *Arenâ F. Oleum*.

Ex Beguino.

℞. Antimonii, Saccharicand. ana ℥i v. Aluminis ust. ℥j.

Utile est ad externos & internos Morbos.

N. Ex hoc *Oleo* fiunt *Pilulæ Febriles ad Quartanam*, quas vide *lib. 2.*

5. *Oleum Antimonii Saccharatum Sennerti.*

℞. Antimonii ℥. ij. Sulph. ℥ij. M. pone in Ignem circularem, ut liqueant, atque ita *Ignem* per hor. 4. vel 5. continuas; dein auge *Ignem*, ut *Sulphur* accendatur & exhalet; hinc pulverisa *Antimonium*, affundeque *Acet. destillatum* digeranturque per dies ac noct. 8. dein destillentur, donec guttæ rubræ ascendere incipiant, tunc muta *Recipiens*.

℞. Antimonii relictî in fundo ℥. i. Sacchar. cand. ℥i v. Spir. Vini opt. ℥i x. Destilla per Retortam (in *Receptaculum*, in quo fit *Oleum*, quod primò extillât) *Ignem forti*, donec nihil *Olei* vel *Vaporis* ampliùs appareat. *Spir. Vini* in *MB.* abstrahere ad remanentiam quartæ partis.

Vid. Sennertus Institut.

N. 1. Meliùs fit hoc *Oleum*, si digeratur aliquamdiu cum *Spir. Vini novo, Factibusque* per colaturam separatis, à *Colaturâ Spir. Vin.* per destill. abstrahatur.

N. 2. In eliciendo *Oleo Saccharato* lentè procedere memineris, ne nimia *Ebullitione* sine *optato* frustreris.

N. 3. Si cum *Aquâ Vitæ* aliqua vel *Aquâ Rosarum*, in qua *Moschus* vel *Ambrâ* soluta sit, additâ *Aquâ Cinnam.* digeratur, atque *Liquor* cohobis cohobetur; movet *Alvum* sine *Vomitu* ac molestiâ, uti loque *Medicamentum* exhibet in *Hydrope*. *Dosis* gr. 3. ad 6.

2. &c. Quoad *Olea Antimonii*, ea citiùs ex *Pumice genuina*, quam ex *Antimonio* eliciuntur; suntque nihil aliud, quam *Concreta fluida crassa, ponderosa &c.*, ex *Acido* additi *Corporis salini*, cum *particulis regulinis antimonialibus* coalescente, enata. Addita ista *Corpora salina* quæ sub tali *Liquoris formâ* larvant *Antimonium*, sunt frequentissimè vel *Saccharum*, vel *Sal commune*. Cum *Saccharo*, vel *simpliciter* addito *Antimonio crudo*, vel huic cum *Aceto destillato* plùs minùs imprægnato, prodit destillando *Liquor acidus sulphureus* plùs minùs *empyreumaticus*, qui reverà est ex *Saccharo*, sed cui *particulæ antimoniales regulinæ* plùs minùs permixtæ sunt.

Fundamentum Destillationis consistit in eo: quòd in *Ignem Saccharum* solum prodat suum *Spiritum acidum* instar *Aceti*: quando ergò permiscetur cum *Antimonio*, *Spiritus hic Sacchari acidus* aggreditur *Antimonium*, hoc rodit & secum jungit, atque sub formâ *Olei* prodeunt. Sed sunt tantummodò *superficiales larvæ Antimonii*; unde eorundem *usus internus est nullus*, sed saltem *externè* in *Fistulis, Ulceribus, &c.* usurpatur.

4. *Varie bujus Olei sunt Preparationes*. Loco omnium ab *AUTORE* recensitorum modorum sit v. g. *Oleum illud An-*

6. *Oleum Antimonii Saccharatum Quercetani*:
Antidotus Panæresos.

℞. Miner. Antimonii ad albed. calcinata ℥. ℞. Sacchar. cand. in formam Syrupi cum Circulato minore (Spir. Vini opt.) transmutati ℥. i. Misc. Digerantur per dies ac noct. (4. vel 5.) *VB.* dein per gradus *Ignem* destillentur.

Elicitor primò *Circulatum minus*, secundò *Liquor albus*, tertio *flavus*, quarto *rubicundissimus*, instar *Sanguinis, dulcisque Balsamus*; collige *lingula seorsim*, vel separa ab *invicem*.

Vires. Liquor albus opitulatur *canerosis Ulceribus & externis Morbis*.

Liquor flavus idoneus est *vacuationi* per *Alvum & Vomitum*.

Liquor rubicundus ternis aut quaternis *Cohobationibus* rectificatus, & ablutus *Aquâ cordiali*, admirandas præstat *Curationes* in *Leprâ, Morphæâ, Apoplexiâ, Epilepsiâ, Peste*, in *Aquis appropriatis* exhibitus.

Dosis à gr. 3. ad 6. *Quercetanus in Tetr.*

N. Eodem modo ex *Croc. Metall. & Sacchar. ana* cum *Spir. Vini* digestis *Oleum* præparari potest.

Dosis gr. 4. 5. 6. 7.

7. *Oleum Antimonii Saccharatum Fausij.*

℞. Croc. Metallor. pulveris.

Sacchar. cand. an. ℥i x. vel Sacchar. ℥vi.

Spir. Vitrioli relictic. ℥ij.

Vini ℥℞.

Digere per dies ac noct. (8) postea destilla in Retortâ per gradus. Aufer *Phlegma* in *MB.* lenso *Ignem*.

N. Eodem modo extrahitur *Oleum* ex *Sulph. Antimonii aurato*, prodis *Liquor crassus*, qui extrahendus aliquoties affuso *rec. Spir. Vini*, quo rursus ad *Mellaginem* separato, ea demum per Retortam pellenda in *Oleum*.

Dosis à gr. 8. ad ʒ℞. in *Morbis fluidis. Cl. D. D. Job. C. Faus.*

8. *Oleum Antimonii Saccharatum Basilij.*

℞. Vit. Antimon. lavigat. affunde Agrestam, digere aliquot per dies, dein (*abstractâ Agrestâ* ad siccitatem,) admisce *Sacchari cand.* æquali pond. cum *modico Aceti*, destilla per Retortam gradatim, tandem *Ignem puriss.* prodibit *Oleum rubicundum*, cum *Spir. Vini* exaltandum.

Vires. Prodest adversus *Epilepsiam*.

Dosis gut. aliquot. *Basilii in Curr. triumph.*

9. *Oleum seu Liquor Antimonii mellitus.*

℞. Antimonii crud. pulv. ℥j. Mell. opt. ℥. ij. Bulliant simul, moveanturque *Spatulâ*, usquedum *Substantia aquosa Mellis* evaporaverit, & remanserit *Materia* quædam nigra instar *Picis*, quæ *digitis friari* queat. Hanc destilla per Retortam *Ignem nudo* gradatim, in *Excipulum amplum*, hor. 24. & prodibit *Liquor imprægnatus facultatibus Antimonii*, cum aliquot *Floribus à Liquore* separandis.

Vires. Liquor iste est *corrosivus & penetrans*, summoperè *mundificativus, præsertim in Ulceribus*; absument enim *Excrementis, &c.* Adversus *Gangrænas præstantissimum* quoque existit *Remedium*. Uti eo possumus aut solo, aut commixto *Melli rosato, Unguentis, Pulveribus, Aqu. &c. Sala de Antimonio. Liquor*

Antimonii Saccharatum Hoffmanni p. 315. *Oleum* tale *Antimonii Saccharatum* accuratiùs paulò paratum internè solet esse bonum *Sudoriferum*; sicuti *externè* pro *mundificandis Ulceribus* sordidis ac *cacoëthis* laudari solet.

5. Ex *Oleo Saccharato Num. 5. SENNERTUS* facit *Pilulas contra Quartanam*.

8. *Oleum Antimonii Saccharatum BASILII VALENTINI*, ex ana *Sacchari & Antimonii* destillatum, commendatur à quibusdam in *Morbo Caduco*, ut etiam in *Affectibus Cerebri*. *AGRICOLA* destillat *Oleum Antimonii Saccharatum* ex *Sulphure Antimonii vero*, ex *Cinnabari* ejusdem separato, & *Sacchari candi* ana, addit aliquantulum *Aceti destillati*, & post *Digestionem* per Retortam destillat *Liquorem*, ex quo per *Spiritus Vini* extrahit *Tincturam*: abstracto postmodum *Spiritu Vini* ad *mellaginem*, destillatur ex Retortâ *Oleum*, cujus guttæ 8. purgant.

9. Par ratio est *Olei Antimonii melliti* ab *AUTORE Num. 9.* descripti: sub istâ nempe *Ebullitione & Destillatione* prodiens *Spiritus acidus Mellis* rodit *Antimonium*, & aliquantulum ejus destillando secum rapit; unde emergit tale *Compositum, usu externo chirurgico* pro *Ulcerum curâ* celebre.

10. &c.

Liquor hic Aceti Philosophici vices supplere poterit, in Præparatione Tincturæ Antimonii, ζωήφιλος διδάσκει.

10. Aliud Magisterium Antimonii.

℞. Antimonii opt. ℥. ℥. Aluminis ust. ʒiv. Bol. Arm. Sal. com. an. ℥ss. omnia leorsum trita misceantur, destillentur Igne nudo. Sic prodibit primò Pblegma; secundò Spiritus albicans; tertio Spiritus rubescens. Si quid collo adhæreat glaciæ intar, admove cautè Ferrum candens, ut solvatur. Rectifica per Retortam. In rectificato hoc Oleo solve Aurum soluturum; Solutioni postmodum affunde Spirit. Vini, circalibusque septies circiter, & subsident Fæces, à quibus decanta Spirit. Vini; cui si affuderis Aquam destillatam, præcipitabitur Pulvis albus, eduleorandus & reservandus. Dicitur Magisterium Antimonii.

Vires. Purgat suaviter per Vomitus.

Dosis gr. ʒ. Keslerus 1. c. 68.

N. 1. Pulvis ille correctus cum Spiritu Sal. com. evadit Sudorificus: vide Tincturam ex Regulo Martis. N. 13.

N. 2. Magisterium hoc Antimonii Kesleri nil est aliud, quàm Mercurius Vita ex Butyro. Ita Hartmannus in Croll. parat ex Floribus albis & Oleo Sal. com. & Glauberus in secundâ parte, pag. 93. aliud concinnat ex Sal. com. & Vitriolo. Hi omnes modi in unum recidunt certo Experimento.

11. Oleum Antimonii glaciale, ex Antimonio & Mercurio Sublimato.

Vide in Destillatione Mercurii.

12. Aliud Oleum Antimonii glaciale, seu Butyrum Antimonii, & exinde Antidotus πολύχρηστος Antimonii.

℞. Reguli Antimonii stellati. ℥. 1. Mercurii sublimati ℥ss. M. exactè; destilla per Retortam (vide in Destillatione Mercurii.) Oleum glaciale destillatum rectifica una ac alterâ Destillatione, Fæces semper rejiciendo. Hinc affunde Spiritum Hydromelitis vinosi, cohobaque, ut tandem crebris istis Cohobationibus Oleum illud dulcescat. Tandem abstrahe Spiritum Vini ad consistentiam Olei.

Vires. Oleum hoc exquisitissimum, ac pretiosissimum est Remedium, multis curandis Ægreditudinibus, iisque gravissimis aptissimum. Quin & domitor est Febrium Tertianarum, Quotidianarum, ac in primis Quartanarum. Blandè enim Vomitus multis concitat, aliis Alvi solutionem citra Vomitus: eamque vim habet, ut radices & seminaria Mali prorsus eruncet & evellat.

N. Spiritus Hydromelitis vinosi separatus, si vitriolicâ aciditate (Spir. Vitrioli) imprægnetur, summum est Diaphoreticum, & longè ab aliis vulgaribus aliud.

Dosis Coch. ℥. vel ʒ. per se vel in Liquore conveniente. Quercetanus in 1. etr.

13. Aliud Oleum Antimonii crystallinum ex Floribus.

℞. Flores Antimonii, Aqu. Fortis (ex Vitriolo ad flaved. calcinato, & Sal. com. an. ℥. iij. Argillæ ℥v. vel vi.) dephlegmata an. M. & destilla in Mar. Baln. uc tantùm prodit Pblegma, Spiritusque cum Floribus coeunt. Affunde novam

Aquam Fortem, atque denuò evoca, idque repete, donec Flores nihil Spirituum ampliùs retinere queant. Tunc destilla per Retortam primò excipiendo seorsum Humiditatem aqueam. dein mutato Excipulo Oleum albicans, ac ponderosum, instat Butyri Antimonii, relicto Capite mortuo inutili.

Vires. Idem ferè est cum Butyro Antimonii. Inservit Solutioni Solis, & est basis Præcipitati purgantis, ut & vomitorii. Hartmannus in Croll. pag. 224. Sennertus Instit. lib. 5. p. 3. f. 3. cap. 17.

Præcipitatum purgans, & vomitorium.

Rectificatur Oleum hoc per Retortam. hinc duplex inde paratur Præcipitatum, alterum dicitur πύμα, alterum πύμα solùm purgans. Prius fit, Oleum id instillando in Aquâ pivo. destill. Pulveremque ab acrimoniâ suâ Lotionis beneficio liberando: Posterius fit, Oleum id cum an. Ol. Tart. p. d. mixtum (per dies 2.) reponendo, & hinc similiter Flores edulcorando.

Dosis à gr. ʒ. ad 4.

14. Oleum Antimonii compositum ad Vulnèra.

℞. Antimonii, Sulphur. an. p. ij. Salis Ammoniaci, vel Salis Urinæ p. 1. Calcis vivæ p. vi. destilla Igne forti cum tribus Cohobis: quod sublimatum erit semper Capiti mortuo reddendo.

Vires. Mundificat optimè Vulnèra inveterata. Basilius.

15. Aliud Oleum.

Fit ejusdem qualitatis Oleum, si Antimonium cum Spir. Sal. com. imbiberis, ac postèa destillaveris. Tentzelius.

16. Aliud, Balsamum Antimonii dictum.

℞. Antimonii ℥. ij. Sal. Tart. ℥ss. Sal. Nit. ʒiv. Fluant Crucibulo forti, effundanturque in Tabulam lapideam.

℞. Massam hanc & Calc. vivæ ʒiij. misce & affunde Spiritum Terebinth. ad eminent. 4. digit. Digere Vase clauso per dies ac noct. aliquot: sic Spiritus Terebinthinæ rubro colore tingetur. Postèa adde Silices contusos ad spissitudinem aliquam, destillaque per Retortam.

NB. Ubi guttæ flavæ apparere incipiunt, muta Receptaculum, & auge Ignem, atque exstillabit Oleum rubrum. Sennertus.

Vires. Magnarum est virium in diuturnis Ulceribus.

N. Vide etiam Balsamum Antimonii Reguli. In Tincturis ex Regulo.

17. Balsamus Vulnerarius Basili.

℞. Antimonii opt. ℥. 1. Salis communis vel Sal. Gemmae ℥. ℥. Argillæ ℥. vi. M. & destilla Igne forti per Retortam, & prodibit tandem Oleum, quod dephlegma ad remanentiam Pulveris rubei, hunc solve per deliquium.

Vires. Summarum est virium, & Arcanum summum in Vulnèribus inveteratis. Basilius in C. triumph. Vide etiam Balsamum Reguli in Tincturis.

N. 1. Keslerus

℞. Antimonii, Sal. Gemmae (vel Sal. com.) ana. Aluminis ust. ℥. ℥. destillatque sine Argillâ.

Alii

10. &c. Olea Antimonii, quæ cum Sale communi fiunt, sive ficcâ sive humidâ viâ, ab AUTORE insinuantur No. 10. 12. 13. 14. 15. 17.

10. Num. 10. Reverà obtinetur simpliciter Butyrum Antimonii, ex quo Mercurius Vita seu Magisterium Antimonii præcipitatur. Qui legit Processum, facile hoc persentiscet.

12. Num. 12. Ex Regulo Antimonii stellato cum Mercurio sublimato, ipso AUTORE fatente, obtinetur saltem Butyrum Antimonii. Unde quoniam superiùs locuti sumus de Butyro Antimonii, non est ut jam multis dicam. Post Destillationem Antimonii, si Capiti mortuo affundatur Spiritus Vini, & fiat Extractio, & per Retortam destilletur, prodit

1. Spiritus Vini,

2. Liquor flavus, &

3. Liquor rubicundus, quem valdè commendant in Colicâ & Morbis Tartareis.

13. Aqua Fortis pro Oleo Antimonii crystallino Num. 13. adhibita, reverà est Spiritus Salis; unde cum Floribus Antimonii destillatus dat Liquorem butyrosus, ex quo etiam præcipitatur Mercurius Vita duplex ab AUTORE: nempe vehementior iste cum Aquâ communi præcipitando, vel correctior alter, cum Olei Tartari per deliquium corrigendus.

14. Num. 14. Habetur compositum Antimonii Oleum ad Vulnèra; cujus occasione considerabimus modum POLEMANNI.

NI parandi Balsamum Sulphuris, Tr. de Sulphure Philos. pag. 13. & 31. scilicet loco Sulphuris communis sumit Sulphur Auratum Antimonii, hoc solvit ac extrahit cum Spiritu Terebinthinæ, & facit Balsamum Sulphuris antimoniale, quod præfertur Balsamo Sulphuris communi, in Morbis externis curandis.

15. Num. 15. Sunt Liquores salini acido-sulphurei ad imitationem Butyri antimonialis, adeoque cautè usurpandi.

16. Num. 16. Est reverà Balsamum Sulphuris Antimonii. Nam Nitrum cum Antimonio mistum deslagrando alcalisatur, adeoque cum Sale Tartari junctis viribus agit in Sulphur Antimonii, quibus suas suppetias addit Calx viva. Sulphure antimoniali per Alcalia extraverso, affunditur Spiritus seu Oleum Terebinthinæ, & sic obtinetur genuinum Balsamum Sulphuris Antimonii. Destillatio, quam injungit AUTOR, est superflua; dubito enim, an de antimoniali Concreto aliquid per Retortam transeat? Faciliori viâ ex Sulphure Antimonii aurato parari potest hujusmodi Balsamum Sulphuris, Oleo quovis, vel destillato vel expresso; ad imitationem POLEMANNI l. jam citatis: sicut etiam facilior modus insinuatus est à ZWELFFERO Man. Spagy. pag. 381. Verum est, sanè nobilissima sunt hæc Balsama Sulphuris antimonialia usu chirurgico externo, tam pro consolidandis Vulnèribus, quàm mundificandis Ulceribus.

Alii

¶. Solum *Antimon.* & *Sal. Gemmæ* (sine Alumine & Argillâ) vel *Sal. Nit.* Vide *Basilium in repetit. Lapid.*

Alii

¶. *Antimonii* part. ij. *Sal. com.* p. j. *Bol. Armen.* p. ij.

N. 2. Processus est plurium (3.) dierum , instituendaque est Destillatio per gradus .

N. 3. *Oleum* hoc præcipitari potest cum *Aquâ* , *Præcipitatum* elotum exhibetur à gr. 3. ad 6.

18. *Spiritus ex Regulo .*

1. Figatur *Regulus* , (quod fieri potest multoties iteratis Sublimationibus , sive in Ovo Philosophico id fiat , sive in Cucurbitâ , quotidie scilicet id quod sublimatum est ad fundum detrudendo .)

2. *Regulus fixus* ponatur aliquamdiu (mens. 6.) in Gellam , ut solvatur ; *Oleum* illud filtra & coagulata ad spissitudinem . Hinc reponere ad liquefendum , filtra iterum , coagula ac solve iterum , ac cum triplo *Tripolæ* mixtum destilla per Retortam . Sic primò prodit *Spiritus albus* , dein *rubeus* : rectificata .

Vires . In Febribus omnibus Intermittentibus , ut & in Quartanâ , virium est summarum ; mundificat Sanguinem per diaphoresin , atterit Calculum Renum & Vesicæ , Materiam Podagricam discutit , Dolores vel extrinsecus applicatum lenit .

Dosis à gr. 3. ad 5.

19. *Aqua Antiepileptica ex Croco Metallorum Quercetani .*

¶. *Croc. Metall.* misce cum *Crustrâ Panis pulverisatâ* , ac elice *Aquam* per Cornutam ad Ignem fatis magnum .

Vires . Hanc pluris facit *Quercetanus* in Epilepsiâ , quàm reliquas suas Antiepilepticas omnes è Vegetabilium familiâ desumptas .

18. Processum *Spiritus ex Regulo Num. 18.* non puto esse genuinum .

19. *Num. 19. Destillatur Crocus Metallorum cum Pane* , ubi prodit saltem *Spiritus acidus Panis* , parùm vel nihil de Sulphure Antimonii participans ; ex quo patet , quid habendum sit de usu ejus antiepileptico ? Aliàs si rectè hæc instituitur Præparatio seu Destillatio , aliquid habet in recessu , quoniam multum præstat in eliciendis *Tinduris Metallorum* .

20. *Clyffos antimonialis* quod attinet : *Clyffi* nomine nil aliud insinuant quàm *Spiritus Minerale compositos* ; unde pro Ingredientium varietate multiformiter variant , omnes tamen ferè per Retortam tubulatam destillari solent . *AUTOR* noster *duplicem* habet *Clyffum* : vel *acidum* , vel *urinosum* . Ille parat à Sulphuribus , per deflagrationem sui acidum *Spiritus* suggerentibus . Hic ab iisdem , *Antimonio* cum *Tartaro* & *Nitro* misto .

In *Aquâ* ergò *Stimmi sulphureâ Num. 20. ex Antimonio, Nitro & Sulphure* paratâ , fundamentum Operationis consistit , quòd hæc ipsa *Ingredientia* in Retortam in fundo bene candelatam sensim sensimque cochleatim ingesta , Flammam concipiant , sub qua cum impetu *Spiritus acidum* in Receptaculum eructant , in quo propterea sit aliquid *Aquæ communis* , ut citiùs se uniant , & condensentur . Interea Nitrum deflagrans ex parte alcalisatur sub sui deflagratione cum Sulphure , atque agit in Antimonii Sulphur , quod subitanèam Inflammationem subterfugit , atque cum eo Caput mortuum instar Croci Metallorum , constituit . *Spiritus* cum summo impetu prodeunt ; unde inter Receptaculum , & Retortam parvum foraminulum sit apertum cum suo ligneo obturamento ad prohibendam ruptelam : simul quoque collo Receptaculi adhærere solent *Flores subrubicundi* , & *pallidi* : & quidem , ut eò citiùs *Spiritus* impetuosi condensentur in Receptaculo , convenienter applicatur eidem Linteum *Aquâ* frigidâ madidum . *Proportio Ingredientium AUTORIS* non videtur adeò concinna propter copiam Sulphuris ; namque tam in Sulphure communi , quàm Antimonio , Nitrum non potest convenienter deflagrare . Parum igitur *Clyffi* habetur : unde potiùs cum *GLAUBERO* hanc *Proportionem* assumamus : Nempe

¶. *Antimonii* ℥ij.

Nitri ℥ij.

Sulphuris ℥ij.

& destillentur more præscripto , & acquiritur hac viâ *Spiritus acidus volatilis* , simul *Flores Antimonii incarnati* elevantur .

Vel ad imitationem *CNOEFFELII* :

Ego huic labori dies ac noct. 3. integras frustra impendi : primò exiit *Pölegma* , secundò *Spiritus nebulosi* prodierunt , tertio *Sirra* , seu *Oleum rubicundum* , omnia autem in parvâ quantitate .

20. *Aquâ Stimmi Sulphurea. Clyffus aliàs .*

¶. *Antimon. elect. Sal. Nit. pur. Sulph. pur.* (an. ℥. 1.) propellantur per Retortam , in ventris capacitate superiori tubulatam , in Receptaculum amplum ac capacissimo rostro firmiter annexum , in quo infusa sit aliquota *Aquæ* pars . Injice *Materiam* sensim per vices , Tubulumque propediem obtura , videbis *Materiam* injectam paulò post incendi , Receptaculumque nebulosis Vaporibus repleri , quibus sensim *Aquæ* illi commixtis , Receptaculum pellucidum redditur : quo appa-
rente , injice iterum , &c. *Aquam Spiritibus destillatis imprægnatam* filtra , vel si placeat , & adustionem sapiat . à *Pblegmate* in Mar. Baln. libera. *Glauberus* ¶. *Antimon.* ℥ij. *Nitri* ℥ij. *Sulph.* ℥ij.

Vires . Crassam tartareamque Mucilaginem ubicunque locorum delitescat in Corpore , attenuat , ac per Emunctoria convenientia expurgat , per Alvim scilicet , per Urinam , per Sudorem , per Salivationem . Unde utilissimum Medicamentum audit in Obstructionibus Epatis , Lienis , Mesenterii , Uteri , in Affectu Hypochondriaco , Colico , & simil. præsertim si cum *CrySTALLIS Martis* acuatur . Miscetur cum *Aquâ Font.* vel alio *Liquore convenienti* , ad gratam aciditatem , bibiturque pro libitu .

21. *Aqua Stimmi Tartarea .*

Fit eodem modo ex *Antimonio* , *Tart.* & *Sal. com.* an. quibus si aliquid *Sulphuris* admiscetur , meliùs Destillatio procedit .

Vires . Prodest itidem in Obstructionibus , maximè autem expellit per Sudorem *Materiam* in habitu Corporis delitescentem .

N. 1. In

¶. *Nitri* p. ij.

Sulphuris crudi ,

Reguli Antimonii ana p. j.

Hæc invicem mixta destillent ; quod observetur contra *HOFFMANNUM Clave p. 317.*

Spiritus , qui prodit acidus volatilis sulphureus , est egregium Alterativum in Morbis acutis . *Julepis* permixtus : sicuti etiam loco *Acidularum Artificialium Porui* potest instillari : valde convenit etiam in Inflammationibus & Infarctionibus Viscerum , quòd referet . Sudoriferus simul est , & etiam Sanguinem ab inquinamentis variis non incommodè depurat . Præferendus ergò quibuscunque Spiritibus Mineralibus pro usu interno ; vi enim diuretica singulari pollet .

Loco *Aquæ* communis in Receptaculo contentæ , sunt , qui *Liquorem* seu *Aquam Betulæ* recipiunt bono cum consilio . Accipiunt enim sic *Liquorem* in depurando Sanguine , & per poros expellendis illius impuritatibus , mirabilem .

In genere solent hi *Clyffi* vocari *Spiritus pro Acidulis Artificialibus* , adeò , ut *Liquores potulenti* imprægnati his *Clyffis* soleant substitui à quibusdam , sed male , loco *Acidularum Naturalium* , & ob id vocantur *Acidulæ Artificiales* . Quidam *Nitro* , *Antimonio* & *Sulphuri* in debitâ proportionem mixtis , admiscunt simul *Terram sigillatam* seu *Bolum* optimam , & ita destillant per Retortam simplicem sine tubulis , sed optimè loricatam , priùsque irrorant *Pblegmate Vitrioli* , & Receptaculo immittunt *Rorem Majalem* vel *Aquam destillatam compositam appropriatam* .

21. *Aqua Stimmi Tartarea Num. 21.* fit ex *Antimonio* , *Tartaro* , & *Nitro* . Nam attactu Sulphuris Antimonii ac Tartari Nitrum cum istis inlignem Flammam concipit , sub qua *Oleum* Tartari copiosum abit in *Spiritus* urinosum , qui interdum etiam sub formâ *Salis volatilis* se concentrat , & de Sulphure antimoniali plus minus participat . Ritè enim paratus , obscurum rubicundum Colorem possidet : sub ista autem Deflagratione Nitrum alcalisatum cum aliquali *Salis fixi Tartari* parte agit in adjunctum Antimonium , & cum eodem *Crocum Metallorum* constituunt in *Capite mortuo* . Unde ex *Capite mortuo* adhuc *Regulus Antimonii* parari potest , & ex hujus *Scoriis Sulphur auratum Antimonii* , vel ex integro *Capite mortuo* cum triplo *Nitri* , *Antimonium diaphoreticum* obtinetur .

Spiritus qui prodit urinosus volatilis sulphureus , est *Spiritus Tartari* , egregium diureticum , diaphoreticum , & nephriticum , carminativum , Acidi correctivum , in genere plurimorum Affectuum chronicorum , sub Scorbuti aut Mali hypochondriaci nomine familiarium , mitigativum ,

N. 1. In utriusque Aquæ destillatione colligi possunt *Flores* qui à Sulphure per Sublimationem liberati in usum venire quoque possunt . .

N. 2. Ex Capite mortuo fit *Antimonium diaphoreticum*, si semel ac iterum cum *Sal. Nit.* ana calcinetur & dulcoretur, vel ex eodem *Sulphur auratum* extrahi potest, si cum *Lixivio forti* coquatur. Vide *Sulphur Antimonii*.

22. *Spiritus Antimonii compositus S. Classæi.*

Sulphuris antimonialis part. 1. *Colchotaris Vitrioli* part. 2. (*Classæus* ana: v. *infra*) M. & ter aut quater *Aceto* perfunde destillando cum *Cohobio*. Tandem ultimâ vice reponere *Pulveres* in Amphoram terream tubulatam (vitrea enim diffrangeretur) cum Recipiente amplo, urge Ignem in Reverberio clauso, spatio tridui integri, ut fieri solet in destillando *Oleo Vitrioli*, & *Spiritus* ab *Oleo* separata atque rectificata.

Vires. Inservit utrumque figendo *Mercurio* & *Cinnabari*.

IV.

L I Q U A T I O.

1. *Liquor seu Balsamus ex Scoriis Reguli.*

R. Scorias Reguli (sive simplicis, sive compositi,) expone Aëri humido, sic solventur propter *Salis Tart.* & *Sal Nit.* admixta.

Vires. In Chirurgiâ usûs est insignis, præsertim in *Fistulis* & *Ulceribus* fœtidis.

2. *Liquor ex Sale Vitri Antimonii.*

Fit si id *Albumine Ovi* ad duritiem cocti, vel *Raphano*, vel *Bryoniâ excavatâ* in *Cellâ* resolvatur.

Vires. *Liquor* hic assumptus intrinsecus *Quartanam*, *Podagricas* & *Defluxiones*, & *Paroxysmos* efficaciter compescit; In *Chirurgiâ* *Vulnera*, *Fistulas*, absque mordacitate tamen, à *Putredine* conservat & sanat.

Dosis ℞. ad ℥j.

vum, tum per se tum super proprium *Caput mortuum* rectificatus. Eodem modo parat *GLAUBERUS Spiritum Antimonii tartarificatum*, ex *Antimonii præp.* part. iij. & *Tartari crudi* p. xij. vel xv. Coquit in *Aquâ* ad solutionem *Tartari*, & *Antimonii*: *Solutionem* decantatam exhalat, & *Pulverem* destillat per suum *Furnum secundum* (cui potest substitui *Retorta*) in *Spiritum*, cum quo simul etiam prodit *Oleum*.

Pertinet etiam huc *Tinctura* famosa *Nephrítica Ammelungii*, quæ simili modo per *Retortam* ex ana *Tartari*, *Nitri*, *Antimonii*, aut *Mineræ* hujus, ac *Silicium Solarium* paratur. Quoad modum: pulverisantur omnia, præter *Nitrum*, *Pulveres* probè miscentur: mistis *Nitrum* in *Aquâ calidâ* solutum superfunditur, ac probè invicem subiguntur: hinc in *Cellam* per aliquot dies & noctes reponuntur, ac tandem per *Retortam tubulatam* destillantur, & prodit *Spiritus* rubicundus egregius, multi usûs in *Scorbuto*, *Cachexiâ*, *Affectu hypochondriaco*, &c. Imprimis autem *Nephrîtidis* atque *Calculi* solamen est: Videatur *CLAUDERUS de Tincturâ univ. sali* cap. 6. pag. 268. & 269.

Ejusdem naturæ est dictus *Spiritus Carminativus de tribus*, qui ex *Tartaro* & *Nitro* destillatur in *Receptaculum*, in quo fit aliquantulum *Spiritus Vini tartarificati*.

IV.

L I Q U A T I O.

Quoad LIQUATIONEM: *Scoria Reguli* per se diffiunt in Aëre humido, & *Liquor* Filtratione depuratus erit egregius in *Chirurgiâ*, uti habet *AUTOR*.

V.

E X T R A C T I O.

In formâ siccâ *SULPHURA*, in liquidâ verò *TINCTURAS* suggerit.

SULPHUR, uti notum est, copiosissimum reperitur in *Antimonio*, & quidem simillimum *Sulphuri communi*: quod ipsum tamen pro varietate *Additorum* varios induit *Colores*. Extrahitur autem ex *Antimonio* vel directè, vel indirectè.

Tom. IV.

V.

E X T R A C T I O.

Unde

S U L P H U R A E T T I N C T U R Æ.

Sulphura sunt *Extracta crassiora*.
Tincturæ sunt *Extracta magis elaborata*.

D E S U L P H U R I B U S.

Sulphura hæc extrahuntur plurimum cum *Lixivio forti*, vel & cum *Aceto destillato*. *Basilii* p. 218.

Lixivium forte ad Extractionem.

1. *R. Sal. Tart. Calc. viv. & Sal. com. ust. ana.* F. *Lixivium* filtratione clarificandum.
2. *R. Ciner. clavel. Calc. viv. & Ciner. comm. F. Lixivium.*
3. *R. Cal. viv. ℞. Aqu. ℞. xv. F. Lixivium.*

1. *Sulphur ex Minerâ Antimonii, vel Antimonio crudo.*

R. Minerâ Antimonii ℞. iij. v. &c. vel in defectu *Mineræ*, *R. Antimon. crud.* tere minutiff. & superfunde *Lixiv. forte* (ex *Calce vivâ & Aquâ*) digere per dies ac noctes 6. vel 7. ut fiat *Extractio*: *Extractionem* filtra, & leniter bulliundo reduc in *Pulverem rubeum*. *Hartmannus in præf.* *Keslerus* 2. c. 18.

N. Si experiri volueris, an aliquid *Sulphuris* supersit in *Materiâ*, transfunde nonnihil *Extractionis* in *Vas* aliud, instillaque *Acetum*, sic præcipitabitur *Sulphur* ad fundum.

Vires. Inservit extrahendæ *Tincturæ*, purgat itidem supra & infra. *Dosis* gr. 2. 3. 4. 5.

2. *Aliter.*

R. Antimonii pulver. q. f. Coque in *Lixivio forti*, præcipitaque *Aqu. pluviâ* (imprægnatâ *Acet. destillat.*) hinc edulcora.

Vires. Tutius agit per *Vomitum* quàm *Crocus Metallorum*.
Dosis gr. 3. 4. 5. *Beguinus & Quercetanus*.

Nix

Directè per *Alcalia fixa*, quos modos docet *AUTOR*; item per *Oleosa*, tam destillata, quàm expressa, ut in *Balsamis Sulphuris antimonialibus*, de quibus supra. *Indirectè* verò extrahitur per *Acida*, v. g. per *Aquam Fortem*, vel per *Aquam Regiam*. Hæc ipsa enim dum agunt in *Regulum Antimonii* immediatè per accidens faciunt, ut *Sulphur* separetur à *Regulo*, adedque per se haberi possit: qualis est modus *TACHENII in Hipp. Chymico*, quem etiam habet *ZWELFFERUS Mant. Spagy. pag. 831.*

2. *Sulphura* *AUTORIS* per *Alcalia extracta* in plurimis coincidunt cum *Croco Metallorum*, saltem quòd hic in viâ siccâ ferè præparetur: interim tamen etiam *Sulphura Antimonialia*, tam per *Alcalia soluta*, seu ex iis parata *Lixivia*, adedque in viâ humidâ, quàm non soluta in viâ siccâ, parari possunt. In viâ humidâ per *Liquores lixiviales*, vel ex *Calce vivâ*, vel *Sale Tartari*, extrahit *Sulphur ex Antimonio* *AUTOR* Num. 1. & 2. per *Digestionem*: quòd & *Liquor Silicium Glauberi* pertinet, cum quo fufum *Antimonium Sulphur* emittit: *Ratio*, quoniam *Salia* hæc *Alcalia* se promptè uniunt cum *Sulphure Antimonii*, quod in suo recessu est acidum: *Sulphur extractum* per *Acetum destillatum* facili modo præcipitatur; hoc enim se sociando cum *Alcali*, extrudit antea imbibitum *Sulphur*.

In viâ siccâ *Sulphur Antimonii* parat *WILLISIUS Pharm. Rat. P. 1. pag. 64.*

Vel

R. Antimonii ℞. ℞.

Calcis vivæ ℞. ij.

Mista probè calcinentur per 2. horas, & elixiventur: *Lixivio* instilletur *Acetum destillatum*: & *Flores* seu *Sulphur Antimonii*; elegantissimi ac crocei coloris, præcipitabitur, ex quo cum *Spiritu Vini tartarificato* *Tinctura* elici potest.

Sed utut his modis facilè & promptè *Sulphura* ex *Antimonio* extrahamus, tamen nec sic quidem à *regulino* consortio penitus immunia videntur, cum totum ferè *Antimonium* per *Alcalia* ita rubescit & sulphurari queat.

In secundo modo beneficio hujusmodi *Sulphuris Antimonii*, conjuncti cum *Sulphure communi* & *Nitro*, quidam volunt transmutare *Lunam in Solem*, ut videri potest in *SCHMUCKIO, Thesaur. 2. Secreto Chym. 12.*

Kkkk 2

Sul-

Nix Diaphoretica Antimonii S. Clossæi.

℞. Sulph. Antimonii hujus descript. vel Sulph. aurati diaphoret. ℥j. Ol. Vitrioli ℥ij. M. in Retortâ, fiet Massa nigra ut Pix, termentetur per noctem, postea per Reverberatorium exhibit Aqua acidula, & in fundo manebit Pulvis albus, excellens Diaphoreticum, valet etiam ad Vermes. Cum Pomatâ verò sequenti fit inde Cosmeticum præstans hoc modo:

℞. Axung. Porci ℔ j. Sevi Vervec. circa Renes collect. ℔. ij. Ireos Flor. ℥iv.

Caryoph.

Coriandr.

Benzoin.

Seyrac. calam.

Calam. arom. an. ℥ij.

Florum Lavend. quart. vi.

Bull. cum Rasur. Pomorum curtispicul. cum pellic. ℔. j. Aq. Ros. ℔. iij. in MB. per horas xi. in vase vitreo.

Colentur in Vas vitreatum: ubi refrixerint, Aqua & Fæces diligenter amoveantur, cum calore miti iterum liquefat, effundatur in Mortarium calens, ubi tamdiu agitur, donec in Pomatam albam, levem & boni odoris (addito Moscho) abierit, cujus singulis unciis immiscebis Antimonii Cosinetici ℥ij.

3. Sulphur ex Antimonio calcinato.

℞. Antimonii, Tart. ana. mixta liquefcat ad Ignem, postea effunde in Ollam plenam Aquâ calidâ, stentque per diem, dein decanta ac præcipita Sulphur, in stillatione Aceti, vel sola Coctione adhibita.

N. 1. Alii fundunt solum Antimonium, idque fufum effundunt dicto modo in Acetum destillatum acerrimum, vel Spiritum Sal. Nit. acuatum. Hinc decantant, præcipitatumque Pulverem colligunt.

N. 2. Nisi me felicior fueris, nihil efficies, cum nihil sit quod Sulphur Antimonii foras attrahat.

Alii

℞. Mart. p. i. fundunt, fusoque injiciant Antimonii p. ii. atque dicto modo affundunt in Aceto destillato.

4. Aliter.

℞. Antimonii p. ij. Scor. Mart. (Hammer Schlag,) Sulph.

an. p. i. M. & injice sensim super Sal. Nit. & Tart. ad Ignem fluentia, hinc fluant simul optinè, dein extrahe Sulphur coquendo in Lixivio forti, præcipitaque in stillatione Aceti destillati.

Vires. Purgat per Alvum.

Dosis gr. 4. 5. 6. 7. 8.

5. Sulphur ex Croco Metallorum.

Fit eodem modo: Hepar scil. Antimonii coquatur in Lixivio forti, vel solâ Aquâ, (ut in edulcoratione Croci Metallor.)

6. Aliter.

℞. Antimonii & Tart. pulverisatorum ana ℔. iij. cemententur per 4. aut 5. horas, Vase probè incandescente, quod tandem projecies in Mensur. 2. Aceti, & per horam unam aut alteram ebullire fines, cola Acetum & coagula in Pulverem. Ex S. Clossæo.

7. Sulphur ex Scoriis Reguli: Sulphur Auratum Antimonii.

℞. Scorias à Regulo separatas, easque coque in Lixivium, trajiceque per Chartam: Colaturâ insperge Acetum, & præcipitabitur Sulphur Auratum Antimonii, quod decantato Lixivio edulcorandum.

Vires. Movet Vomitus, ac interdum Secessum.

Dosis gr. vj.

8. Sulphur ex Regulo Antimonii Joviali.

Fiat Hepar ex Regulo Joviali & Sal. Nit. Hoc Hepar sine abluitione coque in Lixivio forti, ut abstrahatur Sulphur: decanta & præcipita in stillatione Aceti destillati.

Quercetanus in Tetrad.

9. Aliud.

℞. Antimon. crud. per Aqu. Regal. præcipitatum & edulcoratum, coque bulliendo in Lixivio Tart. decantaque, Lixivium tinctum evaporet, sic remanebit in fundo Sulphur Antimonii cum Sal. Tart. sublimabitur Sulphur Antimonii purum. Sala de Antimonio.

10. Sulphur ex Cinnabari Antimonii, Sulphur Antimonii verum.

Cinnabaris Antimonii pulverisat. coquatur ebulliendo in Lixi-

Sulphura hæc Antimonialia in Pulverem fixum diaphoreticum redigere docet AUTOR tit. Nix diaphoretica. Ac sanè succedit negotium cum Oleo Vitrioli ex AUTORE modo præscripto. Sed tutius ac pro usu medico concinnius fit Pulvis Diaphoreticus, si cum sextuplo Spiritus Nitri Fixatio instituat.

3. 6. In Præparatione Sulphuris ex Antimonio calcinato Num. 3. Tartarus alcalisatus agit in Sulphur Antimonii, unde postmodum Sal Tartari, imprægnatum Sulphure Antimonii, solvitur in Aqua, ex qua Solutione beneficio Acidi præcipitatur Sulphur, quoniam Acidum se conjungit cum Sale alcali Tartari. Sed necesse est, ut diu ac probè in Igne subsistant, aliàs cum AUTORE frustra laboramus. Par ratio est Sulphuris Num. 6. insinuat.

Pertinet huc Tartarus tartarisatus Antimonii. Recipiuntur scilicet Scoriae Reguli Antimonii, parati ex Tartari, Nitri & Antimonii ana: solvuntur in Aquâ simplici, & filtrantur: ex Aquâ filtratâ beneficio Solutionis Crystallorum Tartari præcipitatur Sulphur, & hoc Sulphur præcipitatum beneficio Filtri separatur: Aqua reliqua Sale fixo Tartari & Nitri, item Crystallis Tartari solutis imprægnata, post levem evaporationem coagulatur in Crystallos, quæ vocantur Tartarus tartarisatus Antimonii, & convenit in Febribus intermittentibus, præmissis imprimis Universalibus.

Modus Autoris cum Marte separandi Sulphur Antimonii, quòd minus procedat, asserit HOFFMANNUS l. a. pag. 319. Sed ipse non probavit, sicuti plura alia ab eo sine propria Experimentia posita arbitror. Interim non impossibile est negotium: nempe Sulphur Antimonii adoretur Martem, qui dum ab Aceto destillato fortiori seu manifestiori Acido roditur, Sulphur illud dimittit.

4. Juxta modum Num. 4. fit Regulus Antimonialis, ex cujus Scoriis facile Sulphur extrahi & præcipitari potest.

5. 8. Num. 5. & 8. Ab Alcali Nitri in Hepate Antimonii, acuat ab Alcalibus Lixivii, elicitor Sulphur, Acidi in stillatione facile præcipitabile.

7. Num. 7. ex Scoriis Reguli Sulphur Auratum triplex habetur: quod primò præcipitatur, est vehementissimum, & quasi

Crocus metallorum, supra & infra purgans: quod verò secundâ vice cadit, mitius est: mitissimum, quia fixissimum, quod ultimâ Præcipitatione separatur. Potest etiam sub hac ipsâ ultimâ Præcipitatione artificiosâ encheiresi præcipitari Pulvis Antiepilepticus quorundam anodynus, singularis reverà somniferus, cujus usu repetito observavi, quòd primâ vice ordinariè Vomitus faciat, post horas aliquot, Vomitu & vi emeticâ cessante, Somnum inferat; quo tamen Ægri Sudore frigido ferè diffuunt: sed parum suggerit. Remedium polychrestum est in casibus multis propter vim diaphoreticam & anodynâ.

Dosis in Adultis gr. ij. vel iij. in Infante respectu virium, v. g. unius anni g. j. ℥. ad ij. pro duabus dosibus; interea quoque gr. j. pro duabus dosibus sufficit. Loco Aceti quidam cum Tartaro hocce Sulphur præcipitare, & inde universale Purgans per inferiora parare satagunt: Nempe

℞. Antimonii crudi,

Tartari,

Nitri ana part. æqual.

Scorsim pulverisata misceantur exactè, detonentur in Crucibulo, & fluant; separatur inde Regulus, quod si necesse videatur, separatio Reguli etiam secundâ vice fieri potest. Jam

℞. Scoriae: paratur exinde cum Aquâ simplici Solutio: præcipitetur pedetentim cum Aquâ calidâ, in qua Tartarus albus probè pulverisatus solutus fit, Sulphur præcipitatum edulcoretur postmodum probè.

Dosis est Adultis à gr. j. ad v. Infanti gr. j. arbitror mitius ac tutius futurum Remedium, si Spiritus Vini desuper deflagretur.

Ipsam Solutioem Scoriarum Reguli Antimonii prodest in Ulceribus malignis, uti superius dictum.

9. Modus Num. 9 non multum abluat à Modo WILLI-SII, quia Alcali Tartari solvit Sulphur & extrahit, Acido Aquæ Regiæ cum substantiâ regulinâ conjuncto manente.

10. Num. 10. AUTOR vult habere Sulphur ex Cinnabari Antimonii, quod acquiritur cum Lixivio Salis Tartari vel Cinnabaris clavellatorum: sic præcipitatur in fundum Lixivii Mer-

Lixivio fortissimo (ex *Cineribus clavell. & Cale. viv. ana. vel ex Sul. Tart. Sul. Nitr. & Calc. vivâ*,) per hor. 3. vel 4. Decantetur *Lixivium* à *Mercur. vivo*, qui currit in fundo, filtraturque: hinc reponatur, ut *Sulphur* subsideat coloris rubei, quod à *Lixivio* separatum edulcoretur sæpiùs *Aquâ communi calidâ*; dein leni Calore exsicceetur, & habes *Sulphur Antimonii genuinum*. Hinc paratur

Panacea Sulphuris Antimonii veri.

1. *R. Sulphur jam descript.*

Regul. Antimonii an. ℥j;

Ole. Sulph. per C. vel Ole. Vitrioli rectificatiss. ℥iij.

Digere per aliquot dies (8.) in loco calido, deinde destilla ex *Arenâ* per *Retortam vitream*, ter ad minimum cohobando; urge postremò Igne quarti gradus hor. 12. & erit totaliter fixum, quod exime, & cum *Aqu. Rosar. lava & exsicca*.

N. Præstat *Materiam Retorsâ fractâ exemptam* sub *Tegulâ hor. 5. 6. reverberare*.

2. *R. Hujus Pulver. ℥j.*

Mag. vel Sul. Coral. ℥ij. M. exactè.

Vires. Est instar *Panacæ*; habet nimirum in se vim *diaphoreticam*, ac *Sanguinem mundificandi*, ideoque quibuslibet

Mercurius vivus, & *Sulphur* in *Cinnabari* cum *Mercurio* antea conjunctum, cum *Lixivio* decantari potest. Sed non est consultum; *Mercurius* enim *Sulphuri* antimoniali conjunctus, non deprimit ejus naturam, sed magis *Sulphur* hoc extravertit, & sic bonum Medicamentum per sui destructionem enervatur. Fundamentum separationis *Sulphuris Antimonii* à *Mercurio* consistit in hoc: quoniam *Alcalia* solvunt *Sulphur*, & dum hujus *Acidum* magis ab illis saturatur, quàm à *Mercurio*, hic dimittitur. Verum quidem est *Antimoniale Sulphur*, externum tamen, hoc ipso modo obtineri, ipso *Mercurio* revivificato pro *Remediis Mercurialibus* parandis, propter sui puritatem aptissimo. Variat interim separandi hoc *Sulphur* modus: dum quidam *Cinnabarium* in *Lixivio coltam* præcipitant cum *Aceto destillato* in *Sulphur* grumulosum, fundum petens, inflammabile: quod si digeratur cum *Spiritu Vini* & destilletur per *Retortam*, prodit primò *Menstruum*, nempe *Spiritus Vini*; deinde *Sanguis oleosus* dulcissimus elicitur, qui optimus est *Medicamentum* in depurando *Sanguine*, & quamplurimis *Affectibus*, ut dicit **POPPIUS** *Tr. de Antim. pag. 45.* Vel *Sulphur Antimonii* acquiritur cum *Limaturâ Martis*: e. g.

℥. Cinn. Antimonii p. ij.

Limat. Martis p. j.

Pellantur per *Retortam* in *Aquam frigidam*, & acquiritur *Mercurius vivus*: *Acidum* enim *Sulphuris* rodendo *Martem*, *Mercurium* dimittit vivum. Corpus in fundo remanens, & quod reverà continet in se *Sulphur auratum Antimonii*, sublimetur cum *Sale Ammoniaco*, *Flores* solvantur in *Aquâ*, & præcipitentur cum *Aceto destillato*, & habebitur *Medicamentum nobile ex Marte & Antimonio*.

Paratur ex hoc *Sulphure Panacea Sulphuris Antimonii*, quæ mirè commendatur in *Masâ sanguineâ* depurandâ cum leni *diaphoresi*, imprimis cum *Antimonio* per se totum Corpus mirificè purificet, uti superiùs dixi, quod uti *Aurum*, ita & Corpus humanum à *lordibus* liberet. In *Epilepsiâ* quoque mirè laudatur hæc *Panacea*, item in *Dysenteria malignâ*. Loco autem *Panacæ* ex hocce *Sulphure cinnabarino*, magis consultum videtur consilium **HOFFMANNI**, substituendum esse *Bezoardicum Solare* cum *Cinnabari antimoniali* mistum.

Mercurius ex Cinnabari revivificatus est depuratissimus, & propterea commodè potest usurpari in Corpore humano, item commodè assumitur pro parandâ *Arbore Hermetica*.

Hæc quidem modis per *Alcalia fixa* eliciunt *Antimonii Sulphura*, observandum autem, non tantùm per *Salia Alcalia fixa* hoc fieri posse, sed & *Alcalia volatilia* suum jus exercere in *Concretum antimoniale*, & *Sulphura* ejus elicere: sicuti hoc ipsum actu fit in *Sublimatione Florum* cum *Sale Ammoniaco*. *Acidum* enim hujus *Salis* dum agit in *Regulum*, *Alcali volatile* agit in *Sulphur*, & ita ex his omnibus junctis assurgunt *Flores inflammabiles*, qui tamen à *Sale Ammoniaco* eloti, *Sulphur inflammabile* repræsentant: **CONF. BASILIUS VALENTINUS** pag. 283. Quoniam tamen de integro antimoniali Corpore participant, ferè vomitorii existunt. Quidam ergò cautius per *Sal Ammoniacum Sulphur Antimonii* sic præparant; sed benè observandæ sunt *Encheireses*; scilicet

℥. Miner. Antimonii Hungar. aut Antimonii crudi

Morbis per *Sudorem sanabilibus* inservire potest, præcipuè *Lui Venereæ*, sæditatque *Cutis*. Repetenda est *Dosis* sæpiùs in quibuslibet *Morbis*, præsertim verò in *Epidemiis*, & *Malignitatem* aliquam secum vehentibus.

Dosis à gr. 10. ad 15. & 20.

Hartmannus in *Croll. in præf. Agricola de Antimonio*.

D E T I N C T U R I S.

De *Tincturis Antimonii* notare in genere expedit, quòd monente *Basilio*, *Acetum destillatum* in priori *Extractione* adhibitum *Spiritus purgantes* figat (ita ut per *Urinam*, *Sudores* & *Ptyalismum* duntaxat operentur, etiam postmodum per *Spiritum Vini* extrahantur,) & contrà *Spiritus Vini* vim in eadem *dejectionem* augeat. *Basilus*.

Tinctura Antimonii nihil aliud est, quàm portio aliqua *Antimonii* idoneo *Menstruo* soluta & exaltata, eaque potissimum sub *Colore rubeo*.

Abfolvitur *Tinctura Preparatio* plerumque duabus *Operationibus*: *Extractione* scilicet & *Exaltatione*. Hæc ferè non nisi *Spiritu Vini* perficitur, illa potissimum *Aceto destillato*, quod plerumque acuitur aliquo *Spiritu acido*.

1. Tin-

minutiss. pulver. ℥vj.

Sal. Ammoniaci sublimando depur. ℥iv.

Quidam ana recipere amant.

Terantur probè in *Marmore subtilissimè* ac citissimè per *trihorium*; quò citius, eò melius: hinc in *Cucurbitâ* sublimatoriâ, vel etiam *Vase sublimatorio* plani fundi, speciatim ad hoc constructo, fiat *Sublimatio* lenissimo *Igne Cinerum* vel *Arenæ* per duos dies. Sed observetur simul hoc, quod unâ vice ultra ℥viij. *Mistura* *Vasi* sublimatorio non debeant ingeri: deinde *blandus*, sed æqualis *Ignis* gradus per duos dies & noctes continueatur: ascendit enim sic *subtile* admodum *Sulphur colore aurantio*, quod assumptum in quamplurimis *Morbis* egregiè convenit, insensibiliter operando: edulcoratur cum *Aquâ pluviali destillatâ* aliquoties, ut omnis *Acrimonia salina* eluatur, & exsicceetur.

Sed probè attendatur *Ignis gradus*: si enim in hoc erremus, impuritas quædam *Mercurialis* elevatur, unde *Remedium emetico-catharticum* evadit. Quòd si ulterius *Remedium* hoc perficere velimus, *Pulvis* exsiccatu ponatur in *Phialam* in lento *Igne* per dies & noctes octo, tunc fit *rubicundissimus*; eximatur, & habebimus *veram Antimonii Essentiam volatilem*, quæ meretur nomen *Sulphuris Solaris* ob virtutes eximias. *Edulcoratum Sal Ammoniacum* evaporet ad dimidiam partem, stet in loco leniter calido, tunc præcipitabit se *Pulvis rubeus* elegantioris coloris, quàm primus: & exsiccatu instar *Sulphuris* ardet, & in *Febribus* plurima facit.

Non minor ergò *Alcalium volatilem* vis & potestas est in *Antimonio Sulphur*, quàm *Alcalium fixorum*; quod patet etiam ex *Spiritu Urinæ*, quo si crebriùs irroretur *Minera Antimonii* & probè impastetur, fit *Mistura nigricans*; *Aëri* verò exposita, brevi post colore aureo undique fulgebit, ac instar *Sulphuris aurati Antimonii* colorabitur. Id quod persuadet etiam, hac ratione *Sulphur* quoddam antimoniale parabile esse.

TINCTURÆ ANTIMONII. Sequuntur *Tinctura*: Quid sit *Tinctura*? optimè loquitur **AUTOR**, qui videatur. *Tinctura Antimoniales vix prostant genuinæ*, hoc est, de intrinseco nobiliore & fixiore ejus *Sulphure* participant, quod *Sulphur* intimè in *Regulo concentratum naturæ Solaris* dicitur ab omnibus *Chymiatris*: adeoque genuinæ *Tincturæ Antimonii* non minoris æstimandæ sunt, quàm ipsæ *Solares Tincturæ*? & talis *Tincturæ Antimonialis* *Præparationem* non minùs difficilem paratu esse arbitror, quam *Metallorum perfectorum Tincturas*, de quibus *suprà* prolixius actum.

Unde hætenus cognitæ *Antimoniales Tincturæ Extractions* saltem & *Secretiones* sunt *Sulphuris Antimonii externi*: interim tamen non penitus propterea contemnendæ ac rejiciendæ, quin cautè & artificiosè paratæ usui *Medico* subinde egregiè inserviunt. Patet *difficultas genuinæ Tincturæ Preparations*, quia postquam quocunque modo per *Antimonii Correctionem*, per *Extractionem* cum *Alcalibus*, aliisque viis *Sulphur* illud externum fuerit separatum; *Regulus* tamen ejusdem ponderis ac ante *Operationes* has, vel non immutatus remanet, vel apparenter larvatus licet, facile *reductibilis* est. Hinc est, quod imprimis pro genuinis magis, aut huic vicinioribus *Tincturis* parandis, *Vitrum Anti-*

1. *Tinctura ex Antimonio crudo.*

N. 1. *Antimonii pulv.* extrahe *Tincturam rubicundam* s. a. cum *Spir. Vitrioli Philosoph.* digerendo in Cineribus, hinc decanta: decantatas *Tincturas* confunde, abstrahereque *Spiritum Vitrioli* in Mar. Baln. l. Igne donec guttæ flavescant.

2. *Tinctura* in fundo remanenti affunde *Vini Spiritum reffificatum*, extraheque *Spiritum Vini* Igne Mar. Baln. donec itidem guttæ flavescant. Tunc mutato Recipiente, Igne fortiori propelle *Tincturam*.

Vires. Balsamum mirum est, quo uti possumus ad Valnera curanda, tam interna, quàm externa: movet Sudorem, nonnunquam etiam Secessum & Vomitum: emendat Symptomata Veneni, Lepre. *Faber Monsp.*

Alii pro Menstruo utuntur *Aquâ Forti*, ex *Vitriol. Virid. Æris & Alumina. plumoso.*

2. *Alia, Balsamus Vita Basili.*

N. *Antimonii crud.* q. v. extrahe *Tincturam rubicundam* cum *Aceto destillato radicato*, digerendo per mensem: *Filtraturam* digere iterum per mensem, & nigrescet. Abstrahere *Acetum destillat.* ad siccitatem, edulcora & circola cum *Spir. Vini opt.* ad eminent. 3. vel 4. digit. per mensem unum ac alterum, Vase clauso: decanta dein & destilla ex Cineribus, & prodibit *Spir. Vini imprægnatus Tincturâ Antimonii*: circola per dies ac noct. 10. circiter, & subsidebit *Tinctura*, quam per Tritorium à *Spiritu Vini* separa.

N. Gandefac primùm *Antimonium*: hinc injice in *Aceto destillato*.

Vires. Summarum est virium, mundificat Sanguinem, curat Morphæam, Scabiem, exhilarat Spiritus.

3. *Aliter.*

N. *Antimonii crudi* q. v. extrahe *Tincturam rubicundam* cum *Aceto Antimonii*, digerendo aliquamdiu, decanta, abstrahereque *Acetum & pelle Tincturam* per Alembicum ex Arenâ.

Vires. Summè prodest in Morphæâ, Lue Venereâ &c. *Basilius.*

4. *Alia, Manna Antimonii dista.*

N. *Antimonium pulverif.* extrahe *Tincturam* cum *Spiritu Antimonii essentificato*: filtra ac abstrahere. Hinc digere cum *Spir. Vini*, ac abstrahere.

Spiritus Antimonii essentificatus præparetur ex *Magnesiâ*, acuatque *nativa suo Sale*.

Integrum equidem adscripsissem Processum: verùm cum id forsitan Dn. D. Paulo Kesler, cui illum acceptum fero, ingratum foret, Descriptionem, quam dedi, eamque vel Tyrone Chymicæ satis perspicuam, æqui bonique consule.

Ex Antimonio calcinato.

Tinctura ex Vitro Antimonii, Magisterium Antimonii Sale: Oleum Vitri Antimonii Basili.

N. *Vitr. Antimonii* $\frac{3}{8}$ lævigato affunde *Acetum destillatum acerrimum*, vel acuatam *Spiritu Sal. com.* (aliàs incassum labora-

Antimonii hyacinthinum seligere soleant Chymiatrî; quia hoc Sulphur volatile externum in Calcinatione maximam partem amisit. Sed & hic dubium est: Annon rubedo seu hyacinthinus Vitri color à Sulphuris externi aliquantillo ejus relicto dependeat? quia, postquam ex tali Vitro omnis Tinctura per Spiritum Viridis Æris fuerit extracta, relictum hujus Caput mortuum in verum Regulum abire solet, adeoque Sulphur illud internum Solare illibatam retinet. Adhuc ex Capite mortuo Butyri Antimonii, ritè parati, Vitrum elicitur, Sulphure externo propter Cinnabarim sublimatam carens, indeque Vitrum album exhibens; ex quo si non parari possunt æquè Tincturæ, atque ex illo vulgari hyacinthino, manifestum evadit; quòd istæ magis de Sulphure externo Vitri hyacinthini quàm interno participant, adeoque, rigorosè loquendo, adèd genuinæ non sunt. De verâ & legitimâ Antimonii Tincturâ refertur, quòd scilicet ejus $\frac{3}{8}$ Luna $\frac{3}{xx}$ debeant tingere in Solem; quia Sulphur Antimonii dicitur esse de naturâ Solari.

Præparaciones autem *Tincturarum* sunt quamplurimæ, & tot, quot capita. AUTOR noster habet Modos 33. quos inter nulla Tinctura est genuina. Interim certum est, quòd si genuina quædam, vel huic proxima, Tinctura paranda veniat, ea ex Vitro Antimonii elicienda. Optimus hinc est Dux BASILIUS VALENTINUS in Curru triumphali, cujus vestigiis adèd laudabiliter insistit KERCKRINGIUS p. 149. Sanè hoc loco descripta & explicata Tinctura inter hæcenus cognitatas palmam omnibus præripere videtur: & si quæ Tinctura Antimonii usum præstare valet, qui esse dicitur, quòd Antimonium æquè Corpus humanum purificare, atque Aurum purissimum reddere soleat; hoc sanè hæc ipsa Tinctura præstare poterit. Hujus nonnihil laboriosioris loco sit quasi Vicaria illa, quæ ex Vitro pariter per Spiritum Vini ammoniacalem, qui vim singularem in Vitrum Antimonii pro extrahendo & extrahendo Sulphure fixiori habet, parare docetur à KERCKRINGIO p. 145. quale Sulphur Antimonii fixum vim habet egregiam anodynâ, & vi totius Corporis purificativâ pollet; vel sit elegans illa ZWELFFERI in Mant. spag. p. 381. & 382. atque BOYLE Philos. Experimental. P. 2. p. 14. ex Vitro Antimonii, aut Antimonio crudo, cum Spiritu Viridis Æris legitimè parato elaborata. Extractio Igne Arenæ ad Syrupi consistentiam evaporet, ex quo cum Spiritu Vini Tinctura extrahenda, moderato Igne ad debitam consistentiam abstrahenda. Hæc etiam aliquo modo laxat, & præterea Sanguinem purificat, quod proprium est omnibus Tincturis Antimonii.

Objiciat quis: Vitrum Antimonii esse cathartico-vomitivum. Verum est; sed vis hæc ab Acido ita figitur, ut habeatur Medicina insons.

Vulgarium alias, & aliàs cognitarum Tincturarum, tam ab AUTORE, quàm aliis descriptarum, fundamentum est Sulphuris externi extraversio, sive per Alcalia sive per Acida fiant. Unde quæ ordinariè profant, saltem extraversi

hujus Sulphuris cum Spiritu Vini imbibitiones, adeoque nunc plus nunc minus subtiles esse solent. Sic per Lixivia alcalia extraversum Sulphur cum Spiritu Vini Tincturam constituit, quando ex Scoritis Reguli Antimonii paratur Tinctura; (vid. KERCKRINGIUS pag. 234.) vel quando ex Antimonio, cum duplo Alkali Tartari colliquato, mediante Spiritu Vini reffificato fit Tinctura Antimonii analeptica Willisi in Pharm. Rat. P. 1. pag. 64; vel quando ex Antimonio & Tartaro invicem colliquatis cum Spiritu Vini fit Tinctura, ut illa AUTORIS N. 12. MICHAELIS olim in frequenti usu: vel etiam quando ex Croco Metallorum eadem mediante Spiritu Vini elicitur, qui modus est AUTORIS N. 10. Quando vero rosione Reguli per Acida, per accidens Sulphur externum manifestius factum, postmodum cum Spiritu Vini elicitur, aut mediantibus illis Acidis antimoniales particule solutæ cum Spiritu Vini in Tincturam unibiles reddantur, illud fit speciatim per præviam cum Aceto destillato aut Spiritu Viridis Æris solutionem & extractionem; qualis v. g. ista ZWELFFERI loco citato, vel HOFFMANNI Clav. p. 321. ex Vitro Antimonii Solari: vel ista AUTORIS ex eodem Vitro N. 8. vel ex Antimonio fixo AUTORIS N. 16. Item ex Floribus AUTORIS N. 23. & 24. Ad hæc Classess tantum non omnes aliàs cognitæ & usitatæ Tincturæ facillè redigi possunt.

1. *Tincturam Antimonii cum Spiritu Vitrioli Philosophico.* N. 1. parant quidam, affundendo Mineræ Antimonii dictum Spiritum, aliquoties cohobant, & ita postmodum elegantes Crystallus acquirunt, ex Remanentiâ verò Tincturam extrahunt. Modus est hic:

¶ *Mineræ Antimonii* $\frac{ss.$ ij.

Pulverifatae superfundunt

Spiritum Vitrioli philosophicum ad eminentiam trium digitorum:

Et in aliquot diebus & noctibus solvitur in Viscositate rubicundam, reiterantque, donec omnis rubedo extracta. Extractum destillant ad Mellaginem, quæ Mellago Cochlear argenteum inaurare dicitur. Hanc Mellaginem extrahunt cum Spiritu Vini, & est elegans Tinctura; vel abstrahunt Spiritum Vini destillando, & aucto Igne prodit Oleum Antimonii rubecum. Caput mortuum calcinatur, & cum Aceto destillato extrahitur. Sal purificatur, & cum Oleo prædicto digeritur, & aliquoties destillatur, donec omnia transcant, qui est Liqueur magnæ commendationis.

3. In Tincturâ ex Antimonio crudo cum Aceto Antimonii N. 3. ut legitimè procedatur, præprimis attendenda Encheiresis, quàm descripsit THOLDIUS Comm. in Suchten. de Antim. pag. 339. & hinc vocatur ab HILDESHEIM, p. 435. de Affectibus Cerebri, hoc Oleum Antimonii Melle dulcius, & in transitu per Alembicum miros & aspectu suaves Colores præsentare dicitur.

5. Tinctura ista ex Vitro Antimonii N. 5. est nobilis, quam parat:

boraveris) ad eminent. 2. aut 3. digit. digere in Arenæ Galore, qui manu absque adustione tolerari possit, per dies ac noct. 30. circiter, quotidie semel aut bis agitando, &c. *Tinctum Liquorem* decanta & abstrahe *Acetum destillatum* ad coagulationem usque subsuscama & acrem (ad siccitatem *Pulveris*, *Basilii*.) Hæc exposita æteri dissolvitur in *Liquorem*, qui vitreo Vase probe obturato servetur, ne liqueat & evaporet. *Sala*, *Tholdius in Halograph. pag. 196.*

Huic affunde *Spirit. Vini*, ac extrahe iterum, decanta à Fæcibus, tandemque *Spirit. Vini* abstrahe. Dicitur *Alexisterium Antimoniale*, *Basilio in Curr. Triumph.* qui *Pulverem* ante Spiritus Vini affusionem edulcorat *Aqua destillata* iteratis abstractionibus.

N. Hæc *Tinctura*, quandoquidem difficulter retineri queat, quin liqueat, paratur exinde *Bezoardicum*, quod

R. Spir. bujus Antimonialis, ad Mellis consistentiam inspissati ℥ij. C. C. *ust. præparat.* ℥j. M. exactè & exsiccata lentè.

Vires. Utrumque conducit ad Obstructiones omnes inveteratas Hepatis, Lienis, Pulmonum, &c. Item adversus Menstrum retentionem, Leucophlegmatiam Virginum, Ictericam utramque, Hydropem, Pthilium, Asthma, Pleuresim, Cachexiam, Melancholiam Hypochondriacam, itemque ad Ulcera, tam externa, quàm interna, Scabies quascunque & Pruriginem, Luem Veneream, Febres pestilentiales continuas, putridas, &c. Morbillos, Variolas: noxia expurgat per Sudorem, Urinam, Salivationem: usus ejus continuari potest. *Basiliius, Tentzelius.*

Dosis Tincturæ à g. 3. ad 9. in *Vino Malvat.* vel *alio Liquore*. *Bezoardici* à g. 4. ad 12. &

Acetum ad hoc opus idoneum huc refer ex destillatione *Aceti*. Eodem modo eadem *Tinctura* parari potest, si loco *Aceti* destillati sumatur *Aqu. Fort. ex Vitriol. Sal. Nit. Calc. viviana* ℥ij. *Sal. Ammoniac.* ℥iv. *Acet. destillat.* ℥. iij. quæ digesta destillantur per Retortam, ut *Aqua Fortis* destillari solet. *Liquor* rectificatur ab æquali pondere *Sal. com. Keslerus* 1. c. 30.

N. *Pulvis* ille ante effusionem Spiritus Vini *Albumini Oorum coctorum* inpositus, in *Liquorem* convertitur, *Vulneribus recentibus* & inveteratis, malignisque sanandis utilissimus. *Basiliius.*

6. Alia Tinctura Antimonii Vitri, ex Minerâ facti.

Extrahe primò cum *Aceto proprio*, decanta ac abstrahe. Extrahe secundo cum *Spiritu Vini opt.* decanta (rejectione Fæcibus,) ac circula.

N. Si *Tincturam* hanc per mensem unum ac alterum circulatam destillaveris, consequeris *Oleum* seu *Essentiam Antimonii*, omnium ferè Morborum Panaceam, ex qua *Lapis Ignis*.

Dosis gutt. 8. *Basiliius.*

7. Alia ex Vitro Antimonii Solari.

R. Vitri Antimonii Solaris q. v. affunde *Spirit. Vini* rectificatiss. ad eminent. digitorum 4. digere in Vase clauso, & extrahetur *Tinctura rubicundissima*, quam serva, & adhibe sine Abstractione.

Vires. Moveat Sudorem citra Vomitum & Nauseam; mundificat Sanguinem ab omnibus impuritibus & sæculentiis tartareis. Salem microcosmicum resolutum (ex quo Hydrops) coagulat, & Phlegmata noxia ex Corpora exterminat, Podagricos juvat, præsertim si cum *Arcano Filicis* fuerit propinata. Dolores Artuum ex Lue Venereâ tollit, ut & ipsam Luem Veneream cum *Decoctis convenientibus*. Curat Ulcera: in Peste & aliis Morbis Epidemiciis magnum exhibet solamen.

Dosis à ℥ij. ad ℥iij. vel plures.

N. 1. Post Extractionem, quæ per diem ac noctem fieri ferè potest, Remanentia denuò fundi potest in *Corpus Solare album*. *Hartmannus in Croll. Keslerus* 2. c. 30.

N. 2. Quandoquidem vis dejectoria *Aceti* destillati vi refrænatur, non abs re foret primò hanc *Tincturam* cum *Aceto destillato* (ut in præcedenti Præparatione) extraxisse.

parare BASILIUS VALENTINUS docet, & genuinam Encheiresin insinuat KERCKRINGIUS p. 149.

7. *Tinctura ex Vitro Antimonii Solari* N. 7. non succedit, nisi priùs mediante *Spiritu Viridis Æris* particulæ antimoniales solutæ, fiant aptæ, quin à *Spiritu Vini* solvantur.

12. Loco *Tincturæ ex Antimonio tartarificato* Num. 12. assumi possunt *Scoriæ Reguli Antimonii*, affundendo *Spiritum Vini*, & ita fit *Tinctura Antimonii tartarificata*. Quidam parant *Tincturam Antimonii* cum *Liquore Silicium* GLAUBERI: de quo superius sub *Silice*. *Mistus Liquor Silicium* cum *Antimonio*

8. Alia ex Vitro Antimonii Solari.

R. Vitri Antimonii part. ij. *Auri per Antimonium purgati* p. 1. fundantur simul, dein extrahatur *Tinctura* cum *Aceto destillato radicato*; quo iterum abstracto, circuletur *Tinctura* cum *Spiritu Vini* per dies ac noct. (8.) abstrahe vicissim *Spiritu Vini*, ac si placet auctiori Igne *Tincturam* per Retortam propelle depresso, eamque seorsim collige.

Vires. Medicina Diaphoretica est longè excellentissima. Purgat etiam satis promptè, si *Basilio* credamus, addito *Extracto Rhabarb. Hartmannus, Tentzelius.*

9. Tinctura ex Croco Metallorum Bickeri.

R. Croc. Metall. q. v. extrahe *Tincturam* s. a. cum *Aceto destillato acerrimo*, decanta *tinctos Liquores*, & abstrahe *Acetum destillatum* ad spissitudinem Mellis.

Vires. Purgat & movet Sudorem vehementer.

Dosis à gr. 6. ad 12.

N. Ex remanente *Antimonio*, ex quo *Tinctura* scilicet proleeta, fit *Sal Antimonii dulce* (vide suo loco.) Hoc *Tinctura* admixtum, efficacior em eam reddit. *Bicker in Epist. Clariss. Horst. vide bujus Observ. l. 1. f. 1.*

10. Alia.

R. Hepar Antimonii (i. e. *Crocum Metallorum à Sal. Nit. suo nondum edulcoratum*) calcina per horas aliquot, (12.) & evadit *Pulvis albus*, dein expone in Cellâ, ut in *Liquorem* abeat. Ex hoc *Liquore* extrahe *Tincturam* cum *Spiritu Vini opt. rectificat.* decanta & abstrahe.

N. *Sal Nitri* partim sponte in Cellâ coagulatur, partim quoque in Extractione subsidebit, ubicumque ergò separa.

Vires. *Vires* & *Dosis* eadem cum præcedenti.

N. *Tinctura* hæc est Viri Experimentissimi ac benè de Rep. Chymicâ meriti, *Dn. August. Vveis*, Pharmacopœi apud *Vvormatienfes* specatissimi.

11. Alia S. Clossæ, quam vocat Oleum Antimonii Febrisugum & Antipleuriticum.

R. Reguli Antimonii per Speculum ardens incinerati q. v. Superfundatur *Spiritus Vitrioli* ad exstantiam unius digiti, digere per biduum: *Solutionem* inclina, alium *Spiritum Vitrioli* affunde, evacua omnes *Solutiones*. M. & ex Cineribus Phlegma extrahe, restabit *Oleum liquidum*, quod in *Spiritu Vini* dissolves, alteraque vice extrahes.

Dosis gr. 4.

12. Tinctura ex Antimonio Tartarificato.

R. Antimonii crud. Tart. ana: misce & calcina in Anemio, donec *Tart.* penitus combustum sit, elue dein *Tart. Aquâ calidâ*, ac extrahe ex *Antimonio* remanente *Tincturam* cum *Spiritu Vini*: abstrahe *Spirit. Vini*, & remanet *Tinctura Antimonii* in fundo. *Basiliius.*

N. *Spiritus Vini* abstractus cum *Tincturâ* non potest iterum misceri, sed supernatat semper.

13. Rubinus Antimonii Mercurialis.

R. Antimonii elect. Tart. ana: fundantur simul. Dein

R. Husus Massa ℥ij. (potius *Reguli*) *Mercurii opt. purgat.* ℥j. *Olei Vitrioli* ℥ij. M. diligenter, digeranturque l. calore, donec siccescant. Dein extrahe s. a. *Tincturam* rubicundissimam cum *Spiritu Vini*: decanta & abstrahe *Spiritum Vini* ad consistentiam Mellis, sic habebis *Materiam*, quæ *Frigori* exposita indurescit in *Lapidem* instar *Rubini*. *Clodius.*

14. Tinctura ex Regulo Martis aut Antimonio. Antidotus Pantagogos.

R. Calcem Reguli Martis aut Antimonii, solve digerendo per aliquot dies cum *Spiritu Salis Gemmæ*, tandemque destilla Igne fortissimo, & prodit *Oleum crassum*, cui rectificato affunde *Spirit. Vini opt.* circula, destilla cum *Cohobiis* tribus, semper Fæces rejiciendo. Tandem *Liquor* servetur accuratissimè.

Vires.

crudo fluat in Igne, affundatur, & irroretur postmodum cum *Spiritu Vini*, & ita fiat *Extractio*.

Observetur; quod sæpius in ejusmodi *Tincturis*, quæ fiunt cum *Salibus alcalibus*, *Tinctura* fit solius Spiritus Vini affusi, non Antimonii. Nam *Spiritus Vini* infusus super *Salia* alcalia promptè se tingit colore rubro, quem habet solummodò ex Digestione, non verò ex Antimonio.

13. Num 13 habetur *Liquor* quasi *Bucyrum Antimoniale*, unde minùs commodè succedit *AUTORIS* Præparatio, quam propterea correctiorem dedit *HOFFMANNUS* pag. 322.

Vires. Repurgat Sanguinem, Appetitum excitat, Viscera corroborat, eradicat Cachexiam, Melancholiam hypochondriacam, Ictericum, Hydropem, idque leniter purgando.

Dosis gutt. aliquot, 2. 3. &c. *Quercetanus in Tetrad.*
Potest etiam in *Præcipitatum*, & *Calcem albam, rubram*, imò etiam *flavam* redigi.
Gujus Dosis gr. 3. 4.

15. *Alia, Balsamus Reguli, & exinde Tinctura.*

℞. *Regui. pulver.* q. v. digere in Mar. Baln. cum *Spiritu Terebinth.* & rubescet, decanta, abstrahæque affundendo *Aquam*, (vide *Basil. Sulph.*) dein solve in *Spiritu Vini*, digere & abstrahæ.

Vires. Optimum est Remedium in Affectibus Pulmonum, Phthisi, Asthmate, Tussi, si frequenter adhibeatur.

Dosis g. 3. 4.

16. *Tinctura ex Antimonio calcinato cum Lapide Prunella.*

℞. *Lap. Prunell.* ad porositate usque per *Sulph. depurati*, *Antimonii an. M.* & committe Igni reverberatorio per dies (5.) ut Crucibulum semper sit ignitum. Ex *Antimonio* hoc edulcorato extrahe *Tincturam* s. a. per *Acetum destillat.* hinc decanta, & abstrahæ *Acet. destillat. Tincturam* remanentem exalta, ut moris, per *Spiritu Vini. Keslerus.*

Vires. Purgat per Seccellum (potius per Sudorem.)

Dosis g. 2. 3. 4.

N. Terra Extractione cum Aceto destillato residua, si dulcoretur, sistit omnes Alvi fluxus.

Dosis g. 8. 10.

17. *Tinctura ex Antimonio rubeo fixo.*

℞. *Antimonii rubei fixi* (vide in *Calcin.*) q. v. extrahe *Tincturam rub.* digerendo cum *Aceto destillato*, decanta & abstrahæ ad siccitatem. Postea extrahe cum *Spiritu Vini*, similiter procedendo uti cum Aceto.

N. *Basilus* reverberat Materiam antequàm secundam Extractionem, Spirit. scil. aggrediatur.

Vires. Summarum est virium in resolvendo Cruore, in rumpendis Apostematibus, in curandâ Lue Venereâ &c.

Dosis g. 3. 4. *Basilus in Curr. triumph. Baco de Antimon.* qui vel pro Panacæâ ferè venditat.

18. *Tinctura à Floribus Antimonii, Lilium Paracelsi.*

℞. *Antimonii, Salis Ammoniaci, ana*, propellantur per Retortam, ut nil nisi Fæces remaneant. Ex *Floribus* his optimè edulcoratis, & in Reverberatorio aliquamdiu Vase clauso per colores ad rubedinem reverberatis, extrahe *Tincturam* s. a. cum *Spiritu Vini rectific.* eamque rursus tandem abstrahæ ad consistentiam Olei.

Vires. Medicamentum est restaurativum totius Corporis, solâ Humorum correctione agens, mundificat Corpus Hominis supra omnia Arcana: utile insuper in Obstructionibus Epatis, Hydropem, Morphæâ, Leprà, in Morbis Lienis, uti Scorbuto, & siml. movet Menses, & si *Basilio* credamus, purgat leniter per Alvum, cum *Extr. Rhabarb.* ac *Tincturâ Corallorum.*

Dosis g. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Paracelsus lib. 2. magnæ Chirurg. Basilus in Curru triumphali* vocat *Elixir Antimonii. Hartmannus in Disput. Chymico-Medic. 7. Thes. 129. Quercetanus, Poterius, Sala in Annot. Antimon.* qui quoque *Flores rubeos obscuros cum Arenâ sublimatos* æquè efficaces censet, ut & *Flores* reverberatione ad eundem colorem redactos.

15. *Balsamus Reguli* N. 15. est *Balsamus Sulphuris antimonialis terebinthinatus*: Oleum enim *Terebinthinæ* ex *Antimonio* etiam crudo *Tincturam* extrahit: videatur *BOYLE in Specif. & simpl. pag. 137. & WILLISIUS in Tr. de Ferment. cap. 9.* ubi etiam pro hoc scopo *Oleum Lini* commendat. Ex *Balsamo* hoc post Olei abstractionem cum *Spiritu Vini* paratur *Tinctura balsamica.*

PARACELSI habet *Præparationem Antimonii*, & quidem certum modum *Flores* ejus fixandi, quibus fixatis extrahit *Tincturam*, quam vocat *Tincturam Lili.*

18. 20. De hac est concertatio inter Autores; quoniam est occulta, uti quamplurima *PARACELSI Arcana.* Duas *Præparationes* habet *AUTOR* Num. 18. & 20. & varii variè *præparare* nituntur; nihilominus omnes hallucinantur, quoniam non est clarum, quomodò *præparavit* *PARA-*

19. *Aliter, Arcanum Antimonii Basilii.*

℞. *Flores illos edulcoratos* (etiam nondum reverberatos, affunde *Spiritu Vitrioli rectific.* circula, donec benè uniantur; dein propelle simul, ac affunde *Spiritu Vini* circulaque subidentibus Fæcibus separatis. *Tincturam* adhuc semel rectifica.

Vires. Gonfortat Ventriculum, noxios Humores consumendo, Appetitum excitat, tollit Melancholiam hypochondriacam, Suffocationem Uteri, Colicam & siml.

Dosis g. 1. ac altera. *Basilus.*

20. *Aliter.*

Elixir Solare Antimonii, alias Electrum, seu Lilium Paracelsi.

℞. *Reguli Antimonii* (ex *Mercurio Vita cum pari pondere Tart. & ana. Sal. Nit. per detonationem facti*) partem 1. *Auri purgati* tantundem; fluant simul & pulverentur, adde *Salis Ammoniaci* quadruplum pondus: sublima toties donec *Astrum Antimonii* ascenderit, in fundo autem *Terra fatua* & inutilis remanserit, elue falsedinem *Salis Ammoniaci*, & restantes in fundo *Aurum & Mercurii Flores* pone in Ovum *Hermeticum* in *Capellâ* fixatoriâ: da *Ignem* talem, ut in fluorem non adducantur, sed ex flavis citrini, tandem verò ex citrinis castanei coloris fiant. Hisce *fixatis Floribus* affunditur *Acetum destillatum alkalis.* & postmodum *Spiritu Vini* ad extrahendam *Tincturam*, uti latius traditur *Artic. de Tincturis Antimonii*, & in *Antidoto Composit. Quercetani.*

Vires. Summa Medicina perhibetur esse in Ictero nigro, Podagrâ, Hydropem.

Dosis instar grani *Coriandri* bis in die ad Curationem in *Syrupis*: ad Præservacionem semel in mense.

21. *Alia Basilii.*

℞. *Flor. Antimonii rub.* q. v. extrahe digerendo cum *Spiritu Vini*, ac abstrahæ.

Vires. Purgat leniter, tollit Febres tertianas & quartanas.
Dosis gr. j. vel ij.

22. *Alia ex Floribus.*

Antidotus Composit. Quercetani.

℞. *Flores Antimonii* (nimirum qui ex *Antimonio Ungarico* per se ad albedinem calcinato, cum *Sale Ammoniaci* sublimati sint & edulcorati,) q. v. extrahe, cum *Acet. destillat. Philo-sophico Tincturam rubicundam* s. a. tempore sat longo. Decantatos *Liquores tinctos* destilla ad siccitatem. Ex *Pulvere edulcorato* extrahe iterum *Tincturam pellucidam* cum *Aquâ Vitæ Coralliorum* (*Spir. Corall. inflammab.*) tandemque propelle fortissimo Igne per Retortam *Oleum rubrum* cum ipsâ *Aquâ Vitæ*, reserva citra separationem.

Vires. Est verum *Vitæ Balsamum*, nunquam sati laudandum. Exhibetur cum Appropriatis, in Epilepsiâ, Apoplexiâ, Paralyti, Pestiferis Morbis, Leprà, Morphæâ, mundificat totum Sanguinem.

Dosis guttæ aliquot. *Quercetanus in Tetr. Acetum destillatum Philosophicum* pro hoc opere vide de *Acet. destillato.*

23. *Tinctura ex Floribus Antimonii vitriolatis.*

Antidotus Lysiphetos.

℞. *Flor. Antimon. vitriolator. rubicundiss.* extrahe cum *Spir. Vitrioli Veneris*, deinde cum vero *Saturni æthereo Spiritu.*

Vires. Vera est *Antidotus* contra Febres omnis generis, uti & Pestiferas.

Dosis gutt. 4. 5. in *Liquore* convenienti. *Quercetanus in Tetr. 24. Tin-*

CELSUS. Ferè omnes in hoc conveniunt, quòd sit paranda *Tinctura* ex *Antimonio* per se sublimato, & cum se ipso in colorem rubeum digesto: sed hoc opus, hic labor: & hinc postmodum cum *Spiritu Vini* *Tincturam* extrahunt. *Altioris* enim est indaginis, uti docetur ab *HELMONTIO*, optimo *PARACELSI* Interprete *Tr. Arcan. Paracelsi. AUTOR* Num. 18. ex *Floribus Antimonii*, cum *Sale Ammoniaci* sublimatis, & edulcoratis, cum *Spiritu Vini Tincturam* extrahit. Verùm etiam ex *Floribus* per se factis & fixatis sine *Sale Ammoniaci* cum *Spiritu Vini* parabilis est *Tinctura*: vid. *ZWELFFERUS Mant. spag. pag. 363.* *Vires* ejus videbitis apud *AUTOREM.* Aliàs *Tinctura* Num. 17. 18. 19. 20. 21. & 23. coincidunt, quòd sint simpliciter *Florum antimonialium* plùs minùs fixatorum mediante *Spiritu Vini* in subtilem tinctam *Solutionem* Extractio.

27. Tin-

24. *Tinctura ex Floribus Reguli, Antidotus τριχρασος.*

℞. Flores Reguli rub. q. v. reverbera Vase clauso vitreo per dies ac noctes 3. 4. continuos. Deinde extrahe *Tincturam* s. a. cum *Aceto destillato radicato*. Decantatos *Liquores libera* à suo *Menstruo* per destillationem. Postea nova fiat *Extractio* cum *Spirit. Vini*. Tandem denuò *Spirit. Vini* ad siccitatem usque abstrahatur.

Vires. Totam Sanguinis massam emundat, Morphæam, Leporam, Scrophulas, Luem Veneream persanat: instaurat & auget nativum Calorem, visciditates Ventriculi abtuit, ac Corpus omnibus Excrementis expedit. Colicis est aptissima Medicina, necnon Præfocacionibus Matricis, si Reguli Martis loco, *Regulus Jovis* ad parandos Flores substituat. *Quercetanus in Tetrad.*

25. *Alia ex Floribus Reguli Martis præcipitati, Antidotus Ισοδυσος.*

℞. Præcipitatos Flores Reguli Martis ad flaved. reverberatos, extrahe *Tincturam* cum *Aceto destillato Phosphorum* s. a. relictis quibusdam Fæcibus albis in fundo. *Menstruo* per Cineres separato, remanebit in fundo *Pulvis* levissimus rubi coloris, quem reverbera hor. 2. aut 3. Deinde ardeat *Spir. Junip.* digere. Sic fere Pulvis convertetur in *Tincturam rubicundissimam*.

Vires. Admirandarum virtutum est, adeoque ipsi Auro potabili æquiparanda. Apstemata interna omnia aperit atque curat, Sanguinem concretum dissolvit, corruptumque purificat: ad Leporam, Scrophulas, Luem Veneream, Pestem, infinitosque alios Morbos magnum Remedium exhibet.

Dosis gutt. 6. 7. 8. 9. 10. *Quercetanus in Tetrad.*

26. *Tinctura ex Oleo Antimonii Saccharato.*

℞. Olei illius q. v. affunde *Acet. destillatum* ad eminent. 3. aut 4. digitor. digere, ac tandem abstrahere, sic relinquitur *Tinctura* in fundo rubicundissima. *Gluckrabt.*

N. Keslerus 2. c. 4. extrahit cum *Spirit. Vini*, eumque vicissim abstrahit.

Vires. Purgat per inferiora.

Dosis g. 3.

27. *Tinctura ex Sulphure Antimonii.*

℞. Sulph. ex Antimonii crud. (primi modi) q. v. extrahe s. a. cum *Spirit. Vini non usque ad eò forti.* (Alcohol non extrahit.) Decanta & destilla Cohobationibus septies repetitis per Alembicum. Tandem propelle per Retortam vitream ex Arenâ addito quoque Igne suppressionis, ac prodibit in formâ rubicundissimâ *Oleum Antimonii dulce*: abstrahere *Spiritum Vini* per Mar. Baln. ac remanet in fundo *Tinctura*.

Vires. Confortativum est summum, movet Sudorem, præservat à Podagrâ.

Dosis g. 1. ad 4. *Hartmannus in Pract.*

N. Operatio hæc, quia expertis non successit, aliud eligere *Menstruum* suadeo, vel acuire *Aceto destillato*, addito *Spir. Sal. Nit.* aut *Vitrioli*, & similibus.

28. *Aiter.*

℞. Sulphur ex Antimonio (secundi modi,) q. v. extrahe s. a. cum *Spir. Sal. comm.* quo iterum abstrahit, digere cum *Spirit. Vini*, eumque denuò vicissim abstrahere.

Vires. Sudorem sciendo contracturam Artuum, imprimis ex Colicâ causatam, feliciter curat. *Dosis* gr. iij.

29. *Tinctura ex Sulphure Antimonii Aurato.*

Extrahe cum *Spirit. Vini*, decanta & abstrahere ad consistentiam Mellis.

27. *Tinctura ex Sulphuribus Antimonii Num. 27.* hoc modo vix succedit; rara enim & subtilis textura Spiritus Vini non valet imbibere aut solvere Sulphur antimoniale ita ruditer paratum, nisi præviis quibusdam Præparationibus magis subtilifetur.

29. *Tincturam ex Sulphure Antimonii aurato* sub Num. 29. non potui parare unquam: & sunt hæc tantum ab AUTORE descriptæ; nunquam vero probatæ. Et sanè loco quarumvis Tincturarum ex Sulphuribus Antimonii, nempe externis, sufficiat, siue citata *Willifiana*, siue ex *Scoritis Reguli Kerckringii*.

33. *Lapis Ignis Basilii* N. 33. non tam levi paratur negotio, unde etiam rectè ab eodem descriptus fuit. Est nempe Sulphur Antimonii internum fixum, quod uti Mercurium figit particulariter in Aurum, ita sub formâ Tincturæ sum-

Vires. Sudorem provocat, purgatque imprimis per Alvum absque molestiâ, non primo, sed tertio demùm die.

Dosis g. 4.

30. *Tinctura ex Sulphure Reguli Jovialis, Antidotus Soterios Quercetani.*

Ex Sulphure dicto edulcorato extrahe *Tincturam* s. a. cum vitriolicâ *Hydromelitis* aciditate, alkalifatâ scilicet proprio *Sale* (i. e. cum *Acet. destillat. ex Melle Acet. & dein acuto cum suo Sale*,) abstrahere *Menstruum*, & circula ad aliquot dies cum flagrante *Juniperi Spir.* Deinceps per Retortam crebris Cohobationibus destillabis, & *Spir. Juniperi* separabis, ut restet in fundo Destillatorii *Liquor suavissimus*.

Vires. Omnium Affectuum Pulmonum æquè salutaris Medicina, ac Balsamus utilis in Phthisi, Dyspnœâ, Asthmate, Pleurâ, Peripneumoniâ, & c. In summâ saluberrima est Medicina, quam plurimis gravissimisque Morbis profigandis apta. *Dosis* à gutt. 3. ad 6. vel plures. *Quercetanus in Tetr.*

31. *Tinctura Mercurii Antimonii cum Auro, Antidotus Δισπαστος.*

℞. Auri per Antimonium purgat. p. 1. Mercurii Antimonii p. vi. f. *Amalgama*. Ex hoc *Amalgama* abluto & purgato extrahe *Tincturam* pellucidissimam instar Rubini s. a. variis Cohobationibus cum *Circulato minore Paracelsi* eam exercebis; *Circulatunque* postea separabis, ut *Tinctura* restet sola.

Vires. Pretiosissimum est *Donum Dei* adversus Pestem, Leporam, Morphæam, & id genus alios Morbos gravissimos. *Dosis* gutt. 3. 4. 5. ex *Tberiacali. Quercetanus in Tetrad.*

32. *Tinctura ex Vitriolo, seu Crystallis Antimonii.*

℞. *Vitriol. seu Crystallus Antimonii viridiusculas*, superfunde *Aquam frigidam copiosam*, & præcipitabitur *Pulvis albus*, qui Reverberatione evadit citrinus ac dein rubeus. Ex hoc extrahe s. a. *Tincturam rubicundam* cum *Aceto destillato*: Hæc iterum abstrahit, reiteratur *Solutio* cum *Spirit. Vini*, quem quoque vicissim tandem abstrahere. *Tholdius in Hælograph.*

33. *Tinctura Magisteriata, Lapis Ignis Basilii.*

℞. *Tinctura Antimonii* (ex Vitro, quod è Minerâ factum) ℞. ij. *Sal. Antimonii* ℞. j. Misce ac fac coire circulando cum *Spirit. Vini*, per mensem ad minimum, dein abstrahere in Mar. Baln. *Spirit. Vini* ad siccitatem, & postea fortissimo Igne elice per Retortam *Oleum rubicundum*: *Oleum* hoc rectificat iterum Mar. Baln. ut quarta pars exhalet.

℞. *Hujus Olei rectificati, Mercurii Antimonialis præcipitati* (scilicet per *Spir. Vitrioli Martis*) an.

Digere in Vase H. clauso aliquamdiu, sic solvetur primum *Præcipitatum*, dein unientur omnia, & exhibebunt *Pulverem* rubeum, fixum, & fusilem.

Vires. Tinctura hæc æquipollet vitibus Auri. Basiliius in C. triumph.

N. *Mercurii Præparationem* habes infra.

VI.

I N F U S I O.

1. *Infusio Antimonii crudi.*

℞. *Antimonii crudi levigati* ℞. Aqua destill. vel Vini ℞. iij. 1v. macerentur per noctem, colenturque.

Vires. Colatura illa purgat supra & infra. *Poterius in Pharmac.*

2. *Infu-*

mum est humani Corporis Medicamentum.

Quoad *Vires Tincturarum Antimonii* vid. AUTOR: aliàs *Tincturæ Antimonii* veræ admirandas virtutes multum deprædicat SUCHTENIUS pag. 196. & 308. in *Tract. de Antimonio*.

VII.

I N F U S I O.

Infunditur Antimonium vel *crudum*, vel quod in Igne præparationem accepit. Ex pluribus autem *Infusis Antimontalibus* pauca sufficiunt. Omnia enim ad idem coincidunt, & usu interno Emetico-cathartica sunt, externæ verò Clismatibus inserviunt, & Oculorum Affectibus.

1. *Infusio Antimonii crudi* nullius fere amplius est usus. Nam quod supra & infra purget juxta AUTORIS assertum,

2. Infusio Vitri Antimonii.

Germ. Speyvoasser. Gall. Eau vomitive.

℞. Vitri. Antimonii ℥j. vel ℥ij. *Vini generos.* ℔. iij. vel i v. Vitro bene firmiterque cooperulato aliquamdiu insolantur, donec nempe *Liquor* citrinum colorem induat, postea filtratur *Liquor*, & vicissim in Vitro bene clauso asservetur.

Vires. Datur ad Vomitiones ciendas magno cum fructu, præsertim in iis Morbis, qui non aliter quam Vomitionibus curari possunt & volunt, quales sunt Tussis, Pleuritides, Anginæ, Anorexiæ, Ructus, atque infiniti alii in primâ regione Ventris hospitantés. Vide & *in Vitro Antimonii.*

Dosis à ℥j. ad ℥v. *Hartmannus in Croll.*

N. Sunt qui *Frustum Vitri Antimonii*, pondere ℥ij. ad ℥ss. sine pulverisatione in *Cerevisiâ* vel *Vini* haustu aliquot horas, prout scilicet operationem magis vel minus efficacem expectant, macerant, decantatumque *Liquorem* propinant.

N. Admirandum est in Infusione Vitri Antimonii non exhauriri ejus vim emeticam, sed penè in infinitum id posse infundi, ut nihil planè virium, vel admodum paucillum deccadat. Quinimò, quod idem, si quâ imbecillius redditum sit, novâ Fusionem prius vires recuperet. Vide *Straussii Pulv. Sympatbet.*

3. Alia Infusio Vitri Antimonii, quam pro Aqua Benedictâ Rulandi habet Brendelius.

℞. Vitri. Antimonii (per se sine addit. facti) ℥j.

Vini generos. vel Malvat. ℔. i. ad summum ℔ss.

Macerentur in loco non admodum calido, donec *Cutis* contrahat Vinum. (Hæc *Cutis* nihil aliud est, quam residua portio Sulphuris arsenicalis, à qua oritur illa vehementis Vomitio, relicta à Calcinatione Antimonii): *Cute* ea per Filtrum ab Infusione separatâ & abjectâ, longè mitius quam antehac operationes suas exercet *Aqua Benedictâ*. *Brendelius in Cbymiâ.*

4. Infusio Croci Metallorum. Aqua Benedictâ Quercetani.

℞. Croc. Metall. Ungar. ℥j.

Aqua Card. bened. ℔. ij. vel iij.

Cinam. ℥ss.

Macera per biupum aut triduum, dein transcola & serva usui.

Dosis ℥ss. aut amplius.

5. Aqua Benedictâ Rulandi.

Rulandus *Aquam* suam *Benedictâ* ita describit: *Crocus* noster *Metallo-*rum maceratur per diem, vel urgente necessitate ebulliat, à Lentis magnitudine ad Pisum quantitatem, in *Aquâ* vel *Vino*, vel *Cerevisiâ*, vel *Aquâ multâ*, vel denique in *Liquore* Morbo conveniente, de quo capitur post infusionem ab ℥ss. ad ℥ij. *Colatum* deinceps bibitur frigide vel calde.

Verùm quis ille *Crocus Metallorum Rulandinus* sit, ambigitur, de quo vide *in Croc. Metall.*

Sit ut sit, sufficere tibi potest *illa Quercetani*, vel si mavis, *℞. Croc. Metall.* (sive vulgaris ille sit, sive *Hartmanni*) gran. iij. ad ℥ss.

Vini generos. vel Vini Malv. Hydromel. vel Cerevis. vel convenientis Liguoris ab ℥ss. ad ℥ij.

Macerentur, & necessitate urgente, ebulliant, colenturque per Chartam. *Nota Walæi Observ.*

Vires. *Aquæ Benedictæ* utriusque usus proficuum est in Dolo- re Capitis ab impuritate Ventriculi, sæpè enim is accidere solet, in Epilepsiâ, Pleuritide, Melancholiâ hypochondriacâ, Febribus, Peste, Arthritide, coagulatione Sanguinis, &c. In quibus omnibus cum *Liquore appropriato* exhibetur.

Usus præterea ejus insignis est in *Clysteribus*.

Nimirum ℥ss. ad ℥j. ebullit in *Aquâ* convenienti vel *Vino*; Colatur, admixtetur *Juri* vel *Decocto Simplicium mollientium*. Optimum Medicamentum est in Colicâ. Vide *Riverium*, *Huc*

6. Aqua Ophthalmica ex Croco Metall. Vide lib. 2.

7. Syru-

tum, vix respondet Experimentiæ. Interim Infusum tale Antimonii crudi ad Isterum, item *Decoctum Antimonii crudi* pro missione cum *Clysmatis*, videbitis in *M. A. N. C. Anno 4. Append. pag. 38.*

2. 3. 4. Cætera Infusa Vitri Antimonii, Croci Metallorum, Mercurii Vitæ &c. & quæ sunt Menstruis plùs minus acidis, v. g. *Vino, Succo Citri, Ribium, Aceto* aut similibus, horum Acidum, etiam Vini, utut dulce, nihil quicquam extrahit ex istis Præparatis Antimonialibus, sed ipsas abradit particulas Vitri, quæ adeoque in Infuso copiosiore aliquamdiu asservato juxta fundum secedunt: id quod speciatim manifestum est ex Aceto, quod sensibiliter rodit particulas antimoniales minimas. Hinc non opus est ut Infusi copiam in promptu habeamus, cum aliâ particulæ plures secedant, nisi in talem redigantur consistentiam, quæ apta sit nata sustinendis &, ut sic dicam, fulciendis illis particulis: ob id etiam *dulcia Vina, Hispanicum, Malvaticum, &c.* minus pro ejusmodi Infusionibus parandis conducunt. Hinc & re- cte, *WALÆO* autore, in ejusmodi Infusis magis quantitas Menstrui, quam Antimonii infundendi, consideranda; cum illud subtilissima quædam Effluvia antimonialia absorbeat & imbibat: unde quò plus Menstrui, eò plus etiam imbi- bere aptum natum est, v. g. *Vitri Antimonii* vel *Croci Metallo- rum* ℥j tam potenter imprægnare potest ℔ss. Vini, imò integram Mensuram, quam unam vel alteram Unciam. Rectè nempe vis Antimonii in exhausta dicitur, ita, ut unum idemque Antimoniale mille Infusis novis parandis aptum sit: cum minimum sit, quod ex Vitro Antimonii vel Croco Metallorum &c. Liquores eliciant, adeoque nec ponderis sensilis differentia post Infusionem super sit: ac etiam si tan- dem post frequentiores Infusiones debilitatum nonnihil videatur Animonium, saltem novâ Fusionem vel Incandescentiâ factâ iisdem usibus denuò inservit.

Quoad modum infundendi inter *Vina Emetica* quasi ex- temporanea optimus est, quem habet *KERKRINGIUS pag. 169. e. g.*

℞. Vitri Antimonii, vel Croci Metall. gr. vj. vel q. v.

Infund. in Vinum Rben. vel aliud generos. per noctem in loco calido: mane filtratur, & propinetur ad ℥j. add.

Aquæ Cinnam. ℥j. M.

Infusio hæc egregium & optimum est Catharticum, & Vo- mitivum, quæ longè melius & efficacius purgat per Vomitu- tum, quam omnia Vegetabilia vomitiva.

Pro Dosi autem sufficit ℥j. pro Adulto, & robustioribus ℥ss. ad summum; Puero verò ultra ℥ss vix datur.

Quod dictum est de Vitro & Croco, etiam potest intelli- gi de *Mercurio Vitæ*, qui est Fœtus Antimonii, & æquè po- test infundi, atque illa. Et, uti *superius dixi*, quod *BIL- LICHIVS in Parad. & Observ. Cbymi.* commendat *Mercurium Vitæ* in Partu difficili pro Vomitivo, quando omnia reliqua sunt irrita; ita etiam Infusum Croci Metallorum vel ipsius Mercurii Vitæ Infusum, in facilitando Partu sunt egregia.

Pertinet huc *Calix Vomitorius Rulandi*, cui in Picatione fuerunt inspersa *frustula Vitri Antimonii*: huic Calici infusus *Liquor* imprægnatur ab Antimonio, & fit vomitivus. Vel *℞. Vinum Antimonii hyacinthinum*; & paretur *Vit- treum Poculum* parvum; huic infunde pro lubitu *Vinum Rbenanum*: permittantur per noctem, manè hauriatur. *Calix* hic mille annos durabit eadem virtute.

Pro usu externo loco horum Infusorum liquidorum in for- mâ sicca instar omnium sit *Tartarus Emeticus*.

Pro usu externo, speciatim pro usu *clysmatico*, sufficiat vel *Solutio Scoriarum Reguli Antimonii*, *barum* ℥ss. ad ℥vj. in *Decocto clysmatico incocta*; vel addatur *Clysmati Vinum Decoctio- nis Croci Metallorum*, in pertinacissimis Alvi Obstructionibus, Passione Iliacâ ex Colicâ contumacissimâ: qualem *Clyste- rem* aliquoties, ℥j vel ℥ss. talis Infusi antimoniatum admi- stis, adhibitum fuisse, non sine insigni fructu observavit *RIVERIUS*.

6. Ulterius etiam pro usu ophthalmico externo Infusiones ejusmodi adhibentur. Pro tali *Aquâ Ophthalmicâ*:

℞. Croc. Metall. vel Vitri Antimonii minutiss. pulver.

Infund. in *Aquâ Cbelidon. maj. Fœnic. Eupbras. Flor. Cya- ni, Calcatrippæ, &c.* q. l.

Permittantur in loco calido, nonnihil ebulliant, & exactè filtrentur; & ita postmodum crebrius Oculis, in Ophthal- miis, metu Suffusionis, Sugillationibus, Nebulis, Albugine, Cataractis, in Ungue Oculorum, omnibusque Oculorum Affectibus, tanquam optimum Remedium instilletur: vid. *Thesaurus RULANDI*, ubi omnia Oculorum & Visus vi- tia recenset curata cum *Aquâ* suâ *Benedictâ*.

Et curiosum est, quod observavit *SCHROEDERUS Obs. pag. 332.* *Aquam* ejusmodi Ophthalmicam ex Croco, interdum per Alvum *Ægros* laxare. Interim minus valere pro Oculorum medelâ asserit *KESLERUS in suis Proceg. pag.*

7. Syrupus Vomitivus. V. lib. 2. c. 64.
 8. Vinum Hippocraticum Purgativum. V. lib. 2. c. 84.
 9. Oxyfaccbarum Vomitivum. V. lib. 2. c. 84.
 10. Spiritus Vitæ Aureus Rulandi.

N. De hoc Spiritu variz Medicorum Opiniones. *Quercetanus* è familiâ Metallicâ desumptum illum existimat, in *Pharmac. rest. c. 17.* Alii nihil aliud esse opinantur quàm *Infusum Trochiscorum Albandal*, quod vide in *Colocynth. Tentzelius* Spiritum Vitæ Aureum à Rubro diversum facit, Aureum constituens *Infusum Troch. Albandal*; Rubrum verò ex *Terrâ sanctâ (Antimonii)* paratum autumat.

VII.

SALIFICATIO.

1. Sal Antimonii.

℞. Antimonii ex quo *Tinctura* prolesto est, (sive ex Croco Metallî, sive ex Vitro,) calcinetur in Fornace figulinâ per dies 4. donec in *Cinerem* penitus vertatur. Ex Cinere hoc extrahe Sal cum *Aceto destillato*, decantaq; Hinc abstrahe *Acetum destillatum* & clarifica Solutione ac Coagulatione, ut moris, iteratâ.

N. 1. Nisi Antimonium primâ vice probè calcinatum fuerit, adhuc semel calcinari poterit.

N. 2. Eadem Calcinatio absolvi potest, si cum *Sulphuris* ana misceatur & comburatur, donec Sulphur penitus efflagrât.

N. 3. Quinimò *Acetum Antimonii* super Antimonium fustum Sal subdulce elicit.

Vires. Equipollet viribus Salis ex Adro, mundificat Sanguinem, expurgat Corpus ab omnibus impuritatibus, curat Luem Veneream, prodest in Podagrâ, rumpit Apostemata, fugat Febres, extrinsecus mundificat Ulcera maligna.

Dosis gr. 4. *Tholdius in Hologr.* Vide etiam *Observo. Horst. lib. 1. in Epist.*

2. Aliter.

℞. *Reguli pulv. q. v.* præcipita per se in Sublimatorio, semper quod sublimatum est, *Matesiz* quæ in fundo est, reddendo. *Regulus* ita in *Pulverem rubeum* conversus ponatur in Cellam ad liquefendum: *Liquorem* dephlegma aliquantulum, ac repone ad crystallandum; *Crysallos* purifica.

pag. 443. adeoque potiùs simile *Infusum*, sed ex Vitro paratum, pro Oculis laborantibus conducit.

Loco Croci Metallorum vel Vitri Antimonii omnium optima est ea *Aqua Ophibalmica*, quæ fit ex *Capite mortuo Burgi Antimonii* exactè destillati, cum *Aquâ Euphrasie*, vel aliâ appropriatâ extracta. Ex hoc enim, præter vim antimoniam, simul *Salts subdulcis* aliquid extrahitur, quod valde convenit in Oculorum Affectibus.

Ufus est: quando supinus jacet Æger in lecto, instillentur aliquot guttæ in Oculos.

7. 9. Ex *Infuso Vitri Antimonii cum Vino* fit *Syrupus Vomitivus*, vel etiam cum *Aceto Oxyfaccbarum Vomitivum Angeli Sala.* Instar omnium fit Præparatio **LUDOVICI Pharm. pag. 212.** Nempe

℥. Croci Metallor. ʒij. ʒij.
Aceti ʒx.

Infunde per triduum in loco calido, sæpiùs agitando: *Liquor* filtretur; cui adde

Sacch. albi ʒx.

Vitro clauso in Aquâ calidâ detineatur ad dissolutionem Sacchari & consistentiam *Syrupi*, qui tingatur pro lubita cum *Tinctur. Flor. Papav. erratici.*

Nec ineqans est *Syrupus* iste Vomitivus **CHICOTII in Diss. & Epist. Medicis:**

℥. Vitri Antimonij qu. v. c. g. ʒjv.

Affunde huic

Succ. Limon. vel Cydon. ad eminentiam 3. vel 4. digitor.

Digerantur calore leni per quadriduum, postmodum filtretur *Liquor*, qui cum *Sacchari* ana inspissetur in consistentiam *Syrupi*, cujus *Dosis* à ʒij. ad ʒʒ.

Potens est Emeticum.

Vel pro selectu interserviat *Rob seu Sapa Vomitoria Sylvijs*, huic scopo idonea:

℥. Vitri Antimonij in pollin. redact. ʒj.

affundatur.

Succi cuiusd. Vegetab. v. g. Succ. Rubi Idæi, Cydonior. Pomor. Borsdorff. Musci recent. &c. ʒij.

Tom. IV.

N. Hæ *Crysallos* cum triplo *Tripolæ* per Retortam destillatæ, exhibent primò *Spiritum album*, dein *rubrum*, quem rectifica in MB. vel VB.

Vires. Prodest hic Spiritus in Febribus, præcipuè *Quartanâ*, atterit Calculum Vesicæ, promovet Urinam, præservat à Podagrâ, extrinsecus illitus mundificat Ulcera maligna. *Basilii.*

3. Aliter.

℞. *Spir. Vitrioli rectificatiss.* funde super *Mineram Antimonii*, itent in digestionem septimanas aliquot (6.) sic solvetur Antimonium in *Massam* rubram teterrimi fætoris. Hanc inde Retortæ, pelleque Igne nudo in Receptaculum sat amplum, (uti in destillatione *Spir. Vitrioli*) sic prodibit primùm *Oleum Vitrioli*, hinc *Spiritus Antimonii* rubeo colore. Receptaculum tandem Vesicâ probè occlusum repone in Cellam per dies (15.) sic concrefcent *Crysallos rubicundæ*, quas exime & sicca.

N. 1. *Aquam residuam* rectifica, & habebis *Spiritum Vitrioli*, ut antè.

N. 2. Ex *Crysallos* his fieri potest *Spiritus*, ut ex Sale communi.

Vires. *Crysallos* hæ Obstructiones referant à viscosâ ac tartareâ Mucilage subortas, purgantque per Alyum. Hinc usûs præcipui in Affectu hypochondriaco, Tertianâ, Pleurisi, & simil.

Dosis gr. 4. ʒ. *Agricola.*

VIII.

MERCURIFICATIO.

Mercurius Antimonii.

℞. *Sal. Urinæ volat. Sal. Ammoniaci, Sal. Tart.* ana ʒj. M. & affunde *Acetum destillatum acerrimum*, digere Vase H. cl. per mensem, dein destilla in Cinere ad siccitatem; Sic his *Salibus* adde *Tripolæ* triplum, eliceque *Spiritum* per Retortam Igne forti.

℞. Ergò *Regul. lævigat. ʒvj. x.* affunde *Spiritum hunc destillatum*, digere horas 3. dein abstrahe l. Ign. *Phlegma*, restantique *Materiæ* admisce quadruplum *Limasur. Marr.* destillaque Igne fortissimo ex Retortâ in Excipulum Aquâ semiplenum, ac videbis *Mercurium* in fundo currentem. *Basilii in Carru triumph.*

Ex

Digerantur per triduum in Balneo Mariæ, vel alio loco calido, probè agitando subinde: *Liquor* filtretur & lento Igne evaporetur ad consistentiam arbitrariam, vel ad consistentiam Mellis; cujus *Dosis* est quantitas Pisi majoris, vel gr. ij. ad iij.

Optimum est Vomitorium sine nocimento, præferendum omnibus Vomitoriis Syrupis & Infusis: vid. **TILEMANNUS de Mat. Med. pag. 192.**

VII.

SALIFICATIO.

Sunt qui volunt ex *Antimonio* parare *Sal.* Cæterùm genuinum *Sal* ex *Antimonio* rarissima est avis, & propterea etiam parum aut nihil ex eo potest elici seu extrahi.

2. **AUTORIS** *modus No. 2.* plus in recessu habet, & ex **BASILIO VALENTINO** desumptus est, modò reverà ita succedat. Interim pro facilitando labore observentur *Encheireses ERKERI pag. 306.*

1. 3. Cæteræ descriptiones **AUTORIS** *Num. 1. & 3.* sunt *Concreta saltiformia* composita, addito *Acido Aceti*, aut *Spiritu Vitrioli* parata, adeoque non genuina; *Verum* enim *Sal* *vondum apparuit in Mundo.* Quòd si *Antimonium* per Calcinationem cum *Sulphure* ad istam Salificationem disponatur, ut **AUTOR** *Num. 1. Notâ 2.* insinuat, *Vitriolum Antimoniale* acquiri potest.

VIII.

MERCURIFICATIO.

In nullo Minerali sunt occupati magis Spagyrici pro parando *Mercurio*, quàm in *Antimonio*, propter summos usus, quos sperant in negotio *Transmutationis Lunæ in Solem.* Tot autem *Mercurii Antimonialis* sunt Descriptiones, quot capita; pauca tamen succedunt. In genere, qui *Mercurii* parantur ex *Minerâ Antimonii*, suspecti sunt; cum *Mineris* crudis subinde aliquantum *Mercurii* vivi virginei inesse soleat. Omnes

LIII 2

SCHROE.

Ex hoc fit *Oleum seu Butyrum Antimonii*, de quo in *Mercurio*.

N. Alium modum exhibet *Bafilus in repet. Lap. Phil. Nimirum*

pp. *Antimonii macerat. aliquamdiu in Spir. Sulph. imprægnato Sale Ammoniaco*. Hinc sublimat, sublimatumque in Sartagine ferreâ agitât ad acquirendum *Mercurium*.

Alius modus.

pp. *Aqu. Pluvia destillata cum Sale Ammoniaco*, affunde *Antimonio crudo pulverisato*, digere per dies (8.) Hinc decanta & evaporare finito, habebisque *Pulverem albicantem dulcem*, qui ad *Ignem fufus Saturnum* exhibet nobilissimum, nihilque aliud est quàm *Mercurius Antimonii*, de quo *Job. Agricola*.

C A P U T XVIII.

DE RECREMENTIS METALBICIS NATURALIBUS.

Metallicorum Corporum enodationem excipit *Anatomia Recrementorum Metallicorum*.

Duplicis hæc sunt sortis: *Naturalia*, & *Artificialia*.

Naturalia voco, quæ Naturâ operatrice, dum in gremio Terræ Metalla generabantur, ex Materiâ ad generationem eorum inidoneâ, extiterunt.

SCHROEDERI Processus voto non respondent. **LANGELLOTTI** Modus in *Epist. ad Naturæ Curiosos* tentatus fuit, sed non æquè respondet successus: fortè *Encheiresis* quædam non ritè observata scellit negotium, *Fundamentum Mercurificationis* consistit in eo, ut ex *Regulo per Salia resuscitata*, quæ sunt *Salia alcalia*, tam fixa quàm volatilia, recluso, præparetur *Mercurius*: quæ ratione **D. D. MICHAELIS** factus fuit, se ex *Antimonio crudo cum Capite mortuo Tartari, Sale aut Oleo Tartari* in digestionem acquisivisse *Mercurium Antimonii*; sicut & **POTERIUS** *Mercurium ex Antimonio optimè* parat. Qui vult habere *Modum genuinum Sulphuris Antimonii, Mercurii Antimonii &c.*, is adeat **LAZARI** *Germ. ERCHERS Probtier. Buch, ultime Editionis*.

C A P U T XVIII.

DE RECREMENTIS METALLICIS NATURALIBUS.

Recrementa Metallica Naturalia sunt, quæ in Metallificatione in generatione Metallorum ferè sistunt, & quasi per accidens producuntur. Differunt, ab *Artificialibus*, quod hæc in Fusione, Liquefactione aut Depuratione Metallorum soleant fieri & provenire, seu potius separari. Quoad *Naturalia*, non adeò Recrementa sunt Metallica, quin potius *Mineralia quasi semimetallica*, & ferè decomposita Metalla, quæ scilicet participant de naturâ & materiâ metallicâ, & in generatione Metallorum quasi segregantur fermentando à reliquis Metallis perfectioribus; unde proprio Metallo spoliata sunt: vid. de *Fermentatione in generatione Metallorum MAJOR de Lactè Lunæ*. Talia inter est

I. COBALTUM.

Hinc Color cæruleus, Germ. *die blave Farbe*, paratur Vulgò *Mucken-Pulver*, idest *Pulvis contra Muscas* dicitur, cum *Muscæ ejus gustu* mox interficiantur: imò intus hauritum in dosi excessivâ, certò quæcunque Animata solet interimere, uti dicit **AUTOR**. *Subiectum est summè arsenicale*, ex quo etiam propter abundantiam Arsenici, tanquam Fumi metallici volatilissimi, parum aut nihil genuini Metallum potest elici. Sunt qui in *Cobalto*, cum *Arsenico juncto Lunam* semper contineri asserunt: unde nonnulli beneficio Artis maturare & in perfectam Lunam transformare volunt, & ita maturam Lunam ex *Cobalto* cum lucro producere. Imprimis **SCHMUCK Thes. 1. Secreto Chym. 12.** ex *Cobalto* cum *Cinnabari nativâ* parare docet *Mercurium*, qui cum *Lunâ fufus*, & ipse abeat in *Lunam*: sed falsò; parum enim vel nihil *Lunæ Cobaltum* continet, adeoque, quando Arte docimasticâ *Luna* ex eo elicitur, fit hoc tantùm per accidens. Utut Mineram Cobalti possideam, quam vobis jam ostendam, parum de *Lunâ* participantem, possideo quoque, & ostendam vobis, *altam Mineram, Cobalto perquam divitem*, quæ valde est cærulea, & parùm dum excoquitur, deperdit. Alii Mineram hanc Cobalti *Venerè* divitem esse credunt; sed decepti sunt Colore e-

Talia sunt

COBALTUM, CHALCITIS, MISY, SORY & MARCASITA, seu BISMUTHUM.

I. COBALTUM.

Cobaltum, *Cadmia nativa, fossilis, metallica*, est Minerale terreum, colore ferè nigrum, *Aëris* vel *Argentii* particeps. Germanicè *Kobold*, *Muckenpulver*, quia *Muscæ ejus gustu* perimuntur. Gall. *de la Cadmie Native*.

Foditur copiosè haud procul *Goslariâ*.

Vires. Vi causticâ & erodendi pollet tantâ, ut *Fossorum Manus & Pedes exulceret*; adeoque inter *Venena* recensetur, quippe intus hauritum Animalia quæque perimit.

II. CHALCITIS.

Chalcitis est Minerale simile *Aëri*, friabile, nec lapidosum, *Sory* tenuius, *Misy* verbò crassius, tractu temporis ex *Sory* factum.

III. MISY.

Misy est Minerale colore *Aurum* imitans, aurèisque scintillis dum frangitur splendens, natum super *Chalcitum*

jus cæruleo lasurino & sapphirino. Nam *Jupiter* etiam colore cæruleo tingit, ut notum est in *Præparatione Remediorum Jovialium*, nec tamen *Venerem* habet admixtam: unde **BECHERIUS** *Cobalti Mineram Compositum* quid esse ex *Arsenico, Marte, & Jove* statuit. Uno nomine: nil aliud est, quàm *Minera Arsenici*, non tamen debitam maturitatem assecuti, & cui imperfectum Metallum, id est *Joviale*, associatum.

Cobaltum verbò ex *suâ Minerâ sequenti modo elicitur*. Nimirum

Mineram Cobalti.

Hanc contusam crebrius ac iteratim lavant, lotam terunt, ac denuò lavant teruntque, hinc calcinant: (*Fumus*, qui in *Calcinatione* hujus *Cobalti* evolat, genuinum est *Arsenicum*.) Grave istud, quod post *Calcinationem* remanet, est *Cobaltum*.

Usum medicum habet nullum, quia in se ipso est corrosivum, & *Chartam*, in qua per aliquot horas asservatur, ardit; unde propter *Arsenicum* suum volatile, *Venenum est summè nocivum*; quævis enim Animalia necat. **UNZERUS** de *Sale cap. 26.* habet modum, quo *Cobaltum* cum *Sale Nitro* omnî venenatâ suâ qualitate possit exui, si scilicet cum hoc *Cobalto, Sale, Nitro & Argillâ* siant seu formentur *Globuli*, qui candescant in Igne, & *Aquâ affusâ*, postmodum denuò separantur. Nam ita *Sal, & Nitrum* figunt in *Ignis* examine volatilitatem arsenicalem *Cobalti*, quod fixatum exiit venenositatem: & hoc modo ipsum *Arsenicum* figi potest. Facile aliàs in *Aquâ Forti* solubile existit, suntque, qui *Medicamentum* contra *Epilepsiam*, exinde parare nituntur: sed necessum est, ut cautè procedatur, ne loco *Medicamenti* confortativi *Cephalici* acquiratur *Venenum narcoticum*. Interim cum tutiora prosent, potius negligitur, adeoque *Cobaltum* *Ufui* medico nondum inservit.

Mechanicum tamen obtinet *Usum*, parant enim exinde, uti dixi, *Colorem cæruleum* Germ. *die blave Starcke*. *Cobaltum* nimirum lavatur, teritur, ac tandem cum certâ portione *Cinereum clavellatorum*, & *Arenæ* aut *Silicium vitrescibilem*, fundunt *Vitrum*, in *Colore cæruleum*, quod suspendit *Colorem* seu *Amylum cæruleum*, quod latè longèque vehitur. Sub fusione hujus *Vitri* solet residere *Regulus quasi metallicus*, qui externè appensus quibusdam loco *Amuleti* contra *Pestem* inservit; sicuti reverà *Ulceribus* externè alligatus, vi eadem amuleticâ restituendi ac curandi pollet. Quidam cum eo *Venerem in Lunam* tingere satagunt, sed labor est inanis.

II. CHALCITIS, III. MISY, & IV. SORY,

quibus adhuc jungitur

MELANTERIA

Post *Cobaltum* sunt inter *Concreta Mineralia Naturalia* hæc quatuor, quæ reverà *Species Vitriolorum* sunt, Veteribus cognitæ, & proptereâ commodè possunt vocari *Vitriola immatura cruda & impura*, quæ deprehenduntur subinde in *Terræ*

tim, & ex Chalciti, non secus ac Aerugo nascitur super *Æs*, & ex *Ære*.

N. Misy est Efflorescentia Chalcitis.

IV. S O R Y.

Sory est Minerale lapidosius, & vehementius compactum, crassissimum, striatum, scintillas Mises emittens.

N. Chalcitis, Misy & Sory Mineralia sunt inter se Origine & Viribus conjunctissima. Nimirum, ex Sory fit Chalcitis, ex hac Misy: videatur Matthiolus in Dioscoridem, qui inter Recentiores primus quid illa sint, demonstravit. Verum adhuc dum Officinis nostratibus in usum non veniunt, qui Chalcitis loco Colchotar Theriaca immiscet, cum tamen genuinum Misy, adeoque & genuinam Chalcitin, monente eodem Matthiolo, Ducatus Brunsvicensis suppeditet.

Vires. Adurunt & Escharas efficiunt, attamen & non nihil quoque adstringunt. Differunt tamen inter se tenuitate & crassitie. Sory partium est crassarum, & proin minus penetrat; Chalcitis tenuiorum; Misy tenuissimarum.

(Chalcitis usita mitior evadit, ingreditur Ceratum Diapalmæ, Diabulcitos Galeni dictum.)

Terræ visceribus, Germanis *Atrament-Stein* dicta, eaque multipliciter discrepantia. Pyrites enim *erosi & atramentosi* tales, cum *Metallo, Sulphure, Lapide*, aliisque simul Concretis consistunt, non mirum *Vitriolorum* crudorum & impurorum species varias oriri. Nam reverà inter ipsa Vitriola non possunt referri; Vitriolum enim est corpus saliforme, quod non potest dici de Chalciti, de Misy, & Sory, quoniam nec pellucet, nec tota etiam in Aquâ liquantur. Germani hæc ipsa *Coloribus discernunt, & nigrum, cinereum, luteum, & rubrum Atramentum*, id est, *schwarz, blau, gelb, und roth, Atramentum*, dividunt. Et quidem, quod sint de naturâ vitriolacea, patet ex eo, quod Chalcitin suggerat nobis *Minera Vitriolacea Brunsvicensis*; & ex Sory etiam, *Melanteria, & Chalcitide, Vitriolum* excoqui possit, uti refert GEORGIUS AGRICOLA in suo de Fossil. Opere: sicut etiam ex *Melanteria nigra* apud Julienses (Juliaci) *Vitriolum* conficitur. Aliàs inter se differunt non valde, quoniam sæpius unum fit ex altero, uti rectè habet AUTOR in Notâ ad hunc locum. Ex Sory fit Chalcitis, ex Chalcitide fit Misy. Interdum Corpus vel Flos Misy similis suâ sponte super Vitriolum aëri expositum excrevit, unde tandem successu temporis in Sory abit. Estque *Misy Chalcitibi ac Vitrioli quadam efflorescentia*, eique circumquaque lanuginis modo adhærens. Aliàs, qui plura cupit de his, conferat JUNGIUM in Doxoscop. pag. 1160. & seqq. ENGELIUM de Re metallicâ, & hinc CANNERARIUM in Traß. consummato de Atramentis, idque occasione Theriaca; quoniam Chalcitis constituit ejus Ingrediens. Hujusmodi *Mineralia semivitriolacea non sunt amplius in usu*: & cum Veteres Chalcitim Theriaca addiderint, adhuc autem lis sit, annon habeamus veram Veterum Chalcitidem? propter Moderni loco ejus Colchotar Vitrioli deputatum & elixiviatum bene, Theriaca addere solent. Rari aliàs usûs sunt in Officinis.

Misy Mechanicis pro tingendis Lanis inservit.

V. MARCASITA seu BISMUTHUM.

Bismuthum vulgò etiam inter *Excrementa Metallica* referunt, natum in generatione Metallum, & instar Scoria-rum secretum ab iisdem. Sed reverà est *Concretum Metallicum sui generis*, unde & quibusdam non ineptè *Stannum cinereum* vocatur, ex certâ *Minerâ Cobaltâ* per tostionem Igne flammeo in copiâ extillat in formâ guttarum, quæ guttæ dein liquantur & funduntur in Corpus orbiculare. PARACELSIUS ad *Antimonium* refert, unde paradoxo Vocabulo vocat *Antimonium album*; Nam *Antimonium* facit duplex:

1. *Commune nigrum*, de naturâ Saturni.
2. *Album*, de natura Jovis dictum.

Bismuthum aliàs ab Autore *Marcasita* dicitur, & quidem in specie *Marcasita argentea*. Nam hoc ipsum *Bismuthum Jovi* additum, hoc elegantius, longè fusilius, Argentum ferè reddit: est enim fluidissimum omnium Metallorum in igne. Conf. M. A. N. C. Ann. 2. Obs. 78. pag. 148. Regulus tamen Antimonii hîc à quibusdam præfertur: sicuti econtrâ *Zincum* vocatur *Marcasita aurea*, quia Cuprum instar Auri tingit & in *Aurichalcum* commutat. Hic facit ZWELFFERUS mentionem *Marcasita Solaris*, ex qua parare intendit *Menstruum ferè insipidum pro Solutione Auri*; videatur *Man. Spagy. pag. 330.*

V. MARCASITA, seu BISMUTHUM.

Marcasita est *πρωτάρη* Metallicum, in generatione Metallum ex portione aliquâ ad generationem Metallum inceptâ productum, inque Corpus minerale albicans, durum ac fragile mutatum. Germanicè *Wismuth*, *Marcasit*. Gall. de la *Marcasite*, ou *Bismuth*.

N. Differt à *Cachymia*, quod illa ex parte magis volatiliori consistet, quæ primò scilicet, dum Metalla generabantur, sequestrata fuit; hæc ex portione magis fixâ, atque ultimò segregatâ.

Vires. Recremento Saturni respondent.

Usus rarissimus, & non nisi externus.

P R Æ P A R A T I O N E S E T P R Æ P A R A T A.

I. C A L C I N A T I O.

Magisterium Marcasitæ.

N. *Marcasitæ pulveris*. q. v. solve in *Aquam Fort.* (ex *Sal. Nitri, & Sal. com. ana jass.*) præcipita cum *Spiritu Vini*, præcipitatum edulcora & exsiccâ. *Beguinus.*

Vires.

Nostrates vocant Germ. *Rotb gulden Ertez*. *Bismuthum* dicitur, quasi Germ. *bis gutes Muths*, nam ubi invenitur *Minera Bismuthi*, certè indicium est non longè absentis *Lunæ*, quæ mediante Nitro ex *Bismutho* separari potest citra *Bismuthi* detrimentum, *Methodo GLAUBERI* P. 1. pag. 182. Hinc alii *Mineram Bismuthi esse Lunæ Mineram nondum ad perfectam, & debitam maturitatem redactam*, statuerunt. Unde etiam *Metallicis Testum Argenti dicitur*; quod frequentissimè circa *Lunæ Mineræ* reperiatur, non secus atque *Cobaltum*, fixius tamen est *Cobaltum*; sed sæpius spe falsâ expectantes lætat: simul tamen & de *Venere* participat, cum ex eo *Color cæruleus, Zaphyra* dictus, parari soleat, utur quidam etiam tantum de *Saturno immaturo* participare *Bismuthum* dicant. Sunt qui putant esse *Stannum Veterum*; Veteres enim *Plumbum* diviserunt in *Album & Nigrum*: *Album Veterum Plumbum*, est id, quod nos vocamus *Stannum*; *Nigrum* verò genuinum nostrum est *Plumbum*. Quid vero *Stannum Veterum* fuerit? dubium adhuc est. Sunt, qui dicunt, *Plumbum cum Lunâ fusum* fuisse *Veterum Stannum*: alii *Bismuthum* fuisse *Veterum Stannum* putant.

Bismuthum est aliàs in se *Subjectum Mercuriale*, ponderosum, fluidissimum, Stanno ferè simillimum. Præterea *aliam* possideo, & vobis jam ostendo *Bismuti Mineram*; Germ. *Wied Bismuth* dictam, quod *Candelæ* admota instar granulorum (sicut *minuta Uniones*) se præbeat: Porrò *aliam Mineram compositam*, in qua simul *Cobaltum & Bismuthum* reperitur: est aliquomodo rubicundum; *Bismuthum* enim vel sponte, vel arte resolutum, ad *Colorem rubescentem* declinat. Denique *aliam Bismuthi Mineram* possideo, & vobis ostendo, quæ multum *Bismuthi* habet, & quæ, quando inveterascit, pulchrum dat *Colorem*.

Bismuthum, præter *Usum Mechanicum*, obtinet quoque *Usum Medicum, internum & externum*. In specie verò *Magisterium Bismuthi* prostat, sub nomine *Magisterii Marcasitæ*, tam pro usu interno, quàm externo. *Modus parandi* pro usu interno hic est:

N. *Bismuthi* qu. v.

Solvatur in f. q. *Spiritu Nitri rectificati*: accidit tunc insignis strepitus ac intensissima Effervescentia, Fumorumque sulphureorum longè latèque se respergentium copiosissima effusio. *Solutio* ipsa filtrata & perspicua infusione *Aquæ simplicis communis* (non fontanæ, quæ eam reddit turbidam) præcipitatur in *Pulverem candidissimum*, qui crebris ablutionibus cum *Aquâ communi calidâ* edulcoratus & debitè exsiccatus, instar *Mercurii Vitæ* affervetur usui.

Pulvis hic internè tanquam *Secretum* habetur ad *Contracturas*, & præmissio *Vomitario*, ad *Febres intermittentes*, continentés, & ardentés mox in tempore adhibitus: item ad *Epilepsiam Infantum & Adultorum*, *Doff*, *Infanti à ℥ss. ad gr. xij.* *Adulto ℥ss.* cujus tamen rei *Experimentum* hætenus non tentavi. Quantum ad alios *Affectus*, speciatim *Contracturam*, valeat, conf. *Scriptum German. Tada trifida Chym. pag. 261.* ubi plura de *Bismutho*.

Aliàs usu externo *Magisterium Bismuthi* secundum *AUTORIS* manuactionem ex *BEGUINO* paratum est usitatissimum *Cosmeticum* in *Lichenibus*, *Scabiè*, *Impetigine*, & nempe

Vires. Confert ad Cutis vitia, Lichenes scilicet, Impetiginos, Scabiem Manuum, & similia.

II. DESTILLATIO, ET SUBLIMATIO.

Unde

Oleum sive Liqueur, Sal, & Flores Marcasitarum.

℞. Marcasitæ crudæ, qualis ex Fodinâ eruitur, q. v. (c. gr. ℥. x.) pulverisâ, macerave cum Vino albo, generoso q. l. per dies ac noctes (2.) hinc deple, atque novum Vinum affundendo, iterum macera, toties id repetendo, donec Mens. 20. affuderis. Decantationes omnes tandem affunde Marcasitis, ac destilla ad siccitatem, hinc obtura rostrum Alembici, daque Ignem fortiosem, & sublimabuntur Flores argentei.

(N. Liqueur fit, & Flores argenteos per deliquium in Cellâ solveris.)

Destillatum porro lento calore coque, vel si Spiritum appetis, destilla ad remanentiam Mensuræ 1. reponque aliquamdiu. Hinc coque iterum ad medietatem circiter, reponque ad crystallandum.

N. Crystallisationem promovere potes imponendo Stramina.

Vires. Utrumque & Oleum, & Sal magnarum sunt virium in Ulceribus cancriosis, Fistulis, aliisque Affectibus malignis. Paracelsus l. de Quintâ Essentiâ Metallorum.

Aqua Marcasitæ.

℞. Miner. Magnesiæ, i. e. Bismuthi crudi Ignem non experti, q. v. destilla per Retortam, & nancisceris Aquam albam, quam vel tertiâ vice rectificatam serva.

Vires. Perhibetur extrahere Animam Auri, relicto Corpore albo. Revivificare item dicitur Herbam quamcunque aridam, si Radice ei impositâ maceretur. Quinimod si cum Aqua destillata Herba cujuscunque confundatur, atque cum modico Salis ejusdem Herba maceretur, Herba ejusdem formam apparere ajunt. Eadem Aqua cum proprio Sale (ex Capite mortuo) alcalisata, dicitur Aurum ad miraculum usque resolvere. Fides fit penes expertum.

N. Aqua Marcasitæ clauso Vase asservata, Novilunio dicitur augeri, Plenilunio econtrâ imminui. Andr. Orbelius in Lumine suo Chymico.

nempe ℥j. cum ℥ij. vel iij. ad ℥iv. Aquæ Florum Fabarum, Radicis Sigilli Salomonis, Liliorum alborum, &c. misceantur, & ita mutuâ agitatione factâ applicentur, vel cum ℥j. Ungu. Pomati in Linimentum redigatur. DECKERUS in Barbette Praxin laudat in Intertrigine Infantum.

Alii Solutionem, cum Spiritu Nitri rectificato factam, præcipitant cum Oleo Tartari per deliquium, vocantque Cosmeticum Clavii, (qui primus fuit Autor,) remedium aliâs haud contemnendum. D. MICHAELIS cum Aquis Cosmeticis dictâ proportionem permiscebat, & pro abstergendis Faciei sordibus, & albedine eidem conciliandâ, hic sæpius distribuebat. Est optimum eorum, quæ hodiernum haberi possunt, inter Cosmetica.

Quando destillatur Marcasita per Retortam, prodit primò Liqueur, deinde Sal, & Flores adhærent collo Retortæ; qui usu tantum externo & Chirurgico adhibentur.

Potest etiam exinde præparari Liqueur, qui tanquam Menstruum universale quælibet Corpora solvere possit, sicut & SCHOTTUS in Techn. curiosâ l. 11. cap. 19. vult parare Aquam mirabilem, per quam Plantas emortuas vult resuscitare, & quidem, ut jam aridæ & exsiccatae, si semel in Aquam, paratam ex Bismutho, immergantur, quasi incipiant iterum efflorescere & rejuvenescere; quod tamen non est, & ab AUTORE rectè in dubium vocatur. Magisterium tamen purgans exinde elici potest, Hydropicis perquam utile.

1. 2. Extracta Marcasitæ ab AUTORE Nu. 1. & 2. descripta, ceu Purgantia Serum Hydropicorum satis fortia ab eodem prædicantur, à nemine tamen adhuc Medicorum, quod sciam, in usum tracta.

Infusum cum Vino dicitur tantum purgans.

Fieri etiam possunt Flores & Vitrum ex Marcasitâ, imprimis ad modum Vitri Antimonii; quæ insula in Liqueorem purgare dicuntur, instar Infusi antimoniatum.

Sed cum alia tutiora ac commodiora prostant, facilè hisce carere possumus; sicut & quæ de Oleo, & sequentibus aliis

III. EXTRACTIO.

Unde

1. Extractum Marcasitæ aureæ S. Clossai.

℞. Marcas. Auri (leucophæa obscuris punctis trajecta optima censetur) pulverisetur & imponatur Testæ vitreatæ, calcinetur vi Ignis, hinc & inde Materiam rudiculâ ferreâ agitando, donec non fumiget amplius, & Sulphur ejus impurum omnino combustum sit: tum per Incerniculum agatur, & inde Tinctura per Acetum destill. alkalisatum proliciatur. Evaporato Menstruo restabit Materia mellita.

Vires. Cum Micâ Panis subigitur, formanturque Pilulæ ad Pisi magnitudinem. Desur unica Pilula pondere gr. vj. ad repurgandum Corpus in Febribus Intermittentibus.

2. Extractum aliud valdè nobile.

Eadem Marcasita præparata, uti dictum, M. cum part. xii. Cremor. Tartar. Bull. in Cacabo ferreo cum magnâ quantitate Aq. communis, dum tingatur Aqua, quæ postea filtranda & evaporanda est ad consistentiam Sapæ, & cum Spirit. Vini denuò circulanda in Essentiam.

Vires. Serum purgat potentissimè, Hydropicos ad miraculum juvat. S. Clossæus.

N. 1. Infusio simplex ℥j. Marcasit. in ℥v. Vini albi adhuc fortius Hydropicos evacuat instar Antimonij.

N. 2. Si ex Floribus Marcasitæ vel ex Vitro ejusdem concinnatis ad normam Florum Vitri Antimonij fit Extractio, res feliciter erit successura.

VI. ZINCHUM, seu MARCASITA PAL-LIDA, ZINCK.

(Mercurii particeps, putatur Venerem in Colorem flavum tingere.)

P R Æ P A R A T A.

Flores in Colliris adhibentur in Ophthalmiâ, in Papillarum Fissuris, Inguinumque Excoriationibus.

CA-

habet AUTOR, tanquam incerta in medio relinquo.

VI. ZINCUM.

Zincum, seu Germ. Splauter, est Compositum seu Concretum serè Metallicum Mercuriale Saturninum, sed immaturum admodum, & adhuc volatile, indeque facili Igne in Flores sublimabile. Cum Jove permixtum in pulchritudine & candore eum multum exaltat; cum Venere verò Concretum Auribalsci facit, quod cum etiam facit Lapis Calaminaris, tam iste, qui cum Saturno in eadem Minerâ generatur, & sublimando ab illâ separatur, ut Goslariz fieri solet, quam qui per se fossilis eruitur, non improbabile est, in radice suo modo Zincum cum Lapide Calaminari convenire, saltem, quod illud fusile in Igne, hoc verò non sit.

Præparata ejus hæcenus cognita sunt Flores, tam per se, quam cum addito parati. Per se Zincum sub Calcinatione copiosos Flores suggerit, sed si parum Picis desuper injiciatur, reddit Regulum.

Flores hi multum laudantur ad Oculorum Affectus ex acrimoniâ Lymphæ natos, item ad Ulcera & Pustulas Oculorum, &c.; his enim in Affectibus peccans specificum Acidum mirè temperant, & infringunt cum Aquâ quadam ophthalmicâ permixti, & Oculis applicati. Deinde cum addito Nitro etiam fiunt Flores, si Zinci part. ij. & Nitri pars j. destillentur per Retortam; dant copiosos Flores unâ cum Spiritu.

Flores hoc modo parati sudoriferi sunt, interdum Vomiturum, & Secessus movent. Dosis gr. ij. Externè mundificant, & consolidant Ulcera manantia, sive per se, sive Unguentis applicati.

Dubium est: an non pro Acido hypochondriaco corrigendo ex Zinco Remedium parari possit; cum hoc quælibet Acida promptè absorbeat, & propterea Solutiones quavis Metallicas præcipitet? Tincturam ex Zinco crudo extrahit Oleum Terebinthinæ; vid. BOYLE de Specif. & Simplic. pag. 237.

CA-

C A P U T XIX.

DE RECREMENTIS METALLORUM
ARTIFICIALIBUS.

Recrementa Metallorum Artificialia voco, quæ separantur à Metallis, dum in Fornace funduntur, & purgantur.

Suntque

1. CADMIA. 2. DIPHRYGES. 3. LITHARGYRIUM. 4. MOLYBDÆNA, seu PLUMBAGO. 5. TUTIA, seu POMPHOLYX, & SPODIUM.

I.

C A D M I A.

Cadmia (Nativa (Metallica, v. Cobaltum.
(Metalli expers, v. Lapis Calaminaris.
(Factitia, de qua hic.

Cadmia factitia est Corpus densum, ex Fuligine Æris, dum in Fornace conficitur concretum, adhærens lateribus, cameisique Fornacum, vel & in partem infimam delabens.

Dicitur *Kadmeia* Arabicè *Climia*, vel *Cblimia*.

Triplicis id sit generis, Nominibus à re, quam representare videtur, sumptis.

Botritem appellant, quæ *Uosæ* speciem refert; *Ostracitem*, quæ *Testis* similis est; *Placitem* quæ *Crustis*.

Botritis reperitur in Fornacis parte mediâ; *Ostracitis* in infimâ; *Placitis* in editiore.

N. 1. Sunt qui *Capnitem* & *Calamitem* addunt.

Capnitem, quæ in ipso Fornacum ore reperitur, tenuissima, exusta & nimîâ tenuitate similis favillæ. Verùm hæc à *Pompbolyge* vix vel parùm differre videtur.

Calamitem vocant, figurâ *Calami*, quam à *Perticâ ferreâ* acquirit. Nimirum decutitur hæc à ferreis *Perticis*, quibus *Cadmia*, dum *Æs* fufum iis agitur, adhærescit.

N. 2. Quin & *Cadmia* paratur ex *Pyrite Lapide* in Fornace usto.

Optima est *Botritis*, densa, modicè gravis, & in levitatem magis inclinans, racemosâ facie, quæ fracta cinerulenta est. *Dioscorides*.

Vires. Leniter desiccatur, abstergit, Ulceribus humidis & putrescentibus confert, eademque ad cicatricem ducit. Adhibetur autem *Botritis* & *Placitis* imprimis in Affectibus Oculorum, reliquæ in Ulceribus aliis.

C A P U T XIX.

DE RECREMENTIS METALLORUM
ARTIFICIALIBUS,

Quæ scilicet in *Fusione* aut *Liquatione Metallorum* solent subnasci. Inter hæc est

I. CADMIA FACTITIA.

Cadmia factitia nihil est aliud, nisi *Fulgo Æris*, quæ in *Fusione Metallorum* Fornacibus adhæret; vid. **AUTOR**: & quidem pro varietate formarum, secundùm quas concrevit hæc Fuligo, varias sortitur appellationes, quas videbitis apud **AUTOREM** nostrum.

Has inter species usitatissima est *Cadmia Botrites*, quæ est Substantia metallica ponderosa, in formam Corticis concreta, intus lævis, ex flavo cinerea; extus verò tuberculis humorosis exasperata, *Botrorum Uvarum* speciem in superficie gerit; unde *Cadmia Botrites* vocatur. Ordinariò *Cadmia hæc* in *Officinis Pharmaceuticis cum Tutia confunditur*. Nam *genuina Tutia* est idem cum *Pompbolyge*, & videtur esse *Cadmia Capnites*; *Officinarum* verò *Tutia preparata*, *Alexandrina* dicta, est *Cadmia Botrites* ignita, in *Aquâ extincta*, & super *Porphyrite lævigata*; sicut pariter *Officinæ* sub nomine *Nobili Pompbolygen* seu *genuinam Tutiam* expriment, ut hæc ipsa suo modo ad *Cadmias* referri queat; uti id ipsum **AUTOR** sub *Cadmia Capnite*, item sub *Tutia preparata* ostendit. Conf. simul quoad hodiernam *Cadmiam* & *Pompbolygen*, **MERRETTUS** in *Not. ad Artem vitriariam* pag. 358.

Cadmia hæc factitia, *Tutia Alexandrina* *Officinis* dicta, *Usum* imprimis habet *externum chirurgicum*, quoniam valde convenit in *Ulceribus fistulosis* aliisque inveteratis, cacoëtheis & fluentibus seu manantibus. His eni in *inspersa Cad-*

P R Æ P A R A T A.

1. *Tutia (positus Cadmia) preparata Officinarum*.

Igniatur & extinguitur *Cadmia* in *Aquâ Rosarum*, idque ternâ vice, hinc lavetur ut *Pompholyx*.

2. *Collyrium album Galeni*. V. *Dispens.*

N. Præstat in *Collyrio* hoc, ut & in aliis, loco *Cadmia* adhibere *Pompbolygem* seu *Tutiam*. Nec audiendi sunt, qui *Cadmiam* & *Tutiam* confundunt, *Tutiamque* faciunt, quæ *Tutia* minùs legitima, rectius autem *Cadmia* species est.

3. *Unguentum de Tutia Nicolai*. V. *D.*

4. *Emplastrum de Lapide Calaminari*. V. *D.*

II.

D I P H R Y G E S.

Diphruges est genus Recrementi metallici, quod subidet dum *Æs* in Fornace fufum *Aquâ frigidâ* perfunditur.

Vires. Miltam habet facultatem, continet enim in se quiddam & mediocriter astringens & mediocriter acre: quamobrem *Ulcerum* rebellium optimum Medicamentum est.

Usus in *Officinâ* est rarissimi.

III.

L I T H A R G Y R I U M.

Lithargyros, *Lithargyrium* *Officinis*, spumofum Excrementum est, è purificatione *Argentis*, quæ per *Plumbum* fit, residuum.

Duo ejus genera communiter statuuntur, videlicet *Lithargyrium Argentum*, quod *Coloris albi*; & *Aureum*, quod *flavi Coloris* existit. Verùm nonnisi *Collione differunt*, *Aureumque* magis coctum est, quàm *Argentum*. *German. Glett. Gall. Litarge*.

N. Nihil aliud est, quàm *Saturnus*.

Vires. Siccat & refrigerat moderatissimè, adstringit, reprimis, occludit, cava explet, extergit, sarcoticum est.

P R Æ P A R A T I O N E S.

Preparationes easdem cum Saturno, pro re natâ tamen, suscipit. Unde *Medicamenta* quoque eadem suppeditat, quorum tamen præcipua sunt

1. *Sal*

mis hæc seu Tutia preparata *Officinarum* multum solet conferre in exsiccando, & absumendo *Fermento* corruptivo *Ulcerum*; unde etiam postmodum *incarnationem* & *cicatrificationem* promovet per consensum. Valde quoque convenit in *Affectibus Oculorum*, sive sub formâ *Pulveris* insuffletur per *Canalem* in *Ophthalmiis*, aut *Ulcere* vel *Pure* sub *Corneâ* laborantibus, sive fiat exinde *Unguentum*, quod dicitur *Collyrium album Galeni*, item *Unguentum de Tutia Nicolai*, quod in *Officinis* prostat; quæ sunt usitata in *Affectibus Oculorum*: quibus non incommodè permiscetur unum alterumve granum *Campboræ* aut *Croci*, &c.

Emplastrum de Lapide Calaminari in *cicatrificatione* est optimum.

III. L I T H A R G Y R I U M.

Lithargyrium nihil est aliud, nisi *Saturnus* genuinus ex *Lunæ Solisque* purificatione residuus. Dixi enim superius, quod depurentur *Sol* & *Luna* à reliquis *Metallis*, si fundantur cum *Saturno*, qui absorbet reliqua omnia *Metalla* viliora, & sub formâ *Scoriarum* absumit, *Sol* verò & *Luna* resident pura ac nitida: ab his *Saturnus* imprægnatus & transmutatus dicitur *Lithargyrium*; unde nunc *Lithargyrium Argentum*, nunc *Aureum* dicitur. Differunt quippe *Collione* ac *puritate*: *Aureum* est purius, & à *depurato Auro* desumitur; *Argentum* impurum, & à *Lunâ* desumitur. *Germanis* vocatur *Glett*.

Quoad *Usum*; *salios Humores* imbibit & corrigit, unde laudatur ad *Intertrigines*, *Ulcera chronica*, & omnes *Inflammationes*. **LUDOVICI** *Cosmeticis* miscet, & *Lac Virginitis* inde parat, quod in *Pustulis Faciei rubris* conducit.

Preparationibus penitus cum *Saturno* coincidit, ut *Sal*, *Mogisterium*, & *Balsamum* &c. ostendunt.

2. *Bene*

1. *Sal Lithargyrii, Alumin Saturni Paracelso.*

Paratur beneficio *Aceti destillati*, non secus ac Saturni: decantatur *Solutio*, filtratur ac inspissatur.

Vires. Ex præcedentibus colligo, & si libet respice ad *Sal Saturni*. Internè exhiberi quoque poterit in Diarrhœis, Dysenteris, reliquisque Morbis resolutis. Intestina læsa ac ulcerata sanat ac consolidat, Sanguinem æstuantem refrigerat.

Dosis ℥ss. cum *Tberiacâ* vel alio *Electuario sudorifico sive anodyno*.

2. *Magisterium.*

Præcipietur *Solutio* cum *Oleo Tartari*.

3. *Oleum Lithargyrii rubrum.*

℞. Sal. Lithargyr. Sal. com. decrepitat. an. M. ac destilla per Retortam.

Vires. Curat *Vulnera Oculorum*, *Caput mortuum nigrum* inspexitur *Vulneribus*.

4. *Extractia seu Tractura Lithargyrii Terebinthinata, aliâ: Balsamus Lithargyrii Terebinthinatus.*

℞. Sal. Lithargyr. ℥ij. Spir. Terebinth. ℥i v. macera in Cineribus calidis, & rubescet.

Vires. Mirarum existit virtutum in Chirurgiâ, convenit *Ulceribus inveteratis*, ut & *Tumoribus*, curat *Vulnera*, eadem ab accidentibus præservat, præcipue si addatur *Campboræ* ℥ss. Succurrit eidem *Fistulis*, *Cancro*, *Morphœis* & aliis.

5. *Balsamus, seu Unguentum.*

℞. Acetum Sale Lithargyrii imprægnatum, misce cum *Oleo* (præstat in *Mortario plumbeo*) sic coagulatur in *Linimentum*.

Vires. Confert *Inflammationibus*, *Ambustis*, *Podagræque* calidæ, & simil. (*Mammillis affectis*, *Alfatis*, *Saures Brust Salben*.)

N. Eodem modo fit & *Balsamus Saturni*, ex *Aceto Sale Saturni* imprægnato, & *Oleo Olivæ*.

6. *Liquor.*

℞. Sal vel Magisterium Lithargyrii, solve per deliquium.

IV.

MOLYBDÆNA, seu PLUMBAGO.

Molybdæna seu *Plumbago duplex Dioscoridi* est: *Nativa* & *Factitia*.

1. Beneficio *Aceti destillati* fit *Sal Lithargyrii*, quod à *Saturno* vocatur *Saccharum Saturni*, & cum hoc omninò unum idemque est. Unde etiam tam interno quàm externo usu potest adhiberi: internè in *Affectibus Splenis*, *Malo hypochondriaco*, *Dysenteria* ac *Diarrhœâ*; externè in *Cosmetis*, *Erysiplate*, *Vulneribus* & *Ardoribus partium*, *Ambustis*, &c. In genere, quæ dixi de *Saccharo Saturni*, eadem omnia hic applicari possunt.

2. *Magisterium*, quod fit, si solvatur *Lithargyrium* in *Aceto*, & præcipietur cum *Oleo Tartari*, imprimis solet adhiberi pro usu externo. Aliàs fit *Magisterium* per *Solutionem Lithargyrii in Aceto destillato factam*, quæ præcipitur cum *Spiritu Vitrioli*, quod adhiberi solet pro usu externo. Valdoperè refrigerare dicitur, & insigniter laudatur in *Peste*: est subacidi saporis. Pro interno tamen usu ordinariò *Remediis ex Saturno purificato*, hoc est, quantum possibile à *Venere liberato*, utimur: sicut pro externis *Remediis Lithargyrium* usitatus recipimus.

4. *Extractum* seu *Tinctura Lithargyrii terebinthinata* est nil aliud, nisi *Balsamum Lithargyrii terebinthinatum*: sicuti *Balsamum Saturni terebinthinatum* fit immiscendo *Sal Saturni*, ita etiam *Sal Lithargyrii* permiscetur cum *Terebinthinâ*.

Est egregium in chirurgicis Casibus, in purificandis *Ulceribus nimis dolorosis*, & cum *Inflammatione conjunctis*, uti & in *Vulneribus*, imprimis cum *Campborâ*, uti rectè habet **AUTOR**.

Ex hoc *Balsamo* potest fieri *Tinctura* cum *Spiritu Vini*. Videantur supra, quæ de *Saturno*.

5. Aliàs potest ex *Lithargyrio* fieri *Unguentum* egregium multi usûs in *Morbis externis*, quod fit hoc modo:

℞. Lithargyr. triti ℥j.

Affuso *Aceto fortissimo* ad *Mens. j.* coqu. ad consumpt. mediæ tatis: filtratur per *Manicam Hippocratis*, vel etiam saltem per *Filtrum commune*, & tervecur; postmodum

℞. Aqua Rosar. ℥x.

Ille nihil aliud esse videtur, quàm Lapis, seu Minera Plumbi, seu potius Minera Plumbi & Argenti simul.

Factitia est *Species Lithargyrii*, videlicet est illud *Recrementum*, quod in *Argenti*, *Aurique* purificatione cum *Plumbo*, *Minerâve Plumbi* insititâ, *Fornacis solio concretum* & *perustum adhærescit*.

Vires. Similem *Lithargyrio* vim possidet, ad *frigidum paululum recedens*, sed nec *abstergentis facultatis* est particeps.

N. Utraque celerrimè funduntur.

V.

TUTIA, seu POMPHOLYX, & SPODIUM.

Pompholyx est *Favilla tenuissima & volatilis*, quæ dum *Æs* in *Fornacibus* perficitur, *supernæ earum parti adhærescit*. Arabicè *Tutia*, Latine *Bulla*, Offic. *Nil*, vel *Nibili album*. German. *Weisz nicht*, *Augen nicht*. Gall. *Tutbie blanche*.

N. Coit ibidem in *Glomusculos vellerum similes*, contæque *Farinæ* modò dispergitur. Eodem modo & *Cadmia* vi *Ignis violenti* in *Favillam* seu *Tutiam* redigi potest. Vide *Dioscoridem*.

Spodium est *Favilla eadem ob gravitatem in pavementum decidens*. Græcè *αῶδιον* & *αῶδῶ*. Latine *Spodium Græcorum*. Offic. *Nil* vel *Nibili griseum*. Germ. *Grau nicht*. Gall. *Tutbie grise*.

N. Dicitur *Spodium Græcorum* ad differentiam *Spodii Arabum*, quod nihil aliud esse ait *Avicenna lib. 2. Canon. tractat. 2. c. 6. 7.* quàm *Radicem Alcanæ combustam*, cujus *vires refrigerent & exsiccant*, *gypticæ sint & confortent* *Gor*, confortant *tremori Cordis*, & *Syncopi* ex *Cholera subortæ*, &c. Hoc igitur cum nobis desit, *Officinæ nostrates Ebur ustum* ejus loco vendunt, seu *viribus similibus præditum*.

Vires. *Pompholyx* *Medicamentorum* prope omnium, quæ *citra mortuum deliccant* (si *lota fuerit*), præstantissimum est: quamobrem ad *Ulcerâ cancerosâ idonea existit*, ut & ad *alia omnia maligna*. Inditur *Collyriis*, quæ ad *Oculorum impo-nuntur Fluxiones*, quæque *Bullas seu Pustulas* in eis *natas curant*.

Spodium Græcorum uti *specie à Pompholyge non differt*, ita & *viribus* inter se conveniunt.

N. Legitima hæc *Pompholyx* ac *Spodium* rarè in *Officinis nostratibus* extant, unde ejus loco *Cadmia* uti solent: verum operæ pretium est de *legitimis comparandis esse sollicitum*.

PRÆ.

Alumin.

Olei Tartari per deliquium an. ℥j.

Borrac. ℥ss.

Coquantur hæc invicem cum *priori Solutione*, & coletur. *Usum* habet *externum* in *Lentigine*, *Serpigine*, *Impetigine*, &c.

IV. MOLYBDÆNA seu PLUMBAGO.

Plumbago est *Minera impura Plumbi*, si est *Nativa*; sin verò est *Factitia*, nihil est aliud, nisi *Plumbum calcinatum* in *Fusione Metallorum*, de qua *superius* locutus sum. Adhæret fundo *Furni*, in quo facta est *Depuratio*; unde verè est *eadem Plumbago cum Lithargyrio*, nisi quòd fit *magis calcinata*, & exinde eadem *Remedia & usus* dabit, quæ *Lithargyrium*.

V. TUTIA seu POMPHOLYX, & SPODIUM.

Pompholyx est nil aliud, quàm *Fuligo Æris*; quando scilicet *Minera Veneris* excoquitur, exhalat *tenuissima Favilla* participans de *Venere*, & quidem *superiori adhæret Fornacum parti*. Arabicis dicitur *Tutia*: in *Officinis* vocatur *Nil* vel *Nibil*, Germ. *Augennicht*, *Weisse nicht*.

Tutia hæc seu *Pompholyx* habet *Usum externum* in *Chirurgiâ*, & quæ dici possunt de *Tutiâ Alexandrinâ* seu *Cadmia factitiâ*, valent de *Pompholyge*. *Oculis*, imprimis *acrioribus Lacrymis* perfusis, *inflammatis*, *ulceratis*, *vulneratis*, aliisque *Oculorum Affectibus*, *apprimè confert*; unde *usurpatur* in *Collyriis* tam *humidis*, quàm *secis*, item in *Unguentis*, nihilque habetur melius in *Officinis* ad *Oculorum Affectus*, quàm hæc *Tutia*. In *Ulceribus sordidis manantibus*, *Pustulis sordidis*, item *Intertrigine*, *inspersa*, egregiè confert; absorbet nempe potentiùs *peccantia* hæc *Acida*, imbibit *Uliginem*, & sic *texturam modicè adstringentem* acquirit.

4. Un-

P R Æ P A R A T A.

1. Tutia lota.

1. *Pompholygis* q. v. inde Linteolo modicè raro, agitataque in limpida, ut tenuior ac utilior Tutia pars *Aqua* immisceatur, & nil in Linteolo remaneat, præterquam quod inutile est. Hinc residere permittitur, ac *Aqua* decantatur.

2. *Unguentum Nibili ad Oculos*. V. Aug.
 3. *Aliud ad Oculos* V. Aug.
 4. *Diapompholygos Nicolai*, Nibili dictum, de Tutia.
 5. Hinc recipienda *Cadmia*.

C A P U T XX.

DE SALIBUS IN GENERE.

Salia nihil aliud esse quam Corpora mineralia Aquâ solubilia, ac denudè in salinam crystallinamque formam coagulabilia, Litro primo dictum est; hoc loco ulteriorem eorum enodationem aggredientes, quatenus ea Medicam Provinciam subeunt, referemus.

Salia quæ Medico usui inserviunt, adeoque *Præparatis* inde parandis Materiam suppeditare apta sunt, triplicis quidem sunt generis, pro triplici scilicet Mundi Regno, Minerali, Vegetabili, Animalis; attamen hoc loco primariò nonnisi de Mineralibus agere convenit, iisque Nativis solis, ad quorum normam tamen & Artificialia, sive Mineralibus, sive Vegetabilibus, sive Animalibus, elixiviata illa fuerint, facile dirigi poterunt.

De horum *Salium origine* sic sentio; Macrocosmus non minùs ac reliqua duo Mundi Regna, suâ sustentatur, vivitque Nutritione. In hac redundat *Peristoma salinum*, respondens saluginosis Excrementis, in Animalium Urinâ, Sudore, Catarrho, & similibus deprehensis. Dictum *Peristoma macrocosmicum* salinum, in Globo hoc inferiore congregatum, variam pro varietate Matricum induit speciem; non secus ac Excrementum illud salinum in Animalibus differens evadit.

Hinc

SAL { COMMUNE,
 GEMMÆ,
 NITRI,
 ALUMEN,
 AMMONIACUM,
 VITRIOLUM.

Quibus & ARSENICUM addere licet, quod tamen inter *Salia* & *Sulphura* ambigit.

Eligenda sunt *Salia* hæc in genere Loco natali celebriora, tum puriora, nitidiora, & si natura ferat, crystallina.

4. *Unguentum Diapompholygos* est egregium in Scabie, in Pustulis cutaneis, item in vitiis & Lacrymis Oculorum, in Lippitudine, & Ophthalmiâ &c.

Spodium Græcorum est eadem res atque Tutia seu Pompholyx, nisi quòd sit gravius & propter gravitatem non adhæreat superiori Fornacum parti, sed in terram decidat. Dicitur *Spodium Græcorum*: nam *Spodium Arabum* nihil aliud est, nisi Ebur ustum nostras, aut saltem Ebur nostras est *Spodium Arabum*. Sunt tamen etiam qui putant, quòd *Spodium Arabum* verum sit Tabazir, seu Succus lacteus expressus ex Arundine, seu Saccharum.

C A P U T XX.

DE SALIBUS IN GENERE.

Salia Mineralia dicuntur *Sal commune*, *Gemma*, *Nitrum*, *Alumen*, *Sal Ammoniacum*, & *Vitriolum*. In genere quod attinet *Salia*: notum est, quòd omnia tria Regna subministrant sua *Salia*. Regnum Vegetabile *Salia volatilia* & *fixa*: Animalè solùm *Salia volatilia*, quia in Animalibus nulla sunt *fixa*: Regnum autem Minerale subministrat imprimis *Salia*, quæ propriissimè sic dicta *Salia* sunt, quæque in primâ suâ origine & naturâ sunt *acida*. Et hæc *Salia Mineralia* imprimis originem dicunt ex radice *Salis Naturæ Universalis*, quod aliàs vocatur *Sal Terræ centrale*; de hujus viribus participant reliqua *Salia* omnia: nihilominùs pro diversâ naturâ Matricis diversas formas induit & indoles; unde pro varietate Concretionum naturalium *Salia* suas *Specificas* sortiuntur

Tom. IV.

P R Æ P A R A T I O N E S.

Præparaciones, quibus *Salia* subjiciuntur, sunt 1. PURIFICATIO. 2. CALCINATIO. 3. DESTILLATIO. 4. SUBLIMATIO. 5. FIXATIO. 6. LIQUATIO.

I. PURIFICATIO.

Salia, quia plerumque heterogeneis scatent, minusque syncera existunt, depurari opus habent. *Depurationis* hujus Modus pro varietate *Salium* varius quoque institui potest. Potissima tamen ratio *Salium* purificandorum consistit in *Solutione*, soluti *Filtratione*, filtrati *Exaltatione*, adeoque *Salis Concretionem* vel *Crystallisationem*.

Solvuntur Salia nonnisi in *Liquore aqueo* (non sulphureo aut pingui, & proin nec in *Spiritu Vini* rectificatissimo). *Liquor* hic, nisi specialis accesserit admonitio, adhibetur vulgariter *Aqua fontana*, in qua *Sal* quodlibet maximè si tepescat, dissolvitur, dissolutum per Chartam trajicitur, ut Fæcibus in Chartâ relictis, syncerum transeat. Hoc postmodùm, Humiditate ad siccitatem usque abtractâ, condensatur, vel s. a. eum aliquotâ *Liquoris* portione crystallifatur.

II. CALCINATIO.

Calcinantur Salia per *Ignitionem* idque vel sine, vel cum *Fusione*, & interdum accedente subinde *Materiâ servili*, de quibus speciatim in singulis.

III. DESTILLATIO.

Salium Destillatio, quia ut plurimum *Spiritu fixiori* graviora sunt, per *Retortam* peragitur, eamque vel simplicem, vel tubulatam; vitream, vel terream; idque *Ignem* tum *Arenæ*, tum nudo, pro *Fixitate* scilicet majore vel minore *Liquoris* eliciendi adhibito.

Per *Retortam tubulatam destillatio* hoc modo peragitur.

Ad manus habere decet *Retortam* terream fortem, quæ in superiore ventris sui medietate *Tubulum* habeat *Foramine* pervium, quo *Materia* per vices injici, quodque post injectam materiam obturari firmiter possit: *Retortam* hanc (si lubet loricatam) Luto in Fornace destillatoriâ obfirma, ut *Tubulus* emineat, *Fumariis* tamen uno ac altero relictis. Hinc rostro appone *Receptaculum* capacissimum (quia *Spiritus* cum impetu irruentes amplum requirunt spatium,) juncturis firmiter Luto firmatis. Luto lentè exsiccatò accende primò lentum *Ignem*, hinc fortiosem, ut *Retorta* incandescat. Tum injice *Materiam* paulatim per *Tubulum*, *Foramenque* vel Luto, vel *Bacillo* stuppâ humidâ circumdato obtura, donec *Spiritus* illi impetuosus coagulati (*Aquæ* in *Receptaculo* immixti) sint, *Receptaculumque* clarescat. Hinc iterum injice, obturaque ut dictum. Et sic paratur *Clyffus*.

N. 1. Commodum erit aliquotam *Aquæ* partem *Receptaculo*

Differentias. Et quidem *Salia Mineralia* magis sapiunt originem nativam. Unde *Salii Universalis Acidum* (num debent omnia *Vitriola*, *Sulphura*, *Nitrum*, *Sal commune*, &c. quæ ex unâ radice *Salis Universalis* oriuntur, & hinc certam inter se proportionem, & quandam cognitionem, ratione centri seu originis, habent; utut differant ratione Matricum. Sunt magis *naturalia*, cum econtrâ *Vegetabilia Salia* sapiant *Artem*. Aliàs in genere, qui non inelegantem vult discursum & scrutinium *Salium*, vid. ZWELFFERUM in Appen. ad Animad. in Pharm. Augustanam, & postmodùm TACHENIUM, qui elegantissimè *Salia* pertractavit in Hippocrate Chymico.

In genere hoc singulare est, quòd *Sal* habeat magnam convenientiam cum *Aquâ* & *Liquoribus* aquosis & succulentis, & in illâ liquecat facile: unde dissolvit in *Aëre humido*, & promptissimè dissolvitur in *Aquâ*. Et quidem insinuat sese in poros *Aquæ* diversissimè; ita si solvatur in *Aquâ communi* *Sal commune*, quantum possit dissolvi, & huic *Aquæ* injiciatur *Sal Petreæ*, tunc magna etiam pars *Salis Petreæ* dissolvitur, donec sit saturata *Aqua*; si adhuc injiciatur de *Vitriolo*, & etiam post *Vitriolum* de *Alumine*, certa portio de *Vitriolo*, & *Alumine* solvitur, proat pororum sufficient quantitas, ut absorbeant *Salia*. Est Experimentum hoc GASSENDI. Jam quòd majorem convenientiam habent *Salia* cum *Aqua*, eò majorem inimicitiam gerunt cum *Oleis* & *Sulphuribus*, ut propterea nullum *Sal* possit solvi in *Spiritu Vini*, si sit rectificatus. Unde & ipsum *Saccharum*, quod est naturæ salinæ, non potest solvi in *Spiritu Vini*, nisi habeat copiosum *Pblegma*; nullo modo, si *Spiritus Vini* sit bene dephlegmatus.

M m m m

Omnia

culo infundere, cui scilicet impetuosi illi Spiritus immisceri, adeoque condensari possint.

N. 2. *Salia simpliciora* citra Fluxum seu Fusionem destillari volunt, quare ne inter destillandum vi Caloris fundantur, duplum, triplum, &c. vel *Arena*, vel *Farina Laterum*, vel *Argilla sicca*, humidave commisceri solet, quorum beneficio Fuhio illa præcaveatur.

IV. SUBLIMATIO.

Sublimatio nonnisi *Sali Ammoniaci* peculiariter ac præcipue competit, ut & *Arsenico*. Flores enim *Salis communis* uno & eodem *Destillationis* actu acquiruntur.

V. FIXATIO.

Fixantur Salia diversimodè, de quo speciatim suis locis.

VI. LIQUATIO.

Liquari possunt *Salia*, si vel *Aëri humido* exponantur, vel *Liquore aquoso* aspergantur.

Formæ Medicamentorum, seu

PRÆPARATA SALINA.

1. *CrySTALLI*, seu *Sal purificatum*.

N. *CrySTALLI Salis*, si simpliciter præscribantur, nihil aliud denotant, quam *Sal crystallisatione purificatum*, sic confi-

ciuntur *CrySTALLI Salis Natri*, &c.

Excipi *CrySTALLOS Salis communis dulces*, de quibus in *Cap. sequenti*.

2. *Sal calcinatum*.

(*Phlegma*.)

3. *Destillatum*, unde (*Spiritus*.)

(*Oleum*.)

4. *Sublimatum*, Flores.

5. *Fixatum*.

6. *Liquor*, *Balsamus*.

C A P U T XXI.

DE SALE COMMUNI.

Sal commune nihil aliud est quam *Salsugo Aquæ salæ*, (*marinæ scilicet vel fontanæ*) quæ *Salsugo Humiditatis* aquæ evaporatione inspissata remanet.

Dicitur *Basilio Monacho*, nobilissimum ac optimum *Aroma*. Græcè *ἄλις*. Arabicè *Melich*, *Melba*. Germanicè *Salis*, *Kuchen Salts*. Gall. *Sel*, *Sel de Cuisine*.

Duplex Salis hujus genus occurrit, *Marinum* scilicet & *Fontanum*; utriusque diversa sunt species.

Primas autem *Sal Marinum* sibi vindicat, ac præcipue *Hispanicum*, in cujus tandem defectus satius est *Sal Fontanum*, quod ad manus est, in *Præparationibus nostris* recipere, quam aliud *Salis* genus cum sumptu acquirere.

Inter

Omnia Salia subministrant *Spiritum acidum*, plus minus varium, pro varietate *Salium*. Quæstio est; unde sit, si *Salia* indantur *Retortæ sicca*, v.g. *Sal commune & Nitrum*, quod prodeat *Spiritus aquosus seu humidus*? Respondeo: istam *Humiditatem* nihil aliud esse, quam ipsa *Salia* vi *Ignis* resoluta. *Atomi* enim *salinæ*, per *Ignis* torturam à se invicem disceptæ, segregatæ & dispersæ, dum cum impetu ruunt in *Vas* recipiens, se uniant cum *Phlegmate* prius propulso, ex qua unione fit *Liquor*, quem nos vocamus *Spiritum Salis*, vel *Spiritum Natri*, &c. Et quidem cum *Salia* soleant fluere in *Igne*, & sub tali formâ dum fluunt & liquefcunt, nullas ex se dimittunt particulas, ut exin fiat *Spiritus*. Hoc ut præcaveamus, propterea solemus permiscere in *Destillatione Corpora terrestria*, *Bolum & Argillam*, *Lutum calcinatum*, &c. ut impediatur *Fluor*, sive ne fluant & liquefcant: sed potius, ut dimittant suas particulas salinas, sive *Salia* sine fluiditate: id quod non necessum habemus in *Destillatione Spiritus Vitrioli & Aluminis*. Nam *Vitriolum* habet adhuc permixtas partes metallicas; *Alumen* partes saxosas. *Destillantur Spiritus Salium* per *Retortam vulgarem*, vel per *Retortam tubulatam*, de qua **AUTOR**: sed est minus concinna.

C A P U T XXI.

DE SALE COMMUNI.

Sal commune *Concretum* est *Minerale salsum*, constans *Acido embryonato Sulphuris mineralis*, seu ut alii dicunt, *Acido univetsali*, jam ad *Mineralem naturam* per specialia eorum *Semina* determinato. Quod uti cum pingui substantiâ *Sulphur mineralis*; cum metallicis *Veneris* vel *Martis Venis Vitriolum* constituit: ita cum substantiâ subtili terreâ, facile fusili & vitrescibili, in *Concretum* tale coalescit, quod *Sal commune* constituit. Scilicet non improbabili videtur *Sententia SIMSONIS in Hydrol. Chymicâ*, quam hinc inde profert; scilicet *Salia* tam *Chymica* quam *salina Mineralia*, ut *Sal marinum*, *Nitrum*, *Alumen*, *Vitriolum*, &c. esse saltem distinctas & speciales *Concretiones* primi *Entis Salium*, ita ut specialis *Differentia* eorum dependeat ab his tribus: nempe *sulphureo acido* seu *esurino Spiritu*, *Aquâ*, & *Glebâ minerali*; à quorum variis solutionibus & mixturis oriatur varietas *Salium mineralium* in visceribus terreis. Assertum, ut dico, non improbabile, ulteriori tamen *experimentali scrutinio* omnino subjiciendum. Esse tale *Concretum salsum*, docet *Mechanica chymica synthetica*, dum non saltem *Acidum fixum Silicis* imbibendo *Alcali*, cum eo in *Sal commune* concrefcit, teste **TACHENIO Hipp. Chymic. cap. 5.** sed & *Spiritus acidus ex Sale communi elicitus*, cum *Alcali fixo* quovis abit in *Sal commune* verum & genuinum, cubiforme, & cujus *Cubi* mutuâ impositione ad *pyramidale fastigium* tandem *ascendunt*: id quod tam in viâ *humidâ*, dum *Spiritus Salis & Oleum Tartari* per *deliquium* miscentur, manifestum evadit, quam in viâ *siccâ*, dum *Sal Ammoniacum* cum *Sale Tartari* pro *destillatione Spiritus Salis Ammoniaci tartarificati* socian-

ter; remanet sic in *Capite mortuo Sal duplicatum*, *Sali communi* simillimum: ita tamen *Alcali fixum* cum *Spiritu acido* *Salis communis* coit, ut plures particule terreæ figentis in *Alcali* unâ colligatæ separentur, ita ut *primariò* cum *salinis* particulis, in se reverâ *volatilibus*, licet mediante *Igne* colligatis, *immediatam societatem* ineat. Nihilominus tamen *Sal hoc commune artificiale* præ *naturali fixo* longè observatur, cum nec in *Spiritum* tam facile *destillari*, nec in *Flores* *sublimari* queat, ut *Sal naturale*; quod & in *Crucibulo fufum* in *Flores salinos albißimos* se elevare solet: quod manifestum evadit, si *Objectum* quoddam supra *Crucibulum* teneatur: ita ut in se ipso *consideratum* *Sal commune*, *Concretum minerale* minus, seu haud adeò *fixum* videatur, quin *medium* sit inter *fixum & volatile*, inter *acidum & alcali*, inter *salsum & sulphureum*, & ad omnem hunc statum dispositum, ut rectè asserit **BECHE- RUS Supplem. 2 pag. 68.** Unde & tam sociabile existit *Alcali* tam *fixo* quam *volatili* præ aliis, ut *citato loco BECHERUS* confirmat, tam in *Amegmatis Resolutione*, quam *Salis Ammoniaci Compositione*; adeò ut *Sal commune* tam ad *fixorum* quam *volatilium Salium* statum tendat. Nam præter *acidum Spiritum* in vulgus notum, & *Substantiam terreo-alcalinam*, ex quibus coalescit, reverâ de *volatiliori* adhuc *Substantiâ* participat, quam *Spiritum balneusum* vocat **HELMONTIUS de Lith. cap. 3. §. 31. & cap. 4. §. 161.** ratione cujus *Corpora metallica præcipitata* *volatiliora* reddit, ut in *Lunâ ac Saturno* corneis manifestum, eaque ad *Mercurialem fluxilitatem* disponit: hinc & *Substantiam Mercurialem Metallorum in Sale communi inesse* **BECHE- RUS** asserit *Phyf. subterr. lib. 1. p. 450.*

Præterea quoque & de *Sulphure Sal commune* participat, dum *Spiritus* ejus non saltem manifestò *Sulphur* spirat, sed & in *Destillatione* ejus nonnihil *Sulphuris flavi* facile *inflammabilis* in *Receptaculo* hinc inde, & *Retortæ collo*, adherere observetur. Nec est, quòd vel ex *Argillâ*, vel *Bolo*, cum quibus *destillatur Sal commune*, *Subjectis* nempe *pinguibus*, *Sulphur* tale quidam *derivare* velint, quod cum *Spiritu Salis* simul *rapiatur ac elevetur*: Nam & cum *Alumine* isto *institutâ Salis Destillatio* paria dat *phænomena*.

Triplex Salis communis est Differentia: dum est vel *Fontanum*, in *Aquâ* nempe *communi solutum*; vel *Montanum*, seu *Gemma* seu *Fossile Natrum*; vel *Marinum*. *Gemma* à *Fontano* differt, quod hoc plus, illud minus *Substantiæ terreæ* contineat; *Marinum* verò à *Fontano*, quòd illud magis *bituminosum & sulphureum* sit. De *Sale Gemma* dicitur *Cap. sequenti*.

Sal Marinum pro varietate *locorum vario modo præparatur*. In *Galliæ Provinciis* sit sponte, si nempe in *Foveis* juxta *Mare* per *Æstum* *marinum* colligantur *Aqua*, & per *calorem Solis* in *Sal siccum* maturentur. In *Siciliâ* conficiunt *Sal ex Aquâ marinâ*, idque *superinjectione Aquæ dulcis*, quem modum videbitis in **BARTHOLINO Cons. 1. Epist. 54.** In aliis *Regionibus* alius esse solet modus.

In

Inter *Fontans* tamen maxima quoque diversitas est, reliquisque laudem præripere videntur *Hallense* ac *Luneburgense*, quibus tamen haud multum cedit quod in Patria meâ *Uffenia Vvesphalorum* paratur.

Vires, Calefacit, exsiccat, abstergit, dissolvit, purgat, adstringit leniter, consumit superfluitates, penetrat, digerit, aperit, incêdit, Venærem stimulat, Putredini, Venenisque resistit.

Hinc convenit internè in Cruditatibus Ventriculi, Appetitu prostrato, Obstructionibus Alvi & Urinæ, Colicis Doloribus, &c.

Externè, in Ulceribus putridis ac serpentibus mundificandis, in Tumoribus simplicibus & peñitentibus discutierendis, in Combustionum *εμπυρεων* extrahendâ, in Pruritu & Scabie exsiccandâ, in Suggillationibus, Sanguineque extrayato resolvendo ac discutendo, in Dolore Dentium, Colico, Cephalico, Arthritico, & similibus mitigando, in Oculorum Pterygio absumendo.

N. Ad *Salis hujus communis* naturam accedunt *Salia Artificialia*, ex Vegetabilibus ac Animalibus incineratis scilicet elicta, unde & iisdem ferè *Præparationibus* subjici queunt.

PRÆPARATIONES.

Præcipue sunt

1. PURIFICATIO. 2. CALCINATIO. 3. DESTILLATIO.
4. EXTRACTIO.

I. PURIFICATIO.

Purificatio Salis communis fit modo vulgari, solvendo in *Aquâ*, ac crystallifando.

N. Si Solutio hæc ac Crystallifatio aliquoties aliquo modo repetatur, tandem Sal commune dulcescit.

In *Salis Fontani* verò *Præparatione* observandum est, quòd in ejus confectioe semper aliquid de *Felle bubulo* solet injici, propterea, quia sic faciliùs granulatur, & in majora abeat Granula. Constat enim Sal hoc Sale volatili oleoso subtili, quod se jungit cum Acido Salis communis; unde hoc faciliùs in talia Granula se coagulat. Quidam loco *Fellis bubuli* aliquid de *Sanguine Bovis* injiciunt ex eadem ratione.

Ufus Salis communis est vel *Culinarius*, vel *Medicus*, vel *Chymicus*.

Culinarius est ad conciliandam *Saporis* gratiam Alimentis, ad condiendas Carnes, ne tam citò putrescant; sub quo ipso Sal volatile ex Carnibus solet imbibere, ut *TACHENIUS* ostendit: Hinc in esu Salis communis nimis ejus usus noxius. Utur enim in Corpore indissolubiliter sit, & ultra primas vias non pergat, sed cum Excrementis & Urinâ iterum excernatur; dum tamen crebriori usu Sal volatile Corporis nostri nimis imbibit, faciliè tali occasione Acidi dominium & nocumenta in Corpore ex nimio usu augentur.

Ufus Medicus est imprimis internè diureticus ac nephriticus, speciatim ejus *Spiritus*. *Externè Sal decrepitatum* in discussione ac resolutione, tam Flatuum quàm Humororum serosorum, crebriùs usurpari solet. Hinc v. g. *Sacculus ex Milto tosto* & *Sale decrepitato* imponitur Ventriculo & Abdomini in Colicâ flatulentâ; Capiti ad arcendam Cephalalgiam à causâ frigidâ, & scorbuticam, & ubi opus est discussione vel resolutione.

Ufus Chymicus se exerit in specie in volatilifandis Metallis, & disponendis iisdem ad Mercurialem fluxum: item in solvendo Auro, Antimonii Regulo, ac penetrando Mercurio. Nempe curiosum est, ad qualvis Auri solutiones, item Reguli Antimonii hæctenus cognitæ, Sal commune semper requiri, atque quod ex additis Mercurio sublimate, Vitriolo, Nitro & Sale communi, saltem Salis communis Acidum penetret Mercurium. Huic si sociatur in Sublimatione, eundem corrosivum reddit.

Imprimis *Sal Marinum* ad *Usum Medicum* & *Alchymisticum* est optimum. Hinc Spagyrici, quando volunt hieroglyphicè, seu recto nomine innuere *Sal marinum*, solent illud vocare optimum *Condimentum*, quo nemo carere potest. Ex hoc optimus fit *Spiritus*, egregiè *litbontripicus*, & quidem valde commendat *HELMONTIUS* contra Lithiasin, in *Tr. Lithiasis* inscripto. Et sunt qui putant, quòd Sal marinum magis participet de Sale centrali, sitque magis excoctum à calore radiorum solarium.

Tom. IV.

I. C. A. L. C. I. N. A. T. I. O.

1. Decrepitoria.

Sal Calore irritatum crepitare solet. Quare ne crepitando Vas destillatorium dirumpat, operæ pretium erit idem *decrepitare*, i. e. ad *Ignem calcinare*, donec amplius non crepet.

2. Fusoria.

Funditur Sal in Crucibulo, sine alio artificio, Igne saltem fati forti adhibito.

Aliter cum Calce vivâ.

U. *Sal. com. Calc. vivâ* an. Misce ac in Anemio calcina Igne violento, ut concresecat. Hinc extrahe *Sal* cum *Aquâ communi*, ac coagula.

Vires. *Basilus Sal commune* hac ratione cum *Calce vivâ* ter calcinatum (singulis vicibus cum *novâ Calce vivâ* anaticè mixtum) adhibet in *Tincturâ Lunæ* conficienda. Vide de *Lunâ*.

III. DESTILLATIO.

Destillatio Salis exhibet *acidam Aquam*, *Plegma*, *Sal volatile*, & *Spiritus*. Nimirum

U. *Sal com.* destilla per se ex Retortâ, primò prodibit *Aqua acida*, seu vitriolata; secundò *Plegma*, cum quo *Sal* quoque *Ammoniæ*, seu volatilis sublimatur. Cessâ à Destillatione ac repone *Caput mort.* in loco humido, ad attrahendam *Aquam* (vel aliquotâ *Aquâ* parte irriga,) dein destilla rursum, sic exibat *Spiritus acidus*. Hoc repete toties, donec totum *Sal commune* in *Spiritus* conversum sit, quem in *M. R.* rectificâ.

1. Spi-

I. PURIFICATIO. Repetitâ *Purificatione* per *Fusionem*, in *Aquâ Solutionem*, ac *Crystallifationem*, Sal commune tandem in *Calcem* seu *Terram inspidam* converti potest, teste *BORRIGHIO de Ortu & Progr. Chym. pag. 82.*

II. CALCINATIO. 1. *Decrepitoria*. Antequàm *Sal commune* in usum Chymicum adhibeatur, necesse est, ut *decrepitetur*. Quando enim Sal calcinatur, aliquantisper crepitare sentitur, & dicitur hoc inde *Sal decrepitatum*. Observandum autem est, quòd Sal marinum longè magis crepitare solet, quàm Sal commune fontanum. *Decrepitationem* hanc *Hauptmannus in Acidulis Horn-Hufanis*, attribuit paucò Nitro, Sali communi adhærenti: cum notum sit, quòd Nitrum quovis calore, præsertim igneo, crepitare, & si vehementiùs tractatur, dissilire solet. Aliàs etiam Crepitatio hæc ex *particulis aquèis*, in Salis communis Crystallifatione concentratis, Ignis actione erumpentibus, & claustra Granulorum dissilire facientibus, derivari potest.

2. *Calcinatio Fusoria*. *Sal sic fusum* si post refrigerationem per deliquium fluat, constituit *Sal illud solutum*, seu *Aquam Salis Paracelsi*, qua in diversis *Præparationibus Chymicis*, speciatim *Quintis Essentiis Vegetabilium*, parandis utitur; Confer. *FEBURE Chym. ubi de Quintâ Essentiâ Vegetabilium*.

Aliter cum Calce vivâ: Ex *Sale communi*, æquè ac ex *Nitro*, per Calcinationem cum *Sulphure*, aut *Carbonibus*, aut cum *Calce vivâ*, producitur *Alcali fixum*. V. g. cum *Carbonibus*: *Sal commune*, dum in Fusione est, *Carbonum fragmenta* adjiciuntur, quæ cum Sale flammam concipiunt, & detonantur. Hæc *Carbonum* adjectio tamdiu continuanda, usque dum Materia non amplius strideat, & ferè alcalifata fuerit. Calcinatio hæc Salis cum *Calce vivâ* revocat in mentem *Spiritus* illum *volatilem urinosum* reverà singularem, qui elicitur destillando ex *Spiritu Salis acido*, *Calci vivæ affuso*: Confer. *LUDOVICI Pharm. pag. 445. item de Sale Tartari pag. 39.*

III. DESTILLATIO. Per se *Sal commune* destillari nequit, quicquid dicat *AUTOR*; sub intensiore enim Igne fluit, quo fluore implicatæ particule nullum faciunt secessum à se invicem, quin potiùs perforant Vasa terræ, & ita Sal perditur. Ergò Sal commune, vel mediante adjectione *Subjeçti terrei* Fluorem impediens peragitur, vel mediante *Flatu*, vel per *Retortam tubulatum* mediante instillatione guttularum *Aquæ simplicis*: qui duo posteriores modi etiam quandoque conjunguntur.

M m m m 2

1. Ad-

1. Spiritus Salis, sive Oleum Salis communis vulgare.

℞. Salis communis ℞. ij. impasta vel malaxa cum Argilla sguilina, Bolivæ Armen. ℞. iij. ad v. & ultrà, inde forma Orbiculos, quos ad duritiem exliccatos, impone Retortæ terreae Luto obductæ, vix ad medietatem implendæ: jungatur Recipiens satis capax, & servatis Ignis gradibus, donec Phlegma egressum sit, ultimò pelle forsi Igne, continuando eundem, donec Spiritus albi prodierint: Spiritum hunc rectifica, Phlegma vel in Mar. Baln. abstrahendo, vel si major evaporando.

N. 1. Si Terram sguillatam loco Argillæ sumpferis, præstantiore elicies Spiritum. Quinimò Sal cum triplo Arenæ vel Farina Laterum, vice Argillæ misceri potest.

N. 2. Quandoquidem in primâ Destillatione Salis portio minima in Spiritum resolvitur, nonnulli Caput mortuum in Aquâ communi coquunt, & Sal commune inde extractum, ut priùs destillant.

Alii Sal extractum cum Spiritu illo priori miscent, aliquamdiu digerunt, & deinde cum Bolo & sim. destillando, totam Salis substantiam in Spiritum transire faciunt. Crollius, Sennertus in Inst. lib. 5. part. 3. c. 5. Beguinus, Agricola.

N. 3. Impastatur Sal ne fluat, quippe si fluxerit, vix Spiritus ascendet.

N. 4. Alii

℞. Aluminis ust. part. ij. Sal. com. p. iij. destillantque: verum Spiritum Salis communis purum hac ratione acquiri non videtur verisimile, imò in examine constat, ejusmodi Spiritum vim suam ab Alumine potius obtinere, quàm à Sale communi.

Vires. Diureticus est & Lithontripticus, tartareamque Mucilaginem potenter resolvit, unde utiliter adhiberi solet in Obstructionibus Epatis, Lienis, &c. in Hydrope, Ictero. Ex-

tinguit Sitim mirabiliter, absumit corrodendo & sine dolore quicquid in Vulneribus, aut Affectionibus aliis putredine corruptum est.

Mixtum cum Oleo Terebinth. Cera, Chamomil. Verbasci, & sim. Dolores podagricos sedat, Tophos discutit, &c. Sanat quoque Membrorum Contracturam ac Ariduram.

N. Ad eundem modum eliciuntur & Spiritus ex Salibus Artificialibus Vegetabilium, quorum Vires licet ex Plantis suis aliquo modo conjecturari possint, (e. gr. ex Sale Absinthii elicitor Spiritus Stomachicus, &c.) attamen Spiritus Vegetabilium in genere omnes sunt acidi, instar Spiritus Salis communis incidunt, resolvunt, &c.

2. Spiritus Salis compositus.

℞. Sal. Nitri puriss. & Sal. com. decrepit. (vel fusi) ana. M. cum duplâ vel triplâ quantitate (alii quadruplâ) Argillæ sicca, & exinde more solito Igne nudo Spiritum provoca.

℞. Hujus Spir. ℞. i. Sal. com. fusi ℞. iv. digere aliquamdiu, ut nimirum Sal commune adjectum 10:vi possit, & protinus per Retortam destilla. Augebis hac ratione Spiritum, & fortiore reddes; quem eodem planè modo cum novo Sale communi fuso, eadem quantitate sumpto, pro libitu toties augebis, quoties placuerit. Abstrahere ab hoc Spiritu Phlegma, & deinceps eundem rectifica per Retortam. Untzerus, Agricola.

Vires. Maximarum est virium in Hydrope, intrinsecus & extrinsecus adhibitus, confert itidem in fistulosis Vulneribus.

(Spiritus Salis rosatum, vid. suprâ Spiritum regium.)

3. Spiritus Salis communis viridis.

℞. Fragmenta Laterum, indantur Ollæ, igniantur in Fornace

1. Addenda ista Sali communi sub Destillatione, sunt vel Boli communis, aut Argillæ nonnihil calcinatæ, aut Terra sguillata part. iij. estque Modus AUTORIS No. 1. vel Alumen ussum, vel Laterum fragmenta, ut ita his separentur à se invicem particulæ salinæ, ne in Igne possint confluere. Vulgariter sic præparatur Spiritus Salis. Nec est quòd AUTOR No. 4. existimat, Spiritum Salis cum Alumine isto destillatum vim maximam ab Alumine obtinere; cum in Alumine isto seu calcinato nil amplius supersit.

In genere Spiritus Salis communis vitè paratus, & qui usui tam Chymico, quàm Medico inservit, sit

1. Rectificatus tam à Phlegmate, quàm à Substantia styptico-terrea, ut striatus prodeat: vid. WEDELIUS Pharm. p. 198.

2. Odoris non injucundi.

3. Coloris ex flavo viridescens.

Quas optimè expressit conditiones BOYLE Tr. de infido Experimentor. successu p. 60.

Usus Medicus hujus Spiritus est, quòd sit egregie diureticus ac lithontripticus, tartareamque Mucilaginem, ut dicit AUTOR potenter resolvat; quòd utut suo modo de Spiritu Salis communis etiam intelligendum sit, tamen in specie de Spiritu Salis marini ultimo Reverberii Igne destillato, & qui non purè acidus, sed quodammodò salus existit, ut dicit TACHENIUS Hipp. Chym. pag. 97. hoc interpretandum est. Imprimis Spiritus Salis convenit in Hydrope, partim quòd Urinam blandè moveat, & ita Aquam Hydropicorum per diuresin eliciat, partim & quòd Sitim eorum egregie extinguat, si cum potulentis permisceatur. Cùm itaque egregium habeat usum diureticum, ulterius hunc intendit RHUMELIUS in Scriptis pag. 171. dum Spiritus Salis communis part. iij. addit Salis volatilis Succini part. j. mista hæc per digestionem unire invicem, hinc per filtrationem depurare, sicque Spiritum hunc sub nomine Spiritus Salis succinati pro scopo diuretico & antihydropeico asservere solet, cùm Sal volatile Succini sit Diureticorum apex. Utut etiam Spiritus Salis sit admodum acidus, affusus tamen Concretis duris marinis, v. g. Testis Concharum, Lapillis Cancrorum, vel aliis Testaceis, in specie Testis Ovorum Struthionis, post factam effervescentiam & solutionem, acrimoniam suam acidam amittit, & saporem salum acrem pungentem, quasi lixiviale, acquirit, qui abstractus per deliquium suggerit Liqueorem salissimi saporis, sed planè singularem, qui in Affectionibus diureticis, & diuresi opus habentibus Urinam potenter provocat, nephriticis in calibus admodum utilem; utut solutio hæc in recessu adhuc habeat Acorem suum satis intentum, cùm instillatione Salis Tartari, vel alius Alkali fixi, possit præcipitari. Sic, si solvatur Lapis Nephriticus in Spiritu Salis, & ita fiat Liqueor, erit egregius Liqueor in Cal-

culo: qualium Liqueorum Nephriticorum descriptionem dedi superius, ubi de Calce vivâ. Porro Spiritus Salis in Peste, pluribusque aliis Affectionibus, mirè solet commendari: & propterea etiam conficiunt quidam Elixir Proprietatis cum Spiritu Salis, loco Spiritus Vitrioli vel Sulphuris, seu, quòd idem est, loco Spiritus Vitrioli philosophici, qui etiam nihil aliud est, nisi Spiritus satis rectificatus, ut superius monui. Egregium quoque est Stomachicum, omnia Salia volatilia urinosa seu alcalia Corporis nostri præcipitat & temperat, unde Refrigerare dicitur.

Quoad Usum Chymicum dubium est: Spiritus Salis vitè paratus, solus & per se queat solvere Aurum, absque nempe Nitri consortio? Affirmare videtur ZWELFFERUS in Mant. Hermet. pag. 322. & 324. quòd & per Experimentiam singularem comprobatur BOYLE loco citato pag. 129. item TACHENIUS citato loco, & Morb. Princ. pag. 124. ubi splendorem prius per ignitionem ab Auro detergere monet. Conf. AUTOR No. 10. Non videtur res simpliciter neganda, quin totum negotium in artificiosa Spiritus Salis præparatione & concentratione consistere videtur; & quidem Spiritus Salis potest concentrari, seu à Phlegmate denuò separari, ut acquiratur Spiritus Salis acidissimus. Modus est hic: scilicet in Spiritum Salis injiciatur Lapis Calaminaris, qui imbibit omnem Spiritum salinum, & relinquit Phlegma. Lapis Calaminaris ita imprægnatus, destillatur per Retortam fortissimo Igne, & ita prodit Spiritus Salis rectificatissimus, & ab omni Phlegmate separatus, qui dicitur Spiritus Salis concentratus à GLAUBERO, qui Spiritum hoc modo paratum commendat in solvendis Metallis, imprimis Auro, sine additione. Interim nullo modo potest solvi Aurum per Menstrua corrosiva, nisi participant de Sale communi, quo posito promptè solvit Aurum: & quidem non solum solvit Aurum Spiritus Salis vitè paratus & rectificatus, sed etiam simul secum per Retortam vehit: vid. ZWELFFERUS loco allegato: sicut abstractus Spiritus Nitri seu Aqua Fortis à Sale communi reddit Spiritum Salis Aurum solventem, Sale mirabili nitroso Glauberi in fundo remanente, imò & Sal commune Aceto destillato sæpiùs imprægnatum, Spiritum Auri solutivum suggerere affirmat HOFFMANNUS in Clav. Lib. 3. cap. 9. pag. 202. §. 15.

Cæterum de Spiritu Salis ejusque Oleo, quomodo Auro potabili accommodari possit, vid. in Epist. PLAUNI ad Matth. quæ reperitur in Teatro Chym. vol. 6. pag. 465.

2. AUTOR No. 2. Spiritum Salis compositum habet ex Nitro & Sale. Verùm hic maximâ ex parte est Spiritus Nitri, participat tamen aliquid de Spiritu halitioso sulphureo Salis.

3. Spiritus Salis communis viridis ab AUTORE No. 3. insinuatus, faciliùs parari potest, si Lateres candefacti in solutione Salis communis extinguantur, ac postea destillentur, Sed

nace calcaratâ; Ollæ huic alia superposita sit Olla, Sale aliquatenus adimpleta, quod ubi vi caloris liquefactum fuerit, perunde fundum Ollæ superioris, ut Sal fusum in ignita defluat Laterum Fragmenta, cumque iisdem misceatur. Ex his igitur destilletur Spiritus per Retortam, ut moris. *Sennertus Instit.*

N. Idem perfici potest, si Sale in Cellâ liquefacto Fragmenta Laterum ignita imbuantur.

4. Spiritus Salis communis corallatus.

℞. Sal. comm. ℥. iij. vel iv.

Corallor. tenuiss. tritor. ℥. i. M. lævigando super Porphyrite, postea Igne destilla vehementissimo in Excipulum capacissimum, & Spiritum Salis accipies unâ cum Spiritu Corallorum.

N. Addere potes & Sabulum, ut Fusio impediatur.

Vires. In Affectibus Cordis, Palpitatione scilicet, & similibus maximarum est virium.

Dosis ℥℥.

5. Spiritus Salis dulcis.

℞. Spir. Sal. com. optimè dephlegmati, Spirit. Vini opt. ana. M. destillentur ter vel quater, sic unientur inseparabiliter & dulcescent.

(N. 1. Dulcis dicitur, quia mitior, rodente Aciditate hebetatâ à Spiritu Vini.)

N. 2. Eandem dulcedinem consequi poteris, si vel Spirit. Vini, vel Ole. Tartari, vel Faces Vini ab initio Destillationis cum Sal. com. commiscueris.

N. 3. Exiit quoque Spir. Sal. com. vi corrodeute, ac velut maturefcit, dulcescitve, si dephlegmatus, Vase firmissimè clauso, trimesfri spatio in Cineribus continuo atque æquali Calore tepentibus (qualis est Solis æstivus) digeratur.

Vires. Egregium Præservativum est in Peste, arcet enim omnem Putredinem; Ventriculum cum Visceribus reliquis in optimâ conservas dispositione.

Solvit Corallia, &c. quinimò & Solis Tincturam extrahit. Vide Aquam temperatam Basilii in Spiritu Vini, Lib. 4. Class. 2.

Ufus. Cum Saccharo cand. do in formam Electuarii misceri, singulisque diebus jejuno Ventriculo assumi poterit. Hartmannus in Pract. loc. de Pest. Sennertus in Inst. Tentzelius, Gincras, &c.

6. Aliter.

℞. Sal fusum, solve in Aquâ pluviâ destillatâ, filtra, inspissa, ac repone ad crystallandum. Crystallus has exemptas, vicibusque aliquot (10.) uti dictum, solutas & crystallifatas, (sic dulcescent) imbebe cum Spirit. Vini, formaque Globulos cum Argillâ, destillaque ut moris est.

Vires. Præter virtutes jam descriptas, insigne exhibet Menstruum ex rebus ferè omnibus Tincturas extrahere idoneum. Insuper Herniam carnosam consumit, si quotidie ter

illinatur, maneque ac vesperi ejus gutt. sex assumantur. Agricola.

7. Spiritus Salis communis dulcis compositus.

℞. Spir. Sal. com. compositi, ac Alcohol Vini ana. M. ac uni circulando, cohobandoque.

Vires. Aded restitit Siti, ut Hydropici usu illius aliquamdiu à Siti liberi reddantur; prodest etiam Ictericis, Lumbricos potenter expellit; extrinsecus lenit Podagram, si cautè illinatur, imò quicquid de Oleo, Spirituque Salis com. apud Paracelsum, alioque modernos Authores legitur, id ipsum huic potissimum adscribendum est.

Dosis g. 6. ad ℥℥. in Vino vel alio Liquore. Hartmannus in Coll. Tentzelius, Untærus.

8. Spiritus Salis communis vitriolati diureticus.

Fit ex leviter calcinati Vitrioli & Sal. com. softi partibus æqualibus, cum Bolo vel Terrâ figurinâ Globulis confectis (meo damno expertus, Vitriolum his non sufficere ad cohibendum fluxum, fixitatemque Materiæ:) more verò communi Spiritus evocatur, qui postea per rectificationem à Phlegmate liberatur.

Dosis gutt. vj. matutino tempore cum Brodio Decoffionis Petrosel. Ex communicatione G. Horstii habuit S. Clossæus.

9. Spiritus Salis Essentialis.

℞. Salis Hallensis ad albedinem calcinati (qui hæc in operâ reliquis præfertur) ℥ij. Imbibatur Ole. Sal. com. marini vel montan. ad consistentiam Pultis liquidioris: fiat clauso Vase Digestio, quousque Spiritus cum Sale communi calcinato unitus siccatusque sit: affunde alium imbibendo, desiccandoque toties, dum Sal ulteriorem proprii sui Spiritus incorporationem recuset, & ex colore aureo, odoreque suavi dignoscas, Destillationis tempus instare; quam si per Retortam instituas, exhibunt Fumi albißimi, qui in Aquam convertuntur, & rectificatione opus habent.

Vires. Dicitur ex Auro Tincturam absque Corporis dilaceratione allicere. Est insuper Remedium sistendis in momento Vomitus dicatum & certum, idque indifferenter, & in omnibus Morbis.

Dosis gutt. 3. in Syrupo, Juscula, vel Vino. Ex communicatione S. Clossæi.

10. Spiritus Salis communis dulcis, Solem solvens.

1. Extinguantur Fragmenta Laterum 5. aut 6. vicibus in Oleo Sal. com. postea destillentur, prodibit Spiritus subacidus, qui in volâ Solis Folii & Margaritas solvere creditur. 2. Flor Salis, five Cr. Halli Sal. com. dulces collo Retortæ post Destillationem affixi, longoque tempore cum Spiritu Vini digesti idem efficiunt. 3. Solus Spiritus Sal. com. vi Circulationis diutinæ caudam suam devorat, id est, Acedinem suam innato suo Balsamo dulcificat. 4. Idem cum Spir. ardente Saturni mixtus aliud Menstruum dulce præbet Solis solutivum. 5. Ex Spiritu

Sed minus hic obtinebitur Spiritus, Acido ejus Laterum substantiam rodente, & ita in eadem coagulato. Præterea nec Color hic viridis per se est talis, sed virorem habet ab adjunctis Lateribus, quæ sub destillatione solvuntur à Spiritu Salis.

4. AUTOR No. 4. insinuat Spiritum Salis corallatum; sed parum sic obtinetur, Coralliis Acidum imbibentibus.

5. 6. 7. Spiritus Salis dulcis & Crystalli dulces fiunt duobus modis; vel per se diurnâ Digestione, vel per Addita. Per Addita, v. g. cum Spiritu Vini probè rectificato in duplo addito, secundum Modum AUTORIS No. 5. 6 & 7. quatenus nempe mediante longâ digestionem & cohobationem obtunditur & diluitur acidus Salis sapor, & ita mitior redditur, ut fiat blandus & suavis gustu, quod usu communi dulcificari dicitur. Pro excitando Appetitu est egregius dosi gutt. x. ad xx. vel xxx.

Hunc Spiritum Salis dulcem vocant quidam Aquam temperatam Basilii Valentini: & nituntur ex Croco Solis cum eodem elicere Tincturam. Sed non est iste, quem Chymici postulant. Potest interdu loco Spiritus Vini recipi Spiritus appropriatus v. g. Spiritus Theriacalis, & sit Spiritus Salis dulcis theriacalis, egregium pestilentiale. Promptius quidam parant Spiritum Salis dulcem, scilicet in Spiritum infundunt prius Radicem Liquiritiæ, & hunc infundunt Spiritu Salis; sic enim tantum ternâ Destillatione opus esse dicunt, donec Spiritus Salis dulcescat. Quidam compendiosius parare volunt Spiritum Salis dulcem hoc modo: Salis communi addunt Spiritum Vini, hæc cum Argillâ miscent, & unâ vice destillant Spiritum Salis dulcem.

Cæterum Cohobatio est melior.

6. Observanda autem hic est crabrior ista, quam AUTOR Num. 6. insinuat, Solutio & Crystallifatio, de quo Processu relat. tum fuit. Ex Salis ℥. iij. post crebriores Solutiones & Crystallificationes vix ℥v. vel ℥vj. Crystallorum dulcium remanent; quæ cum Spiritu Vini digestæ suavem huic saporem & odorem conciliant. Sal hoc dulcificatum cum Calce aut Folij Solis mixtum, & leni Igne fusum, instar Sanguinis rubescit, & pro Medicinâ Univrsali & summo Cordiali commendatur.

Dulcificatur quoque seu mitior redditur Spiritus Salis per Alcalia addita, & infringitur, & in Sal commune redit, & spirituosum Phlegma volatile acidum suggerit.

Multi nituntur parare Spiritum Salis dulcem per se, sine adjectione tertii, per diurnas Digestiones; sed res est frustranea: magis in formâ secâ Crystalli Salis dulces obtineri possunt, quam Spiritus dulcis in formâ liquidâ: imò sine vel cum addito Acidum infringente, vel ultimo Ignis examine, quo Spiritus acido-salsus ferè prodire dicitur, non arbitror Spiritum Salis dulcem per se haberi posse.

8. In Destillatione Spiritus Salis vitriolati diureticis de Spiritu Vitrioli nil prodit, nisi forsan Sulphuris ejus volatilioris aliquantulum assurgat; est enim ponderosior Vitrioli Spiritus, quam ut tam facile ascendere queat.

9. In Destillatione Spiritus Salis essentialis nil aliud prodit, quam Spiritus Salis concentratus, seu rectificatissimus: sub cujus destillatione adhuc Bolus addenda venit, ut rectè monet HOFFMANNUS in Clave pag. 138.

Spiritu Roris Majalis & Sole calcinato fit alia *Aqua solutiva*, dulcificata longa digestionum & irrorationum serie, quæ *Solem* in *Liquorem* volatilem potabilemque evchit.

Ex communicatione *Ejusdem*.

11. *Cryſtalli Salis communis dulces, seu Spiritus Salis communis coagulatus.*

F. Retorta terrea, ampla & fortis, quæ in superiore Ventris capacitate Fistulam habeat, in medium Retortæ corpus ponè definitem. Huic Retortæ impone *Sal. commun.* vel quod melius, *Hispan.* seu *marini* ℞. iij. vel iv. Receptaculumque adapta capacissimum, cui libet Aquam infundere, licet; adde Ignem per gradus, donec Sal commune fluat, tum per Fistulam guttula una vel altera *Aquæ frigida* immittatur, ut (Fistulæ orificio statim obstructo) in Retortâ *Spirituum* copia mediante Humiditate elevetur, inque Receptaculum propellatur. Continua hoc ipsum, donec Sal commune in *Spiritum* ferè sit redactum. Dephlegmetur dein destillatum, evaporetque Humiditas; reliquum exponatur ad cryſtallificandum s. a. sic *Cryſtalli* colligi possunt Sacchari dulcedinem referentes, solubileſque per deliquium.

Vires. Sudorificum est, Hydropicorumque Sitim non minus ac Spiritus ille Salis dulcis compositus arcet, quippe nihil aliud est, quàm *Spiritus Salis coagulatus*, unde quoque essentialem Humiditatem, quæ multum in Hydropicis exhauritur, maximopere adjuvat, Ventriculumque ac Viscera reliqua confortat, Malignitatem in Peste pestilentialibusque Febris potentè discutit.

Dosis gr. 5. 6. 7. ad 20.

N. 1. Si ad *Sal. com. exſiccata* ℞. j. addideris *Carbonum pulveris* ℞. ij. optimeque miscueris, ex ℞. j. *Sal. com.* accipies *Spiritus* ℞. ℞. *Hartmannus in Croll. Keslerus 4. Cent. 79. Agricola*.

N. 2. *Cryſtalli* hæ cum *Auro* imprægnatæ nobilissimum exhibent Confortativum. Fitque si *Cryſtallorum* p. 6. cum *Auri foliat.* p. 1. aliquot horas in Crucibulo sub Tegulâ reverbentur. *Agricola*.

N. 3. *Keslerus* docet & Follem adhibere, cujus rei gratiâ Retortam habere duplicem Tubulum oportet: alterum frigida immittendæ, alterum Folli intromittendo inferientem.

12. *Flores Salis communis.*

Quemadmodum in Succini destillatione Flores Salis volatilis titulo elewantur, parietibusque ac collo Retortæ adhærescunt; ita & Destillatione *Spiritus Oleivæ Salis* tandem Ignis hementiâ Flores ascendunt, quos collige.

Uſus horum varius est, ad crassum Phlegma incidendum, corruptoque Humores à Putredine vindicandos.

N. 1. Sunt qui cum *Sale Ammoniaco* sublimant, verum decipiuntur, si Flores Salis simpliciter inde sibi imaginantur.

N. 2. Fiunt etiam *Flores Salis*, si in rectificatione *Spiritus* ac *Olei Salis*, id quod residuum fuerit, fortiori Igne sublimes.

N. 3. Si Destillatio facta sit cum *Alumine*, *Caput mortuum* Aëri aliquamdiu expositum, ac iterum Destillationi subiectum, plus Olei ac Florum suppeditabit; potest hoc aliquoties repeti.

13. *Alius Spiritus, seu Oleum Salis communis, unde Cryſtalli dulces.*

N. *Sal. com. marini* crebris solutionibus (in *Aquâ pluviali* vel *Fontis destillatâ*) filtrationibus & coagulationibus optime purificati ℞. vi. adijce *Dissolventis vitriolati & mellifluidi ex Vegetabili & Animali parati* (id est, *Aceti ex Melle fa-*

lli) q. s. præmissâ Digestione destilla gradatim ac cautè, ex Retortâ terrea vel vitrea, Luto probe munitâ in Receptaculum capacissimum. Sic elicies *Spiritus* aqueos sulphureos ac vitriolatos, dulces acidosque, qui firmissime Sali reconditi inhærent; (gradatim ac cautè Destillatio hæc peragenda est: oportet enim ut Vas incandescat, purpureo tamen non claro colore, ne scilicet Sal commune fluat, & in hoc gradu immorari decet per dies ac noctes 8.) Post *Spiritus nebulosus* (in quibus primum *Ens Metallorum* resolutum est) exhaustos, tandem ad collum Recipientis sublimabitur *Terra foliata*, instar Nivis albiſſima, vel etiam flava (qui *Mercurius*, aut *Sulphur Phlogophorum* nuncupatur,) *Spiritum* destillatum, ut & *Terram* conjunge, abstrahereque *Phlegma* solummodò insipidum VB. calore lentiss. reliquum reponere ad cryſtallificandum s. a. Et hoc repete, donec nullæ amplius *Cryſtalli* concreſcant, & id quod exſtillat aciditatem sapiat. Tunc ab opere desistendum, & in fundo Cucurbitæ quærendum verum *Salis communis Oleum vitriolatum*.

Vires. *Cryſtalli* hæ, etsi sapore dulces, admirandæ tamen sunt virtutis, aded ut vel per se seorsim, vel cum *Oleo suo* debita proportione permixtæ, verum sint *Solis Menstruum dissolvens*, quod proprietates ejus ob virtutes vitales, vegetantesque locupletat & exauit.

14. *Oleum Salis communis rubrum.*

N. *Sal* solum *Aceto* sufficienter imprægnatum, misce cum *Silicibus* grossè contulis & destilla ex Retortâ per Arenam: prodibit primò *Spiritus flavus*, postea *Oleum rubrum*.

N. Imprægnatio illa fit ut moris. Nimirum

Sali communi fuso superfunde *Acet. destill.* & abstrahere per Arenam: iterum superfunde *novum Acet. destill.* & rursus abstrahere: hoc toties repetendo, donec Materia optime sit purificata & nigra.

IV. E X T R A C T I O.

Unde

Tinctura Salis communis.

N. *Salis calcinati* q. v. solve in *Aquâ still.* & coagula, idque repete tantisper, donec Sal purum sine Fæcibus dulce reddatur. Hinc

N. *Hujus* p. ij. *Aluminis ussi* part. i. destilla Igne nudo paulatim, donec Spiritus omnes propulsi sint: *Spiritus* hunc rectificata vicibus aliquot (4.) Dein ex *Capite mortuo Sal* cum *Aquâ destillatâ* elicit, idque optime solutionibus ac coagulationibus purificatum calcina in Phialâ ad rubedinem (fit spatium mensis). Huic demum superfunde *Spiritus priorem*, digere, & elicies *Tincturam rubicundam*, quæ nec reculas per Retortam propelli.

Vires. Sudorificum ac Diureticum est insigne, tartareas Mucilagines incidit, Putredini omnigenæ resistit, corroborat itaque Balsamum nativum, adeoque usûs præcipui est in Peste, Febris, Hydrope, Calculo (atterit nimirum), Obstructione Epatis, Lienis, &c. Quinimò & Sanguinem mundificat, unde maximè prodest in Cutis pruritu. Doloribus arthriticis, & similibus. *Dosis* à ℞j. ad ℞j.

C A P U T XXII.

DE SALE FOSSILI, seu SALE GEMMÆ & INDO.

*S*AL Gemmæ Salis communis genus est, quod in Fodinis Lapidum frangitur, specieque Cryſtallorum splendens eruitur, unde *gemmeum* à *Gemmis*, ob colorem nuncupatur, dicitur aliàs *Sal fossile*. Germ. *Steinsalz*.

Vires.

Spiritus, qui etiam est adulteratus & fuliginibus Carbonum permixtus.

12. In Destillatione *Spiritus* solent se quoque sublimare *Flores Salis*, sed in minutissimâ quantitate, & parâ sub iis est.

C A P U T XXII.

DE SALE FOSSILI seu SALE GEMMÆ, ET INDO.

*S*AL fossile sive *Gemmæ* est illud, quod foditur ex Terrâ, imprimis in Polonia. Essentialiter idem est cum *Sale communi*, quoad effectus; consistentiâ imprimis differens. Interim notabile est, quod *Sal Gemmæ Polonicum* in suis Mineris & levius sit ac mollius, quod etiam, postquam Aëri fuerit expositum, tum & gravius & solidius evadit, aded ut Massa, quam

11. Modum destillandi instillatione guttarum *Aquæ communis* in *Sal* solum describit AUTOR No. 11. & conferri etiam potest KESLERUS in *Process. c. 3. n. 21. & 23.* ubi simul modus destillandi *Spiritum Salis* per Retortam cum Folle, adeoque mediante Flatu. Dum destillatur *Spiritus* cum guttis *Aquæ simplicis* simul *Cryſtalli* obtineri solent, quæ dicuntur *Terra Mercurificans Becheri*, quæ hoc modo adhæret lateribus; nil tamen aliud esse videntur, quàm ipsa Salis ex guttarum frigidarum instillatione desiliens substantia, ac particulæ parùm à Sale communi, nisi subtilitate, differentes, ac puritate. Par ratio illarum videtur, quæ per Flatum Folli elewantur.

GLAUBERI *Destillatio*, quam habet in Furno *Philos. P. 1. pag. 11.* dum *Carbones* candentes in *Aquâ solutionis Salis communis* extinguit, & postmodum ita destillat, Furno nudo, suo Receptaculo instructo, nil valet: nam parum suggerit

Vires. Hoc est eisdem vires cum Sale communi obtineat, subititque eidem queat, rarioris tamen usus est in Praxi Medicâ; crebrioris in Chymicâ, ubi in Solutionibus Metallorum Sali communi antecellit. Commendatur tamen peculiariter *Foresti* Experimentiâ ad Stercora dura eliquanda, adeoque ad Colica Tormina arcenda intus & extus: l. 21. 5.

P R Æ P A R A T I O N E S.

Omnes *Præparaciones* subire aptum est, quas Sal commune; attamen præcipua quæ ex illo in usum veniunt, sunt

1. Spiritus Salis Gemmae : Spiritus Salis Gemmae fusibilis Mercurialis.

Fit eodem modo, quo Spiritus Salis communis. Nimirum Sal Gemma miscetur cum triplo Argilla vel Sabuli, &c. distillaturque per Retortam Igne nudo.

2. Balsamus Salis Gemmae seu Liquor.

℞. Salis Gemmae ℥j. fluat ad Ignem, & postea solvatur in Aquâ pluviæ defill. Filtratur coaguleturque. Has operationes liquefactionis scilicet, solutionis, filtrationis & coagulationis tantisper repete, donec Sal Gemmae ad summam subtilitatem fuerit perductum, quod inde cognoscitur, quando ejus particula ad Candelam admoa statim liquefcit.

Vires. Arcanum summum est in Rupturis, intus & extus adhibitur.

Intra Corpus dantur quotidie guttæ aliquot (3. 4. 5.) cum

quam unus Homo potuit portare in Fodinâ, per aliquot dies & noctes Aëri exposita, vix à quinque Viris possit auferri. Id quod valet tantum de Sale Gemmae Polonico: Conf. M. A. N. C. Anno 2. Observ. 78. pag. 153 & 396. Parili ratione Sal Gemmae in Fodinis Calabriae est mollius, ita ut variae figuræ ipsi imprimi queant, quod Aëri expositum valde indurefcit, teste BARTHOLINO Cent. 1. Epist. Anat. 54. pag. 231.

De cætero *Vires, Usus & Præparata* Salis communis & Salis Gemmae reverâ coincidunt, eandemque habent vim diureticam; unde si fiat *Mixtura ex Sale communi seu Sale Gemmae & Sale volatili Succini* cum Aquâ aut Vino, erit potius admodum diureticus, quique formaliter pellit Calculum & Arenas Renum & Vesicæ. Aliàs rari usus est in Medicinâ, nisi quoddam valde conveniat in incidendâ & abstergendâ Mucilage crassâ & viscidâ Intestinorum, unde commendatur ab AUTORE in Clysteribus loco stimuli ad 3j. in Colicâ pituitosâ. Unde in Alvo obstructâ Clyster ex Decocto vel Jusculo cum Sale Gemmae acuatius est omnium optimus; sicut & Stercora dura & fortiter coagulata dissolvit: item si *Suppositoria* adspargantur cum Sale Gemmae valdoperè hoc acuantur, ut potentissimè stimulent.

Aliàs non habet peculiarem usum, præter Balsamum Salis Gemmae interiùs assumendum & illinendum contra Hernias; de quo observandum, mancam esse in AUTORE Descriptionem, quæ talis est: Si Sal Gemmae coulque redactum est, ut ad Candelam tam promptè liquefcit, affundatur Spiritus seu Oleum Terebinthinæ ad eminentiam trium digitorum, digerantur aliquandiu; hinc Spiritus seu Oleum Terebinthinæ abstrahatur crebriùs à Sale Gemmae, donec hoc rubefcat: Oleum rubrum abstrahatur ad consistentiam aliqualem, donec elegans Balsamum in fundo remaneat, cujus Dosis & Usus apud AUTOREM, & HARTMANNUM Praxi Chymiatricâ, ubi de Hern. profat.

ZWELFFERUS in Mant. Hermeticâ pag. 430. habet Oleum seu Spiritum Salis Gemmae Martialem, ex Marte cum Sale Gemmae per distillationem paratum: est Remedium non inconveniens.

Apud Veteres fit sæpè mentio Salis Indi. Quæstio est apud Modernos, quid sit? & valde inter se diglantur: probabilissima est opinio eorum, qui dicunt, quod sit species Salis fossilis Veteribus nota, nobis ignota.

C A P U T XXIII.

D E N I T R O.

Nitrum ita dicitur ab Oppido Ægypti, ubi in magnâ copiâ olim confectum fuit. Observetur autem hic ante omnia Differentia, quæ est inter Nitrum Veterum atque Nostrum. Nitrum enim, quod Veteribus olim fuit cognitum, nobis ferè est ignotum. Nostrum autem non est Nitrum verum, sed Sal Pe-

Extract. Consolidæ. Extus fiat Illitus. Hartmannus in præf.

N. Mentio quoque apud Veteres fit Salis Indi, de quo ambigitur quid propriè sit. Sunt nimirum qui contendunt non Salis esse genus, sed Saccharum, Salis nomine insignitum (ob similitudinem quam cum Sale habeat.) Verùm enim verò rectiùs sentire videntur, qui id peculiare genus Salis Fossilis faciunt, ejusque loco, cum raro, vel nunquam in nostras Regiones transportetur, Sal Gemmeum recipiunt: E. g. in Pilulis de Lapide Lazuli, & similibus.

C A P U T XXIII.

D E S A L E N I T R O.

SAL Nitrum est Sal Sulphureum, seu φλόγιον, salso-amarum, ex Terrâ pingui excoctum.

N. Est præter Nitrum Antiquorum, quod planè nobis incognitum est, triplex dari possit: Nimirum 1. Quod ex Terrâ atrahitur. 2. Quod Muris lapideis adhærescit. Et 3. Quod Scopulis seu Rupibus adnascitur. Attamen Officinis nostris non nisi unicum usitatum est. Primum videlicet, idque excoquitur ex Terris desertis ac pinguibus, sive Pinguedo illa è Terræ Archæo sit immissa, sive aliunde introducta. Introducitur enim e. g. Urinis atque Excrementis Animalium ac Columbarum.

(N. Nitrum loci natalis ratione sæpè multum de naturâ Salis Ammoniaci participat.)

(Nitrum nativum Alexandrinum rosei coloris est, ejusdem Neapolitanum, flavescens Puteolanum.)

Chymicis dicitur Cerberus Chymicus, Sal Infernalis, Sal Sul-

træ, saltem, quod aliàs etiam, sed falsò, dicitur Nitrum; Colligitur artificialiter ex locis pinguibus probè stercoreatis & Muris antiquis, & sæpiùs sponte ex Petris sub formâ Lanuginis efflorescit, vel in formâ Striarum concresecendo adhæret. Dicitur Sal Petræ genuino vocabulo: promiscuè, abusive & communiter vocatur Sal Nitri, non verò confundendum est cum Nitro Veterum.

Veterum ergò Nitrum genuinum, quantum ex illorum Scriptis colligitur, erat Sal quoddam nativum, ex naturâ Salis Ammoniaci, rubicundum, amaricans, & absterfivum, naturæ saponariæ, in Igne non exiliens, sicuti Alumen, & forsan fixum atque fusibile. Colligebatur partim è Vallibus siccitate efflorescens, partim verò calore Solis excoquebatur ex Lacubus & Fodinis nitrariis, seu Lacubus arte factis; quales erant crebri prope Nilum in Ægypto, cujus Aquæ admodum sunt nitrosæ. Et quidem verum ac genuinum Sal Nitri Veteres imprimis petebant ex Ægypto, ubi adhuc colligitur post Nili exundationem: vid. de la CHAMBRE. Et post Ægyptiacum postmodum Macedonicum Sal Nitri, quod vocabant Alumen Galasterium, fuit in usu: ob id Moderni falsò vocant Sal Petræ Sal Nitri. Restè enim BALLONIUS in Observ. lib. 2. cap. 71. in Europâ veri Salis Nitri ne micam exillere asserit, in Ægypto verò rem esse vulgatissimam propter Nilum: permigravit enim BALLONIUS Ægyptum, qui de Nitro simul refert, quod calcinatum copiosos relinquit Cineres; Sal Petræ verò nostras nullos omninò, A Nitro suam appellationem habet Apbro-nitrum, alio nomine dictum Flor Nitri, quod ejusdem ferè est consistentiæ, sicut ipsum Nitrum; sed est tantum Spuma Nitri acrior seu istud tenuissimum Nitrum, quod in Nitrariis in summâ superficie solet concresecere. Salis Nitri ergò veri Succedanea esse possunt ista Salia, quæ sunt amara, lubricantia, & absterfiva, qualia sunt Sal Faginum, Sal Quercinum, item Borra Venetus & similia, idque in defectu viri Nitri, quo nos destituimur.

Apud nos aliud est Nitrum, Concretum salsum penetrantissimæ & volatillissimæ naturæ, saporis amaricantis, ex acido Spiritu cum Alkali sociato constans, quibus & copiosæ particule sulphureæ seu pingues intertextæ sunt. Assertè hoc per Mechanicam Chymiam manifestum evadit: Nempe Spiritus Nitri acidus, ex Nitro per distillationem elicetus, affusus Alkali fixo, v. g. Tartari, ad saturationis punctum usque, cessante Effervescentiâ, & Phlegmatis superflui exhalatione, in perfectum regeneratur Nitrum, qualvis hujus proprietates obtinens. Sed observandum, quod non totum Alkali, sed saltem salinæ ejus particule, naturâ suâ volatiles, cum Acido Nitri concresecant, terreis fixioribus particulis maximam partem per præcipitationem subeffervescentiæ motu secedentibus. Hinc & ex Spiritu Salis Ammoniaci, vel Alkali volatili cujusvis Animalis, cum Spiritu Nitri etiam regeneratur perfectum Nitrum in Strias, licet subtiliores, qualvis tamen Nitri proprietates & quidem potentiores præcommuni, pro scopo diuretico obtinens.

Sulphuris, *Hermes*, *Baurach*, *Algali*, *Sal Anderonæ*, *Anatron*, *Cabalator*, &c. *Boflio*, *Serpens terreus*. Germ. *Salpeter*, *Salniter*. Gall. *Salpêtre*, *Sel de Nitro*.

Eligendum Nitrum est crystallinum, purum. Tandem autem purius censetur, quanto minus Salis communis particeps fuerit: participationem hanc experiri licet *φλογίση*. Nitrum

Mitte *Sal. Nitr.* in Carbonem ignitum: si omne avolare, purum judicatur, & e contra: si aliquid remanserit,

Sulphureas particulas simul inesse Nitro (ut ut à quibusdam negetur, cum in Catino vel Crucibulo fufum pondere non diminuat, inque Igne perferat) ex eo fit evidens:

1. Quod tam facile deflagret, ut ad sui incensionem aliquantulum extranei requiratur *Sulphuris*, quo concentratæ ejus pingues particule promptius à Salium compedibus liberentur. Sulphur enim aut Prunæ si ipsi injiciantur, subito Flammam concipit, & spumans quasi Ignibus reluctans, subito in auras dispergitur. Unde & observatu digna sunt, quæ de Nitri compositione habet LINZERUS *Tr. de Sale ex QUERCETANO*, quod nempe Nitrum inter se contineat duas partes volatiles, primam sulphuream, & alteram Mercurialem acidam; & duplex etiam Sal, fixum & volatile: hoc vel Sulphureum flammam concipiens, vel Mercuriale acidum.
2. Quod generetur non nisi in Terris pinguis, aut ex Vegetabilibus oleosis, aut Recrementis & partibus Animalium pinguis & sulphureis, &c.
3. Spiritus ejusdem destillatus non solum Ignis instar vultus intense, quod Sulphuri dissoluto cum volatili Acido, ab Igne vehementer agitato, tribuo; quod & in omni Igne evenire solet: sed idem recens destillatus insignem vim penetrandi, flavedine tingendi, &c. obtinet, v. gr. Pennam intrusam croceo constanti colore inquinat; item Cui & Unguis Digitorum illitus flavam insignem maculam relinquit; dum ab horum Alkali, in quod agit Acidum, præcipitatur quasi reconditum Sulphur, in Spiritu magis, quam integro Nitri corpore resolutum: sicut idem Spiritus per rectificationem in Liqueorem limpidum abit, & Terram spongiosam & flavam post se relinquit, quæ Igni tradita sulphureum spirat foetorem. Ad hæc exinde Phosphorus iste seu Lapis Luminaris Balduini, vim luciferam obtinet, dum Creta solvitur in Niri Spiritu, Solutio filtrata per Retortam destillatur, & vel ultimo Ignis rigore tandem penitus in Retortâ quasi exurit, vel abstracto Spiritu, Materia restitans candida sub Tegulâ in Furno probatorio ultimis Ignis gradibus exponitur. Relinquitur sic Substantia terrea, hinc inde intense flava, quæ eousque, quo flavedine tincta conspicitur, Igni admota Lucem rapit, & hinc igneum eundem splendorem in loco tenebricoso aliquandiu adhuc spargit, cæteris partibus non flaventibus, etiam non lucentibus. Flavedo hæc nihil aliud est, quam Sulphur ex Nitri Spiritu in Cretâ per Acidi in Cretam actionem præcipitatum, & sub Ignis torturâ post Acidi abstractionem firmius in Cretâ colligatum.
4. Sulphur in Nitro ex accensione hujus in Flammam, ostendit BALDUINUS *Tract. Venus aurea pag. 52. & 53.* Experimento quidem curioso, sed multis modis explicabili.

Plura Argumenta suppeditat WILLISIUS *de Fermentat. cap. 10.*

Origo horum Principiorum ulterius investiganda. Materiale seu Alkali Nitri ex Locis & Subjectis, ex quibus elicitur, oritur; ita ut ubicunque Substantia alcalina pinguis deprehendatur, facile ex eadem Aëri expositâ Nitrum emergat: hinc ex Subjectis omnium trium Regnorum copiose Nitrum parabile existit.

Quoad Animalia Regnum: ex Locis, Recrementis & Urinâ Animalium eorumque partibus abjectis largiter imprægnatis, putrefactis, Nitrum oritur: hinc ex Terrâ antiquâ pingui Strabulorum copiosum Nitrum per cocturam elicitur, & quasi elixivatur: quæ coctura si est nimis pinguis, trajicitur & irrator prius aliquo Lixivio, ut coërceatur aliquatenus Materia pinguis: sic ex Sanguinibus Animalium, per putrefactionem resolutis, Nitrum generari potest, teste GLAUBERO *Op. Part. 2 pag. 387.* non secus ac ex partibus Animalium putrefactis geniti Vermes, & ipsi putrefacti, tandem Nitrum suggerunt, teste eodem c. l. sicut ex Lumbricis putrefactis Nitrum tandem fieri, ostendit BECHERUS *Physic. subterr. l. 2 pag. 329.*

Quoad Vegetabile Regnum non Succus saltem, aut Decoctum

quantum remanet, tantum de Sale communi participare æstimatur.

Vires. De Nitri qualitatibus primis haud parum controversatur, Sunt enim qui calidum, sunt & qui frigidum id æstimant.

Cæteras Nitri Vires quod attinet, vim habet Putredini resistendi, Siccitatem ac Æstum compescendi, Tartaream saburram incidendi, coagulatos Sanguinis grumos resolvendi, Dolores mitigandi, (id quod præcipue Lapidum Prunellæ adscribitur.) Hinc

Ufus

Plantarum quarundam Sal essentialis, quod perfectum Nitrum suggerit, ut Fumaria, Ablinthium, Carduus benedictus, Mercurialis, Borrage; sed & ex Cineribus pinguis antiquis, item Coriariorum & Saponariorum quilibet, aliisque Cineribus ad confectioem Saponis utilis, in Terram abjectis, & ita Aëri expositis, Nitrum fieri solet: ERCKERUS *Aul. subterr. pag. 306. & 325.* item GLAUBERUS *citato loco.* Ut taceam GLAUBERI modum per Furnum suum pressorium ex Lignis Spiritum acidum eliciendi, huncque Sal fixo Liqueorem affundendi, ex quibus Aëri expositis tandem Nitrum concrecat; vid. *Oper. P. 1 p. 207.*

Minerale denique Regnum non Terras tantum nitrosas, pingues, Nitri feraces interdum longo tractu suggerit, sed in Muris antiquis calcariis, Cellarum parietibus &c. Nitrum copiosum crescere solet, ubi Sal Calcis vivæ animatur ab Aëre, & efflorescit in Nitrum elegans, quod elixivando elicitur. Hinc POTERIUS in *Pharmac. l. 1. cap. 7.* recte inquit: quod Nitrum sponte erumpens, & quod citra Artificis operam habetur, de naturâ Salis Ammoniaci participet. Datur quoque Sal Petra, quod Scopulis & Rupibus sponte exhalando adhærescit & efflorescit: rarius est reliquis, & non adeo vulgatus. Quin & Arte parabile Nitrum est, si Calcis vivæ part. iij. & Salis communis pars j. calcinentur probe, & postmodum Aëri exponantur, efflorescent successive in Nitrum elegantissimum, ita ut Materiale Alkali cum junctâ Substantiâ sulphuræâ, non nisi Matricibus, in quibus generatur Nitrum, adscribendum videatur. Sunt quidam, qui ex Vitriolo etiam præparare volunt Nitrum.

U. scilicet Vitriolum pulverisatum, quod solvunt in Spiritu Vini, parato ex Vino vel Tartaro seu Facibus Vini, destillatum in Cineribus lento Igne ad dimidium, & ultra, in loco frigido concrecat in Crystallum vel Serias oblongas virides, quas abluunt cum Aquâ, & cum Aëre extrahunt virorem: hinc albescunt instar Nitri purificati, quæ tamen nihil aliud erunt, quam Vitriolum crystallificatione purificatum.

De Acido Quæstio, quod in Spiritu adeo mirabili formâ prodit ex Nitro, unde hoc originem habeat? Optima hic videtur Sententia illorum, qui partim ex Subjectis, in quibus Nitrum generatur, partim ex Aëre illud derivant, & ita quasi duplicatum faciunt; in quo ipso negotio præ aliis consulendus MAYOW *Tract. de Nitro Cap. 1. 2. 3.* Scilicet absque Aëris adjumento nullibi Nitrum generari potest, nec solet; & Terræ nitrosæ semel exhaustæ, Aëri iterum expositæ, novo Nitro imprægnantur, & hoc tamdiu, quamdiu pinguedinem habeant, quod post quinquennium rursus excoquitur; & Caput mortuum Vitrioli expositum, resolutione Salis vitriolacei, concentrati in Capite mortuo, novum in Vitriolum efflorescere solet: non tamen purum, sed nitrosæ omnino profapæ, ut annotavit ZWELFFERUS in *Animad. pag. 384. & 408.* & in *Append. p. 71.* Sed totus Spiritus Nitri ab Aëre nullo modo procedit, quin propter pondus, fixitatem, intensam acrimoniam, &c. maximam partem ex Subjectis oritur ab Aëre solutis, in quibus generatur.

Nitrum ergo illud, quod ex Terris nitrosis oritur, Spiritum fumantem habet ex Sale Terræ centrali dicto, Sali communi simili; nempe Acidum universale in Terræ visceribus, ut per semitalia Principia determinatur ad naturam acidi Sulphuris embryonati Mineralium; ita cum Terrâ confermentatum seu unitum, Sal centrale dicitur. Hoc, ut aliâ modificatione Sal commune constituit, ita idem, dum cum alcalinis oleosis Subjectis, ab Aëre resolutis, novâ fermentatione sociatum, & ab Aëris universali Sale immediate quasi animatum, Nitrum constituit: quod Destillationis beneficio una cum Substantiâ aëreâ & resoluto Sulphure evocatum, Spiritum Nitri, Concretum sanè mirabile, constituit. Unde Nitrum nihil aliud, quam Aërem coagulatum esse, quidam asserunt: hinc Nitrum vel Sal Petre in magnâ æstimatione semper fuit Alchymistis, utpote cum quidam Mensuram universalem parare velint ex Nitro, quod non obscure inclinât GLAUBERUS; & recte, si modò norint Sulphur Nitri à Spiritu aëreo separare. Et qui noscunt separare Spiritum hunc

Ufus ejus tam internus, quam externus vulgatissimus est.

Internè solvitur in Potulentis, ac præcipuè in Aqua fontan. (Zj. vel Zjss. in Mensur. 1.) exhibeturque in Febribus ardentibus putridis, præcipuè in Febri illâ Ungaricâ dictâ, in Pleuresi, Peripneumonia, in Calculo Renum & Vesicæ, in Obstructionibus Hepatis ac Mesaræi.

N. Ubi Alvus nimis laxa fuerit, vel Ventriculus debilis, ejus usus non ita proficiuus erit.

Externè communissimus ejus Usus est in Inflammatione Faucium & Anginâ (ubi in Gargarismis solvi solet;) in Topici anodynis ac refrigerantibus; ubi præcipuè solvitur in Liquore appropriato, & imponitur cum Linteo; in Combustionibus, ubi simili modo applicatur.

Dosis eadem quæ Lapidis Prunellæ.

(N. Nil magis Arsenica contrarium est quam Nitrum.)

P R Æ P A R A T I O N E S.

Præcipue sunt

1. PURIFICATIO. 2. CALCINATIO ac FIXATIO. 3. SUBLIMATIO. 4. DESTILLATIO. 5. EXTRACTIO.

I. P U R I F I C A T I O.

Unde

Nitrum crystallisatum, seu Crystalli Nitri.

Nitrum crystallisatum quando simpliciter præscribitur, nihil aliud intelligi solet, quam Nitrum sine Calcinatione, solâ Solutione ac Crystallisatione purificatum. Solvitur autem in Aquâ communi, crystallisaturque s. a. ut moris.

Depu-

hunc corrosivum sulphureum, Crystallus Nitri dulces volatiles acquirunt non desagrables, qui in Febribus ardentibus summa sunt Medicina. Alii putant in Nitro ratione Substantiæ aëreæ residere materiam Lapidis Philosophici: alii alia in Nitro quærent; & sanè in usu Medico magni est pretii.

Propter Sal Terræ centrale, Sal commune, quod certâ modificatione constituit, & Nitrum eleganter conspirare mutuo, non solum ex supra dictâ Mechanicâ patet; sed & cum omni Nitro plus minus Salis communis reperiri solet, Refinatoribus communi vocabulo Germ. *der Schalk* dictum: quod, ut ut quidam ex Urinis & Stercoribus humanis aliorumque Animalium derivent, & ex Sale esculento, quod est invincibile à nostro Corpore, oriri asserant, tamen altiore habere originem non immeritò asserit ERCKERUS pag. 326. & 330. Illud potius, unâ cum Nitro, ex Sale illo Terræ centrali generari suspicatur; unde & Fermentum salificum Hoffmanni ex Sale communi, Urinâ &c. constat.

In Vegetabilibus verò & Animalibus, quæ subinde absque fermentatione cum Terrâ suggerunt Nitrum, Acidum illud, quod ab Aëre animatum, cum Alkali Nitrum constituit, jam inest. Nam & Spiritus acidus Liqueorum cum eorum Alkali aut Lapide calcario in Nitrum concrescit, & quælibet Plantæ nitrosæ, item Animalium Urina & Stercora, Acido plus minus occulto, oleoso tegmine investito, ceu Concreti vinculo, constant, quod putrefactione resolutum, & à Sale aëreo juncto subactum, alteratum & immutatum, cum Alkali in Nitrum concrescit, ut delicatius & parcius sit hoc modo, quod acquiritur Nitrum, quam si Terræ committantur Subjecta alia.

Ex Aëre, Nitro accedit Substantia illa, cujus ratione tam insigniter Inflammationem rerum promovet Nitrum, ita, ut ejus adjumento res sulphureæ promptissimo desagracionis auxilio subito Detonationem faciant: aded, ut dubium sit, an absque ullo nitrosi cujusdam Salis, seu Substantiæ adjumento, Ignitio seu Incensio actualis fieri possit? sive Substantia talis sit concentrata in Nitro, adeoque corporalis facta, sive resoluta in Aëre fluctet? Hinc in Vase clauso, cui nullius Aëri patet accessus, nec Carbo accenditur, nec Candela ardet, nec Sulphur flagrat, sed Nitro addito, Incensio cum Speculo ustorio succedit; quin etiam sub Aquis desagratio durat: ita ut Aëris & Nitri æqualis sit necessitas ad rerum Incensionem faciendam; potentior tamen sit vis Nitri, eo, quod vim illam aëreæ Substantiæ concentratam continet; unde etiam Substantia ista volatilis pinguium resolutiva, Incensionem faciens, Nitro & Aëri communis, non ineptè, defectu Etymi melioris, Particula seu Spiritus nitro-aëreus appellari solet: sed ne prolixior sim, consulendus est de his MAYOW loco citato.

Inter Synonyma, quæ habentur apud AUTOREM; vocatur Nitrum a BASILIO VALENTINO, quod rarissimè vocat nomine proprio, *Serpens terrenus, & Sal Hermaphroditicum*, quoniam participat de Sale volatili, & fixo, rodit Corpora cum summo ardore & effervescentiâ.

Proba Nitri, an sit bonum & purum, instituitur, uti habet AUTOR, Desagracione. Nam si totum Nitrum super Igne desagraret, est signum bonitatis & puritatis in Nitro: sin vero aliquid Salis albi & caustici remaneat post Inflammationem, est signum impuritatis, nec benè Sulphur est refinatum.

Quod attinet Qualitates Salis hujus Nitri, est Simplex polychreston, Sanguinis coagulationi resistit, eundem fluidum, & mobilem conservat, æstuationem ejus mirè refrigerat: unde in Curâ Febrium quarumcunque ardentium commode adhibetur; imprimis in Febribus malignis, & in specie in Febribus Ungaricis primatum obtinet, dissolutum in Potu,

Tom. IV.

& ita haustum; modò Ventriculi tonus debilior, & Alvus justo laxior, Serumque nimis acre & fluxile, Nitri usum non contraindicet. Certè nil magis coërceat Effervescentiam Salis volatilis & Sulphuris Microcosmi, quam Nitrum. Hinc in Febribus vulnerariis & ardore Vulnerum à Sclopeto inflictorum superveniente, item post Combustiones Artuum, &c. optimum est Remedium, Sitim compescit, Inflammationem partium internarum, ut sunt Pleuritis, Hepatitis, Anginâ &c. egregiè curat, adeoque rectè à BACONE in *Hist. Vita & Mort. pag. 105. Aroma frigidum* vocatur. Carminativum est egregium, quod Flatus Intestinarum potenter discutit. Unde est Basis in *Diapospitico Galemi*, quod commendatur ceu expertissimum à BARTHOLETO in Malo hypochondriaco valdè flatulento. Spiritus quoque ferocientes figit, eosque fixatos coërceat; unde in Hæmorrhagiis sistendis laudat AGRICOLA in *Chirurg. parvâ pag. 190.* ubi in casu necessitatis ad Zij. propinat: sicut etiam in nimia salacitate Venereâ summum & unicum est Remedium: vid. TIMÆUS lib. 3. *Conf. pag. 197.* In Spiritus Vini abusu cum *Santalo rubro* laudat SIMON PAULI in *Digest. de Febrib. Malign. p. 53.* Diureticum quoque est, primas vias & Renes abstergit, Arenam & Sabulum per Urinam pellit, Calculumque præservat & promovet, hinc & suppressioni Urinæ succurrit: pro quo scopo Nitrum artificiale potentius præ vulgari observatur.

Utendi modus optimus est, ut dissolvatur in Potu ordinario Zj. Nitri, in Mensurâ dimidiâ dissolvendo, & ita propinando. Commodè etiam permiscetur vel cum Pulvere Millepedum, vel Sale volatili Succini ritè parato, pro Pulvere Diuretico potenti.

Præ cæteris autem confert Nitrum antimoniatum, antimonialibus particulis imprægnatum, & optimè per Alkali, in quod ex parte ablit, depuratum. Nempe si Nitro fuso in Crucibulo adjiciantur Carbones, incenditur Nitrum, & repetitis vicibus post Spiritus sub ista incensione dissipationem, perfectum Alkali fixum remanet. Quod si vero recipiatur Regulus Antimonii, & cum triplo Nitri pareatur Antimonium diaphoreticum, non desagratur Nitrum ob Sulphuris, respectu Nitri, defectum, sed saltem mutuo liquefcunt, utut nihilominus quædam ejus pars in Alkali abeat. Hinc post Edulcorationem denuò concrefcit Nitrum in Strias purissimum, à partibus alcalisatis optimè depuratum, in Febribus ardentibus æquè ac malignis, aliisque Morbis acutis efficacissimum. Et hoc vocatur Nitrum antimoniatum, seu Anodynum minerale; quod à Sulphure Antimonii habeat vim Somnum inducendi, & partium internarum Dolores compescendi. Dosis Zjss. ad Zj.

Externè est egregium in Tumoribus Faucium; in specie in Inflammatione Faucium & Anginâ permiscetur cum Gargarismatis, atque ita applicatur. Epithematis instar refrigerat partes; speciatim Epithema ex eodem cum Aceto & Succo Sempervivi Testibus applicatum, ardorem Corporis insigniter mitigat, Ebrietatem discutit; Hepati item admodum ad Hæmorrhagias, ab æstuate Sanguine concitatas, sistendas confert.

I. PURIFICATIO. Antequam verò in Usum Medicum vel Alchymificum veniat, necesse est, ut purificetur à Sale communi: quin & à Pinguedine sulphureâ purgandum est Nitrum, quod sit mediante Sale Ammoniaco:

Z. Nitri v. g. ℥j.

In Aquâ tepidâ soluto adde

Salis Ammoniaci Zij. vel iij.

Sic superfluum Sulphur separatur, ut Nitrum purum denuò possit crystallisari.

Vid. THEODATUS l. 1. *Punct. Hyg. pag. 147. Conf. N n n a*

ctiam

Depuratio Salis Nitri.

Præter eam, quæ à *Keslero art. 61. Centur. 1.* describitur, fit quoque si *℥. xv. Sal. Nitri.* in Mensur. unâ *Aqu. comm.* solvas in *Cacabo* æneo super Ignem lignorum per dimidiam horam: si probè solutum est, remove ab Igne, & sensim per vices instilla *℥. xv.* aut circiter *Aceti*: tege *Cacabum* pluribus linteis, & sine concrefcere in diem alteram. Ex *S. Clossæo*.

I I. C A L C I N A T I O.

Unde

1. *Lapis Prunellæ, Nitrum tabulatum seu præparatum, fixum, anodynum, seu Crystallum minerale.*

℞. Sal. Nitri puri q. v. fundatur in Crucibulo, superinjice aliquid *Sulph. puri* (melius est *Flor. Sulph.*) quod ubi deflagraverit, iterum aliquid *Sulphur.* immitte, idque repete, donec super *Sal. Nit.* *℥. j.* injecceris *℥. ss.* ad *℥. j.* & Sal Nitrum planè purum fiat, tum effunde; & hic est *Lapis Prunellæ vulgaris*.

Nitrum hoc modo præparatum, si quas impuritates contraxit, purificari potest *Solutione & Crystallisatione*, ut supra dictum.

N. Præstat Aquam Rosarum pro Solvente adhibere.

Vires. Vires ac Dosis eadem quæ Nitri, imò quæ supra de Nitro dicta sunt, de Lapide hoc Prunellæ potissimum intelligi debent.

N. Dosis. Hartman. in practic. miscet hujus *Sal. Nit. præparati ℥. j.* cum Mensur. 1. *Liquoris*, seu *Aquæ* pro *Poru* Febricitantium. Ego vix *℥. j.* transcendo, nimirum aliquantum debilitat Ventriculium, unde & Alvi fluxus concitare nonnunquam solet; aliàs à *℥. ss.* ad *℥. j.* propinari sine noxâ potest, præcipuè autem cum *Saccharo*, quo amaror mitigatur: vide *Sennertum Institut. Beguinum lib. 2. cap. 11. Quæretanum in Pharmacop. restit. & Alexicac. &c.*

2. *Nitrum fixum aliud.*

℞. Sal. Nit. pur. ℥. iij. xv. Calcis vivæ ℥. xv. M. & cementsa hor. 5. vel 6. dein extrahæ Sal. Nit. affundendo Aquam salidam, filtrando, & Filtratam inspissando.

N. Prima Crystallisatio Salis Nitri optima censenda est, continet enim Nitrum purius & magis inflammabile; *secunda* quæ fit per *Evaporationem* ejusdem *Aquæ* usque ad medias, minùs sincera est, & Salis communis fixi particeps.

etiam *M. A. N. C. Anno. 2. Observ. 196. & 298.*

Alias Nitrum depurandi optimus Modus est *KESLERI C. 2. Proc. 61. per Alcalia fixa.* Ebulliat Nitrum in *Lixivio acri*, coquatur donec gutta *Lixivii* extracta Ferro frigido immissa instar Sevi adhæreat, tunc removeatur *Mistura* ab Igne, & sic loco frigido purissimæ concrefcunt *Crystalli*, ut rectè docet *TACHENIUS in Hipp. Chym.* quæ in *Ebullitionibus* febrilibus, in specie malignis, compescendis & præcipiendis, est egregium pro Siti mitigandâ; item pro *Inflammatione* *Faucium* in *Anginâ* &c., ut solet aliquantisper laxare *Stomachum*, & inducere *Nauseam*.

Clossæi Depuratio nihil habet in recessu.

II. CALCINATIO. 1. Quando calcinatur Nitrum cum Sulphure, unde fit *Lapis Prunellæ*, seu *Nitrum cum Sulphure fixatum*. Quando enim Nitro fuso adjiciatur *Sulphur commune*, & ita fundatur in *Tabulas & Rotulas*, cum Sulphure deflagrante & detonante *Acidum sulphureum* ex Nitro avolat, Sulphuris verò *Acidum* cum *Alcali Nitri* se jungit, ita ut *Lapis Prunellæ communis* seu *Crystallum minerale* sit certium salsum fixum, nullius prætiî Remedium in istis *Affectibus*, qui ipsi vulgò attribuuntur.

Ex dictis patet, *Lapidem Prunellæ*, seu *Nitrum cum Sulphure præparatum*, non aded valere; & quidem quò plus Sulphuris adjicitur, eò magis salsum fixum evadit. *Lapis Prunellæ* dicitur propter virtutes, quas habere dicitur in *Prunellâ*, Germ. *in der Braune*, in *Inflammatione* ac *Arnore* *Faucium*. Vocatur *Nitrum fixum*, quoniam Nitrum deflagrando cum Sulphure, parte ejusdem volatili, quæ in *Calcinatione* avolat, destituitur. Alii cum *Dos. ERBENIO Nitrum* in *Crucibulo* probè fluere permittunt, hinc in *Aquam bullientem* effundunt, & denuò coagulari permittunt, idque magis quinque vicibus repetunt: sic enim Nitrum dulce & insipidum ferè factum esse ajunt, istis usibus, quibus Nitrum destinatur, imprimis pro *Curâ* *Februm periculosarum*, probè accommodatum. Et hic *Lapis Prunellæ Erbenianus* ab eodem

(*Hofmannus Nitrum fustum* injicit *Aquæ bullienti*, hinc coagulat, repetendo id quinquies, donec Nitrum fiat insipidum; laudat ad sedandum *Archeum indignatum*, *Urinam* provocandam.

Idem *Antisepticum, Febrifugum, & Lithonripticum ex Nitro* commendat sequens. *℞. Crystall. Nit. ℥. xv.* funde in *Crucibulo*, adde *Flor. Sulphur. ℥. j.* Iterum denagrent, quo finito adde *Sal. Ammon. ℥. ss.* Denuò deflagrent, hinc affunde in *Mortarium stanneum*.

Dos. ℥. ss. ℥. j. ℥. ss. ℥. j.)

3. *Aliter.*

℞. Sal. Nit. q. v. affunde *Spiritum Urinæ*, destillaque sensim, tandem adde *Aquam* auctiorem ut fluat. *Labores* hos repete aliquoties, (quinquies ad minimum,) semper novum *Spiritum* affundendo.

N. 1. Alii pro *Spiritu Urinæ* substituunt *Spiritum Sulphuris*.

N. 2. Nonnulli *Nitrum levigatum* impastant cum *Albumine Ovi*, exsiccantque ad Ignem, tandem augent Ignem ut Nitrum fluat: hinc effundunt.

Vires. Metalla reddit malleabilia.

4. *Crystallum minerale saccharatum.*

Fit, si *Crystallo minerali* in *Aquâ Rosarum* soluto *Sacchari* ana miscatur; idque fit propterea, ne scilicet *urinofus* sapor molestiam pariat. *Fel. Wurtzius. 4. Chirurg. c. 4.* pro *Arcano* habet in *Hæmorrhagiâ* *Vulnerum*.

5. *Nitrum Perlatum.*

℞. Sal. Nit. Acet. destillat. solut. part. iij. vel iv. Sal. Perlar. itidem in Acet. destillat. solut. p. ij. vel ana, conjunge, coagulaque evaporando, ac repone in frigido loco ad *crystallisationem*.

Usus. Egregium est *Cordiale*, & mitigat simul *Æstum febrilem*.

6. *Nitrum Corallatum.*

Fit eodem modo, ex *Sale* scilicet *Corallorum*, & *Sal. Nit. ana*.

Vires. *Usus* idem est cum priori in *Febribus* & *Virium* *restauracione*.

7. *Nitrum Saturnisatum.*

Fit eodem modo, nimirum ex *Saccharo Saturni* & *Sal. Nit. puro*, seu *Lapide Prunellæ*.

Vires.

dicitur *Magnes*, omnes *Calores in Corpore præternaturam exortos extrahens*, & *indignatum Archeum* coercens, *Urinam* que retentam ad miraculum usque promovens. *Dos gr. xv. ad ℥. j.* vel *gr. xxv.* Est elegans *Præparatio* & *Nitro sulphurato* longè præferenda.

Dixi per *Sulphuris* adjectiones sub hujus *Deflagratione* simul *Spiritus Nitri* evolare. *Res clara* est: si enim hujusmodi hanc *Præparationes* cum *Sulphure* communi per *Retortam*, *Spiritus Nitri* acidus in *Receptaculo* obtineri potest.

2. Habet *AUTOR N. 2. Nitrum fixum aliud*, & si ex hujus præscripto procedatur, Nitrum satis purum, ab *Alcali Calcis vivæ* depuratum, acquiritur; sin verò *elixiviatum* denuò cum dimidio *Calcis vivæ* calcinetur, in perfectum tandem *Alcali* abit.

3. *Præparatio tertia cum Spiritu Urinæ* non est inelegans, quoniam valde convenit in *Affectibus calculosis*, & ubi opus est *Diuresi*: *Urinam* quippe ciet, & *Calculo* præcavendo, & promovendo confert, & ratione ejus volatilitatis à *Spiritu Urinæ* in *usu alchymistico* laudatur.

4. *Nitrum saccharatum* vocatur, quando *Lapis Prunellæ* subigitur cum *Saccharo*, quod *Saccharum Prunellæ* vocatur à *BARTHOLETO. WURTZIO* quidem in *Chirurgiâ* mirè commendatur contra *Febrim*, quæ insequitur *Vulnera Sclopetorum*, item contra *Febres*, quæ superveniunt *Vulneribus*, Germ. *Wieder die Wundfeber*: sed ut supra de *Lapide Prunellæ* dixi, nil valet; potiùs usurpetur *Nitrum anti-moniatum*.

5. 6. 7. *Nitrum Perlatum, Corallatum, & Saturnisatum* *AUTORIS* &c. non aded multùm valent, quia simplex *Corporum* istorum *præparatorum* cum *Nitro* conjunctio abundè sufficiat. *Nitrum* aliàs *Saturnisatum* in *Peste* & *Morbis Pestilentialibus* & *Febribus* malignis aliis, cum nimio ardore conjunctis, maximè laudari solet. Nitrum per se est album, possumus tamen ipsi addere *Tincturam* vel *Rosaram*, vel *Violarum*, vel *Tunicæ*, vel *Santali*, &c. quæ permiscantur cum *Aquis* certis, in quibus *Aquis* solvitur *Nitrum depuratum*, & post

Vires. Conferi Asthmaticis (Cardialgiâ, & Ventriculi fervore affectis.)

Dosis gr. 6. vel 7. in *Aquâ aliquâ convenienti*.

N. Si cuiuslibet lubet *Nitrum* vel *Lapidem Prunellæ* tingere, solvat *Tincturam Rosarum, Violarum, Santali, Fl. Tunicae*, & sim. in *appropriatâ Aquâ*, in qua *Nitrum* sit solutum, reponaturque ad crystallationem. Eodem modo & *Saccharatum crystallinum* tingi potest.

8. *CrySTALLI Salis Nitri, sive Draco fortificatus*.

Digere *Nitrum purissimum* in *Spiritu Sal. Nit.* ut illius solvat quantum poterit: abstrahere, egredietur *Pblegmas* alium *Spiritum* suffunde, digere, destilla, donec tam acer exeat, uti affusus sit, sum satis *Draconem* imprægnasti: *Liquorem* in *Retortâ* residem pone in *Cellâ* ut lapilleicat, hos *Lapillos* in *Aquâ* solve, & denuò in *CrySTALLOS* coge.

Ex communicatione *S. Clossæi*.

Vires. Tartareas materias expellunt hæ *CrySTALLI*, Sudores, Sedes & Urinas movent. *Dosis* ℞. in *Aquâ* appropriat.

(*CrySTALLI Nitri* acido-dulces, *Spir. Nit.* cum *Spiritu Vini* per *Mar. Baln.* destillato in fundo remanentes, Calorem febrilem extinguunt *Potui* injecti.)

9. *Terra foliata Salis Nitri, S. Clossæi*.

Candefac *Sal. Nit.* in *Crucibulo*, & per vices injice *Carbonem vivum*, ut *Sal Nitrum* inardescat: continua donec flagrare desinat, quod restat solvatur in *Acet. destillat.* filtratur, coaguletur, idque ter cum *novo Acet. destillat.* repetatur. Tandem solvatur in *Spiritu Vini*, qui postmodum destilletur. In fundo erit *Terra Talcosa Nitri* fusilis intar *Geræ*.

Vires. Obstructum *Mesenterium* & *Lienem* liberat, suaviterque repurgat: *Extractis Rhabarb. & Senæ* commodè additur ad virtutes eorum augendas.

Dosis ℞. in *Decoctione Radic. Aperitivorum*.

(*Nitrum Antimoniatum*.)

(Commendatur in *Febribus ardentibus*, pro stimulo *Pur-*

gantium, & *Clysterum* etiam infervit.)

10. *Nitrum vitriolatum, seu Sal Ducis Holsatiæ. Panacea duplicata: Arcanum duplicatum.*

Nihil est aliud quàm *Sal ex Capite mortuo Aquæ fortis* (ex *Sal. Nit. & Vitriol. an.*) extractum, crebrisque *Solutionibus* & *Coagulationibus* ita depuratum, ut candidissimum existat. Hoc subtilissimè pulverisatum, & *Cucurbitæ lutatæ* impositum, calcinatur ita ut liquefiat. Melioris liquefactionis ergo aliqua pars *Sal. Nitri* additur.

N. 1. Laborem hunc interdum 2. & 3. vice repetere convenit.

N. 2. Si vice tertiâ *Resolutio* iteranda sit, expedit prius *Materiam* *Solutione* ac *Coagulatione* à *Fæcibus* depurare.

N. 3. Alii *Liquefactionis* ergo ℞. *Lap. Prunellæ* p. 1. ad *Sal. illius* p. 2.

Communicata mihi fuit hæc *Descriptio* diversis è locis, & præ aliis ex illustri *Aulâ Holsatiæ Gottorp*: unde & nomen illis in locis obtinuit.

Vires. De *Viribus* ita ad me *Cl. D. D. Joël Langelos* scribit: *Mille experimentis* *Salis* hujus *efficacia* in *Aula nostra* comprobavit in *Melancholicis Affectibus*, *Febribus quibuscumque continuis & intermittentibus*, *Calculo*, *Scorbuto*, &c. *Quin & Somnum* conciliasse, præsertim in *Melancholicis*, non semel notavimus.

Dosis à ℞. ad ℞ij. Constat *Illustriss. Nostro* *Descriptio* quingentis *Imperialibus*. *Libras* aliquot quotannis absumimus. *Mynsichtus* hæc accepit, qui illud suo nomine *Arcani duplicati* vendidit.

(*Nitrum vitriolatum* compendiosiori modo elaboratur ita ex *Hofmanno*. ℞. *Nitri* part. iij. vel jv. *Vitrioli Ungaric.* p. 1. funde in *Crucibulo*, sensim *Fl. Sulphuris* adjiciendo; demum solve, filtra, & iterum coagula. Convenit in *Febribus intermittentibus* horâ ante *Paroxysmum* vel in *Paroxysmo*, iterum in *Mensium Obstructionibus*, cum *Calco Jovis*.)

Ad *Salis illius* part. 7. *Calcis Auri ritè preparatæ* p. 1. addimus.

11. *Sal*

& post lenem evaporationem crystallifatur, & sic de sapore & colore *Tincturarum* participat. Quoad *Vires* autem à *Nitro* communi parùm vel nil differt. Quod dixi de *Nitro*, idem fieri potest cum *Tartaro vitriolato*, ut hoc in transitu monesam, qui similiter cum *Tincturis* misceri & coagulari potest. **ZWELFFERUS** in *Mant. pag. 406.* *Nitrum Succo* aliquo *vegetabili, Acetosæ, Acetosellæ, Rosarum*, vel etiam cum *Succis purgantibus* solvit, sicque *Nitrum* coagulando aliquoties imprægnat, quod pro scopo *Morborum* laudatur, tanquam magis *specificum*.

8. *Draco fortificatus Auri* nil aliud est, nisi *Nitrum* concentratum cum *Spiritu proprio*, nec multum differt à *Nitro* communi.

9. *Terra foliata Nitri Sam. Clossæi* idem est cum *Terrâ foliata Tartari*: liquidem perinde est, sive *Alcali Nitri*, sive *Alcali Tartari* cum *Aceto destillato* imprægnetur, & in *Spiritu Vini* solvatur: idem nempe *Productum* emergit. Certè est *Præparatio*, quæ multa sub se habet, in qua imprimis observandæ sunt omnes *Encheireses*. Pro usu *Medico* est egregia, & multa habet in recessu, imprimis convenit in *Morbis chronicis & Scorbuto*.

Sic & *Bartolei Tartarus nitratus* cum *Spiritu Nitri* paratur: scilicet

℞. *Spiritus Nitri*:

Superfundatur Oleo Tartari per deliquium, sicuti aliàs fit in *Tartaro vitriolato*, & quidem guttatim, usque ad punctum saturationis: sedatâ *Effervescentiâ*, & *superfluo Liquore* evaporato, acquiritur *Sal quoddam novum, Tartarus nitratus* dictum.

Hoc à **BARTHOLETO** *Lib. 5. cap. 1. in Tr. de diff. Resp. pag. 44.* *singulare Digestivum* in *Febribus* tam *intermittentibus* quàm *continuis*, necnon in *Morbis cachecticis*, aliisque *chronicis*, item in *Malo hypochondriaco*, multum laudatur. Verùm nihil aliud est, quam *Nitrum regeneratum*.

10. *Nitrum vitriolatum, seu Sal Ducis Holsatiæ, seu Arcanum duplicatum Mynsichtii*, est vel *proprie* dictum *Nitrum vitriolatum*, vel *improprie*. Illud vel *immediatè* ex *Nitro & Vitriolo*, vel *mediatè* ex *Capite mortuo Aquæ Fortis* paratur. *Improprie* ita dictum fit simpliciter ex *Spiritu Vitrioli Nitro* affuso & exinde abstracto; prodit enim sic *Spiritus Nitri & Sal duplicatum*, ex *Acido Vitrioli & Alcali Nitri* restitans. Imò paratur à quibusdam simpliciter ex *Nitro* cum *Carbonibus* *alcalifato*, cui *Spiritus Vitrioli* ad saturitatem usque affunditur; *Sal* inde emergens *compositum*, fusionis *Igne*

Tom. IV.

tractatum, *Nitrum vitriolatum* constituit, sed non est adeò bonum. *Proprie* autem dictum *Nitrum vitriolatum* fit simpliciter ex *Nitro & Vitriolo*, vel *proportione anaticâ*, vel parte j. *Vitrioli*, & part. ij. *Nitri* mistis: Ex hac *Mixturâ* vel per *Retortam* destillatur *Spiritus*, & prodit *Aquâ Fortis*, vel saltem calcinantur mutuo in *Crucibulo*, donec omnis fumus cesset. Ex *Capite mortuo* elixivatur *Sal vitriolicum* nauseosi saporis. Quod ne faciat *Vomitum*, denuò in *Crucibulum* fundendum, in *Aquâ simplici* solvendum, filtrandum, coagulandum, denuò fundendum atque solvendum; sicque dicto modo procedendum tamdiu, donec *Sal perfectè* candidum seu *crystallinum*, ex *insipido amarefcens*, absque ullo *vitriolacei saporis vestigio*, acquiritur.

Hoc modo ritè paratum non metuit *epicrises* **WEDELLII** in *Pharm. pag. 51.* & **ZWELFFERI**, quas hic habet in *Mant. Herm. pag. 437.* cum in eo hallucinetur, quod repetitas *Fusiones & Solutiones* negligit, quibus *mediantibus* omnes *particulæ metallicæ* penitus separantur.

Tot autem *Solutionum* *tædio* superfedere si velimus, *faciliori labore* *metallicæ* *particulæ* per *Alcali Nitri* *præcipitari* possunt, secundum **LUDOVICI** *Pharm. pag. 427.* *Nempe*

℞. *Vitriol. Mart.*

Solvatur in *Aquâ*: *Solutio* *præcipitetur* ab *Alcali* quodam *fixo*, *Oleo v. g. Tartari per deliquium*, seu *Alcali Nitri*: sic *præcipitatur Mars*, & *Alcali* se lociat cum *acido Spiritu Nitri*, quæ *coëunt* in *tertium Salsum*, & *Liquor filtratus* in loco *frigido* in *CrySTALLOS* concrefcit elegantes.

Constat adeoque hoc *Arcanum duplicatum* ex *Alcali Nitri & Acido Vitrioli* mutuo *colliquatis*, sub qua *Colliquate* *probabile* *admodum* est, *Alcali Nitri* *simul* *agere* in *Sulphur Vitrioli* *anodynum*, ita ut *Sal* hoc *aliquali ejus* *contagio* *simul* *infectum* sit: *emerge* *exinde* *Sal* *admodum polychrestum*, egregium *Febrifugum* *omnium* *intermittentium*, tam loco *Digestivi* *die* *intermissionis*, quàm horâ ante *Paroxysmum* *usurpatum*, speciatim in *Febribus scorbuticis & intermittentibus ardentibus*, ubi nullum *Frigus præcessit*, in quibus *nobile Remedium*, sive *solum propinetur* ad ℞. vel cum hoc *permiscetur* *Lapillorum Cancrorum præparatorum* ℞. qui *Pulvis* aliquoties *reiteratus* numquam *faller*, & *Materiam* *febrilem* per *Urinam* *pellet*: nam *Pulvis Cancrorum* *per se* est *singularis Medicina* in *Scorbuto*, ut etiam in *Malo hypochondriaco*, in *specie*, quando *Malum affligit* *Ægrös* cum *phlogosi & æstu*; aliisque *Affectibus* *chronicis*.

N n n n 2

11. *Sal Cacbeeticum Chalybeatum.*

12. *Sal. com. illius puri*, (ex Capite mortuo *Aqua Fortis*)
p. ij.

Sal Prunella p. 1.

Primo fiat *Sal Prunella* in Crucibulo, hinc superinjice *Asiam Martis* (five illa liquida sit, five in formâ Pulveris) sic rubescet. Si satis imprægnatum ac rubeum videatur, conterendo admisce *Sal illud Capitis mortui*, fiatque *Pulvis subtilissimus*. Hunc inde Cucurbitæ vitreæ, dà Ignem Arenæ gradatim, tandemque fiat instar Aquæ (quo diutius, eo melius.) Denique fracto Vitro exime *Lapidem rubicundum*.

Vires ac Usus. Summè conducit (us & *Sal Holsatiæ*) in Appetitu prostrato, Cachexiâ, Febris, Nephritide, Catarhis, Scorbuto, Lue Gallicâ, Contracturâ, Paralyti, & ubicunque Sanguinis emundatione opus est. Somnum inducit & alia præstat quamplurima, idque ut plurimum insensibili Transpiratione, nonnunquam Sudore sine molestiâ, aliis blandum movet Vomitus, sed raro, aliis leniter Alvum ciet.

Dosis à g. 6. ad ʒj. in *Liquore appropri.* Ex communicatione *Amici Hamburgensis*.

III. SUBLIMATIO.

Unde

Flores Salis Nitri.

13. *Sal. Nit. Sal. com.* an. ʒj. 1. fluant. Hinc superinjice *Carbones ignitos*, ac superimponere *Fictile inversum* citè adaptabile. Sic exsurgunt *Flores* in *Fictile* superius panno madido obducendum. Candidos illos *Flores* Pennulâ absterge & serva.

Vires. Efficax est *Medicina* in *Febri tertianâ*, aliisque *Æstibus*. *Jo. Longol.*

N. 1. *Burgrum* candidum purgativum ex *Liquore Sal. Nit.* & *Salis Vitriol.* vide in *Myrothec. Fabri*, p. 330.

N. 2. *Arcanum Salis Nitri* per Calcinationem trium dierum cum *Tars. & Solutionem* cum *Spirit. Vini* additis *Spiritus Cinamomi*, &c. Vide in *Deodato*, p. 177. 178.

niciis. Multum confert *Arcanum duplicatum* in *Calculo*; blandè enim movet *Urinam*, & *Sabulum* ex *Renibus*. Prætereà in *Cardialgiâ* cum *Lapillis Cancrorum* feliciter adhibetur, necnon in *Affectibus Muliebribus* mirè conducit, & à **LANGIO** in *Coll. Patbol.* commendatur, stimulat *Menses deficientes*, præservat à *Suffocatione hysterica*, *Melancholiis hypochondriacis*, & quamplurimis *uterinis Morbis*, eum in specie *Ægros* ad aliqualem *Somnum* disponat. *Delirantes* certè ut plurimum carent *Somno*. Quod si igitur *Medicus* *Ægros* ejusmodi *melancholicos* ad *Somnum* disponere possit, non desperet *salute*. Si *Campora* addatur, sit quasi *Specificum* ad *Affectus melancholicos*: sunt enim sic placidi, & ad *Somnum* successivè inclinant. *Vis somnifera* oritur partim ex proprio *Nitri Sulphure*, partim à *Sulphure Vitrioli*. *Hæmorrhagias Sanguinis* ab *orgasmo* ortas sedat, *stagnans Serum* liquat, & temperat: hinc in *Inflammationibus internis* cum *fructu* exhibetur. Item ad præservandam *Epilepsiam* & *Apoplexiam* est *singulare*, & loco *Digestivi* non solum præmittitur *Medicamentis Purgantibus*, sed *ipsis* etiam commodè admiscetur, quia eorum vim æquat. *Paucis*: tanquam *Arcanum* recommendatum esse debet, quoniam est *Remedium planè polychrestum*, modo rectè sit præparatum. Candidum debet esse, insipidum cum paucâ *amaritie*. *Dosis* est ʒj. Ab aliis vocatur *Panacea Holsatiæ*; quoniam in *Holsatiâ* est inventum, & ibidem ejus usus frequentissimus.

11. *Sal Cacbeeticum Chalybeatum* est *Arcanum duplicatum*, sicutum tamen per *Crocum Martis*.

III. SUBLIMATIO. *Flores Nitri* in *AUTORE* sunt nihil aliud, nisi *Sal duplicatum ex Sale & Nitro*, dum sub aliquali *Detonationis* actû utriusque *particulæ salinæ* quasi exilientes sursum attolluntur, utut non sit vera *Sublimatio*. Alios *Flores Nitri* habet **MYNSICHTIUS** in *Armament. Chym. pag. 26.* per *Transudationem* per *Ollam factam*: *Solutio Nitri præparati* nonnihil *inspissata* per *Ollam* non vitreatam in loco frigido instar *Lanuginis* transudat, quam *Lanuginem* vocat *Flores Nitri*. Sed nihil peculiare obtinet: loco horum sufficiat *Nitrum vitriolatum*, revera *polychrestum* in *Medicinâ*.

Pertinet hæc *Volatilifato ZWELFFERI* in *Pharm. Reg.*

IV. DESTILLATIO.

Unde

1. *Spiritus Nitri.*

Spir. Sal. Nit. eodem modo rectissimè paratur, quo *Spir. Sal. com.* nimirum *Sal com.* cum triplo aut quadruplo *Boli, Argillæ sicce*, cum vel sine *formatione Globulorum* miscetur, perque *Retortam* destillatur.

N. Loco *Argillæ* recipi potest *Arena*.

2. *Modus alius.*

13. *Retortam* in superiore ventris *capacitate tubulatam* (præstat habere *ferream*) pone in *Fornacem*, ut *Tubulus emineat* *Receptaculo* adaptato *capacissimo* exactè *Retortæ* annexo. Hinc *candefac* *Retortam* ac injice *Sal com.* per vices, *Tubulumque* statim obtura. Sic *Spiritus* in *Receptaculum* irruet, ac *subsidebit*.

N. 1. *Subsidentia* hæc feliciter ac celerius fiet, si *Receptaculo* *Aqua* infundatur, vel *Linteum* *frigidâ* *humectatum* imponatur.

N. 2. Si quis *Flores* in *destillatione* *elevatos* seorsim colligere velit, habere creditur, quo *Mercurium* *figere* possit.

(*Spiritus Sal. Nit. dulcis* in *Pleuritide*, *Peripneumonia*, *Paraphrenitide* utilis.)

Vide & *Crysallos Sal. com. dulces*.

Vires. Reprimit ac sedat *Effervescentiam* *Spiritus Salis microcosmici*, *discutiendo* ac *resolvendo* *malignos*, *crudos*, *nitrosos*, *sartareosque* *Vapores*: *Viscera* referat, *Calorem p.n.* infringit, movet *insuper* & *Sudorem*, unde *Usus* ejus insignis in *Golicâ*, *Pleuresi*, *Prunella*, *Febris* aliis, præcipue *Malignis*.

Dosis ʒj. ad ʒij. &c.

Usus ejus tum *internus*, tum *externus* esse potest, v. g. in *Gargarismis* & *simil.* In *Colicâ* miscetur cum *an. Spirit. Vini*, ut fiat *Mixtura* ʒij. ad ʒj. quæ in *haustu* *Aquæ fontanæ* exhibetur. Illini quoque potest *Umbilico* cum *Oleo Nucistæ* ac tantillo *Zibetta*.

3. *Alius modus Kestleri.*

14. *Aluminis usi & Sal. Nit.* an. M. ac destilla per *Retortam* 1. Cent. 56. 4. *Alius*

pag. 240. beneficio *continuo Deliquescentiæ* vel reiterati *Deliquit* in *Aëre humido*: nam sic sensim sensimque *liquefcit* ab *Aëre*, ut possit *Nitrum* *destillari* per *Alembicum*. Sed res est *ridicula*, cum *Nitrum* hoc modo *fatiscat* in *Aquam elementarem*. Multa quidem habet de hoc **ZWELFFERUS** loco *allegato*; non tamen omnia credenda quæ dicit **ZWELFFERUS**.

Sequitur jam *Usus Nitri in formâ liquidâ*, & hinc

IV. DESTILLATIO se offert, ubi in *Spiritum* abit.

Destillatur ex *Nitro Spiritus*, vel *per se*, vel *cum addito*, & hoc est vel *Argilla*, vel *Alumen usum*, vel *Vitriolum*; idque tam in formâ *siccâ*, quam *humidâ*.

1. *Per se ex Retortâ*, secundum *Modum AUTORIS* N. 2. *insinuatam*, *destillari* solet: Sed necesse est, sit *ferrea*, aliàs *Nitrum* *sufum* *quaslibet* *Retortas* *perfringit* & *perforat*.

1. *Cum addito Bolo* vel *Argillâ* paratur secundum *Modum primum AUTORIS*, estque *Modus ordinarius*. Nempe

ʒ. *Nitri* p. j.

Boli vel *Argillæ* p. ij.

Permista & *destillata* hæc per *Retortam*, dant *Spiritus acidum*, qui *prodit* *colore ignito*, *fulgido* & *flammeo*, & tandem se *coagulat* in *Liquorem* *albicantem* *acidissimum*.

Additus nempe *Bolus* vel *Argilla* *fluorem Nitri* *impedit*, *undæ* *particulæ acidæ* vi *Ignis* *agitatz* *prodeunt*, & *Spiritus Nitri* *constituunt*. *Par ratio*, quando *Alumen usum* *additur*. Cum *Alumine crudo* cæterisque præfert **LUDOVICI** in *Pharm. pag. 430.* Quidam etiam addunt *Arcanam*.

Destillatio fiat per *Retortam* *ampli colli*, aliàs *repercuti* *Spiritus* se *figunt* in *Capite mortuo* proprio. *Observandum* quoque, quamdiu *Retorta* *calet*, tamdiu *Receptaculum* est *coloris rutilantis*; quia *Spiritus iste rutilans* est *Sulphur Nitri*: sed si est *refrigeratum*, cessat iste *color*. *Vas* ergo *recipiens* *moveatur*, dum *adhuc omnia* *calent*, licet *Fumus* sit *maximè nocivus*, aliàs ubi *refrigerata* fuerint, *reheat* *Spiritus* *maximè volatilis* in *Caput mortuum*. *Encheiresis* ergo *notetur*, quod scilicet *Receptaculum* sit *immergendum* *Aquæ frigidæ*, vel *Linteo* *madefacto* *involvendum*, ut *facilius* *subsideant* *Spiritus*.

Po.

4. *Alius ejusdem cum Sulphure.*

R. Sal. Nit. puri q. pl. impone Retortæ tubulatæ cum Receptaculo capacissimo, aliquotâ parte Aquæ adimpleto; da Ignem ut fiat Sal Nit. postea fluenti superinijce per Tubulum parum Sulph. puri, claudeque orificium, &c. hanc injectionem Sulphuris repete, donec Sal Nit. consumptum sit; sic prodibit Liquor, seu Spir. Sal. Nit. instar Butyri Antimonii. Spiritum hunc Sal. Nit. dephlegma ac rectificata, &c. Materia in Retortâ relicta suppeditat Sal Nitrum flavum.

5. *Spiritus Nitri Bezoardicus.*

Est Spiritus Salis Nitri in præparatione Bezoardici mineralis Butyro affusus, ac iterum Destillatione in Arenâ abstractus.

N. Hic si celeriter urgeatur, exstillat rubicundus, commodumque Menstruum præbet Aurum solvendo ac volatilizando. Vide de Auro.

Potest etiam hic Spiritus parari per Retortam igniando Nitrum cum Carbonibus, vel Antimonio, vel Sulphure; quatenus Subjecta hæc desflagratione sui, Nitrique incensione, Spiritum ejus sub formâ flammæ prodire cogunt, qui in Receptaculo apposito colligitur, restitente Nitro fixo in Retortâ: conf. ERCKERUS l. a. pag. 210. Sed dum figur pars quædam Nitri in Alcali, parum prodit in Spiritum: econtrâ cum Argillâ aut Bolo destillatum Nitrum, totum abit in Spiritum.

Quoad Usum Medicum, usurpatur Spiritus Nitri tam simplex quam dulcificatus, hoc est, cum duplo vel triplo Spiritus Vini mixtus, & cessante fortissimâ effervescentiâ digestus, mutuo destillatus, & aliquoties cohobatus: ex quo ipso Spiritu Nitri dulci blandâ abstractione Crystalli Nitri dulces elegantes haberi possunt: de quo HOFMANNUS Clav. p. 346. Observandum tamen in Mistione, quod cauto opus sit: nam Spiritus Vini cum Spiritu Nitri mistus Effervescentiam facit incredibilem, imò in Flammâ eructat, & Vasa dirumpit: vid. DRAWIZIUS Traæt de Scorb. pag. 339. ubi simul quædam egregia de hac Misturâ habet. Guttatim igitur misceatur cum Spiritu Vini, ut successivè & blandè effervescent; sic enim Spiritus Nitri prodibit dulcificatus.

Spiritus Nitri simplex egregius admodum est in compescendâ Effervescentiâ febrili nimîa quarumcunque Februm, præfertim malignarum, & ex Iracundiâ nimîa ortarum, ubi magis est appropriatus & tutior, quam Spiritus Salis & Vitrioli: figit simul effervescentes Humores, & inde Effervescentiam eorum sistit & compescit. Sic & in Febris malignis pestilentialibus, ubi virus arsenicale peccat, Spiritus Nitri est egregius, qui figit Arsenicum, & ejusdem malignitatem tollit. Ad hæc singulare est Carminativum, Flaturum curativum, unde in Colicâ flatulentâ, biliosâ, & scorbuticâ, aliisque ejusmodi Affectibus, egregius. In toto certe Regno Minerali similis non reperitur, & in Tympanitide, & in Inflatione Uteri, omnibusque flatulentis Corporis humani Affectibus, non habetur par Remedium. Usurpatur commodè ad guttas 10. vel 20. dilutus in Essentiâ Absinthii & Elixir Proprietatis, vel alio conveniente Vehiculo. Rectificatione non indiget, cum per se satis sit activus, annotante WEDELIO in Pharm. pag. 35. Convenientior tamen est pro usu medico Spiritus Nitri dulcis, qui aliàs vocatur sæpius Spiritus Carminativus, item Spiritus Anticolicus; obtinet enim singularem vim in Colicâ flatulentâ, & similibus Affectibus flatuosis, necnon in Phlogosi vagâ, Appetitu dejecto &c., simulque diureticus est, & lithonripticus, ita ut etiam Calculum Renum, si in unam molem non coagulatus sit, comminueri dicatur; in illum verò, qui instar Silicis jam coagulatus est, nullum jus habet: unde poterit pellit Urinam, exturbat Sabulum, & longè præfertur Spiritui Salis. Præterea in Morbis acutis, Urinæ provocationem postulantibus, admodum proficuum est. Appropriatus magis redditur Spiritus Nitri dulcis pluribus Affectibus si Spiritus Vini dulcificans abstrahatur prius à Speciebus appropriatis, v. g. Spiritus Vini à Plantis aromaticis & carminantibus, ut sunt Chamomilla Romana, Flores Sambuci, Zedoaria, Cortices Aurantiorum, Mentha, Fœniculum & similia: abstractus & cohobatus, postmodum cum Spiritu Nitri unicus, constituit egregium Spiritum Carminantem, & Anticolicum. Quod si dictus Spiritus Vini abstrahatur à Speciebus antipleuriticis, & conjugatur cum Spiritu Nitri, fit Spiritus Antipleuriticus D. Michaelis, qui est egregius in Pleuritide, ad ʒj. in Aquâ Cardui benedicti assumptus; imò in Anginâ, aliisque

6. *Aquæ Caustica, seu Aquæ Fortis.*

Aquarum Fortium, ut & Regiarum (quas dicunt) magna passim est varietas. Fiunt pro diversitate scoporum à Sulibus mineralibus ad scopum faciendis, Vitriolo, Sale Nitro, Sale Ammoniaco, Sale communi, & simil. Nos brevitate studio unicâ ac alterâ Descriptione contenti, remittimus Tirones ad Autores fusè de his tractantes, ut sunt Bequinus l. 1. cap. 3. Sennertus Inst. lib. 5. part. 3. sect. 2. cap. 6. Libavius l. 2. Alchym. traæt. 2. c. 27. &c.

7. *Aquæ Fortis communis.*

R. Vitrioli exsiccati ʒj.

Sal. Nit. ʒj.

Tere simul & misce.

Destilla per Retortam loricatam, Igne aperto per gradus: est operatio hor. 12.

N. Geber Lib. Invent. cap. ultimo, addit & ʒj. Alumin. destillatque: in destillatâ hac Aqu. Fort. solvit ʒj. Salis Aramo-

similibus partium internarum Inflammationibus, cum Febris ardentibus conjunctis. Nam has Febres curat citò, & tutò & jucundè, beneficio Sudoris, vel etiam per Diuresin. Si permisceatur Spiritus Nitri cum Spiritu sberiacali campborato, erit egregius in Peste, & Febris malignis. Juleps præterea, Portionibus hinc inde cochlearim assumendis, &c. commodè permisceatur: aut fiat extemporanea Mistura, v. g. in Colicâ flatulentâ hoc modo:

ʒ. Aquæ appropri. v. g. Mentha, &c. ʒj.

Spiritus Vini rosæ ʒj.

Spiritus Nitri ʒʒ.

Educorentur cum paucis Syrupis Fœnic. ad ʒʒ.

M. D. pro Doli.

In Usu Alchymistico Spiritus Nitri eadem ferè præstat, quæ omnes Aquæ Fortes; solvit enim Lunam instar Aquæ Fortis. Unde Spiritus Nitri etiam separat Lunam à Sale: sic si permitta sunt Sol & Luna, & affundatur Misturæ Spiritus Nitri, solvit hic Lunam, & Solem linquit intactum, ut ita se invicem possint separari; quod bene observetur: si verò Spiritus Nitri à Sale communi abstrahatur, acquirit vim solvendi Aurum, & fit Aquæ Regia, in fundo autem, quod remanet de Sale communi, est Concretum novum, quod facillimè in Nitrum perfectum abit.

Quidam volunt separare Spiritum Nitri flammeum à Spiritu albo: dicunt enim, quod flammeus profit ad Medicinam; Spiritus verò albus propter corrosivitatem ad usum Alchymisticum sit usurpandus. Modum docet AGRICOLA in Pappium beneficio cuiusdam Instrumenti, dum uni Retortæ apponunt Recipientes duos, unum super alterum, qui tamen abeant in unum Canalem; sic enim fit, ut Spiritus flammeus seu volatilis superiorem ingrediatur Recipientem, cum econtrâ albi seu graviore subeant inferius Receptaculum. Quod si etiam Spiritum Nitri totum rubrum seu flavum habere velimus, injici potest in collum Retortæ aliquid Campboræ, & sic coagulat in colorem flavum vel rubrum.

5. Spiritus Nitri Bezoardicus, quem habet AUTOR, est iste Spiritus Nitri, qui affunditur Butyro Antimonii; sic enim fit præcipitatio Butyri in Bezoardico Minerali, & à Pulvere præcipitato abstrahitur Spiritus Nitri cum Spiritu sic dicto Vitrioli Philosophico, qui conjuncti dant Spiritum Nitri Bezoardicum. Hic Spiritus Salis Nitri Bezoardicus optimum Menstruum est pro solvendo Auro & aliis Metallis, quod particulas solares secum rapit ex Retortâ, & Corpus albicans instar Lunæ relinquit, cum Antimonio tamen reducibile.

7. 8. 9. Paratur quoque Spiritus Nitri cum Vitriolo addito; vel quando Spiritus affunditur modo supra insinuato; cum enim longè ponderosior sit Spiritus Vitrioli, in abstractione hic se insinuat Alcali Nitri, & Spiritus volatiliior ex Nitro sic prodit. Quod si in formâ siccâ misceantur & destillentur, prodit Spiritus Nitri, quem ordinariè vocant Aquam Fortem, ab AUTORE Num. 7. insinuatam; quales omnes præparantur ex Nitro ceu basi, addito Vitriolo; si verò addatur Sal commune vel Sal ammoniacum, fit Aquæ Regia. Aquæ Fortis solvit omnia Metalla præter Aurum, & Aquæ Regia autem Aurum solvit, Regem Metallorum. Modi destillandi sunt varii, uti habet AUTOR. Reverà autem hæc Aquæ Fortis cum Vitriolo constat simpliciter ex Spiritu Nitri fortificato & rectificato, quod omnes Operationes ostendunt.

Dubium est; an aliquid etiam de Vitriolo participet? Hoc ex supra dictis negandum videtur, quia ponderosius & fixius est Vitriolum calcinatum, quam quod Spiritum suum simul cum

Ammoniaci, ad Aquam Regalem acquirendam.
Vires. Solvit Lunam & Venerem.

8. *Aqua Regia, Stygia Chrysulca Basilii.*

℞. *Sal. Nit.* part. ij.
Salis Ammoniaci part. ij.
Silic. contuf. p. iij. circiter.
 Destilla per Retortam ignitam tubulatam. Vide in *Antimon. Destillationem Aqua stim. Venerea.*
Vires. Solvit Aurum, eumque per Alembicum secum transportas. *Bafilii in Clavius, Tenzelius.*

N. Usitatissimus facillimusque modus destillandi Modernis est per Cacabum seu Ollam ferream, cui ceu Alembico terreum imponunt Capitellum cum rostro, destillantque Igne aperto in Receptaculum capacissimum.

9. *Eadem Aqua Regalis alio modo destillata.*

℞. *Sal. Nit.* per se q.v. & cum tribus partibus *Silicum confusorum* misce, destillaque Igne libero per Retortam. Sic habes *Aquam Nitri*; postea habes *Cineres*, e quibus per *Aquam calidam* extractum fit *Sal*, ut omnis acido Lixivii auferatur: hos *Cineres* misce cum *Sale Ammoniaco*, sit autem *Sal Ammoniacum* tantum quantum antea erat *Sal Nitrum*, destillaque Igne libero per Retortam, sic habebis *Aquam Regalem*.

N. Si velis rursus ex B. vel *Cineribus* per Alembicationem destillare, fit clarior & lucidior. *Tenzelius.*

cum Nitro possit fundere: quin ex hoc *Spiritu Vitrioli* cum *Alkali Nitri, Nitrum vitriolatum* emergat.

Sed observandum *Differentiam non levem intercedere inter Aquam fortem & Spiritum Nitri simplicem.*

1. Quia *Pannorum Tinctores* Spiritum Nitri non æque commodum observant; sed necesse est, *Aquam fortem* habeant ex ana *Nitri & Vitrioli* paratam.

2. Item *Metallorum Purgatores* observant, *Aquam fortem* cum *Vitriolo* Anglico factam, quod est Martiale, sordes suas Solutioni communicare; unde *Color lutulentus* reddatur. Unde pro tali *Aquâ forti* bonâ faciendâ cum Nitro & *Alumine* illud faciunt.

3. Conferatur hîc curiosa *Observatio BECHERI Phys. subterr. L. 1. pag. 160.*

4. Spiritum Nitri in *Aquâ forti* secum rapere aliquid de *Vitriolo*, probatur hoc Experimento:

℥. *Aqua Fortis:*

Superimponatur Igne, ut exhalet *Fumus*, & desuper imponatur *Lamina ferrea*, tinget eam colore *Venero.*

Ergo pro decisione notandum: de Spiritu *Vitrioli* nihil prodire cum *Aqua forti* junctum, bene autem de volatiliore & *sulphureo Spiritu*, seu vulgò dicto Spiritu *Vitrioli* volatili, *Aquam fortem* plus minus imprægnari, ratione cujus *Differentia ista Aquæ Fortis & Spiritus Nitri* emergat.

Aqua Fortis ordinariè expetit pro Solutione *Lunæ*, quam solum, *Sole* intacto solvit, sed pro hoc usu non adhibeatur crudè, sed potiùs depurata (hoc est, ut vulgò vocant, *gefaller Aquâ forti*), id est à *Substantiâ salinâ*, *Sali communi* quasi æmulâ, cum Spiritu *Nitri* ascendente per præcipitationem separata. Conf. *ERKERUS pag. 157. item 158.* in quo ipso pag. 136. simul hoc notabile occurrit, *Aquam fortem* in *Vasis ferreis* paratam, *Solem* ex *Lunâ* per solutionem separatam, elegantius reddere, propter *Martis Sulphur*, quod occultè intra se abscondit.

Aquæ forti cognata est *Aqua Regia, Stygia* vel *Chrysulca*, quæ ordinariè fit, si *Aquæ forti* addatur *Sal commune*, vel *Sal ammoniacum*. *Modum* videbitis in *ZWELFFERO Append. ad Animadv. & Pharm. Reg. p. 54.* item *AGRICOLA in Poppiam: quin & Spiritus Nitri à Sale communi abstractus Aqua Regia* evadit; non secus ac *Spiritus Vitrioli bezoardicus* genuinam *Aquam Regiam* constituit.

Nitrum & Sal Ammoniacum aliàs in se invicem incompatibilia sunt, ita ut invicem mista Igne exposita impetuossimè detonando quælibet Vasa, Gas suo flatuso, diffringant: unde ex Nitro & Sale Ammoniaco *Aquam Regiam* destillare ferè impossibile est, nisi per Retortam, secundum modum à *BASILIO* insinuatam in *der. Offenbabrung der verborgenen Hand griffe* Lit. D. Propterea Sal Ammoniacum saltem Spiritui Nitri aut *Aquæ forti* additur pro Menstruo Auri, v. g.

℥. *Spiritus Nitri* ℥j.

in quo solvantur

Salis Ammoniaci ℥ij. vel iij.

Scilicet cum vel sine destillatione evadet *Aqua Regia*, quæ

V. E X T R A C T I O.

Munde

Tinctura Nitri.

Tinctura Salis Nitri ad eundem fieri potest modum, quo *Salis communis.*

Vires. Insigne est corroborativum Diaphoreticum.
 (*Balsamus Spiritus Nitri* cum *Oleo comm. Rosarum*, vel *Hypericonis*, in Phialâ calore forti paratur, ad *Ulceras* utilis.)

C A P U T XXIV.

D E A L U M I N E.

Aluminis genera usitata Officinæ quinque nobis exhibent: 1. *Rupeum* (*Gallis Alum de Roche.*) 2. *Plumeum* seu *Plumosum*; videatur *Amiantus*. 3. *Sciissile* (quod *Glebarum* instar est, & *Plumosum oblongum* vocatur.) 4. *Zuccarinum*, sive *Saccharinum* (ex *Alumine rupeo*, *Albumine Ovis*, & *Aquâ Rosaceâ.*) 5. *Alumen Catinum*.

Verum ut in omnibus locis ubi *Aluminis* simpliciter mentio fit; ita & in his nostris Præparationibus, *Rupeum* recipe fas est: quod nihil aliud scilicet est, quàm *Salsugo Terræ mineralis*, naturæ Saturninæ, constans ex Spiritu acido ac *Sale terrestri caustico.*

Triplicis autem id originis est; vel enim 1. per se in Venis suis

longè fortiùs penetrat in Solutione Auri, & in quibusdam Præparationibus singularis est.

C A P U T XXIV.

D E A L U M I N E.

Alumen & *Vitriolum* sunt valde inter se congeneris naturæ: & quidem *Alumen nostras Rupeum*, simile ferè cum *Vitriolo* Corpus, ex Spiritu acido Sulphuris mineralis universalis embryonati, & Corpore aliquo petroso subtiliore, ab illo Spiritu soluto & coagulato constat: quæ duo coalita abeunt in tertium aliquod *Concretum dulco-acidum*, nimirum *Alumen*, quod eleganter in *Crystallis hexagonas & octogonas* efformatur. Probat hoc, tam per *Syncretismum* quàm *Diacrisim chymicam*. Nam si *Alumini* in *Aquâ simplici* soluto, instilletur *Lixivium* quoddam *alcalinum*, v. g. *Oleum Tartari per deliquium*, *Alkali* se jungit *Acido*, & præcipitatur *Substantia candida* Igne non liquefibilis, sed representat *Calcem lapideam* mineralis profapiæ. Item *Creta Spiritu* seu *Oleo Sulphuris*, vel etiam *Spiritu Vitrioli* acido soluta & coagulata, *Concretum* instar *Aluminis* refert; ubi *Creta* locum obtinet *Corporis petrosi*, & *Spiritus Sulphuris* vel *Vitrioli* est corrodens. *Corpus illud petrosus*, quod ita in *Coagulum Aluminis* abit, naturæ *Saturninæ* esse non ineptè dicitur. Efficienter ergò convenit cum *Vitriolo*, ceu *Spiritu Aluminis, Vitrioli*, *Sulphuris &c.* qui reverà unus idemque sunt Spiritus; *Materiâ* verò differunt: & sicut pro varietate *Metallorum, Veneris* seu *Martis, Spiritus Sulphuris* varia conficit *Vitriola*; ita pro diversitate *Saxorum* seu *Lapidum* diversas etiam *Aluminis species*, colore aliisque proprietatibus differentes, producere probabile est. Cum verò post *Destillationem Spiritus*, aut *Præcipitationem, Lapidis Pulveres* fundi aut reduci haud adeò facile queant, atque *Metallorum* in *Vitriolis*; hinc etiam *species lapideorum* ejusmodi *Corporum*, quæ *Alumina* ingrediuntur, hætenus non adeò rectè exploratæ sunt. Ideòque in Igne *Alumen constans atque fixum* est. *Calcinatione* enim in *Bullas*, in *Flatum*, in *Calcem* quasi quandam vel *Cinerem* redigitur. Unde etiam *Spiritus acidus*, qui ab eo per *Ignem* excernitur destillando; substitui potest Spiritui *Vitrioli*: Spiritus nimirum *Aluminis, Vitrioli, & Sulphuris*, unus idemque est Spiritus; saltim quod idem *Sulphuris Spiritus* nunc corrodit *Metallum*, unde oriuntur *Vitriola*, nunc verò corrodit *Corpora saxea*, antea leviter in *Terrâ calcinata* (quod tamen non semper in *Terrâ* contingit) & tunc concrescunt in *Alumen*. Nam ipsum *Alumen* interdum reperitur *Nativum*, ut possit ex *Terrâ* effodi. Propter dictas rationes sæpissimè unâ ac in iidem locis & *Mineris Nitrum & Alumen* deprehendi solet. *Usitatissimum* hodie *Alumen Rupeum* seu *Alumen Rochas* seu *Glaciale*, ita dictum propter figuram externam, item propter locum natalem, frequentissimè ex suâ *Minerâ saxea* seu *Pyrite* sui generis, *Germ. aufsetzen Kiese*, paratur, idque variis *Encheiresibus* pro *Minerâ* ipsius

P R Æ P A R A T I O N E S &
P R Æ P A R A T A .

1. GRYSTALLISATIO, seu PURIFICATIO. 2. CALCINATIO, seu USTIO. 3. SALIFICATIO. 4. DESTILLATIO. 5. SUBTILISATIO, seu EXTRAGTIO.

I. PURIFICATIO, seu CRYSTALLISATIO.

Aluminis Purificatio fit more vulgari, scilicet solvendo in *Aquâ pluviâ calidâ*, evaporandoque, donec Guscicula in superficie appareat, hinc reponitur ad crySTALLISANDUM.

N. 1. Hanc Purificationem si bis terve repetiveris, mitemit acerbitas Aluminis.

N. 2. *Librius* solvit in *Urinâ*, proceditque dicto modo: verum qui hac ratione Alumen purum nancisci sperat, fallitur, quippe Sal *Urinæ* Alumen sefe immisquit.

II. CALCINATIO, seu USTIO.

Ustio Aluminis quoque Tonforibus notissima est.

Nimirum

Alumen coquitur ad Ignem, ut *Pblegma & Spiritus* exhalent, *Terraque* mollis porosa remaneat.

N. Hæc Terra idem est cum *Capite mortuo* ex destillatione Spiritus residuo.

Vires. Usitatissimum est Alumen ustum in Vulnerum excrecentiis carnolis consumendis, in Patredine arcendâ, &c.

I. PURIFICATIO. Quæ fit per Solutionem in *Aquâ simplici & CrySTALLISATIONEM*, uti habet AUTOR. Cæterum est Præparatio seu Purificatio superficialis. Quando enim Alumen inspissatur per Coctionem, Pinguedinem quandam Sulphuris excrementiam habet secum, aut Corpus vitriolicum. Quod si ergo ab Alumine non separentur, nunquam concrefcit, sed Massa densa remanet. Ut ergo purificetur, optimum est, si sub Coctione *Urina humana* copiosa injiciatur: sic separatur omnis ista Pinguedo, ut possit instar Spumæ despumari, & tandem in fundo præcipitatur inutile Corpus vitriolicum, unde Alumen purum successivè coagulari potest.

II. CALCINATIO. *Alumen* vulgò uritur, & sic Bullas agit copiosas, & *Pblegma & Spiritus* foras exhalant; qui Spiritus tamen seorsim per Retortam in Recipientem vix colligi possunt. Habeatur enim ratio ad *bina Aluminis Ingredientia*; nempe ad *Spiritum Sulphuris acidum*, & ad *Substantiam solutam terream*. Spiritus ille firmissimè adhæret Alumeni, nec Phlegma acidum, illudque non copiosum, ex Alumine elici potest; secus ac ex Vitriolo, ex quo Spiritus intensè acidus potest destillari. Ratio est, quod in Vitriolo *Mine-ræ metallicæ solutæ* proprio suo Sulphure acido quodammodo saturatæ sint, inde Acidum Sulphuris externum non tam potenter in iis concentratur, quin accedente Ignis motu denuò separabile fiat. In Alumine verò Acidum illud intimè se coagulavit cum petrosis particulis, & cum iisdem forti a deò nexu coaluit, ut nullâ arte totum separabile sit, quin multum ejus cum iisdem remaneat. Unde destillando Alumen intumescent, & insigniter ebullit, ac Phlegma & Spiritum paucum acidum suggerit: quod superest Aluminis, propter Acidum concentratum in particulis terreis *Alumen ustum* constituit; ubi perfectæ Calcinationis signum est, si Bullas non emittat: vid. ZWELFFERUS in *Antmadvers. in Pharmaco. Augustan. pag. 404.*

Cæterum superius dixi, quod Spiritus Aluminis sit idem cum Spiritu Vitrioli & Sulphuris; quod etiam ita sefe habet: nihilominus tamen *non levis differentia* inter Spiritum Sulphuris, Vitrioli, & Aluminis deprehenditur, ratione ferè omnium Proprietatum; quæ differentiarum dependent ex alteratione, quam recipit Spiritus Sulphuris acidus ex Subjecto patiente, quod corrodit: mutatur etiam exinde in substantiam patientis Spiritus Sulphuris, ejusque textura mechanica, ut postmodum per Destillationem denuò separatus non parùm appareat immutatus. Id quod probo alio Experimento: Fiat enim cum Spiritu Sulphuris Infusum super Terram Vitrioli Martis, uti superius monui, deinde cum eodem Spiritu Sulphuris imbibatur quædam Terra, sigillata, vel alia, ut concrefcit in Corpus quasi aluminosum; destilletur postmodum hoc Corpus aluminosum, & etiam Vitriolum, & Spiritus ex his duo-

III. SALIFICATIO.

Alumen ustum (vel *Caput mortuum Aluminis*) coque in *Aquâ*, trajice per Chartam, Filtratura evaporet, & habebis *Sal fixum Aluminis*.

IV. DESTILLATIO.

Unde

1. Pblegma ac Spiritus.

Aluminis puri q. v. destilla per Retortam in Arenâ, ac elicies initio *l. Igne Pblegma*.

Igne postea fortiori, Spiritus prodibit albissimus.

(*Spiritus Aluminis sulphureus volatilis & acidus*, inhibet Februm intermittentium Accessus, per Sudorem & Fermentationis inhibitionem.)

(*Alumen Vitrioli præditum sgyptico Spiritum Vitrioli coagulare putatur.*)

2. Spiritus dulcis Aluminis.

Spir. Aluminis, rectifica aliquoties cum Spiritu Vini & dulcis atque jucundus evadet.

Vires. Usus ejus internus diureticus est, pellit Calculum, Obstructiones Lienis aperit, Ætus in Febris compefcit.

Externus ejus usus admodum proficiuus est, in vitis Oris, Inflammationibus nimirum (etiam Oculorum), Aphthis, & similibus curandis.

Dosis g. 4. vel 5. in Vino vel alio Liquore conveniente.

Pblegma adhibetur ad Vulnera mundificanda, adstringenda, in primis ad Gingivas, &c.

3. Ma-

bus Subjectis denuò evocati, erunt valdè distincti, utut antea unus idemque fuerint Spiritus Sulphuris, idque propter alterationem, quam receperunt in Subjecto, quod corroferunt.

Alumen ustum usitatissimum est Remedium in absumendâ Carne excrecente, & nimis luxuriante (Germ. *im Aberzen*) Fonticulorum, Ulcerum, &c. in Vulneribus fordidis, labiis Vulnerum callosis, & similibus Affectibus. In ipsis Fonticulis excitandis usurpatur Alumen ustum cum fel ei successu: item in Pulveribus dentifricis, in laxitate, siccitate, & putredine Gingivarum, reverà egregium est. Unde est quoque *Ingredientis Tinctura Lacæ* decantatissimæ contra Scorbutum Oris. Quidam recipiunt *Alumen calcinatum* contra Atrophias & Ariduras partium, quæ oriuntur post partium nervosarum Vulnera: sed subest fallacia. Intelligendum namque est *Alumen plumosum* certo modo calcinatum cum *sale communi*. Hunc modum suggerit FELIX WURTZ, uti etiam AGRICOLA, sed loquuntur in genere: intelligendum est enim Alumen plumosum.

III. SALIFICATIO. *Salis singularis absterivi & laxativi* mentionem facit HOFFMANNUS in *Clave pag. 348.* quod nihil aliud est, quam *Solutio Aluminis* cum s. q. *Lixivi Salis Tartari* præcipitata. Acidum enim & Alkali se mutuò jungunt, & post Filtrationem in Cryсталlos salinas Filtratione coeunt. *Sal* hoc dosi ʒi. ad ʒij. egregiè laxat, abstergendo primas vias, sed *Dosis* est nimis ingrata: in Febris autem speciatim confert.

Qui præcipitatur *Pulvis fixus*, seu *Terra Aluminis*, probè edulcorata, pro Ulceribus exsiccandis, & ad cicatrificationem producendis convenit.

IV. DESTILLATIO. 1. 2. *Pblegma ac Spiritus Aluminis* specialem adeò usum non obtinent, quin convenient in omnibus cum *Pblegmate Vitrioli acidulo*, usu tam interno contra Æstum, Sitim & Affectus diureticos, quam externo abstergendis Ulceribus Oris & Excrecentiis tollendis, in Hæmorrhagiis Vulnerum, si nempe imponatur cum *Linteis vel Fasciis* intinctis Parti vulneratæ, Hæmorrhagiam patienti; item convenit applicando Fronti contra Cephalalgiam & Agrypnias, uti commendatur ab AGRICOLA, item contra Ambustiones. *Spiritus acidus* per se valdè prodest ad dealbandos Dentes, utut in paucâ acquiratur quantitate: unde si aliquot guttæ Medicamenti contra Scorbutum Oris instillentur, mirè proderunt.

Parant etiam quidam *Oleum Aluminis*; dum scilicet recipiunt *Aluminis crudi & Silicum pulverisatorum* ana part. æquales, pellunt per Retortam; unde primò prodit *Pblegma*, postea *Oleum*, quod separandum est à *Pblegmate*, & hujus Olei usus est externus.

3. Ma-

3. *Magisterium, seu Spiritus Aluminis magisteriatu.*

R. *Aluminis puri* q. v. impone in Vitrum, asperge *Aquam*, & repone ut dissolvatur.

Liquorem Filtraturâ depuratum destilla in Cineribus, ex Cucurbitâ humili ad siccitatem: solve denuò, modo quo dictam, in *Liquorem*, & destilla. Eousque Solutionem & Destillationem repete, donec tota *Aluminis* substantia per Alembicum transierit.

Ufus. *Stypticum* est nobile, vix cedit *Essentiæ Ferri, Boli, Spermiole*, &c.

4. *Saccharum Aluminis.*

R. *Aluminis purificati* q. v. destilla ut eliciatur *Pblegma*, quod affunde iterum *Capiti mort.* & postquam hor. 24. steterint, denuò abstrahere, idque vicibus aliquot (5. vel 6.): tandem *Pblegmate* reservato solve *Caput mortuum* per d. *Liquor* digeratur per dies (12.) coaguleturque in Arenâ ad siccitatem: sic præparatur *Saccharum Aluminis*.

Vires. Celebratur in Pectoris Morbis, præsertim ex Minerarum halitu contractis, qualibus Metallurgi frequenter affliguntur. Odontalgiam sedat, Gingivæ impostum.

Dosis à gr. 5. ad 8.

(Parant ex *Alumine Mannam*, *Primum Ens Aluminis*, quod dicunt, victoriosumque Hæcticæ Remedium.)

V. E X T R A C T I O.

Unde

Extractum Aluminis, aliàs Magisterium.

R. *Aluminis crudi* ℞. (vi.) coquatur in Fictili amplo,

3. *Magisterium seu Spiritus Aluminis magisteriatu*, quem **AUTOR** ex *Alumine*, in *Liquorem* solvendo, & per Alembicum destillando, docet, non procedit.

4. Suprà quoque insinuata est *vis Aluminis febrifuga*, quæ in *Sale ejus dulci*, hoc est, subtiliori Substantiâ terrea, proprio Acido non adeò saturatâ, consistit; quæ hinc imbibit, & promptè exforbet Fermenta Febrium acida: hinc & pro Ardentium æquè ac Hæcticarum Curâ tantoperè expetit *Manna Aluminis, Saccharum Aluminis, Primum Ens dulce Aluminis*, & quæ alia sunt ejus Synonyma. Ad Hæcticas quidem & Ardentes Febres magis confert *Saccharum Aluminis AUTORIS* Num. 4. sed Præparatio hæc manca. Genuiam videbitis in **DARIOTTI Guldenen Schatz Kufflein** cap. 24. pag. 245. sed Liber rarus est. In defectu hujus consulatur **POTERIUS** in *Pharm. Spagyr. lib. 2. cap. 9.* ubi habet legitimam Præparationem contra Febres Ardentes. Præparatio est hæc:

Alumen duplicem habet substantiam, unam, quæ Frigori exposita coagulatur; alteram, quæ Calore condensatur. Ad hanc igitur Præparationem conficiendam, omnes ejus Substantiæ sunt coërcendæ, ut *Aqua suam Aquam* non reddat. Hoc potest fieri ad modum **AUTORIS** frequenti Cohobatione *Pblegmatis Aluminis* super *Caput mortuum*, ita *Alumen* absumit in se totum *Pblegma*. Tunc quando ita per Cohobationem *Alumen* imbibit *Pblegma*, secundum modum **POTERII** est pergendum, & habetur *Febrifugum*.

Concinnior adhuc est Præparatio, quam habet **HOFFMANNUS** in *Autorem*, ipsi à **D. MICHAELIS** communicata. Encheireses hujus Processûs sunt sequentes: *Alumen*, à quo *Pblegma* abstractum fuit, solvatur in *Pblegmate proprio*; *Pblegmatis* tamen quantitas major recipienda, quàm ex *Alumine* purificato destillato acquiri potuit: filtretur per Filtrum Philosophicum, & sic acida *Terra Aluminis* ab igneâ *Terrâ Tartari* imbibitur, & saltem dulcis transit Filtrum cum proprio *Pblegmate*, quæ rursus coaguletur, abstrahendo *Pblegma* per Destillationem, & *Terra Aluminis dulcis* magis magisque se manifestabit, *Aluminis hujus calcinati* Solutio cum *Pblegmate proprio* repetatur, & per *Terram Tartari* rursus elota & denuò calcinata filtretur, atque tertiâ vice coaguletur, donec *Aluminis Terra adstringens* per *Pblegma* præcipitetur, & sic tandem *Primum Ens Aluminis* in Frigore in *Crystallos dulces saccharinas* concrefcit. Ex ℞. *Aluminis* colliguntur *Crystallosum dulcium*, seu *Aluminis saccharini* ℞ij.

Hoc *Saccharum Aluminis*, sive hæc *Dulcedo Aluminis saccharina*, est Specificum in Dysenteria, & postmodum etiam est Medicamentum Specificum contra Hæcticam, cujus Febres Hæcticæ primarium Corrigenis, & primaria Cura consistit in hac Dulcedine *Aluminis*: vid. **POTERIUS** in *Pharm.* Tom. IV.

ut evaporet *Pblegma*, tandem calcina, ut penitus candescat. Hinc injiciatur in *Aceto destillato* *Alumen* illud candens. Sic extrahet *Acetum destillatum Essentiam* seu *Magisterium*, residente *Terrâ albâ* (quæ *Aquâ ferventi* abluenda & servanda). *Acetum destillatum* illud imprægnatum filtra, & abstrahere in *Mar. Baln.* ad Mellis consistentiam. Tunc exponatur frigido ad crystallifandum. *Crystallos* exime & sicca.

N. Crystallos tingi possunt *Rob Sambuci* pro libitu.

Vires. Sudorem movent, conveniuntque in Scorbuto (singulis septimanis semel ac iterum pro Sudore exhibitæ). In Febribus tertianis (ante Paroxysmum aliquot vicibus iteratè assumptæ).

Dosis à gr. 8. ad 20.

Ex communicatione *Amici Hamburgensis*.

(*Alumen laccatum Epaticum*, & ad Hæmorrhagias proficuum parant.)

(*Balsamum Aluminis* æquè ac *Balsamum Nstri* parare licet, sed non æquè coloratum.)

C A P U T XXV.

DE SALE AMMONIACO.

Sal Ammoniacum Nativum à Majoribus descriptum, sub Arenis Libycis concrefcit. Verùm Nostratis nonnihil *Artificiale* cognitum est. Quod nihil aliud est, quàm *Sal amarum, factitium, volatile, coctum ex Arenâ, Sale Fuliginis, Sale communi, vel Gemmâ, & similibus.* Vide si placet *Modos conficiendi* apud *Libavium in Alchym.* & hinc apud *Untzerum in Tr. de Sale.*

Parant

macop. Spagyr. lib. 2. cap. 6. & **SACHSIUS** in *Gammarol. pag. 695.*

Fundamentum Curæ consistit in hoc, quod *Febris Hæctica* consistat in Dyscrasiâ Sanguinis nimis acido-salsâ & acris, quæ acrimonia acido-salsa *Rorem nutritivum* vitiat, & ad nutriendas partes ineptum reddit: unde vitiosa oritur Fermentatio; qua inducitur *Calor nonnihil auctus* quidem, non tamen intensus, sed tantum acris nonnihil ac lentus, quo sensim sensimque colliquatur *Nutritivum partium*, & eadem ad Ariduram deducuntur. Adhibetur ergo pro Curâ *Dulcedo Aluminis saccharina*, quæ uti in *Dysenteria* promptissimè abforbet *Acidum Intestina exulcerans & corrodens*; ita etiam in Hæcticâ temperat acrimoniam Sanguinis & Lymphæ acidam salsam, cujus visciditate plùs minùs opprimitur Sanguinis Fermentatio, quâ acrimoniâ correctâ & temperatâ, vel sponte postmodum Hæctica cessat.

V. EXTRACTIO. *Extractum Aluminis aut Magisterium Aluminis AUTORIS* in Febribus intermittentibus ante Paroxysmum assumptum, optimum Remedium est. Processus est legitimus. Eiusdem ferè descriptionis Præparatio *Aluminis pro Medicamento Antifebrili* est talis:

R. *Alum. crudi* ℞j.

Indatur *Ollæ*, & more solito calcinetur, satis calcinatum & candens adhuc solvatur cum *Aceto destillato*. *Menstruum* per *Chartam bibulam* filtratur, & *Humiditas seu Pblegma* per Alembicum abstrahatur ad bonam quantitatem: residuum in Alembico concrefcit in *Crystallos* egregiè splendentes; quas si lubet colore rubro inficere, *Succo Baccharum Sambuci* id fieri potest.

Harum *Dosis* est à ℞j. ad ℞ij. in *Aquâ Cardui benedicti* vel aliâ appropriatâ, horis duabus ante Paroxysmum, idque tribus vicibus fiat, & Sudor, si fieri potest, proluciat. *Fæces* autem post Crystallificationem restitantes & albicantes, *Aquâ fontanâ* bis vel ter abluuntur, & ad purificanda *Vulnera* reservantur.

In ipsis Febribus etiam est egregium Remedium *Tartarus aluminosus* ex ana *Crystallosum* vel *Cremoris Tartari & Aluminis*; quæ solvantur & coagulentur: vid. **ROLFINCIUS Chym.** pag. 289. Figit effervescentes *Succos*, & sic Febres curat: sed palliativè, nec adeò tutè, quin facile recidunt. Unde potius *Alcalia fixa & terrea loco Aluminis & Tartari aluminosi* sufficere poterunt.

C A P U T XXV.

DE SALE AMMONIACO.

Duplex est *Sal Ammoniacum*, aliud *Veterum*, aliud *Recentiorum*. *Veterum Sal Ammoniacum*, hodie penitus incognitum, sub Arenis Libycis in Africâ collectum, nativum, fuit,

P R A E P A R A T I O N E S.

1. PURIFICATIO, unde *Sal Armoniacum crystallisatum*.
2. SUBLIMATIO, unde *Flores*. 3. CALCINATIO. 4. DESTILLATIO. 5. LIQUATIO.

I. C R Y S T A L L I S A T I O.

Sal Armoniacum crystallisatum nihil aliud est, quam *Sal Armoniacum* modo vulgari purificatum, i. e. in *Aquâ* solutum, & post evaporationem aliquotam crystallisatum: ideoque usus ejus cum priori idem est.

II. S U B L I M A T I O.

Flores.

1. *Salis Armoniac. trit. Limaturâ Cbalyb.* an. q. v. mixta diligenter ex Cucurbitâ in Arenâ sublimate; sic reliâs in fundo Fœcibus ascendit *Sal Armoniacum purum* aliquotâ portionem *Martis* imprægnatum.

2. *Salis Armoniac. bujus, Sal. com. fusi* an. M. sublimate denuo: Sublimationem de nova septies repete, semper *Caput mortuum* rejiciendo, & parem *Sal. com. fusi* quantitatem singulis vicibus admiscendo.

Nonnulli contenti sunt posterioribus saltem Sublimationibus (scilicet cum Sale com. citra Martem peractis) *Sal Armoniacum* depurasse. Verùm quia *Martis* vim aperitivam *Sal Armoniacum* insigniter acuit, operæ præmium erit nec priorem illam Sublimationem intermittere.

Vires. Flores hi ut operosiores, ita & effectu præstantiores

vanda. Nempe miscenda sunt cum *Aquâ fervente*, & hinc subito *Aquâ frigidissimâ* infundenda, sic enim separatur Sulphur vel Substantia sublimata à vinculis Salium ad fundum; id quod vel tertiâ vice repeti potest.

Inter PRÆPARATA est

I. DEPURATIO tam per simplicem *Crystallisationem*, quam repetitam *Sublimationem*, peracta. Equidem pro Usu Medico sufficit reiterata *Crystallisatio*.

II. SUBLIMATIO. Purius qui volunt, cum *Limaturâ Martis* illud superficialiter miscere, & ita ab eodem *sublimare* possunt: quò exactius invicem terendo miscentur, eò magis *Acidum Salis Ammoniaci* agit in Martem, ejusque partes quasdam simul sublimat, unâ cum aliquâ Spiritus urinosis proventu, qui *Flores* egregii sunt in Morbis chronicis, & in Febribus intermittentibus.

III. CALCINATIO & FIXATIO sunt Præparationes frustraneæ. Non enim possunt perfectè fieri sine frustratione & depauperatione *Salis volatilil*.

IV. DESTILLATIO. *Sal Ammoniacum* duplices suggerit Spiritus: unum *Urinosum*, alterum *Acidum*.

Spiritus Urinosus est nihil aliud, quam *Spiritus Urinæ* depuratus, & sit simpliciter per addita *Alcalia fixa*, aut etiam *Concreta Acidum* absorbentia, in duplo vel triplo addita: vid. WEDELIUS *Pbarm. pag. 29.* quibus compositio *Salis Ammoniaci* dissolvitur. Inter *Alcalia* sunt v. g. *Cineres AUTORIS* modo N. 1. *Sal Tartari* vel *Cineres clavellati AUTORIS* modo sub Titulo *Spiritus Salis Ammoniaci urinosus*: item *Calx viva* *AUTORIS* modo ultimo. Potest & idem parari *Spiritus* addito *Lapide Calaminari, Hematite, Minio* seu *Saturno calcinato, Marte* &c. in paulò majore copiâ additis & *Aquâ communi* perfusis. Omnibus his modis *Acidum Salis communis* in Sale Ammoniaci se jungit cum dictis Corporibus alcalinis, unde infringitur, & liberatum *Alcali volatile urinosum* in formâ vel Spiritus humidi, vel *Salis volatilil* sicci, ascendit per Alembicum. Ubi observandum, quò magna inter hos Spiritus differentia sit. Nam cum *Salibus fixis* alcalibus, *Cinerebus clavellatis*, &c. destillatum *Sal Ammoniacum*, copiosum *Sal volatile* suggerit, nisi nimis humectetur; cum *Calce vivâ* verò destillatum nihil sicci suggerit, sed saltem in formâ liquidâ, subtilissimi Spiritus formâ prodit: ubi & hoc observandum, quòd hic cum *Calce vivâ* paratus Spiritus Spiritum *Vini* coagulare nesciat; quòd tamen quilibet alius addito *Alcali* præparatus & benè rectificatus præstat. Consistentiam hanc crystallinam *Alcali volatile*, quâ tale, per se non habet: Ergò adit necesse est occultum *Acidum* coagulans, quòd simul ascendit. Canon enim Chymicus est: *Nunquam Acidum coagulatur sine Alcali, & nunquam Alcali*

Tom. IV.

consentur, quàm *Sal Armoniacum* solâ *crystallisatione* purificatum, ideoque feliciter illorum loco adhiberi possunt in *Quartanâ*. Tollunt quoque perfectè *Cruditates Ventriculi*, si in *Vino Absinthiaco* vel *Decocto Salsafraz* per aliquot dies continuos propinentur, Sudorque à sumpto Medicamento procuretur.

Dosis gr. 3. vel 4. imò ad ℥ss. Sæultra. Sennertus in *Institut. Hartmannus in practica*, loco de *Medic. Ventriculi*. Tentzelius in *Exeg.*

N. Si cum *Limaturâ Martis* fiat Sublimatio, tunc arroditur *Mars* à Sale, parumque admodum sese sublimat: si verò cum *butiturâ Ferri* non tritâ, tunc ferè *Sal* omne ascendit colore ex flavo rubescente.

III. C A L C I N A T I O, & F I X A T I O.

Figitur cum *Calce vivâ*, si anaticè eum eadem mixtum, Igne fortissimo subito adhibito, addito quoque *Folle* fundatur, postmodumque *Aquâ* eluatur.

Usus ejus præcipuus est pro *Liquore* inde conficiendo.

IV. D E S T I L L A T I O.

Unde

1. *Spiritus Salis Ammoniaci*.

2. *Salis Ammoniaci* p. I. *Cinerebus* p. IV. M. atque destillata ex Arenâ per Alembicum: sic prodit *Spiritus Salis Ammoniaci*, quem rectificata è Cucurbitâ altiori.

2. Ali-

sine *Acido*. Ob id cum *Calce vivâ* destillatum *Sal Ammoniacum* nullâ ratione *Sal* in formâ siccâ subministrat, sed simpliciter in liquidâ, quocunque modo tractetur, præstat. Ratio est, quòd *Salia alcalia fixa* retinent quidem secum *Sal acidum Salis communis*, non verò figunt simul *Acidum volatile Fuliginis*, quòd simul ascendit; sed dum hoc exaltatur eò ipso coagulatur *Spiritus* in *Crystallallos*. In *Calce vivâ* autem, hoc non fit: nam *Calx viva* est *Alcali* quoddam sine pari; arripit enim hoc non tantum *Spiritus acidum Salis communis*, & *Fuliginis*. Si igitur cum *Calce vivâ* destillatur, nunquam coagulatur. Quòd si verò *Spiritus* huic dicto modo parato addatur *Oleum* quoddam destillatum, v. g. *Oleum Baccarum Juniperi*, & ita blando Igne rectificetur, præter *Spiritus liquidum*, & *Sal volatile crystallinum* ascendit; quam consistentiam forsan ex *Oleo* destillato subtile *Acidum* tribuit. Sic cum *Sulphuris* proportionem anaticâ *Sal Ammoniacum* mixtum, hinc *Calce vivâ* additâ, *Spiritus urinosus flavus* acquiritur, *Sulphur* tamen mox in *Aquâ* præcipitatur.

Usus *Spiritus Salis Ammoniaci urinosi* cum *Sale Tartari*, vel *Salis volatilil*, planè polychrestus est: cum enim nihil aliud sit, quàm *foetus Urinæ*, ad omnia ea se extendit, ad quæ supra *Spiritus Urinæ* aliave *Salia volatilil* Animalium laudavi. In genere activissimæ est penetrationis, & quodvis *Acidum* in Corpore nostro hostile, tam internis quam externis in partibus, destruit & corrigi plùs minùs, & in falsum convertit: speciatim *vinosa Acida* post *Spiritus Tartari* volatilem optime cicurare potest, cum & per *Urinam* æquè ac *Sudorem* operetur; hinc etiam *Nephriticum* optimum in *Calculo* præservando audit. *Dosis* à ℥ss. ad ʒi. prout magis vel minùs volatilil est: ita blande *Sudorem* ciet, ut sine ullo *Ægri* detrimento procedat. Vi sudoriferâ hac *Febrifugum* Intermittentium est catholicum, etiam *Quartanarum*, si dictâ *Dosi*, præmissis tamen *Vomitivis*, ante *Paroxysmum* horâ unâ promovendo *Sudorem* usurpatur; ita enim certò *Febres* curat. Unde etiam B. Doct. MICHAELIS *κατ' ἐξοχήν* *Spiritus Antiquarius* appellabatur. Interdum specificari potest addendo *Oleum destillatum Caryophyllorum*, si *Frigus* adest; vel si citius curare velimus, quandoque bis vel ter addatur *Laudani opiat* gr. j. ad ij. Ab aliis vocatur *Spiritus Antihypochondriacus*, quòd in *Malo hypochondriaco*, usi & *Scorbuto*, *Cachexiâ*, & aliis *Affectibus chronicis*, etiam egregius est, imprimis si oleosus fuerit redditus: quòd fit, quando *Spiritus Salis Ammoniaci* cum *Spiritu Vini* paratus affunditur *Aromatibus*, e. g. *Nuci moschatæ, Maci, Cinnamonom, Croco*, aliisque *Aromatibus*. A RHUMELIO vocatur *Panacea Antitartarea*, quòd scilicet in *Morbis Paracelsi tartareis* omnibus sit egregius: unde valde convenit in *Apooplexiâ*, *Epilepsiâ*, *Lethargo* & *Affectibus Capitis similibus*. Egregiè dissolvit *Massam sanguineam*, & reddit *floridam* & tenuem: hinc quoscunque ejus *Grumos* resolvit, & accelerando

O o o o 2

rando

tionem si detur Ignis Sublimationis, tunc combustâ Papyro nanscisceris *Mercurium dulcem*.

7. Spiritus alius fugacissimus Salis Armoniaci.

℞. Cale. viv. q. v. inde Cucurbita in MB. imposita. Hinc affunde *Sal Armoniacum* in *Aqua dissolutum*, idque paulatim & per vices, Alembicum semper reaptando. Quando omne superfusum fuerit, Receptaculo & Juncturis probe munitis, destilla lentissimo Igne. Sic prodit quidam Spiritus alicui *Pblegmate* dilutus, sed qui unica Rectificatione dein fugacissimus redditur.

Usus ejus in variis Morbis. Utimur tamen præcipue in Morbis Capitis, Epilepsiâ, Apoplexiâ, gravitate Auditus, &c. In Morbis Uteri, retentione Menstruum, difficultate Conceptionis, singulari quodam Instrumento eum applicando, cui si vola Manus calens admovetur, statim operatur. *Joh. Langellottus*. Instrumentum illud est Vitrum strictionis orificij, quod intruditur in Vulvam.

Dosis à ℞. ad ℞j.

Utuntur quidam Spiritu Salis Armoniaci anisato, caryophyllato.

Item Crystallis à Spiritu Salis Armoniaci.

V. LIQUATIO.

Unde

Liquor seu Oleum Salis Armoniaci per deliquium.

℞. Salis Armoniaci puriss. q. v. impone Albuminibus Oorum coctorum, ac reponere ut solvatur per deliquium. *Kestlerus* 1. cap. 19.

vel ad imitationem GLAUBERI in præparatione Salium Mirabilium, Capiti mortuo hinc affundatur Spiritus Vitrioli, sic destillando prodit Spiritus Salis acidus ex Sale Ammoniaco, modo, quem docet LUDOVICI de Sale Tartari pag. 35. THOMSON Epilog. Chym. pag. 77. commendat Spiritum, qui ex Oleo Vitrioli subrubricando, & Sale Ammoniaco bis vel ter à Sale decrepitate elevato, in Spiritum Vini optimum demersis, simul probe conquassatis, fragrantissimus destillat; quem tamen nihil aliud, quam Spiritum Salis dulcem esse existimo, nisi forsitan sulphureas quasdam ex Oleo Vitrioli particulas simul ascendisse crediderim.

C A P U T XXVI.
DE VITRIOLO.

Vitriolum est Sal minerale Metallis proximum, habet appellationem à Vitro quoniam Vitriolum Martis & Veneris est perspicuum quasi Vitrum. Et quidem in specie Solutiones & Concretiones crystallinæ ex Marte & Venere dicuntur Vitriolum propriè: nihilominus tamen etiam abusive & impropriè aliorum Metallorum Solutiones, & denuò factæ Coagulationes, dicuntur Vitriola. Saccharum Saturni dicitur Vitriolum Saturni; sic Vitriolum Solis, Vitriolum Lunæ, & similes Coagulationes; sed, uti dixi, abusive.

Vitriolum propriè loquendo reverà nihil aliud est, quam Concretum compositum ex Spiritu acido Sulphuris embryonati, quod rosit Mineram plùs minùs maturam Martis & Veneris; sicque coeunt intercedente Aqua in Sal compositum crystallinum, juxta Canonem: *Menstrua acida corrosiva dum solvunt, cum solutis coagulantur*. Nullum ergò dubium est de generi Vitrioli, quod propriè dicitur de Venere & Marte. Hinc etiam est, quòd frequentissimè Sulphur & Vitriolum ex iisdem Mineris eruantur; non secus atque in Sveciâ Lapis mineralis deprehenditur, ex quo Sulphur, Vitriolum, Alumen, & tandem Minium, successivè eruantur: Conf. Acta Societ. Reg. Angl. Volum. 1. pag. 310. item pag. 34.

Confirmat hoc *Mechanica Chymica* 1. per Syncretismum, qua possumus producere verum ac genuinum Vitriolum eodem modo atque reperitur in Terræ visceribus vel Mineris Vitrioli. Vel in viâ sicca cum Sulphure stratificando, & calcinando Martem vel Venerem, ut supra AUTOR de Marte in Calcinatione ejus cementatoriâ, item in Venere ostendit; sic enim Calcinatione istâ Sulphur inflammatum prodit Spiritum suum acidum, unde Spiritus acidus Sulphuris corrodit adjacentem Martem vel adjacentem Venerem. Facta hac Calcinatione Materia calcinata infunditur in Aquam simplicem, & Solutio fit viridis: hæc Aqua imprægnata filtratur, filtrata Aqua ad pelliculam exhalare permittitur, & in loco frigido concresecunt Crystalli, quæ sunt elegantissimum Vitriolum; & quidem

C A P U T XXVI.
DE VITRIOLO.

Vitriolum est Sal minerale Metallis proximum, ac præcipue Cupro, &c. Græcè χαλκασδον, Arabicè Calcantum, Calcant, Alcalcadis. Latine. *Argentum sutorium, Vitriolum*. German. *Bitriol, Ruffler* W. Gall. *Du Vitriol, Eau Vitriolle*.

Variæ sunt ejus Genera, pro naturâ Mineræ, quam in se continent, differentia. Præcipua autem, quorum hoc tempore est existimatio, sunt 1. *Caruleum*, Sapphyri instar compactum, ut Saccharum candum, tactu siccum, *Hungaricum* vocant, vel *Cyprium*, (*Gallicum* ex agro Lugdunensi caruleum *Paterius* commendat.) 2. *Subviride*, herbacei coloris, magis granulosum, grumosumque instar Salis communis paulum unctuosum, manuique tangentis adhærens, quale *Goslariense, Suecicum*, &c. 3. *Album*, in formam parvulorum Panum effictum, tactu siccum.

Ex his itaque Generibus (nisi peculiariter monitus sis) secundum elige, & ex hoc, quod plus de Venere quam de Marte participat, nimirum quod Cultro affricatum rubeo colore inficit; cavendo tamen Vitriolum minutum subcaruleum, pallidulum & aquosum, manusque tangentis madefaciens, quod passim venale prostat.

Vires. Vitrioli usus tantoperè fructuosus existit, ut *Paracelsus* (in *Naturalibus*) ac *Phaedroni* tertia pars Medicinæ habeatur, imò totam Officinam in eo latitare perhibet *Quercetanus* in *Tetrad.* Galeno calfacit, siccit, adstringit vehementer, constipat, Vomitum ciet, Lumbricos fugat, Extrinsicus *Errhinum* exhibet Naribus inditum.

PRÆ-

si ex Minerâ Martis, *Vitriolum viride*, si ex Venere, *caruleum*: Hoc *Vitriolum artificiale* adeò est simile naturali seu nativo, ut Ovum Ovo non sit similis. Vel in viâ humidâ cum Spiritu Sulphuris vel Vitrioli, diluto s. q. *Aquæ simplicis, Martem & Venerem* solvendo, & hinc per Crystallificationem in genuinum *Vitriolum* redigendo, ejusdem naturæ, & usus cum Vitriolo nativo.

Quæritur hic: an præcisè Spiritus Sulphuris aut Vitrioli, & an non alii Spiritus acidi possint rodere Metallum, & Vitriolum constituere? Affirmatur: Nam Spiritus Vitrioli cum Venere concrevit in perfectum Vitriolum, quod destillatum dat Fumum rubentem, qui Fumus solet esse proprius Nitri, quando præparatur: vid. HORSTIUS in suo judic. de Chir. Infus. pag. 86. Attamen non adeò facilis labor est; licet enim Nitrum affundatur vel Marti vel Veneri, non solet facile abire in Vitriolum, sed ferè semper instar Fæcum in Vasis fundo hæret. Necessè ergò est, ut concurrant quædam Encheireses in ejus Præparatione: imprimis autem observetur rectum Saturationis punctum, aliàs saltem fit Coagulum.

Probat hanc sententiam *Diacrisis*, seu *Resolutio Vitrioli nativi mechanica*, quia ex hoc Vitriolo artificiali possunt præparari calcinando, destillando, &c. omnia ea Medicamenta, quæ ex Vitriolo nativo possunt haberi: ita ut hæc Encheiresis sufficienter probet Materiam Vitrioli, & quomodo fiat in Mineris Terræ. Nam si destilletur Vitriolum nativum, acquiritur Spiritus acidus, qui est reverà ejusdem naturæ atque Spiritus Sulphuris acidi communis; & Caput mortuum, quod remanet, est nihil aliud, quam Minera metallica vel Martis vel Veneris corrosa; quoniam beneficio Fusionis possumus acquirere novum Metallum, sive sit Mars, sive Venus: ita ut Caput mortuum partim convertatur in Metallum, partim restet sub formâ Terræ.

Propriè ergò duo sunt Vitrioli Genera, Martis, & Veneris, & quod ex utroque plùs minùs est compositum, quorum intuitu variant Vitriola. *Venerium caruleum* est, quale nativum optimè in Cupro deprehenditur; de quo conferatur TACHENIUS Hipp. Chymico: sicuti *Ungaricum*, quod præfertur omnibus reliquis, multum de Venere participat. *Martiale ex albo viridi pallefcit*, quale imprimis Romanum (ex agro Romano, quâ in vicinâ, ubi foditur, oriuntur Acidulæ,) & *Anglicum* est, & sic cæteris paribus, variat ejus Coloratio.

Præter Vitriolum viride & caruleum ex Marte & Venere, reperitur & *Vitriolum album*, omnium infimum, quod ejusdem est naturæ, saltem quòd minùs de Mineris metallicis, iisque adhuc immaturis, participet. Sunt, qui volunt, quòd tale Vitriolum album etiam participet de Saturno; quod valdè est probabile.

Reperitur autem *Vitriolum nativum* duplici in formâ:

1. Scilicet in Mineris suis, ex quibus per Elixivationem & Decoctionem separatur; v. g. *Goslariens*, quòd maximè

P R Æ P A R A T A

Sunt

1. PURIFICATIO. 2. CALCINATIO. 3. DESTILLATIO.
4. SUBLIMATIO. 5. PRÆCIPITATIO. 6. SALIFICATIO.
7. EXTRACTIO.

ximè Martiale, minimèque Venereum est; Vel

2. Delitefcit in *Marcafitis* atque *Pyrite Vitriolaceis*, qui admodum sulphurei sunt, & simul de Venere & Marte participant.

1. Quod *primum* attinet, nunquam reperitur nativum Vitriolum, nisi in istiusmodi locis, ubi Mineræ Martis & Veneris adsint, ut possit rodi à Spiritu Sulphuris Mars vel Venus, quando nimirum Substantia pinguis separatur ab Acido. *Pinguedinem* enim hanc quidam ab Igne subterraneo dissolvi credunt; quod tamen nihil est: potius in Terrâ Mineram Sulphuris, beneficio Menstrui universalis, seu Salis aërei, dissolvi puto, adedque Acidum ejus quadantenus liberari, ut Martem & Venerem in Vitriolo corrodere queat.

2. *Marcafitæ* & *Pyritides Vitriolacæ*, vel cum vel sine præviâ Tostione Aëri expositæ fatiscunt, & in Vitriolum sensim sensimque efflorescunt, ex quibus illud postmodum elixivatur, & evaporando crystallifatur.

Istud Vitriolum, quod ex *Pyrite cum Tostione* paratur, sequenti fit modo. *Pyrites* scilicet contunditur, & calcinatur in Igne forti, sub qua Calcinatione fit friabilis: *Pinguedo sulphurea* contenta in eo accenditur, & absorbitur, & adjunctum Acidum sulphureum Pyritem rodit. Calcinatus itaque Aëri exponitur, sic successivè in Vitriolum efflorescit; Humiditas enim Aëris Sale Hermetico imprægnata, successivè resolvit Spiritum acidum, rodentem Venam; Aëris Humiditas se jungit cum Acido Sulphuris, & ita sensim sensimque efflorescit in Vitriolum, quod affusione Aquæ, Solutione & Crystallifatione in Vitriolum cogitur.

Aded clara est hæc Mechanica, ut Calcinatione Lapidis effluat Sulphur liquefactum sub formâ Aquæ seu Sulphuris nativi, non verò accendatur. Rectè ergò, dicunt omnes Autores, quòd Vitriolum constat ex Aquâ seu *Pblegmate, Spiritu Sulphuris acido*, & parte Mineræ vel Martis vel Veneris corrosæ: quod ipsum pluribus elegantèr deductum videri potest in ANGELO SALA *Tr. de Vitriolo*, in KIRCHERI *Mundo Subterræ. Tom. 1. cap. de Vitriolo*, qui omnia, quæ SALA de Vitriolo habet, elegantèr, diligenter & fidelissimè, suppresso Autoris nomine, exscripsit; item in GAMILII GORI de *Chalcantbo ejusque Oleo*, MINDERERO *Disquisit. de Chalcantbo sive Vitriolo*, CRUGNERO in *Vere Chymico, Tr. de Venere & Marte*, & denique in HELMONTIO in *ejusd. Parad. & Fontibus Spadanis*, quæ merentur ut legantur, imprimis in hoc puncto de Vitriolo, & ejus naturâ. Hoc modo, uti dixi, ex Pyrite paratur Vitriolum Goslarientse, quod satis est notum.

Adhuc sine Tostione quoque ex *Marcafitis Vitriolacis* elixivatur Vitriolum, uti in *Minerâ Martis Solari* v. g. notum est, de quo *suprà* sufficienter dictum.

Et hi sunt duo modi cognoscendi & percipiendi Vitriolum nativum. Hæc autem inter Vitriola diversa formalis nulla est Differentia, nisi in quantum ex Materie mineralis metallicæ varietate plus minus distincta sunt, & nudè & æqualiter Usui tam Medico, quàm Chymico inserviunt.

Usus Vitriolorum planè est multiplex, pro nostro scopo tam Chymicus, quàm Medicus. Chymicus ad istos pertinet, qui Mercurium, seu Menstruo Philosophorum, pro parando Lapide Philosophorum in viâ humidâ exinde elicere satagunt, secundum *Versum* per considerationem Literarum Vitrioli cabalisticam vulgò notum:

Vistabis Interiora Terræ Redificando: Invenies Optatum Lapidem Veram Medicinam.

Sed hæc est Hypothesis seu Compositio Chymiatrum cujusdam otiosi, utut multi adhuc laborent in Vitriolo, & dicant esse in eo *Lapidem Philosophicum*: & sanè ipse MYSICHTIUS in *Testamento Hadriano* non obscurè insinuat in Vitriolo se laborasse. Certè Moderni ferè omnes vel *Nitristæ* sunt, vel *Vitriolistæ*; quam tamen Controversiam non facio meam. Quoad Electionem Vitrioli, ad Operationes Chymicas præfertur *Imaragdino* sive virescenti album, in defectu utriusque Vitrioli *cæruleum* sive *sapphirinum* commodè adhibetur.

(Q) Maximi sanè usus Vitriolum est in re medicâ: verùm maxima in ejus selectu habenda cura est. Illud enim adhibendum, quod pro basi Ferrum habet: si enim Cuprum prævaleret, tanquam periculo plenum omninò rejiciendum. Dignoscitur an in Vitriolo Ferrum primas habeat ex Lemery, si ex Decocto Gallarum nigritudinem concipiat, quæ eò major est, quò magis Ferrum abundat, minor quò magis excedit Cuprum.

I. PURIFICATIO.

Purificatur Vitriolum à Fæcibus, tum superficialiis, tum exactius in hærentibus. Illud fit solâ Solutione, Filtratione ac Crystallifatione; Hoc interveniente insuper Digestione. Hinc

Quod attinet Usum Medicum & effectum, distincta Remedia distinctos habent usus, ut in genere nihil de Vitriolo possit dici: sufficit, quod dixit PARACELSUS, quòd sit quarta Columna Pharmacopœæ, aded ut quarta istius pars possit repleri Medicamentis ex Vitriolo paratis. Vitriolum tamen crudi usus est saltem externus, præsertim chirurgicus: siquidem non saltem simplici suo contactu egregium est Remedium Vulnerarium & Ulcerarium, de quo conf. BACHERUS *Phys. subterr. pag. 115.* item TACHENIUS *Hipp. Chym. Edit. secunda pag. 120.* sed etiam nota est vis ejus Vitrioli, præsertim Veneri, *sympathetica* pro Curâ Vulnerum & Hæmorrhagiarum; sicuti etiam Vitriolum in Aquâ simplici solutum, addito imprimis Alumine, qualvis Hæmorrhagias applicatum mirabiliter sistit. In Ulceribus scorbuticis, Gingivis putridis, & Carie Ossium præstantissimum est Remedium, si solvatur in Aquâ, & tantillum Spiritus Salis Ammoniaci instilletur. Errhinum quoque est egregium, si Vitrioli ad albedinem calcinati gr. jv. vel v. solvantur in s. q. Aquæ Lilliorum convallium, v. g. ʒi. & ita Naribus attrahantur, egregiè aperit & resolvit itidem hærentem Mucum. Ophthalmicum quoque est, & in Ophthalmiis, Unguibus, &c. Oculorum in Aquâ appropriatâ dilutum & applicatum confert.

Usus Vitrioli albi quod attinet, pariter Remedium ophthalmicum est, & in Lippitudine omnibusq; Affectibus Oculorum, apprimè convenit: vid. BINNINGERUS *C. 5. Observat. 100.* & WEDELIUS de *Facultat. Medie. pag. 85.* Dissolvitur autem in Aquâ appropriatâ ophthalmicâ, hæc proportione, ut ad ʒj. Aquæ gr. iij. jv. ad summum v. Vitrioli albi sumantur, unde ex tali Aquâ fit Collyrium Oculis applicandum mirificâ cum virtute, in Lippitudine & aliis eorum Affectibus. (Q)

Pro Usu Medico interno præparatur variè, in quem finem præmittitur

I. DEPURATIO. *Depuratio* est vel absoluta à Sordibus vel respectiva à Venere. Absolutè purificatur Vitriolum à Sordibus adhærentibus, à Sulphure superfluo, Minerâ, &c. vel ad modum BASILII VALENTINI, simpliciter solvendo in magnâ quantitate Aquæ tepidæ, digerendo ad tempus in loco calido, & quidem tempore æstivo exponatur Soli, vel tempore hyberno seu hyemali Fornaci; sic enim in leni calore sponte Sulphur, seu Terra flava separatur à Vitriolo, & in fundo secedit; unde post factam Filtrationem Solutio clarificata evaporanda ad pelliculam, in loco frigido facilè denuò in Vitriolum crystallifari potest; hocque toties repetatur, usque dum nihil amplius Sedimenti appareat, & sic habetur Vitriolum purissimum, quod Vomitorii loco usurpatum fuit.

Elegantius purificatur, si solvatur in Aquâ Vitriolam, & huic Solutioni aliquid Salis communis injiciatur; sic enim impurities ad fundum præcipitantur: Vel, quæ concinnior est depurandi ratio, Vitriolum pulverisatum in Cucurbitâ clausâ Balneo Mariæ immergitur, & in calore moderato, eoque constante, per tres, quatuor vel quinque dies & noctes detinetur; sic enim Vitriolum, absque ullo Liquore alieno affuso, à propriâ humiditate fluidum evadit, ita, ut ejus Terra metallica ac Sulphur crassius in fundo Vasis subsideant, ipso puriore Vitriolo supereminente: Liquor nempe decantatus crystallifetur, idque bis vel ter repetatur; sic Spiritus per Arenam facili negotio destillatur, remanente Capite mortuo albicante & spongioso instar Aluminis usti. Vel curiosissimè depuratur per Efflorescentiam in Aëre libero in Vase terreo, modo insinuato à KUNKELIO *Obs. P. 1. cap. 6.* redditur hoc modo Vitriolum album, & separatim à Substantiâ minerali superflua, facili modo etiam ex Arenâ destillabile redditur, & si rectè procedatur, Caput mortuum paucum, illudque album, relinquit.

Depuratio respectiva instituitur in Vitriolo Martis ab adhærente Venere separando, quod fit: si Vitriolo in Aquâ simplici soluto

Hinc

1. Vitriolum album Vomitivum.

Solve Vitriolum album in Aquâ, filtra & evapora, donec quasi Crusta supernatans appareat, postea ponas in locum frigidum, & concresecunt Crystalli, quas posthabitis Fœcibus, quæ subsident, exime: Aquam iterum evaporare sines, reponeque ut antea. Hic labor penitus tertio reiteretur, coagulando scilicet & dissolvendo, ultimò ter eodem modo procedatur cum Aquâ Rosarum. Crystalli tandem supra calorem lenem exsiccatæ redigantur in Pulverem album.

Vires. Est lene Vomitivum, operaturque feliciter in Febribus, Affectionibus Ventriculi, Catarrhis, Lumbricis, Peste, & Epilepsiâ, &c.

Dosis à ℥j. ad ℥j. in Vino, Jusculo, vel alio Liquore.

N. 1. Aqua Centaurii vim ejus emeticam maximè promovet. Crollius, Beguinus.

N. 2. Quatuor sunt Vitriola vomitiva apud Ghymicos, seu Gilla. Primum fit ex Vitriolo caruleo dissoluto & præcipitato cum Ol. Tart. Separato Sulphure filtratur Solutio & cogitur in Crystallus. Hæc Gilla est omnium vehementissima & acris valdè. 2. Altera fit ex Vitriolo albo, modo jam dicto, quæ ad tantam malitiam non accedit. 3. Est Vitriolum Veneris aut Martis paratum ad mentem Crollii, illi inest dulcedo styptica, præsertim si bis aut ter in Phlegmate Alumen resolvatur, & rursus coaguletur: huic minor violentia inest. 4. Gilla est omnium innocensissima, Puerulis Vomitu indigentibus dicata, quæ fit ex Capite mortuo Vitrioli, post exillationem Spirituum & Olei, diciturque Sal Vitrioli, vide infrâ. Omnia hæc Vitriola infra quadrantem horæ Vomitus excitant.

2. Vitriolum Emetico-purgans.

N. Vitrioli Romani (vel cujusvis alius ex tribus illis supra commemoratis) q. v. pulverifetur in loco calido, Radiisve solaribus, in Pulverem album, exsicca. Postea solve in Aquâ Centaur. min. filtra & in loco frigido ad crystallifandum repone: Crystallus exsiccatæ (servato tamen colore cœruleo) serva in Vitro probe occluso.

Vires. Purgat per Vomitum, & Secessum, eximum existens in Febribus pestilentibus Medicamentum.

Dosis à gr. 20. ad 30. & plur. in Liquore vel Aquâ appro-

soluta super Ignem effervescenti intrudantur Bacilli ferrei, quibus copiosè adhæret Venus; vel infundatur parum de Limaturâ Martis puri, & agitentur mutuo; mox enim Venus adhæret, non secus ac si Cupro incrustata esset: & ita possumus probare, quantum sit Cupri in Vitriolo.

Mechanica hæc docet: quid habendum sit de Conversione Martis in Venerem per Aquas vitriolaceas Mineralium, de qua ipsâ plura hinc inde reperiuntur. Nempe est saltem Conversio imaginaria, quæ fit solâ Præcipitatione, dum Aquæ tales vitriolacæ, Vitriolo Veneris turgidæ, injectum Martem rodunt, sub quo rosionis actu particulæ Veneris in locum particularum Martialium surrogantur, quatenus sub Martialium solutione præcipitantur; unde tunc Mars in Cuprum transmutatus videtur. Ex injecto etiam in Solutionem Vitrioli Zinco, ita à partibus metallicis liberari Vitriolum asserunt, ut depuratum hac ratione mediocri Ignis gradu in destillatione Spiritus prodeat.

Depuratum ita Vitriolum pro Usu Medico diversimodè præparatur: quæ Præparationes omnes, sive respiciunt Substantiam Vitrioli acidam esurinam, vel Substantiam ejus mineralem metallicam: hinc ex Vitriolo habetur per Destillationem Phlegma, Spiritus, & Oleum; ex restitante verò Capite mortuo seu Colcothare Sal, & Terra Vitrioli; & ex hoc vel sublimando Flores, vel extrahendo Sulphur anodynum, & Tincturæ anodynæ Vitrioli.

1. AUTOR imprimis docet parare Vitriola Vomitoria per repetitas Solutiones, Filtrationes, & Concretiones seu Coagulationes: quæ tamen omnia in desuetudinem abiere, quia talium nullus est usus, nec suadere cuiquam possum Vitriolorum Vomitoriorum usum, Pulmonibus & Stomacho summè hostilium, tonumque ejus mirè invertentium, si tantillum ei horum propinetur. Transeant ergo, & non nisi robustioribus tantum propinentur. Quidam commendant hoc Vitriolum Vomitivum in Curâ Paroxysmi Apoplectici; sed est nimis violentum Remedium, quod rectè à POTERIO cap. 10. pag. 459. in Pharm. vocatur Purgans Rusticorum. Omnis vis vomitoria in Vitriolo est ex Veneris, quæ semper Vomitus excitat; idque probò, quoniam Pulvis viridis, per Oleum Tartari deliquati præcipitatur ex Solutione Vi-

triatâ. Sala de Vitriol. Gluckrat in Beguin.

Purgatio defæcatoria.

Solve Vitriolum in Aquâ vel Rore Majali (filtrato, vel quod melius, destillato): solum cola, colatum colloca in Digestionem (per mensē), sic ad superficiem & fundum rejicies Fœces, quas separa. Iterum ponatur in Digestionem tandiu, donec nullas Fœces amplius rejiciat. Inservit multis Præparationibus.

Congulum Vitrioli S. Clossæi.

℥. Salis Vitrioli in Aq. soluti, filtratigue, Tart. calcinati itidem in Aquâ resoluti part. æq. Conjunge ambas Solutiones & coagula in hac.

Vires. Desiccatur Purgans præbet, non ita Vomitivum.

Dosis à ℥ss. ad ℥j. & ℥j. in Febribus intermittētibz & ad educendam Melancholiam.

Sal Vitrioli nitratum S. Clossæi.

℥. Vitriol. & Sal. Nit. perpurgati an. ℥j. M. colloca in Olâ Ignem sustinente, operculo suo munitâ, inter prunas arden-tes per 7. aut 8. horas. Quod restat Materiæ bulliat in Aq. communi ad dissolutionem usque: filtretur, evaporet ad cuticulam, tum in frigido Crystallus expecta vomitorias, quarum

Dosis erit à ℥j. ad ℥ij. & ℥j. in Cachexiâ, Hydrope, Calculo, Suffocatione Matricis, Mensium retardatione.

Purificatur etiam Vitriolum ita: Vitriolum solvitur Aquâ calidâ, dum adhuc calet injicitur Sal com. Mj. ita præcipitatur impuritas, hinc filtra, evapora ad tertias, & crystallifatur.

I. I. C A L C I N A T I O.

1. Vitrioli Calcinatione aperta, unde Colcothar.

N. Vitriolum, calcina, i. e. coque & combure in Vase terreo, donec omni humiditate privatum rubescat.

N. Vitriolum Calcinatione hac ultra dimidiam partem pondere imminuitur.

(N. Immiscetur Tberiacâ, adstringit, sistit Hæmorrhagias.)

2. Cal-

triole Veneris in Aquâ simpli, & nihil aliud est, quàm particulæ Veneris præcipitatæ & separatæ à Spiritu corrosivo Sulphuris, habet vim talem vomitivam, & ratione harum particularum Veneriarum Vitriolum Vomitus movet: quos tamen superstes Liqueor non excitat, sed hic beneficio Nitri à Pulvere separatus, à Frigore concrefcit in Crystallus, quæ Crystalli vocantur Tartarus Vitriolatus, quoniam Spiritus acidi se conjungunt cum Tartaro, & sic habetur Tartarus Vitriolatus.

2. Sequitur No. 2. aliud Vitriolum Emetico-purgans in AUTORE, cujus Præparatio est nuda Depuratio, quod tamen in desuetudinem abiit propter nimiam violentiam & vehementiam, quam per superiora & inferiora exerit purgando.

Post Vitriola vomitiva AUTOR insinuat

II. CALCINATIONEM VITRIOLI. Quæ duplex est:

1. Aperta.

2. Clausa.

1. Calcinatio Aperta fit Igne aperto, ubi prodit Vitriolum in colore albo, deinde alio (nigrescit vel viridescit) item rubicundo; quod Vitriolum intenso rubore calcinatum dicitur Colcothar, sive calcinetur Igne aperto, sive alio quocunque modo. Sed quoniam Calcinatio hæc fit cum Phlegmatis & Spiritus jactura, raro per se instituitur, cum sub Destillatione Vitrioli Caput mortuum calcinatum remaneat.

Huc quoque pertinere videtur Calcinatio in Radiis Solaribus, unde Pulvis Sympateticus; qui nihil est aliud, quàm Vitriolum Veneris, præmissâ Solutione in Aquâ, Filtratione & Crystallificatione, in diebus Canicularibus calcinatum ad albedinem, vel incipientem flavedinem; nam Vitriolum quodcumque, v.g. Venericum, cum sit cœruleum instar Lunæ, si exponatur Calori, primò albescit, hinc flavescit, denique rubescit, & ultimò omnino ad obscuritatem brunneam vergit, pro varietate graduum Ignis. Quando ergo in diebus Canicularibus Vitriolum Venericum exponitur Radiis Solaribus, & calcinatur ad albedinem, defendendo à Pluviâ & Aëre humido, nec Spatulâ ferreâ sed lignâ potius agitando, reverà est Pulvis Sympateticus pro Curâ Dysentericæ,

2. Calcinatio Vitrioli clausa .

Vitriolum crebris Solutionibus & Coagulationibus optimè depuratum , lenique colore exsiccatum , pone in Matrarium firmum Sigillo Hermetico munitum : Matrarium hoc in Cineribus calidis colloca , qui Solis activi calorem non superent : fiet ita donec per flavedinem in rubedinem instar Sanguinis convertatur . Labor est 20. dierum & noctium circiter . *Be-guinus* .

N. *Vitriolum* rarâ Stratificatione sternendum est , ne Stratum illud crassitie Cultelli in dorso densius sit (*nicht dicker als ein Messerruck dicke*) : plura ergo Matraria , nili incaffum laborare volueris , habere expedit .

Inservit variis Præparationibus .

III. DESTILLATIO .

Unde

DESTILLATA AQUOSIORA .

1. Ros Vitrioli .

N. *Vitriolum crudum* , elice Rosem calore MB. ferventis , Cucurbitâ non aded altâ adhibitâ .

Vires . Valet ad arduos Capitis Dolores , mitigat Sanguinem adustum , corroborat Viscera . *Sala* .

Dosis ℥ij. continuatim ad aliquot dies .

(Scorbuticis Oris Ulceribus proficius .)

2. Aqua Vitrioli secunda .

Post exstillationem Roris transfer Cucurbitam cum restante *Vitriolo* ad Arenam , & destilla quoad destillari potest .

enteriæ , pro Curâ Ulcerum Vesicæ cum mixtu Sanguinis , pro Curâ Hæmoptycos , Hæmorrhagiis & similibus Affectibus satis celebris . Videbitis Præparationes in Autoribus , qui de hoc scripserunt , imprimis in POPPIO , item in *Tra-Batu DYGÆI de Sympatibâ* , *RATTRAY de Pulvere Sympathetico & Unguento Armario* , ubi multa , quæ scripserunt alii , sunt in unum congesta . *Modus applicandi* est , ut *Pulvis* hic excipiat *Linteum* , magnitudini Vulnerum respondente , & applicetur ; vel *Linteum* Sanguine adhuc calente madefactum , *Pulvere Sympathetico in Aquâ Plantaginis soluto* imbuatur & suspendatur .

Fundamentum Curæ consistit in Sulphure *Vitrioli* , imprimis in Sulphure *Veneris* . Unde si non habeatur verum ac genuinum *Vitriolum Veneris* , optimum est , si præparetur *Artificialis* & fiat *Pulvis Sympatheticus* .

Nam Mars non est aded aptus atque Venus , quoniam Sulphur ejus non est aded perfectum , atque Sulphur in *Venere* . *MARCUS MARCI in Philosophiâ Veterum rest. Sect. de Magnetismo Vitrioli* , singularem refert *Vitrioli* calcinationem in colore aureum , quam fortè tutiorem esse dicit pro Pulvere Sympathetico , quàm vulgarem . Videatur *locus citatus* , qui est lectu dignus : & quidem casu in illam incidit quidam Monachus .

2. Quod attinet *Calcinationem Vitrioli in Vase Hermetice clauso* in rubedinem usque , plus habet in recessu . Nam hic nihil Phlegmatis habet , sed per Digestionem tandem concentrantur omnia in *Vitriolum* & invertuntur , ut suam rubedinem prodant : Observetur *Encheiresis* in hac Calcinatione , ne crassior evadat , quàm medium dorsum *Cultri* , aliàs non procedit . Conf. de hac *Calcina* . *KUNCKELIUS Obs. P. I. cap. 6* . Commendatur hoc *Vitriolum* ita calcinatum pro parando *Spiritu volatili* .

Post Calcinationem se offert

III. DESTILLATIO . *Vitriolum* per Retortam Igne aperto destillatum dat *Phlegma* , *Spiritum* & *Oleum* . *Spiritus* est , vel *Vulgaris* , vel *Volatilis* : *Vulgaris Acidus* , vel *Dulcis Acidus* vel *Primus* , vel *Regeneratus* : *Spiritus Volatilis* est vel *Simplex* , vel *Compositus* . *Phlegma* est nunc *Inspidum* , sed plus minùs sulphureum , nunc *Acidulum* . Elicuntur facili Igne , guttatim produnt ; nam si *Spiritus* sequatur , sub nebularum formâ se exhibere solet .

1. 2. *Phlegma* subtile *Inspidum* sulphureum , quod vocatur *Ros* , vel *Aquam Vitrioli* *AUTOR* No. 1. & 2. describit : *Acidum* verò , vel etiam *Phlegma Vitrioli* $\alpha\alpha\tau'\epsilon\chi\omicron\lambda\omega$ ita dictum , No. 3. Totum artificium consistit in Igne regimine . Non sunt autem de nihilo hæc *Phlegmata* ; non enim simplex sunt *Humiditas* elementaris , sed habent plus in recessu , quia participant sicut de Sulphure puriori *Vitrioli* , sub

Vires . Conducit ad purgandos Renes , lenit Corrosiones internas , *Urinam* & *Sudorem* proritat . *Inflammationem* *Plagiarum* corrodentium aliquantulum calefacta sedat , lenit & mitigat *Dolorem* , & ad *Consolidationem* confert ; (infusâ guttâ unâ ac alterâ *Ol. Turc.* ut mordacior fiat) *Scabiem* siccam mundificat , & *Garnem* solidiorem efficit . *Sala* .

3. Phlegma Vitrioli acidum ,

N. *Vitriol. cerul.* q. v. destilla ex Cineribus per Alembicum , cohobaque aliquoties (7) supra *Cap. mort.* ultimâ vice fortius urgendo .

N. *Aqua* illa suavem acquirit odorem , si post ultimam destillationem aliquandiu calore moderato circuletur .

Vires . Est Arcanum ad Capitis Dolorem & Epilepsiam . *Hartm. in Croll.* (convenit Aphthis) .

(*Phlegma* inspissatum Ophthalmiæ conveniens .)

4. Spiritus Vitrioli volatilis .

N. *Vitrioli desecat. & exsiccati* q. v. destilla gradatim per Retortam Igne nudo , ut simul post *Phlegma* subsequantur *Spiritus* quantum fieri potest omnes . *Liquori* egresso adde part. ij. *Aquæ pluvialis destillat.* & in MB. nova Destillatio instituitur : tunc subtilissimus *Spiritus Vitrioli* cum *Aquâ* elevatur , relicto acidissimo Oleo in fundo .

N. 1. Si volupe sit *Spiritum Vitrioli volatilem purum* obtinere , aufer Excipulum dum Instrumenta adhuc calent , statimque in MB. *Aquæ* ferventis , probè adaptato Alembico & Recipiente parvo , cautè colloca . Videbis statim *volatilem Spiritum* in Excipulum transire , quem seorsim collectum diligenter serva . Ex 6. vel 8. ℥b. *Vitrioli* ℥ij. ad summum ℥ss. acquiri potest .

N. 2. Hæc

quo & *Acidi* *esurini sulphurei* aliquantum simul secum rapiunt : hinc vires egregias obtinent internè in Febris Ardentibus & Acutis , ac quibusvis Corporis ardoribus & æstuationibus , item in Hecticâ ex Viscerum Inflammationibus & corruptelis , Febris lentis quæ Tabem & Phthisin conjunctam , habent : in Inflammationibus partium internarum & Phlogosisibus quoque copiosiorum eorum usus mirè convenit . Externè Dolores ex combustionem podagricos , item Cephalalgiam sedant , quam vim obtinent imprimis vi Sulphuris vitriolacei volatilioris nonnihil anodyni . *Phlegmata* hæc ad omnia hæc potentiora evadunt , si super novum *Vitriolum* subindè digeruntur & cohobantur , ut scilicet Spiritu ejus sulphureo volatiliori magis imprægnentur .

3. In specie *Phlegma Vitrioli acidum* No. 3. apud *AUTOR* REM reperibile , usurpatur ad extrahendas *Tincturas Vegetabilium* . Cæterum observetur , quòd hoc *Phlegma acidum* *Vitrioli* debeat aliquoties esse rectificatum , aliàs non aded commodè fieri possunt cum illo *Tincturæ* . Hoc *Phlegma Vitrioli acidum* præterea valde commendatur in Scorbuto Oris , ac in putredine *Gingivarum* : conf. de virtute & usu *Phlegmatis Vitrioli MARCI in Phil. Veterum Rest. pag. 551.* ubi *BASILIVS* explicatur , qui multum æstimat hæc *Phlegmata* , & nomine *Aquæ Cælestis* insignit . Item M. A. N. C. Anno 6. *Append. pag. 55.*

Ad *Phlegmata* hæc pertinet etiam *Aqua Ambram vedolens ex Vitriolo* destillata , cujus primam mentionem facit *PARACELSVS l. 7. Archidox. de Specif.* & hujus Descriptio clara per *CNOEFFELIVM* parata , hinc prostat in *HOFFMANNI Clave pag. 356.* sequenti modo :

℥. *Vitrioli* Ungar. ℥j.

Sal. Ammoniacti per Sal sublimati ℥iv.

Omnia probè mista Vitroque indita colloca in *Balneum Mariæ* , destilla Humiditatem lento Igne , & *Aqua* hæc ultra modum fragrantem reddit Odorem , cohobâ sæpiùs è *Capite mortuo* ; ita pergat *Autor* , nempe *CNOEFFELIVS* , ex propriâ *Vitrioli Tincturâ* Odor instar *Rosæ* elici potest ; sed *Vitriolum* necesse est , ut fit desecatissimum .

Retulit mihi egregius quidam Chymicus , se aliquando laborasse in *Vitriolo* , & post longam *Destillationem Spiritus Vitrioli super Caput mortuum* , tandem rectificasse eundem , & acquisivisse *Spiritum Odoris violacei* : id quod confirmant ea , quæ superiùs aliquoties monui , quòd etiam Mineræ metallicæ in suis Matricibus habeant Odorem suaveolentem & confortantem ; ut hic sub tegmine crassioris Corporis sit contentus , & sub adjunctorum Concrementorum cortice sepultus . Qui ergò novit clausa tegmina aperire , & eorum Odorem arcanum potest elicere , & in lucem protrahere , felix est salutandus .

6. Post

N. Si citra jaſuram aliquam Spirituum (in Calcinatione forte evanescendum) ut & citra corrosivi Olei admixtionem (quo aliàs vix Spiritus planè liberari poterit) Destillationem expetas ; procedere monet *Dn. D. Brendelius* (in *Chymia sua* , ubi & rationibus id inculcare conatur) modo qui sequitur .

N. Vitrioli opt. erud. q. v. (*H. xii.*) inde Retortæ , Exeipulo capacissimo firmiter connexæ (ita tamen ut Foramen in commissurâ relictum sit , Spiritibus volatilibus ac impetuosius exitum concedens) ; destilla ut moris , lentè , donec impetuosius illi Spiritus fuerint egressi , (id quod cognoscas , si collum refrigescat) ; dein obtura firmiter Foramen illud , ac auge Ignem ; pelleque hor. 12. non ultra (aliàs Spiritum inquinabis Oleo corrosivo graviore .) Hinc dephlegmata ac rectificata , & habes Spiritum Vitrioli optimum .

N. Spiritus in Calcinatione evanescens , vix ac ne vix operæ dicto modo adhibita æquivalent . Ideoque nisi Spiritum quoque volatilem expetas , vulgaris modus satisfacere potest , In quo nota tamen ne nimium initio calcines , nec nimium Ignem in Destillatione urgeas . Etenim , ut in omni ferè Destillatione , ita in hac paulatim crassius , &c. propellitur .

Alij addunt Salis Nitri aliquid , sed Destillatam hoc potius Aqua Fortis , quam Spiritus Vitrioli nomen meretur .

Vires , Spiritus Vitrioli est diureticus , diaphoreticus , incens , attenuans , Putredini resistens , &c. Hinc utilis in Fe-

pariter Testibus nocet , & eorum vim spermaticam imminuit , adeo ut novis Maritis sit fugiendus ejusdem usus : sicuti etiam *D. LANGIUS* in *Coll. super Fabrum* de Spiritu Vitrioli refert , quendam quotidie hujus gutt. jv. pro Stomacho confortando & appetitu excitando sumpsisse , unde Testes illius ad instar Pili sensim sensimque decreverint , cum aliàs habuerint magnitudinem naturalem ; qui , ubi Ager intermisisset demum Spiritus Vitrioli usum , & Cibis eucharis fuisse nutritus , iterum aucti , & ad Veneris bellum armati fuerint . Cæterum , quod dicit *AUTOR* , quod conveniat in Obstructionibus Viscerum , Mesenterii , Hepatis & Lienis , falsum est , quoniam potius coagulat quàm aperit ; id quod non sine ratione rejicit *FRACASSATUS* in suis *Epist.* de quo suo loco . *AUTOR* etiam ad Odontalgiam commendat ; sicuti & quidam cum Melle , vel simplici vel rasato , ad subtilem aciditatem miscent in *Linentum* pro Scorbuto Oris , Putredine Gingivarum , Exulceratione Oris scorbuticâ , uti etiam in Ulceribus Oris Gallicis . Sed abstinemus ab ejus usu in Dentium Affectibus ; hos enim nigros reddit . Videbitis rationes in *TACHENII Hippocrate Chymico* . *BARTHOLETUS* in *Tr. suo de Respirat.* lib. 3. cap. 3. pag. 431. facit mentionem Spiritus Vitrioli Lunaris , ex Luna scilicet *Magisterio* plurimæ Cohobationis beneficio abstractus , qui valde prodest in Affectibus Capitis , de qua vi cephalicâ supra , ubi de *Lapide Lazuli* , sufficienter dixi .

Superest in Retortâ post Spiritus & Olei Destillationem Caput mortuum seu *Colcot bar* perfectè calcinatum , quod adhuc consistat Sale Vitrioli emesto , quod elixiviandocum Aqua simplici separatur , & restat post Elxiviationem Substantia quædam atro-rufescens , quæ vocatur *Terra Vitrioli dulcis* . Hæc Terra potest cementari cum Sulphure denuò , & sic ex istâ Terrâ cementatâ novus Spiritus Vitrioli potest parari , quem acquisivit ex Sulphure per cementationem . Hoc vero dictum esto de Capite mortuo atro-rufescente : si enim ad nigredinem calcinatum fuerit Vitriolum , nullum ex Capite mortuo habetur Sal ; nullusque Spiritus regeneratus , de quo jam dicendum .

Caput mortuum , nempe prunneum , à destillato hoc Spiritu Aëri exponitur libero , in loco à Pluvia & Solis radiis tuto ; hinc aliquandiu ita expositum , per annum spatium plus minus &c. (quo longius , eo melius & potentius imprægnatur) denuò destillari aptum natum redditur , ac novum suggerit Spiritum , qui propterea Spiritus Vitrioli regeneratus dicitur . Hoc non tantum fit in Capite mortuo Vitrioli ; sed etiam obtinetur in Alumine & Nitro ; quæ Terra , Spiritu per Ignem exhausto , deinde Aëri exposita solet de novo imprægnari , & efflorescere vel Nitrum novum , vel Vitriolum novum . Sed observetur : quod non omni tempore imprægnetur Vitrioli Caput mortuum , sed tantum tempore verno in Martio , Aprili & Majo , & Mensibus autumnalibus , Septembri , Octobri & Novembri ; intermedium verò Mensibus æstivis & hybernis non imprægnatur .

Dubium est : unde ejus origo , dum quidam ex Aëre in Vitrioli Capite mortuo concentrato hunc Spiritum derivant :

bribus ardentibus , Obstructionibus Epatis , Lienis , & Mesenterij , Appetitu prostrato , &c. Quinimò cum Liquore vel Vini mistus , lenit Odontalgiam (Gingivis impositus) prodest & ejus illitus in Tinea Capitis , aliisque generibus Scabiei & Pruritus , cum Aqua Chelidon. mixtus .

Dosis à g. 2. ad ℥ss. vel ad ℥j. in Liquore , vel aühbetur in Potibus quans. iust. ad aciditatem gratam .

7. Spiritus Vitrioli dulcis , seu Oleum Vitrioli dulcè .

N. Vitrioli bene calcin. ℥. iij. superfunde Acetum destillat. ut bene supernates , digere decantate , & affunde novum Acetum destillat. idque quinquies vel sexies , semper per dies aliquos digerendo . Aceto illa imprægnata destilla , donec Spiritum Vitrioli tetigerit destillandi ordo . Tunc inde in Retortam adjectis Sabuli puri Manipulis duobus , & Liqueur Vitrioli emanans , dulcem referet saporem . *Tentzelius , Keslerus* 3. Cent. 27.

Vires . Prodest in Calculo , tartareis Morbis , Catarrhis , &c.

Dosis ℥j. in Liquore conveniente .

8. Aliter .

N. Spirit. Vitrioli vulgar. (rectificati) ℥. 7.

Cap. mort. Vitrioli (ex quo Sal sit extractum) ℥iv.

Destilla per Retortam vitroam in Arenâ in Receptaculo fat-

tis

sed malè : nam saltem ex nudâ Phlegmatis in Aëre insinuatione ; & Acidi in Capite mortuo residui , sed nimis concentrati , resolutione , & hujus in partes metallicas actione , novum hocce exurgit Vitriolum , dicto modo denuò destillandum . vid. *WEDELIUS* in *M. A. N. C. Anno 6. & 7. Obs.* 123. pag. 161. & *de Medic. Facultat.* pag. 160. id quod probatur :

1. Quod si Caput mortuum tale ultimâ Ignis actione penitus fuerit exhaustum , ita ut nihil de Sale aut Acido concentrato remaneat , nullo modo Spiritu tali novo imprægnari solet .

2. Quod Capiti mortuo tali Vitrioli per Aërem regenerabili affusa Aqua idem præstet , quod Aër , ita ut brevi post Spiritus putatus regeneratus haberi queat . Hinc

3. Si diutius Aëri exponatur , non nisi una vice Regeneratio fit ; totum enim sic resolutum Sal vitriolaceum , indeque destillatum , novum Spiritum suggerere nequit .

Interim Spiritus Vitrioli regeneratus non est planè ejusdem naturæ cum Spiritu primitus destillato , sed potius habet naturam differentem ab eodem ; quia sub hac ipsa in Aëre resolutione , & hinc Vitrioli Regeneratione , non levem alterationem acquirit Vitriolum sic regeneratum ; cum regeneratum hoc Vitriolum non adeo simpliciter sit tale , quin de nitrosâ naturâ multum participare videatur , ratione Salis aërei non nihil concentrati sub isto Vitriolo regenerato ; unde in tali Spiritu , in Vitro adservato , subinde concrefcere solent Crystalli , quasi Crystalli nitrosæ ; de quo vid. *ZWELFFERUS* in *Animadv.* pag. 384 & 407. item in *Append.* pag. 91. item in *Mant. spagr.* pag. 336 & 343. Hinc etiam volatilioris ferè naturæ habetur hic regeneratus Spiritus , indeque ad Epilepsiam à quibusdam præ vulgari laudatur .

7. 8. Hactenus recensiti Spiritus sunt acidi insigniter : non pauca hinc inde occurrunt in Scriptoribus de Spiritu & Oleo Vitrioli dulci , quale propriè loquendo ex Vitriolo est Non Ens . Ex Acido enim esaurino & Minerâ metallicâ eum coalerit Vitriolum , per se & propriè dictum Spiritum dulcem aut Oleum habere non poterit : sed vel Substantiæ Martialis simultaneousæ præsentia aliqualem dulcorem representat , qui est modus *ZWELFFERI Mant. spagr.* p. 392. Vel cum ana Spiritus Vini bene rectificati facta dilutio & attemperatio , medianibus repetitis digestionibus & cohobationibus Spiritum Vitrioli dulcem suggerit ; de quo vid. *HOFFMANNUS* pag. 359. & *FABER Myrothec. spagr.* 2. cap. 9. lib. 1. Vel à Capite mortuo Vitrioli Spiritus Vitrioli affusi ob Acidum imbibitum facta quasi castratio , mitiorem seu dulcificatam reddit , modo *AUTORIS Num. 8.* Vel mitior saltem Aciditas cum Aceto destillato procurata , modo *AUTORIS Num. 7.* Spiritus Vitrioli dulcis appellari à quibusdam solet . Videbitis plura in *ZWELFFERO loc. citato* . Nam alia est ratio Sulphuris Vitrioli dulcis ex Spiritu ejus vitidi præparandi *HELMONTII , Traët. Duum-virat.* §. 9. de quo suo loco .

Cæterum in omnibus hactenus dictis Destillationibus Spiritus Vitrioli , qui prodit , non est purus , seu non est genuinum illud & naturale Acidum Sulphuris embryonati , quale v.g. in Acidulis deprehenditur , & ex cujus in Mineram actione Vitri-

tis capaci ; sic prodit Spiritus subdulcis , & quem , si dulciorem cupias , circula cum Spirit. Vini per dies 4. aut 5. dein abstraha Spiritum Vini , sic habes Spiritum Vitrioli dulcem .

N. Dulcescit etiam sola Circulatione cum suo Plegmate , vel si aliquoties à Scorias Martis (semper novas Scorias sumendo) destilletur .

9. Spi-

Vitriolum tandem concrefcit ; sed sub Destillatione Acidum illud simul Mineræ particulas sulphureas immaturas metallicas secum rapit , unde austerus & corrosivus , Stomacho subinde nauseosus ; cum ita plùs minùs hostilis evadit , adeoque quilibet communis Spiritus Vitrioli plùs minùs de Metallum Liquamine continet , unde etiam obscurum colorem tandem adfciscit ex saturato successivè Liquamine , eoque nonnihil præcipitato . Unde ed annuntur Medici sedulo , ut Acidum illud esurinum volatile salubre nobisque gratissimum , per se acquirere valeant , adeoque tantoperè in præparatione Spiritus Vitrioli volatililis , ut vulgò vocant , vel Spiritus Vitrioli albi Basilii Valentini , de quo vid. TACHENIUS Clave cap. 6. pag. 97. defudant , pro egregio Epileptico , & Apoplectico , Cephalico , Stomachico , quorum vis sordium in quibusvis Corporis culinibus Abstersivo , Antipyretico ; inefcati præsertim PARACELSI monitis , absolutam Epilepsie Curam in tali Spiritu Vitrioli volatili consistere : id quod vulgares Chymici & nugivenduli applicant ad vulgèrem Spiritum Vitrioli : sed fallum est .

Genuinus hujusmodi Spiritus volatililis altioris est indaginis , uti etiam altioris efficacis . AUTOR noster aliquot subministrat Præparationes , utut non adeo magni ponderis ; poterunt tamen perlegi , & apud alios Autores elegantiores indagari . Sed ut in genere moneam , per Alembicum striatum prodire debet , ac penetrantem sulphureum spirare Odorem : quæ Striæ uti sunt propriæ Spiritui Vini , & reliquis Spiritibus volatilibus Vegetabilium sulphureis , qui sine dubio sunt maximè volatiles ; ita Spiritus Vitrioli volatililis isdem Striis in Alembico se manifestat ; unde etiam Spiritus Vitrioli vulgaris , dum difficerit per Cucurbitam humilem destillatur , sed potius per Retortam ; Spiritus econtrà volatilis ex Cucurbità per Alembicum facillè ascendit , & per rostrum descendit . Deinde Spiritus Vitrioli communis olfactus parùm Nares ferit ; at volatililis sulphureus & penetrantissimus est , & alitè intrat Nares instar Spiritus cujusdam volatililis . Præparatio ejus est difficilis , & in Secretis admodùm habetur à Chymicis sublimioribus , utut maximus in eo resideat & latitet thesaurus in curandis Morbis suprà dictis ; unde pro hoc assequendo vario conatu laborant Chymici , vel per simplicem in Vase alto Rectificationem , quemadmodùm docet AUTOR Num. 4. Not. 1. quò etiam pertinet modus HORSTII in Problematibus pag. 65. PARACELSUS usque ad nonum Alembicum Destillationem Spiritus Vitrioli pro Caduco Morbo peragendam jubet , cujus sensum videbitis explicatum à CNOEFFELLIO in M. A. N. C. Anno 6. Append. pag. 57. estque modus , quem insinuat AUTOR Num. 17. Nempè per toties reiteratam Plegmatis super suum Colcothar Cohobationem . Et sanè plures Autores per hujusmodi Phlegmatis , item Spiritus , super suum Caput mortuum Cohobationem , Spiritus hujusmodi volatiles Vitrioli parare gestiunt ; ut videri potest in HOFFMANNI Clave pag. 357. & 359. In Præparatione observetur : ut imprimis removeantur Vasa , dum omnia adhuc intensè caleant , aliàs redit in Caput mortuum . Facit huc non minùs concinnus modus parandi Spiritum Vitrioli volatilem D. Mæbit , cujus genuina hæc est Descriptio :

℥. Vitriol. Goslar. vel Ungaricum .

Abstraha Plegma ex Cucurbità terrea probè loricatà per Alembicum vitreum Igne aperto in Excipulum terreum ad siccitatem usque , quo facto novum Vitriolum Cucurbitæ immitte , & Plegma abstraha , repetendo tandem , donec Cucurbita Vitriolo penitus repleta fuerit . Fractà Cucurbità Vitriolum calcinatum pulverisa , & per Retortam Waldenburgensem Igne aperto destilla , & quidem tribus diebus Igne leni , hunc tamen singulis diebus & noctibus per gradus augendo . Præstat pro hac Operatione Retortam procurare ex Argillà purà , omni Arenà liberà , Arena enim Spiritus volatiles transmittit , quorum verò transitus per Retortas dicto modo confectas impeditur . Receptaculum remove & Spiritum volatilem penetrantissimum , Nares maximè ferientem , tanquam summum Cephalicum usui asserva . Receptaculum Retortæ iterum admove , infundendo priùs Aquæ simplicis debitam quantitatem pro Spirituum condensatione ; urge Igne & destilla , donec Oleum rubicundum prodeat : quo apparente , Receptaculum remove , & Spiritum egressum (qui est communis Vitrioli Spiritus) rectifica per Arenam ex Retortà vitreà , & usui serva .

Tom. IV.

Apposito iterum Receptaculo Ignem ulterius urge , donec nihil ampliùs prodeat . Refrigeratis omnibus Spiritum volatile Oleo affunde , & simul rectifica ; sic enim magis volatilifatur .

Quin & ipse HELMONTIUS Cohobationem talem certam adhibet in curiosissimo Processu destillandi Spiritum Vitrioli volatilem , quem habet Tractatu de Lib. cap. 8. §. 19. ob multiplices Encheireses perquam notabili , sed laborioso & tædiofo : hac autem methodo acquiritur Spiritus Vitrioli admodùm volatililis in formâ auræ .

Alii per Effervescentiam , & consequenter Præcipationem , Spiritus Vitrioli communis seu vulgaris , admodùm rectificati , negotium hoc tentant per Saliun fixorum vel Corporum terrestrium , copiosum Acidum absorbentium , adjectionem ; ut inter Salia est v. g. Sal Tartari fixum , inter Terrestria Cornu Cervi usum , vel Lapilli Cancrorum , ut scilicet alliciant Spiritum Vitrioli acidum fixum , & dimittat Spiritum Vitrioli volatilem , vinculis & compedibus Spiritus Vitrioli fixi antea ligatum : unde injectis hisce , subito admoveo Alembicum , ne Spiritus Vitrioli volatililis avolet ; quò etiam Processus AUTORIS Num. 13. pertinet . Sed parum Spiritus , maximam Phlegmatis saltem partem accipiunt , utut AUTOR fide dignus VERBEZIUS contra Castellum asserat .

Alii cum addito Tartaro Spiritum subtiliorem & volatiliorem Vitrioli parare satagunt simili ex fundamento , ut AUTOR Num. 10. & 11. insinuat .

Alii hoc modo procedunt :

Vitriolum Hungaricum Aquâ solutum præcipitatur injecto Alkali fixo , hinc filtratur , filtratus Liquor seponitur aliquandiu , digeritur , hinc Pulvere Laterum addito miscetur , & acquiritur Destillatione Spiritus volatililis elegans , sed paucus .

Consultiùs faciunt , qui Vitriolo affundunt Spiritum Salis Ammoniaci , seu quemvis alium volatilem urinosum , relinquunt hæc tandem , quamdiu motus fermentativus conspicuus est , hinc decantatur , cum Lateribus miscetur & destillando acquiritur Spiritus volatililis penetrantissimus . Posterior hic modus congruit serè cum Spiritu Vitrioli epileptico Hartmanni , ex Vitriolo cum Urinâ humanâ parato , & describitur ab AUTORE Num. 14. Verùm volatilitas hic potius Sali volatili addito , quam Vitriolo , debetur , utut simul elevatum Sulphur volatile acidum suggerat Spiritum copiosum , reverà perquam elegantem in Epilepsia . Aliàs communissimus modus est cum Spiritu Vini addito , Spiritum Vitrioli nonnihil volatilem parare eo modo , quem AUTOR insinuat in Notis sub Num. 4. & hac ratione D. MICHAELIS Spiritum suum Vitrioli Cephalicum & Epilepticum parare solitus fuit : scilicet

℥. Vitriolum Martis ad albedinem calcinatum , vel Vitriolum cæruleum Ungar. dephlegmat. vel bujus & Vitrioli in aurâ regener. ana part. æqual.

His pulverifatis irrorando addit Spiritum Vini rectificatissimum , & à Speciebus Cephalicis & Nervinis vel Epilepticis digestum & ab isdem abstractum , idque quinque vel sexies ; postmodùm destillavit ex Retortà per Arenam blando Igne , & prodit Spiritus vinosus penetrantissimus , probè custodiendus . Hinc sequitur Phlegma , quod seorsim separandum est . Reliquum Vitrioli more communi Igne aperto destillatur & rectificatur : cujus pars j. cum part. iv. L. quoris prioris Vase clauso per aliquot dies digeruntur , & postmodùm destillantur : sic habetur Spiritus penetrantissimus & maximè volatililis .

Magni usus est in Affectibus Capitis contumacioribus , quales sunt Hemiparalia , Paralysis , Apoplexia , Epilepsia , & in similibus Affectibus nervinis . Nam beneficio Spiritus Vini fixitas Spiritus Vitrioli volatilifatur , & aciditas temperatur , & diluitur : qui tamen Spiritus non sunt adeo penetrantes , uti Spiritus Vitrioli volatililis .

Hic Spiritus in Digestione superimposito Alembico , vel si saltem per se stet in loco frigido , abit in Corpus saliniforme blandè acidulum & volatile , quod egregium est Stomachicum , & in Affectibus Nervorum convulsivis egregium Remedium .

Alii pro Spiritu Vitrioli cephalico & epileptico obtinendo affundunt aliquoties Spiritum Vini , vel simpliciter rectificatum , vel à Plantis abstractum , vel Vitriolo in aurâ regenerato , vel Vitriolo Cyprio , rursusque inde abstrahunt : vid. WEDELIUS Pbarm. pag. 37.

PPP

9. Spi-

9. Spiritus Vitrioli Philosophicus, vulgò
Cobobium Antimonij.

R. Aqu., qua Mercur. Vitæ edulcoratus est, evaporet. leniter MB. donec appareat incipiat Liqueor flavus & acidus. Liqueor hic est Spiritus Vitrioli Philosophicus, qui per Retortam à terrestri materiâ rectificari potest.

Vires. Potioris est virtutis, quàm qui vulgari modo conficitur. Medetur Febribus, Luem Veneream mitigat, Lienem & Mesaraicas solvit, Ventriculum debilitatum, & à Phlegmate crasso infarctum confortat. In Melancholiâ hypochondriacâ, Epilepsiâ, omnibusque Affectibus Capitis mirè prodest. Extrahuntur & ejus ministerio Tincturæ Mineralium, Corallia & Perlæ dissolvuntur. (Idem acuatus Spiritus Salis communis solvit Aurum.)

Dosis gr. 3. 4. ac 8. in haustulo Vini, vel Liqueore convenienti. Hartmannus in Croll. Keslerus lib. 1. cap. 26.

10. Spiritus Vitrioli Tartarificatus, aliàs
Liquor Dianæ.

R. Vitrioli Ungarici ad albed. calcin. p. ij.
Tart. ad nigred. calcin. p. i.

Pulverisata invicem misce, & Spirit. Vini paulisper confersa, destilla per Cucurbitam (Alembico imposito) forti Igne, cohobaque; deinde rectifica Liqueorem egressum in Arenâ, seorsim capiendo, & Vini Spiritum & Liqueorem reliquum.

Vires. Egregias vires exhibet ad sudandum in omnibus internis Obstructionibus, in Sanguine grumoso, contra Scabiem, ad mundificandam & lævigandam Cutim.

Dosis à ʒj. ad ʒʒ. cum Brodio, aut cum pauxillo Vini Hispanici. Daturque per tres Auroras continuas, si libet. Tentaculius.

11. Spiritus, vel Aqua aperiens Penoti.

R. Vitrioli Ung. ad rub. calc. ʒiv.
Silicum è fluvis collect. & optim. calcin. ʒj.
Tart. ad albed. calcin. ʒi.

Mixta, inque tenuissimum Pulverem tusa, liquecant in Cellâ aliquantum in Liqueorem, quem destilla ex Arenâ per Alembicum, cohobaque ter, destillatum Liqueorem singulis vicibus Capiti mort. in pulverem redacto affundendo. Extremè per Retortam Igne aperto pelle, sic initio lento Igne primum Phlegma exstillat, postea verò Spiritus acidus auctiori Igne elicitur. Ex Capite mortuo calcinato Sal commune extrahere, & cum eo (ablato prius Phlegmate per B.) Spiritum acidum digere. Tandem cum Argillâ in Pastillos redige, atque ex Retortâ Igne nudo, gradibus tamen observatis, Spiritum alcalisatum provoca.

9. Spiritus Vitrioli Philosophicus Num. 9. uti notum est, præparatur ex Aquâ, cum qua præcipitatum est Butyrum Antimonij in Mercurio Vitæ. Malè appellatur Spiritus Vitrioli, quoniam nihil de Vitriolo participat; sed nihil aliud est, quàm Spiritus Salis rectificatus, oriundus ex Mercurio sublimato, cum quo destillatur Antimonium in Butyrum. In Sublimatione enim Mercurij, ut conjungatur Vitriolum, Nitrum & Sal; nihil tamen ascendit præter Sal, quod in destillatione Antimonij prodit sub formâ Spiritus, qui dilutus per Aquam repetitâ Destillatione, vocatur Spiritus Vitrioli Philosophicus.

Est egregium Stomachicum, propterea est ingrediens Elixir Stomachalis D. Michæelis. Cæterum est probè rectificandus, quoniam interdum adhærent particulæ Mercurij Vitæ, unde Spiritus hic facile potest excitare Vomitus.

10. Num. 10. sequitur Spiritus Vitrioli tartarificatus, qui etiam vocatur Manna Vitrioli epileptica. In hujus præparatione Alkali Tartari agit in Vitriolum, & Spiritum ejus præcipitat ac figit, unde etiam ex Capite mortuo hujus Spiritus Tartarus vitriolatus elici potest: adeoque parum saltem Spiritus aciduli prodire solet.

11. Famosior hõc est Spiritus vel Aqua aperitiva Penoti Num. 11. quo modo subtilis ac penetrans acquiritur Spiritus, si ritè sit paratus & rectificatus: sed parvus admodum est, & præparatio admodum molesta & tædiosa, ut non videatur operæ pretium: tantum de Vitriolo prodit Spiritus, quantum Acidi à Silicibus calcinatis & Alkali Tartari additis non fuit saturatum: quod Alkali cum agat simul in Sulphur immaturum metallicum, à quo Spiritus vulgaris fixitas & austeritas imprimis dependet, nonnihil subtilior & volatilior præ vulgari esse solet.

Interim tamen Spiritus hic est egregium Diureticum & optimum Remedium in Morbis chronicis, & Obstructionibus, ex infarctu Viscerum oriundis: in corrigendo Acido

Vires. Usus ejus insignis est in Obstructionibus Epatis, Lienis, Mesenterij.

Dosis à ʒj. ad ʒij. vel iij. in Vino, vel alio Liqueore convenienti. Hartmannus in præf. loc. de Obstrucl. Epatis. Semnerus Instituit.

N. Dicitur Antihydropicum Muffetti, summeque celebratur in Hydrope, cujus fomitem per Alvum ac Urinam, Spiritus etiam nondum alcalisatus educit. Datur Cochlear unum jejunantibus, singulis vel alternis horis, Aqua appropriatè injectum. Hornig. in Cistâ med. Ep. 122.

12. Spiritus Vitrioli mellisatus.

R. Vitrioli Sole albificati ʒj. Mellis cum favo ʒi. Misc. exactè ac destilla, ut moris.

Vires. Lenit Dolores Podagricos; si adsit Inflammatio, miscetur Aceto, aliàs cum Vino. Med. dest.

13. Spiritus Vitrioli diaphoreticus.

R. Spirit. Vitrioli vulg. ʒvi. Sal. com. Tart. C. C. uff. an. ʒij. M. in Mortario vitreo, digerantur aliquantulum; dein destilla ex Retortâ in Recipientis capacissimum, donec omnis Humiditas exstillarit: destillato Liqueori adde Spirit. Vin. an. reservaque in Vase benè obturato.

Vires. Purificat Sanguinem, abigitque Scabiem ac Prurium, aperit Obstructiones, Sudorem provocat in Peste, Venenis, Hydrope, Ictericâ, & Contracturis, &c.

Dosis à ʒj. ad ʒʒ. continuari potest usus ad libitum sine periculo. Sala in Anat. Vitrioli.

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILEPTICUS.

14. Spiritus Vitrioli Antiepilepticus Puerorum,
Hartmanni.

R. Vitrioli Ungaric. depuratis. ʒj. 1v. adde Urinæ Puerorum sanorum recenter collect. ʒj. 1v. i. Digere Vase clauso aliquandiu in MB. postea ex eodem Vase destilla ad siccitatem duplex Phlegma, quorum primum insigne est Paregoricum ad Dolores podagricos, aliisque suaviter demulcendos; alterum est insigne Ophthalmicum, ad quævis Oculorum vitia utilissimum. Caput mortuum pulverisatum ex Retortâ validâ terreâ, Igne nudo, sed tamen ab initio valdè lento, in Excipulum capax urge, prodeuntibus confestim Spiritibus, Liqueor promanat pretiosissimus sulphurei odoris & austeriusculi saporis, qui per Retortam semel atque iterum rectificatur atque reservatur.

Vires.

corrupto & vitioso nostri Corporis, quoniam est Spiritus acidus volatilis; unde in Scorbuti Curâ hujus usum immensum extollit MOELLENBROCCIUS de Varis pag. 139. Valdè commendatur ab HARTMANNO, mistus cum Essentiâ Absinthii, vel Vincetoxici, cujus egregium usum expertus est D. MICHAELIS, qui semper eandem Misuram felici cum successu adhibuit in Hydrope.

Quidam in Præparatione Ingredientibus addunt aliquid Terræ Solaris, & in Destillatione Spiritus jucundissimos acquirit colores. Imò alii etiam loco Silicum communium recipiunt Silices, qui reperiuntur circa Aurifodinas, quia imprægnati creduntur aliquo modo primo Ente Solari.

Ex Capite mortuo hujus Spiritus Sal compositum, ex Alkali Salis Tartari & Acido Vitrioli constans, nihil aliud est, quàm Tartarus quidam vitriolatus, egregium Digestivum in Febribus intermittentibus, in Malo Hypochondriaco, Scorbuto, & similibus Affectibus chronicis. Vocatur aliàs Sal Digestivum hypochondriacum.

13. Spiritus Vitrioli diaphoreticus res mira est: Cornu Cervi ultum, & Sal Tartari junguntur cum Spiritu Vitrioli; unde per Destillationem nihil prodit, quàm Phlegma quoddam Spiritus Vitrioli, & ideò Destillatio hæc nihil valet.

SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILEPTICI. Spiritus Vitrioli Antiepileptici sunt variarum compositionum, uti videre est in AUTORE; nihilominus omnibus præferendus est Spiritus Vitrioli volatilis, qui tamen est rarissima avis. Quicquid sit, videbimus tamen Præparationes.

14. Spiritus Vitrioli Antiepilepticus Puerorum Hartmanni componitur ex Vitriolo cum Urinâ Puerorum, qui certè multum habet in recessu. Vocatur Ammoniacale Philosophicum. Est omnium Antiepilepticum, quem TYCHO de BRAHE dicitur habuisse in Arcanis, & hõc ipsò D. MICHAELIS frequenter usus fuit pro usu anodyno & Curâ Epi-

DE OLEIS.

Olea hæc Aqueas, non Pingues Liqueores denotant, adeoque à Spiritibus nisi crassitie differunt. Sunt

1. Oleum dulce.

℞. Vitriolum purificatum, solve in Oleo Tart. p. d. ac abstrahæ. Materiam relictam solve cum Spir. Sai. com. atque redige in Massam cum Cremore Tart. (vel cum Sacchara Canada, aliave Sacchari genere). Hinc pellatur per Retortam, Vires. Diaphoreticum est in lignæ, polletque vi leniter adstringendi.

Dosis à gutt. 1. ad 3.

N. 1. Parum Olei suppeditat.

N. 2. E Metallis seu crudis, seu in Calcem redactis eadem ratione per Spiritum Salis com. ac Cremorem Tart. Olea elici possunt, Ex communicatione Experiment. Dn. D. Diesterici.

2. Oleum Vitrioli rubicundum.

℞. Vitriol. ad flaved. calcin. p. 1.

Silic. grossè contuser. p. ij.

Spirit. Vini q. s. ut f. Pulsis instar.

Destilla per Retortam, sic rubicundum Oleum prodit. Glauckratz.

Usus ejus potius est in Metallurgiâ, quam in Medicinâ. Poterit tamen & intrinsecus exhiberi. Vide supra Spiritum Penoti.

3. Aliud rubicundum.

℞. Colcothar. part. iv.

Vini alb. generos. p. ij.

Hæc ebullire ad siccitatem usque, postea tere, & ex Retortâ igne aperto destilla primò Phlegma, postea applica Receptaculum capacissimum, ac juncturis bene munitis propelle forti igne Oleum instar Sanguinis rubicundissimum. Gluckratz.

4. Aliiter.

Vitriol. calc. destilla cum Lithargyr. & prodit Oleum Vitrioli rubicundum, quod Podagricis prodest.

5. Aliud ex Terrâ Vitrioli.

℞. Facies seu Terram sublavam Vitrioli siccataam (Vide infra); destilla per Retortam igne Reverberij: Oleum dabit rubicundum penetrantissimum.

Vires. Dosis gutt. 6. ad 10. ad plerosque Affectus Capitis perutile est.

cit: Oleum Vitrioli corrosivum super Sale miscescit, si rectificetur, adeò ut intra Corpus sumi possit; & hoc ipsum est, quod etiam dicit GLAUBERUS. Sal hoc fustum cum Auro, solvit Aurum, & potest vix denuò Aurum separari ab hoc ipso, nisi beneficio Mercurii vivi. Superius Sal, seu Spiritus Vitrioli cum Nitro coagulatur, conveniens est pro Remediis Lunaribus, pro solvenda Lunâ, & pro aliis Subjectis non sulphureis.

Quoad Usum Medicum, Salia hæc contra Scorbutum valent loco Digestivi hypochondriaci in scorbuticis Affectibus, imprimis superius cum Nitro. Nam in Aquâ soluta Salia hæc contra Scorbutum Oris, Exulcerationes & Putredines Gingivarum, Faucium, & similia maximè laudantur.

OLEA VITRIOLI. Post Spiritum sequitur Vitrioli Oleum in Destillationis ordine, propter consentientiam & apparentem unctuositatem ita dictum. Revera à Spiritu nil differt, sed sunt una eademque res. Oleum enim concentratum est saltem Spiritus; hic verò resolutum & dilutum est Oleum, mistus copiosiore Aquâ seu Phlegmate Vitrioli; Oleum verò Vitrioli est magis concentratum, pauciore permixtum Phlegmate. Nempe Spiritus Vitrioli facile per altiora Vasa lenissimo igne evaporatione aut rectificatione in Oleum rubens acerrimum convertitur, ejusdem acrimoniæ, & consistentiæ, atque est Oleum Vitrioli; sicut Oleum corrosivum per sufficientem Aquam simplicem additam, & hinc factum Destillationem, facile in Spiritum redigitur. Est tamen Spiritus Vitrioli proprie sic dictus aliquantisper volatilior, quàm Oleum; sicuti Oleum est aliquantisper fixius, & propterea hic Spiritus Vitrioli sub formâ Nebulæ prodit, econtrâ Oleum Vitrioli sub formâ Liqueoris crassi subnigri solet destillari: quam crassitiem & obscuro Colorem obinet à particulis Mineræ metallicæ unâ abralis, & per

N. Guttæ 15. 21. (annotantibus quibusdam) Vomitus expeditur. Lenzelius.

6. Aliud Oleum ex Sulphure Vitrioli.

℞. Sulph. Vitrioli (dulc.) Misce cum dimidiâ parte Sal. Tart. Destilla per Retortam, Ignemque ultimò adde suppressionis, & prodibit Oleum rubrum.

N. 1. Hæc Oleo si instillaris Acet. destillat. præcipitabitur Pulvis spadicæ coloris, quem edulcora Aquâ frigidâ, h. n. c. sicca & serva.

N. 2. Præstantius erit, si Flores ex Sulphure Vitrioli elevatos receperis.

Vires. Prodest, sed efficacius, in iisdem Affectibus, in quibus Sulphur Vitrioli. Vide suo loco.

Ex hoc Præcipitato fit Essentia, seu Tinctura.

IV. SUBLIMATIO.

Unde

1. Flores ex Terrâ Vitrioli, Substantia cuprea Vitrioli.

℞. Terra Vitrioli nigra (ex qua Sal. com. extractum) vel Terra Vitrioli ochrea, q. v. misce cum Sale Armonico part. æq. Sublima initio igne lento, dein majori donec nullum amplius fumum ascendere videas. Sublimato affunde Aquam com. collocaque in MB. tepido hor. 24. unde subtilis Pulvis in fundo subidet, iteratis Ablutionibus edulcorandus.

N. 1. Hic Pulvis igni Fusionis subiectus comburitur partim, partim in bonum Cuprum funditur. Vide Basilium in repet. Lap. Pp. p. 153.

N. 2. Eodem modo & Terra Vitrioli Martis tractatur, unde Sulphur combustibile Martis. Keslerus l. 1. c. 44. Eodem modo fit ex Venere. Ita ex Sulphure Vitrioli fit Narcoticum Managetta.

Virtus Substantiæ hujus cupræ est mundare Plagas putridas, incarnare, & Cicatrices inducere. Sula de Vitriol.

2. Flores ex Sulphure Vitrioli.

℞. Sulph. Vitrioli (dulce) sublima, sine additamento ex Sublimatorio humili paulatim id injiciendo, Alembico scilicet ablato, & rursus reposito.

3. Flores ex Vitriolo crudo.

Fiunt eodem modo cum Sale Armonico.

V. PRÆ-

Retortam transportatis: Ab his ergò habet crassitiem & colorem obscurum. Est itaque Oleum Vitrioli nil aliud quàm Acidum ejusmodi Sulphuris per adherentes particulas Minerarum metallicas concentratum, & in tale Concretum redactum. De Oleis Vitrioli Autoris, quæ nil valent, conferatur epicrisis HOFFMANNI in isto loco.

IV. SUBLIMATIO. Per Sublimationem ex Capite mortuo, restitante post destillationem Spiritus & Olei, & extractionem Salis, seu Terræ Vitrioli bene rectificatâ, cum ana Salis Ammoniaci optimè parantur Flores coloris Aurantii. Conf. AUTOR, de Sublimatione Vitrioli No. 1. Sublimationi hujusmodi multum tribuit Nobilissimus BOYLE, in sua Philosophiâ Experimentalis: Primum Ens Veneris vocat, & huic ad pauca grana usurpato singularem vim anodynâ, febrifugam, in specie antiquartiam, antiscorbuticam &c. tribuit. Scilicet hoc in passu imitari satagit HELMONTIUM, qui in locum Lapidis Butleri suum Drif substituit, quod parare eum ex Vitriolo volatilifato, idque mediante Sale Ammoniaci, plures autumant; conferatur MARCI in Philosophiâ Veterum ressit. pag. 545. qui hoc modo per Sal Ammoniacum parare hoc Remedium ipse in Epist. ad B. D. MICHAELIS fassus est. Conf. M. A. N. C. Ann. 4. & 5. pag. 91. & Anno 6. & 7. Append. pag. 70. Sed verum ut fatear, nondum tam singulares effectus ex hoc Remedio videre vel observare licuit; unde vel aliud fuit Drif Helmontii, vel malè substitutum miraculo illi Lapidis Butleri. Potius Vitriolum Veneris dat Flores vomitorios: ex Vitriolo autem Martis sublimari possunt Flores anodynâ antiquartii & stomachales. Quidam cum Sale Ammoniaci tantum Sulphur Vitrioli ascendere volunt; sed minus rectè; sublimantur tantum particule metallicæ: nam si eliciantur & eluantur cum Aquâ communi hi Flores, & fundantur cum Sale Tartari, abeunt in Metallum.

V. PRÆ-

F. PRÆCIPITATIO.

Unde

1. Terra Vitrioli ochrea.

W. Vitrioli pur. q. v. in Aquâ Font. stetque aliquandiu; sic vel sponse suâ subsidebit Terra Vitrioli inſtar Ochrea.
(Terra Vitrioli dulcis in Excoriatis utilis.)

2. Sulphur Vitrioli dulce.

W. Vitrioli puri q. v. solve in Aquâ calidâ: Solutioni affunde guttatim Oleum Tart. (alij Lixivium ex Cinerib. clavell.) & præcipitabitur Sulphur Vitrioli, quod edulcoratum exsicca.

Vires. Confert Affectibus Pulmonum, mundificat Plagas putridas, Cicatricesque inducit. Hartmannus in Croll. Sala in Vitriol. Temzelius, Keslerus 4. c. 69., 3. c. 10.

(Loco Vitrioli sumi potest Vitriolum Martis, quod solum & præcipitatum, Sal viride dabit ad Vermes singulare.)

3. Sulphur Vitrioli purgans.

W. Vitrioli opt. q. v. affunde Pblegma Vitrioli, vel Aquam destillat. ad eminent. digit. 4. stent in digestionem, & subsidebit Terra: filtra, in Filtraturam infilla Oleum Tart. p. d. & præcipitabitur Sulphur Vitrioli: decanta Liguorem, & edulcora Sulphur Aquâ tepidâ, atque exsicca. Keslerus.

Dosis à g. 5. ad 10.

Eodem modo fit & Sulphur Vitrioli Martis purgans, illud sic solvendo in Pblegmate Vitrioli, defacando & præcipitando cum Ol. Tart. Keslerus 1. c. 38.

V. PRÆCIPITATIO. Ex Vitriolo tandem & Sulphur dulce anodynum, & ex hoc Tincturam plures parare gestiunt; quale Sulphur Vitriolum obtinet ratione Mineræ suæ metallice Martialis & Veneræ. Post PARACELSUM & HELMONTIUS hoc ipsum imprimis extollit, qui Ignem Veneris, & inde paratam Tincturam, Oleum Ignis Veneris appellat, cujus vestigiis insistere nititur POLEMANNUS. Sulphur ab HELMONTIO vocatur, quia est inflammabile, antequam figitur: dulce, quia sapore admodum dulci debet esse instar Sacchari: anodynum propter vires, quas debet habere, anodynas, dolores & furorem Archei sedativas.

Ratione Corporis metallici hoc Sulphur parari debet ex Venere: ut ut enim omnia Sulphura vi anodynâ convenient, quam vim Sulphur Antimonii fixum etiam habet; interim tamen specialiter ex Venere elicitor Sulphur hoc, partim quia facillimè præ aliis Metallis ex Venere elicitor, partim quia est nobilissimum pro vi anodynâ Sulphuris fixi metallici. Martiale est terrestris, Jovis verò nimis est volatile. Quando ergò Venus corroditur per Spiritum Sulphuris, solvitur compages in Vitriolum, & Sulphur Veneris extravertitur, quod patet ex colore cœruleo.

2. 3. Præparationes AUTORIS, quæ ridiculè à quibusdam pro Sulphure Vitrioli anodyno habentur, sunt multæ: Nam Sulphura Num. 2. & 3. sunt nihil aliud, quàm Præcipitationes Metallii in Vitriolo contenti, antea corroſi à Spiritu Sulphuris embryonati, unde loco virtutis narcoticæ interdum solet excitare Vomitus. Sulphur Num. 3. simul est purgans per superiora & inferiora.

4. Illud Sulphur fixum, quod Autor habet Num. 4. à multis decantatur, idque desumptum ex HARTMANNO in eisdem Tradt. de Opio Theorem. 7. 8. & 9. & cujus genuina est descriptio ZWELFFERI in Mant. pag. p. 395 & KESLE-RO, nil reverà valet. Si enim Processus hos consideremus, nil aliud acquiritur, quàm portio substantiæ metallicæ à Vitriolo separatæ & præcipitatæ, ut rectè ostendit HOFFMANNUS in Clavo pag. 364. & reverà nil valet, unde etiam in Præparatione & Usu ejus cautè procedendum, cum interdum Vomitus excitet, teste D. MICHAELIS.

Maximè tamen laudatur Sulphur Vitrioli dulce & anodynum Robellii:

F. Vitrioli opt. §. jv.

Solvatur in Aquâ calidâ, filtretur, & cum Lixiv. Ciner. faginar. præcipitetur: Liguore claro decantato, Pulvis præcipitatus probe edulcoretur cum Aquâ, & exsicceetur: cui affundatur Spiritus Vini, digeratur per aliquot dies & noctes in calore leni: Spiritus tinctus decantetur, & ad Mellis consistentiam, aut ad siccitatem abstrahatur.

Dosis gr. j. iij. vj. ad ix.

Quidam Sulphur hoc præcipitatum in Aquâ Calcis vivæ iterum solvunt, cum Aceto destillato præcipitant, & cum Aquâ calidâ edulcorant.

Queritur ergò: quâ ratione Sulphur ex Vitriolo Venereo extra-

4. Sulphur Vitrioli fixum, seu Martiale.

W. Limatur. Ferri puriss. sine omni pulvere p. 1.

Vitrioli Ungaric. corul. aut Vitrioli Veneris p. ij.

Trita misce & imbebe indendo in Vitrum cum Aceto destillato, ut supernates digit. 2. Coque & coagula ad siccitatem Igne Arenæ: in fine ad candescentiam usque urgeatur.

Huic Pulveri affunde aliud Acetum destillatum ad eminent. 4. digit. ac extrahe Colorem s. a. In hoc tincto Aceto destillato delitescit Sulphur Vitrioli combustibile (quod evaporatione & dulcoratione experiri poteris.) Instilla Oleum Tart. p. d. sic Sulphur Vitrioli illico præcipitabitur & figetur. Edulcora Aquâ com. Hartmannus in Croll. Temzelius.

Ex hoc Sulphure Vitrioli fiunt Anodyna, Laudani nomine insignita.

Præcipitabitur & Pulvis spadicæ coloris, si Oleo ex Sulphure Vitrioli dulci destillato Acetum destillatum infillaris. Vide Oleum ex Sulph. Vitrioli.

VI. SALIFICATIO.

Unde

Sal Vitrioli.

Vitriolum Ungar. corul. in Crucibulo calcina, donec in Pulverem obscure purpureum abeat. Huic ita calcinato affunde Aquam com. sensim agitando, ne in fundo conglomeretur, donec Aqua (quæ calida evadit, ac si Calei vivæ superfusa fuisset) refrigerat. Stent ita 24. hor. postea filtra per Chartam,

versum acquiratur. Resp. Fundamenta, quibus HELMONTIUS innititur, & præparandi ejus ratio serè in his consistit, quantum quidem ex ejus Scriptis hinc inde sparsim colligere licet. Nempe (1) accipit Vitriolum Veneris, quia in hoc per solutionem Spiritus Sulphuris embryonati apertum est nonnihil Corpus Veneris, & ejus principium sulphureum quasi extraversum, ut faciliùs hinc separari queat. (2) Sulphur hoc extraversum sublimando separandum est à suo concreto: quod HELMONTIUS nunc per Sal volatile Urine facere nititur, nunc arcano modo destillando Vitriolum in Spiritum viridem. (3) Volatilissimum ita Sulphur perfectè extrahendum est per Medium sibi amicum & proportionatum, ut sunt Salta alcalia, quia ex fundamento sulphureo oriuntur, in specie fixa volatilissata; hinc Salis Tartari volatilissati tanta in hoc puncto est præ eminentia. (4) Extracta sic Sulphura per Spiritum Vini faciliè exaltari possunt in Tincturas.

Confirmat hoc HELMONTIUS Tr. Buttlers, & STARCKEY, qui modum docet eliciendi Sulphur Veneris ex Terra Vitrioli Veneris dulci, bulliundo eandem cum Sale Tartari fixo: hinc & POLEMANNUS Tr. de Sulphure Philosoph. Veneris, ex Spiritu Vitrioli Veneris elicit Sulphur mediante Sale Tartari.

Interim cum plura hinc requirantur & præsupponantur, non à quibusvis acquirenda, v. g. Spiritus Vitrioli viridis, item volatilissatum Sal Tartari, hinc alii per Sal Ammoniacum Terram Vitrioli dulcem sublimando, & hinc ulterius vel præcipitando & extrahendo parare analogum Remedium sedativum annuntiant: conf. GNOEFFELIUS M. A. N. C. Append. p. 36. & 70. Quod pariter suo modo pertinet Sedativum Archei Zwelferi, Mantif. pag. p. 339. Alij

F. Oleum Vitrioli Veneris,

addunt,

Spiritum Vini rectificatum:

Digerunt: post lentè Spiritum Vini abstrahunt, ut Spiritus Vini secum rapiat Sulphur Vitrioli ex Oleo Vitrioli: sed hoc nihil est.

Alii ex Vitriolo mediante Oleo Absinthij per digestionem extrahere nituntur talem vim anodynam, de quo vid. BARTHOLINUS Cent. 4. Epist. p. 344. quo acquiritur quidem Remedium anodynum ac sudoriferum, nullo modo tamen cum Sulphure fixo Chymicorum comparandum. Alii ex Oleo Vitrioli & Oleo Terebinthina idem conficere tentant; vid. HEERTODT Tr. Tartaro-Massig. Moravia p. 20.

VI. SALIFICATIO. Superest post Olea Caput mortuum seu Colcothar perfectè calcinatum, quod adhuc constat de Sale Vitrioli emetico, quod cum Aquâ simplicis elixivando separatur, restante tunc Terra Vitrioli dulci. Sed observetur Encheireſis in elixivatione Salis, & in distillatione Spiritus Vitrioli, Ignis regimen: nam si forti Igne urgeatur Oleum ex Vitriolo, aded ut Caput mortuum sit nigrum, nihil Salis poterit elici ex eodem; sin moderatori Igne urgeatur, & remanet

tam, fiatque Exhalatio super Ignem lentum donec Sal in fundo reperitur siccum, & coloris quodammodo incarnati. Hoc pulverifando in albedinem vertitur.

Idem Sal potest extrahi ex Capite mortuo Vitrioli in destillatione Spiritus residuo.

N. 1. Si Vitriolum calcinatum non fuerit nigro-purpureum, sed tantum instar Boli Armenæ, nihil extrahet præter Vitriolum ejusdem coloris, ut fuit antea (nec habebis Sal album). Nimiã econtrà Calcinatione omnibus acidis spoliatum Spiritibus, non multum Salis, quod Vomitum concitet, dabit.

N. 2. Terra residua (corpus exanime vulgò) maximè est virtutis in Diarrhœa & Dysenteria.

Vires. Sala Vomitorium hoc ad Cælum usque evehit, in Epilepsia, aliisque Cerebri Symptomatibus ex corruptis & acerbis è Ventriculo sursum Vaporibus ortis. Item in Pleuresi, Febris peñentialibus, Lipothymia à replezione Humorum corruptorum, & effervescentia Bilis circa orificium Ventriculi, in Epate, Liene, & Renibus obstructis.

Idem Sal Naribus inspiratum Sternutationem egregiè ciet, citra vim Cerebrum ferolis suis Excrementis expediens.

Dosis à ℥ss. ad ℥ij. vel ℥ij.

Sala in Tern. Emet. Quercetanus in Tetrad. & in Fbarm. rest. cap. de Vomitiis. Sennertus Inst. Beguinus.

N. Sal Vitrioli ex solo Capite mortuo ex quo Flores Sulphuris elevati sunt à ℥ss. ad ℥ij. exhibitus (in Aquâ Panic. vel Vino) conciliat facillimè Vomitum, interdum & Sedes, & Sudores. Hartmannus in Croll.

manet prunnei vel purpurei coloris, elixivari potest ex eodem Sal vomitivum. Sal Vitrioli etiam simplici Vitrioli calcinatione, sub qua Spiritus & Oleum exhalant, facile parari solet modo ab AUTORE insinuato. Sal hoc Vitrioli est saltem Vitriolum quoddam summè depuratum & concentratum, quod propter defectum humiditatis non potuit in Spiritum abire, observante hoc ZWELFFERO in Animadvers. in Pharmac. August. p. 409. & in Mant. spagy. p. 336. ubi sufficienter demonstrat, id, quod elixivatur, non esse Sal fixum, sed tantum Vitriolum. In hoc Substantia Acidum solvens arctius colliguata minus de Substantia minerali participat, tantum tamen hujus retinet, quantum pro consistentia crystallina ipsi aded necessarium est; & ab ipsa minerali metallicâ Venera Substantia vis ejus emetica oritur. Unde interdum si aliqualis Aëri ad hoc Sal pateat accessus, viridescere denuò, & nativam Vitrioli formam exhibere incipit, nisi benè sit præparatum. Ex hoc, nempe Sale resoluto ab Aëre, oritur Spiritus ille Vitrioli regeneratus, de quo supra dictum.

Usus ejus est simpliciter vomitorium, in quem finem mirè extollitur ab ANGELO SALA, qui illud in Ternar. Vomitorium, Manam Vomitoriam appellat, ut Dosi ℥j. longè præferat aliis. Sed quia nauseosissimum est hoc Remedium, & quod usurpatum non solum tamdiu, quamdiu Vomitus durat, sed etiam diuturna, per aliquot dies & noctes, imò septimanas, sui vestigia nauseosa in Stomacho relinquit, hinc & Pulmonibus inimicum est propter Venerem, & Pectus valdoperè stringit, Ventriculi tonum prostermit, Appetitum hebefacit, continuum fœtorem in Ore excitat, &c. cum & tutiora omnino Vomitoria Antimonialia prostant; hinc nemini Autor sum, ut hoc utatur Sale pro Vomitorio: utut ANGELUS SALA, MOEBIUS & alii ceu optimum Vomitorium adhibeant, item LANGIUS & FABER in Paroxysmo apoplectico præscribant, sed non sine periculo & nocumento. Potius admitterem ejus Usus externum in Ulceribus cacoethis, in Sinubus & Fistulis purgandis; sicut in Ulceribus malignis commode permiscetur cum Emplastris & Unguentis, & applicatur Membro affecto, ubi præsentem est Remedio. Parmicum & Sternutatorium non inconueniens est, si vel Sal Vitrioli, vel ipsum Vitriolum purificatum ad albedinem calcinatum, vel Terra Vitrioli, Sale suo adhuc imprægnata, tantillum Naribus hauriatur, aut formâ Pulveris, cui admixta aliquot Vegetabilia suaveolentia, aut in Aquâ Liliorum convulsivum, aut aliâ appropriatâ, solum; scilicet in Aquâ cujusdam ℥ss. solvendo Salis ℥j. Aqua hæc Naribus hausta excitat Phlegma ex iis, & harum obstructionem mirificè aperit.

Extracto Sale per repetitam cum Aquâ calidâ elixivationem, quod remanet Colcothar, aliàs Terra Vitrioli dicitur: quæ uti ordinariò post calcinationem vel destillationem remanet, ita similis omnino Substantia etiam per præcipitationem mediantibus Alcalibus obtineri potest, & tunc quidam Sulphur Vitrioli anodynum esse, ridiculè credunt; uti ex AUTORE ubi de Præcipitatione Vitrioli, & supra dictis patet: quod tamen nihil aliud est, quam Crocus Martis vel Veneris. Est scilicet pars Mineræ metallicæ residua post separationem

VII. EXTRACTIO.

Unde

TINGTURÆ, seu ESSENTIÆ
SIMPLICES, & EXTRACTA.

1. Extractum Vitrioli Narcoticum anodynum.

R. Vitrioli pulverif. ac lento calore ad albedinem usque efficit. ℥ss. affunde Spirit. Vini opt. rectificati ℥xxx. (N. Nulla Humiditas præter Spiritus Vini accedat, Vaque sit siccissimâ, alioquin incassum laborabis.) Sepelito in Fimium equinum per mensem. Decanta postea à Fœcibus absque perturbatione, & destilla in Mar. Baln. ad residendum usque Liquoris flavo, Oleo destillato non absumilis. Tunc cessa, & quod prolectum est, serva. Liqueorem resitantem benè occlusum quoque in usum reponere, qui pretiosum Extractum est.

Vires. Extracti illius usus est narcoticus & anodynus, potentia Opio cedis, sine periculo tamen reprimit & coagulat vapores subtiles venenosos, Epilepsiam causantes, idque specificè.

Dosis à gut. 6. ad 8. & 12. cum Liqueore conveniente. Sala in Vitriolo.

2. Essentia Sulphuris Vitrioli.

R. Pulverem spadicæ coloris (Vide Oleum ex Sulph. Vitrioli) digere cum Spiritu Vini in loco calido (Vase clauso) per

Spiritus sulphurei, à cujus corrosione transmutatum fuit Metallum in Vitriolum; separato ergò Spiritu remanet Minera à Spiritu corrosa, & vocatur Crocus Martis vel Veneris.

Hæc Terra Usus habet internum & externum. Internè ea saltem recipienda, quæ ex Vitriolo Martiali residua est: ex Vitriolo enim Veneris admodum emetica esse solet, cum ista ex Vitriolo Martiali, ceu optimus Crocus Martis adstringens, aut Terra quædam quasi sigillata, in Dysenteria & Diarrhœa commodè adhiberi queat. Externè in Chirurgia est egregium Remedium, quod absorbeat Ulcerum & Vulnerum Fermentum acidum, indeque ad consolidationem perducat. Nempè, ut docet HELMONTIUS Tract. Scab & Ulcer. Schol. §. 35. & 36. quod pro Ulcerum medella sit usus Colcotharis diversimodè juxta Ulceris differentiam, sive cum eodem in Vino macerato Ulcus abluatur, sive Pulvis ejus inspergatur, sive cum Oleo Lini aut Hyperici in Linimenti consistentiam redigatur. Unde ingreditur Balsama Vulneraria, Emplastrum Stipticum Crollii, Emplastrum Opodeldoch Paracelsi, & Emplastrum consolidans Ludovici, & Unguentum Purpureum Felicis Wurzii: sicut & D. LANGIUS habuit Balsamum Vulnerarium ex hac Terra Vitrioli dulci, magnarum virium. Caput mortuum seu Terra Vitrioli, si imponatur Matulæ, & deponantur Feces alvinæ in illam, est egregium Experimentum in Dysenteria, & fuit Secretum CNOEFFELII.

VII. EXTRACTIO. 1. Sulphur Vitrioli anodynum in liquida Tinctura formâ præparari à quibusdam solet, idque etiam variis modis, non tamen vel aded singularibus, vel in singulare aded Anodynum largientibus. Cum Spiritu Vini ex Vitriolo talem Tincturam parare vult HOFFMANNUS Clav. pag. 364. item AUTOR Num. 1. Alii ex Colcothare mediante Spiritu Vini eliciunt; de quo vid. TACHENIUS Hipp. Chym. Edit. 2. p. 120. Alii sequentibus procedunt modis.

℥. Vitrioli p. ij.

Tartari p. j.

Destilletur Spiritus, cujus & Spiritus Vini rectificati ana part. æqu. per cohobationem uniantur pro Menstruo. Jam

℥. Terra Vitrioli per Ol. Tartari præcipit. ℥i.

affundantur

Liquoris illius ℥ij.

Fiat in Vase exactissimè clauso Digestio calore blandissimo, & Balneo Vaporoso, usque du n Menstruum rubedine intensiori tinctum conspiciatur: quæ Tinctura decantanda, filtranda, & tertia vel media Menstrui pars abstrahenda, & pro usu servanda. Alii

℥. Terra Vitrioli dulc. ℥ss.

Sal. Tartari puriss. ℥iij.

Mista in Retorta, committantur Igni aperto, quo successivè aucto fiat Destillatio, & tunc guttatim prodit Oleum rubicundum, quo tempore Ignis augendus, imò suppressionibus per 4. vel 5. horas dandus. Oleo huic insilletur Acetum destillatum & sic præcipitetur Sulphur Vitrioli in Pulverem rubicundum: è quo edulcorato, exliccato, cum Spiritu Vini rectificatissimo, interveniente Digestione

per dies ac noct. 8. sic dulcissima *Essentia Sulphuris Vitrioli* tandem supernatabit in formâ Olei, quam à Spiritu Vini separa per Tritorium, & serva.

Vires. Hæc dulcissima *Sulphuris Vitrioli Essentia* æquipollet viribus suis *Tincturæ Antimonii*, & mirabiles effectus facit in *Aquâ Mellissæ*: noxios Humores totius Corporis expellit per insensibilem Transpirationem, Venerem stimulat, Uterum roborat, ejusque motus inordinatos sistit, & in utroque Sexu prolificam vim Seminis ad Liberos generationem operatur. In *Aquâ Petroselinæ* idem bene præstat: sed insuper Hydropem curat.

(Ad Hæmoptoën, Diarrhœas, Dysenteriam, Uteri Hæmorrhagiam, Fluxum album æquè commendatur.)

Usus autem istius *Essentiæ* aliquandiu continuandus est.

Dosis gr. 1. usque ad 4. Hartmannus in *Pract. loca de Leprâ, A. enzelsus de Sulph. Vitrioli, Keslerus 4. c. 69.*

3. Alia Tinctura, Manna Vitrioli dicta.

V. *Vitrioli purificati* q. v. extrahe *Tincturam*, digerendo cum Spiritu *Vitrioli subtilissimo essentificato*, i. e. proprio Sale alcalificato; filtra, coagula, & habebis *Mannam*, seu *Tincturam Vitrioli flavam*.

N. Hanc *Tincturam*, si cum Spiritu Vini circuleris, *Oleum* supernatabit, quod per Alembicum destillatum, ac iterum cum Spiritu Vini circulatum, fragrantissimum evadit.

Vires. Nec minores vires habet, nec minorem laudem meretur, quàm *Essentia Sulphuris* præcedens.

4. Tinctura, seu Oleum.

V. *Vitrioli viridiusculi* quant. satis magnam, educ *Pblegma* ac *Spiritum* per Cineres cum educto Liquore, ex *Capite mortuo* extrahe s. a. (etiam in loco frigido, sæpè tamen commovendo) *Tincturam viridiusculam*, quam cautè decantatam destilla ad Mellis consistentiam, atque Aëri frigido, ut in *Crysallos* concreseat, expone.

N. Si *Menstruum* ad Extractionem requisitum deficiat, Destillatione id abstrahere ad Extractionem continuandam.

V. *Crysallos proxime præcedentium* ℞. iiij. vel iv. & c. circula cum Spiritu Vini opt. rectific. Vale H. c. Deinde destilla per Alembicum ex Igne Arenæ, hinc cohoba, insuper affundendo Spiritum *Vitrioli*, destillaque per Retortam gradatim per dies 4. ut exsillet post Spiritum & Oleum *rubicundum*; Spiritum Vini abstrahere in Mar. Baln. Spiritum *Vitrioli* in Cinere, & restat *Oleum* seu *Tinctura rubicundissima*.

Vires. Admirandarum est virium adversus omnes *Ægrotudines* in crassiore materiâ sedem habentes. *Quercetanus in Tetrâ.*

5. Tinctura Magisteriata, seu Magisterium Vitrioli.

V. *Tincturam præcedentem*, conjunge cum proprio suo Spiritu *Vitrioli*, (qui inde abstractus) digere aliquandiu, sic dulcescet. *Quercetanus.*

Vires. Remedium est nunquam satis laudandum, idque præcipuè, si *Aurum philosophicè solutum* adjectum fuerit: prodest enim adversus Epilepsias, akralesque omnes Affectus, Apoplexiam, Paralytin, Vertiginem, Maniam, Ecclasin, Syncopein, Cachexiam, Hydropem, Calculum.

Dosis gutt. una ac altera. *Quercetanus in Tetrâ.*

6. Eadem Tinctura, aliter.

V. *Sal vitriolicum* (ex *Capite mortuo illo reverberato extractum ac opt. depuratum*): affunde Spiritum *Vitrioli* (in

sione trium septimanarum *Tinctura* extrahitur, quæ sub formâ Olei Spiritui Vini supernatat, per Tritorium separanda.

Sed quævis hæc & aliæ hæcenus cognitæ hujusmodi Sulphurum & Tincturarum Præparationes nullo modo attingunt encomia, quæ suo Sulphuri Veneris attribuit HELMONTIUS, unde & longius ab ejus excellentiâ abesse, manifestum est.

Tinctura AUTORIS nihil aut parùm valent. Ex Terra *Vitrioli dulci* paratur *Tinctura Adstringens*, quam habet SENNERTUS in *Insitut.* Vulgò in Officinis *Tinctura Sulphuris Vitrioli* vocatur, sed malè, cum propriè loquendo nil aliud sit, quàm *Tinctura Martis adstringens*. Fit hoc modo:

Recipitur nempe Terra hæc *Vitrioli dulci. Martialis* (nam *Vitriolum Veneris* semper Vomitus excitat:) affunditur huic

Tom. IV.

præparatione *Tincturæ* reservat um) ad eminent. 2: digit. digere ac destilla, hinc novum Spiritum affunde, digere, destilla, idque repete donec pars volatilil superet fixam, secum evehat, atque *Sal com. fixum* volatilifet. Hoc *Sal com. Vitrioli sublim.* imbibe ac incorpora cum Oleo seu *Tincturâ illâ*, digereque in Athanore per gradus, ut uniantur, & per colores ad purpureum tandem deveniant. Est opus aliquot mensium.

Vires. Est *Elixir* seu *Medicina universalis*, summè penetrans ac fixa, ad curationem deploratissimorum Morborum sufficiens.

Dosis gutt. i. ac altera. *Quercetanus in Tetrâ.*

Mediante hoc *Vitrioli Lapido* reducitur *Aurum* in suam primam substantiam, unde tandem exurgit *Medicina universalissima*. Vide ibidem in *Tetrâ.*

7. Magisterium Vitrioli.

V. *Vitriol. opt.* q. v. destilletur more usitato Spiritus cum Oleo per retortam, simul rectificetur. Cum *Pblegmate* (vel *Aquâ destillat.*) *Sal com. ex Capite mortuo* extrahatur; *Pblegma* destillando à *Sal. com.* separatur, cum aliquot cohobiis & digestionibus. Hinc

V. *Sal. com.* p. ij. *Spir.* vel *Olei Vitrioli* p. i. Ponantur in Phialâ in Mar. Baln. ut Aquositas exhalet, idque tantisper repete, donec *Sal* tantum Olei imberis, quanti ponderis primò fuit. Hinc in Phialâ hermetice clausâ per dies 8. digeratur, tandemque in Cineribus collocetur per dies ac noct. 14. ad coagulandum. *Sennertus Insitut.*

8. Magisterium ex Tincturâ & Spiritu Vitrioli.

V. *Vitriolum in se calcinatum*, extrahe *Tincturam* affundendo *Acetum destillat. optimum*; *Acetum destillatum tinctum* decanta, destillaque ad siccitatem, & manebit in fundo *Pulvis rubicundus*, quem pone in Retortâ, adhibito Receptaculo grandi, dando Ignem per gradus decentes: egredietur *Spiritus flavus*, postea *rubicundus*; continuetur Ignis eodem gradu donec appareant *Spiritus albi*, tunc cessandum. His *Spiritibus* imbe *Terram* in Retortâ restitament, (potius *Sal com. ex Terr.*) digerendo, imbuendo, donec Spiritus & Anima proprio Corpori restituantur. Hæc tandem in Vase H. clauso digere per dies ac noctes quadraginta, donec figantur.

9. Tinctura Vitrioli Cyprii, seu Magisterium Veneris.

1. Digeratur Vitro clauso per duos menses Igne gradatim aucto, donec varii Colores appareant, postea flavedo supremæque rubedo, hac enim viâ *Viriditatem Leonis* custodies, & ad exteriora vertes. 2. *Tincturam* ab hoc Leone cum Spiritu Vini extrahe. 3. Divide eam in partes secundas. Unâ desiccetur & *Sanguis* restans in formâ *Pulveris*: figatur per gradus in *Terram rubram*. 4. Partem alteram *Tinctura liquidâ* putrefac per 3. hebdomadas abstrahere per Cohobationem cum reliquo Spiritu Vini tincto, eundem Processum servando. 5. *Liquorem remanentem* urge per Retortam donec *Oleum benedictum* exeat, quod aliquoties rectificet. 6. Cape *Terrâ superioris fixatâ* p. ij. *Ol. benedict. Vitrioli* part. i. figilla Vas H. S. digere in Cineribus, donec Animam suam Corpus receperit coagulâritque, tunc novum *Oleum* suffunde, coagula ut prius per 10. dies. Tandem fige ad quartum usque gradum Vulcani, & per 3. dies in fluore detine. Habebis *Lapidem rubrum*, fixum absque fumo, tingentemque summam Medicinam.

Ex communicatione S. *Clossæ*.

GA-

Spiris. Salis vel *Nitri*, vel, quod melius est, *Spiritus Salis compositus* (paratur ex Sale marino, Nitro, & Alumine, addito duplo Boli)

& solvitur; Solutio filtrata per Retortam abstrahitur ad consistentiam Mellis seu Pultis, cui affunditur

Spiritus Vini rectificatus:

Digeruntur aliquandiu. *Tinctura* egregiè rubens filtratur, & usui adservatur. Potest & abstractione *Spiritus Vini* ad medietatem concentrari.

Egregii usûs est in quibusvis Hæmorrhagiis compescendis, imprimis Scorbuticorum, item Uteri. Conducit etiam in Vomitu nimio, Diarrhœâ, Dysenteria, sive interiùs à gutt. x. ad xx. assumatur, sive in Hæmorrhagiis externè cum aliis applicetur, aut etiam Naribus indatur cum *Lintolo*, &c.

C A P U T XXVII.

D E A R S E N I C O .

Rstantè Mineralibus Secundariis Mineralia sulphurea ac inflammabilia .

Hæc fiunt ex Perittomate macrocosmico , pingui , respondente in Phytologiâ Oleis , Refinis , Gummatibus : in Zoologiâ Pinguedini Axungiaqua abundantanti , Excrementisfoe Pinguedinem referentibus v. gr. Aurium .

Suntque

1. ARSENICUM . 2. SULPHUR . 3. AMBRA . 4. SUCCINUM . 5. SPERMA CETI . 6. ASPHALTUM . 7. NAPHTHA . 8. PETROLEUM . 9. CARBOPETRÆ . 10. GAGATES .

C A P U T XXVII.

D E A R S E N I C O .

Arsenicum reverà est Concretum quoddam simpliciter minerale , maximè sulphureum , sed simul corrosivum , volatile tamen & ponderosum , ex Corpore metallico Mercuriali & Substantiâ sulphurè acidâ volatili , hac solvente , illo soluto , invicem sociatis : ita quidem , ut in Substantiâ sulphurè volatili Acidum magis extraversum sit , quod solvat , & solutam simulque concentratam Substantiam metallicam secum elevet ; omnia enim Subjecta mineralia sulphurea in recessu habent Acidum . Uno nomine : *Arsenicum propriè dictum ex Cobalto extractum , sit per Acidum Sulphuris , rodente Corpus metallicum minerale , plùs minùs impurum ac perfectum . Cobaltum enim Igni subjectum ac calcinatum , Fumos copiosos de se spargit , qui Ædificiorum tectis sub formâ Florum albissimorum excepti , perfectissimum præbent Arsenicum . Dum itaque Acidum Sulphuris rodit Metallum , arctè cum eo sociatur , & hinc in Concretum volatile , & inflammabile , ponderosum , in se corrosivum , abeunt . Summè volatile fit propter abundantiam Sulphuris ; in Corpus inflammabile fit propter particulas oleosas Sulphuris ; ponderosum est propter Metallum ; corrosivum verò propter particulas Sulphuris acidas magis extractas .*

Probantur hæc :

1. A Pondere Arsenici singulari , quale ferè Metallicis aut Mercurialibus corporibus convenit .
2. Luna Cornea dicitur arsenicale Concretum , ex quo facile Arsenicum Lunæ parabile (de quo videatur BECHERUS Supplem. 2. pag. 74.) propter Acidum volatile sulphureum ex Sale communi illi adhærens , & secum in Arsenico volatilifans : nimirum si Luna solvatur in Aquâ Forti , & præcipitetur cum Sale communi .
3. Hinc etiam Metalla , v. g. Luna , item Aurum per Sulphur tractata , volatilia redduntur , & Arsenica artificialia constituunt ; videatur TACHENIUS Hipp. Chym. pag. 8. non secus ac Sulphura arsenicalia ex Mineris metallicis quibusvis effumare , & de Metallo simul volatilifare solent , quod vocant Germ. *rauben* : idque tam in Solaribus , quàm Lunaribus Mineris , teste ERCHERO in Bergbuch p. 302. Unde & Arsenicum Fumus Metallorum dici solet , sicut etiam rectè ab AUTORE nostro Fuligo quædam mineralis pinguis & inflammabilis vocatur .
4. Mercurius Vita propter dictas rationes etiam arsenicale Concretum dicitur à BECHERO , & Mercurius sublimatus non ineptè quasi Arsenicum habetur artificiale , saltem ob terrestrium particularum , in Arsenico aliàs copiosiorum , defectum acris . Probat hoc etiam
5. Mechanica : Si enim cum Alkali quodam fixo Sulphur ejusdem corrigitur , obtinetur pars ejusdem metallica ponderosa , quasi Concretum semi-Saturninum : vel hujus loco cum Sevo , Pinguedine humanâ , vel Oleo , aut utroque composito , Sægmate imprimis Veneto , similiisque , quæ Acidum Sulphuris infringunt , Arsenicum miscetur , & ita per Retortam destilletur , quo nempe corrosivi Spiritus in Arsenico saturantur , in collum Retortæ sublimare se assolet : Vel , quod alii faciunt ,

V. Arsenici ℞. j.

Cin. clavellat. ℞ss.

Incorporentur cum ℞j. Saponis , & calcinentur in Crucibulo ; sic Regulum metallicum relinquunt : qui Venetè additus , facillimè huic se commiscet , seu , ut vocant , illam ingreditur , & dealbat instar Lunæ , sed fugaciter ; quatenus abundat Sulphure Venus , cujus Acidum sa-

A R S E N I C U M .

Arsenicum , Fuligo sive Succus est mineralis , pinguis , inflammabilis .

Dicitur & Auripigmentum . Græcè Αρσενικόν , ἀρσενικόν . Arabicè Harnet , & Zarnich . Germ. weißes Kattentpulver Hutenrauch . Gall. De l' Arsenic , ou Poudre aux Rats .

Genera ejus tria recensentur , Album videlicet (Arsenicum in specie sic dictum , seu Arsenicum Crystallinum) , Citrinum seu Flavum , (Resigillum , Auripigmentum) tertio Rubrum , Sandaracha .

Ex his Album in Medicinâ usitatissimum est , Flavum raro , Rubrum rarissimè . Eligatur Album Crystallinum , ponderosum , durum , purum , ad lacteum colorem tendens .

N. Arsenicum Crystallinum factissimum est , sitque sublimando

curatur Mercuriali hoc Concreto Reguli arsenicalis , dum sub illâ tractatione per Alcalia , vel Olea sub deflagratione alcalifata , Spiritus Arsenici corrosivi saturantur , vel imbibuntur ab horum Alkali , ut Concretum metallicum sic separetur .

Simili ferè ratione etiam Arsenicum sublimatum Lunam colore lurido tingit . Acidum sanè in Arsenico manifestè , præter dicta , se exhibet in summâ ejus corrosivitate , cujus ratione quorumvis Animalium existit Venenum , & speciatim in Homine Tormina , Vomitus , Dejectiones , &c. sui intra corpus usu excitantur . Acidum hoc coincidit cum Acido Sulphuris embryonati , in Sulphure tamen communi , Pinguedini seu Bitumini Terræ commistum , Concretum volatilius , indeque promptius inflammabile constituit . Arsenicum econtra minus Pinguedinis obtinet , magis Acidum ejus cum metallico Mercuriali Concreto coaluit , unde respectivè minùs , quàm Sulphur commune , inflammabile aut volatile esse solet . Mercuriale verò Corpus metallicum & ipsum ex Metallis , dum ferè adhuc sunt in fieri , oriri videtur , adeoque & Cobaltum Luna immatura , sed maturum Arsenicum , rectè dici solet : hinc etiam Minera Lunæ , quæ vocatur Germ. *Rotbgulden Erztz* , de copiosa Lunâ , simulque Arsenico , participat , ita ut sub Fusione evolet Arsenicum .

Commune ergò & ordinarium Arsenicum est , quod Fumi instar ex Cobalto , eisque Mineris sub horum roitione aut fusione exhalat , & in formâ candidâ nonnihil flavescente , Furnorum & Caminorum summitatibus subinde adhæret Florum instar ; unde rectè vocatur Arsenicum ab AUTORE Fuligo quædam mineralis pinguis & inflammabilis . Ex hoc , quod vocant Ger. *Arsenicaleisch-Mehl* , cum Salis communis additione & trinâ Sublimatione fit Arsenicum album , quali crystallinum .

Quòd , si verò istius Arsenici albi , non salini , sed è Cobalto desumpti , part. C. addantur part. X. Sulphuris communis , & sublimentur , evadit Arsenicum flavum seu luteum , cui cognatum est Auripigmentum , vulgò Operment , Concretum arsenicale nativum , quodque in suis Venis & Mineris deprehenditur , & similiter ex Arsenico & Sulphure communi unâ coalescente constat , & ex hoc cum Sale communi sublimando aliquoties Arsenicum album crystallinum obtineri potest .

Denique est Arsenicum rubrum , Sandaracha dictum , quod vel Nativum , cognatum Auripigmento , exque variis Mineris ferè præparatur , constans ex Sulphure communi & Arsenico propriè sic dicto ; vel est Artificiale ex communi illo Arsenico , Sulphure , & Minera singulari , Cobalto admodum cognatâ , quam vocant Germ. *Rupffernickel* , additâ confectum .

Ex quibus facile est , Differentias Arsenicorum , & varias ac multiplices eorum appellationes conciliare : v. g. veteres Græci (respectu Chymicorum hodiernorum Germanorum , juxta HELMONTIUM Alphabetarii in Metallorum cognitione dicti) unicam tantùm Arsenici speciem , & quidem solum Nativum ex Mineris suis erutum , cognitum habuerunt ; idque vel Flavum , quod ab eleganti auro , quem habet , colore Latini sub nomine Auripigmenti , Græci Arseniki denotarunt ; vel Rubrum , quod Græci Sandaracham vocarunt , ita ut Sandaracha Græcorum nil aliud sit , quam Auripigmentum rubescens : Sandaracha verò Arabum est Gummi Juniperinum : quod bene observetur , ne fiat confusio , & loco Gummi Juniperini assumatur Arsenicum .

Ad horum similitudinem Subjecta Mineralium sulphurea cognata ferè iisdem nominibus appellarunt . Nam ex omnibus metallicis & mineralibus Glebis , dum funduntur , exhalat sulphurea Fuligo , eaque adhæret Caminorum spatiis colo-

do ex Auripigmenti scobe & Sale anaticè mixtis. Auripigmentum & Sandaracha nativa sunt, nec differunt, nisi quod Sandaracha Auripigmento sit magis in Terris excocta.

Vires. Inter Venena loca haud ultimo Arsenicum recensetur, nec immeritò, quippe præter summam acrimoniam, tantà quoque malignitate Vitæ nostræ Balsamo infestum est, ut non modò intus assumptum, sed & extrinsecùs adhibitum horrenda Symptomata introducat. Qualia sunt

Convulsiones, Manuum ac Pedum stupiditates, Sudores frigidi, Palpitationes, deliquia Cordis, Vomitiones, Corrosiones ac Tormina, Sitis, Æstus, &c. Exemplà videlicet apud Salam in Ternar. Bezoard. cap. 27. apud Schenckium, & alios.

Verùm enim verò nec *Facultatibus caret utilibus*, quas intrinsecùs in curandà Peste reliquisque venenatis Affectibus, ut & in Scabie malignà, canerosà, &c. conferre patis est, modò qua decet ratione præparetur.

Extrinsecùs adhibetur ad Partem quamvis Pilis denudandam, nonnunquam & *Cauteris*, Amuletisque admiscetur.

Auripigmenti, & *Sandarachæ Vires* eadem ferè sunt, nisi quòd in Arsenico paulùm sint mitigatiores, idque ob *Sal* in Præparatione ejus accedens.

N. *Sandaracha Arabum* est Gummi Juniperi.

PRÆPARATIONES.

Præparationis scopus eò dirigendus est, ut Acrimonia mitigata dulcescat, Auraque maligna & volatilis separetur. Huic scopo media destinata reperimus 1. SUBLIMATIONEM. 2. FI-XATIONEM. 3. LIQUATIONEM. & 4. DESTILLATIONEM.

colore plùs minùs flavo citrinove, quæ propriè *Realgar*, Italis *Risagallo*, vocatur. Ex hoc cum Sale communi per sublimationem fit *Realgar alòum* vel *crystallinum*, sicut per eundem ex Ignis artificio fit *rubrum*. Cum verò *Arsenicum nativum* constat hoc *Realgare* & *Sulphure*, & colore sit flavo, ob id Auripigmentum, reliqua ferè omnia *Arsenica* appellantur.

Fusè aliàs SPERLINGIUS Historiam de Arsenico in peculiaris Dissertatione tradidit.

Quoad Usum Arsenici: notum est quòd Arsenicum interno usu sit *Venenum corrosivissimum*, unde Cardialgias, Vomitus ac Tormina, Diarrhœas, ac mille similia Mala soleat inducere. Hinc ab usu interno Erosiones latæ & profundæ in Ventriculo observantur, teste HELMONTIO in *Tum. Pesti*, & HEINRICO ab HEER in *Spadac. p. 209*. Veteres qui commendarunt contra Asthmata, vel in substantià in formâ *Pulveris*, permisti cum aliis, sub formâ *Suffitus*, qui ab Asthmaticis haustus fuit. Hos imitatur Autor *Morborum infrequentium*, Riverii *Obs. 2. Morbor. infrequ.* ubi etiam refert, *Phibiscum quandam desperatum per Suffitum Trochiscorum ex Auripigmento factum, quem horrenda quidem subsequuta sunt Symptomata, nihilominus per veteratum usum restitutum*. Et sanè Moderni quidam per *Suffitum* cum *Tubulo Nicotiana* permistum Phthisicis ordinare volunt. Ipsemet Experimentum feci, & Phthisico cuidam *Pulveri Nicotiana* immiscui gradatim ascendendo tandem 15. grana unâ vice per *Tubulum*, idque per plures dies haurire jussi, indeque sine ullo vel minimo noceamento, utur etiam sine emolumento. Hoc saltem dicebat: ex usu hujus Fumi Dentes quasi stupescere, qui Affectus est ab Acido Arsenici oriundus. Quidam Medicus, D. MYRTHINUS, habuit *Pulverem Asthmaticum*, cui in substantià permiscuit tantillum *Arsenici*, & valde commendavit in Asthmate. Non tamen imitandus hic mos; gravi enim periculo non caret, utur Veteres in gravissimo Asthmate ad ʒʒ. adhibuerint: videantur LANGII *Epistole*.

Quoad Usum externum: est quod *Amuleti* instar à quibusdam subinde appendi jubeatur contra Pestem bono consilio, modò crudum hoc in Regione stomachali periculosa Symptomata non inferat: sicuti BORELLUS *Cent. 3. Obs. 36*. Malum Ischiadicum ex Arsenici gestatione observavit; Exulcerationem Pectoris CRATO *Epist. 168.* & DIEMER-BROCCIIUS de *Peste p. 175*. Mortem. Potiùs ergò laudaverim *Magnetem arsenicalem Angelis Salæ*, Amuleti instar appensum atq; proficuum. Ulteriùs potentissimum est *Pisillostrum*, ubicunq; sub *Linimenti* formâ applicetur, Pilos eradicans. In Clavis Pedum extirpandis, & absumendis Callis laudatur à LEMERY in *Cursu Chymico*. Præterea in Affectibus Chirurgicis, speciatim Vulneribus & Ulceribus malignis ac putridis, plùs minùs canerosis, serpentibus, Noli me tangere dictis, Lepræ & Scabiei malignæ, item in

SUBLIMATIO.

Unde

1. Arsenicum dulce.

ʒ. Arsenic. crystall. q. v. sublima per se, deinde in *Acoto opt.* horar. 2. spatio decoque (sic enim suâ nigredine & farinâ quadam levi atque corrosivâ spoliatur). Postea cum *Squana Eris* (Germ. *Kupferseblag*, Gall. *des Ecailles d'Airain*) iterum sublima (quæ Venenum illius crassius atque nigrius retinebit). Tandem bis ac ter cum *Sale communi præparato* sublima, postea perfecte dulcoretur.

N. Illius perfectio ex eo cognoscetur, quando Metallis injectum, candorem illis conciliat & indis perfectissimum, qui remanet etiam in iis, postquam ignita fuerint. Cum tamen Arsenicum crudum eadem nigrefaciat, atque Fumo quodam infesto, quem oculus & olfactus non sine noxâ, & incommodo sentire possunt, contaminet & inficiat.

Vires. Tantum abest quòd assumptibus noceat, ut quoque benignè & sine ullâ perturbatione ea Venena expurget, quæ aliis Catharticis nullatenus cedunt.

Usus. Dari potest illius sublimate *Substantia in infusione* ad pondus ʒ. 6. 7. 8. granorum. *Quercotanus in Alexicac.*

Potest & per deliquium in *Oleum* redigi, *Ulceribus utilis*

Aliter.

2. Rubinus Arsenici diaphoreticus.

ʒ. Arsenicum q. v. sublima bis vel ter in Arenâ, semperque separe *Pulverem subtilissimum*, qui in Cucurbitâ instar farinâ volatilis adhæret, est enim Arsenici Venenum; partem *crystallinam* misce exactè cum *Flor. Sulphur. ana*, & sublima.

Vires.

Glandularum Ulceribus ordinariò periculosis, necnon in Fistulis, Lupis & similibus Chirurgorum torturis, singulariter confert Arsenicum, præsertim priùs præparatum: hinc PARACELSUS commendat *Balsamum Fuliginis*, qui nihil aliud est, quàm Arsenicum. Hinc undique notus est ex HARTMANNI *Pr. Chymiatr. & Epist. SCHULZII Pulvis iste benedictus ad Cancrum exulceratum*, ex Arsenico, Radice Ari & Fuligine compositus, labiis Canceri exulcerati, cautè tamen applicandus: qui *Pulvis jamdudum à FALLOPIO* descriptus est.

Cum ergò *Venenum corrosivum sit Arsenicum*, hinc ejus *Meditela* consistet in iis, quæ Acidum ejus corrosivum vel obtundunt, vel absorbent: unde, si fortè incautiùs assumptum fuerit, præmissio (si adhuc in primis viis hæret) Vomitorio, convenit *Aqua tepida* largiter hausta; vid. SENNETUS *l. 4. Prax. p. 266. Lac copiosius assumptum*; vid. SCHENCKIUS *Observat. Med. pag. 845.* item *Butyrum*: de cujus usu vid. BARTHOLINUS in *AB. Hassniens. p. 254. Bolus rubra*; vid. BIEBLINGIUS *Observ. 3. pag. 15. Unicornu*, vid. TIMEUS à *Gulden Kleo l. 7. Caf. Medic. p. 318. Sal Tartari & Oleum Tartari per deliquium*; LEMERY in *Chymia*; item *Crystallus mineralis cum Lactæ bubulo*, vel *Emulsione Pinearum* assumpta; vid. TIMEUS à *Gulden Kleo l. c.*: cui *Oleum Tartari per deliquium* aliquando interponendum est.

Ex his facillè patet, quomòdò *Venenum Arsenici corrigendum* veniat, ut Medicinâ utilis evadat. Nempe *Corrosivitas* ejus acida vel separanda vel immutanda; ut prioris quidem ratione Substantia Mercurialis metallica restitit, quæ Acida quælibet vitiosa tam primarum viarum absorbere, quàm Ulcerum corrigere valeat, unde vis singularis ad Ulcera cacœthea: posterioris ratione Salsum tertium cum Corpore metallico plùs minùs junctum abstersivum, & simul nonnihil absorptivum resulcet.

I. SUBLIMATIO. 1. Inter PRÆPARATA describit AUTOR No. 1. *Arsenicum dulce*, non tamen perfectè tale, quia de volatili Corrosivitate plùs minùs adhuc retinens, vim laxativam exserit, quod in Cancro purgando, uti & in Ulceribus malignis & Apostematibus purgandis solet adhiberi: nihilominùs cautione opus est. Dicit AUTOR, *Arsenicum dulce perfectè cognosci* ex eo, quòd Metallis injectum candorem illis conciliet: quod ita se habet: Nam hinc etiam quidam ex Venere volunt parare Lunam beneficium *Arsenicis dulcis*: & certè negari non potest, quòd in Venere semper aliquid detur de Lunâ.

2. Sub Rubini Arsenici diaphoretici præparatione partim volatilius Corrosivum separatur, partim addito Sulphure, junctâ Arsenici aut Auripigmenti Substantia ita quasi diluitur, ut minùs acte ac corrosivum evadat.

Vires. Est Specificum In Affectibus Pulmonum ex crassis Catarrhis. Datur quoque ad Sudorem ciendum, in Morbis malignis & venenatis.

Extrinsicus si adhibeatur, curat omnia Ulcera maligna curatu difficilia.

Dosis à gr. ʒ. ad ʒ.

N. Arsenicum hac ratione preparatum ad ʒj. secundum Tentzelium exhiberi potest. Tentzelius in Exeg. Quercetanus.

Eodem modo potest parari & Rubinus ex Auripigmento, æquali Dosi, & ad similes Affectus adhibendus.

3. Arsenicum sublimatum.

N. Arsenic. Sal. com. test. Colcothar. Limatur. Martis ana. M. sublimaque dando Ignem per gradus; quod sublimatum est, tum novis Speciebus misce, ut prius sublima, idque repetere. *Basilius.*

II. FIXATIO seu CALCINATIO.

Unde

1. Arsenicum fixum, & exinde Oleum.

N. Arsenic. crystall. (vel Arsenici illius sublimati) Sal. Nit. purific. an. (alij ʒ. Arsenic. part. j. Sal. Nit. part. ij. Alij Arsenic. Sal. Nit. Tart. an.) M. ac injice per vices in Crucibulum, versaque Spatulâ (cavendo sumum) donec cesset ebullitio. Postquam cuncta injeceris, da Ignem fortissimum per hor. 4. 6. (alij diem integrum). Tandem edulcora, Sol Nitrum calidâ Aquâ separando, remanebit in fundo Pulvis albus fixus Arsenici fixi. *Basilius.*

N. 1. Felicius hæc Calcinatio procedit inter duo Crucibula luto connexa, cum spiraculo ad Fumi egressum.

N. 2. Mullerus tertâ vice Calcinationem illam cum Nitri ana repetit, Pulverem singulis vicibus Aquâ dulcorando.

Vires. Infortit Oleo per deliquium præparando, ad Vulnera, & Arsenico fixo sudorifero.

Eodem modo potes procedere cum Realgari Argenti, Cadmiâ, & similibus.

2. Arsenicum fixum sudoriferum.

N. Pulveris Arsenici fixi, q. v. imbibatur Ole. Tart. p. d.

3. Potest etiam Arsenicum sublimari in Flores rubicundos, seu Flores rubino-cæruleos, si permisceatur cum Limatura Martis & Antimonii ana.

II. FIXATIO. 1. Sequitur Arsenicum fixum cum Nitro preparatum, qua Præparatione sub Fumo tollitur corrosivum Acidum sulphureum, & Corpus metallicum, quod superest, cum Nitro alcalifato se jungit, & Concretum tertium fixum exinde evadit. Fit dupliciter: vel in formâ siccâ, vel humidâ.

In formâ siccâ parari potest secundum præscriptum AUTORIS, quæ tamen Præparatio tædiofa nimis est. Optime miscetur Arsenicum cum ana vel cum triplo Nitri: Illud, si pro usu saltem externo: Hæc, si pro usu interno expetatur. Subiunguntur & unâ vice detonantur in Crucibulo, tunc Corpus metallicum, imò maxima Arsenici pars sub Fumo avolat, habeturque Arsenicum perfecte fixum, quod Aquâ simplici à Nitro separatur. In hac fixatione observetur: ne Chymicus hauriat fumum, quoniam est malignus, & valde venenatus.

Loco Nitri alii cum Tartaro præparare amant:

N. Arsenic. albi ʒij.

Tartari albi ʒij.

Pulverifata misc. & per Retortam Igne aperto destillentur: in collo Retortæ se sublimat Arsenicum. Hoc cum ana Salis Urinæ quater sublimetur, & in Cellâ per deliquium solvatur pro Curâ Ulcerum.

Alii Recip. Tartari & Calcis vivæ duplum, addunt Arsenico, & ita in Crucibulo hoc figunt.

3. Arsenicum cum Nitro ritè preparatum & fixatum interno usu est diaphoreticum, & Remediis Antipeffluentibus non immerito à quibusdam annumeratur: sicuti etiam in Pforâ prodesse solet: hinc Arsenicum fixum sudoriferum No. 2. exinde AUTOR parare solet, imbibendo Pulverem Arsenici fixi cum Oleo Tartari per deliquium, quod valde commendatur in Curâ Phyltorum, quorum malignitatem per Sudorem promptè & tuto expellit.

Externè Arsenicum fixum singulariter convenit, & est Remedium præsentaneum Ulceribus pessimæ notæ. Venereis,

aliquoties (ter), Denique dissolve Materiam in Aquâ Vitæ, ut extrahatur & separetur totus Sal, & restabit Pulvis albus & fixus, quem separa.

Vires. Sudorem movet, datur cum Tberiacâ.

Dosis gr. 3. 4. 5. Mullerus in Miraculis Chymicis. Quercetanus in Spag.

3. Regulus Arsenici & Arsenicum S. Cloffai.

N. Hujus vel illius ʒviij. Sal. Nit. & Tart. simul detonatorum per accensum Carbonem ʒv. Limat. Martis ʒiv. Pulv. Carbonum ʒj. M. fundantur in Crucibulo, & Regulus concutiendo ad fundum depellatur, qui purior quàm ille Antimonij.

N. Ex hoc Regulo in Flores sublimato per putrefactionem cum Salibus resuscitantibus & Aceto destillato, fieri volunt Mercurium Arsenici corporalem. Fides sit penes Experimentiam.

III. LIQUATIO.

1. Oleum Arsenici Anodynum, Butyrum Arsenici, Liqueur Arsenici.

N. Pulveris Arsenici fixi, q. v. dissolvatur in Cellâ per deliquium.

Vires. Conducit venenatis Ulceribus, in Lue Venereâ, Cancro, Serpigine, Ani Fistulis, Morfu Canis rabidi.

Ufus. Olei Arsenici illius (vel Pulveris) tantum in Aquâ Plantag. vel Persic. solvitur, ut Mætura ipsa gustu Linguæ tolerari possit. Aquâ illa lavetur Vultus, seu Ulcus.

N. Basilius in rep. L. Ph. addit Sal Tartari, & liquefcendum exponit.

2. Aliter.

N. Butyri Arsenici ʒj.

Olei Myrrh. ʒij. Misc.

N. 1. Paracelsus l. de Mort. rer. nat. hanc Arsenici fusionem cum Sale Nitro, liquefactionemque subsequentem in Cellâ, Mortificationem vocat, atque Arsenicum, Realgarin, &c. simili modo mortificari posse perhibet.

N. 2. Quercetanus in Spagyr. præpar. Præparationes Arsenici datas ænigmaticè describit, quas enucleavi in Quercet Redivivo.

IV. DE-

pefflentialibus, cancerosis, in specie Mammarum & similibus. Sive ad imitationem WURZII in sine (birurg. per deliquium fluere permittatur in Oleum Arsenici fixi, quod precipitetur cum Acido; Pulvis qui cadit albus, seu Magisterium Arsenici, Aquâ calidâ aliquoties probe edulcoratum & exsiccatum, commodè Linimentis & Emplastris contra dicta Ulcera addi potest: ab Arsenico hoc fixo deslagretur, aut saltem abstrahatur aliquoties Spiritus Vini; sic enim evadet Remedium ed nobilissimum pro Ulcerum Curâ. Sive Arsenicum hoc fixum Vins Malvatico infundatur, hincque ad consistentiam Syrupi abstrahatur, tutius sic longè & melius Ulocum Curæ adhiberi poterit: Conf. du HAMEL de Affè. cap. 429. item THOMSON in Epilog. Chym. p. 79. Quod enim Antimonialia non præstant in Dosi eorum auctâ, ab hoc Magisterio, Dosi licet parvâ, expectari potest. Quod etiam jam olim PARACELSUS insinuavit, qui Realgar hoc in Ulceribus omnibus sanandis præ aliis commendat. Arsenicum enim in se quidem corrosivum nonnihil cicuratum ratione suæ compositionis & acrimonie corrosivæ, quælibet postea, etiam fortissima Ulcera Acida corrigit & cicurat. Ex hoc ipso Arsenico fixo cum Spiritu Salis Ammoniaci etiam Tinctura cærulea diaphoretica potest extrahi: de quo vid. DIGBY Experim. Tom. 2 pag. 455.

In formâ humidâ figitur Arsenicum, si miscetur cum Spiritu Nitri, qui ternâ vice cohobatur ab Arsenico: sic Sulphur Arsenici fixum remanet; quod tamen subterfugiat usum internum.

3. Regulus Arsenici, cujus AUTOR No. 3. mentionem facit, nihil aliud est, quàm metallica Substantia ejus, ab Acido per Alcalia deslagrando separata, us supra insinuatum fuit.

III. LIQUATIO. 1. Arsenicum fixum, sæpè ablutum cum Aquâ calidâ, in Cellam vel alium locum frigidum reponitur, habetur Liqueur egregius, qui vocatur Oleum Arsenici anodynum, seu Butyrum Arsenici anodynum, in Ulceribus malis jam dictis: scilicet dissolvitur in Aquâ appropriatâ, cum qua postmodum eluitur Ulcus; simul tamen addatur Oleum Myrrhæ, ut habet AUTOR.

IV. DE-

IV. DESTILLATIO.

Spiritus & Butyrum Arsenici.

Fit ex parte unâ Arsenici & Mercurij sublimati part. ij. destillatis per Retortam, ut fieri solet in parando Butyro Antimoniali; primò egreditur Spiritus subtilissimus semper fumans, & sub finem Liguor crassus, qui in Aquâ communi præcipitatur, vel in suo Liguamine servatur.

Vires. Spiritus dicitur Martem solvere radicaliter, Tin-
duriusque ingressum præbere in Corpora metallica. Butyrum
verò est Septicum violentum, Cancrorum ulceratorum eradi-
cativum: debet autem ei par quantitas Opii ad sensum Do-
loris obtundendum permisceri, & ex Filo carpta circumcirca
admoveri cum Defensivis convenientibus. Ex S. Clossæo.

CAPUT XXVIII.

DE SULPHURE.

Sulphur est Refina, sive Pinguedo Terræ Chalcantosâ Aci-
ditate gravida.

Dicitur Arabicè Cibut vel Chybut, Crgbtit, Rubris, Al-
buso. Chymicis, Akiboth, Abusal, Aneris, Americk, Alne-
rick, Kibrith, Kaprili, Lamare, Tisafum, Tim, Ufsur.
Græcè Θείον. Germ. Schwefel. Gall. Soufre.

Sulphur, tum Nativum, tum Factitium Officinis in
usu est.

IV. DESTILLATIO. Ultimò se offert Spiritus &
Butyrum Arsenici, secundùm AUTORIS descriptionem:
prodit Liguor crassus instar Butyri Antimonii, & sequitur
tandem ipse Mercurius vivus. Nempe Spiritus corrosivi di-
mittunt Mercurium & alligant se Arsenico, unde Buty-
rum Arsenici, & Mercurius vivus emergit. Hinc loco
Mercurij sublimati idem Butyrum parari potest ex Arsenico,
addito Sale communi & Vitriolo; vid. DIGBY Experim. P.
2. 455. sicuti etiam Spiritus Salis fortis seu Oleum Salis com-
munis Arsenico affusum, destillando coit cum eodem in Bu-
tyrum. Spiritus Salis equidem communis Arsenicum, non
secus ac talia Subiecta sulphurea, solvere non potest,
nisi prius in Flores sublimeretur, & ita à superfluo Sulphure
separatur; si verò Spiritus Salis aut Oleum Salis rectifica-
tum accipiatur, Solutio utraque succedere solet.

CAPUT XXVIII.

DE SULPHURE.

Sulphur veterè ἑξολύ sic dictum, aliàs commune, quod atti-
net: rectè dicit AUTOR, quòd sit Refina Terræ, chal-
cantosa, i. e. vitriolica, aciditate gravida. Concretum enim
est quoddam minerale, coalescens ex Acido Mineralium
universali, cui tegmen quasi ex particulis terreis & aqueis,
speciem Pinguedinis exhibentibus, superinductum: vid.
UNZERUS de Sulphure, & ROLFINCUS in pecul.
Dissertatione. Unde in Sulphure communi duplex consideran-
da Substantia: una volatilis acida corrosiva, facilèque in
Liquorem coagulabilis; & altera pinguis bituminosa, facilè
inflammabilis, quæ duo cœundò constituunt Concretum Sul-
phuris tertium.

Concretum hoc confirmat Mechanica, tam per Diatrifin,
quàm per Syncrifin. Per Diatrifin enim Substantia pinguis
deslagando absumitur, restitante parte acidâ in formâ li-
quidâ, nares feriente, quòd Acidum idem est cum Acido
Vitrioli. Nam in iis Mineris invenitur, & ubi Acidum
istud invenit Mineram Martialem, item Veneream, abit
in Vitriolum; ubi Terram puriore, in Alumen; ubi Terram
cum Aquâ temperatam, sub formâ Pinguedinis uniuntur,
& fit Sulphur. Per Syncrifin verò Sulphur Artificiale ex Oleo
Vitrioli & Oleo Terebinthinæ parare gessit BOYLE in Chym.
Scept. pag. 133. quæ duo si invicem destillantur per Retor-
tam, sub hac Destillatione in collo Retortæ sublimatur
Sulphur verum perfectum, cujus natales sunt ex Pinguedi-
ne Olei Terebinthinæ, & ex Acido Vitrioli.

Differentia Sulphuris sunt: quòd quoddam sit Nativum seu
ἀγύρον ex suis Mineris citra Ignis adjamentum extra-
ctum, quòdprehenditur interdum aded purum & pellu-
cidum, ut instar Gemmæ ejusdam flavescens se habeat;
vel instar Succini depuratissimum, & elegantissimi coloris,
quale etiam interdum ex Indiâ afferri solet; sed rarum, de
quo conferatur VELSCHIUS Hec. 1. p. 44. item HOFF-
MANNUS pag. 368. Factitium est, quòd Ignis adjamento

Nativum ex Terrâ effoditur, purum & solidum, interdum
scissile, venitque nomine Sulphuris vivi, seu ἀγύρον, i. e.
Ignis non experti. Huc spectant Scirra nativa Ausitodina-
tum.

(Sulphur Solare Americanum ex Peruvianâ Provinciâ pel-
lucidum mittitur.)

Factitium vel ex vivo Sulphure impuriore, Pyritice vi Ignis
educitur, vel ex Aquis sulphureis excoquitur.

Sulphur Cabalinum, quòd in Officinis dicitur, Fæces sunt
è cœctione Sulphuris vivi impuriore relicte & in Urceos, ad-
mixtis nonnuquam Squamis Martis, transfusæ.

N. 1. Adhærescunt quoque interdum quasi Scirra Sulphu-
reâ Camino, ubi Vitriolum ex sua Venâ coquitur, quæ ni-
hil aliud sunt, quàm Sulphuris Flores ex Vitriolo dum exco-
quitur, elevati. Horum copiam exhibet Succia sat magna.

N. 2. Exhibet Chymia & Artificia Sulphuris genera ex
Antimonio, Cinnabari, &c. Hæc quidem longè reliquis præ-
stant, verùm quia rara & chara sunt, rarissimè Chymicis Præ-
parationibus vulgaribus subijci solent.

Delectus.

Eligatur Sulphur purissimum Colore virescens, facilè in-
flammabile; luculenter ardens, Fumumque magis cœruleum
exhalans.

Vires. Calidum & siccum est Pectori dicatum; aperit, in-
cidit; Putredini, Veneno, venenatorumque Animalium
moribus resistit: provocat Sudorem, &c. Hinc conducit in
Catar-

ex suis Mineris concremando aut liquefendo elicatur. Quan-
do enim Mineræ torrentur effluit Sulphur vivum, quòd in
Magdaleone deinde efformatur. Pertinet huc Sulphur, quòd
in Sueciâ ex Minerâ Vitrioli, quando forti Igne comburitur,
effluit & liquefendo emanat, vel etiam ex AUTORE ex
Aquis sulphureis excoquitur. Notabile est, quòd habet
HAUPTMANNUS de Thermis Wolckenssteinensibus pag. 9.
de Aquâ limpida ex Petrâ stillante, quæ in Aère in Sul-
phur perfectum abeat.

Sulphur est ordinariò flavum: observatur tamen & inter-
dum rubrum, qui Color ex particulis Martialibus adhæren-
tibus oritur; siquidem Sulphur per Retortas ferreas destil-
latum, rubrum colorem acquirit; unde etiam Sulphur ru-
brum nativum ejusdem esse naturæ manifestum est. Conf.
JUNGIUS Dowsop. pag. 186.

Huc etiam spectat Sulphur Cabalinum, quòd nihil est
aliud, quàm crudior & exulentior Sulphuris pars, additâ
Limaturâ Martis, seu Squamâ Ferri. Hæc mixta in unam
Massam funduntur, quæ Sulphure citrino obducitur. Ita vo-
catur, quoniam Scabiem Equorum sanare solet.

Sulphur Minerale Concretum est sui generis, ut ex supra
dictis patet; quòd, quâ tale, Metalla non ingreditur, utut
analogâ huic Substantia, in iisdem Sulphur dicta, eaque
in imperfectis præsertim Metallis duplex, combustibilis &
incombustibilis, quòd alii nomine Sulphuris externi & in-
terni Metallorum innovere videntur: imò triphcem sulphu-
ream Substantiam in Metallis asserit BECHERUS Suppl.
2. pag. 75. seqq.

Porrò Sulphur nunc inflammabile adhuc est, atque tunc
Volatile dicitur, nunc Inflammabilitate destructâ idem Fixum
existit. Fixitatem hanc per Acida acquirit, de quo confer.
TACHENIUS Hipp. Chym. Edit. 2. pag. 181. sicuti etiam
POLEMANNUS de Sulphure Philosoph. pag. 201. Sulphur
Minerale simplici Digestione figi & perfici, adeoque Inham-
mabilitatem ejus tolli posse, asserit, & Preparationem loco ci-
tato docet. Id quòd in mentem revocat curiosum Assertum
Commentatoris in ERCKERI Prober buch pag. 267. & 328.
quòd Sulphur Igni Solis per Speculum ustorium non consu-
matur, sed potiùs nonnihil figurat.

Quoad Selectum Sulphuris, ad Usus Medicum vel Chymicum
necessarium est, ut semper sumatur Sulphur purissimum, quale
est illud, quòd ex Indiâ afferri solet, vel ex Vitrioli Venâ,
dum excoquitur, destillare & emanare solet; hoc enim est
satis purum & defæcatum: sin verò non habeamus hæc Sul-
phura, necesse est ut purificetur; de quo infra loco suo.

Quoad Usus, rectè dicit AUTOR, quòd Pectori sit di-
catum, unde etiam communiter Balsamus Pulmonum dicitur,
ob egregias virtutes conservandi Pulmones, & delendi quæ-
cunque Pulmonum vitia. Id quòd intelligendum de parte
ejus pingui seu bituminosâ: nam respectu partis acidæ potiùs
est Pulmonibus Venenum. Siquidem non solum Sulphur
incensum odore suo Pectus stringit, Tussim & Dyspnœam
infert; sed & internè, ut quælibet Acida, ita in specie Aci-
da Sulphuris, Vitrioli, &c. Pectori hostilia & inimica sunt,
& cor-

(Catarrhis) Phthisi, Tussi, Asthmate, Peste, pestilentialibusque Febris (Colicâ, Mensium obstructione.) Extrinsicis discutit Tumores duros, sanat Lichenes duros, Pruriturum, &c. Fumus Epilepticos excitat & Hystericas.

P R Æ P A R A T I O N E S.

1. SUBLIMATIO. 2. PRÆCIPITATIO. 3. DESTILLATIO.
4. INFUSIO & EXTRACTIO. 5. LIQUATIO.

I. S U B L I M A T I O.

Unde

Flores Sulphuris.

Flores Sulphuris nihil aliud sunt quam Sulphur à terrestri-

bus Excrementis per Sublimationem purificatum.

N. Nonnunquam tamen & aliis imprægnantur.

Sublimatio Sulphuris fit in Arenâ, Calore mediocri gradatim adhibito, ex Cucurbitâ terreâ, cui Alembicus vitreus sine luto imponitur, ut austerri scilicet, ac post exemptos Flores iterum reponi possit.

N. 1. Orificium Cucurbitæ interea temporis, quo Flores eximuntur, probè tegatur, ne Aëris irruptione Sulphur (quod facile accidit) incendatur. Cujus rei gratiâ non abs re foret duos in promptu habere Alembicos, quorum alter alterius vicem sine morâ subire possit.

N. 2. Alembicus ante impositionem ad Ignem calescat, quippe secus faciliè dissiliet.

N. 3. Rostro Alembici Recipiens apponi potest, ad Liqueorem acidum, qui primò egreditur excipiendum: Liquore egrello rostrum Chartâ obturare licet.

1. Flo-

& corrodendo Pulmones, subtiliter Homines disponunt ad Phthisin: quare & Acidularum usus nocet ad Phthisin dispositis. Ratione ergò Pinguedinis illius balsamicæ Pulmonem conservat, & læsiones ex inspiratis inductis corrigit, Affectus catarrhales Pectus & Pulmones instantes mitigat, Lympham nimis acrem vel acidam, unde Tussis, Febres catarrhales & alia vitia, temperando: & hinc constituit *Balsam Pulverum Catarrhalium* seu *Pectoralium*: Apostemata aut Ulcera Pulmonum & quarumcunque partium internarum mundificat, & quantum possibile, consolidat; hinc Phthisicis, Tussientibus, Empyematicis, & omnibus Pectoris Affectibus, item Pleuriticis, egregiè confert. Cæterùm observetur, quòd tunc temporis verum Balsamum Pulmonum mereatur vocari, quando Pinguedo balsamica separata est à parte acidâ corrosivâ; tunc enim certè oleosa & balsamica Pinguedo defendit Pulmones contra omnes insultus Aëris externi, & præservat illos à multis Malis. Verùm cum hoc sit difficillimum, & non omnibus contingat adire Corinthum, ut non sit impossibile; propterea, ut exaltetur vis oleosa, miscetur cum *Pinguedinibus* seu *Oleis Vegetabilium*, v. g. cum *Oleo Terebinthinæ*, aut *Oleo Lini*, sic enim ab his Oleis, in specie Terebinthinæ, quasi obtunditur Substantia acida Sulphuris, & exaltatur vis balsamica Pulmonum, ut promptius & efficacius operari possit. Et hoc est *fundamentum Præparations Balsami Sulphuris*, de quo postmodum suo loco. Vt autem balsamicâ Sulphur egregiè resistit Putredini; unde in *Peste* & *Febris pestilentialibus*, aliisque malignis, tam præservando quam curando, internè & externè in *Suffitu* multum præstat; solè enim producere Sudorem, & resistere Malignitati Morborum & Februm. HIPPOCRATES certè beneficio *Sulphuris* & *Sulphuratarum Potionum* curavit *Pestem*: ut enim Vina à corruptione conservat, ita & Massam sanguineam à Putredine. HELMONTIUS in *Asthmate & Tussi*, GNOEFFELIUS verò in *Febris epidemicis*, *Potum* habet *Sulphure* imprægnatum. Modus hic est:

U. Fila sulphurea:

Hæc incendebat: *Fumum* excipiebat in Lagenam, & huic infundebat *Potum*, & agitando probè propinabat *Ægris*.

Præterea Sulphur Vermes enecat; Mulieribus in Partu difficili, Fœtu mortuo, ac Secundinis & Mensibus retentis, similibusque Mulierum Affectibus, faustus & frequens ejus usus est, & certè *Sulphur* & *Myrrha* sufficiunt in Partu difficili; unde cautus ejus in Mulieribus gravidis sit usus. Ad hæc Sulphur est egregium Antidotum contra Mercurium vivum, quocumque modo, internè vel externè, Corpori applicatum. In Colicâ Passione, imprimis flatulentâ & convulsivâ *Sulphur* ejusque *Flores* ad 3ß. Internè mirè laudantur; valdè enim absorbet & temperat acidus Humores in Corpore nostro, quoniam Pinguedo balsamica à proprio Acido nondum est saturata. Refert KIRCHERUS in *Mundo subterr. To. 9. cap. 1. sect. 3.* quòd Sulphur interiùs assumptum abditi quâdam vi ita alteretur, ut Excrementa eorum, qui eo frequentius uruntur, Moschi odorem referre dicantur: de quo uberior Experientia consulenda.

Usurpatur autem Sulphur interiùs vel sub formâ *Pulveris*, qui modus est usitatissimus, vel solent etiam interdum fieri *Decocta* & *Infusa* ex *Sulphure*. Sic POTERIUS in *Pharm. Spag. sect. 1. pag. 324.* refert, quòd Sulphur in simplici Aquâ coctum præstantissimum sit Medicamentum, quòd interiùs sumptum Hepar refrigeret, & Febres juvet, externè verò soleat sanare Scabiem & Erysiplata, & tollere ruborem Faciei. Præterea notatu dignum est, quòd *Idem* refert loco citato p. 333. quòd *Sulphur sublimatum* in *Dolius Vini* ad sufficientem quantitatem infusum, *Vinum* reddat mirabilè ad diversa

Morborum genera, imprimis adversus Mercuriales Morbos: sic qui casu vel arte *Mercurii Fumum* recipiunt, vel *Mercuriali Inunctione* peruncti sunt, consimile *Vinum* pro *Potu ordinario* bibant: sicuti etiam Pulmoniacis, Asthmaticis, Scabie infectis, & Lue Venereâ contaminatis, mirificè conferre dicit. Interim meliùs conducent Sulphurea Remedia crassioribus & succipiens Corporibus, quam macilentis, si nempe diutiùs eorum usus continuandus sit; unde etiam Hæcticis malè præscribitur.

Externè est egregium mundificans Vulnerum; nempe corrigit & temperat acido-salsum Acre, & simul, si quâ ex labe Spiritus insiti Putredo imminet, ab eâ præservat, & maturè corrigit. Hinc Ulceribus malignis ac putridis, cacœtheis, aliisque difficulter sanabilibus, Sulphurata optimè conveniunt; quòd Sulphur præstat ratione partis suæ pinguis; Acidum enim, quòd in eo simul inest, Ulcera non corrigit; hinc illud priùs, ut supra dixi, infringendum, ut inde habeatur Remedium balsamicum. Hinc *Balsamum Sulphuris*, *Emplastrum Diasulphuris*, &c. sunt optima in Casibus Chirurgicis. Præterea quoque refertur inter *Cosmetica*, vel quæ Faciei nitorem conciliant: sive infundatur in *Aquam frigidam Sulphur*, sive decoquatur, perinde est: utroque enim modo solèt egregiè conferre. In Scabie rarò fallit:

U. Oleum laurinum:

Subigatur cum *Sulphure*, & *Sale Tartari*, fiat *Linimentum*, quòd feliciter & citra periculum sanat.

Sic & in Herpete, Serpiginibus, in specie exulceratis, Pruritu, aliisque similibus cutaneis Affectibus mundificandis & curandis optimum, cum *Sale Tartari* & *Pinguedine suillâ* subactum: nec est periculum; quòd vulgò metuitur, quòd ab *usu Sulphuris* externo Affectus isti repellantur, & inducantur Asthmata & Febres. Est metus frustraneus, modò præmissis *Universalibus* Massa sanguineâ sit depurata: imprimis si sub usu externo Sulphuris intereâ simul propinentur blanda *Diaphoretica* & Massam sanguineam purificantia: inter quæ *Viperata* & *Antimoniata* cæteris palmam præripiunt: quòd de omnibus Morbis externis intellectum volo. Imò in Erysiplata exulcerato unicum sulphuratum confert Remedium.

Ut autem tutiùs in *Usum* revocetur *Medicum*, imprimis *purius Sulphur* eligendum: quæ ejus

PURIFICATIO. Hæc vel fit in *viâ humidâ*, idque optimè per Ebullitionem in *Aquâ Calcis vivæ*, qua omnes ejus sordes eluuntur & abluuntur; de quo vid. ZWELFFERUS *Mant. Spagyr. p. 397. & 401.* Juxta hunc est ea, quando in *Urinâ humanâ* ebullit, & Spuma supernatans removeretur: qua ratione & Sulphur defæcatum satis habetur. Deinde cum *Cerâ* purificatur, qua sætor ac impuritas à Sulphure separatur, & Sulphur longè aptius fit ad Medicinam: vid. ZWELFFERUS *loco allegato p. 397.* Vel fit *Depuratio Sulphuris in viâ secâ*, nempe per Sublimationem, quo ipso acquirantur *Flores Sulphuris disti*.

I. SUBLIMATIO. *Sublimatio Sulphuris in Flores* est nihil aliud, nisi *Depuratio quædam superficialis Sulphuris*; nam Substantia ipsius tota ascendit in Flores, & Recrementa permanent in fundo. Sunt ergò tantum *Sulphur depuratum Flores Sulphuris*.

Pro horum Sublimatione *Cautela observanda* sunt sequentes.

1. Optimè in *Cucurbitâ terreâ tubulatâ* præparentur, in quam Sulphur particulatim injicitur, parili ferè modo, atque supra de Floribus Antimonii dictum. Cucurbitæ imponuntur Alembici, vel terrei, vel vitrei, quorum superior debet esse perforatus partim, ut Spiritus acidus, qui

1. Flores Sulphuris Simplicis.

℞. Sulphur grossè (si libet) contusi q. v. impone Cucurbita terrea, vel vice unâ, vel per vices, ac paulatim. Sublimaque in Arenâ, ut dictum, Igne moderato. Primò exit Aciditas, quàm Excipulo excipe ac serva (de qua infra): secundò sublimantur Flores flavi, &c.

N. 1. Alij admiscunt Sulphuris ℞. 1. Farinæ Laterum ℞. ʒ. Alij à Terrâ sigillatâ Sublimationem instituunt, vel à solo.

N. 2. Si Sulphur fortuitò accenderetur, Farinâ vel Cinere injecto extingui Flamma poterit.

N. 3. Cavendum ne Aqua nimium incendatur, adeoque non excedat Calorem, qui Alembico manum imponere permittit.

2. Flores Sulphuris Vitriolati.

℞. Sulphur. flaviss. ℞. 1. Sal. com. tufi, & Vitrioli calcinati an. ℞. ʒ. pulveritentur & misceantur. F. Sublimatio, ut dictum, quando initio Ignem lentum, post aliquot horas (3. vel 4.) Pblegma incipiet stillare, & durabit per horas 4. vel 5.

N. 1. Ignis augendus est sensim magnis Carbonibus, ut tandem Catinus, in quo Arena continetur, rubeat.

N. 2. Calor si sit nimis excessivus, non flavo, sed nigro colore Sulphur ascendit.

N. 3. Alij

℞. Sulphuris Vitrioli calcinati, Sal. com. ana, quæ ponderum diversitas neminem turbet, modò Ignem ritè adhibeat. Additamenta enim quò pauciora fuerint, eò Ignis sufficit mitior.

Quercetanus nonnisi Colcothar anaticè addit, omisso Sale Nitro.

N. 4. Flores cum novo additamento Vitrioli & Salis commutari ante sublimari possunt, idque vel vice tertîa, quippe quo sæpius Flores elevantur, eò plus tenuitatis acquirunt, purioresque evadunt, non tamen sine imminutione quantitatis.

Vires. Resistant Putredini, cient Sudorem, exsiccant, &c. Hinc profunt in Peste pestilentialibusq; Febribus, sive curandi, sive præservandi gratiâ adhibere libeat. Exhibentur quoque utiliter Catarrhosis, Pulmoniâ, Tussientibus, & similibus.

Dosis Robusto ʒj. Juveni ʒss. in Præservatione autem non excedimus ʒss. Exhibemusque commodè cum Extracto Enule Campana.

3. Flores Sulphuris Gummati, seu Myrrati.

℞. Flor. Sulphur. composit. ut antè ℞s.

qui simul solet sublimari, habeat exitum.

2. Moderatum requiritur Ignis regimen; nam si fuerit nimius, fluit Sulphur nec sublimatur.

3. Hinc quidam varia addunt Sulphuri sublimando ad fluorem ejus impediendum, v. g. Terram sigillatam, Farinam Laterum, Alumen usum, Terram calcinatam, &c. Nempe tale addendum est Subjectum, quod nec in Sulphur agat, aut ejus texturam invertat, nec in quod Sulphur agere queat, & ita Florum proventum imminui.

Prioris ratione Salia fixa rejiciuntur, posterioris ratione Vitriolum calcinatum quibusdam suspectum est. Optime ergò Sal commune vel Sal Gemmae addi potest: conf. ZWELFFERUS Mant. Spagyr. p. 398.

1. Flores Simplicis sunt optimi quales AUTOR N. 1. describit, & meritò præferuntur iis cum additione; sunt consistentiæ farinaceæ, & permiscuntur aptissimè cum Simplicibus, & cum iis varias constituunt Formulas.

2. Sequitur modus parandi Flores Sulphuris Vitriolatos, dum Sulphur vulgò additur Vitriolum usum, vel Caput mortuum Vitrioli: sed malè. Etenim vel planè exustum additur, vel Colcothar; si prius, parum de Floribus Sulphuris ascendit, quia Spiritus Sulphuris acidus rodit Vitriolum calcinatum, & Spiritu non imprægnat, unde pauci sublimantur Flores: sin verò superficialiter saltem calcinatum seu Colcothar adhibuitur, ascendunt Flores imprægnati Acido vitriolaco, quos reverà corrosivos & nocuos esse, asserit BOYLE de Specif. & Simpl. p. 113. imprimis in Pulmonum Affectibus, cum Vitriolum sit nocentissimum Pulmonibus. Plus ergò nocebunt, quàm proderunt, nisi Vitriolum sit omni Aciditate spoliatum, seu nisi Terra Vitrioli sit perfectè dulcis, aliàs semper aliquam habebunt Acredinam. Et quidem Flores Sulphuris, qui parantur cum Vitriolo Martis, vel

Colcothar. ʒiv.

Sal. com. tufi ʒv.

Myrrh. Alexandr.

Tbur. an. ʒiij.

Aloës succorr. ʒiv.

Mastic. ʒiij.

Croc. ʒss.

Omnia trita unum atque bene mixta sublima l. Igne, post horas aliquot exime Flores; rursus Alembicum impone, Ignem continuando per hor. aliquot (12.)

N. 1. Alij ℞. mox initio Sulphur. pulv. ℞. 1. Vitrioli calc. Sal. Gemm. ana ʒv. Aloës, Tbur. Myrrh. ana ʒiij. Floresque cum novis Speciebus 2. vel 3. vicibus sublimant. Sennertus Inst. Paracelsus volum. 1. p. 1046.

N. 1. Feliciter procedunt, qui Floribus Sulphuris jam factis Species solummodò admiscunt. Vix enim quicquam citra combustionem ex Gummatis unâ cum Sulphure ascendit.

N. 3. Imponenda est Materia per vices; si enim nimium imposueris, comburitur materia, sufficitque 3. vel 4. digitorum crassitie singulis vicibus imposuisse.

Vires. Efficaciores sunt quàm Simplicis, tum exsiccando, tum Putredini resistendo.

4. Flores Sulphuris Saccharati.

℞. Fl. Sulphur. misc. atque sublima cum Saccharo candido.

Vires. Majus auxilium conferunt ad Asthma, aliasque Affectiones Pulmonum, quàm vulgares. Quercetanus in Pbar. mac. rest.

5. Flores Sulphuris albi.

℞. Sal. Nit. purificat. q. v. liquefat in Crucibulo, postea injice per vices Sulphur pulveris. (ut in Lapidis Prunella præparatione) idque tamdiu, donec Sal Nitrum in ipso Igne coaguletur. Ignem postea auge, operculatoque Crucibulo Nitrum Ignem supra accende, idque continua horis duabus.

℞. Ergò hujus Sal. Nit. fixi p. 1.

Sulph. elect. p. ij.

Misce optimè & sublima Igne Arenâ.

Vires. Lacti Sulphuris, viribus ac potestate æquivalent Sennertus Inst. Tentzelius.

6. Flores Sulphuris Corallati.

℞. Corall. ℞. 1. Fl. Sulphur. ʒiv. tere minutissimè & misce, sublimaque ut dictum, Aquam profluentem seorsim primò collige, dein Flores.

N. Sulphur sic secum trahere dicitur subtilissimam Coralliorum substantiam.

Vires.

viridescunt, hinc flavescunt, & tandem albescunt, dum semper aliquid de Metallo sublimatur.

Quoad Usum Florum Sulphuris: quæ dixi de Sulphure crudo, possunt quoque dici de Floribus Sulphuris. In Catarrhis, præter ea, quæ superius dixi, Flores Sulphuris vel Sulphur est egregium, quoniam temperant Lympham, Catarrhorum materiam, imprimis si misceantur cum Succino, aut etiam Benzoi: hæc enim est Anima Pulmonum ut superius monui.

Dosis est à ʒss. ad ʒj. rarò ad ʒjss. adscendimus. Dicitur AUTOR, permisceri commodè cum Extracto Enule, Campborâ, cum quo ex Floribus Sulphuris & Saccharo, possunt fieri Morfili, Rotule, & aliæ Formule.

3. Flores Sulphuris Gummati Num. 3. seu quibus Myrrha, Mastic, Crocus, Aloës ac Tbur adduntur, nil valent propter Emphyreuma, quod ejusmodi resinosa pingua addita ordinariò imprimunt, & ex quibus combustis nil elevari potest: imò Flores hi Sulphuris ab adhærentibus Oleis empyreumaticis nauseosi fiunt. Potiùs Floribus ipsis Benzoi, Oleo &c. addantur, qua ratione magis conveniunt, quàm si unâ sublimentur.

4. Flores Sulphuris Saccharati Num. 4. etiam nil valent, quoniam Saccharum non sublimatur, sed comburitur propter Ignem fortem, & foetidum Sulphuri dat odorem.

5. Flores Sulphuris albi Num. 5. descripti, sunt parvi momenti, & tantum palliatiivi; dum enim Sulphuri de Nitro aliquid adhæret, fiunt albi. Possunt tamen etiam fieri Flores Sulphuris albi, si sublimentur cum ana Aluminis. Cæterùm Flores Sulphuris albi cum Nitro Autoris in Aere frigidobeneunt in Liqueorem, (notanter dico cum Nitro Autoris, in aliis enim non procedit) qui Liqueor specificè in Erysipelate extrinsecus prodest, & etiam in reliquis cutaneis Affectibus.

6. Flores Sulphuris Corallati Num. 6. nil valent: Nam reverà de Coralliis nihil ascendit.

7. Quoad

Vires. Habentur præstantiores, quam vulgaris Sulphuris Flores, & si ex his Balsamus fiat Sulphuris, optimus Pulmonum Balsamus perhibetur.

7. Flores Sulphuris Benzoinati.

Fiunt duobus modis, vel sublevando Alembicum omni horâ intereâ dum sublimantur Flores Sulphuris, & in Cucurbitam ʒj. Pulv. Benzoini projiciendo, vel collocando Flores jam factos in Patinam terream vitreatam, in cujus medio Scutella terrea promineat, cui inditur Ferrum incensum igne; moxque injiciuntur particule Benzoini, contegitur Patellâ, ut Fumus Flores reverberet, sicque iteratur Ferri accensio, & Benzoini projectio, donec sit satis: quo facto teruntur Flores Sulphuris cum Floribus Benzoini exaggeratis, servanturque tanquam odoris jucundi, majorumque virium.

II. P R A E C I P I T A T I O.

Unde

Lac Sulphuris.

Lac Sulphuris, Magisterium Sulphuris est, seu Præcipitatum.

N. Aliis dicitur Cremor Sulphuris, aliis Butyrum.

Paratur autem 1.

ʒj. Fl. Sulphuris, p. 1.

Salis Tartari, p. iij.

Pone in Vitro oris capacissimi (sive in Ollâ fixâ) in Arenâ collocato, affunde Aquam ad eminent. sex digitorum, ita tamen, ut quarta pars Vitri sit vacua: hinc bulliant, ut Sulphur solvatur, (quod 5. vel 6. horis fiet) Spatulâ ligneam continue agitandâ, donec ferè omne Sulphur solutum sit, Liqueorque rubeus appareat. Hinc filtra calidè per Chartam emporiticam, ac effunde confestim Vinum anseriusculum (alii Acetum destillat.) lentè, celeri tamen lapsu, tandiu donec colorem lacteum acquirat, qui ad fundum paulatim secedit,

7. Quoad Flores Sulphuris Benzoinatos, idem sentiendum, quod dixi de Sublimatione tertiâ & quartâ: nam Benzoi naturæ est resinosa, & facilè comburitur, unde empyreumaticum odorem relinquit: propterea frustra adjicitur. Longè melius permiscetur Flores Sulphuris cum Benzoi & similibus Gummatibus, quam quòd invicem sublimentur.

II. PRÆCIPITATIO. Mediante hac Sulphur solum præcipitatur in album Pulverem, qui vocatur Lac Sulphuris. Sulphuris hæc Solutio non fit per Acida; hæc enim figunt Sulphur, in specie Aqua Fortis, sed absque Solutione; Mensuram tamen peracutum Flores Sulphuris solvere, & in blando calore insignem vim elasticam exercere dicitur. Bene autem Sulphur solvi potest, tam per Alcalia, imprimis Sal fixum, propter Acidum in Sulphure reconditum, ratione cujus in se invicem agunt, quam per Olea ratione similitudinis seu analogiæ in Substantiâ pingui, qua Oleum penetrat Sulphur, & illud quasi liquecere cogit. Sed Concretum minerale eum sit Sulphur, adeoque densioris & firmioris texturæ, etiam Alcalia saltem fixa, non volatilia, illud solvere valent. Nec obstat Experimentum BOYLE de Coloribus, dum ex Calcis vivæ, Salis Ammoniaci & Sulphuris vivi vel crudiana part æqual. Spiritum volatilem urinosum, rubrum instar Sanguinis, per Retortam vel Alembicum destillat, quasi Alkali volatile cum Sulphure soluto hunc repræsentaret. Nam Spiritus hic Salis Ammoniaci urinosus cum Sulphure, propter contactum Calcis vivæ corrosivo, in formâ rubicundâ prodit, cui affusa Aqua simplex mox præcipitat Sulphur in antiquam formam, ita ut nulla Solutio, sed superficialis saltem particularum unio fuerit. Sic etiam Olea saltem densiora, non verò in Spiritu volatilia resoluta, ob eorum raritatem & subtilitatem in texturâ, quæ improporionata est, ut in Sulphure agat, in hoc negotio requiruntur. Attamen Spiritus tales volatiles vinosi extrahere Sulphur & absorbere nonnihil valent, quando nempe per Alkali fixum prius resolutum fuerit, ut in Tincturæ præparatione infra patebit.

Solutio Sulphuris per Alcalia fit vel in viâ sicâ, vel humidâ. Siccom docet AUTOR Num. 2. Humidam Num. 1. & 3. Utrâque ratione solum Sulphur, & hinc per Acidum Vini vel Aceti præcipitatum, suggerit Lac Sulphuris dictum, quia Mixtura albescit & lactescit, & Sulphur sub formâ Pulveris candi fundum petit: uti videbitis in AUTORE, ubi obiter vandum, cum Calce vivâ factam Sulphuris Solutionem Num. 3. per Urinam esse præcipitandam: nempe ob naturam ammo-

nomine Lactis. Lac hoc ad fundum præcipitatum, affuso Liqueore collige, abluc Aquâ & exsicca, vel si placet antequam planè exsiccecur, misceatur, cum Aquâ Cinnam. vel aliâ appropriatâ, ut fiat instar Pulsis Lactis, &c.

N. Si Aqua bulliendo evanescat, affundatur alia, sed fervida.

2. Modus compendiosior.

ʒj. Sulph. & Sal. Tart. liquecant in Crucibulo per d. simul liquefactis affunde aliquid Aquæ calidæ, mox effunde in Patinam Aquâ calidâ plenam, & statim filtrentur, affundaturque paulatim Vinum: sic totus Liqueor albescet, atque Lac ad fundum præcipitabitur.

N. Quercetanus dissolvit Flores Sulph. in Oleo Tart. dissolutionique affundit Acetum præcipitaturque, &c.

Vires. Balsamum est Pulmonum ac velut Ignis consumens & exsiccans. Exhibetur igitur utiliter his qui molestantur Catarrhis, Fluxu Capitis, Asthmate, Phthisi, Tussi, Colicâ, &c. Promovet Expectorationem, interceptis Defluxiones ad Articulos, Ventositates Ventriculi ac Intestinelorum præcavet ac discutit.

Dosis. Tantum Pulveris miscetur, ut Vehiculum albicante colore tingatur, daturque mane & vesperi Cochli. 1. Vehiculum sit appropriatus Liqueor, Aquâ scilicet Cinnamomi, Mellisæ, Vini Spiritus &c.

N. Quercetanus exhibet ʒj. pro Cathartico.

3. Lac Sulphuris S. Cloffæi.

Coque in Cacabo ferreo Calc. viv. part. ij. Sulph. pulver. part. 1. cum maximâ quantitate Aquâ donec partes 3. Aquæ sint consumptæ, ruboremque contraxerit instar Sanguinis ex Sulphure dissoluto, coletur calidè per Manicam, refrigerari permittatur, denique præcipietur Urinâ calente, & decantato Lixivio Lac decies, aut duodecies Aquâ calidâ dulcoretur.

Vires. Eadem quæ Lactis Croliani; verùm quia interdum fallit, parumve præcipitatur, hic modus infallibilis adinventus fuit.

III. DE-

niacalem ipsius Urinæ, quatenus scilicet Alkali Urinæ saturat Acidum Calcis vivæ, dum intereâ Acidum Urinæ præcipitat Sulphur ex Solutione. Interim notabile est, quod asserit BECHERUS Phys. subterranean. lib. 1. pag. 370. Præcipitationem nempe Solutionis hujus cum Aquâ Forti factam, non Lac sulphuris, sed Terram Tartari figentem, saltem præcipitare.

Quod Usum, multi quidem, quos inter etiam est LUDOVICI in Pharm. pag. 375. magnificiunt hoc Lac Sulphuris, & Sulphuri crudo ejusque Floribus in Bronchiorum infarctu longè præferunt, præsertim si Florum Sulphuris pars j. cum Salis Tartari part. iij. fundantur in Crucibulo, & hinc soluta præcipietur: acquiri nempe sic Sulphur fixissimum, egregiè diaphoreticum, genuinum Pulmonum Balsamum. Sed magis placet Assertum ZWELFFERI Mant. Spag. p. 401. esse hoc Lac Sulphuris Calcem inertem, propter Acidi præcipitantis & Alkali solventis summam adhesionem, insolubilem, ac nullius usûs, quæ neque ab Acido, neque ab Alkali ulterius solvi potest, adeo ut potius noceat, quam prosit in Pulmonum Affectibus. Colorem album habet, utut Sulphur vivum in eo lateat, quia particule salinæ id obfuscant, & colorem candidum induunt.

Vicina est Præparatio Lactis Sulphuris Præparatio ista, qua elicitur ex Sulphure Oleum rubicundum:

ʒj. Sulphuris ʒij.

Tartari rubri ʒij.

Quæ in Ollâ probè perlutata ponuntur in Ignem Circuli per 24. horas: Olla prunis probè oblecta per 8. horas permittatur, tunc Materia refrigerata pulverifetur, superfundatur Acetum destillatum, & extrahatur Tinctura rubra: Acetum destillatum per decantationem auferatur, vel etiam per lenem destillationem abstrahatur, & remanebit Oleum rubrum.

Est Præparatio similis Lacti Sulphuris, & adhibendum hoc Oleum tantùm usu externo; internè nihil valet.

Alio quoque modo Lac Sulphuris parari potest, si Flores Sulphuris cum Spiritu Salis bene imbibuntur, & per Retortam destillantur, non secus ac Butyrum Antimonii, & prodit Liqueor crassus lacteus, qui per se usurpatus commendatur in Pelte & Hydrope. Verùm hanc virtutem à Spiritu Salis accepit. Hic Liqueor præcipitatus per Alkali quoddam in Pulverem album, deponit ad fundum Lac Sulphuris, sed nihil valens; unde hinc potius Sulphur crudum præferendum.

Qui ergo Magisterium Sulphuris oleosum, seu Lac tale in formâ

III. DESTILLATIO.

Unde

1. Spiritus Sulphuris S. Glossæ .

Eligatur Sulphur Leodiense coloris virescentis , minoris tubi live magnitudinis (Galli vocant , *du Soufre vert à petit canon*) ; tale enim per se luculenter ardet , locetur per Magdaleones in Scutellâ intus & extrus vitreatâ , accendatur ad Candelam , ut guttulæ liquati Sulphuris ardentis alios Magdaleones incendant : huic Scutellâ Campana ex arte appendatur , ita ut verticem illius flamma non attingat , nec etiam nimium distet , (gignitur enim hoc *Oleum* ex reverberio Flammæ subvolantis , contra aliorum opinionem) aliàs Flores acidos habebis : perge in substituendis Scutellis , donec factis *Spiritus campanarij* habeas . Ex *℞*. 1. Sulphuris nancisceris *Spiritus* ℞j .

2. Spiritus seu Oleum Sulphuris , per Campanam .

Habendum est Vas vitreum latum , Paropsidis vel Patinæ instar , è cuius medio surgat Meta (Tripus vel aliud aliquid Metæ vices supplens) : supra Metam Concha vel Crucibulum statuatur Sulphure repletum . Desuper Campana suspendatur vitrea , eâ distantiâ ne Flamma illam attingat : sic Fumus ex Sulphure accenso ascendens in Campanâ condensabitur , condensatusque ex Campanæ oris in suppositam Patinam decidet . N. 1. Si Conclave fuerit clausum , locufque ac tempus hu-

midam , major Olei quantitas colligitur (hinc & major Hyeme .)

N. 2. Utile est Campanam initio madefacere .

Alius modus .

Idem *Oleum* per Retortam tubulatam destillari potest . Nimirum

Retorta tubulata , vel quæ in posticâ parte Tubulum habeat , in Fornace collocetur , eique Recipiens Aquæ mensurâ adimpletum , ut in Clyffo , sine luto adaptetur . Postea ubi incaluit Retorta , *Frustrula Sulphuris* partitis vicibus injiciantur , & post singula *Frustrula* injecta Tubulus claudatur : *Spiritus* postea seu *Oleum* in MB. ab *Aquâ* separetur & rectificetur .

N. Si prorsus Aërem denegaveris , sine frustraheris ; id quod mihi accidisse scias , qui *lactescentem Liqueorem* loco *Spiritus* obtinui , omnis Aciditatis expertem .

Vires . *Spiritus Sulphuris* , ut ferè nihil aliud est , quàm *Spiritus Vitrioli* , ita & eadem cum ipso vires obtinet . Insuper est & contra Pestem , Asthma , &c. utilissimeque extrinsecus adhibetur in Procidentia Ani , si illius pauxillum cum *Aquâ* , v. gr. *Plantaginis* miscetur , & Spongiâ hoc Liquore madefactâ locus affectus tangitur .

Vide *Sennertum Instit. Beguinum , Gluckcrath , Tentaculum* .

N. Ex residuis *Fœcibus* si in copiâ collectæ fuerint , *Sal elixiviarum* poterit .

2. Spi-

mâ factâ desiderat , procedat modo CONERDINGII : nempe à Solutione Sulphuris , cum *Oleis destillatis* factâ , abstrahendo *Menstruum* , remanet Sulphur in formâ Resinæ , facile Pulveribus commiscendum . Resina hæc , si in *Spiritu Vini* denud solvatur , & vel hic ad priorem consistentiam abstrahatur , vel cum *Aquâ communi* præcipitetur , *Extractum* seu *Magisterium* , omnis fœtoris expertis , comparabitur : cuius *Usus internus* est , ut Aciditates Corporis putredinosas , Viscerum incipientes læsiones , corrigit , ac consolidationem promoveat .

Ex his ipsis operationibus Alkali in Sulphur , etiam alia surgunt Remedia ; v. g. si

℥. Salis Tartari part. j.

Flor. Sulphuris part. ij.

ac infundantur in Crucibulo , & postmodum solvantur in *Aquâ* , sponte concreverint *Cryalli* , quæ sunt optimum Purgans , præsertim in Hydropicis .

Dosis ℥ss.

Parili ratione & elegans *Liquor Alexiterius compositus* parari potest secundum WILLISIIUM *Pharm. Rat. P. 1. pag. 258* . Sequitur

III. DESTILLATIO, Qua liberatur pars Sulphuris acidâ à parte ejusdem pingui bituminosâ , & ista pars acidâ seorsim sensim collecta in Liqueorem , vocatur Spiritus Sulphuris .

Spiritus hic Sulphuris est Acidum illud , quod sub Pinguedinis bituminosæ tegmine occultatum est , unde non nisi hæc separatâ obtineri potest . Separatio alio modo fieri nequit , nisi per *Deflagrationem* , sub qua Pinguedo resoluta mediante *Sale Aëris* abit in *Gas aqueum* , & fatiscit denuò in *Aquam simplicem* ; Acidum verò seorsim collectum constituit *Spiritum* .

1. 2. Colligitur variis modis , nunc per Campanam , nunc per Alembicum amplum , nunc in Vase *Aquâ simplici* pleno , nunc aliis similibus Machinis , idque ex eo , quoniam parum admodum Aciditatis ex eo potest acquiri : nam Pinguedo præponderat Acido , & quoniam non est saturata à proprio Acido , propterea obscurioris est notæ . Res tamen omnis eodem recidit , modò debet observentur Encheireses ratione *Temporis ac Modi* . Ratione *Temporis* instituitur Præparatio *Aëre humidio ac pluvioso* , in Loco vel Conclavi Aëri ubique pervio ; sic enim propter aquearum particularum in Aëre abundantiam , facilius colliguntur acidæ particulæ Sulphuris , & in guttas cœunt , sicque copiosiores dant *Spiritum* , cum aliàs Aëre fereno distillaretur : sicuti etiam quidam suadent , ut in Conclavi , in quo præparandus *Spiritus Sulphuris* , prius aliquantulum *Nitri* supra prunas deflagretur ; sicut enim copiosus *Spiritus Sulphuris acidus* acquiritur , Aëre per *Nitrum* animato , & copiosius attrahente . Ratione *Modi* communiter fit per Campanam : Nempe quando inflammatur Sulphur , super Flammam interjecto spatio applicatur Vas amplum vitreum , quod dicitur Campana , & quidem admovetur ita , ut Vapores exhalantes ex Sulphure incenso in hoc impingant ; sic in Tom. IV.

Flammam avolat Substantia pinguis ; Fumus verò , qui ex Sulphure exhalat , coercetur in Campanâ , & sensim sensimque colligitur in guttas , quæ decidunt in subiectum Vas , & abeunt in *Spiritum Sulphuris acidum* . Imprimis quoque necesse est , ut antea Campana aliquot guttis *Aquæ* humectetur , ut promptè se uniat pars acidâ cum parte aquosâ , & abeat in *Spiritum acidum* . Conferatur præter AUTOREM Num. 1. & 2. BILLICHIUS in suis *Parad. Chym. pag. 51* . item KERKINGIUS in *Comm. in Basil. p. 279* . item HOFFMANNUS *Clav. p. 373* .

Quoad naturam & usum hujus *Spiritus* , reverà *Spiritus Sulphuris* essentialiter idem est cum *Spiritu Vitrioli* , sive *Veneris* , sive *Martis* ; quoniam omnes sunt ex unâ Minerâ , dum *Spiritus Sulphuris acidus* corrodit Mineram *Martis* vel *Veneris* , uti monui *superius* , ubi de *Spiritu Vitrioli* . Siquidem Mars & Venus hoc *Spiritu* irroratus efflorescit in perfectum *Vitriolum* vel *Martis* vel *Veneris* , ex quo destillatur *Spiritus Vitrioli* . In eo saltem differunt , quòd *Spiritus Sulphuris* purus sit , nec *Liquamine sulphureo* metallico , prout *Vitrioli Spiritus* , inquinatur ; *Spiritus* enim *Vitrioli* , sive *Veneris* sive *Martis* , propter coalitum in Igne , & fortissimam Ignis torturam , rapit aliquid secum de Minerâ , unde est stypticus & nauseosus , atque hac ratione Stomacho hostilis est , in cæteris autem conveniunt : hinc iisdem *Uibus Medicis* , quibus *Spiritus Vitrioli* inservit , commodè etiam *Spiritus Sulphuris* adhiberi potest . Ipse autem *Spiritus Sulphuris* est magis conveniens , imprimis ubi opus ut resolvantur *Mucilagines viscidæ* : hinc & in *Asthmate* cæteris remediis sæpe additur *Spiritus Sulphuris* ad gratum saporem ; ubi tamen *Spiritu Sulphuris* rursus præferendus est *Gas Sulphuris* seu *Fumus* in incensione exhalans , & in *Vitro* captus , cui *Vinum* infunditur : hoc *Vinum sulphuratum* certè optimum est in *Asthmate* . De usu *Spiritus Sulphuris* ad *Vitam longam* videatur HELMONTIUS *Tr. 2. Arbor. Vita , prope finem* .

Cæterum hic *Spiritus Sulphuris acidus* tandem potest redigi in *Sal* per evaporationem *Phlegmatis* artificiosam , & subsequente coagulatione *Acidi* in frigido , & hoc *Sal* aluminosi dicitur esse saporis : hoc ipsum tamen postmodum ex Aëre libero attrahendo *Phlegma* , abit denuò in *Spiritum* . Quidam solent parare *Spiritum Sulphuris acidum* sese multiplicativum , qui scilicet per menstruum spatium quartâ sui parte semper accrescit . Modum præparandi subministrat POTERIIUS in *Pharm. Spagy. cap. 11. ubi de Sulphure* , in quo parat *Oleum multiplicativum* :

In fundo Crucibuli pro *℞j. Sulphuris* , injiciuntur *℞ij. Cryalli calcinatæ* , & destillantur per Campanam ordinario modo : sicut enim fit *Liquor multiplicativus* ; cui , si quartam partem singulis mensibus demimus , nequaquam tamen altero mense decrevisse experieris , idque beneficio *Cryalli calcinatæ* .

Cryallus pro hoc usu calcinatur , si ignita , in *Aquâ frigidâ* extinguitur , quod bis vel ter reiterandum , donec abeat in

R f f f

Pul-

3. Spiritus Campanarius facillimus S. Cloffai.

℞. Sulph. viridis vel alterius pulveris. ℥iv. Spir. Sal. Nitr. vel Spir. ex Sal. com. & Vitriol. compositi (vide supra cap. 21.) ad supereminentiam 4. digitorum transverforum: destilla ex Retortâ in Gineribus subtus & supra positus ad ultimam usque guttulam. Cohobetur 6. aut 7. (quò plus, eò melius.) Reperies in Retortâ ultra ℥ij. Spiritus ejusdem amaroris, naturæ, facultatifque cum Campanario, viribus Spiritus nitra-rij haud imminutis.

N. Esti ad siccitatem videatur secretum fuisse Menstruum, nihilominus Sulphuri inhæret Sal causticum, quod dio expostum in Spiritum Sulphuris resolvitur, novo quotidie succrescente, nec à Campanario ullatenus differente.

4. Aqua acida, seu Aciditas, vel Phlegma Sulphuris.

Aqua acida Sulphuris appellari potest Liquor ille acidus, qui in Sublimatione Florum, initio (parcè tamen) extillat. Vires. Eadem cum Spiritu præcedente obinet, verùm quia minùs efficax, rarò in usum venit.

5. Aqua seu Ens Balsami Sulphuris.

℞. Aquam acidam, quæ extillavit in Sublimatione Flor. Sulph. vitriolator. rectificata & conjunge in MB. bullienti, cum Aquâ acidâ, quæ extillavit in Sublimat. Flor. Sulphur. refi- natorum.

N. Hæc Aqua (quæ lactei coloris) seorsim colligenda est, ne misceatur cum Oleo subnigro, quod subsequi solet, Usus idem qui Florum, in Peste, Febribus, Colicâ, Obstru- ctionibus ac aliis Affectibus Pulmonum. Crollius.

6. Oleum Sulphuris Balsaminum.

Balsamo Sulphuris Sat tostum adde, atque per Retortam de- stilla. Sennertus Inst.

7. Oleum Sulphuris Linatum.

℞. Sulphur. citr. (℔. i.) maceretur & solvatur in Ol. Lini (℔. i. ℔.) & fiet Massa, concreti Sanguinis instar. Re- frigerata Materia destilletur per Retortam, & prodibit Oleum rubicundissimum.

N. Alij addunt Vitrioli calcinat. ℔. ij.

Vires. Prodest ad Ulcera ac Bubones pestilentiales matu- randos.

8. Oleum Sulphuris aureum.

℞. Sulphur. aliquoties liquefact. & in Aquam effusi ℔. i. Pu- mic. ℔. ℔. Misc. ut fiat Massa, ac destilla lento Igne (N. ne des Igne inferius, sed supra & ad latus): sub fine auge I- gnem, & extillat Oleum instar Auri.

Vires. Exhibetur utilissimè in Cachexiis, Obstructionibus- que Viscerum, præservat à Peste. Clar. D. D. Johan. Tistel- mannus P. Profess. Marpurgenfis.

Pulverem: & hoc modo præparatur Spiritus multiplicativus, cujus ℥iv. intra mensem aliam dabunt unciam.

Beneficio Spiritus acidi Sulphuris Cenopolæ solent conser- vare Vina, ne fiant pendula. Et quidem hic ipse Spiritus Sulphuris acidus, quando ita sub formâ Fuliginis injicitur Vino, vocatur ab HELMONTIO Gas sulphureum; quoniam non est Spiritus acidus, sed constat ex parte Sulphu- ris oleosâ. Hoc Gas monstrat nobis apertè, quòd singulari polleat vi in arcendâ Putredine in Corpore humano, ex eo, quoniam Vinum præservat, quod aliàs facillè corrumpitur. Hinc non sine causâ CNOEFFELIUS in Traç. 2. de Cu- rat. Febr. Epidemicarum, habet modum combinandi hoc Gas Sulphuris acidum cum Potu Ægrotantium in Febribus malignis, cùm sit singulare Remedium in Curâ earundem & beneficio hujus Liquoris quidam Medicus in Peste ultimâ Londinensi multas egregias perfecit Curas. Item Potum hoc modo imprægnatum miris modis commendat HEL- MONTIUS in curando Asthmate ac Tussi, similibusque Pectoris Affectibus.

3. Spiritus Autoris Num. 3. vix videtur genuinus, quia multum de Nitro participare credendum: Sulphur commune Calci vitæ mixtum & destillatum dat Spiritum urinosum vo- latilem: vid. CRAMERUS Disput. de Transm. Metallo- rum.

7. Oleum Sulphuris Linatum Num. 7. fit, quando Sulphur cum Oleo Lini solvitur, quo abit in Concretum, quod HEL- MONTIUS vocat Hepar Sulphuris, & mirè commendat pro tingendis Gemmis, & parandis Tincturis: hoc destillatur per Retortam in Igne Arenæ, sed magno cum periculo;

9. Oleum Sulphuris rubrum.

℞. Sulphur. ℔. i. Calc. vit. ℔. ij. per Retortam pelle. Vires. Itidem maximæ est utilitatis in Bubonibus pestilen- tialibus maturandis.

10. Oleum Sulphuris verum S. Cloffai.

Resolve ℥ij. Sulphur. tust in ℔. ℔. Spiritus Tereb. clari, id quod fiet intra tres dies super Lincos: Solutionem rubentem decanta, alium affunde, digere, separa per inclinationem: Fæces (quæ erunt perpauca) abjice. Tincturas destilla Igne Arenæ lentissimo ex magnâ Retortâ, donec ferè omnem Spi- ritum Terebinthinæ recuperaveris. Guttulis autem rubris ap- parentibus mutetur Recipiens, & Ignis paulatim augeatur: egredietur Oleum coccineum cum fœtore intolerabili, qualis est Latrinarum: ultimò Retortâ ferè incandescente, spissum, & obscurè nigricans. Hoc rectifica & separa à Spiritu Tere- binthinæ superstitute. Oleum autem Vase clauso digere per mensem in MB. ubi fœtorem deponet, evadetque verus Pul- monum Balsamus.

Vires. Est egregium Vulnerarium intrò sumptum, curat Ulcera interna, resistit Suffocationi Matricis, Pecti, Colicæ, Catharris fluentibus, Asthmati, Empyemati, Urinam pro- vocat. Dosis gut. 3. in Syr. conoen. vel Ovi vitello.

IV. I N F U S I O.

Unde

1. Balsamus Sulphuris Terebinthinatus, seu Rubinus Sulphuris.

℞. Fl. Sulphuris vitriol. ℥ij. Spirit. Terebinthin. ℥v. vit. Digerantur in Vase vitreo, donec solvatur Sulphur & Spi- ritus Terebinthinæ rubicundus reddatur. Hinc decanta ac serva.

N. Quòd si hunc Balsamum à suo Solvente, seu Spiritu separare volueris, affunde Aquam & destilla: sic Spiritus una cum Aquâ extillabit, relicto Balsamo in fundo.

Vires. Excellentissimam Medicinam præbet contra Phthisin, quippe valet ad Ulcera Pulmonum consolidanda, præservat à Peste, aliisque Morbis contagiosis: inservis quoque Tinctu- ra Sulphuris. Vide infra.

Dosis à gr. 4. ad 7. scilicet si à suo Soloente separatus sit: vel ad gr. 20. cum suo Solvente. Quercetanus in Pharm. restit. Hartmannus in Pract. Sennertus Institut. Beguinus &c.

2. Balsamus Sulphuris compositus, Balsamus Vita.

℞. Flor. Sulph. ℔. i. Myrrb. ℥ij. Aloës succotr. ℥ij. Crac. ℥ij. pulverisa ac digere cum Spir. Terebinth. ad eminent. di- git. 2. affuso: decanta.

Vires. Efficaciùs operatur quàm Simplex.

3. Bal-

quoniam omnia interdum dissipantur: prodit enim sic Oleum rubicundissimum instar Sanguinis, ex quo singularis Medicina Pectoralis parari potest. Fuit CNOEFFELII Secretum, qui pro excellenti Balsamo Vulnerario usus fuit. Et observe- tur, quòd Præparatio AUTORIS suscepta fuerit hinc ab egregio Chymico, sed frustraneo cum successu, & spes cum sefellit de hoc Oleo: genuinam autem descriptionem vid. in M. A. N. C. Anno 6. Append. pag. 78.

10. Ex his laboribus obtinetur ulterius Oleum Sulphuris verum per Destillationem: vid. AUTOR Num. 10. sic enim post Olei Terebinthinæ separationem restitans Con- cretum quali resinofum in Oleum crassum destillabile abit, quod multum de Sulphure participat.

Pertinet huc Liquor Sulphuris quorundam secretus, qui fit ex Pulvere Florum Sulphuris, à quibus Spiritus Vini quætet cohobatus sit: hinc imprægnatur remanentia Pulveris Flo- rum Sulphuris cum Oleo Juniperino, ex quibus Destillatione paratur Liquor lacteus, qui à multis in Secretis habetur. Hic rectificatus probè ab Aloë, Myrrhâ, Theriacâ & Craco, ad- hibetur postmodum tam pro usu interno quàm externo in quamplurimis Morbis.

Sequitur

IV. INFUSIO. 1. 2. Hæc Balsama Sulphuris suppeditat. Solutio nempe ista, quæ fit per Olea, dat Balsamum Sulphuris, quale est Balsamum Sulphuris Terebinthinatum Autoris Num. 1. vel Compositum Num. 2. quales Composi- tiones ex resinosis Subjectis additis mille modis variari possunt.

D. KOR-

3. *Balsamum Sulphuris ad externa, qui Rulando adscribitur.*

R. Fl. Sulphur. vel Sulphur. puri ℥j.

Ol. Rapar. express. vel Nucum lb. ℥ss.

Vini generosi ℥ij.

Macerentur per dies 8. Igne lento, aliquoties agitando. Postea coquantur lente ad Vini consumptionem. Tandem cola & serva uti.

Vires. In variis morbis à Rulando Balsamus hic adhibitus est. Vide ejus lib. Cont. 92.

N. Balsamum Rulandi aliter describit Untzerus tract. de Tart. Vide & Balsamum Sulphuris Vitriolatum in Angel. Sala Tract. de Vitriolo.

4. *Tinctura Sulphuris.*

Postquam à Balsamo Spiritus Terebinthina separatus fuerit (modum separandi habes in Balsamo) affunde Spiritus Vini, & extrahe Spirit. Vini in MB, & habebis Tincturam; digere, atque à Fœcibus subsidentibus decanta.

Vires. Præstantiores effectus habet quam Balsamus.

Dosis gutt. 3. 4. &c.

N. Extrahit quoque ex Sulphure crudo Tincturam citrinam Spiritus Vini optimè rectificatus.

D. KORNBERG præparat Balsamum Sulphuris compositum per Destillationem cum Croco, Aloë, Myrrha, Oleo Juniperino, Terebinthina, &c. de quo integrum scripsit *Tractatum*. Inter alia mirè commendat in curandâ Peste.

Quoad Usum, reverà polybreffum Remedium est Balsamum Sulphuris: speciatim Terebinthinum egregium est in Abscessibus & Ulceribus partium internarum: hæc enim mundificat, Purulentias abstergit, & ulteriorem Puris preventionem cohibet. Hinc in Empyemate & Vomica Pulmonum, Ulceribus Renum & Vesicæ, Mictu cruento, &c. egregium est hoc Balsamum; unde in Phthisi convenientissimè jungitur cum Antimonio diaphoretico, Saccharo Saturni, & Balsamo Peruviano; exque his sunt convenientes Pilule Antiphthistica, quæ in Pulmonibus collectum Pus per Urinam evacuant. Appetitum etiam provocat, Corruptelam aut Putredinem quamvis Humorū præcaver. Præterea diureticum est, & in Fluore albo, Mensium suppressione, Calculo Renum & Vesicæ est conveniens. In Dysenteris etiam epidemicis est egregium: sic novi ex vicinâ Rusticum, qui se à Dysenteria epidemica Balsamo Sulphuris, sæpiùs & copiosius assumpto, curavit. Sed nimis præcavendus videtur abusus, ne Febres causet, & speciatim aridiora & emaciata Subjecta, & ad Hæcticam disponat; Corporibus enim succulentis seu pituitosis convenientius est. In specie de usu & abusu Balsami Sulphuris vid. HOECHSTEDTERUS in Dec. 3. Obs. 10.

Paratur etiam à quibusdam Balsamum Sulphuris cum Oleo Succini, Anisi, Baccarum Juniperi, &c. loco Olei Terebinthina, quæ Sulphur pariter solvunt in Balsamum rubicundum pro usu interno diaphoretico: sicut Anisatum in Affectibus Pectoris, & Succinatum in Affectibus Capitis & Catharrois, usurpantur & adhibentur. Quidam addunt Camphoram, & sic fit Balsamum Sulphuris Terebinthinatum Camphoratum.

Externè nobilissimum est Vulnerarium Balsamum Sulphuris; Vulnere recentia promptè & per primam intentionem consolidat, inveterata verò, & quæ ad Ulceris naturam degenerant, mundificando optimè sanat, vel per se, vel mistum cum Balsamo Peruviano. In Abscessibus aperiendis, mundificandis & consolidandis, in Ulceribus præcipuè sinuosis, Mammarum, aliarumque partium glandulosarum, uti etiam Bubonibus & Carbunculis suppuratis, egregiè etiam convenit. Emplastrum Symplicium Crollii convenienter malaxatur cum Balsamo Sulphuris.

3. Balsama cum Oleis expressis sunt vel Simplicia AUTORIS Num. 3. vel Composita, eaque pro usu præsertim vulnerario multiplicia. Præparatio hujusmodi Balsami Sulphuris fit per simplicem saltem Sulphuris in Olei infusionem ac digestionem, methodo AUTORIS; vel, quod melius est, per præviam cum dimidio, ana, vel duplo Salis Tartari fusionem, & hinc Oleorum affusionem, Balsama nobiliora & usui Medico aptiora sunt: conf. ZWELFFERUS in Animad. pag. 446. HOFFMANNUS Clav. pag. 374. & ROLFINGIUS Chym. pag. 224. Hæc enim ratione Acidum Sulphuris ab Alkali Salis Tartari fixo multum infringitur & quasi absorbetur, & exaltatur ejus Pinguedo, quam Sal Tartari aptiorem reddit, ut imbibatur ab Oleo

Tom. IV.

5. *Tinctura Sulphuris S. Cloffai.*

Infer in candens Tigillum per Cochlearia Mixturam ex Sal. Nit. ℥j. Sulphur. pulver. ℥iv. comburantur Igne forti, donec strepitus cesset, & in Massam rubram Mixtura detonata compingatur, & in Pulverem redactæ Spiritus Vini Tartaris affundatur, extrahaturque Tinctura.

Vires. In Peste, Febribus, Scorbuto, Obstructionibus Hepatis; Pulmonumque Morbis utilis.

Dosis gutt. 8.

6. *Alia Tinctura.*

Fac Caputellum ex Sal. Nit. in Aqu. soluto, in cuius ℥v. bulliat per 24. horas Sulphur. pulv. ℥j. filtratur Liqueor rubeus, & præcipitetur cum Aceto, in quo decoctum fuerit Caput mortuum ex Vitriolo. Infunde, reidebit Pulvis scarlatinus, è quo Tinctura, modo superius tradito, vel per Spiritum Terebinthina extrahenda venit.

Ex S. Cloffai.

7. *Cryalli ex Tincturâ.*

Postquam per Spiritum Terebinth. & Spirit. Vini Tinctura fuerit prolecta, ut dicitur Art. 4. abstrahendus est Spiritus Vini, dum restitet tantum pars tertia illius, quæ in Cellâ collo-

destillato, vel pro usu externo ab Oleo quodam expresso affuso. Inter Olea quælibet Petroleum est, quod optimè & intimè magis Sulphur dissolvendo illud in Balsamum redigit: sicut loco Sulphuris communis Sulphura Antimonialia adhiberi possunt. Sic Scorix Reguli Antimonii, in quibus plûs minûs Acidum ab Alcalibus correctum & infarctum est, vel Sulphur auratum Antimonii, quod habetur pro præcipitatione Scoriarum Reguli Antimonii, cum Oleo Succini, aut Terebinthina, nobilissimum dant Balsamum Traumaticum, teste POLEMANNO Tract. 2. de Sulphure Philos. pag. 31. sicut pro usu interno Sulphur ex Cinnabari Antimonii, vel Flores Sulphuris antimoniat, qui Glyssi præparatione sublimantur, recipitur; vel Sulphur fixum Polemanni, ex quibus cum Oleo Anisi insigne Balsamum confit: conf. WEDELIUS Pharm. pag. 33.

Balsamum Sulphuris Rulandi, fit cum Oleo Raparum: quidam volunt cum Oleo ex Semine Papaveris. Quicquid sit, utroque modo, præter usus superius dictos, in quibuscunque Ulceribus & Abscessibus aperiendis, mundificandis & consolidandis, in Abscessibus præcipuè Mammarum, item in Panaritio, seu Verme sub Ungue, egregium est: conf. RULANDUS in suis Curat. Empir. Unde Emplastrum ex Balsamo Sulphuris vulgari, Antimonii Sulphure, cum Terebinthina, Colophonia & Cerâ commendat THOMSONIUS Epilog. Chemic. pag. 79.

RULANDUS pariter describit Emplastrum Diasulphuris; cujus loco ad LUDOVICI imitationem extemporaneum fieri potest ex Sulphure pulverisato & Myrrha, cum Pice sutoriâ exceptis: quod in Doloribus Ichiadicis non sine fructu applicari potest.

Fieri etiam potest Balsamum Sulphuris compositum ex Sulphure & Terrâ Vitrioli dulci:

R. Olei Hyperici ℥j.

Flor. Sulphuris ℥j. seu Masse Sulphuris d. m. par. ℥ij.

Ebulliendo ad solutionem seu extractionem Sulphuris, ut fiat Oleum spissius & intensius: vel adde

Cerâ ℥ij.

Terebinth. ℥ij.

Thuris,

Myrrâ an. ℥ij.

Pulv. Aristol. rot.

Nicot. an. ℥j.

M. exactè, sub formâ Unguenti mollioris. Aut copiâ majori, Cerâ additâ, in formam Emplastri non adeo duri redigatur, multi usûs in Affectibus externis undecunque natis.

Sulphuri cum Sale Tartari dicto modo recluso, si affundatur Spiritus Vini, elegans habebitur Tinctura Sulphuris, vel Simplex, qualis est ista ZWELFFERI Mant. Spagy. pag. 402. & cui non assimilis est Tinctura Sulphuris Autoris Num. 5. vel Composita Willisi Pharm. Rat. P. 1. p. 377. Nempe Sal Tartari cum penetrat ac dissolvit Sulphur illud, hoc ipso disponit, ut unâ cum particulis salinis à Spiritu Vini imbibit, & ita in Tincturam exaltari queant, quæ Spiritus Vini ad medietatem abstractione ulterius perscrutanda: abstracto Spiritu Vini remanet Pulvis insignis pectoralis, cum Saccharo

R r r r a

miscen-

collocatur, ubi nascuntur *Crystalli*, in quibus residet *Quinta Essentia Sulphuris*; dissolvantur iterum in alio *Spiritu Vini*, & denuò coagulentur, quò magis ac magis ab odore gravi immunnes reddantur.

Dosig. 4. in Liquore appropriato, Tabellis, Electuariis.

8. Sal Sulphuris.

Vel sit ex *Capite mortuo Spiritus Campanarij*, de quo vide *Keslerum Artic. 54. Centur. 1.* vel ex *Carbone nigro levi* & foliato *Sulphure* post extillationem *Olei veri* (vide *suprà*) residuo: hoc Igne miti reverberandum est ad albedinem.

Uterque modus parum Salis præbet, sed efficax adversus Verminationem Remedium.

9. Essentia Sulphuris.

¶ *Miner. Sulphuris* q. v. affunde *Aqu. Fort. (ex Vitriol. & Sal. Nit.)* solve quoad poteris. Hinc abstrahere *Solutum* ad siccitatem, edulcoratumque reverbera ad rubedinem saturatam. Hinc extrahe *Tincturam* cum *Spiritu Vini*, digereque donèc *Essentia Sulphuris à Spiritu Vini* separetur instar *Olei*, fundumque petat.

Vires. Magnarum est virium ad arcendam Putredinem.

Dosis gust. 6.

N. In hac *Sulphuris Essentia* si *Myrrha*, *Aloë*, *Aromatæ* insundantur, atque *Tinctura MB.* extrahatur, dicitur *Balsamus Mortuorum*.

Basilus in repet. Lap. Ph.

V. LIQUATIO.

Sublimatur *Sulphur* in Sublimatorio sat alto Igne forti, sublimatum exponere *Liquationi* in Gellâ aliquandiu. *Basilus A. 1.*

miscendus & propinandus. Aliàs etiam ex *Lacte Sulphuris*, cum *Vino* vel *Aceto* præcipitato, *Tinctura* elegans parari potest, si nempe *Lac illud* probè edulcoretur *Aquâ pluviâ*; *Pulvis* verò candidus exponatur digestioni, donec successivè rubicundum colorem contrahat. Hic *Pulvis* cum *Spiritu Vini* commodè extrahit, & in elegantem *Tincturam* exaltari potest. Digestio ista fit in Capela cum *Arenâ*: *Tinctura* extracta abstractione *Spiritus Vini*, seu *Menstrui* ad medietatem usque concentrari, & tunc ad gutt. vj. vel x. *Pulmoniacis* feliciter propinari solet.

8. *Sal Sulphuris* parare conantur ex *Capite mortuo Spiritus campanarij*: sed est carum & rarum, ut sint, qui volunt valde laudare in Asthmate; item asserere, quòd possit solvere Aurum. (R)

C A P U T XXIX.

DE BITUMINE & AMBRA.

Bitumen nomen generale est, comprehendens omnes *Spiritus Mineralium pingues & fluidos*: hinc & *Ambra* huc pertinet.

Hæc ut ut sit elegantissimum & efficacissimum Simplex; nihilominus de ejus naturâ & origine nondum res decisa est, cum varis de hac sint Autorum sententiæ: speciatim *KLOBIUS Tractatum Germanicum* scripsit de *Ambra*, ubi 18. congeffit opiniones diversas de *Ambra* naturâ & origine: concludit tandem, quòd sit *Fumus Avis* cujusdam singularis in Insulis Orientalibus, speciatim in Insulâ *Madagascar*. Alii partim *Vegetabile*, partim *Animale* esse volunt, ut *VELSCHIUS Hecatost. 1. p. 122.* sicuti moderni Angli dicunt, quòd in *Balena* reperitur *Intestinis*, sicuti *Sperma Ceti*, ut vocamus, in illius Capite. Alii ex *Melle & Cera* compositam eam putant: Conf. *FRANCISCUS SCHAU-BUÑNE P. 2. pag. 610.* Alii dicunt, quòd piscetur ex Mari, & sicuti *Succinum* ejiciatur ad littora Maris *Borussici*, ita *Ambram* similiter colligi ex Mari in India Orientali & Africa, seu ex Mari in Bengala, in Pegu, item in *Monzambique*, atque *Caloverde*, in Insulâ *Ma-*

C A P U T XXIX.

DE BITUMINE AC AMBRA GRÆSEA.

BITUMINIS nomen generaliter denotat quodcunque *Minerale pingue*. Unde & *diversus* sub se *Species* comprehendit. *Ambram* scilicet, *Succinum*, *Sperma Ceti*, tum quoque *Bitumen* in specie sic dictum, *Naphtham* & *Petroleum*, *Carbonem Petra* & *Gagaten*. De quibus sigillatim brevibus.

D E A M B R A R O.

Ambarum, *Ambra*, sive *Ambara* generaliter duo *Bituminis Genera* denotat, quorum unum *Ambra* nomen communitè retinet, & ad differentiam alterius, *Ambra græsea* dicitur. Alterum *Succini* nomen assumpsit, de quo loco sequenti.

N. 1. Est & *Ambra nigra*, de qua maxima est *Autorum* inter se dissensio. Sunt enim qui verè *Ambra Nativâ* speciem faciunt, quæ reliquis sit imbecillior. Alij *Fætitiam* itatuunt ex *Moscho*, *Zibetâ*, *Ligno Aloë*, *Syrace* & *Ladano*. Alij *Gagaten*, sub titulo *Ambra nigra* vendunt. Alij *Succinum* colore ad nigrum vergens.

N. 2. Est & *Ambra subalbida*, i. e. *Sperma Ceti*.

Ambra Officinarum *Bituminis* quoddam genus est, ex *Fonibus* ac *alveis Maris* ad littus eructatum. *German. wolvrie bend Amber.* *Gall. Ambre odorant.*

Optima censetur *Grysea* (seu coloris cinerei) à fordibus purgata, odorata, levis, quæque acu perfossa. *Succum* pinguem refudat. Improbatur nigra, candida valde, utpote dubio procul adulterata.

Fætitia facilis cognitu est, Odore scilicet (quo res, ex quibus confecta est, prodit) tum quoque Colore (quo plerumque nigra est): adde quòd *Aquâ* impositâ citiùs mollescat, quàm *nativa*. Vide *Hernandez*.

Vires.

Madagascar & *Sumatra*, *Viscum* esse, quòd in fundo Maris eodem modo, quo *Pix marina* crescit, statuitur in *M. A. N. C. Anno 9. & 10. Obs. 194. pag. 459.* De *Ambra Augustanâ insolentioris ponderis* vid. *M. A. N. C. Anno 3. Obs. 300. pag. 520. & Anno 4. & 5. pag. 304.*

Triplex aliàs datur *Ambra*: *Græsea* seu *Cinerea*, quæ etiam *Orientalis* dicitur; *Alba*, quæ propter raritatem carior est; & *Nigra*, quæ factitia est; constans *Ladano*, *Moscho*, *Syrace* & *Ligno Aloë*.

Ob caritatem & raritatem *Ambra vera* sæpiùs adulteratur variè, & loco hujus *Fætitia* substituitur; *Legitima* tamen ita cognoscitur:

¶ *Frustrum Ambra græsea*:

Huic intrudatur *Acus candens*; quòd si fiat, ut transfuset substantia pinguis, signum est *Ambra* legitimæ.

Alii probant hoc modò; si quis Unguibus frustrum ex *Massâ* decerpit, & huic in manu calidâ probè agitet, & malaxet, liquefcit, & instar *Ceræ* mollescit *Ambra*, sic est genuina, adulterata verò non benè cohæret, sed abicit in frustula.

Quoad *Usum Ambra græsea* attinet: ab omnibus prædicatur ceu nobile *Analepticum*, *Virium* tam *vitalium*, quàm *animalium confortativum*, hæcque ratione majorem habilitatem *Spiritus* conciliat: unde etiam ad *Vitam* longam non immeritò laudatur à *BACONE de VERULAMIO pag. 100.* sicut & *Basilii Confectionis Alchermes* constituit. Neminus nocere, nec *Fœminis*, in quibus *Partum*, *Lochia* & *Secundinas* promovet, nec *Hysteriis* & aliis *Mulierum* *Malis* nocet, modò non percipiunt *Odorem*: *Melancholicis* & *Hypochondriacis* prodest, *Spiritus animales* quasi serenando, quorum nimium impetum etiam sinit, & vi aliqui stupefactivâ, quasi inebriativâ, eisdem afficit: unde usus ejus conferre solet aliquandiu in *Sensuum externorum & internorum*, speciatim *Memoriæ* & *Ingenii functionibus*: sed diurno usu eisdem *Spiritus* alterat, & vi quasi inebriativâ stupidos tandem reddit usurpantes, & *Sensus* internos antea restauratos edictiùs immittit, teste *HOEFFERO in Herc. Med. T. 1. pag. 277.* Conf. *GARCIAS ab HORTO in Mant. Aromat. l. 1. cap. 1.* Nempe primitus

(R) *Sulfuris* communis *Analisis* baud facilis est, ex *Hombergio*, etenim *præcipua* ex quibus componitur sunt adeò volatilia, & adeò sibi invicem ad hærentia, ut vel omnia simul eleventur, absque eo quòd resolvantur, vel resoluta facilè dissipentur. Ipse autem modum invenit illa separandi, atque eodem tempore conservandi: videlicet *Sulfur* componi ex *Sale acido*, *Terrâ quadam*, *Materia pingui*, *bituminosâ*, & *inflammabili*, accedente quoque exigua *Metalli* portione. *Acidum Sulfuris* idem prorsus putat, ac *Acidum Vitrioli*, argumento ex ipsorum similibus effectibus ducto, quòdque *Sulfur & Vitriolum* ex eadem *Marcasitâ* sejunctim & absque confusione educti possint.

Vires. Calefacit, siccat, resolvit, Cor, Cerebrumque roborat, Spiritus vitales ac animales sulphuræ suâ ac suavi exhalatione suscitatur reficitque. Unde haud rarus illius usus est in Globulis illis fragrantibus ad insectum Aërem corrigendum, Spiritusque ab infectione tutandos, formatos, quos *Globulos* inde *Foma Ambra* vulgus appellat, de quibus *lib. 2.*

P R Æ P A R A T A.

1. *Essentia Ambra.*

℞. Ambr. gryf. p. 1. Ol. Amygd. d. p. ij. impasta, ac digere per dies aliquot, postea exprime. Expressioni affunde Spirit. Vini rectificatiss. digere ac destilla per Arenam. Sic elvabitur cum Spiritu Vini *Essentia* quoque *Ambra*, relicto Oleo Amygdalarum in fundo. Abstrahere igitur Spiritum Vini leni calore, ad consistentiam Olei.

Dosis gut. pauca.

2. *Species Diambra.* Vide in D.

3. *Poma Ambra.* Vide *lib. 2. c. 75.*

4. *Ambra Essentificata.*

℞. Ambra gryf. opt. part. viii.

mixtus serè igneus & volatiliores Spiritus reddit, successu vero temporis fixati quasi vappescunt; unde cautus sit ejusdem usus pro roborandis Facultatibus animalibus. Nocet quoque iis, qui ad Hæmorrhagias & Febres continuas dispositi sunt. Magis ergo Senibus convenit, quam Juvenibus, per quam causam his plus nocet, quam juvat; hinc etiam in Spiritus genitales potenter agit, & Venerem egregie simulat, eandemque excitat, & si quid aliud, cæteris partibus, Maritos steriles ad Fœcunditatem disponere solet. Egregium præterea etiam est Stomachicum, & in Apepsiâ, Nauseâ, Stomacho crebrius eructanti, Vomitu, aliisque ejus Affectibus, confert: hinc *Syrupus* ad Stomachi vitia cum *Ambra* descriptus proficit in *FEHR T. 2. de Absinth. pag. 103.* qualis etiam Gallicis in frequenti usu est.

Usurpatur vel in formâ siccâ, vel liquidâ. In formâ siccâ Pulvis ejus usurpatur. Pulverisari autem commodè non potest, quia multum adhæret Mortario; bene autem per se Pulveris formâ cum Seminibus Oleosis subigi potest: conf. *ZWELFFERUS Pharm. Reg. pag. 122.* item cum duplo Sacchari commissa promptè etiam pulverisabilis existit, cui Saccharo postmodum Oleum Cinnamomi, vel alia destillata, addita dant Pulverem Analepticum elegantissimum, Senibus præsertim exhaustis pro Viribus restaurandis, & Spirituum tam animalium, quam vitalium supplemento conducens: Conf. *M. A. N. C. Anno 6. Append. p. 92.* ubi de *Ambra moschatâ*.

Licet autem dicto modo *Ambra* commodè usurpari queat, nihilominus tamen usurpatur etiam in Liquidâ formâ, dum paratur ex eadem *Essentia*:

(1.) Ut sic facilius operetur.

(2.) Quia *Ambra* aliarum rerum naturalium quifquiliis variè adulteratur.

(3.) Quia propter glutinositatem in substantiâ non æquè commodè usurpatur; &

(4.) Ut *Essentia* commodius aliis misceatur.

Et quidem cum *Ambra* sit quasi bituminosa & oleaginosæ naturæ, non nisi Oleosis & Spirituosis solvi solet. Omnia enim *Menstrua solvantia debent esse homogenea cum resolvendis*, quod debet esse catholica Nota. Contrarium videmus in Moscho, quia est humidioris naturæ, quam *Ambra*, unde humidis & liquidis faciliè permiscetur. Ergo in Confectione *Poma Ambra* seorsim est subigenda cum *Oleo Amygdalarum ductum*, item *Moschus* etiam seorsim.

Quod attinet *Essentiam*, speciatim Spiritus Vini tartarificatus, optimè & serè totam *Ambra* dissolvit, modò legitime Tom. IV.

(S) *Ambra grisea* (sive *Ambar* & *Ambarum*) quid verè sit, serè non adhuc constat apud Autores. Justus Klobius decem & octo refert scriptorum de naturâ *Ambra grisea* opiniones. Probabiliorum existimat illorum sententiam, qui ajunt, *Aves esse in Insulâ Madagascar, aliisque Oceani Orientalis Insulis, Aschibobuch dictas, quarum Fimus in rupium summitatibus collectus, ac in mare decidens, Ambra sit.* Nec improbabile putat, quod alii dicunt, esse nempe *Ambra griseam* Ceti cujusdam excrementum. At accuratiorum naturalium rerum scrutatores ajunt, *Ambra griseam* Compositum quoddam esse ex Cera & Melle, quod ex Arboribus quæ sunt in litore Moscoviæ, vel è rupibus circa Mari Indicum, in Mare ipsum decidit, ac à Sole prius concoctum, perficitur demum à Spiritu salino Aquæ Maris. Confirmant, quia si digerantur simul Cera & optimum Mel, elicitur ex iis Elixir, & odore, & vi, ad *Ambra* accedens. Præterquam quòd intra fragmenta grandiuscula *Ambra grisea*, non adhuc ultimam perfectionem adeptæ, Favorum Cera & Mellis vestigia dignoscuntur.

Mosch. odoratiss. p. 1.

Sacchar. albiss. p. 3.

Omnia pulverisata cum Spiritu Rosarum ardente terantur optimè diutius, sæpius aliquid de Spiritu Rosarum affundendo, attemperando, & rursus reponendo, utque succescat. Hinc rursus ut prius teratur, & servetur.

Vires. Omnium Viscerum confortativum maximum est, in primis vim procreandi promovet. *Dosis* instar Pisi minoris in Vino, vel alio Liguore. *Hartmannus in pract. & in Croll.*

N. Flores Ambra habet *Kesslerus* sub nomine *Gleba bituminosa*.

C A P U T XXX.

DE SUCCINO.

Succinum nihil aliud est, quam Succus bituminosus, seu Resina Terræ & Arborum vetustarum, optimè digesta, exinde in Mare traducta, atque ibidem præcipuè concreta.

N. Dum bituminosa illa Substantia adhuc liquida est, varia sese involvere solent, ut *Musca, Formica, &c.*

Dicitur Arabicè *Ambra citrina, Electrum, Chrysolectrum, Carabe, Glessum.* *Paracelsus, Agstein, Bernstein, Gentar. Gall. Ambre jaune.*

Dele-

procedatur; cujus loco etiam *Aqua spirituosæ appropriata, vel Spiritus quidam inflammabilis, ut Spiritus Rosarum per fermentationem.* vel *Spiritus Liliorum convallium, vel Corticum Citri, vel Melissa, pro Essentia Ambra* præparatione adhiberi potest. Item *Essentia Citri per Spiritum Vini ex Cortice per cobobationem parata, solvit Ambra* serè totam in Calorem egregium aureum, & tandem consistentiam quasi butyraceam acquirit. Quòd si Vegetabilibus fermentantibus, v. g. *Floribus Rosarum, pro parando Spiritu, addatur aliquantulum Ambra, hæc ipsa fermentando simul reclusa, suggerit sub Spiritus destillatione Spiritum Rosarum ambratum elegantissimum, quasi Spiritus temperatus, & non adeò igneus est, & vim igneam Ambra additione amittit, dein Ambra in Essentiam nobilem maximarum virum pariter redigi potest, cujus Spiritus & Essentia Dj. summum analepticum & confortativum est, Perlis anteferendum.*

Quoad *Ambra essentificatam Autoris*: sit loco ejus *Essentia Ambra Tachenii, quam habet HOFFMANNUS in Clar. pag. 391. (S)*

Hæc de *Ambra*. Jam ad Succinum me convertito:

C A P U T XXXI.

DE SUCCINO.

UTi Succini facies externa, & vis electrica nobilissima est, ita origo ejus & quid sit? obscurissimum adhuc est. In genere à FABRO aliisque pro Vegetabili habetur, ab aliis pro Minerali. Qui pro Vegetabili habent, existimant, quòd sit Resina seu Lacryma Arborum resiniferarum, quæ ex iisdem circa littora confitis successivè mediante Solis calore descendat in Mare, ibidem induretur, tandemque Succini faciem præsentet. Hinc sunt, qui affirmant, generari illum primitus in Sveciâ, ex Arboribus resiniferis decidere, & tandem ad littora Borussiae ejici. Quæ vegetabilis Materia exinde probabilis est; quoniam ex Succino serè eadem præparari possunt quæ ex Terebinthinâ: & speciatim Sal volatile Succini, quale in toto Regno Minerali non reperitur, ad aliud Regnum pertinere, videtur confirmare. Qui pro Minerali habent Succinum, ad bituminosa Concreta referunt, quæ transudent ex Terrâ, & tandem vehantur in Mare, in quo Succinum fluctuans ejiciatur ad littora Borussiae, nec alibi reperitur, nisi in Borussia. Ipse PARACELsus refert ad Concreta bituminosa, quando Petroleum & Succinum ejusdem naturæ esse asserit, ita ut Petroleum sit quasi resolutum Carabe: hinc observatur

R r r 3

cur

Delectus.

Succini Genera, etsi plura vulgò numerantur, *Album* scilicet, *Flavum*, & *Nigrum*; attamen nonnisi duo Officinis nostris eo nomine veniunt, *Album* scilicet & *Flavum* seu *Citrinum*; *Nigrum* enim non datur, nisi particulis ad nigredinem aliqualem inclinansibus id nominis imponere velis. Utrumque quamvis laudibus suis haud destitutum sit; attamen præstat *Album*, utpote magis digestum. Eligendum id ipsum candidum, syncerum, suavè fragrans, Huic succedit *flavum*, & quod præstat pellucidum, quodque præ aliis atque suavem halat odorem; nigrius enim (quod nonnulli *Succinum Nigrum*, alii *Ambram nigram* faciunt) vilius est. *Flavum* ad *Albedinem* reduci potest hoc modo;

R. *Succin. flav.* e. g. ℞. i. pone in Cucurbitam terream validam, superadde *Salis marini* (si eo careas) *Salis Gemmae*, aut *Salis commun.* opt. ℞. ij. superfunde *Aquæ pluviæ*, scilicet q. s. ad dissolvendum *Salem*; quo soluto, in super affunde recentem *Aquam fluviæ*, ebulliant superimposito Alembico cæco (ne Aqua subito exhalare possit, non tamen firmiter Cucurbitæ agglutinato) per dies ac noct. 14. vel donec Coctione illâ *album* evadat.

N. Ne Aqua deficiat, identidem alia fervens superadjiciens da erit. *Hartmannus in Croll.*

Vires. Calfacit, exliccat, roborat, adstringit leniter, Capiti

tur etiam *Succinum Fosse* in locis mediterraneis in Moraviâ, & ipse *Gagates* nihil aliud est, quam *Succinum*, à Ciliciæ Flumine *Gagates* dictum: vid. *HERTODT in Tartaro-Masfige Moraviæ pag. 31.* *HOFFMANNUS in Clav. pag. 381.* & *KLOBIUS de Ambrâ pag. 27.* Quicquid hujus sit, ex fluido in Concretum densum abire *Succinum*, ex eo patet: quia non rarò sunt ejus *Frustrula*, in quibus *Palaæ*, *Lignorum particula*, *Musca*, *Vespa*, *Salamandra*, &c. reperiuntur: & *Succini* frustruli, cui *Aqua fluida* inclusa est, sit mentio in *BARTHOLINI Actus Med. Hassniens. Vol. 3. pag. 208.* Hæc ipsa *Succino*, dum adhuc fluit, ac ipsius visciditate facilè irretiri, & per subsequentem indurationem ita incarcerationi potuerunt. Plura qui cupit de origine *Succini*, videat *DOERINGIUM p. 51.* *BALTHOLINI Acta Med. Hassniens. Volum. 1. pag. 110.* & *Volum. 2. pag. 308. 309. & 310.* *HARTMANNUM in Scripto peculiari de Succino Boruss. l. 2. cap. 1. & 2.* & *JOHANNEM WIGANDUM de Succino.*

Reperitur ordinariò *Album* & *Flavum*. Quæritur jam: quodnam horum alteri præstat? Communiter *Album* præfertur *Flavo*, quod tamen erroneum existimo, quoniam albus Color in *Succino* non est natus, sed est tantum adventitius, & advenit *Succino*, quando eidem adhuc liquido in Mari fluctuanti intermiscet sese *Salsedo Aquæ marinae*, quæ *Salsedo* imprægnans *Succinum*, tandem Colorem albicantem ipsi attribuit; id quod patet ex *Encheiresi* Autoris, qui docet modum, quo beneficio coctionis & digestionis in *Aquâ salis* *Succinum flavum* converti possit in *album*, non secus ac *Cera flava* beneficio *Salis* in *album* mutari potest: Nam hæc liquefacta, & affusâ copiosâ *Aquâ salinâ*, exposita *Soli* albescit, id quod ulterius confirmat *DOERINGIUS de Balsamis*, ubi multa habet egregia de *Succino*, & inquit: quòd fallantur ii, qui *Succino albo* præ *flavo* majorem dignitatem attribuant, cum *flavum* non solum à *Maris Salsedine* in *lactem* facilè converti possit, sed & artificialiter eò deducatur: id quod etiam communis *Experientia* docet. Hinc etiam *WIGANDUS Traç. 2. de Succino pag. 26.* refert, se observasse *Globulos Succini flavos*, ætate & diuturno usu albescere & pallefcere, ut appareat, *flavum Colorem* esse *Succino* quasi proprium. Unde etiam *BOOTIUS* dicit: quòd *flavum Succinum* sit *calidius Succino albo*, ex eo, quoniam *album* non tantùm *Salis volatilis*, neque *Olei* in se contineat. *Frustraneum* ergò est, quando in electione *Succini* pro usu medico communiter præfertur *album flavo*: nam potiùs *flavum* ceu genuinum pro usu medico eligendum.

Quod attinet *Usura Succini*: virtutes multæ sanæ & egregiæ in eo latent. In specie *Pinguedinem oleosam balsamicam Nervis* convenientissimam obtinet, unde in *Capitis* & *Cerebri Affectibus*, præsertim in *Apoplexiâ*, *Lethargo*, *Vertigine*, *Epilepsiâ*, omnibus *Morbis convulsivis*, egregium est *Succinum*. In *Affectibus catarrhalibus Succinum* specificum est *Remedium*; *Febres catarrhales* per *Succinum* optimè curantur, imò perfecta *Cura Affectuum catarrhalium*, à *Lymphæ Glandularumque vitii ortorum*, in eo latet. Porro *Succinum* in *Affectibus nephriticis* & *urinariis* egregium est, unde in *Stranguriâ*, *Dysuriâ*, &c. *succinata* sunt commendatissima. In *Gonorrhœâ* quoque benignâ & virulentâ, tam Vi-

ac *Uterâ* imprimis dicatum est. Hinc adhibetur utiliter in *Catarrhis*, *Epilepsiâ*, *Apoplexiâ*, *Lethargo*, *Vertigine*, *Suffocatione* ac *Inflatione Matricis*, *profluvio Sanguinis* ac *Seminis*, quod ad naturalem statum reducit: in *Fluore albo Mulierum*. Cæterùm *Globuli* è *Succino* ad *Oculorum deflexiones* miro successu auxiliari dicuntur, annexi *Occipitio*. Idem etiam *Collo gestati* præpediunt, ne *Destillationes* in *Guttur* ferantur, *Baptista Porta*, *Matthiolus*.

Usus. Præcipuè *albi*, tam *internus*, quam *externus* esse potest. *Internè* exhibetur ad ℞. usque.

N. Alii commendant pro *Amuleto* in *Peste*, si eo *Pulsus* sæpè fricentur.

PRÆPARATIONES.

1. PRÆPARATIO, 2. SOLUTIO seu PRÆCIPITATIO. 3. DESTILLATIO.

I. PRÆPARATIO.

Unde

Succinum præparatum.

Præparatio Succini vulgari modo fit, cum *Aquâ appropriatâ* lævigando, *N. Quer-*

rorum, quam *Mulierum*, quæ aliàs dicitur *Fluxus albus*, *Succinum* est nobile *Specificum*; hoc ipso enim quamplurimi fuerunt curati. Commodè cum *Terebinthina* & *Succino* fiunt *Pilule*, quæ in *Gonorrhœâ* sunt egregiæ; quibus si addatur *Mercurius dulcis*, appropriatæ erunt in *Gonorrhœâ virulentâ* seu *Galicâ*: item potest misceri cum *Ossis Sepiæ* vel *Antimonii diaphoretici* ana; qui *Pulvis* datur à ℞. ad ℥ss. In *Gonorrhœâ*, in specie muliebri, commodè permiscetur cum *Lapide Offeo* colla. *Succinum* etiam nobile est, ut vocant, *Uterinum*, quod in *Mulierum Affectibus* uterinis multa præstat beneficia. Notum namque est, quòd *Succinum* egregiè promoveat *Partum*; vid. *BORELLUS Cent. 5. Observat. 52.* Non rarò sunt *Affectus convulsivi*, utut hætenus valdè ignoti, *partium internarum*, quos vocant *Mulierculæ* nosterat *Epilepsiam* in corpore; suntque saltem *Pulsi* *Intestinalium*, *Mesenterii* ac *partium annexarum*, familiares præsertim in *Hypochondriacis* & *Scorbüticis*: in talibus egregiè confert *Succinum* interno & externo usu. Adstringit præterea leniter, & simul ad *Sanguinem congruatum* resolvendum, ac partes læsas in *Casu* ab alto, ubi motus *Sanguinis* effusi & congruati restitucendo, egregium est *Succinum*. Hinc & in *Vulneribus Nervorum*, speciatim *Capitis*, *singulare* quid præstat; in tali enim *Casu* *Medicamenta* ex *Charesolio* & *Betonica* cum *Medicamentis* ex *Succino* propinari solent, quoniam simul *Caput* respiciunt & *Sanguinem congruatum* dissolvunt: sicut etiam *HELMONTIUS Tum. Pest. pag. 282.* dissoluto in *Spiritu Vini Succino* venenata aliasque desperata *Vulnera curata* refert. Hinc ulterius in *Sputo cruento*, *Vomitu Sanguinis*, præstans est *Succinum* cum aliis propinatum, & *Sanguinis excretionem* reprimendo, & ejus *grumos* dissolvendo. Tandem in *Peste* *Morbisque* *similibus epidemicis* optimum est *Succinum*, omnibus attestantibus, qui in *Peste* præservativè & curativè adhibent. Quòd etiam facit, quòd refert *HELMONTIUS loco allegato*, de *Chirurgo* in *Curâ Pestis celebri*, qui à *Contagio* se præservavit, affricando *Succini frustrulum septem Pulsibus Planetariis*, idque quotidie semel, qua affricatione à *Peste* fuit præservatus. Sunt autem *septem Pulsus Planetarii*: 1. *Temporum*, 2. *Corporum*, 3. *Talorum*, & tandem in *Scrobiculo Cordis*. *Suffusus* etiam *Succini* in quibuscunque *catarrhalibus Capitis* *Morbis*, parte affectâ crebriùs exceptus, est egregius: v. g. in *Prolapsu Uvulæ*, *Coryzâ*, in principio *Tumoris* & *Inflammationis* *Tonsillarum*, item in *Doloribus* *Faucium* ex *Catarrhis*, & *similibus Affectibus catarrhalibus*. *KERKRINGIUM* in *Succino abortivos Fœtus* condiisse, testatur *WEDELIUS in Pharm. pag. 225.*

I. Sequuntur *PRÆPARATA* è *Succino*, quæ inter *AUTOR* describit *Succinum præparatum* dictum, sub qua *Præparatione*, ut eò meliùs propinetur *diversis Affectibus*, appropriatis *Aquis oleosis*, vel *Essentiis* præparandum seu lævigandum est: sic verbi gratiâ quando expetitur contra *Catarrhos*, subigendum & lævigandum est cum *Essentiâ Serpilli*, vel cum *Essentiâ Catarrhali* ex *Ligno Sassafras* & *Spiritu Serpilli*; & sic fit *Succinum Catarrhali D. Michaëlis*: si contra *Epilepsiam*, commodè præparatur cum *Essentiâ Liliorum convallium*, *Essentiâ Castorei* &c. in *Apoplexiâ* & *Vertigine* cum *Essen-*

N. *Quercetanus in Ph. rest. e. 26.* miscet *Succ. pulv.* cum *Spir. Vini*, hunc desuper accendit, continuò agitando, & hoc quater repetit; tandem Humiditatem Igna separat, residuum *Succinum* pulverifat, & servat.

Vires. Eadem quæ suprà.

II. SOLUTIO & PRÆCIPITATIO.

Unde

Magisterium, Extractum, Tinctura.

N. *Succini pulverif.* q. v. affunde *Spir. Vini rectificatiss.* solve, decanta, abstrahæ in Mar. Baln. vel præcipita cum *Aquâ Font.* & remanebit in fundo *Magisterium*.

N. 1. *Paracelsus*

N. *Carab.* q. v. affundit *Circulatum*, digerit in Cineribus per dies ac noct. (6.) Hinc abstrahis ac cohobas, idque toties donec in fundo *Oleum* appareat. *lib. 5. Archid. p. 81.*

N. 2. Dicitur quoque potest *Tinctura*, si in formâ liquidiusculâ adhuc observetur.

Vires. *Magisterium* hoc, ut nihil aliud est, quàm pars purior ac resinosa, à crassioribus solâ solutione separata; ita eadem cum *Succino*, efficaciores tamen operationes obtinet (in omnibus Affectibus Capitis, Colicâ, Calculo.)

(*Dosis* à gutt. viij. ad ℥ss.)

Aliter.

N. *Succinum pulverifatam & partem testum*, affunde *Acet. destillat.* ac extrahe. *Extractum* præcipita cum *Spir. Vitrioli*. *Vires.* Sudorificum est ac Diureticum.

Essentiâ Chæresolii, Castorei, &c. sicque magis erit appropriatum ad tales vel tales Affectus, & sic de cæteris. Aliàs *Succinum* præparatum commodè in suppressione Urinæ, Stranguriâ & Dysuriâ, in Sabulo & Arenulis Renum & similibus Affectibus ordinatur. *Dosis* est à ℥j. ad ℥ss.

II. SOLUTIO & PRÆCIPITATIO. Hinc *Essentia* seu *Tinctura* & *Magisterium Succini* resultat. Ubi in genere observetur, quòd *Succinum*, cum sit *resinosum Concretum* quòd nec *Aquea* nec *Acida* illud attingant, & cum *Spiritu Vini* communit potius in *Magisterium* illud præcipitatur. Saltem ergò *Spiritus Vini rectificatissimus* *Tincturam* oleosam inde elicere valet; si enim tantillum adsit Phlegmatis, non facile extrahitur *Essentia* vel *Tinctura*. Meliùs autem procedit negotium, si acuat *Spiritus Vini* per *Alcalia*; sic enim *Spiritus Vini tartarificatus* meliùs convenit: vid. WEDELIUS l. a. p. 224. vel *Spiritus Salis Ammoniaci vinosus*, id est, ex *Sale Tartari, Sale Ammoniaco* cum *Spiritu Vini* superaddito paratus, extrahere valet *Succinum*: non secus ac *Lixivium Salis Tartari* vel *Lixivium Nitri fixi*, ridiculum illud *Alcabest Glauberi*, liquefacit nonnihil *Succinum*, ut post *Aquæ* exhalationem, per *Spiritus Vini* optimè *Tinctura* extrahi possit.

Essentia hæc Succini ad eisdem usum pollet, ad quos *Succinum*, & ejus *Sal volatile*: imprimis in Vulneribus Nervorum, speciatim Capitis, singulare quid præstat. Et quidem, ut evidentiùs operetur, permisceatur cum *Essentiâ Catarrhali* in Catarrhis: cum *Elixire Uterino Crollii*, ut conveniat in Suffocatione Uterinâ; & sic porro.

Quòd si hanc *Solutionem* seu *Essentiam* velimus præcipitare, necesse est, ut *Spiritus Vini* abstrahatur ad medietatem, & tunc affusione *Aquæ simplicis* facile præcipitatur *Magisterium Succini*.

III. DESTILLATIO. *Succinum* Retortæ inditum, & per Arenam, aut etiam Ignem apertum destillatum, suggerit

1. *Phlegma purum*.

2. Prodit *Phlegma spirituosum acidum* paucum; quòd vocatur *Spiritus Succini*, tum

3. Sequitur *Oleum*, primò quidem *subtilius*, deinde verò *crassius*: illud albidum seu perspicuum & flavum, insignis & penetrantis odoris; hoc nonnihil rufescens.

4. Cum Oleo simul *Sal volatile acidulum* prodit, collo Retortæ & Receptaculi lateribus se affigens in formâ Striarum, instar *Salis Ammoniaci*.

In fundo vero Retortæ

5. Remanet *Crassamentum* spissum, Picis instar nigrum, & *Colopboniam* quandam repræsentans.

Destillatio nunc peragitur simpliciter sine addito, nunc vero *Silices contusi*, nunc *Laterum pulvis*, nunc *Cineres elixivia-*

Magisterium Succini dulco fixum.

N. *Succini alb. pulverifat. subtiliss.* q. v. affunde *Acet. destillat.* ad eminent. 4. digit. ebulliant in Arenâ aliquot dies (si evaporet, affunde novum) ut rufescat *Acetum destillatum*. Hoc filtra & abstrahæ, sic manet *Magisterium* in fundo. Hoc solve in *Aquâ Rosarum*; filtra & abstrahæ, idque vice tertîâ tandem præcipita cum *Spir. Vitrioli* vel *Succo Citri*.

Vires. Sudorificum est infigne, admodumque conveniens in Morbillis, Pleuresi, confortat Cor, &c.

Dosis à g. 6. ad 12.

N. Ita etiam paratur *Magister. C. C.*

III. DESTILLATIO.

Destillatio exhibet *Oleum, Phlegma, Spiritum* ac *Sal*: perficiturque vel sine *Liquore*, vel cum *Liquore* affuso, per cuius virtutem sicut aliquantulum digeratur ac solvatur.

N. *Oleum* non ascendit, quamdiu aqueum adfuerit Vehiculum, ideoque si *Oleum* expetatur, sine *Aquâ* *Destillatio* peragi potest. E. g.

N. *Succini grossè triti*, q. v. e. g. ℥. ij. vel ℥. iij. (post sunt & *Silices contusi* addi): destilla per Retortam vitream, terreamve, Igne gradato & cautè adhibito. Exillabit primò *Phlegma*, postea *Oleum* subtilius, tandem crassius, *Salque volatile* parietibus adhærescet. Hæc singula, si libet, seorsim suscipe.

N. 1. Alii digerunt primò *Succinum* cum *Aquâ* (sic *Crollius* cum *Aquâ rosacè*), hinc destillant. Verum, ut dixi, *Oleum* non ascendit, priusquam Humiditas aquea consumpta fuerit, protrahitur itaque nimium labor citra utilitatem, quæ fit

ti adduntur, quæ impetum *Succini* aliàs nimis ebullientis refrænent, & ita *Oleum* subtilius & purius destillari faciunt. Separantur hæc invicem mediante *Tritorio*, *Phlegma* spirituosum ab *Oleo* separatur.

Sal volatile esse solet admodum *Oleo* plus minus imprægnatum, saporis acidi ingrati & nauseosi, quòd ritè ab *Oleo* separandum est, ut habeatur purum.

Depuratur autem optimè, si digeratur cum *Spiritu Vini* (sic enim multum *Olei* cum *Spiritu Vini* remanet), postmodum *Sal volatile* solvatur in *Aquâ*; sic enim quicquid adhuc superest *Olei*, *Aquæ* supernabit, quòd per Filtrationem separetur, *Sal* ipso ex *Aquâ*, in qua solutum fuit, per *Destillationem* in *Balneo Mariæ* institutam separabili, & in fundo *Cucurbitæ* reperibili, vel evaporando leni Igne, & denud crystallizando, *Sal Succini* purum, candidum, & saporis specialiter acidi obtinetur, odore saltem *Succinum* referens. Recipitur hoc *Sal volatile* ita depuratum ad *Liquorem Cornu Cervi succinatam*, cujus & *Salis volatilis Cornu Cervi*, ana part. æqual. affunditur *Spiritus Cornu Cervi rectific.* q. l. pro *Solutione*, hinc factâ *Digestione*, & repetitâ *Cohobatione*, habetur dictus *Liquor*, expertissimus in *Epilepsiâ Infantum*, & hinc etiam in *Catarrhis* & quibuscumque *Morbis* catarrhalibus.

Sal hoc volatile Succini acido-salsum contra naturam *Salium volatilium acidulum* habet saporis, idque ex consortio *Phlegmatis acidi*, cujus acor ipsi firmiter adhæret: hinc si misceatur cum *Cineribus*, aut *Sale fixo Tartari*, & ab eodem denud sublimeretur per Retortam, *Acido* ab *Alcali* absorpto, *Sal volatile* urinosi & penetrantissimi saporis candidissimum acquiritur, ut non semper æquè procedat hic labor. Modum facillimum destillandi vide in *Journal de Sçavans T. 8.*

Oleum rectificandum venit: quòd fit, si misceatur cum *Spiritu Vini*, & ita per *Balneum Mariæ* rectificetur: habebitur sic *Oleum* penetrantissimum, & pro usu interno elegantissimum, in *Vitro* multiplici *Vesicâ* munito, asservandum; *Cera* enim imposita facile liquefcit. Si verò ex *Arenâ* vel *Cineribus* *Oleum Succini* rectificare velimus, promptè nimis ebulliendo omnia effringit, ac facile inflammat. Ergò *Arena* vel *Cineres elixiviati* ipsi miscendi sunt, quo coercerent ejus impetum.

Usus horum *Productorum* ex suprà dictis patet. *Phlegma spirituosum*, *Spiritus Succini* dictam, externè *Remedium* ad *Aurium* Affectus est, quibus cum *Bombace* aliquantulum indatur, & egregiè conveniet in *Tinnitu*, *Suffuratione*, & aliis *Aurium* Affectibus. Internè non usurpatur. Per Retortam autem tubulatam *Spiritus ex Succino* pro usu interno destillari potest.

N. Nitri,

Succini an. ℥j.

Calcis vivæ ad pondus omnium.

De-

fit alicujus momenti.

N. 2. Alii *Succinum* optatè terunt, ut sit instar *Farinae*, hanc miscent cum *Cinere optatè elixivato*, destillantque Igne aded leni, ut intra momenta 20. vix guttula decidat. Sic eliciunt *Oleum album penetrantissimum*, quod seorsim colligunt, mutato, cum *flavum* apparere inceperit, Recipiente.

Hactenus *Olea ac Spiritum* confusim destillando adeptus es; itaque *Destillatione* seu *Rectificatione* ulterius ea separare ac rectificare poteris.

4. *Oleum omne vel singula seorsim*, infunde in Cucurbitam, cum s. q. *Aqua*, addendo nonnihil *Sal. com.* ac destilla per *Mar. Baln.* vel per *Vesicam*.

N. 1. Alii affundunt *Oleo* rectificando *Acetum destillat.* digerunt & destillant.

N. 2. Si *Oleum* illud crassius unà cum *Aceto* super *Caput mortuum* restitans rectificetur, *Oleum* exstillat primò instar *Aquae limpidissimum*, quod subsequitur, subilavo colore præditum est.

Hinc extant

P R A E P A R A T A O F F I -
C I N A L I A.

1. *Succinum præparatum* fit ex albo, l. a. cum *Aquâ*.
2. *Magisterium* seu *Præcipitatum*. Vide *Suprà Præcipitatio*.
3. *Pblegma*. In *Destillatione* collectum (sed rarè.)
4. *Oleum Succini albi*. (1. *Rectificatum*,
2. *Non rectificatum*, seu *fatidum*.
Oleum Succini citrini.
(*Dosis* à gutt. iv. ad viij. ℞. qui ad ℞j. imò ℞ij. exhibere audent, temerarii audiunt.)
5. *Balsamum* fit ex *Succini* 1. *Magisterio* seu *Extracto durisculo*. 2. *Oleo*, & 3. *Sale com.* quæ excipiuntur *Oleo Nucisæ expr. præparato*.
6. *Pilula de Succino*. V. l. 2.
7. *Trochisci de Carabe*. Aug.
8. *Crysalii rusæ*, & *Sal volatile album Succini* describuntur à *Kesslerq* *Centur.* 3. artic. 12.

CA-

Destillando per *Retortam* acquiritur *Spiritus* ac *Sal volatile urinosum* egregii usûs, cum pauco admodum *Oleo*. Loco *Calcis vivæ* dimidium *Cinerum clavellatorum* vel *Salis Tartari* sumi potest, ne *Sal volatile* ab adjunctâ *Calce vivâ* nimis figatur.

Parili ratione cum *Sale Ammoniac* sociari potest *Succinum*:

℞. *Sal Ammoniaci* ℥vj.

Succini ℥iij.

Calcis vivæ ℔j.

Hæc omnia seorsim minutissimè trita commisceantur, affundendo *Spiritus Vini* præter propter ℔j. destillentur per *Retortam* Igne *Arenæ* per gradus: *Liquor* prolectus est coloris flavescens, odoris & gustûs penetrantissimi succinati; si quod superest *Olei Succini*, hoc in fundo fluctuabit.

Spiritus iste affusus *Myrræ* sanguineo colore tingitur, & suggerit *Remedium* elegans in *Affectibus Mensium*, item in *Affectibus catarrhalibus*. *Sal volatile*, tam communi modo per se, quàm *urinosum* per *Retortam* cum *Nitro* instar *Clyssi* paratum, quali nucleus est totius *Concreti*, creberrimum *Remedium* ad *Sanguinis renovationem*, & *suprà dictos Affectus*: nobile est *Diureticum*, & copiosè admodum *Urinam* movet, præsertim cum *Nitro* mistum; unde valdè prodest in *Affectibus nephriticis*, ubi opus est, ut promoveatur *Calculus*: *Lymphæ vitia* imprimis corrigit, & *Sudorem* optime movet; hinc in *catarrhalibus Capitis & Cerebri Affectibus*, præsertim *Apoplexiâ*, *Lethargo*, *Vertigine*, *Epilepsiâ*, aliisque *Morbis convulsivis*, in *Arthritide vagâ* & *Podagrâ*, egregiè conducit. Assumitur ad gr. v. vj. usque ad ℞. admittit *Pulveribus*, aliisque appropriatis, in specie *Camporâ*. Præcæteris in *Epilepsia Infantum* mirè convenit, & hinc etiam *Liquor Cornu succinatus* ritè paratus in omnibus prædictis *Affectibus*, *Adultis* pariter ac *Infantibus*, est mirabilis, imprimis *Epilepticis* & *Catarrhalibus*. Potenter *Partum* promovet, unde tanquam certissimum *Experimentum* olim celebri cuidam *Medico* in usu fuit contra *Partum* difficilem; sicut & in pellendo *Fœtum mortuo* & *Secundinis* expertum habet effectum. In *Passione hystericâ*, *Mensenterii*, aliisque *Convulsionibus partium internarum*, item in *Malo hypochondriaco* & *Scorbuto confirmatis*, mirè conducit, si ad ℞. assamatur.

Oleum iisdem usibus inservit internè & externè: unde in *Capitis*, *Cerebri* & *Nervorum Affectibus*, præsertim *Paralyti*, *Apoplexiâ*, *Epilepsiâ* & aliis *Morbis convulsivis*, egregium est. *Quidam Succino* destillando addunt *Rasuram Cranii humani*, & putant se acquirere *Oleum* efficacius contra *Apoplexiam* & *Epilepsiam*. In *Partu difficili* singularia efficit: in pellendo *Fœtum mortuo* & *Secundinis* ad aliquot guttas pro-

pinatum expertum habet effectum; sicut & in *Passione hystericâ* mirè conducit, si tantum una alterave gutta in *Aquâ Castorei* & *Hirundinum* propinetur. Tandem uno verbo ut utar; *Olei Succini ritè rectificati* internæ vires sunt admirandæ, ut propterea commodè *Balsamum Europæorum* vocetur, & loco veri *Balsami* haberi potest; & quicquid virium *Petroleo* tribuitur, multò magis huic tribui debet, uti rectè loquitur *BOOTIUS de Gemmis*. Externè in *catarrhalibus Capitis Affectibus*, *Vertici* & *Suturis* illitum; mirè penetrat, & nervosi generis *Spasmos* valdè coercet. Hac enim ratione imminentem præcavet *Epilepsiam* & *Apoplexiam*, necnon *Paralytes*, & imprimis in ipsâ *Apoplexiâ* & *Epilepsiâ*, item *Vertigine*, *Hemicranîâ* & *Cephalalgîâ* *Senum* pertinaciori, necnon *Affectibus soporosis*, *Germ. in den Schlagflüssen*, *mirificum* se præstat. Unde etiam *Emplastrum Cephalica* pro *Cephalalgîâ*, *Vertigine*, & *Apoplexiâ* *Senum* curandâ, malaxantur cum *Oleo Succini*, aut interdum cum eo ipso irrigantur. Quod si gravitas *Odoris* quemquam offendar, commodè commiscetur cum eo *Balsamum Peruvianum*; & in hoc passu fit egregium: *scrobiculo Cordis*, *Umbilico* & *regioni Pubis* illitum non *Partum* saltem promovet; sed etiam in *Passione hystericâ* mirè conducit: in *Convulsionibus partium internarum*, & *Doloribus Abdominis scorbuticis confirmatis*, *Umbilico* & *Abdomini applicatum*, præstat mirifica auxilia. De hujus *Olei* virtutibus dictum sufficienter.

Cum hoc *Oleo* præterea, & *Floribus Sulphuris*, *Balsamum Sulphuris succinatum* fieri potest, polychrestum in *Nervorum Affectibus* & omnibus iis, ad quos vel *Oleum simplex Succini*, vel *Balsamum Sulphuris terebinthinatum*, sed tamen in gradu longè excellentiori.

Noxas *Olei Succini* nimis largiter hausti vid. in *M. A. N. C.* Anno 8. *Obs.* 78. pag. 147.

4. Quoniam verò *Oleum Succini* & *Sal volatile* quibusdam nauseosum est, horum loco egregiè confert *Liquor Cornu Cervi succinatus*, qui partium nervosarum egregium solamen est. *Oleum Succini nigrum* ac impurum magni est usûs in *Ulceribus serpentibus*, item in *Gangrænâ* & similibus.

Caput mortuum destillationis, instar *Colophoniz* remanens, commodè *Emplastris* loco *Corporis* addi potest, cum *Nervis* partibusque nervosis perquam appropriatum sit.

6. *Pilula de Succino Cratonis* valdè commendantur in *Affectibus Senum*, *Vertigine*, *Lethargo* & similibus: non valdè purgant, sed tantum alterant: possunt tamen acui cum grano uno vel altero *Scammonii præparati*, item grano uno vel altero *Trochiscorum Albandal*.

7. *Trochisci de Carabe* in *Officinis* sunt experti in *Sputo Sanguinis*, & læsione *Vasorum internorum*. (T)

CA-

(T) Quoniam *Succinum*, saltem maximâ ex parte, in *litoribus Borussiae* colligitur, quumque illius natura ad *gummeam* & *resinosam* vergat, vulgè creditum est hæc ratione gigni. In *promontoriis Sueviæ Sylvæ* sunt *Populis* & *Abietibus* reserata, ex quibus *Arboribus Gummi*, vel potius *Resina* destillat: ac quandoque *Muscas*, *Formicas* & similia *Insecta* per *arborea* illas oberrantia, cum mollis est, abscondit. Hæc *Nive* sepulta durefcit ac *fragilis* redditur; deinde *Ventorum* vi decerpta *fundum Balticæ maris* petit, ubi ope *Spiritus salini* perfectè excocta in *Succinum verum* mutatur, ac vi *Tempestatis* ad *Borussiam* oras propellitur. *Hævelius* & *Schefferus* putant *Succinum* speciem esse *Picis fossilis*, cujus *Venæ* in *fundo Maris*.

Aitamen quoniam in multis *Europæ* locis à *Mari* remotis, in *ruptum fissuris*, verissimum *Succinum* non semel est reperi-tum; hinc non sine ratione vulgè receptum est, *Succinum* inter *Bitumina*, seu inter *Mineralia potius*, quàm inter *Vegetabilia* consummandum esse. Extat de hæc re brevis, sed elegans, *Commentarius* in *Actis Regiæ Scientiarum Academiæ* Anno 1705. *Hist.* p. 53.

C A P U T XXXI.
DE SPERMATE CETI.

Est & aliud Genus *Bituminis*, quod *Sperma Ceti* Officinae vocant, alii *Ambram subalbidam*, alii *Florem Maris*, seu *Salis Veterum* interpretantur. Germ. *Walroth*.

N. Colligitur in Mari, cui ceu *Spuma supernata*. Cujus autem originis sit, nondum inter se Authores conveniunt. Sunt enim qui esse *Semen* volunt à *Balena* seu *Ceto* emissum, sed male, invenitur enim in locis, ubi *Balena* nunquam deprehensa fuit. Sunt ergo alii qui *Florem Salis*, à Veteribus descriptum, nominant, adeoque *spumofum quid Salis marini* perhibent. Verum & hi hallucinantur, primum quod cum Veterum *Flore Salis*, qui *ruber & liquidus* describitur, minimè conveniat. Secundum, quod sit citra vim absterforiam & balsam, quam *Spuma Salis* utique referret. Verisimilius ergo videtur, uti in reliquis Regnis duobus, Vegetabilium scilicet & Animalium, Excrementa suppetunt pinguias ita & in Regno Macrocosmico. Et hujus speciem esse *Pinguedinem banc fursurosam*, productam vel exhalatione Terræ sulphureæ, Mari communicatæ, vel ex sulphureis particulis marino Sali immixtis, quæ agitatione fluctuum congregatæ, & in Pinguedinem coactæ sunt.

(N. Colligunt tamen hoc tempore non tantum ex Mari, verum etiam ex *Capite Balena Orca* maximam copiam, *Lixivio peculiaritè dealbant*, quo & vetustate corruptum restituere satagunt.

Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum, &c. Vires. Humectat, resolvit, anodynum est, proin vulgaris usus in coagulati Sanguinis resolutione à Casu, vel similiter contracti. In Torminibus colicis sedandis, ut & in Torminibus Ventris Infantum mitigandis. In Tussi, Tartaroque Pulmonum demulcendo,

Dosis à ℥j. ad ℥j. vel ℥ij.
Extrinsicus sunt, qui Cicatricibus Exanthematum illinunt, ut Carne eas repliant.

C A P U T XXXII.
DE ASPHALTO, NAPHTHA, PETROLEO,
AC OLEO TERRÆ.

ASPHALTUS. (*Vera*, de quâ hic. *Subdititia, Asphaltos Officinarum*, de quâ lib. 4. *Pissphaltum*.)

Ασφαλτός, Ασφαλτός, est Bitumen (Sevum, Resina) Macrocosmi, Picis instar durum, &c. Supernatare primum Aquis conspicitur, seu Lacubus, hinc ad Littora propulsum concrevit, densatur, tenacissimumque redditur.

Præfertur reliquis *Judaicum Bitumen*, quod Mortui Maris (*Ασφαλτίτις* propterea dicti) genitura. German. *Judenpech*. G. M. *Bitume ou Limon gluueux de Judée*.

Ejus vero Probatio est, ut Purpuræ modo splendeat (scilicet in nigrore) sitque ponderosum, & validum odorem vibret; nigrum autem & sordidum vitiosum est.

N. 1. Quia rarissimum est, Nostratibus ejus loco *Pissphaltus* in usu est, quam vide lib. 4.

N. 2. *Oleum* illius destillatur ut *Succini*.

NAPHTHA est colamen *Bituminis Babylonii*, consistentiâ liquidum, Ignis rapacissimum.

N. Nec & hæc Nostratibus usitata, sed loco ejus *Petroleum* usurpare solent.

PETROLEUM, *Oleum Petra*, Germ. *Steinole*. Gall. *du Petrole, ou Huile de Pierres*. Est Liquamen (Axungia Macrocosmi,) pingue, liquidum, è Petris & Saxis effluens.

Vires.

C A P U T XXXI.
DE SPERMATE CETI.

Sperma Ceti ab AUTORE refertur inter genera *Bituminum*: ac reverà ei nondum cognitum fuit, & ante paucos annos *Sperma Ceti* quid sit? innotuit. Aliud est *Veterum*, aliud est *Modernorum*. *Veterum* est *Nativum*: *Nostrum* vero *Artificiale*. *Nostrum* est *Species Pinguedis Animalis* cujusdam Cetacei majoris, quod Caput habet cum gibbore prægrandi, & copiosè reperitur circa Groenlandiam, ex Capite secreta, Transcolatione, ac cum *Lixivio* Depuratione parata: vid. BARTHOLINUS Cent. 4. *Hist. anat.* 24. pag. 276. item Cent. 3. *Epist.* pag. 291. & *Disput. mea de Sperm. Ceti*. Et vidi Literas ex *Haffniâ Pharmacopœo* curioso transmissas, in quibus tota natura & origo *Spermatis Ceti* continebatur: quod nimirum in Capitibus Piscium Cetaceorum copiosè reperitur, & ex iisdem colligatur, ita ut integra Dolla ex uno Capite hauriantur.

Hæc autem Materia ex se cum sit pinguis & quasi rancescens, hinc præparatur ut fiat *alba & crystallina*, hoc modo:

Materia ista, quam *Sperma Ceti* vocant, si adhæret isti aliquid *Pinguedis oleaginosæ*, transcolatur per Pannum setaceum, ut alterum oleaginosum *Spermatum Ceti* recrementum separetur: Sin verò nulla talis Pinguedo adhæreat, non opus est, ut hoc fiat. *Portionem trajectam* per Pannum setaceum resolvunt in *Lixivio forti*, & *acri*, factò ex *Cineribus clavellatis*, *Calce vivâ* & similibus benè saturato: unde *Miscela* hæc probe agitata sensim sensimque lactescit & spumescit, quâ *Spumâ* separatâ depuratur *Sperma Ceti*: quod denuò separatum à *Lixivio forti* in Aère solo, non autem in Sole, exsiccatur, & ita est *Nostrum usuale Sperma Ceti*, quod nunquam apud Auctores est descriptum.

Quod attinet *Vires*: *Sperma Ceti* in quocunque Sanguinis grumo dissolvendo est egregium Remedium, quod par sibi non habet in hoc casu, in haustu *Cerevisiæ calidæ* assumptum; unde in Pleuritide, Peripneumoniâ, in Casu ab alto, & similibus est elegans Medicina: item valde convenit in Inflammationibus partium sistendis, quarum coagulatum Sanguinem dissolvit *Sperma Ceti*: sicut & in Tumore Mamillarum à Lacte coagulato, cum *Lapillis Cancrorum & Myrrâ* egregiè convenit. In Torminibus Infantum, item in Torminibus Colicis Adulorum mitigandis, valde convenit, dissolutum in *Aquâ appropriatâ*. Præ cæteris tamen in Affectibus Pectoris est ex usu, in specie in Asthmate, & imprimis in ejus Paroxysmo graviore, mirè quoque convenit: sic & in Catarrhis suffocativis, qui oriuntur ex Sanguinis coa-

gulatione & stagnatione in Præcordiis, officium suum facit, si præmissâ Venæsectione subitanè propinetur, dissolutum in *Aquâ Hyssopi* cum *Syrupo de Hyssopo*, vel *Nicotianæ*, vel cum *Aquâ Asthmaticâ Rudolphi*: qualem *Potunculam* mirè commendat CRATO de *Catarrho suffocativo*, item RANCHI-NUS de *Affectibus Puerorum catarrhalibus*. & *Pectoris anxietatibus*. Nec minùs in Tussi siccâ nocturnâ est egregium, temperando Lympham acrem, catharralem, & Raucedinem inde ortam. Ulterius Affectibus spasmodicis medetur, & in Calculo cum *Lapillis Cancrorum*, *Succino præparato*, *Cinnabari Antimoni*, & uno vel altero grano *Laudani opiat*, præstantissimum est Remedium. Dosis ℥j. Plura de usu ejus interno, utendi modo & Dosi, vid. in *Disput. mea de Cerebro Orca*, in specie §. 13.

Externè in Tumoribus & Inflammationibus Mamillarum & resolvendo Lacte est egregium *Sperma Ceti*, vel per se, vel cum *Emplastro Diachylon* mixtum & applicatum: in quem usum habetur in MYNSICHTIO *Emplastr. de Spermate Ceti*, quod est egregium in hujusmodi Mamillarum Affectibus. Præter aliâs nota speciatim attendatur ejus *Usus cosmeticus*: si quidem cum *Oleo Tartari* vel aliis subactum, glabram & nitidam Cutim reddit, ac speciatim Maculas Faciei tollit: Conf. M. A. N. C. Anno 6. *Append. pag.* 192.

C A P U T XXXII.
DE ASPHALTO, NAPHTHA, PETROLEO, ac
OLEO TERRÆ.

ASPHALTUS.

Asphaltus, Germ. *das Judenpech*, Bitumen naturale est, quod tamen rari est usus in Medicinâ, nisi usu externo à quibusdam *Balsamo Apoplectico* aliisque *Linimentis & Unguentis* addatur; idque tantum propter Colorem nigrum, quem inde acquirunt: sed meliùs faciunt, qui ejus loco *Ebur usum* dicto *Balsamo* aliisque pro Colore addunt.

PETROLEUM & NAPHTHA.

Veterum *Naphtha, Petroleum, ac Oleum Terra* reverà coincidunt: sunt enim nihil aliud, quàm *Bituminum liquidorum* accidentales differentie: subtilius si fuerit, *Naphtha* dicitur; huic proximè est *Petroleum*; hinc *Oleum Terra*; crassamentum horum est *Asphaltus*.

Petroleum nativum est, & in Fontibus quibusdam deprehenditur Aquæ supernatans, item ex Montibus quibusdam sponte

C A P U T XXXIII.

DE CARBONE PETRÆ ET GAGATE.

Vires. Calfacit & siccit, tenuium partium est, digerit, & resolvit, Cerebro ac nervoso generi confert.

N. 1. *Petroleum* in Italia regione Mutinensi stillat candidum & ruffum. In Sicilia Fontibus innatat. Apud Mejanum pagum in tractu Parmensi album est. *Babylonicum* autem in suo fonte flagrare dicitur, secus Italicum.

N. 2. *Refificatio Petrolei* fit in Capellâ vacuâ: ita habebis limpidiſſimum *Spiritum*, & in fundo Retortæ *Vernicem*, seu *Colophoniam nigram*, solidandis Vulneribus aptiſſimam. Spiritus autem Pernionibus ulceratis confert, Nervosque illius cum *Spiritu Vini* roborat.

OLEUM TERRÆ *Oleum* est pellucido-rubicundum, odoris fortis *Petroleum* æmulantis, sed gratioris.

Ante paucos annos nobis innotuit ex *India Orientali* asportatum, ubi ex Monte quodam effluere dicitur.

Vires. Arthritis vagæ maximo est solamini inunctum.

sponte sua sensim sensimque transudare observatur: Sic *Petroleum*, quod in Agro Mutinensi sponte suâ destillat ex rimis Montis; notum est: *Fons Petrolei* in Asia reperitur: vid. *Ad Soc. Reg. Vol. 1. p. 101.* item in Bavaria; vid. **WEL-SCHIUS** in *Hecatost. 1. p. 78.* Petroleum hoc esse Naphthæ quandam speciem, patet ex eo, quod etiam in distans Ignem rapiat, quod ipse expertus sum. Habetur duplex: *Flavum* sive *Candidum*, & *Rubrum*.

Ufus Petrolei internus certissimè Menses stimulat, si assumantur in *Vino* gutt. x. ad xv. idque eò magis, si *Silex ignitus* supponatur *Vulvæ* & *Suffus* ex guttulis aliquot *bujus Olei* excipiat: quod si inungatur simul regio Pubis, est eò melius. Quartanas, aliasque Febres Intermittentes tollit, si guttulæ aliquot ante Paroxysmum propinentur; minus tamen securè: qui nauseant ejus usum internum, externè Regioni stomachali illinant. Dentibus cum *Bombace* inditum, Odontalgiam sistit, & æquè efficax est ac *Oleum Caryophyllo-rum* vel *Origani*.

Externè propter vim anodynam in Affectibus partium nervosarum; præprimis dolorosis ac spasmodicis, egregiè conducit, sive solum, sive cum *Oleo Succini* inunctum sit: multum confert in Affectibus Nervorum, ut vocant, frigidis, paralyticis, apoplecticis &c. Illicum partibus externis tempore hyberno, eas certissimè præservat à Frigore; vel qui jam sunt læsi, illinant loca Frigori exposita, & certissimum Remedium habebunt. Si *Campora* in eo soluta sit, egregium est Præservativum externum contra Serpentes varii generis, autore **PARACELSO**: regioni Renum vicinisque locis illitum, præstans est in Doloribus & Affectibus nephriticis; confer. **PANAROLLUS** *Pentec. 2. Obs. 2.*

Destillari potest vel per se ex Capellâ vacuâ, vel cum intermixtis *Cinerebus lixiviatiss*, & acquiritur *Oleum limpidiſſimum*, longè penetrantius, & dictis in Affectibus efficacius. Quando per se destillatur, post se in fundo Retortæ *Picem* seu *Colophoniam nigram* relinquit. (V)

O L E U M T E R R Æ.

Species Petrolei est *Oleum Terræ*, ex *India Orientali* allatum, odoris tamen gratioris: est Simplex noviter demum inventum.

Ufus externo ad omnia illa confert, ad quæ *Petroleum* commendari solet, penetrantius tamen est; imprimis egregiè convenit in Arthritide vagâ scorbuticâ, ad quam **AUTOR** valde commendat, & rectè; in hac enim illitum summum est Remedium. Præterea etiam valdè conducit in relaxatione Tendinum & Ligamentorum circa Articulos, & inde supervenientibus spontaneis quasi Luxationibus, aut Motuum impedimentis. Fit scilicet non rarò, ut laxa fiant Ligamenta circa Articulos Ossium, ut Olsa non ampliùs possint in Articulationibus contineri, idque ex nimia Humectatione; sive fiat à copiâ Synoviz, sive à copiâ Lymphæ, vel aliis Materiz crassioris seu pituitosæ, quæ Ligamenta laxa dant, & Luxationes spontaneas; uti hoc non raro evenit in Malo Ichiadico. In tali casu præmissis Uni-

CARBO PETRÆ, *Carbo Fossilis* (Germ. *Steinkohlen*. Gall. *Charbons de Pierre*; *Bituminis terreni* genus est fossilis, lapideum, friabile, nigrum.

Dicitur *Carbo*, quod nonnullis, præcipuè Anglis, ut & nonnullis Germaniæ locis fomitem Ignis præbeat. Aliis *Terra Ampelitis* audit, aut malè.

De Ufu ejus Medico nihil adhuc, quod addam, habeo; nullus tamen dubitat, quin *Oleum* inde elici possit ad maturanda Ulcera, emolliendosque Tumores aptiſſimum.

GAGATES est genus *Terræ nigre*, lapideæ, crustosæ, aded Bitumine prægnans, ut Bitumen redoleat, & accensum Picis ferè modo flagret, nigerrimumque emitat fumum.

Dicitur *Gagates* à *Gaga* Fluvio Ciliciæ in cujus faucibus olim solum inveniebatur. Hodierno autem tempore & in Germaniâ frequenter eruitur. Differt à Carbonibus fossilibus, quod

versalibus, Purgantibus & Sudoriferis, hoc *Oleum Terræ* illitum Experimentum est **BARBETTE**: firmat enim Ligamenta, & resolvit Lympham, aliosque Humores nimis laxantes: sicut à **BARBETTE** in *Anatomia Practicâ cap. 5. pag. 31.* valdè commendatur sequens *Emplastrum*.

ψ. *Emplastr Stic. Croll. 3j.*

Olei Terræ,

Philosop. ana 3j.

Misce, f. *Emplastrum*, extendendum super Alutam, & applicandum loco affecto.

Idem Affectus contingit non rarò Nervis & Tendinibus, ut iidem ab affluxu Humoris aquosi aut pituitosi laxentur, aut flaccidi fiant, unde Partis & Sensus & Motus perit: in tali casu præmissis Universalibus convenit valdoperè hoc *Linimentum*:

ψ. *Pingu. Human.*

Anserin. an. 3j.

Olei Terræ ʒiij.

M. f. *Linimentum.*

Hoc ipso fricanda est Pars affecta mane & vesperi, & postmodum applicandum *Emplastrum Sticicum Crollii*, de *Ladano*, vel *Emplastrum Diabylon cum Gummiſ*.

In paralyticis quoque Morbis, debilitatione Partium à Podagrâ pro robore ac tono Articularum restituendo, *Oleum Terræ* egregiè confert. Plura videb. in **TULPIO** *lib. 4. Observat cap. 485.* **HOFFMANNI** *Clave pag. 388.* **BONTIO** *de Medicina Indor. pag. 22.*

C A P U T XXXIII.

DE CARBONE PETRÆ, & GAGATE.

C A R B O P E T R Æ.

Carbo Petra seu *Fossilis*, vel *Anthrax*, Germ. *die Steinkohlen*, Concretum est terreum, ex *Bitumine* cum intermixto quasi *Lapide scissili*: Estque quasi *Mater Succini* & *Petrolei*; id quod confirmatur ex eo, quod Anthracis per se Igne aperto destillati dent *Phelegma acidum*, & *Oleum* in notabili quantitate, quod rectificatum fit instar *Petrolei*, cum pauco *Sale volatili*, *Sali Succini* similis. Unde non ineptè suspicatur **AUTOR**, *Oleum* tale ad Affectus nervosos & emolliendos Tumores esse egregium. Sed cum sufficiat nobis *Petroleum*, non opus est hęc artificiali.

G A G A T E S.

Gagates à quodam Ciliciæ Flumine ita dictus, non secus ac *Lapis Thracius* à Flumine Thraciæ, vocatur quibudam *Succinum fossile* seu *nigrum*. Est aut saltem Substantia bituminosa impura, quæ reverà potiùs ad Carbones Petræ referenda videtur, quàm ad Succina. **BOOTIO** autem de *Gemmis & Lapidibus* est quasi Succinum quoddam nothum, & valdè adustum ac induratum, quoniam etiam ad instar Succini calefacti Paleas attrahat, & *Materia Gagatis* similis videatur Capiti mortuo ex Succini destillatione residuo

(V) *Petroleum ex Boulduc est Bitumen ab Ignibus subterraneis in Vapores elevatum, hinc in Montium internis foratibus oleosam consistentiam natum, è saxorum rimis extillat. Nil mirum ergò si circa nostrum Vesuvium, & in orâ Staburgh, frequentes sint Petrolei fonticuli. Præstat illud solâ depuratione paratum adhibere: Chymico enim magisterio factum, nil nisi seipsum constanter prodat.*

quod hi nec flammam emittant, nisi Follibus excitentur, nec Bituminis odorem spirent. Gagates verò Igni admotus flagrat, odoremque Bituminis exhibet.

N. Sunt qui *Succinum nigrum* vocant, cum Succinum reverà non sit, quippe crustosus Gagates est, Succinum læve. Alii *Pissasphaltum*, sed malè, quippe hoc factitium quid est. Vide *lib. 4.*

Vires. Emollis, discutit, Colicum Morbum sanare creditur, si in pollinem redactus septem diebus continuis ad ℥j. usque propinetur. *Alius* flagrantem in *Vino* extinguit, idque Cardiacis propinat.

P R E P A R A T A.

Oleum in Cinere ex Retortâ vitreâ paratur ad modum Olei Succini, sed Igne paululum vehementiori. *Oleum* hoc, si libet, poterit rectificari, additâ *Aquâ simplici*.

Vires. Commendatur pro Epilepticis, Maniacis, Paralyticis, Spasmodicis, Tetanicis, Arthriticis, ab Utero suffocatis, Naribus illitum.

duo. Hæc enim Materia remanens, si diutiùs destilletur, splendet Picis instar, ac tandem refrigerata in Gagatem permutata videtur.

Usus internus est nullus: refertur tamen à BOOTIO, quod *Pulvis Gagatis* à Virgine assumptus, *Virginitatis notas* per Urinam exhibeat certas: qui vult, potest consulere *Experientiam*. *Externè* in quibusdam *Emplastris* adhibetur.

Oleum, quod destillatur ex *Gagate*, Petroleo cognatum est; calidius tamen, adeoque promiscuè in usum potest vocari. Ad affectus Nervorum frigidus, in specie ad Podagram valde commendatur. Sunt, qui *Oleum* hoc, & ex eo paratum *Emplastrum*, mirè commendant ad Affectus hystericos, Umbilico illitum.

T O M I Q U A R T I F I N I S .

2011 11 11 11:11:11

